7
8 F
18

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

15 F
4

MAGNA

BIBLIOTHECA VETERVM PATRVM,

Et antiquorum SCRIPTORVM *Eccleſiaſticorum.*

PRIMO QVIDEM A MARGARINO DE LA BIGNE SORBONICO IN ACADEMIA PARISIENSI THEOLOGO collecta, & tertiò in lucem edita.

Nunc verò plus quàm centum Authoribus, & opuſculis plurimis locupletata, hiſtorica methodo per ſingula ſæcula, quibus Scriptores quique vixerunt, diſpoſita, & in XIV. *Tomos diſtributa:*

OPERA ET STVDIO DOCTISSIMORVM IN ALMA VNIVERSITATE COLON. AGRIPP. THEOLOGORVM AC PROFESS.

TOMI SIVE SÆCVLI SEXTI PARS II.

PERMISSV SVPERIORVM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonij Hierati, ſub ſigno Gryphi.
ANNO M. DC. XVIII.

ELENCHVS EORVM QVÆ HAC TOMI, SIVE SÆCVLI SEXTI PARTE II. CONTINENTVR.

*Aſteriſco * notati hac editione acceſſerunt.*

ARATOR S. Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus vixit temporibus Iuſtiniani Imperat. ſcripſit carmine Actus Apoſtolorum, extat hoc opus in duos libros diſtinctum pag. 1. Epiſtolam ad Parthenium, extat ibidem pag. 6.

* Primaſius Epiſcopus Africanus, cuius meminère Caſſiodorus inſtitutione diuin. lect. cap. 9. & Iſidorus in catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. collegit, teſte Sixto Senenſi, ex Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino commentaria in epiſtolas Pauli, quæ extant pag. 20. ſcripſit præterea Commentarium in Apocalypſim, cuius meminit Caſſiodorus, extat pag. 150. de Hæreſibus ad Fortunatum libros 3. vt teſtis eſt Iſidorus, ſed ij libri videntur interijſſe; vixit Primaſius, non vt vult Sixtus Senenſis anno 440. ſed circa annum Domini 550. vt patet ex collatione ſecunda 5. Synodi.

Iunilius Epiſcopus Africanus ſcripſit ad Primaſium de partibus Diuinæ Legis libros duos, extant pag. 198.

Ruſticus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus, vixit temporibus Vigilij Papæ, à quo etiam propter ſchiſma gradu motus eſt: ſcripſit Diſputationem contra Acephalos, extat pag. 208.

Martinus Dumienſis Abbas, poſtea Epiſcopus Bracaracenſis, ſcripſit de 4. virtutibus Cardinalibus librum, quem vocauit Formulam honeſtæ vitæ, de Moribus item librum, extant pag. 237. ſcripſit etiam Collectiones canonum, quæ habentur in tomis Conciliorum, & alia quædam quæ nunc non extant.

Ioannes Climachus Abbas in monte Sina ſcripſit Sermones 30. quibus tanquam gradib. ad Chriſtianæ vitę perfectionem adſcenditur, extant pag. 241. libellum de Officio Paſtoris, pag. 294. cui ſubiecimus Commentaria Ioannis Rhaitu in 30. Sermones Climachi. ſcripſit præterea Climachus alia quædam necdum edita, ex quibus, teſte Poſſeuino, extat manu ſcripta in Bibliotheca Viennenſi in ſacram Scripturam expoſitio, de variis capitibus Religionis, de Virtutibus, de Vitiis, de Beatitudine, de Precibus, de Pigritia, de Falſo.

* Venantius Fortunatus ſcripſit Carminum, Epiſtolarum & Expoſitionum lib. 11. de vita S. Martini lib. 4. de excidio Thuringiæ lib. 1. ad Iuſtinum Iuniorem Imperatorem lib. 1. ad Artachum lib. 1. quæ ex editione Chriſtophori Brovveri extant pag. 310. vbi & vita Fortunati per eundem Brovverum.

Columbanus Scotus cœnobii Bobienſis in Italia primus fundator & Abbas, ſcri-

pſit

pſit, teſte Sigeberto de viris illuſtribus, multa & ad canendum digna & ad docendum vtilia, ex quibus nunc extant pa.406. * Carmen Monoſtichon, & Epiſtola ad Hunaldum diſcipulum, in qua deteſtatur auaritiam. obiit anno Domini 614.

Andreas Hieroſolymitanus, Cretenſis Epiſcopus non Hieroſolymitanus, vt putauit Sixtus Senenſis, ſcripſit Sermonem in ſalutationem Deiparæ, & * Orationes duas in exaltationem ſanctæ Crucis, extant pag.409. floruit vt vult Caniſius anno 550. & Coccius 570.

Gregorius Turonenſis multa ſcripſit, ex quibus extant de geſtis Francorum lib.10. vnà cum Appendice ab alio addita pag. 417. & ſeqq. de gloria Martyrum lib.2. de gloria Confeſſorum lib.1. miraculorum S. Martini lib.4. de vita SS. Patrum lib. vnus. Mortuus eſt Gregorius, anno Domini 596. annis 8. ante Gregorium Magnum Pontificem.

* Euagrius Scholaſticus floruit temporibus Mauritij Imperatoris, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam, diſtributam in lib.6. extat p.632.

Iſacos Syros monachos duos inuenio, vnum cuius ſcripta recenſent Trithemius & Gelaſius, qui ſcribit eum obijſſe temporibus Leonis & Martiani Imperatorum: alterum quem vſq; ad extrema Gothorum tempora ſuperuixiſſe teſtatur Gregorius lib.3. Dialogorum. Vtriuſnam autem ſit liber ille de contemptu Mundi, quem poſuimus pag. 688. incertum eſt. Inuenio quidem à Poſſeuino tribui Iſaaco priori, ſed neque Trithemius, neque Gelaſius, qui ſcripta prioris Iſaaci recenſent, huius libri meminerunt: vnde non minus probabile, eſſe Iſaaci poſterioris, propter ea, quæ in principio huius libri annotata inuenies.

Chryſippus quidam presbyter Hieroſolymitanus ſcripſit Sermonem de S. Maria Deipara, qui extat pag.711. hunc authorem ſæculo ſexto ponit Margarinus, & fortaſſis idem ille eſt quem Photius in ſua Bibliotheca tradit ſcripſiſſe de martyrio Nicodemi, Gamalielis & Abibonis.

Anaſtaſius Antiochenus patriarcha & martyr, de quo multa Baronius tom.8. annalium ſcripſit compendiariam Orthodoxæ fidei explicationem, quæ ſub nomine Anaſtaſij & Cyrilli extat pa.712. ſcripſit etiam Profeſſionem ſuæ fidei ad Gregorium Magnum, vt patet ex Gregor. lib.7. epiſtol. epiſt. 48. indictione ſecunda Romanæ editionis, ſed ea non extat. Eundem librum Paſtoralis Gregorij in Græcam linguam tranſtuliſſe teſtis eſt Baronius anno Chriſti 602. Martyrio affectus eſt ſub Phoca Imperatore anno Chriſti 609. vide ibi annales Baronij num.3.

* S. Gallus Abbas, diſcipulus S. Columbani, cuius vitam conſcripſit Walfridus Strabo, Sermonem habuit in conſecratione Ioannis Epiſcopi Conſtantienſis, qui extat pag.713. Hic author per incuriam hoc loco poſitus eſt, cum fuerit ponendus ſæculo 7. obiit anno Domini 640. Vide Martyrologium Baronii 16. Octobris.

* Iornandes ex monacho factus epiſcopus Rauennas, ſcripſit de Origine & rebus geſtis Gothorum. lib.11. qui extant pag.718. floruit ſub Iuſtiniano Imperatore.

* Euantius Abbas, qui putatur vixiſſe circa annum Domini 590. de quo vide præfationem Henric. Caniſ. ad Lectorem. ſcripſit contra eos qui ſanguinem immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt, Epiſtolam; quæ extat pag.756.

FINIS.

A E

BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM ET SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM, B F

Sæculi Sexti Pars Altera.

ARATORIS S. R. E. SVBDIACONI POEMATA,

Ex Bellarmino de ſcriptorib. Eccleſiaſticis.

ARATOR Subdiaconus S. R. E. ſcripſit *duos libros carminum, quibus Acta Apoſtolorum complexus eſt*: eos libros Vigilio Papæ obtulit, & publice eodem Papa annuente recitauit: Scripſit Arator nobile iſtud Poëma ſub Iuſtiniano Imperatore Vigilioque Papæ dedicauit, cuius ſe diſcipulum profitetur ad finem operis hiſce verbis:

C *Te duce Tyro lego, te dogmata diſco Magiſtro:*
Si quid ab arte placet, laus monitoris erit.

Ab ſtrepitu ſecularis aulæ in Eccleſiaſticam militiam ſe aſcitum, & Romanæ Eccleſiæ Subdiaconum ordinatum præfatione iſta ad Vigilium ita canit,

Eccleſiam ſub eo dimiſſa naufragus aula,
Perfida mundani deſero vela freti.
Transferor ad niueas Petri ſine turbine caulas
Et fruor optati iam ſtatione ſoli.

Io Codice Vaticano vbi ſcriptum extat Poëma iſtud Aratoris, *adiunguntur iſta*, Beato Petro adiuuante, oblatus eſt huiuſmodi Codex ab Aratore Subdiacono Sanctæ Eccleſiæ Romanæ & Sancto & Apoſtolico viro Papæ Vigilio, & ſuſceptus eſt ab eo die octauo Idus Aprilis in presbyterio ante confeſſionem Beati Petri, cum ibidem plures Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi & Cleri pars maxima intereſſet, quem cum ibidem legi pro aliqua parte feciſſet Surgentius vir venerabilis Primicerius ſcholæ Notariorum in ſcrinio dedit Eccleſiæ collocandum. Cuius beatitudinem litterati omnes doctiſſimique continuo rogauerunt, vt eum iuberet publice recitari. D Quod cum fieri præcepiſſet in Eccleſia Beati Petri, quæ vocatur ad vincula, religioſorum turba conuenit, atque eodem Aratore recitante, diſtinctis diebus ambo libri ſeptem vicibus ſunt auditi, cum vnius medietas libri tantum legeretur propter repetitiones aſſiduas quas cum fauore multiplici poſtulabant. Eadem hæc repetitio facta eſt his diebus, prima Idib. Aprilis, ſecunda 15. kalend. Maii, tertia vero 3. kalend. Iunii. tertio anno poſt Conſulatum Baſilii V. C. Indictione 7. *hac ibi*. Ponitur hic annus ſecundum exactiores faſtos, anno Domini 544. Vigilii V. & Iuſtiniani XIIX. Venantius Fortunatus lib. I. de vita S. Martini Aratorem, & eius opus ita celebrauit:

Sortis Apoſtolicæ, quæ geſta vocantur, & actus
Facundo eloquio vates ſulcauit Arator.

ARATOR SVBDIACONVS FLORIANO ABBATI.

QVi meriti florem maturis ſenſibus ortum
Nominis ore tui iam Floriane tenes,
Nam primæuus adhuc ſenibus documenta (dediſti,
E quib⁹ in cœlũ vita pararet iter.
Ad carmen cõcurre meũ, pedibuſq; labanti
Porrige de placido ſæpe fauore manum.
Ieiuno ſermone quidem, ſed pinguia geſta G
Scripſimus, ac pelagi pondere gutta fluit.
Inter grandiloquos per mille volumina libros
Maxima cum teneas, & breuiora lege:
Naturæque modo, quam rerum condidit auctor,
Concordent ſtudiis celſa vel ima tuis.
Quæ genuit tigres, quæ nutrit terra leones,
Formicis, apibus, præbuit ipſa ſinum.
Et ſi reſpicias diſpenſet vt omnia rector,
Ingenium mites, vim meruere truces.
Ipſaque continuum virtus infracta laborem
Deſerit, & varias quærit habere vices.
Loricam ſolitus membris imponere miles,
Gymnaſii gaudet nudos adire locum.
Et qui ferratas acies atque agmina vincunt,
Imbelles feriunt per ſua rela feras.
Ergo gradum renuens, & priſca volumina linquens,
Cede dies operi, quod pia cauſa iuuat.

ARATOR SVBDIACONVS Vigilio Pontifici.

MOenibus vodiſonis bellorum incendia cernens, H
Pars ego tunc populi tela pauentis eram.
Publica libertas, Vigili ſanctiſſime Papa,
Aduenit incluſo ſoluere vincla gregi.
De gladiis rapiuntur oues paſtore miniſtro,
Inque humeris ferimur, te reuocante, pius.
Corporeum ſatis eſt ſic euaſiſſe periclum,
At mihi plus animæ naſcitur inde ſalus:
Eccleſiam ſubeo, dimiſſa naufragus aula,
Perfida mundani deſero vela freti.
Transferor ad niueas Petri ſine turbine caulas,
Et fruor optati iam ſtatione ſoli.
Littoris ille ſinus ad carbaſa noſtra parauit,
Fluctibus in mediis cui via ſicca fuit.

A Eſſe reus potero, grates ſi reddere ceſſem,
Vnius officio diſplicuere nouem:
Senſibus ardor ineſt, horum celebrare labores,
Quorum voce fides obtinet orbis iter.
Verſibus ergo canam, quos Lucas rettulit, actus
Hiſtoriamque ſequens, carmina vera loquar.
Alternis reſerabo modis, quod littera pandit,
Et tres ſiqua mihi myſtica corde datur.
Metrica vis ſacris non eſt incognita libris,
Pſalterium lirici compoſuere pedes.
Hexametris conſtare modis, in origine linguæ
Cantica, Ieremiam, Iob quoque dicta ferunt.
Hoc tibi magne Pater cum defero munus amoris,
Reſpice quod meritis debita ſoluo tuis.
Te duce tiro legor, te dogmata diſco magiſtro,
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

ARATORIS HISTORIAE APOſtolicæ, Liber Primus.

VT ſceleris Iudæa ſui polluta cruore.
Auſa nefas, compleuit opus rerumque creator
Hoc quod ab humanis ſumpſit ſine crimine membris,
B Humana pro ſtirpe dedit. dignatus vt ima
Tangeret inferni, non linquens ardua cœli,
Soluit ab æterna damnatas nocte tenebras,
Ad manes ingreſſa dies: fugitiua relinquunt.
Aſtra paulum; comitata Deum, truce territa Chriſti,
Vult pariter natura pati, mortiſque poteſtas
Se vincente perit, quæ pondere merſa triumphi
Plus rapiens nil iuris habet, diuinaque virtus
Ruſus membra ligans, animata cadauera mouit.
At vitam monumenta parent, cinereſque piorum
Natalem poſt buſta nouant, lux tertia ſurgit.
Maieſtas cum carne redit ſpeciemque coruſcam
Vmbrarum de ſede refert, vt ab exule limo
Intercluſa diu patriæ repetatur origo,
Omnipotens parat ipſe vias, & cui porta ſecum
Poſt tumulos regnare iubet, moriente veneni
Semine florigero ſua germina reddidit horto.
Iamque quater denis dominus manifeſta diebus
Contulerat per ſigna fidem, cernentibus illis,
Vſque ad extremum diffuſo in limite mundum,
Quos teſtes iubet eſſe ſuos: miracula rerum
Non poterant celare Deum, documenta reſurgens
C Quæ ſic certa daret, quam mandere: corpora vitam
Hinc humana probant: cœlum petiturus, oliuæ
Progreditur luſtrare nemus, qua germine ſacro
Luminis & pacis locus eſt, vult inde reuerti,
Vnde creaturam ſignata fronte micantem
Diuinus commendat odor, cum deſuper vnctos
Abluit interius Chriſti de nomine chriſma.
Tollitur aſtrigerum rediturus victor in axem,
Et ſecum quod ſumpſit habet: noua pompa triumphi
Atria Deus petiit, homo ſidera, quis datur illi
Ætherea de parte fragor, quantumque reſultant
Cœleſtes in laude chori, cum rector Olympi
Euehit excelſis, quicquid ſuſcepit ab imis?
Ingrediénſque polum carnis comitante tropheo,
Exuuias atri raptas de fauce profundi,
Lucis in arce locat, terrenoſque erigit artus,
Quos pietate capit, propter quos venerat imit.
Diſcipulos ſtupor altus agit, quibus ore coruſco
D Perſpicuè dixere viri quæ cognita nobis
Et miranda ſonant, nunc iam ſpeculemur ouantes,
Imperiique modum per ſubita iura probemus.
Virgine matre ſatus, calcata morte reſurgens,
Cœli ſceptra petens, bis nunciat acta miniſtris:
Nec ceſſant elementa ſuo ſeruire Tonanti,
Stella comes prægreſſa Magos, venientis honori
Militat, obſequio nubes famulatur euntis.
Angelicis igitur poſtquam eſt affatibus vſa,
Liquit oliuiferi veneranda cacumina montis,
Ad meſſem prælecta manus, qui calle citato
Mœnia nota petunt, quo per ſua ſabbata mille
Paſſibus ire licet, qua tunc ſtatione ſedebat E
Porta Maria, Dei genitrix intacta creanos,
A natoque ornata ſuo, mala criminis Euæ
Virgo ſecunda fugat: nulla eſt iniuria ſexus
Reſtituit quod prima tulit, non voce querelas
Excitet, aut gemitu mœrentia corda fatiget
Antiqua pro lege dolor: ſcelere ipſa, nefaſque
Hac potius mercede placent, mundoque redempta
Sors melior de clade venit, perſona ruinam,
Non natura dedit: tunc fœmina facta periclum,
Nunc tumuit paritura Deum, mortalia gignens,
Et diuina ferens, per quam mediator in orbem
Prodiit, & veram portauit ad æthera carnem.
Primus apoſtolico parua de puppe vocatus
Agmine Petrus erat; quo piſcatore ſolebat
Squamea turba capi, ſubito de littore viſus
Dum trahit, ipſe trahi meruit: piſcatio Chriſti
Diſcipulum dignata rapit, qui retia laxet
Humanum captura genus, quæ geſſerat hamum
Ad clauim tranſlata manus, quique æquoris imi
Ardebat madidas ad littora vertere prædas,
Et ſpoliis implere ratem melioribus vndis
Nunc alia de parte leuat: nec deſerit artem
Per latices ſua lucra ſequens, cui tradidit agnus
Quas paſtus ſaluauit oues, totumque per orbem F
Hoc auget paſtore gregem, quo munere ſummus
Surgit, & inſinuans diuina negotia, coram
Sic venerandus ait: noſtis quam proditor amens
Mercedem ſceleris voluit ſibi, tædia noxæ
Horruit ipſe ſuæ, ſtringens in gutture nocens
Exemplo ceſſante reum, qui parte necari
Promeruit, qua culpa fuit, crimenque retractans
Iudicio tali peramiſit membra furore,
Aeris vt medio commune poneret hoſti
Debita pœna locum: cœli terræque peroſus
Inter vtrumque perit, nullis condenda ſepulchris
Viſcera rupta cadunt, tenueſque elapſus in auras
Fugit ab orbe cinis non hæc vacat vnio Iudæ:
Quæ ſupremaa negat, vindictaque mercis iniquæ
Sic placitura venit, nam cum modo rura paraſſet
Funeris ex precio, cum nomine ſanguinis emptus
Ceſpes, in externas componens buſta fauillas
De tumulis fœcundet humum, caret impius agri
Fertilitate ſui ſoluſque excluditur aruis
Quæ monumenta ferunt, cuius tuba ſæua cruentum
Eſt exorſa nefas, qui ſignifer oſcula figens G
Pacis ab rodicio bellum lupus intulit agno.
Nunc opus eſt votis, quo verba prophetica clamant
Quem liceat ſupplere vices, tunc ſumma precantes
Conſtituere duos. Ioſeph cognomine Iuſtum,
Matthiamque, Dei paruum quod nomen, vt aiunt,
Ebræo ſermone ſonat, humilemque vocando
Comprobat ô quantum diſtant humana ſupernis
Iudicus, parui meritò tranſcenditur ille,
Laude hominum qui iuſtus erat, duodena refulgens
Signa chori, terriſque iubar iaculatur olympi.
Hæc quoque lux operis quid præferat, edere pergam.
Quatuor eſt laterum diſcretus partibus orbis,
Trina fides vocat hunc, quo nomine fonte lauatur
Quatuor ergo ſimul repentes ter, computat omnem
Quam duodenarius circumtulit ordo figuram:
Diſcipuliſque pius quibus hoc baptiſma iubetur,
Myſtica cauſa dedit numerum recreare priorem.
Spiritus æthera deſcendens ſanctus ab aula H
Irradiat fulgore locum, quo ſtemma beatum
Eccleſiæ naſcentis erat quibus igne magiſtro
Imbuit ora calor, dictiſque fluentibus exit
Linguarum populoſa ſeges, non littera geſſit
Officium. non ingenii ſtillauit ab arte
Vena, nec egregias ſignauit cera loquelas,
Sola fuit doctrina fides, opulentaque verbi
Materies, cœleſte datum noua vocis origo
Quæ numeroſa venit, totoque ex orbe diſertis
Sufficit vna loqui, dudum vetus æquoris arca
Cum ſuperaſſet aquas, turrim voluere maligni

Incœ-

A In cœlum proferre ſuam, quibus impia corda
Sermonum ſecure modos, ſociiſque ſuperbis
Affectus cum voce perit, confuſio linguæ
In ſimili tunc gente fuit, nunc pluribus vna eſt,
Eccleſiæ quoniam veniens imagine gaudet,
Concordes habitura ſonos, & pace modeſtus
Fit fœcunda redux, humiliſque recolligit ordo.
Quod tumidi ſparſere viri, res maxima cogit
Non reticere diu, quid ſit quod ſpiritus almus
His datur in flamma, Iordanis ab amne columba.
Quod tunc rite canam, promiſſaque debita ſoluam,
Si ſua dona ferat, duo ſunt hæc ſigna figuræ.
Vt ſit ſimplicitas, quam congrua diligit ales:
Quæ ne tarda gerat ſine dogmatis igne tepores,
Sic pariter ſucceſſa fides, ibi deſtinat vndis
Vnanimes, hic ore iubet flagrare docentes.
Mentibus inſtat amor, ſermonibus æſtuat ardor.
Hoc etiam moſto typica ratione monent
Error priſcus ait, quos ebria ſouere recenti
B Compleuit doctrina polis noua vaſa liquorem
Suſcepere nouum, nec corrumpuntur acerbo,
Quæ veteres madnere lacus: de vite bibentes,
Quis Chriſto cultore dedit conuiuia verbis.
Vnde rubent, quis vertit, aquæ, tenuemque ſaporem
Legis in eccleſiæ fecit ferueſcere libris.
Tertia ſidereis inclaruit hora loquelis,
Hunc numerum Deus vnus habet, ſubſtantia ſimplex
Perſonis diſtincta tribus, quam plurima nobis
Inſtrumenta patent, ſimul hoc & tempora monſtrant.
Primus, at ille Petrus, quod fixit in æquore greſſus,
Retia iam cupiens hominum vibrare ſaluti,
Vt piſcatus ouans leuet has de fonte cateruas,
Retulit æthereos populo mirante triumphos.
Venit ad occiduas carnaliter editus oras,
Humana ſub lege Deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit: nec vile putauit
(Maieſtate potens) terrenam ſumere formam
Corporis: atque opifex hominum pars eſſe, ſuoque
C Nos precio reuocare ſibi, poſt dona ſalutis,
Poſtque tot erectos pulſis languoribus ægros.
Cum defleta etiam perfundaque corpora luci
Redderet, & ſuperas iterum concederet auras.
Se quoque permittens fuſæ genitricis ab aluo
Carnis iura pati, vitamue perderet orbis,
Maluit ipſe mori, ſed quod de virgine ſtera
Naſcitur, illud obit: ligno ſuſpenditur inſons,
Et ligni vacuatur onus: ſic vulnus iniqui
Fit medicina Dei, pauidis reſplenduit vmbris,
Pallida regna petens, propria quem luce coruſcum
Non potuit fuſcare chaos: fugere dolores,
Infernus tunc eſſe timet nullumq; coercens
In ſe pœna redit, noua tortor ad ocia languet,
Tartara mœſta gemunt, quia vincula cuncta quieſcunt.
Mors ibi quid faceret, quo vitæ portitor ibat?
Hunc Deus omnipotens, cui nunquam terminus inſtat
Poſt ſacra buſta leuat, radiantem in corpore Ieſum
Vidimus, & proprius reducem conſpeximus aſtris.
D Sed fugite ô miſeri funeſta pocula gentis,
Cui, veniente Deo veteres auertere noxas,
Addita ſacrilegæ creuerunt vulnera culpæ.
Cur natos Iudæa tuos per vota cruoris
Parricida trahis? quod Chriſti ſanguine fuſo,
Hos tecum damnata premis? necdumque creatos
Feſtinas proferre reos? homicidaque lingua
Naturæ percuſſit iter, cui ſerior ortus
Quam facinus, diſcrimen alit, ſcelerumque propago
De natale perit, quæ ſaucia voce parentum
In lucem prodita venit, ſi ſoluere cura eſt
Fœcundi crementa mali, felicibus vndis
Extinctum reparare genus, ſpes vna remitti
Debita ſupplicii, poſt crimina velle renaſci,
Multiplicat iam paſtor oues, tria millia vulgi
Non minus illa dies in flumine diluit agni.
Hic primum poſt iuſſa Dei baptiſmatis vſus
Exoritur, data iura probans, nam trina poteſtas
Colligit hanc prolem, numerum partita per æquum.
E Perfectum eſt quod mille ſonat: ſic denique ſeclis
Ponimus ætates, cum tempora dicimus orbis.
Res perfecta ſemel ter iungitur, & facit agmen
Myſtica vis numeri: gregis eſt pia forma nouelli.
Funditur interea per cunctos gratia ſenſus,
Diuitiaſque metit locuples in amore voluntas.
Vtque pio coeant in fœdera pignore certo,
Res laxant, & corda ligant, ſine limite cenſus.
Affectu conſorte, licet noua iura beatis
Munifica fluxere manu, quibus vbere læto
Diuiſæ geminantur opes, & creſcit in omnes
Quod faciunt commune ſibi, totumque capeſſunt
Qui proprium nil eſſe volunt: quo fonte cucurrit
Hæc probitas, quæ ve illa fuit bonitatis origo,
Hinc canere incipiam, ſacris bis ſpiritus almus
Diſcipulis conceſſus erat, ſpiratus in illos
A Chriſto ſurgente ſemel: poſt miſſus ab aſtris,
F Neſcia verba viris facundus detulit ignis.
Ne quid inexpertum ſtudio meditemur inani,
Spiritus alme veni, ſine te non diceris vnquam,
Munera da linguæ, qui das in munere linguas.
Hæc iterata ſeo confirmant præmia iuſtos,
Vt duo iuſſa colant, tabulis conſcripta duabus.
Dilige mente Deum feruenti plenus amore.
Rurſus ait, charus quoque ſit tibi proximus, vt tu.
Hoc pactum ius omne tenet, quod ſpiritus almus
Bis veniens per corda creat, ſemel hunc dedit auctor
In terris, vt ametur homo: poſt miſit ab aſtris,
Vt flagrent humana Deum, dilectio prima eſt,
Quæ dominum vehementer amat: cui deinde ſecunda,
Quæ ſociat mortale genus, tamen incipis ante,
Poſterior numero, ſequitur comitata ſecundam
Quæ prior eſt, ſic forma docet: niſi diligis, inquit,
Cernere quem potis es fratrem: quem cernere non eſt,
Neſcis amare Deum, concordia nexa caleſcat.
Ergo pari voto Dominumque in pectora condat
Fratris amor, geminæ ſibi ſit ſubſtantia cauſæ.
Claudus erat, cui prima dies exordia vitæ
Membrorum cum ſtrage dedit, languore cotruo
G Octo luſtra gerens, ad quem comitante Ioanne,
Reſpice, Petrus ait, votum ſpes luſit auarum,
Cumque negat meliora parat, quam ſæpe grauatos
Deſperata iuuant, & ſemine nata ſiniſtro
Proſperitas, celans mœſtus confinia læta
Principiis, ad vota venit, gaudebat egenus
Plus vacua meruiſſe manu, qui munere poſcens
Eſt datus ſibi, nulla hic mihi vena metalli,
Reſpondit, quæ fundat opes: ego ditior ægro
Pauper ero, progreſſus abi, de voce iubentis
Exiliit medicina potens, atque hoſpite greſſu
Conuixere pedes, cunabula longa relinquens
Calcauit veteranus humum, plantiſque nouellis
Materies ſe priſca mouet, cui præpete curſu
Protulit inceſſus, quicquid non edidit ortus.
Stat facti manifeſta fides, ſed & altera nobis
Res aperit quod cauſſa gerit, gens nomen ab illo
Iſrael dicta tenet, qui bella reliquerat æger
Conatus certare Deo: tulit ipſe figuram
H Corporis ante grauem: quam poſt in vulnere mentis
Iſrael claudus habet, qui per ſua crimina labens
Corde magis quam carne fluit, ſpatiiſque ſub ipſis
Quadraginta annos Ægypti fine remotus
Claudicat: Ægyptum cupiens, atque idola quærens:
Ponitur ad portam Speciosam debilis, vltra
Non valet ire miſer, nec limina tangere portæ.
Culpa negauit iter: nam ſunt qui pectore claudum
Iſrael ferre ſolent, portæque adiungere certant,
Quæ ſpecioſa ſuo prodit de nomine Ieſum?
Iſaias, Daniel, ſimileſque quique ore prophetæ,
Obſcuris manifeſta canunt miracula Chriſti,
Et portæ qui nomen habet, ſic admonet ipſe:
Porta ego ſum vobis qui per me intrare recuſat,
Fur erit ille nocens: poſſunt portare prophetæ
Ad portam, cernenda magis quam vſa loquentes:

A In templum non ferre queunt, hæc inaua Petro
Credita, qui Chriſtum confeſſus, cognita monſtrat,
Non ventura ſonat: vetus ô ſine fine iacebis,
Ni Petrum iam claude roges, qui noxia pellens,
Auri vitat onus, rerum cui cenſuit author
Nec peram geſtare ſibi: pete dona ſalutis.
Non fragiles, fecteris opes quas ſpernere debet
Cum domino qui diues erit, poſt limina templi
Porticus hunc Salomonis habet, qui iure vocatur
Pacificus regnante fide quis ſemper in orbe
Pacificus, niſi Chriſtus erit? hic protegit omnem
Qui Petro doctore placet, quo præſule ſurgit
Agmine iam niueo per millia quinque virorum
Eccleſiæ creſcebat apex, arcere laborat
Hunc Iudæa coli, cuius de munere fluxit
Quod virtus operata dedit, ſed linquere Chriſtum
Petri neſcit amor, non hunc reticebimus, inquit,
Quo remeat præſtante ſalus, qui iure creantes
Infectum ſuppleuit opus, ſolidumque decorem
Pars reparat quam iuſſa nouant, hic membra redemptor
Saucia reſtituit, hic mortua ſurgere fecit.
B Fert animus patrare nefas, ſanctiſque verendis
Sacrilegas inferre neces, ô ſemper iniqui,
Dona vident, & bella mouent, ſed cœpta relinquunt,
Ne violent quos turba fouet, quibus indice claudo
Teſtis erat meriti, cumque hoc ſua corda leuabant.
Nam non parua dedit populo miracula greſſus.
Quem rudis atque ſenex nullis iam legibus æui
Vernula ſuſcipit humi, cum quo ſtupet ipſa moueri
Quæ iacuit natura diu, firmataque nuper
Inceſſu properata nouo veſtigia ſignat,
Quæ fuerant aliena ſibi, tam improba proles
Sæuit adhuc, fatique vetat, quod gaudia clamant,
Quid toties Iudæa cadis? ſurrectiu Chriſti
Vt furto celetur emis: ſed inania demens
A ſomno documenta petis, liuore caduco
Quæ ſentis virtute geri, vis fraude negari.
Infernum dominus cum deſtructurus adiret,
Detulit inde ſuam ſpoliato funere carnem.
C Victor ab arce crucis radiantia ſigna miniſtrat,
Sol ruit in tenebras, tu pectore nigra rebellas.
Arua tremunt concuſſa locis, tu durior hæres.
Saxa crepant, tu dura manes iam ſciſſio veli,
Quæ latuere diu, nudauit myſtica templi.
Lux tua nos adiit, tecum nox ſola remanſit,
Mors ſine fine premit, cui nunquam vita reſurgit
Planta vetus ſociare nouis, & condere libris
Ne pereas viduata cibis, ſine munere quorum
Arida ficus eris, nullo quia tempore fructum
Ad Chriſti vis ferre manum, neque cernere quantum
Floruit inſertus faciens oleaſter oliuas,
Plenaque per gentes de ſpinis pullulat vua.
Imminet exhauſtis radicibus ira ſecuris,
Vt ſucciſa ruas, ni iam tranſlata vireſcas.
Poſtquam mira ſalus in corpore nata vetuſto
Diſcipulis audita liquet, gentiſque ſuperbæ
Cognouere minas, celebrant his vocibus hymnum:
Tu qui cuncta Deus propriis animata figuris,
Artifici ſermone facis, quique edita cernens
D Ante vides, rerumque creans per nomina formas,
Cum fierent, vox ſemen erat, nec diſtulit ortus
Imperium natura ſequens: mox ſpiritus oris
Æthera curuauit, ſola nexuit, æquora fudit,
Materiamque operis ſola eſt largita voluntas.
Ne deforme iugum ſimilis portaret imago,
Tegmine ſerui latuit regnator Olympi,
Vt ſua gentiles implerent cœpta furores.
Quis dolus Herodis cum triſtia bella moueret
Infantum mandata neci, quos vbere raptos
Vulnera ſuſcipiunt, paruis errantia membris
Vix habitura locum, ſæuoque iubente tyranno
Naſci pœna fuit, cuius tulit impetus æuum
Quem neſciuit agi, qui perdidit, ô noua mortis
Conditio, ſolo vitam pro fine ſubire:
Et cum prima dies atque vltima ſit ſimul vna,

Poſſe magis quam ſcire mori, quis lumine ſicco, E
Aut gemitu ceſſante queat memorare, Pilati,
Quod deflent elementa, nefas: quo iudice Chriſtus
Subdere pro mundi voluit ſua membra periclis,
Vt carnale malum caro ſolueret, & ferus hoſtis,
Cuius ab ingenio fluxerunt tela veneni,
Perderet antiqui lacrimoſa piacula belli.
Materia ſuperante pari, ne criminis vltra
Per ſubolem produret onus, damnatio iuſti
Libertas eſt facta reis, da ſemina verbi
Per tua dona coli, ſigniſque noualibus vſa
Colligat iſta manus te fructificante manipulos,
De quibus ipſe tui componas horrea cœli,
Triticeamque fidem lolio pereunte corones.
Qua ſancti fulſere pedes, concurrere viſa eſt
Pondere terra graui, moxque almus ſpiritus illis
Splenduit, & lignis facundia creuit obortis.
Auditæ valuere preces humana propago,
Materies terrena ſumus, limumque parentem
Nomine prodit homo: vis flexit, & impulit arua
Vocis apoſtolicæ, quæ de tellure creatos
Fecit habere fidem, ſed quod magis exilit vnus F
Concurrerque locus, cecinit ſcriptura decoros
Pacem ferre pedes, horum ſub greſſibus ergo
Læta mouetur humus, quibus eſt ſermone magiſtri
Pax commiſſa piis quæ deportata per illos
Exiit in cunctas veloci munere terras.
Ecce tot egregiis vnum cor eſſe cateruis
Incipit, atque animam populus nanciſcitur vnam.
Quis dubitare queat myſteria dogmatis, vnum
Perſonas tres eſſe Deum? cum millia vulgi
Conueniant ſub mente pari, numerique frequentis
Sint animi velut vnus homo. quæ turba perennem
Portatura crucem, dominumque ſecuta fidelem
Spreuit agros, habitura polos, hæc nempe facultas.
Fortior eſt de parte magis conquirere totum,
Atque caducorum penſare manentia cauſſis,
Et quæſtum per damna ſequi: non prodige rerum
Venditor illa facis, ſed qui tua iura tenere
Attubinoſe cupis, paruoque in tempore linquis
Quod ſemper vis eſſe tuum. ſic ſpargere rure, G
Nulle carere ſuit, quid enim ſubſtantia prodeſt,
Quæ ſeruata perit? quam ſideris arce locatam,
Commodius qui cedit habet, pete creditor inde
Vſuræ maioris opem, gazaſque reconde,
Quæ nequeant aduerſa pati, non deterit vllus
Perpetuas ibi caſus opes ſine fine tenebis
Quæ dominum debere facis, nunc aſpice partes
Lector docte pias, & tecum mente ſagaci
Volue quid eſſe putes, rutili quod pompa metalli
Ponitur ante pedes, non ſacris debita dextris,
Deſtitui debere probant, quod tangere vitant:
Calcandumque docent, quod ſubdunt greſſibus aurum,
De quo terrenæ veniunt ad pectora curæ,
Conſimili iactatur humo, quo ſiſtat auare
Mens tua diſce loco quod tu cuſtodis anhelus,
Quod ſtatione premis, quod cernere ſæpius ardes,
Cuius in amplexus per ſomnia cuncta recurris:
Horreſcunt tractate pii, nec tunc quoque geſtant, H
Cum bona facta parant, quantum ſpeculantur in illo
Stare nefas, & dona gerens contemnitur aurum.
Occidit infelix Ananias vulnere culpæ,
Fur cenſus ſub fraude ſui; cadit impia coniunx
Supplicio percuſſa pari, quia crimine ab vno
Fit commune nefas, quoties ſcelus ante peractum
Conſenſus facit eſſe ſuum, nam mentis auaræ
Vindex illa fuit ſententia, denique quando
Auri ceſſat amor, qui pectora ſemper adurit,
Quo capitur mortale genus, qua pullulat omne
De radice malum, cuius violentior ardet
Ambitio creſcente modo, ſtimulantque rapinis
Addita lucra famem: ſed quod mutata voluntas
Falſi crimen habet, cumque eſt iam cautio voti,
Stare decet, nec velle prius, violare ſequenti
Ius proprium retinere magis, quam demere, fas eſt,

Omnibus

A Omnibus exemplum ſanxit vindicta duorum,
Ne quis dona vocet, quæ ſponſio debita poſcit.
Reſpice vera vides, ac dogmata clara beati
Verba require Petri: quis nam te fallere ſuaſit,
Concluſitque probans? homines haud talia fando
Deludis mentite Deo. quæ damnat iniquos,
Ædificat doctrina pios, quod ſpiritus almus
Sit Deus ex multis plena eſt inſtructio libris.
Et tamen hinc capit arma fides: quo tendimus vltra?
Quis dubitet quod Petrus ait? qui tute venitis
Ad lances, hoc ſtate loco: ſatis hoſtibus obſtat
Eccleſiæ quod forma ſonat, diuiſor amaræ
Iudicium de fine tulit qui criminis auctor
Erroriſque tui eſt, fuſa ruit Arrius aluo,
Infelix, plus mente cadens, lethumque peremptus
Cum Iuda commune tulit: qui gutture pendens
Viſceribus vacuatus obit, nec pœna ſequeſtrat,
Quos par culpa ligat: qui maieſtatis honori
Vulnus ab ore parant hic prodidit, ille diremit
B Sacrilega de voce rei: Deus arbiter orbis
Perſonis tribus eſt, in quo ſimul vna poteſtas
Abſtulit his ſpecies operum bonitate creatas,
Qui fabricatoris non inſpexere decorem,
Errantesque putant qui fecerit omnis factum.
Fama ciet populos ad myſtica ſigna ſalutis
E cunctis properare locis, & peſtibus ægros
In lectis deferre ſuis, quos vrbis in illa
Parte locant, qua ſacra tenet veſtigia Petrus.
O mihi ſi curſus facundior ora moueret,
Centenoſque daret vox ferrea, lingua diſerta
Hac in laude ſonos, quantum ſpecioſior eſſet
Ambitus eloquii, variis aperire figuris
Singula nec modicis includere grandia verbis,
Quæ fuerit rerum facies, cum tempore paruo
Morborum cecidere greges, & fluxit ad omnes
Improuiſa ſalus, quam corpore fuſa ſereno
Luminis vmbra creat, dubiaque à morte remoti
Erexere caput: ſed non deprendere viſu
Auctorem potuere boni quibus ardua virtus
Occultat quam præſtat opem, reſque ante paratur
C Quam ſpes vlla foret, furtiuaque præmia vitæ
Dat medicina latens, & anheli corporis æſtus
Ignaro languente rapit, quam neſcit adeſſe
Qui veniſſe probat, creſcitque potentia facti
Agnitione carens; cuius ſplendoris imago
Omnia peruolitans, tactuque nocentia mundans
Stat donis fugitiua oculis: & munere plenos
Linquit vbique toros, hoſteſque à ſedibus atros
Proiicit, ac nebulis laruallibus exuit artus.
I citus, & curas hominum de calle frequentans
Excute Petre gradus, tecum medicina ſalutis
Ambulat, adde viam: ſpes eſt ad gaudia velox.
In pedibus non eſſe moram tua ſemita vita eſt.
Si properas, iam nemo iacet tu motibus vmbræ
Corpora cuncta leuas, atque hac ſimul inſcia voti
Sumit turba iacens: quod cum rogat, accipit vnus.
Omnibus ergo ſalus vno poſcente veniebat.
Quærite quos agitat tanti reuerentia facti,
Quid typicum res iſta ferat, libriſque volutis
Noſcere quod ſoli conceſſa hæc gloria Petro.
D Quæ ve ſub hac ſpecie latitant documenta, videte;
Quæ tentabo loquens, & ſi datur iſta facultas,
Aridus vt magnas impellat riuulus vndas.
Rurſus ab antiquis veniunt miracula cauſſis,
Firmior in cunctis capitur ſubſtantia rerum
Corpore ſenſa ſuo, ſequitur quæ à corpore certo
Funditur, & ſolidam non terminat vmbra figuram.
Sed tamen ipſa ſibi præcedere corpora, ſignat
Eccleſiam terris colimus, quem prodere nullis
Æthereamdubitaſſe licet: ſed verior illa eſt
Quæ ſuper aſtra manens, cœleſtis & alta vocatur:
Hæc in tranſcurſu dubii quæ cernimus orbis
Ad vitæ datur eſſe viam, ſpacioque ſub iſto
Deſtinat æternæ quos colligit, atque probatis
Hinc iter eſt excelſa ſequi, regit agmen vtrumque
Petrus, & hinc ductis ſorti dat ſidera turmis, E
Vt patuit per verba Dei: quod ſolueris, inquit,
Quodque ligas terris, ſic vinctum ſiue ſolutum
Aethere perdurat culta hæc quam cernimus aruis
Ergo figura foret: firma eſt quam nubila geſtant.
Petrus vtramque regens, ibi corpus, & hic parat
Et quos hic vitiis noxiſque reſoluerit ægros, (vmbram:
Innocui ducuntur ei, quæ permanet aſtris,
Suſceptura pias hac emundante cateruas.
Interea templi zelo mordente priores
Eccleſiam creuiſſe dolent, animæque colonos
Ne ſpargant, quod corde metant, in ſede relegant
Carceris, vt deſint naſcenti ſercula meſſi.
Angelus adueniens tenebroſa volumina noctis
Reppulit, & ſubito micuerunt antra ſereno,
Erumpenſque dies alieno tempore ſanctos
Ad templum facit ire viros, ſed cardine fixo
Irrita ſignato cuſtodia permanet antro,
Stanſque ſuis foribus vallante crepidine carcer
Clauſus apoſtolicis veſtigia pandit aperta
Greſſibus, & vigiles illudit ianua fallax.
O nunquam neglecta fides, cui ſubiacet illud F
Quod natura negat, propriis quam legibus vti
Non ſinit omnipotens, quoties iubet ipſe viciſſim
Poſſe quod inſolitum fieri mirata perurget.
Si quis adhuc fragili meditatur pectore Thomam,
Hinc documenta petat, quia tunc penetrata recepit
Ianua clauſa Deum: mirum eſt ſi corpore portam
Sic adeat quem virgo parit, quem viſcera matris
Integra concipiunt: humanam quæ rogo, carnem
Sumere cauſſa fuit niſi ſuſcitet? inde reuerſus
Exhibuit pro teſte latus; noſtrique famulas
Corporis exemplo proprii docet eſſe nouandas
Vulneribus ſua membra probans modò Didyme diſcis
Quam fuerit dubitaſſe nefas, an fecerit auctor
Quod vobis licuiſſe viuens, ſi volucre ſenſu
Cura ſubit quod Chriſtus ait; non indiga vocis
Eſt ſpecies, cur has ſancti liquere tenebras?
Dixit, opima parans, hos luminis eſſe miniſtros,
Et candelabri poſitas velut arce lucernas
In tota fulgere domo, nox nulla retentat,
Quos lumen lux ipſa vocat, qui dona ferentem G
Et teſtem metuere Deum, qua lege cauernis
Occulerit locus ille ſuis, tot in ordine ſoles.
De quibus, vt tenebras pulſis erroribus orbis
Vinceret, æternam meruit cognoſcere lucem.
Iura miniſterii, ſacris altaribus apti,
In ſeptem ſecure viros, quos vndique lectos
Leuitas vocitare placet. quam ſplendida cœpit
Eccleſiæ fulgere manus, quæ pocula vitæ
Miſceat, & latices cum ſanguine porrigat agni.
Hunc numero dilatus honor, ſublimia ſecum
Sacramenta gerit, per quæ nunc longius ire
Non patitur menſura viæ, ne plura loquutus,
Inueniar dixiſſe minus. ſit cura miniſtris
Officium librare ſuum, quo laudis amictu
Hunc deceat lucere chorum, quem myſticus ordo
Conſecrat in numero, cui dant cœleſtia formam.
Promiſſum ſeruabo modum, venerabilis orbi
Cœtus ait: verbi potius nos conuenit omnes
Quam menſæ captare cibos, ô gloria diues H
Oris Apoſtolici, nunquam permittere plebem
Virtutum ſentire famem: diſperſa talenti
Creſcere ſumma ſolet, commiſſa pecunia linguæ
Diſplicuit, cum ſola fuit locus indicat iſte,
Quod meliora rudi populo ſint fercula mentis,
Quam fuſæ per membra dapes, lauteque peritum
Nutriat ingenium verbi pinguedo ſuperni,
Nam quid corporeæ proſunt alimenta ſaginæ,
Eſuriente anima? cuius ieiunia paſci
Semper ab ore decet, menſam vt tendamus ad illam
Vberibus verbis, ad quam conuiua recumbit
Qui veſtis candore nitet: ne fulcra beata
Deſerat abſtractus, quiſquis deformis, ad illam
Eloquio ſordente venit, ferat eſca ſalutem

A Progrediens de parte poli: gula pectoris ipſum
Ambiat. atque animi pleno guſtare palato
Interior feſtinet homo ne vilior eſſet
Cauſſa telicia tamen, claris tractanda miniſtris
Creditur, & numerum renuit precioſa ſupernum.
Emicat hinc Stephanus qui primus agone coronam,
Hæres huius habet, de quo prænuncia palmæ.
Vox cecinit quod cauſſa dedit. ſere prælia martyr
Felices habitura neces: vbi gloria pœna,
Et cadere eſt ortus, iugulisque parentibus æuum
Naſcitur, æternæ complectens munera vitæ.
Vitæ principium fuit en ſine fine beatæ,
Sic metuiſſe mori: lapides Iudæa rebellis
Io Stpehanum lymphata rapis, qui crimine duro
Saxea ſempereris: hunc denique Chriſtos adoptat,
Ad quem miles ouans, per vulnera ſacra vocatus,
Sanguine fecit iter, cupienſque in præmia victor
Hac properare via niuei meritus honorem
Callis, ad excelſi pergit faſtigia regis,
Et per tot lapides petræ coniungitur vni.
Quis furor iſte nouus, nulli feritate ſecundus,
Parcere nolle pio? vibratibus acta lacertis
B Saxa iacis, patar ille preces, nec reſpicit vnde
Grando nefanda cadat, qui tempore mortis, amice
Pro populo peccante rogat, licet omnia tecum
Tela feras, ſilicesque graoes, & pondera libres,
Quem petimus, victurus erit: qui fine, colono
Seminat exemplum, quo ſurgat vinea Chriſti,
Et calicem domini conuiuia feſta coronent.
Lumina cordis habens, cælos conſpexit apertos,
Ne lateat quod Chriſtus agat, pro martyre ſurgit.
Quem tunc ſtare videt, confeſſio noſtra ſedentem
Cum ſoleat celebrare magis, ei ro iuncta Tonanti
In Stephano fauet ipſa ſibi, dux præſcius armat,
Quos ad dona vocat, ne queis hic dimicet anceps,
Corpus in arce Dei patuit, pro munere teſtis
Ad Sauli poſuere pedes velamina ſæui.
Infernom quod Ebræus ait, iam conſtat vtriſque
Hinc meritum ſentire ſuum, cum ſidera martyr,
Carnifices inferna petunt, ſors prima reuelat,
C Exemplumque creat, quod talia bella gerenti
Hoc de fonte fluit, ſic occidentibus vt mox
Tartara ſuccedant, morientibus aſtra pateſcant.
Sæpe ſibi ſocium Petrus facit eſſe Ioannem
Eccleſiæ quia virgo placet: quo denique iuncto
Samariæ viciniam petens, baptiſmatis vndis
Ablutas ſignanit oues, quibus affuit almus
Spiritus, & varias fecit procedere linguas.
Foote quidem lotus, ſed non in pectore mundus,
Hic fuerat Simon ille magus, quem prodidit orbi,
Pœna ſequens neſciſſe fidem, contractibus auſi
Munera vult æquare Dei, nomioſque referre
Quod precio mercator emat, quem talia Petrus
Anentare videns: quis nam te perdite, dixit,
Mouit ad iſta furor, domini quod gratia donat,
Vt venale potes? ſenſo hoc, non ſumitur auro.
Nec licet vt cœlum corrupta pecunia quærat,
Quam terræ ſeruator amat, tibi nulla profecto
Hac ſupereſt in ſorte quies, nec ad iſta venire
Tu pulſare potes donis, qui cordis amari
Felle tumens, aliena petis, namque atria mentis
D Spiritus illa ſubit, quæ ſimplicitate niteſcunt.
Hac de voce ſacræ lux eſt manifeſta figuræ.
Eccleſiæ ſpeciem præſtabat mahcina quondam
Temporibus conſtructa Noe quæ ſola recepit
Omne genus, clauſiſque ferens baptiſmatis inſtar,
Cum vaga letalis pateretur turba procellas,
Ad vitam conuertit aquas, ſimul ipſa colombam
Diluit, & coruum, ſed non concordia mentis
Fecit vtroſque pares, hunc guttura plena rapinæ
Subduxere viæ cupienſque in funere paſci,
Nil potuit vitale ſequi, reddit ales amica
Frugibus, & nullis ſuccumbit naufraga lymphis,
Nuntia de morte timens, ſtudioque laboris
Dat documenta pii, quanto teneatur amore
Plus operi deuota fides, roſtrique modeſti
Pignus oliua fuit, dilectio ſemper in ore
Fructum pacis habet, volitant in fluctibus ambo,
Ex vno ſanctoque ſinu ſeruantis in aluo
Purgao vallante freto, tamen exulat vnus,
Et reditu ceſſante perit, non ergo ſaluti
Sufficit vnda lauans, niſi ſit ſine felle columba:
Qui generatur aquis, Simon hic baptiſmaos vndam
Contigerat: ſed coruus erat, ſoa lucra requirens,
Quæ nunquam meruere Deum, qui limine templi
Vendentes arcere ſolet, meliora ſeqoamur,
Petrus ad iſta vocat, qui filius eſſe colombæ
Dicitur ore Dei, meritoque hac matre creatus,
Eccleſiæ ſublimat opus, de munere prolis
Nomen habet genitrix, quod ſpiritus egit almus,
Altus innocuæ dignatus imagine cerni
Angelus alloquitur plenum virtute Philippum
Auſtralem celerare viam, qua ſpado iugatis F
Æthiopum pergebat equis, qui fidus in aula
Reginæ ſeruabat opes, volat axe citato
Gaudia fixa petens, curruque merebitur ipſo
Errorum iacture rotas, ô quanta bonorum
Semina percipies, qui tam precioſa lauacri
Suioere dona venis, ſterilique in corpore condis,
Quod fructu meliore metas, Impone Philippum,
Lampadis os qood Ebræus ait, qui mentis bonorem
Nomine teſte probat: iuuat hunc aodire magiſtrum
Diſcipuli, qui iure docet: dabit ipſe, prophetæ
De quo verba ſonent, cum qui omnia fecerit olim
Qua fuerat nonc parte ſitus, ſi credulus audis
Et tibi naſcetur, tuque inde renaſceris illi.
Conſpectis properant et aquis ardeſcere cœpit
Eunuchi fœcunda fides, qui gurgite merſus,
Depoſuit ſerpentis onus, plauſtroque cucurrit
Eliæ meditatus iter, non parua figuræ
Cauſa ſub obſcuræ regionis imagine lucet. G
Comprobat omnipotens, tędatum fœdere Moſen
Æthiopum ſociaſſe ſibi, quem dogmata produnt,
Poſtea cum domino vicinus ore loquotum.
Quid mirum, ſi legis amor tunc creſcere cœpit,
Eccleſiæ cum iuncta fuit? quod ſponſa perennis
Hac veniat de genere magis, nec cantica celant
Quæ fuſcā pulchramque vocant, hæc pergit ab aoſtro
Æthiopum qui torret humum, Salomonis in ore
Pacificum laudare ſuum, quo nomine dudum
Signatum eſt quod Chriſtus habet, iam debita mondo
Cuſtodem præmiſit opum, quo pignore gazas
Inci, iat proferre ſuas, theſaoris in illa
Quis potior quam fontis honor? quod ditius aurum,
Quam locuples ſub corde fides? quam denique recte
Pręmius huic ſpado eſt, quo procedente libido
Pellitur, & capiunt cœleſtia regna pudici.
Saulus, acerba fremens, committere bella Damaſci
Iudaica feritate parat: ſed amabitur agnus,
Quo properat ſæuire lupus, fors lęta ruinæ
In qua culpa cadit, didicit de corpore lapſo,
Io mentis iam ſtare gradu, cum lumina claudit, H
Pectora tunc aperit, cœlique agnoſcitur auctor
Diſcedente die. quantum metuere tenebræ
Poſt oculos maiora videt, mirabile ſeclis
Exemplum dedit alma fides, Anania furorem
Exuunt, ô noua palma: lupom domat ille rapacem,
Ebræus quem dixit ouem, clamabitur orbi
Hoc præcone Deus, legiſque exutus ab vmbra
Sub qua cæcus erat, terras lucebit in omnes
Perpetuo de ſole calens, ne deſine Saule
Hunc celebrare diem, multorum lumine plena
Nox datur iſta tibi, tuque hic iam nubila portas,
Vt mundi purgare qoeas: nunc plena figuris
Internis documenta ſequar, tectumque latebris
Aggrediar proferre iubar quod tempora Saulus
In tenebris triduana gerit, facit eſſe fidelem
Exempli menſura ſui, tandemque coactum
Pœna magiſtra docet. dominum ne reſpuat vltra
Poſt triduum ſuperaſſe chaos, cum cœperit ipſe

A Si viſus reparare ſuos, quod ab orbibus atris
Et ſquamæ cecidere graues: natura quod anguis
Ferre ſolet, ratione viget. Iudæa venenum
Semper ab ore vomit, crudelior aſpide ſurda;
Perfidiæ coluber, ſynagogæ ſibilat antro.
Diſcipulis ſaluator ait, calcabitis angues,
Purior obſequiis, vt ſit cœleſtibus actus.
Vipereum iacit ante nefas, & prælia doctor
Mox meliora gerit, qui eum ſuperaſſet iniquos,
Inſidias meruit clauſis euadere portis.
Sporta ſolens iunceis, palmiſque viciſſim
Tegmina dat Saulo, retinens in honore figuram
Eccleſiæ, nam iunceus aquis, & palma coronæ
Semper ineſt: iuuat eccleſiam baptiſmatis vnda,
Martyriique cruor, dudum veſcente caterua
Nutrici ſub dente cibi. diſtendere ſeptem
Sportarum cœpere ſinus, tot in orbe profecto
Eccleſias ſcriptura canit quod ſpiritus ille
Sic operator adeſt, & ſignat nomina virtus,
Cum tamen eccleſiam celebremus in omnibus vnam.
Protegit ergo virum ſpecies, cui militat ipſe
B Vas in vaſe manens, atque hac duce tutus ab hoſte
Egreditur, cunctis doctor cui vincit in armis.
Peruigil excubiis commiſſi Petrus ouilis,
Poſtquam cuncta videns luſtrauit in ordine ſanctos,
Per Lyddæ tulit arua gradus, vbi mœnibus aſtans
Reſpicit Æneam defunctis viuere membris,
Atque anima nodis laxata mole ſalutis
Non moriente mori: ſurgens paralytice, dixit,
Vectorem compone tuum, nec reddere tardes
Officium portare diu, quo munere vocis
Stringitur in ſolidum, qui fluxerat antea neruus.
Tunc iterum formatus homo, longique cadauer
Temporis, extinctos ad vitam ſurrigit artus,
Seque leuans vacuum linquit monumenta cubilis,
Quod miſero pars mortis erat, plebs cuncta per illam
Cœpit ſtare viam, multiſque ſuperuenit ampla
Vnius languore ſalus, tactoque liquore
Expulit incluſi ſua mox contagia morbi,
C Fonte lauans animas alieno robore firmas.
Eloquar hic ſacræ quæ ſint arcana figuræ:
Si mihi corda mouet, cuius vox corpora reddit.
Octo quod annorum languoris proditur ætas,
Iure per hoc tempus membris defecit ademptis,
Antiqua ſub lege iacens, iugulantia quippe
Vulnera ſemper habent, quorum fit ſaucius infans
Octauo veniente die, ſanauit ab illa
Parte grauem lacerumque diu diſcrimine carnis
In liquidis ſolidauit aquis: octauus vt ægrum
Solueret à plagis extincti corporis annus,
Quo numero veniente die, ſolenne refulgens
Iam Chriſtus ſacrauit opus, ſtat temporis vſus,
Sed voto meliore redux. hinc vulnera ſerpunt,
Hinc ablata tument, vbi ſubdit regula pœnis.
Hic purgat medicina vadis, ſpacioque priore
Dudum laxa neci ſtringuntur membra ſaluti
Signatis etiam numero paralyticus annis
Ille iacebat iners, cui proxima mota Siloa
D Heu nullas præſtabat aquas, piſcina ligata
Porticibus, Iudææ fuit, namque atria quinque
Ad ſua clauſtra tenet, per quinque volumina Moſi
Legis adepta modum, cuius circundata gyro
Debilis æternum vidit ſine munere Ieſum,
In libris ægrota ſuis, huic eripit votum,
Cui veniens peccata tulit, quam nec figuram
Mundus vbique gerit: quem poſtquam ſabbata ſoluens
Impulit ad fontem ſuperauit gratia legem.
Petrus ad eccleſiam reuocat documenta magiſtri,
Cuius in orbe manu paralyticus exilit vnus,
Et gradiente fide ſua vincula proijcit orbis.
Te quoque laude potens, cœleſtibus inclyta ſignis
Carminibus Ioppe canimus, qua ſede Tabitha
Manſuras fundebat opes, & ſemper egenis
Mœre mater erat, quæ vitæ tempore clauſo
Ponitur in medio, lacrimis plus lota feretro,
Poſt funus victura ſuum, fiducia Petrum E
Euocat: ille gerens diuini pignus amoris,
Vt nunquam pietate vacet, quod vota requirunt,
Præſtaturus adeſt, lugentia tecta petenti
Stant inopes viduæque greges, & brachia monſtrant,
Exuuiſque onerata ſuis, quas Dorcadis ipſis
Texuerant dederantque manus, ô qualia feruens
Implorat fomenta dolor: non murmure triſti
Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant
Inſtrumenta precum, quidquid benefacta merentur,
Officijs voluere loqui, vociſque repulſam
Elegere ſuæ, lateant ne vulnera cordis,
Quæ lacrimis fecit viam facunda gementi
Materia eſt, dixiſſe nihil, nimiumque ſonora
Cauſſa petit, quod lingua tacet, nec ceſſat ab aure
Clamoſa pulſante fide, qua Petrus aditur
Qui mentes audire ſolet: iubet ocius omnes
Ire foras, flexoque genu fit promtior actis,
Tunc magis alta petens, oratio fuſa Tonanti
Nos ſuper aſtra volat, propriis quia clauibus intrat:
Dic vbi ſunt mundanæ tuæ ſapientia leges,
Qua virtute negas in ſe corrupta reuerti,
Quæ vitam de morte vides? vt munera Petrus F
Senſit adeſſe Dei, quibus eſt reddenda ſaluti
Quæ defleta iacet, fatur conuerſus ad illam,
Surge Tabitha, vocata redit, lucique reducta
Se ſtupuit ſupereſſe ſibi, quam protinus ipſe
Prendit, & erectam turbis gaudentibus offert.
Illa manus metuit Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit qua vita reuertens
Cætera membra leuat corpuſque iterat per omne.
Hinc ſubiit quæ cauſſa fuit, ſi iure mouemur,
Inſtaurata dies. norma patet apta figuris,
Quam nimis antiqui depreſſerat vmbra pericli.
Ad vocem conuerſa Petri, caput, ante grauatum
Legis in obſcuræ gremio, velut altera ſurgens
Eccleſia præſente leuat, tenebraſque repellit
Lux operum comitata fidem, quæ legis ab ore
Non fuerat promiſſa ſalus, quia fonte renatis
Gratia perpetuæ cœpit dare munera vitæ.
Cæſarea venerandus erat Cornelius vrbe, G
Gentili de ſtirpe ſatus, quem dedita cauſſis
Vita piis ſacrauit aquis, cœpitque gerendo
Credere qui geſſit quicquid baptiſmate lotis
Conſueuit præſtare fides. nam miſſus ab aſtris
Angelus huic audiens, ſummi in conſpectibus inquit
Stant Domini, quas ſpargis opes quæ verba precaris.
Præmia ne deſint virtutibus accipe certam
Hoc Petro veniente viam, ſic voce coruſcans
Nuncius æternis fixit mandata lauacris.
Nona fuit tunc hora, magis qua rectius hora
Prodiret iam trina fides, quod tertia ſimplex
Hoc iterum ter trina docet, ſacramque figuram
Singula ter ſatiunt, & ter triplicata fatentur.
Hæc eſt nona potens, oculos quæ reddidit orbi
Poſt tenebras remeante die cum protulit ortum
De radiis lux orta crucis cunctoſque repleuit
Hoc ſine fine iubar, nam mundum conſtat onuſtum
Gentibus eſſe locum, quibus in baptiſmate lotis
Plena repurgato fulſerunt lumina mundo. H
Hanc ſolet ille ſequi denarius, omnia donans,
Quem præcepta decem ſeruantibus arbiter offert.
Nec ſinit vt tardos præcedant ære priores
Temporis huius opem, quam ſacri fontis adiuit
Præuius, ô vtinam noſtræ petat actio vitæ,
Mortaliſque ſibi ſtudium proponat origo,
Vt credentis amor rerum ſpeculetur honorem,
Et ferat exemplum mentis, quæ præbuit vndis.
Iamque capax fidei Cornelius, indice voto
Ad Petrum tres ire iubet: confeſſio trina
Sic venit generantis aquæ. numerumque per ipſum
Europæ atque Aſiæ Lybiæque tenebatur orbis.
Ardua progreditur cœnacula Petrus adire,
Iam medio torrente die, locus inſtruit altus
Deſpicienſque ſolum, Petrum cœleſtia ſemper,

A Non terrena ſequi, ſextæ quoque circulus horæ
Deregit ætatem, qua Chriſtus venit in orbem
Largiri ſaluantis opem, munerisque dierum
Prætulit exemplum, quo condidit antea mundum.
Quem vetat hâc tandem veniens ætate redemptor
Peccati ditione premi, ſic denique ſexta
Fertur & illa geri, feſſus de calle magiſter
Cum putei ſuper ora ſedens, per vaſa puellæ
Pocula quærit aquæ, requiem facturus vbique
Eccleſiæ de fonte ſuæ. qua Petrus in hora
Eſurit, ille ſitit, pius ad ſua dona magiſter
Addere ſemper amans, cui nominis auxit honorem,
Dat pariter nutrire fidem, lætabitur orbis
Hac ſaturante fame, quæ munere pinguior omni
Delicioſa fluit, nullumque relinquit inanem,
Perpetuas latura dapes, qui ſoluere noſti,
Excute Petre meæ retinacula tarda loquelæ,
Deque tuis epulis exhauſtæ porrige linguæ.
Clauiger æthereus cœlum conſpexit apertum,
Viſus honore ſuo. demittitur inde figura
Vaſis: vt in terris ſit viſio corpore Petri
Omnia poſſe capi, qui quicquid ſumit edendum
B Eccleſiæ facit eſſe cibum, præfertur imago
Quatuor ordinibus ſe ſubmittentibus vna
Forma eſt eccleſiæ, quæ quatuor eminet orbis
Partibus, & laxat toodem præconibus ora.
Omne genus retinens volucrum, pecudumque ferarum,
Reptiliumque ſimul: mortalibus iſta coherent,
Ex meritis, vitiiſque ſuis. patet ergo quod auctor
Iuſſit in eccleſiæ transfundi viſcera gentes,.
Macta & manduca dum præcipit abſtrahe quod ſunt
Et tibi fac ſimiles: qui vertitur, alter habetur.
Denique Saulus obit, quia Paulus viuere cœpit.
Abſit, Petrus ait, quanta eſt reuerentia ſancto
Legis, & eſoriẽ os oblatas reſpuit eſcas.
Ter ſonuit Domini vox, quæ dictata ſaluti eſt.
Hoc genitor, natuſque ſimul, ſanctuſque peregit
Spiritus, huic fidei pugnax cadit Arrius, vnum
Perſonas tres eſſe negans. Sabellius vnum
Sed patrem confeſſus ait, qui deinde viciſſim
C Filius, & ſanctus dicatur ſpiritus idem,
Sed totum ſit vt ipſe pater: quodque ordine trino
Cononet vnus apex, hic diuidit, ille relinquit:
Victus vterque iacet nam iuſſio trina monentis
Perſonis numerum, virtutibus indicat vnum
Quo vocat imperio gentes, hoc credere fas eſt.
Si volumus complere fidem, facis omnia Chriſte
Sanguine munda tuo, lateris qui fluxit ab ictu
Diſcrete coniunctus aquæ maculoſus oberret
Anguis, & extinctum lymphis gemat eſſe venenum.
Comperit accitus quæ ſit ſua viſio Petrus
De merito qui nomen habet nam Petrus Ebræo
Agnoſceos ſermone ſonat, pro munere Chriſtus
Sic vocitare dedit, quo cognoſcente pateſcit.
Deſcendit viſurus eos, quos miſerat illuc
Qui laticum quæſitor erat: deſcendere Petrus
Dicitur, ad plebem veniens, gentemque nouellam,
Quæ necdum cognorat aquâ, pars merſa profecto eſt
D Sacro fonte carens, cuius via circumeuntes
Ad patriæ melioris opem: qua pergere ceſſans
Non torrat quo vita vocat, comitantibus iiſdem
Cornelii properat cœleſtia regna daturus
Sanctificare domum gentibus quem poplite flexo
Non ſinit aduolui, gratis dare munera ſuetus
Arcet honoos opus caput, hinc nouus erigit orbis,
Qui percuſſus eras antiqui dente parentis,
Natalemque tibi fons reddidit, edire rurſus
Ne preme colla tuis alienis libera culpis.
Vt primum fari ſublimis dogmata Petrus
Cœpit, & æterni myſteria pandere Chriſti,
Magnanimi ſtupuere viri, vocemque ſequentes
Inuenere viam, quid non credentibus offert
Indubitata fides? cui nunquam munera tardant,
Nec faciunt diuina moram nos ſpiritus almus
Indulgens varias opulento munere linguas,

E Compleuit ſine more domum, baptiſma frequentat
Petrus, vt ablutos flammis purgaret in vndis.
Exemplo caret iſte locus, quo ſpiritus almus
Præuenit, quas ſanxit aquas qui talia ſemper
Addere dona ſolet, ſoliſque ex fonte renatos
Impoſita properare manu gerit iſta viciſſim
Ne quiſquam putet eſſe ſuum, meritiſque venire,
Quod variat,. qui ſponte parat, nam ſpiritus almus
Neſcia menſuræ fert præmia, pluſque miniſtrans
Quam ſperantis erat, præcedit gratia votum.
Peruenit hinc abiens ſublimem Petrus in vrbem,
Quæ retinet vexilla crucis, plebs cuncta requirit
Gentibus vnde ſalus aperit quibus omnia doctor,
Subiungensque monet, nunquam fas eſſe negari
Quæ veniunt bonitate Dei, ſenteotia voce
Digna pii monſtrare palam cuſtodis amorem,
Vt velit ad cunctos cœleſtia regna patere,
Qui tenet has ſine fine fores, quid turba querelis
Gaudia nuſtra teris? non ſunt noua munera Petro
Tot vicibus ſignata prius cum nominis almi
F Huic Chriſtus dat laude frui, quem iure locauit
Eccleſiæ portare ſuæ; cum littore naues
Proſpiciens aſtare ducis, præcepta miniſtrans
In Petri vult puppe vehi, ſynagoga profecto
Sicca remanſit humi, poſtquam doctrina magiſtri
Eccleſiæ degit alta ſequi, ſtat perfida terris.
Iam pelago currente fide, ſua quippe figura
Hæſit vtrique rati, Ioſeph Iudæa vocabat
Hunc natum, cui Petrus ait: tu Chriſte probaris
Filius eſſe Dei, pars hæc deſignitur amis,
Quæ cecidit terrena ſequens, proceſſit in altum
Quæ cretum diuina loquens, cum piſce ſine vllo
In tenebris captura fuit, iam tempore lucis.
Lux quia Chriſtus adeſt, ſpoliat vada ſalſa draconis,
Vt cunctos ad littus agant ſacra retia ſontis,
Et de cærulei rapiantur fauce profundi.
Nam mare mundus erat, cuius de gurgite Petrus
Humida lina trahens, verbo piſcante carinas
Compleuit maiore, linu, quia turba duobus
E populis ventura foret, genteſque leuauit
Tunc famulante ſalo, plenâque in puppe fatetur,
G Eccleſiam cuius placida ſtatione recondit,
Quod Domini ſermone capet, qui dixerat ante
Eſſe alias quas quærat oues, has nempe parabat,
Quas nunc rite vocat, per quas clementia Petri
Congregat æthereis humana pecualia ſeptis.
Non decrit ſua fama locis: Petrus omnia prendeos,
Bethſaida ſatus vrbe fuit, quæ nomine Ebræo
Venatorum eſt dicta domus: quia verus ab illa
Eccleſiæ venator adeſt, qui cuncta peragrans
Cinxit, & ad fidei collegit retia gentes?
Clauditur obſcuro, ſed non ſine lumine, Petrus
Carcere, nec poſſunt tenebræ caligine fuſca
Eccleſiæ cælare diem, commune per omnes
Supplicium timor ille facit, cuſtodia Petri
Publica pœna fuit, proprium ſed paſtor ouile
Seruato cuſtode regit, quem ditat honore.
Ter dominum confeſſus amor, de nomine petræ
Nomen Petrus habens, æterna vocabula portat,
Fundamenta gerens nunquam paſſura ruinam:
H Expectate tuis, cunctoque in tempore charus
Et nobis iam Petri veni ſimul omnibus eſt,
Quos ſtimulat natura prior: iam nocte profunda
Angelus aſtra verens, ergaſtula candidus intrat,
Se comitante die, cœli veniente miniſtro
Carceris vmbra fugit, pulſæ periere tenebræ:
Lucifero radiante nouo colui eſulat ater,
Et mutata vident nocturna crepuſcula ſolem.
Cuſtodum vallante manu inter vincula Petro
Corpore ſomnus erat, ſed cum vigilaret in illo
Quæ neſcit dormire fides: hoc Cantica clamant
Dormio corde vigil, læti documenta figuræ
Diſcite, qui liquido meruiſtis fonte renaſci:
Et quæ forma manet ſacrato in corpore Petri,
Cernite corde pio, docet hanc virtutis apertæ

A Angelus ipſe viam: tangens, latus impulit, in qua
Eccleſiæ ſtat parte caput, qua nuncius ortam
Nouerat, inde leuat, lateri ſubnexuit arcæ
Oſtia ſancta Noe, clauſis animalibus hinc eſt
Diluuio vaſtante ſalus, producitur Eua
Dormitante viro, lateris generata propago
Nomen habens vitæ: ſi nunquam culpa fuiſſet,
Sic manſura magis. Chriſtus poſt myſticus Adam
Dignatus dare membra cruci, atque in carne perempta
Morte premi, qua vita redit: noua dona liquoris
Per lateris ſacrauit iter, nunc angelus illa
Petrum parte vocat, mens credat vt omnis in ipſo
Eccleſiæ conſtare decus, teneatque ſuperno
Aſſertore fidem, quo calceamenta mouente
Hi meruere pedes, tetigit quos dextra magiſtri,
Quæ totum inundauit aquis, gradientibus illis
Concluſæ ceſſere fores. Putat omnia ſomno
Ludificante geri, cui præmia vera parauit
Mæſtas ignara doli, iam ferrea clauſtris
Porta pater, rigidi laxant ſua vincula poſtes.
Gentibus abſcindens duræ veritatis acumen,
B Aſpera cuncta domat, ne ianua fixa vetaret
Orbis iter, quo cutſus erit, dic gloria rerum,
Ferrea quid mirum ſic cedunt oſtia Petro,
Quem Deus æthereæ cuſtodem deputat aulæ?
Eccleſiæque ſuæ faciens retinere cacumen
Infernum ſuperare iubet? mox liber ab hoſte
Diuinum celebrauit opus, quem prima puella
A tenebris remeare probat, quia gratia Chriſti
Rem dedit eſſe patem, viſus adit ipſe reſurgens
Fœmineos, loquitur redeuntis gloria carnis,
Ad ſexum quem mater habet: pater hinc quoque vatem
Eccleſiam ſenſiſſe ſuum, quæ gaudia portet
In cunctum diffuſa gregem quis talia fando
Explicet, aut verbis attollat pondera rerum?
Maximus ille pauor, gelidos qui ſtrinxerat artus,
Lætitiæ menſura fuit, manet omne per æuum
Pignoris huius apex, & ſideris obtinet inſtar,
Corpore quod Petrus ſeruauit, & angelus ore,
His ſolidata fides, his eſt tibi Roma catenis
Perpetuata ſalus, harum circundata nexu
Libera ſemper eris, quid enim non vincula præſtent,
C Quæ tetigit qui cuncta poteſt abſoluere? cuius
Hæc inuicta manu, vel relligioſa triumpho
Mœnia, non vllo penitus quatientur ab hoſte,
Claudit iter bellis, qui portam pandit in aſtris.

Liber Secundus.

Spiritus accenſam verbo radiante lucernam
Sub modio lucere vetans: ſecernite Saulum,
Dixit in oris opus, quem mox ſacrauit euntem
Impoſita Petrus ille manu, cui ſermo magiſtri
Omnia poſſe dedit: Cyprum, Salaminaque linquens,
Pergit adire Paphum, quæ fertur amoribus olim
Dedita, ſacrilegæ manſiſſe libidinis antrum,
Aligeroſque vagos ſtudio coluiſſe procaci.
Hinc operum procedit apex quia gratia maior
Ad delicta venit, culpas hic poſſe remitti
Exemplum iam Paulus erat, quam ſplendida laudum
Materia eſt adiecta viro, primordia caſta
In luxus regione ſerit, fructuſque pudicos
Multiplicat laſciuus ager, cui neſcia poſthæc
D Difficiliſque foret, cum ſic videatur honeſtas
De turpi cœpiſſe loco, pars ne qua vacaret
A meritis ieiuna: tamen inolitus iniquus
Eloquio certare magus, contraria ſemper
Virtuti ſecere viam, iacula retorquens
Eccleſiæ bellator ait: Fallacia monſtrat
Quo pereas genitore ſatus, confinia mortis
In tenebris patiere tuis, neque cernere ſolem
Tempus adufque datur, rerumque attendere formas
Artificem quibus eſſe negas, tunc nubila vultum
Cœruleis fixere notis, & pectoris atri
Venit in ora color, quærit iam calle negato
Quo duce tutus erat, cuius pede greſſibus inſtet, E
Quis tribuat miſeratus opem, vacuaſque per auras
Erroris palpauit iter. Proconſule Paulus
Mox didicit lucere fidem, cui cauſſa videndi
Nox aliena fuit, non ſunt noua Paule ſalutis
Obſequia, & tenebris lucem bene ſurgere noſti
Omnia ſecretam reſerant documenta figuram,
Si libeat vigili pulſare latentia ſenſu.
Iure docens Paulus, miracula condere cœpit,
Ex oculis iubar vnde ſui micat altius oris,
Amiſſo creſcente die, ſic nuper iniquum
Subdere dignus erat, tenebriſque iacentibus hoſtem
Vincere, qui cæcus meruit ſine fine videre.
Antiochi dictam de nomine viſitat vrbem
Paulus, & exemplo properat dare verba cateruis.
Quas ſynagoga tenet dextraque ſilentia mandans:
Noſtis, ait, patribus tellus Aegyptia noſtris
Qua poſuit feritate iugum, crudelibus aruis
Quos rapuit per ſigna Deus, quibus omnia cedens
Mutauit natura vices, cum virga fugauit
Terga maris fluctuſque ſuis ſtetit exul ab oris,
Puluereo de calle placens, pontique facultas
Obſequio eſt ſubiecta pedum, redeunte profundo F
Naufragium factura reis: quæ vertere iuſſa
Per varios ſua iura modos, his ſtrauit arenas,
His cumulauit aquas iuſtis via, fontibus vnda
Cum percuſſa ſilex venis ſpumauit apertis,
Æquoreos enixa lacus, de vertice ſicco
Fulmineum largita vadum, non priſtina morem
Geſſit origo ſuum, veterem nec præbuit vſum,
Dona nouella gerens, quam lex æterna coegit,
Non innata ſequi, disiunctaque ſemina monſtrant
Poſſe dari de rore dapes, de caute liquores.
Nam ne pauca piis fluerent miracula cauſſis,
Saxa vomunt latices, & inundant nubila panes,
Aeriuſque liquor ſolidis induruit eſcis.
Quæque diu vacuas tenuerunt agmina fauces,
Frugiferis ſaturantur aquis, nimbique coloni
Dant epulas, pluuiamque vorant, & manditur imber.
Sic inuicta manus, ſic gratia plena creantis
Scit querulos nutrire greges, & ponere ſacros
In patria meliore choros, vt ventris amœni
Fructus ad æternæ floreſcat ſemina vitæ. G
Dauidica nam ſtirpe ſatus genitrice Maria
Chriſtus adeſt, quem tota canunt oracula vatum
Venturum ſub carne Deum, ſeſeque creantem
Virgineos intrare ſinus, euoluite quicquid
Sabbata veſtra regunt, typicæ documenta figuræ
Perſpicitis fulgere ſacris præſepibus agni,
Cuius ab igne ſenes hauſerunt dicta prophetæ:
Et dedit ante loqui, quod cœpit poſtea naſci.
Clamauit virtute, potens baptiſta Ioannes.
Non ego ſum, poſt me veniet, cui tangere non ſum
Calceamenta pedum dignus neque ſoluere ſumma,
Quæ ligat excelſas humilis corrigia plantas.
Quam bene vox Pauli cecinit, præcepta lauacri
Permiſcens antiqua nouis, nec epiſtola ceſſat
Hæc iterate docens: patres baptiſmate noſtri
In rubro fulſere freto ſub nomine Moſi
Per legem, cum petra ſimul ſequeretur euntes.
Nam petra Chriſtus erat, quid adhuc gens ſurda requiris?
In libris ſonat ecce tuis, ne credere tardes.
Conſule ſigna maris, quæ myſtica dona ſuſurrant
Temporibus ventura crucis, cum ſanguine Ieſus H
Tinxit aquas lateriſque vno de vulnere fluxit,
Quod vitæ tria dona daret: rubor æquoris ille
Cauſſa futura fuit, ſic conditor abluit omnes,
Sic emit, hic pretii color eſt in gurgite ponti,
Apparentque vado miracula debita ligno,
Sæpius obſcuris radios infundere feruens
Mentibus, hæc rurſum memorauit in ordine Paulus,
Poſtquam ſigna Dei cantus veſtiuus amictu
Chriſtus vbique dedit, faciens manifeſta, quod orbi
Venerit ipſe ſalus, ſtimulis agitata furoris
Impia turba fremens, petit hunc ab iure Pilati

A Suſpendi, ſigiſque cruci terrena propago
Vota quod optanti non poſſent omnia ferre
Sponte ſalutiferi ceſſerunt munera Chriſti,
Qui libertatis precium tibi venit ab aſtris,
Perdita reſtituens, tumuliſque iacentia tollens.
Reſpice, quam proprio maneas obnoxia regi.
Ne pereas, vult ipſe mori, poſt triſtia facta
Quinetiam cuſtode dato, ſignare ſepulchrum
Ad geminum voluere nefas, dominoque paratam
Surgendi damnare viam. Proh cæca voluntas,
Quæ putat æternum mortali lege teneri,
Et non poſſe ſibi poſt funera reddere membra,
Qui toties aliena leuat, meminiſtis ab ore
Dauidicæ reſonare lyræ: corruptam vetabis
Sanctum noſſe tuum, poterat ne in puluere lethi
Ferre moras, qui vita manet: quem ſuſcitat auctor,
Nil patiens de morte Deus, mors denique victa eſt,
Vincendi tranſgreſſa modum, quæ iudice tacto,
Linquere iuſſa reos, ſpoliis vacuata vetuſtis,
Per ſua bella cadit, venienſque abſoluere vinctos,
Non retinendus erat, ſors vltima cœpit auerni
Iam vita præſente mori, quæque omnia ſubdens
Ante fuit, tunc ipſa perit, triduoque peracto
Lucis iter quod fecit adit, quo tota reſurgit
In domino natura ſuo, de lege videtis
Laxari non poſſe neces, hunc quærite cuius
B Sanguine mundati, regno ſociamur herili,
In cuius iam parte ſumus, ſub pignore carnis
Quam voluit portare Deus. tunc dogmata quoſdam
Eccleſiæ dant iſta viros, vetuere loquelas
Vlterius proferre pias, ô ſemper inanis,
O ſterilis Iudæa tibi, quæ ſemina vitas,
Ne fructus afferre queas, quibus ore magiſtri
Paulus ait: vos iſta quidem vos noſſe deceret,
Aſt aliis hoc lumen erit, nam ſcripta fatentur:
Lumen in extremis poſuit te gentibus eſſe.
Gentiles ſtupuere globi, fontemque ſequuti
Sumere promiſſæ cupiunt nouitatis honorem,
Et lympha genitrice ſati meruere renaſci.
Compellor ratione loci pro munere tanto
Hiſtoriæ pulſare fidem, quæ prodidit olim
Cum populos genteſque duas in ventre Rebecca
Ferret, & anguſtis includeret agmina muris,
Conſuleretque rogans oranti corde Tonantem,
Reſponſum meruiſſe Dei: prior, inquit, in iſtis
Inferior breuiorque manet, maiorque minori
Seruiet, & iuuenis palmæ potietur honore,
Quicquid in hoc vtero fœcunda puerpera geſſit
C Eccleſiæ conceptus habet, formamque ſequentum
Gentilis concurſus agit, qui creſcit in aluo
In qua victor erit: quod iam meminiſſe neceſſe eſt,
Et ſtudiis celebrare bonis: famulemur vt illi,
Cuius ab affectu nos contigit ante vocari,
Quam naſci, qui dona prius, quam tempora præſtat.
Iamque Lycaonios incedens paſſibus agros,
Lyſtram Paulus adit: fuit hac tunc claudus in vrbe
Supplicio comitante ſatus, veſtigia ferre
Neſcius ex vtero, membris pars cœperat ægri
Se naſcente mori, comperto dogmate Pauli.
Quo monitore piæ tendunt ad ſidera mentes,
Mox voluit diuina ſequi, bene claude iacebas,
Has primum graditure vias: petis æthera mente,
Cum necdum mouearis humo, pedibuſque negatis
Longius ire vales. Paulus ſpeculatus in imo
Pectore quid cuperet, claudique fidelis amorem
In verbo iam ſtare Dei ſic clarius inquit:
D Surge citus, rectuſque tuis imponere plantis.
Exequitur præcepta ſalus: & calle nouello
Progreditur perſona vetus, motuque frequenti
Pulſat vbique ſolum, perque omnia currere tentans,
Sæpe timet quod neſcit iter, modo greſſibus ortus
Annoſo languore ſenex, quod vt agmina cernunt
Exclamant, diuumque vocant, ac ſerta miniſtrant,
Et mactanda feri procedit victima tauri.
Paulus ad hæc tunicam rumpit feſtinus, aperta
Sic prohibens ratione viros: ſolennia nobis E
Cur precor iſta datis, fragili quos corpore conſtat
Terrena ſub lege premi? fuit impius olim
Religionis honor, cum numina fuſa metallis
Artifices timuere ſui, cum templa dicarent
Abſciſſis de rupe deis, tunc forte libebat
Innocuos mactare greges, fibraſque repentes
Conſulere, & vocem pecudis morientis in extis
Quærere: nunc libeat vanis ceſſantibus aris
Æterno parere Deo, qui ſemina vitæ
Præbuit, & variis prouentibus arua locauit,
Cuius ab imperio plenis conſurgit ariſtis
De grano moriente ſeges, palmeſque reciſus
Vulnere conceptas fœcundius educat vuas.
Quo moderante polum ſuccedant ſolibus imbres,
Tempora temporibus: quæ cum fugitiua recurrunt
Poſt ſua terga, vagi conſtantia permanet anni.
Diſcite iam verum ſacra de virgine natum
In terris celebrare Deum: nec vota feratis
Lanigero damnoſa gregi, quos liberat agnus
Vnicus, ablutum qui ſanguine comparat orbem.
His dictis inſtructa fides: ſed corporis vſus
In geminum proceſſit opus, duplicemque figuram.
Perſonat vna ſalus, toto quod in æquore mundi F
Eccleſiæ, duo ſunt populi, per verba duorum,
Cui plenas captura duas facit eſſe carinas.
Namque hæc humano generi collata viciſſim
Claudorum dotauere pedes, quibus aſtat imago
Singula quæque regens, populo communis vtrique.
Quem Petrus antiquis tribuit conſurgere plantis,
Ad portam vicinus erat, gens venit ab illo
Circumciſa loco, pſalmi lex, atque prophetæ,
Qui Chriſti cecinere diem: quem Paulus ab aruis,
Erigit, ad templi nunquam conſederat ædes,
Longinqua tellure iacens, quia gentibus ortus
Cœpit ab ore pio ſolidæ veſtigia mentis,
In turbas proferre rudes, populoque mederi,
Quem latuit vox priſca Dei, ſic claudus vterque
Cum properat genus omne leuat, gentiſque ſalutem
Perſonæ ſignauit iter, quæ gloria rerum
Contulit vt Petro Paulum gerat ordo ſecundum,
Qui fundamentis manet architectus in illis.
Vt tamen auctoris memoremus ad omnia laudes,
Hi duo ſunt cæci, properantibus vndique turbis G
Qui Domino dixere ſimul: fili optime Dauid
Da tenebras exire graues, da cernere lucem,
Quam neſcimus adhuc, ſubitum tunc illa medelæ
Semper amica manus ſubat intulit, atque reliquit
Nox oculos exulque dies illuminat orbes,
Expauitque redux inopia crepuſcula viſus.
Hos populos liquet eſſe duos, quos noxia venæ
Cæcauit natura ſuæ, clementia Ieſu
Tunc celebrauit iter, cum tempora carnis habere
Se voluit, de luce nouat purgatque figuram
Quam delicta dabant, moxque integra fulſit imago
Quæ meruit ſeruire Deum, pars iuncta cerebro
Maxima ſunt oculi, creat hos in munere Chriſtus.
Qui caput & ſplendor rerum eſt, pars omnibus ima
Sunt in fine pedes, hos ſonat in aggere cura
Vocis Apoſtolicæ: quomodo ſpecioſa vocantur,
Quæ pacem cunctis portant veſtigia terris,
Exortum eſt lumen tenebris per dona magiſtri.
Hi ſtatuunt greſſus, quibus eſt ſors tradita verbi,
Vt vigeat medicina ſequens bonitate prioris,
Paulatimque ſalus in totum tranſeat orbem.
Iam tabidas hominum Paulus ſuperauerat iras
Velificante fide, ſubitas vomuere procellas
Iudaica de nube doli, non primitus vlli H
Poſſe lauacra dari, quam circunciſio carnis
Accedat de lege Dei, gens dura quid vltra
Ad lapides ferrumque vocas? huc vmbra figuræ,
Non ſpecies menſura fuit, ſimulata relinque,
Quæ iam certa vides, Chriſti proceſſit ab ore
Vita manens, omneſque iubet de fonte renaſci
Qui veniant, cur membra ſecent. partemque reſoluant,

A Cum totum ſaluare queant? ne quære vetuſto
More premi nouitatis opem, deflexaque retro
Lumina conſtitui, poſtquam via rectior omnes
Dirigit, & cæſis illuſtrat ſentibus orbem.
Lite ſub ambigua Paulus loca tendit ad vrbis,
Cui radiant monumenta crucis, ſanctoſque reuiſit
Iuris apoſtolici proceres, quibus omnia præſens
Quæ ſint geſta refert: Petrus, cui maxima cura eſt,
Commiſſos augere greges, ad paſcua cunctos
Se duce læta vocans, has explicat ore loquelas:
Cernitis æternum ſeclis memorata vetuſtis,
Quæ populo docili cecinerunt ore prophetæ,
In nobis compleſſe Deum: qui maluit emptor
Omnibus eſſe ſalus, nullum diſcernere paſſus
In precio quo vita redit, mihi iuſſit apertam
Gentibus hanc monſtrare viam, quid vota morari
Tardatique iuuat, quidve hæc ænigmata prodeſt
Miſceri cum luce noua? quos gratia purgat,
Vt veniant lex nulla vetat, cœleſtis amoris
Materia eſt feſtina fides, hanc Chriſtus adoptat,
Hanc facit eſſe ſuam, qua quiſque merebitur vti,
B Circuncisus adeſt, & iure renaſcitur vndis.
Paſtorem ſtatuere ſequi, placet ergo miniſtris
Ire ſimul, ſcriptiſque pius abſoluere gentes,
Hoc illis non ſtare iugum: tamen eſſe cauendum
Ne ſimulacra colant, quorum libamina ſemper
Execranda forent, ne ſuffocata cruore
Quæ maculantur edant: ne ſæuior hoſte libido
His impura premat quos lux baptiſmate mundat.
Clarius vt liqueant huius documenta figuræ,
Et progeſſa prius cur iam diſcedat imago,
Principum meminiſſe iuuat. Deus inquit Abraham,
Vt teſtamentum tibi nunc ſobolique perenne
Conſtituas in carne meum, præputia ferro
Circuncide libens, & fœdera necte ſuperna.
Secretam ſcrutemur opem, videamus in iſto
Vulnere pacta Dei, quæ teſtamenta recondit
Præſcius, vt terris conſortia iungat Olympi,
Quæ didicit iurare puer, qui primus ad vndam
Repperit eccleſiæ currentem ſonte Rebeccam.
C Corporis ille locus quo circuncidítur Abram,
Luxuriam lætiuus habet, vitiiſque miniſter
Naturæ ſub lege iacet, pater ipſe futurus
Seminis, vnde ſalus ad vitam pullulat orbis,
Euacuat quod culpa grauat, truncata libido
Virgineum promittit opus, hæc nanque propago
Diuinum concepit iter: hinc ſacra Maria eſt
Ad partum generata nouum, quæ coniugis expers
Mater ineſt, natuſque Dei de virginis aluo
Emicat, atque hominem mediator in omnia complet,
Hinc terrena leuans, illinc cœleſtia præſtans.
Præterit ergo vetus Chriſto naſcente figura,
Hæc facies ius omne nouat, cultroque fugato,
Spiritus ardeſcens cor circuncidit in vndis:
Qui ſanantur aquis, ne figant vulnera membris.
Neſcius interea curis laxare quietem,
Paulus in orbe docet, verbique ligonibus omnes
Excolit, & fidei cogit flaueſcere meſſem,
Errorum fugiente gelu, quem ſpiritualmus
Hæc Aſiæ proferre vetat: nec Myſia quiuit
D Dites agris huius tunc ſicciua ferre ſolutis,
Fœcundo ieiuna ſolo, vir quippe Macedo
In ſomnis hæc viſus ait: miſerere precamur,
Illyricos dignare ſinus, ô gratia quantum
Improuiſa parat, ſubito inflammantur amore
Qui poſitum iam tempus habent, ſi nocte fugata
Doctiloquus conuerti iret, fructuque loquelæ
Veſcitur eſuriens Macedonia, perque ſoporis
Dona ſalutiferum meruit comprendere linguam.
Quæſtio crebra ſonat, quia plenus munere largo
Prædicat omnipotens, non veni perdere mundum
Sed ſaluare magis: faciat quæ cauſſa negari
Hæc aliis, aliiſque dari? cum prodiga Ieſu
In commune venit pietas ſuccurrere cunctis.
Suppetit affatim exemplorum copia, noſque
Lectio multiplicem docet hac in parte figuram.
De qua pauca canam, Luca narratore, relatu: E
E populo quidam Chriſto comes ire rogabat,
Quem ſecuta prodire vetat, qui deinde tacentem
Sponte vocat, nouit mundus interna magiſter
Quæ verbum iam corda ferant, quos obſtruat intus
Error iniquus adhuc, vt tunc doctrina miniſtret:
Officium, cum tuta venit, ne ſancta quod inquit
Incipiant violare canes, cœnoque grauati
In margaritas vertant contagia porci.
Altera res etiam ſupereſt in carmine ducta,
Sed quibus ex vetera patuerunt omnia fonte,
Ore datas renoui facile eſt aduertere guttas.
Exodus ille liber memorat velamina ſacri
Pontificis, qua nempe queat ſplendeſcere veſte,
Officiique habitum nudo componere cultu,
Qui ſegmentatus mediis altaribus aſtat.
Quas inter ſpecies patili numerantur amictu
In femore exuuiæ, quibus indumenta pudori
Progrediens ad templa locet, ſtudeatque ſacerdos
Renibus obſtrictis myſteria caſtus adire.
Quod ſtatuit lex priſca magis, deuinctaque iuſſit F
Tunc hæc membra tegi, quæ poſſidet atra libido,
Cum properat libertare Deo, laxata relinquens
Coniugio poſt ſacra tamen, ne parcior vſus
Ad ſobolis non ſtaret opus, ſterilíſque marito
Connubii fugeret amor, cum certa propago
Hoc ſolenne gerens, nullos admitteret vnquam
Externa de ſtirpe viros, vbi nomine priſco
Ex adytis perdurat honor, proleſque per æuum
Sanctificanda redit, vicibus ſupplenda creandi.
Eccleſiæ nunc alma fides ſine fine pudicos
Pontifices iubet eſſe ſuos, & quærit in omni
Cauta tribu quos rite probet nec ſanguinis iſte,
Sed meriti ſucceſſus erit: tamen illa figura
Qua ſine nulla vetus ſubſiſtit littera demum,
Hoc melius nouitate manet, variatque recurrens
Alterna ratione vices, ne forte ſacerdos
Tunc generare velit, cum necdum mente capaces
Cernit adeſſe greges, cumque inſtat nobilis ardor
Diſcendique fames, vt apertius ora reſoluat,
Ne quiſquam ieiunus eat, nam ſermone verbi G
Prolem poſſe dari, Paulus quoque ſæpius inquit:
Filioli dicendo mei, iuuat ergo parumper
Eloquium genitale premi, ſtudiumque docentem
Diſpenſare ſuum, laxans pro tempore vires
Ingenii ſtrictaſque ferens, ne fuſa profani
Conculcata terant, mundans ſancta reſeruans.
Fas vetat inde queri culpis hoc imputat Adæ
Venæ pœna ſuæ, quid enim rea ſauce parentum:
Progenies ſibi iure petat, ſator ille benignus
Ni donare velit, quicquid temeratius error
Corrupto natale tulit: via ſola ſalutis,
Affectus parcentis erit, miſeratio ſemper
Conditione caret, præſtans indebita Chriſtus
His pius accelerat iuſtuſque his munera tardat.
In Macedum terris cum mœnia noua Philippi
Doctoris celebraret iter bacchata puella
Sub ſtimulo Pythonis ait: Paulum eſſe miniſtrum
Æterni ſeruire Dei, profeſſio vera
Mendaci de teſte ſonat vocemque fidelem
Perfidus auctor habet: ſed non defertur honori, H
Quod cogit tumido loqui, nec mente cohæret,
Nudus amore timor. Paulus miſeratus ab atro
Dæmone corda premi, nolenſque licere profano
Diuinas aperire vias: fuge, dixit, & iſta
Vlterius tentare caue, ad iuſſa muratus
Hoſtis abeſt, vacuamque domum poſſeſſor iniquus
Deſerit, ac profugo mulier ſanata periclo
Concinuit de laude viri quæ cœpta peregit:
Pluſque tacens hoc eſſe docet, de munere vulgi
Hæc quæſtum faciebat heris, quos turbidus implet
Quo caret illa furor, populique procacis in aure
Seditione fremunt, Romanis obuia ſacris
Sacra dari, rituſque nouos exire per orbem,

Et vete-

A Et veteres cecidiſſe Deos, tunc agmina raptim
Fuſtibus innumeris eliſo corpore Pauli
Conueniunt vbi carcer erat, quem ſedibus imis
Includunt comitante Sila veſtigia, quorum
Ligno merſa cauo vinclis tenuere beatis.
O felix de clade locus, cui clara refulgent
Lumina pro tenebris, in quo dedit eſſe perennem
Nox antiqua diem, niueam translatus in aulam
Eccleſiæ, cunctiſque ferens modo dona ſalutis.
Quam bene carcer erat, tuta concurrimus vrbe
Qui primus noua tecta petat, quive oſcula figat
Poſtibus, & tacta ſacretur parte cylindri.
Iam nocturna quies per corpora cerpere feſſa
Cœperat exiliit tellus minitata ruinam
Viſceribus concuſſa ſuis, & clauſtra relaxans
Mota vagatur humus, ſeruitque canentibus hymnum
Tempeſtas famulata ſuis, proh quanta pareſcis
A nullo ſuperanda fides veniente periclo
Pœna fugit geminoque metu diſcrimina creſcunt,
Vt perdaſſe tormenta locum tremefactus ab alto
Excutiens ſua membra toro, cum libera cuſtos
B Cerneret antra necis, gladii mucrone retecto,
In iugulum vult ferre manum, ſed non licet illi
Paulo teſte mori, cuius ſolamine vitam
Reppetit, atque ſuum metuit de carcere ſolui,
Deſcendenſque domum, ſacris fomenta miniſtrat
Vulneribus, liquidam que parat ſibi redditus vndam,
Cœleſtem nacturus aquam: nam corda ſaluti
Figere Paulus amans, cunctos ſimul amne fluenti
Diluit, ætherei patuit cui luminis ante
Gratia, non periit, creuit poſt vita renaſci.
Blandiloquis olim capta eſt ſermonibus Eua
Deceptura virum: nunc improbus ora puellæ
Qui tunc dæmon agit, repetens ad crimina ſexum.
De quo præda fuit multis ventura canendo
Peccati conceptor erat, ſed apoſtolus Adam
Iam melior, cœleſte lauans in imagine ſignum,
Qui fuerat terrenus homo, nec certa recepit.
C Nam fallit quod ab hoſte venit, metuamus vt omnes
Hoc audire nefas, nec corrumpamur amari
Melle doli, ſi vera canat qui falſa miniſtrat.
Ingeniis claras & linguis Paulus Athenas
Ingreditur, tumidamque feris conflictibus vrbem
Eloquii torrente premit, quem turba profari
Doctiſonis mirata modis: quibus, inquit, ab oris
Verborum venit iſte ſator? plebs neſcia Paulum
Semina ferre vocat, fruiturque errore magiſtro
Vera loquens, namque hic facundus in orbe viator
Ambulat atque colit, cuius labor omnibus inſtat,
Vt creſcat diuinus ager, purgataque fructum
Mens humana ferat, lolii ne ſordeat herbis,
Quam ſegetes portare decet, manus æmula cogit
Ad proceres huc ire ſimul, quibus edidit annus:
Cecropidæ, quos fama canit ſermone diſerto
Gymnaſiis vernare ſuis, vbi præſidet altus
Sacrilegæ nouitatis amor, vos cernimus aram
Ignoto poſuiſſe Deo, qui condidit aſtra,
Qui pelagus terraſque dedit, quem vita parentem,
D Vt moueamur, habet: cuius ſpiramus ab igne,
Cuius imago ſumus, de quo cecinere poetæ,
Hinc hominum conſtare genus: quem prædico, cuncta
Sanxit ab ore ſuo, cur hæc diuina vocatis,
Quæ facitis, vacuoque metu cœleſte putatis
Auxilium, quod gignit humus, natura metalli
Viſceribus latet ima ſoli, quibus eruta ſumit
Ingenii fabricantis opus, ſeu numina templis
Hinc veniant, ſeu vaſa focis: ſibi cauſſa timoris
Ars, operata deos, dominum ſuper omnia fuſum
Claudere nemo poteſt, patuiſque arctare figuris.
Quod capitur, minus eſt ſpacio capientis in auro
Materia eſt: opifex rerum non ſuſtinet vſum,
Quem ſimulant, quos ipſe creat: quam dura luetis
Crimina, quam ſtultam ſeſe ſapientia veſtra
Iudicii eſt cenſura die, cum corpora Chriſtus
Surgere cuncta iubet, tormentaque fine carebunt.

Vtque reos cruciet, ſeruat quos deuorat ignis. E
Sic caro iuncta Deo carnales expiat actus
Et commiſſa ſibi coram hac examinat vltor
Qua voluit moriente pati, quam funeris expers
Viuificare volens, poſt tartara reddidit aſtris.
Hæc multos ad dona vocant, Dionyſius ipſe
Primus in arce loci noua præmia iungit honori,
Complexuſque fidem, ſic incipit eſſe ſophiſta:
O lupe Paule rapax, dedit hoc benedictio Iacob
Nomen habere tibi, quid iam remanebit in orbe
Quod non ore trahas, poſtquam ſolertia Graia
Ceſſit, & inuictas doctrina vincis Athenas?
Cur Epicuræus, vel Stoicus impia ſoli
Bella cient? reſerare opus eſt, quo nomine multi
Sectarum coiere greges, vitam ambo beatam
Elegere ſequi, quam corpore diligit alter,
Hic animi virtute colit, dat & actio Pauli
Ad vitæ præcepta viam, ſic themate iuncto
Hi magis alternis ſoluerunt vocibus ora,
Corporis atque animæ commiſſus partibus extat
Plenus homo, ſed nunc ſtudiis diuerſa ſequentes
Ambo volunt quod neuter habet, vas lumine plenum
Subdit vtrunque Deo, video etiam iis caro menti F
Quam ſit iniqua meæ, ruſuſque ſalubriter infit,
Non propria de parte geri quod gratia donat.
Hoc celebremus iter, vita eſt quia Chriſtus & ipſe
Se vocat eſſe viam, per ſe gradiamur vt ad ſe:
Sanctaque ne pedibus poſſit ceſſare lucerna,
Præco datus fidei veſtigia ſuggerit orbi.
Attica diſcedens iam liquerat agmina Paulus,
Eloquiis ſuperata piis, bimariſque Corinthi
Mœnia iuncta petens, populo iam repperit vrbem:
Quæ licet alterni contingeret æquoris vndas,
Perpetuas ſitiebat aquas. ibi Ponticus ille
Aquila tunc præceptor erat, vir plurima laudis
Inſtrumenta gerens, cuius ſe Paulus amico
Contulit hoſpitio ſociam dignatus adire
Artis amore domum, nam ſcenæ factor vterque
Pollebant operis ſtudiis, & dogmate legis.
Chriſtus ait: nunc Paule doce, non obuiat vllus
Me comitante tibi, quæ ſit mihi mœnibus iſtis G
Turba vides, inſiſte loquens, ego pectora firmo,
Iſta monent nullos vnquam de munere tardo
Poſſe queri gratis quod dat clementia Chriſti.
Tecta ſub ambiguo lateat ne forte figura.
Qua dubitat ratione canam, de nomine ſæpe
Argumenta trahi, dogmentaque maxima gigni.
Scripturæ cernere piæ iuuat altius ergo
Quærere, qui Paulo charus coniungitur hoſpes,
Factus in arte comes ſub cuius imagine cauſſæ
Sic vocitatus erat, qualiue decoris honore eſt,
Hac quoque parte placens, aquilæ natura fidelis
Sponte gerit quod forma tenet, nam debilis æuo
Et declinans ſenior iam viſibus ales,
Flammiuomo ſub ſole iacet, pennaſque grauatas
Eius in igne fouet, nocturnaque lumina pandit,
Atque oculos radiis ardentibus tangens ægros
Ad veterem reditura diem ſic dona caloris
Languida ſumit auis, cuius de fomite vires H
Accipit & priſci reparat diſpendia ſecli.
Cui ne ſola forent, quæ feruidus incutit æſtus
Per laticum purganda vadum, ter mergitur vndis,
Et ſenium deponit aquis, iuuenemque decoris
Effigiem de fonte leuat, quis apertior actus
Religionis erit: cum veri lumine ſolis
Tangimur antiqui contagia ſoluimus æui,
Accedente fide, lympha mox matre renati
Conſpicimur nouitate rudes, infantia rurſus
Fit recidiua ſeni, gemino manantibus ortu
Hic melior natalis adeſt: bene conſcius huius
Alitis exempli, quem ſpiritus egit opimam
In cithara verſare manum: renouaberis, inquit,
More aquilæ, qua lege datur ſentire probatis
Laude placere typi, quod firmant cantica iuſti.
Nec vacat ars Pauli ſocio celebrata ſub ipſo

A Secreti virtute boni, tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere textis.
Longius hæc abiens peregrinus vbique viator
Erigit, atque hiemes ſoleſque his pellibus arcet.
Nos quoque per culpam prima de ſede repulſi,
Exilio mundi iacimur, via reddita tandem
Qua patriæ repetamus iter, munimina nobis
In caſtris ſunt Paule tuis, ne criminis imbres
Tempeſtas mundana ferat, ſcelerumque vapores
Ignitus tentator agat, ſub tegmine tali
Tuta ſalus, nullum diſcriminis excipit ictum,
Nec proſtrata feri ſuccumbit viribus hoſtis.
Myſtica ſigna duces præmittunt laudibus artis:
Piſces Petrus agens, homines capit, æquoris hoſpes
In ſacris perſiſtit aquis: habitacula Paulus
Dum terrena leuat, docet vt cœleſtia condat:
Factaque ſæpe manu, nunc conſtruit atria verbo.
Vlteriora ſequens luſtratis finibus aruo,
Conueniens Epheſum Paulus docet, atque ibi quoſdam
Proſpiciens aſtare viros, an ſpiritus almus
B Venerit his, quæſitor ait? qui fonte Ioannis
Se dudum maduiſſe ferunt nam nominis huius
Expertes hucuſque trahi: quos flumine ſacro
Abluit, & ſanctus mox ſpiritus ora repleuit,
Verborumque dedit ſolitis virtutibus imbrem,
Sæpius arma mouent iſta de parte profani,
Et bellare parant, quibus, vt contraria poſſim
Fundere tela loquens, tu nunc mihi largius ora
Spiritus alme riga, ſint vt tibi dogmata digna
Quæ dederis, in vocis iter, tu ſemita linguæ,
Tu dicture veni, qui per tua munera ſemper,
Quæ reddamus agis, donique reſuſcipis vſum.
Nomine venturi præcurſor in orbe Ioannes
Exhibuit baptiſma ſuum, Dominoque parauit
Ipſe viam, memorans cunctis baptiſma futurum
Poſt aliud, quod iure datur, quod trina poteſtas
Illuſtrare ſolet, ſed quod magis eligit huius
Tangere Chriſtus aquas, formam facit omnibus ad ſe
Currere fonte pio, ſacram ne deſerat vndam
Vlterius mortale genus, quam corpore mundo
C Et dominus dignatus erat cum diluii amnem
Per famulum mergente Deo: iam flumine tacto
Diſcipulis hoc ceſſit opus, quos dogmata plures
Baptizaſſe canunt, ſerui ceſſare lauacrum,
Fas fuerat veniente Deo, prænuncius ex quo
Dixerat iſta prius, quo fecit tempore Ieſus
Iam plenum baptiſma geri velut ante Ioannes
Inſolitum propriumque daret, quæ regula Paulum
Compulit, vt Chriſti deberent fonte renaſci:
Quem non venturum, ſed iam veniſſe Ioannes
Inſinuans digito cœleſtem prodidit agnum,
Hunc peccata canens à cuncto tollere mundo.
Quid geminum baptiſma cupis ſimulare profane?
Diſſona non inerat, repetitio rem tenet ipſam,
Non aliam, biſque illa foret, quæ primitus eſſe
Cœpit, & ipſa redit, nam cum diſcordet origo
Principii, fidiſque ſequens, & ſingula dici,
Et patet eſſe ſemel nulloque errore grauantur,
Quæ collata ſimul poſſunt diuiſa probari.
Cum tamen hæretica nigredine plenus auerni
D Polluitur quicunque lacu, ſi lumen habere
Eccleſiæ vult forte piæ, non cogit ad vndam
Noſtra fides hunc ire iterum, quia homine trino
Dogmata praua trahunt: nec qui, ſed quid dare poſſint,
Explorare ſolet, poſitæ quem vera fateri
Inſtituere manus, ſoluſque repellitur error
In diuerſa trahens, quod ſpiritus efficit vnum.
Hos etiam bis ſex memorat ſcriptura fuiſſe.
O ſacer, ô felix numeri modus, agmine fuſo
Cum meruere cibi damnorum ſemine naſci,
Iura apoſtolici lata eſt tot gloria vaſis.
Iam ſermone potens Epheſi conuerterat vrbem
Paulus, & æthereis fulgebat gloria ſignis,
Cumque per innumeros mutarent ſaucia morbos
Corpora, nec miſeros operata refecerit ægros
Artificum medicina manu, velamina ſacra E
Abſentes petiere ſibi, quibus affuit ardens
Vt caderet vapor ille fides, finemque calori
Altera flamma daret, ſemicinctia denique Pauli
Atque allata palam ſudaria, fuſa per artus
Languorum preſſere focos, membriſque repoſtæ
Ad nihilum fluxere lues, vigor omnia curans
Tactus erat, nullæque domus à munere ceſſant
Quod medica de veſte ferunt, virtute ſub ipſa
Spirituum quoque turba minax velut irrita fumi
Pars per inane fugit, ne fabrica pulchra creantis,
Quæ plaſmata ſolo cœleſtis imaginis inſtar
Traxit, & auctoris ſpeciem pro pignore geſtat,
Hoſpite ſit polluta ſuo, templumque decoris
Inficiat prædonis odor, quo tempore ſeptem
Iudæa de ſtirpe viri noua prælia tentant,
Sic prius affati: quem Paulus nomine Ieſum
Prædicat hunc tibimet pariter proponimus & nos.
Peruaſum dimitte locum; vox reddita contra,
Chriſtus qui ſit, ait, qui Paulus, ſentio, nam vos
Ignotos vitare licet, cognoſce furorem
Gens inimica tuum, dæmon regnare fatetur, F
Quem veniſſe negas, atque hoc conuinceris ipſo
Quos ſtimulante ruis, cui non datur ore placere,
Quod terrore mouet, contraria dicere voto
Cauſſa Dei prohibet, quam lex comitatur amoris,
Hæc eſt vera fides, quæ tunc ſpectacula plebi
Quamve triumphalem Domino vincente coronam
Contigit inde geri? rabido cum murmure frendens
Dæmonis ira ſuis bene notis rumpit amictus.
Diſſecat & facies, fugiuntque pericula victi,
Nudaque præcipiti conuertunt terga pauore.
Quid Iudæa ferox iam non de clade timebis?
Quæ ſocio ſic hoſte peris, cui criminis auctor
Punitorque idem eſt, ne ſic te iudice pulſus,
Qua ſimul eſt peccante reus, mox fama per vrbem
Spargit vbique volans, & dæmonis edere vocem,
Quod virtus eſt ſumma Dei, concurrere gaudent
Et Iaoces intrare pios, maculaſque vetuſtas
Fonte lauare nouo, ſanctiſque nitreſcere lymphis.
E quibus vna datur ſimul inſons omnibus ætas.
Aſt alii magicis ponunt incendia libris, G
Vt mereantur aquas, & vitent ignibus ignes.
Ardua flamma nimis, cuius ſuper aera fulgor
Euolat, & cœlum tales petiere fauillæ.
Quinquaginta etiam precium poſuere libellis
Millia nummorum, quoniam meruere nocentes
Sic abolere nefas, huius hæc cauſſa figuræ eſt.
Lege ſacer numerus delicta reſoluit, vt olim
Diluit in toto Dauid ſua crimina pſalmo,
Contractuſque fugat nam quinquageſimus annus
Cum Iubilæus adeſt proprii diſtractio ruris
Antiquo donatur hero: ſeruire coactus
Libertas amiſſa redit: mala debita laxat
Creditor & lumen patriæ vetus aſpicit exul.
Quadraginta etiam cubitis diſtenditur arca,
Quæ depreſſa vadis, atque æquore tuta ſalutem
Sub numero pietatis agit, ſeruataque creſcit
Per ſpacii parcentis opem, quia Chriſtus vbique
Condidit eccleſiam venia fabricante capacem,
Quæ ſic cœpta fretis latiſſima funditur aruis.
Infelix Epheſi Demetrius arte locata H
Sacrilegis delubra locis argentea, ſuetus
Soluere vota ſuæ precio maiore Dianæ,
Credere cuncta videns priſci monumenta furoris
Ingemit, & variis his vocibus excitat iras:
Non pudet ô ſocii noſtram cecidiſſe Dianam,
Quam mundi ſuſpexit honor? mortalibus vltra
Quæ ſperanda ſalus, ſi non per ſecula poſſunt
Fine carere dij? quæ nunc ſimulachra ſacellis,
Quæ poterunt dare thura focis? quos aduena Paulus
Territat: & quicquid gerimus pro nomine Diuæ,
Muta metalla vocat, quorum diſcedit ab orbe
Religio, pulſique fugam petiere penates.
Hei mihi, iam video ſubitis lapſura ruinis

A Condita tana diu, templi quoque nobilis ædem
In cineres ſtragemque dari, quam prandimus arcem,
Quamve teneamus opem: quibus interclusa facultas
Eſt operum crimenque foret feciſſe Dianam.
Pergite tempus adeſt, labor vltimus omnia ſecum,
Si deſperat habet, ſola eſt via vincere victis,
Formidare nihil, reſtat ſors certa triumphi
Pro ſuperis mouiſſe manus: inſurgite telis,
Et quam vota deam celebrant, hanc arma repoſcant,
His dictis plebs mota fremit, magnamque Dianam
Communi clamore vocant, ac præpete curſu
Itur in obſcœnum cum ſeditione theatrum,
Non alio, decuit meritum cauſſasque Dianæ,
Quam fœdo tractare foro, capit area turbis
Concilii deformis opus, tamen impetus amens
Fluxit, vt in vacuas oculis qui labitur auras,
Nullaque diſperſus retinet veſtigia funus.
O miſeranda manus, cui tu prodeſſe laboras,
Perpetuam eur eſſe putas? te teſte ſacellis
Eruitus fugitiua ſuis, quo iure paueſcis,
B Qua pereunte doles? cœloque adiungere tentas,
Qua terris remanere negas, nunc ordo figuræ
Explorandus erit, latebriſque videndus apertis.
Dicitur è ſolo Demetrius arte demens
Argento poſuiſſe deæ, cum plura capaci
Protulerit natura ſinu, quibus iſta metallis
Fingeret, vt fuſis animentur vultibus æra,
Ingenuiſque manus promittunt viuere cautes.
Quod ſi ſanctiloquos voluamus ab ordine libros,
Inueniemus iter, puris quia ſenſibus aurem
Comparat argentum nitidis ſcriptura loquelis.
Nam pſalmus licet iſta canat, tamen inclyte Moſes
Altius hæc memoras, populo cum talia dictas?
Aurum atque argentum templorum ferte decori,
Quod iacet interius menti, non dura metalli
Materies ſub corde latet, ſed apertius illud
Exagitat, quod Chriſtus amat: mens obtulit aurum,
Cui fuerit precioſa fides, pariterque miniſtrat
Argentum, cui voce ſonant bona tympana cordis,
Vt dominum duo iuncta colant, de pectore ſenſus,
C De ſermone ſonus: ſic aurum dogmata legis
Argentumque petunt hoc ad pia templa parari.
Nos quia templa ſumus, ſi crimina cuncta recedant,
Plurima verba monet, quæ Apoſtolus ipſe reuelat.
Corde ſalus credentis erit, confeſſio voce.
Sacrilego res vna fuit Demetrius ædes
Condidit argento, cuius facundia mouit
Hos animos, vt norma probet ſine iudice ſenſu
Numina vana coli, nec de virtute venire
Pectoris iſtud opus, cui pars hæc ſola dicatur.
Qui rationis inops nudam ſerit ore loquelam.
Tu quoque ligna ſerens, titulos in carmine noſtro
Troia repone tuos, & laudibus adde triumphos,
Qui magis ea vero fulgent tibi clarius actu,
Quam quos pompoſo reboant tua bella cothurno
Lingua colona Dei cum ſemina fœta ſaluti
Spargeret, in ſeram produxit tempora noctem,
D Plus animis factura diem: micuere coruſcæ
Lampades, vt verbi lucerent igne fidelis.
Solus ab excubiis viuacibus Eutychus exul,
Merſa ſopore graui commiſit membra feneſtræ.
O male parta quies, ô ſemper debita ſomno,
Pectora, nuda bono: quantis patet ille ruinis,
Quem nox ſola tenet, nunquamque te ſuſcitat ægrum
Ad meliora caput, neſcit vigilare periclo,
Qui patitur dormire Deo, quid ioane feneſtræ
Quæris adulte chaos? quidve hac in parte quieſcis,
Qua miturus eris ires eſt inimica ſaluti
Pendula celſa ſequi, furtiuaq; ſomnia prono
Carpere velle toro, poteras meliore cubili
In verbo recubare Dei, Pauloque monente
Eius velle aditum, cui lumine peruia recto
Ianua nomen ineſt, per quam de fonte lauatæ
Ad vitam gradiuntur oues, hanc quærite cuncti
Si tabidas fauces cura eſt morſuſque cruentos
Euitare lupi, cuius lacerabitur ore E
A paſtore fugax, qui ſparſos vocibus agnus
Euocat, atque gregem propria de morte redemptum
Non ſinit inſidiis, & amari vulnere dentis
Rurſus ab hoſte capi. mœſto ſonuere tumultu
Atria concurrit gemitu miſerata frequenti
Turba videre locum qui funere triſtis acerbo
Lætitiam facturus erat, cui Paulus adhærens
Pectore, viuit, ait, quam vocem vita ſequuta eſt,
Morſque repulſa fugit, quantum tua Chriſte poteſtas
In famulis operata facit. tu redditus aſtris,
Æqualiſque patri de maieſtate perenni,
Iura ſuperna regis: ſed quod caro corpore matris
Virginis ordo tibi, regnum ſpoliauit auerni,
Vnaque de proprio reuocaſti membra ſepulcro.
Teque probans voluiſſe mori, qua parte reſurgis,
Et qua natus eras, iam ferrea vincula ſoluis.
Lux aliis alterna redit te auctore, ſimulque
Exemplo donata tuo, qui ſubdita dudum
Cogis, & electis ſuccumbere tartara ſeruis,
Interea felix ſurgit de morte cadauer,
Et meliore via tria per cœnacula ſoſpes
Ducitur ad Paulum, cuius conſpectibus inſons
Cœpit adeſſe puer, vitæ iam dignus honore, F
Cum lethi conuertit iter. quæ gloria facti
Inſtruit ad veterem cauſſas aperire figuram;
Fulta tribus cameris Noe deſcribitur arca,
Eccleſiæ documenta gerens, ſtetit ordine primo
Pars hominum, pecudesque gradum tenuere ſecundum,
Tertia ſors addita feris, quæ cuncta per vndas
Arca quadrata tulit, velut in baptiſmate lotis
Omnibus eſt nunc vna ſalus: ſed moribus vnus
Non valet eſſe locus, nam nidos fertur in illa
Aedificaſſe Noe, quem iuſtum dicis Ebræus,
Et requiem quod Chriſtus ineſt, qui diuidit equus
Præmia certa ſuis quiſquis virtutis amator
Ingreditur alta petens Noe ſtat proximus infra
Ingenio breuiore minor, ſors debita feuis
Tartareum tenet ima, ſinum: ſic Eutychus ergo
Prima, parte cadens, inferni perditus oris
Hæſit, & humana vacuus ratione ferarum
Cœpit habere locum, cui poſtquam pectore Paulus
Incubuit, verbumque ſuum ſapientia fudit,
Ore leuans animam carnali lege peremptam
Ad dominum de morte redis, quod epiſtula clamat?
Qui dormis, iam ſurge citus, rurſuſque perurget, G
Teque vigil de morte leua ſuper ardua trina
Promeruit iam ſtare puer, quia dogmata trino
Comperit æternæ quæ ſit ſubſtantia, vitæ.
Iamque peragratis Paulus ſtationibus vrbis
Ad Solymam venturus erat, quo ſpiritus illum
Pergere ſæpe monet, cupiens in littore noto
Perpetuum memorare vale: ſimul vndique ſacros
Euocat, has reddens caro de pectore voces?
O dilecta manus, quæ Chriſti militat armis,
O ſummo plebs nata Deo, me miniſtris amoris
Et ſtudii documenta mei: gentilia promptus
Agmina Iudaicosque tuli ſine fine furores,
Vt vitæ præcepta darem, nullumque lateret
In populo narrata fides, à ſanguine veſtro
Mundus ſemper ero, nec debitur oris auari
Clauſa talenta luam ſterilemque in ſemine verbi
Ieiunus culcabit ager, vos conuenit inde
Vſuram præſtare piam, cum venerit auctor H
Qui meriti diſcuſſor erit, ſeruiſque repoſcet
Menſuræ crementa ſuæ mihi ſemina ferre
Senſimus: ardor ineſt, quæ paſſim credita ſulcis
Sparſimus at fructus tenues mala terra dolebit:
Vado videre crucis venerandam gentibus vrbem,
Quo me iuſta vocant, varii luctamen agonis
Hic dabitur certare mihi, nam cuncta ſubibit
Qui curſum complere volet, mitiſſima ſors eſt
Pœnarum, quas vota gerunt, regnique facultas
Perpetuo pro regi pati, ſeruate magiſtri
Eccleſiam, Chriſtus precium quam ſanguine nobis

A Fecit in orbe tuo, famuli rennere laborent,
Quæ dominus de morte dedit, non cernitis vltra
Iam faciem vultuſque meos, vigilantes oro,
Commiſſos luſtrate greges, quia dente rapaci
Conueniunt ad ouile lupi, cuſtodia peccat,
Cum ſpolijs ſi raptor eat: paſtoris inertis
Fraude perit, quod prædo capit, ſed & acrior hoſtis
Intus erit grauiuſque malum diſcordia portat,
Quæ vultus ſub pace creat, ne cedite duris,
Virtuti damnoſa quies, nullumque coronat
In ſtadio ſecurus honor, ſua gloria forti
Cauſſa laboris erit, raruſque ad præmia miles
Cui pax ſola fuit, victoria ſemen ab hoſte
Accipit, hinc oritur, dominus plantaria veſtra
Fæcundare valet, qui per ſua dona venire
Ad ſua dona facit, quodque adiuuat ipſe miniſtrat.
Non ego diuitias luxu fallente ſuperbas
Alterna mercede tuli, nec munera ſumpſi,
Vos potius quam veſtra petens, me ſcitis vt iſtæ
Cum ſocijs pauere manus, aſſueſcite gazas
B In lucis proferre vias, operumque locare
Theſauros in ſede poli, nil proderit aurum
Defoſſis quæ ſiſte locis, ſi claudat auarus
Quod celabat humus, quod non in paupere ſurgit
In tellure iacet, cæcoque reuoluitur antro,
Obſcura peccante manu, laxate ſupernis
Corda precor monitis, neque te ſpuat vllus egeno
Tecta parare gregi, quo ſuſcipit hoſpite Chriſtum.
Sic poſtquam fatus, dedit oſcula, tum ſimul orans
Flexit in arua genu, ſtrictique doloribus omnes
Ad lacrymas fluxere pias, longeque per vndas
Obtutu comitante ſequi meruere carinam,
Dumque per oppoſitas extendunt lumina nubes,
Additur in pelagus oculis via, raptaque flabris
Puppis adhuc nota eſt & mulcet imagine mentes,
Affectuque animi creſcit menſura videndi.
Sed quod ait, tribus hæc annis præcepta ſalutis
Nocte dieque dedi: pater hæc ratione figura.
Qui canit eccleſiæ tria dogmata, ſæpius edit
Hiſtoricum, morale ſonans typicumque volumen.
Sic etenim ternas capiunt ſex vaſa metretas,
C Quæ veteri de lege, nouo rubnere liquore.
Forma ſacrificij perfecti priſca caniſtro
Tres panes offerre iubet, quibus additur illud
Diſcipulis quod Chriſtus ait, iam nocte roganti
Tres panes debere dari, nox iſte profecto eſt
Mundus, vt hic ſi quis deſideret eſcas,
Exhibeas quæſite dapes, doceaſque volentem,
Quod pater & natus, quod ſanctus ſpiritus vnus
Sit Deus, & numerum triplicet ſubſtantia ſimplex:
Nec ſemel hoc pia iuſſa canunt: angariat, inquit,
Te quicunque petens, vt pergas paſſibus vnum,
Cætera vade ſimul duo millia, non ne videntur
Hæc mandata loqui? ſi quis te conſulit errans
Ignaruſque viæ, quid ſit Deus edere malis:
Prode patrem, ſubiunge libens quod filius, & quod
Spiritus almus, & hi numero tres, & tamen vnus.
Hinc Iudæa vacans, ſterilis quæ dicitur arbor,
Expectata tribus fructum non attulit annis:
Quæ triplici ſpernens tractare volumina ſenſu,
In fidei numeris neſcit dare munera Chriſto.
Nobile iam templum Solomonis Paulus adire
D Cœperat, & veteris ſolennia reddere legis,
Corripit hunc Iudæa manus, rabidoque tumultu
Conclamat necis eſſe reum, ſed in arma tribunus
Euolat, & vinctum geminis iubet eſſe catenis:
Quæ tamen aſtrictis incumbunt dura lacertis,
Non animum tormenta ligant, quod epiſtola Pauli
Lumine plena canit: vinciri poſſe miniſtros,
Vinciri non poſſe fidem, verbumque teneri
Supplicijs, non eſſe datum, gradibuſque ſub ipſis
Conſtitit, Ebræo plebi ſermone loquutus:
O fratres, patreſque viri, me noſtis in oras
Has veniſſe rudem, doctrinæ deditus omni
Legis amore fui: vobis modo teſtibus vtor

Quorum ſcripta ferens, ardebam cæde Damaſci E
Chriſticolas punire greges, & finibus orbis
Hanc prohibere fidem; ſed non mortalia poſſunt
Auctori certare Deo, deſcendit ab aſtris
Lux, oculos clauſura meos, & ab igne coruſco
Aucta dies latuit, caliganteſque tenebræ
Orbibus incumbunt, quarum mihi tempore creuit
Adueniens cum nocte iubar, diſcernere cauſſas
Euentus poſt facta ſolet, bene vidimus vmbras,
Viſuri iam ſole nouo: ſed & auribus hæſit
Clamor ab ore Dei, repetito nomine Saule
Me Chriſtus terrore quatit, ne ſignifer vltra
Auderem bellare ſibi: quo iure negabo,
Quo feriente cado, cuius de munere pronus
Attollor meliore via, perque ardua ſurgo,
Sublimi'que ſequor felicis dona ruinæ.
Iam ſatis ô ciues crudelia mouimus arma.
Nil dubium pars illa docet, quæ teſte beata
Fungitur hoſte ſuo, quid adhuc libet eſſe nocentes?
De tenebris lucete meis, cui fontis ab vndis
Eſt viſum largita fides, & mortis imago F
Viuere cœpit aquis, heu nunquam ſaxea tellus
Seminibus fœcunda ſuis, vacuique labores
Qui ſterilem patiuntur humum, poſt denique Ieſus
Hæc mihi viſus ait: procul hac, procul vrbe relicta
Pergere Saule para: non eſt tibi credula noſtri
Nominis, ad gentes potius cane verba ſalutis.
Protinus hanc vocem querulę rapuere phalanges,
Proijciunt veſtes, ac puluere longius acto
Ventoſa leuitate fremunt, varioque fragore
Perſonat in Pauli rabidum diſcrimina vulgus.
O Iudæa nocens, auctorem perdere vitæ
Cum cuperes, ſic dicta dabas. fuit optio linqui
Quem velles clamoſa tibi, ſed ab ore cruento
Triſte reos male ſuada nefas, & gaudia paſchæ
Electo latrone colis, geminaſque furorem,
Sæua pio, plagata reo certamine c[illegible]cto
Te ſpolias, vacuamque locas, cum [illegible] ipſis
In Stephanum tormenta iacis depoſitis amictum
Et nunc veſte cares, primi quia pœna parentis
Eſt cognata tibi, veretiſque in corpore portas
Tranſgreſſoris onus contraria ſontis honori
Ne renoueris aquis. Adam ſub criminis ortu G
Cognouit quod nudus erat documentaque noxæ
Hinc miſero patuere ſuæ: te mortis origo
Crebra ſubit, cui plena malis interſerit ira
Bis habitum, quem culpa creat: iam bella tribunus
Vocibus his ardere videns, fera vincula Paulo
Addidit, & caſtris torquendum miſit iniquis,
Nota querela locis vt ſit ſuperanda canemus.
Paulus geſta loquens, ſocios ibi lumina dudum
Conſpexiſſe ſuos, vocem tamen auribus vllam
Non habuiſſe refert, ac tunc quo tempore cæcus
Decidit, & vocem comites audiſſe leguntur,
Sic variat narrantis opus, ſed vtrumque neceſſe eſt
Concinat, haud dubium. nam tunc audiſſe feruntur,
Accepiſſe ſonum, nunc non audiſſe profecto.
Hæc rationis erit ſimplex via, iure negatur
Vox quomodo confuſa, loqui, neque creditur illud
A ſermone dari quod non in pectore condit
Accipiens, dubia tantum ſtimulatus ab aure,
Ambiguuſque fragor ſolas diuerberat auras.
Sic audiſſe ſimul, ſic non audiſſe leguntur:
Altera pars ſonitus, certa eſt pars altera vocis, H
Et fert atque refert geminam res vna figuram.
Agmina ſupplicii feruentia corpore Pauli,
Pœnarumque graues euoluere verſibus iras
Cauſſa monet, ſed lingua pauet: fungamur ab iſta
Parte dolor vetatque nefas tam triſte, premamus
Eloquium, ne forte legens ſua fletibus ora
Compleat, & largis humeſcat pagina guttis.
Nec tamen hæc poterant animos ſatiare cruentos.
Ardet amor ſcelerum cupiuntque in ſanguine Pauli
Sacrilegas verſare manus, quam dura malorum
Vota? quater deni veſanæ ſtirpis alumni

A Impoſuere ſibi, non vllum ſumere potum,
Nullum velle cibum, quam facta cæde: ſalubres
Hinc magis eſſe dapes, ô pallida cordis imago.
Pocula ſunt Iudæa tibi meliora cruoris,
Quam laticis, nullaſque volens coniungere menſas
Eſuris ad facinus, ſaturamque cadauere iuſti
Quæris habere famem, non hæc ieiunia Moſes
Condidit exemplo, tota conſummata diebus,
Vt memoras: quot tela moues, tot & inſpicis annis
Secretas paruiſſe vias, vbi diuite nimbo
Fluxerunt de rore cibi, rupeſque viciſſim
Arida fudit aquas, in quo metuere parentes
Diuina bonitate frui, donîſque ſupernis
Enutrire animas, numero crudelis ab ipſo
Tu ſæuire venis, pollutaque fœdera iungis
Agminis vt plures faciat mors vna nocentes.
Comperit hæc Lyſias Pauli vulgante propinquo,
Quove pateret aduerſa loco, monet ocyus ergo
Clam ſua iuſſa regi, noctiſque in tempore cantus
Obſcurum præuenit opus, lectiſque maniplis
B Imperat, vt tuto Paulum comitentur honore.
Gloria de meritis à te dilator honeſte
Non aliena fuit, quodque eſt ad præmia rerum
Proditione places nec te conſtantia lædit
Qua ſceleri ſeruire times, in crimine virtus
Crimen erit, cumque ad facinus ſociantur iniqui,
Eſt ibi culpa fides, quam tunc in laudibus ornat
Verus honor, cum cauſa pia eſt: ſti[...] antibus armis
Cæſaream mox Paulus adit, quo turba cucurrit
Rhetore fulta ſuo: qui præſidis ore potitus,
Irrita Verba dedit, contra ſic denique Paulus:
Optime Præſes, ait dudum te nouimus omnes
Iuſtitiæ documenta ſequi, comitemque modeſtam
Conſiliis hanc eſſe tuis, quæ gratia ſuadet
Fidere, nec dubium tali ſub iudice fari.
Non legis templique pium violauimus vſum,
Nec ſermone vago populares mouimus aures.
Vrbibus ex Aſiæ v[...] ſoluere dona
Cœpimus, ad p[...] ſemper ſpectantia votum.
Quis rogo liber erit, ſi res facit iſta nocentem;
Eloquor haud metuens: neque enim diſcrimina nouit
Formidare fides, audent quam dicere ſectam
C Luminis eſſe viam, nec diſcordare nouellis
Iura vetuſta patrum, fas eſt modo credere cunctos
Corpora de tumulis iam poſſe reſurgere, poſtquam
Detulit inde ſuum qui condidit omnia Chriſtus.
Obſtupuit Felix amiſſo nomine, vincla
Quem faciunt aliena rerum, quorum obiice Paulus
Stringitur, & Feſti ſeruatur præſidis anno.
Liquimus hic nimium, ne gaudia noſtra morentur.
Ad Latium iam Paule veni, certamina crebro
Quæ fuerint agitata foro, quantique legantur
Iudaici fluxiſſe doli, nam talia Paulus:
Cæſaris ad ſolium vos prouoco, Cæſaris, inquit,
Appello Romanus opem, cui Feſtus: abibis,
Vt cupis, Auguſti eminus viſure tribunal.
Non ſtimulante metu, fugiens diſcrimina Paulus,
Iudicii vitauit onus, mens anxia ſemper
Pro vita melius mori: ſed muneris auctor
Præconi teſtique ſuo iam dixerat olim,
Quod Romam venturus erat: clementia Ieſu
Omnibus in terris fidei ſitientibus hauſtum.
D Pocula dat de vaſe ſuo, cunctoſque rigari
Mellifluo ſermone iubet. meruitque vetuſtas
Nominis occidui de lumine creſcere verbi.
Soluerat Eoo claſſem de littore victor,
Auſtri nactus opem, cuius ſpiramine læta
Crebreſcente via, veliſque patentibus alis,
Æquora findebat puppis: ſed mitte quid vnquam
Ventorum tenuere doli? mox fratribus Euri
Rupta quies pelagi, tumidiſque incanduit vndis
Cærulei pax ficta maris: fuerit vndique pontus,
Attolenſque ſuas irato gurgite moles,
Denegat abreptæ veſtigia certa carinæ.
Quæ ſuſpenſa polis, deiectaque longius antis
Terrarum cœlique ſequax, caret artis amicæ E
Præſidiis manus apta rati. gelidoque ſtupore
Deponunt animos nigroque ſub aere cæci
Naufragium iamiamque vident, clauſoque profundo
Mortis imago patet, vaſtas percurrere Syrtes
Hiſtorica ratione vocor, laceroſque rudentes
Et claui fragmenta ſequi: ſed non ego linguam
Tam fragilem committo vadis, rapidaſque procellas
Aufugiam tentare diu, ne forte canentum
Obruat exiguam violentior vnda loquelam,
Tangere pauca libet, metas contabor arenas.
Præuia fluctiuagæ latuerunt ſidera puppi,
Nec ſolis radiis ſub nubibus emicat axis.
Cumque dies multos iam rite peregerit orbis,
In Pelago nox vna fuit, quo tempore nullis
Indulgere cibis, quanta eſt heu pœna timoris
Supplicium neſcire famis, dat ſemina cauſſis
Res mala ſæpe bonis: tam clari nautica pubes,
Militiæque cohors hominis tempſiſſet honorem,
Proſperiore freto: cuius cuſtodia tandem
Soluitur, & ſæuo venerantur ab æquore vecti, F
Quem portum ſenſere ſuum gerit illa ruina
Ne lateat quod Paulus erat, ſanctuſque pateſcat
Aſſertore mari, raptiſque elementa laborant
Luminibus monſtrare virum, mediiſque tenebris
Apparet radiata fides, fit laurea triſtis
Et precio quod terror agit, manſuraque virtus
Creſcit in aduerſis, quod teſtibus ipſa periclis
Ad meritum diſcrimen habet, ſtans denique Paulus
Conclamata piis animat ſic pectora verbis,
O vtinam noſtris voluiſſet fida iuuentus
Conſiliis parere prius, ne littora Cretæ
Linqueret, inſani rabiem paſſura profundi:
Non pelagi cœlique minas, non triſte tuliſſet
Iacturæ populantis onus, nec turbine tanto
Deſperata ſalus gemeret confinia mortis.
Quæ tamen humanum tranſcendunt gaudia votum
Hæc facile eſt præſtare Deo, cui muneris vſus
Hic potior, quam nemo putat, nam miſſus ab aſtris
Angelus hoc placido veniens denunciat ore:
Quam turba vehit iſta ratis, tibi rector Olympi
Contulit, vt nullus figatur naufraga ſaxis.
Credite vera fient, nec ſpe fruſtrabor inani, G
Qui meruit promiſſa Dei, conceſſaque nobis
Inſula portus erit, cuius ſtatione licebit
Arrepta tellure frui, nauiſque ſolutæ
Proſpectare grauem nullo diſcrimine caſum.
His dictis tutæ ira maris, ſublataque dudum
Lux reuocata micat, velamine noctis aperto
Pandere viſa ſolum. quod præbuit hoſpita nautis
Sicanio lateri remis vicina Melite.
Ante tamen rabidos quam vincant æquoris æſtus,
Soluite, proclamat Paulus, ieiunia feſſi,
Et quartodecimo, ſicut nos veſcimur, inquit,
Iam panem guſtate die, memoranda figuræ
Sacramenta pie valeant, qua lege probemus
Tempore quo primi fulſerunt lumina menſis,
Hoc numero currente die, de carnibus agni
Turba iubetur ali, quarum munimina tacto
Libera Niliacas meruit vitare tenebras.
Hinc ſpatio ſimili Paulus de gurgite mundi
Quos auferre cupit, ſecum conuiuere ſuadet,
Et ſacrum libare cibum, veſtigia more
Obſeruata legens, quorum ſpeculantibus actum H
Hæc duo ſunt diuerſa locis, ſed proxima cauſſis,
Et repetita ſalus vno de fonte leuatur.
Agnus Chriſtus ineſt, panis quoque Chriſtus habetur,
De cœlo, quod & ipſe docet: qui corpore Ieſum
Sumpſerit, hoſte caret: nec iam ſua iura Pharao,
Ægyptuſque tenet: mox omnia dæmonis arma
His merguntur aquis, quibus ille renaſcitur inſans
Qui captiuus erat, ſalſa quoque fluctus abyſſi
Linquuntur, & tetri ſuperantur ſtagna draconis,
Ereptoque gregi largitur paſcua Chriſtus
Nominibus propriis, paſtor iam verus edenti

A Hinc etiam eccleſię gerit aurea luna figuram,
Quæ quarto decimo de primæ lampadis ortu
Conſpicitur iam plena die: quia corpore Ieſu
Creuit in orbe ſuo lucem factura perennem.
Pelleret vt Paulus creſcentia frigora membris,
Contulerat ſacramenta focis: cui vipera fixit,
Dæmonis arma ferens, ſurgentibus obuia flammis,
Antiqua feritate manum, gelidique veneni
Vlnus in igne dedit, quid adhuc male noxia ſerpens
A Domino reuocare cupis, vetereſque rapinas
In legis nouitate paras? quid mortis amatrix,
Cuius es ipſa parens, inſtauras bella redemptis?
Prædo venis, ſed præda iaces, lethumque miniſtrans
Arboris alternis conſumeris improba ramis,
Poſtquam crucem Chriſti mors eſt tibi portio ligni.
Haud procul hinc aberant agreſtia corda gerentes
Barbarica de gente ſati, qui murmure diro
Inſonuere ſimul: ſatis eſt ex crimine fuſi
Sanguinis iſte reus, nullis iam tutus in vris,
Cui pelagus telluſque furunt mortalia tractant,
B Et diuina probant: digito nam beſtia pendens
Excutitur, proiecta rogis, bene reddita flammæ
Quam dedit ipſa prius, quæ culpæ protulit ignem:
Vnde gehenna calet, glacies tepefacta veneni
Soluitur in cineres, gelidæque ſuperbia peſtis
Ex ardore perit. focus hic rabidique vapores
Non ſolitas vires capiunt, atque arida ſecum
Nutrimenta ferunt. ſed tu modo decoquis anguem,
Vſa tuo feruore fides, tibi ſubditur hoſtis
Frigidus, inque vicem faciens incendia flagrat
Vipereo fumante geſu, veniente tumore
Labi poſſe ferunt. Quantum per inania fertur
Mens ignara boni iam tunc de corpore Pauli
Virus abeſt, oculis cum ſquameus excidit horror,
Quem ſerpens antiqua dabat, purgatus in amne
Aethereo, Chriſtique cruci ſua membra relegans,
Neſcit ab angue mori, votat hoc quoque, flamma venenũ
Quæ ſacris vim ſumit aquis, quibus vſtus anhelat.
Qui dulce ad patriam veteres remeare colonos.
C Incolumen ſic ſtare diu mirata iuuentus,
Hunc ait eſſe Deum tandem rudis incola diſce,
Qua regitis virtute polos, qui talia confert
Vt famulos hoc poſſe putes nunc cauſſa figuræ
Plenius in clari cernenda eſt munere facti.
Anguis origo necis, nam mors hinc edita nomen
De morſu peccantis habet, contraria iuſtis
Vult tenuere manum, quomodo manus apta miniſtrans
Iure vocatur opus. talem qui ſenſerit hoſtem,
Impiger excutiat dominique vaporibus vrat.
Paulus vt admoti cognouit furta pericli
Serpere velle ſibi, cœleſtia tela capeſſans
Preſſit in igne dolos: cuius de fomite creſcens
Eſt accenſa fides, & ſenſibus additus ardor,
Hincque calor populis proceſſit ab vbere fontis.
Menſibus hibernis tribus in regione Melitæ
Multiplicem dat Paulus opem, Publique parentem
Finitima de clade leuat, quo munere viſo
D Vndique præcipites ſubitam rapuere ſalutem
Pullulat interea nitidi coma frondea veris,
Quo iuueneſcit humus ſeruo fugiente pruinæ
Suſcipienſque ratem velis cedentibus auſter,
Præbuit aligeras placidis in fluctibus vndas.
Hunc ſpirare decet, quem perſonat ore propheta,
Qui ſpeciem fidei torrentem cantat in auſtro.
Sic quoque proſtratis ad gaudia noſtra procellis
Plurima quæque legens diſtinctis oppida vicis,
Venit ad excelſæ ſublimia culmina Romæ.
Altius ordo petit duo lumina dicere mundi
Deuenisse ſimul, tantiſque è partibus vnum
Delegiſſe locum, per quem ſua ſidera iungant,
Omnia quæ fidei virtutibus arua ſerenant.
Quæ licet innumeris tendatur cauſſa figuris,
Pauca referre volens, iiſdem præſtantibus edam.
Petrus in eccleſiæ ſacrato corpore princeps,
Hæc tua iam caput mundi circumſulit ortis,
E Conueniunt meliora tibi, ſpeculentur vt omnes
Terrarum dominæ fundata cacumina ſedis.
Gentibus electus Paulus ſine fine magiſter,
Æquius his præſes oris diffundit habenas,
Quæ geotes prælata monet, quodque intonat iſtic,
Vrbis cogit honor. ſubiectus vt audiat orbis,
Dignaque materies Petri Paulique coronæ
Cæſareas ſuperare minas, & in arce tyranni
Pandere iura poli, ſummumque in agone tribunal
Vincere, vt titulos paruus contingeret hoſtis.
Ægyptus mundi formam gerit, inde vocari
Quæ meruit, duobus plebs eſt commiſſa duobus,
In quibus officium fraternus nexuit ortus.
Idola tot Romæ mundo collecta ſubacto
Quæ fuerant. tenebris obnoxia noſtra premebant:
Liber & hic populus, quem vinxerat ante Pharao
Exuit Ægypti totidem doctoribus vmbras,
Perque lauacra Dei, quæ tunc maris egit imago
Vitæ nactus iter, cœleſtem repperit eſcam.
Hic etiam germanus amor, quibus amplius actus
F Quam natura dedit, geminos quos edidit aſtris,
† Non eadem, tamen vna, dies, annique voluto
Tempore ſacrauit repetitam paſſio lucem,
Et tenet æternam ſocialis gloria palmam.

† Sentire videtur Arator non eodem tempore Petrum & Paulum Martyrio occubuiſſe, ſed alterum euoluto anno à nece alterius: quæ quoque fuit opinio Prudentii & S. Auguſtini, & antiquiores & frequentiores Patres, & omnes ferme recentiores, & ipſa Romana Eccleſia in Romano martyrologio vno eodemque die eiuſdem anni nempe 29. Iduni victores fuiſſe per ſanguinem aſſirmant. S. Gelaſius Primus in Romano Concilio ſeptuaginta Epiſcoporum in decreto de libris Apocryphis hæc ait, *qui Paulus non diuerſo ſicut hæretici garriunt: ſed vno tempore, vno eodemque die glorioſa morte cum Petro in Vrbe Roma cum Cæſare Nerone agoniz ans coronatus eſt, Conſule poſt alios tomum. Prumum Annal. Eccleſiaſt. anno Domini 69.*

ARATORIS SVBDIACONI AD PARTHENIVM EPISTOLA.

G DOMINO INLVSTRI MAGNIFICENTISSIMO atque præcelſo PARTHENIO MAGISTRO Officiorum atque Patricio ARATOR Subdiaconus.

SI tibi, magne, velim faſces memorare parentum,
Vix daret in tergo pagina lecta modum,
A proauis, atauiſq; potens tu ſtemmata vincis
Moribus & meritis cedit origo tuis.
Optime Partheni, poſitum cui nomen ab æuo,
Laus magis eſt animi, qua verecunde places.
Nuntia venturum ſignauit lingua pudorem,
Vtque decus geminis quod vocitaris adeſt,
Cingula plura geris, ſed quæ tu grandia reddis,
Nam tibi quiſque datur mox ſibi creſcit honor.
Quis bona tanta canat; breuiter loquor, omnia tecum,
Quæ faciunt magnos ſingula, ſolus habes.
Tu facunde ſonas Rhodani Rhenique cateruis,
Regia dulciſonum te Probat aula virum.
H Te multis opulenta quidem Germania doctum,
Suſpicit, & patrio gaudet amore tibi.
Gloria de tanto cui maxima fulget alumno,
Qualem Romuleo dat toga denſa foro.
Vidi ego te vidi iuuenem ſermone diſerto,
Heſperios proceres æquiparare ſenes.
Quo directus eras Legati munere functus,
Vt libertatis poſceres actor opem.
Mulſiſti Geticas verbis felicibus aures,
Iuueruntque tuum publica vota ſolum.
Nil auditor ouans potuit rex ille negare,
Cuius in arbitrio tunc ea cauſa fuit.
Hæc vbi fama volans celeri diſpergere curſu
Cœpit, & adſidua ſuſtulit aure caput.
Exit in populo ſolidæ pinguedo loquelæ,
Stipabatque tuos anxia turba gradus.

A Vt quotiens moris apetires flumina labris
Curreret æſtiuam ceu poſitura ſitim,
Has ego diuitias auidus contingere linguæ,
Qua velut vnda Tagi tu pretioſe fluis.
His quoniam laribus tenebamur in vrbe Rauennæ,
Hoſpes hians aderam nocte, dieque tibi.
Quos mihi tu libros, quæ nomina docte ſonabas,
Quanta ſimul repetens codicis inſtar eras?
Cæſaris hiſtorias tibi primum te duce legi.
Quas vt ephemeridas condidit ipſe ſibi.
Cantabas placido, dulcique lepore poetas,
In quibus ars fallax, pompa ſuperba fuit,
Sed tamen ad viſos remeabas, optime, vates,
Quorum metra fides ad ſua iura trahit.
Qualis in Hyblæis Ambroſius eminet hymnis,
Quos poſito cunis ſignificaſtis apes,
Qualis in hæc eadem decentius arte manauit,
Arueiniſque canis ** niana celes.
Cura mihi dudum fuerat puerilibus annis
B Verſibus adſiduum concelebrare melos,
Scribere quas etiam ſimulauit fabula perdes,
Et per inane fictum ſub leuitate rapi.
Quæ cum noſtra tibi fragilis cecinisſet arundo,
Et mihi, care, tuus ſæpe faueret amor.
O vtinam malles dixiſti rectius huius
Ad Dominum laudes flectere vocis iter.
Vt quia nomen habes quo te vocitamus Arator,
Non abſtruſa tibi ſit, ſed aperta ſeges.
Conſtitui, fateor, quando forte mereret,
Ingenij fructus ad meliora ſequi.
Quo te cumque loci contingeret eſſe virorum
Maxime, tranſiniti quod modularer opus.
Iam ſuouolat promiſſa dies, vt debita tandem,
Contractusque meos ſoluere, docte, velim.
Sume quod ex nitido libauimus æquore carmen,
Et licet exiguas ſuſcipe gratus aquas.
Oceanus rerum ſpatio manet altus in illo.
De quo vix laticem traximus, ore breuem.
C Namque ego Romanæ caulis? permixtus amœnis
Eccleſiæ tonſo vertice factus ouis.
Paſcua læta videns, & apſtica volumina Chriſti,
Quærebam guſtu tangere cuncta meo.
Et nunc Dauidicis adſuetus floribus odas
Mandere, nunc Geneſin mens cupiebat edax
Cumque ſimul violas & lilia carpere mallem,
Quæ vetus atque nouus congeminauit odor.
Incidit ille mihi, quem regula nomina Actus,
Meſſis Apoſtolicæ plenus in orbe liber.
In quo nos Dominus Petro piſcante leuauit
De gremio ſalſi, cæruleique maris
Oſtentaque dedit cæleſtis imagine nauem,
Gentibus aſſumpos ex ſaturitate famem.
Huius ab hiſtoria produxi carmina tyro,
Paſtorique meo ſedulus ora dedi.
Largius auxilio qui fert noua verba canenti,
De quo nemo poteſt hoc ſine digna loqui.
Quæ patri egregio patuerunt tradita Papæ,
Scriniaque Eccleſiæ condita rite gerunt.
D Eia age ſuſceptos celebret conlatio libros.
Mercedis pretium cauſa ſuperna dabit.
Suoi quia Pontifices in religione magiſtri,
Gallia quos multos dat ſtudioſa bonos.
Eſt vbi Firminus venerabilis ille ſacerdos,
Paſcere qui populum dogmatis ore poteſt.
Huius ad Italiæ tendit laudatio fines,
Atque vltra patriam gloria nomen habet.
Ne dubita quin grata foret documenta probatis,
Sedis Apoſtolicæ quæ placuere viro.
Nec te nempe putes cariturum munere famæ,
Hæc prælata operi ſcripta quod edis ibi.
Ibimus ambo ſimul quo pagina venerit iſta,
Parthenium que decus ſemper in ore feret.

CHRISTIANISSIMO AC PIENTISSIMO GALLIARVM REGI FRANCISCO. I. Ioannes Gagneius Pariſinus Theologus ſalutem in Chriſto.

E

QVi bonas literas ac diſciplinas, quanto aliquot antehac ſeculis in ſquallore, quamque fœdiſſimo ſitu iacuerint, compertum habuerit, FRANCISCE rex Chriſtianiſſime, is confeſtim intelliget, non humana ope, ſed præſenti aliquo numine effectum, vt in iſtum tandem ſplendorem ac nitorem è tam horridis tenebris exſertæ, emicareque potuerint. Diluuium enim illud barbariei calamitoſum, ſiue hominum incuria, ſeu temporum iniuria obuenerit, non literas modo ipſas meliores, ac diſciplinas abſorpſerat. ſed ne qua illis aliquando emergendi ſpes eſſet, ita bonos omnes libros bonarum literarum parentes fœcundiſſimos obrutos tenebris, ac ſepultos, vt ſi qui limatiore ingenio, atque ad literas adprime nato aſſpirare ad eas contenderent, librorum ſtatim penuria excluderentur. Cuius ego tamen alluuionis tam perniciosæ præcipuam cauſam eſſe puto, quod ſui deeſſent ea ætate literis ac diſciplinis aſſertores, ac vindices principes: adeo nihil tam verum, quam quod ille cecinit, Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones. Hanc ignorantiæ F *umbram, hanc ad tua vſque tempora in Gallia illuuionem manaſſe, FRANCISCE literarum vindex, ac patrone, nemo neſcit, qui aliquo eſt in cenſendis literatorum monimentis iudicio. Nempe vt Budæum literarum decus vnicum, atque aliquot paucos infortiores, nec pœnitenda tamen eruditionis viros anterior ætas tulerit, certe te autore meliores ſe, ac doctiores ſeipſis effectos, vltro ipſi fateantur. Neque vero attinet dicere, quot nobis triplicis linguæ doctorum hominum myriadas pepererit ardens tuum illud propagandi philologiæ imperij deſiderium: ex quo trium linguarum profeſſores binos ternosue regia illa tua* G *Pariſienſi ſchola munificentia ſuppeditauit: quum iam hodie facilius multo, atque elegantius Græce pueri loquantur, quam olim Latine ſenes non indocti. Porro nequaquam ſufficere ratus cum deceſſione ærarij tui acceſſionem philologiæ imperio facere, vndecunque accerſitis, qui iugi ſtudio, laboreque indefeſſo tum à barbarorum incurſionibus illius limites aſſererent, tum etiam protenderent longius, adiunxiſti inſuper rem multo vtiliſſimam. Nam cum ad omnes omnino diſciplinas, & vero maxime ſacras tenebris effuſas pluſquam cimmerijs, interpolandas reconcinnandaſque ac tanquam denuo refingendas animum iampridem conuertiſſes (quod ego in præcipua laudum tuarum parte duco) non tuæ modo ætati, ſed poſteris etiam conſultum volens, vnde locorum cunque bonos omnes libros inueſtigare ſategiſti in exemplaria (ne quid illis deeſſet) transferendos innumera. Memini enim, quum Primaſij Vticenſis in Aphrica epiſcopi commentarios vt antiquiſſimos, ita doctiſſimos, è tenebris illis (vbi apud diuum Theudericum Viennenſis archiepiſcopi coloniam annos ſupra mille latuerant) aſſertos tuæ ſemel* H *maieſtati inter prandendum explicarem (ſicut nullam prope menſam docta aliqua, ac pia vel lectione vel diſceptatione vacare ſinis) memini inquam, quanta tum illos, Deus bone, gratia, quamque gratabunda fronte exceperis, ſimul & admirabunda, hactenus delituiſſe tanta regni literarij iactura, theſauros tam raros atque pretioſos. Hic ego ſanctiſſimum tuum inſtitutum, ac plane regiam voluntatem qualicunque mea opera adiuturus, quum dicerem eiuſdem te materiæ ſyluas habere in regno tuo quamplurimas, ſed barbararum aliquot nationum cuſtodia inacceſſas, obſtinato librarias ſuas occludentibus cœnobijs aliquot, illarumque ingreſſu ſibi ac ceteris tanquam Veſtæ adytis interdicentibus: te ſtatim mihi viam facturum pollicitus es, vel ſi (quod de hortis Heſperidum fabulantur) draconum vigilantia obſeruarentur iugi ac perpetua. Huius ego tam egregiæ ſponſionis tuæ accepto in pignus diplomate publico, quo vniuerſas mihi patere regni tui librarias iuberes, atque inde quotquot è re*

A philologia viderentur monumenta, deſcribendi poteſtatem faceres, cœpi omnium cœnobiorum, quæ iter in comitatu tuo facienti occurrerunt, bibliothecas verrere: vnde quum centum prope non inferioris notæ volumina è tenebris vindicaſſem, ni tua tandem autoritas interceſſiſſet, perpetuum illis, facinus concepiſti nulla vnquam hominum memoria delebile, vereque regio atque humano principe digniſſimum: quo Ptolemæum illum Philadelphum Ægyptiorum regem, non æquaſti modo, ſed multis omnino paraſangis anteuertiſſe mihi videris: veterum opus voluminum, eum plane luminibus obſtrinxiſti, ac gloria nulli non veterum, vt mihi quidem videtur, ſupra quam par erat, commendata. Ptolemæus enim ſum vnde locorum cunque quæſitis voluminibus inſignem ac ſtupendam librariam congerit (quæ tantum illi apud antiquos peperit nominis) quidnam iudicio etiam non præpoſtero in publicum promouiſſe videri poteſt, niſi quod ſparſos paſſim bonos ac doctos libros in vnam ſemel coegit bibliothecam flammis deuorandos? Quod ego ſine credi nollem, niſi veritatis magiſter tempus fidem faceret (atque vtinam non faceret) tam in ſeluis euenti certiſſimam. Quot enim hodie, obſecro, ſuperant è tot librorum millibus, quæ vna ſemel lues publico omnium malo abſtulit? Quod ſi rem aliquorum opinione melius illi eſſe videbitur non malam, eamque non ſiniſtre

B conceptam obſcurare nequit euentus nec opinatus: hunc tu FRANCISCE literarum Mecœnas, ac patrone, hac in parte, ne quid amplius dicam, æqua tum prudentiore conſilio ſuperaſti multo, ac prouidentiore. Non enim neſcius, quo in ſtatu res ſint mortalium, porro etiam compertum habens, quam præclara ædificia quam ſubitus ignis euerterit, in animum induxiſti non prius veterum librorum bibliothecam ſtruere, quam in communem philologiæ bonum è prælo illi exirent in exemplaria quam caſtigatiſſimi. Cuius ego rei per te mihi demandatæ prouinciæ, quum multos haberem hominum conuentu, ac conſpectu literatorum digniſſimos libros, ab eo auſpicandum duxi, quem ego tibi dudum probari cenſura ſciebam non iniqua, ac docti omnes verum amantes diuinarum amplexuri ſint lubentiſſime. Is eſt Primaſii Vticenſis in Aphrica epiſcopi commentarius (ſi quo poſſum eſſe hac in re iudicio) omnium quos hactenus vidi doctiſſimus, Græcorum iuxta ac Latinorum. Eſt enim in locis non difficilimis, tam facunda breuitate ita gratioſus, vt in iis, quæ ob ſummam argumenti difficultatem prolixe cæteri

C tractarunt, minime ſit faſtidioſus. Addit porro autori gratiam (quod ego te plerunque non ſine iudicio dicentem audiui) ſtylus dulcis ac temperatus, & inter paraphraſin atque homiliam medius: cuius tu ſemel olfacta ſuauitate captus vernaculam tam egregii libri verſionem imperaſti homini mihi ad eam rem non ſatis idoneo, quippe qui facundum illud vernaculæ dicendi genus nunquam ita tractaueram ſermonis aulici rudis, & ante annos duos aula nunquam aſſuetus. Proinde huius ego meæ ruditatis conſcius, imperium tuum ficta aliquo excuſatione detractaſſem lubens: niſi iampridem ingenii tui candorem noſſem, & facilitatem, ſimulque nefas duxiſſem, tam Chriſtianam mentem, quatenus Deo dante poſſem, non adiuuare. Quid enim tam eſt in officio Theologi hominis, quam è principis ſacras aperire literas, qui omnem in promouendis illis, atque ab earum hæreticis hoſtibus vindicandis operam nauant? Nam ſunt quidam ingenio tam lubrico, atque ad omnem doctrinarum ventum fluctuantes, vt ignorare eas illos præſtet multo, niſi quatenus cuiuſque ſaluti expedit. Te vero, qui religionis tuæ inuictæ & conſtantiſſimæ fidei tot tamque præclara argumenta præſtitiſti, quis non plane ad ſacrarum literarum adyta admittat? Auſus ſum igitur, exploratiſſimus pietatis tuæ, ac fidei teſtis, dum voluntati tuæ obſecundare cupio, rem aggredi, mihi ſane inſolen-

D tem, ſed, ſi verum auguror, tibi futuram ob argumenti dignitatem ſanctiſſimi & grauiſſimi non ingratam. Nam ingenue fateor, nullum me in eo opere ſermonis affectaſſe nitorem, ſatisfactum iri maieſtati tuæ ratus ſententiarum pondere ſimul & grauitate, ac pro comperto habens regium illud tuum iudicium vt ſummum eſt, ita non niſi ſummis & arduis delectari, qualium ego rerum plenum eſſe ſciebam PRIMASIVM: cui quoque vna [illegible] altera lectione non falſo præſenſeras, ac deinum dum tibi eum vertere pergo, agnouiſti tertius. Enimuero huius ego lectionem autoris, etſi gratiſſimam tibi fore ſciebam, principi rerum bonarum ſitientiſſimo, id tamen in admirationem me vertit ac ſtuporem, quod cum fere (vt ſunt res mortalium mentium primigenia illa veteris ADAM noxa de-

E prauatarum) in ſumma periclitantium rerum conſultum illis humano conſilio potius innixi, quam ſuperos precatum, ſacraſque literas conſolationis (vt PAVLVS ait) fontes vberrimos conſultum, eo tamen, tot tam iure infeſtis bellorum auocamentis, tot aut periis tamque varia fortuna colluctationibus ab auſpicata ſemel PRIMASII lectione diduci nequiueris: quem interim dum vna tibi vernacula noſtra loquentem edimus, ſua, hoc eſt, Latina loquentem ſub tuis auſpiciis, tuoque nomine ſtudioſis omnibus ve ſandum dedimus. Porro autem quum totus in eleuandis hominum meritis, fideq; tantum extollenda videatur eſſe PRIMASIVS, ne qua inde in veterem atque iam olim ab adoleſcente eccleſia cæptam, nunc vero noſtra ætate reſartam hæreſim prolabendi ſumatur occaſio, repetendum duxi paulo altius euiſce rei argumentum. Sub HIERONYMI & AVGVSTINI, ac proinde huius tui PRIMASII (ita enim lubens appellare ſoles) tempora, duæ contrariarum partium hæreſes ortæ ſunt: Pelagii vna, altera Manichæi: dum ille vim facultatemque liberi ſic extollit arbitrii, nullum vt Dei gratiæ locum faciat reliquum: iſte vero dum totum Dei gratiæ tribuit, ocioſos nos eſſe vult, ac plane dormitantes, nihilque de noſtro, ac ne

F conſenſionem quidem voluntatis vllam Deo conferentes. Proinde in tantum inualuerunt id ætatis diuerſarum partium ſectæ, vt totam prope penetrarint ac perturbarint eccleſiam: quando is, qui ſe à Pelagiano commento extricare ſtudebat, niſi prudens ſolerſque iudicium adhiberet, in Manichæi ſe inuoluebat erratum: Contra qui Manichæi ſe dogmatis explicare conabatur, in Pelagianam hæreſim prolabebatur. Et vero aduerſus duo hæc rationum quidem aduerſariarum monſtra, ſed in vnam tamen eccleſiæ perniciem coeuntium, viriliter dimicauerunt, HIERONYMVS, Auguſtinus, Proſper, Primaſius. Aduerſus Pelagium autem Dei gratiæ inimicum vſque adeo omni animi contentione ſcripſerunt, vt dum blandientem illam noſtris viribus, ac Dei gratiam interim ſubruentem hæreſium eneruant, Manichæi ſectæ prope fauere videantur, hominis præſertim non admodum arguta naris. Huic ſectæ veteris inſtaurandæ anſam cœperunt ex AVGVSTINO, & Proſpero, aliiſque eius ætatis eccleſiæ proceribus, noſtra tempeſtatis hæreticorum primas, ſecundas, tertias, ac demum nouiſſimas fidei tribuunt, ſacramentis pene o-

G mnibus perparum: actionibus autem noſtris quamlibet bonis plane nihil: non intelligentes præfractæ opinionis homines è Scylla ſe in Charybdim ruere: qui ſi AVGVSTINI, ſanctorumque patrum aduerſus Manichæum, atque alios ſcripta legerent, aut certe legiſſe ſe non diſſimularent, intelligerent ſane radicem iuſtificationis noſtræ, initiumque fidei ab illis tribui, cæterum ſuum non deeſſe actionibus noſtris ex fide & gratia factis mercedem ac meritum: neque enim ab huiuſmodi vocabulo, quod illi tantopere auerſantur, veteres abhorruerunt eccleſiæ patres. Quod ego de PRIMASIO (vt interim de reliquis ſileam) planum fatiam facileque commonſtrabo, illum nequaquam (quod alii ſolent) totum fidei tribuere, non noſtra merita tollere, ſed id ſpectare vnum, ne quid de viribus noſtris præſumamus, aut de meritis glorientur: verum vni Deo merita noſtra omnia, qualia ſunt cunque, feramus accepta. Nam in caput vndecimum ad Hebræos Iacobum Apoſtolum Paulo concilians ſuper illo loco, Fide obtulit ABRAHAM Iſaac. Quid eſt, inquit, quod beatus Iacobus in epiſtola ſua mentionem Abrahæ faciens, laudat eum ſummopere ex operibus: beatus vero Apoſtolus non opera illius, ſed fidem attentiſſime commendat? Recte igitur beatus Ia-

H cobus ex operibus eum laudat quem ſciebat etiam fide perfectum: quoniam illis ſcribebat, qui fidem quidem videbantur habere, ſed eandem bonis operibus non exornabant. At vero beatus PAVLVS quia illis ſcribebat, qui bona opera legis habere videbantur, ſed fidem perfectam non habebant, iure fidem Abrahæ attentius commemorat, quatenus ſtuderent eum imitari. Vnde certe vt oſtenderent, quia qui filii Abrahæ volunt eſſe neceſſe eſt, vt fidem & opera habeant: merito vnus ex fide, alter nihilominus laudat eum ex operibus. Hæc ille, ſcite quidem, & docte quam ego rationem iudicio meo non pertinaciſſimo ſatis eſſe puto aduerſus eos, qui vehementius inſtant tantopere fidem ab Apoſtolo commendari in epiſtolis ad Romanos, Galatas, Hebræos. Nam Romanis cum ſcriberet, partim iis, qui ex Helleniſmo, partim qui ex Iudaiſmo ad Chriſtianiſmum conuolarant, ſcribebat Apoſtolus quorum hi legis opera non negligebant: illi actiones quidem in ſpeciem præclaras & ſtudioſas, & quatenus natura tantum duce viuitur, virtutes habebant non ignobiles: at non intelligebant ocio-

A *ſos illos, ut nullum eſſe extra Chriſti fidem momenti: Iudæi vero totum pene ſuæ legi tribuebant, fidei prope nihil: nec diſſimilis error tenebat Galatas, quos a Chriſtianiſmo ad Iudaiſmum deducere pſeudoapoſtoli nitebantur. Hinc eſt, quod tantopere fidem illis commendat Apoſtolus: veluti enim, qui in Chriſti fidem nomen dederunt, iuratiſſimum, aut nihil, aut perparum momenti fidei, quod illis eſſe ſciret commendatiſſimam: quam ſic commendare ſolet Primaſius, ut ſuum quoque operibus locum faciat. Nam in illum locum ad Galatas IV. Maledictus omnis, qui pendet in ligno: quatenus fides valeat ſine operibus, quatenus etiam exigantur opera, aperte his verbis explicat: Quæritur utrum ſola fides ſufficit Chriſtiano, & non ſit maledictus, qui evangelica præcepta non ſervarit: Fides ſufficit, ut primo credentem & iuſtum efficiat, ſi deinceps in iuſtificatione permaneat: cæterum ſine operibus mortua eſt ſed fides, non legis. Ibidem capite VIII. ſuper illo loco: Omnis lex uno verbo completur. Non ergo ſola ad vitam ſufficit fides, ut locutioſa legis præcepta uno dilectionis capitulo concludantur. Et ſuper illo loco: Qui crucifixerunt carnem ſuam. Similiter notandum, quod eos Chriſti eſſe dixerit, qui carnem ſuam cum concupiſcentiis crucifixerunt: contra illos, qui ſolam fidem ſufficere arbitrantur. Et ad Epheſios V. illo loco: Omnis fornicator. Contra illos agit, qui ſolam fidem dicunt poſſe ſufficere ad ſalutem, ſine operibus: quod de illis ſolis bene dicitur, qui* B *poſt baptiſmum rapiuntur, & tempus non habent bene operandi. Ad Hebræos IV. ſuper illo loco: Feſtinemus ingredi. Sed ad ſalutem non ſufficit ſola fides: neceſſarium eſt enim operari per dilectionem fidei, & converſari Deo digne: quia fides ſine operibus mortua eſt. Item de meritis II. ad Timotheum IV. illo loco: Bonum certamen certavi. Iuſtitiæque, etiam iam merita ſua bona commemorat, ut poſt bona merita conſequatur coronam. Hæc pauca ex multis eiuſdem notis* PRIMASII *locis addere viſum eſt, ne quiſquam in* PRIMASIO *quum legerit, Audi gratiam, & tace de operibus: Noli glorioſe de meritis, aut illud ſimile: confeſtim arbitretur aut excludi opera, aut noſtra omnino tolli merita: ſed intelligat adverſus Pelagianos hæc ſcribi: qui viribus uti conſidentes naturalibus, nullum Dei gratiæ locum faciebant. Sed hactenus in* PRIMASIUM, *Franciſce rex Chriſtianiſſime, præfatus, finem tandem facio, bonarum prius literarum ac divinarum ſtudioſos hortatus, maieſtati tuæ Chriſtianiſſimæ bene ut precentur, per quam dudum ſepultas literas, redivivas habent, atque in priſtinum dignitatis gradum reſtitutas.*

C

PRIMASII VITÀ EX IOANNE TRITHEMIO.

PRIMASIUS *Uticenſis in Aphrica epiſcopus, beati Auguſtini quondam diſcipulus: vir ſane in ſcripturis ſanctis eruditus, & diſciplinis ſecularium literarum glorioſe imbutus: ingenio ſubtilis, & eloquio diſertus: multa dicitur compoſuiſſe opuſcula, quæ apud veteres magno in precio habebantur: de quibus ego tantum reperi, contra hæreſes ad Fortunatum epiſcopum libros tres: in Apocalypſim Ioannis ad Caſtorium libros quinque: de libro Apocalypſis beati Ioannis. Cætera autem quæ compoſuit, ad meam notitiam non venerũt. Hæc Trithemius. Nos vero hos inſignes commentarios in cœnobio divi Theuderici, apud oppidum reperimus, quod vulgo Sanctum capri appellant: Colonia eſt Viennenſis archiepiſcopi, non procul Lugduno in Delphinatu. Floruit vero Primaſius ſub Theodoſio ſecundo imperatore, anno domini quadringenteſimo quadrageſimo.*

D

Ex Bellar. de ſcript. Eccleſiaſticis

Primaſius Epiſcopus Africanus tempore Vigilii Papę Conſtantinopoli fuit, cum quinta Synodus generalis celebraretur ut conſtat ex collatione 2. eiuſdem Synodi: *Scripſit in Epiſtolas S. Pauli & in Apocalypſim non contemnenda commentaria.*

E

PRIMASII EPISCOPI AFRICANI, DIVI AUGUSTINI QUONDAM Diſcipuli, in univerſas Divi Pauli epiſtolas

PRAEFATIO

PRIMO intelligere nos oportet, quibus vel quare ſcribat Apoſtolus. Non enim credendum eſt, cum poſt evangelia, quæ legis impletio ſunt, ſine cauſa has epiſtolas ad ſingulas ſcripſiſſe eccleſias: maxime quum nobis in his præcepta & exẽpla diſcendi pleniſſima ſint digeſta. Sed initio naſcẽns eccleſiæ novis cauſis exiſtentibus, & poſt futuris quæſtiones excludit. Non ſolum autem hoc Apoſtolus, ſed etiam ꝓphetæ fecerunt. Nam poſt legem Moyſi datam, quæ omnia mandata continebat, illi quoque non ceſſaverunt prędicatione ſua nova populi peccata comprimere; & libris ad noſtram memoriam tranſmittere, in quos fines ſeculorum devenerunt. Scribit ergo nunc ad Romanos, qui ex Iudæis & gentibus credentes, ſuperflua contẽtione volebant ſe alterutrum ſuperponere. Dicebant enim Iudæi: Nos ſumus gens ſancta, quos ab initio Deus dilexit, & fovit: Nos ex genere Abrahæ, ſtirpe ſancta, deſcendimus: Nos de Ægypto liberati, mare ſiccis pedibus tranſivimus: Propter nos Pharao cum exercitu ſuo merſus interiit: Nobis manna pluit dominus in deſerto: & cætera, quæ enumerare per longum eſt. Solum hoc dicimus, quod ipſe dominus, in quo & vos videmini credere, nobis ex lege fuerit repromiſſus: Vos autem, qui eſtis gentes ab initio derelictæ, qui nunquam Dei notitiam habuiſtis, ſed ſemper dæmonibus deſeruiſtis: æquumne eſt ut hodie ab idolis vos convertentes, nobis comparemini? & non potius proſelyti ſitis, ſicut ſemper fuiſtis in lege: & hoc ipſum quia multum eſt miſericors Deus, qui vos voluit ad noſtram imitationem adducere. Gentes ẽ contrario reſpondebant, Quanto maiora Dei beneficia narraveritis tanto vos maioris criminis reos eſſe monſtrabitis: quia ſemper* his omnibus extitiſtis ingrati, qui poſt Dei vocem auditam vobis vitulum fabricaſtis Quod etſi non feciſſetis, ſolo hoc crimine veniam nõ poteratis accipere, qui dominum vobis prophetarum vocibus repromiſſum, non ſolum ſuſcipere noluiſtis, ſed etiam occidiſtis: quem nos ſuſcepimus, quum nobis de eo nemo prædixerit. Quanto ergo noſtra fides melior, perſpicue patet. Quod autem idolis ſervivimus, non malitiæ fuit, ſed ignorantiæ Denique ubi cognovimus veritatem, ſtatim ſumus ſecuti. Filios autem Abrahæ non carnalis nativitas, ſed fides facit His ita litigantibus ſe medium interpoſuit Apoſtolus, oſtendens ambobus populis, neque circumciſionem aliquid eſſe, neque præputium: ſed fidem, quæ per charitatem operatur. Viciſſim autem eos humilians per totam epiſtolam, rationibus & teſtimoniis ad unitatem hortatur, & oſtendit neutrum hoc ſua iuſtitia meruiſſe: ſed totum hoc, quicquid ſunt, Dei iuſtitiæ deputandum. Et Iudæos vero, & gentes graviter ſcientes deliquiſſe: Iudæos, quod per prævaricationem legis inhonorent Deum. Quæritur etiã, quur non amplius quam decem epiſtolas ad eccleſias conſcripſerit? Decem ſunt enim cum ea, quæ dicitur ad Hebræos: nam reliquæ quatuor ad diſcipulos familiariter ſunt porrectæ. Ut oſtenderet, novum teſtamentum non diſcrepare à veteri, & ſe contra legem non facere Moyſi, ad numerum primorum decalogi mandatorum, quibus illæ præceptis à Pharaone inſtituit liberatos. Nã duas tabulas lapideas duorum teſtamentorum figuram habuiſſe viri eruditiſſimi tradiderunt. Epiſtolam ſane, quæ ad Hebræos ſcribitur, quidã Pauli non eſſe affirmant, eo quod non ſit eius nomine titulata, & propter ſermonis ſtyliq; diſtãtiam: ſed aut Barnabæ, iuxta Tertullianum: aut Lucæ, iuxta quoſdã: vel certe Clementis diſcipuli apoſtolorum, & poſt eos epiſcopi Romanæ eccleſiæ ordinati. Quib. reſpondendum eſt, Si propterea Pauli non erit quia eius non habet nomẽ, nec alicuius erit, quia nullius nomine titulatur. Quod ſi abſurdũ eſt, ipſius eſſe magis credenda eſt, quæ tanto doctrinæ ſuæ fulget elo-

F

G

H

* Alias, ſuper

quio:

A quio: vel certe, quia apud Hebræorū eccleſias quaſi deſtru-
ctor legis falſa ſuſpitione habebatur, voluit tacito nomine
ſcribere, ne odium nominis frōte prolati vtilitatē excludere-
ret lectionis. Non eſt ſane mirū ſi diſertior ſit in proprio, i.
in Hebræo q̄ in peregrino, i. Græco, quo cæteræ epiſtolæ
ſcriptæ sūt, ſermone. Mouet etiā quoſdā, quare Romanorū
epiſtola in primo ſit poſita, quū eā poſtea ſcriptā ratio mani
feſtet. Vnde intelligēdū eſt ita omnes epiſtolas ordinatas,
vt prima poneretur, quæ ad inferiores fuerat deſtinata, &
per ſingulas epiſtolas gradatim ad pfectiores veniretur. Ro-
mani nāq; tā infirmi erāt, vt non intelligerent: idcirco illos
indigere aſſerit confirmari, vicia eorū priora cōmemorans:
Corinthus aūt iam dicit ſcientiam omnem eſſe conceſſam,
& non tam ipſos increpat, quam qui eos non increpaue-
rint, reprehendit, quum dicit: Auditur inter vos fornicatio.
Et iterum: Cōgregatis vobis cū meo ſpiritu, tradere huiuſ-
modi ſatanæ. In ſecunda vero laudantur, & vt magis ac ma-
gis pro-ficiant admonentur. Galatæ iam nullius criminis
arguuntur, niſi quod verſutis pſeudoapoſtolis crediderunt.
Epheſii ſane nulla reprehenſione, ſed multa ſunt laude di-
gni, quia fidem apoſtolicam ſeruauerunt. Philippenſes etiā
multo magis collaudantur, qui ne audire quidē falſos apo-
ſtolos voluerunt. Theſſalonicenſes adeoq; in duabus epiſto-
B lis omni laude proſequitur, eo quod non ſolum fidem incō-
cuſſam ſeruauerint veritatis, ſed etiam in perſecutione ciui-
um conſtantes fuerint inuenti. Coloſſenſes vero tales erāt
qui nō indigerent, vt ab Apoſtolo carnaliter viderētur. De-
nique nunquā eis ſuum promit aduentū: quibus etiā dicit,
Etſi corpore abſens, ſed ſpiritu vobiſcum ſum, gaudeos, &
videns ordinem veſtrum. De Hebræis quid dicam, quibus
ait. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum ve-
ſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.

PRIMASII EPISCOPI AFRICANI IN EPISTOLAM AD Romanos Commentarius.

PAVLVS, Id eſt, puſillus & vltim⁹: ex Saulo Pau-
lus, ſicut ex Abram Abrahā: vt etiā ipſo voca-
bulo nouus eſſet. *Seruus Ieſu Chriſti.* Sicut Eſa-
ias dicit. Magnū tibi eſt vocari ſeruū meū. *Voca-
tus Apoſtolus.* Iā in præſcientia ad hoc vocatus, & prædeſtina-
tus, vt eſſet apoſtolus *Segregatus.* Sicut in Actibus apoſtolo-
rum dicit: Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus,
ad quod elegi eos *In Euangeliū Dei, quod ante promiſerat.* Euā-
C gelium bona annunciatio dicitur: & quod maius bonū, quā
natum & paſſum reſurrexiſſe Chriſtū pro nobis. *Per prophe-
tas ſuos in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo, qui fact⁹ eſt ei.* Ad nutriēdā
Iudæorum fidem, aſſerit ſe filium prædicare, quem prophe-
tæ annuntiauerunt in ſcripturis ſanctis. Totus locus iſte
contra Manichæos facit, qui alium Deum prophetarum, a-
lium dicunt noui teſtamenti. *Ex ſemine Dauid.* Ex Maria, quę
de Dauid ſtirpe venit: ſicut Eſaias dixit: Ecce virgo in vtero
habebit, & pariet filium. *Secundum carnem.* Et Photinū extin-
xit, & qui ſolitarium hominē dicit: non intelligens, in Chri-
ſto duas eſſe ſubſtantias. *Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in vir-
tute ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorū
Ieſu Chriſti domini noſtri.* Prædeſtinatus eſt, vt prior omnibus
reſurgeret & filius Dei viā reſurrectionis aperiret: vt quomo-
do caput, ſic & corp⁹ eius reſurgeret. *Per quem accepimus gra-
tiam & apoſtolatum ad obediendū fidei in omnibus gentibus.* Gra-
tiam, vt credamus, & baptizemur: & quia gratis & iam ipſe
iuſtificatus eſt nullis meritis ſuis. Apoſtolatū vero accepit,
D quādo direct⁹ eſt gentibus prædicare. *Pro nomine eius.* Vice
nominis ei⁹ fungimur: ſicut ipſe dicit: Sicut miſit me pater,
& ego mitto vos. &, Legatione fungimur pro Chriſto. *In qui-
bus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti.* Et in vobis Romanis apoſto-
latū accepimus, ſicut & in omnibus gētibus. *Omnibus qui sūt
Romæ dilectis Dei.* Omnibus Dei fidelibus qui ſunt Romæ.
vocatis ſanctis. Vocatione Dei ſāctificatis, & gratia, nō meri-
tis operū ſuorū *Gratia vobis.* Talis eſt vbiq; ſalutatio ei⁹, vt &
cōmemoret beneficia Dei, & ea oportet in nobis integra per-
manere quia gratis nobis peccata donata ſunt, non meritis
noſtris *Et pax a Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.* Sicut ad
Coloſſenſ. dicit, Pacificauit omnia quæ in cœlo, & quæ in

E terra ſunt, per ſanguinem eius: & quos redemit, vult paci-
ficos viuere. *Primum quidem gratias ago Deo meo per Ieſum
Chriſtum.* Quia natura Deus omnium: meritis & volunta-
te paucorum eſt: ideo dixit, Deo meō. *Pro omnibus vobis.*
Non pro Iudæis ſolis. *Quia fides veſtra annuntiatur in vniuer-
ſo mundo.* Subtiliter laudat, vt prouocet ad profectū. Et vere
vbique fides clara eſt Romanorum. Fides, inquit, veſtra.
fidem dixit eſſe illorum, quæ ſine dubio Dei, & à Deo il-
lis infuſa eſt: ſed conſuetudo ſcripturæ hoc habet: ſicut in
euangelio ait dominus, Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra,
Quia ego dixi Dii eſtis? Vel illud, Sicut ſcriptum eſt in lege
eorum, Quia odio habuerunt me gratis. & alibi, Nunquid
lex noſtra damnat aliquem inauditum: Ita ergo fides eorū
dicitur, ſicut lex eorum: cum nullus ignoret quod lex à Deo
ſit, ſicut & fides. *Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu
meo, in euāgelio filii eius.* Hoc eſt, cui in toto corde meo prōpta
deuotione, & plena veritate deſeruio *Quod ſine intermiſſione
memoriā veſtri facio, ſēper in orationibus meis obſecrans.* Hic oſtē-
dit ſe omnia cum dilectione dicturū, vt ab his libentius au-
diatur: & dat exēplum ſine intermiſſione orādi. *Si quo modo
tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei veniēdi
ad vos. Deſidero enim videre vos: vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiri-
tualis.* Aliter enī proſperum iter nō habeo, niſi me voluntas
F Dei, quæ omnia nouit, & in bonis omnib. nos præuenit, &
præcedit, & fouet, illo direxerit, vbi fructū aliquē habeā: ſic-
ut de apoſtolis legimus, eos alio ire volētes, alio deſtinatos,
non eo iſſe, quo volebant, ſed quo eos Deus miſiſſet: ſciens
quādo, & ad quos ire deberēt. *Ad confirmandos vos.* Hic oſtē-
dit, qualiter eos ſuperius laudauerit qui ad confirmandum
adhuc gratiæ indigēt ſpiritalis. *Id eſt, ſimul conſolari in vobis per
eam quæ inuicem eſt fidem veſtram atque meam.* Vt per cōmunē
fidem inuicem cōſolemur, & de illuminatione ſancti ſpiri-
tus inuicē gratulemur. *Nolo enim vos ignorare fratres, quia ſæpe
propoſui venire ad vos.* Per commeantes n[illegible] res audite po-
tuiſtis diſpoſitionem meā. *Et prohibitus ſum vſq; adhuc.* Id eſt, oc-
cupatus, dum aliis prouinciis prædico [illegible] tione pro-
hibitus vel forte, ſicut alibi dicit, Impediuit nos ſatanas *Vt
aliquem fructum habeam in vobis.* Mercedē laboris ſui nomi-
nat fructū. *Sicut & in cæteris gētibus Græcis ac barbaris.* Suban-
ditur habeo. *Sapiētibus & inſipiētibus debitor ſū.* Sapiētes Græ-
cos dicit, apud quos omnis philoſophia eſt: inſipiētes bar-
baros appellat. *Ita quod in me promptū eſt.* Paratū eſt in me. *Et vo-
bis qui Romæ eſtis euāgelizare.* Aeq; vt ſapiētib⁹ Græcis. *Nō enim
erubeſco euāgeliū* Hoc ſubtiliter ad taxationē pertinet paga-
norū, qui merito de inceſtatoribus Diis ſuis deberēt erube-
ſcere: nec tamē erubeſcunt Deum ſuū Iouem credere, & e-
G rubeſcendū putant, dominum propter ſalutē imaginis ſuæ
credere crucifixū: cū in altero dedecus, in altero ſit inſigne
virtutis. Et contra eos, qui negant Chriſtū in carne, & eru-
beſcunt natiuitatē domini, & crucē. qui putant hęc indigna
Deo, non intelligentes, nihil dignius Deo, quā q̄ ad huma-
nam ſalutem proficit. Nam ſi incredulis ſtultitia eſt, ſed
credentibus Dei virtus, & Dei ſapientia *Virtus enim Dei eſt
in ſalutē.* Nulla maior virtus eſt, quā deuicta morte, homini
vitam perditā reddere, quamuis infirmitas, id eſt, humani-
tatis in virtute, hoc eſt, in diuinitate: incredibilis videatur
incredulis *Omni credēti, Iudæo primū & Græco. Iuſtitia enim Dei in
eo reuelatur.* Vt quomodo Abrahā credens ex gentibus per
fidē ſaluatus eſt, ita & cæteri credentes ſaluentur. *Ex fide in
fidem, ſicut ſcriptum eſt. Iuſtus autem ex fide mea viuit.* Ex fide vete-
ris teſtamenti iuſtificatur Iudæus: ex noui, gentilis: dum Iu-
dæus credit quod hoc ante prophetæ prędixerint. Item ali-
H ter: Ex fide præſentium in futura: quia fides ad inuiſibilia perti-
net: quæ & ſub veteri teſtamēto, & in nouo dono Dei infu-
ſa eſt. Et ideo dicit, Iuſtus aūt ex fide mea viuit. *Reuelatur enim
ira Dei de cœlo.* Contra partem gentium loquitur, dicitq; Dei
irā per euangelium reuelari. Nouerant enim homines &
beneficia & plagas expectare de cœlis. *Super omnē impietatē
& iniuſtitiam hominū.* Prima impietas in Deū, peccare eſt aut
per blaſphemiam, aut per contemptū. Altera in parentes, aut
iniuria, aut deſpectu. Tertia in extraneū: quia omne cōtra-
rium pietati, impietas eſt. Quarta in ſemetipſo, ſicut Sapien-
tia dicit, Qui autē peccāt in me, impie faciūt in ſuas animas,
Siue omnem impietatem: quia diuerſæ ſunt idolorum cul-
turæ: vt impietas ad iniuriam Dei, iniuſtitia ad omnia pec-

A caia referatur. *Eorum qui veritatẽ in iniuſtitia detinent.* Qui veritatẽ nominis Dei in iniuſtitia indignæ materiæ detinẽt idolorũ. *Quia quod notum eſt Dei, manifeſtũ eſt in illis:* Omnis creatura oſtendit ſe non eſſe Deũ, ſed eſſe aliũ qui eã fecerit, cui ſeruitio parere neceſſe ſit: naturaliter n. poteſt ſcire de Deo quod ſit, & quod iuſtus ſit, & ipſa creatura non eſſe à ſemetipſa, quia maior per omnia omnibus nulla eſt, quia omnes ſe alterutram vincunt, aliç magnitudine, vt cœlum: aliç claritate, vt ſol, & luna, vel ſtellæ præclarç. *Deus enim illis manifeſtauit.* Virtutes eius occultæ ex ijs quç palam ſunt manifeſtantur. *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Si n. ea quæ videntur tam pręclara, ab illo facta ſunt, vt quidã illa Deos putarẽt: quanto magis factorem ſempiternum intelligere potuerunt? *Sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, vt ſint inexcuſabiles.* Ergo Chriſtus ſempiternus, quia Dei virtus & Dei ſapientia eſt. *Quia cum cognouiſſent Deum.* Quomodo cognouerunt? ſiue ex cõſcientia per inſitã ſibi rationem, ſiue ex mundi factura qoia omnia mutabilia ſunt, ſolus deus incommutabilis. *Non ſicut Deum glorificauerunt.* Non illum per ſuã magnitudinem venerati ſunt: ſed pro Deo idola coluerunt. *Aut gratias egerunt.* Quia rationabiles ab eo facti ſunt. *Sed euanuerũt in cogitationibus ſuis.* Putantes ſe Dei magnitudinẽ poſſe cõprehendere.
B *Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Recedentes vtiq; à lumine veritatis, creaturam pro creatore venerando, verũ lumen, id eſt, Dei ſapientiã perdiderunt. *Dicentes n. ſe eſſe ſapiẽtes.* Quaſi qui inuenirent, quomodo inuiſibilis Deus in ſimulacrũ viſibile coleretur. *Stulti facti ſunt.* Non intelligentes, Deũ nõ eſſe, quẽ homo feciſſet. *Et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpẽtium.* Hic Iouis cultores appellat quẽ propter amores fœdiſſimos toties aſſerunt trãsformatum, velut in cygnum, & taurum. *Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum.* Tradere dicitur Deus, dum nõ retinet delinquentes iuſto iudicio, propter arbitrij libertatem ad ma[illegible] promptiſſimam. Derelinquit aũt derelinquẽtes ſe, ſicut dicit per prophetã, Si aũt reliqueritis eum, & ipſe relinquet vos. Et illud, Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, & ibunt in voluptatib. ſuis. *In immunditiam.*
C Quç eſt in turpibus myſterijs idolorum. *Vt contumelijs afficiant corpora ſua.* Dum ſibi caracteres & [illegible]ſtiones infligunt in conſecrationibus idolorum. *In ſemetipſis.* Vitam quam amãtes nec ſibi parcant: vt etiam in hoc erroris ſui pœnam perferant. *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacio.* Trãſtulerunt veri Dei culturam in mendacium idolorum, qui falſo pro Dijs habentur. fallunt enim, dum hoc ſe mentiuntur eſſe, quod non ſunt. *Et coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori.* Non ſolum dixerunt, ſed ẽi ſeruierunt & quicũq; alicuius creaturæ cupiditate vincitur, ipſi ſeruit: à quo n. quis vincitur huius & ſeruus eſt: intantum, vt & venter ſit Deus. *Qui eſt benedictus in ſecula.* Cui ſi ſeruiſſent, & ipſi benedicti in ſecula fieri potuerunt. Maledicti ergo, & temporales effecti ſunt, qui benedictum in ſecula reliquerunt. De talibus enim dicitur, Similiter odio ſunt impius & impietas eius. *Amen.* Vere, ſiue fideliter. *Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.* Propter cauſas ſuperius memoratas etiã in his flagitijs dimiſſi ſunt, vt paſſio vitiũ pœna peccati ſit. *Nam fœminæ eorum.* Ideo ipſa crimina euidenter expreſſit, vt cognoſcas eos rationem perdidiſſe naturæ, qui tam amentes effecti ſunt, vt omnia peruerterent, in Deum peruerſi. neq; enim ordinem naturæ ſeruare poſſunt, qui autorem naturæ dereliquerunt. *Immutauerunt naturalem vſum in eum vſum, qui eſt contra naturam.* Omnia peruerterunt, ſicut ſcriptum eſt: Infandorum n. idolorum cultura omnis mali caput eſt, & initiũ, & finis. *Similiter aũt & maſculi relicto naturali vſu fœminæ.* Qoomodo n. ordinem naturç ſeruaſſent, autore naturæ derelicto? *Exarſerunt in deſiderijs ſuis, inuicem in maſculis maſculos turpitudinem operantes.* Effrenata libido modũ ſeruare non nouit. *Et mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſos recipientes.* Sic currit ordo, vt qui dominum obliti fuerant, nec ſe ipſos cognoſcerent. *Et ſicut non probauerunt dominum.* Non neſcierunt, ſed minime probauerunt. Ille n. dominum probat habere ſe in notitia, qui ſemper tãquam præſentẽ timet, & peccare non audet. *Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum.* Id eſt, relicti ſunt in reprobum ſenſum. *Vt faciant quæ non conueniunt.* Quæ non conueniunt homini facere.

E *Repletos omni iniquitate, & malitia.* Iniquitatẽ & malitiã principales cauſas oſtendit eſſe vitiorum. *Fornicatione, auaritia.* Fornicatiõnẽ & auaritiam ſimul iunxit, quia vtræq; paſſiones idololatriæ cõparantur, ſicut dixit in Exodo, Fornicati ſunt à Deo ſuo propter idoli ſordẽ. Nã fornicatio eſt Chriſtiano, alicui rei adhærere præterquã Deo, & multis cupiditatib. corrũpi. Vnde dicit Paulus, ſe vni viro nos virginem caſtã ſpondiſſe. *Nequitia,* Ideo inſatiabilis eſt auaritia, quia poſt Dei diuitias quantũuis quis habeat, parũ eſt. *Plenos inuidia, homicidio.* Pulchre homicidiũ inuidię ſociauit, quia prima huius criminis ipſa materia eſt: quia primũ homicidium & diaboli & Cain de inuidia natum eſt. *Contentione.* Contẽtio eſt, vbi non ratione aliq̃d, ſed animi pertinacia defenditur: & vbi nõ veritas q̃ritur, ſed animoſitas fatigatur. Primitus fraterni ſceleris cauſa ex contentione euenit. *Dolo, malignitate.* Dolus eſt occulta malitia blandis ſermonibus adornata. *Suſurrones.* Murmuratores, non in facie, ſed in aure loquentes: vel de quibus dicitur, Neq; murmurauentis. *De-*
F *tractores Deo odibiles.* Detractores Deo odibiles, quia nihil tã odibile Deo, quã idololatria, cui detractio cõparatur: cũ & idololatra & detractor eradicandi à ſcriptura dicantur. *Contumelioſos.* Qui veloces ſunt in verborũ iniurijs. *Superbos.* Qui vult ſupergredi, q eſt, ſuperbus dicitur: ſicut diabolus, qui pdidit hoc quod fuit. Et qui ſuper alios vult eſſe, infra ſe fiet. *Elatos, inuentores malorum.* Elatus eſt, qui effertur ſupra menſuras ſuas. *Parentibus non obedientes.* Hoc loco & doctores intelligi poſſunt, parentes animarum. *Inſipientes.* Quia ab ipſo fonte ſapientiæ receſſerunt. *Incompoſitos.* Omnis inſipiẽs inordinatus. *Sine affectione, abſque honore.* Affectio eſt adimpletio charitatis. *Sine miſericordia.* Quomodo poterãt alijs miſereri, qui in ſe miſericordes eſſe noluerunt? *Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent.* Per hoc, q eis naturaliter diſplicet malũ, Dei iuſtitiam cognouerũt. *Non intellexerunt.* Qui ſi intellexiſſent, timuiſſent: ſi timuiſſent, nunquam talia cõmiſiſſent. *Quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte.* Iudicij Dei: & ſi non in præſentia, futuram tamen non effugient pœnam. *Non ſolum qui ea faciunt, ſed & qui conſentiunt facientib.* Conſentiunt ſuſcipiendo doctrinam, vel* conniuendo. ¶ *Propter quod inexcuſabilis es ô homo, omnis qui iudicas: In quo enim iudicas alterũ, teipſum condemnas: eadẽ enim agis, quæ iudicas.* Omnes qui huiuſmodi iudicabant, maxime tamen qui habent examinandi poteſtatem, non ſolum iudices, ſed & domini cõueniuntur. Quia naturali iudicio iuſtam factis profert vnuſquiſq; ſententiam. Omneſq; norunt & innocentiam præmio, & malitiam dignam eſſe ſupplicio: Et ideo inexcuſabiles, quia Dei iuſtitiam cognouerunt. *Scimus enim, quoniam iudiciũ Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt.* Vtiq; ſecundum veritatem eſt iudicium, quo iudicabuntur huiuſmodi, qui condemnare alios ſapuerunt, quæ per ſe cõmittere non timebant. Si enim tu peccator peccatorem tui ſimilem iudicas, quanto magis Deus iuſtus te iudicabit iniuſtum? Et ideo iudicium Dei ſecundum veritatem eſt, quippe quem ſine perſonarum acceptione nec amicis ſuis, nec angelis peccantib. legim⁹ peperciſſe. Humanum aũt iudicium multis modis corrumpitur: Nã & amore, vel odio: ſed & auaritia, ac timore: nonnunquam & miſericordia deprauatur. *Exiſtimas autem hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?* Nunquid propterea tibi de impunitate blandiris, quia Deus in præſenti non reddit, & patientiam eius contemnis? Non tardat inquit, dominus pmiſſa, ſed patienter agit pptER vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiã conuerti: Bonus eſt n. expectando: iuſtus eſt puniendo. *An diuitias bonitatis eius.* Abundantiam. *Et patientiæ & longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Multum ſe homines p patientiam Dei ſeducunt: quia non vult ſtatim punire peccantes. Putant n. eũ aut non curare res humanas, aut donare q differt. Pleriq; & calũniantur, quare in pſenti nõ reddit? Miſeri etiam in hoc ingrati, ſicut in omnib. beneficijs Dei: qui ei imputant, quod eorum diſſimulatur meritis: non intelligentes, quia ſi ſtatim redderet, nullus iam hominum remanſiſſet, nec ex iniuſtis fierent iuſti. Quid plura? Paulum quoq; ipſum eccleſia non haberet. Ideo autem hominib. videtur Deus diu expectare peccantes: quia parui tẽporis ſu-

* alias, conniuendo.
CAP. II.

G

H

D

A mus, & centum annos pro infinito habemus. Ille autem, apud quem mille anni tanquam vna dies ſunt, centum annos pro hora habet. Et ideo hoc parum eſt ante dominum, cum & homines aliquantis diebus ſoleant expectare peccantes. Humanum eſt nempe delinquere: humanum eſt pro delicto pœnitere. Nemo periculoſius peccat, quam qui peccata defendit. *Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi.* Tu autem imprudens æger ipſo remedio ad maiora abuteris vulnera, ſicut dicit Iob, Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur in eo ſuperbiã. Non agnita enim pietas maius iudicium parat, vt vindictã ſentiat, qui miſericordiam ſentire deſpexit. *Iram in die iræ.* Iram ſuper iram ipſe tibi apud dominũ recondis, quæ diebus debitis & certis temporibus apparebit non ante diẽ, qui expectatus. *Et reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Quia occultus eſt: & ſi videtur modo, per ſpeculũ in ænigmate, ſiue per velamen videtur. *His quidem, qui ſecundum patientiã boni operis.* Boni operis merces per patientiam expectatur: quia in præſenti vita non redditur. Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem: & tũc
B erit perfectũ opus, ſi in finem vſq; durauerit. *Gloriã.* Gloriã illam prædicat, qua ſancti fulgebunt vt ſol, & honorẽ. *Honorem filiorum Dei.* Quid enim honoratius filus Dei, qui etiam angelos iudicabunt? *Et incorruptionem.* Incorruptionẽ, gloriam immortalitatis dicit. *Quærentibus vitam æternã.* Qui quærit vitam æternã, iſta omnia conſequetur: & qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe: ſicut dicit, Sancti eſtote, ſicut ille ſanctus eſt. *His autem qui ex contentione.* Qui euangelicæ veritati non credunt, & conſentiunt iniquitati: qui relicto creatore deſeruiunt creaturæ: qui contra quod ſciunt defendunt, contentioſi ſunt. Timere contentionem, ne quæ ſequuntur patiamini. *Et qui non acquieſcunt veritati.* Euangelicæ. *Credunt autem iniquitati.* Quam norunt, qui credere voluerunt iniquitati: nõ enim æquum derelicto creatore omnium, creaturæ ſeruire. *Ira & indignatio.* Hæc omnia peccatoribus in iudicio præparantur: Tunc erit magna, & infructuoſa pœnitentia. *Tribulatio & anguſtia.* Conſcientiæ, & vanæ pœnitentiæ, ſicut ſcriptum eſt, Tunc dicent inter ſe pœnitentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. *In omnem animã hominis operantis malum.* Quia anima prima peccat, ideo pœ-
C nã principaliter ſentit, ſiue anima pro homine integro ponitur: ſicut dicit quod Iacob in LXX. animabus intrauit in Ægyptum. *Iudæi primum, & Græci.* Primi, quia primo dominum agnouerunt: & primi in legẽ grauius præuaricati ſunt. Vel primum pro quidem ponit: quia & ipſe dicit, Non eſt perſonarum acceptio apud Deum: ſic primum tempore, non honore. *Gloria autẽ & honor, & pax omni operanti bonũ.* Gloria contra iram, honor contra indignationem, pax contra tribulationem & anguſtiam: & quod ſuperius incorruptionem, hic pacẽ nominauit. *Iudæo primum, & Græco.* Quod ibi in anima dixit Iudæi & Græci, hic ipſum hominem poſuit. Et, ſicut dictum eſt, primum hic pro quidem ponit: ſiue primum, credulitatis tempore, non honore. *Nõ eſt enim perſonarum acceptio apud Deum.* Ne gentes ſe de ignorantia excuſarent, quia lege naturæ ſunt præditi: nec Iudæi de lege & circuncisione ſibi blandiantur, quia non ſolum profeſſio, ſed & conuerſatio requirenda eſt. *Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt: & quicunq; in lege peccauerũt, per legẽ iudicabuntur.* Lege literæ, & lege naturæ: hoc eſt, mẽtis, & conſcientiæ. Peius enim videtur eſſe perire, quã iudi-
D cari. Sed cum hoc de gentibus & de Iudæis loquitur, quis audeat dicere, Iudæos qui in lege peccant, non eſſe perituros, cum in Chriſto non crediderint? quandoquidem ſine fide Chriſti nemo liberari poteſt, ac pro hoc ita iudicabuntur. Peribunt ergo, ſed ſupplicio non peribunt. Quis autẽ dubitat, ſiue gentes, ſiue Iudæos ſi Chriſto non crediderint, perituros? *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur.* Reddit rationem, quare non ſint a gentibus meliores: vnde & nos timere debemus, ne audientes legem, & nõ facientes, cum gentibus pereamus. Nec dicat Iudæus, ſub lege vixi, gentili ſum melior. Lex ergo auditores facit: gratia factores. Quis enim dicat non iuſtificatos eos, qui fuerunt ex fide legi obedientes? quando niſi iuſtificarentur, non poſſunt eſſe obedientes. Sed dicimus, lege fieri, vt Deus quid fieri velit audiatur. Gratia vero

E fieri, vt legi obediatur: quia non auditores, ſed factores legis iuſtificabuntur. *Cum enim gentes, quæ legem non habent.* Ne ſi diceretur, qui legem literæ non habent, quomodo poterunt iudicari? *Naturaliter quæ legis ſunt faciunt, eiuſmodi legẽ non habentes.* Siue de his dicit, qui naturæ legem cuſtodiunt, qui quod ſibi nolunt fieri, aliis non faciunt: ſiue quod naturaliter etiam gentes laudant bonos, & iudicant malos, quod eſt opus legis ſiue de bis, qui etiam nunc dum boni aliquid operantur, à Deo accepiſſe ſe copiam qua placere Deo valeant profitentur vitia ſ vincendo. *Ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis.* Oſtendit illos non fuiſſe ſine lege, vt & gentes inexcuſabiles faciat, & Iudæis de proprietate legis gloriam tollat. Nam omnis homo de peccato in conſcientia erubeſcit, & de bono facto lætatur. *Scriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia.* Naturæ igitur legem in corde per teſtimonium conſcientiæ: ſiue conſcientia teſtatur legem ſe habere dum peccat, & gaudere dum peccata ſuperat. *Et inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum.* Dicit altercationes cogitationum eſſe, cum quid aut faciẽdum, aut non faciendum, diu deliberantes diiudicamus, & ſecundum hoc nos in die domini iudicandos: quia bonum & malum non ignoraſſe probamur, ſiue conſcientiæ noſtræ
F cogitationes erunt in die iudicii ante oculos noſtros tanquam hiſtoriæ agnoſcendæ. & hæc nos aut accuſabunt, aut etiam excuſabunt. *Secũdum euangelium meum per Ieſum Chriſtum.* Secundum quod annuntio per Ieſum Chriſtum: ſiue per Ieſum Chriſtum iudicabit Deus occulta hominum. *Si autem tu Iudæus.* Poſtquam allocutus eſt gentium partes, nunc ad Iudæos conuertitur, dicens, illum verum Iudæum probari, cuius bona magis ſint occulta, quam publica. *Cognominaris.* Nomine, non opere. *Et requieſcis in lege.* Confidis: vel ſecurus es. *Et gloriaris in Deo.* Gloriaris, quia notus tibi Iudæa tantum Deus, quod ſolus noueris Deum, vel ſolus intelligas voluntatem eius. *Et noſti voluntatem eius.* Subauditur Dei: vnde beati ſumus, ſi quæ Deo placent, nobis nota ſint, & faciamus quæ iubet. *Et probas vtiliora inſtructus per legem.* Legendo, vel examinando: quia per naturam, licet infirmam, vtilia multa probantur: per legem vtiliora: quia per gratiam perfectiora. Iterum recapitulat expoſitionem: Qui in lege requieſcis, quomodo tranſgrederis legem? qui gloriaris in Deo, quare inhonoras Deum? qui noſti voluntatem eius, quare non facis eam? qui probas vtilia,
G quare ſectaris inutilia, & vana? dux cæcorum, quomodo viam non vides rectam? ſi enim videres, per ipſam vtique ambulares, lumen aliorum, quomodo non fugis opera tenebrarum? eruditor inſipientium, cur etiam timorem domini, qui eſt initium ſapientiæ reliquiſti? magiſter infantium, puer es ſenſu: qui habes formam ſcientiæ & veritatis in lege, nec ipſe ſequeris, nec alios ſequi malo exemplo permittis. *Confidis teipſum ducem eſſe cæcorum.* Eorum vtique, qui viam ſine luce fidei perdiderunt. *Lumen eorum qui in tenebris ſunt.* In tenebris ignorantiæ. *Eruditorem inſipientium.* Qui Dei ſapientiam non habent. *Magiſtrum infantium.* Siue ætate, ſiue ſenſu paruulorum. *Habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege.* Exemplum, quod illos putas ſine lege viuere non poſſe, habes formam, ad quam ſemper reſpiciens errare non poſſis. *Qui ergo alium doces.* Quod gentili dixit, In quo alterum iudicas, teipſum condemnas. *Teipſum non doces.* Quare non conuenit vita tua doctrinæ tuæ, & opus tuum deſtruit fidem tuam: & ita fit, vt lex non cuſtodita non ſolum tibi nihil proſit: ſed etiam maioris te criminis reum teneat, vt contemptorem ſuum. *Qui prædicas non furandum, furaris.* Quidam dicunt, ſi in agris Chriſtum, id eſt, abſcondis eum ab hominibus, vel ſacras ſcripturas, ſi poſſis, velis ſubtrahere. *Qui dicis non mœchandum, mœcharis.* Non eſt vna mœchatio, nam omne
H quod totum Deo debes, ſi alicui præterquam Deo reddideris, mœcharis ſiue amorem, ſiue timorem ſiue ſeruitium, ſiue obedientiam, ſiue ſpem, & ideo grauius ab illo delinquitur, à quo perfectio prædicatur. *Qui abominaris idola, ſacrilegium facis.* Sacrilegium eſt quod propter in Deum committitur, quaſi ſacri violatio, vel præuaricatio mandatorum. *Qui in lege gloriaris.* Dicens te beatum quod Dei noueris voluntatem. *Per præuaricationẽ legis Deũ inhono-*

A *ras.* Expoſuit ſacrilegium. *Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes ſicut ſcriptum eſt.* Væ quorũ malis operib. nomen domini fuerit blaſphematum, ſicut ſcriptum eſt: Polluerunt nomen ſanctum meum inter gentes, dum dicuntur populus Dei, qui inter gentes captiui, peccatis ſuis facientibus, demorantur: vt dicerent gentes, dominum non poſſe populum ſuum defendere, ſe per idola ſua extitiſſe victores: non intelligentes, quod Iſrael ſi dominum tenuiſſet, ſemper illis fuerat dominaturus, & per hoc defenſor. *Circuncisio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator legis ſis, circuncisio tua præputium facta eſt.* Prodeſt tempore ſuo, ſiue quia viuere facit Iudæum, & non exterminari. Poteſt & ita intelligi: Circuncisio prodeſt, quia facit intelligi eſſe: qua perſpecta, inuenitur carnis circunciſione ceſſante verã cordis eſſe venturã. Præuaricator legis eſt, dũ non ſequitur quod ibi prædictum eſt. Signum prodeſt, ſi res adſit: cæterum ſignum ſine re ſuperfluum erit. Nam & ſignum, quod Cain accepit, hoc ſignificauit, quod Iudæos circunciſio diſcerneret à reliquis. Et ſicut ille vagus & profugus cum ipſo ſigno vſq; ad mortem durauit: ſic Iudæi vſq; in finem cum ipſo circunciſionis iam inani ſigno per orbem diſperſi, pleni zelo & pauore diſcurrunt: & nullus eis aufert circunciſionem, ſiue ſub paganis, ſiue ſub Chriſtianis principibus. Ipſum ſignum portant Chriſti homicidæ, ſicut Cain fratricida portauit. *Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat.* Viſibilia indigent inuiſibilibus: inuiſibilia nõ indigent viſibilib⁹,
B eo quod viſibilia imagines ſint inuiſibilium. Circunciſio carnis indiget cordis circunciſione: circunciſio autem cordis non indiget carnis circunciſione: quia imagine non indiget veritas: imago vero indiget veritate: quare ergo data eſt circunciſio, ſi ſola non prodeſt? Primũ, vt cognoſceretur Dei populus inter gentes vel in bello. Quod autem tali membro ſignantur, primum hæc cauſa eſt, ne aliud membrum detur, pareret, q aſpectu horreret: deinde propter gratiæ promiſſionem, in qua erat per caſtitatem placendũ: ſiue vt Chriſtus ſignificaretur ex circunciſione venturus, vſq; ad quem futura erat carnalis circunciſio, cuius typum gerens Ieſus filius Naue ſecundo circũcidere iubetur filios Iſrael. Sed hoc figura fuit, in tantum vt diceretur: In nouiſſimis diebus circuncidet Deus cor tuum. Et, Circuncidite præputia cordis veſtri. Et vt originale peccatũ in eo membro, vbi inſertum fuerat, etiam legis tempore puniretur. *Nonne præputium illius in circunciſionem reputabitur? & iudicabit quod ex natura eſt.* Quia habet iuſtitiam, cuius ſignũ eſt circunciſio. *Præputium legem conſummans.* Implens. *Te qui per literam & circunciſionem præuaricator legis es?* Dum literæ circunciſionem ſectaris, ſpiritus accipere nõ mereris. *Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt.* Omnia quę ante circa exteriorẽ hominem gerebantur, figuram exterioris hominis præferebant.
C *Neq; quæ in manifeſto in carne circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt.* Ipſe verus Iudæus eſt. *Et circunciſio cordis in ſpiritu.* De qua ſcriptum eſt in lege: In nouiſſimis diebus circuncidet Deus cor tuum, & cor ſeminis tui. In ſpiritu, inquit, i. ſecundum nouum teſtamentum, quod interiora quærit, quæ ſolus videat Deus: & hæc eſt vera circunciſio. *Non litera, cuius laus, nõ ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* Litera occidit, ſpiritus autẽ viuificat. Lex literę nõ eſt data iuſtis, ſed iniuſtis: & ideo laudem hominum merebatur. Lex autem CHRISTI iam non minatur gladium peccantibus, ſed promittit præmiũ libere ſeruientibus: & ideo laudem à Deo habet, qui ſolus videt

Cap. III. cor, quia ex fide precatur. ¶ *Quid ergo amplius eſt Iudæo? aut quæ vtilitas circunciſionis?* Reddit rationem quod lex inanis non fuerit, ſed quod carnalis circũciſionis prærogatiua vana ſit, nullis operib. fulta. Interrogat, Quid ampli⁹ habeat Iudæ⁹. Reſpondet ſiue ex ſe, ſiue ex perſona Iudæorũ: *Multum per omnem modum.* Nam ſi ipſius eſt ſenſus, Multum per omnẽ
D modum: Et, Omnis homo mendax. Quomodo poſtea cõuenit dicens, Si autem iniquitas noſtra & cætera. Poſtremo, quomodo negat præcellere Iudæos, multum per omnem modum? Multa illa vtilitas erit, ſi eloquia, quæ meruit accipere, ſtudeat cuſtodire. *Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei.* Quod gentibus nulla. *Quid enim, ſi quidam illorum non crediderunt? Nũquid incredulitas illorum fidem Dei euacauit? Abſit.* Nec enim credentibus præiudicat incredulitas tranſgreſſorum: & promiſſio Dei, quæ ad Abraham facta eſt, ſi

E circa præuaricatores euacuatur, circa obedientes impletur: quia mentiri veritas neſcit, ſicut ſcriptum eſt: Eſt autem Deus verax, omnis vero homo mendax. Quia nemo ſine peccato, præter illum ſolum: qui nec naſcendo habuit, nec viuendo contraxit. Ideo ſolus verax, implens quæ promiſit quia in ſemine eius benedicendæ eſſent gentes, & benedicuntur in Chriſto, & per Chriſtũ: quia in ipſo per eius gratiã crediderunt: nam & ſi incredulis Iudęis euacuata eſt in eis, qui de populo ipſo dono domini crediderũt, & impleta eſt: & vſq; in finem cotidie plenius adimpletur: quia verax eſt qui promiſit, & fallere nullatenus poteſt. *Eſt autẽ Deus verax, omnis autem homo mẽdax: ſicut ſcriptum eſt* Vt iuſtus proberis, cum in peccatoribus vindicas: *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Vincis cum iudicaris, cum mihi peccata mea, me confitẽte, & damnãte, dimittis. Vt iuſtificeris, inquit, in ſermonibus tuis: eſt n. Deus verax: nã & ſi vacuata eſt apoſtolatus benedictio in traditore Iuda, ſed in Petro, qui fidem conſeruauit, impleta eſt. Euacuata eſt promiſſio in populo, qui propter trãgreſſiones periit in deſerto: Impleta eſt in eis, qui in terram ſanctam dono domini, fide cooperante, perducti ſunt. Adiicit etiam de pſalmo 50. teſtimonium: Vt iuſtificeris, inquit, in ſermonibus tuis: & vincas cum iudicaris. In Pſalmi ordine & locutio Prophetæ ita ſe habet: O domine pronunciaſti quidem ſi-
F ne perſonarum acceptione te in peccatores vindicaturum, & quidem nunc dum mihi remittis, pœnitentiam meã mendacium iudicant: ſed vincis quum iudicaris, dum mihi peccata, me cõfitente, & damnante, dimittis: quia non iudicas bis in idipſum. Id eſt, dum homo ipſe ſui iudex culpam in ſe lamentatione & contritione perſequitur, iniuſta eſſe pietatis tuæ indulgentia non probatur. Dum me immanis cõmiſſi reum arguis per prophetam, probas te habere de noſtris operib. curam, & vincis eos, qui te incurioſum humanorum actuum iudicabant. Ideo de iſto ſenſu Apoſtoli totã expoſitionem cuiuſdam ſancti viri poſui, vt plen⁹ lectoris ſollicitudo imbueretur: & vbicunque ſic inuenis, paginas plenas, pro inſtructione hoc poſui. Vt iuſtificeris, inquit, in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Videamus quomodo ſibi hoc loco Apoſtoli ſermo conſentiat cum teſtimonio, quod ex Prophetã, ſermonem ſuum cõfirmaturus, aſſumpſit. Sententiam hanc euidenter illo ſenſu Apoſtolus ponit, quo dudum Dauid ſub pœnitentiæ voce protulerat, dicens. O domine, de ſemine meo eſſe venturum ſaluatorẽ
G humani generis promiſiſti: Nunc dum me videt populus tuus duplici crimine vulneratũ, blaſphemare feci filios Iſrael, vt dum in adulterio & homicidio perſpiciunt reatum meum, te putent eſſe mentitum: & ideo precẽ ſatisfactionis agnoſce, & in remitte, quod ipſe condemno: vt cum me indulta ꝓpiciatione reparaueris, & dignũ promiſſione n a feceris, in ſermonib. tuis iuſtus appareas, & vincas quum à reprehenſoribus iudicaris. & ita nunc hanc lineam Apoſtolus ſequitur dicens. Licet tranſgreſſores Iudæi fecerint nomen domini blaſphemari, quo dicatur, Hæc erat illa gens ſancta, & populus electus, qui ſe nunc tranſgreſſione & tuexptabili ſacrilegio & crimine impietatis inuoluit: ecce per ſcelus præuaricatorum Dei promiſſa vacuata ſunt. Sed non ita eſt: Nam ſi tranſgreſſores à gratia exciderũt, veridicã domini ſponſionẽ obedientia fidelium conſequitur: ac ſic confuſis illis, qui eloquia diuina in irritũ adducta iactabãt, iuſtificatur dominus in ſermonib. ſuis, & vincit cum iudicatur, dũ gratiã ab incredulis repudiatã credentib. cõfert. Quod vero dicit: Eſt a. Deus verax, omnis autẽ homo mendax. Et iterũ: Si a. iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat. Infideles vtrunq; hoc teſtimonium in rationabili ſenſu accipiant. *Si autẽ iniquitas noſtra iuſtitiã Dei commendat: quid dicemus? Nunquid iniquus Deus, qui infert irã?* Si a. iniquitas noſtra iuſtitiã Dei commendat, iniquũ eſt, inquit, ſi in illos
H vindicat, qui ideo peccauerunt, vt iuſtior appareret: quan. iuſtitia damnabit iniuſtitiã, ſi ſecundum te humana iniquitate ſit iuſtior? Hoc loco magiſtro gentiũ differentię, duarũ ratio vertitur perſonarum, i. ſub imperitia male interpretantis, & ſub doctrina Apoſtoli refellentis: & tanquam ſi Apoſtolo pars diuerſa imprudenter credens ita diceret: O Apoſtole, magnum peccatis noſtris ſolatium contuliſti, dicendo, quod iuſtificetur Deus in noſtrorum indulgentia

delicto-

A delictorum: & quia veritatem Dei mendacia noſtra commendant: & peccata noſtra miſericordiæ materiam Deo ingerunt, vt per iniquitates noſtras eius bonitas exerceatur & gloria dilatetur, iniuſte peccata noſtra puniuntur, quæ ad manifeſtandam Dei patientiam, beneuolentiamq; proficiunt, ſtatim infert. Huc vſq; obiectio aduerſa: hic reſpondet Apoſtolus illorum ſenſui: Iniquus eſt, inquit. Deus, ſi in illos vindicat, per quorum peccata benignus apparet: & non debeo iudicari, qui mentior: quia meo mendacio Dei veritas collecta prædicabilior inuenitur. Et ideo quanto maiora mala fecerimus, tanto maiora bona ab illo, pro cuius laude peccauimus, recipiemus. Hoc fortaſſis ideo imprudentes ita intelligi debere arbitrabantur: quia legimus. Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia: quaſi quæ peccati det meritum, dum clementiæ Dei præſter augmentum. Sed longe aliter intelligenda eſt iſta ſententia. Et quod ita per ſatisfactionem & emendationem conſumpta ſit abundatia peccatorum, vt emendati non ſolum veniam, ſed etiam præmia mererentur: Vt iuſtificeris, inquit, in ſermonibus tuis. Hoc teſtimonium pars aduerſa ita propoſuit

B quaſi dixerit Dauid, Propterea ego peccaui, vt dum me iudicas, tu iuſtus appareas, aut miſericors, dum remittes: & ideo parcere mihi debes, quia iniquitas mea, aut miſericordiam tuam, aut iuſtitiam commendat. Hunc eorum errorem apoſtolus retractat, & interiectis ſententiis deſtruit dicens: Si, quemadmodum aiunt nos quidam dicere, iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat: ergo iniquus eſt Deus, qui infert iram, cum iniquitas noſtra eius prædicet miſericordiam. *Secundum hominem dico. Abſit.* Id eſt, ſecundum carnalem ſenſum tuum, vel ſecundum te, qui de ſuperiori ſententia tam imperite ſentis, & tam impudenter intelligis. Qua enim iuſtitia damnabit iniuſtitiam, ſi iuxta opinionem tuam humana iniquitate ſit iuſtior? Sed non ita eſt. Nam Deum noſtrum non tam peccata, quam honorum operum geſta glorificant: & ideo in puniendis peccatis iuſtus agnoſcitur, qui ſanctis operib. delectatur. *Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum* Si nō bonis bona, & malis mala retribuit, vt iuſtis præmiū pro iuſtitia, & peccatoribus quod merentur tribuit? *Si enim veritas Dei in meo mendacio a-*

C *bundauit in gloriam ipſius: quid.* Id eſt, vt quid iudicor quaſi maleficiens? & non ſicut quidā nos dicunt dicere, vt quanto maiora mala fecerimus, tanto ampliora bona recipiamus. *Adhuc.* Inſuper. *Et ego tanquam peccator* Homo qui mentior *Iudicor.* A Deo in die iudicii. Hic eſt ſenſus, tanquam ſi diceret: O infidelis, ex verbis meis peccatorum tuorum aſſeris defenſionem, dicendo quod iuſtitiam Dei iniquitas noſtra commendet, & veritas eius ex noſtris mendaciis creſcat, & imbecillitati noſtræ comparata, magis magisque maior appareat. Sed dum ita malis tuis iniquitate ſeueritate blandiris, iuſta damnatione puniendus es ab illo, qui ſecūdum vniuſcuiuſcunq; opera iudicabit mundū. Vnde hic locus ideo difficilior videtur, quia ab imperitis diuerſæ partis quæſtionibus obſcuratur: ſicut alio loco Apoſtolus irrationabilia obiecta proponit, & reſpuit: Quid enim dicimus? permanebimus in peccato, vt gratia abundet? Abſit. Et paulo poſt. Quid ergo? peccabimus, quia non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia: Abſit. Ad extremum Apoſtolus ſenſu veritatis euacuans quæſtionem ita dicit: *Et non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt eueniant bona.*

D Et hæc ſtultorum obiectio eſt, quam ſubiungens deſtruit dicens: *Quorum damnatio iuſta eſt.* Quid enim iuſtius, quam vt aliquis pœnā peccati ſui ſentiat? quam nos negare inueniti ſunt, qui nihil magis quam iuſtum Dei iudicium prædicamus, *Quid igitur? præcellimus eos:* Nos Iudæi. id eſt, nullam vnde alterutra pars præcellat cauſam inuenio: quia omnes ſub peccato eſſe iudicamus: hoc enim ipſa ratio deprehendit, ſub peccato eſſe Iudæos & gentes, vt etiam pſalmi teſtimonio comprobatur. *Nequaquā.* Ipſe reſpondit ſibi. *Cauſati enim ſumus.* Ratiocinati ſumus. *Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe.* Atque gentiles. *Sicut ſcriptum eſt: Quia non eſt iuſtus.* Pſalmus vnde hoc teſtimoniū ſumpſit, de inſipiente loquitur: quod in aduentu Chriſti impletū oſtendit, quo tempore nullus iuſtus inuentus eſt. *Quiſquam* Nec Iudæus, nec Græcus. *Non eſt intelligens, non eſt requirens Deū.* Quia nō intelligit, non requirit. Deus autē tunc quæritur, cum eius inquiritur voluntas, & impletur. *Omnes declinauerunt* Neceſſe eſt vt declinet, qui requirere noluit, firmamentū. *Simul inutiles facti*

E *ſunt.* Ad opus, ad quod fuerant procreati. *Non eſt qui faciat bonum.* Non ergo erat q faceret bonū, cum Iudæos præuaricatio mandatorū: gentes vero naturæ lex condemnaret. Cum ergo ex alterutra parte aliquis bonū fecerit, gratię ſe debere nouerit, non naturæ ſicut propheta ad dominū referens dicit. Apud quem nemo per ſe innocens eſt. Et Eſaias in cantico dicit Domine Deus noſter dabis pacem nobis, omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. *Non eſt vſq; ad vnum.* Quidam dicunt, vſq; ad Chriſtum. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* Violentiam peſtiferi odoris exaggerant fœtore doctrinæ. Omnis odor mortis procedit de ore eorum: hoc eſt, verba peſtifera, & adulatoria quę interficiunt audientes. Ideo enim ſepulchra clauduntur, ne in vita poſitis exhalatione ſui generent peſtem. *Linguis ſuis doloſe agebant.* Aliud ore promentes, aliud corde meditantes. *Venenum aſpidum.* Horum ſerpentum pernicioſius cæteris eſſe fertur venenū. *Sub labiis eorum.* Id eſt, in corde. *Quorum os maledictione.* Quicquid enim malo voto dicitur, ſine dubio male dicitur. *Et amaritudine plenum eſt.* Amaritudo Antichriſti contraria eſt

F dulcedini verbi Dei. *Veloces pedes eorum ad effundendam ſanguinem.* Non ad liberandas animas, ſed ad perdendas, ſiue interficientes animas, non illis annunciando peccata ſua, ſed adulatione confirmando eas in ipſis. Vnde Paulus dicit: Mundus ſum à ſanguine omnium. *Contritio & infelicitas in viis eorum.* Conteruntur & infelices efficiuntur animæ in viis eorum hoc eſt, in doctrinis, vel in exemplis conuerſationis eorum. *Et viam pacis non cognouerunt.* Doctrinam patris, qua Deus hominibus pacaretur, non cognouerunt: quia pax noſtra Chriſtus eſt. Hoc egit à capite epiſtolæ, vt oſtenderet omnes indigere miſericordia Dei, miſericordia autem in poteſtate donantis eſt. Nemo enim poteſt dicere, ſe amplius accipere debuiſſe. *Non eſt timor Dei ante oculos eorum.* In timore Dei concluſit: quia ſi timorem Dei ſemper ante oculos habuiſſent, vtique non peccaſſent: neque enim ſeruus audet domino præſente peccare. *Scimus autem quoniam quæcunq; lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur* Ne dicerent Iudæi, hoc de gentibus dictum eſt: Quomodo Iudæi dixerunt Non eſt Deus, non vtique verbo, ſed opere. Dominum enim confitentur ſe noſſe, factis autem negant.

G Ergo gentes hic non tangit, ſed iam de gentibus prius dixerat & de eorum ſceleribus nemo dubitabat. Ne dicerent hoc de gentib. ſcriptum, oſtendit omne quod in lege de gentib. dicitur, etiam ipſum de Iudæis dici, quia ipſorum principalis eſt cauſa. *Vt omne os obſtruatur.* Non ſolum gentium, ſed etiam Iudæorum: cum non habeant vnde poſſint gloriari. *Et ſubditus fiat omnis mundus Deo* Vt ſciat ſe ſine gratia Dei ſaluum eſſe non poſſe: vel certe in confeſſione peccati ſperet miſericordiam, cognoſcens ſe eſſe in peccatis. *Quia ex operibus legis.* Hoc contra Pelagianos facit, qui dicūt, quod lex iuſtificet. Opera autem legis circūciſionem dicit, & ſabbatum, & reliqua. *Non iuſtificabitur omnis.* Non iuſtificabitur quia nihil ad perfectum lex adduxit. Hinc contra eos incipit diſputare, magno diuturnoq; conflictu, qui gloriabātur in lege, & per legem ſe iuſtificari credebant, & non per gratiam: docens per ordinem, legem non potuiſſe auferre, ſed potius auxiſſe peccatum, quod aufert gratia: quia lex iubere nouit, cui ſuccumbit infirmitas, ſicut gratia iuuate, qua infunditur charitas. Non dicimus nos iuſtificatos eos fuiſſe,

H qui fuerunt legi obedientes: ſed niſi iuſtificarentur, non eſſent obedientes. *Caro.* Homo. *Coram illo* Non omnis iuſtitia coram domino iuſtificat, ſed ea quæ ex mera Dei voluntate procedit non illa cuius præceptum humanā lactat infirmitatem: ſicut iſtorū, quib tunc iuſtitia Dei non poterat reuelari, ſed ſola eis peccati cognitio demonſtrata: quia ſuā quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non erant ſubiecti. *Per legē enim cognitio peccati.* Non remiſſio, non cōſummatio: ſed cognitio: aut quia in obliuione erat lex naturæ, aut quia ante legē literæ leuiora quæq; non cognoſcebantur eſſe peccata: ſicut cōcupiſcentia, & cætera, quæ non alteri nocebant, ſed ipſi. *Nunc autē ſine lege iuſtitia Dei.* Quæ nobis à Deo gratis donata eſt, non noſtro labore quæſita. *Manifeſtata eſt.* Quæ erat occulta. *Teſtificata à lege & prophetis* Hæc iuſtitia legis oraculis prędicata eſt nouiſſimis ventura temporibus. *Iuſtitia autem Dei*

A *per fidem Ieſu Chriſti.* Iuſtitia hæc, quæ confertur per fidem: fides ipſa occulta inſpiratione Dei gratiæ dono infunditur, non labore humano, nec opere veteris teſtamenti acquiritur: quia vt dictum eſt, Ipſius donum eſt, vt credamus. *Super omnes qui credunt.* Non ſuper ſolos Iudæos. Oſtendit illos ideo talem legẽ accepiſſe, quia non credebant: qua propter in præſenti ſiue peccati, ſiue iuſtitiæ meritum referebant. *Non enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.* Id eſt, inter Iudæum & gentilẽ: quia vtraq; pars in incredulitate concluſa eſt, & egent gloria redemptoris, quę in ſalutem credentium dilatatur. Nam Iudæi legem literæ, gentiles naturæ legẽ tranſgrediendo, pariter peccantes inoẽti ſunt, & per originale peccatum, & per actuale. *Iuſtificati gratis.* Sine vllis præcedentib. meritis, per baptiſmum iuſtificati. Cum omnibus non merentibus gratis peccata donauit, audi gratis, & tace de meritis. *Per gratiam ipſius.* Quia quod non debebat, pro nobis exoluit, vt nos gratis redemptos ſaluaret. *Per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* De captiuitate peccati redempti ſumus, non natura: quia natura ſemper ipſius fuimus: quia qui redimit, ſuum docet fuiſſe quem redimit: B ſicut docet propheta Gratis venundati eſtis, & ſine pecunia redimemini. Chriſtus ergo nos redemit, ſicut dicit Petrus: Scientes, quia non corruptibilib. argento & auro redempti eſtis de vana veſtra cõuerſatione: & reliqua. & Paulus: Empti enim eſtis pretio magno. Redempti ergo ſumus de morte, cui per peccatum venditi fueramus, ſecundum Eſaiam dicentem: Quis liber repudij? Peccatis enim veſtris venundati eſtis. Quam mortem Chriſtus eiicit, qui peccatum non fecit, quia omnes debitores eramus morti per peccatum. Ille aũt ſe tradidit morti, cui nihil debebat, vt nos ſuo ſanguine à morte redimeret. Non emit, quia per naturam ipſius fueramus: ſed redemit, quia captiui tenebamur. *Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius.* In prõptu poſuit, quia gratis dat, vt nec deſperet aliquis nec de ſuis meritis extollatur, quia propitiatio & remiſſio peccatorum per ſanguinem eſt Chriſti collata: in cuius typo etiam in veteri teſtamento pro peccatis populi victimarum ſanguis offerebatur. *Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.* In hoc dicit oſtendiſſe iuſtitiam, quod indefenſam tenuit pro emẽdationis noſtræ expectatione patientiam: ita nobis fit miſericordia remiſſionis, dum ille patitur qui nihil peccauit, quia omnia Deus C iuſte facit. Iuſte ergo diabolus perdidit debitorẽ, quia iniuſte occidit innocentem. *Propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Quare præcedẽtium? niſi originalium debitorum. *In ſuſtentatione Dei.* Suſtentatio Dei ad maiora peccata profecerat. *Ad oſtenſionem iuſtitiæ eius.* Vt reuelaret iuſtitiam, quæ ex fide eſt: hoc eſt, Chriſtum, in hoc tempore nouiſſimo, *Vt ipſe ſit iuſtus & iuſtificans.* Qui ſolus iuſtus inuentus eſt, & quę ipſe iuſtificauerit: quia peccatum neſciuit, ideo peccata dãnauit. *Eum qui ex fide eſt Ieſu.* Ex fide inquit Ieſu quam ipſe Ieſus dedit: & nõ ex operibus legis, aut naturæ. *Vbi eſt ergo gloriatio tua. Excluſa eſt.* Ad Iudæos dicit. Vbi eſt elatio tua, in qua gloriabaris te meliorẽ eſſe per circumciſionẽ carnalem? excluſa eſt gloriatio tua. *Per quam legem factorum? non: ſed per legem fidei.* Sequitur, Nunquid per factorum? id eſt, opera legis, & reſpondet, Non, ſed per legem fidei. Legem dicit fidei gratiam, per quam ad Chriſtum accedimus, per quam fidem accipimus. *Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem.* Definimus, certi ſumus, hoc iudicamus *Sine operibus legis.* Addendo legis, oſtendit eſſe & fidei opera. Quomodo D ergo Iacobus ait. Fides ſine operibus mortua eſt: Sed Paul. de operibus legis dicit: Iacobus autem de operibus, quæ fidelem hominem eſſe probant: ſicut ipſe in ſequentibus exponit: Oſtende mihi ex operibus fidem tuam. Opera ſunt, per quæ fides agnoſcitur. *An Iudæorum Deus?* Nonne omnes Deus fecit, & ſimiliter de omnibus cura eſt ei? non ſolum vobis, ſed & gẽtibus venit Chriſtus ex lege promiſſus: imo magis ipſis. *Tantum.* Quaſi Iudæi dicant, Sed gentes Deum dereliquerũt: & reſpondeatur eis, Et vos. Illi peccauerunt: & vos. Sed nos conuertimur, & illi: Nobis Chriſtus venit promiſſus, & illis. Non ergo veſter tantum eſt Deus: aut quaſi vos neſciatis, quod omnes ex Adam nati ſunt, & quod ſcriptum ſit, gentes Chriſto credituras, ſicut dicit, Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Et iterum: Audite vocem tubæ: & dixerunt, Non audiemus. E Propter hoc audient gentes. *Nonne & gentium?* Ex gẽtibus credentium, quia frequẽter prophetæ de eorum vocatione dixerunt. *Imo & gentium.* Id eſt, multo magis & gẽtium, quia ante legem ſancti Deo placuerunt. Optime autẽ modum ſeruauit in verbis: Imo dixit, vt oſtenderet magis gentes: quia ante fuerunt ſancti præputiati, quam circumciſi: & Abraham ante circunciſionem iuſtificatus credidit. *Quoniam quidem vnus Deus qui iuſtificat circunciſionem ex fide.* Vtranq; gentem per fidẽ Chriſti ſaluandam eſſe denunciat: hoc eſt, ex fide. Nam nec præputium, nec circuncisio ſine fide iuſtificatur. *Et præputium per fidem.* Sicut Abel, Noë, & cæteri. *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit.* Legem ergo per fidem deſtruimus, quæ circunciſionem docuit? Abſit. In tantum vt dicat Moyſen propter circunciſum filiũ pene interfectum fuiſſe. Ne ergo illi dicerẽt, Legem ergo deſtruis, in qua omnes qui crediderunt iuſti circuncisi fuerunt ante legem incircuncisi: ſed tamen nullus incircunciſus in lege. Non ſolus, ait, non deſtruo, ſed confirmo, dũ hanc prædico circunciſionem, quam ille prædixit: In nouiſſimis, inquit, diebus circuncidet dominus Deus cor tuum, & cor ſeminis F tui, ad Deum tuum amandum. Hæc eſt fides. Tunc deſtruerem legem, ſi illam mẽritam dicerem, hoc eſt, non ceſſaturam, cum illa ſe promiſerit ceſſaturã, ſicut dicit Hieremias: Dabo vobis teſtamentum nouum. Et Eſaias: Ex Syon egredietur lex, & verbum domini de Hieruſalem. *Sed legem ſtatuimus.* Stare facimus, dum probamus verum eſſe quod dixit de antiquis iuſtis & gentibus credituris, & ſpiritualem circunciſionem venturam, dum hoc efficit fides, quod lex iubet: quæ fides ſi non ſit, iubet tantum lex, & non implentes iuſſa reos tenet: quæ non impletur, niſi per charitatem, quam ſpiritus ſanctus infundit per gratiam ſuam.

CA. IIII. *Quid ergo dicemus inueniſſe Abrahã patrem noſtrũ.* Reuocat illos ad caput circuncisionis, vt quod initio conſtiterit, id habeatur in toto. Circunciſio in carne eſt, fides aũt in mẽte conſiſtit. Abraham ſecundum fidem per præputium pater eſt gentium: ſecundum carnem pater eſt circunciſionis. Fides autem, qua pater eſt gentium, non in carne, ſed in mente conſiſtit. *Secundum carnem* Id eſt, ſecundum carnis circũciſionẽ. *Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriã.* Quomodo ex operibus, quum & ipſe ex gentibus venerit? *Sed nõ apud Deũ.* Sed apud ſemetipſum habet, quia iuſſa perficit: G aliter ergo nihil. Illi Deus donauit, ſed ex ſe, ſed ex operibus ſuis habuit gloriã. Sed quia illum fides à Deo donata ſine operum præſumptione iuſtificat, non ſibi, ſed domino ex gratuita largitate dat gloriam. Dicit ergo beatum Abraham non ex operibus (quia ante legem fuit) ſed ex fide (quia promiſſis Dei credidit) inueniſſe iuſtitiã & quia fides per gratiam Dei non ſolum peccatorem, ſed & impium pro Dei bonitate iuſtificat, dum non ex operibus habet fiduciam, ſed per omnia ſe Deo intelligit debitorem: quia nihil inuenit, quod ſibi arrogare poſſit ex meritis *Quid enim ſcriptura dicit?* Scripturam interrogemus. *Credidit Abraham Deo.* Probauit, & ideo apud Deum habet gloriam. tam magna fuit donũ Dei fides Abrahæ, vt & priſtina ei peccata donarentur, & ſola ei pro omni iuſtitia duceretur accepto. & tãto amore flagrauit, vt deinceps ſemper Deo placeret. *Et reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Compenſatum ſola fides. *Ei autẽ, qui operatur, merces non imputatur ſecundũ gratiam, ſed ſecundũ debitum.* Expouit ipſum exemplũ. Et quia lex opera requirit, H per quæ elatus fuerat phariſæus quum ergo iuſtificat impiũ diuina miſeratio, locum meriti non poteſt habere præſumptio. Debitor enim eſt antequam pareat præceptis. & niſi paruerit, damnatus. Si autem fecerit, non habet gloriam: quia inutilis ſeruus eſt, qui nihil amplius operatur. *Si vero quis non operatur.* De circunciſione dicit, & cæteris huiuſmodi. *Credenti autem in eum, qui iuſtificat impium* Impium per ſolã fidem iuſtificat, non opera, quæ non habuit ſi enim ſecundum opera, puniendus eſt non, liberandus. Simul attendẽdum non peccatorem iuſtificari per fidem, ſed impium. *Reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſecundũ propoſitum gratiæ Dei, ſicut & Dauid dicit.* Sicut Abrahæ, & noſtra filiorum eius per gratiam. *Beatitudinem hominis.* Magna beatitudo eſt, ſine labore legis, vel pœnitentiæ fidem per ſolam gratiam promereri, ſecondum propoſitum Dei, quo propoſuit gratis peccata dimittere. *Cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus.* Illi accepto ſer-

A pro teritur iuſtitiam ſine operibus, qui per fidem, qua primũ Deo credidit, & de præterito abſoluitur, & de præſenti iuſtificatur, & ad futura fidei opera præparatur. Probare vult & in ipſa lege prædici, Iuſtitiam ſine operibus prodeſſe: nec ſe hoc ſuo defendere, ſed prophetæ exemplo firmare. Quod remittitur, non eſt: quod tegitur non paret: & ideo nec imputatur. *Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates.* Contra Iudæi arrogantiam: quia beatitudo, & remiſſio peccatorum credulitatis opus eſt, non laboris. Quidam dicunt remitti peccata per baptiſmum, tegi lachrymis pœnitentiæ, non imputari ulla peccata in martyrio. Quamuis totum in fide baptiſmi poſſit intelligi, tamen cum remiſſa fuerint delicta, diligitur Deus. Cui enim plus dimittitur, plus diligit: & ideo charitas operit multitudinem peccatorum, vt ſuperet dilectio priſtinum contemptum. Non autem imputat, dum bonis eius deinceps operibus, quæ per charitatem fiunt, delectatur, nec reminiſcitur eius ante factorum. *Et quorum tecta ſunt peccata* Charitate *Beatus uir, cui non*
B *imputauit dominus peccatum.* Nec rememoratur. *Beatitudo ergo hæc in circumciſione, an etiam in præputio?* Volunt aliqui iſtam beatitudinem tribus temporibus aſſignare, Naturæ, Circumciſioni, & Chriſtianitati: ſed vt eos à gloria priuilegij excludat, ipſe dicit, non in circumciſione, ſed in præputio. *Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.* Quia vtriq; confitemur iuſtificatũ: quia ergo de Abrahã tractamus, quod de ipſo inuenire ratio, hoc in omnibus accipiamus: hoc omnes indubitanter teneamus, quia fides hæc nõ ſoli Abrahæ profuerit, ſed omnibus, qui credulitatis ſuæ ſequuntur exemplum, ſicut in ſequentib. legimus, vt reputetur illi ad iuſtitiã. *Quomodo ergo reputata eſt in circumciſione, an in præputio?* Videamus utrũ propterea iuſtus, quia circumciſus: an ideo circumciſus, quia iuſtus inuentus eſt: Vtrũ circumciſio de iuſtitia, an iuſtitia de circumciſione ſit nata. *Non in circumciſione, ſed in præputio.* Ante iuſtificatus eſt, quam circumcideretur. Non ergo propter circumciſioné iuſtificatus eſt. *Et ſignum accepit circumciſionis.* Ne dicerent, Quid ergo circumciſus eſt, ſi non indigebat circumciſione? Signum eſt, inquit, iuſtitiæ, non augmentum. Item aliter: Vt oſtenderet quam iuſtus & fidelis eſſet, qui dolorem ſibi ex mandato Dei non dubitauit inferre: non putans ſuperfluũ, quod ab
C ſcientiarum domino iubebatur: ſicut nec parricidium impium, quod fons præceperat pietatis. *Signaculum iuſtitiæ fidei.* Vt ſignificaret iuſtitiã Christi, quę ex fide eſt, quę nunc eſt in præputio, ſiue quæ ei in præputio eſt nata. Item aliter: Tam perfecta fuit fides eius, vt ſignaculum mereretur: ſemper res plena ſignatur & magna. *Quæ eſt in præputio.* Nunc in his, quæ ex gentibus credunt *Vt ſit pater omnium credentium per præputium.* Vt omnes, qui ex gentibus credunt, ſecundum fidem filij ſint Abrahę: dum & illis ſola fides ad iuſtitiam reputatur, etiam & ipſi circumciſi non carne, ſed corde: ſiue quia ante circumciſionem iuſtus eſſet præputiatorum pater iuſtorum. *Vt reputetur & illis ad iuſtitiam & ſit pater circumciſionis.* Cõ iuſtificati fuerunt, circũciſi ſunt: quia præputiatus ſi iuſtus eſt, præputium eius in circumciſione reputabitur. Modo enim ſigno non eſt opus, per quod ab hominibus cognoſcatur. Non enim una gens eſt Dei, ſed ex omnibus congregatio: quia iam uenit expectatio gentium Chriſtus. *Non his tantum, qui ſunt ex circumciſione fideles, ſed & his qui ſectantur ueſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.* Se illum imitantur. *Non enim per legem.* Non per legẽ, ſed ante
D legem: quia in lege quidem de fide, & promiſſione Abrahæ creditũ eſt: Sed Moyſes, qui ſcripſit legẽ, poſtea fuit. Deinde ipſe ad Galatas dicit: Quia poſt CCCC. & XXX. annos facta eſt lex quæ non irritum facit ad euacuandam promiſſioné. *Promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius, vt hæres eſſet mundi.* Non per circumciſioné *Sed per iuſtitiam fidei.* Vt in ſemine Abrahæ, id eſt, Chriſto, benedicerentur omnes gentes: cui datæ ſunt à patre gentes, in hæreditatem: ſiuent cũ eo requieſcãt gentes, ſicut dicit Saluator: Venient ab oriente, & occidente, & recumbent cũ Abraham, & Iſaac, & Iacob. *Si enim qui ex lege hæredes ſunt* Si ex circumciſione, ſecundum vos: ſi illi ſoli, vt vos vultis, hæredes, non reddidit Deus Abrahæ, quod promiſit per iuſtitiam vt pater eſſet multarum gentiũ, & uidetur ſine cauſa crediſſe. Sed non ita eſt. Nam impleuit Deus Abrahæ promiſſionem, quia ex omni parte mun-

E di gentes credunt in Chriſto. *Exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio.* Ergo nemo iuſtificatur ex fide, nec ipſe Abraham. Sed quoniam fides exinaniri nõ poteſt, nec promiſſio aboleri: ſupereſt, vt non ſit ex lege hæreditas, ſed per iuſtitiam fidei. Lex enim peccata non donat, ſed [a] indicat. Et ideo nõ poteſt filios facere Abrahę: quia ſecundũ quod omnes ſub peccato inuẽti ſunt, omnes erant puniendi. Ideo ergo ex fide, vt dimiſſis per gratiã peccatis, fiant filij Abrahę. *Lex enim iram operatur.* Quæ iniuſtis eſt poſita, quæ magis grauauit peccantes, non abſoluit, quia iniuſtis eſt poſita: In præſenti enim pœnã tranſgreſſoribus inferebat. Lex enim quid aliud, quam ſola litera eſt eis, qui eam legere nouerunt, & implere non poſſunt? quę talib. litera eſt, quia nõ eſt adiutrix legentiũ, ſed teſtis peccatorũ. Ideo quippe lex irã operatur, vt territo atq; conuerſo ad iuſtitiam legis implendam Dei miſericordia gratiam largiatur per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qui eſt Dei ſapientia: De quo ſcriptũ eſt: Legem et miſericordiam in lingua portat. Legẽm, quę terreat,
F miſericordiã, quæ ſubueniat. Cognitio itaq; legis facit ſuperbum præuaricatorem: per donum autem charitatis delectat legis eſſe factorem. Lex, inquit, iram operatur, hoc ideo, quia ira Dei maior eſt in præuaricatoré, qui per legẽ cognoſcit peccatum & tamen facit. *Vbi enim nõ eſt lex nec præuaricatio.* Quæ propter tranſgreſſionem poſita eſt: vbi enim venit ex lege præceptio, abundauit & præuaricationis occaſio. *Ideo ex fide.* Hęredes ex fide, nõ ex lege. *Vt ſecundum gratiam.* Diligẽter aduerte, quia ſecundum gratiam dixit, vt ceſſet præſumptio, quæ ſibi blãditur de meritis. *Firma ſit promiſſio omni ſemini. Non ei, qui ex lege eſt ſolum: ſed & ei, qui ex fide eſt Abrahæ.* Quia omnes gẽtes credunt, & completur promiſſio Abrahæ. *Qui eſt pater omnium noſtrũ, ſicut ſcriptũ eſt.* Pater & præputiatorũ & circumciſorũ. Hoc loco, vbi Abrahã multarũ gentiũ pater dicitur, Iudęorũ ſuperbia confunditur: qa Iudęorũ per carné, gentiũ fidé eſt pater *Quia patrem multarũ gentium poſui te ante Deum, cui credidiſti.* Quia per ſe nec vnius filij poterat pater eſſe. *Qui uiuificat mortuos.* Ad generandum mortuos dicit, vt & præſertim Saram vt præſertim clauſæ conueniat: quia fructum ſobolis, qué ætas non obtinuerat,
G fides perfecta promeruit. *Et vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt* Quamuis in principio uocauerit ea quæ non erant, & ad nutum iubentis ſtatim eſſe cœperunt, tamen hic de filij deſperata conceptione ſignificat. *Qui contra ſpem.* Contra ſpem naturæ erat, vt vetula pareret, & ſemen ſuum ſicut ſtellas cœli futurũ *In ſpem credidit.* In ſpe potentiæ Dei: *Vt fieret pater multarum gentium.* Quia ad huc unius filij pater erat. *Secundum quod dictum eſt: Sic erit ſemen tuũ ſicut ſtellæ cœli, & arena maris* Quia ſcientibus legẽ loquebatur Apoſtolus, in arena Iudæos, in ſtellis gentes, quæ credunt ſignificauit: Illos terrenos, iſtos cœleſtes intellige: quia etiam de ipſo genere Iudæorum primitiuorum eccleſia, quæ credidit cœlo & ſtellis, merito comparatur. *Et non eſt infirmatus in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum fere centum annorum eſſet, & emortuam uuluam Saræ.* Nihil naturæ conſiderat fides: quia in his, quæ promittit Deus, facile natura ſuo ſeruit autori. Quæritur, quomodo Abraham poſtea de Cethura filios generauerit, qui de Sara ante non potuit. Idcirco de Sara non genuit, quia anus erat, & ſterilis. De illa uero, quæ in ætatis iuuentute poſita erat, facile ualuit procreari. *In repromiſſione autẽ Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide,*
H *dans gloriam Deo.* Nec de ſenectutis impoſſibilitate, nec de promiſſionis magnitudine dubitauit: quia non ad annos ſuos ſed ad omnipotentis promiſſa reſpexit, dans gloriã Deo tãquã de percepto gratias agens. *Pleniſſime ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potẽs eſt & facere* Id eſt, certiſſime. Ipſe igitur fidem gentiũ facit, qui potens eſt facere quod promiſit. Ipſe ergo operatur in cordib. noſtris fidé miro & ineffabili modo vt credamus. *Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non eſt autẽ ſcriptum tantũ propter ipſum, quia reputatũ eſt illi.* Quia ſi credidit. Eraliter, Aduertendum, quia apud Deum nõ ſolũ deuotio operis habet meritũ, ſed etiam firma & perfecta credulitas. *Sed & propter nos, quib. reputabitur.* Non vt ſciremus tantum qualis fuerit, ſed vt nobis omnib. exemplo ſit vt filijs pater: ſicut omnia exempla ſanctorũ, ſiue tentationes, vt ſe ipſi ſcirent, & nos eorum exempla ſequeremur. Ideo tentãtur ſancti, vt ipſi ſe agnoſcant: ideo probati iuſtificantur, vt nos

[a] Ideo reddi[illegible] at flue [illegible] facit.

A eorum veſtigia ſubſequamur. *Credentibus in eum, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis.* Videamus quo ordine hoc loco ad Chriſti tranſierit reſurrectionem: id eſt, & nobis reputabitur, ſi tam perfecte crediderimus Chriſtũ à mortuis reſurrexiſſe: quomodo ille credidit corpus Saræ emortuum poſſe ad concipiendum viuificari. *Qui traditus eſt propter delicta noſtra.* In traditione miſericordia, in reſurrectione potentia demonſtrata eſt: & vt nouæ ex reſurrectione vitæ, quę eſt iuſtificatio noſtra, nobis daretur exẽplum, vt peccata noſtra portaret, mortuus eſt: reſurrexit, vt per reſurrectionem ſuam gloriam noſtræ iuſtificationis oſtenderet. *Et reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Ideo mortuus eſt, vt vitam mortuis redderet. Ideo in ipſo corpore, quo eſt crucifixus, apparuit, vt fidem atque iuſtitiam credentium confirmaret cum in plenitudine promiſſionis fructum ſuæ credulitatis agnoſceret.

CAP V *Iuſtificati igitur.* Quum Iudæi & gentes inter ſe diſceptarent, & illi de antiquæ legis operibus, hi de noua Chriſti vocatione præſumerent: pertractata cauſa, quia nemo eorum eſt ex merito ſuo iuſtificatus: ſed omnes per gratiam, quæ fidem infundit. & veritatem oſten-

B dit: & quod nec genus, nec circumciſio, ſed fides faciat filios Abrahę, qui ante circumciſionẽ ex ſola credulitate iuſtificatus eſt: qua ratione concluſa pacem eos habere hortatur ad Deũ, quia nemo ſuis meritis, ſed omnes Dei gratia & miſericordia ſunt ſaluati. *Ex fide.* Quę ex Deo eſt, vt credam⁹: ſicut & ad Galatas dicit: At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Et ad Hebræos: Aſpicientes in autorem & conſummatorem fidei Ieſum Chriſtum. *Pacem habeamus ad Deũ.* Vel ſubiecti ſimus Deo: vel pacẽ Dei, nõ ſeculi habeamus. *Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Non ex operibus. *per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam.* Per quem acceſſimus prope, qui eramus longe. *In qua ſtamus.* Quia ante gratiam iacebamus. *Et gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* In hoc quod incredibile videtur, nos per fidẽ gloriamur filiorum Dei ſperare nos adoptionem: tantumq; eſt quod ſperamus, quantum ex ſe præſumere nullus auderet: quia in ſola Dei virtute eſt, vt homo in filiorũ Dei numero poſſit aſcendere, oſtendit & nos habere vnde recte, & ſine periculo gloriẽur. Magna enim gloria eſt per fidem ac ſpẽ in numero filiorum Dei adſciſci. In ſpe glorię filiorum Dei illud nobis

C promittitur, quod, ſicut dictum eſt, ſperare nullus audebat: quod ſi forte in mentẽ alicuius incidiſſet, poterat ęſtimare ſe in blaſphemiam incurriſſe: quod adeo magnum eſt, vt à multis pro ipſa magnitudine incredibile videatur: eo quod ſperamus gloriam filiorum Dei nos conſecuturos. *Non ſolũ autẽ, ſed etiã gloriãur in tribulationibus.* Ideo in tribulationibus gloriatur, quia per eas patiẽtiæ virtus oſtẽditur, & de patiẽtia fidei approbatio naſcitur: ſpes vero de inuicti animi probatione nutritur. Gloriantur ergo ſancti de tolerantia tribulatiõis ſine periculo vanitatis. Non ſolũ enim in gloria ſpei, ſed etiã in ſaluberrimis nobis tribulationibus gloriamur, ſciẽtes quantã habeant rẽunerationẽ, ſicut ait Iacobus: Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Et illud: Beatus vir qui ſuffert tẽtationem: quia cum probatus fuerit, accipiet coronã vitæ. De tribulatione enim glorioſa permittitur nobis vt gloriemur: quod & ſi fecerimus: tale eſt. quale ſi quis nummo ęneo, aut plũbeo contempto, gemmam regiam conſequatur. Quanquã nõ ſit digna comparatio: quia hic quamuis precium diſtet, manet tãen vtriuſq; corruptio: ibi derogant parua magna,

D & caducis ſuccedunt æterna. *Scientes quod tribulatio.* Scire iã dicitur, quod firmiſſime creditur. *Patientiam operatur.* In tribulatione apparet patientia, ſiue augetur. Optãt fideles aliquid pati pro nomine domini, vt acquirant de tribulatione ſinẽda præmia ſine fine manſura. *Patientia autẽ probationem: probatio vero ſpem.* Qui in omnibus patiens fuerit, probatus eſt. Vaſa enim figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. *Spes autem non confundit.* Spes futurorum omnem confuſionem expellit pręſentium: vnde probatur non habere ſpem, qui præceptis Chriſti confunditur. *Quia charitas Dei.* Quomodo nos Deus diligat ex hoc cognoſcimus quia non ſolum nobis per mortẽ filii ſui peccata dimiſit: ſed etiã donũ in nobis ſancti ſpiritus contulit, qui purgat & illuminat occulta cordium, & iam nunc reuelat gloriam

futurorum. *Diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis.* Magnitudo beneficiorũ excitat in ſe magnitu- E dinem charitatis, quæ perfecta timere non nouit, neq; confunditur: quæ tamẽ in nobis non per propriũ meritum, ſed per ſpiritum ſanctum donatur: quia ipſa charitas plenitudo legis eſſe cognoſcitur. Et ideo nemo in ſe, ſed in Deo, cuius donum eſt, glorietur: nec dicat: Ego naturali legi credidi, & ſic accepi ſpiritum ſanctum quia nemo pręuenit Deum: ſed illius ſemper miſericordia pręuenimur. *Vt quid enim Chriſtus quum adhuc infirmi eſſemus.* Vult hinc oſtendere, quis pro impiis mortuus eſt, & beneficiorũ eius magnitudinem commendare, vt indebite ab eo tantum dilecti, quantum eum diligere debeamus, videamus, aut ſi tã ſancto & tãto beneficio aliquid pręponẽdum ſit, cum ille nobis impiis nec vitam ſuam prępoſuerit, nec denegauerit mortem. *Secundum tempus pro impiis mortuus eſt.* Siue quia in vltimo ſeculi paſſus eſt Chriſtus, ſiue ad pręſens, vel ad tridui tempus, vt prędicabatur, eſt mortuus. Qui ergo pro impiis mortuus eſt, dicens, oſtendit, quod pium dominũ vſq; ad mortem diligere debeamus, quẽ pro impiis ſeruis cruciatũ mortis excepiſſe F cognoſcimus: ſimulq; notandũ, quod ait, pro impiis, vt pręſumptio humana reprimatur, ne ſuis meritis aliquid tribuat. *Vix enim pro iuſto quis moritur.* Hoc cõtra Pelagiũ facit qui negat originale peccatum, quod ſi hominẽ non obligaſſet, mors Chriſti non fuiſſet neceſſaria. Dignum autem eſt, vt homo pro confeſſiõe boni domini vitam incunctanter effundat, qui non pro iuſtis, ſed pro impiis mortuus eſt, & vel ſic de nobis pręſumere deſinamus. Nam ſi vix pro iuſto quis moritur, quis pro iniquo & impio, niſi ille qui venerat ſaluũ facere quod perierat: cui nullus prior dedit, ſed ab illo accepit, vt crederet. *Nam pro bono forſitan quis audeat mori.* Tã facile: nam bonũ hoc eſt, quod iuſtum, ſecundũ illud mandatũ, iuſtum & bonũ. *Commendat autem ſuam charitatem.* Quando indebite aliquid redditur, tunc charitas cõmendatur. Quid ergo tam indebitũ, quam vt ſine peccato dominus pius pro ſeruo impio moreretur? *Deus in nobis.* Quantũ nos diligat ex morte ſua cognoſcimus. *Quoniã quũ adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius, ſalui erimus.* Si peccatores tãtũ dilexit, quãto magis iã quos iuſtos fecit cuſtodiet? & ſi pro extraneis interceſſit, multo magis ſuos perire non patitur. Si ſemetipſum G dedit pro impio, quomodo ſua poterit denegare? Non iam per animaliũ cruorem, ſicut in lege, ſed per ſanguinem filii Dei debitores eſſe nos admonet. Et vt intelligamus quantũ diligat receptos, qui reconciliauit inimicos. *Ab ira.* Iram iudicii. *Per ipſum.* Per ipſum ſaluabimur, non per nos: hoc eſt, ſi membrum eius fuerimus: cum enim omnia ardebunt, ſolũ corpus ſaluabitur iudicantis. *Si enim quum inimici eſſemus.* Inimici eramus ante donum gratiæ ipſius, & ante baptiſmi ſacramentum: ſed & illi inimici eſſe noſcuntur, qui poſt baptiſmum flagitiis & ſceleribus ſe inuoluunt, nec pœnitẽtia volunt emendare errores, ſicut dicit Iacobus: Amicitia huius mundi inimicitia eſt Dei. Inimici ergo nõ natura, ſed contraria volũtate. *Reconciliati ſumus.* Quia alienati, & inimici facti fueramus per tranſgreſſionem. Nemo enim reconciliatur, niſi ex inimicitiis. Inimicos autem nos primi parentis tranſgreſſio fecit. *Per mortem filii eius: multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.* Si per mortem Chriſti ſaluati ſumus, quanto magis in vita ipſius glorificabimur, ſi & vitam eius imitemur, & mortem: & in præceptorum eius adiutorio H ipſius ſtuduerimus permanere cuſtodia. *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in Deo.* Non ſolum nobis vita dabitur Chriſti in illa reſurrectionis immutatione, ſed & gloria, ſicut dicit Ioãnes apoſtolus: Nondũ apparuit quid erimus: ſcimus quoniam quũ apparuerit, ſimiles ei erimus. *Per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ.* Vt per ipſius gratiam ſimilitudinẽ eius mereamur, & ſimus in gloria Dei patris. *Per quem nunc reconciliationem accepimus.* Nunc reconciliationem, tunc gloriam. *Propterea ſicut per vnum hominem in hunc mundum.* Hinc oſtendere vult propterea Chriſtum paſſum, vt qui à Deo per Adam diſceſſeramus, per Chriſtum recõciliaremur. *peccatum intrauit.* Traduce & exemplo. quomodo enim quũ non eſſet peccatum, per Adam aduenit. ita & quum iam apud nullum eſſet iuſtitia, per Chriſtum reuocata eſt: & quomodo per illius peccatum mors, ita per huius iuſtitiam vita. *Et per*

peccatum

A *peccatum.* In hoc loco contra abruptum Pelagianæ impietatis errorem mortem ſtudet oſtendere nō à Deo factam, ſed per culpam tranſgreſſionis illatam: quia ſicut per primi Adæ peccatū ſalus amiſſa eſt: ita per ſecundi iuſtitiam reparata eſt. Hic Apoſtolus hoc intendit aſſerere, quia magna fuit Adæ tranſgreſſio, ſed ditior eſt CHRISTI redemptio: & inde dixit: Et non ſicut per vnum hominem peccatum, ita & donum. Ex vno peccato ille intulit mortē: hic ex multorū abolitione reddidit vitam. Et ideo plus præualuit iuſtitia in viuificando, quam peccatū in occidendo. *Mors.* Illa de qua dicit, Quum mortui eſſetis in peccatis, conuiuificauit vos CHRISTO. Mors à morſu ſerpentis nomen accepit. *Et ita.* Quomodo in illo. *In omnes homines mors pertranſiit.* Mors tā animæ, quam corporis pertranſit ex originali peccato & in Abraham, & in Iſaac, & in Iacob, ſed Dei ſunt viuificati gratia: de quibus dicitur: Nō eſt Deus mortuorū, ſicut & Apoſtolus dicit etiam in eos, qui non peccauerunt; id eſt, capitale peccatum ſic in homines pertranſiit: quia non ſolum ille mortuus eſt, qui trangreſſus eſt, ſed etiā illi, qui ex trangreſ-
B ſoribus ſunt procreati, per naturæ vinculū tenentur obnoxij: id eſt, per omnes ramos vitiū ſuum radix corrupta tranſmiſit. Adā occidit, Christus viuificauit. *In quo oēs peccauerūt.* Sine peccato inobedientiæ: ſiue in Adam omniū peccantiū pœna præmōſtrata eſt. *Vſq; ad legē enim peccatum erat in mūdo.* Requirēdum eſt quod peccatum: id eſt, illud ſolum peccatum vſq; ad legem viguit, quod præuaricatio primi parentis inuexit. Ceſſabat enim tranſgreſſionis delictum ante legis aduentum. In primo ſeculo peccatores libertate præſentis vitæ ſecurius fruebantur. Erat quidem ante legem ex operatione peccatum, ſed nō ita imputabatur: quia iam penè obliterata fuerat ſciētia naturalis, cuius intellectus quaſi mortuus reuixit ex lege. Lex * vindex peccati aduenit. *Peccatum autem non imputabatur, quum lex nō eſſet.* Erat: ſed agreſtis hominibus non imputabatur, nec ab aliis credebatur eſſe peccatum. *Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen.* Id eſt, mors ex originali malo veniens vſq; ad legem ſola regnauit. Ideo dixit, Regnauit; quia totū mundū generaliter occupauerat. Alia vero peccata nequaquam regnare videbantur, quia nō p vniuerſos generaliter regnabat iniquitas. Naturalis enim aliquantula iuſtitia vigebat in plurimis, ſicut in multis phi-
C loſophis: & cætera delicta quamuis ex vitiata natura, tamen voluntaria erant. Sequutum eſt aliud nouum, id eſt, præuaricationis cōtempta lege delictū. Ergo obligatio ſola primi hominis vſq; ad Moyſen per ſe mortem operata regnauit. A legis autem tempore genus aliud delictorum in reatum neglectæ legis acceſſit, quod ante eius promulgationem non poterat imputari. Ac ſic introeuntibus nouis præceptis iniquitas multiplicata eſt. Lex enim non vt tolleret peccatum, ſed vt demonſtraret, vel iudicaret, aduenit: & ideo hic abundantiam gratiæ Apoſtoli doctrina cōmendat: quia non tantum Adæ debitum, quod ſolum vſq; ad legem, velut tyrannica dominatione regnauerat: ſed etiam innumeras offenſas præuaricationis & reprobæ conuerſationis redemptoris bonitas redonauit. Propterea dixit: Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem. Quod autem dicit: Vſque ad Moyſen: id eſt, vſq; ad finem legis & initium gratiæ debitum naturale regnauit: ſicut dicimus verbi gratia: Fuerunt Hunni vſque ad Attilam. Non vtique principium regni eius, ſed finem deſignamus: ſic &, vſque ad Moyſen, id eſt, vſq; ad finem legis, & principium gratiæ. Reliqua delicta; quæ non intelligebantur peccata eſſe vſq; ad principiū legis, quouſq;
D diceret lex, Non concupiſces, per legem reuixerunt. Nam originale hodieq; vſque ad baptiſmum regnat, ſed fœnoris ſui perdidit vſum, poſtquam Chriſti ſanguis chirographū originale deleuit. Sed dicet aliquis: Quare adhuc in multis gentibus regnat originis malum? Cui reſpondet: Tūc vere peſtis late diffuſa regnabat, quando medicus deerat, quādo mortalitas generalis omnes vaſtabat. Vbi vero portam paradiſi remiſſio de cœlis miſſa patefacit, mors perdidit poteſtatem: ac ſic non regnat, quia regnum eius deſtructum eſt per gratiam Chriſti. *Etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.* Forma futuri: forma ē cōtrario, quomodo ille peccati, ita hic iuſtitiæ: ſiue ille in anima viuēte, iſte in ſpiritu viuificante. Chriſti forma Adam fuit: quia ſicut Adam ſine commercio coniugali Dei manibus eſt factus, ita & Chriſtus ex virgine, Deo operante, E
proceſſit. *Sed non ſicut delictum, ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multa magis gratia Dei, & donū in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum.* Id eſt, plus præualuit iuſtitia in viuificando, quam peccatum in occidendo: quia Adæ peccatum & ſe, & ſuos poſteros interfecit: Chriſtus autem & quos in corpore inuenit, & ſuum hominem, & poſteros ſaluauit. Sed forte dicit aliquis: Caro, quæ ex tranſgreſſore venit, iuſte trahit originale peccatum: Anima vero, quæ innocens naſcitur, vnde trahit originale peccatum, vt ſi non baptizatus infans moriatur, in æternum damnetur? Audiat, & agnoſcat, quia magis anima primū in Adam pro appetitu diuinitatis, quam caro peccauit. Iſto vero loco omnino cauenda eſt opinio quæ dicit, Sicut caro ex carne Adæ, ita anima noſtra ex anima Adæ occulta Dei operatione creatur.

* Sicut quidam dixit: Lege latenti fundet opus natura ſuum, quæ niſi hic fuerit liberata per gratiam, perpetua pœna in æternū damnabitur. *Nam iudicium.* Subauditur, mortis. *Ex vno in condemnationē.* Subauditur, peccato ſine peccato primum. *Gratia autem ex multis delictis in iuſtificationē.* Ac ſi
F prima obligatio veteris offenſæ vſq; ad Chriſtum dominata eſt. Alia vero delicta ante interdictū legis non videbantur, vel non intelligebantur eſſe tam grauia: adueniēs ergo gratia, non ſolum originale debitum, ſed & actuale donauit per baptiſmū. Et ideo ex multis delictis iuſtificauit. *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum.* Id eſt, per Adæ tranſgreſſionem. *Multo magis abundantiā gratiæ.* Maior eſt redemptio ſaluatoris, quā perditio tranſgreſſoris: quia per Chriſtum omnia peccata dimiſſa ſunt, non ſolum originalia, verum etiam & actualia. *Et donationis, & iuſtitiæ accipientes in vitā regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.* Quia & vt iuſte viuamus, & vt cum ipſo regnemus, muneris ipſius largitate donatū eſt. Donationes audimus: de noſtris meritis taceamus. *Igitur ſicut per vnius delictū in omnes homines in condemnationē: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ.* Mors regnauit, ſubaudiendū. Qui ergo ex hac cōdemnatione liberatur, gratiam diligat: qui non liberatur, debitū agnoſcat. Si in remittendo debito bonitas, in exigendo æquitas intelligitur: Nuſquam enim eſſe apud Deum iniquitas inuenitur. *Sicut enim per inobedientiā vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem iuſti conſtituuntur multi.* Sicut
G exēplo inobedientiæ Adæ peccauerunt multi; ita & Chriſti obeditione iuſtificantur multi. Grāde crimen inobediētiæ: quam qui habuerit Chriſtianus, quodcunq; boni fecerit, euacuat. Obedientiam, inquit, malo q̄ ſacrificium. *Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum.* Ne diceret nobis, Lex peccata dimiſit: Non, inquit, venit dimittere, ſed mōſtrare: qua cōtempta, incepit abundare delictum per ſcientiam: quaſi diceret: vt video, lex peccata non minuit, ſed adiecit: non tamen ſuo vitio, ſed illorum. Lex, inquit, ſubintrauit, vt abundaret delictum: quod ſuperuenientis gratiæ largitate vacuatū eſt. Aperte ergo ex hoc teſtimonio aduertimus, Apoſtolum de duobus loqui generibus peccatorum, quæ vel ex naturali legis tranſgreſſione veniebāt, vbi cauſam explicuit naturalem, legalem, ſubdidit, dicens: Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia. *Vbi autem abundauit peccatū.* Totus hic ſenſus eſt: Vetus Adam per vnum delictum intulit mortem: nouus Adam ex innumerabiliū delictorum indulgentia donat ſalutem. Vbi, inquit, abundauit peccatum; quia accepta lege peccatum non cum ignorantia, ſed cum ſciētia perpetratur. Ideo incipit abundare delictum. *Super-*
H *abundauit gratia. Vt ſicut regnauit peccatū in mortē.* Quomodo dicit ſaluator: Cui plus dimittitur, plus diligit. Manifeſtata eſt quantitas peccati, vt ſcirent magnitudinē gratiæ, & redderent magnitudinem charitatis: & ex indulgētia remiſſionis creſceret debitū charitatis. *Ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.* Manifeſtatur beneficia dum econtrario indignorum meritis cōparantur: mors enim per Adam regnauit, vita per Chriſtum. Vt ſicut confirmatum eſt regnum peccati per legem contemptam, quæ abſtulit excuſationem ignorantiæ, ita & regnum gratiæ cōfirmetur per multorū remiſſa peccatorum.

CAP. VI.

Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, vt gratia abūdet? Illorum hic infertur obiectio, qui adhuc parum intelligētes

A dicere poterant, Si gratia creſcet in magnitudine delictorũ,
peccare debemus, vt gratia abũdet, vt poſſit magis ſe magis
munificentia eius in peccatoribus abundare. *Abſit.* Abſit. Illi
tã imperite loquuntur, qui adhuc infirmi inueniuntur. Nos
vero perſuaſionem huius ignorãtiæ reſpuamus, qui iã mor-
tui ſumus peccato, vt gratiæ viueremus. Qui etiam mortui
ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Vult tam
firmum eſſe baptizatum, tamq; perfectũ, quaſi qui ad capi-
talia committenda mortuꝰ quodammodo comparetur: vt
iã peccare non debeat, id eſt, crimen admittere. *An ignoratis,*
quia quicũq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu. Aut nunquid ſacra-
mentum ipſius baptiſmatis ignoratis? In ſcripturis baptiſ-
matum ſunt genera tria: Aquæ, vt Ioannes: Spiritus, qui &
ignis: vt in actibus apoſtolorum: Deſcendit ſpiritus ſanctus
quaſi ignis. de cuius deitate alio loco demonſtrat: Deus, in-
quit, noſter ignis conſumens eſt. Tertiũ genus eſt baptiſmi
in ſanguine, quo martyres baptizantur. Vnde ipſe dominus
iam baptizatus in euangelio proteſtatur: Baptiſma habeo
baptizari, quod vos neſcitis. Sicut in Ioannis apoſtoli epi-
ſtola legimus: Tria ſunt, quæ perhibent teſtimonium: aqua,
ſanguis, ſpiritus. Vnum in miniſterio, non in natura. Aqua ꝑ
B figurã teſtis eſt dominicæ ſepulturæ: Sanguis teſtis eſt mor-
tis: Spiritus teſtis eſt reſurrectionis: quia ſpiritus autor eſt
vitę. *In morte ipſius baptizati ſumus.* In morte Chriſti baptiza-
mur, vt in ipſius morte credentes, quaſi mortui viueremus.
Quippe quibus nihil eſſet cum hoc mundo commune. Et
quibus totus mundus erat autoris exemplo moriturus. ſicut
multi ſancti vel fecerunt vel faciunt: quia Chriſtus pro om-
nibus mortuus eſt. Ergo omnes mortui ſunt: vt & qui vi-
uunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro illis mortuus eſt.
Viuo autẽ iam non ego: viuit vero in me Chriſtus. Et, Mihi
mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. Fieri enim non poteſt,
niſi vt mortuo capite, omnia membra cõmoriantur. Caput
enim pro omnibus membris pertulit pœnas, vt omnia in
eum membra morerentur, & ita peccato mortua viuerent
Deo. Quomodo enim mortuus peccare non poteſt, ita &
nos, qui Chriſto ſumus cõmortui, implicari peccatis capita-
libus non debemus. Qui crucifixus eſt, nihil aliud facit, niſi
quod horam mortis expectat, & in manus patris commen-
dat ſpiritum ſuum. Plenius requirendum eſt, quid intelligi
C debeat, in morte ipſius baptizati ſumus. Præcipit Apoſto-
lus, vt quia propter nos Chriſtus crucifixus, mortuus & ſe-
pultus eſt, & reſurrexit: nos quoq; ad paſſionis ſuæ ſimilitu-
dinem voluntates & cupiditates noſtras crucifigamus, & in
baptiſmatis myſterio mortis, ſepulturæ, ac reſurrectionis
eius exemplum imitemur: vt ſi paſſionum ſocij fuerimus, ſi-
mus etiam conſolationum. Sed requirendum, quomodo
poſſit in vita poſitus mori, & nondum mortuus ſepeliri: &
nondũ ſepultus, quomodo valeat ſuſcitari. Hoc vtiq; modo
dum de filus perditionis filij adoptionis efficimur, priori
naturæ ſecunda natiuitate præmorimur: & dũ ſub cognato
terræ elemento ſubmergimur, ſepelimur: dum è ſinu fontis
aſſurgimus, ſuſcitamur: & ex hoc maximum baptiſmatis
ſacramentum eſt. Et ideo dixit: Conſepulti ſumus cum illo
per baptiſmũ in mortem. Et in conſequenti: Si, inquit mor-
tui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuimus
cum Chriſto. Elaborandum eſt itaq; vt nihil de ſordibus ve-
teris hominis agnoſcatur in nobis. Vnde ſi quis noſtrũ for-
te præuenitur, dono domini per pœnitentiam diluatur. Si
ergo fuerimus noui, & immutati in cõuerſatione: ſimiliter
D noui & immutati efficiemur in gloria. Scientes quia vetus
homo noſter ſimul crucifixus eſt. Vetus homo dicitur, qui
veterem & terrenum Adam aut depoſuiſſe nondũ videtur,
aut eundem, in cœnum prioris vitæ relapſus, imitatur. Sicut
autem redemptor ille innoxiũ corpus appendit: ita nos no-
ſtrum ſuſpendamus à vitiis. In quo myſterio crucis Moyſes
ſerpentem æreum in dorſo ſuſpendit: vt deſtruatur corpus
peccati. Hoc eſt, vt non ex parte, ſed omne vitiũ deſtruatur.
Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. In ex-
emplo Chriſti ad eum imitandũ conſepelimur in baptiſmo,
vt mortui veteribus criminibus renuntiemus diabolo &
pompis eius. Oſtendit nos ita baptizari vt conſepeliamur
Chriſto. *Vt quomodo ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam pa-*
tris. Vt quomodo glorificatur pater per reſurrectionẽ filij:
ita & per conuerſationis noſtræ nouitatem glorificetur. *Ita*

& nos in nouitate vita ambulemus. Oſtendit quomodo viuen- E
tes mortui eſſe poſſumus: nec aliquid velle, aut cupere de-
beamus, quod volunt, aut cupiunt ij, qui noui non ſunt. *Si*
enim cõplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius ſimul & reſur-
rectionis erimus. Si conſepulti ſumus, & reſurrectionis erimꝰ
participes. Si complantati non ſumus, nec conreſurgemus:
& ſi fuerimus noui in vita, erimus in gloria. Si ſimilitudinẽ
mortis habuerimus, & reſurrectionis habebimus. *Hoc ſcien-*
tes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt. Qui veterẽ homi-
nem & terrenum imitando peccabant. Nam vetus homo
Adam intelligitur: ſicut nouus Chriſtus. *Vt deſtruatur corpus*
peccati. Vnum vitium mẽbrum eſt peccati: corpus vero vni-
uerſitas delictorum, quorum principium originale pecca-
tum. Chriſtus autem nõ ex parte, ſed integer eſt crucifixus,
vt nos ex toto moriamur peccato, & viuamus Deo: ſiue vt
corpus noſtrũ deſtruatur à ſeruitute peccati, & fiat iuſtitiæ
mancipium, quod ſolebat eſſe delicti. *Vt vltra nos ſeruiamus*
peccato. Omnis enim qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.
Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Hoc eſt, alienatus
eſt à peccato, iam non poteſt peccare: Crucifixus enim om-
nibus membris dolore occupatis, peccare non poteſt: ſed
concupiſcentiis, & paſſionibus cõtradicit. *Si autẽ mortui ſu-* F
mus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto.
Sicut & alibi dicit: Si cõmortui ſumus, & conuiuemus. *Sciẽ-*
tes quod Chriſtus ſurgens à mortuis, iam non moritur. Sic & nos, ſi
mortui fuerimus vitiis, mortem ſecundam nõ timebimus.
Aut certe ita: ſicut iam pro vobis non poteſt ſi criminoſe vi-
xeritis, Chriſtus iterum crucifigi: ita & vos nõ poteſtis ite-
rum baptizari: ſicut alibi dicit. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel
ſunt illuminati, & participes ſunt effecti, renouari rurſus ad
pœnitentiam, rurſus crucifigentes in ſe filium Dei: quibus
non pœnitẽtiam, ſed innouationem, id eſt, iterationem ba-
ptiſmatis interdicit. *Mors illa vltra non dominabitur.* Si vltra nõ
dominabitur, ergo iam dominata eſt contra Manichæos, q
negãt Chriſtum veram carnem habuiſſe. *Quod enim mortuus*
eſt peccato. Siue quod ꝓ peccato generis humani, ſiue quod
morti ipſi, quæ in eum vltra locum non potuerit habere, ſit
mortuus. *Mortuus eſt ſemel.* Id eſt ſicut caput veſtrũ ſemel eſt
mortuũ, ſic & vos membra illius effecti, vitę eius exẽpla ſe-
ctamini, vt nihil mori vlterius debeatis: hoc eſt, vt in vobis
locum mors ſecunda non habeat. Nam qui credit baptiſmũ G
poſſe iterare, credit Chriſtum poſſe iterũ crucifigi. *Quod autẽ*
viuit, viuit Deo. Viuit in deitate, ipſe homo Deus. *Ita & vos*
exiſtimate vos. Quaſi filij, vel mẽbra eius vos intelligite. *Mor-*
tuos quidem eſſe peccato. Sicut imitator eius dicebat, Viuo autẽ
iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. *Viuentes autem.* Hoc
eſt, eius vitam ſequentes, in nobis nondum viuimus, ſed iã
in Chriſto viuimus omnes. Mortui enim ſumus, & vita no-
ſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo. *Deo in Chriſto Ieſu.* Ille
autem viuit Deo, qui Chriſti veſtigia humilitate, ſanctifica-
tione, pietate ſectatur. *Non ergo regnet peccatum in veſtro mor-*
tali corpore vt obediatis concupiſcentiis eius. Oſtendit quomodo
regnet. Ille enim regnat, cui omnes obediunt. Quomodo
in corpore peccatum regnet expoſuit: id eſt, ſi vitiatæ natu-
tæ præbeamus obedientiam, & conſentiamus. Non dixit,
Non ſit: quia iam ibi eſt: ſed, Non regnet, id eſt, non fiat q
iubet. Surgit ira: noli dare iræ linguam ad maledicendum,
non manum ad feriendum: non membra libidini: quæ non
ſurgeret, niſi peccatum eſſet in membris noſtris. Ineſt qui-
dem peccatum in membris: ſed non regnat, ſi non obedia-
tur deſideriis illius. Et ideo dum quod non vult, agit, id eſt, H
non vult cõcupiſcere, concupiſcit: conſentit legi, quoniam
bona eſt: hoc enim vult & ipſe, quod lex: quia vult ipſe non
concupiſcere, & lex dixit, Non concupiſces. *Sed neque exhi-*
beatis membra veſtra arma iniquitatis peccato. Vnumquodque
membrum ſi officiũ ſuum in malos vſus conuerterit, arma
iniquitatis efficitur ad iuſtitiam expugnandam: ſi manus ad
furtum, lingua ad mendacium, vel blaſphemiam: ſi oculus
concupiſcentiæ ſeruiat ad pudicitiã expugnandã, & cætera.
Sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes. Tãquam iam
reſurrexeritis: poſt reſurrectionem autem nõ carnaliter vi-
uitur, nec peccatur. *Et mẽbra veſtra arma iuſtitiæ Deo.* Vt oculꝰ
qui ante videbat ad peccandum, nunc videat ad boni operis
miniſterium: qui ante videbat ad expoliandum, nunc videat
ad veſtiendũ: ſic etiã de reliquis membris aduerte: vt de ini-

quitate

A quitate ad miſericordiam commutentur. *Peccatum enim vo-*
bis non dominabitur. Non vos vincat peccatū: non enim eſtis
paruuli, ſed perfecti. quaſi pædagogus puero dicat, Noli fa-
cere vitium ſermonis, non enim adhuc audis grammaticū,
ſed oratorem. Siue non dominabitur, non habet dominari.
Nō enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Id eſt, ſub beneuolentia re-
dēptoris, qui pugnandi atq; vincendi & conatus dedit, &
doctrinam præbuit: ſed & exemplū inſuper, & virtutē per
conſolationem ſpiritus ſancti donauit, per quam libera-
mur à dominatione peccati. *Quid ergo? peccabimus quia non*
ſumus ſub lege? Qui ſub lege eſt, premitur à lege, dum non
implet legem: nō eſt ſub lege, ſed cum lege. *Sed ſub gratia?*
Abſit. An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum,
ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis
ad iuſtitiam? Ne indocti, & in fide rudes obijcerēt, Ergo ceſ-
ſante vindicta legis, impune peccabimus. Abſit. Gratia quæ
& donauit quomodo vincamus, non vult nos omnino
peccare: ſi uolueritis peccare, dominabitur vobis legis ſen-
tentia, quę vindicat in peccantes. Si autem iuſtitię ſerui eri-
B tis, non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia: Non enim, inquit, po-
teſtis duobus ſeruire. Hic quod dixit, peccabimus, crimina-
lia, & capitalia peccata intelligamus: non minuta, ſine qui-
bus eſſe nō poſſumus. Hoc & vbiq; intellige, vbi prohibe-
mur peccare: quia & de ipſis peccatis loquebatur, quæ &
lex damnare conſueuerat, ſecundum illud: Si dixerimus quia
peccatum non habemus, &c. *Gratias autem Deo quod fuiſtis*
ſerui peccati. Gratias Deo, quia fuiſtis, ſed ipſo liberante &
adiuuante iam non eſtis, quia obeditis, quia reſiſtitis adiu-
tore Deo. *Obediſtis autem* Vt dono & exemplo Chriſti obita-
tis, qui non ſolum peccata, ſed occaſiones auferre donauit
& docuit delictorum. Imitatores, inquit mei eſtote, ſicut
& ego Chriſti ex corde, ex fide. *In eam formam doctrinæ, in*
qua traditi eſtis. Noui teſtamenti. *Liberati autem à peccato* Li-
beri facti. *Serui facti eſtis iuſtitiæ.* Per gratiam Dei *Humanum*
dico. Quia non poteſtis adhuc audire diuinum. Siue ſic, Hu-
manitate dignum eſt quod dico, quod etiam apud homines
rationem habet, & facile intelligi poteſt. Hoc eſt, Maiora
quidem exigere à vobis pro diuinæ ſeruitutis retributione
deberem: ſed condeſcendens, & temperans infirmitati
C ueſtræ, humana & poſſibilia prædico, atque perſuadeo: ut
ſicut prompti fuiſtis ad ſectanda noxia atque contraria: ita
alacres ſitis ad ea, quæ vtilia, & ſaluti amica ſunt peragen-
da. *Propter infirmitatem carnis veſtræ.* Corpus quod corrum-
pitur aggrauat animam: quia quicquid anima carnaliter fe-
cerit, carni deputatur: & quando anima cœleſtia agit, totus
homo ſpiritalis eſt. Carnalis ſi uincitur à concupiſcentijs:
ſpiritalis, cū dono Dei vincit cōcupiſcentias. *Sicut enim exhi-*
buiſtis membra veſtra ſeruire Ita nunc voluntate mutata exhi-
beamus nos ſeruire iuſtitiæ. non ſicut Manichæi, qui dicūt,
naturam corporis ita ui ſe per conditionem inſerū habere
peccatum, vt illud ſuperare non poſſit: ſed per gratiā reno-
uati non exhibeamus membra noſtra ad malum: nam non
eſt ex ſe corpus malum, ſed voluntates quas mutare iube-
mur, quæ per tranſgreſſoris reatū uitio naturæ ineſſe noſ-
cuntur, nō conditione. *Immunditiæ, & iniquitati.* Luxuriæ ſi-
ue Idololatriæ. *Ad iniquitatē.* Ad iniquitatē faciendā. *Ita nunc*
exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ. Vt quomodo perfecti
fuiſtis in malo, ex originali peccato, ita pfecti ſitis in bono,
gratiæ dono: vt manus quæ antea rapiebat, modo porrigat
D miſericordiā: & pedes qui ātea ad malū currebāt, modo ad
viſitandos infirmos, et in carcerem ad opus bonum currāt:
oculi qui ante videbant ad cōcupiſcendū, ad inuadendum,
videāt modo ad miſerandū, ad largiendū. Ecce ſic mutētur
mēbra noſtra. *In ſanctificationē.* Vt recipiatis ſanctificationē,
ſiue poſſideatis. *Cū enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ.*
Hoc eſt, in nullo ſeruiſtis iuſtitiæ. Ita & nunc liberi eſtote à
peccato, vt in nullo ei ſeruiatis. Ecce oſtēduntur etiam pec-
cato minime potuiſſe, niſi alia libertate ſeruire. Liberi ergo
à iuſtitia non ſunt, niſi arbitrio voluntatis. Liberati autem à
peccato non fiunt, niſi gratia ſaluatoris. Liberos dixit iuſti-
tiæ, non liberatos: à peccato autem non liberos, ne ſibi hoc
tribuerēt, ſed liberatos: id eſt, ſi vos filius liberauerit, tūc ve-
re liberi eritis. *Quem ergo fructum habuiſtis tunc, in quibus nunc*
erubeſcitis. Qualem fructum in actiōe illius habuiſtis, in cu-
ius etiā recordatione verecūdia eſt. Quicūq; ſe cognouerit

bonum, erubeſcit ſe fuiſſe malum. Et quicunq; ſe erubeſcit E
bonum, malus eſt: quia nec in præſenti fructum habet, & fi-
nem mortem. *Nam finis illorum.* Malorum ſcilicet. *Mors eſt.*
Pœna perpetua. *Nunc vero liberati à peccato* Attende quia li-
berati dixit, vt non nobis, ſed Deo demus gloriam. *Serui au-*
tem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem: finem
vero vitam æternam. In Dei ſeruitio permanere, hoc ipſum iā
fructus eſt, quod viuitis, ſanctificati per baptiſmum. Seruus
autem Dei vicem inimicis nō reddit ſicut Ioſeph, qui dixit
fratribus: Nolite timere, ſeruus enim Dei ego ſum. Dei au-
tem ſerui in præſenti fructum habent donū ſpiritus ſancti,
& finem vitam æternam, ſiue ſanctificationem bonæ vitæ.
Ergo in iſta vita adhuc ex qua parte ſerui ſumus Deo, liberi
ſumus peccato: ex qua parte adhuc ſeruimus legi, peccati
adhuc ſerui ſumus. Et ideo dixit Condelector enim legi
Dei ſecundum interiorem hominem. Ecce vnde liberi, vn-
de condelectamur legi Dei? Libertas enim delectat: Nam
quamdiu timore facis quod iuſtum eſt, non Deus te delectat.
Stipendia enim peccati mors. Remuneratio dicitur ſtipēdium.
Merito ergo ſtipendiū: quia malitię diabolicę mors æterna, F
tanquam debitum redditur. Qui militat peccato, merce-
dem accipit mortem. *Gratia autem Dei vita æterna in* Chriſto
Ieſu *domino noſtro.* Gratia ſub qua eſtis. Simulq; notandum,
quia non dixit ſtipendia iuſtitiæ, quia non illam habemus
ex nobis Ergo quamuis noſtra non ſit, ſed gratiæ, tamen
cuſtodita Dei adiutorio vitam dat æternam, tranſacta vita
temporali.

An ignoratis fratres, ſcientibus enim legem loquor. Hinc inci- Cap. VII.
pit difficultatem legis oſtendere, vt illos hortetur ſine ti-
more ſub gratia viuere: quia modo actu ceſſante, lex nobis
non viuit, ſed ſibi: & viuit in nouo teſtamento, per quod re-
formatur. *Quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit.*
Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi. Si autem
mortuus fuerit vir, ſoluta eſt à lege viri. Comparationem indu-
cit: mandatum legis dicit virum: plebem autem, vel animā,
mulierem: vt oſtendat legem, quæ iram operatur, ſine ef-
fectu, quaſi mortuam, nobis iam mortificatis impedire nō
poſſe, quo minus eius eſſe poſſimus, qui à mortuis reſur-
rexit. quæ merito nobis viueret, ſi inueniret quod puniret
in nobis. Tamdiu enim dicit eſſe ſub lege hominem, quan- G
diu viuit in peccato. Hoc autē peccatū intelligēdū eſt, quod
acceſſit ex lege Vbi enim non eſt gratia liberatoris, auget
peccandi deſiderium prohibitio peccatorum. *Igitur viuente*
viro vocabitur adultera ſi fuerit cū alio viro: ſi autem mortuus fue-
rit vir eius, liberata eſt à lege, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio
viro. Quandiu viuit vir, tandiu ei ſecundum eius neceſſe eſt
viuere voluntatem. Si autem dormierit vir, & mulier alij
fuerit iuncta viro iam nō ei ſecundū prioris viri conſuetu-
dinem eſt viuendum *Itaq; fratres mei & vos mortificati eſtis le-*
gi Iuxta corpus noluit dicere, mortificata eſt vobis lex: ſed
reliquit intellectui, ſicut in multis locis. Iuxta comparatio-
nem debuit dicere, magis illis legē mortuam, quàm ipſos legi:
ſed quod inter Iudæos dicere adhuc intractabile videbatur,
intellectui dereliquit: ſatis euidenter oſtendens, legem
non potuiſſe auferre, ſed potius auxiſſe peccatum, quod au-
fert gratia: quoniam lex iubere nouit, cui ſuccumbit infir-
mitas, non iuuare, quod facit gratia Chriſti. Ab hoc loco, &
tota iſta lectione, vſque, Quis liberabit me de corpore mor-
tis huius, videt Apoſtolus transfiguratum eſſe in ſe homi-
nē ſub lege poſitū, cuius verbis ex perſona ſua loquitur. & H
qui dixerat: Euacuati ſumus à lege mortis, in qua detineba-
mur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſta-
te literæ. Per hæc verba videtur legē reprehendiſſe, ſed non
ita eſt, quia ſubiecit, Lex peccatū eſt? Abſit. & reliqua. Hæc
vero accuſata eſt non mendax. Crucifi a carne, per quam
nobis dominabatur damnando peccatum, iam actum non
habet. Ante erant imitatores Moyſi: nunc vero Chriſti. ſic
dictum eſt, Mortui eſtis legi, ac ſi diceretur, Mortui eſtis
ſupplicio legis. Quare mortui ſumus legi per corpus Chri-
ſti, ſi bona eſt lex? Quia mortui ſumus legi dominanti: libe-
rati ab eo effectu, quem lex punit & damnat. Vſitatius enim
vocatur lex: quando minatur & terret, ac vindicat. Itaque i-
dem præceptum timentibus lex eſt, amantibus gratia eſt.
Per corpus Chriſti, commoriendo Chriſto, qui damnauit
peccatum in carne. *Vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit.*

A Subaudiēdum alterius viri. *Vt fructificetis Deo.* Fructificat cu-
ius exemplo populus Dei creſcit, ſicut dicit: Vt aliquem
fructum habeamus in vobis. *Cum enim eſſemus in carne.* Cum
eſſemus in carnali conuerſatione, paſſio concupiſcentiæ
operabatur in oculis, & cæteris membris, quæ tamen per
legem oſtendebantur eſſe peccata, vt fructificarent morti
peccati. In carne, inquit: id eſt, carnalibus deſyderijs ob-
ſtricti teneremur. *Paſſiones peccatorum, quæ per legem erant ope-*
rabantur in membris noſtris. Is paſſionibus moritur, qui iam
mente ſeruit legi Dei, quamuis paſſiones ipſæ necdū mor-
tuæ ſint. Auctam dicit concupiſcentiam, quā lex prohibet.
Augmentum concupiſcentię de inhibitione: & reatū pœnę
de præuaricatione. Hoc eſt, quia per bonum operatum eſt
mortem. *Vt fructificarent morti.* Id eſt, vt nos in iiſdē paſſioni.
poſitos legis ſeueritas interficeret, & fructū morti de no-
ſtra perditione pręberet, quia fructus peccati mors eſt. Fru-
ctificamus morti, dū prohibita facimus. *Nunc autē ſoluti ſu-*
mus à lege mortis. Lex mortis, quę occidit peccatores, id eſt,
criminoſos: ſed & lex peccati ideo dicitur, nō quia ipſa pec-
catū eſt, ſed quia peccatorib. imponitur. Ideo etiam mortis
B dicitur, quia ſtipendiū peccati mors, aculeus autem mortis,
peccatū: virtus vero peccati, lex. *In qua detinebamur.* Detine-
bamur per peccatū. *Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non*
in vetuſtate literæ. Spiritalis gratię pręceptis obedientes non
literam legis ſequētes. *Quid ergo dicemus? lex peccatū eſt?* Quia
dixerat, quod paſſiones per legem morti fructificarēt, ideo
ſibi obijcit, Lex peccatum eſt: & reſpondet, *Abſit.* Hoc facit
contra Manichæos, qui vetus teſtamentum negāt. Quod ſi
dixerint: Ideo hic propter Iudæos aſſerit legem, quia timuit
ſcandalū. Reſpondendū eſt: Ergo ſemper timuit ſcandalū,
quia nūquam contra legē locutus eſt. Cū ergo in aliis locis
opera legis deſtruxerit, nūc merito in hoc eā laudat, in quo
ſpiritalis eſt, & Manichęos eius inſinuatione cōfundit. Ab-
ſit. Ne quis enim propter hæc teſtimonia vituperet legem,
& malam eſſe contendat, prævidit Apoſtolus male intelli-
gentibus quid poſſit occurrere, eandem ſibi ipſe propoſuit
quæſtionem. Quid ergo dicimus, inquit: lex pec.atum eſt?
Abſit. *Sed peccatum non cognoui, niſi per legem.* Ho iam ſuper-
us dixerat, Per legem cognitio peccati. Non ergo ablatio,
ſed cognitio eſt. Quæ ideo data eſt, non vt peccatum tolle-
C ret neque vt extirparetur, ſed tantum vt demonſtraretur, vt
quia peccatum ſine gratia Dei vinci non poteſt, ipſi reatus
ſollicitudo cogat ad gratiam conuolare. Sed peccatum non
cognoui, niſi per legem. *Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi*
lex diceret, Non concupiſces. Hinc incipit Apoſtolus quaſi de
ſe dicere, & de ſe dare exemplum, qui ſub lege vixerat, quæ
per ſe non ſaluat, ſed oſtēdat peccatum, nam nec tollit, nec
iuſtificat: ſed in tranſgreſſoribus vindicat. Non ait, Pecca-
tum non feci, niſi per legem: ſed, Peccatum non cognoui,
niſi per legem, quæ oſtendit peccatum eſſe concupiſcentiā:
quod ego neſciebam eſſe peccatum. Concupiſcentiam, in-
quit, neſciebam. Non dixit: Non habebam, aut nō faciebā,
ſed neſciebam eſſe peccatum. Vnde apparet concupiſcen-
tiam per legem non inſitam, ſed demonſtratam quæ docet
quid quiſque facere debeat, vel vitare. Sed vetus homo ad-
huc trahitur conſuetudine delinquendi. Concupiſcentia
enim noſtræ naturæ eſt, accedens per peccatum, non Dei
conditio. Et ideo malum ipſum non Dei disiunctione ſepa-
randum, ſed Dei miſeratione ſanandum eſt. *Occaſione autem*
accepta. Hinc Apoſtolus pręteritam vitam ſuam, quando ſub
D lege viuebat, & adoleſcentiæ ſuæ pugnam commemorat.
Et quod ait: Ego autem viuebam ſine lege; primam ſuam æ-
tatem inſinuat: adueniente, inquit, mandato, peccatum re-
uixit. Ego autem mortuus ſum: iam ſe præcepti capacem,
ſed nō efficacem fuiſſe teſtatur. Et ideo vt præuaricatorem
ſe legis oſtenderet, in quibus interioribus talem ſe fuiſſe
ſciebat Apoſtolus ante gratiam Dei, quæ per Ieſum Chri-
ſtum dominum noſtrum eſt. Et ad Epheſios hoc apertiſſi-
me confitetur, In quibus, inquit, vt nos omnes conuerſati
ſumus, in deſyderijs carnis & cogitationum: & eramus na-
tura filij iræ, ſicut & cæteri: & reliqua. Et ad Titum: Fuimus
& nos, inquit, aliquando ſtulti, & increduli, errantes: & re-
liqua quæ ibi ſequuntur. Talis ante gratiam fuit. *Peccatū per*
mandatū operatū eſt. Sicut qui inuidet, tunc magis occaſionē
nocēdi accipit, quando ei, cui nocere vult, aliquid creditur.

In me omnem concupiſcentiam. Omnem quæ ſcripta eſt in le- B
ge: Non concupiſces vxorem, neque agrum, neq; quicquā
proximi tui, & reliqua. Habet hoc per tranſgreſſionem hu-
manæ mētis infirmitas, vt difficilius obſeruari poſſint pro-
hibita. Sine lege enim peccatum mortuum erat: id eſt, late-
bat, non apparebat, ignorabatur, mihi mortuum videba-
tur: vel in obliuionē erat naturalis lex, quę oſtendebat quid
eſſet peccatū. Ideo & lex data eſt literæ, quæ commemora-
ret legem naturæ. *Ego autem viuebam aliquando.* Quaſi iuſtus,
& liber à peccato viuere mihi videbar. *Sine lege.* Vnde mani-
feſtat, non ex perſona ſua proprie, ſed generaliter ex perſo-
na hominis loqui. Sed quum veniſſet mandatum: id eſt, in
obliuionem venerat eſſe peccatum: At vbi venit mandatū,
recognitum eſt peccatum, vt omnis qui illud fecerit, mor-
tuum ſe eſſe cognoſcat. *Reuixit.* Id eſt, emicuit, & apparuit.
Reuixit, ait: non vixit: vixerat enim aliquando in paradiſo,
quando contra datum præceptum ſatis apparebat admiſ-
ſum. *Peccatum reuixit, ego autem mortuus ſum.* Hoc eſt, apparu-
it quod fuerat occultum, quia vixerat per ſcientiam natura-
lem, & mortuum fuerat per obliuionem: quia præuaricatus E
ſum iam ſciēs, & mortuum me eſſe peccati manifeſtatione
perſpexi: quia iam præuaricatione peccat, qui videt per le-
gem, quid facere non debeat, & tamen facit ſiue titillatio-
ne, ſiue delectatione, & ſi non conſenſione: vel quia reatus
præuaricationis certum mortis ſupplicium comminatur.
Et inuentum eſt mihi mandatum. Quod cuſtoditum proficie-
bat ad vitam, hoc neglectum perduxit ad mortem: quia ſci-
ens illud non cuſtodiui. Ho: totum ideo, vt oſtendat legem
quidem datam ad vitam ſed quia non dedit adiutoriū quo-
modo poſſimus ſaluari, vt nos deducat ad gratiam, quæ to-
tum habet, & miſericordiam, & adiutorium, & exemplum.
Quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem. Si vis ad vitam uenire,
ſerua mandata. Cuſtoditum mandatum vitam tribuit: non
cuſtoditum, mortem, quæ trangreſſio eſt. *Nam peccatum oc-*
cepta. Si quid contra legem videtur dicere, eis imputat, qui
perfectiora accipere non valuerunt. Ideo occaſionem dixit
fuiſſe peccati. *Per mandatū.* Quia ſuaſio delinquendi ad pec-
catum vehementior eſt, cum adeſt prohibitio: & nō ſolum
peccatorem, ſed & tranſgreſſorem facit. Quia ergo ab ho-
minibus nondum ſpiritalem gratiam accipientibus ſuani- G
us admittitur quod vetatur fallit peccatum falſa dulcedine:
quia vero accidit reatus præuaricationis, occidit: quia pre-
cium mortiferæ voluptatis amplectitur dulcedinem illam
qua fallitur, & delectatur etiam contra legem facere: & tā-
to magis libet, quāto minus licet. *Seduxit me, & per illud occi-*
dit. Neq; enim nullum peccatum, niſi concupiſcendo com-
mittitur. Proinde quæ hoc prohibet, bona & laudabilis lex
eſt. Sed vbi ſanctus adiuuat ſpiritus, inſpirans pro concupiſ-
centia mala concupiſcentiā bonā, hoc eſt, charitatē diffun-
dēs in cordibus noſtris: profecto illa lex quāuis bona auget
prohibendo deſyderium malum. Sicut aquæ impetus ſi in
eam partem non ceſſet fluere, vehementior fit obice oppo-
ſito, cuius molem cū euicerit maiori cumulo præcipitatus
violentius per prona prouoluitur. Neſcio quo enim modo
hoc ipſum quod concupiſcitur, fit iucundius dū vetatur. Et
hoc eſt quod fallit peccatum per mandatum, & per illud
occidit: Cum accidit etiam pręuaricatio, quæ nulla eſt. *Itaq;*
lex quidem ſancta, & mandatū ſanctū & iuſtum. Contra impug-
natores legis, & contra eos qui iuſtitiam à bonitate ſecer-
nunt, lex & ſancta, & bona dicitur, & gratia iuſta. Niſi enim H
abundauerit iuſtitia veſtra, & reliqua. Sed & Deus in veteri
teſtamento nonnunquam bonus, & in nouo dicitur iuſtus:
vt eſt illud, Pater iuſte. Et hoc contra Marcioniſtas: tamen
nihil ex ea recte fit ſine gratia, quia non eſt data quæ poſſit
viuificare, ſed præuaricationis cauſa poſita eſt, vt conuictos
concluderet ſub peccato, non iuſtificandis impijs, ſed con-
uincendis ſuperbis præuaricationis cauſa poſita. Et contra
Manichæos eſt, quia laudator: & contra Pelagianos, quia
nemo ex lege iuſtificatur: & ideo viuificandis eis quos lite-
ra occidit, ſpiritus gratiæ gratis opitulatur. Nam nihil ex ea
recte fit, ſicut dictum eſt, ſine gratia: quia non eſt data quæ
poſſit viuificare. *Et bonum.* Cuſtodientibus. *Quod ergo bonum*
eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Non mihi mandatum per ſe
cauſa mortis extitit: ſed ego mihi facio qui peccando mor-
te digna committo. In male vtente quippe vitium eſt: non
in manda-

A in mandato ipſo, quod bonum eſt, quoniam bona eſt lex. *Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem* Per legem apparet peccatum, & per ipſam punitur. Ergo per bonum, id eſt, per legem, quæ bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur, mihi operatur mortẽ, cum eius trãſgreſſor efficior. *Vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum* Iniquitatis exigit magnitudo vt homo iam non peccator, ſed peccatum vocetur. Ante legem modum habebat peccati appetitus per ignorantiam: ſupra modum eſt quod ſcienter admittitur. *Scimus enim.* Id eſt, quod lex ardua ſed ſpiritalia præcipit: ſed ego iam iuxta carnalem conſuetudinem tritillor, ab eius perfectione dilectio perfecta penitus imperfectum. *Quod lex ſpiritualis eſt.* Expoſitum eſt hoc. Mandat quæ ſpiritus ſunt opera: vnde oſtendit non poſſe impleri legem, niſi ab ſpiritali. *Ego autem carnalis ſum.* Qui legem accipio, conſueui carnaliter viuere: id eſt, carni conſentiens nondum ſpiritali gratia liberatus. Bonum eſt enim non concupiſcere: & hoc bonum vult iuſtus, qui ex fide viuit, & tamen facit quod odit, quia concupiſcit, quamuis poſt concupiſcentias ſuas non eat. Quod ſi fecerit, tunc vere ipſe fa-
B cit, vt cedat, vt conſentiat, vt deſiderio peccati obediat. *Venundatus ſub peccato.* Id eſt precium temporalis voluptatis. Inter vendentem autem & ementem hoc loco iſtud probatur eſſe commercium. Proponit inimicus iniquitatis conſilium & accipit voluntatis aſſenſum. Accipio ergo amiſſæ innocentiæ precium, ipſam peccandi voluptatem, ac mortiferam de iniqua ſuauitate dulcedinem. Venundati, inquit eſtis peccatis veſtris, ne quiſquam eum nondum redemptum Chriſti ſanguine exiſtimet. Sed redemptionem, id eſt, immortalitatem expectat. Vel venundatum ſub peccato in prima trangreſſione præcepti, vt haberet corpus corruptibile, quod aggrauat animam. Nunc vero, tanquam emptum mancipium, cogitur ſeruire libidini. *Quod enim operor non intelligo.* Nunquid non intelligo malum eſſe quod inuitus admitto? quomodo non intelligit qui hoc agit quod non vult, & quod odit, illud facit? Non paruum intelligentiæ iudicium eſt, odiſſe delictum: ergo quod operor non intelligo, id eſt, non conſentio, non approbo, non facio, & quã libet victus contrarium eſſe decerno: & rectum non eſſe euidenter intelligo, non agnoſco eſſe in præceptis
C veritatis. *Non enim quod volo bonum, hoc ago.* Huc vſque ſunt verba hominis, vt aliqui putant, ſub lege conſtituti, nondum ſub gratia: vt aliqui etiam ſi nolit peccare, vincitur à peccato, inualuit enim conſuetudo carnalis, & naturale vinculum mortalitatis: ne forte ex his verbis quiſpiam cõſentire carnis cõcupiſcentiæ ad opera mala ſanctũ Apoſtolũ ſuſpicetur: ſed conſideret quod adiunxit, Si autem quod nolo, hoc facio, conſentio legi, quoniam bona eſt: magis enim ſe dicit legi conſentire, quam carnis concupiſcentiæ: hanc enim peccati nomine appellat. Facere ergo ſe dixit, non affectu conſentiendi, & implendi, ſed ipſo motu concupiſcendi. *Sed quod odio malum, illud facio.* Bonum eſt enim non concupiſcere: & hoc bonum vult iuſtus, qui ex fide viuit. & tamẽ facit quod odit, quia concupiſcit, quamuis poſt concupiſcentias non eat quod ſi fecerit, tunc vere ipſe facit vt cedat, vt conſentiat, vt deſiderio peccati obediat. *Si autẽ quod odio, illud facio.* Id eſt, dum nolo facere quod committo, vtique cum lege concordo, quæ mala & non vult, & prohibet: Ideoq; ei mente conſentio, opere contradico atq; ita
D aliud in me conſcientia, aliud infirmitas agit, quæ iugo peccati, iudicio contradicente, ſuccumbit. facere ergo ſe dixit, & operari, non affectu conſentiendi & implendi, ſed ipſo motu concupiſcendi. *Conſentio legi, quoniam bona eſt.* Quia nolo, quod nõ vult, conſciẽtiæ lege ei conſentio: quia quod nolo facio. *Nunc autem* Nunc iam ſub gratia, quę me liberauit à conſenſione. *Iam non ego operor illud.* Id eſt, nõ conſentio Nam ſi & concupiſcit & conſentit, & agit, quomodo nõ ipſe illud operatur? etiam ſi ſe ipſe operari doleat, & vinci grauiter ingemiſcat. Non ego operor: hoc eſt, non interior mens: nec conſentio exhibere membra mea arma iniquitatis. Antequam lex prohiberet, libens ipſe faciebam: ſed poſtquam lex venit, inuitus pecco, quia conſuetudine vincor. *Sed quod habitat in me peccatum.* Habitat quaſi hoſpes, & dominatur, & quaſi aliud in alio, non quaſi vnum habitat in me adhuc carnalis affectus. *Scio enim quia iã non habitat in me.*

E Ex eo quod ſcit, conſentit legi: ex eo quod facit, cedit peccato: vt in me ita præualeat, quaſi innatum videatur: quod quidem non eſt à Deo conditum, ſed ex vitiata natura procedit. Hic incipit dicere, quod ipſe titillationem carnis habuit. Notandum etiam, quod titillationem ipſam Apoſtolus ſe ſenſiſſe teſtetur. *Hoc eſt in carne mea bonum.* Non dixit, Caro mea non eſt bona: ſed bonum in carne mea nõ habitat, quam peccati deprimit conſuetudo, quod vincere nequeo: quia dum de opere legis confido, gratiæ adiutorium non requiro. Hoc autem quod inhabitat, ex traduce mortalitatis per tranſgreſſorem in omnes homines venit. *Nam velle adiacet mihi.* Eſt quidem in me voluntas à Deo præparata atque donata, ſed nõ eſt effectus: quia carnalis cõſuetudo voluntati ipſi reſiſtit, adhuc in iſta vita mortali. Aliqui æſtimant, quod voces iſtæ ſint hominis ſub lege conſtituti, nondum ſub gratia. *Perficere autem bonum non inuenio.* Sine adminiculo gratiæ non inuenio bonæ voluntatis effectum. Nam vt velle ſit, iam voluntas à Deo præparata eſt: quia ipſe eſt, qui in nobis operatur & velle. Et hoc notandum, quod
F non dixit, Facere bonum non inuenio, ſed perficere: quæ eſt enim perfectio boni, niſi extinctio mali? Perfectio boni eſt, non concupiſcere: quid enim facilius homini ſub lege conſtituto, quam velle bonum, & facere malum? Nam hoc eſt perficere bonum, vt nec concupiſcat homo. Imperfectũ eſt bonum, quando concupiſcit: etiam ſi concupiſcentiæ non conſentit ad malum. Non inuenio, id eſt, non poſſum. *Non enim quod volo bonum hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago.* Vincente conſuetudine quod nolo facio: ſicut ſi quis iurare conſueuit, quando non putat incurrit *Si autem quod nolo illud facio.* Facere ergo ſe dixit, & operari, non affectu conſentiendi, & implendi: ſed ipſo motu concupiſcendi. *Non iam ego operor illud.* Non ego, quia inuitus: ſed ego, quia ipſe mihi hanc per vim conſuetudinis impoſui neceſſitatem. *Sed quod habitat in me peccatum.* Habitat in me conſuetudo peccati, quæ mihi per tranſgreſſionem primi parentis ex vitiata natura transfuſa eſt. *Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum* Mente inuenio legem bonum facere contra malum, quod eſt in carne mea. Legem conſentaneam habeo interioris hominis vt excludatur malum, quod mihi per vitiatam naturam ineſt: ſed ſine gratia Dei fieri non poteſt.
G Ideo dico, Quis me liberabit de corpore mortis huius? *Quoniam mihi malum adiacet.* Id eſt, deſideria mala, vel conſilia inimici, vel bella carnis, quibus inueterato conſenſu obtemperare conſueui. Adiacet autem malum ex concupiſcentia, cui non conſentit, qui dixit: Iam non ego operor illud. *Condelector enim legi Dei.* Hic duas leges ponit: legem ſpiritus, & legem carnis, quæ reſiſtit legi mentis: id eſt, vel conſcientiæ naturali, vel legi diuinæ, quæ in mente conſiſtit. Libertas enim delectat: nã quamdiu more facis quod iuſtum eſt, non Deus te delectat: quamdiu non te delectat, adhuc ſeruus facis. Delectet te, & liber es. Delectat me lex, delectat quod lex iubet, delectat me ipſa iuſtitia. *Secundum interiorem hominem.* Secundum mentem. *Video autem aliam legem in membris meis.* Hæc eſt, quæ remanſit infirmitas. *Repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Ex hac parte ſenit captiuitatem, vbi non eſt impleta iuſtitia. Video autem aliam legem in membris meis: deſideria carnis, & motiones vitiatæ naturæ: id eſt, concupiſcentiam. Sed iſta concupiſcentia ſi vocatur pecca-
H tum: ideo, quia à peccato facta eſt, ſic vocatur: ſicut ſcriptura manus cuiuſq; dicitur, quod manus eam fecerit: peccata autem ſunt, quæ ſecundum carnis concupiſcentiam illicite fiunt. Legem appellat in membris ſuis, onus ipſum mortalitatis, in quo ingemiſcimus grauati. Corpus quod corrũpitur, aggrauat animam: per quod fit etiam ſæpe, vt iniuſte delectet quod non licet: quam ſarcinã ideo legẽ appellat, quia iure ſupplicij impoſita eſt. Repugnantem legi mentis meæ. Quæ alibi mortificari iubet in membris. Mortificate, inquit membra veſtra. Legi, inquit, Dei: quæ in mente eſt. & captiuantẽ me. Captiuũ ſe eſſe deplorat: quia ſentit in ſe deſideria ſurgere puritati mentis contraria: contra quæ gratiam liberatoris implorat. Et hoc poteſt intelligi, quod captiuitatẽ dixerit carne, non mente: occaſione, non conſenſione: & ideo captiuantẽ, quia & in ipſa carne nõ eſt aliena natura, ſed noſtra. Poteſt etiam videri Apoſtolus eum deſcribere,

qui ſub

A calefacit, ſed reſolui poteſt: poteſt & feruere vt calefaciat, ſed cum hoc facit, iam nix non eſt. Sic & prudentia carnis dicitur, cum mundana pro cœleſtibus concupiſcit. ſed cum cœleſtia deſiderare inceperit, deſinit eſſe carnalis prudentia. *Qui autem in carne ſunt.* Hinc probatur, quia non de ſubſtantia dixerit carnis. *Deo placere non poſſunt.* Quia fieri non poteſt, vt non peccent qui carnaliter viuunt, & carnis voluntatibus acquieſcunt. *Vos autem in carne non eſtis.* Hoc eſt, in carnalibus deſiderijs, ſed in ſpiritualibus. *Sed in ſpiritu.* In ſpiritali actu illi ſpiritualiter viuunt, qui ſpiritum Dei habent: in illos ſpiritus Dei eſt, in quos apparuerit fructus eius, ſicut ad Galatas ait, fructus ſpiritus. *Si tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Christi non habet, hic non eſt eius.* Qui inimicos diligit, intelliget ſanctum ſpiritum ſicut ex patris, ita etiam ex filij ſubſtantia procedere: quia vnius eſt, atque eiuſdem ſubſtantiæ, qui eius ſpiritum habet. Et ideo ſicut patris, ita & filij appellatur. Et ideo dixit in euangelio, De meo accipiet. Si quis inquit, ſpiritum Dei non habet: Hoc eſt, vt oret pro perſequentibus, vt diligat inimicos, vt in omnibus eum imitetur, ſicut dicit Petrus

B apoſtolus: Chriſtus paſſus pro vobis, reliquit vobis exemplum &c. Dicit enim ipſe diſcipulis, Neſcitis cuius ſpiritus ſitis. hi ſpiritus eius erant, quia in fide, & ſpe, & charitate, viuebant. *Si autem Christus.* Si Chriſtum ſemper imitamini, corpus quaſi mortuum, & ſi reſiſtit, non viuet, ſicut Dauid dicit: Ego autem ſicut ſurdus non audiebam: & tu exaudies me domine Deus meus. *In vobis eſt.* Per gratiam ſuam. *Corpus quidem.* Spiritus viuit, & viuificat, vt iuſtitiam faciamus: caro autem mortua eſt, ne ab ea vincamur. Non hoc ſolum quæritur, vt caro moriatur, ſed etiam vt ſpiritus viuificetur. Simul aduerte. quod vita animæ, iuſtitia ſit: oportet ergo, vt non ſolum à carnalibus ceſſemus, ſed etiã ſpiritualia faciamus. *Mortuum eſt propter peccatum.* Mortuum corpus dicit, quamdiu tale eſt, vt indigentia rerum corporalium moleſtet animam, & quibuſdam motibus ſollicitet & inquietet. Nam peccatum ideo concupiſcentia nuncupatur, quia merito peccati contigit: ſicut ſcriptura manus cuiuſq; dicitur, quod manus eam fecerit. *Spiritus vero viuit propter iuſtificationem.* Ille homo hic deſcribitur, qui ſub gratia viuit, & nondum habet perfectam pacem, quæ corporis reſurrectione & immutatione futura eſt. Nam quam-

C diu in hac vita ſumus, non deeſt aut titillatio, aut delectatio: quamuis enim non cedat qui ſub gratia viuit, & mente ſeruit legi Dei, carne autem legi peccati. *Quod ſi ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis.* Si vos ita exhibeatis, vt digni ſitis, in quibus ſpiritus ſanctus habitet, non patietur templum ſui ſpiritus interire Deus: ſed quomodo ſuſcitauit Ieſum à mortuis, ita & nos viuificauit. *Viuificauit mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.* Viuificatis igitur mortalibus corporibus veſtris, non ſolum ad peccandum conſenſio nulla erit, ſed nec ipſa cui conſentiatur, carnis concupiſcentia. *Ergo fratres debitores ſumus.* Hoc totum facit, vt oſtendat legem veterem fidelibus nõ neceſſariam, quæ carnalibus, & peccatoribus data eſt. *Non carni, vt ſecundum carnem viuamus.* Id eſt, iam non ſumus ſubiecti carnali conſuetudini. *Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini.* Si ſecundum rationem ſupra expoſitam, quod carnales homines iuſtitiam cuſtodire non poſſunt. *Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Expoſuit quid ſupra dixerit autem, hoc eſt, ſpiritualibus actibus carnalia opera ſubiece-

D ritis. *Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* Quicunque gratia Dei, & ſpiritu ſancto gubernantur. Tunc bene agis, ſi ab eo agaris: econtra filij diaboli ſpiritu eius aguntur, qui ab initio peccat. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore.* Iudæi acceperũt ſpiritum in timore, qui illos ad ſeruitutem cogeret: quia qui timet, ſeruus eſt: qui autem diligit, filius: ſicut ſcriptũ eſt: Seruus timet dominũ, & filius diligit patrẽ ſuũ. Si pater ſum, vbi eſt honor meus? Si dominus, vbi eſt timor meus? Illi ergo quia operari propter amorem nolebant, timore, & neceſſitate cogũtur: nos vero omnia voluntarie propter dilectionem facere debemus. quaſi filij. *Sed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei.* Tunc adoptamur, quando per baptiſmum renaſcimur: nã ante filij iræ: & ſi filij iræ, vbi eſt fides naturæ? *In quo clamamus, Abba pater.* Qui vocat patrem, oſtendit ſe eſſe filium. E

In omnibus ergo debet imitari patrem, ne pro nomine indigne vſurpato, maiori ſubiaceat pœnæ. Clamantem, id eſt, clamare nos facientem. *Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij.* Teſtimonium eſt adoptionis, quod habemus ſpiritum, per quem ſic oramus. Tantũ donum accipere nemo poterat, niſi filij gratia, quæ eſt arra, hoc eſt, donum ſpiritus ſancti. *Si autem filij, & heredes quidem Dei, coheredes autem* Chriſti. Qui per gratiam efficitur filius, merebitur eſſe hæres, & cohæres vero filio fieri. *Si tamen compatimur, vt & glorificemur.* Si compatimur, patientia eſt, & etiam perſeuerantia: quia ſi dona Dei ante oculos noſtros ponimus, quæ ille pro nobis impijs pertulit: tali adiutore, non debemus timere pati pro illo, vt conglorificemur, ſicut dicit ſanctus Ioannes: Nunc filij Dei ſumus: cum apparuerit, ſimiles ei erimus. *Exiſtimo enim, quod nõ ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Quid poteſt homo dignũ pati gloria cœleſti, etiã ſi eſſet illa vita, qualis nunc eſt iſta? quicquid paſſus fuerit à morte, plus non eſt, q̃ etiã pro peccatis ſuis antea merebatur. Nunc autẽ & peccata donantur, & tunc vita æterna dabitur, & ſplẽdor ſolis, &c. Oſtẽdit præmiũ, quo facilius etiã mors cõtemnatur, quo ad illũ poſſit tutius perueniri. Nam ſcimus homines, quod peius eſt, propter auctum ſe viuo ad beſtias ſubrepſiſſe. Quod nos Deo adiutore facere debemus in tribulationibus propter dominũ: q̃ cum ſint temporales, æternã ſalutẽ tribuunt. Si hoc ille dicit, q̃d nos. *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim ſubiecta eſt creatura.* Quidã de Adã, & Eua volũt ſentire creaturã, quos ſerpens ſpe diuinitatis ſubiecerit vanitati, & corruptioni fecerit deſeruire non volẽtes: hoc eſt, non ex ſemetipſis, quia peccantes iuſto iudicio ſunt addicti: qa & ipſi (inquiunt) liberabũtur à ſeruitute corruptionis. Omnẽ autẽ creaturam, dicunt, omnes homines, q vſq; ad aduentum Chriſti fuerunt iuſti, quia & ipſi nondũ acceperunt, ſed expectant in ſpe. Non ſolum autem illi, ſed & nos ipſi, in quibus completa ſunt, adhuc ſperamus, quibus dictum eſt, Multi prophetæ & iuſti cupierunt videre, q̃ videtis, & non viderunt. Ideo dicit: Reuelationẽ filiorũ Dei expectant. tamdiu omnia fiẽ erunt, quãdiu erit reſurrectio.

G poſtea ab actu ceſſabunt, & mutabuntur, ſecundũ ſcripturas. Vanitati enim ſubiecta id eſt, hominibus, qui euanuerunt, quibus alij homines miniſtrant. Quicquid finem habet, vanum eſt, ad comparationem æternæ vitæ. Vanitas (inquit) vanitatũ, omnia vanitas. Nec putes ipſam tibi aliquid præſtitiſſe, cum etiam peritura & mundana donauerit. *Non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpem.* Non ſua ſponte. Alij dicunt angelos, quia & ipſi creatura ſunt, expectare vt homines in angelorum dignitatem mutentur. *Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Qui de mundi creatura hoc volũt accipere, hoc dicunt. Quando glorificandi ſunt filij Dei, tunc & ipſa creatura libera fiet à ſeruitute: quia & ipſa laborem ſentit, ſicut & terra iugiter ſeminata ſterilis efficitur. *Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſq; adhuc.* Illa q̃ poſſunt ingemiſcere, propter nimium laborem ingemiſcunt: quia plus ab illis exigitur, quam poſſunt. Quæ autem ſenſum nõ habent, quomodo gemunt? niſi forte propter noſtras iniquitates ingemiſcant, ſicut in paſſione domini ſol fugit, quia impietatem Iudæorum videre non poterat. *Non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi, primitias ſpiritus habẽtes, & ipſi intra nos gemimus adoptionẽ expectãtes.* Nõ ſolum creatura, q̃ receptaculum ſpiritus non habet vel carnales homines: ſed & nos,

H qui nouimus lætitiam temporis futuri, dolemus nos hic diutius laborare. Item aliter: Non ſolum angeli, qui nobis benigniores ſunt, dolent de ijs qui perſeuerant in delictis ſed etiam nos qui ſpiritum ſanctum habemus, de talibus ingemiſcimus. *Redemptionẽ corporis noſtri.* Reſurrectio Chriſti eſt redemptio corporis noſtri. Vel expectamus glorificationem in reſurrectionem futuram corporis noſtri: vt corruptum hoc induatur incorruptione. Hoc capitulum obſcurum eſt, inquit, Auguſtinus quia non ſatis apparet quam nunc vocet creaturam. Dicunt autem ſecundum catholicã diſciplinã creatura, quicquid fecit, & cõdidit Deus pater, per vnigenitũ filium ſuum, in vnitate ſpiritus ſancti

Ergo

A Ergo non ſolũ corpora, ſed & animæ noſtræ, id eſt, ſpiritus, nomine creaturæ continentur. Sic autem dictũ eſt, ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei: quaſi nos nõ ſimus creatura, ſed filij Dei, in quorum gloriæ libertatem liberabitur à ſeruitute creatũ. Item dicit, Scimus enim, quod omnis creatura ingemiſcit, & dolet vſq; adhuc. Non ſolum illa, ſed & nos ipſi: tanquam nos aliud ſimus, aliud omnis creatura. Totum ergo capitulum particulatim conſiderandũ eſt. Exiſtimo enim (inquit) quod non ſint condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Hoc manifeſtum eſt: dixerat enim ſuperius: Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quod fieri non poteſt ſine moleſtia, cui patiẽtia neceſſaria eſt. Quo pertinet, & quod paulo ante ait, Sic tamen cõpatimur, vt & conglorificemur. Quod itaq; ait, Nam & expectatio creaturæ reuelationẽ filiorum Dei expectat: hoc enim puto dicere: Nam & hoc ipſum ꝙ in nobis dolet, cum facta carnis mortificamus: id eſt, cum eſurimus, vel ſitimus per abſtinentiam: dum frenamus delectationẽ concubitus per caſtitatẽ: cũ iniuriarũ lacerationes et contumeliarum aculeos per patientiam ſuſtinemus: dum neglectis, atq; reiectis voluptatibus noſtris, pro fructu matris eccleſiæ laboramus: quicquid in nobis in hac, atq; huiuſmodi attritione dolet, creatura eſt, dolet enim corpus & anima, quæ vtiq; creatura eſt, & expectat reuelationem

B filiorum Dei: id eſt, expectat, quando appareat, quod vocatum eſt. Quia enim filius Dei, vnigenitus non poteſt dici creatura, quandoquidem per ipſum facta ſunt omnia, quæ Deus fecit. Diſtincte etiam nos vocamur creatura ante illã gloriam euidẽtem: & diſtincte vocamur filij Dei, quamuis hoc adoptione mereamur. Nã ille vnigenitus natura filius eſt. Ergo, expectatio creaturæ id eſt, expectatio noſtra, reuelationem filiorum Dei expectat hoc eſt, expectat quando appareat quod promiſſum eſt quando re ipſa manifeſtatum ſit, quod nunc ſpe ſumus, filij enim Dei ſumus, & nõdum apparuit quid erimus. Scimus enim quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quia videbimus eum ſicuti eſt. Ipſa eſt reuelatio filiorum Dei, quam nunc expectat expectatio creaturæ. Nam quod creatura reuelationem expectet alterius naturæ, quia non ſit creatura ſed ipſa qualis nunc eſt,

C expectat quando ſit qualis futura eſt. ¶Tanquam ſi diceretur: Opere ante pictorem poſito, ſubiectis ſibi coloribus, & ad opus eius paratis, expectatio colorum reuelationem imaginis expectat, & manifeſtationem: non quia tunc alij erunt, aut non colores erunt: ſed tantum quod aliam dignitatem tunc habebunt. Vanitati enim ſubiecta eſt creatura hoc eſt illud, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quæ abundantia homini in omni labore ſuo, quem ipſe laborat ſub ſole: cui eſt dictum, In labore manducabis panem. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non ſponte: Bene additum eſt, Non ſponte: homo quippe ſponte peccauit, ſed nõ ſpõte damnatus eſt. Peccatũ itaq; fuit ſpontaneũ, cõtra præceptum facere veritatis, peccati autem pœna, ſubijci fallaciæ. Non ergo ſponte vanitati creatura ſubiecta eſt, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe, id eſt, propter iuſtitiam atque clementiã: qui neq; peccatũ impunitũ reliquit, nec inſanabilem voluit eſſe peccantẽ. Quia & ipſa creatura: id eſt, ipſe homo, cũ iam ſignaculo imaginis propter peccatũ amiſſo remanſit tantum creatura. Ipſa itaq; creatura id eſt ipſa, q̃

D nondum vocatur filiorum forma perfecta, ſed tantum vocatur creatura, liberabitur à ſeruitute interitus. Quod itaq; ait, & ipſa liberabitur: facit intelligi & ipſa quemadmodum nos: id eſt, & de ipſis nõ eſt deſperandum, qui nondũ vocãtur filij Dei, quia nondum crediderunt, ſed tantũ creatura: quia & ipſi creatura ſunt, & liberabuntur à ſeruitute interitus ſicut & nos, qui iam filij Dei ſumus; quamuis nondũ apparuerit quid erimus. Liberabitur ergo à ſeruitute interitus in libertatem gloriæ filiorum Dei: id eſt, erunt ipſi ex ſeruis liberi, & ex mortuis glorioſi in vita perfecta, quã habebunt filij Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & dolet vſq; adhuc. Omnis creatura in homine numeratur. non quia in eo ſint omnes angeli, & ſupereminẽtes virtutes ac poteſtates, cœlũ, terra & mare, & omnia q̃ in eis ſunt ſed quia omnis creatura partim ſpiritalis eſt, partim animalis, partim corporalis: ſicut in euangelio dicit, Prædicate euangelium omni creaturæ. Et ad Coloſſenſes,

E In ſpe euangelij, quod prædicatũ eſt in vniuerſa creatura q̃ ſub cælo eſt. Quod vt ab inferioribus conſideremus, corporalis creatura per loca oſtenditur: animalis autẽ viuificat corporalia: animalis regit, & tunc bene regit, cum ipſa regendam ſe ſubijcit Deo. Cum autem tranſgreditur præcepta eius, laboribus, & ærumnis per eadem ipſa quæ regere poterat implicatur. Qui ergo viuit corpore, carnalis homo, vel animalis vocatur: Carnalis, quia carnalia ſectatur. Animalis autem, quia fertur diſſoluta laſciuia animæ ſuæ, quam nõ regit ſpiritus, neq; coercet intra metas naturalis ordinis: quia & ipſe non ſe ſubdit regendum Deo. Qui autẽ ſpiritu animam regit, & per animã corpus, quod facere nõ poteſt, niſi dominum habebat & ipſe rectorem. Quoniam ſicut nõ poteſt caput mulieris vir eſſe: ita caput viri Chriſtus eſt. Vocatur ſpiritalis, quia & vita cum aliqua moleſtia nunc agitur: poſt autẽ nullam patietur. Et quoniam ſummi angeli ſpiritaliter viuunt: infimi vero animaliter: beſtiæ vero, & omnia pecora carnaliter: corpus autem non viuit, ſed viuificatur. Omnis creatura in homine eſt, quia & intelligit

F ſpiritu, & ſentit animo, & localiter corpore mouetur. Omnis itaque creatura in homine ingemiſcit, & dolet: non enim totam, ſed omnem ait, tanquam ſi quis dicat, ꝙ ſolem omnes homines vident qui ſunt incolumes, ſed non toti vident: quia tantũ oculis vident. Ita in homine omnis creatura eſt, qui & intelligit, & viuit, & corpus habet: ſed non tota creatura in ipſo eſt: quia ſunt præter ipſum & angeli, qui intelligant, & viuant & ſint: & pecora, quæ viuunt, & ſunt & corpora, quæ tantummodo ſunt: cum ipſum viuere magis ſit, quam non viuere: & ipſum intelligere magis ſit, quam ſine intellectu viuere. Cum ergo miſer homo ingemiſcit, & dolet, omnis creatura congemiſcit, & dolet. Vſque adhuc, autem recte dixit, quia etiam ſi ſunt aliqua iam in ſinu Abrahæ, & atro ille in paradiſo conſtitutus, illo die, quo credidit, dolere deſtiterit: tamen vſque adhuc omnis creatura congemiſcit, & dolet, quia in illis qui nondum liberati ſunt, omnis eſt per ſpiritum & corpus & animam. Non ſolum autem, inquit, omnis creatura congemiſcit, & dolet: ſed & nos ipſi. id eſt, non ſolũ in homine corpus, & anima, & ſpiritus ſimul dolent ex difficultatibus corporis:

G ſed & nos ipſi exceptis corporib. in nobis ipſis cõgemiſcemus. Et bene dixit, Primitias habentes ſpiritus: id eſt, quorum iam ſpiritus tanquam ſacrificium oblati ſunt Deo, & in diuino charitatis igne cõprehenſi ſunt. Hæc ſunt primitiæ hominis: quia veritas primum ſpiritum noſtrum obtinet, vt per hunc cætera comprehendantur: vel qui primi ſpiritũ ipſo aduentu redemptoris accepimus. Iam ergo habet primitias oblatas Deo, qui dicit, Mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et qui dicit, Deus cui ſeruio in ſpiritu meo. Et de quo dicitur, Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Sed quoniam adhuc dicit, Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Et adhuc alibi dicitur, Viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter ſpiritum eius manentem in vobis: nondum eſt holocauſtum: erit autem, cum abſorbebitur mors in victoria, cum ei dicetur, Vbi eſt mors contentio tua? vbi eſt mors aculeus tuus? Nunc ergo, inquit, non ſolum omnis creatura: id eſt, cum corpore: ſed nos ipſi primitias ſpiritus habẽtes: id eſt, nos animæ q primitias mẽtes noſtras obtulimus

H Deo in nobis ipſis congemiſcimus: id eſt, præter corpus adoptionem expectantes redẽptionẽ corporis noſtri: id eſt, vt & ipſum corpus accipiens beneficium adoptionis filiorum qua vocati ſumus, totos nos liberatos tranſactis moleſtijs omnibus ex omni parte Dei filios eſſe manifeſtet. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, nõ eſt ſpes. Tunc ergo erit res, quæ nunc eſt ſpes, cum apparuerit quid erimus ſimiles illi, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Hoc capitulum ſi hoc modo, vt tractatum eſt, aperitur: non incidemus in illas moleſtias, quibus homines pleriq; dicere coguntur, Omnes angelos, ſublimeſque virtutes in dolore & gemitibus eſſe, antequã nos penitus liberemur: quia dictum eſt, Omnis creatura congemiſcit & dolet. Quamuis enim adiuuent nos pro ſua ſublimitate, dum obtemperant Deo, qui vnicũ filium ſuũ dignatus eſt pro nobis mittere: tamen ſine gemitu & doloribus id facere credendi ſunt,

ne miſeri

A ne miſeri exiſtimentur, feliciorq; ille ſit de numero noſtro Lazarus, qui iam in Abrahæ ſinu requieſcit: præſertim quia dixit, eandem creaturam, quæ congemiſcit & dolet, vanitati eſſe ſubiectam: quod de ſummis & excellentibus virtutum poteſtatumq; creaturis nefas eſt credere. Deinde liberari eam dixit à ſeruitute interitus, quo illos cecidiſſe, qui in cœlis agunt vitam beatiſſimam, non poſſumus credere. Tamen nihil temere confirmandum eſt, & pia diligentia etiam atque etiam verba diuina tractanda ſunt: ne forte congemiſcit, & dolet, & vanitati ſubiecta eſt, poſſit aliquo alio modo intelligi, vt de ſummis angelis, quamdiu noſtræ infirmitati iuſſu domini non opitulantur, non impie poſſit exiſtimari. Sed ſiue illa, quam executi ſumus, ſiue alia huius capituli expoſitio proferatur, id tantum eſt cauendum, ne violet, aut vulneret Catholicam fidem: ſcio enim varios multos hæreticos multa impie & inepte iactitaſſe. *Spe enim ſalui facti ſumus.* Spe, inquit, non re ipſa ſalus ſperatur adhuc, ſicut ad Corinthios: Per fidem ambulamus, non per ſpeciem credimus quod futuri ſumus, adhuc tamen non ſumus. *Spes autem quæ videtur, non*
B *eſt ſpes. Nam quod videt quis, quid ſperat?* Quod videtur non ſperatur, quia tenetur. *Si autem quod non videmus ſperamus.* Ideo patientia per fidem magnam habet mercedem, quia ſperat quod non videt: & ſic ſecuri ſumus, quaſi iam acceperimus, quod nondum accepimus. *Per patientiam expectamus.* Spes ſine patientia eſſe non poteſt. *Similiter autem & ſpiritus adiuuat.* Secundum eandem expectationem adiuuat ſpiritus infirmitatem orationis: vt quæ Dei ſunt oremus, & propter ſpem quæ placita ſunt Deo, poſtulemus. *Infirmitatem noſtram.* Infirma eſt oratio noſtra, niſi à ſpiritu ſancto non ſolum adiuuetur, ſed etiam inſpiretur. *Nam quid oremus.* Frequenter quæ putamus proſpera, obſunt: ideo non conceduntur, Deo melius prouidente: ſicut Paulus ter dominum rogauit. *Sicut oportet neſcimus.* Quia nunc per ſpeculum videmus, ſicut ad Corinthios ait: Si quis exiſtimat ſe ſcire, nondũ ſciuit, quemadmodum oporteat eum ſcire. *Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis.* Quomodo nos tentat vt ſciat: hoc eſt, vt ſcire nos faciat: ſicut dicitur, Ille ædificauit domum, cuius iuſſu fit. Sic & ſpiritus ſanctus poſtulat, id eſt, poſtulare nos facit, quæ
C Dei ſunt, inſpirando, vel præſtando, aut operando in nobis. *Gemitibus inenarrabilibus.* Gemere nos facit altis gemitibus mutis: quia quantum ore petere non poſſumus, tantũ gemitibus deprecamur. *Qui autem ſcrutatur corda ſcit quid deſiderat ſpiritus.* Hic gratiam ſpiritus nominauit ſpiritum ſanctum, ſicut ibi, Si orauero lingua, ſpiritus meus orat: vbi genus linguæ vel locutio intellecta accipitur. *Quia ſecundũ Deum.* Quia cœleſtia & diuina deſiderat. *Poſtulat pro ſanctis.* Pro ſanctis rebus, non humanis, neq; terrenis. *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quæcunque fecerimus, vel fuerimus paſſi propter dilectionem, omnia nobis ad mercedem concurrunt: ſiue cooperantur, hoc eſt, creſcunt, ſiue adiuuante Deo contraria vertuntur in proſperum, ſecundum illud, Omnia quæcunque feceris, proſperabuntur. *Hi qui ſecundum.* Sicut & nos dicit ante mundi conſtitutionem electos. *Propoſitum vocati ſunt ſancti.* Propoſitum Dei eſt, vt ſine operibus legis, vel quibuſcunque alijs meritis per fidem ſolum iuſtificaret impios: quæ fides non ex natura, ſed Dei donum eſt: fructus ſpiritus eſt inter cætera & fides. Non enim omnes vocati, ſecundum
D propoſitum ſunt vocati: quoniam multi vocati, pauci electi. Ipſi ergo ſecundum propoſitum vocati, qui & electi ante conſtitutionem mundi. *Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.* Prædeſtinauit, vt qui domino eius conformis eſſet in vita, eſſet conformis in gloria: qui transformabit corpus humilitatis noſtræ cõforme corpori claritatis ſuæ. Vnde & Ioannes: Similes ei erimus. *Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Primogenitus ex mortuis, quia habet multos præter ſe. *Quos autem prædeſtinauit.* Hic prædeſtinatio in temporibus intelligitur, non in huius temporis hominibus: id eſt, & ante legem, ſub lege, & ſub gratia. Sed quicunque tunc ſaluati ſunt, Dei gratia ſunt ſaluati, dicente Apoſtolo: Habentes autem eundem ſpiritum fidei. *Hos & vocauit.* Homines in hoc tempore ad fidem vocauit, qui apud eum antequã mundus eſſet, erant vocati. Vocantur autem per fidei inſpirationem, & per exhortationem, & diuina operatione, iuſtificantur per baptiſmum, glorificantur per præmium, E
ſiue in præſenti per virtutem: ſed hæc omnia ſunt dona Dei quia dicit alibi: Vt dignetur vos vocatione ſua. Et illud: Qui vos vocauit in gratia Dei, iuſtificati gratis, qui operatur omnia in omnibus: quia ipſe nos eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum dilectionis ſuæ, non ipſius, ſed filij. *Et quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit.* Magnum eſt tibi vocari ſeruum meum, quos poſt reſurrectionem glorificaturus eſt. Illa omnia iam facta ſunt, præſciuit, prædeſtinauit, vocauit, & iuſtificauit. Quoniam & omnes iam præſciti & prædeſtinati ſunt, & multi iam vocati, atque iuſtificati. Quod autem ait, Illos & glorificauit: illa gloria intelligenda eſt hic, de qua idem dicit, Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. *Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Si Deus nos adiuuat, quis nobis nocebit? Si Deus gratis nos vult iuſtificare: quis dicit, Non poteſt fieri? Vult oſtendere multum eſſe quod accepimus & F
quod nemo præualeat impedire voluntatem Dei, qui quod vult facit. *Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Non pepercit permittendo tradi, vt & tradentibus libertas permaneret arbitrij ad peccandum, & nobis patientiæ monſtraret exemplum. Nam Chriſto quid habet charius, quod nobis neget, qui pro nobis proprio filio non pepercit? Non ſolum autem à patre eſt traditus, ſed à ſemetipſo, ſicut ibi dicit, Qui tradidit ſemetipſum oblationem & odorem Deo in odorem ſuauitatis. *Quis accuſabit electos Dei?* Quis accuſabit quos Deus elegit, & fecit credentes in ſe? Deus ſignis & virtutibus iam eſſe iuſtos probat, contra eos qui dicunt, Non ſunt iuſti, niſi quos lex iuſtificauerit: cum tunc omnia fuerant ſub peccato concluſa. Et quaſi confirmans pronunties, quanta peruerſitas oritur? Sic ergo pronunciandum eſt, ac ſi diceretur, Deus ne quid iuſtificat? vt ſubaudiatur Non vtique. *Deus qui iuſtificat.* Subaudiẽdo, Nunquid Deus qui per eos ſigna & mirabilia facit, qui eos gratis iuſtificauit? *Quis eſt qui condemnet?* Quaſi interrogat, Quis eſt qui condemnet? aut dimittet? intelligendum eſt: Nunquid Chriſtus? G
Et reſpondet, Qui mortuus eſt pro nobis, ipſe nos condemnat? Abſit. Imo qui & reſurrexit, & eſt in beatitudine patris. Qui ſicut per ſerui formam rogat pro nobis patrem, & etiam nos exaudit cum patre, nunquid ipſe nos accuſabit, aut condemnabit? *Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt: imo qui reſurrexit.* Ille nos tantum dilexit, vt etiam moreretur pro nobis. *Qui eſt ad dexteram Dei.* Vbi ille eſt, & nos venturi ſumus, ſecundum hominem tractat, ſecundum quem mortuus eſt, & primogenitus factus ex mortuis. *Qui etiam interpellat pro nobis.* Solent Arriani dicere, Minor eſt, qui interpellat. Reſpondendum eſt, dominum obliuionem non pati, vt pro illis ſemper commoneatur quos ipſe iuſtificauit. Sed in hoc interpellare dicitur, dum ſemper hominem, quem ſuſcepit glorificatum, quaſi noſtrum pignus patri oſtendit, & offert, vt verus, & æternus Sacerdos. Per quem hominem & minor dicitur: ſicut anima & corpus ex diuerſa ſubſtantia vnus eſt homo: ita Deus & homo, ex diuerſa ſubſtantia vnus eſt Chriſtus. Ac per hoc cum ſit ipſe vnus ex diuerſa ſubſtantia, ipſe ſe quodammodo petit, H
ipſe quodammodo pro nobis exaudit. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia, an fames, an perſecutio, an nuditas, an periculum, an gladius? ſicut ſcriptum eſt.* Iudæi illos ſeparare volebant à Chriſto volentes eos ad legis cuſtodiam reuocare. Poſt tanta & tam præclara beneficia, & promiſſa, quis nobis tale aliquid dabit, aut promittet, vt à Chriſto mentore recedamus, qui etiam animam ſuam poſuit pro nobis? *Quia propter te mortificamur tota die, exiſtimati ſumus vt oues occiſionis.* Beati eſtis cum vos perſequũtur propter me. Et, propter te, ait, non propter aliquod crimen morti afficimur: & propter te mortem ſuſtinemus, cum vicem referre poſſimus. In nobis maxime impletur hoc teſtimonium, quibus nec reſiſtere licet, exemplum magiſtri, & domini ſequentibus, qui velut ouis ad occiſio-

A nem ductos eſt. *Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos.* Has omnes tribulationes ad nihilum ducimus propter eum, qui etiam nos tantum dilexit, vt pro nobis moreretur: & quando pro eius nomine morimur, tunc maxime triumphamus. *Certus ſum enim, quod neque mors, neque vita.* Certus ſum, quia nec ſi mihi quis mortem minetur, nec ſi vitam promittat æternam. *Neque angeli.* Nec ſi ſe angelum à Deo dicat directum: ſicut ipſe ad Galatas ait. *Neq; principatus, neq; inſtantia.* Nec ſi in præſenti honorem conferat. *Neq; futura.* Neq; ſi præſentia bona, & in futuro gloriam promittat. *Neque fortitudines.* Neque ſi virtutes operetur. *Neque altitudo* Regni cœlorum vel ſapientiæ. *Neque profundum.* Neque profunditas ſcientiæ, vel infernus. *Neque creatura alia poterit nos ſeparare.* Omnem pene creaturam nominauit, & non fuit his contentus, & addidit, etiam ſi ſit alia creatura, non poterit nos ſeparare à charitate Chriſti. Vnde conſiderandum qua fide crediderit Chriſto. *A charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Charitas Chriſti non in hoc tantum conſtat, ſi quis dicat eum ſe diligere: ſed etiam quæcunque ſanctis eius fiunt, ſibi fieri ipſe

B teſtatur, dicens, Qui vos recipit, me recipit. &c. Et Ioannes ait, Si fratrem tuum quem vides, non diligis, dominum quem non vides quomodo potes diligere? Imo dilectionem Dei in fratribus voluit oſtendi. Quoniam, inquit, Deus dilectio eſt, & cætera. Et dominus, In hoc, ait, cognoſcetis, quia diſcipuli mei eſtis, ſi vos inuicem dilexeritis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Et, Qui audit verba mea, & facit ea: hic eſt, qui me diligit.

Cap. 12. *Veritatem dico.* Quidam dicunt, quod rem incredibilem dicturus: id eſt, quod ſe vellet eſſe anathema à Chriſto pro Iſrael: primum quadam teſtatione ſatisfaciat. Satisfacit Iudæis ſe illos non odiſſe ſed eorum cauſa plurimum contriſtari quod Chriſto credere nollent, qui eis fuerat promiſſus. *In Chriſto non mentior.* Quicunque ergo baptizatus eſt, aut veritatem dicit, aut mendacium: quicquid facit, in Chriſto facit, cuius eſt membrum. Et quicunque in baptizato peccat, in Chriſto peccat, ſicut ait, Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientias eorum infirmas, in Chriſto peccatis. *Teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea.* Ille verum loquitur, cuius conſcientia teſtimonium perhibet, & non illum arguit in

C mendacio. *In ſpiritu ſancto.* Non ficto. *Quoniam triſtitia eſt mihi magna, & continuus dolor cordi meo.* Eo quod viderim eos non credere Deo. *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem.* Optabam aliquando, non nunc optarem. Sciebam enim quod ipſorum erant omnia: ſed cum cognoui veritatem conuerſus ſum qui tam infidelis fui, & illi non conuertuntur. *Qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamenta & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa.* Refert & quid dimiſerint, vt cognoſcas, quæ vis ſit, quæ eum potuit ab illis ſeparare. *Quorum patres.* Abraham, Iſaac, & Iacob. *Et ex quibus Chriſtus ſecundum carnem: qui eſt ſuper omnia Deus.* Contra Arrianum, Manichæum & Photinum: ſed & contra Neſtorium, qui negat ſecundum carnem dominum Chriſtum. *Benedictus in ſecula, amen.* Et Thomas ait, Deus meus, & dominus meus: quod ille confirmat dicens, Quia vidiſti, ideo credidiſti. *Non autem quod exciderit verbum Dei.* Quia ſuperius dixerat, dolere ſe, quod genus Iſrael ſuo vitio excluderetur à regno, quorum hæc omnia

D fuerant. Hic oſtendit, illos, qui non credunt, non eſſe filios Abrahæ, ne omnibus Iudæis prædicare putaretur & diceretur. Ergo Deus mentitus eſt Abrahæ? Abſit. Hinc incipit ratiocinari, cur alto, & iuſto Dei iudicio, repulſis Iudæis gentes ſunt intromiſſæ. *Non enim omnes qui ex Iſrael, hi ſunt filij Iſrael: neque quia ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij.* Si non omnes, tamen aliquanti, qui inde electi ſunt, & facti credentes: ſi non omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſrael, ergo econtrario multi qui non ſunt ex Iſrael, hi ſunt Iſrael. Dicit Saluator, Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non eſt. In quo ergo dolus eſt, non eſt vere Iſraelita. *Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* In Iſaac tunc etiam vocati ſunt filij Abrahæ, non in Iſmael, cum & ipſe ſemen eius eſſet. *Id eſt, non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt repromiſſionis, æſtimantur in ſemine: Promiſſionis enim hoc verbum eſt.*

E Et Iſmael enim ſecundum conſuetudinem natus eſt ex ancilla: Iſaac vero plus habuit quam natura dabat, qui iam de ſenibus per repromiſſionem natus eſt. Ita & nunc Chriſtianos promiſſio facit filios Abrahæ, non caro & imitatio fidei eius, per quam iuſtificatus eſt, & meruit vt in ſemine eius benedicantur omnes tribus terræ, non circumciſio. *Secundum hoc tempus veniam & erit Saræ filius.* Non Agar ancillæ, vt oſtendat poſteriorem populum eſſe repromiſſionis: ſic & in Iſaac. *Non ſolum autem illa ſed & Rebecca.* Non ſolum Iſmael, & Iſaac, qui quamuis ex vno Abraham, tamen diuerſis matribus nati ſunt, non fuere vnum apud dominum, ſed etiam Iacob & Eſau, qui ex vno ſunt de Rebecca nati concubitu, antequam naſcerentur, apud Deum, per eius præſcientiam ſunt ad inuicem ſeparati, vt propoſitum Dei in præſcientia ſua maneret, qua repudiaturus erat Iudæos incredulos, & gentibus ſine vllis meritis erat miſericordiam donaturus. Hoc totum agit, vt oſtendat, apud Deum prærogatiuam generis non valere: nec eum perſonam alicuius accipere: quod his vult firmare exemplis, quæ illi poterant in calumniam vertere, de his

F ipſis oſtenſurus, Deum quod velit facere, neminem ei poſſe contradicere, ſi voluit generi eorum aliquid proprie dare, & nunc quos voluit eligere. *Ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri. Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni aut mali, vt ſecundum ſelectionem propoſitum Dei maneret.* Ex vno duos, quæ intelligitur prima geminos edidiſſe, in eo quod quaſi nouum ſibi aliquid accidiſſet, perterrita dominum interrogat. *Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei. Maior ſeruiet minori.* Non in Iacob & Eſau eſt impletum, ſed in figura dictum eſt populi Chriſtiani, qui prælatus eſt ſeniori populo Iudæorum: ſicut & Effraim & Manaſſes præfigurauerunt populum iuniorem, id eſt, Chriſtianum, qui ſunt mutatis manibus benedicti. *Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Quod in Geneſi dictum eſt, hoc Propheta non de ipſis, ſed de filijs eorum refert impletum: quod teſtimonium Apoſtolus ſumens curioſitatem & calumniam repreſſit, aſſerens quod nulla ſit iniquitas apud Deum: ſed quicquid agit, aut miſericorditer, aut iudicialiter agit. *Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit.* Adhuc ratiocinatur,

G & proponit ſibi quaſi contradicentis perſonam, & teſtimonijs ſuperat, quod voluntati domini nemo valeat contra ire, ipſo Moyſi dicente, Miſerebor cui miſereor: id eſt, Si ego bonus, oculus tuus quare nequam? nunquid tibi tollo, quod alij dono? In præſcientia mea decreui in oliuam oleaſtrum inſerere, quid ad te? *Moyſi enim dicit, Miſerebor cui miſereor: & miſericordiam præſtabo, cui miſerebor.* Quia cui miſeretur Deus, vocat eum, & inſpirat, vt credat, & cui miſericors fuerit, vt credat, miſericordiam præſtat: hoc eſt, facit eum miſericordem, vt etiam bene operetur. Vnde euidenter conſtat, omnia bona eſſe à Deo ipſo, qui eſt Saluator omnium, maxime fidelium. Sed dicit aliquis, Quare illum ſic, & alium non ſic: & cur non omnes æqualiter? nunquid perſonarum eſt acceptor Deus? Acceptio perſonarũ ibi recte dicitur, vbi ille qui iudicat, relinquens cauſæ meritum de qua iudicat, alteri contra alterum ſuffragatur, qui inuenit aliquid in perſona, quod honore, vel miſericordia ſit dignum. Si autem quiſpiam duos habeat debitores, & alteri velit debitum dimittere, & alterũ exigere: cui vult donat, ſed neminem fraudat: nec acceptio perſonarum dicenda eſt, quando iniquitas nulla eſt. Alioquin eis qui parum intelligunt, poteſt acceptio perſonarum videri, vbi vineæ dominus operarijs, qui vna hora illius opus fecerunt,

H tantum dedit, quantum illis qui pertulerunt pondus diei, & æſtus: æquales faciens in mercede, quorum tam magna diſtantia fuerat in labore. Sed quid reſpondit de hac velut acceptione perſonarum murmurantibus? Amice non facio tibi iniuriam, &c. Nempe hæc tota iuſtitia eſt, hoc volo tibi reddi, huic donaui: neque tibi aliquid abſtuli, aut quod debebam vel minui, vel negaui. An non licet mihi quod volo facere? &c. Sicut ergo hic nulla eſt acceptio perſonarum, quia ſic alius gratis honoratur, vt alius debito non fraudetur: ſic tum ſecundum propoſitum Dei vocatur alius non vocatur: vocato datur gratuitum bonum, cuius boni eſt vocatio ipſa principium: non vocato red-

ditur

A ditur debitum malum, quia omnes rei ſunt per vnum, per quem peccatum intrauit in mundum. *Igitur non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Concludit diſputationem, & obijcit teſtimonia de Pharaone, vt Dei iudicia contremiſcamus potius, quam diſcutiamus: quia plerunque ſunt occulta, nunquam tamẽ ſunt iniuſta, quia verum eſt quod & currentium curſum ipſe diriget. & ſine illius gratia nullus curſus ſuum ſortiatur effectum: ſicut dicit Eccleſiaſtes, Non eſt velocium curſus, nec fortium prælium, & Dauid, Niſi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Ipſius ergo auxilium implorandum eſt, qui operatur omnia in omnibus. Debet ergo currere Chriſtianus, & nunquam præſumere de ſuis viribus, currere debet & Dei præcepta implere: ſed arrogare ſibi nihil debet, ſecundum illud, Qui gloriatur, in domino glorietur. Hoc contra illos, qui de ſuis meritis ac viribus præſumebant. Nam & ipſe currebat, quandó eſt vetitus ire Bithiniam, ſicut in Actibus Apoſtolorum legimus. Credo quia maius eius curſus erat futurus: ſed illuc ab ſpiritu ſancto directus eſt, vbi prædicatio eius proficeret.
B Nam & Dauid clamabat ad dominum, Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum. Sine dubio inanis eſt curſus noſter niſi greſſus noſtri à domino dirigantur. Nam & equus poteſt currere, ſed ſi non habeat rectorem, ingenius & præceps præuolitat, & rectum iter non ambulat. Ita & nos ſine Deo & gratia eius. Quis autem hominum habet poteſtatem tali viſu attingere mentem ſuam, qua eius voluntas moueatur ad fidem? Quis autem animo amplectitur, quod eum non delectat? Aut quis habet in poteſtate, vt ei vel occurrat, quod eum delectare poſſit, vel delectet cum occurrerit? Cum ergo ea nos delectant, quibus proficiamus, à Deo inſpiratur hoc, & gratia Dei præbetur hoc, non nutu noſtro, vel induſtria, aut operum meritis comparatur: quia vt ſit motus voluntatis, vt ſit induſtria ſtudij, vt ſint opera charitate feruentia, ille tribuit, ille largitur. Petere enim iubemur, vt accipiamus: & quærere, vt inueniamus: pulſare, vt aperiatur nobis. Nonne aliquando ipſa oratio noſtra ſic tepida eſt, vel potius frigida, & pene nulla? Imo omnino interdum ita nulla, vt neque hoc in nobis cum dolore aduertamus: quia
C ſi vel hoc dolemus, iam oramus. Quid aliud oſtenditur nobis, niſi quia & petere, & quærere, & pulſare ille concedit, qui hæc vt faciamus iubet. *Igitur non volentis, nec currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* Quando quidem, nec velle, nec currere, niſi eo mouente, atq; excitante poterimus. *Dicit enim ſcriptura Pharaoni, Quia in hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutẽ meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuerſa terra.* Vnuſquiſque modo & ſine peccatorum completo punitur. Aliquoties etiam in præſenti, ſicut Sodomitæ, & Gomorrei. Pharao ergo iam exceſſerat modum, & quoniam dignus erat perditione, voluit Deus illius exemplo omnibus timorem incutere, & vt agnoſceret populus eius, qui extractus erat de Ægypto, virtutem ipſius, & iuſtitiam, ne ipſi ſimiliter peccarent, aut timerent aduerſarios ſuos, voluit eos tali vltione non ſolum ab imminenti periculo liberare, ſed etiam ad cauendum iniquitatem in poſterum terrore ſuæ potentiæ præmunire. De Pharaone & ſic intelligi poteſt, vt dicatur per Dei miſericordiam induratus, quoniam quando Moyſe orante ceſſauit plaga, ille indurabatur, & quamuis ſciret eum ita
D eſſe induratum vt non poſſit conuerti, tamen bonitatem ſuam oſtendit. Nam quod dixit, Excitaui: id eſt, prodidi, non feci: quomodo ſi aliquis duo vaſa plena, vnum cum balſamo, & alterum cum ſtercore, ventilet, odorem ſiue fœtorem prodit, non generat. *Ergo cuius vult miſeretur. & quem vult indurat.* Miſeretur magna bonitate, & obdurat nulla iniquitate: miſeretur bona tribuendo, obdurat digna retribuendo: tanquam ſi diceret, Ergo ſic intelligitis, ſi cui vult miſeretur, & quem vult indurat, ſequitur intellectum veſtrum, vt dicatis, Quid adhuc redarguimur? quod vult ipſe, hoc facimus. Senſit Apoſtolus quid moueret carnalem intellectum eorum, & ſibi verba contradicentis, quæ Apoſtolica autoritate coerceret, oppoſuit. Ait enim: *Dicis itaq; mihi, Quid adhuc conqueritur: Nam voluntati eius quis reſiſtit?* Reſpondit q; iſta dicenti. *O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quare me feciſti ſic?* Deinde ſecutus tam magnum abditum & ſecretum, quatenus aperiendum eſſet hominibus iudicans, & aperuit dicens. *Si autem volens Deus oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ.* Hoc eſt gratiæ Dei non ſolum adiutorium, verumetiam documentum. Adiutorium ſcilicet in vaſis miſericordiæ: in vaſis autem iræ documentum. In eis enim oſtendit iram, & demonſtrat potentiam ſuam quia tam potens eſt bonitas, vt bene vtatur etiam malis; & in eis notas faciat diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ: quoniam quod ab iræ vaſis exigit iuſtitia punientis; hoc vaſis miſericordiæ dimittit gratia liberantis: nec beneficium quod nonnullis gratis tribuitur, appareret, niſi Deus alijs ex eadem maſſa pariter reis iuſto iudicio condemnans, quid vtriſque deberetur oſtenderet. Audi etiam integram loci iſtius interpretationem beatiſſimi patris Auguſtini. Nam de Pharaone ita reſpondetur: Prioribus meritis, quibus afflixit in regno ſuo peregrinos, dignum effectum cui obduraretur cor, vt nec manifeſtiſſimis ſignis iubentis Dei crederet: ex eadem ergo maſſa, id eſt, peccatorum, & vaſa miſericordiæ protulit, quibus ſubueniret, cum eum deprecarentur filij Iſrael, & vaſa iræ; quorum ſupplicio illos erudiret. id eſt, Pharaonem & populum eius: quia quamuis eſſent vtrique peccatores, & propterea ad vnam maſſam pertinerent: aliter tamen tractandi erant, qui iam Deo ingemuerant, vt eis ſubueniret: aliter illi, ſub quorum iniuſtis oneribus gemuerant. Pertulit ergo in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem. Et eo ipſo, quo ait, In multa patientia: ſatis ſignificauit priora eorum peccata, in quibus eos pertulit, tum vindicare: quando de eorum vindicta ſubueniendum erat ijs, qui liberabantur: vt notas faceret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloria. Hic fortaſſe conturbatus ad illam quæſtionem rediſti, Si cui vult miſeretur, & quem vult obdurat: quid adhuc conqueritur? voluntati eius quis reſiſtit? Prorſus ita eſt, vt non vis, cui vult miſeretur: & quem vult obdurat. Sed velle Dei quis impius dicat iniuſtum, cui etiam ipſe Pharao clamat, Iuſtus eſt Deus: ego autem & populus meus iniuſti, quia hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt. Veniet enim de occultiſſimis meritis; quæ ipſos peccatores diſcernunt. Nam cum propter generale peccatum vnam maſſam fecerint, non tamen nulla eſt inter illos diuerſitas: quia ſunt multi peccatores naturaliter moderate viuentes, per quod quamuis nondum ſint iuſtificati, digni tamen efficiantur iuſtificatione: & non præcedet in alijs peccatoribus proprio vitio, vt digni ſint obrutione, habentes eundem Apoſtolum alibi dicentem, Quoniam non probauerunt Deum habere in noticiam, dedit illos Deus in reprobum ſenſum. Hoc eſt; quod obdurauit cor Pharaoni. Quod autẽ illi non probauerunt Deum habere in noticiam, hoc eſt quod digni extiterunt dari in reprobum ſenſum: tamen verum eſt; quia non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Quia ſi pro cœleſtioribus quiſque peccatis, aut certe grauioribus & multis; tamen magno gemitu & dolore pœnitendi miſericordia Dei dignus fuerit, non ipſius eſt, qui ſi relinqueretur, interiret: ſed miſerentis Dei, qui eius precibus, doloribusq; ſubuenit. Parum eſt enim velle, quamuis etiam vt velimus voluntas à domino præparatur: tamen (vt dixi) parum eſt velle, niſi dominus miſereatur. Sed Deus non miſeretur, qui ad pacem vocat, niſi voluntas iam quidem ſanata præceſſerit: quia pax hominibus bonæ voluntatis. Et quomodo nec velle quiſquam poteſt, niſi admonitus & vocatus, ſiue intrinſecus, vbi nullus hominum videt, ſiue extrinſecus per ſermonem ſonantem, aut per aliqua ſigna viſibilia, efficitur vt etiam ipſum velle Deus operetur in nobis. Ad illam enim cœnam, quam dominus dicit in Euangelio præparatam, nec omnes qui vocati ſunt venire voluerunt, neq; illi qui venerunt, venire poſſent, niſi vocarentur. Nec illi debet ſibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt: nec illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, ſed tantum ſibi: quoniam vt venirent vocati erãt

The right-column section letters, as printed beside their lines:
E (beside "es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit,")
F (beside "gnum effectum cui obduraretur cor, vt nec manifeſtiſſi-")
G (beside "raro clamat, Iuſtus eſt Deus: ego autem & populus meus")
H (beside "ſubuenit. Parum eſt enim velle, quamuis etiam vt velimus")

A in libera poteſtate: vocati ergo ante meritum voluntatem operatur: propterea & ſi quiſquam tribuit quod venit vocatus, non ſibi poteſt tribuere quod vocatus eſt. Qui autem vocatus non venit, ſicut non habet meritum præmij, vt vocaretur: ſic incidet in meritum ſupplicij, qui vocatus venire neglexit. Ita erunt illa duo, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Ad miſericordiam pertinet vocatio, ad iudicium pertinet beatitudo eorum qui venerunt vocati: & ſupplicium eorum qui venire noluerunt. Nunquid ergo latebat Pharaonem quantū boni conſecutura illa terra per aduentum Ioſeph fuerint? illius ergo rei geſtæ cognitio vocatio eius fit, vt populū Iſrael miſericorditer tractans non eſſet ingratus. Quod autem huic vocationi obtemperare noluit, & exercuit crudelitatem in eis, quibus humanitas & miſericordia debebatur: meruit pœnam, vt induraretur illi cor, & tantam cæcitatem mentis pateretur, vt tot, & tantis, tamq; manifeſtis Dei ſignis non crederet, quo poſſit eius ſupplicio ſiue obdurationis, ſiue vltimæ viſibilis ſubmerſionis erudiri populus vt ſibi afflictione illa & occultæ obduratiouis, & manifeſtæ

B ſubmerſionis inobedientiæ merito compararet. Hæc autem vocatio, quæ ſiue in ſingulis hominibus, ſiue in populis, atque in ipſo humano genere per temporum opportunitates operatur: altæ & profundæ ordinationis eſt: quo pertinet etiam illud, In vtero ſanctificaui te: & cum eſſes in renibus patris tui, vidi te. Et, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui, cum dictum ſit antequam naſceretur: nec comprehendi poteſt, niſi forte ab eis, qui diligunt dominum Deum ſuum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente ſua: & diligunt tanquam ſemetipſos. Tali enim charitate fundati, poſſunt iam fortaſſe cum ſanctis comprehendere longitudinem, latitudinem, & profundum. Illud tamen conſtantiſſima fide retinendum, neque quidquam Deum iniuſte facere, neq; vllam eſſe naturam, quæ non Deo debeat id quod eſt. Quia Deo debetur omne decus, & pulchritudo, & congruentia partium: quam ſi penitus perſecutus fueris, & vſque ad omnes reliquias de rebus detraxeris, remanet nihil. Cum ergo meritum peccando amiſerimus, & ſi miſericordia Dei remota, nihil aliud peccantibus niſi pœna æterna debeatur: quid

C ſibi vult homo de maſſa perditionis natus, vt Deo reſpondeat, & dicat, Quare ſic me feciſti? ſi vis iſta cognoſcere, noli eſſe lutum, ſed efficere filius Dei per illius miſericordiam, qui dedit poteſtatem filios Dei fieri credentibus in nomine eius. Non autem quod tu cupis, antequam credant, datur hominibus diuina noſſe cupientibus. Merces enim cognitionis meritis redditur: credendo autem meritum comparatur. Ipſa autem gratia, quæ data eſt per fidem, nullis noſtris meritis præcedentibus data eſt. Quod enim meritum peccatoris & impij? Chriſtus autem pro peccatoribus, & pro impijs mortuus eſt, vt ad credendum non merito, ſed gratia vocaremur, credendo autem etiam meritum collocaremus. Peccatores igitur credere iubentur, & à peccatis credendo purgantur. Neſciunt enim quid recte viuendo viſuri ſint: quapropter cum videre nō poſſint, niſi rectè viuant: nec rectè viuere valeant, niſi credant: manifeſtum eſt à fide incipiendum, vt præcepta quibus credentes à ſeculo hoc auertuntur, cor mundum faciant, vbi videri Deus poſſit: tunc demum rectè & non præpoſtere audies, ſi qua ſunt de animarum oc-

D cultiſſimis meritis, & de gratia vel iuſtitia ſecreta omnipotentis Dei. Fidem etiam, vt credas, ille dat, à quo eſt omne datum bonum: quid enim habes quod non accepiſti? *Dicis itaque mihi. Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis reſiſtit?* Verum eſt quod non reſiſtitur: quia ipſa voluntas Dei bona & iuſta eſſe à nullo dubitatur Chriſtiano. *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo?* Et hoc contradicentis eſt: etiam ſi ſic eſſet, vt dicis, tu quis eras, qui reſponderes Deo? qui debes tacere, & quod tibi iubetur, facere: ſi te bonum iubet facere, debes intelligere, quia & ipſe bonus eſt, cui malum non placet, & à quo te prohibet. Nunquid dixit, O homo falſum eſt quod dixiſti: ſed dixit, O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? & reliqua. *Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti?* Non dicit, quia non poteſt, nec debet: vult nos ſic mutos eſſe apud dominū, ſicut lutum ad figulum: quod enim non intelligimus, non debemus mala ſentire de Deo: ſcientes quod in Deo vitium cadere non poteſt: quia iudicia eius occulta ſunt, iniuſta nun ſunt. *Ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?* De illa maſſa dicit populi peccatoris, qua ex Adam omnes creati ſumus. *Quod ſi volens Deus oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam.* Voluntas Dei miſericors eſt, & iuſta, & non vult niſi quod bonum, pium, & iuſtum eſt. *Suſtinuit in multa patientia.* Qui illum diu ſuſtinuit blaſphemantem, & populum ſuum duris operibus affligentem. *Vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ.* Implendo peccata vaſa iræ digna fuerant effecta, aptata à ſemetipſis in interitum, non ſolum per originale peccatum, ſed & per actoale. Ita quippe non redditur, niſi debita, ne ſit iniquitas apud Deum. Et hinc intelligunt vaſa miſericordiæ quam gratuita illis miſericordia præbeatur, quod iræ vaſis, cum quibus eis eſt perditionis cauſa, & maſſa communis, indebita & iuſta rependitur: & iſtis miſericordia indebi-

F ta condonatur. *In vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam: quos & vocauit.* Quia ipſe eis voluit in ſeieti, & facere eis vaſa miſericordiæ de vaſis iræ. *Non ſolum ex Iudæis.* Si perſona iter vocaſſet, ſolos Iudæos vocaſſet: Sed inuenimus eum nec Iudæis peccantibus peperciſſe, nec gentes ſaluari prohibuiſſe. *Sed etiam ex gentibus ſicut Oſee dicit.* Quia & tunc Ægyptij: aliquanti exierant cum illis. *Vocaui non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam.* Per Prophetam oſtendit prædictum, gentes eſſe tranſituras ad Chriſtum. *Et non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. Et erit in loco, vbi dictum eſt eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui.* In tantum quos vult vocat, vt etiam gentes impias eligeret, & quæ nunquam boni aliquid fuerant operatæ. Si enim merita eligeret, ſolos Iſraël, qui ſemper Deo ſeruiuit, debuerat hoc mereri: ſed omnes gratis ſaluat, & nullum meritis ſuis: quia ſicut dicit, Omnia ſub peccato incluſit, vt omnibus miſereretur. *Eſaias autem clamat pro Iſrael, Si fuerit numerus filiorum Iſrael tanquam arena maris.* Pro ipſis eſt, ſi credant, quod illis comminatur. *Reliquiæ ſaluæ fient.* Iu-

G dæorum autem paucitatem credituram oſtendit Eſaias, qua ſunt vaſa in honorem: nam reliqua multitudo vaſa in contumeliam. *Verbum conſummans & breuians in æquitate.* Secundum hiſtoriam ſic intelligitur: Sicut ego verbum adbreuio, & finio, ſic illud cito Deus faciet. Secundum allegoriam autem, nouum teſtamentum accipit verbum adbreuiatum: quia omnia in eo breuiter comprehenſa ſunt: vt eſt Credo in Deum patrem omnipotentem, & in filium eius Ieſum Chriſtum & in ſpiritum ſanctum, & reliqua quæ ſequuntur in ſymbolo. Vel illud, Quod vobis fieri non vultis alij ne feceritis. Id eſt, vt compendio fidei, per gratiam ſaluos faciat credentes: non per innumeras obſeruationes, quibus illa multitudo ſeruiliter onerata premebatur. Per gratiam quippe nobis verbum conſummans & breuians fecit ſuper terram, dicens, Iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue. Vel illud: Diliges Deum, & proximum: In his præceptis tota lex pendet & Prophetæ. *Quia verbum breuiatum faciet dominus ſuper terram.* Contraxit & adbreuiauit Dominus populum Iſraël. *Et ſicut prædixit Eſaias, Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus: & ſicut Gomorra ſimiles*

H *fuiſſemus.* Quia non eſt paſſus omnes perire cum impijs: ſed inde vel paucos iuſtos effecit, & ſemen Abrahæ venit, qui ſaluaret quæ perierant, niſi voluiſſet vel paucos ſaluare, omnes pariter periſſemus, ſed vt quod promiſerat Abrahæ, impleret. Quur autem iſte accipiat, ille non accipiat, cum ambo non mereantur accipere, & quiſquis acceperit indebite accipiat: vires ſuas metiantur, & fortiora ſe non ſcrutentur: ſufficiat eis ſcire, quod non ſit iniquitas apud Deum. *Quid ergo dicemus, quod gentes, quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam?* Si non ita eſt vt dicimus, Quia non eſt volentis, neq; currentis: quomodo gentes, quæ nunquam iuſtitiam quæſierunt, inuenerunt iuſtitiam; & Iſraël qui ſemper iuſtitiam ſectatus eſt, in legē iuſtitiæ non potuit peruenire? Reſpondit. Quia illi

credi-

A crediderunt: iſti vero noluerunt: ſed in operibus gloriati ſunt, quæ nec cuſtodierunt. Quid ergo dicemus contra hæc, quæ nobis obijci poſſunt: hoc eſt, quod gentes non ſectantes apprehenderunt Iſrael vero non apprehendit? ſed contremiſcamus iudicia Dei, quæ, vt dixi occulta ſunt: iniuſta autem nunquam ſunt. *Iuſtitiam autem quæ ex fide eſt: Iſrael vero ſectans legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ, non peruenit.* Quam dominus dedit vocatis vt crederent. *Quare? quia nō ex fide ſed quaſi ex operibus.* Quaſi: quia non verè. *Offenderunt.* Offendunt ad lapidem offenſionis, velut arguere legē defendendo: & naturam & liberum arbitrium præcipitando: quemadmodum Philoſophi mundi. *In lapidem offenſionis.* Qui videt lapidem, lapis ſalutis eſt illi, qui in eum non offendit: qui autem cæcus eſt, offendit in lapidem. Ita & Iudæi quos excæcauit malitia ſua, ne Chriſtū agnoſcerent, offenderunt in eum, faciendo illi iniuriam, in quo gentes credentes, apprehenderunt iuſtitiam. Ideo lapis

B offenſionis & petra ſcandali prædictus eſt Chriſtus: quia multi in paſſione eius, & natiuitate ſcandalizantur, ſicut ſcriptum eſt, Quia ſcandalizabantur in eo. Et ipſe Paulus ad Corinthios: Chriſtum crucifixum Iudæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Vnde & hic ſequitur: Qui credit in eum, non confundetur. Petrus quoque dicit, quod credentibus lapis electus ſit, & angularis, incredulis vero offenſionis. *Sicut ſcriptum eſt, Ecce ponam in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali.* In Propheta Eſaia hoc dixit. *Et omnis qui credit in eum, non confundetur.* Quia intelligit Dei virtutem, & Dei ſapientiam.

Cap. X. *Fratres, voluntas quidem cordis mei & obſecratio ad Deum fit.* Pro inimicis non labijs tantum, ſed & corde orandum eſt. *Pro illis in ſalutem.* Pro Iudæis. *Teſtimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent.* Æmulationem habent ſectandæ legis Dei. *Sed non ſecundum ſcientiam.* Niſi omnia quis ſecundum datam à Deo ſcientiam fecerit, impingit, etiam ſi quaſi conſummatus fuerit. Si ſcientiam Dei haberent Iudæi, cognoſcerent quod Chriſtus non contra legem venit, ſed ſecundum legem: & quia non

C poſſint ſecundum legem iuſtificari ſed Deus gratis ex fide iuſtificat, non ex operibus legis, in quibus illi gloriabantur. *Ignorantes enim Dei iuſtitiam.* Ignorauerunt, quod gratis ex fide iuſtificat, & non ex operibus legis, in quibus illi gloriabantur, dicentes ſe cuſtodiſſe legem, quam non cuſtodierunt: & per ipſam iuſtificando ſe, non ſubijciunt ſe remiſſioni peccatorum, ne videantur fuiſſe peccatores. Non enim vt eſſent infideles cogebantur inuiti, ſed nolendo credere, infidelitatis crimine non carebant. *Et ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Quæ ex lege eſt, vel quam de libero eſſe fallebantur, vel falluntur arbitrio: & dum ſibi tribuunt quod Dei eſt, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Legis itaque iuſtitia eſt, iubere quod Deo placet, & vetare quod diſplicet. In lege iuſtitia eſt, ſeruire, & extra eam nullum Dei adiutorium ad recte viuendum requirere. Dei autem iuſtitia eſt, non de viribus ſuis præſumere. Iuſtitia Dei dicitur, non qua iuſtus eſt Deus, ſed qua dat homini Deus, vt iuſtus ſit homo per Deum. *Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam.* Finis legis dicitur Chriſtus, quia ipſe eſt, vel in ipſo eſt tota perfectio. Finis autem dicitur à conſummando, non à conſu-

D mendo: quia aliud eſt, finitus eſt panis aliud, finita eſt tela: illud vt non ſit, iſtud vt perfectum ſit. Qui ergo in Chriſto credit, ipſe perficit legem, quia ad ipſum tendere, & feſtinare debet omnis noſtra intentio, qui vltra non habet quod requirat: quia omnia ſunt impleta, quæcunque de eo in ſanctis ſcripturis prædicta ſunt. *Omni credenti.* Iudæo & Græco. *Moyſes autem ſcripſit quoniam iuſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo.* Moyſes quidem ſecundum hiſtoriam de lege dixit: ſed Apoſtolus illud ad Chriſtum aptat: quia lex nec in cœlo fuit, nec in abyſſo: & ideo illos iubet ſemper legem meditari, vt ibi inueniant Chriſtum. *Viuet in ea. Quæ autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit.* Nemo ergo viuit illorum: quia nemo eam facit: quia ad comparationem tantorum peccatorum, etiam ſi eſſent pauci qui facerent, nulli eſſe crederentur. *Ne dixeris in corde tuo, quis*

E *aſcendet in cœlum: id eſt Chriſtum deducere: aut. quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum ex mortuis reuocare. Sed quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Hoc eſt, nec de paſſione, nec de reſurrectione, nec de aſcenſione eius, quod non à ſemetipſo factum ſit, in corde tuo debes dubitare. *Hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus.* Hoc eſt nouum teſtamentum. *Quia ſi confitearis in ore tuo, dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris.* Teſtimonium cordis eſt, oris cōfeſſio. *Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem fit confeſſio ad ſalutem.* Delictis præteritis, nō futuris. Ergo ſi fides ſufficit ad iuſtitiam, & confeſſio ad ſalutem. Iudæus & Græcus vnum ſunt in Chriſto *Dicit enim ſcriptura: Omnis qui credit in illum non confundetur.* Non Iudæus tantum. *Non enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci.* De priſtino peccato vel idololatria: non ergo illos vos poteſtis confundere, quos ſcriptura dicit confundi non poſſe.

INCIPIT expoſitio de libro ſancti Auguſtini excerpta è loco ad ſanctum Simplicianum, De Iacob & Eſau: Quæ licet non in ordine tractatus huius poſita eſſe vi-

F deatur, tamen ideo prætermiſſa non eſt, quia neceſſaria, atque perfecta eſt, & ob hoc hic conſcripta, vt loci ipſius obſcuritate reuelata legentis ſenſum euidenter illuminet.

Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt Quia maior ſeruiet minori. Vocantis eſt ergo gratia, percipientis vero gratiam conſequenter ſunt opera bona: non quæ gratiam pariant, ſed quæ gratia pariantur. Non enim vt ferueat calefacit ignis, ſed quia feruet. Nec ideo bene currit rota vt rotunda ſit, ſed quia rotunda eſt. Sic nemo propterea benè operatur vt accipiat gratiam, ſed quia accepit. Quomodo enim poteſt iuſtè viuere, qui non fuerit iuſtificatus? quomodo ſanctè viuere, ſi non fuerit ſanctificatus? Vel omnino viuere, qui non fuerit * iuſtificatus? Iuſtificat autem gratia, vt iuſtificatus poſſit viuere iuſtè. Prima eſt igitur gratia, ſecunda opera bona, ſicut alio loco dicit Ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Non enim intelligebant; quia eo ipſo quo gratia eſt Euangelica, operibus non debetur: Alioquin gratia iam non eſt gratia In multis lo-

G cis hoc ſæpe teſtatur, fidei gratiam præponens operibus: non vt opera extinguat, ſed vt oſtendat non eſſe opera præcedentia gratiam, ſed conſequentia: vt ſcilicet non ſe quiſque arbitretur ideo percepiſſe gratiam, quia bene operatus eſt: ſed bene operari non poſſe, niſi per fidem perceperit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna, vel externa admonitione motus ad fidem Sed intereſt quibus articulis temporum, vel celebratione Sacramentorum gratia plenior, & euidentior infundatur. Sed vt de re, de qua agitur, potius loquamur, ad frangendam, atq; deijciendam ſuperbiam hominum Ingratorum gratiæ Dei, & audentium gloriari de meritis iſta commemorantur. Cum enim nondum nati fuiſſent, neq; aliquid egiſſent bonum vel malum, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, Quia maior ſeruiet minori, Vocantis ergo eſt gratia. Si igitur electio, per præſcientiam præſciuit autem Deus fidem Iacob, vnde probas, quia non etiam ex operibus elegit eum? Si propterea, quia nondum nati erant, & nondum aliquid egerant bonum aut malum: ita etiam nondum crediderat ali-

H quis eorum: ſed ſicut præſcientia vidit crediturum, ita præſcientia videre poterat operaturum. Vt quomodo dicitur electus propter fidem futuram, quam præſciebat Deus: ſic alius poſſit dicere; propter opera futura potius electum, quæ nihilominus præſciebat Deus. Quapropter vnde oſtendit Apoſtolus, non ex operibus dictum eſſe, Maior ſeruiet minori: ſi quia minus nondum nati erant, non ſolum non ex operibus, ſed ex fide dictum eſt, quia vtrumq; deerat nondum natis. Non igitur & præſcientia voluit intelligi factam electionem minoris, vt maior ei ſeruiret. Volens enim oſtendere, non ex operibus factam, propterea intulit dicens, Cum enim nondum nati fuiſſent, neque aliquid egiſſent bonum ſeu malum. Alioquin poterat ei dici, ſed iam ſciebat Deus quis quid eſſet acturus. Quamobrem vnde illa electio facta ſit quæritur, quia ſi non ex

* *alias viuificatus.*

A operibus, quæ non erant in nondum natis, nec ex fide, quia nec ipſa erat. Vnde igitur? an dicendum quod nulla electio fuerit, non exiſtente aliqua diuerſitate in vtero matris, vel fidei, vel operum, vel quorumlibet omnino meritorum? Sed dictum eſt, Vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret. Et ideo quærimus, quia dictum eſt: niſi forte ſic eſt diſtinguenda ſententia, non vt intelligamus tanquam ideo non ex operibus, ſed ex vocante dictũ eſſet, Maior ſeruiet minori: vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret: ſed ita potius, vt hoc de nondum natis & nondum aliquid operatis exemplum datum accipiatur, ne aliqua electio hic poſſit intelligi. Cum enim nondum nati fuiſſent, neque aliquid egiſſent bonum ſiue malum, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret: id eſt, neque aliquid egiſſent bonum aut malum, vt propter ipſam actionem electio aliqua fieret eius qui bene egerat. Cum ergo nulla eſſet electio bene agentis, ſecundum quam maneret propoſitum Dei, non ex operibus, ſed ex vocante: id eſt ex eo qui vocando ad fidem gratia iuſtificat impium, dictum eſt, Quia maior ſeruiet
B minori. Non ergo ſecundum electionem propoſitum Dei maneret: ſed ex propoſito electio, id eſt, non quia inuenit Deus opera bona in hominibus quæ eligat, ideo manet propoſitum iuſtificationis ipſius: ſed quia manet illud vt iuſtificet credentes, ideo inuenit opera quæ iam eligat ad regnum cœlorum. Nam niſi eſſet electio, non eſſent electi, nec recte diceretur, Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Non tamen electio præcedit iuſtificationem, ſed electionem iuſtificatio. Nemo enim eligitur, niſi iam diſtans ab illo qui reijcitur. Vnde quod dictum eſt, Quia elegit nos Deus ante mundi conſtitutionem: non video quomodo ſit dictum, niſi præſcientia. Hic autem quod ait, Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori. Non electione meritorum, quæ poſt iuſtificationẽ gratiæ proueniunt, ſed liberalitate donorum Dei voluit intelligi, ne quis de operibus extollatur. Gratia enim Dei ſalui facti ſumus: & hoc non ex operibus, ſed Dei donum eſt: non ex operibus, ne forte quis extollatur. Quærimus autem, Vtrum vel fides mereatur hominis iuſtificationem, an vero nec fidei merita præcedant
C miſericordiam Dei, ſed & fides ipſa inter dona gratiæ numeretur. Quia & hoc loco cum dixiſſet, Non ex operibus: non ait, ſed ex fide dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori. Ait autem, Sed ex vocante: nemo enim credit, qui non vocatur. Miſericors autem Deus vocat, nullis hoc vel fidei meritis largiens, quia merita fidei ſequuntur vocationem potius, quam præcedant. Quomodo enim credent ei, quem non audierunt? Et quomodo audient ſine prædicante? Niſi ergo vocando præcedat miſericordia Dei, nec credere quiſquam poteſt, vt ex hoc incipiat iuſtificari, & accipere facultatem bene operandi. Ergo ante omne meritum eſt gratia. Etenim Chriſtus pro impijs mortuus eſt. Ex vocante igitur minor accipit, non ex vllis meritis operum ſuorum, vt maior ei ſeruiret, vt etiam quod ſcriptum eſt, Iacob dilexi, ex vocante ſit Deo, non ex operante Iacob. Quid deinde Eſau quod ſeruit minori, & quod ſcriptum eſt, Eſau autem odio habui: quibus malis ſuis hoc meruit, cum & ipſe nondum natus fuiſſet, neque aliquid egiſſet boni aut mali, quando dictum eſt, Et maior ſeruiet minori? An forte quemadmo-
D dum illud de Iacob nullis meritis bonæ actionis dictum eſt: ita Eſau nullis meritis malæ actionis odioſus? Si enim, quia præſciebat Deus futura opera eius mala, propterea eum prædeſtinauit vt ſeruiret minori: propterea prædeſtinauit & Iacob, vt ei maior ſeruiret, quia futura eius bona opera præſciebat: & falſum eſt iam quod ait, Non ex operibus. Si autem verum eſt, quod non ex operibus, & inde hoc probat, quia de nondũ natis, nondumque aliquid operatis hoc dictum eſt: vnde nec ex fide, quæ nondum natis ſimiliter nondum erat, quo merito Eſau odio habetur antequam naſceretur? Quod enim fecit Deus ea quæ diligeret, nulla quæſtio eſt. Si autem dicamus eum feciſſe quæ odiſſet, abſurdum eſt, occurrente alia ſcriptura, & dicente, Neque enim odio habens aliquid conſtituiſti, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, aut conſti-

E tuiſti. Quo enim merito factus eſt ſol? aut quid offendit luna, vt tanto illo inferior: vel quid promeruit, vt ſyderibus cæteris tanto elatior crearetur? Sed omnia bona creata ſunt, quæq; in genere ſuo. Non enim diceret Deus, Solem dilexi, lunam autem odio habui: aut, Lunam dilexi, ſtellas autem odio habui: ſicut dixit, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Sed illa omnia dilexit, quamuis excellentiæ diuerſis gradibus ordinata: quoniam vidit Deus quia bona ſunt, cum dicto eius ſunt inſtituta. Vt autem odiſſet Eſau, niſi iniuſtitiæ merito, iniuſtum eſt. Quod ſi concedimus, incipit & Iacob iuſtitiæ merito diligi. Quod ſi verum eſt, falſum eſt quod non ex operibus. An forte ex iuſtitia fidei? Quid ergo te adiuuat, Cum enim nondum nati fuiſſent? quandoquidem in nondum nato nec iuſtitia fidei poterat eſſe. Vidit itaque Apoſtolus, quid ex his verbis poſſit animo audientis, vel legentis occurrere, ſtatimque ſubiecit: Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit. Et quaſi docens quomodo abſit: Moyſi enim dicit, inquit, Miſerebor cui miſertus ero: & miſericordiam præſtabo, cui miſericors fuero. Quibus
F verbis ſoluit quæſtionem: an potius arctius colligauit? Idipſum enim eſt, quod maxime mouet: ſi miſeretur, cui miſertus erit: & miſericordiam præſtabit, cui miſericors fuerit. Quur hæc miſericordia defuit Eſau, vt etiam per illam bonus eſſet, quemadmodum per illam bonus factus eſt Iacob? An ideo dictum eſt, Miſerebor, cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo, cui miſericors fuero: quia cui miſertus eſt Deus vt eum vocet, miſerebitur eius vt credat: & cui miſericors fuerit vt credat, miſericordiam præſtabit: hoc eſt, faciet eum miſericordem, vt etiam bene operetur? Vnde admonemur nec ipſis operibus miſericordiæ quenquam oportere gloriari, & extolli, quod eis quaſi ſuis Deum promeruerit: quandoquidem vt haberet ipſam miſericordiam, ille præſtitit, qui miſericordiam præſtabit cui miſericors fuerit. Quod ſi eam credendo ſe meruiſſe quis iactat, nouerit eum ſibi præſtitiſſe vt crederet, qui miſeretur, inſpirando fidem, cuius miſertus eſt, vt adhuc infideli vocationem impartiret. Iam enim diſcernitur fidelis ab impio. Quid enim habes, inquit, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris qua-
G ſi non acceperis? Recte quidem hoc, ſed quur hæc miſericordia ſubtracta eſt ab Eſau, vt non ſic vocaretur, vt & vocato inſpiraretur fides, & credens miſericors fieret, vt bene operaretur? An forte quia noluit? Si ergo Iacob ideo credidit, quia voluit, non ei Deus donauit fidem, ſed eam ſibi ipſe volendo præſtitit, & habuit aliquid quod non accepit. An quia nemo poteſt credere, niſi velit: nemo velit, niſi vocetur? nemo autem ſibi poteſt præſtare vt vocaretur: vocando Deus præſtat & fidem: quia ſine vocatione non poteſt quiſquam credere, quamuis nullus credat inuitus. Quomodo enim credent ei quem non audierunt? aut quomodo audient ſine prædicante? Nemo itaq; credit non vocatus: ſed non omnis credit vocatus: Multi enim ſunt vocati, pauci autem electi. Vtiq; ij, qui vocantem non contempſerunt, ſed credendo ſecuti ſunt, volentes autem ſine dubio crediderunt. Quid ergo quod ſequitur. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. An quia nec velle poſſumus, niſi vocati: & nihil valet velle noſtrum, niſi vt perficiamus adiuuet Deus? Opus eſt ergo velle currere. Non enim fruſtra diceretur, In terra pax hominibus bonæ volunta-
H tis. Et, Sic currite, vt comprehendatis. Non tamen volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, vt & quod volumus adipiſcamur, & quo volumus perueniamus. Noluit ergo Eſau, & non cucurrit: ſed & ſi voluiſſet & cucurriſſet, Dei adiutorio perueniſſet, qui ei etiam velle & currere vocando præſtaret, niſi vocatione contempta reprobus fieret. Aliter enim Deus præſtat, vt velimus: aliter præſtat quod voluerimus. Vt velimus enim, & ſuum eſſe voluit & noſtrum: ſuum vocando, noſtrum ſequendo. Quod autem voluerimus, ſolus præſtat: id eſt, poſſe bene agere, & ſemper beate viuere. Veruntamen Eſau nondum natus, nihil horum poſſit velle, ſeu nolle. Quur ergo in vtero poſitus improbatus eſt? Redimr enim ad illas difficultates, non ſolum ſua obſcuritate, ſed etiam

A noſtra iam multa repetitione moleſtiores. Quur enim Eſau reprobatus eſt nondum natus, qui nec credere potuerat vocanti, nec contemnere vocationem, nec boni vel mali aliquid operari? Si præſcientia Dei futuræ malæ voluntatis eius, quur non & Iacob præſcientia Dei approbatus eſt futuræ bonæ voluntatis eius? Quod ſi ſemel conceſſeris, potuiſſe quenquam vel approbari, vel improbari ex eo, quod nondum in illo erat, ſed quia Deus futurum eſſe præſciebat: conuincitur enim potuiſſe etiam ex operibus approbari, quæ in illo Deus futura eſſe præſciebat, quamuis nondum eſſet aliquid operatus: & omnino te nihil adiuuabit, quod nondum nati erant, cum dictum eſſet, Maior ſeruiet minori: vt hic oſtendas dictum non ex operibus, quia nondum quiſquam erat operatus. Illa etiam verba ſi diligenter attendas, Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei: non hoc Apoſtolus propterea tantum dixiſſe videbitur, quod adiutorio Dei ad id quod volumus peruenimus: ſed etiam ex illa intentione qua & alio loco dicit, Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini. Deus eſt enim

B qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Vbi ſatis oſtendit, etiam ipſam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Nam ſi propterea ſolum dictum eſt, Non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei: quia voluntas hominis ſola non ſufficit vt rectè iuſteque viuamus, niſi adiuuemur miſericordia Dei: poteſt & hoc modo dici: Igitur non miſerentis eſt Dei, ſed volentis eſt hominis: quia miſericordia Dei ſola non ſufficit, niſi conſenſus noſtræ voluntatis addatur. At illud manifeſtum eſt, fruſtra nos velle, niſi Deus miſereatur. Illud autem neſcio quomodo dicatur, fruſtra Deum miſereri, niſi nos velimus. Si enim Deus miſeretur, etiam volumus: ad eandem quippe miſericordiam pertinet, vt velimus. Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Nam ſi quæramus, vtrum Dei donum ſit voluntas bona: mirum ſi negare quiſquam audeat. At enim quia non præcedit voluntas bona vocationem, ſed vocatio bonam voluntatem: propterea vocanti Deo rectè tribuitur quod bene volumus: nobis vero tribui non poteſt quod vocamur. Non igitur ideo dictum

C putandum eſt, Non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei: quia niſi eius adiutorio non poſſumus adipiſci quod volumus: ſed ideo potius, quia niſi eius vocatione non volumus. Sed ſi vocatio iſta ita eſt effectrix bonæ voluntatis, vt eam omnis vocatus ſequatur: quomodo verũ erit, Multi vocati, pauci electi? Quod ſi verum eſt, & conſequenter vocationi vocatus obtemperat, atq; vt non obtemperet in eius eſt poſitum voluntate: rectè etiam dici poteſt, Igitur non miſerentis eſt Dei, ſed volentis atq; currentis hominis: quia miſericordia vocantis non ſufficit, niſi vocationem obedientia conſequatur. An fortè illi qui hoc modo vocati non * ſentiunt, poſſint alio modo vocati accommodare fidei voluntatem: vt & illud verum ſit, Multi vocati pauci electi? vt quamuis multi vno modo vocati ſunt, tamen quia non omnes vno modo affecti ſunt, illi ſoli ſequantur vocationem, qui ei capiendæ reperiantur idonei: & illud non minus verum ſit, Igitur non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei: quia hoc modo vocauit quo modo aptum erat eis qui ſecuti ſunt vocationem. Ad alios autem vocatio quidem peruenit:

* alias cõſentiunt.

D ſed quia talis fuit, qua moueri non poſſent, nec eam capere apti eſſent, vocati quidem dici potuerunt, ſed non electi: & non etiam ſimiliter verum eſt, Igitur non miſerentis Dei, ſed volentis & currentis eſt hominis. Quoniã nõ poteſt effectus miſericordiæ Dei eſſe in hominis poteſtate, vt fruſtra ille miſereatur ſi homo nolit: quia ſi velit etiam ipſorum miſereri, opus ſit ita vocare, quomodo illis aptum eſſet, vt & mouerentur, & intelligerent, & ſequerentur. Verum eſt ergo, Multi vocati, pauci electi. Illi enim electi, qui congruenter vocati: illi autem qui non congruebant, neque contemperabant vocationi non electi, quia non ſecuti, quamuis vocati. Item verum eſt, Non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei: qui etiam ſi multos vocet, eorum tamen miſeretur, quos ita vocat, quomodo vocati aptum eſt vt ſequantur. Falſum eſt au-

E tem ſi quis dicit, Igitur non miſerẽtis Dei, ſed volentis, atque currentis eſt hominis: quia nullius Deus fruſtra miſeretur. Cuius autem miſeretur, ſic eum vocat quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat. Hic dicit aliquis: Quur ergo Eſau non ſic eſt vocatus, vt vellet obedire? Videmus enim alios aliter iiſdem rebus demonſtratis, vel ſignificatis, ad credendum moueri: ſicut exempli gratia, Simeon in Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum adhuc infantem paruulum credidit, ſpiritu ei reuelante cognoſcens. Nathanaël ad vnam ſententiam quam ab illo audiuit, Priuſquam te Philippus vocaret, cum eſſes ſub arbore ficu vidi te. Reſpondit, Rabbi tu es filius Dei, tu es rex Iſrael. Quod tanto poſt quia confeſſus eſt Petrus, meruit audire, quod beatus ſit, & quod ei darentur claues regni cœlorum. Miraculo facto in Chana Galileæ, quod initium ſignorum Euangeliſta commemorat, aqua in vinum conuerſa, crediderunt in eum diſcipuli eius. Multos loquendo inuitauit ad fidem, multi nec ſuſcitatis mortuis crediderunt. De cruce, atque morte

F eius conterriti etiam diſcipuli titubarunt, & tamen latro tunc credidit, cum eum non præſtantiorem videret in operibus, ſed conſortio crucis æqualem. Vnus etiam de numero diſcipulorum poſt eius reſurrectionem, non tam viuentibus membris, quam recentibus cicatricibus credidit. Multi ex eorum numero, à quibus crucifixus eſt, qui videntes eum miracula facientem contempſerant: diſcipulis eum prædicantibus, & in nomine eius talia facientibus crediderunt. Cum ergo alius ſic, alius autem ſic moueatur ad fidem, eademque res ſæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumq; moueat, alium non moueat, quis audeat dicere defuiſſe Deo modum vocandi, quo etiam Eſau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iuſtificatus eſt? Quod ſi tanta poſſit eſſe obſtinatio voluntatis, vt contra omnes modos vocationis obdureſcat mentis auerſio, quæritur vtrum de diuina pœna ſit ipſa duricia. Cum enim Deus deſerit non ſic vocando, quomodo ad fidẽ moueri poteſt? Quis enim dicat modum, quo ei perſuaderetur vt crederet, etiam omnipotenti defuiſſe? Sed quid hoc quærimus, cum ipſum ſubiungat Apoſtolus? Dicit enim

G ſcriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitaui, vt oſtendam in te potentiam meam & annuncietur nomen meum in vniuerſa terra. Hoc autem ſubiecit Apoſtolus documentum, quo probaret quod ſupra dixerat, Igitur non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Tanquam diceret, Vnde hoc doces? dicit enim ſcriptura Pharaoni: Quia ad hoc te excitaui, vt oſtendam in te potentiam meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuerſa terra, vtiq; hic oſtendens, quod non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei: Concludit itaque: Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult obdurat: cum ſuperius non vtrumq; ſit. Neque enim quomodo dictum eſt, Non volentis, ſed miſerentis eſt Dei: ſic etiam dictum eſt, Non volentis neque currentis, ſed obdurantis eſt Dei: Vnde datur intelligi quod infra vtrumq; poſuit, Ergo cuius vult miſeretur, & quem vult obdurat, ita ſententiæ ſuperiori congruere poſſe, vt obduratio Dei ſit velle miſereri: vt nõ ab illo irrogetur aliquid quo ſit homo deterior: ſed tantum quo ſit melior, non derogetur. Quod ſi fit nulla diſtinctione meritorum, quis non irrumpat in eam vocem, quam ſibi ipſe ob-

H iecit Apoſtolus? Dicis itaq; mihi, quid adhuc conqueritur? nam voluntati eius quis reſiſtit? Conqueritur enim ſpiritus ſæpe de hominib. ſicut per innumerabiles apparet ſcripturarum locos, quod nolint credere, & rectè viuere. Vnde fideles, & facientes voluntatem Dei, conuerſati dicuntur ſine querela, quod de illis non queratur ſcriptura. Sed quid cõqueritur, ait? Nam voluntati eius quis reſiſtit? quando cuius vult miſeretur, & quem vult obdurat: Et tamen intueamur ſuperiora, & inde noſtram quantum ipſe dominus adiuuat, ſententiam dirigamus. Ait enim paulò antè: Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit. Sit igitur hoc fixum, atque immobile in mente ſobria pietate atque ſtabili fide, quod nulla eſt iniquitas apud Deum. Atq; ita tenaciſſime, firmiſſimeque credatur, idipſum quod Deus cui vult miſeretur, &

A quem vult obdurat: hoc eſt, cuius vult miſeretur, & cuius non vult non miſeretur, eſſe alicuius occultæ, atque ab humano modulo inperueſtigabilis æquitatis, quæ & in ipſis rebus humanis terrenisque contractibus animaduertenda eſt. In quibus niſi supernæ iuſtitiæ quædam impreſſa veſtigia teneremus, nunquam in ipſum cubile ac penetrale caſtiſſimum atque ſanctiſſimum ſpiritalium præceptorum noſtræ infirmitatis ſuſpiceret, atque inhiaret intentio. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. In iſta igitur ſiccitate vitæ conditionisque mortalis, niſi aſpergeretur deſuper velut tenuiſſima quædam aura iuſtitiæ, citius areſceremus. Quapropter cum dando & accipiendo inter ſe hominum ſocietas connectatur: dentur autem & accipiantur vel debita, vel non debita: quis non videat iniquitatis argui neminem poſſe, qui quod ſibi debetur exegerit: nec eum certe, qui quod ei debetur donare voluerit? hoc autem non eſſe in eorum qui debitores ſunt, ſed in eius, cui debetur, arbitrio. Hæc imago, vel, vt ſupra dixi, veſtigium, negotijs hominum de faſtigio ſummo æquitatis impreſſum eſt. B Sunt igitur omnes homines, quandoquidem, vt Apoſtolus ait, In Adam omnes moriuntur, à quo in vniuerſum genus humanum origo ducitur offenſionis Dei, vna quædam maſſa peccati, ſupplicium debens diuinæ ſummæq. iuſtitiæ: quod ſiue exigatur, ſiue donetur, nulla eſt iniquitas. A quibus autem exigendum, & quibus donandum ſit, ſuperbè iudicant debitores. Quemadmodum conducti ad illam vineam iniuſte indignati ſunt, cum tantundem alijs donaretur, quantum ipſis redderetur. Ideoque huius impudentiæ quæſtiones ita retundit Apoſtolus: O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? ſic enim reſpondit Deo, cum hoc diſplicet, quod de peccatoribus conqueritur Deus: quaſi quenquam Deus peccare cogat, ſed tantummodo quibuſdam peccantibus miſericordiam iuſtificationis ſuæ non largiatur, & ob hoc dicatur obdurare peccantes quoſdam, quia non eorum miſereatur, non quia impellit vt peccent: eorum autem non miſeretur, quibus miſericordiam non eſſe præbendam æquitate occultiſſima & ab humanis ſenſibus remotiſſima iudicat. Inſcrutabilia enim ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles C viæ eius. Conqueritur autem de peccatoribus, tanquam de ijs, quos ipſe peccare non cogit: Simul etiam vt ij, quorum miſeretur, hanc quoq; habeant vocationem, vt dum conqueritur Deus de peccatoribus, compungantur corde, atque ad eius gratiam conuertantur. Iuſte ergo conqueritur & miſericorditer. Sed ſi hoc mouet, quod voluntati eius nullus reſiſtit, quia cui vult, ſubuenit, & quem vult, deſerit: cum & ille, cui ſubuenit, & ille quem deſerit, ex eadẽ maſſa ſint peccatorum, & quamuis debeant vterq; ſupplicium, ab vno tamen exigitur, alteri donatur. Si hoc ergo mouet, Tu quis es, qui reſpondeas Deo? Illud tantummodo inconcuſſa fide teneatur, quod non ſit iniquitas apud Deum: qui ſiue donet, ſiue exigat debitum: nec ille à quo exigit, rectè poteſt de iniquitate eius conqueri: nec ille cui donat, debet de ſuis meritis gloriari. Et ille enim niſi quod debetur non reddit: & ille non habet niſi quod accepit. Etenim obduratio illa impiorum vtrunq; demonſtrat: & quid timendum ſit, vt quiſq; pietate conuertatur ad Deum: & quantæ agendæ ſint gratiæ miſericordiæ Dei, qui in aliorum pœna quid alijs donet oſtendit. Si autem illa D quam de alijs exigit non eſt iuſta pœna, nihil donat alijs, à quibus eam non exigit. Quia vero illa iuſta eſt, & nulla eſt iniquitas apud vindicantem Deum; quis ſufficiat agere gratias ei, qui hoc remittit. quod ſi velit exigere, nemo ſe rectè diceret non debere? Quos & vocauit: Nos, inquit, non ſolum ex Iudæis, ſed etiam ex gentibus, id eſt, vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriam. Non enim omnes Iudæos, ſed ex Iudæis: nec omnes omnino homines gentium, ſed ex gentibus. Vna eſt enim ex Adam maſſa peccatorum & impiorum, in qua Iudæi & gentes, remota gratia Dei, ad vnam pertinent conſperſionem. Si enim figulus luti ex eadem conſperſione facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: manifeſtum eſt autem quod et Iudæis alia vaſa ſunt in honorem, alia in contumeliam, ſicut ex gentibus: ſequitur vt ad vnam conſperſionem omnes pertinere intelligantur. Si fuerit, inquit, numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. E Cætera ergo turba, vaſa perfecta ad perditionẽ. Verbum enim conſummans & breuians, inquit, faciet dominus ſuper terram: id eſt, vt compendio fidei per gratiam ſaluos faciat credentes: non per innumerabiles obſeruationes, quibus illa multitudo ſeruiliter onerata premebatur. Per gratiam quippe nobis verbum conſummans & breuians fecit ſuper terram, dicens, Iugum meum ſuaue eſt, & ſarcina mea leuis eſt. Quod & paulo poſt hic dicitur: Prope eſt verbum in ore tuo & in corde tuo: hoc eſt verbum fidei quod prædicamus: quia ſi confitearis in ore tuo, quia Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris: Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. Hoc eſt verbum conſummans & breuians, quod fecit Deus ſuper terram: qua conſummatione atq; breuitate latro iuſtificatus eſt, qui defixus in cruce omnibus membris, & habens libera hæc duo, corde credidit ad iuſtitiam, ore confeſſus eſt ad ſalutem, ſtatimq; audire meruit Hodie mecum eris in paradiſo. Conſequerentur enim bona F opera eius, ſi percepta gratia diu inter homines viueret. Nec tamen ea præceſſerant, vt eandem gratiam mereretur, ex latrocinio ſixus in crucem, ex cruce in paradiſum translatus: Et ſicut prædixit, inquit, Eſaias, Niſi dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. Quod hic ait, Reliquiſſet nobis ſemen: hoc ibi, Reliquiæ ſaluæ fient. Cæteri autem perditionis vaſa debito ſupplicio perierunt. Et non omnes perijſſe ſicut Sodoma & Gomorra, non meritum eorum fecit, ſed gratia Dei relinquentis ſemen, vnde alia meſſis toto orbe conſurgeret. Hoc & paulo poſt: Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiæ per electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia. Quid ergo? quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus, electio autem conſecuta eſt, cæteri vero excæcati ſunt. Conſecuta ſunt vaſa miſericordiæ, excæcata ſunt vaſa iræ: ex eadem tamẽ conſperſione. Quis enim diſcutiet opera domini ex eadem conſperſione vnum damnantis, alterum iuſtificantis? Liberum voluntatis arbitrium plurimum valet: Imo G verum eſt quidem, ſed in venundatis ſub peccato quid valet? Caro, inquit, concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem: vt non ea quæ vultis faciatis. Præcipitur vt rectè viuamus, hac vtiq; mercede propoſita, vt in æternum beate viuere mereamur. Sed quis poteſt rectè viuere, & bene operari, niſi iuſtificatus ex fide? Præcipitur vt credamus, vt dono accepto ſpiritus ſancti, per dilectionem bene operari poſſimus. Sed quis poteſt credere, niſi aliqua vocatione: hoc eſt, aliqua rerum teſtificatione tangatur? Quis habet in poteſtate tali viſu attingi mentem ſuam, quo eius voluntas moueatur ad fidem? Quis autem animo amplectitur aliquid, quod eum non delectat? Aut quis habet in poteſtate, vt vel occurrat, quod eum delectare poſſit, vel delectet cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectant quibus proficiamus ad Deum, inſpiratur hoc, & præbetur gratia Dei; non nutu noſtro, & induſtria, aut operum meritis comparatur: quia vt ſit motus voluntatis, vt ſit induſtria ſtudij, vt ſint opera charitate feruentia, ille tribuit, ille largitur. Petere iubemur, vt accipiamus: quærere, vt inueniamus: & pulſare, vt aperiatur nobis. H Nonne aliquando ipſa oratio noſtra ſic tepida eſt, vel potius frigida, & pene nulla, vt neque hoc in nobis cum dolore aduertamus? quia ſi vel hoc dolemus, iam oramus. Quid ergo aliud oſtenditur nobis, niſi quia & petere, & quærere, & pulſare ille cõcedit, qui hæc vt faciamus iubet. Igitur non volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei: quandoquidem nec velle, nec currere, niſi eo mouente atq; excitante poterimus. Quod ſi electio fit aliqua, vt ſic intelligamus, quod dictum eſt, Reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt: non vt iuſtificatorum electio fiat ad vitam æternam: ſed vt eligantur qui iuſtificentur. Certe ita occulta eſt electio, vt in eadem conſperſione nobis prorſus apparere non poſſit, aut ſi appareat quibuſdam, ego in hac re infirmitatem meam fateor. Non enim habeo quod intuear in eligendis hominibus ad gra-

A ctiam ſalutarem, ſi ad examen huius electionis aliqua cogitatione permittitur, niſi vel melius ingenium, vel minora peccata, vel vtrumque, addamus etiam ſi placet, honeſtas vtileſq; doctrinas. Quiſquis ergo fuerit quã minimis peccatis irretitus atq; maculatus (nam nullis quis poteſt?) & acer ingenio, & liberalibus artibus expolitus, eligendus videtur ad gratiam. Sed cum hoc ſtatuero, ita me ridebit ille qui infirma mundi elegit, vt confundat fortia, & ſtulta mundi, vt confundat ſapientes: vt eum intuens & pudore correctus, ego irrideam multos & præ quibuſdam peccatoribus caſtiores, & præ quibuſdam piſcatoribus oratores. Nonne aduertimus multos fideles noſtros ambulantes viam Dei, ex nulla parte ingenio comparari: non dicam quorundam hæreticorum, ſed etiam mimorum? Item non videmus quoſdam homines vtriuſq; ſexus, in coniugali caſtitate viuentes ſine querela, & tamen vel hæreticos, vel paganos, vel etiam in vera fide & vera Eccleſia ſic tepidos, vt eos miremur meretricum & hiſtrionum ſubito conuerſorum non ſolum patientia & temperantia, ſed

B etiam fide ſpe, & charitate ſuperari? Reſtat ergo, vt voluntates eligantur: ſed voluntas ipſa, niſi aliquid occurrerit, quod delectet, atque inuitet animum, moueri nullo modo poteſt. Hoc autem vt occurrat, non eſt in hominis poteſtate. Quid volebat Saulus, niſi inuadere, trahere, vincire, necare Chriſtianos? quam rabida voluntas, quam furioſa, quam cæca? Qui tamen vna deſuper voce proſtratus, occurrente vtiq; tali viſu, quo mens illa & voluntas refracta ſæuitia retorqueretur & corrigeretur ad fidem: repente ex Euangelij mirabili perſecutore, mirabilior prædicator effectus eſt. Et tamen quid dicimus? Nunquid iniquitas eſt apud Deum? exigentem à quo placet, donantem cui placet: qui nequaquam exigit indebitum, nequaquam donat alienum. Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit. Quare tamen huic ita, & huic non ita? O homo tu quis es? debitum ſi non reddis, habes quod gratuleris: ſi reddis, non habes quod queraris. Credamus tantum, etſi capere non valeamus: quoniam qui vniuerſam creaturam & ſpiritalem & corporalem fecit & condidit, omnia in numero, & pondere, & menſura diſponit: ſed inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Dica-

C mus Alleluya, & collaudemus canticum, & non dicamus, quid hoc? vt quid hic? Omnia enim in tempore ſuo creata ſunt.

ITEM DE LIBRO
SECVNDO.

Diabolus etiam volens nocere iuſto viro Iob, nocendi quidem voluntate Diabolus erat, ſed tamen à Domino Deo poteſtatem petebat, dicens: Mitte manum tuam, & tange carnē eius, quamuis hoc eſſet, ſi permitteretur, ipſe facturus: Ipſam enim promiſſionē petebat hoc modo, & manum Domini appellabat permiſſam à Domino manum ſuam, id eſt, ipſam poteſtatē quam volebat accipere. Cui congruit illud in Euangelio, quod Dominus diſcipulis ait, Hac nocte poſtulauit Satanas vexare vos ſicut triticum. Dictus ergo ſpiritus Dei malus, hoc eſt, miniſter Dei ad faciendum malum in Saul, quod eum pati iudex omnipotentiſſimus iudicabat, quoniam ſpiritus ille voluntate qua malus erat, non erat Dei: Creatura vero, qua condi-

D tus erat, & poteſtate quam non ſua, ſed Domini omnium æquitate acceperat, Dei erat. Item, ira hominis feruida eſt, & non ſine emotione animi: Ira vero Dei de qua dicitur in Euangelio, Sed ira Dei manet ſuper eum, illo in tranquillitate iugiter permanente cum creatura ſubdita exercet admirabili æquitate vindictam.

Hic iam ordine ad tractatum reuerſus Apoſtoli eſt. *Nam idem Dominus omnium: diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim, quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.* Vnus Deus omnium, & diues in miſericordia, ſalutem habet, vnde vtriq; tribuat. *Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt:* Interrogat, & poſtmodum ipſe reſpondet, *Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur?* Quia nunquam ad illos Prophetæ miſſi ſunt. *Sicut*

ſcriptum eſt. Quam ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona. Iſtorum pedes bene currunt, & ſpecioſi ſunt, quia annunciant. Illorum autē qui ad vanitates ſeculi currunt, turpes ſunt pedes. *Sed non omnes obediunt Euangelio.* Si ne illi quidē obedierunt, ad quos iſti mittebantur, quomodo illi obediunt, qui nō audierunt? *Eſaias enim dicit, Domine quis credidit auditui noſtro?* Quis? pro difficultate dicit. *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* Reſponſio Apoſtoli hoc magis contra Iudæos dicit, quibus & per legem, & per Prophetas promiſſus eſt Chriſtus, & veniſſe credere nolunt. Et docet teſtimonijs ſequentibus, quia ita eſt & excuſationem nullam habebunt. *Sed dico, Nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Vult hoc teſtimonium per allegoriam de vocibus Prophetarũ intelligi. *Sed dico, Nunquid Iſrael non cognouit?* Nunquid Iſrael non cognouit gentes eſſe ſaluandas? ſed quando legebant teſtimonia, de proſelitis dici credebant, non de vniuerſo mundo. *Primus Moyſes dicit, Ego ad æmulationem vos adducam.* Quia debuiſtis exemplum præbere, vt gentes vos imitarentur, vt relictis idolis verum Deum colerent. Nunc vel illos imitamini, quia

F iam illi idola non colunt. *In non gentem.* Antequã crederent Deo, non erat gens Dei. Quaſi dicat, eos qui non erant gens mea, voco & credent mihi ad veſtram irritationē: vt quibus debuiſtis maiores eſſe, gaudeatis ſi eis æquamini. Sicut ſi aliquis habeat filium inobedientem, & ad corrigēdum eum dimidium patrimonium det ſeruo, & poſtea ille conuerſus gaudeat ſi aliud dimidium meruerit accipere. *In gentem inſipientem in iram vos mittã.* Gens inſipiens, quæ legem Dei non habebat, ſiue non erat gens, quia mortui erãt peccatis per idololatriam, ſicut dicit de non credente, Iam iudicatus eſt. *Eſaias autem audet, & dicit.* Audet, quia non timet populum Iudæorum. *Inuentus ſum non quærentibus me:* Gentes quæ non quærebãt Deum cuius nec legem habebant, per quam eum quærerent. *Palam apparui ijs, qui me non interrogabant.* Gentes non Deum interrogabant, ſed idola & mathematicos. *Ad Iſrael autem dicit.* Qui tam bene ſenſit de gentibus, ecce quid dicit de Iudæis. Non ſolum ergo gentes eligendas, ſed etiam ex Iſraël incredulos repellendos, ante prædictum eſt: Per allegoriam extenſio manuum crucem ſignificat. *Tota die expandi manus meas ad populum nõ*

G *credentem, & contradicentem.* Toto tempore mirabilia oſtēdens, & nec ſic credidiſtis, quanta ſit pietas Dei: vt in modum nutricis, quæ vult paruulũ proficere vt ambulet, qui nec dum ambulat, expandit manus, vt ad illam veniat: & dum ad illam cupit peruenire, diſcat ambulare. Sic Deus beneficijs ſuis ſemper ad ſe colendum Iudæos prouocauit, ſed illi in ſua claudicatione remanſerunt.

Dico ergo: Nunquid repulit dominum populum ſuum? Quia ſatis illos humiliauit, modo quaſi bonus doctor & ne exacerbare illos potius videatur dum prouocaret, quaſi cōſolatur eos. *Abſit.* Non ſic eos repulit, vt iam non recipiat eos, ſi crediderint dono Domini. *Nam & ego Iſraelita ſum.* Si omnes penitus repuliſſet, nec me vtique attraxiſſet: quod ſi etiam, vt ita dicam, ex eis alius non crediddiſſet, niſi ego, fuerat in me completa promiſſio Dei, quam Abrahæ locutus eſt: non dicam quod inde tot millia crediderunt dono eius. *Ex ſemine Abraham de tribu Beniamin.* Non ex proſelitis. *Non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit.* Quam præſciuit: id eſt, prædeſtinauit ſaluandam: quia ex

H ipſa plebe multi crediderunt dono gratiæ Chriſti: qui apud illum futura iam facta ſunt: ſine dubio ergo præſciuit: & quia præſciuit, prædeſtinauit: ſed prædeſtinaſſe eſt diſpoſuiſſe, quod fuerat ipſe facturus. *An neſcitis in Helia quid dicit ſcriptura?* Vbi ſcriptum eſt de Helia. *Quemadmodum interpellat Deum aduerſus Iſrael: Domine Prophetas tuos occiderunt: altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus & quærunt animam meam.* Hoc dicit, ne ſuperbirent iterũ gentes, eo quod ex ipſis multi crediderunt, ex illis vero pauci: ad cōparationem multitudinis gentiũ. *Sed quid dicit illi reſponſum diuinum?* Prophetæ illud ſciebant, quod illis dicebatur: Nam ſi omnia noſſent, diuini non diceretur. Dixit & rex ad Hieremiam, Si eſt verbum Dei in te. *Reliqui mihi ſeptem millia virorũ.* Si prophetam tanti latuerunt, vos quãtos putas poſſe latere qui ſaluandi ſunt? Notandum quia non

A dixit, Relicta ſunt: ſed, Reliqui mihi *Qui non curuauerunt genua ante Baal.* Quomodo malis operibus Deus negatur, ita & idolum adoratur. Non enim tantum ille ei ſeruit, qui illi immolat, ſicut de auaritia dicit quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus. *Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ ſecundum electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt.* Sicut ergo tunc non omnes perierunt, ita & nunc aliquanti ſaluantur: tempus electionis modo eſt: cæterum qui credit nunc, tunc mercedem accipiet. *Si autem gratia non ex operibus.* Inter gratiam & prædeſtinationem hoc intereſt, quod prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio: gratia vero iam ipſa donatio. Quod ait Apoſtolus, Ipſius enim ſumus figmentum creati in Christo Ieſu in operibus bonis: gratia eſt. Quod autem ſequitur, Quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus, prædeſtinatio eſt. Et ne dicerent illi, Sub Helia iuſti erant, iſti vero peccatores ſunt: quomodo ergo eos dicit electos? ſubiecit, Quia eos gratia fecit eſſe credentes, ideo ſunt gratis ſaluati. Gratia enim ideo dicitur, quia gratis datur, nullis præcedentibus meritis. Præcedit namque non debita, ſed gratuita gratia, vt per illam fiant bona opera. Ne ſi præceſſerint bona opera, tanquam operibus reddatur gratia,

B ac ſic gratia iam non ſit gratia. Quiſquis vero dicit, gratiam Dei ab hominibus bonorum merito præueniri, & gratiam Dei meritis dari, Pelagianus eſt: Nam non eſt gratia, ſi non gratis datur: ſi debita merentibus redditur: quod abſit. Quia nos Deus præuenit, & præcedit: non nos Deum. In multis locis hoc ſæpe teſtatur, fidei gratiam præponens operibus: non vt opera extinguat, ſed vt oſtendat, non eſſe opera præcedentia gratiam, ſed conſequentia: vt ſcilicet non ſe quiſque arbitretur ideo percepiſſe gratiam, quia bene operatus eſt: ſed bene operari non poſſe, niſi per fidem perceperit gratiam. *Alioquin gratia non eſt gratia.* Si aliquid ante præcedit hominis vnde ſaluetur, iam non gratis. Gratia autem, vt dixit, ideo dicitur, quia nullis præcedentibus meritis datur, & quia gratis peccata dimittit. *Quid ergo? quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus.* Totus Iſrael ideo non eſt conſecutus, quia non ex fide quærebat, ſed per Sabbatum tantum, & circumciſionem ſe putabat iuſtificari, cum cætera mandata contemneret: ſic quum iuſtitiam conſecuta ſunt vaſa miſericordiæ, excæcata ſunt vaſa iræ. *Electio autem conſecuta eſt.* Electio,

C populus fidelis, qui miſericordiam conſecutus eſt, quem Deus elegit. Ego, inquit, elegi vos: non vos me. Cognouit Deus qui ſunt eius. Et illud. Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi. Hæc eſt illa electio, qua eos quos voluit elegit in Chriſto, ante cõſtitutionem mundi vt eſſent ſancti. *Cæteri vero excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt.* Excæcati ſunt per infidelitatem: ſicut ſcriptum eſt, Niſi credideritis, non intelligetis. *Dedit illis ſpiritum compunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant.* Et ibi Propheta de infidelibus agebat & peccantib. Dedit illis Deus: hoc eſt, tradidit illos Deus in deſiderio ſuo. Dei tradere, relinquere eſt. Spiritum compunctionis, quem volebant, dedit illis Deus: quia ſemper increduli fuerunt verbis Dei, & diffidentes: & ideo iuſto ſunt Dei iudicio derelicti: ita & nunc Chriſtiani, qui dubitant de reſurrectione, & præmio, & gehenna ſpiritum compunctionis habent à diabolo infuſum. *Vſque in hodiernum diem.* Vſquequo conuertantur ad Deum: quomodo de velamine carnis ad Corinthios tractat. Cum conuerſi fuerint ad Deum, auferetur velamen.

D *Et Dauid dixit, Fiat menſa eorum in laqueum, & in captionẽ, & in ſcandalum, & in retributionem ipſis.* Hoc de illis dicit, qui Saluatorem aceto & felle potauerunt: & tamen ipſis dicit Petrus, Et nunc fratres ſcio, quia per ignorãtiam feciſtis hoc: pœnitemini ergo, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ. Et ipſe Paulus poſt modicum, Et illi, ſi nõ permanſerint in incredulitate, inſerentur. *Obſcurentur oculi eorum, ne videant: & dorſum illorum ſemper incurua.* Quamdiu tales ſunt. *Dico ergo, Nunquid ſic offenderunt, vt caderent? Abſit.* Hoc eſt, vt caderẽt in æternum? Abſit. Poſſunt tamen, quamuis ſua voluntate ceciderint, illuminante Dei gratia ſurgere. *Sed illorum delicto ſalus eſt gentibus, vt illi æmulentur.* Vſque adeo dilexit, vt propter illorum ſalutem gentes ſaluarentur: vt illi videntes gentes ad regnum Dei vocari, & confunderentur, & conuerterentur. *Quod ſi delictum illorum diuitiæ ſunt mundi.*

Si delictum eorum vobis tantum profuit, vt vos illis æquaret: quanto magis ſi velint modo ex illis credere, vel omnes, prodeſſe vobis poterunt ad doctrinam? Delictum Iudæorum ditauit gentes, vt eorum ſine labore legis fierent cohæredes, & concorporales, ſicut ad Epheſios ipſe commemorat. *Et diminutio eorum diuitiæ gentiũ: quanto magis plenitudo eorum?* Si pauci eorum credentes tantum vobis profuerunt: quanto magis ſi plurimi crediderint? *Vobis enim dico gentibus.* Qui ex gentibus credidiſtis. Vult oſtendere ſe per filios Iudæorum ſalutem magnopere quærere. *Quamdiu quidem ego ſum gentium Apoſtolus.* Quamdiu ſum in corpore. *Miniſterium meum honorificabo.* Illuſtrabo, honorificabo miniſterium meũ, ſi non ſolum gentes, ad quas miſſus ſum, ſed etiam Iudæos lucratus fuero exemplo meo. *Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam.* Hic carnem ſuam Iudæos dicit, ex quorũ genere veniebat. Si quocunq; modo ſic me exhibeam, vt me illi æmulentur, & deſiderẽt tales eſſe. *Et ſaluos faciam aliquos ex illis.* Quia volunt omnes: vel aliquos, vt impleatur, Reliquiæ ſaluæ fient. *Si enim amiſſio eorum reconciliatio eſt mundi.* Repetit quod dixerat. *Quæ adſumptio niſi vita ex mortuis?* Vnde gentibus adſumptio, niſi E

ex illorum morte? Ex Iudæis mortuis Apoſtoli vita fuerũt adſumptioni gentium. *Quod ſi delibatio ſancta eſt, & maſſa.* Pauci credentes ſancti & omnes, ſi credant, fieri poſſunt. Si riuus bonus, & fons. *Et ſi radix ſancta, & rami.* Radix Patriarcharum, hoc eſt, primi & nouiſſimi, qui ex illis crediderunt, ſancti ſunt. *Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt.* Qui in Chriſto credere noluerunt. *Tu autem.* Non ideo illi fracti ſunt, vt tu inſeraris: ſed ideo conſertus, quia illi fracti ſunt. *Cum oleaſter eſſes inſertus es in illis.* Olea quidem, ſed inculta, ſylueſtris, de genere ſine lege, & promiſſis. Contra naturam eſt vt oleaſter in oliua inſeratur: ſed potentia Dei omnia poſſibilia: nec contradicit factura factori. *Et ſocius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es.* Radicis, patrum: Pinguedinis, Chriſti. *Noli gloriari aduerſus ramos.* Noli gaudere, quod illi fracti ſunt. *Quod ſi gloriaris, non tu radicem portas ſed radix te.* Si gloriaris, hoc audies, quia non illi per te ſtant: ſed tu per illos. Nec tu illis vitam præſtitiſti: ſed illi tibi. *Dicis ergo, Fracti ſunt rami, vt & ego inſerar. Bene propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas.* Dicis ergo illos fractos, vt tu inſeraris. Videamus, ſi propter hoc: ſed illi per incredulitatem fracti ſunt: tu autem nullis tuis meritis fide inſer- G

tus es gratis: ne putes, quod perſonam tuam acceperit, illos ſine cauſa proiecerit. *Noli altum ſapere: ſed time.* Noli ſuperbe ſapere contra eos: Sed magis dole, & ora pro illis. *Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* Si illis non pepercit, quia increduli fuerunt, qui ex ſemine Abrahæ ſunt: nec tibi parcet, ſi in aliquo incredulus fueris: quia oleaſter eras. Incredulitas non eſt vnius generis: Omne peccatum ex infidelitate deſcendit, ſicut oſtenditur in ſcripturis, Quia non crediderunt verbis Dei, etiamſi Deo crediderunt peccatores. *Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei.* Contra eos, qui alium Deum iuſtum, alium aſſerunt bonum: & contra eos, qui negant Deum in peccantibus vindicare. *In eos quidem, qui ceciderunt, ſeueritatem: in te autem, bonitatem Dei.* Quia & illi iuſtificati ſunt, & tui miſericordiæ, & clementer miſertus eſt, & nullis tuis meritis: vnde omnino debet ceſſare præſumptio. *Si permanſeris in bonitate.* In fide, quæ H

tibi per eius bonitatem collata eſt. *Alioquin & tu excideris.* Et tu ſi incredulus fueris, ſeueritatem ſenties: & illi bonitatem, ſi crediderint. *Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur.* Si autem in infidelitate permanſerint, non inſerentur. Oſtendit eos dono Dei poſſe reuerti. *Potens eſt enim Deus iterum inſerere illos.* Apud homines quidem impoſſibile eſt, aridos ſurculos reformare: Deo autem omnia poſſibilia ſunt. *Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro.* Qui enim olim in patribus tuis, qui obliti naturalem legem, degenerauerunt à natura, etiam per ſucceſſiones peccandi conſuetudo creſcendo permanſit, quaſi naturaliter amari fuerunt: non ſolum per originale peccatum, ſed etiam per actuale. *Et contra naturam inſertus es in bonam oliuam: quanto magis hi ſecundum naturam inſerentur ſuæ oliuæ?* Contra naturã eſt, ſicut dictum eſt, oleaſtrũ oliuæ inſerere: quia magis radix ramo ſolet conſentire,

quam

A quam ramus radici. *Nolo enim vos ignorare fratres.* Et hoc ne
ſuperbirent gentes contra eos. *Myſterium hoc.* Secretum.
Vt non ſitis vobiſipſis ſapientes. Vt non ſecundum carnalem
veſtram ſapientiam dicatis. Meritis noſtris nos Deus elegit,
illos autē abiecit: & vt nos eligeret ideo illos repulit. *Quia*
cæcitas ex parte contigit in Iſrael. In his cæcitas contigit,
quia non crediderunt: quos & Iacob claudicatio figura-
uit. *Donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſal-*
uus fieret. Cum plenitudo gentium crediderit, ſic æſtiman-
tur in fine ſeculi Iudæi, qui inuenti fuerint credituri. Ple-
nitudo gentium, multitudo credentium eſt, ex omni ge-
nere: non omnes omnino gentes, iuxta figuram ſynecdo-
chen. *Sicut ſcriptum eſt.* In Eſaia Propheta. *Veniet ex Syon,*
qui eripiat & auertat impietates ab Iacob. Quod ante nemo
facere præualebat. *Et hoc illis à me teſtamentum.* Teſtamen-
tum nouum, quod Hieremias promittit. *Cum abſtulero*
peccata eorum. Vt per baptiſmum mundati nouum accipi-
ant teſtamentum. *Secundum Euangelium quidem inimici pro-*
pter vos. Inimici, quia vos illis æquaui. & quia vobis præ-
B dico, prohibentes nos gentibus loqui. Quid eſt, Secun-
dum Euangelium inimici propter vos: niſi, quod eorum
inimicitia, qua occiderunt Chriſtum, Euangelio proficit?
& hoc oſtendit ex Dei diſpoſitione veniſſe, qui bene vti
nouit etiam malis: quia perſecutio Iudæorum Euange-
lio militauit. Tanta ab illis fieri permiſit, quanta neceſ-
ſaria fuerunt Euangelio. *Secundum electionem autem chariſ-*
ſimi propter patres. Si autem credant, chariſſimi ſunt. Item
aliter: Qui inde prædeſtinatione electi ſunt, per gratiam
diligunt: qui in ſuo errore dimiſſi ſunt, inimicitias exer-
cent propter Euangelium: quos & Iacob claudicans figu-
rauit. *Sine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio Dei.* Id eſt,
ſine mutatione ſtabiliter fixa ſunt. Ad hanc vocationem
qui pertinent, omnes ſunt docibiles Dei: nec poſſunt di-
cere, Credidi, vt ſic vocarer: quia dominum non pœni-
tet ſemini Abrahæ promiſiſſe. Et aliter: Sine aliquo præ-
cedenti merito vel labore data eſt fides per gratiam Chri-
ſti. Pœnitere Dei, mutare eſt: ſicut legimus, Pœnitet me
Saul regem feciſſe: vel illud, Iurauit dominus, nec pœni-
tebit eum: & reliqua: hoc eſt, Sacerdotium iſtud non mu-
tabitur ſicut mutatum eſt Iudæorum: ita & hic ſine pœni-
C tentia ſunt dona Dei, & vocatio: hoc eſt, quos prædeſti-
nauit, hos & vocauit. Quia Deus non mutabit voca-
tionis ſuæ ſententiam: Sed quos ante mundi conſtitu-
tionem in præſcientia ſua elegit, ipſis dicturus eſt, Venite
benedicti patris mei: & reliqua. *Sicut enim aliquando & vos*
non credidiſtis Deo. Quando adhuc illi credebant. *Nunc au-*
tem miſericordiam conſecuti eſtis propter illorum incredulitatem.
Non merito veſtro. *Ita & iſti nunc non crediderunt in veſtra*
miſericordia. Miſericordia gentium Chriſtus eſt: vt *& ipſi*
miſericordiam conſequantur. In tantum non crediderunt, vt
& ipſi non ex operibus iuſtificentur, ſed miſericordia, ſic-
ut vos, quandocunque crediderint. *Concluſit enim Deus o-*
mnia in incredulitate. Quos inuenit in incredulitate: hoc
eſt, Iudæos omnes, & gentes, hos concluſit: quia ante Iu-
dæi peccatores erant, non perfidi: Poſtquam autem Chri-
ſto non crediderunt, æquales ſunt gentibus: & ita miſe-
ricordia indigent omnes & conſequuntur. *Vt omnium mi-*
ſereatur. Hæc fecit cauſa vt omnibus miſereatur: quia o-
mnes æqualiter incredulos deprehendit. *O altitudo diui-*
tiarum ſapientiæ. Laudat ergo ſapientiam Dei, qui tamdiu
D expectauit ſecundum præſcientiam, donec omnes æquali-
ter indigerent miſericordia, vt nemo haberet vnde gloria-
ri poſſet, ſe ex operibus iuſtificatum, quæ nec fecit. Hoc
autem nemo intellexit iuſto Dei iudicio, vnde admirans
Apoſtolus tantum profundum, nullis meritis præceden-
tibus gentes intromiſſas, & multa perfidia præcedente de-
relictos Iudæos, exclamat: O altitudo. Et ſi Apoſtolus
hoc dicit, quanto magis nos dicere debemus, & non diſ-
cutere Dei iudicia: ſed ad iſtud teſtimonium, velut ad
portum confugere, & velut ad validiſſimam anchoram
nos tenere. *Et ſcientia Dei: quam incomprehenſibilia ſunt iu-*
dicia eius, & inueſtigabiles via eius. Conſiderandum quod
Dei ſcientia omnibus diuitijs præponitur. *Quis enim co-*
gnouit ſenſum domini: aut quis conſiliarius eius fuit? Quis pro
difficultate poſitum eſt. *Aut quis prior dedit illi, & retribue-*
tur ei? Quis prior fecit aliquid boni ſine Deo, vt non Dei E
miſericordiam glorificet, ſed ſuo merito ſe recipiſſe glo-
rietur? cuius eſt bonitatis etiam quod ſumus, & viuimus,
non tantum quod credimus: quia in omnibus ipſius miſe-
ricordia præuenimur. Et ſciamus, quia ſi boni aliquid fa-
cimus, iam ab illo accipimus, cui nemo prior dedit. *Quo-*
niam ex ipſo, & per ipſum Ab ipſo non ſolum omnis crea-
tura de nihilo facta eſt, ſed ex ipſo eſt omne bonum, dicen-
te Iacobo. A quo eſt omne donum optimum. *Et in ipſo ſunt.*
In ipſo concluditur: ipſe glorificandus à nobis eſt. *Omnia.*
Ipſi gloria in ſecula, Amen. Si omnia, & fides.

Obſecro itaque vos fratres. Initium cauſæ: Quia de ſenſu CAP. XII.
domini dixerat, modo docet qui eſſe debeant, quales ſe
Dei adiutorio debeant exhibere, vt ſenſum domini habe-
re mereantur. *Per miſericordiam Dei.* Qua ſaluati eſtis: ni-
hil enim maius habebant. *Vt exhibeatis corpora veſtra.* Quan-
to magis animas veſtras? non arietes & hircos: qui ta-
men viui, & ſine macula offerebantur. *Hoſtiam viuentem.*
Ab omni peccatorum morte alienam. *Sanctam.* Puram,
& caſtam: Sanctificate enim vos, ait, à mulieribus. *Deo* F
placentem. Non hominibus ſolum. *Rationabile obſequium*
veſtrum. Omnia ſapienter facienda: quia etiam ſi conſum-
matus quis fuerit, & abfuerit ab illo ſcientia Dei, in nihi-
lum deputabitur. *Et nolite conformari huic ſeculo.* Nolite ite-
rum ſimiles eſſe filijs mundi, qui facti eſtis filij Dei. *Sed re-*
formamini in nouitate ſenſus veſtri. Renouate dono Dei ſen-
ſum veſtrum, per quem regitur corpus, & omnia membra
diriguntur. Et ita corpus renouabitur: & cum hoc feceri-
tis, tunc poteritis voluntatem Dei, & ſenſum eius agno-
ſcere. *Vt probetis quæ ſit voluntas Dei.* Hæc enim non niſi no-
uo ſenſu reuelatur renatis per gratiam. *Bona, & benepla-*
cens, & perfecta. Bona, melior, & optima. *Dico enim per*
gratiam quæ data eſt mihi. Non ſenſu proprio loquor: ſed
gratia Chriſti loquitur in me: quaſi prohibens aliter ſape-
re, quam præcipit lex diuina. *Omnibus qui ſunt inter vos.*
Sacerdotibus, & doctoribus, quorum exemplum cæteri
ſequerentur. *Non plus ſapere, quam oportet ſapere: ſed ſapere ſo-*
brietatem. Plus ſapit, qui illa, quæ lex non dicit inquirit:
ſicut dicit Salomon, Altiora te ne quæſieris. *Vnicuique*
ſicut Deus diuiſit. Notandum quod ſpiritum ſanctum dicat G
Deum: quem ad Corinthios, diuidere dicit dona ſingu-
lis prout vult. *Menſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa*
membra habemus. Vt agnoſcamus à Deo nobis etiam ipſam
fidem donari. *Omnia autem membra non eundem actum ha-*
bent. Non poteſt oculus audire, nec auris videre. *Ita multi*
vnum corpus ſumus in Chriſto. Ad vnitatem & pacem horta-
tur: Non poteſt vnus omnia habere: ne ſuperbiat ſi nul-
lius indigeat. Nolite ergo contriſtari, quia non habet v-
nus, quod alium habere perſpexit. *Singuli autem alter alte-*
rius membra. Alterutro præſtemus quod habemus: vt præ-
ſtando in alterutrum quod habemus, magis ac magis cha-
ritas confirmetur. *Habentes autem donationes ſecundum gra-*
tiam, quæ data eſt nobis, differentes. Audi donationes, & ta-
ce de meritis. Noui teſtamenti donum eſt, quod ex nobis
non eſt: Omnibus credentibus gloria futura promitti-
tur. Sed iam in præſenti renatis dominus differentias vir-
tutum, gratia diſtribuente, largitur. *Siue Prophetiam: ſe-*
cundum rationem fidei. Fidei, non legis: ſed illius fidei,
quæ per dilectionem operatur: ſed iſta dilectio per ſpiri-
tum ſanctum infunditur. Vel etiam illam Prophetiam ve-
ram, quæ ſecundum fidem eſt. *Siue miniſterium, in miniſtran-* H
do. Sacerdotale. *Siue qui docet, in doctrina: qui exhortatur, in*
exhortando. Qui docet, maior eſt eo qui exhortatur: ex-
hortari enim poſſunt & ignari pro viribus ſuis: docere au-
tem doctorum eſt. Huc vſque dona. Hinc iam docet, vt
donis acceptis bene vtamur. *Qui tribuit, in ſimplicitate.* O-
mnibus ſimpliciter, id eſt, puro corde debet dari: qui enim
ſuſceperit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem
Prophetæ accipiet. *Qui præeſt, in ſollicitudine.* Eccleſiæ, vel
fratribus. *Qui miſeretur.* Maxime miſericordia circa ægro-
tantes exhibenda eſt, quamuis generalis ſit. *In hilaritate.*
Hilarem enim datorem diligit Deus: Triſtem ſine du-
bio odit. *Dilectio ſine ſimulatione.* Qui fictus eſt in chari-
tate, iniuriam Deo facit, qui charitas eſt. Magna enim
fraus eſt, ſi auro plumbum admiſceas: quanto grauius, ſi

A malo ſimulationis, quantum in te eſt, bonum cæleſte corrumpas? Tota puritas debet eſſe in Chriſtiano, ſicut dicit, Deus lux eſt. Et in Chriſtiano ſerenitas mentis debet eſſe. Seruorum eſt in præſenti pauere, & in abſenti detrahere: & illud, Non diligamus verbo, ſed opere & veritate, vt etiam ſi neceſſe eſt, moriamur. *Odientes malum.* Siue opus, ſiue hominum actus malos. *Adhærentes bono.* Sicut, Diuerte à malo, & fac bonum. Eradica malum, vt ſemines bonum. *Charitate fraternitatis.* Tanquam ex vno vtero nati, ita vos diligite. *Inuicem benigni.* Sicut, Inuicem ſuperiores exiſtimantes. *Honore inuicem præuenientes.* Maxime ſemper tenendum eſt, vt ſemper te minorem omnibus exiſtimes, & ſic ſeruabitur humilitas, & patientia: quia quicquid pateris à maiore, contentus es. *Solicitudine non pigri.* Non ſolum ad quem manet ſolicitudo Eccleſiæ impiger debet eſſe, & alacer: ſed etiam inuicem de profectu & vita veſtra debetis eſſe ſolliciti. *Spiritu feruentes.* Tunc ſpiritu feruemus, ſi à carnalibus actibus fugiamus: quia dominus in tepidis nauſeam patitur. *Domino ſeruientes.* Non ſeculo, nec vitijs: ſed redemptori. B *Spe gaudentes, in tribulatione patientes: orationi inſtantes.* Propter gaudium futuræ ſpei in tribulatione eſtote patientes. Omne, inquit, gaudium exiſtimate, cum in tentationes varias incideritis. *Omni tempore benedicentes.* In proſperis, & in aduerſis. *Neceſſitatibus ſanctorum communicantes.* Mementote quibus operibus ſancti paruerint Deo, & eſtote participes eorum, & miniſtrate eis, qui omnia ſua contempſerunt propter Chriſtum, ſic, vt ibi veſtra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum. *Hoſpitalitatem ſectantes.* Sicut Loth etiam inuitos cogebat hoſpites. Et ſicut dicit, Hoſpitalitatem nolite obliuiſci, per hanc enim placuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis: & cætera teſtimonia. *Benedicite perſequentibus vos, Benedicite, & nolite maledicere.* Ne putaremus vtrumque fieri poſſe, non ſolum non remaledicendum eſt, ſed etiam benedicendum: ſicut ait Apoſtolus Petrus, Non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto: ſed è contrario benedicentes. *Gaudere cum gaudentibus.* Sed modo id C peruerſe fit, qui flemus cum gaudentibus: ſi quis laudatur, inuidemus: ſi quis cadit, gaudemus: ſi de corpore eſſemus, doleremus vnius membrum abſciſſum de corpore noſtro. *Flere cum flentibus.* Ad fletum Mariæ flentibus prouocatur dominus, nobis præbens exemplum, non pro Lazaro, neq; pro Iudæorum incredulitate: quia non tunc primum ſignis eius non crediderunt, ſicut quidam putant. Flere cum flentibus: nos oportet, ſubintelligitur. Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. *Idipſum inuicem ſentientes.* Vt ſicut tuæ, ita & fratris neceſſitati perfecta charitate conſentias. *Non alta ſapientes.* Superbe ſapit, qui Deo ſuam non reſeruat iniuriam. *Sed humilibus conſentientes.* Humilibus, hoc eſt, humilitati. *Nolite eſſe prudentes apud voſmet ipſos.* Nolite in humana ſapientia gloriari: ſed ſtulti eſtote in hoc ſeculo, vt ſitis ſapientes, ſicut ſcriptum eſt, Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. *Nulli malum pro malo reddentes.* Sapientia humana eſt, ſi quæras, quomodo vicem reddas malo. Nam ſtultitia eſt in ſeculo, ſi percutienti maxillam, præbeas & alteram. Qui ſi tantæ patientiæ & benignitatis
I. D fueris, non ſolum coram Deo, ſed etiam apud homines probabilis haberis. *Prouidentes, bona non tantum coram Deo: ſed etiam coram omnibus hominibus.* Tantum caue ne ideo facias, vt non Deo & homini, ſed vt ſolis hominibus placeas. *Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Siue ex vobis eſt vt fieri poſſit, quod veſtrum eſt, vos habetote pacem & cum amicis, & cum inimicis, & dicite cum Propheta, Cum ijs qui oderũt pacem, eram pacificus. Nulli ergo debemus malum de iniuria facere, vel nocere: ſed magis è contrario optate ſalutem eorum, & conuerſionem ad dominum. Vt bonum fieri poſſit, merces ſit voluntatis tuæ: vt vero fieri non poſſit, culpa ſit diſſenſionis alienæ. Tu vero cum Propheta pronuncia, Cum ijs qui oderunt pacem eram pacificus. Quod hoc modo imples, dum vtilia & ſalutaria optas inimicis: quia huiuſmodi voto ad optantem permanet fructus: etſi

E ab altera parte negligatur affectus. *Non voſmetipſos defendentes chariſſimi.* Id eſt, non partes veſtras verbis defendentes, contentiones, odia præparetis: ſed magis furentis iracundiam cedendo vincatis. Quia alienæ maliciæ impetum fugiſſe, ſuperaſſe eſt: hoc modo importunam animoſitatem aut ratione mitiges, aut humilitate declines. *Sed date locum iræ.* Aut fugite, aut permittite vobis noceri. *Scriptum eſt enim, Mihi vindictam.* Ego quaſi meam, non veſtram iniuriam vindicabo, quoniam qui vos tangit, & pupillam meam: Et qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis iſtis, & reliqua. *Ego retribuam dicit dominus.* Secundum hiſtoriam ſpem vindictæ illis promittit, vt vel ſic illos prouocet ad patientiam, & miſericordiam: non illi negarent, quod Deus nulli negat. *Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si ſitit, potum da illi.* Hoc eſt, vt malũ benignitate confundas, & gratia caſtiges ingratum. *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.* Vt cum intellexerit ſibi carbones congregari per tuam ſibi non debitam miſericordiam, poſtea conuertatur, & diligat, quem ante oderat: nam non eſt miſericordia, ſi illam ideo facias, vt illi aliquid peius eueniat, F qui iuberis pro inimico orare. *Noli vinci à malo: ſed vince in bono malum.* In ſenſibus vel motibus animorum ille dicitur viciſſe, qui alterum ad ſuam traxerit partem, ſicut hæreticum, aut paganum. Si ergo mali viciſſitudinem à te receperit, ille te vicit, & paſſionis ſimilitudinem vitio ſuo ſubdidit. Si autem per patientiam tuam ceſſare eum ab ira, vel iniuria feceris, tu viciſti, & de peccato ad ſalutem, acquirendo proximum, triumphaſti.

Omnis anima poteſtatibus. Hæc cauſa aduerſum illos, qui Cap. xiii. ſe putabant ita debere libertate Chriſtiana vti, vt nulli aut honorem deferrent, aut tributa redderent: quibus ita dicit, vt eos humiliet: ſed & de Eccleſiaſticis poteſtatibus poteſt intelligi, vt Sacerdotibus humiles exiſtamus. *Sublimioribus ſubdita ſit.* Eccleſiaſticis, vel ſeculi. *Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Non vult Chriſtianum eſſe ſuperbum, ne non propter Chriſtum, ſed propter ſuperbiam patiatur: ſicut alibi dicit, Videte quomodo caute ambuletis, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt: ſicut ipſe redemit tempus, cum dixit, Optime Felix: non idcirco iuſtus, nam ſecundum deſiderium eius datur ei: quia dicit Salomon, Quoniam data eſt vobis poteſtas à Deo: ſed cum eſſetis miniſtri regni illius, non recta iudicaſtis. Conſtituetur enim vt iuſte te iudicet, & vt timeatis, & vel ſic non peccent: quomodo ergo Propheta dixit, Quia regnauerunt, & non per me: per pecuniam, & magos, ambitiones regnabant. *Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt.* Quia per ſuperbiam ſuam damnantur. *Nam principes non ſunt timori boni operis.* Sicut dicit de hæretico, cum ſit proprio iudicio condemnatus. *Sed mali.* Malus timet: Bonus autem, ſi pro iuſtitia mori non timet. *Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa.* Damnatio malorum, laus bonorũ eſt, naturaliter enim omnes norunt & innocentiam præmio, & malitiam dignam eſſe ſupplicio, Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Et ſi non ab illa, tamen ex illa. Aut enim iuſte agis, & iuſta poteſtas laudabit te: aut iuſte agentem etiam ſi poteſtas iniuſta damnet te, Deus iuſtus coronabit te. Ac per hoc tu iuſtitiam tene, tu bene viue. Et ſiue damnet, ſiue abſoluat, habebis laudem ex illa. *Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem male feceris, time.* Quia pro tua ſolli- H citus eſt quiete. *Non enim ſine cauſa gladium portat.* Gladium ſpiritus, quem portabat Petrus, & ipſe Paulus. & in te habet officium ſi peccaueris. Hoc ſpiritaliter. *Dei enim miniſter eſt, vindex in iram, ei qui malum agit. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote.* Sicut Ananiæ & Saphiræ, & Mago: quia Deus emendare vult peccatores. *Non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam.* Non ſolum ne iraſcatur, ſed etiam quia ſcit ille à iuſtis etiam honorem deberi principibus populi tui, qui poſſunt etiam ſine cauſa inſurgere: ſed & ne pro peccati conſcientia damnemini. *Ideo enim & tributa præſtatis.* Reddite quæ Cæſaris ſunt Cæſari: quicunque enim habet vnde tributum præſtet, quomodo poteſt non eſſe ſubiectus in ijs quæ illi à Deo ſunt conſtituta? Hoc & de Sacerdotibus. *Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes.* Di-

gnus

A

guus eſt operarius mercede ſua: vt vel ſic crederent, ne videretur Chriſtus magis ſuperbiam docuiſſe: dum in peccatoribus vindicant, Deo miniſtrare probantur. *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum.* Inclina pauperi aurem tuam, & redde debitum tuum: etiam eleemoſyna debitum appellatur. *Cui vectigal, vectigal.* Vectigal noſtrum eſt, vt tranſeuntibus demus, vel tranſeuntes ſedentibus ad viam & indigentibus largiamur. Vectigal autem à vehendo dicitur. *Cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Quomodo ergo, præter Deum, ne timueris alium? ſed ſic, inquit, te age, vt neminem timeas: timor enim Dei expellit timorem humanum. *Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.* Hoc ſolum debet manere: ſemper dilectionis debitum, quod ſemper eſt neceſſarium. *Qui enim diligit proximum, legem impleuit.* Proximus eſt ſecundum dictum domini, omnis homo qui miſericordia indiget. *Nam non adulterabis. Non occides. Non furaberis: Non falſum teſtimonium dices. Non concupiſces. Et ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo reſtauratur.* Diliges dominum Deum tuum perfecte, propter idololatriam: & proximū ſicut te, propter iniuſtitiam. Inde enim iniuſtitia naſcitur, quia plus cæteris nos amamus. *Diliges*

B

proximum tuum ſicut te ipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Omnis lex & prophetæ in hoc verbo continentur: ſicut enim non vis tibi fieri malum, ſic vis tibi fieri bonum. *Plenitudo ergo legis eſt dilectio.* Conſummatio legis: quia & bonum non facere, malum eſt. *Et hoc ſcientes tempus quia hora eſt.* Non ergo debetis ſemper paruuli eſſe & lactentes, ſicut dicit ad Hebræos. Enumerat, ſiue recapitulat. Horam pro tempore poſuit. *Iam nos de ſomno ſurgere.* De ſomno pigritiæ, & ignorantiæ ſurgamus. Iam enim lucet ſcientia Dei. *Nunc enim propior eſt noſtra ſalus.* Dum appropinquat ſcientia Dei, adpropiat ſalus, appropinquat ſaluti perfectus intellectus, & firmior fit credendo. *Quam cum credidimus.* Cum primum credidimus. *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.* Comparat nocti ignorantiam, diei vero ſcientiam. *Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Cum ignorantia abiiciamus ſimul & opera ignorantiæ, & induamus arma ſcientiæ: hoc eſt, opera bona. Qui male agit, odit lucem: qui autem facit veritatem: venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. *Sicut in die ho-*

C

neſte ambulemus. Scientes Dei oculis ſemper videri. Omne peccatum nocte liberius fit: in die autem peccare non libere poteſt, propter timorem, & pudorem. *Non in comeſſationibus.* Comeſſatio eſt collatio conuiuii. Nos igitur non tales, ſed ſpirituales de Apoſtolo habemus comeſſationes. Cum conuenitis, inquit, inuicem, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet: & reliqua. *Et ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitiis: non in contentione, & æmulatione.* Attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula: & cætera de ebrietate teſtimonia. Sequitur ebrietatē impudicitia: ebrietas enim materia eſt luxuriæ. Sed etiam ſi iſta non fuerint, & fuerit zelus & inuidia, non nobis eſſe gloriandum Iacobus probat dicens, Nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſus veritatem: & reliqua. *Sed induimini dominum Ieſum Chriſtum & carnis curam ne feceritis.* Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet quomodo ille ambulauit, ambulare: ſolus Chriſtus videatur in nobis, non homo vetus. *In deſideriis.* Salomon: Poſt concupiſcentias tuas ne eas, & iterum: Si dederis concupiſcentiam animæ tuæ, faciet te in gaudium

D

inimicis tuis. Omnino faciendum non eſt quod caro deſiderat.

CAP. XIV.

Infirmum autem in fide. Hinc incipit diſſerere inter eos qui crediderant in Chriſto: quia alii eorum erant perfecti in fide, alii adhuc minus firmi. Et ij, qui perfecti erant, etiam de immolatitiis carnibus, ſi eis aliquis apponebat, tanquam reliquos cibos ſine diſcretione æqualiter manducabant. Alii vero hæſitabant, & eas velut immundas vitabant, quibus dicitur, vt holus manducent. Tamen aliqui capitulum iſtud de iis, qui ex Iudæis, & ex gentibus crediderant, dictum putant: quia qui ex Iudæis crediderant, adhuc quaſi ſecundum legem & carnes aliquas immundas, & dies aliquos ſanctiores putabant, veluti ſabbatum, aut neomenias: ipſis quaſi infirmis iubetur olera manducare: quæ indifferenter comeduntur ab omnibus. Qui firmiores erant in fide, hoc eſt, qui ex gentibus crediderant, omnes car-

E

nes, & omnes dies æquales eſſe credebant: iſtis dicitur vt nihil æſtiment commune per ipſum, niſi ei qui commune crediderit: ſicut ſubter adiecit. Scio & confido in domino, quia nihil commune per ipſum, & reliqua. *Aſſumite.* Suſcipite, vel ſuſtinete. Oblique illos increpat, qui ſe fortes putabant, vt carnibus vterentur. *Non in diſceptationibus cogitationum.* Nolite ſecundum veſtras cogitationes iudicare, quem lex non iudicat. *Alius enim credit manducare omnia.* Qui ſcilicet ſenior eſt, aut iam edomuit carnem, aut tantam fidem habet, vt non poſſit moueri ad luxuriam, vel peccatū. *Qui autem infirmus eſt, holus manducet.* Infirmus, ſecundum Deum, aut iuuentutem, aut corporis calorem, vel fidem. *Is qui manducat, non manducantem non ſpernat. Et qui non manducat, manducantem non iudicet.* Habebant inter ſe æmulationē qui non manducabant, manducantes iudicabant quaſi carnales & illi illos irridebant, quaſi cito volentes mori, & infirmos, qui de immolatitiis manducarēt. *Deus enim illum aſſumpſit.* Similiter quomodo & te. *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum?* Sicut ait ſanctus Iacobus, Qui iudicat fratrē, iudicat legem ſcilicet, & ſapientiorem ſe iudicat lege. *Suo domino ſtat aut cadit.* Siue viuit, ſiue moritur: quia & ille propter Deum abſtinet, & ille propter dominum manducat. *Stabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum.* Deus qui tres pueros legu- Iacob 4.

F

minibus paſtos meliores fecit apparere, quam illos qui de menſa regis edebant, poteſt & iſta facere: in corpore diutius ſtare, aut ieiunare, aut carnibus abſtinere. *Nam alius iudicat diem inter diem: alius iudicat omnē diem.* Iudæi diem inter diem non poterant iudicare, quia de ieiunio lex non eſt poſita, ſed quomodo poteſt vnuſquiſque, aut vult: qui autem plus ieiunat, mercedem maiorē habet. *Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abūdet.* In tali cauſa duntaxat vnuſquiſque ſic faciat, quomodo melius putat, aut poteſt, aut corporis valitudo permittit. *Qui ſapit diem, domino ſapit. Et qui manducat, domino manducat.* Domino ſapit diem, qui ieiunat propter Deum, ſiue qui ſapientiæ ſtudens abſtinet. *Gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit Deo.* Euangelium prædicat, per quod gratiæ domino referantur: quia propter Deum manducat, vt poſſit habere virtutem ædificandi corpus Chriſti: non propter gulam, nec propter luxuriam. *Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi mo-*

G

ritur. Per illius exemplum multi ſaluantur, & gratias agunt Deo. Qui enim voce gratias agit, ſolus agit: qui autem opere, multos agere facit. *Siue enim viuimus, domino viuimus. Siue morimur domino morimur.* Beatus qui omnia propter Deum facit: nos vero econtrario, aut nobis viuimus, aut hominibus morimur. *Siue ergo viuimus, ſiue morimur, domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur.* Aduentus Dei & viuos inueniet, & mortuos ſuſcitabit. Nihil ergo præiudicat: verum te viuum inueniat, an reſuſcitet, tantum vt iuſtus ſis. *Tu autem quid iudicas fratrem tuum?* Qua autoritate? quaſi non propter Deum, ſed propter gulam manducet. *Aut tu quare ſpernis fratrem tuum?* Quaſi propter homines abſtineat. *Omnes enim ſtabimus.* Tunc de iſtis dominus iudicabit, quid quomodo fecerimus. *Ante tribunal Dei.* Deum eſſe Chriſtum, qui iudicaturus eſt, non dubites. *Scriptum eſt enim. Viuo ego dicit dominus: quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.* Probat ſcriptum, quod omnes ſoli Deo reddent rationem. *Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem red-*

H

det Deo. Non pro alio: nec hominibus pro ſe rationem reddet de his, quibus lex tacet. Nam ſi tacuerit videns peccantem, reddet rationem pro eo. Speculatorē poſui te domui Iſrael, dicitur ad prophetam. *Non ergo amplius inuicem iudicemus.* Sufficit quod nunc hucuſq; ignorantes feciſtis. *Sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculū fratri, vel ſcandalum.* Hinc ſubtiliter ingreditur ad abſtinentiam, & dicit, non illos debere manducare, quamuis firmi ſint: ne iuniores exemplo illorum, aut infirmiores manducent, & offendant, aut ſcādalizentur. *Scio & confido in domino Ieſu, quia nihil commune.* Ne dicerent, quę Deus creauit, tu communia dicis eſſe non hoc ideo dico, vt aliquid putem eſſe commune. *Per ipſum.* Per Chriſtum omnia munda ſunt: commune enim erat, quicquid in eſca non excipitur Iudæorum. *Niſi ei, qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt.* In conſcientia ſua. *Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur.* Non dixit propter

A ieiunium, ſi illum aut cogas manducare, aut tuo exemplo prouoces, qui inuitus manducat, quod non poteſt ſuſtinere. *Iam non ſecundum charitatem ambulas.* Iam non diligis proximum ſicut te ipſum, ſi non illius ruinam conſideras quaſi tuam. *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* Non dixit abſtinentia tua. *Non ergo blaſphemetur nomen noſtrum* Blaſphematur autem, ſi propter eſcas contentiones oriantur. *Non eſt enim regnum Dei eſca potus.* Non per eſcam iuſtificamur: & non dixit, ieiunium & ſobrietas, ſed eſca & potus. *Sed iuſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.* Sed per ieiunium facilius adquiruntur. Vbi iuſtitia tanquam ſe proximum diligendum, ibi & pax: & vbi pax, ibi & gaudium: quia vbi diſſenſio, ibi triſtitia. *Qui enim in hoc ſeruit Chriſto placet Deo & probatus eſt hominibus.* Nemo poteſt dubitare quod ſanctus ſit *Itaque quæ pacis ſunt, ſectemur.* Vt non inuicem iudicemus. *Et quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.* Ædificatio eſt abſtinentia: Nam eſca etiam ſi non perdat fratrem, non ædificat. *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.* Hominem quem Deus fecit. *Omnia quidem munda ſunt.* Repetit, ne creaturam damnare videatur. *Sed malum eſt homini.* Ipſum mundum malum fit illi. *Qui per offendiculum manducat.* Alterius, non ſuum. *Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum.* Exponit quid eſt per quod offendit infirmus *Neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur* In quocunque cibo aut potu alter ſcandalizatur, non eſt accipiendus. *Aut infirmatur* A fide. Vinum, & mulieres, apoſtatare faciunt viros ſapientes *Tu fidem habes penes teipſum, habe coram Deo* Si in hoc te fidelem putas, ſic manduca, vt te nemo videat infirmus: quod fieri non poteſt, nec debet, vt incluſus manducet. *Beatus qui non iudicat ſemetipſum in eo quod probat.* Qui ſe non conſiderat in quo ſe probat infirmum, ſed alterum timet perire. *Qui autem diſcernit, ſi manducauerit, damnatus eſt.* Si conſiderat quod dixerit, iudicat, hoc dicit diſcernit, & iudicium enim ex diſcretione eſt, & diſcretio ex iudicio, imo idipſum eſt *Quia non ex fide.* Non ex fide quæ per charitatem operatur. *Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Quicquid non ædificat, non eſt ex fide, & ideo peccatum eſt.

CA. XV. C *Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere* Si vere firmi eſtis, ſic facite quomodo ego factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. *Et non nobis placere.* Non nos ipſi, ſed proximi laudent: quia dominus diſſipat oſſa hominum ſibi placentium: ſicut ego omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſaluentur *Vnuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat.* Non enim ædificare poteſt eum, cui non placuerit per exemplum: quia nequeunt ædificari verbis qui deſtruuntur exemplis. *In bonum ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit.* Oſtendit modum placendi, ne ad vanã gloriam placeamus: ſimul & cum dicit, ad bonam ædificationem: monſtrat eſſe malum Qui Chriſti diſcipulus erit, non quærit proprium quomodo ille enim propter aliorum ſalutem etiam mortuus eſt, & amatiſſima ſuſtinuit obprobria dicentium, Vah qui deſtruis templum, &, Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce, & liberet ſe, & cætera. *Sed ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me.* Quæcunque ſanctis improperantur propter Deum, Deo improperantur: ſicut dicit, Dum dicitur mihi cotidie, vbi eſt Deus tuus? Vel, qui Vos ſpernit, me ſpernit. *Quæcunque enim ſcripta ſunt,*
D *ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* Nihil ergo ſine cauſa ſcriptum eſt, ſiue pœnæ peccatorum, ſiue merita iuſtorum ſiue tentationes iuſtorum: nam & Deo, & ſibi noti erant, ſed vt nos eos in omnibus imitemur, ideo eorum geſta referũtur. *Vt per patientiam.* Vt & nos pro ædificatione fratrum, ſi neceſſe fuerit, etiam hęc ſimiliter patiamur. *Et conſolationem.* Conſolatio eſt patientię noſtræ, ſi quos nos patimur, dominum, & ſanctos ſciamus eſſe perpeſſos, ſicut dicit, Nolite mirari ſi odit vos mundus *Scripturarum ſpem habeamus.* Per ſcripturarum conſolationem ſpem futuram patientia expectamus, ſicut ſcriptũ eſt, Pax multa diligentib. legem tuam, & non eſt illis ſcandalũ Non poſſunt ergo deſperare, vel à fide moueri qui conſolatione vtuntur. *Deus autem patientiæ & ſolatii det vobis.* Non impatientiæ, nec diſſenſionis: ſed patientiæ, & ſolatii, vſq; ad conſummationẽ: quia ſine ipſo nihil ſumus: ab ipſo eſt enim patiẽtia mea. *Idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum.* E Vt vnuſquiſq; ſic quærat ſalutem alterius, quam ſuam: vt in fide vnanimiter perſeueret. *Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti.* Tunc Deus vere honorificatur, ſi vno animo & concordi voce laudatur. Si fuerint duo vel tres congregati in nomine meo & reliqua. *Propter quod ſuſcipite inuicẽ, ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos, in honorẽ Dei* Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti Si ille portauit noſtras infirmitates, & ſuſcepit nos impios, q Deus erat: quanto magis nos debemus inuicẽ ſuſtinere, qui ſimiles ſumus? *Dico enim Chriſtum Ieſum.* Iterum Iudæos & gentes ad vnitatem adducit. Conſentio vobis quod Chriſtus ad vos venerit: Primum promiſſus vobis per prophetas: & gentes propter miſericordiam Dei vocatæ: nunc tamen vnum corpus eſtis effecti per mortem Chriſti. *Miniſtrum fuiſſe circumciſionis, propter veritatem Dei.* Non enim venerat miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis. *Ad confirmandas promiſſiones patrum.* Quia illis promiſſus fuerat Chriſtus ſicut ipſe dicit: Non veni niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. *Gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum.* F Quia impares ſunt gentes ad gratias agendas, ſecundum quod illis gratuitam miſericordiam Deus donauit: ſiue propter Iſrael miſericordiam gentes vocatæ ſunt, vt illos æmulentur *Sicut ſcriptum eſt propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo* Oſtendit à gentibus maiores Deo gratias referendas: Cui enim plus dimittitur, plus diligit: & Iudæis arrogantiam tollit, dum & gentium ſalutem ſimiliter docet eſſe prædictam, quamuis ipſi nunquam audierint. In ipſis Chriſtus confitetur eos miſericordiam conſecutos, quia & ipſi in eius ſunt corpore *Et iterum dicit Lætamini gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi* Quia cum ipſis ad ſalutem eſtis vocati. *Et rurſum Eſaias ait, Erit radix Ieſſe.* Cuius filius eſt Dauid, ex cuius ſemine Maria, ex qua natus eſt Chriſtus, & illud huic loco aptum eſt, Non deficiet dux de femoribus Iuda: contra Iudæos, qui vere Chriſtus venit, cui omnes gentes crediderunt. *Et qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt.* Ne dicerent de proſelitis dictum eſt. *Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio* G In quo omnes ſperamus. Omne gaudium ſpiritale fidelibus in ſpe futura eſſe debet *Et pace in credendo vt abundetis.* Omnium gaudium, vbi pax: nullum vero gaudium, vbi diſſenſio, ſed mœſtitia. *In ſpe, in virtute ſpiritus ſancti.* Conſolatio ſpei ſanctorum, virtutes ſpiritus ſancti ſunt *Certus ſum autem fratres mei & ego de vobis.* Bonus doctor laudando prouocat ad profectum: vt erubeſcant tales ſe non eſſe, quales eſſe putantur. *Quomodo & ipſi eſtis pleni dilectione* Ne tanquam contentioſos arguiſſe videretur, & diſſidẽtes, & ſtultos, ſimul oſtendit Chriſtianos ſemper ſe alterutrum monere debere *Repleti omni ſcientia ita vt poſſitis alterutrum monere.* Et veteris & noui teſtamenti. *Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte.* Imo ideo magis ſcribẽdi fiduciã habui, quia ſcio vos vt prudentes cito accipere rationem. Argue ſapientem, & amabit te. *Tanquam in memoriam vos reducens.* Sciens quam ſapientes ſitis. Sapiens etiam nutibus ſeruit. *Propter gratiam quæ data eſt mihi à Deo.* Non propter dona humana, vel vt lauder a vobis: ſed vt officium meum impleam. *Vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in gentibus.* Reuocans illi ſeruos quõdam fugitiuos. *Sanctificans Euangelium Dei.* Mox exemplo ſanctum oſtendens, quod cum tanto timore miniſtro, qui-
H dam enim vt humana contemnunt, quod prædicant vt diuinum: & ita fit vt res ſancta videatur eſſe non ſancta, ſi nõ fiat ſancta. Vnde dicitur, Sanctificate ieiunium, id eſt ſanctum facite ſiue monſtrate. *Vt fiat oblatio gentium accepta ſanctificata in ſpiritu ſancto.* Vt exemplo meo gentes efficiantur hoſtia Deo accepta: non igni ſanctificata vel ſuſcepta, ſed ſpiritu ſancto, ſicut ſcriptum eſt, Quia ſedit ſuper apoſtolos ſicut ignis. *Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu.* Qui gloriatur, in domino glorietur. *Ad Deum.* Licet apud homines infamia. *Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam gentium.* Non audeo me dicere propria virtute feciſſe, & non omnia per me Chriſtum eſſe operatum: vt omnia tolleret præſumptionem. *Verbo & factis, in virtute ſignorũ, & prodigiorum.* Ipſe per me loquebatur & ipſe ſigna faciebat, virtutes operando. *In virtute ſpiritus*

ſancti

A ſanctis. Hoc non de operibus, ſed de virtutibus & ſignis, quæ fiebant, loquebatur. *Ita vt ab Hieruſalē per circuitū uſq; ad Illyricum repleuerim euāgeliū* Chriſti. Replet euangelium, quando etiam gentes credunt: ſic adimplentur paſſiones Chriſti in Paulo, quando à gentibus patitur, & in omni loco Chriſti euangelium dilatatur. *Sic autem hoc prædicaui euangelium, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem.* Non omnis qui ſuper alienum fundamentum ædificat, male ædificat, nam poteſt aurum ædificare. Hic pſeudoapoſtolos taxat, qui ſemper ad iam credentes ibant, & nunquam ad gentes, quia non poterant operari virtutes: & oſtendit perfecte ſe laboraſſe, qui & fundamentum poſuit & ſuperædificauit. *Sed ſicut ſcriptum eſt, Quibus non eſt annunciatum de eo.* Suum laborem monſtrat ante prædictū. *Videbunt: & qui non audierunt de eo, intelligent.* Videtur Chriſtus in apoſtolis per virtutes, ſicut pater in Chriſto, dicente, Vel operibus credite, quia pater in me eſt, & ego in patre. *Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos. Nunc vero vlterius locum nō habens in his regionibus.* Exponit illud, quod in

B capite epiſtolæ dixerat, Sed prohibitus ſum. *Cupiditatem autem habens veniendi ad vos.* Notandum, eſſe cupiditatem etiā bonam. *Ex multis iam præcedentibus annis.* Qualis neceſſitas fuit, vt multis annis detineretur. *Cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero.* Promiſerat quidem, ſed diſpenſante Deo non ambulauit. *Spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc.* Quia vos ſic exhibetis, vt nec in vobis locum habeam diutius immorandi. *Si vobis primum ex parte fruitus fuero.* Ex parte: quia iam credidiſtis ad confirmandus vos, ideo ex parte, nulla temporis magnitudo ſatiat charitatem. *Nunc igitur proficiſcar in Hieruſalem.* Hoc ſolum mihi reſtat, vt veniam. *Miniſtrare ſanctis.* Sancti erant in Hieruſalem, qui omnibus contemptis, & ante pedes apoſtolorum iactatis, lectioni, orationi, & doctrinæ vacabant. Quales ergo erant, vt Apoſtolus ipſe pergeret illis miniſtrare, & quibus optat acceptam ſuam oblationem, ſi eam dignentur accipere: oſtendēs hoc non tam accipientibus prodeſſe, quam dantibus. *Probauerunt enim Macedonia & Achaia.* Probauerūt ſibi hoc vtile eſſe. *Collationem aliquā facere.* Conferre aliquid ſumptuū. *In pauperes ſanctorum, qui ſunt in Hieruſalē.* Pauperes ſanctorū, quia propter dominum ſunt pauperes. *Placuit enim eis. &*

C *debitores ſunt eorum.* Prouocat illos ad hoc opus, oſtenditq; non illis immerito placuiſſe. *Nam ſi ſpiritualium eorū participes facti ſunt gentiles.* Quia ex ipſis habebāt doctores, & ſocii facti erant radicis, & pinguedinis oliuę. *Debent & in carnalibus miniſtrare illis.* Vnuſquiſque in quo abundat. *Hoc igitur cum conſummauero, & aſſignauero eis fructū hunc, proficiſcar per vos in Hiſpaniā.* Si vos ſic exhibueritis abundāter bene doceam vos, quod quis quantum proficit diſcipulus, tantum ad docendum prouocatur & doctor ſicut ibi, Os noſtrum patet ad vos. *Scio aūt quod veniens ad vos, in abūdantia benedictionis Chriſti veniā.* Siue abūdanter pręparatis metēda, ſiue benedicitur Chriſtus in aduentu meo. *Obſecro igitur vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Iacobo occiſo, pro Petro orant, & liberatur de carcere, ne ipſi detrimentum paterentur. *Et per charitatem ſpiritus ſancti.* Charitas ſpiritus quam ſcripſit ad Galatas, Charitas facit ſancti ſpiritus vt pro inuicem oremus. *Vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deū.* Multum enim valet inſtans oratio plurimorum. *Vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa, & obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieruſalem ſanctis.* Siue vt omnes credāt, ſiue fidelibus miniſtrans in infideles non incidam, & ad vos venire non

D poſſim: prævidebat enim per ſpiritum, ſe ibi ſicut in actibus apoſtolicis legimus, multa paſſurum. *Vt veniam ad vos in gaudio.* Tunc cum gaudio veniam, ſi ab eis oblatio mea fuerit accepta, & ſecurus verbum Dei abundantius loquar. Triſtitia enim animi multum impedit ad doctrinam: ſicut Eccleſiaſtes, Calumnia turbat animum, etiam ſapientis. *Per voluntatem Dei, & refrigerer vobiſcum.* Si Deus voluerit, non ſi ego ſine eius voluntate intendero. *Deus autem pacis cum omnibus vobis Amen.* Non niſi in pacificis Deus pacis inhabitat. Pulchre autem in pace finiuit, duobus populis in concordiam reuocatis.

CAP. XVI. *Commendo autē vobis Phœben ſororem noſtram.* Hoc iā quaſi poſt finē, vt ſolet in vltimo epiſtolę fieri. *Quæ eſt in miniſterio eccleſiæ.* Quomodo diacones ſunt, ſiue in miniſterio verbi: Nam & fœminæ tunc in ſuo ſexu docebāt, ſicut legimus de Priſcilla, cuius vir Aquila vocabatur. *Quæ eſt in Cenchris.* Cēchres portum aiunt Corinthi. *Vt eam ſuſcipiatis in domino digne ſanctis.* Hoc eſt, propter dominum. *Et aſſiſtatis ei, in quocunq; negocio veſtri indiguerit: etenim ipſa quoque aſtitit multis, & mihi ipſi.* Et adiuuetis eam, ſiue ſumptu, ſiue aliquo ſolatio, quia & ipſa quā diu habuit, plurimos adiuuit. *Salutate Priſcam & Aquilam.* Qui confirmarunt Apollon, & docebant, ſicut legimus. *Adiutores meos in Chriſto Ieſu.* In hoc adiuuabāt in quo laborabat Paulus, in verbo ſcilicet. *Qui pro anima mea ſuam ceruicem ſuppoſuere.* Probando meam doctrinam ſe periculis obiecerunt. *Quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ eccleſiæ gentium.* Quibus per illos ego ſeruatus ſum. *Et domeſticam eorum eccleſiam.* Oſtendit, in quocunque loco collecti fuerint fratres, eccleſiam eſſe. *Salutate Ephenētum dilectum mihi.* Illos ſalutat, per quos Romani crediderant, non ſunt enim nomina Latina, ſed Græca. *Qui eſt primitiuus Aſiæ in Chriſto Ieſu.* Qui primus ex Aſia credidit. *Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.* Verbo, nam tunc etiam prophetabat. *Salutate Andronicum & Iuliam cognatos.* Ex Iudæis. *Et concaptiuos meos.* Simul fuerant paſſi cum Paulo tribulationem. *Qui ſunt nobiles in apoſtolis.* Et mente, & doctrina. Ipſi inter cæteros miſſos ad Romanos, per quos E

crederent vel eorum firmarentur exemplo, nobiles habebantur. *Qui & ante me fuerunt in Chriſto. Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in domino, ſalutate Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachen dilectum meum.* Qui etiam ante crediderē quam ego. *Salutate Apellem probum in Chriſto.* Probatum ſiue perfectum. *Salutate eos qui ſunt de Ariſtoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi.* Ciuitas vel locus eſt. *Qui ſunt in domino.* Non enim omnes ex Narciſſi erant in domino. *Salutate Tryphænam & Tryphoſam, quæ laborant in domino. Salutate Perſidem chariſſimam, quæ multum laborauit in domino. Salutate Rufum electū in domino & matrē eius & meam.* Aetate, non partu. *Salutate Aſyncritum, Phlegontam, Hermē, Patrobā, Hermā, & qui cum eis ſunt fratres. Salutate Philologū, & Iuliam, Nereum, & ſororē eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis ſunt ſanctos. Salutate inuicem in oſculo ſancto, ſalutant vos omnes eccleſiæ Chriſti.* Non ficte, vel ſub dolo, quaſi Iudas tradidit ſaluatorem. Ideo enim de eccleſia primo pax annunciatur, vt oſtēdat ſe cum omnibus pacificum eſſe, qui corpori communicaturus eſt F

Chriſti. *Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones.* Diſſentiunt autē à doctrina, qui ex circūciſione erant, qui ieiuniū & abſtinentiā deſtruentes, neomenia, & ſabbata, & ferias, ventris cauſa docebant. *Et offendicula præter doctrinam, quā vos didiciſtis faciūt. & declinate ab illis.* Quia per hęc potentius oſtenderet. *Huiuſmodi enim Chriſto domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri.* Sicut Iouinianus. *Et per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium.* Compoſite dicentes, & bene aſtruentes. *Veſtra enim obedientia in omnē locum diuulgata eſt.* Si illis obediſtis, quibus non debuiſtis, quāto magis nobis? Ideo ad vos venerunt, ſcientes vos cito ſeduci poſſe: bona eſt enim obedientia, ſed in bono. Nam non ſemper: quia frequenter & mala docentur. *Gaudeo igitur in vobis: ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.* Bonum ſapiēter faciendo, malum ignorare vitando, & ſubiicietur inimicus pedibus veſtris: Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes, ſimplices vt columbæ. *Deus autem pacis conteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter.* Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpētes & ſcorpiones: id eſt, vt nō vobis dominētur, & omnibus ſuper eos membris liberi ambuletis. *Gratia domini noſtri Ieſu* G

Chriſti vobiſcum. Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei. Hęc eſt ſemper Pauli ſubſcriptio. *Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolā in domino. Salutat vos Caius hoſpes meus & vniuerſa eccleſię.* Tertius nomine, nō numero. *Salutat vos Eraſtus diſpenſator ciuitatis, & Quartus frater.* Hunc Eraſtum diſcipulū fuiſſe, & prędicaſſe euidēter dicit ad Timotheum. *Ei autē qui potens eſt vos confirmare.* Signis atque virtutibus. *Iuxta euangelium meum & prædicationem Ieſu Chriſti.* Iuxta prędicationē Ieſu Chriſti viuatis. *Secundū reuelationem myſterij temporibus æternis taciti: quod nūc patefactum eſt per ſcripturas prophetarum, ſecundum præceptū æterni Dei, ad obedientiā fidei in cunctis gentibus.* myſteriū de vocādis gētibus in lege diu fuerat occultatū, quod nūc per prædicationem, H

A vel teuelationem Chriſti, & euangelium Pauli patefactum eſt, per teſtimonia prophetarum : quamuis enim hoc ante prophetæ prædicerent, tamen quomodo futurum eſſet nec ipſi quidem prophetæ ſciebant. Poterant enim credere eos tanquam proſelitos admittendot ad fidem. *Cogniti ſoli ſapienti Deo.* Solus hæc ante Deus præſciuit: ſiue ſolus naturaliter ſapiens. Quomodo ſolus bonus, cum & homo bonus dicatur. Nos enim dono Dei boni, vel ſapientes eſſe poſſumus ille natura. Notandom quia non dixit ſoli ſapienti patri, ſed ſoli ſapienti Deo, qui eſt trinitas æterna. *Per dominum Ieſum Chriſtum, cui honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.* Per Ieſum Chriſtum non à nobis ipſis.

Finis epiſt. Pauli ad Romanos.

B

AD CORINTHIOS EPISTOLA PRIMA.

ARGVMENTVM.

Corinthii ſunt Achaici : & hi ſimiliter ab Apoſtolis audierunt verbum veritatis, & ſubuerſi ſunt multifarie à falſis Apoſtolis. Quidam à philoſophia verboſa eloquentia alii ſecta legis Iudaicæ, ſeducti ſunt. Hos reuocat Apoſtolus ad veram euangelicam ſapientiam, ſcribens eis ab Epheſo. Corinthus metropolis eſt, & ideo quod ipſis ſcribit, omni Achaiæ ſcribit.

PAVLVS. Autoritatis eſt nomen. *Vocatus apoſtolus Ieſu Chriſti.* In via vocatus, vt eſſet apoſtolus *Per voluntatem Dei.* Voluntate Dei vocatus & illuminatus credidit. *Et Soſthenes frater.* Non apoſtolus, ſed ex ipſis ſciens erat. *Eccleſia Dei, quæ eſt Corinthi.* Eſt Ecclesia & non Dei. *Sanctificatis.* Per baptiſmum. *In Chriſto Ieſu.* Gratia eius per quam ſaluamur. *Vocatis ſanctis cum omnibus.* Oſtendit quæ ſit eccleſia Dei, quæ lauacro ſalutari abluta eſt. Sanctos corripit, vt C illi cæteros arguant, quia nec ipſi ſine peccato: ſicut ſaluator propter Phariſæos diſcipulis dicit, Videte, & cauete ab omni auaritia: qui nihil habebant. *Qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco, ipſorum, & noſtro.* Inuocare, intus vocare eſt. quod licet ad omnes, ſed maxime ad ſacerdotes pertinet inuocare: ſicut ibi, Sic benedicitis filios Iſrael, inuocantes nomen meum. Et Dauid ait, Et Samuel inter eos qui inuocant nomen domini. Nam ſacerdos fuit, qui & ſacerdoti ſucceſſit, & qui hoſtias offerebat, & de quo ſecundum hiſtoriam dictum eſt, Suſcitabo mihi ſacerdotē fidelem. *Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.* Notandū, quia ſemper gratiam præmittit cum pace *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu* Gratias quidam ago quod habetis ſcientiam, ſed volo vos ſcire quæ ſit vera ſcientia, quæ cōcordat in omnib. catholicæ fidei. Vt ſolet, primum prouocat. *Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo.* In omnibus doctrinis dono Dei per ſapientiam, quæ prophetas & amicos Dei conſtituit. *In omni verbo, & in omni ſcientia.* Tam veteris teſtamenti quam noui. *Sicut teſtimonium Chriſti confirmatū eſt in vobis.* Teſtimoniū Chriſti quod dixit, Omnis ſcriba doctus ſimilis eſt homini D patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. *Ita vt nihil deſit in vlla gratia.* Sicut dicit Salomon, Venerunt mihi omnia ſimul cum ea: id eſt, cum ſapientia. *Expectantib. reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti.* Qui nunc tanquam abſens non videtur. *Qui & confirmabit vos vſque ad finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti.* Sicut ait propheta, Confirma me in verbis tuis, & illud, Pax multa diligentibus nomen tuum, & non eſt illis ſcandalum. *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis.* Quia confirmauit fidelis Deus. *In ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti domini noſtri.* Societatem Ioannes oſtendit dicens, Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo nullæ ſunt: ſi dixerimus, quia ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Et Paulus: Si commorimur, & conuiuemus: ſi ſuſtinemus, & conregnabimus: ſi ſocii fuerimus conuerſationis & paſſionum, erimus ſocii & in gloria. E *Obſecro autem vos fratres.* Hucvſq; cum laude præfatio. Hinc iam cauſam diſſenſionis exequitur. *Per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti.* In quo nomine videbitis ſigna fieri. *Vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata.* Vt vnum ſentiatis, vel confiteamini. *Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia.* Si vnum & ſentiatis & proferatis, tunc poteritis eſſe perfecti. *Significatum eſt enim mihi de vobis fratres mei ab his qui ſunt Chloes, quia cōtentiones inter vos ſunt* Quomodo Apoſtolus credidit de abſentib. cum ſcriptum ſit, Non credas auditui vano: & cætera multa? Sed hanc gratiam habebat, vt ſciret quid abſentes agerent, ſicut ad Coloſſenſes ait, Etſi corpore abſens, ſpiritu præſens, gaudens, & videns ordinem s veſtrum. *Hoc autem dico, quod vnuſquiſque veſtrum dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ.* In apoſtolorū perſona hoc de pſeudoapoſtolis dicebat, qui per ſapientiam mundi circumuenerant eos, quia vnuſquiſque eius ſe dicebat eſſe, cuius doctrinam diligebat, cum diuerſas haberent doctrinas, ſi ergo nec de veris apoſtolis dicendum eſt, quanto magis de illis qui nihil erant? *Ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis?* Pauci dicebant, quod omnes dicere debuiſſent. Diuiditur corpus, cum membra diſſentiunt. F Poteſt dici illis, qui Chriſti exemplo Abraham volunt imitari : Nunquid Abraham crucifixus eſt pro vobis & illud domini, in quo docet, non debere nos quærere quid alteri diſcipulo præcipiet: ait enim Petro, Quid ad te: tu me ſequere. *Aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* Habebant ergo iſti baptiſmatis ſacramentum, ſed hoc per contentionem, & zelum in ſciſma vertebant, & carnaliter ſapiendo aliter de Deo credebant, dum ſibi ipſi ſenſu carnali Deum qualem volebant fingebant, atque ita tantum longe aliter quam Deus eſt credebant, quantum à veritate vanitas differt: quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. De talibus dicit, Et circumferuntur omni vento doctrinæ. *Gratias ago Deo meo, quod neminem veſtrum baptizaui, niſi Criſpum, & Caium, ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati eſtis. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Ceterum neſcio ſi quem alium baptizauerim Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare.* Quod ſic euenit, vt neminem veſtrum baptizarem, nam forſitan dixiſſetis, quod in nomine meo baptizarem. G *Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti* Euacuant illi vim crucis, qui humana ſapientia gloriantur, quam illa damnauit. *Verbum enim crucis prædicatio euangelii eſt.* Chriſti crucifixi. *Pereuntibus quidem ſtultitia eſt.* Incredulis, & non intelligentibus virtutem Dei, ſtultitia videtur, Dei filium dicere crucifixum : fideles autem intelligunt Dei eſſe virtutem, cum & diabolum ſuperauit, & mortem. *In autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, virtus Dei eſt* Fidem [illegible] credendo ſaluauit. *Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiā prudentiū reprobabo.* In aduentu Chriſti impletum eſt *Vbi ſapiens? Vbi ſcriba?* Eligendo piſcatores, philoſophos reprobauit. *Vbi inquiſitor huius ſeculi?* Qui ſapientia ſua conquirit cum cæteris de occultis, vt de abditis rebus ac naturis ſingulorū. Vnde eſt hæc ſapientia, quam reprobat Deus, cū omnis ſapientia à domino Deo ſit? ſed iſta ſapientia talis, & ſecularis, nō eſt de furſum deſcendēs, ſed mūdana, ideo vt ſtulta à domino refutatur, quia ſe putat aliquid eſſe, & p ſuā ſapientiam occulta Dei cognoſcere : ſed iſta ſapiētia animalis & diabolica eſt. De talibus ſapientib. dicit Deus, Quia abſcondiſti hæc à ſapientib. & prudentib. *Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo.* H Omnia in ſapiētia fecit, in qua debuit ipſe cognoſci qui fecerat, qui etiā ipſis ad cognoſcendum eum dederat ſapientiam. *Per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credētes.* Quæ apud illos ſtultitia habebetur. *Quomodo & Iudæi ſigna petunt.* Ex conſuetudine prophetarum, qui cum etiam ſine ſignis cognoſcere debuerūt, videntes non crediderunt. *Et Græci ſapientiam quærunt.* Rationem humanæ ſapientiæ, *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum.* Oſtendit multum diſcrepare illorum ſapientiā à doctrina ſua. *Iudæis quidem ſcandalum.* Scandalum eſt Iudæis, ſi prædicamus eſſe ipſum Chriſtum, quem illi crucifixerunt : ſcandalum illis eſt audire mortuum Chriſtum, ſicut dicebant, Nos audiuimus ex lege, quia Chri-

ſtus

A ſtus manet in æternum. *Gentibus autem ſtultitiam.* Non intelligentibus miſericordiam Dei eſſe, quæ ſtultitia credebatur. Niſi enim (ait propheta) credideritis, non intelligetis. *Ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* Quam non credit profecto dum neſcis: cum autem crediderit, quam infirmitatem putauerat, intelligit eſſe virtutem, quia intelligunt myſterium pietatis eſſe dum credunt. Si Chriſtus Dei virtus, ergo ſempiterna. Sempiternus igitur Chriſtus, quia alibi dicit, Sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas, & ſapientia. Quod hæretici non intelligentes, partem imperfectum blaſphemant, dum dicunt fuiſſe patrem aliquando ſine filio, ergo fuit ſine virtute, ſine verbo, ſine ſapientia, ſine iuſtitia, quod quam ſtulte dicant, agnoſcant Dei virtutem propter ſigna: Dei ſapientiam propter doctrinam. *Quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus.* Quia ſtultum videtur Deo, ſapientius eſt omnibus hominibus: quia ſapientia ſua ſaluari

B non poterant, qui per crucem domini liberati ſunt: ſicut ſi dicas, ſapientior eſt ruſticus ſermo aduocati, quam ſermo ſapientiſſimi ruſticani. Stultum Dei iudicabatur, quando audiebant Deum paſſum. Sed hoc erat ſapientius. *Et quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Mortem quam nec gigantes euadere potuerunt, homo crucifixus, in Deo aſſumptus, euicit. *Videte enim vocationem veſtram fratres.* In vobis ipſis probate quod dico. *Quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.* Quia pauci ſapientes crediderunt: per ſuperbiam enim ſapientiæ ſecularis, multi Dei ſapientiæ noluerunt eſſe ſubiecti. *Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus. & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.* Hoc eſt, elegit Deus populum gentium, qui non erat populus Dei, vt deſtrueret populum Iudæorum, qui ſe eſſe gloriabatur Dei. Semper iſtorum trium gloriatio arguitur, ſicut ſcriptum eſt, Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque fortis in fortitudine ſua, neque diues in diuitijs ſuis. Ipſe quoque dominus quod per prophetam dixerat, in ſe ad noſtrum exemplum impleuit. Denique dum de paupere naſcitur, reprobat diuitias: dum literas non diſcit, refutat ſeculi ſapientiam: dum traditur, non reſiſtit, qui poterat, totum

C mundum vno ſermone ſubuertere, humanam tamen fortitudinem nihil eſſe monſtrauit. Vnde humilient ſe Deo, ſi volunt & ipſi eligi cum cæteris. Sed hoc totũ contra illos dicebat, qui ſe dicebãt de genere ſacerdotali eſſe, & legiſperitos, & meliores apoſtolis & ſeducebant eos in multis erroribus doctrinarũ: quomodo dici poteſt contra Pelagianos, qui dicunt ſe ſua ſapientia eſſe ſaluatos *Vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius.* Carnales ſunt, qui de ſuis meritis gloriantur: ſed cito cadent, ſicut flos fœni. *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu.* Si ergo ex ipſo eſtis, nolite illos admirari, quos ille non elegit. *Qui factus eſt ſapientia nobis à Deo & iuſtitia.* Vt nos faceret ſapientes, & iuſtos, & ſanctos. Contra Arianos facit locus iſte, qui dicunt patrem fuiſſe aliquando ſine filio, qui eſt ſapientia. *Et ſanctificatio & redemptio.* Corporis noſtri in reſurrectione. *Vt quemadmodum ſcriptum eſt, Qui gloriatur in domino glorietur.* Non hoc ſeculo, nec in proprijs meritis, ſicut multi, qui ſe Chriſtianos credunt, & Pelagiano errore decipiuntur.

CAP. II.

D *Et ego cum veniſſem ad vos fratres, veni non per ſublimitatem ſermonis, aut ſapientiæ annuncians vobis teſtimonium Chriſti: non enim iudicaui ſcire me aliquid inter vos.* Quia oſtenderat non illos debere admirari humanam ſapientiam, ſuum exemplum replicat: quia non ipſe per humanam ſapientiam prædicaſſet. *Niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Quod apud homines ſtultum videtur. *Et ego in infirmitate, & in timore & tremore multo fui apud vos.* Non in iactantia *Et ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.* Quia valde diſputatores erant iſti Corinthij, timuit ne illi reſiſterent, aut ne illis & hoc aliqua philoſophia videretur, & non crederent: ideo magis virtutis oſtendit. *Vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei.* Sapientia humana ad breue tempus placet: quia temporalis eſt, vt ipſe homo: virtus autem Dei æterna eſt, quomodo Deus. Ideo illa fides permanet, quæ per Dei virtutem eſt collata in homine. *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Et nos habemus diuinam ſapientiam, ſed eam vos capere non poteratis: quia adhuc lacte nutrimini, & in fide parum comprobamini. *Sapientiam vero non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi.* Siue regum, ſiue philoſophorum, vel certe principum Iudæorum, vel contrariæ fortitudinis. *Qui deſtruuntur.* Cum ſapientia ſua, atque doctrina, adueniente gratia Chriſti. *Sed loquimur Dei ſapientiam.* Quæ Chriſtus intelligitur, qui & prædeſtinatus eſt, ſicut dicit ad Romanos. *In myſterio quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtrã.* Siue in præſcientia, ſiue in re ante tẽpora, ſiue quia multi prophetæ cupierunt videre, & quãquam ſingula ſcierint, nemo tamen ad plenum cognouit. *Quam nemo principũ huius ſeculi cognouit.* Pilatus & Caiphas, vel certe omnes principes ſacerdotum. *Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum.* Dominus maieſtatis & merito & natura omnis creaturæ dominus effectus eſt, & Ieſus homo, in quo Deus quodammodo potuit crucifigi: F propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, pro vnitate perſonæ & Deus dicitur crucifixus, & filius hominis eſſe in cœlis, cum quãdo iſta dicebat dominus in corpore erat in terris. Quoniam ergo Chriſtus homo verus, & Deus verus, ex duplici ſubſtantia vna perſona, & homo Deus, & idem rex gloriæ, dominuſq; virtutum non ſit crucifixus, pro inuiolabili diuinitate. & crucifixus ſit in homine, pro vnitate perſonæ: itaq; miro, atq; incogitabili modo paſſus eſt Deus, & non paſſa diuinitas. *Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum.* Non merito noſtro reuelauit nobis, ſed ſua gratia, qui per fidem eius accepimus ſpiritum ſanctum, qui voluntatem Dei nobis oſtendit. *Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim ſcit hominũ, quæ ſint hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei.* Deum eſſe non dubites, qui non ſolum humana, ſed etiam Dei occulta ſcire dicitur. *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus. ſed ſpiritum qui ex Deo eſt.* Qui mundana cogitat, id eſt, qui ſe mundanis inuoluit, & implicat, ſpiritum mundi habet: non habet ſpiritum ſanctum. *Vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ & loquimur.* Per aduentum, paſſionem & G reſurrectionem eius, dono ſpiritus ſancti, quæ etiam vobis annuntiamus. Audi donata, & tace de meritis. *Non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus* Non à philoſophis docti, ſed à Dei ſpiritu. *Spiritalibus ſpiritalia comparantes.* Spiritalibus, qui ea capere poſſunt aſſeuerantes. *Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei* Qui ſpiritum Dei non habet, animalis eſt: quia ritu animalium viuit, qui putat nihil eſſe poſt mortem, ſed hoc ſe debere agere, quod animalia: id eſt, manducare, & luxuriari, & mori. *Stultitia eſt enim illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritaliter examinatur.* Stultitia illi videtur primũ natus Deus, paſſus, reſurrexiſſe: ſecundo contẽnere quæ tua ſunt: præſtare maxillam: & cætera. *Spiritalis autem diiudicat omnia.* Iudicat vanum eſſe huiuſmodi hominem, probat, examinat & ipſe à nullo carnali intelligitur, & quo quis ſpiritu agat. *Et ipſe à nemine iudicatur. Quis enim cognouit ſenſum domini, qui inſtruat eum?* Modo timet, ne dicant, totum hoc habet ſenſus Dei, quod nobis dixiſti: id eſt, non in me ſenſus Dei deficit, ſed in vobis virtus audiendi. *Nos autem ſenſum Chriſti habemus.* Qui ſpiritum ſanctum accepimus. H

CAP. III.

Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus. Appellati ſunt enim ad quẽdam modum carnales iam renati per fidem, non ſic, ſicut illi qui adhuc venundati erant ſub peccato: ac ſi diceret, non potuiſtis quaſi ſpirituales, ſed quaſi carnales capere quæ loquebar. Animalis enim homo, id eſt, qui ſecundũ hominem ſapit (animalis quippe dicitur ab anima, carnalis à carne, quia ex anima & carne conſtat totus homo) non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei: id eſt, quid gratiæ credentibus crux conferat Chriſti. *Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: Nondum enim poteratis: ſed nec nunc quidẽ poteſtis: Adhuc enim eſtis carnales.* Non in carnali ętate, ſed in fide Chriſto oſtendit proficiẽtis futurum eſſe, vt poſſint, quia iam in eis ſpiritaliter natis gratia fuerat inchoata: ergo iam vaſa erant in honorem ſa-

A ēta quibus adhuc recte diceretur, O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? & ſi talibus recte dicitur, multo rectius eis, qui vel nondum ita regenerati ſunt vel etiam in contumeliam facti. Illud tantummodo teneatur, quod non ſit iniquitas apud Deum: qui ſiue donet, ſiue exigat debitum, nec ille à quo exigit, recte poteſt de iniquitate eius conqueri: nec ille cui donat, debet de ſuis meritis gloriari. Et ille enim, niſi quod debetur non reddet: & ille non habet, niſi quod accepit. *Cum enim ſit inter vos zelus, & contentio.* Dicit beatus Petrus, Deponentes igitur omnem malitiam, & ſimulationem, tanquam modo geniti infantes. rationabile, & ſine dolo lac cõcupiſcite. Si igitur illi paruuli eſſe dicũtur, qui omnem malitiam depoſuerint, quia adhuc bona nõ fecerint: quid de nobis cenſemus, in quib' omnis malitia dominatur? *Nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?* Conſiderandum propter quid carnales eſſe dicuntur: quod vtiq; nõ carnaliter ſit ſed ſenſu fit carnis. *Cum enim quis dicit, ego quidem ſum Pauli: alius autem, ego Apollo: nonne homines eſtis?* Qui nihil maius habet, quam cæteri homines, ſecundũ hominem ambulat. Id eſt, qui diligentem ſe tantum diligit, &
B cætera. Sed in hoc loco propter defenſionem hominũ ſingulorũ homines appellantur, euidenter oſtendit, plus nos velle eſſe, quam homines. Cum exprobrat homines eſſe, quia eos contentiones habere cognouit, excedere nos vult humanam naturam, dum ſic exprobrat *Quid igitur eſt Apollo? quid vero Paulus? miniſtri eius cui credidiſtis.* Si nos nihil ſumus, quanto magis aliqui vere nihil ſunt, ſed ficti apoſtoli? *Et vnicuiq; ſicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit.* Hoc ipſum non ex nobis, ſed Dei donũ eſt, qui in vobis operatur: quia & nobis gratiam dedit, vt ego ſigna facerem, per quę crederetis: & Apollo ſua doctrina vos confirmaret: quia ſicut qui plãtat in ſiccitate, ſic omnis doctrina creſcit, niſi Dei gratia irroretur: Si ergo & planta Dei eſt, & fons, quid nobis adſcribitis, quaſi aliquid noſtrum ſit? Hæc dicens, cõmendat gratiam. *Sed Deus incremẽtum dedit.* Vide commendantẽ gratiam: & audent homines modo dicere blaſphemias, & ſibi adſcribere, quæ Dei ſunt, cum ſi ille non dederit incrementum, omnis homo laboret in vanum. *Itaq; neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed qui incrementum dat, Deus. Qui plantat autem, & qui rigat, vnum ſunt.* Nos mercenarii ſumus, alienis
C ferramentis operamur, nihil debetur nobis, niſi merces laboris noſtri, quia de accepto talento operamur. *Vnuſquiſq; autem propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.* Cõtra Iouinianum, qui vnam omniũ dicit eſſe mercedem. *Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis.* Adiutores in verbo, non in potentia: ager, & meſſis Dei. *Dei ædificatio eſtis.* Aedificatio templi Dei. *Secundum gratiam Dei quæ data eſt mihi.* Nõ ſecundum meam virtutem *Vt ſapiens architectus.* Sapientis architecti eſt, fundamentum ponere. Primus ergo Apoſtolus Corinthijs fidem inſinuans, per gratiam Dei Chriſtũ poſuit fundamentum: & ſi ipſe fundamentum, quomodo Pelagiani dicunt, quod homo incipiat, & ille conſummet? *Fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat.* Si fundamẽtum ipſe Chriſtus, quomodo blaſphemant Pelagiani, quod ipſi ſuis meritis ad fidem venerunt Chriſti? *Vnuſquiſq; autẽ videat quomodo ſuperædificet.* Vt rectus ergo & fortis paries creſcat: ne per malam conuerſationem, velut male cæmentati lapides, de ædificatione Dei cadatis *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Nemo poteſt alium Chriſtum vobis prædicare, præter Ie-
D ſum in quem tota fide credentes, firmi ſtate. Si fundamentum Chriſtus, vbi ſunt, qui dicunt, aliquid boni poſſe haberi ſine Chriſto: & ſibi fidem qua in Chriſto creditur, tribuere arroganter præſumunt: & non agunt Deo gratias, à quo eis infuſa eſſe dignoſcitur? *Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſq; opus manifeſtũ erit: dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur.* Tria genera ſunt bonorũ in eccleſia: hoc eſt, bonus, melior, optimus. & tria genera his contraria: id eſt, malus, peior, peſſimus: quæ lignis, fœno, & ſtipulæ comparantur. Alij de hoc loco ita ſentiũt, quod aurum, argentum, & lapides precioſos ædificet, qui erogatis, vel dimiſſis facultatibus ſuis, aut monaſterium expetit, aut remotus à ſeculi actibus viuit, vel ſic in ipſis facultatibus viuit, tanq̃ non poſſidens, velut aliena ſibi commodata poſſi-

E deat & paratus ſit eas propter Chriſtum amittere: vt ſi perſecutio propter Deum venerit, expeditus, paratuſq; inueniatur. Econtra vero ligna, fœnum, ſtipulam illi ædificent, qui Chriſtiani quidem ſunt, & fideles, & bene vtuntur bonis ſuis, ſed nimio amore implicantur rerum ſuarum: & cum venerit aut perſecutio, aut iuſſio, vt priuari bonis ſuis debeant Chriſtiani, ſi non negauerint Chriſtum, illi non plus faciunt res ſuas, quam Chriſtum: ſed quia plus quam oportuit amauerunt, cum amittunt, non ſine dolore & tribulatione amittunt, ideoque ſalui fiant, quaſi per ignem, id eſt, per tribulationem. *Et vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit: ſi cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet.* Id eſt, examinatio iudicij, vel præſens tribulatio, quæ igni frequentiſſime cõparatur. Aurum enim & argentum, ſplendidius efficitur in igne, Lignum autem, & fœnum & ſtipula ardebunt. *Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur.* Si quis negligenter docuerit, aut exemplo, aut verbo, perdit laborem ſuum: quia opus infirmum facit. *Ipſe autem ſaluus erit.* In ſua iuſtitia. *Sic tamen, quaſi per ignem.* Quaſi, habet veritatẽ, ſicut ibi, Quaſi vnigeniti à patre. Si ille per ignẽ
F ſaluus erit, qui iuſtus eſt, quare non fuit ſollicitus vt forte, & ſtabile eſſet quod ſuperædificauit: quid de illis, qui ſermone ædificant, & exemplo deſtruũt? *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis:* Neſcitis cuius templũ ſitis. *Si quis autem templum Dei violauerit* Siue in ſingulis, ſiue in omni eccleſia. Nota quia hic ſpiritum ſanctum Deum dixit, cuius templum ſumus: quia ipſius templum ſumus, qui habitat in nobis, quem Deum fatetur. *Diſperdet illum Deus. Templũ enim Dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos.* Siue ſuũ corpus, peccando ſiue eccleſiæ populũ ad prauam doctrinam ſeducendo, aut certe exemplo proprio deſtruendo. Hoc Nouatiani proponunt, vt excludant pœnitentiam. Quibus reſpondẽdum. Si Corinthij iam baptizati peccauerant, ſi non admittitur pœnitentia, ad quem profectũ illis ſcribit, & dicit, Vt ſecundam gratiam habeatis? Sanctus Hieronymus dixit ad Galatas, Hoc vnũ ſcio quod qui poſt fidem Chriſti fornicatur, violat templum Dei. *Nemo ſe ſeducat: ſi quis videtur inter vos.* Nemo ſibi blandiatur, propria vanitate deceptus. *Sapiẽs eſſe in hoc ſeculo.* Ad reddẽdum malum pro malo. *Stultus fiat, vt ſit ſapiens.* Stultus iudicatur in hoc ſeculo, qui implet euan-
G gelium, non reddendo malum pro malo. Sed ſtultus volũtate fit, non natura. *Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deum.* Nihil ſtultius, quam vt vellet ſe vindicare, qui nõ poteſt, & Deo ſuam non reſeruat iniuriam: quod etiam ille facere debet, qui ſe valet in hoc ſeculo vindicare, vel dum rationem requirit, cui iubetur vt credat. *Scriptũ eſt enim, Cõprehendam ſapientes in aſtutia eorum,* Nihil proficit aſtutia hominum, quo poſſit effugere manũ Dei: ſapiens ſibi videtur vir diues, pauper autem ſenſatus reprehẽdit eum. *Et iterum Dominus nouit cogitationes hominum, quomodo vanæ ſunt.* Nihil vtilitatis confert ad ſalutẽ verboſa eloquentia. *Itaq; nemo glorietur in hominibus.* In pſeudapoſtolis, ſed nec in aliquo alio vel rege vel ſacerdote. *Omnia veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mũdus, ſiue vita ſiue mors.* Nos veſtri ſum', nõ vos noſtri. *Siue præſentia, ſiue futura. Omnia enim veſtra ſunt.* Omnia propter ſanctos creata ſunt tanquam nihil habẽtes, & omnia poſſidentes. Siue volueris ad libertatem referre: ꝙ vultis eligere, ſiue mortem, ſiue vitam, ſiue præſentia, ſiue futura *Vos autem Chriſti: Chriſtus autem Dei.* Sic Chriſtus Dei, ſicut Deus Chriſti, ſi ad diuinitatem aptes: quanquam ſe-
H cundum hominem tractet, qui vnctus eſt.

CAP. IV. *Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Non vt æquales Chriſto. *Hic iam quæritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur.* Interrogantis vox eſt: hoc eſt iam hic vos putatis conſcientias iudicare. *Mihi autẽ pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die: Sed neque me ipſum iudico.* Et diem hominis non concupiui: hoc eſt tempus. Nam hic humanum diem, intellectum, vel cor ſapiens, non abſurde accipitur, qui poteſt dijudicare. *Nihil enim mihi conſcius ſum.* Nihil mali. *Sed nõ in hoc iuſtificatus ſum.* In hoc tẽpore, aut die, vel certe, ſi me nemo vitũperet, non mihi inde blandiri debeo, vel extolli: aut ſi nullum crimen admiſi, minuta forte non omnino peccaui. *Qui autẽ iudicat me, dominus eſt.* Ante diem iudicii. *Itaque nolite ante tempus iudicare.* Occultas cogitationes: quia homo videt in facie,

A Deus autem in corde. *Quoadu'q, veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Quia me melius Dominus nouit, quã vel ego, vel vllo hominum ſcit. *Et tunc laus erit vnicuiq; à Deo.* Ille vero laudabilis eſt, quem Deus laudabilem facit. *Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos, vt in nobis diſcatis.* Vt à nobis humilitatis ſumatis exemplũ. *Ne ſupra quã ſcriptum eſt.* Supra eſt, quod non eſt ſcriptũ. *Vnus aduerſus alterũ inflетur pro alio.* Id eſt, contentione orta inflemini quis melior ſit. *Quis enim te diſcernit?* Cuius momẽti es? Hic conuerſus eſt ad inflatos ſcientia ſermonis. Vel certe: Quis te diſcernit à maſſa perditionis, niſi Deus? Nam nõ merita tua, nec ſcientia tua. Dicitur hominis tanquam de ſemetipſo præſumenti. Quis n. te diſcernit, vtiq; ab iræ vaſis, à maſſa perditionis, quæ per vnũ omnes miſit in damnationem. Quis te diſcernit? Et tanquã reſpondiſſet, diſcernit me fides mea, propoſitũ meum, meritum meum: Quid enim habes, inquit, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? hoc eſt, quaſi de tuo ſit vnde diſcerneris. ergo ille diſcernit, qui B vnde diſcernaris impertit, pœnam debitam remouendo, & indebitam gratiam largiendo. *Quid autem habes quod non accepiſti?* Quid habes ex te, niſi forte peccatum? Nam ſiue ſcientia, ſiue aliquid boni in te eſt, donum Dei eſt: quod ſi ex te eſſe credideris, dicetur tibi: Quid habes, quod non accepiſti? & eueniet tibi, ſi tibi aliquid adſcribis, & non Deo, illud Euangelij, quod de ingrato dicitur: Qui enim non habet (id eſt, à Deo) etiam quod videtur habere, auferetur ab eo. Et ideo declinemus ſuperbiam, & demus Deo gloriam, à quo eſt omne datum optimum: ne ſi à nobis vel fidem, vel bona opera eſſe credimus, perdamus q; habere videmur. *Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quaſi aliquid tuũ habeas. *Iam ſaturati eſtis, iã diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis.* Doctrina, vel ſcientia. Hoc increpantis pronunciatur affectu, quia ſibi adſcribebant, quod eſſe videbantur. *Et vtinã regnaretis vt & nos vobiſcum regnaremus.* In nullo noſtri indigetis, vel indiguiſtis: ſiue regnaretis & nos vobiſcũ regnaremus, vel ſocios, ſi non magiſtros computaretis. *Puto enim quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos.* Veluti quod in Apocalypſi promiſit, nouiſſimo temC pore ſe miſſurum duos ad mortem: vel nos ſaltem, qui ad gentes miſſi ſumus. *Quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & angelis, & hominibus.* Omnes expectant noſtras iniurias: vel certamen Chriſtiani, & pagani, vel certe angelos ſimpliciter ait. *Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto.* Nos omnia ſuſtinemus propter Chriſtum: vos autem ſic vultis eſſe Chriſtiani, vt prudentiam ſeculi non amittatis, nec aliquid pro Chriſto pati. *Nos infirmi, vos autem fortes in Chriſto.* Quaſi non poſſimus reddere vicem, quod ſecularis poteſt prudentia. *Vos nobiles, nos autem ignobiles.* Quia & ſcientiam ſuam, & nobilitatẽ generis Pſeudoapoſtoli, ſiue aliqui credentes præferebant. *Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur.* Ex quo cœpimus prædicare vſque in hoc tempus in nullo abundauimus. *Et inſtabiles ſumus.* Nuſquam habemos ſedem: vel certe ſic vobis videtur. *Et laboramus, operantes manibus noſtris: maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus.* Sic operabatur, vt tota die doceret, & nocte laboraret, vnde poſtea die panem manducaret, nõ vt ſolidos reponeret die noctuq; in tali opere impendendo, ſed vnde tam ipſe, quam D diſcipuli ſui viuerent. *Blaſphemamur, & obſecramus.* Pro eis, qui nos blaſphemant. *Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus.* Iuſtus immundus eſt apud malos. *Omnium peripſima vſq; adhuc.* Omnium humillimi, abiecti, & deſpecti, mappula. *Non vt confundam vos, hæc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo.* Poterant confundi, ſi illos non conſolaretur: non ad confuſionem, ſed ad profectum veſtrum ſcribo. *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres.* Omnes quotquot iam natis apponuntur, patres eſſe non poſſunt. *Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* Me primum prædicante Domino credidiſtis. *Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote.* Bonorum filiorum eſt, in omnibus imitari parentes. *Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus, & fidelis in Domino.* Quanto fidelior cæteris, tanto charior vniuerſis. *Qui vos commonefaciat.* Qui vos & meis literis, & ſuo doceret exemplo: aliud enim ſine alio non poterit eſſe perfectum. *Vias meas, quæ ſunt in Chriſto.* Vitam, & E curſum meum, atque labores. *Sicut vbiq; in omni Eccleſia doceo.* Vias, & doctrinam, & conuerſationem, quibus vbique æqualis incedo, & à nullo quicquã lucri vel commodi temporis præſentis accipio. *Tanquam non venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidam.* Tam diu inflatus eſt aliquis, quam diu nõ venit, qui veram habet ſcientiam: non illam, quæ ſtultia eſt apud Deum. *Veniam autem cito ad vos, ſi Dominus voluerit: & cognoſcam non ſermonem eorum, qui inflati ſunt, ſed virtutem.* Virtutem fidei, quæ in operibus Chriſti eſt, vel ſignis. *Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute.* Nouum teſtamentum. *Quid vultis?* Benignus magiſter, qui diſcipulorum correctionem in eorum poſuit voluntate. Si non emendatis, in virga: ſi autem, in conſolatione. *In virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* In virga iuſtitiæ, qua virga vſus eſt Petrus ad Ananiam & Saphyram, & Paulus ad Magum: ſimulq; conſiderandum, quod ipſa ira in noſtra ſit poſita poteſtate, non nos in illius: & tunc exeritur, quando Dei iniuria vindicatur.

Omnino auditur inter vos fornicatio. In Eccleſia, cui vos præeſtis. *Et talis fornicatio, qualis nec inter gentes.* Oſtendit cur iram præmiſerit. *Ita vt vxorem patris habeat.* Cõcubinam patris ſibi ſociauerat. *Et vos inflati eſtis.* Inflati eſtis vana ſcientia, vel ſuperbia? & non eſt vobis cura de his qui pereunt, vt conueniantur. & aut corrigantur, aut reijciantur. *Et non magis luctum habuiſtis.* Boni paſtores ſemper pro populi peccatis flevere, ſicut Hieremias dicit: Quis dabit capiti meo aquam, cui non voluntas, ſed lachrymæ deſuere? *Vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.* Siue qui fecit, ſiue ſatanas tollatur, dum non habet per quem operari. *Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens eum qui ſic operatus eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, cõgregatis vobis.* Ne tantum ex auditu iudicare putaretur. *Et meo ſpiritu,* Mearum literarum iudicio. *Cum virtute Domini Ieſu.* Domini quoque non deerit virtus. *Tradere huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis.* Vt habeat poteſtatem accipiendi illum, vt vel ſic conuertatur, dum viderit ſe nec hic carnis, nec in futuro ſpiritus requiem habiturum. Cauendum: quia qui excommunicatur, ſatanæ traditur. *Vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu.* Quod ſi in ſpiritum ſatanas non acceperit poteſtatem, dum corrigit, ſolius Domini iudicio reſeruatur. *Non eſt bona gloriatio veſtra.* Qui talem in Eccleſia admittitis. *Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit?* Ignoratis, quia vnius mali exemplo multi poſſunt perire. & per vnius delictum in omni populo, ita Dei ſuperuenit in populo Iudæorum. *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi.* Nihil in vobis remaneat priſtinæ cõuerſationis. *Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Facti per baptiſmũ mundi de ſeculi vitiis ad virtutes Domini trãſeamus. *Itaq; epulemur, non in fermento veteri neq; in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis.* Non agnus, qui erat figura Chriſti, & illi quidem ſeptem diebus azyma comedebant, nos ſemper, ſi ſimplices ſumus: quia & ſeptem dieb. mundus eſt factus: quotidie nobis agnus occiditur: quotidie paſcha celebratur: qui fermentum malitiæ & nequitiæ nõ habet. Non in ſaturitate ventris, quæ ad Deum non pertinet, ſed in ſimplicitate mentis, & cordis puritate. Fermentum enim quid eſt, niſi corruptio naturæ, idipſum de dulci acerbum factũ? *Non vtiq; fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus.* Non gentium fornicariis. *Alioquin debueratis de hoc mũdo exiſſe.* Alio genere debueratis exiſſe, non ſic, aut certe ſi ſic, melius vobis fuerat mori. *Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri.* Hoc ipſum nunc ſcripſi q; dico. *Si is, qui frater nominatur, eſt fornicarius, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax.* Non ex ſolo nomine dicendus eſt frater, ſed ex actu. Sed ſi quis fornicator nominatur, quod & in veteri teſtamẽto inuenitur: Qui ſe iungit fornicariis, nequam erit: putredo & vermes hæreditabunt eum. *Cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de iis qui foris ſunt iudicare? Nonne de iis qui intus ſunt vos iudicatis?* Nec iſtum communem quem conceſſi, cum gentibus ſi ire volueritis. *Nam eos qui foris ſunt Deus iudicabit.* Foris Eccleſiam ſunt Iudæi, hæretici, vel gentiles. *Auferte malum ex vobis ipſis.* Non ex gentibus, ſed ex vobis.

Cap. v. F

G

H

A CAP. VI. *Audet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum.* Ao-
ſus eſt aliquis contra præceptum Domini venire dicentis,
Si quis tecum voluerit iudicio contendere, & tunicam
tuam tollere, dimitte illi & pallium? Hic intelligitur quod
maxime propter fornicationes accuſarentur in iudicio ſe-
culari: quia illud hic in media cauſa fornicationis immiſit.
Iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos? Hic probatur iudi-
ces gentiles fuiſſe, quod iniqui dicuntur. *An neſcitis, quoniam
ſancti de mundo iudicabunt?* Sicut Saluator ait: Sedebitis
ſuper duodecim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael.
Quod autē illis dixit, omnib. dixit, qui eos fuerint imitati.
Nam de illis duodecim vnus periit, & alius qui illum non
audierat, eius loco ſucceſſit: & Paulus & Barnabas Apoſto-
li fuerunt. *Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de
minimis iudicetis?* Siue per vos, ſiue veſtro exemplo. *Neſcitis
quoniam angelos iudicabimus.* Illos angelos qui contra natu-
ram peccauerunt iudicabunt ij, qui ſupra naturam caſtitatē
cum Dei auxilio ſeruauerunt. *Quanto magis ſecularia?* De re-
bus ſeculi. *Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui*
B *ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.* Poſſunt de his
etiam illi iudicare, qui ſunt minimi in eccleſia, aut certe qui
iniurias ſuas contemnunt. Notādum quod minimos dicat,
qui in Dei legi nō ſunt inſtructi, ſed in ſeculi. *Ad verecundiam
veſtram dico.* Quod dicturus ſum, vt erubeſcant qui ſunt ta-
les. *Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit iudicare in-
ter fratrem ſuum?* Nunquid non eſt? *Sed frater cum fratre in
iudicio contendit, & hoc apud infideles.* Duplicant peccatum &
quod litigant, & quod apud infideles litigant. *Iam quidem
omnino delictum eſt in vobis, quod iudicia habetis inter vos.* Pri-
mum, quia præceptum Chriſti contemnitis, iam peccatum
habetis. *Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis
fraudem patimini?* Illis loquitur, qui faciebant, non qui pa-
tiebantur: Suſtinere debetis ſi quis vobis fecerit iniuriam.
*Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis
quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt?* Quibus nec vicem li-
cet reddere inimicis. *Nolite errare, neque fornicarii: neq; idolis
ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neque maſculorum concubitores,
neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces re-
gnum Dei poſſidebunt.* Nolite ſeduci, exiſtimantes de multis,
C & non etiam de vno peccato puniendum. *Et hæc aliquando
quidem fuiſtis.* Nolite timere de præteritis: tantum ne poſt
baptiſmum criminoſum aliquid cōmittatis. *Sed abluti eſtis,
ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini Ieſu Chri-
ſti, & ſpiritu Dei noſtri.* Abluti in nomine Domini Ieſu Chri-
ſti, ſanctificati per ſpiritum ſanctum. Hic totam Trinitatem
intellige. *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Quia de
fornicatione tractat vult materiam fornicationis oſtēdere.
Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Licet nobis
manducare & bibere, ſed ſi ſubiecerimus nos comeſſatio-
ni, hoc ipſum licitum perducet nos ad illicitum: hoc eſt, ad
fornicationē. Sic & de nuptiis, & de diuitiis, & ceteris hu-
iuſmodi rebus poteſt intelligi, quæ non ſunt peccatum, ſed
ad occaſionem poſſunt perducere delictorum. *Eſca ventri, &
venter eſcis: Deus autem & hunc, & hæc deſtruet.* Et hæc duo, id
eſt, & ventrem, & eſcam, & ipſum hominem, qui in his eſt.
Corpus autem non fornicatione, ſed domino, & dominus corpori.
Deus vobiſcum eſt, quam diu vos eſtis cum illo: Si autē de-
reliqueritis eum, derelinquet vos. *Deus vero & Dominum ſu-
ſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem.* Si ſuſcitauit Dominū, &
D nos quoq; eadē virtute ſuſcitabit. Si eius membra ſumus,
ergo debemus mēbra noſtra ſanctificare, vt in eo manere
mereamur. *Neſcitis quoniā corpora veſtra membra Chriſti ſunt?*
Omnis Eccleſia corpus Chriſti eſt: ſinguli autem membra.
Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. Nō
dixit fornicatoris, ſed meretricis: vt oſtenderet eum eiuſdē
eſſe criminis, & nominis, cuius meretrix, cum qua forni-
catur: quia hominibus minus videtur peccare vir, q̄ mulier.
Simul notandum, quia ante tollit membra Chriſti, qui fa-
cturus eſt meretricis: in eo fornicator maioris eſt criminis,
quia tollit membra Chriſti, & facit ea membra meretricis.
*An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur?
Erunt enim duo in carne vna.* Quomodo cum vxore licite, ſic
& cum meretrice vna caro efficitur per amorem illicitum.
Qui autem adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt. Quomodo qui car-
nis opera facit caro eſt, ita & qui Dei opera facit, vnus ſpiri-
tus eſt. *Fugite fornicationem.* Videntes quam grauis ſit. *Omne* E
peccatū, quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt. Omne peccatū
ab vno pōt fieri, qui corpus dici nō poteſt, ſed membrū: in
fornicatione autē duo pereunt, & duo poſſunt dici corpus:
grauius ergo eſt vbi duo pereunt, q̄ vbi vnus: quia reliqua
peccata poſſunt & ſine corpore fieri. *Qui autem fornicatur in
corpus ſuū peccat.* Quidā de corpore Eccleſiæ putant dictū:
ſed, in corpus ſuū peccat, ait: ſiue ſic grauiorē dicit eſſe for-
nicationem, quam ſcit in illis eſſe, quæ apud illos leuis vide-
batur, quia in cōſuetudinē ierat. *An neſcitis quoniam membra
veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt? quem habetis à
Deo, & non eſtis veſtri. Empti enim eſtis pretio magno.* Qui non
eſt ſuus, nō debet ſibi viuere, ſed illi, cuius eſt ſanguine cō-
paratus. Qui vult, inquit, poſt me venire, abneget ſe ſibi. Si
homo à ſeruo parua pecunia comparato continuū ſeruitiū
quærit, quanto magis ille, qui plus pro nobis q̄ daret non
habuit, quam ſemetipſum? *Glorificate.* Id agite, vt glorifice-
tur per vos Deus, & per opera veſtra. *Et portate Dominum in
corpore veſtro.* Vt portemus imaginem cœleſtem. Notandū,
F quod hic Deum quem portare iubemur, ſpiritum ſanctum
dicit: cuius ſuperius membra noſtra templum eſſe teſtatus
eſt, dicēs: Vos eſtis templum Dei, & ſpiritus Dei habitat in
vobis. Et nunc, Glorificate, inquit, & portate Deum in cor-
pore veſtro, vtique Deum ſpiritum ſanctum.

CAP. VII. *De quibus autem ſcripſiſtis.* Interrogatus reſpondet. *Bonum
eſt homini mulierem non tangere.* Bonum erat illud, quod opti-
mum prædicauit: ſi ergo bonum habentis non tangere, quā-
to magis ſi non duxerit melius? Incontinentia & tempore
& ætate, infirmitate prohibetur: caſtitas autem ſemper po-
teſt Deo adiutore, & cuſtode ſeruari. Illud ergo magis quæ-
rendum eſt, quod æternū eſt. Quare ergo, Creſcite & mul-
tiplicamini & replete terram? nunc autem etiam ipſa terra
iam non capit homines. Sed potuit, inquit, omnes de terra
facere potuit, ſed noluit: potuit enim & pinnatos & cornu-
tos homines facere. Sed omnia ſecundū rationē in ſibi notā
optime fecit. Ipſam deniq; Euam noluit de terra facere, ſed
de coſta. Si autem putas modo id eſſe in omnibus, imita-
re Cain, & cæteros qui proprias ſorores duxere. Si ergo
hoc ſic erat, omnia Deum ſecundum præſcientiam, qua
G Deus eſt, temporibus ordinaſſe credamus. Illud etiam cre-
dendum, ſi vel modo ſecundum legem nubant non pecca-
re: lex enim propter filios nubere permittit, non propter
luxuriam. In hoc ſe etiam animalib. deteriores faciunt ho-
mines, q̄ quum nec prægnatis parcunt, oſtendunt ſe homi-
nes vxores non propter filios accepiſſe. Qui autem ſola fi-
liorum cauſa, poſtquam peperit mulier abſtinet ſe, & dum
lactatur infans, & per ætatem forte iam partu ceſſante, ceſ-
ſatur & ab opere nuptiali: non tangere, ſecundū vſum, non
ſecundum tactum ſimplicem. *Propter fornicationem autem
vnuſquiſq; ſuam habeat, & vnaquæq; ſuum virū habeat. Vxori vir
debitum reddat: ſimiliter autem & vxor viro.* Fornicatoribus
conceſſit vt nubant, incontinens ne fornicetur: ſicut ſi di-
cit medicus infirmo: Bonum tibi erat non manducare po-
ma: & ille non ſe poſſit continere, vt velit manducare ficus:
poſtea medicus cōcedat illi dura cœna tantum ne mandu-
cet, vnde moriatur. Vnde prædicanda eſt perfectio: qui aūt
non poteſt, dandum remedium nuptiale. *Mulier ſui corporis
poteſtatem non habet, ſed vir.* Quia ſponte ſibi abſtulit liberta-
tem. *Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed
H mulier.* Agnoſcant viri non ſibi licere aliam præter vxorem
agnoſcere, quia æquali ſorte ſibi inuicem ſunt ſubditi & de-
bitores. *Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus,
vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipſum.* Non poteſt
vacare orationi qui incontinens eſt. Non ſolum autem cō-
tinentia in nouo teſtamēto laudabilis eſt, ſed & in veteri te-
ſtamento, deſcenſurus Deus in montē Sinai, ſanctificari iu-
bet populum à mulierib. triduo, quanto igitur magis Deum
videre poterit qui ſemper caſtus eſſe voluerit? Similiter &
ſacerdos Dauid prohibuit ſanctū panem quouſq; mundus
à mulierib. eſſe cognoſceret: & Petrus iubet etiam à licitis
temperare. *Ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtrā.*
Ne vno ſe retrahente, alius fornicetur, & ſatanas locū ten-
tandi inueniat. *Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſe-
cūdum imperium. Volo aūt omnes homines eſſe ſicut meipſum.* Hoc
infirmis indulgeo, non perfectos præcipio, qui oēs homines

velim

A velim me in omnibus imitari, qui ſcio quātū poſſit caſtitas apud Deum. *Sed vnuſquiſque proprium habet donū ex Deo, alius quidē ſic alius vero ſic.* Propriū donū, quia Deus diuidens ſingulis prout vult, quia nec omnes capiunt verbū hoc. Cæterū ſi omnes poſsūt, quomodo dicit ſcriptura, quod nemo eſſe poſſit cōtinens, niſi tu dederis? Donum ex Deo alius quidem ſic, alius vero ſic. Audis donum, ceſſet præſumptio. *Dico autem nō nuptis, & viduis.* Incipit de his qui vxores non habent, & de viduis. *Bonū eſt illis ſi ſic maneant, ſicut & ego.* Quis poteſt dicere nō eſſe bonū, quod ipſe dicit eſſe bonū? Quis rogo poſſit, niſi forte Iouinianus? *Quod ſi non ſe cōtinent, nubāt.* Aut in cōtinentes puneris, aut nubere nō debes, ſi cōtinens eſſe vis. *Melius eſt n. nubere quā vri.* Fornicatio igne punitur, ſicut dicit Iudas de nuru ſua. Producatur, inquit, & incēdatur. Ad cōparationē ergo fornicationis, eſt melius nubere. *His aūt qui matrimonio iuncti ſunt. præcipio non ego, ſed dominus.* Hic proprie loquitur ad cōiugatos, ne dimitterēt vxores, & alias ducerēt aut pulchras, aut diuites, ſicut Iudæi faciebāt. *Vxorē à viro nō diſcedere.* Si quis dimiſerit vxorē, excepta cauſa fornicationis, facit eā mœchari. *Quod ſi diſceſſerit, maneret innupta.* Nō ita diſcedere, vt alij nubat: ſi ob aliq̄ cauſam diſceſſerit, alij non nubat. *Aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem nō dimittat. Nam cæteris ego dico, non dominus.* Melius eſt ſi ad virum ſuum reuertatur, quam alij nubat. *Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illā. Et ſi qua mulier habet virū infidelem, & hic cōſentit habitare cum illa, non dimittat virum.* Si quis vnus crediderit è duobus: non quo permiſerit infidelem fideli nō iungi, ſed de iā cōiunctis loquitur. *Sanctificatus eſt enim vir infidelis in muliere fideli.* Sæpe cōtigit vt lucrifieret per mulierē. Ideo ait beatus Petrus, vt ſi qui non credunt verbo, per mulierū conuerſationem, ſine verbo lucrifiant, & cū viderint ex ebrioſis ſobrias, ex ſuperbis humiles, dicant, Vere lex Dei eſt, quæ ſic potuit mutare mores noſtros. Credo iā prouenerat vt nōnullæ fœminæ per viros fideles, & viri per vxores fideles in fidem venirent: & quamuis non dicens nomina exemplis eſt tamen hortatus ad confirmandum conſilium ſuum. *Et ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt.* Si ambo infideles

C eſſetis: neceſſario filij vos imitarentur: nunc autem forſitan fidelem mutantur, & ſancti ſunt: quia etiam ſi de duobus fidelibus naſcantur, ſic naſcuntur, tanquā ſi oleaſter ex oliua. Oleaſtrum dico propter originale peccatum, & propter hoc ſunt ſub diabolo, niſi renaſcantur in Chriſto: quia diabolus culpæ autor eſt, non naturæ. Iam credo quod erant paruuli Chriſtiani, qui ſiue autore vno ex parētibus, ſiue vtroque conſentiente ſanctificati erant: quod non fieret, ſi vno credente diſſociaretur coniugium. *Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat.* Non eſt enim maior maritus, q̄ Deus. *Non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater, aut ſoror.* Nūquid ſic quis nubet, vt ſeruiat & pereat propter alterum, infidelē? Et notandum, quia inuicem ſerui ſunt. *In eiuſmodi.* In eiuſmodi re, aut cauſa *In pace autem vocauit nos Deus.* In libertate: non ergo debemus nos vltro diſcere. *Vnde enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies? Aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluā facies? Niſi vnicuiq; ſicut diuiſit dominus: vnumquenq; ſicut vocauit Deus.* In dubio poſuit: ſed ſemper, ſi quid ambiguū eſt, in meliori parte intellectus ducēdus eſt. *Ita & ambulet: & ſicut in omnibus eccleſiis doceo.* Siue cum vxore, ſiue ſine vxore. Siue circūciſus,

D ſiue in præputio: ſiue ſeruus, ſiue liber. *Circumciſus aliquis vocatus eſt: non adducat præputium.* Siue cum vxore vocatus eſt, non dimittat eam ſiue ſine vxore, non ei opus nubere, ſi in eo conſilio acquieſcit, & ſi poteſt cōtinere. Nā circumciſus quoniā habuit præputiū, reuocare non poteſt ſe ſuperfluo circumciſum, quod ſuo tempore opus fuit: nō dicat, melius fuerat ſi non fuiſſem circūciſus, non viuat gentiliter *In præputio aliquis vocatus eſt? non circumcidatur.* Non putet fidē domini cauſam eſſe diſſidij. *Et circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum Dei. Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat apud Deū.* Nec obeſt, nec prodeſt in hoc tempore. *Seruus vocatus es? non ſit tibi cura.* Aliq̄ ſeruitutem cōiugiū volunt intelligi. *Sed & ſi potes liber fieri, magis vtere.* Quia Deus conditiones non reſpicit, ſed mētē, & voluntatem: nec dicas, quomodo poſſum Deo placere, qui ſeruus ſum? *Qui enim in domino vocatus ſeruus: libertus eſt domini. Similiter qui liber vocatus eſt ſeruus eſt Chriſti.* Qui hominis

E ſeruus, apud Deū liber eſt: & qui apud homines eſt liber, eſt ſeruus Dei: Ergo ambo vnum ſunt. Non eſt enim acceptio perſonarum apud Deū. *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſque in quo vocatus eſt fratres, in hoc maneat apud Deum.* Nolite propter homines ſeruire ad oculū, vt hominibus placeatis: ſed omnia propter Deum, credentes vos mercedem conſecututos à Deo. *De virginibus autem præceptum domini non habeo.* Scriptis reſpondit: quia illi dicebant, Vbi præcepta eſt virginitas? vt ſuperfluum demonſtrarent: quia quod ſub præcepto eſt, non impletum punitur, impletum autem præmiū non habet. Conſilium dat, ſaluatore dicēte, Non omnes capiunt verbum iſtud: ſed quibus datum eſt. Nam ſi generale eſſet, quod poteſt vnus, & omnes poſſent. Occaſio caſtitatis eſt abſtinētia: Occaſio autem incontinētiæ, luxuria eſt. Datur autem à Deo, quia ipſius proprium donum eſt, dicente Propheta, Cum ſciam quia nemo eſt continens, niſi cui dederis. *Conſilium autem do.* Implet il-

F lud domini, quod ei in figura ſtabularij dixit: Si quid ſupererogaueris, ego veniēs reddā tibi. *Tāquā miſericordiā conſecutus à domino vt ſim fidelis.* Omnia ad Dei miſericordiā refert vt ſuo exemplo doceat, niſi in Deo eſſe gloriādum. Fidelis ſeruus eſt, qui omnibus prætermiſſis domini ſui ſemper ſeruitio occupatur, ad quod eos ſuo exemplo prouocat, vt ipſi ſoli deſiderent ſeruire Et nemo de ſuis meritis præſumat, quādo ille vt fidelis ſit, miſericordiam domini ſe adeptū teſtatur. *Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe.* Exiſtimo, hoc non eſt quaſi dubium ſed certū: ſicut eſt, Puto quod & ego ſpiritum Dei habeam. *Propter inſtantem neceſſitatem* Siue cuſtodiendi iuſtitiam, ſiue carendi mundi ſolicitudine. *Quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori: noli quærere ſolutionem.* Malum eſt ergo ſic non eſſe, quia primitus perdit præmiū caſtitatis, non quod peccet. *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem.* Ita dicit, non ligandum, quomodo non ſoluendū. *Si autem acceperis vxorē, non peccaſti* Qui liber es, ſi non vis eſſe maior, eſto vel minor. *Et ſi nupſerit virgo, non peccabit.* Nuptiæ per ſe non habent peccatum, ſed per ſollicitudinem ſeculi ſæpe peccatum incurrunt. *Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi.* Sub maledicto ſe Euæ ſubijcientes, q̄ ideo in par-

G tu maledictionem accepit, quoniā ſciebat Deus incōtinentes futuros homines, vt vel metu doloris à libidine tēperarent. Adijciuntur etiā vagitus infantum, filiorum mortes, necnon & abortſus *Ego autem vobis parco.* Ideo quia ſecundū indulgentiam coniugia non omnino prohibeo. *Hoc itaque dico fratres.* Hic omnes ad continentiam cohortatur. *Tempus breue eſt. Reliquum eſt, vt & qui habent vxores, ſint tanquam non habentes.* Vitæ noſtræ tempus breue eſt, quia cito aut vnius, aut amborum morte ſoluentur. Sic intelligendū, propter breuitatē nulla eſſe putanda ad cōparationē futurorū. *Et qui flent, tanquā non flentes. Et qui gaudent, tanquam non gaudentes. Et qui emunt, tanquam non poſſidentes. Et qui vtuntur hoc mundo, tāquā non vtantur* In hoc ſeculo, quia omnia in breui finientur. Temporum breuitatē deſcribit Salomō, Tempus & tempora, nos autem quotidie videmus homines morientes, & æternos futuros nos credimus, quaſi alterius ſimus naturæ Nam ſapiens aliorum caſibus emendatur. Ideo Salomon, Cor, inquit, ſapientis in domo luctus: cor autem inſipientis in domo conuiuij. *Præterit enim figura huius mundi.* Hoc ſeculū figura futuri eſt. Si figura talis eſt, qua-

H lis erit veritas? Sicut ſtella figura eſt ſolis. *Volo autem vos ſine ſollicitudine eſſe.* Ideo nō nubit quis, vt mūdo ſollicitudo diſcedat, ne ſpinæ ſuffocent ſemen: & ne dicant villā cōparaui, boues emi, vxorem duxi: & non poſſit cœnare cū ſpōſo. *Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cū vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori.* Interrogandum cui expediat placere, Deo, an mulieri morituræ. *Et diuiſus eſt. Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini ſunt.* Si diuiſus, eſſe non poteſt vnū: Nam vnitas diuiſionē non recipit. *Vt ſit ſancta, & corpore, & ſpiritu.* Corpore, ab vſu: ſpiritu, à ſollicitudine, vel concupiſcentia cogitationum *Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi.* Quæ nupta eſt, ſi quæ ſunt mundi cogitat, cui placere deſiderat, incipiet illi præponi nupta, quæ habet excuſationē cogitādi quæ mundi ſunt, occaſione mariti. *Quomodo placeat viro.* Iſta nec corpore nec ſpiritu eſt ſancta. *Porro hoc ad vtilitatem*

veſtram

A *veſtram dico.* Ne videretur infirmis dure locutus eſſe, modo excuſat ſe: ſed ipſa excuſatio conſideranda eſt. *Nō vt laqueum vobis iniiciam.* Non impono neceſſitatē innuptis, ſed conſilium do, quid magis vobis expediat. *Sed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem prabeat ſine impedimento dominum obſecrandi.* Ergo nec vtile, nec honeſtum erat, quod illi volebāt. *Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuper adulta.* Turpis videbitur, ſi cum ad perfectam ætatem venerit, neutrum deliberet, vel virginitatē ſeruare, vel nubere: aut ſi volenti nubere, non permittat, & illa fuerit fornicata. Nam ſi vnuſquiſq; hoc ad carnem ſuam reuocet, & videat ſe virginitatem ſeruare non poſſe, nubat, ne fornicādo turpis appareat. *Et ita oportet fieri.* Ita neceſſe eſt, propter voluntatē puellæ. *Quod vult faciat: non peccat, ſi nubat.* Parētes quidem debent eam vſque ad maturam ætatem cuſtodire, & docere caſtitatem. Sed ſi noluerit, fiat quod neceſſe eſt: non peccat pater puellæ, ſiue ipſa puella, ſi nubat. *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus.* Firmus ille ſtatuit, cuius filię voluntas firmauerit voluntatē. *Non habens neceſſitatem.* Hinc cognoſcitur illum neceſſitatem habere filiæ, de quo dixit, *Poteſtatē autē habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuā bene facit.* Poteſt facere quod vult. *Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui nō iungit, melius facit.* Concluſiua collectio eſt. Prudētibus ſane ſemper meliora ſectanda ſunt. *Mulier alligata eſt, quanto tēpore vir eius viuit.* Hic de viduis incipit: quia & de ipſis conſuluerant.

B *Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt. Cui vult nubat, tantum in domino.* Libera facta à vinculo coniugali ſecundum legem: ſi oce tunc ſe potuerit continere, cui voluerit nubat, tantūmodo in Chriſto. *Beatior erit, ſi ſic permanſerit.* Beata habens maritum, ſi poſſit cuſtodire iuſtitiam, & tantum propter hos maritum cognoſcit: Beatior vidua, quia magis laborat, quam nupta, & habet mercedem caſtitatis: & orare quotidie libera conſcientia poteſt. Virgo beatiſſima, quia compendioſo labore ad grande præmium poterit peruenire. *Secundum meum conſilium.* Quod do virginibus. *Puto autem quod & ego ſpiritum Dei habeam.* Nolite putare, quia ex me hoc ipſum ſit quod dico: ſpiritus Dei in me loquitur, quem contemni non expedit. Hic, puto, non dubietatem ſignificat.

CAP VIII.
C *De his autem quæ idolis ſacrificantur.* Et de his illi ſcripſerant, ſicut & de ſuperioribus: quia manducabant in tēplis, dicētes, Omnis creatura Dei bona, & idolū nihil eſt, & hac imagine magis, quam veritate rationis errabant. *Scimus quia omnes.* Nos omnes nam non illi: de quibus dicit, Sed non in omnibus eſt ſcientia: id eſt, Scientia à domino data. *Sc entiam habemus.* Hanc habet conſuetudinem, vt primum leniter ingrediatur, & in nouiſſimo vim ſuæ orationis oſtendat. *Scientia inflat.* Illaq; ſtultitia eſt apud Deum. Si ſcientia inflat, vt quid illos adhuc plus vult inflare? Ipſe etiam de ſe dicit, Et ſi imperitus ſermone, ſed nō ſcientia. Et pro Epheſijs orat, vt ſciētia repleantur. Et in hac ipſa epiſtola gratias agit, quod repleti ſint ſcientia huiuſmodi. Scientia quę imaginem magis rationis, quam veritatem oſtendit: non ſcientia, quæ poteſt reprehendi. *Charitas vero ædificat.* Illa charitas, quæ non quærit quæ ſua ſunt: ſed quomodo per eam Chriſti corpus proficiat. Scientia ſine charitate inflat, cum charitate ædificat. *Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid.* Si quis ſibi videtur ſapiens, non eſt ſapiens: Nam qui vere ſapiens eſt, inſipientiorem ſe omnibus credit: & ille vere eſt ſapiens,

D qui quicquid boni ſapit, à Deo ſe accepiſſe teſtatur. *Nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire.* Qui ſibi tribuit quod ſcit per ſtultam præſumtionem, neſcit quemadmodum oporteat eum ſcire. *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo.* Aedificando eccleſiam diligit Deum, quia & proximum: hunc nouit dominus, quia cognouit dominus qui ſunt eius. *De eſca autem quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mūdo: & quod nullus eſt Deus, niſi vnus.* Repetit, quod ſuperius dixerat, ſcimus: & quid ſit oſtendit, quia nihil eſt idolum. *Nam & ſi ſunt qui dicantur Dij.* Poteſt dici quod dicatur, & non ſit. *Siue in cælo ſiue in terra: ſi quidem ſunt Dij multi, & domini multi: nobis tamen vnus Deus pater ex quo omnia, & nos illum.* Angeli & ſancti, quibus dicit, Ego dixi, Dij eſtis, & domini, ſancti eorū quos iudicabūt, Siue ſic Dij in cœlo, & domini in terra. Hic Arriani calumniātur, Chriſtum Deum eſſe negantes: quia tantum dominos appellatur. Quibus reſpondendum eſt: Si ideo non erit Deus, quia vnus Deus eſt pater: ergo & pater non erit dominus: quia dominos vnus Chriſtus. *Et vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum.* Qui omnia ex nihilo fecit vbi trinitatem intellige. *Sed non in omnibus eſt ſcientia.* Non omnes ſciunt, quod propter contemtum hoc faciatis: ſed putant vos propter venerationem illud facere. *Quidam autem cum conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum manducant: & conſcientia ipſorum, cum ſit infirma, polluitur.* Adhuc ſic habent in conſcientia, quomodo antequam crederent. *Eſca autem non nos commendat Deo: neque ſi non manducauerimus, deficiemus: neque ſi manducauerimus, abundabimus.* Sicut dicit Aggeus propheta, Et ſi manducaueritis & biberitis nonne vobis manducabitis, & bibetis? *Videte autem ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis.* Poteſt hoc ſimul & de illis religioſis vel clericis dici, qui quod docent verbo, deſtruunt exemplo, dum & diuitijs incubāt, & precioſis veſtibus circundantur. *Si enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam, in idolo recumbentem: nonne conſcientia eius cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam in Chriſto peccatis.* Quicunque ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit illi vt mola aſinaria ſuſpendatur collo eius, & mittatur in profundum maris: leuius eſt illud, quod graue. *Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcādalizem.* Non ſola eſca & caro, ſed omnes reliquæ res. E F

Non ſum liber? non ſum apoſtolus. Sic legendum eſt, Nunquid non ſum? Suum exemplum illis replicat, quod cum habuiſſet omnia in poteſtate, noluerit facere, quod illi licebat, propter aliorum ſalutē. *Nonne Ieſum dominū noſtrū vidi?* Quando ei apparuit in via. *Nonne opus meum vos eſtis in domino? Et ſi alijs non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum.* Alijs, ad quos non ſum miſſus. *Nam ſignaculū apoſtolatus mei vos eſtis in domino.* Indicium apoſtolātus mei eſt, quod vos credidiſtis in domino per me. *Mea defenſio apud eos, qui me interrogant, hæc eſt.* Per hæc defendor eſſe apoſtolus. *Nunquid non habemus poteſtatem mādūcandi & bibendi?* De veſtro ſine labore noſtro. *Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierē circunducendi?* Quę nobis miniſtraret. Non dixit ducendi: ſed circunducendi: ne quis de vxore ſua ipſum dixiſſe putaret. *Sicut & cæteri apoſtoli, & fratres domini, & Cephas.* Non illos indicat: Sed quia illi fidelioribus prædicabant, liberius panem quotidianū accipiebāt: quia & apud Iudæos hæc erat, conſuetudo doctorum. *Aut ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi?* Qui ad gentes miſſi ſumus. *Quis militat.* Dat alia exempla, quibus probet ſibi debitū hoc fuiſſe. *Suis ſtipendijs vnquam?* Et non publicis. *Quis plantat vineam & de fructu eius non edet?* Per cōparationē hic populum dicit vineā, ſicut ibi, Vineā de Aegypto tranſtuliſti. *Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non mānducat.* Et dabo vobis paſtores ſecundū cor meum, & paſcent vos cum diſciplina. *Nunquid ſecundū hominem hæc dico?* Ex me. *An & lex hæc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi, Non alligabis os boui trituranti.* Omnia legis teſtimonijs cōfirmat. *Nūquid de bobus cura eſt Deo?* Quomodo ergo de paſſerib. Deo cura eſt: & in Iona dicitur de Niniue, in qua ſunt hominum plus cxx. milia, & pecora multa. Sed & ipſa propter hominē creata ſunt. Nā deficiēte homine, & iſta deficient. *An propter nos vtiq; dicit. Nam propter nos vtiq; ſcripta ſunt. Quoniam debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiēdi.* Debet fructum ſui ſperare laboris: & qui triturat, debet de ipſa area manducare. Vt per hanc comparationem libenter tribuatur ijs, qui in verbo laborant. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt.* Non erat magnū, non vos grauabamus ſi velimus, accipere: ſed nolumus propter vos. *Si nos carnalia veſtra metamus.* Quęcūq; neceſſaria ſunt. *Si alij poteſtatis veſtra participes ſunt, quare non potius nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate.* De pſeudo apoſtolis dicit, quibus non debebatur, qui nihil illis pręſtiterant. *Sed omnia ſuſtinemus.* Et famam, & ſitim, & nuditatem. *Ne quod offendiculum demus euāgelio Chriſti.* Ne in aliquo diſpliceat prædicatio noſtra: ne illi quibus euangelizamus, per nos offendāt, aduerſarijs occaſione accepta deuorantibus. *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de*

CAP. IX.
G
H

A *ſacrario ſunt edunt? Qui altario deſeruiunt cũ altario participant.* Apud Iudæos ſecundum legem. *Ita & dominus ordinauit iis qui euangelium annunciant de euangelio viuere.* Sicut dicit, Dignus eſt operarius mercede ſua. Dicit apoſtolus, licere ſibi quidem & permiſſum à domino eſſe, vt qui euangelium annunciant, de euangelio viuant, id eſt, de euangelio habeant ea, quæ huic vitę ſunt neceſſaria: ſed tamen ſe non eſſe abuſum hac poteſtate. Erant enim multi, qui occaſionem habere cupiebant acquirendi, & vendendi euangelium: quibus eam volens amputare apoſtolus, manibus ſuis victum ſuum tolerauit. De his enim alio loco dicit, Vt amputem occaſionem, qui quęrunt occaſionem. Quanq̃ etiam ſicut cęteri boni apoſtoli permiſſu domini poſſit de euangelio viuere: tamen nõ in eo victu conſtituent finem euangelizandi: vt non ideo euangelizaret, vt perueniret ad cibum, & ſi qua ſunt talia neceſſaria: ſed ideo iſta ſumeret, vt illud impleret: ne non volens, ſed neceſſitate euangelizaret. *Ego autem nullo horum vſus ſum. Non ſcripſi autẽ hæc, vt ita fiant in me.* Nõ hæc ideo ſcribo, vt fiat quod nõ eſt factũ: ſed vobis exemplum faciendi do. B *Bonum eſt enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.* Etiam ſi moriar fame, nõ euacuabitur hæc gloria, quam habeo ſecundum Deum, vt nihil à vobis accipiam. *Nã ſi euãgelizauero, nõ eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit.* Cum omnia feceritis dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. *Væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero.* Pœnã habeo. *Si enim volens hoc ago, mercede habeo. Si autẽ inuitus diſpenſatio mihi credita eſt.* Tunc erit voluntarium, ſi etiam debitum contemnatur. *Quæ eſt ergo merces mea? vt euangelium prædicans ſine ſumptu ponã euangeliũ.* Vnde habeo mercedem? & ipſe ſibi reſpondit, vt gratis annunciẽ. *Vt non abutar poteſtate mea in euangelio.* Siue ne vtar poteſtate quam accepi. Siue dum voluero accipere, vilem faciã poteſtatem meam, cum propter ventrem meum docere exiſtimor. *Nam cum liber eſſem ex omnibus, omniũ me ſeruũ feci, vt plures lucrifacerem.* Cum poſſim vti libertate mea, & de cæteris non curare, omnibus tamen compaſſus ſum, vt eos ſaluarem. *Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus vt Iudæos lucrarer.* Quando ſe purificauit in tẽplo, quod tempore gratiæ nouerat eſſe ſuperfluum. *His qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem.* C Oſtẽdit quomodo fuerit cum eis & ipſe Iudæus, vt ei daretur occaſio prædicandi eis. *Cum ipſe non eſſem ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, lucrifacerem.* Nõ eſt ſub lege, quæ paruulis data eſt, qui gratia implet legem. Iuſto enim lex non eſt poſita. *His qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem: cum ſine lege Dei non eſſem.* A gentilibus primum ſolam fidem quærebam, quaſi non haberem præcepta legis Chriſti, quæ illos obſeruare docerem. *Sed in lege eſſem Chriſti vt lucrifacerem eos, qui ſine lege erant.* Contra Arrianos, qui negant Chriſtum eſſe Deum. Nam cum dicit, ſe ſine lege Dei non eſſe, ſed in lege eſſe Chriſti, Chriſtum Deum eſſe fatetur. *Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem.* Cum infirmis holera manducaui, cum poſſem carnes mãducare ſine timore. Vel illud: Ego me nihil iudicaui ſcire inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. *Omnibus omnia factus ſum.* Non mihi aliquid quærens quod mihi vtile eſt. *Vt omnes facerem ſaluos.* Cogitandum, quia Deus ſuſcepit hominem, & cum eſſet ſine peccato, peccata noſtra portauit. Nos autem homines ſumus peccatores. Conſiderare debemus quod ægritudinem ſiue animæ, ſiue corporis, quam in homine alio videmus, D etiam & nos habere potuimus aut poſſumus. Hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitatem portare volumus, quod ab illo nobis velimus exhiberi, ſi nos in ea eſſemus, & ipſe non eſſet. Ad quod pertinet. Inuicem onera veſtra portate. *Omnia autem facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.* Vt in eo habeam partem. *Neſcitis quod ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currũt, ſed vnus accipit brauiũ.* Debemus omnes currere: nam ſi ibi vnus qui vicerit accipit, quanto magis nos, qui omnes dono Dei poſſumus vincere, & omnes pariter per illius miſericordiam coronari? *Sic currite vt omnes cõprehendatis.* Si ad fidem, fides cum operibus ſit: ſi ad doctrinam, doctrina firmetur exemplo. *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Et ille quidem vt corruptibilem coronam accipiat.* Ab omnibus eſcis, quæ impediũt curſũ, vel vnde alius ſcãdalizatur. Sic ergo curramus, vt cõprehẽdamus: omnes enim qui recte currũt, cõprehendũt. Non ſicut in agone theatrico, oẽs quidem currunt, ſed vnus accipit palmã. E Curramus credendo, ſperãdo, deſiderando: curramus corpus caſtigando, & eleemoſynis, in bonis dandis, maliſq; ignoſcendis: hilariter & ex corde faciendo, & orantium vires vt adiuuẽtur orãdo: & ſic audiamus perfectionis præcepta, ne currere negligamus ad plenitudinẽ charitatis: & ne nobis tribuamus, quod currimus. *Non autem in incertum.* Illi in incertum currunt, quia vincere omnes non poſſunt. *Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertũ.* Qui propter humanum fauorem prædicat, incertus eſt de mercede. *Sic pugno, non quaſi aerem verberans: Sed caſtigo corpus meum.* Nõ fingo certamen, aut in vanum pugno. *Et in ſeruitutem redigo, ne forte cũ aliis prædicauerim.* Per abſtinẽtiã, vt Helias in melote, Eſaias in cilicio, & cæteri in diuerſis. *Ipſe reprobus efficiar.* Reprobus ipſe efficitur, qui tm̃ verbo docet, non exemplo.

CAP. X. *Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt.* Ne quis ſibi aut in baptiſmo confidat, aut in eſca ſpirituali, aut potu, & putet Deum ſibi parcere, ſi peccauerit criminaliter. Omnia quæ populo Iſrael facta ſunt in figura, nobis eueniunt in veritate: F ſicut illi per Moyſen ex Ægypto liberati ſunt, ſic nos per baptiſmum è ſeculo: deinde vt Catechumeni per deſerta ducimur, vt per exercitum obliuiſcamur Ægypti voluptatem, & neſciamus reuerti in ſeculum. Et cum tranſierimus mare moritur nobis Pharao cum exercitu ſuo: poſtea Mãnam accipiemus, & aquam de petra: poſtea autem oſtendetur nobis charitas ſcenopegiæ, & refrigerium conſolationis. Si autem poſt iſta omnia peccauerimus capitale peccatum, iſta nobis non proſunt. Sed tanquam ingrati maiori pœna ſubiiciemur, ſi non hoc per pœnitentiam diluamus: ſicut ad Hebræos dicit. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione punitur. Quanto magis baptiſmum Chriſti? *Et omnes mare tranſierunt.* Mare rubrum ſignificat baptiſmum, Chriſti ſanguine decoratum. *Et omnes in Moyſe baptizati ſunt.* Moyſes ductor, ſignificat Chriſtum: populus tranſiens, ſignificat fideles: mors Ægyptiorum, ſignificat abolitionem peccatorum in nube, & in mari, quæ nubes habet humorem, id eſt, aquam baptiſmi. *Et omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt: & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt. Bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos petra. Petra autem erat Chriſtus.* G In myſterio. *Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto.* Manna in typũ corporis Chriſti. *Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt.* Ipſis tum veritas erat, ſed noſtram figuram præferebant. *Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.* Propter illos qui in idolis recumbebant. *Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt.* Dicentes, nunquid poteſt Deus? Et hic Chriſtus Deus oſtenditur: quia ſcriptum eſt Deum dixiſſe: Et tentauerunt me. Hoc decies. Ideo autem dicit illos tẽtare, ſicut dicit illis: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? *Neq; murmuraueritis ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* In tribulationibus. *Hæc autem omnia in figura contingebant illis.* Omnia quæ quæ illis contigerunt, ſecundum facta ſua quidem receperunt: ſed tamen propterea ſcripta ſunt, vt non nos putemus impune peccare: ſi illis qui paruuli erant non pepercit, H quanto magis nobis, qui legem perfectam accepimus, ſi non cuſtodiamus? *Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.* In quos tota perfectio cadit: id eſt, completum eſt quod illi vel prędixerunt, vel præfigurauerunt. *Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Per hoc ipſum quod ſe putat ſtare, cadit, dum ſuperbit, & de ſe præſumit. *Tentatio vos non apprehendat, niſi humana.* Sunt humanæ tentationes, cum bono quiſq; animo ſecundum humanam tantum fragilitatem in aliquo conſilio labitur, aut irritatur in fratre ſtudio corrigendi, paulo tamen amplius quam Chriſtiana tranquillitas poſtulat: de quibus Apoſtolus dicit: Tentatio vos non apprehendat, niſi humana. Nolite vobis ipſis facere tentationem aliquam: ſi vos homines coegerunt tormentis, conſentire nõ deberetis, vt à fide recedatis. Humana tentatio eſt arbitrij vana

præſum-

A præſumptio: vel ſicut ipſe ſuperius dixit, Cũ enim ſit inter vos zelus, & æmulatio: nonne homines eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Quid tam humanum, q̃ de occultis hominum nõ recte ſentire: vt homo credat bonum, quem neſcit malum: & iterum opinione nõ certa credat malum, quem non probauit malum: & ante tempus iudicet, quod neſcit. Tẽtatio humana poteſt dici, & ſuggeſtio praua, quæ vel in anima ſurgit, vel quæ per prauos homines ſuggeritur: ſicuti eſt, aut falſum teſtimonium dicere, aut inimicitias intendere, aut vltionem requirere, & reliqua huiuſmodi. Aliter enim ſentire, quam perfectum eſt, poteſt dici humana tentatio: & pugna carnis, poteſt humana tentatio dici, dum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem *Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis* Vos ſtate firmiter & ille vobis virtutem tribuet tolerandi. *Sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Illud vobis faciet prouenire, quod poteritis ſuſtinere: aut de ipſa tribulatione lucrũ animæ. *Propter quod chariſsimi mihi fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor: vos iudicate quod dico.* Propter quod non deberitis nec

B inuiti hoc facere. *Calix benedictionis cui benedicimus* Ideo primum calicem nominauit, quia poſtea de pane plus diſputaturus erat. *Nonne communicatio ſanguinis* Chriſti eſt? Sicut dixit ſaluator, Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. *Et panis quem frãgimus, nonne participatio corporis domini eſt?* Sic & idolorum panis dæmonum participatio eſt. *Quoniam vnus panis & vnũ corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane participamus.* Sic & ſi de eodem pane manducamus vnde idololatræ, vnum cum illis corpus efficimur. *Videte Iſrael ſecundum carnem.* Carnalis Iſrael, carnales hoſtias offert: ſpiritalis, ſpirituales: & quomodo illi participes altaris Dei, ſic iſte altaris idolorũ. *Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Quid ergo? dico quod idolis immolatum ſit aliquid aut quod idolum ſit aliquid?* Ne illi reſponderetur ſic, dicis quaſi idolum aliquid habeat, aut aliquam malitiam, quod ſine anima eſt. *Sed quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non Deo nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum.* Sunt dæmones qui iſta polluunt, qui præſidẽt ſimulachris, ad homines ſeducendos. *Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Nõ poteſtis &. cum

C Deo ſocij eſſe, & cum dæmonibus: quia vtriuſque menſæ vultis eſſe participes. *An æmulamur dominũ?* Sicut ibi, Æmulantur vos non bene. *Nunquid fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.* Qui iſta non fecit, ſi ſciſſet hinc finem probari fortiorem, & ipſe illud feciſſet: vt & in hoc nobis daret exemplum. *Omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.* Omne quod expedit, licet: non omne quod licet, expedit. Sed nos exemplo Chriſti non debemus conſiderare quæ licent, ſed quæ expediunt nobis, & ædificant alteros: vt non quæramus quæ nobis ſolis proſunt, & alteri aut non proſunt, aut nocent: quæ non prohibentur, quia per ſe non habent peccatum: ſed occaſionem habent peccati. *Omne quod in macello venit, manducate.* Quod dixit, Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. & iterum: Non manducabo carnem in æternum: quomodo omnia præcipit manducanda? Sed concedit magis manducare carnes, tantum ne idolothyta manducent. *Nihil interrogantes, propter conſcientiam. Domini eſt terra, & plenitudo eius.* Si interrogarent, cognoſcebantur Chriſtiani eſſe, & pro-

D pter irriſionem omnia illis dicebant immolata eſſe. *Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes, propter conſcientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum eſt idolis: nolite manducare, propter illũ qui indicauit, & propter cõſcientiã.* Et hoc in voluntate ipſorum poſuit: non dixit, Ite, Tunc enim debet Chriſtianus ire ad infidelem, ſi aliquem profectum habeat: id eſt, ſi ſciat ſe poſſe illũ lucrari: ſicut ſaluator propterea ibat, vt aut virtutes faceret aut increparet: ſicut quando iuit ad quendam phariſæum, & dum pranderent, primum ipſum docuit, non diuites paſcendos eſſe, ſed debiles. Deinde phariſæos docuit, etiam in prandio humilitatem ſeruandam. Tertio legiſperitos arguit, qui ſibi plus aliquid vendicabant, & nec ipſi arguebant ſuperbiam, nec alios permittebant. *Conſcientiam autem dico, non tuam, ſed alterius.* Ne

E dicerent, quomodo nos vetant immolare, quaſi malũ ſit: & illi manducant, quaſi ſancta, & munda? *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conſcientia?* Cum nihil mihi proſit. *Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo quod gratias ago?* Omnia munda ſunt, quæ cum gratiarum actione percipiuntur: ſed ille hoc non intelligit, & iudicat me: quaſi fingam me dicere, malum eſſe idolis immolare. *Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite.* Nihil aliud agendum eſt Chriſtiano, niſi vt in omni opere eius Deus glorificetur: nihil ſuperfluum, *Sine offenſione eſtote Iudæis, & gẽtibus, & eccleſiæ Dei.* Iſtis omnibus offendiculum erat. Iudæi dicebant, Chriſtiani in tantã dementiam abierunt, vt idolis immolent: gentes dicebant, quomodo nos prohibent ab idolis, & ipſi nobiſcum ſeruiunt idolis? Chriſtiani autem licere putantes, ſequebantur exemplum. *Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.* Egome ſic exhibeo, vt placeam. Si quis autem gratis me odit: ipſe ſciat: non mea culpa eſt.

CAP. XI. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego.* Chriſti. Chriſtus nihil

F propter ſe aut fecit, aut paſſus eſt, ſed propter omniũ ſalutẽ. Ita & Paulus, qui non quærit, quod ſibi vtile eſt, ſed quod multis. *Laudo autẽ vos fratres, quod per omnia mei memores eſtis.* Quid erat, quod ſubito laudat, quos ante vituperauit? Vbi legis autoritatem non habet blandimentis prouocat ad rationẽ, *Et ſicut tradidi vobis præcepta mea tenetis* Sic quaſi legẽ, quia noſtis me ſpiritũ Dei habere, qui in lege & prophetis locutus eſt *Volo autem vos ſcire.* Etiam hoc volo vos tenere. *Quod omnis viri caput Chriſtus eſt* Nulli hominum ſubiectus eſt vir, niſi Chriſto, qui & homo eſt, & Deus. *Caput autem mulieris, vir.* Mulier & viro, & Chriſto ſubiecta eſſe debet, ſecundum ordinem naturæ: cæterum in Chriſto Ieſu neque maſculus, neque fœmina: ſed voluit eas eſſe ſubiectas. *Caput vero.* Chriſti, *Deus.* Chriſti, ſecundum hominem, vnde & nomen accepit. Nam nomen eius in deitate, ſecundũ Salomonem, quis poteſt ſcire? dicentem, Quod nomen eius? aut quod nomen filij eius? *Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput ſuũ. Omnis autẽ mulier orans, aut prophetãs non velato capite deturpat caput ſuum: vnũ enim eſt ac ſi decaluetur: nam ſi nõ velatur mulier,*

G *tõdeatur. Si vero turpe eſt mulieri tõderi, aut decaluari, velet caput ſuũ. Vir quidẽ non debet velare caput quoniam imago, & gloria eſt Dei: mulier autem gloria viri eſt* Venit ad cauſam, quia & viri aliquanti comã nutribant, & mulieres nudo capite in eccleſia procedebant, & in ſuis capillis gloriabantur: quod non ſolum inhoneſtum, ſed etiã ſcandalo erat Ergo vir nõ debet, inquit, habere velamen, qui ſolum Chriſtum habet caput. Mulier autem debet habere velamen, quod oſtendat illam humilem, & viro eſſe ſubiectam. Notat autem Corinthiorum cõſuetudinem, quod mulieres eorum intecto capite eſſent, & viri comam nutrirent, & indifferenter veſcerentur in templis: & inflati ſapientia ſeculari, reſurrectionem carnis negarent. *Non enim vir ex muliere eſt. ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierẽ. ſed mulier propter virum. Ideo debet mulier poteſtatem habere ſupra caput.* Exemplũ de Adam & Eua. *Propter angelos.* Angelos ſacerdotes, & miniſtros altaris intellige, uel omnẽ clerum, qui Dei præcepta annunciant. Angelus enim eſt nomen officij, nõ naturæ. *Verũ tamẽ tamẽ neq; vir ſine muliere: neq; mulier ſine viro in domino* Quia pro omnibus ſe tradidit Chriſtus. *Nam ſicut*

H *mulier de viro, ita & vir per mulierem. Omnia autẽ ex Deo. Vos ipſi iudicate: decet mulierẽ non velatam orare Deũ? Nec ipſa natura docet vos. Quod vir quidem ſi comã nutriat, ignominia eſt illi: mulier vero ſi comam nutriat, gloria eſt illi: quoniã capilli pro velamine ei data ſunt.* Sicut prima mulier ex Adam, ita Chriſtus ex virgine. *Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talẽ cõſuetudinem non habemus neque eccleſia Dei. Hoc autem præcipio, nõ laudans, quod non in melius, ſed in deterius conuenitis.* Hoc eſt, nos diximus quæ nobis honeſta videbãtur, & iuſta. Si quis autẽ nolens acquieſcere veritati, quærit qd reſpondeat, & quibus nitatur: econtra ſciat ſe reſponſione nõ dignũ, q magis contendere paratus eſt, quam doceri. *Primum quidem conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe: & ex parte credo:* Contentiones. *Nam oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.* Nõ q hæreſes Deo placeant, ſed quod

A per eas fideles exercitati, ſicut Deo noti ſunt, ita etiam manifeſtentur hominibus, & clarius innoteſcant. Nam vnde aduocati peritia apparebit, ſi cauſſam nullam dicat vbi probetur? vnde nauclerus, vel gubernator laudabitur, ſi nauis ſemper in portu vel in tranquillitate conſiſtat? *Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt dominicā cœnam manducare. Vnuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Nunquid domos nō habetis ad manducandū, & bibendum, aut eccleſiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent, Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc non laudo.* Apud Corinthios quondam, ſicut aliqui aſſerunt, praua inualuerat cōſuetudo, eccleſias paſſim dehoneſtare conuiuiis, in quibus veſcebantur ante dominicam oblationem, quā cœnam noctibus offerebant: cumq; diuites ebrii ad euchariſtiam venirent, vexabantur inopes fame. Mos vero iſte, vt referunt, de gentili adhuc ſuperſtitione veniebat: vnde etiam quibuſdam locis per Aegypti loca, vel Syriæ, die ſabbati nocte poſt cœnā dicitur ad eccleſiam conueniri. *Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis: quoniam dominus Ieſus.* Iam hinc quaſi oblitus commemorat quā magnum inſit huius myſterii ſacramentum. *In*

B *qua nocte tradebatur, accepit panem.* Vltimam ſui nobis cōmemorationem ſiue memoriam reliquit. *Et gratias agens, fregit, & dixit.* Benedicens. *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquā cœnauit, dicens.* Qui manducat inquit, corpus meū, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Ergo cum ipſo in baptiſmo mortui ſumus mundo, ſicut dicit Apoſtolus. Mortui eſtis cum Chriſto, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos cum ipſo apparebitis in gloria. Nihil ergo hic quæratis gloriæ & gaudii, vbi mortui eſtis. *Hic calix nouum teſtamentum eſt.* Quia vetus, hoc per ſanguinem animalium portendebat. *In meo ſanguine. hoc facite.* Teſtamentum per ſanguinem dedicatur, quia ſine morte firmum non eſt. *Quotieſcunque bibetis, in meam commemorationē. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis.* Saluator Deus exemplum dedit, vt quotieſcunque hoc facimus, in mēte habeamus quod Chriſtus pro nobis omnibus mortuus eſt. Ideo nobis dicitur corpus Chriſti, vt cum hoc recordati fuerimus, non ſimus ingrati gratiæ eius

C quemadmodū ſi quis moriens relinquat ei quem diligit aliquod pignus, quod ille poſt mortē eius, quandocunq; viderit, nunquid poteſt lachrymis cōtinere, ſi eum perfecte dilexerit? *Mortem domini annunciabitis donec veniat.* In cordibus veſtris, cum auditis, corpus Chriſti. *Itaq; quicunq; manducauerit panem hunc, vel biberit calicem domini indigne.* Omnis mundus manducabit carnes: & anima quæ manducauerit immūda, exterminabitur. Si ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum. & Hieremias. Nunquid vota, & carnes auferent à te malitiā tuā? Prius perſcrutanda eſt omnis conſcientia, ſi in nullo nos reprehendit & ſic aut offerendum eſt aut cōmunicandum. *Reus erit corporis, & ſanguinis domini.* Quaſi ipſe illum occiderit, quia contemnit illum & pro nihilo ducit corpus eius, ſicut Iudæi fecerunt. *Probet autē ſe ipſū homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Si in linteo, aut in vaſe polluto nō poteſt mitti, & vnuſquiſque non audet, quanto magis non debet accipi corde polluto? quam immunditiā Deus ſuper omnia execratur, & quæ ſola iniuria corporis eius efficitur. Nam & Ioſeph ille iuſtus ſyndone mūda inuo-

D lutum, & in ſepulchro nouo corpus domini ſepeliuit. *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.* Dupliciter reus eſt qui indignus accedit. & pro peccato, & pro vſurpatione, *Non diiudicans corpus domini.* Si accipiens, quaſi communem cibum. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Tribus ex cauſis infirmitates corporales eueniunt aut ex tentatione: vt Iob, & Tobiæ: aut ex peccato, ſicut Ioſaphat, qui in præſenti arguuntur ab Apoſtolo: aut ex negligentia, vel aliqua intemperātia vt Timotheo, & qui iubentur medicū honorare, huic ſolæ cauſæ poteſt humana medicina prodeſſe, ex qua etiam negligentia vel alio caſu mori homines poſſunt, ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus quacunque morte præuentus fuerit. & iterum, Noli eſſe durus, ne moriaris non in tuo tempore. Quod quamuis

E non fit ſine Dei permiſſu, non fit tamen eius imperio ſed fit eius iuſto iudicio. Erat præſens correptio, & nunc eſt: ſed non intelligimus, & putamus cōſuetudinis eſſe, quod culpæ eſt, quia multi hoc patiuntur. *Quod ſi noſmetipſos iudicaremus, non vtique diiudicaremur,* Si nos agnoſceremus. *Dum iudicamur autem, a domino corripimur, vt non cum hoc mūdo dānemur.* Correptio paternæ pietatis eſt, vt pœnitentiam agamus, ne in æternum damnemur cum fidelibus mundi. *Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis eſurit, domi manducet.* Quia qui primus veniſſet, offerebatur illi, & comedebat & abibat. *Vt non in iudicium conueniatis.* In iudicio conueniebant, non in ſanctificatione. *Cætera autem, cum venero, diſponam.* De ipſis myſteriis.

Cap. XII.

De ſpiritualibus autem. Creſcente fide, gratia linguarum minuebatur, quā propter infideles acceperant: hinc ergo plurimi contriſtati, cœperunt adhuc hanc gratiā habentibus inuidere, putantes hoc maius eſſe omnibus chariſmatibus. *Nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gentes eſſetis.* Nolo ignoretis rationem *Ad ſimulachra muta.* Secūdum Prophetam dicentem, Similes illis fiant qui faciunt ea, & qui confidunt in eis, quæ ſunt ſine voce inſenſibilia. *Prout ducebamini euntes.* A magis, vel aruſpicibus idolorum. *Ideo*

F *notū vobis facio. quod nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſu.* Ideo vt iam non ſitis irrationabiles, & mobiles: cum religione enim debetis & mores mutare, & ſcire veſtræ fidei rationem. *Et nemo poteſt dicere, dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.* Quomodo ergo dominus non cogniturus operarios iniquos? quamuis enim dominum ſint confeſſi, & ipſe Apoſtolus factis Deum negari confirmat: Hoc eſt, nemo in ſpiritu ſancto poteſt dicere dominum, niſi qui eum integre, & fideliter Deum hominem confitetur, & ſecundum vnāquanq; ſubſtantiam. & æqualem, patri, & minorem patre. *Diuiſiones vero gratiarum ſunt idem autem ſpiritus.* Hoc eſt linguarū, vel diuerſarum rerum, quæ ſpiritus ſanctus ſua voluntate diſtribuit, quomodo vere Deus. *Et diuiſiones miniſtrationū ſunt: idem autem dominus.* Quamuis proprie contra Macedonium faciat, qui ſpiritū ſanctū Deū negat: dicendo enim ſemper idem, oſtendit ſe omnia de ſpiritu ſancto dicere: tamen & contra Arrianos non mediocre eſt argumentū, qui de hoc ſemper calūniantur, quod pater primum nominetur, ſecundo filius, tertio ſpiritus ſanctus. Hic autem

G illū ordinē demutauit. Vult autem hic oſtendere, gratiam diuini ſpiritus, non ipſum eſſe diuiſū: hoc eſt, miniſterium eccleſiæ doctrinæ, & cæterorum dona largiri. *Et diuiſiones operationum ſunt: idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Quibus virtutes operabantur. *Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.* Siue credentium, ſiue incredulorū, vt credant. *Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ.* Vt appareat illū ſpiritū S. habere, qui à Deo accipit ſapientiā, dū ſine ſuo labore, & cogitatu loquetur, & nemo illi poterit reſiſtere, ſicut Stephano. Sapientia eſt ſapienter, & apte, & rationabiliter loqui, & poſſe diſſerere, & docere quod nuſſet: Sapientia poteſt intelligi diuina noſſe: ſcientia humana. Item aliter: Ab hominibus ita diſcerni probabiliter ſolent, quod ſapientia pertineat ad intellectum æternorum: ſcientia vero ad ea quæ ſenſibus cordis experimur. Sed & ſi ita eſt alia eſt ſcientia Dei, & non eiuſdem generis, cuius iſta eſt, quæ hominum dicitur: ſicut etiā ipſum quod Deus dicitur, longe aliud eſt, quam quomodo homines dicuntur Dii: ſicut etiam eum dicimus irā Dei cum nulla perturbatio in Deum cadat: Vnde in libris contra Academi-

H cos ad Romanianum: Non enim nunc primo audiſtis ſapientiam eſſe rerum humanarum diuinarumque ſcientiam. Item poſt alia: Aut cum rerum humanarum ſciētia dicitur, ea dicitur, qua quiſq; nouit, vel quot vel quales fundos habeamus: vel quid auri quid argenti: ſed illa eſt humanarū rerum ſcientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, iuſtitiæ ſanctitatē. Hæc enim ſunt, quæ nullam fortunam metuens, vere noſtra dicere audemus: quæ ſi Albicerius ille didiciſſet, nunquam, mihi credite, tam luxurioſe deformiterq; vixiſſet. *Alii autē ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum.* Scientia eſt myſteriorum legis, aut ſcire præterita, et de futuris æſtimare. Sapientia mihi videtur eſſe rerum humanarum, & diuinarum, quæ ad beatam vitam pertineāt non ſcientia ſolum ſed etiam dili-

Auguſtinus libro primo contra Academicos.

Ex eodem libro, paulo poſt.

A gens inquiſitio. Quam deſcriptionem ſi partiri velis, prima pars, quæ ſcientiam tenet, Dei eſt: hæc autem quæ inquiſitionem, contenta eſt eſſe hominis. Illa igitur Deus, hac autem homo beatus eſt. Sapiẽtia poteſt intelligi diuina noſſe: Scientia autem humana, vel hiſtoriã recolere, & præterita bene narrare. Item aliter: Sapientia pertinet ad intellectum æternorum: Scientia vero ad ea quæ ſenſibus corporis experimur. Talis ſapientia ad beatam vitam pertinet. *Alteri fides in eodem ſpiritu: Alii gratia ſanitatum in vno ſpiritu.* Sicut granum ſinapis: abuſiue rem poſuit pro effectu. Hic fides non ſolum ad credẽdum, ſed etiã ad prodigia, vt ignis caderet. *Alij operatio virtutũ.* Virtus eſt mortuos ſuſcitare, leproſos mundare. *Alij prophetatio.* Futura præcinere, vel obſcura diſſerere. *Alii diſcretio ſpirituũ.* Qualis quis ſpiritu veniat: vel quis ſpiritus ſuggerat aliquid agendum, verũ bonus an cõtrarius. *Alij genera linguarum* Notãdum, quia inter alia dona genera linguarum commemorat. Alii genera linguarum, vt ſciat linguis loqui. *Alij interpretatio ſermonum.* Alius interpretari poterat, quæ alius loquebatur. *Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus diuidẽs ſingulis prout vult.* Oſtẽdit

B ſe ſuperius totum de ſolo ſpiritu ſancto dixiſſe, & eum ſe Deum & dominum prædicaſſe. Sed & cũ dicit, prout vult, ſic quoq; Deũ demonſtrat, qui non iuſſus, ſed voluntarius operatur, qui prout vult diuidit, nulli ſubiectus eſt. Si ergo omnia vnus ſpiritus operatur, quare contriſtaris, quod aliã gratiam acceperis, & æmularis alium, quaſi maiorem partẽ inuaſerit, cum hoc non in noſtra, ſed in donantis ſit poſitũ poteſtate? *Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa: omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum tamẽ corpus ſunt.* Cõparatione corporis vtitur, vt oſtendat officia diuerſa eſſe non natura membrorum: & neminem debere curare cuius officii ſit, dum omnes vno ſpiritu animẽtur, & in vno corpore coaptentur *Ita & Chriſtus.* Notandum, quod Chriſtus dicitur eccleſia, id eſt corpus Chriſti. *Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus.* Vt vnum corpus ſimus. Quorum ergo ſpiritalia communia ſunt, eorum & carnalia debent eſſe communia, ſecundum ipſius ſententiam, quorum vnus eſt Deus, idemque pater eorum, niſi & poſſeſſio communis, impii ſunt. *Siue Iudæi, ſiue gentiles: ſiue ſerui, ſiue liberi, & omnes vno ſpiritu potati ſumus.* Quaſi portionẽ pro capacitate vniuſcuiuſque quantum voluit largitus eſt.

C *Nam & corpus.* Redit ad exemplum. *Non eſt vnum membrum, ſed multa.* Non ergo poteſt totum corpus vnum habere officium, ſed vnumquodque ad quod aptum eſt. *Si dixerit pes.* Pedes poſſunt dici eccleſiæ illi, qui ad intercedendum ambulant, vel euangeliũ prædicant. *Quoniam non ſum manus, nõ ſum de corpore: non ideo non eſt de corpore?* Manus eſt ille qui operatur vtilia in corpore. Dicebant enim ſe non eſſe de corpore, quia hanc, quam alii, gratiam non habebant. *Et ſi dixerit auris.* Sapiens auditor, eſt auris, intellectus eſt ſcripturæ, qui inter cætera ablatus eſt à Iudæa *Quia non ſum oculus, non ſum de corpore: non ideo non eſt de corpore?* Oculus eſt, qui intelligit vel futura, quæ loquitur, vel præſentia. *Si totum corpus oculus, vbi auditus?* Si toti docentes, vbi auditores? *Si totũ auditus, vbi odoratus?* Si toti auditores, quis ſciet diſcernere bonũ vel malum? *Nunc autem poſuit Deus mẽbra, vnumquodque eorum in corpore.* Quomodo in corpore apte & ordinate cõſtituta ſunt membra: ita & in eccleſia vnuſquiſq; à Deo ad quod aptus eſt, ordinatur. Si omnes vnam gratiam haberent, vbi eſſent reliquæ? *Sicut voluit. Quod ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum*

D *autem corpus.* Velle Dei, & bonum, & iuſtum, & ſanctũ eſt, & non diſcutiendum, ſed admirandum. O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo, & dicas, Quare ego ſic, & ille non ſic: & quid eſt quod illi dedit, & mihi non dedit? *Non poteſt dicere oculus manui, Opera tua non indigeo.* Ideo alterutrum egemus, vt charitas conſeruetur. Nam ſi vnus omnia haberet, aduerſum ceteros ſuperbiret. *Aut iterum caput.* Hic ſacerdos eſt caput. *Pedibus, Non eſtis mihi neceſſarij.* Pedibus, qui portant corpus. *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt.* Propbetia quam ſpernebant, ad maiorem vtilitatem valebat. *Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus.* Sicut in corpore ſine oculis & manibus viui poteſt, ſine interioribus non poteſt. *Et quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem*

E *honeſtatem habent.* Dum cautius veſtimentis, & diligentius conteguntur. *Honeſta autem noſtra nullius egent.* Quia per ſe pulchra ſunt, & honeſta: vt caput, & cætera. *Sed Deus temperauit corpus ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem.* Minoribus maiora dona concedens, vt qui honore minor eſt, gratia maior ſit. *Vt non ſit ſciſſura in corpore.* Dum alterutrum indigemus, pro inuicem ſumus ſoliciti, ne quis ſe dicat & gratia, & honore priuatum. *Sed in idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra* Oculi prouident pedibus viam, manus pro toto corpore operantur: & omnia alterutrum membra deſeruiũt. *Et ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra* Si vnũ membrum dolet, totum corpus ęgrotat, & ad ſanitatem eius reliqua membra feſtinant. *Siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* Sicut dicit Salomon, Corde lætante, vultus floret. Nos autem compaſſione & congratulatione in contrarium demutamus. *Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.* Omnes corpus, ſinguli membra, hoc eſt eccleſia: ſicut alibi dicit, De carne eius, & de oſſibus eius. Notandum quod dicamur recte eccleſia. *Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia.* Ordinem modo membrorum oſtendit. *Primo apoſtolos: Secundo prophetas.* In eccle-

F ſia, non in ſynagoga, ne putemus eum de antiquis dixiſſe prophetis Sed de Agabo, & cæteris. Cæterum patriarchas quoque debuerat nominaſſe prophetas eos dictos, ex quibus Agabus erat, non illos, qui venturum in carne Deum prophetabant. *Tertio doctores.* Et qui explanant obſcura prophetarum, & qui hominibus loquuntur conſolationes, merito doctores dicuntur, qui honeſte mores inſtituũt, etiam ſi myſteria explanare non poſſunt. *Deinde virtutes.* Virtutes, maiora ſunt ſigna, ſiue dæmonum, ſiue infirmitatum. *Exin gratias curationum, opitulationes.* Adiutoria: Nam Paulo à Macedone dicitur, Veni, adiuua nos. *Gubernationes, genera linguarum.* Qui ſciunt ſingulos gubernare. *Nunquid omnes apoſtoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?* Quod ſuperius dixit, Si eſſent omnia vnum mẽbrũ, vbi corpus? *Aemulamini autẽ.* Studete imitari. *Chariſmata.* Dona iſta gratiarũ ſunt, nõ meritorũ: quia quod donatur, nõ eſt in noſtra poſitum poteſtate, nec à nobis exigitur. Sicut bona vita, quã cum Dei adiutorio exhibere debemus. *Meliora* Quia & iſta bona. *Et adhuc excellentiorem.* Sicut publica

G via excellentior eſt reliquis viis, ac ſemitis: ita & charitas via eſt directa, per quam ad cœleſtem metropolim tenditur. Si quis reliquas virtutes habuerit, niſi in iſtam viam intrauerit, id eſt, niſi charitatẽ habuerit, quæ eſt excellẽtior via, non poterit intrare domini ciuitatem. *Viam vobis demonſtro.* Qua pergatis ad Deum, id eſt, charitatem: vult oſtendere, illa nos quærere debere, quæ ad vitam profuit magis, quam ſigna. *Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam.* Non ſolum hominum, ſed etiam ſi quæ ſunt angelorum. *Factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* Quod non ex ſe, ſed ab alio impulſu ſolum ſonitum reddit, qui nec ipſi, nec alii prodeſt. Charitas autem omnem poſſidet fructum. *Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia.* Hic prophetia futura prædicere: myſteria ad ſapientiam: Scientia autem, ſcire omnia quæ fuerunt, & ſunt. *Et omnem ſcientiam.* Non mirum ſi ſcientiæ charitas præfertur: cum etiam prophetia, & martyrium ſine illa nihil eſſe dicamus. *Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.* Saluator dicit, fidem ſicut granum ſinapis

H montes poſſe transferre. hic vero Apoſtolus ait, omnem fidem eſſe quæ transferat montes: vnde intelligitur, perfectam eſſe fidem, quæ grano ſinapis comparatur: & hoc nõ propter exiguitatem, ſed propter integritatem, & feruorem eius appoſitum eſt. *Charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Quid mihi proderit habere præſciẽtiæ virtutes, ſi opera non habuero charitatis? dicitur enim mihi, Recede à me operarius iniquitatis. *Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.* Notandum, quod contemptus mundi martyrio copuletur, cõtra eos, qui illud de euãgelio variis argumẽtis excuſant. *Et ſi tradidero corpus meũ, vt ardeã, charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt.* Si nõ propter Deum, ſed propter gloriam fiat humanam: aut certe in ipſo martyrio aduerſus fratrem teneat iram, cõtemnens Deum, qui dixit,

Cap. XIII.

Obli-

A Obliuiſcimini malitiam proximi: nō charitas de martyrio, ſed martyriū naſcitur ex charitate. *Charitas.* Modo deſcribit membra, & ſpecies charitatis: Charitas ex Deo eſt, imo Deus eſt & ideo tantis virtutibus conſtat. *Patiens eſt, benigna eſt.* Parentes, quia diligunt filios, omnes eorum infantum portant patiēter iniurias. *Charitas non æmulatur.* Nemo illi quem vere amat inuidet, cuiuſuis eum gloriæ videat, vel honoris: ſed omnem eius felicitatem quaſi ſuam libenter amplectitur. *Non agit perperam.* Omnia ſecundum ordinem facit. *Non inflatur, non eſt ambitioſa.* Maior enim alijs eſſe non ambit, & ſuper fratrem non cupit dominari. *Nō quærit quæ ſua ſunt.* Non quærit quod ſibi vtile eſt, ſed quod multis. *Non irritatur, non cogitat malum.* Vt non ſolum amicis non cogitet malum facere, ſed nec inimicis reddere mala pro malis. *Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati.* Contriſtatur, ſi quem iniquitatem vel feciſſe, vel paſſum eſſe conſpexerit. *Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat.* Suffert iniurias, credit ſatisfacienti, ſperat emendationem, expectat donec corrigas. *Omnia ſuſtinet charitas, nunquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt.* Hoc eſt, ipſa ſola permanet in futuro: vel certe quæ vera eſt non mutatur, nec excidit, quia bono animo cuncta facit. *Siue ſcientia deſtruetur.* Sine charitate ſcientia inflat, & ideo deſtruetur. Nam cū charitate ædificat. *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Nō omnia ſcimus, nec omnia
B prophetamus. *Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.* In futuro quod promiſſum eſt: id eſt, vt non iam ex parte ſit, ſed ex toto: quia fidei & ſpei iam res ipſa, non quæ credatur, & ſperetur, ſed quæ videatur, & teneatur ſuccedat. Charitas autem, quæ in his tribus maior eſt, non auferatur, ſed augeatur, & impleatur contemplata, quod credebat & ſpectabat indepta: in quā plenitudine, charitatis præceptum illud implebitur, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Nam cū eſt adhuc aliquid carnalis concupiſcentiæ, quod vel continēdo frenetur, nō ex tota anima diligitur Deus. *Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus.* Exemplo carnalis incrementi vult ſpiritalem monſtrare profectum. *Quando factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli.* Oſtēdit quomodo euacuētur illa quæ ſuperius memorauit. *Videmus nūc.* Quaſi paruuli qui non poſſumus ſereniſſima cordis acie perfecte lumen perſpicere veritatis. *Per ſpeculum in ænigmate.* Per ſpeculum legis quaſi imaginem rerum videmus. *Tūc autem facie ad faciē. Nunc cognoſco ex parte.* Præſentia dicit vel perſpicue. *Tunc autem cognoſcam, ſicut cognitus ſum.* Cognoſcam tunc Deum, & quæ ſunt Dei. Tamen in quantum poteſt de Deo mens humana cognoſcere: Nam quis poteſt Deum, vt eſt ſcire? *Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria
C hæc: maior autem his eſt charitas.* In præſenti tria in futuro ſola charitas Dei, & angelorum, & omnium ſanctorū. Maius ergo quod ſemper opus eſt, quā quod aliquando ceſſabit. Omne e. quod ſperamus, & credim⁹: Nō omne quod credimus, & ſperamus.

CAP. XIV. *Perſequimini charitatem.* Omni conatu ipſam ſequimini, & tenere, quæ per ſpiritum ſanctū diffunditur. *Æmulamini ſpiritalia, magis autem vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominib. loquitur, ſed Deo.* Et ſpiritalia dona æmulari vos, & quærere non prohibeo: ſed magis hortor, vt prophetetis: id eſt exponatis, vt & alij ædificētur. *Nemo enim audit.* Nemo intelligit, niſi Deus, & ſi quis habet interpretationem. *Spiritus autem loquitur myſteria.* Per gratiam ſpiritus. *Nam qui prophetat, hominib. loquitur ad ædificationem, exhortationem, & conſolationem.* Expoſuit prophetiam quam dixerat: quicunq; ergo hoc agit, prophetat. *Qui loquitur lingua, ſemetipſum ædificat.* Se ſolum. *Qui autem prophetat, eccleſiā Dei ædificat.* Omnes. *Volo autem omnes loqui linguis, magis autem prophetare.* Hoc non prohibeo, illud hortor: hoc volo,
D illud malo. *Nā maior eſt qui prophetat.* Maior eſt, quia hoc donum petit, vnde multi proficient quia & hoc opus charitatis. *Quam qui loquitur linguis.* Quod illi maximum putabant. *Niſi forte vt interpretetur, & eccleſia ædificationem accipiat.* Si vtrunq; habeat, tūc æquabitur prophetanti. *Nunc autem fratres ſi venero ad vos linguis loquens.* Suo exēplo dehortatur eos illud pro magno quærere, quod non prodeſt eccleſiæ. *Quid vobis proderit.* Erit vobis ſola miratio, non profectus. *Niſi vobis loquar aut in reuelatione.* Tūc vobis ꝓdero, ſi interpreter,

E aut plana loquar, aut prophetias exponā, aut moralia doceam. *Aut ſcientia.* Id eſt, ſpiritalem ſenſum, hoc eſt, diſcretionē, quid agere debeamus, & quomodo mores noſtros corrigere. Scientiā poſſumus intelligere res geſtas bene referre. *Aut prophetia.* Per allegoriā prophetiam, id eſt anagogen, hoc eſt, cum ad inuiſibilia, & ad futura ſermo transfertur, ſicut eſt illud, quod de reſurrectione mortuorum enuntiat. Prophetiā hoc loco maxime expoſitionem dicit. *Aut in doctrina?* Simplicem hiſtoricā narrationem. *Tamē quæ ſine anima ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue cithara, niſi diſtinctionem ſonitus dederint* Cum hæc inanimata niſi diſtinctionem habeant, ſuauia non erunt, & vt inania, & ſuperflua reſpuentur, quanto magis vos, quorum ſpiritalis ſuauitas non aures debet mulcere, ſed mētem? *Quomodo ſcietur id quod canitur, aut quod citharizatur?* Intelligetur. *Etenim ſi incertā vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum? Ita & vos per linguam, niſi manifeſtū ſermonem dederitis quomodo ſcietur id quod dicitur?* Vox tubæ incerta fuerit, vtrū ſolemnitatis, an belli ſit, nemo diſcernit. Ita ergo veſter ſermo intelligi debet, vt poſſit ad ſpiritale bellū Chriſti milites præparare. *Eritis n. in aera loquentes. Tā
F multa vt puta genera linguarum ſunt in hoc mundo* Etiam ſi tam multa loquamini, vt genera ſunt linguarum, quid proderit, cum omnia in aere ſoluantur, & nulli proficiant. *Et nihil ſine voce eſt.* Nihil ſine voce linguarū. *Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.* Omnis ſermo qui non intelligitur, audienti barbarus eſt. *Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpirituum.* Quomodo de me dixi. *Ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis.* Quomodo ſpiritalia dona ſectamini. *Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur.* Oret vt interpretandi quoq; gratiam mereatur: ſiue ita debet dicere, vt interpretetur. Nā ſi dicā lingua, quod nō intelligo, velut afflatus ſpiritu, in extaſi loquor. *Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat.* Hoc loco ſpiritus ſermo intelligendus eſt, qui nonnunquam mente alia cogitante precatur. Vnde propheta, Cor meū dereliquit me. *Mēs autem mea ſine fructu eſt.* Quia non intelligo quod dicam per ſpiritum. *Quid ergo eſt? orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallā & mente.* Qui n. interpretatur, neceſſe eſt vt prius ipſe intelligat, quod alijs eſt dicturus. *Cæterum ſi benedixeris ſpiritu.* Be-
G nedicitur omne quod vere, & ſecundum Deū dicitur. *Quis ſupplet locum idiotæ?* Sanitatem ſcripturæ in corde idiotæ quis implet? *Quomodo dicit, Amen, ſuper tuam benedictionem?* Quum quid dicas neſcit, qui pro idiota, id eſt, ignaro reſpondit Amen. *Nam tu quidem bene gratias agis, ſed alter non ædificatur.* Quod benedixerit. *Gratias ago Deo, quod omnium veſtrum lingua loquor.* Ne putetis me quoq; hanc gratiam non habere, & vos ideo prohibere. *Sed in eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quam decem millia verborū in lingua.* Sed malo per pauca ad profectum loqui, quam multa quæ nulli proficiant. Quidam quærunt, quare quinque verba: qui econtrario interrogandi ſunt de decem milib. *Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſib. autem perfecti eſtote. In lege ſcriptum eſt, Quoniam in alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic, & nec ſic exaudient me, dicit dominus.* Simul oſtendit neminem niſi paruulū malitia ſenſu eſſe perfectū: quia in maleuolam animā non intrabit ſapientia. Malitia paruuli eſtote, non ſenſu: ſcire n. debetis quamdiu linguæ futuræ ſint, vel quare ſunt datæ. *Itaq; linguæ in ſignum
H ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.* Oſtenditur creſcente fide ſigna ceſſare, quæ propter infideles ſunt data. *Prophetiæ aūt nō infidelibus, ſed fidelibus.* Maior eſt ergo & vtilior quæ fidelib. prodeſt, & quæ ſemper eſt neceſſaria. *Si ergo conueniat vniuerſa eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur.* Hoc eſt, ſi fieri poſſit vt, quia toti hoc vultis, concederetur vobis. *Intrent autē idiotæ aut infideles.* Nuper credētes, vel ignari, minus docti. *Nonne dicent, quod inſanitis? Si aūt omnes prophetent, intret autē quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus.* Quomodo Iudæi dixerunt, Hi muſto pleni ſunt. *Occulta cordis eius manifeſta fiunt.* Quando eius conſcientia ꝑ doctrinā pulſatur. *Et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quod vere Deus in vobis ſit.* Sicut Nabuchodonoſor adorauit Danielē dicens, Deus veſter vere ipſe eſt Deus: poſtquam ſomniū ſuū & interpretationē eius audiuit. *Quid ergo eſt fratres? cū conuenitis, vnuſquiſq; veſtrum pſalmū habet, doctrinam habet.* Intellectū. *Apocalypſim habet, linguā habet, interpreta-*

A tionem habet. Reuelationem myſteriorum. *Omnia ad ædificationem fiant.* Nihil fit in vobis quod non ædificet alterutrũ. *Siue lingua quis loquitur, ſecundum duos, aut vt multum tres.* Καὶ δὶς, ſecundum Græcos. *Et per partes: & vnus interpretetur.* Siue ipſi duo per partes dicant, non ſimul, ſiue vnus per partes interpretetur. *Si autẽ non fuerit interpres, taceat in eccleſia.* Aut ipſe, aut alius. *Sibi autem loquatur, & Deo. Prophetæ duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent.* Sua conſcientia & Dei teneat eum gratiam hanc habere. *Quod ſi alii reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat. Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare, vt omnes diſcãt, & omnes exhortentur.* Qui prior dixit, vel qui prior honore eſt. *Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt. Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis.* Siue gratiæ ſpiritus alteri prophetæ conſentit, ſiue ſpiritus humilitatis, & charitatis debet eſſe in propheta: quia non eſt Deus ſuperbiæ, & diſſenſionis, qui in eis non habitat, ſed pacis, quia eis nota ſunt quæ prophetant. *Sicut in omnibus Eccleſiis ſanctorum doceo.* In omnibus eccleſiis ſic eſt, ne noui aliquid me vobis imperare putetis. *Mulieres in Eccleſiis taceant.* Quia contra ordinem eſt naturæ vel legis, vt in conuentu virorum fœminæ loquantur.

B *Non enim permittitur eis loqui.* Quomodo ergo alibi dicit, bene illas docere debere prudentiam, vt prudentiam & caſtitatem doceant, ſed in ſexu ſimul & cum oſtendit locũ, vbi taceant, alibi eas loqui permiſit. *Sed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit.* Quia & vir prior factus eſt, & Sara dominũ vocabat Abrahã. *Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt n. mulieri loqui in eccleſia. An à vobis verbum Dei proceſſit, aut in vos ſolos peruenit? Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia domini ſunt mãdata.* Ne videretur eas etiam diſcere prohibuiſſe, oſtendit eas domi debere diſcere, in eccleſia autem omnes habere ſilentium. Notandum, quod & viri tam docti debeant eſſe, vt vxores ſuas docere debeant, & de fidei veritate inſtruere. *Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres, æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere: omnia autem honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis.* Cum ageret Apoſtolus vt omnia honeſte, & ſecundum ordinem fierent, ait: Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritalis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia domini ſunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Si quis

C videtur eſſe, & vtiq; non eſt: nam qui eſt ſine dubitatione cognoſcit, nec admonitione, & coertione opus habet: quia omnia iudicat, & à nemine iudicatur. Illi ergo ſeditiones & perturbationes in eccleſia faciebant, qui videbantur eſſe, & non erant: hos docet cognoſcere domini eſſe mandatum, quia non eſt ſeditionis Deus, ſed pacis. Si quis autẽ ignorat, ignorabitur: i. improbabitur: non n. ſt ad ſcientiam refertur, Deus ignorat eos, quib. dicturus eſt, Nunquam noui vos: ſed eorum improbatio hoc verbo inſinuata eſt, Amẽ dico vobis, quia neſcio vos. Et ideo debemus operam dare, vt cum charitate diuini Dei ſimus inſtructi. *Notum autem vobis facio fratres euangelium quod prædicaui vobis.* Inter cætera quidam Corinthiorum etiam reſurrectionem carnis auſi ſunt denegare, quos redarguit apoſtolus. *Quod & accepiſtis.* Ne nunc credentibus tantum prædicaſſe videretur. *In quo & ſtatis.* In cuius doctrina ſtatis. *Per quod & ſaluamini.* Per quod & ſaluamini, ſi tamen fide credatis, & opere impleatis: aut quia & in præſenti de multis infirmitatib. ſaluantur. *Qua ratione prædicauerim vobis ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis, & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas: Et quia ſepultus eſt: & quia reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas.* Capitulatẽ ea quæ eis prædicauerat ad memoriã reuocat. *Et quia viſus eſt Cephæ.* Non quod

D

Cap. XV.

ei primum apparuerit, ſed tertia apparitione ei ſe manifeſtauerit. *Et poſt hæc vndecim.* Ipſa reſurrectionis die ſero, quãdo aberat Thomas. *Deinde viſus eſt plusquam quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent vſque adhuc.* Per quos poteſtis, ſi vultis, ſcire quæ dico. *Quidam autem dormierunt.* In domino. *Deinde viſus eſt Iacobo: deinde Apoſtolis omnibus. Nouiſſime autẽ omnium tanquam abortiuo.* Abortiuus dicitur, qui extra tempus naſcitur, ſeu qui mortua matre viuus educitur. Abortiuum ſe nominat, qui extra tempus dominicæ prædicationis credidit. *Viſus eſt & mihi.* Quando Damaſcum pergebat. *Ego enim ſum minimus Apoſtolorum.* Non labore, quia plus omnibus laboraui: ſed ordine. *Qui non ſum dignus vocari apoſtolus quoniam perſecutus ſum eccleſiam Dei.* Tota ratio prædicationis noſtræ hæc eſt, vt reſurrectionem credatis: hoc

E eſt n. præmium iis qui Chriſto deſeruiunt: alioquin ſuperfluus eſt omnis labor ieiuniorum, atq; tribulationum, quæ in hac vita ſiue proſpera, ſiue aduerſa cum infidelib. videãtur eſſe communia: ſicut nobis ſolent proponere quid ab illis amplius habeamus: & vere, ſi horum laborum præmiſi in vita alia non ſperamus, peiores illis ſumus. *Gratia autem Dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me vacua non fuit. Sed abundantius illis omnib. laboraui: non ego autem, ſed gratia Dei mecum.* Hoc eſt, gratia Dei me viuificauit, & refecit, & poſt hæc cum Dei gratia laboraui: & in me vacua non fuit. Et quia dixerat, Abundantius illis omnib. laboraui: ne ſibi aliquid videretur adſcribere, continuo ſubiunxit, Non ego autẽ, ſed gratia Dei mecum: quia Deus in nobis operatur, & ipſe nos vt laboremus inſpirat, & ipſe adiuuat laborantes, ipſe opus bonũ conſummat: quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Sicut & alibi dicit, Qui cœpit in vobis opus bonũ, ipſe perficiet vſq; in diem Chriſti Ieſu. Et ipſe dicit, Sine me nihil poteſtis facere. Nam & B. Hieronymus in apologetico ad Pammachium, hic ponit teſtimonium iſtud, Non autem ego, ſed gratia Dei, quæ in me eſt. *Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus, & ſic credidiſtis. Si autem Chriſtus prædicatur quod ſurrexit à mortuis, quomodo dicunt quidam in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? Si autẽ reſurrectio mortuorum non eſt, neq; Chriſtus non reſurrexit. Quod ſi Chriſtus non*

F *reſurrexit inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Inuenimur autem & falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deũ quod ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui non reſurgunt, neq; Chriſtus reſurrexit: quod ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt & fides veſtra: adhuc enim eſtis in peccatis veſtris. Ergo & qui dormierunt in Chriſto perierunt. Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.* Quoniam nec quenquam eorum grauauit, quib. euangelium prædicabat, ſuum victum ſuis manibus tranſigebat: vbi magis impletum eſt quod ait, Plus omnibus illis laboraui: & adiungit, Non ego autem, ſed gratia Dei mecum: vt hoc quoque appareat Dei gratiæ deputandum, q; & animo & corpore poterat vſque adeo plus illis omnib. laborare, vt neq; ceſſaret ab euangelio prædicando, neq; tamen ex euangelio ſuſtentaret hanc vitam. *Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis.* Quod iam probatum eſt. *Primitiæ dormientium.* Si caput reſurrexit, neceſſe eſt vt cætera quoq; membra ſequantur: quia primus in incorruptibilitate reſurrexit. *Quoniam quidem per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.* Sicut per Adam

G mors intrauit, quia ipſe primus eſt mortuus, ita & per Chriſtum reſurrectio, quia ipſe primus reſurrexit: ſicut ille forma morientium, ita & ille forma reſurgentium. *Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Quod moritur, hoc reſurgit. Reſurgere non dicitur, niſi quod cecidit. Nam neq; anima mortalis eſt, quamuis peccato ſit mortua: neq; in ſua ipſa ſubſtantia iacuit, quia incorporea. Sed corpus alioquin ſurgere magis, quam reſurgere dicere potuit. *Vnuſquiſque autem in ſuo ordine.* Temporis vel honoris. *Primitiæ Chriſtus.* Vt ſuperius dixi, Primitiæ dormientium. *Deinde ii qui ſunt Chriſti in aduentu eius.* In aduentu eius non modo, ſed in aduentu eius reſurgent. *Deinde finis.* Cum omnium reſurrectio, tunc erit finis mortis. *Cum tradiderit.* Calumniantur Arriani dicentes, Si tradit filius regnum patri, poſtquam tradiderit regnum, ipſe regnare iam deſinet. Quib. reſpondendum eſt: Si ideo filius non regnabit, quia regnum traditurus eſt patri, ergo nec pater regnat anteq̃ ei tradatur à filio: Sin a. pater nõ tunc primum regnauit, quamuis tunc ſuſcipiat: ſic nec filius, quamuis tradat regnum, amittet. Iterum proponunt, quod ſubiectus erit patri: impios illos eſſe, qui etiam modo negant illum in corpore ſuo patri eſſe ſubiectum. Subiectio vero non ſemper ad diminutionem pertinet. Nam ſpiritus prophetarũ prophetis ſubiectus eſt, vt non ſit Deus diſſenſionis, ſed pacis. *Regnum.* Traditio autem regni noſter profectus eſt, cum eſſe ex integro filii meruerimus in patris regnum: cum incorruptibiles factos electos ſuos ad contemplationem illam perduxerit: de qua B. Ioannes dicit, Videbimus eum ſicuti eſt. Tenendum primum eſt, quod hoc loco apoſtolus non de trinitate, ſed de reſurrectione agit, quã de diuinis, id eſt,

Arriani

H

homi-

A hominis aſſumpti exemplo confirmat. Regnum. Regnum Dei naturaliter quidem per omnia eſt, quæ ipſe conſtituit: ſed tunc proprie regnare dicitur Deus, cũ illi fuerint homines voluntate ſubiecti: ſicut regno diaboli ſe ſponte ſubiecere. *Deo & patri.* Deo ſecundum humanitatem: patri ſecundum diuinitatem: & ideo ait Deo & patri. *Cũ euacuauerit omnem.* Euacuans peccatis euacuabitur regnum eorum à nobis. *Principatum.* Quia ſequebamur illos, faciendo voluntatem eorũ. *Et poteſtatẽ.* Quia dominabantur nobis. *Et virtutẽ.* Quia vincebãt ſibi inimici. *Oportet autem illum regnare.* Regnare pro iudicare poſuit. *Donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.* Quando alij erunt voluntate, alij neceſſitate ſubiecti. *Nouiſſima autem inimica deſtruetur.* Non erit n. aliud quod deſtruatur. Poſtea cum mortale hoc induerit immortalitatem. *Mors.* Qui in Apocalypſi peccatũ & mors appellatur, quia autor eſt mortis. *Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius.* Dauid hoc de homine dicit. *Cum autem dicat, omnia ſubiecta ſunt ei.* Propter calumniam. *Sine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia.* Deum, qui erat in ipſo mundo reconcilians ſibi. Vel certe patrem intellige, qui nullam conditionem aſſumpſit, qua debeat eſſe ſubiectus. *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia.* Quando & boni & mali ſubiecti erunt. *Tũc ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſibi ſubiecit omnia.* De ſubiectione quidã dicunt, ſicut in eſuriente ub. eſurit, vel paſcitur in ſubiectis ſuis: hoc eſt, in corpore ſuo ipſe ſubiicitur: aut quod ipſa humana natura in gratiarũ actione debeat eſſe ſubiecta illi diuinitati, quæ iã ſecum vnũ faciendo ei omnia ſubiecerit. Aliter: In iudicio neceſſe eſt eũ iterum in forma humilitatis apparere: Poſt iudiciũ vero iam ita eſt ſubiectus, id eſt, cõnexus vel perunitus homo Deo, vt nõ iam appareat niſi diuinitas, ſicut eius ſermo declarat. *Vt ſit Deus omnia in omnibus.* Subauditus temporibus: vel certe quia modo nondũ, quia adhuc corpori eius reſtitutus, dũ nõ ea quæ volumus facimus, quia caro adhuc concupiſcit aduerſus ſpiritum. ſpiritus autẽ aduerſus carnem. Vt ſit Deus omnia in omnib. Totus in omnibus dominator: nunc adhuc non eſt omnia in omnibus, quia ſinguli ſancti diuerſas virtutes ex his in ſe habent. Tunc autem vniuerſa vnus habebit, & erit ipſe omnia in omnib. Itẽ quid ſanctus Auguſtinus epiſcopus ſenſerit, videamus. Tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui illi ſubiecit omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus. Recte quæritur hoc loco, vtrum ſecundum perſonarum proprietates, an ſecundum

Auguſtinus in libro de diuerſis quæſtionibus. quæſtion. 69.

C hominis ſuſceptionem Apoſtolus dixerit. Solet circũſtantia ſcripturæ illuminare ſententiam, cũ ea quæ circa ſcripturam ſunt præſentem quæſtionem contingẽtia diligenti diſcuſſione tractantur. Inuenimus itaq; eis ventũ eſſe ad hunc locum, vt ſupra diceret, Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, ageb. iterum de reſurrectione mortuorum, quod in domino ſecundum ſuſceptionem hominis factum eſt. Manifeſtum eſt ergo hoc ſecundũ ſuſceptionem hominis dictum. Sed alia in hoc capitulo ſolet quæſtio oboriri. Primo quid dictum eſt, Cum tradiderit regnum Deo & patri quaſi nunc non teneat regnum pater: Deinde quid dictum eſt, Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: quaſi poſtea non ſit regnaturus: & ad hoc valeat quod ſupra dictum eſt. Deinde finis: Quod hæretici ſacrilega opinione ſic accipiunt, quaſi finem dixerit, conſummationem regni eius: cũ in euangelio ſcriptum ſit, Et regni eius nõ erit finis: Poſtremo quod dictum eſt, Cum autẽ ei omnia ſubiecta fuerint, tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſibi ſubiecit omnia: ſic volunt intelligi, quaſi nunc aut aliquid filio non ſit ſubiectum aut patri non ſit ipſe ſubiectus. Genere igitur locutionis ſoluitur quæſtio: ſic enim plerunq; ſcriptura loquitur,

D vt quod ſemper eſt, tunc fieri dicatur in aliquo, cum ab eo cognoſci cœperit. Ita enim dicimus in oratione dominica, Sanctificetur nomen tuum, non quaſi aliquando ſanctũ non ſit. Ergô ſicut ſanctificetus eſt, ſanctum eſſe innoteſcat: ita quoque cum tradiderit regnum Deo & patri, id eſt, cum patrem regnare monſtrauerit, vt per ſpeciem manifeſtationemq; clareſcat, quod nũc à fidelibus creditur, & ab infidelibus non putatur. Euacuabit autem omnem principatum, & poteſtatem, manifeſtando vtique regnum patris: vt omnibus notum ſit, nullum principum & poteſtatũ, ſiue cœleſtium, ſiue terreſtrium, per ſe habuiſſe aliquid principatus,

E & poteſtatis: ſed ab illo, ex quo ſunt omnia: non ſolũ vt ſint, verum etiam vt ordinata ſint. In illa enim manifeſtatione nulli ſpes aliqua remanebit in quoquam principe, aut in quoquam homine: quod etiam nunc prophetice canitur, Bonũ eſt ſperare in domino, quã ſperare in homine. Bonũ eſt ſperare in domino, quam ſperare in principibus: vt iſta meditatione anima iam in regnum patris aſſurgat, nec cuiuſquam poteſtatem præter illum magnifaciens, nec ſua ſibi ipſa perniciosiſſime blandiẽs. Tradit ergo regnum Deo & patri, cum per illum per ſpeciẽ cognoſcitur pater. Regnũ enim eius ſunt, in quib. nunc regnat per fidem. Aliter enim dicitur regnum Chriſti ſecundum poteſtatem diuinitatis, quo ei cũcta creatura ſubiecta eſt: & aliter regnum eius dicitur eccleſia, ſecundum proprietatem fidei quæ in illo eſt, ſecundũ quod orat qui dicit, Poſſide nos. Neq; enim non ipſe poſſidet omnia: ſecundum quod dicitur etiam illud, Cũ ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſtitiæ. Euacuabit ergo omnem principatum, & omnem poteſtatem & virtutẽ, vt nulli patrem intuenti per filium opus ſit, aut libeat in cuiuſquam creaturæ, vel in ſua cõquieſcere poteſtate. Oportet enim eum regnare donec ponat omnes inimicos ſuos

F ſub pedibus ſuis: id eſt, oportet regnum eius in tantum manifeſtari, donec omnes inimici eius ipſi regnare fateantur. Hoc n. intelligitur, ſub pedib. eius futuros inimicos. Quod ſi de iuſtis acceperimus, ideo dictum eſt inimicos, quia ex iniuſtis iuſtificantur, & ei credendo ſubduntur. De iniuſtis autem qui ad iuſtorum beatitudinem futuram non pertinent, ſic accipiendum eſt, quoniam & ipſi eum regnare ipſa regni eius manifeſtatione cõfuſi fatebuntur. Ergo oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedib. ſuis: non ita dictũ eſt, quaſi cum poſuerit inimicos ſuos ſub pedibus ſuis, non ſit poſtea regnaturus: ſed oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedib. ſuis. Oportet eum, inquit, ad tantam euidentiam ſuum regnum perducere, donec inimici eius nullo modo audeant negare quod regnat. Interdum, donéc, verbum ſacra eloquia pro coniunctione ſumũt, quã &, vel vt. indicari poteſt. Nã ſcriptum, Donec peperit filiũ ſuum: id eſt, & peperit filium ſuum. Scriptum eſt etiam, Oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri: id eſt, vt miſereatur noſtri. Nec ideo tamen cum miſertus noſtri fuerit, oculos ab

G eo debemus auertere. In tantum eſt enim beatitudo noſtra, in quãtum eius contẽplatione perfruimur. Sic ergo & hoc dictum eſt, Oculorum noſtrorum intentio ad dominum non porrigitur, niſi vſque ad impetrationem miſericordiæ ipſius: non vt poſtea inde auertatur, ſed vt nihil inde amplius requirat. Donec ergo pro eo poſitum eſt, vt non amplius intelligat. Quo n. amplius, id eſt, vſq; ad quam maiorem manifeſtationem manifeſtabitur regnum Chriſti, niſi quouſque omnes inimici eum regnare fateantur? Aliud eſt ergo, non amplius manifeſtari, aliud amplius non permanere. Non amplius manifeſtari, eſt non fieri manifeſtius: non amplius permanere, non fieri perſeuerantius. Quando autem manifeſtius erit regnum Chriſti, quam cum omnib. claruerit inimicis? Nouiſſime inimica deſtruetur mors: nõ enim erit aliud quod deſtruatur, poſteaquam mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia enim ſubiecit ſub pedib. eius: hoc eſt, vt etiam mortẽ deſtruat. Cum autem dixerit, quia omnia ſubiecta ſunt: dixerit hoc vtique propheta in pſalmis: manifeſtum, quia præter eum qui ſubiecit illi omnia, patrem vult intelligi omnia filio ſubiecisse: ſicut multis

H locis idem dominus in euangelio commendat & prædicat, Non ſolum propter formam ſerui, ſed etiam propter principium, de quo eſt, & de quo æqualis eſt ei de quo eſt. Amat enim ad vnum principium referre omnia, tanquam imago ei⁹: ſed in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Cum autẽ ei omnia ſubiecta fuerint, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui illi ſubiecit omnia: non quaſi modo non ita ſit, ſed tunc manifeſtum erit, ſecundum locutionem ſuperius tractatam: Vt ſit Deus omnia in omnib. Ipſe eſt finis quem ſupra commemorauit, cum totum primo breuiter vellet concludere, deinde quaſi membratim explicare, & exponere. Loquebatur enim de reſurrectione, vbi ait, Initium Chriſtus, deinde ij, qui ſunt Chriſti in præſentia ei⁹, deinde finis. Ipſe ſcilicet finis eſt, vt ſit Deus omnia in omnib. Ali-

A rer enim dicitur finis qui pertinet ad conſummationem, aliter qui pertinet ad conſumptionem. Aliter enim tunica finitur texendo, aliter cib⁹ comedendo. Deus autem omnia in omnibus dicitur, vt nemo eorum, qui ei cohærent, amet aduerſus eum ſuam propriam voluntatem: manifeſtumque ſit omnibus, quod idē Apoſtolus alio loco dicit: Quid autem habes, quod non accepiſti? Sunt item qui ſic intelligant hunc locum, Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: vt ſub alia ſignificatione poſitum hic dicant regnare, non ſub ea, qua poſitum eſt regnum, de quo ait, Cum tradiderit regnum Deo & patri: vt illud ſic appellauerit regnum, quo vniuerſam Deus creaturam regit: Hoc autem ſic appellauerit regnare, vt intelligatur tanquam aduerſus hoſtem exercitum ducere, vel defendere ciuitatem: vt ideo dixerit, Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. Quia talis regni, quale habent principes armatorum, nulla erit cauſa, hoſte ita ſubiecto, vt bellare non poſſit. Nam vtique dictum eſt in euangelio, Et regni eius non erit finis. Secundum quod regnat in æternum: ſecundū autem quod aduerſus diabolum ſub eo militatur, tam diu erit vtique iſta militia, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub
B pedibus ſuis: poſtea vero non erit, cum pace perpetua perfruemur. Hæc autem ita dicta ſunt, vt nouerimus diligentius etiam illud conſiderari oportere, ſecundum quid regnet nunc dominus: id eſt, ſecundum diſpenſationem ſacramenti ſui per incarnationem atque paſſionem. Nam ſecundum id quod verbum Dei eſt, tam ſine fine, quam ſine initio, quā ſine intermiſſione eſt regnum eius. Secundum id autem quod verbum caro factum eſt, cœpit regnare in credentibus per fidem incarnationis ſuæ. Vnde eſt etiam illud, Dominus regnauit à ligno. Hinc autē euacauit omnem principatum, & omnem poteſtatem, & virtutem, dum non per elationem eius, ſed per humilitatē ſerui fiunt credentes in eum. Hoc eſt abſconditum à ſapientibus, & prudentibus, & reuelatum paruulis quoniam placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes: neq; quicquam inter paruulos ſcire ſe dicit Apoſtolus, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. Qua prædicatione tam diu opus eſt, donec ponantur omnes inimici ſub pedibus eius, id eſt, ipſi humilitati eius, quam pedum nomine ſignificari arbitror: cedat atque ſubdatur omnis ſuperbia ſecularis, ſicut ex
C maxima parte iā factum, & quotidie fieri videmus. Sed quo fine iſta fiunt vt tradatur regnum Deo & patri: id eſt, vt nutritos fide incarnationis ſuæ perducat ad ſpeciē, qua æqualis eſt patri: iam enim eis, qui crediderant, loquebatur, cum diceret, Si manſeritis in verbo meo, vere diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Regnum enim tradit patri, cum per id regnabit in contemplantibus veritatem, qua æqualis eſt patri: & per ſe vnigenitum per ſpeciem faciet videri patrem. Nunc enim per hoc regnat in credentibus, quod ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Tunc autem tradet regnum Deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem. Vnde euacuabit, niſi humilitate, & patiētia, & infirmitate? Quis enim principatus non euacuetur, cum filius Dei propterea regnat in credentibus, quia eum principes ſeculi iudicarunt: Quę poteſtas non euacuatur, cū ipſe p quē facta ſunt omnia, propterea regnat in credentibus, quia ita ſubiectus fuit poteſtatibus, vt diceret homini, Nō haberes in me poteſtatē niſi data tibi eſſet deſuper? Quæ virtus non euacuatur, cum ipſe per quem cœli ſolidati ſunt ideo regnat in credentibus, quia vſque ad crucem mortēq; infirmatus eſt?
D Hoc autem modo filius proprie in fide credentiū. Nō enim pater dici, aut credi poteſt, vel incarnatus, vel iudicatus crucifixus: per ſpeciem autem qua ęqualis eſt patri, cum patre regnat in contemplantibus veritatem. Quod autem tradet regnum Deo & patri, à fide incarnationis ſuæ, ad ſpeciē deitatis perducens eos qui ſibi nunc credunt, non ipſe amittet, ſed vtrumq; ſe vnum ad fruendum contemplantibus præbet. Tam diu autem opus eſt, vt in hominibus, nondum valentibus æqualitatem patris & filij, perſpicua mentis luce contueri, per hoc regnet Chriſtus, quod tales capere poſſunt, & quod proprie ipſe ſuſcepit, id eſt, incarnationis humilitatē: donec ponat inimicos omnes ſub pedib⁹ ſuis: id eſt, donec

omnis ſuperbia ſecularis incarnationis ei⁹ humilitati ſubdatur. Sane quod dictum eſt. Tunc & ipſe fili⁹ ſubiectus erit ei, E
qui illi ſubiecit omnia: quamuis ſecundū ſuſceptionē hominis dicatur quia inde quæſtio nata eſt, cum ageret de reſurrectione mortuorum: tamē recte quęritur vtrum ſecundum ipſum tantum ſit dictum, quod eſt caput eccleſiæ, an ſecundum vniuerſum Chriſtum, adnumerato corpore eius, & mēbris. Cum enim ait ad Galatas, Non dicit, & ſeminibus, tanquā in multis, ſed tāquā in vno & ſemini tuo, quod eſt Chriſtus: ne ipſum ſolum hoc loco intelligeremus Chriſtum, qui de Maria virgine natus eſt, poſtea dicit, Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Si autem vos Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis. Ad Corinthios, cum de charitate diceret, de mēbris corporis ſimilitudinem ducens, Sicut enim corpus vnum eſt, inquit, & membra habet multa, omnia autē membra corporis cum ſint multa, vnum eſt corpus: ita & Chriſtus. Non dixit, ita & Chriſti: ſed ita & CHRISTVS: oſtendēs CHRISTVM recte appellari etiā vniuerſum: hoc eſt, caput cum corpore ſuo, quod eſt eccleſia. Et multis ſcripturarum locis inuenimus Chriſtum etiā hoc modo appellari, vt cum omnib. ſuis mēbris intelligatur quibus dictum eſt, Vos eſtis corpus CHRISTI & membra. Non ergo abſurde
ſic intelligimus. Tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei, qui illi ſubiecit omnia: vt filium non ſolum caput eccleſiæ, ſed omnes cum eo ſanctos intelligamus, qui ſunt vnum in Chriſto, vnum ſemen Abrahæ. Subiectum autem ſecundum contemplationem ſempiternæ veritatis, ad obtinendam beatitudinem nullo motu animi, nulla parte corporis reſiſtente, vt in illa vita nemine amante propriam poteſtatem, ſed Deus omnia in omnibus. F

Alioquin. Cæterū. *Quid facient, qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non reſurgunt, vt quid & baptizantur pro illis?* Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus. Omnes enim qui baptizamur, ſic baptizamur, vt iā pro mortuis ſimus. Quid ergo prodeſt nos huic mundo mori, ſi hunc laborem vita non ſequitur æterna? *Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior propter veſtrā gloriam fratres.* Si nihil eſſet in futuro, non eramus tā ſtulti, vt talia pro alijs pateremur. *Quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Ego habeo mercedem laboris, etiam ſi vos proficere non velitis. *Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt?* Si nihil ſperatis
me remunerationis accipere à Deo: ergo gratis pugnaui, forte vt hominibus placerem. Et aliter per allegoriam beſtiæ intelliguntur aduerſariæ poteſtates. Sicut in pſalmo: Ne tradas beſtijs animam cōfitentem tibi. Et multa dicuntur in epiſtolis, quæ in actibus non habentur: & multa in actibus, quæ in epiſtolis non dicuntur. *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.* Propheta Eſaias increpat gulæ deditos deſperatione futurorum, cuius blaſphemiæ crimen negat eis dimitti, quoadusque moriantur. *Nolite ſeduci.* Ab his qui talia agunt. *Corrumpunt mores bonos colloquia praua.* Ne dicerent, Seduci ergo nos poſſe exiſtimas? occurrens ſenſui illorum. Non, inquit, de vobis timeo: ſed de illorum tergiuerſatione formido. Econtrario redintegrant mores malos colloquia bona. *Euigilate.* Sobrij eſtote. *Iuſti.* Probat reſurrectionē nō credere eos, qui ſe gulæ, & voluptatibus tradiderunt. *Et nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent:* Ille iuſtus eſt, qui non peccat: id eſt, capitale peccatum aut ſi ſubito præuenerit, pœnitentiam agendo delet, quia ſe credit in iudicio rationem eſſe redditurum. Nam qui reſurrectionē nō credit, deſperans omnia infanda cōmittit. Multi ſolent proponere, vtrum debilia corpora, ita vt ſunt defuncta, reſurgant. Quibus reſpondendum eſt, quod in reſurrectionē non in debilitatis vitium, ſed natura reparetur. Nun- H
quam enim tam debile eſt corpus quā cum latet in puluere. Qui ergo creditur totum reddere, quod ex parte reparare dubitetur? cur oculos non reddat, qui totum reſtituet corp⁹? *Ad reuerētiā vobis loquor. Sed dicet aliquis, Quomodo reſurgēt mortui? quali autem corpore venient?* Ignorant potentiam Dei: qui eum putant mortuos ſuſcitare nō poſſe diuinitatem ex ſua imbecillitate metientes, vt erubeſcatis vos talib⁹ ſermonib⁹ tanq̄ paruulos erudire. *Inſipiens tu, quod ſeminas nō viuificatur, niſi pri⁹ moriatur.* Inſipiēs, q etiā naturalib⁹ reb⁹ edoceri debueras, de reſurrectione non dubitare. Adhuc re,p-

miſſio-

A miſſionib. diuinis e iſtis incredulus? ex tui operis conſuetudine conſiderare debuiſti quod dicimus. *Et quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt, ſeminas, ſed nudum granum: vt puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus ſicut vult.* Sicut de grano reſurgit fœcundior cũ granis ariſta, & corpus corruptile in gloriæ reſurget augmentum. *Vt vnicuique ſeminum proprium corpus.* Vnde beatus Iob, Et in carne mea videbo Deum. *Non omnis caro eadem caro.* Attende, quia proprium dixit corpus, non alienum. *Sed alia hominum, alia pecorum, alia caro volucrũ, alia autem piſcium.* Similiter & de aquis intellige, quæ tantam diuerſitatem volucrum & piſcium ediderunt. *Et corpora cœleſtia, & corpora terreſtria.* Quia talia fecit corpora elementorum, cui non reficitur exiguum corpus humanum. *Sed alia quidem cœleſtium gloria, alia autem terreſtrium. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum.* Omnis comparationis diuerſitas ad hoc facit, vt credas vnum facile reddere poſſe, qui tanta fecit ex nihilo. *Stella enim a ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum.* Stellarum diuerſitate iuſtorum comparat differentiæ, quos virtutes, non peccata faciunt eſſe diuerſos. Nam peccantiũ diuerſitas in cœlo non erit, ſed in pœna. *Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione.* Vt nec febres, nec cætera patiatur. *Seminatur in ignobilitate.* Quid tã ignobile, quã mortuum corpus? *Surget in gloria.* Surget in gloriam ſplendoris,

B ſicut ſol. *Seminatur in infirmitate.* Imbecillitatis humanæ. *Surget in virtute.* In virtute æternitatis angelicæ. *Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale.* Hic quia animale corpus, quia non ſemper ſpiritum ſanctũ habemus: tunc vero ſemper erit in nobis. *Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale.* Quod poſſit iterum dari Chriſto. *Sicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem.* Hoc teſtimonium ex lege. *Nouiſſimus Adam in ſpiritum viuificantem.* Cur homo ſecundus, vel Adam nouiſſimus poſt tot homines dicitur? Primus Adam habetur quiſquis veſtigia eius imitatur: poſterius ille eſt, qui domini veſtigia ſequitur. Nouiſſimus ex primo ideo dicitur dominus, quod vſque ad ipſum mors ab ipſo primo inuenta deſcendit, quod vſque ad crucem lapſus primi hominis poteſtatem habuit, & ideo morti primus, nouiſſim⁹ ſaluti: ille primus viuens, iſte viuificans. *Sed non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale eſt: deinde quod ſpiritale eſt. Primus homo de terra terrenus.* Notandum, quod cum

C duos Adam dicit, eiuſdem naturæ vtroſque demonſtrat: quia ſicut ille ſine genere: ita iſte ſine ſemine. *Secundus homo de cœlo cœleſtis.* Hac ratione Chriſtus homo de cœlo, quia in baptiſmo Ioannis non aqua, ſed gratia de cœlo deſcendit. Et quia ſine peccato carnem aſſumpſit & Deus ex virgine naſci dignatus eſt. *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.* Sic intellige Chriſtum cœleſtem, quia omnino ſine peccato, nõ quia de cœlo carnem attulerit. *Igitur ſicut portauimus imaginem terreni.* Peccator imaginem Adam portat: iuſtus vero Chriſti. *Portemus & imaginem cœleſtis,* Veterem hominem ante baptiſmum, nouum poſt baptiſmum. *Hoc autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt: neque corruptio incorruptelam poſſidebit.* Frequenter ſcriptura opera carnis nominat pro ſubſtantia: ſicut ibi, Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. Aliter: Caro ſicut nunc eſt regnum Dei non poſſidebit, niſi immortalitate veſtita. *Ecce myſterium vobis dico.* Ob-

D ſcurum ſignificat nominando myſterium. *Omnes quidem reſurgemus.* Omnes reſurgem⁹, qui mortui inueniemur Chriſto veniente. *Sed non omnes immutabimur.* Qui in corpore fuerint reperti, quia ſancti aſſumentur: peccatores vero æterno incendio relinquentur. Nam qui viui inuenti fuerint peccatores, combuſti primo ignibus tunc reſurgent in peccatores, qui in aduentum domini viui inueniuntur. *Sed non omnes immutabimur.* Quia iuſti ad gloriam, peccatores reſurgent ad pœnam. *In momento, in ictu oculi.* Breuitatem vult ſignificare momenti. *In nouiſſima tuba.* Quidam duas tubas, duos Chriſti aduentus intelligunt. *Canet enim tuba, & mortui reſurgent.* Primo reſurgent mortui, & ſic immutabuntur ſancti, vt hoc dicatur nouiſſima tuba. *Incorrupti.* Vt ſemper durent in pœna. *Et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem.* Eſt quod induet & eſt quo

E induitur. *Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in victoria.* Euacuatis cauſis mortis. *Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus?* Vbi eſt mors contentio tua? Quæ contentio, niſi quia modo caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ: Iſta pugna, iſta cõtentio: ſed ex perſona iuſtorũ loquitur inſultantiũ morti. *Stimulus autem mortis peccatum eſt,* Sagitta mortis peccatũ, per quod animæ iugulantur. *Virtus vero peccati lex.* Fortius fit per ſcientiã peccatum. Cur virtus peccati lex, ſi lex bona eſt? Quia peccatũ per bonũ operatũ eſt mortẽ, vt fiat ſupra modum, hoc eſt, maiores vires ex prævaricatione accipiat: *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Victoriã illius peccati in quo lex infirmabatur, per carnalẽ noſtram voluptatem, quam Chriſtus cruce ſua deſtruxit. *Itaque fratres mei dilecti.* Reddita ratione reſurrectionis, de qua hæſitabant, hortatur eos in Dei opere permanere, iam certos de retributione futura. *Stabiles eſtote, & immobiles, abundantes in opere domini ſemper.* Nemo vos de hoc gradu ſpei moueat vltra. *Scientes quod labor veſter non eſt inanis in domino.* Hoc eſt, non ſine cauſa laboratis.

Cap. XVI. F *De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite.* De ſumptibus dicit qui per ſingulas eccleſias collecti Hieroſolymam in ſanctis pauperibus mittebantur. *Per vnã ſabbati vnuſquiſq; veſtrum.* Vna ſabbati, dominica dies eſt, ſicut in euangelio ſcriptum eſt dominum vna ſabbati reſurrexiſſe. *Apud ſe ponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non cum venero tunc collectæ fiant. Cum autem præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam veſtram in Hieruſalem.* Vt paulatim reponentes non vna hora grauari ſe putent, vt hilares ſint datores qui diliguntur à Deo. *Quod ſi dignum fuerit, vt & ego eam, mecum ibunt.* Si talis fuerit oblatio veſtra, vt per me digne poſſit offerri. *Veniã autem ad vos cum Macedoniam pertranſiero. Nam Macedoniam pertranſibo. Apud vos autem forſitan manebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo autem vos modo in tranſitu videre.* Quia ſe habent Macedones, vt non ſit neceſſe apud eos diutius demorari. Apud vos autem neceſſe eſt vt maneam vel hyemem: multa enim ſunt quæ corrigantur in vobis nam & medicus ibi moram habet, vbi plures ægrotant. *Spero enim me aliquantum temporis manere apud vos, ſi*

G *dominus permiſerit. Permanebo autem Epheſi vſque ad pentecoſten. Hoſtium enim mihi apertum eſt magnum, & euidens, & aduerſarij multi. Si autem venerit Timotheus videte vt ſine timore ſit apud vos. Opus enim domini operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illum ſpernat. Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus. De Apollo autem fratre, multum rogaui eũ vt veniret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret. Veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini. Omnia veſtra in charitate fiant.* Ideo ibi permanebo, quia cũ mihi euidens nata ſit opportunitas prædicandi, & plurimi ſint qui reſiſtant: plurimis autẽ Deus oſtium cordis aperuit, & multi non credẽtes reſiſterunt. *Obſecro autẽ vos fratres, noſtis domũ Stephanæ & Fortunati quoniam ſunt primitiæ Achaiæ.* Vel fide primitiæ, vel honore, *Et in miniſterio ſanctorum ordinauerunt ſeipſos.* Ad docendos ſanctos, vel neceſſaria eiſdem miniſtranda. *Vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & laboranti.* Qui nobiſcum vel illis cooperantur in euangelio Chriſti. *Gaudeo autẽ in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici.* Quia præſentes

H ſunt apud vos. *Quoniã id quod vobis deerat,* In ſcientia. *Ipſi ſuppleuerunt.* Per doctrinam, vel exemplo. *Refecerunt enim & meum ſpiritum, & veſtrum.* Meum ſpiritum gaudio de veſtro profectu: veſtrum vero de inſtructione doctrinæ. *Cognoſcite ergo qui huiuſmodi ſunt. Salutant vos eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in domino ſemper multum Aquila, & Priſca.* Sicut alibi, Cognoſcite eos, qui ita ambulant ſicut habetis formam noſtram. Hic cognoſcite, pro honorate agnoſcentes eorum laborem. *Cum domeſtica ſua eccleſia.* Domeſtica congregatio fraternitatis eccleſia dicitur. *Salutant vos fratres omnes, apud quos etiam hoſpitor. Salutate inuicem in oſculo ſancto.* Non ficto, ſicut Iudas. *Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum* IESVM CHRISTVM, *ſit anathema maranatha.* Quomodo illis qui eum amant, redemptio venturus eſt CHRISTVS, ita his qui eum non amant, anathema illis venit: id eſt, vt, illos abomine-

A tur,& perdat. *Gratia domini Ieſu Chriſti vobiſcum.* Subſcriptio eſt: hoc eſt, ſit vobiſcum gratia ſemper, ſine cuius auxilio ſubſiſtere non poteſtis, nec aliquid boni facere. *Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu.* Non ſeculari charitate: vt quomodo vos ego diligo, ita vos alterutrum diligatis in Chriſto, qui dixit, In hoc cognoſcetur vos diſcipulos meos eſſe, ſi inuicem diligatis. Amen. Confirmatio benedictionis eſt, amen. Sicut ipſe ſuperius dicit, Quomodo dicit amen ſuper tuam benedictionem.

FINIS EPIST. PAVLI AD CORINthios Primæ.

AD CORINTHIOS EPISTOLA SECVNDA.

ARGVMENTVM.

B *Poſt actam pœnitentiam conſolatoriam ſcribit eis à Troade: & collaudans eos, hortatur ad meliora.*

PAVLVS *Apoſtolus* IESV CHRISTI. Quæritur, cur in omnibus epiſtolis contra vſum ſcribendi, primo ſuum nomen ponat, & ſic eorū quibus ſcribit, ſed hoc autoritatis eſt apoſtolicæ, & ordinis: quia minoribus ſe ſcribit, ſicut ſolent iudices ad eos, quos regunt, præcepta dirigere. *Per voluntatem Dei.* Sicut ad Galatas dicit, Non ab hominibus, neq; per hominem: ſimul vt oſtenderet non ſine voluntate patris ſe miſſum: Dei autem voluntatem iuſtam, & rationabilē eſſe, nullus ignorat. *Et Timotheus frater.* Non dixit Paulus & Timotheus, quia non ambo apoſtoli. Ad Philippenſes vero, vbi autoritas non tantum erat neceſſaria, ſic incipit: Paulus, & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti: quia ambo ſunt ſerui. *Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi.* Erat enim ibi eccleſia, & nō Dei. *Cum ſanctis omnibus qui ſunt in vniuerſa Achaia.* Poſſunt ſancti hic accipi, non ſolū baptizati, ſed & ſacerdotes Dei, ſicut in prima. Cum omnib. qui inuocant nomen domini. Et ad Philippenſes, Cum epiſcopis & diaconis: ideo autem poſtea poſuit ſacerdotes, ne parum intelligentibus eos in

C eccleſia non comprehendiſſe videretur. *Gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.* Sicut nos ſolemus initio epiſtolarum precari ſalutem, pro hoc Apoſtolus ſemper gratiam ponit. *Benedictus Deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti.* Gratias agit Deo quod conſolationem ideo accipiunt, vt ipſi alios conſolentur. *Pater miſericordiarum:* Quia ex ipſo eſt omnis miſericordia. *Et Deus totius conſolationis.* Totius conſolationis, quia perfecte conſolatur, nec minor eſt tribulatione conſolatio. *Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.* Non in aliquibus. *Vt poſſimus & ipſi conſolari eos, Qui in omni preſſura ſunt.* Propterea nos liberat, vt ipſi poſſimus alios conſolari, ac ſic formam nobis dat alios conſolandi. *Per exhortationem qua exhortamur & ipſi à Deo.* Et per exhortationem, qua ipſi a Deo conſolamur, agnoſcimus quod Deus neminem derelinquat, & multo magis in futuro remuneret, etiam quos in præſenti non deſerit. *Quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis.* Paſſiones pro nomine Chriſti. *Ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Sicut Petrus eſt de carcere liberatus, & Paulus viſione domini, & voce confirmatus in templo. *Siue autem tribulamur pro*

D *veſtra exhortatione & ſalute: ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione.* Quia vos exhortamur ad ſalutem, ſiue vt vobis exemplum tolerantiæ præbeamus. *Siue exhortamur pro veſtra exhortatione, quæ operatur tolerantiam earundem paſſionum, quas & nos patimur.* Propterea nos liberamur, vt ipſa reconfirmemini, non vos debere pertimeſcere paſſiones: ſiue vt hortemur patienter hæc ferre, quæ præſentem & futuram habent conſolationem. *Vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes, quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.* Quia certi ſumus. *Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia.* Suas narrat paſſiones, vt illi cognoſcant, ſe parua pati, maxime cum illi talia

ſint perpeſſi, qui vice Chriſti fuerant deſtinati: comparatione magiſtri erubeſcant diſcipuli ſuam dolere iniuriam, cum magiſtrum maiora pertuliſſe cognouerint. *Quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem.* Preſſura tribulationum. *Ita vt tæderet nos etiā viuere.* Ita vt mori cuperemus. E
Sed ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus. Ipſa mors nos docuit, omne humanum auxilium defeciſſe, & ab illo ſolo ſperandum eſſe remedium, cui etiam mortuos ſuſcitare poſſibile eſt. *Vt non ſimus fidentes in nobis.* Siue etiam deſperemus de vita. Facit locus iſte contra eos, qui catholici ſunt, & ſuis aliquid meritis tribuere præſumunt. *Sed in Deo, qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis eripuit nos, & eruit.* Non in noſtra vel prudentia, vel cautela, neque in virtutibus noſtris, quia maledictus qui ponit fiduciam carnem brachii ſui. *In quem ſperamus, quoniam adhuc & eripiet.* Præſcit ſe adhuc paſſurum, qui ſperat ſe liberandum. *Adiuuantibus & vobis.* Sicut & Petrus de carcere liberatus eſt orationibus eccleſiæ: ſimul notandum, quod niſi laborans non dicitur adiuuari. *In oratione pro nobis.* Multum valet oratio omnis eccleſiæ. *Vt ex multarum perſonis facierum eius quæ in nobis eſt donationis per multos gratia agantur pro nobis.* Vt ex multarum conuentu perſonarum, videlicet infantium, iuuenum, ſenum, pro eo quod vobis donati ſumus, domino gratiæ referantur. *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate & ſinceritate* F
Dei. Ideo glorior in tribulationibus, quia conſcientia mea non reprehendit me lucri vel gloriæ cauſa prædicare: ſed in ſimplicitate veſtram ſalutem requirere. *Et non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in mundo.* Non ſubdole docentes, ſicut eſt ſapientia carnalis, quæ mercede diſtrahitur: ſed gratis, ſicut à Deo accepimus, vel Dei cauſa prædicauimus. *Abundantius autem ad vos.* A quibus nec victum qui nobis iure debebatur, accepimus. *Non enim alia ſcribimus vobis.* Non erubeſco, quia etiam vos ſcitis certum eſſe quod dico. *Quam quæ legiſtis & cognoſcitis.* Hæc legentes in epiſtola, quæ cognoſcatis in conſcientia. *Spero autem, quod vſque in finem cognoſcetis.* Non mutabo propoſitum meum. *Sicut & cognouiſtis nos ex parte.* Quia nōdum eſt finis: cum autem venerit finis, tunc ex integro cognoſcetis. *Quia gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra.* Sic eſt gloria diſcipulis de bono doctore, quomodo & magiſter in bonis diſcipulis gloriatur. *In die domini noſtri Ieſu Chriſti.* Vbi & veri magiſtri, & boni diſcipuli probabuntur. *Et hac confidentia volui prius venire ad vos.* Hac conſcientia: quia nihil aliud veſtrum quæſiuimus, quam ſalutem. *Vt ſecundam gratiam haberetis, & per vos tranſirem in Macedoniam. Et iterum à* G
Macedonia venirem ad vos, & à vobis deducerer in Iudæam. Quia in primo aduentu primam habuiſtis: aut certe pœnitentiam ſecundam gratiam voluit intelligi: quia prima eſt baptiſmi. *Cum ergo hoc voluiſſem, numquid leuitate vſus ſum?* Quia promiſſum non exhibuerat, ne hoc leuitatis eſſe putarent, veraciter & ſapienter excuſat. *Aut quæ cogito, ſecundum carnem cogito?* Secundum voluntatem carnalem. Carnale eſt, nulla exiſtente cauſa non facere quod promittas: ſicut multi carnales homines facere ſolent. *Vt ſit apud me Eſt, & Non?* Ideo non cogito ſecundum carnem, vt non mentiar. *Fidelis autem Deus: quia ſermo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo Eſt, & Non: ſed eſt in illo Eſt.* Non eſt in illo dubietas; nec vobis ſumus aliquando mentiti. *Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt, per me & Siluanum & Timotheum, non fuit in illo Eſt, & Non.* Contra Manichæos, qui Chriſtum falſam carnem habuiſſe confirmant: & contra Arrianos, qui negant filium ſemper fuiſſe: cum ipſe loquutus ſit Moyſi, Ego ſum qui ſum: &, Qui eſt miſit me ad vos: H
quia ipſe & erat, & eſt, & ſemper eſt: quia nunquam non eſt. *Sed eſt, in illo fuit.* Hoc eſt, veritas, & immutabilitas: ſicut Moyſes dicit, Qui eſt, miſit me. Ille eſt enim vere, qui ſemper idem eſt. *Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt in illo Eſt. Ideo & per ipſum dicimus amen Deo.* Veritatis impletio *Ad gloriam noſtram.* Omnis veritas promiſſionum in Chriſto eſt, quæ per nos ad gloriam Dei completur. *Qui autem confirmat nos.* Quia dixerat, Per nos: modo hoc totum oſtendit Deum facere, qui in eis iſta omnia operatus eſt: ne ſibi aliquid humana infirmitas arrogaret. *Vobiſcum in Chriſto.* Virtutibus. *Et qui vnxit nos Deus.* Spiritu ſancto, vel

chriſma-

A chriſmate. *Et qui ſignauit nos.* Omne quod intrinſecus eſt pretioſiſsimum, ſignatur. *Et dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.* Omnis arra pro pretii magnitudine datur: quantum ergo præmium eſt, cuius tanta eſt arra? id eſt gratia ſpiritus. *Ego autem* Reddit cauſas, quare non uenerit, non ſuæ leuitati, ſed illorum infirmitati deputandum. *Teſtem Deum inuoco in animam meam.* Quem ſolum animæ ſecreta non fallunt. *Quod parcens uobis, non veni vltra Corinthum.* Ne in vobis acrius vindicarem. *Non quia dominamur fidei veſtræ.* Non quia ideo credidiſtis, vt vobis dominemur, ſicut in lege ſacerdotes, & ideo vos terremus: ſed omnia ad emendationem veſtram facimus, vt & hic in conſcientia, & in perpetuo gaudeatis. Non quod iterum quaſi ſerui metu cogamini, ſed ipſi libertati adiutorium damus: ne dum eius menſuram ſeruare non noſtis, ruatis in peius. *Sed adiutores ſumus.* Cooperatores *Gaudij veſtri. Nam fide ſtetiſtis.* Liberi eſtis, ſi non peccatis. Gaudet conſcientia, cum bonorum operum recordatur. Doctoris gaudium eſt, diſcipulorum profectus.

Cap. II. *Statui autem hoc ipſe apud me.* Cogitaui, vel diſpoſui. *Ne iterum in triſtitia venirem ad vos* Qui primum in gaudio veneram, quando credidiſtis. *Si enim ego contriſto vos, & quis eſt qui*

B *me lætificet.* Ad hoc vos contriſto, vt gaudeam de vobis. *Niſi qui contriſtatur ex me?* Qui enim contriſtatur, intelligit ſe peccaſſe: ſicut æger qui dolorem adhuc ſentit, poteſt recipere ſanitatem. *Et hoc ipſum ſcripſi vobis.* Ideo ſcripſi, vt literis correcti præſentem me gaudere faceretis. *Vt non cum venero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam.* Triſtitiam enim habeo, quia peccatis: augetur ergo triſtitia, ſi vos ad perfectum non emendatis *De quibus oportuerat me gaudere.* De quibus me nunquam oportuerat contriſtari: ſiue de emendatione gaudere. *Confidens in omnibus vobis: quoniam meum gaudium omnium veſtrum eſt.* Confidens vos omnes intelligere, quia tunc verum gaudium habetis, ſi ego gaudeo. *Nam ex multa tribulatione & anguſtia cordis.* Et hic intelligendum quam ſolliciti erant apoſtoli de omnium ſalute. *Scripſi vobis per multas lachrymas.* Priorem epiſtolam. *Non vt contriſtemini, ſed vt ſciatis, quam charitatem* Non quo me veſter dolor delectet, ſed quia curari aliter non poteſt. *Abundantius habeam in vobis.* Ne dicerent, Non ſoli nos peccauimus. Ex abundantiori ſollicitudine maiorem poteſtis charitatem proba-

C re. *Si quis autem contriſtauit non me contriſtauit.* Quia per illius peccatum etiam vos correpti amplius profeciſtis: ſiue quia emendauit non per omnia contriſtauit. *Sed ex parte* Quaſi bonus nocuit. *Vt non onerem omnes vos.* Ideo ſcribo eum recipi, vt non vos grauet ſi per veſtram duritiam deſperauerit. *Sufficit illi, qui huiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus.* Non ſolum de illo dicit, qui paternum polluit thorum, ſed de omni peccante: quia multi peccauerunt, ſicut prima docet epiſtola *Ita vt contra magis donetis, & conſolemini: ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui huiuſmodi eſt.* Donetis veniam, & conſolemini verbis prophetæ, Nolo mortem peccatoris: tantum vt conuertatur. Et, Quacunque die conuerſus fuerit iniquus. Ne per deſperationem indulgentiæ abſorbeatur: profundo vitiorum, vel à diabolo abſorptus ad infidelitatis & blaſphemiæ, præcipitia deducatur. *Propter quod obſecro vos, vt confirmetis in illum charitatem.* Vt per prophetiam ſe agnoſcat veniam conſecutum, quia Deus dixit, Nolo mortem morientis. *Ideo enim ſcripſi, vt cognoſcam experimentum veſtrum an in omnibus obedientes ſitis.* Ideo hanc ſecundam ſcribo, vt videam, ſi quomodo obe-

D diſtis in excommunicando, ſic obediatis in recipiendo. Obedientia enim illa perfecta & vera eſt, quæ in nullo contemnit. *Cui autem aliquid donaſtis* Pro donaueritis. *Et ego* Sicut vobiſcum vindicaui, ita & vobiſcum dono. *Nam & ego quod donaui.* Et ego quod donaui, non in mea perſona, ſed Chriſti, qui dixit, Quæ ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo. *Si quid donaui propter vos.* Ne vos grauemini. *In perſona Chriſti* Quia perſonam gerimus Chriſti. *Vt non circumueniamur a ſatana.* Similiter enim circumuenit per nimiam ſeueritatem noſtram, vt pereant animæ deſperando, quomodo & per nimiam bonitatem noſtram non corrigendo. vnde Salomon ait, Non declines ad dexteram neque ſiniſtram. Quamuis tota epiſtola contra Nouatianos ſit, tamen hic euidentiſſime oſtenduntur à diabolo circumuenti pœnitentiam denegare. *Non enim ignoramus cogitationes eius.* Hæ

E ſunt verſutiæ eius, vt per immoderata bona fallat incautos. *Cum veniſſem autem Troadem propter euangelium* Chriſti. Modo illis vult probare, quanto amplius eos diligat, & quam ſit eorum cauſa ſollicitus, qui cum illi omnia eſſent proſpera, nullam tamen habuit requiem, quia non inuenit Titũ, quem miſerat ad eos, vt ei nunciaret, ſi ſe correxiſſent, hoc vt intelligant, eum omnia propter charitatem feciſſe. *Et oſtium mihi apertum eſſet in domino: non habui requiem ſpiritui meo.* Oſtium, aditus, vel opportunitas prædicandi, vel quia corda eorum aperuit Deus quibus ille prædicabat. *Eo quod non inuenirem Titum fratrem meum.* Eo quod non rediſſet ad me, vt me de vobis faceret certiorem. *Sed vale faciens eis profectus ſum in* Inde exii, quamuis occaſionẽ habuerim prædicandi: & eis vale feci, qui crediderunt, quorum cordi oſtium aperuit Deus, *in Macedoniam.* Vnde & celerius de vobis audirem. Vicinior eſt Achaiæ Macedonia. *Deo autẽ gratias, qui ſemper triũphat nos in* Chriſto Ieſu. Triumphare nos facit ſiue in nos ipſe triumphat. *Et odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.* Et quia primo credentes modicum aliquid quaſi odorem fidei cognoſcere poterant. *Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo.* Odor notitiæ Dei, per doctrinam & ſigna manifeſtatur. Odor autem ideo, quia ſentitur potius, quam videtur. Bonus odor, prædicatio ſancta eſt, & vita

F bona: qui amant talem bono odore viuunt: qui inuident, bono odore moriuntur. *In his qui ſalui ſiunt.* Gratiæ eius. *Et in his qui pereunt.* Indicium eius iuſtiſſimum. In his qui ſalui ſiunt, vt Tabita, & in his qui pereunt, vt Hymeneus & Alexander. *Alij quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vitæ in vitam.* Vnus odor quomodo & vitam & mortẽ conferat? ſicut enim ſolis aſpectus ſanis oculis claritatem, lippientibus affert cæcitatem: ita doctrina Chriſti obedientibus vita contradicentibus mors eſt. Item aliter: Odor bonus baptiſma Chriſti eſt, qui hoc in eccleſia catholica accipit, bono odore viuit, qui in hæreſi, bono odore moritur. Item aliter: Amaſti bene agentem, vixiſti bono odore: inuides & detrahis bene agenti, mortuus es bono odore. *Et ad hæc quis tam idoneus?* Quis per ſe, aut ſuis viribus, niſi illo inſpirante, & donante, ſine quo nihil poſſumus? Nam quis hoc comprehendat, quomodo gratia Dei alios ſaluat & alios relinquat *Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate.* Pſeudoapoſtolos taxat, humanum ſenſum diuinæ prædicationi miſcentes: ſicut in Eſaia dicit, Caupones tui miſcent vino aquam: id eſt, meræ doctrinæ adulationis verba quibus homines non tam ebrietate ferueant,

G quam delectatione tepeſcant. *Sed ut ex Deo corã Deo.* Præceſſit, & ſcientes nos ab ipſo coram ipſo loqui. *In Chriſto loquimur* In perſona Chriſti, ſicut ipſe docuit. *Incipimus iterum noſmet ipſos commendare? aut nunquid egemus ſicut quidam* Non

Cap. III. vt commendemur, vobis laudantes vos: ſed ne ab aliis ſeducamini, cogimur memorare hæc. *Cõmendatitijs epiſtolis ad vos aut ex vobis?* Quos non commendat gratia virtutum, illos digne commendant literæ amicorum. *Epiſtola noſtra vos eſtis.* Sicut in prima dicit, Signaculum apoſtolatus mei vos eſtis: epiſtola commendatitia. *Scripta in cordibus noſtris.* In conſcientiis noſtris eſt, nos vobis prædicantibus crediſſe *Quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus manifeſtata* Omnibus manifeſtum eſt, vos Chriſto, per nos credidiſſe, confirmãte doctrinam noſtram ſpiritu ſancto per virtutes: ſiue hinc vere cognoſcemini Chriſti eſſe, quod eius ſpiritum accepiſtis. *Quoniam epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis, & ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu Dei viui.* Inuiſibili. *Non in tabulis lapideis.* Iudæi in dura materia legem acceperunt, ſignificante duritiam eorum: ſicut velamen Moyſi, oſtẽdebat ve-

H lamen cordis eorum: quamuis & nos legem Chriſti ſcriptã habeamus: tamen primo non quaſi abſentes, ſed præſentes ſcriptis tabulis corde noſtro domini verba ſuſcipimus: euangelia vero poſtmodum propter memoriã ſcripta ſunt poſterorum. Hinc iam differentiam inducit legis & gratiæ. *Sed in tabulis cordis carnalibus.* Vbi eſt fides & gratia ſpiritus. Vult oſtendere, nobis plus collatum, qui legem in corde accepimus. Si ergo illi inexcuſabiles fuerũt, qui extrinſecus legem habebant, quanto magis nos, qui verba ex ore Chriſti in corde ſuſcepimus? *Fiduciam autẽ talẽ habemus* Quia ſcimus vos per nos Chriſto credidiſſe: vel, quia nos non humana epiſtola, ſed Dei gratia commendat. *Per Chriſtum*

A *ad Deum*. Nō per nos, qui ſine ipſo nihil ſumus. *Nō quod ſufficiētes ſim' cogitare aliquid.* Si nec cogitare, quanto magis facere: ſicut & dominus dicit in euangelio, Sine me nihil poteſtis facere. Hinc cognoſcamus, quia per nos nihil ſumus: niſi domini miſericordia & gratia regamur. Vult ergo oſtēdere, nihil ſua virtute vel prudentia ſe facere: cum vtiq; pauci, ſi nō Dei gratia, nunquam totum mundū ſaluare potuiſſent. Ideo autem hoc præmiſit, quia dicturus erat, tāto maius ſe miniſterium ſuſcepiſſe quam Moyſes, quanto maius eſt nouum teſtamētum à lege: ne quid ſibi arrogare videretur: quod ideo dicebat, vt eos & à falſis apoſtolis reuocaret, & ne aliquid meritis ſuis adſcriberent. *A nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficiētia noſtra ex Deo eſt.* Quaſi noſtra ſapiētia, vel virtute vt nihil viribus ſuis deputet humana fragilitas. *Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.* Ad hoc implendū idoneos nos fecit. *Non litera, ſed ſpiritu.* Non legis litera, ſed ſpiritalium præceptorum. Nec litera malum eſt, quia occidit: ſed mali ſunt quos præuaricatione conuincit: aculeus enim mortis, peccatum: virtus autē peccati, lex: auget peccati deſideria. & inde occidit: lex enim ſola litera eſt eis, qui eā legere nouerūt & implere non poſſunt: quæ non eſt adiutrix legentium, ſed teſtis peccantium, quæ mortificat peccatores. Cæterum ipſe dixit, Lex ſancta, & mandatum ſanctum.

B Cur ergo miniſtratio mortis dicitur, ſi bona eſt lex? Nec mireris, cum etiam de prædicatione euāgelii dictū ſit, Chriſti bonus odor ſumus Deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereūt, & reliqua. Ad Iudæos enim dicta eſt lex miniſtratio mortis, ad quos & in lapides ſcripta eſt, ad eorum duritiam figurandam: non ad eos qui legem per charitatem implent. Ipſa enim lex, quæ in literis eſt figurata lapideis. dicit Non adulterabis: non mœchaberis: & reliqua. Occidit autē peccatores, cum tranſgrediuntur. Quomodo ergo lex ſpiritalis? Quidā putāt quod literæ intellectus occidit: non intelligētes quia nec vbique hiſtoria, nec vbique poſſit allegoria ſeruari. Nam ſunt quædam in figura dicta Si præceptum velimus in allegoriam vertere, omnē eorum eneruamus virtutem, & aperitur ianua delinquendi. *Litera enim occidit ſpiritus autē viuificat* Dum credentes facit, & ſpiritalem intellectum infundit, vt opportune vnaquæque res intelligatur. *Quod ſi miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria.* Inſenſibilibus, vt dura corda merebantur Iudæorum. *Ita vt nō poſſent filii Iſrael intendere in faciem Moyſi, pr pter gloriam vultus eius.* Contra Manichæos nunquam Apoſtolis poſſit contraria cōparare, nec minorem ſuam quam Moyſi gloriam prædicare, niſi quia idem Deus vtriuſq; teſtamenti eſt conditor.

C *Quæ euacuatur.* Quia viſibilis gloria euacuatur per gloriā euāgelii: ſed ita euacuatur, vt proficiat ſicut infantia euacuatur in iuuentute, & ſemen in fructu: melior quidē fructus ſemine, ſed nunquam ſine ſemine fructus: & non perit, ſed multiplicatur ſemen in fructu, ſic euacuatur, ſicut ipſe dicit in prima prophetiam & ſcientiam deſtruendas dicēs, Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. *Quomodo nō magis miniſtratio ſpiritus.* Sicut n. iniuria fit veteri teſtamento, ſi dicatur, non ab eodē Deo conditum, à quo nouum: ita nouo fit iniuria, ſi veteri cōparatur. *Erit in gloria?* Noſtra quæ non euacuatur. quia perfecta eſt. *Nā ſi ex miniſterio dānationis gloria eſt.* Expoſuit miniſtrationē mortis. *Multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria.* Quia iuſtitia iuſtificat gratis, vel expectat ad pœnitentiam. In gloria æterna. *Nam nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte propter excellētem gloriā.* Ad cōparationē gloriæ euangelii obumbratur gloria legis: ſicut orto ſolis lumen lucernæ cæcatur, cū tamen ſuo tempore magnum videatur habere fulgorem.

D Hoc oſtendit dominus, cum aſcendens in montem ſolus, ſplendore ſolis dicitur radiaſſe: cum tamē Moyſes & Helias viſi in gloria referantur, & ideo vox patris ipſum iam ſolum audire nos præcepit. *Si enim quod euacuatur per gloriā eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt.* Si euacuandum per gloriam datum eſt teſtamētum, quomodo nō manens in gloria eſt? *Habentes igitur talem ſpem.* Talem ſpem gloriæ, quæ per fidem ambulamus. *Multa fiducia vtimur.* In eo quod idoneos nos fecerit Deus. *Et non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciē ſuā.* Iam nos nō ſic facimus, quia hic omnes gloriā vident Chriſtiani. *Vt non intenderent filii Iſrael in faciem eius.* Vſq; ad reuelationem eius: ſic & lex nō intelligitur, vſq; dum in fine eius

Chriſto credatur: quia ipſe eſt finis legis, quo nobis eſt perueniēdum. *Quod euacuatur.* Velamē in fine, & nunc in Chriſto. *Sed obtuſi ſunt ſenſus eorum vſque in hodiernum diem.* Niſi enim credideritis non intelligetis. *Idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet.* Cuius ille figuram geſtabat in facie. *Non reuelatū.* Quam diu non credit Chriſto. *Quod in Chriſto euacuatur.* Qui eſt finis legis. *Sed vſque in hodiernum diem cum legitur Moyſes, velamen eſt poſitum ſuper cor eorum* Ignorantiæ in cordibus Iudæorum. *Cum autem conuerſus fuerit ad Deum, auferetur velamen.* Aliquis ex illis quomodo Moyſes cōuertebatur. *Domin' autē ſpiritus eſt.* Nihil in illo obſcurum, neq; cōpoſitum, liber eſt ſpiritus, & idcirco non poteſt velamen recipere, ſed magis ipſe reuelat. *Vbi autē ſpiritus domini, ibi libertas* Qui autem ſpiritum domini habet, omnia libere cōſpicit: ſpiritus n. omnia ſcrutatur. *Nos vero.* Fideles. *Omnes reuelata facie.* Non pauci, ſicut Moyſes. *Gloriam domini ſpeculātes* Euidenter, & clare domini gloriā intelligimus, vel fide cernimus. *In eandem imaginē.* Quā Chriſtus oſtendit in mōte, ſicut alibi, Qui transformauit corpus humilitatis noſtræ, *Trāſformamur.* Quotidie id nitimur. *A claritate.* A gloria præſenti, quæ non finitur, ſed proficit ad futuram. *In claritatem tanquam à domini ſpiritu.* Gloria in gloriam. E

Ideo habentes hanc miniſtrationem Apoſtolatus. *Iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus.* Quia per nos idonei tanto miniſterio non eramus, miſericordiam illius, quæ nos præuenit, iugiter implorāmus. *Non defi imus.* Non deficimus in omnibus tribulationibus. *Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia.* Per gratiā Dei abiicim' ab hominibus occulta vitiorum. Dedecus eſt n. Chriſtiano, dedecoroſe viuere, *Neq; adulterantes verbum Dei.* Sicut illi, qui læuificant homines verbo Dei, ſermonem vilem admiſcent, & per terram repent, excuſando peccata per adulationem. *Sed in manifeſtatione veritatis, commendantes nosmetipſos ad omnem conſcientiā hominū.* Sed ita manifeſtum eſt omnibus verum eſſe quod dicimus, vt etiā eorum cōſcientia teſtimonium nobis perhibeat qui reſiſtunt. *Coram Deo.* Coram Deo hoc facinus, non propter homines: quamuis ex hoc ipſo & hominibus placeamus. *Quod ſi etiam opertum ſit euangelium noſtrum, in his qui pereūt eſt opertum* Quaſi aliquis illi dixiſſet, ſed veſtrā prædicationem nō omnes intelligunt Sed infideles, inquit, vel pſeudoapoſtoli non intelligunt. Nam credentes Deo reuelante intelligunt. *In quibus Deus.* In pſeudoapoſtolis. *Huius ſeculi excæcauit mentes infideliū.* Poteſt ſic accipi Deus ſeculi, quomodo princeps mundi: quia ipſe ſibi in infidelibus vindicat principatum: ſed propter calumniantes ita pronunciandum eſt vt dicamus, Deum mētes infidelium huius ſeculi excæcaſſe merito infidelitatū, ſicut ipſe ſaluator ait, In iudicium veni in mundum, vt qui vidēt cæci fiant Et ipſe Apoſtolus dixit alibi, Quia nō crediderunt veritati, mittet illis De' ſpiritum erroris: quia permiſit dari non credētibus ſibi: ſicut ſi medicus ægrum inobedientē deſerat, ipſe ei dicitur ægritudinē prolongaſſe, cum totum eius ſit, qui eum audire contēpſit. Si tamen rurſum obediat, veniet ad ſalutē. *Vt non fulgeat illuminatio euāgelii gloriæ* Chriſti. Quia cæci ſunt, clare lucentē ſolem videre non poſſunt. *Qui eſt imago Dei.* Siue imago expreſſa ſubſtantiæ, ſiue quis ſine peccato. *Nō enim nosmetipſos prædicamus: ſed dominum* Ieſum Chriſtū. Qui enim propria commoda quærit, non CHRISTVM prædicat, ſed ſe: ſicut qui ſuo ventri deſeruiunt. *Nos autē ſeruos veſtros per* IESVM. Quia veſtris commodis ſeruimus per exemplum eius qui formam ſerui ſuſcepit: non propter auaritiam, nec gloriam. F Cap. IV. G

Quoniā Deus, qui dixit de tenebris lucē ſplendeſcere. Contra omnes inimicos veteris teſtamenti. *Qui illuxit in cordibus noſtris.* Primo per Chriſtum, vt per nos alios illuminaret. *Ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei.* Manifeſtationem. *In facie.* Chriſti Ieſu. In perſona Chriſti Sed & hoc aduerte, quod hic trinitatem indicauit, Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere: ſpiritus ſanctus intelligitur & Ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei: patrem agnoſce. In facie. Ieſu Chriſti: filium deſignauit. *Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & nō ex nobis.* Theſaurū gratiæ ſpiritalis, qua ſigna facim', in fragili corpore baiulamus, in quo etiā frequenter cum alios ſanemus, ipſi infirmamur: vt quod facimus, nō noſtra virtute, vel noſtris meritis, ſed ſublimitatis Dei eſſe intelligatur, *In omnibus tribulationē pa-* H

A *ti mur* Tribulationem perſecutionum, vel laborum. *Sed non anguſtiamur.* Cædib. vel opprobriis. *Aporiamur, ſed non deſtituimur: per ſecutionē patimur ſed nō derelinquimur.* Per cōſolationē ſpei non deſtituimur. *Deiicimur, ſed non perimus.* Vſq; ad deſperationē vitæ venimus, ſed nō morimur: & etſi moriamur, nō perimus. *Sēper mortificationē Ieſu in corpore noſtro circūferētes: vt & vita Ieſu in corporibus noſtris manifeſtetur.* Mortificationē tribulationū: ſicut alibi, Quotidie morior per veſtram gloriam: ſi enim commorimur, & cōuiuemus. Illi autem qui non commoriuntur, nec conuiuent. *Sēper enim nos qui viuimus, in mortē tradimur.* Qui ſumus in corpore. *Propter Ieſum: vt & vita Ieſu.* Si patiamur pro corpore eius quod ille pro nobis paſſus eſt, & vitam Ieſu, hoc eſt, incorruptibilitatem accipiet caro noſtra mortalis, vt fiat immortalis, *Manifeſtetur in carne veſtra mortali.* Quia nondum apparuit quid erimus, vel per nos illius potentia innoteſcat. *Ergo.* Nunquid ergo? *Mors in nobis operatur vita autem in vobis?* Increpat eos, quia crediderunt falſis apoſtolis, dicentibus, idcirco Paulū perſecutionibus ſubiacere, quia minoris ſit fidei ſe vero per

B fidem tribulari non poſſe. Oſtendit ergo econtrario ſe non propter infidelitatem, ſed propter fidem hæc pati: illos vero cauſam odii non habere, per adulationem & deſidiam, ſicut ait ad Galatas, Vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur, ideo cogunt vos circumcidi. *Habentes autem eundē ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt.* Quē Dauid, & reliqui patriarchæ vel prophetæ: quia ex fide qua nos viuimus, vna eadēque vixerunt, incarnationemq; paſſionem, reſurrectionēq; Chriſti credentes futuram, quam nos credimus factam, vſque ad ipſum Baptiſtam Ioannē. *Credidi propter quod locutus ſum & nos credimus, propter quod & loquimur.* Hoc teſtimonio probat ſe credere. Si enim ille ideo locutus eſt, quia credidit (nemo n. aliis ſanæ mentis affirmat, quod ipſe non credit) ergo & nos qui loquimur, inquit, credimus, qui etiā propterea tribulamur, quod illi crediderūt futurum, nos credimus factum. *Scientes, quoniam qui ſuſcitauit Ieſum.* Firmiſſime tenentes: hæc eſt perfecta fides, á qua nec morte diuellimur. *Et nos cū Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcū.* Similiter ſuſcitabit, ſi pro eo moriamur, *Omnia enim propter vos.* Omnia ideo patimur, quia perfecte ſalutem veſtrā curamus. Illi vero propter negligentiam ſuam nihil tale patiuntur. *Vt gratia abun-*

C *dans per multos gratiarum actione abundet in gloriam Dei.* Vt per multitudinem credentium, propter abundantē gratiam, & gratiarum actio abundet in gloriam Dei. *Propter quod.* Ideo nō ceſſamus. *Non deficimus.* In tribulationib. & opprobriis. Illi tribulationibus non deficiebant. Nos vero ſi non laudamur, deficimus. *Sed licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpitur: tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem.* Licet corpus tribulationibus & paſſionibus corrumpatur, ſed anima ſpe futurorum quotidie confortatur ad omnia toleranda, *Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ.* Quātauis pœna præſens, & quādiulibet perſeuerans ad cōparationem immenſæ æternæ gloriæ & facilis, & breuis eſt, ſicut alibi dicit, Exiſtimo enim quod non ſint condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. *Supra modum in ſublimitatem.* Quia nec comparatio eſſe poteſt. *Æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Quia illud leue dixerat, ideo hic pondus poſuit ſeruans metaphoram ſtateræ. *Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.* Nō conſiderantibus nec bona quæ videntur, nec mala: quia neutrum eorum æternum eſt. *Sci-*

Cap. V. D *mus enim quoniam.* Quaſi aliquis diceret ſi in hac vita hæc patior, quando iſta accipiam, qui morior. Ideo incipit gloriā reſurrectionis oſtēdere. *Si terreſtris domus noſtra.* Hoc eſt, corpus, quod de terra factum eſt, & in quo in hoc ſeculo habitamus. *Huius habitationis diſſoluatur.* Si ante aduentum domini diſſoluatur, vel paſſionibus, vel conditione naturæ. *Quod ædificationem.* Ipſam incorruptionē. *Ex Deo habeamus.* Quia immortalem. *Domum nō manufactam æternam in cælis.* Quia hoc corporale quaſi manu corporali dicitur factum: hoc ipſum ergo ſpiritale per ſpiritum fiet. *Nam & in hoc ingemiſcimus habitationem noſtrā, quæ de cælo eſt.* Ingemiſcimus, pro quo laboramus, quia nemo ſine gemitu laborat: ſicut partus ponitur pro dolore. *Superindui cupiētes.* Sumus ergo aliquid induti, vt ſuperinduamur. *Si tamen veſtiti, non nudi inueniamur.* Si tamen

E expoliati corpore, non nudi inueniamur ab opere. *Nā & qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri.* Nā & qui viui fuerint inuēti in aduentu domini, hoc ingemiſcūt, & laborant, vt non expolientur ab igne cū peccatoribus: ſed cū iuſtis immortalitate ſuperindui mereantur. *Vt abſorbeatur.* Quod abſorbitur, non apparet, quamuis ſit: ſicut ferrum, ſi mittatur in ignē & manēte materia totum ignis ſit: quia ipſum ferrum ſplendorem & calorem ignis aſſumpſit. *Quod mortale eſt.* Quaſi tangēs corpus. *A vita.* Æterna. *Qui autem efficit nos in hoc ipſum Deus.* Deum dicit hoc facere ne cui incredibile videretur. *Qui dedit nobis pignus ſpiritus.* Qui iam nobis pignus dedit ſpiritum vt ſciamus, quia templum ſui ſpiritus penitus non patitur, & vt quod loquimur, ipſius eſſe credatis. Sequitur. *Audentes igitur ſemper, & ſcientes quoniam dum ſumus in corpore.* Ideo audemus ſperare. *Peregrinamur à domino.* Peregrinamur, quia adhuc nō ſumus in hæreditate paterna, ergo vt peregrini, non debemus de huius ſeculi rebus magnopere curare, ſed neceſſarius cōtenti omne deſiderium & ſtudium habeam⁹, quomodo ad patriā peruenire poſſimus. *Per fidem enim ambulamus, & non*

F *per ſpeciem.* Fide adhuc ſperamus, nōdum ſpecie poſſidemus. *Audemus autē, & bonā voluntatē habemus.* Prorſus audēter hoc eligimus ſicut alibi. Deſiderium habēs diſſolui, & cum Chriſto eſſe, multo magis meli⁹. *Magis peregrinari à corpore.* Bene peregrinari: quia ad eum ſumus iterum regreſſuri. *Et præſentes eſſe ad Deū.* Ille vbiq; præſens eſt: ſed nos illi tunc magis ſumus quodāmodo præſentes, cum carnis ſuerim⁹ fragilitate feiuncti. *Et ideo contendimus ſiue abſentes ſiue præſentes placere illi.* Iam tales contendimus eſſe modo actu, quales futuri ſumus in regno ſubſtantia incorruptibiles, ſine dubio, & perfecti. *Omnes n. nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* Pro magnitudine poteſtatis & iudicis, magnitudo tribunalis, & iudicii æſtimanda eſt: quanto enim maior poteſtas iudicis, tanto maior terror iudicii ſit, neceſſe eſt. *Vt referat vnuſquiſq; Recipiat. Propria corporis, prout geſſit.* Quid eſt ſecundum ea, quæ per corpus geſſit: niſi ſecundum ea, quę geſſit eo tēpore, quo in corpore fuit? Quia de reſurrectione tractat, vult oſtendere, in omnibus animam per corpus operatam eſſe, quandiu in corpore vixit. Nam anima ſine corpore peccat: corpus ſine anima non poteſt. *Siue malum, ſiue bonum.* Diſce-

G dite à me maledicti: venite benedicti patris mei. Notandum, quia pœna mali malum dicitur. *Scientes ergo timorē domini hominibus ſuademus, Deo autē manifeſti ſumus.* Sciētes quantus ſit metus iudicii Dei, hominibus ſuademus, vt caueant in eum incidere. *Deo vero manifeſti ſumus.* Si quam docemus, aliter agimus. *Spero autē & in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe.* Quamuis vobis de nobis male ſuggeſtum ſit, puto tamen quod non recipiat veſtra conſcientia de nobis aliter ſuſpicari, quam nouit, nec poſſit magis alii fidem accommodare, quam ſibi. *Non iterum noſmetipſos commendamus vobis.* Quia ſuperius dixerat ſe commendaticiis non egere. *Sed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis.* Contra pſeudoapoſtolos, qui eis primo per detractionem odium eius inſerere volebant, vt eis fides facilius haberetur. *Vt habeatis ad eos.* Quid reſpondeatis. *Qui in facie gloriantur, & non in corde.* Qui cum ad faciem glorientur de ſua iuſtitia & noſtra infirmitate, cordis ſui teſtimonio reuincuntur, ſiue in carnalibus operibus legis. *Siue enim mente excedimus Deo: ſiue ſobrii ſumus vobis.* Quidam dicunt, ſiue ſuper hominem ſapimus, id eſt, in extaſi ſumus Deo: quia plus eſt quam humanum quod loquimur: ſiue noſtro ſenſu lo-

H quimur vobis. Mente excedere dicitur doctor, quando alta & ſpiritalia loquitur: vt beatus Ioannes, In principio erat verbum, & reliqua. Sobrie loquebatur, quando ſe humiliabat dicens, Verbum caro factum eſt: quod etiam ſignificabant angeli in ſcala, quam vidit Iacob, aſcendentes & deſcendentes: id eſt, doctores, vt ipſe beatus Paulus aſcendebat, cum dicebat, Sapientiam loquimur inter perfectos. &, Ego non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus. Deſcendebat, cum dicebat, Neque enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. *Charitas enim Chriſti vrget nos.* Neceſſe eſt nos aliquam partem eius rependere charitati, vt pro eius corpore patiamur, qui mori pro noſtra morte dignatus eſt. *Iudicantes hoc.* Recogitantes, ſiue arbitrantes. *Quoniā ſi vnus pro omnibus mortuus*

eſt, er-

A *eſt, ergo omnes mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.* Solus inuentus eſt, qui vt immaculata hoſtia pro omnibus moreretur, pro eis qui erant mortui in peccatis. *Vt & qui viuunt.* Et debemus vitam noſtrā, qui eam in nobis ſua morte reddidit. *Iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt.* Si quis ſuas voluntates, & non Dei facit, ſibi viuit: vnde dominus. Si quis vult inquit, poſt me venire, abneget ſe ipſū, & reliqua. *Et reſurrexit.* Sic per mortē reſurrectionē iungit, propter calumniam. *Itaque nos ex hoc neminē nouimus ſecundū carnem.* Quia illi veterum exempla Corinthus proponebāt, neminem nouimus carnaliter circumciſum, & carnalem ſabbatum obſeruantem, nullius veteris ſequimur exemplum. *Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum.* Etiam ſi ipſe Chriſtus carnaliter circumciſus eſt, & cum Iudæis omnia celebrauit. Sed poſt reſurrectionem eius nouum eſt teſtamentum. *Sed nunc iam non nouimus.* Iā non nouimus vlterius paſſurum Chriſtum: quia ſpiritaliter eum poſt reſurrectionem totum Deum eſſe intelligimus. *Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt.* Si quis nouus eſt, noua in Chriſto creatura, intelligat, omnia vetera ſuo tempore eſſe diſiuncta, & modo nouo more viuendū. *Ecce facta ſunt.* Secundum Eſaiam.
B *Omnia noua.* Quia etiam præcepta innouata ſunt, dum implentur per gratiam Chriſti. *Omnia autem ex Deo.* Et noua & vetera ab vno Deo pro diuerſitate temporū ſunt effecta. *Qui reconciliauit nos.* Quia per peccata ab eo fueramus auerſi. *Sibi per Chriſtum.* Per ſanguinem, & exemplū Chriſti: quia & redemit, & docuit. *Et dedit nobis miniſterium reconciliationis.* Vt & nos alios reconciliemus. *Quoniam quidē Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Non ſolum homo erat Chriſtus, ſed & Deus: id eſt, Deus homo ſecundū præſentiam vbique eſt, non ſecundum effectum: in Chriſto autē omnis plenitudo diuinitatis inhabitat. *Non reputans illis delicta ipſorum.* Hoc eſt, indulgens per ſolam fidem, quæ gratis donata eſt. *Et poſuit in nobis verbum reconciliationis.* Prædicationē, vt pro Chriſto nos recōciliemus homines Deo. *Pro Chriſto ergo legatione fungimur.* Cuius vice legati ſumus Dei. *Tanquam Deo exhortante per nos.* Non ex nobis dicimus, ſed Deus per nos loquitur. *Obſecramus.* Id eſt, tanquam vos
C Chriſtus obſecret. Quid? reconciliari Deo, quia inimici eramus: nemo enim reconciliatur, niſi ex inimicitiis. Inimicos autem nos non natura ſed peccata fecerunt: vnde inimici illius, inde ſerui peccati. Quomodo autem reconciliamur, niſi ſoluatur, quod inter nos & ipſum ſeparat, hoc eſt, peccatum? & ideo mediator dominus Chriſtus, qui factus eſt ſacrificium pro peccato offerens ſeipſum. *Pro Chriſto reconciliamini Deo.* Hoc eſt, vice Chriſti rogamus, vt conuertamini, & credatis. *Eum qui non nouerat peccatum.* Deus pater ſcilicet filium: *Pro nobis fecit peccatum.* Id eſt, ſacrificium pro peccato pro nobis peccatum fecit. Hoſtia oblata pro peccato, peccatum dicebatur in lege, cum nihil peccaret, ſicut ſcriptum eſt, Et imponet manus ſuper caput peccati ſui. Per quorum ſanguinem ſanguis ille qui pro nobis effuſus eſt, præfigurabatur. Ita & Chriſtus pro peccatis noſtris oblatus, peccati nomen accepit. *Vt nos efficeremur iuſtitia Dei.* Nō noſtra.
Cap. VI. *In ipſo.* Non in nobis. *Adiuuantes autem exhortamur vos.* Verbo Dei. *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* In vacuum gratiam Dei recipit, qui cum Dei gratia non laborat, nec adiungit ſtudium ſuum, vt poſſit Dei præcepta ipſo
D adiutore implere: qui non nouus eſt in nouo teſtamento, & nouam vitam ſectatur, cui nihil proficit gratia Dei. Nam ad Galatas idem dicit, Non abiicio gratiam Dei. *Ait enim.* Deus per prophetam Eſaiam. *Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te.* Mihi ad exaudiendum tempus acceptum, & dies ſalutis, in hac vita eſt, ſicut ait ſaluator, Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendāt. *Ecce nunc tempus acceptabile.* Sicut alibi, Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. Dies autem dicitur vita hæc, quia apta eſt ad operandum. & concluditur nocte iudicii, in qua nemo poterit operari. Hæc vita & æſtas dicitur, in cuius comparatione formicæ dicuntur hyemem ſperare venturam. *Ecce nunc dies ſalutis.* Hic ſolum ſalutem Deo donante poſſumus inuenire. *Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum.* Nemo exemplo noſtro offendatur, ne non tam noſtrum vitium putetur eſſe, quam miniſterii. *Sed in omnibus.* Non in aliquibus. *Exhibeamus noſ-*

E *metipſos.* Hinc oſtenditur, reparatis nobis per gratiam Dei, poſſe cū Dei adiutorio exhibere nos miniſtros Deo in deſcriptis virtutibus. *Sicut Dei miniſtros.* Dei miniſtri Deum debent in omnibus imitari, & ex vita & actu cognoſci veri Dei cultores, ſicut ille ſe patitur ab omnibus blaſphemari. & in præſenti vita etiam ingratis ſua non negat beneficia. *In multa patientia.* Non modica. Modo patientiæ iſ verba deſcribit. *In tribulationibus.* Omnis læſio tribulatio eſt. *In neceſſitatibus.* Omne quod neceſſe eſt, ſic feramus, vt neceſſe eſt. *In anguſtiis.* Anguſtia eſt omnis inopia. *In plagis, in carceribus, in ſeditionibus.* A principibus locorum. *In laboribus, in vigiliis.* In laboribus diſcurſuum, ſiue operationum, quæ mentis debent eſſe magis, quam corporis. Nā vigiliæ honeſtatis macerant carnes. *In ieiuniis.* Notandum, ieiunia cum virtutibus numerari. *In caſtitate.* Illa eſt vera caſtitas, quæ & corde & corpore conſeruatur. *In ſcientia.* Scientia ſpecies virtutum eſt, ſi ex ea quis erudiatur, non infletur. *In longanimitate.* Longanimitas vera eſt ſuſtinentia diuturna. *In ſuauitate.* Suauitas autem eſt, ſi nulli verbis noſtris amaritudinem generemus, & illud eiuſdem Apoſtoli impleamus, Omnis amaritudo, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cū omni malitia, & dicatur à vobis, fauces eius dulcedinis,
F & totus deſiderium. *In ſpiritu ſancto.* Id eſt, ita nos eius dono poſſumus exhibere, ſi nos eius dono dignos præparemus, & templum ſuum, quod mandauit in baptiſmo, non violemus. *In charitate non ficta.* Charitas ſane nō ficta eſt, ſi omnia quæ nobis fieri volumus, aliis faciamus, ſicut ait ſanctus Ioannes, Non diligamus verbo, & lingua, ſed opere & veritate. In hoc quoq; nō ficta eſt charitas, ſi delicta & culpas benigno affectu in fratribus caſtigem⁹. *In verbo veritatis.* Verbū veritatis verbum eſt Chriſti, quod ex ſcripturis profertur, ſi tamen apte proferatur: & verendum, ne forte faciamus de veritate mendacium. vel illud, Nolite mentiri inuicem. *In virtute Dei per arma iuſtitiæ.* In virtute Chriſti per arma iuſtitiæ aduerſus diabolum dimicamus: ſiue in virtute Dei, qui per arma legis diabolum ſuperauit. *A dextris, & a ſiniſtris.* Neque proſperis eleuemur, nec frangamur aduerſis. *Per gloriam, & ignobilitatem.* Gloria virtutum, ignobilitate carcerum. *Per infamiam, & bonam famam.* Omnia hæc per patientiam æqualiter ducamus, nec extollant nos laudantes,
G nec deiiciant detrahētes: quia neceſſe eſt nōnunquā vtroſque inuenire. Nos vero ad conſcientiam reſpicientes, non debemus aliis plus de nobis fidem accommodare, quā nobis. *Vt ſeductores, & veraces.* Expoſuit infamiā, & bonā famā, quia ab aliis ſeductores, ab aliis non ſolum veraces, ſed & dii nominati ſunt. Non ergo mirum, ſi apoſtoli ſeductores dicebantur, cum ipſum dominum Iudæi ſic dixerint. *Sicut qui ignoti.* Ab infidelibus. *Et cogniti.* A credentibus. *Quaſi morientes, & ecce viuimus.* Hoc eſt, vſque ad deſperationem vitæ peruenientes: ſicut quando lapidatus putabatur mortuus, ille vero ſurrexit, & docebat in Liſtris ſimulq; notādū, quod aduerſa, & temporaria quaſi habeantur: velut ſi aliquis ſomnium referat, videbar mihi quaſi eſſem ibi: nam præmia æterna non habent quaſi. *Vt caſtigati & non mortificati.* Caſtigans caſtigauit me Deus, & morti nō tradidit me. *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Triſtes ſeueritate vultus, corde vero etiā in tribulatione gaudentes in ſpe. *Sicut egentes, multos autē locupletantes.* In hoc ipſo quo egemus nobis,
H aliis abundamus, dum per nos eleemoſynæ fiunt: ſiue terrenis egētes, alios facim⁹ locupletes, quaſi talionē pmii ſempiterni. *Tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes.* Sicut dicit Salomon, Ei qui fidelis eſt, totus mūdus diuitiarū eſt, excepto q omnia domini ſui ſunt: nemo plus habet, q̄ qui nullo indiget. Ille nullo indiget, qui præter neceſſaria nihil requirit. *Os noſtrū patet ad vos.* Ita prouocati ſumus profectu veſtro, vt tacere non poſſimus: profectus n. diſcipuli aperit os, & cor dilatat atq; magnificat. *O Corinthii cor noſtrum.* Vt ſcriptū eſt, Quia dedit Deus Salomoni latitudinē cordis, & vobis donet. *Dilatatū eſt.* Senſibus & doctrinis. *Nō anguſtiamini in nobis.* Non ex nobis eſt ſermonis anguſtia. *Anguſtiamini autē in viſceribus veſtris.* Ex vobis cauſa procedit anguſtiæ. *Eandem autē habentes remunerationem.* Eandem habentes remunerationem, ſi eūdem adiutorem Deum habueritis & curſum: aut certe, ſi quantum docemus, Deo inſpirante capitis. *Tanquā filiis dico, dilatamini & vos.* Quaſi filii exemplo meo, implorā-

dogra-

A do gratiam Dei, intellectu dilatamini, vt maiora ipſius dono capiatis. Siue ſacerdotes docet exemplo dilatare, vel in latitudine charitatis proficere. *Nolite iugum ducere cum infidelibus.* Nolite coniungi illis, vel æquari: iugum enim ſimul pares trahunt. *Quæ enim participatio iuſtitiæ cũ iniquitate?* Oſtendit neminem poſſe iuſtum eſſe pariter & iniuſtum, cõtraria exempla proponens. *Aut quæ ſocietas luci ad tenebras?* Nulla: ſicut nec lucis cum tenebris. *Quæ autẽ conuentio Chriſti ad Belial. aut quæ pars fideli cum infideli?* Non illis poteſt cõuenire. Belial diabolum, vel antichriſtum dicit. *Qui autẽ conſenſus templo Dei cum idolis?* Idolum dicit, ipſos homines, qui idola colunt. *Vos enim eſtis templũ Dei viui. ſicut dicit Deus.* Illi autem templum ſunt idolorum mortuorum, quos dæmones poſſident. Cũ Deus vbique ſit, tamen in illis inhabitat, qui eius ſentiunt beneficium, & credunt ipſius donum eſſe, ſi aliquid ſunt. *Quoniam inhabitabo in illis.* Hoc ipſum probat teſtimonio, quod templum ſimus nos Dei, docẽs, quod mundum ei in corde noſtro præbere debeamus ipſo adiutore hoſpitium. *Et inambulabo inter eos.* Omnes eorum ſenſus obtinebo, vel percurram. *Et ero illorum Deus.* Deus natura om-

B nium eſt, voluntate paucorũ: nõ enim eſt Deus mortuorũ, ſed viuorum. *Et ipſe erit mihi populus.* Qui volũtarie ſerui ſunt, non inuiti: id eſt, fide & obedientia, nõ tantum natura. *Propter quod exite de medio eorũ, & ſeparamini, dicit dominus.* Actu & conuerſatione, vel familiaritate, non loco. *Et immundum.* Omnis qui peccat, immundus eſt: immundus enim apud Deum omnis iniquus. *Ne tetigeritis.* Ne tetigeritis coniunctione, vel cõſortio, ſeu cõſenſione, aut imitatione actuum iniquorum. *Et ego recipiam vos.* Si vos eiecerint. *Et ero vobis in patrem. & vos eritis mihi in filios, & filias.* Dicendo: Si vos parentes abdicauerint infideles, me patrem habebitis ſempi-

Cap. VII. ternum. *Dicit dominus omnipotens.* Addidit omnipotens, ne dicas, quomodo poſſunt homines fieri filij Dei? *Has igitur habentes promiſſiones chariſsimi mundemus nos.* Tantas, & tales promiſſiones habentibus, quanto ſtudio mundana eſt domus, talem hoſpitẽ receptura? & Dei filij quomodo patrem debent in omnibus imitari? *Ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus perficientes ſanctificationẽ.* Inquinamentum carnis eſt, quod per carnem committitur: Spiritus vero, quod ſola co-

C gitatione peccatur. Tunc ergo perficientes ſanctificationẽ, ſi vtraq; munda ſeruemus. *In timore Dei.* Nõ in laude hominum vel timore. *Capite nos: neminẽ læſimus.* Accipite quod dicimus, ſiue noſtrum exemplũ accipite in his omnibus imitandum: vel cõſiderate nos. *Neminẽ corrupimus: neminẽ circũuenimus.* Mala doctrina. *Non ad condemnationẽ veſtrã dico: prædiximus enim quod in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriendum & ad conuiuendũ.* Non me excuſando, vos condemno, quaſi tales ſitis: nõ enim poſſum ita de vobis ſentire, quos tantum diligo, ſicut dixi ſuperius: ſiue dilectio veſtra tantã me facit habere fiduciã. *Multa mihi fiducia eſt apud vos.* Multã mihi fiduciã loquendi dediſtis, quia in omnibus obediſtis: ſiue quia multum me à vobis diligi nõ ignoro. *Multa mihi glorιatio pro vobis.* Apud omnes eccleſias veſtra glorior emẽdatione. *Repletus ſum conſolatione.* Poſt triſtitiã, quam pro vobis habebã: ſiue abundat mihi ſermo conſolationis, prouocante veſtro profectu. *Superabundo gaudio in omni tribulatione noſtra: Nã & cum veniſſemus Macedoniã, nullã requiem habuit caro noſtra.* Tantum eſt gaudium meum, vt obliuiſcar omniũ preſſurarum.

D Oſtendit quã magnam preſſurã magnitudo gaudii ſuperaret. *Sed omnẽ tribulationem paſsi ſumus.* Nullum genus tribulationis non ſumus experti. *Foris pugnæ.* Pugnæ contra infideles: & à falſis fratribus timor: ſiue ne credẽtes ſcandalum paterentur omnino verebamur. *Intus timores.* Ne exacerbati eſſetis. *Sed qui conſolatur humiles, cõſolatus eſt nos Deus.* Contribulatos. *In aduentu Titi. Non ſolum autem in aduentu eius, ſed etiam in ſolatio.* Nõ ſolum quia deſideratus aduenit, ſed etiã quia illa nunciauit, propter quæ eius ſpectabamus aduentum. *Quo conſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium.* Conſolatus eſt poſt luctum, quem vobiſcum pro vobis habebat. *Veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me.* Pro cõtriſtatione noſtra, & pro quorundã peccatis. *Ita vt magis gauderem.* Quia non ſolum correxiſtis, ſed etiam amplius profeciſtis. *Quoniam etſi contriſtaui vos in epiſtola, nõ me pœnitet: & ſi pœniteret, videns, quod epiſtola illa & ſi ad horam vos contriſtauit: nunc gaudeo nõ quia contriſtati eſtis: ſed quia cõtriſtati eſtis ad pœ-

E nitentiã.* Et ſi pœniteret, eo quod vos nimium increpaſſem: tamen veſter me facit non pœnitere profectus. *Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum.* Non ſecundum ſeculum, nec diabolum. *Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt.* Aut noſtra negligentia, aut ne venientes aliquem damnaremus. *Pœnitentiã in ſalutẽ.* Eſt enim pœnitentia cõtra ſalutem. *Stabilem.* Impœnitibilem. *Operatur.* Perſeuerãtem pœnitentiã: de propiciatione enim peccatorum non debemus eſſe ſine metu: & cum Deus nõ memoretur, nos memorare debemus pœnitendo. *Seculi autem triſtitia mortem operatur.* Seculi triſtitia eſt, vt de amiſſis reb[9] præſentibus, aut de alienis non inuaſis, aut de aliena felicitate torqueri. Secundum Deũ vero triſtitia eſt, aut ſua, aut aliena peccata lugere. *Ecce enim hoc ipſum, ſecundũ Deũ contriſtari vos, quantã in vobis operatur.* Hoc ipſum quomodo factum eſt, poteſt vos docere, quid ſit inter ſeculi & Dei triſtitiam. *Solicitudinẽ.* Quia noſtra ſolicitudo illius inſpiratio eſt: & vbi eſt ſolicitudo, nõ eſt inertia, vel ſomnolentia, aut ſecuritas. *Sed defenſionem.* Defenſionem vel diſciplinæ, vel fidei. *Sed indignationem.* Vel cõtra peccantes indignamur, vel gentium indignationes ſuffeτimus. *Sed timorẽ.* Non ſecuritatem contra peccantes. Sed ſi quis ſcandalizatur, ego vror. *Sed deſide-

F rium, ſed æmulationem.* Deſiderium noſtrum, non faſtidium. *Sed.* Quidã dicunt hoc loco, ſed, præpoſitionem eſſe ſuperfluam in Latino: apud Græcos veram ſtructuram habere ſermonis. *Vindictã.* Non malam veniam: melius eſt iuſte vindicare, quam male indulgere: nam qui malis parcit, perdere bonos cupit. *In omnibus exhibuiſtis vos incõtaminatos eſſe.* Probatis vos à culpa immunes. Contaminatus enim autoritatẽ non habet in alio vindicandi. *Negotio.* De quo agitur. *Igitur & ſi ſcripſi vobis, non propter eũ qui fecit.* Siue non propter eum qui fecit patri iniuriam, & excommunicatus eſt, neq; propter eum qui paſſus eſt, quaſi hæc ſola me delectaſſent. *Iniuriã.* Patri. *Nec propter eum qui paſſus eſt.* Subauditur, tantum. *Sed ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtrã, quã pro vobis habemus corã Deo.* Ne putetis nos aliquid poſſe latere per ſolicitudinem noſtram. *Ideo conſolati ſumus.* Eo quod vos probaueritis caſtos eſſe negotio. *In conſolatione autem noſtra.* Quia de vobis conſolationem accipimus. *Abundãtius magis gauiſi ſumus*

G *ſuper gaudio Titi: quia refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis.* Illud adhuc amplius gauiſi ſumus, quod ita à vobis Titi eſt ſpiritus refectus, vt nunquã de eius mente recedatis: profectus enim diſcipulorũ refectio ſpiritus eſt magiſtri. *Et ſi quid apud illũ de vobis gloriatus ſum, nõ ſum cõfuſus.* Gloriatio profectus confuſionẽ nõ habet, ſicut gloriatio ſecularis. *Sed ſicut omnia vobis in veritate locuti ſum[9], ita & gloriatio noſtra, quæ fuit ad Titum, veritas facta eſt.* Qui in rebus iuſtis gloriatur, in veritate gloriatur, & in Deo, cuius donum eſt. *Et viſcera eius abundantius in vobis ſunt, reminiſcentis omnium veſtrum obedientiã.* Omnia vos eius membra deſiderant, vt oculi præſentiã veſtram, aures ſermonem, os colloquium, & cætera. *Quomodo cum timore & tremore ſuſcepiſtis eum.* Obedientia ſine timore eſſe non nouit: nam qui ex charitate obedit, quem diligit, timet offendere. *Gaudeo, quod in omnibus cõfido in vobis.* Vt peritus archiatrus ad iã prope ſanatum vulnus leniſſimis medicamentis vtitur, vt cauteriis vſtura fauetur. Feciſtis me Cap. VIII.

gaudere, quia de veſtra obedientia nunquam diffido. *Notũ autem vobis facimus fratres gratiã Dei, quæ data eſt in eccleſiis Macedoniæ.* Exemplo eccleſiarum Macedoniæ eos ad miſericordiam prouocat: vt non putent graue, quod viderint Philippenſes vel alios iam feciſſe. *Et quod in multo experimento tri-

H bulationis abundantia gaudii ipſorum fuit.* Tunc maxime gaudent, quando multum fuerint tribulati, ſicut apoſtoli ibant gaudentes, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu Chriſti contumeliã pati. *Et altiſsima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.* Scio paupertatem tuam, & tribulationem, ſed diues es: multum quidem pauperes in opibus, ſed amplius in ſimplicitate ſunt diuites, & plus cupiũt dare, quam habent: & ideo magis animum Deus probat, quã quod dextera porrigebat: qui enim quantum poteſt facit, totum facit: æqualiter diues & pauper: quamuis diues amplius dare videatur. *Quia ſecundum virtutem teſtimonium illis reddo: & ſupra virtutem voluntarij fuerunt.* Præpoſterauit verba: nam ſenſus hic eſt, Teſtimonium illis reddo, quod ſecũdum virtutẽ fecerunt, & ſupra virtutem voluntarii fuerũt.

A *Cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam & communicationem miniſterii, quod fit in ſanctos.* Multum nos ſuadentes rogauerunt, vt gratáter ſuſciperemus eorum cõmunicationem in miniſterio ſanctorum. *Et nõ ſicut ſperauimus.* Sed plus quã ſperauimus. *Sed ſemetipſos dederunt primum domino, deinde nobis.* Non ſolum ſua omnia, ſed & ſe primum domino tradiderunt in hoc opere, deinde nobis: i. Deus voluntatem eorum vidit, nos effectum. *Per voluntatem Dei.* Non vt nobis placerent contra domini voluntaté: ſed vt illi hoc facerent, voluntatis Dei fuit, qui illis hoc vt facerent, inſpirauit. *Ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vos etiam gratiam iſtam.* Illorum exemplo accenſi ſumus mittere ad vos Titum, vt doctrina, vel diſpoſitione ſua etiã hoc in vobis Deo adiutore perficiat, ne quid minus cæteris habeatis. *Sed ſicut in omnibus abundatis fide, & ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine, & charitate veſtra in nos.* Nõ tantum cum fide ſermonem & ſcientiam copulat. *Vt & in hac gratia abundetis.* Ne cũ in aliis cæteros vinceatis, in hoc inferiores inueniamini. *Non quaſi imperans dico: ſed per aliorum ſolicitudinẽ etiã veſtræ charitatis ingeniũ bonũ comprobans.* Non impero, nec
B exigo, ſed conſilium do: vt ſicut in omnib', ita & hic formã aliis præbeatis: cum etiam ſciamus obedientiã & miſericordiam vos tantá habere, vt non didiciſſe eam videamini, ſed naturaliter poſſidere. *Scitis enim gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti.* Non enim ignoratis illum propter vos pauperem factũ, qui vniuerſorum erat factor, & dominus: vt eius gratia bonis cœleſtibus ditaremini. Si ergo ille propter vos omnia ſua contempſit, quanto magis vos propter vos dare debetis parua, non veſtra, imo ſua ei reſtituere? Ipſi n. datur, quicquid eius cauſa porrigitur. *Quoniam propter vos egenus factus eſt.* De Deo homo. *Cum eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt.* Contra Photinum etiam hoc facit, quia erat diues prius, quã fieret pauper. *Qui non ſolũ facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore.* Quoſdam oſtendit poſſe facere non voluntate, cum aut importunitas petentis, aut autoritas præcipientis exegerit. *Nunc vero & facto perficite, vt quemadmodũ promptus eſt animus voluntatis.* Quod voluntate facere cœpiſtis, effectum plete. Omnis enĩ rei finis eſt expetendus. Sicut enim factum inuitis acceptum non eſt: ita & voluntas tenitens ſine fructu eſt. *Ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis.* In finem vſq;. *Si enim voluntas prompta eſt ſecundũ id quod habet, accepta eſt.* Ne putentis me aliquem ſupra vires exigere aut tantum à paupere quantũ
C à diuite expectare: omnes n. æqualiter dant, ſi vnuſquiſque de tanto det, quantum habet. *Non ſecundum id quod non habet.* Sicut habueris fili, ſic fac eleemoſynam. *Non enim vt aliis ſit remiſſio.* Quales erant, vt hoc illis neceſſe eſſet dici: Non vt vobis nihil ſeruetis: ſed vt & illis ſufficiat, & vobis. *Vobis autem tribulatio.* Inopia. *Sed ex æqualitate in præſenti tempore.* Sãcti & ſerui Dei in hoc ſeculo peregrini & pauperes ſunt, in vita vero æterna patriam habent atq; diuitias: laici vero, vel qui facultatibus abundant, hic quaſi patriam habere videntur, ſi communicant ſanctis: hic illi eis reſtituunt, vt in ſua patria vbi eſſe diuites comprobantur. *Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia.* Dare illis carnalia, vt & illi vacãtes Deo poſſint vobis reddere ſpiritalia: iſti enim duo gradus ſine alterutro ſtare nõ poſſunt. Tã ille perfectus nõ erit, cogitãdo de carnalibus, quã hic miſericors, cum non habet, cui dare, vel à quo dare doceatur. *Veſtra enim inopia ſit ſupplementũ, vt fiat æqualitas.* Sic ſunt in hoc ſeculo diuites, quomodo vlmus vitẽ ſuſtinens: illius adminiculo vitis
D fructus vberes dat, & per fœcũditatẽ vitis vlmus fructuoſa cõſpicitur. Sic ſunt ſerui Dei, & ſpiritu pauperes, ſicut vitis: qui facultatibus diuitum ſuſtentantur, ſibi inuicem quæ abũdant, cõmunicant, vtriq; pleni ad vitam æternã perueniũt. *Sicut ſcriptũ eſt.* Hoc de manna dictum, cuius exemplo docemur, quod omnis ſuperabundantia generet vermes: ſimul & oſtenditur, quæ Deus dat, omnibus eſſe debere cõmunia in præſenti. *Qui multum non abundauit.* Hoc teſtimonio vult nos omnia cõmuniter poſſidere, vt & perfecti doctrinã non abſcondant: & habentes ſubſtantiã, eis nõ denegent victũ. Dignus eſt n. operarius cibo ſuo. *Et qui modicũ nõ minorauit. Gratias autem ago Deo, qui dedit eandẽ ſolicitudinẽ pro vobis in corde Titi.* Sicut de manna, ſi ſtudiũ vel ſolicitudinẽ, vt quiſque pro aliis habeat, Deus dat, vt pro ſeipſo habeat, quis alius eſt daturus? Quæ cum ita ſint, nihil ſcripturis ſanctis homini à domino iubetur, propter probandum liberũ arbitrium, quod non inueniatur dari ab eius bonitate: nec omnino incipit hoc ex malo in bonum per initium fidei cõmutari niſi hoc in illo agat indebita & gratuita miſericordia Dei: quia nõ noſtræ, ſed dexteræ excelſi eſt immutatio. *Quoniã exhortationẽ quidẽ ſuſcepit: ſed cum ſolicitior eſſet, ſua voluntate profectus eſt ad vos.* Gratiã quidem exhortationis accepit, ſed & propria voluntate feſtinauit, vt mercedẽ haberet nõ
E muitus, quaſi ei ſit credita diſpenſatio. *Miſimus etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in euãgelio per omnes eccleſias.* Hoc de Luca intelligitur, qui laudem in euangelio, præ cæteris habet: quia & euangelium, & actus apoſtolorum ſcripſit. *Non ſolum autẽ, ſed & ordinatus ab eccleſiis comes peregrinationis noſtræ.* Vt eum idoneum eſſe demonſtret. *In hanc gratiã quæ miniſtratur à nobis ad domini gloriam.* Siue miniſter ſanctorũ, ſiue doctrinæ: quia omnia ad domini gloriam fiunt. *Et deſtinatam voluntatem noſtram.* Propoſitam ſiue paratam. *Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur à nobis.* Ne quis dicat, quomodo Chriſtus legem impleuit,
F cum videamus Chriſtianos nec tantam eleemoſynam facere, quantam fieri in lege præceptum eſt. *In gloriam domini.* In gloriam domini omnis pius glorificat Deum. *Prouidemus n. bona.* Nihil quidem propter humanam gloriã facimus: ſed tamen nolumus, vt per nos aliquis ſcandalizetur, & pereat: ſed vt vidẽs opera noſtra bona, magnificet patrem noſtrũ, qui in cœlis eſt. *Non ſolum corã Deo, ſed etiam coram hominibus.* Conſcientia noſtra ſufficit nobis propter nos: fama vero, propter proximos, quæ non debet polui, ſed pollere. Duæ res ſunt, conſcientia & fama. Conſcientia tibi, fama aliis. Qui fidens conſcientiæ ſuæ, negligit famam ſuam, crudelis eſt. *Miſimus autem cum illis & fratrem noſtrum.* Quidam dicũt hoc de Apollo dictum: ſed incertum eſt. *Quem probauimus in multis ſæpe ſolicitum eſſe.* Teſtimonium eis perhibet, vt magis audiatur. *Nunc autem multo ſolicitiorem.* Eum probamus, cõfidentes, quia veſtra obedientia prouocetur. *Cõfidentia multa in vos.* Ita iam nouit, vt confidat in vobis. *Siue pro Tito qui eſt ſocius meus & in vos adiutor: ſiue fratres noſtri apoſtoli eccleſiarum gloria Chriſti.* Senſus hoc habet, ſiue quia Titus ei de
G vobis dixit, qui veſtram obedientiam probatam habet, ſiue quia etiam ſingularum eccleſiarum apoſtoli eidem nunciarunt ad gloriam Chriſti. *Oſtenſionem ergo quæ eſt charitatis veſtræ, & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtẽdite in facie eccleſiarũ Dei.* Vt cum viderint, verũ eſſe quod dicitur, omnibus hoc eccleſiis deferant perſuadendum. Siue oſtendite charitatem, quã habetis, de qua pro vobis gloriamur, ad exemplum omniũ eccleſiarum. *Nam de miniſterio quod fit in ſanctos.* Mutare ſenſum videtur. Quidam dicunt, ſuperius eum de ſanctis laicis dixiſſe: hic vero de ſacerdotibus. Alii vero aiunt eum ante de eleemoſyna tractaſſe, modo de verbi miniſterio cõmonere, quo ſanctificatus per baptiſmũ exhibetur. Hi duo ſenſus vſq; ad finem cauſæ diligenter ſunt obſeruandi. *Ex abundantia eſt mihi ſcribere vobis.* Ex ſuperfluo commoneo quia vltro vel docetis, vel ſacerdotibus miniſtratis, qui etiam cæteris miſericordiam non negatis. *Scio enim promptum animum veſtrum.* In hoc opere. *Pro quo de vobis glorior apud Macedonas.* Animo. *Quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito.* Achaia tota per vos, qui eius caput eſtis, ad hoc eſt miniſterium prouocata. *Et veſtra æmulatio prouocauit plurimos.* Hic æmulatio pro imitatione. *Miſimus autem fratres.* Quos ſuperius nominauit. *Vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur.* Qui vos vel præparent vel commoneant. *In hac parte. vt quemadmodum dixi, parati ſitis: ne cum venerint mecum Macedones & inuenerint vos imparatos.* Ne aliter inueniam, quã putabam. In parte, ſiue miniſterii, ſiue doctrinæ. *Erubeſcamus nos.* Si nos erubuerimus, quaſi falſo pro vobis gloriantes, quanto magis vos, & pro veſtra negligentia, & pro noſtro rubore: Multa confuſio eſt, ſi pro te, qui te diligit, erubeſcat. *Vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos.* Quod ſuperius dixerat, in hac parte. *Et præparent repromiſſam.* Quã eis de vobis promiſimus. *Benedictionẽ.* Siue à benedicẽdo: ſiue quia per eleemoſynam benedictio naſcitur Dei ab hominibus. *Hanc paratam eſſe.* Sufficientem benedictionem. *Sic quaſi benedictionem non quaſi auaritiam.* Benedictio erit, ſi grato animo detur: Hilarem enim datorem diligit Deus:

CAP. IX.

H

auarus

A auarus autem abundans eſſe non poteſt. In ſcientia autem auarus eſt, qui ſenſum, quem cœperit, differt implere, vel exequi, vnde & dominus dicit, Neminem ſalutaueritis in via: hoc eſt, nemini verbum ſalutis tranſitorie prædicaueritis. *Hoc autem dico qui parce ſeminat, parce & metet* Notādum, quia etiam hic gradus eſſe monſtratur. *Et qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Poteſt & econtrario, qui in maledictione ſeminat, idē & metere. *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo.* Non quaſi coactus, ſed voluntarius. *Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate.* Si volens hoc ago, mercedē habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt, & quā ſine ſimulatione didici, & ſine inuidia cōmunico. Hoc totū ad miniſterium verbi. Nam ſi de eleemoſynis, vnuſquiſque prout habet. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Econtrario triſtem ſine dubio odit. *Potens eſt autem Deus.* Ne timeas inopiam. *Omnem gratiam.* Donum gratiæ: id eſt, copiam fructuum: quia exinde operibus veſtris gratiæ referuntur: Siue gratiam ſcientiæ. Sed bene accipitur gratia donum, quia gratis donatur, quia & hoc donum Dei eſt, vt nos largi ſimus. *Abundare facere in vobis.* A tempore frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt. *Vt in omnibus ſemper.* Siue in ſpeciebus, ſiue gratiis, vel doctrinis. *Omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Omnem ſufficientiam tam ſpiritalium, quam etiam carnalium vt poſſitis omne opus bonum implere. *Sicut ſcriptum eſt: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in æternum.* De rebus temporalibus æterna iuſtitia comparatur: qui erogat præſentia recipiet æterna. *Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit.* Hoc magis ad verbi pertinet ſemen: qui dedit officium docendi, eſcam quoq; præſtabit: ſi modo vacetis ad doctrinam: ſiue qui tibi dedit, quod diſpenſes, eſuriem minime patietur. *Et multiplicabit ſemen veſtrum.* Siue ſermonis, ſiue iuſtitiæ. *Et augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ, vt in omnibus locupletati.* Frugum iuſtitiæ, ſermo Dei. Fruges iuſtitiæ ſunt, & facultates, cum de eis iuſtitia fit: cum vero aut reuq; congregantur, aut inique ad ſuperbiam, aut ad auaritiam abutuntur, fruges ſunt iniquitatis Precio enim grauās triticum in populo maledictus. Siue qui per pecuniæ ambitionem tumeſcunt. *Abundetis in omnem ſimplicitatem.* Vt ſine diſcretione omnibus ſimpliciter tribuatis, non quærentes,

C cui detis: ſed propter quid detis. *Quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.* Quæ ſimplicitas dandi eſt. *Quoniam miniſterium huius officij.* Adminiſtrationis. *Non ſolum.* Non ſolum inſicit ſanctos, ſed etiam domino gratiæ referuntur, qui vos tanta ſapientia condiunt. *Supplet ea, quæ deſunt ſanctis* Tātum tribuitis, quod non ſolum ſuppleat neceſſitatem ſanctorū, ſed etiam remaneat, vnde aliis erogaretur. *Sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino.* Duplicem poteſtis habere mercedem, & refectionis ſanctorum, & gratiarum à domino actionis. *Per probationē miniſterii huius.* Per hoc miniſterium eſſe probamini Chriſtiani. Quia perfecte docetis, & oſtenditis diuinum eſſe, in quo per obedientiam Deum magnificatis. *Glorificantes Deum in obedientia confeſſionis veſtræ in euangelio* Chriſti. Magnificant Deum, quia per obedientiam confitentur Deum, ſicut quidā factis negant. *Et ſimplicitate communicationis veſtræ.* Siue ſimpliciter docentes, ſiue ſimpliciter tribuentes: *In illos, & in omnes.* Quia & in illos & in omnes cōmunicatis potius, quam donatis, quod certi eſtis vos cum multiplici fœnore recepturos. *Et ipſorum obſecratione pro vobis.* Etiam in hoc abundat, hæc omnia operatur adminiſtratio huius officii. *Deſiderantium vos.* Quis n. non deſideret videre huiuſmodi? *Propter eminentem gratiam*

D *Dei in vobis.* Siue ſcientiæ, ſiue miſericordiæ. *Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius.* Subauditur, referentes: qui tantam vobis gratiam ſua inſpiratione donauit. Notandum, quod quicquid boni vel facimus, vel habemus, donum eſſe ipſi[*]

CAP. X. comprobetur *Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinē & modeſtiā* Chriſti. Ea vos manſuetudine rogo, qua Chriſtus, cum ſe poſſet vindicare, iniurioſos ſuſtinuit, vt corrigeret. *Qui in faciem quidem humilis ſum inter vos, abſens autē cōfido in vobis.* Quaſi qui nihil virtutū habeā: ſicut alibi, Quaſi nutrix ſemper. Præſentia ſanctorum per nimiam humilitatem poteſt eſſe contemptui: abſentes vero ſi neceſſe fuerit, confidenter ſuam indicant poteſtatem *Rogo autē vos, ne præſens audeam per eam confidentiam:* Ita agite ne præſens meā incipiam vindicando manifeſtare virtutē. *Qua exiſtimor audere in quoſdam.* Nō omnis exiſtimatio falſa eſt: ſicut, Puto quod

E & ego ſpiritum Dei habeam. *Qui arbitrantur nos tanquam ſecundum carnem ambulemus.* Qui putant nos nihil ſuper humanam naturam habere virtutis. *In carne enim ambulantes.* Vt homines. *Non ſecundum carnem militamus* Vt Chriſti miniſtri: & ſic intelligi poteſt, vt hi militare in carne dicantur, qui vetus teſtamentum humiliter edidicerunt: qui vero ſequuntur intelligentiā ſpiritalem ſunt quidem in carne, quia eandem habeant literam, quā Iudæi: ſed non iuxta carnem militent, à carne ad ſpiritum tranſcendentes. *Nā arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt ſed potentia Dei.* Arma noſtra non eſt ſcutum vel gladius, ſed potentia Dei qua plus facimus verbo, quam alii armis carnalibus Et quia nobis nō eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem. *Ad deſtructionē munitionum conſilia deſtruentes.* Muniunt n. & circundant etiam pſeudoapoſtoli doctrinam ſuam aſtutis cōſiliis, & callidis argumentis, quæ aries apoſtolic[*] deſtruit virtute gratiæ ſpiritalis, ſicut illum magnū Magum, quem vias Dei diſputationibus ſubuertentem, verbo cæcauit. *Et omnem altitudinē extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei.* Quid o ſuperbius, quam

F diuinis cōtraire doctrinis *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium* Chriſti. Deſtruimus pſeudoapoſtolos, qui ſub nomine Chriſti omnium intellectū ſibi cupiūt captiuare, & ſuæ doctrinæ ſubdere, quod hæretici facere conātur. *Et in promptu habentes vlciſci omnē inobedientiam, cū impleta fuerit veſtra obedientia.* Cum iā vero obedientia per nos fuerit impleta, illi ſi non audientur, poteſtatē ſe vindicandi accepiſſe à domino mentiuntur. *Quæ ſecundū faciem ſunt videte.* Manifeſta eſt rei probatio, & facilis intellectus: *Si quis cōfidit ſibi Chriſti ſe eſſe, hoc cogitet iterū apud ſe, quia ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.* Nemo tam ſtultus eſt, quam qui ſe ſolū Chriſti eſſe gloriatur. *Nā & ſi amplius aliquid gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quā dedit dominus in ædificationem, & nō in deſtructionem veſtrā nō erubeſcā.* Nam & ſi magis me poteſtatem à Chriſto accepiſſe dixero, vt verum apoſtolum, vindicandi, non erubeſcam: quia & verum dicam, & non gloria elatus. ſed veſtræ ædificationis cauſa cōpulſus hoc faciam. Illi ergo & vſurparam, & in deſtructionem veſtrā volunt exercere poteſtatem *Vt autem non exiſtimer tanquam terrere vos per epiſtolas: quoniam quidem epiſtolæ, inquiunt, graues ſunt, & fortes, præ-*

G *ſentia autē corporis infirma & ſermo contemptibilis.* Hoc ideo dico, ne quis me putet illud comminari, quod implere non poſſum, ſicut de me veſtri iactitant deceptores. *Hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes, tales & præſentes in facto.* Qui hoc putat, ſciat me omnia poſſe facere, per eū qui manet in me, ſi neceſſe fuerit, quæ promitto. Nā & obedientib per humilitatem, infirmus: & peccantibus, per ſeueritatem fortis inuenior. *Non n. audemus inſerere, aut cōparare nos quibuſdam, qui ſemetipſos cōmendant.* Non n. poſſumus de nobis maiora iactare, quam ſimus: non audemus ita Deum contēnere, vt ſimiles ſimus quibuſdam, qui ſuis malunt laudibus, quam Dei gratia commendari. *Sed ipſi in nobis noſmetipſos metientes.* Non excedimus menſuræ noſtræ terminos. *Et comparantes noſmetipſos nobis* Non maioribus, vt illi, qui, quum nihil ſint, non modo ſe æquant, ſed etiam anteponunt. *Nos autem non in immenſum gloriabimur. ſed ſecundū menſuram regulæ. qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi vſque ad vos: non enim quaſi non pertingentes ad vos ſuperextendimus nos* Nihil ſuper homines, ſed inquantum nobis Deus

H donare dignatus eſt. id eſt apoſtolatus gratiam, per quam etiam vobis Corinthijs prædicamus. Non n. hoc vſurpatione facimus, ſed præcepto. *Vſque ad vos n. peruenimus in euangelio Chriſti.* Non in noſtro. *Non in immenſum gloriantes in alienis laboribus.* Immenſum eſt in alienis laborib. gloriari: quia illi ſemper ad fideles ibant, qui ſigna minime requirebant. *Spē autem habentes creſcentis fidei veſtræ in vobis magnificari* Quos nos docemus. *Secundū regulam noſtram.* Non alienam. *In abundantia etiam in illa quæ vltra vos ſunt euangelizare.* Non n. vſque ad vos ſufficit perueniſſe, ſed quum veſtra fides creuerit, alibi tranſiemus, etiam ad illas gentes, quæ trās vos ſunt, euangelium prædicare. *Non in aliena regula.* Loca. *In his quæ præparata ſunt gloriari* Siue illi in præparatum intrant gloriā: ſiue nos in his, qui iam præparati ſimus, ad gloriam domini pergeramus. *Qui autem gloriatur, in domino glorietur.* Etiam

A qui gloriatur, in domino, cuius donum eſt, quod ſumus, & cuius in nobis virtutes operatæ ſunt, glorietur. Hoc contra Pelagianos. *Non enim qui ſeipſum commẽdat.* Prædicatio enim noſtra, niſi domini virtutibus confirmetur, ab infidelib. nõ ſuſcipitur, vt ſciamus, quia & fides ex Deo, qui dat virtutes, vt ſigna fiant, per quæ credant infideles. *Ille probatus eſt.* Laudando. *Sed quem Deus commendat.* Signa monſtrando.
CA. XI *Vtinam ſuſtineretis.* Suſtinete me parum, quia alios multum ſuſtinetis. *Modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate me.* Inſipientem ſe dicit, quia illi neceſſe erat aliqua de ſe dicere vera, vt oſtendat multo magis inſipientes, qui falſo, & nulla neceſſitate cogẽte ſe laudant. *Æmulor n. vos Dei æmulatione. Deſpõdi n. vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Non ſtimulo liuoris inflammor humani, ſed vos tanquã pater æmulatione
B diuina cuſtodio, vt poſſimus vos immaculatos Chriſto cõiungere, tanto maiori ſtudio conſeruatos, quanto meliori eſtis ſponſo copulandi. *Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euã ſeduxit aſtutia ſua, ita corrũpantur ſenſus veſtri.* Serpẽs Euam mentiendo de Deo ſeduxit, dicens, ſolo terrore Deum comminatum eſſe, mortem non illaturum, ſi peccaſſent: ita & nũc pſeudoapoſtoli dicebant ideo euangelii præcepta legi addita, vt vel ſic cuſtodiretur, & ea ſola ſufficeret cuſtodita. Sed & nunc ſerpens ſimiliter ſeducit, gehennam propter ſolum terrorem aſſerens nominari: eam autem aut non eſſe omnino, aut non æternam eſſe confirmans. *Et excidant.* A vera caſtitate. *A ſimplicitate:* Caſtus ſenſus eſt, qui vni viro placere deſiderat, & cui eius ſolius ſemel promiſſa ſufficiant. *Quæ eſt in Chriſto.* Eſſe Dei verba credenti. *Nã ſi is qui venit, alium Chriſtum prædicat, quem non prædicauimus: aut alium ſpiritum accipitis, quem non accepiſtis: aut aliud euangelium, quod non recepiſtis, recte pateremini.* Si vobis aliquid amplius præſtarent, quam per nos accepiſtis, recte eos admiſeratis contra nos venien-
C tes, & nobis detrahentes. *Exiſtimo n. nihil me minus feciſſe.* In vobis. *A magnis apoſtolis.* Si à magnis apoſtolis, quanto magis ab iſtis, qui nihil ſunt? Siue ne putetis vos minus quam cæteræ eccleſię aliquid accepiſſe, quib. Petrus, & cęteri prędicarunt. *Nam & ſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia.* Oſtẽdit iſtos ſcientia imperitos, in ſermone tumidũ gloriari. *In omnib. autẽ manifeſtus ſum vobis.* Oſtendit ſuam integritatem quia omnia ſecundum Deum fecerit: cum nec auaritiã, nec gulam, nec gloriam ab eis aliquando quæſierit. *Aut nunquid peccatũ feci, meipſum humilians, vt vos exaltemini?* Si forte hoc ſolum peccaui, quia propter vtilitatem veſtram etiam licita omiſi. *Quoniam gratis euangelium Dei euangelizaui vobis: alias eccleſias expoliaui, accipiens ſtipendium.* Quia nec panem quotidianum à vobis accepi, quẽ dominus ordinauit. *Ad miniſteriũ veſtrũ.* Cum vobis euangelium miniſtrarem. *Et cum eſſem apud vos.* Cum eſſem vobiſcum, & à vobis nõ acceperim, à Macedonib. lõge poſitis accepi, ne crederetis me lucri terreni cauſa euangelium prędicare. *Et ege. ẽ, nulli oneroſus fui.* Hoc amplius eſt, vt cum egerem, nolim accipere. *Nã quod mihi deerat, ſuppleuerũt fratres, qui venerunt à Macedonia.* Quod manib. mini-
D me occurrebam. *Et in omnibus me ſine onere vobis ſeruaui.* Qui pſeudoapoſtolos non habebant, nec erant infirmi. *Et ſeruabo.* Quia adhuc tales habetis, ne illi per nos occaſionem inueniant. *Eſt veritas Chriſti in me.* Sicut Chriſtus quod ſemel ſtatuit, non mutauit, nec eſt aliquando mentitus. *Quoniam hæc gloriatio non infringetur.* Gloria eſt, propter Deum etiam conceſſa contemnere: maxime ſi inopiam patiantur. *In me in regionib. Achaiæ.* Vbi illi ſunt: alibi ergo accepit. *Quare? quia non diligo vos? Deus ſcit.* Deus ſcit, vtrum vos diligam nec ne: imo ideo non accipio, quia diligo. *Quod autẽ facio, & faciam, vt amputem occaſionẽ eorum, qui volũt occaſionẽ.* Hic reddit cauſam, quare & ipſe non accipiat. Pſeudoapoſtoli docebant ſcilicet gulam, vel auaritiam ſectantes, & gloriam, quærentes occaſionem, vt ſi ille panem accepiſſet, illi exigerent aurum: vt ſi propter Deum prædicant, ſicut dicunt, ſtatim appareat: vtique ſi non accipiant, nec docebunt. *Vt in quo gloriantur, inueniantur ſicut & nos.* Tales. *Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli.* Dicẽtes, hæc dicit dominus. & dominus non miſit eos, & viſiones à corde ſuo loquentes. *Sunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in apoſtolos Chriſti. & non mirum.* Subdolus operarius aliud fingit, aliud agit, & habitu ſimplici prædicatoris Chriſti rapacitas belluina contegitur: tales vt placeant, & placendo accipiant, neceſſe eſt, adulẽtur, & adulando de-

E cipiant: illa dicentes, quæ placeant, non quæ expediant audienti. *Ipſe enim ſathanas transfigurat ſe in angelum lucis.* Nõ eſt tam facile ſomnijs & aliquibus viſionib. quaſi angelicis, fides habenda: ne forte transfiguret ſe ſathanas in angelum lucis, & decipiat, ac fallat incautos. *Non eſt ergo magnũ, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ.* Non mirum, ſi miniſtri auaritiæ fingant ſe iuſtitiam prædicare. *Quorum finis erit ſecundum opera ipſorum.* Mala opera malus finis expectat. *Iterum dico, ne quis me putet inſipientẽ.* Iam n. ſuperius dixerat, Suſtinete modicum quid inſipientiæ meæ: & reddiderat rationẽ: Quia zelo Dei eos zelaret, non gloriæ deſiderio eſſet de ſe aliqua narraturus: ne ſcilicet in eius odium verſi falſos apoſtolos ſequerentur. *Alioquin velut inſipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier.* Quomodo vultis accipite me. *Quod loquor, non loquor ſecundum Deum ſed quaſi in inſipiẽtia.* Si apoſtulus neceſſitate compulſus populi Dei negat ſecundum Deum eſſe gloriandum, ſed de inſipientia: quid de illis dicendum ſit, manifeſtum eſt. *In hac ſubſtantia gloriæ.* Eſt n. alia ſubſtantia veræ gloriæ. *Quoniam multi gloriantur ſecundũ carnẽ, & ego gloriabor.* Quoniam in nobilitate generis gloria-
F ri carnale eſt. *Libenter n. ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes.* Video n. vos, cum edocti ſitis iſta nullius momẽti eſſe, tam facile inſipiẽtib. conſenſiſſe. *Suſtinetis n. ſi quis vos in ſeruitutem redigit.* In ſeruitutem legis, vel ſacerdotum, qui dominatum in populo exercebant. *Si quis deuorat, ſi quis accipit.* Si quis deuorat, id eſt, ſubſtantias veſtras accipiendo, vel rapiẽdo conſumit. *Si quis extollitur.* Pecuniæ, Iudaica ſuperbia, vel generis, vel ſcientiæ. *Si quis in faciem vos cædit.* Si quis vos etiam præſentes obiurgat, vel conuitiis agit. *Secũdum ignobilitatem dico.* Ignobilitas maxima eſt, ſi filij Dei de nobilitate terrena ſe iactent. *Quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.* Quaſi nos in hac parte ab iſtis minus aliquid habeamus, & non magis vobis vera & fortia prædicemus. *In quo quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego.* Poſſum audere ſi volo. *Hebræi ſunt: & ego. Iſraelitæ ſunt: & ego. Semen Abrahæ ſunt: & ego.* Si in hoc gloriantur, quia Hebræi ſunt, & ego huius ſum generis. *Miniſtri Chriſti ſunt, & ego. Vt minus ſapiens dico.* Notandum, quia ſi quis etiam de Chriſti miniſterio glorietur, carnaliter gloriatur. *Plus ego.* Quam illi. *In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis ſupra modum.* Non dixit, tantis prædicaui: ſed dimittens omnia præclara facinora ſua, quæ tolerauit, enumerat. *In mor-*
G *tibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi.* In actibus apoſtolorum ſemel habet, quinque vicibus tricenas & nouenas, quaſi tranſgreſſor legis accepit. *Ter virgis cæſus ſum: Semel lapidatus ſum.* Hæc in actib. apoſtolorum non omnia reperiuntur: quia nec in epiſtulis omnia quæ ibi ſunt, continentur. *Ter naufragium feci.* Ibi ſemel habet. *Nocte & die in profundo maris fui.* In vltimo periculo, cum nauem in profundum deductam moles fluctuum operire putaremus. *In itineribus ſæpe: Periculis fluminum: periculis latronum: periculis ex genere: periculis ex gentibus.* De genere & gente Iudæorum dicit. *Periculis in ciuitate: periculis in ſolitudine: periculis in mari.* Quando nauigantes periclitabantur, & impegerunt nauem ad litus, quæ prora fixa manebat immobilis, puppis vero ſoluebatur à vi maris. *Periculis in falſis fratribus.* Qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram. *In labore.* Manuum. *Et ærumna.* Miſeria. *In vigiliis multis in fame: & ſiti: in ieiuniis multis: in frigore, & nuditate.* Fames neceſſitatis eſt, ieiuniũ voluntatis. *Præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana.* Ac
H ſi diceret, præter illa quæ iam viſitata ſunt, & ipſa conſuetudine leuiora putantur. *Solicitudo omnium eccleſiarum.* Oſtẽdit quæ ſit illa. *Quis infirmatur.* Cum infirmantib. infirmor: cum pereuntib. perire me credo. *Et ego non infirmor?* In fide. *Quis ſcandalizatur, & ego non vror?* Triſtitia. *Si gloriari oportet.* In his ſi volunt gloriari, in his glorientur, in quibus ego, licet coactus: ſed quia hæc non habent, ideo de carnalib. gloriantur. *Quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor.* Omnes ſuperiores paſſiones infirmitatis nomine deſignauit, quod humanæ infirmitati iſta præualeant. *Deus & pater domini noſtri IESV CHRISTI ſcit, qui eſt benedictus in ſecula, quod non mentior.* Rem quaſi difficilem dicturus, quod Iudæi contra eum, etiam gentium, principes concertaſſent, ante Dei teſtimonium implorat, ne veræ hoc iactantiæ putaretur, quod aduerſum eum etiam regna ſurrexerint, & nihil potuerint pręualere: ideo autem hæc enumerat, vt oſten-

A dat, quid interſit inter veros, & falſos apoſtolos. *Damaſci*
præpoſitus gentis Acerhæ regis cuſtodiebat ciuitatem. Damaſceno-
rum. *Vt me comprehenderet, & per feneſtram in ſporta demiſſus*
ſum per murum, & ſic effugi manus eius. Præpoſitus gentis il-
CAP. IV. lius erat, cui regnabat Aretha. *Si gloriari oportet, non expedit*
quidem. Nec mihi expedit, quia neceſſitate compellor.
Veniam autem ad viſiones & reuelationes domini. Ac ſi diceret,
infirmitates meæ ſunt: viſiones autem non meæ, ſed do-
mini. *Scio hominem in Chriſto.* Siue de ſe dicat & cauſa
humilitatis quaſi de alio loquatur ſiue vere de alio vtrun-
que ſtare poteſt. *Ante annos quatuordecim, ſiue in corpore, neſ-
cio: ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit: raptum huiuſmodi vſque ad
tertium cœlũ.* Intuere quanta neceſſitas ei incũbat, vt quod
quatuordecim annis celauerat, poſtmodum prodere coge-
retur. *Et ſcio huiuſmodi hominem, ſiue in corpore, ſiue extra corpus,
neſcio: Deus ſcit: quoniam raptus eſt in paradiſum.* Quod iterũ
repetit, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio: oſtendit
alteram fuiſſe viſionem. *Et audiuit arcana verba* Abſcondita.
Quæ non licet homini loqui. Siue quæ nulli homini fas eſt dici: ſiue
quæ impoſſibile eſt humanam narrare naturam. *Pro eiuſ-
B modi gloriabor, pro me autẽ nihil.* Gloriabor. *Niſi in infirmitatib.
meis.* Siue pro eiuſmodi viſione, Siue pro eiuſmodi homine.
Pro me autem nihil. ſiue pro mea virtute, quia non eſt mea.
ſed domini reuelatio. *Nam & ſi voluero gloriari, non ero inſipi-
ens: veritatẽ enim dicã.* Hic videtur oſtendere, quod quaſi de alio
dicat, cum dicit, etiã ſe habere vnde gloriari, ſed nolle. *Par-
co autem, ne quis me exiſtimet.* Sunt & occulta, quæ poſſim in
veritate proferre, ſed parco, id eſt, non facio. *Supra id quod
videt in me.* Sufficiũt manifeſta, etiam ſi celẽtur occulta. *Aut
audit ex me aliquid.* De his me tantũ æſtimet vnuſquiſq; quæ
videt in me, aut audit ex me. *Et ne magnitudo reuelationũ me ex-
tollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſathanæ.* Quã-
ta ſunt, quæ celo? vt merito mihi eſſet ſtimulus neceſſarius,
qui me hominẽ eſſe cõmemoret. *Vt me colaphizet* Colaphi-
zabat eũ ſathanas, aut tribulationes ſuſcitando, aut inferẽ-
do dolores: quidam enim dicũnt, eũ frequenti dolore capi-
tis laboraſſe. Alii dicũt titillatione carnis ſtimulatũ: ſed ma-
gis credendũ eſt, iuges tribulationes. *Propter quod ter dominũ
C rogaui, vt diſcederet à me.* Intelligimus etiam ſanctos cõtraria
aliqua poſtulaſſe: ſimul & diſcimus, quod importuna peti-
tio vel reſponſum mereatur, ſi non meretur effectum. Nã
quando quod non expedit, nõ dat Deus, tunc magis exau-
dit. *Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitatẽ
perficitur.* Quã habes, ſiue quæ te liberat: quæ virtus niſi ad
quã pertinet, nõ extollit. Et quis dubitat hoc ad iuſtitiã per-
tinere: hanc perfectionem virtutis vtiq; nondum habebat
Apoſtolus; nondũ erat æqualis angelis Dei: ſed inerat illi
extollendi ſe infirmitas, quæ per angelum etiã ſathanæ fue-
rat cõprimenda, ne reuelationũ magnitudine extolleretur.
Quare per angelum ſathanæ: Quia frequenter & antidotũ
etiam de ſerpentibus contra venena ſerpentium conficitur.
Quid eſt ergo, Sufficit tibi gratia mea: niſi, ne deficiẽdo ſuc-
cumbas ſub colapho angeli ſathanæ. Et quid eſt, Virtus in
infirmitate perficitur: niſi quia in iſto loco infirmitatis ha-
ctenus perfectio poteſt eſſe virtutis, vt ipſa infirmitate præ-
ſente elatio reprimatur, vt ad eius perfectionem pertineat,
etiam ipſius imperfectionis et in veritate cognitio, & in hu-
D militate confeſſio? *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis.*
Poſtquã cognoui prodeſſe, quod nocere putabam. *Vt inha-
bitet in me virtus* Chriſti. Non in potentia *Propter quod placeo
mihi in infirmitatibus, in contumeliis.* Non in honoribus. *In ne-
ceſſitatibus.* Nõ in ocio. *In perſecutionibus.* Non in ſalutationi-
bus *In anguſtiis* Nõ in diuitiis. *Pro Chriſto* Non pro auaritia,
vel pro aliquo crimine, ſicut & ſaluator ait, vt ſola cauſa iu-
ſtitiæ patiamur. *Cum enim infirmor, tunc potens ſum.* Maxima
potentia eſt infirmari pro Chriſto. *Factus ſum inſipiens, vos me
coëgiſtis: ego enim debui à vobis commendari.* Inſipientis eſt ſuos
narrare labores. & proprias iactare virtutes. Sed hoc vos
coëgiſtis, qui cum aliis de me ſatisfacere debuiſſetis, quia
nihil minus fuerim à magnis apoſtolis: modo iterum opus
habetis, vt vobis nos ipſi cõmendemus *Nihil enim minus fe-
ci ab his qui ſunt ſupra modum Apoſtoli.* Quanto magis iſtis? *Ta-
metſi nihil ſum, ſigna tamen apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos
in omni patientia in ſignis, & prodigiis, & virtutibus* Ego quidẽ
nihil ſum quia homo: ſed apoſtolatus ſua ſigna oſtendit in

vobis: hoc eſt, potentiã virtutis, atq; prodigia. *Quid eſt enim* E
quod minus habuiſtis, præ cæteris eccleſiis? Quib. alii apoſtoli præ-
dicauerunt. *Niſi quod ego ipſe non grauaui vos.* Quia nihil à vo-
bis accepi *Donate mihi hanc iniuriã* Si hoc iniuriã eſſe putatis,
ignoſcite *Ecce tertio hoc paratus ſum venire ad vos, & non ero
grauis vobis: non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Nec enim de-
bent filii parentibus theſaurizare.* Salutẽ veſtram quæro, non
munera. *Sed parẽtes filiis.* Ego magis vobis debeo dare quod
habeo. *Ego autẽ libentiſſime impendam* Si quid habeo. *Et ſuper-
impendar ipſe pro animab. veſtris. Licet plus vos diligẽs, minus diligar.* Quod
habeo labore impendo, & ipſe ſuper impendar pro veſtris
animabus: perfecta enim dilectio, nõ ſolum totũ gratis im-
pendit quod habet, ſed etiam ipſa libenter impenditur. vbi ne-
ceſſe eſt. *Sed eſto, ego vos non grauaui.* Per omnia ſe purgat ip-
ſorũ ſemper conſcientiã interrogans, ſimul & quomodo ab
illis caueant monſtrans. *Sed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Nũ-
quid per aliquem eorum quos miſi ad vos, circumueni vos? Rogaui
Titũ, & miſi cũ illo fratrem.* Forte. *Nunquid Titus vos circumue-
nit:* Non vtique non. *Nonne eodem ſpiritu ambulauimus.* Nũ- F
quid tulit vobis aliquid, quod mihi afferret, aut aliter docuit
quam me docere videtis? *Nonne iiſdem veſtigiis? Olim putatis
quod excuſemus nos apud vos.* Non, vt ſuperius dixi, vt vobis
placeamus, hæc dicimus: ſed ne nobis, cũ venerimus, ne-
ceſſe ſit acrius vindicare. *Corã Deo in Chriſto loquimur omnia
autẽ chariſſimi propter veſtram ædificationẽ.* Quã fallere impoſ-
ſibile eſt. *Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam
vos: & ego inueniar à vobis qualem non vultis.* Si vos non inue-
nero iuſtos, & ego à vobis ſeuerus inueniar. Blandimentis
minime vtitur. *Ne forte contentiones, æmulationes, animoſitates,
diſſenſionẽs, detractationes, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint
inter vos.* Si propter hæc ſe dicebat ſeueriſſime vindicare:
quid faceret, ſi noſtris tẽporibus aduenirct, quibus ad cõ-
parationẽ aliorũ criminum iſta nec putantur eſſe peccata:
Cõtentio eſt vbi non rationẽ aliquid, ſed animi pertinacia
defenditur. Suſurro, eſt qui murmurat, & non alicui in facie,
ſed de ipſo aliis male loquitur. *Et iterũ cũ venero, humiliet me
Deus apud vos* Et hoc timeo. *Et lugeã multos ex his, qui ante pec-
cauerunt, & non egerunt pœnitentiã ſuper immunditia & fornica-
tione.* Cõtra Nouatianos pœnitẽtiæ negatores. Si luget pœ-
nitentiã non agentes: vtiq; de agentibus gaudet. *Et impudi-
citia quã geſſerunt.* Impudicitia grauior eſt, quaſi monſtruoſa G
fornicatio, ſicut ille fecit, qui vxorem patris accepit.

Ecce tertio hoc venio ad vos. Iam enim bis fuerat. In ore duo- CA. XIII.
rum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Secundum legem.
*Prædixi enim & prædico, vt præſens vobis, & nunc abſens, his qui
ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniã ſi venero, iterũ non
parcã.* Qui poſtmodũ peccauerunt nec ipſis parcã: quia pri-
orũ ruinæ iſtos facere debuit cautiores. *An experimentũ quæ-
ritis eius qui in me loquitur Chriſti?* An in me Chriſtum ten-
tatis ſi vobis valeat vindicare? Et notandum, quod doctri-
nã eius non humana ſed Chriſti eſſe probatur, quam qui
reprehendit, ſine dubio Deo contumax inuenitur. *Qui in
vobis non infirmatur.* Poteſt dici eum non infirmum, ſed po-
tentẽ eſſe nec ipſi ignoratis. *Sed potens in nobis.* Si etiam in vo-
bis potens eſt quanto magis in nobis capacioribus ſui? *Nã &
ſi crucifixus eſt.* Quod crucifixus eſt, noſtrum eſt, quod viuit,
ſuũ. *Ex infirmitate* Humanæ naturæ. *Sed viuit ex virtute Dei:
Nam & nos infirmi ſumus in illo.* Sed & nos in præſenti quidẽ
infirmamur, ſed in futuro cũ illo non in noſtra, ſed Dei vir-
tute viuemus. *Sed viuemus cũ eo, ex virtute Dei in nobis* Si nos H
prouocaueritis infirmos, inuenietis nos viuere cũ Chriſto
in virtute Dei, cũ in vos vindicare cœperimus, *Voſmetipſos
tentate, ſi eſtis in fide: ipſi vos probate.* Si eſtis in fide, ex vobis
nos cognoſcite, date ſententiã in peccante, & videte ſi non
ſtatim verbo vindicta procedit. *An non cognoſcitis voſmetipſos,
quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt niſi forte reprobi eſtis.* An neſci-
tis, quia Chriſtus Dei virtus in vobis eſt? ſi tamen non eſtis
reprobi: hoc eſt ſi non dereliqui per negligentiam veſtrã.
Spero autem, quod cognoſcetis, quia nos non ſumus reprobi. Spero nos
ſenſuros quomodo vos video conuerſari, *Oramus autem Deũ,
vt nihil mali faciatis.* Si enim aliquid feceritis, nos vindicãdo
probati parebimus: ſed malumus nos reprobi videri, tan-
tum vt vos quod bonum eſt, faciatis. *Non vt nos probati pare-
amus, ſed vt vos quod bonum eſt faciatis.* Subauditur, oro, *Nos
autẽ vt reprobi ſimus Nõ enim poſſumus aliquid aduerſus veritatẽ.*

A *ſed pro veritate.* In innocentē enim non præualet noſtra ſententia, niſi in eũ qui peccauerit. *Gaudemus enim quando nos infirmi ſumus vos autem potentes eſtis.* Gaudem⁹ ſi neceſſe non eſt, vt noſtra virtus appareat: ſicut apparuit in Anania & Saphyra Petri, vt noſtra in Mago. *Hoc & oramus, veſtrã conſummationē.* Vt vos perfecti ſitis atq; potentes. *Ideo hæc abſens ſcribo, vt non præſens durius agam ſecũdum poteſtatem quam dominus dedit mihi.* Si enim non corrigitis, adhuc durius agam, quam dico. *In ædificationem.* Vt & vos emendetis, & alii peccare formidēt. *Et non in deſtructionem.* Veſtram: ſicut illi ſibi vſurpant. *De cætero fratres gaudete, perfecti eſtote.* Notandum quod omni eccleſiæ ſcribens dicit eſſe debere perfectos, & quod laicos ſe iubet inuicem exhortari, ſicut alibi dicit, Vellem omnes homines eſſe ſicut meipſum. Sed quia ibi ſequitur, Vnuſquiſque proprium donum habet à Deo: in donantis, non in accipientis eſt poteſtate perfectio. *Exhortamini, idem ſapite, pacem habete.* Hoc eſt vnum. *Et Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.* Sin autē, autor diſſenſionis & odii erit vobiſcum, & eritis cum illo in æternum. *Salutate inuicem in oſculo ſancto.* Non ficto. *Salutant vos ſancti omnes.* Non diuites. *Gratia domini noſtri Ieſu Christi, & charitas Dei, & communicatio ſancti*
B *ſpiritus.* Contra Arrianos, qui calumniantur, quod pater maior ſit, quia ſemper prior nominetur. *Sit cum omnibus vobis. Amen.* Sicut eſt cum aliquantis rusticioribus vobis, ita ſit cum omnibus vobis.

Finis Epiſt. Secundæ ad Corinth: Scriptæ ex Macedonia.

INCIPIT EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

ARGVMENTVM.

Galatæ ſunt Græci: hi verbum veritatis primum ab Apoſtolo acceperunt, ſed poſt diſceſſum eius tentati ſunt à falſis apoſtolis, vt in
C *legem & circumciſionem conuerterentur: hos apoſtolus reuocat ad fidem veritatis, ſcribens eis ab Epheſo. Hoc vt apparet argumento, Galatæ erant à pſeudoapoſtolis perſuaſi, atq; ſeducti, quod Paulum, per quem vero euangelio crediderant, non eſſe apoſtolum audiebant, videlicet quia neque de duodecim electis, neque Christum, vt Petrus & cæteri aliquando ſecutus fuiſſet: quam derogationem neceſſe habet veris rationibus ex autoritate ſancti ſpiritus refutare, per ordinem probans, non ſe ab hominibus, neque per hominem miſſum: ſed per eum, qui ipſum, & cæteros in ordinem apoſtolatus elegit.*

PAVLVS *apoſtolus.* Vt ſæpe dictum eſt, puſillus, ab humilitate. *Non ab hominibus, neque per hominem: ſed per Ieſum Chriſtum.* Non ab humana præſumptione, neq; per apoſtolos, vt Aaron per Moyſen: ſed per ipſum Deum, & dominum, vt Moyſes & apoſtoli, & prophetæ. Ab hominibus plerique ordinantur, cum populi fauore, non digni, patientiam domini contemnentes: & vt maiorem autoritatem ſuam oſtenderet, adiecit, *Per Ieſum Chriſtum. Et Deum patrem, qui ſuſcitauit eum.* Quia & filii, & patris vna eſt operatio: &
D vt ſcias, quia Deus eſt Chriſtus, à quo ille eſt factus apoſtolus. Diligenter aduerte, quod ante nominauerit filium, quã patrem, cõtra calumnias Arrianorum. *A mortuis.* Secundum hoc quod potuit mori, carne ſcilicet. *Et qui mecum ſunt omnes fratres eccleſiis Galatiæ.* Ne ſi ſolus indigne ferre putaretur ſuam conculcari doctrinam. *Gratia vobis.* Quia ſola fide ſaluati eſtis per gratiam Dei. *Et pax à Deo patre & domino noſtro Ieſu Chriſto.* Quia remiſſis delictis omnibus reconciliati fuerant Deo: *Qui dedit ſemet ipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos.* Oſtendit beneficia Chriſti, quibus ingrati exiſtunt, volentes in lege viuere, quæ peccatoribus data eſt, quibus omnia ſunt peccata dimiſſa. *De præſenti ſæculo nequam.* De ſæculi operibus malis, quæ in eo fiunt. *Secundum voluntatem Dei & patris noſtri cui eſt gloria.* Non ſecundum merita noſtra. *In ſæcula ſæculorum.* Infinitis beneficiis, infinita gloria debetur. *Amen.* Quod prologum ſuo Amen, Hæbræo ſermone concludit. Amen Septuaginta tranſtulerunt γένοιτο fiat: Aquila πεπιστωμένως: nos vero vere, ſiue fideliter: quod etiam in euangelio à ſaluatore ſemper aſſumitur, ſua per Amen, verba firmante. *Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit.* Enumeratis beneficiis, mirari ſe dicit, quod ab illo potuerint ſolis verbis retrahi, à quo nullis tormentis debuerint ſeparari. *In gratiam Chriſti in aliud euangeliũ.* Non in legem. *Quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant.* Nam euangelium aliud eſſe non poteſt. *Et volunt conuertere euangelium Chriſti.* Peruerſo ordine, dum lex ad euangelium proficeret, illi euangelium ad legem reuocare nituntur. *Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizaret vobis præter quam quod euangelizauimus vobis.* Breuiter omni perſonæ præiudicauit, quando nec apoſtolos, contra quod ſemel prædicauerat, nec vocem de cœlo angeli loquentis permiſit audiri. Facit autem hoc contra omnes hæreticos, qui traditiones apoſtolicas mutare conantur: *Anathema ſit.* Abominabi- F
lis ſit vobis. *Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: ſi quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* Repetit, vt fortius commendet. *Modo enim.* Oſtendere vult, ſe hominum odium non timentem libere prædicare debere veritatem. Nunquid propter homines vos ſuadeo, ſicut propter Iudæorum traditiones ante faciebam? *Hominibus ſuadeo.* Satisfacio. *An Deo?* Sed Deo. *An quæro hominibus placere?* Vbicunque ſine additamento aliquo homines nominantur, maxime in malam partem accipitur: vt eſt illud, Omnis homo mendax, &, Quem me dicunt homines eſſe? &, Nõne homines eſtis? Igitur quicunque talibus placere voluerit, neceſſe eſt, vt eorum faciat voluntatem: ſancti autē Deo tantum, & Deũ amantibus placent, qui iam amplius quam homines eſſe dicuntur. *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.* Nam me oderunt: quia ſeruus ſum Chriſti.
Notum enim vobis facio fratres euangelium, quod euangelizatum G
eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem. Vult purgare vſurpationes, & humanæ traditionis infamia. *Neque enim ego ab homine.* Neque à me finxi, neque ab alio accepi, quod gentes ſola fide ſaluentur. Simul notandum, quod hic Chriſtum Deum dicat, à quo accepit euangelium. *Accepi illud, neque didici ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Inter accipere, & diſcere, hoc intereſt: quod accepit euangelium, cui primum inſinuatur, & ad fidem eius adducitur, vt credat vera eſſe, quæ ſcripta ſunt: diſcit is, qui ea quæ in illo per ænigmata & parabolas figurata ſunt, explanata & diſſerta cognoſcit. *Audiuiſtis enim.* Nec vos ipſos latet quod dico. *Conuerſationem meã aliquando in Iudaiſmo.* Hic enumerat quam firmiter tenuerit Iudaiſmum, & qualiter pro traditionibus patriis eccleſiam expugnauerit, vt oſtēdat ſe non potuiſſe inde humano conſilio, niſi diuina reuelatione & miſericordia ſeparari. *Quoniam ſupra modum perſequebar eccleſiam Dei & expugnabam illã.* Suum exemplum ponit: vt ſi ego, qui Iudæus natus, & ibi eruditus, non legis ceremonias ſequor, quid vos facere debetis. *Et proficiebam in Iudaiſmo.* Non in lege Dei, ſed traditione patrum. *Supra multos coætaneos in genere meo.* Non dixit ſupra omnes, ne iactantiæ videretur occaſio. *Abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionũ.* Paternas tra- H
ditiones non domini mandata commemorat. *Cum autē placuit ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ.* Qui me iam in præſentia ab vtero ſegregauerat, quando voluit fecit, quod ſciebat eſſe futurum. Vterus matris ſuæ poteſt & ſynagoga intelligi. *Et vocauit per gratiam ſuam.* Non meis meritis. *Vt reuelaret filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus:* Per me, vel in me. Reuelauit autem non ſolum in via, ſed etiam in cæteris locis. *Continuo non acquieui.* Continuo non fui incredulus cœleſti viſioni, quia non carnis & ſanguinis vocem audiui, ſed domini, nec contuli cum carne & ſanguine. *Carni & ſanguini.* Id eſt, generi meo. *Neque veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos, ſed abii in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcũ.* Vt aliquid ab illis diſcerē, ſed de Damaſco abii in Arabiam, vt docerem quod mihi fuerat reuelatũ. *Deinde poſt annos tres Hieroſolymam veni,* Ideo poſt annos tres, vt intelligam⁹, non illũ indiguiſſe doctrina, qui trib. iã annis docuerat. Vadit aũt videre Petrum quando refertur tentaſſe ſe iungere diſcipulis. *Videre Petrũ.* Videndi gratia, non diſcēdi.

A *Et manſi apud eũ dieb.15.* Suſceptum ſe ab illo mõſtrat in charitate, & breui tempore nihil diſcere potuiſſe. *Alium autem apoſtolorum vidi neminem.* Ne ſi non à Petro, ab aliis didiciſſe videretur. *Niſi Iacobum fratrem domini.* Ex cognatione Mariæ. *Quæ autem ſcribo vobis ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus.* Notandum, quia poſt triennium vidit ignotos. *Facie eccleſiis Iudææ, quæ erant in Chriſto. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat.* Qui tunc ſeorſum ex Iudæis credentes ſuas eccleſias habebant, nec his qui erant ex gentibus, miſcebantur. *Et in me clarificabant.* De re difficili grande miraculum eſt. *Deũ.* Qui ſolus poteſt de perſecutore apoſtolum

Cap.II. facere, & de malo bonum. *Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito.* Quãdo de oneribus legis quæſtio mota eſt. *Aſcendi autem ſecundum reuelationem.* Non ſecundum propriam voluntatem. *Et contuli cum illis euangelium.* Non didici ab illis, ſed contuli cum illis. Aliud eſt conferre, aliud diſcere: inter conferentes æqualitas eſt. inter docentem & diſcentem minor eſt ille qui diſcit. *Quod prædico in gentibus.* Quod ſola gratia & fide ſaluentur. *Seorſum autem.* Ne illos diſcipuli dubitare putarent. *His qui videbantur aliquid eſſe.* Præſtantiores. *Ne forte in*

B *vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Non eſt dubitantis, ſed cõfirmantis. *Sed neque Titus, qui mecum erat, cum eſſet gentilis, cõpulſus eſt circumcidi.* Neq; ſemper negationem ſecum habet. *Sed propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt.* Reddit cauſas, quare ſecundum Latina exemplaria circumcideret Titum: non quia illi circumciſio prodeſſet, ſed vt ſcandalum vitaretur. *Explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu. vt nos in ſeruitutem redigerẽt.* Qua liberi ſumus à iugo legis. *Quibus neque ad horam ceſſimus ſubiectione, vt veritas euangelij permaneat apud vos.* Latinus habet, Quibus ad horam ceſſimus, vt periculum vitaremus, & eſſent qui in vobis veritatem euangelii confirmarent: non impleto ſenſu quem cœperat, alium introduxit: quo expleto, redit ad cœptum. *Ab his autem qui videbantur eſſe aliquid, nihil accepi.* Si igitur nos inter tantos Iudæos, imminentibus hinc inde fratribus, ex parte contradicentibus, nulla potuimus vi ac ratione compelli, vt obſeruaremus circumciſionem, quam ſcie-

C bamus eſſe finitam, vos ex gentibus, vos in Galatia, vos quibus vis nulla inferri poteſt, vltro à gratia recedentes, ad legis iam abolitæ tranſcenditis vetuſtatem, & ceremonias iam non neceſſarias obſeruatis? *Quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt.* Non mihi curæ eſt, quod cum domino conuerſati ſint. *Deus enim perſonam hominis non accipit: mihi autem qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt.* Quia tempus non præiudicat fidei. *Sed contra, cum vidiſſent, quod creditum eſt mihi euangelium præputij, ſicut Petro circumciſionis.* Vt prædicẽ gẽtibus, ſicut Petrus Iudæis. *Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes.* Nõ illi ſum inferior, quia ab vno ſumus ambo, in vnum miniſteriũ ordinati. *Et cum cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi: Iacobus, & Cephas, & Ioannes.* Hic reddit cauſam, & nomina, & qui eſſent quos ſupra dixerat. *Qui videbãtur columnæ eſſe.* Firmamẽtum eccleſiæ, & in quibus incũbebat. *Dextras dederunt mihi.* Conſenſerunt, ita nos debere docere. *Et Barnabæ ſocietatis.* Ambo enim ſimul miſſi ſumus ab ſpiritu ſancto gentibus euangeliũ prędicare. *Vt nos in gentes, ipſi autem in circumciſionẽ.* Eſſent, ſubauditur. *Tantũ vt pauperũ memores eſſemus.* Qui ſua vendentes ad apoſtolorum pedes poſuerant: aut quorũ bona fuerant à Iudæis inuaſa, ſicut ad Hebræos dicitur, Et rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. *Quod*

D *etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere.* In omni epiſtola hoc agit. *Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti.* Galatarum infirmitas compulit eum narrare, quod nec ipſi Petro pepercerit, veritatem euangelii non libere defendenti, ſicut ad profectum Corinthiorũ manifeſtauit viſionẽ, quã annis quatuordecim occultauerat. Hoc autem totum agit, vt oſtendat ſe nunquam circumciſionis fuiſſe fautorẽ, ſicut de illo pſeudoapoſtoli iactitabant. *Quia reprehenſibilis erat.* A gentibus: quia eos iudaizare cogebat. *Prius enim, quam venirent quidam ab Iacobo, cum gentibus edebat.* Edebat cum his, qui ex gentibus erant, ſciens ſibi dictum à domino, vt neminẽ hominum vocaret immundum. *Cum autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat ſe, timens eos, qui ex circumciſione erant, & ſi-*

E *mulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi.* Non idcirco reprehẽditur, quia cum illis edebat, ſed quia ſe poſtea ſubtrahebat. *Ita vt Barnabas duceretur ab illis in illa ſimulatione.* Qui mecũ miſſus ad gentes, nullam eſſe differentiam prædicauerat inter Iudæum, atque gentilem. *Sed cum vidiſſem quod non recte ambularẽt ad veritatem euangelij.* Quamuis hoc propter ſcandalum faceret Iudæorum: tamen publice illum conueni, vt & Iudæis ſuperbia, & gentibus deſperatio tolleretur. *Dixi Cephæ corã omnibus.* Publicum ſcandalũ non poterat priuatæ ſanari. *Si tu cum ſis Iudæus.* Rationẽ reddidit, non iniuriam fecit: ſi tu non tenes quod natus es, quomodo illos facis tenere quod nati non ſunt? *Gentiliter & non Iudaice viuis.* Non ex operibus, ſed ſola fide per gratiam vitam habere te noſti. *Quomodo cogis gentes iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex gentibus.* Subtrahẽdo te tanquam ἁμαρ (hoc eſt, malum) aliquid habentibus. *Peccatores.* Tamen peccatores, quia concluſit ſcriptura, omnia ſub peccato. *Scientes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis.* Legis, nõ iuſtitię operibus. Opera autem legis circumciſio, ſabbatum, dies feſti, baptiſmata, & cætera, quæ non propter iuſtitiam, ſed occupandi populi

F gratia ſunt mandata. *Niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & nõ ex operibus legis.* Id eſt, fidem à Chriſto donatam. *Propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro.* Hoc tempore. Iuxta ſimplicem intellectum iuſtificabantur quondam ex lege, non omnis caro, ſed hi tantum homines, qui in Palæſtina erant. Nunc autem ex fide Ieſu Chriſti iuſtificatur omnis caro, dum eccleſia eius in toto orbe fundatur. *Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores.* Si enim gentes fides ſola non ſaluauit nec nos, quia ex operibus nemo iuſtificabitur. Ergo adhuc peccatores ſumus, & Chriſtus peccatorum miniſter eſt, tanquam non valens peccata donare. *Nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit.* Peccatoribus miniſtrat, ſicut Moyſes, quia per Moyſen, id eſt legem, aucta ſunt peccata, non ablata. *Si enim quæ deſtruxi hæc iterũ ædifico, præuaricatorẽ me conſtituo.* Deſtruxi nihil amplius habere Iudæum ſi hoc iterum rędifico, vt illi dicunt, ipſe meę ſententię refragator inuenior. *Ego enim per legẽ legi mortuus ſum.* Per legem Chriſti legi veteri: ſiue per ipſam legem veterem ipſi mortuus ſum, quia ipſa ſe ceſſaturam prædixit.

G *Vt Deo viuam.* Non ſeculo. *Chriſto crucifixus ſum cruci.* Omnibus peccatis mortuus ſum propter quod lex data eſt. Ergo lex mihi minime neceſſaria eſt. *viuo autẽ iã non ego.* Non viuit vetus homo, ille qui quondam viuebat in lege, qui perſequebatur eccleſiam: viuit autem in eo Chriſtus, ſapientia, fortitudo, ſermo, pax, gaudium, & cęterę virtutes, quas qui nõ habet, non poteſt dicere, Viuit autem in me Chriſtus. Hoc autem totum ſub ſua perſonã aduerſus Petrum de Petro diſputat. *Viuit vero in me Chriſtus.* In illo viuit Chriſtus, in quo viuunt virtutes eius. *Quod autem nunc viuo in carne.* Aliud eſt in carne eſſe, aliud in carne viuere: qui enim in carne ſunt, Deo placere non poſſunt: vnde ad bene viuentes dicitur. Vos a. in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. *In fide viuo filii Dei.* In ſola fide: quia nihil debeo legi. *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Vt patris ſuamq; faceret voluntatẽ. Seipſum pro me, non aliquid aliud. *Non abiicio gratiam Dei.* Non debeo illi ingratus exiſtere, qui me tantũ dilexit, vt pro me mori non recuſaret. Abiicio enim gratiam, ſi mihi hoc ſolum non ſufficit. *Si enim per legem iuſtitia.* Si lex poterat iuſtifi-

H care, ſuperflue Chriſtus mortuus eſt. Erubeſcant qui dicunt, quod lex ad regnum miſſa ſit. *Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.* Huiuſq; contra Petrum, vel contra Iudæos: nunc ad

Cap.III. Galatas reuertitur. *O inſenſati Galatæ.* Non eſt contrarium ſaluatori, qui fratrem fatuum vocari prohibet, non enim dicitur ſine cauſa. Stultos vocat quia ſpiritum legis, & literam diiudicare non poſſint. *Quis vos.* Quis vobis inuidit? ſicut Salomon dicit, Donum inuidi cruciat oculus. *Faſcinauit nõ credere veritati?* Qui apud nos inuidus, in Græco ſignificantius ponitur (βάσκανος) faſcinator. Dicitur faſcinus proprie infantibus nocere, & ętati paruulę, & iis, qui necdũ firmo veſtigio figũt gradu. vnde eſt illud: Quis teneros oculus mihi faſcinat agnos? Quõ ergo tenera ętas noceri dicitur faſcino, ſic et Galathæ in Chriſti fide nuper nati & nutriti, quodã faſcinante ſũt nociti, & ſtomacho ſiaci nauſeanti, ſpiri-

A tus ſancti cibum euomuerunt. *Ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt.* Quibus tantum manifeſta facta eſt paſſio eius me prædicante, vt eum ante oculos veſtros pendere putaretis. *Et in vobis crucifixus.* Sententiam accepit: ſiue, quẽ tanquam damnatum, etiam nunc vilem habetis. *Hoc ſolum à vobis volo diſcere.* Hoc vnum vos interrogo, ſpiritum ſanctũ vobis legis opera dederint, an auditus fidei. *Ex operibus legis ſpiritum ſanctum accepiſtis, an ex auditu fidei?* Si ex fide ſpiritum accepiſtis, quid vobis amplius conferet lex? *Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis.* Cum Iudæi non aliter ſpiritum accipiãt, niſi per fidẽ, vos è contrario putatis vobis ſpiritum non ſufficere, niſi & legi ſubdamini. *Nunc carne conſummamini. Tanta paſſi eſtis ſine cauſa.* Aduerte, quod qui ſcripturam iuxta literã ſequitur, conſummari carne dicitur. *Si tamen ſine cauſa.* Pro Chriſto ſi paſſi eſtis, tamen non gratis. Hic, Si tamen, non dubitantis eſt, ſed confirmantis: vt eſt illud, Si tamẽ iuſtum eſt apud dominũ, retribuere his, qui vos tribulant, tribulationẽ: & vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcũ. *Qui ergo tribuit vobis ſpiritum & operatur virtutes in vobis.* Spiritum ſanctum ſola virtute accepiſtis, qui nõ niſi à iuſtis accipitur. Iuſtos ergo ſine legis operibus fuiſſe vos conſtat. *Ex operibus legis, an ex auditu fidei?* Legis opera, ſabbati otiũ obſeruatio

B circumciſionis, & ceremoniarum ſuperſtitio. *Sicut ſcriptũ eſt, Abraham credidit Deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã.* Ita & vobis fides ſola ſufficit ad iuſtitiã. *Cognoſcitis ergo, quia qui ex fide ſunt.* Siue Iudæi, ſiue Græci. *Hi ſunt filij Abrahæ.* Non qui carnaliter circumciſi ſunt. *Prouidens autẽ ſcriptura.* Ante videns. *Quia ex fide iuſtificat gentes Deus, prænunciauit Abrahæ.* Non ex operibus ſed ex fide, quam ipſe inſpirat gratia ſua. *Quia benedicẽtur in te omnes gentes.* Non ſoli Iſraelitæ. *Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.* Non enim omnes circumciſi ſunt gentes vt poſſint ex operibus benedici. *Quicunque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.* Quia ita præualuit cõſuetudo peccandi, vt nemo tam cuſtodiat legẽ, & ideo non immerito ſibi iacent maledicto. *Scriptum eſt enim, Maledictus omnis.* Quæritur, Vtrum fides ſola ſufficiat Chriſtiano: &, Vtrum non ſit maledictus, qui euangelica præcepta non ſeruat. Fides ſufficit, vt primo credentem & iuſtum efficiat, ſi deinceps in iuſtificatione permaneat: cæterũ ſine operibus mortua eſt, ſed fidei operibus, non legis. Qui n. credit Deo,

C attendit mãdans. & eos qui euangelii præcepta contemnũt, maledictos eſſe & ſaluator edocuit dicens, Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ. Et Iacobus apoſtolus, Qui vnius mandati tranſgreſſor eſt, omniũ reũ ſe eſſe monſtrauit. Sed iſtud vnum tranſgreſſum charitatem intelligunt docti, in qua omnis lex pendet & prophetæ. Nam quidam dicunt, quod fides ſine operibus proſit, quia & ſi baptizatus tranſeat ſtatim, aut certe facultas deſit vnde operetur, ſufficit fides ſine operibus, nam opera ſine fide nihil ſunt. *Qui nõ permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.* Hoc eſt, qui non omnia vſq; ad finem mãdata legis ſeruauerit. *Quoniã autẽ in lege nemo iuſtificatur apud Deũ, manifeſtũ eſt.* Hoc tẽpore lex nulli iuſtificat, ſic nec antea profuit ſine fide. *Quia iuſtus ex fide.* Fides perfecta eſt, nõ ſolũ Chriſtũ, ſed etiam in Chriſto credere. *Viuit.* Vitam habet. *Lex autem non eſt ex fide.* Quia non iuſtificat. Iuſtus ergo ex fide viuit: & nõ additur in his ſiue in illis. Viuens autem in lege, qui fecerit, viuit in eis: hoc eſt, in his quæ fecit, quæ putauit bona, mer-

D cedem laboris ſui habens, ea tãtum opera quæ fecit in præſenti vita, ſiue longitudinem vitæ, vt Iudæi putant, ſiue declinationem præſentis pœnæ, per quã tranſgreſſor legis occiditur. *Sed qui fecerit ea, viuet in illis.* Suo labore viuit: ſub quo more viuebat in illa quãdiu viguit Chriſtus. Qui ſub maledicto non erat, quia ſolus per omnia legẽ impleuit: & ideo indebito maledicto eius noſtrum compenſatum eſt maledictum, vt liberè tranſeuntes ad fidem, legis opera nõ curemus. *Nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Qui emit, alienum emit: qui autem redimit, id emit proprie quod ſuum fuit & ſuũ eſſe deſiuit. Redemit ergo nos Chriſtus de maledicto legis, quod peccantibus cõſtitutum eſt, ſicut dicit, Ecce peccatis veſtris vẽdiri eſtis, & reliqua. *Quia ſcriptum eſt, Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Cõſiderandũ eſt, quod non quicunq; in ligno pependerit, maledictus ſit apud Deum, ſed qui peccauerit, & propter ſcel⁹ morti fuerit adiudicatus. Nõ ideo maledictus, quia crucifixus eſt qui-

E cunque malus: ſed qui meruerit pro reatu crucifigi: quia reum non facit pœna, ſed cauſa. Sic enim eſt ſcriptum, Si cui fuerit iudicium mortis, ſuſpenderis eum in ligno, & nõ manebit corpus eius in ligno, quia maledictus omnis qui pependit in ligno. Non ideo maledictus, quia pependit, ſed ideo pependit, quia maledictus. Chriſtus ergo cui non erat iudicium mortis, nec erat cauſa crucis, & maledicti, pro nobis maledictũ ſubijt, quia omnes rei eram⁹ mortis, & debiti ligno, quia maledicti, quippe qui nõ permãſimus in omnibus quæ ſcripta erant in libro legis, vtrunq; enim eadem lex decreuerat maledictũ. *Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu.* Vt ſola fide gẽtes benedicerentur in Chriſto, ſicut promiſſum fuerat Abrahæ. *Vt pollicitationem ſpiritus accipiamus.* Qui per Iohel promiſſus eſt omni carni: id eſt, omni generi hominum: à parte totum ſecundum ſynecdochen. *Per fidem.* Solã. *Fratres, ſecundũ hominem dico.* Humana comparatione loquor: cõparatiuè rerum humanarum diuinas propter euidentiorẽ intellectum poſſunt, æquari non poſſunt. *Tamen hominis confirmatũ teſtamentũ nemo ſpernit, aut ſuperordinat.* Hoc eſt, iure cõſcriptum teſtamẽtum nõ dicitur ſine morte. *Abrahæ dictæ ſunt repromiſſiones.* Promiſſiones Abrahæ

F nouum teſtamẽtum vocat. *Et ſemini eius.* A Deo. *Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis: ſed quaſi in vno, Et ſemini tuo qui eſt Chriſtus.* Semen Abrahæ Chriſtum interpretatur. *Hoc autem dico teſtamentũ cõfirmatũ à Deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex.* Lex quæ poſt tantum tẽporis data eſt, teſtamẽtum illud non poteſt euacuare, quod Abrahæ Deus confirmauit in Chriſto. Hic ſi quæramus, vtrum vetus, an nouum ſit hoc teſtamentum, quod dicit confirmatum à Deo: non infirmari à lege, quæ poſt cccc. & xxx. annos facta eſt: nulli dubium quin nouum: ſed in propheticis latebris occultatum, donec veniret tẽpus, quo reuelaretur in Chriſto. Ad teſtamentum vetus illi pertinẽt, qui cum acceperint legem ſanctã & iuſtam, putant ſibi ad vitam literam poſſe ſufficere, iuſtitiam ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Sed dicet aliquis, Quomodo vetus appellatur, quod poſt annos cccc.xxx. factum eſt per Moyſen: & nouum dicitur, quod ante tot annos factum eſt ad Abrahã? Qui ex hoc non litigioſe, ſed ſtudioſe mouetur, intelligat: primo m quiã ex anteriori tempore dicitur vet⁹, ex poſteriore autẽ nouum, reuelationes eorum conſiderantur

G in his nominibus, nõ inſtitutiones. Per Moyſen quippe teſtamentum vetus, per quem lex data eſt ſancta & bona, per quam fieret non abolitio, ſed cognitio peccati: per quam conuincerẽtur ſuperbi: Erat enim occulta iſta lex ab initio, cum homines iniquos natura ipſa cõuinceret, alijs faciẽtes, quod ſibi fieri noluiſſent. Reuelatio autem noui teſtamẽti in Chriſto facta eſt, cum eſt manifeſtatus in carne, in quo apparuit iuſtitia Dei, id eſt, quæ hominibus ex Deo eſt. Sic enim ait, Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt. Ecce qua cauſa illud dicitur vetus teſtamentum: quia priore tẽpore reuelatum eſt. Deinde quia teſtamẽtum vetus pertinet ad hominẽ veterẽ, à quo neceſſe eſt hominẽ incipere: Nouum autem ad hominem nouum, quod debet homo ex vetuſtate tranſire: quia in illo ſunt promiſſa terrena, in iſto promiſſa cœleſtia. *Non irritum facit ad euacuandã promiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas, iã non ex promiſſione.* Non poſſe per legẽ, quæ poſtea data eſt, repromiſſiones, quæ ante factæ ſunt ad Abrahã, deſtrui. & poſteriora prioribus præiudicare: cum repromiſſiones ad Abraham ante ccccxxx. an-

H nos datæ ſint: benedicerentur in illo vniuerſæ nationes. *Abrahæ autem per repromiſſionem donauit Deus.* Non ergo quæ ex lege, quæ nondũ erat, ſed cum venit, oſtendit peccatum, non abſtulit. *Quid igitur?* Vt quid ergo data eſt infirmis neceſſaria: vt lubricos & errãtes præcepti ſalutaris auſteritate cohiberet, & obſeruationum attentione cõcluderet. Bona autẽ lex, quia ſpiritalis: ei ergo nõ bona, qui nõ putat ſpiritalẽ. Bona eſt lex, ſi ſupra literã mentẽ erigas, quia litera occidit. *Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.* Vt nos doceret non tranſgredi, vel conſtringeret vſq; dũ Chriſtus veniret. *Donec veniret ſemen cui promiſerat.* Poſt offenſam in eremo populi, poſt adoratũ vitulũ, & murmur in dominũ, lex tranſgreſſionis prohibitura ſucceſſit. Iuſto lex non eſt poſita & ideo tam dura præcipit, vt domaret ſuperbiã Iudæorũ. Propter tranſgreſſionem, inquit: nã non propter iuſtificationẽ. Hæc

audien-

A audientes conticeſcant, qui delirant, quod lex quenquam per ſe ad regnum cœlorum tráſmiſerit. *Ordinata per angelos.* Hoc vult intelligi, quod in omni veteri teſtamento, vbi angelus quiſcunq; ſit viſus, in illo mediator loquebatur, qui dicit, Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Nec enim mirum, ſi Deus loquitur in angelis, cū etiam per angelos qui in hominibus ſunt, loquatur dominus in prophetis, dicéte Aggeo. Et ait angelus, qui loquebatur in me, & infert. Hæc dicit dominus Deus omnipotens. Angelos poſſumus accipere Moyſen, Aaron, & Ioſue, qui Dei núti fuerūt, per quos Deus legē dedit & ordinauit per angelos. Quæ lex per angelos ordinata eſt. Legim' n. angelus adfuiſſe ſiue Moyſi, vt quidam putāt, ſiue Chriſto. Nam & Moyſes, inquiunt, inter Deum & populum medius fuit. Nam angelus officii nomen eſt, non naturæ. *In manu mediatoris.* In poteſtate & potentia, & virtute Chriſti. *Mediator autem vnius non eſt, Deus autem vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit.* Subauditur, ſubſtantiæ, vel vnius partis: quia inter Deum & homines extitit mediator. Ideo autem addidit, Deus autem vnus eſt, ne quis eum propter officium carnis aſſumptæ ab vnitate diuinæ ſubſtantiæ ſepararet. Vnius nō eſt: vt ſubaudias, ſubſtantiæ: quia in Chriſto ſicut vna perſona, ita gemina ſubſtantia. *Si enim data eſſet lex, quæ poſſet viuificare.* Sicut ad Romanos. Nam quod impoſſibile erat legis in quo infirmabatur: ſcilicet quia iam à nemine ſeruabatur: ſi enim non viuificabatur, quomodo mortuos ad regnum

B mittebat? *Vere ex lege eſſet iuſtitia.* Hæreditatem iuſtitiam nominauit, vel certe iuſtitiam, quæ ex fide eſt noui teſtamenti. *Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato.* Deprehendit. *Vt promiſſio Ieſu Chriſti daretur credentibus.* Vt neceſſe eſſet ſola fide per gratiam ſaluari credentes. *Prius autem quam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur.* Priuſquā veniret cui crederemus, vel per quam crederemus. Si venit, vbi ſunt qui dicūt, quod ex natura ſit fides? *Concluſi in eā fidem, quæ reuelanda erat.* Seruabamur à lege huic fidei, quæ erat reuelanda. Ergo nō eſt ex natura, quæ quandoq; poſt legem eſt reuelata. *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.* Perfectæ ætatis diſcipuli non indigent pædagogo. *Vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides, iā nō ſumus ſub pædagogo.* Diligēter aduerte, quoties dicit, Ex fide: vt confundantur illi: qui dicunt, quod lex ad regnū miſerit ſine gratia: & nō intelligunt, quod quicunq; ſub lege ſaluati ſunt, gratia ſunt ſaluati, quia ex fide: quā gratia tribuit. *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu.* Omnes n. æqualiter & Iudæi, & gentes per fidē ſolam, qua dono Dei creditis Chriſto. *Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Filiū Dei induti, & toti eius mēbra per baptiſmi ſanctificationem effecti, filii Dei ſitis, neceſſe eſt. Vt quid ergo

C vobis legē, quæ peccatoribus data eſt, quibus iam peccata remiſſa ſunt? *Non eſt Iudæus, neque Græcus.* Tunc inter Iudæū & proſelytū, etiam inter tribum & tribū & in iſtis omnibus diuerſitas erat. *Non eſt ſeruus, neque liber.* Nō conditione ſeparantur, ſed fide: quia poteſt & ſeruus libero eſſe melior: & liber ſeruū in fidei qualitate præuenire. *Non eſt maſculus neq; fœmina. Omnes enim vos vnū eſtis in Chriſto Ieſu.* Fortitudine, & imbecillitate corporū ſeparantur. Cæterum fides in meoris deuotione cenſetur: Nam ſæpe mulier viro fit cauſa ſalutis. *Si autem vos Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes.* Si corpus Chriſti vnum omnes facti eſtis. Abrahæ ſemen eſtis & veri hæredes: non ex carnali ſemine,

Cap. IV. ſed ex diuina promiſſione. *Dico autem, Quanto tempore hæres paruulus eſt.* Secundum comparationem cœptam loquitur. *Nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre.* Quia in illos dominatum ſacerdotes & principes exercebant, quos tutores & actores appellat. Modo autem non dominari, ſed formam exhibere iubentur: quia omnes genus ſumus ſacerdotale, & omnia communiter, quamuis per illos ſacraméta

D percipimus. Tutores autem & actores poſſunt & prophetæ accipi, quorum verbis quotidie in aduentum ſaluatoris erudiebamur, ſicut pædagogus lex Moyſi ſuperius dicta eſt. Recte ij ſub tutoribus & actoribus eſſe dicuntur, qui habētes ſpiritum timoris, necdum meruerunt ſpiritū libertatis, & adoptionis accipere. Ætas enim infantiæ ad peccata formidat, pædagogum metuit, non confidit ſe liberam, licet per naturam domina ſit: *Ita & nos cum eſſemus paruuli.* Poteſt

E intelligi, quandiu quis paruulus eſt, nec ſtatutum à patre tēpus impleuit, vt filius & hæres appellari queat. *Sub elementis huius mundi eramus ſeruientes.* Dierum & temporū, quæ propter infirmitatem, & ne idola obſeruaremus, aliquando accepimus: elementa mūdi eos quos ſupra tutores & actores dixerat appellauit, quod ſub ipſis primum præſidibus cōſtituti, quia necdū filij Dei ad nos capere poteramus aduentū. Alii elementa mundi, cœlum & terram, & ea quæ intra hęc ſunt, dixerunt. Alii legem interpretantur elementa, & eloquia prophetarum; quod per hæc quaſi initia & exordia literarum Dei timorem, qui ſapientiæ principium eſt, ſuſcipiamus. Tamen ſimpliciter elemēta pro literis accipiūtur, vel lex & prophetæ, quod per ea initiātur homines: & nō tā ſui, quā alterius rei vtilitate diſcantur: vt poſſimus orationē legere contextam, in qua ſenſus magis, & ordo verborum, quam literarū principia conſiderantur. *At vbi venit plenitudo temporis.* Quando iam legem nemo poterat per conſuetudinem cuſtodire, vel quod in præſentia ſua decreuerat ſe facturū. *Miſit Deus filiū ſuū.* Miſſio filii incarnatio eius intelligitur, non diminutio maieſtatis. *Factū ex muliere.* Mulier, nō

F corruptionem, ſed ſexū ſignificat. Deniq; Eua ſtatim vt facta eſt, mulier appellatur. Quomodo ſub lege factus eſt, vt eos qui ſub lege erant redimeret? Nā ſi aliter ſaluari nō poterant, ſic propter illos qui nati erant, ex muliere & fœmina naſci voluit. Nā & baptiſmū ideo quaſi pœnitens, cum eſſet à peccatis liber, accepit, vt cæteros edoceret mūdandos eſſe per baptiſmū. *Factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erāt, redimeret.* Quia ſi ſub lege factus non eſſet, Iudęos ſaluare non poterat. Gētes vero poterat poſitas ſub lege redimere. *Vt adoptionem filiorum reciperemus.* Non enim omnes recipiſſemus adoptionem, ſi factus ſub lege non eſſet. *Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus ſpiritum filii ſui in corda veſtra clamantem, abba pater.* Probat nos filios eſſe Dei, vt ſpiritū, quē in ſe habuit, Chriſti acciperemus. Clamātem, i. clamare nos facientem. *Itaq; iā nō es ſeruus ſed filius: quod ſi filius, & hæres per Deū.* Quid vis ſeruus fieri, qui accipiens ſpiritū filii, filius & hæres effectus, non per meritum proprium nec per naturam? *Sed tūc quidem ignorantes Deū.* Conuertit ſe ad illos, hoc eſt, ex gentibus credētes, & arguit illos, quod dies feſtos velint & tēpora Iudaica obſeruare, ſicut antea ad idola faciebant. Nam

G & Iudæis ideo iſti dies conceſſi ſunt, ne eos amore feſtiuitatis idolis exhiberent. *His qui natura non ſunt Dij, ſeruiebatis. Nunc autē cū cognoueritis Deū, imo cogniti ſitis à Deo, quomodo cōuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis?* Quia non nouit iniquos. nō ergo vos illū quæſiſtis, ſed ille vos. *Dies obſeruatis, & mēſes, & tēpora.* Nos non ſimiliter: nō n. Calendas colimus, nec dies feſtos in luxuriis, ſicut illi, & epulis celebramus: ſed in azymis ſinceritatis, & veritatis. *Et annos.* Forte de ſeptimo remiſſionis anno dicit: aut de quinquageſimo: i. iubileo. *Timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.* Nihil enī profeci Chriſtianos vos faciédo, ſi iſta iterū obſeruatis. *Eſtote ſicut ego.* Sācti eſtote, & pfectiora ſapite. *Quia & ego ſicut vos.* Homo q ſine querela vixi in lege, omnia vt ſtercora arbitratus ſum, vt Chriſtū lucrifacerē. *Fratres obſecro vos, nihil me læſiſtis.* Vt ne merito putetis me inimicitiarū, & non ſalutis veſtræ cauſa moueri. Lædit diſcipulus magiſtrum, ſi per negligentiā ſuā præcepta laboremq; eius ſpernit. *Scitis autem quia per infirmitatē carnis euangelizaui vobis iāpridē.* Siue paſſionū, ſiue naturalem infirmitatem; quia habebat theſaurum in vaſis fictilibus. Per infirmitatem carnis docet, qui dicit, ſi ſe nō cōtinent, nubant: hoc eſt humi-

H liora præcepta dedi vobis, quaſi paruulis. Poteſt & ita accipi: quando veni ad vos, non veni in ſermone ſapientiæ: ſed humilis, atq; contemptus. *Et tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis.* Grandis tentatio eſt diſcipulis, ſi magiſter aut infirmetur, aut impune lædatur. Sed ideo hic à Deo iſta pati permittuntur, vt virtutem in infirmitate perficiant, & vt corruptionem ſentientes incorruptam vitam maiori ardore deſiderent. *Sed ſicut angelum Dei excepiſtis me.* Cum ſe angelo comparatum dicit, oſtendit angelum maiorem. *Sicut Chriſtum Ieſum.* Non ſolum vt angelum, quia me ita ſuſcepiſtis. *Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimonium enim perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.* Oſtendit quāta eum charitate ſuſceperint, & quomodo ſe totos eius doctrinæ tradiderint, vt quæ

charissi-

A charißima ſuni, corporis ſui mébra eidé dare cuperét, quo vel ſic euangelico lumini vicem redderét, ſi ſua lumina tradidiſſent. *Ergo inimicus vobis factus ſum, verũ vobis dicens?* Hæc eſt natura veritatis, vt eam inimicitiæ proſequantur, ſicut per adulationem pernicioſæ amicitiæ proſequuntur. Libenter n. quod delectat, auditur: offendit omne quod nolumus: ſicut & ij diligere cœperát ſabbati otium, & dierum feſtorum epulas, prædicantes contra Apoſtolũ, qui omné continentiá ſuo docebat exemplo. *Aemulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.* Aemulus & imitator intelligi poteſt, & inimicus, & inuidus. Nó bene æmulatur, qui vt alium deiciat, nó vt ipſe proficiat, æmulatur. *Bonum autem æmulamini in bona ſemper, & non tantum cum præſens ſum apud vos.* Nolite illos æmulari, ſed bonum ſéper æmulamini, non ad tempus. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Per euangelium in lucem productos, & per doctrinã genui. Oſtendit per pœnitentiã poſſe renaſci. Iterum me dolorẽ ſuſtinere feciſtis. In illo vero Chriſtus formatur, qui virtutum fidei eius intelligit: & in quo omnis conuerſatio eius exprimitur atque depingitur. Formatur Chriſtus in corde credentium, cum omnia illis ſacramenta panduntur, & ea quæ obſcura videbantur, perſpicua fiunt. *Vellem autẽ eſſe apud vos modo.* Quia ſcribere tanta nó poſſum, quãta vos audire miremini. Et *mutarem vocem meam.* Vocem blandientis patris, in furoré magiſtri vertere arguétis. Doctrina ſcripturæ diuinæ ædificat & delectat, ſed multo plus

B prodeſt, ſi de literis vertatur in vocem. Magnã ſiquidé vim habet vox viua, quæ ſic exponitur, quomodo in corde generatur. *Quoniam confundor in vobis. Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis?* Detrimẽtum diſcipulorum confuſio & opprobrium eſt magiſtri, ſicut & profectus eorum gloria eſt præceptoris. Cófunditur enim in eis, quia iam filii facti, ſerui eſſe deſiderant. *Scriptum eſt enim, quoniã Abrahã duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem.* Iſmael carnis filius, Iſaac fidei fuit. Illum n. Abrahã ſecundũ carnalem cóſuetudinem genuit: iſtum contra naturam, per repromiſſionem, credendo ſuſcepit. Qui ſunt ſecundum carnẽ nati, niſi dilectores mundi? Qui ſunt per repromiſſioné nati, niſi amatores regni cœlorum? quia & ipſis promiſſum eſt deſiderantibus vitam æternam, gratis colentibus Deum. *Quæ ſunt per allegoriã dicta.* Hoc eſt, aliud ex alio figuratum. Dedit regulam Apoſtolus, quomodo allegorizare debemus: ſcilicet vt manente veritate hiſtoriæ, figuras intelligamus. Nã cum dixiſſet Abrahã vere duas vxores habuiſſe: poſtea quid hæ ipſæ pfigurarét oſtẽdit: & hoc ipſum fecit, vbi aliqua ſanctorum facta referuntur: nó vbi peccata

C dãnantur. Cæterum delicta myſteria dicere, Deum aut impoſſibilitatis aut ignorantiæ notare eſt: qui aut aliter ſacramẽta ſua monſtrare nó potuerit, aut neſciens ſibi neceſſaria, peccata quorundã antea generaliter cõdemnauerit. Deinde vel poſtea ea non reprehẽdiſſet, & vindicaſſet, ſi illa propter myſteria ſua fieri ipſe voluiſſet: præcepta vero difficile inuenies ita interpretata, ne eorum virtuté euacuare videretur. *Hæc n. ſunt duo teſtamenta, vnũ quidem à mõte Sina.* Vetus & nouum, quaſi duæ matres, & quod in monte Sinai per Moyſen datum eſt. *In ſeruitutem.* Subauditur, legis: *Generãs.* Iudæi metu etiã præſenti cogebantur, vt ſeruirét: legis ſeruitutis terrentur, Chriſtiani præmiis inuitantur vt liberi. Illi quaſi ſerui præter moralia præcepta etiã diuerſis operibus occupantur: nobis tanquã filiis adimpletis moralibus momentis omnia ſeruilia onera auferuntur, & illi ſacerdotib. ex debito ſeruientes, etiã tributa reddere cogebãtur. Nos vero præter charitatem nihil debentes, eos voluntarie honoramus. Ex ipſo genere fuerunt, qui dominum crucifixerunt

D & in eadẽ infidelitate manſerunt: inde ſunt per omnes terras diſperſi, vt ex eorum codicib⁹ Chriſtianæ nó deſit teſtimonium veritati. Ex veteri igitur teſtamẽto Deus condidit nouum: quia Deo placuit vſq; ad plenitudinem temporis promiſſis terrenis tanquam in præmio cóſtitutis promiſſa reuelare cœleſtia, & populo terrenis bonis initiãti in tabulis lapideis legé dedit. *Quæ eſt Agar.* Ancilla Abrahæ. *Sina enim mons eſt in Arabia.* De qualitatibus locorum vult intelligi diuerſitatem teſtamentorum. *Qui coniunctus eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cum filiis ſuis.* Confinis. *Illa autem quæ*

E *ſurſum eſt.* Ideo & de cœlo aduenit mediator & pontifex noui teſtamenti. Et euangelium non in vno loco, ſed in toto mundo eſt prædicatum. *Hieruſalem libera eſt.* Filii liberæ ſerui eſſe non debent. *Quæ eſt mater omnium noſtrum.* Hoc eſt multitudinis credentium. *Scriptum eſt enim, Lætare ſterilis, quæ non paris.* Probat aliam matrem nos habere meliorem q̃ Iudæi, Hieruſalem plenam iniquitatis. *Erumpe & clama, quæ non parturis.* Clama præ magna lætitia. *Quia multi filii deſertæ.* Quod præfigurabat Anna, quæ dixit, Sterilis peperit ſeptem, & fœcoſa in filiis infirmata eſt. *Magis quam eius quæ habet virum.* Quæ de fœcunditate gloriatur, virum habere ſe putans: aut quia iam habebat, antequam eiiceretur ancilla cum filio ſuo. *Nos autem fratres ſecundum Iſaac.* Quomodo de Iſaac promiſſum eſt Abrahæ ita & de nobis: quia in eo benedicerentur omnes gentes. *Promiſſionis filii ſumus.* Non ſecundum Iſmael carnis. *Sed quomodo tunc qui ſecundum carnem natus fuerat* Non ſolum Iudæi, ſed carnales Chriſtiani hodie quoque perſequuntur eccleſiam, aut detrahẽdo, aut immittendo calumnias, aut male viuendo, quæ longe maior eſt perſecutio. Semper quidẽ qui carnales ſunt, eos qui ſpiritales ſunt perſequuntur: quod mirari nó debemus,

F ſi ea hoc nos ſpiritales intelligamus ſi tales nos inſectentur. *Perſequebatur eũ qui ſecundũ ſpiritum.* In Geneſi quidem ſcriptum eſt, Quia ludebat Iſmael cum Iſaac. Sed hic oſtenditur non ſimplex luſus fuiſſe qui perſecutio nominatur ſed quia ſcurrilem eum, & leuem volebat facere qualis ipſe erat, ne ei in hæreditate præponeretur. Ideo Abraham de eiiciendo eo vocem Saræ audire iubetur. Forte Iſmael quaſi maior natu, & eo tempore circumciſus, quo iam poterat intelligere & ſentire, quod paſſus ſibi primogenita vindicabat, ſcriptura iurgium paruulorũ luſum vocabat: hodieq; Iudæi plus quam gentiles perſequuntur eccleſiam. *Ita & nunc.* Ita vos iſti ſui ſimiles eſſe deſiderant ſeruos. *Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillam & filiũ eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres nõ ſumus ancillæ filii.* Quãtumuis ſe iniquitas extollat, ancilla eſt, & ſubiiciẽda eſt ſãctis: quantumuis ſe extollãt, & filios Abrahæ eſſe ſe iactẽt. Quãdiu ancillæ filii fuerint, vobiſcum hæreditatem habere non poſſunt. *Sed liberæ.* Non ergo debemus derelicta matre noſtra ancillam ſequi: quia licet eiuſdẽ viri fuerit vxor, tamen ad tempus quia nondum poterat Sara generare. *Qua libertate Chriſtus nos liberauit.* Redemit de manu inimici. *Sta-* Cap. V.

G *te.* In hac euangelii firmi eſtote. *Et nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.* Iam enim ſecub tempus effluxit: iam tenebræ tranſierunt & verum lumen iam lucet. non debetis vltra iugum trahere cum ſeruis. Iugum ſeruitutis, legem vocat duram, difficilem, laborioſam, quæ cultores ſuos graui onere conſumebat, quod Chriſtus abſtulit a nobis illud grauiſſimum multarum obſeruationum iugum, ne carnaliter circumcidamur, vel reliqua huiuſmodi: ſed ea ſpiritualiter intellecta teneamus, remotiſq; vmbris ſignificantibus, in rerum ipſarum, quæ ſignificãtur, luce vigilemus. Nã & ad nos pertinet, Ne memor ſis iniuriæ ciuium tuorum: &, Alienum ſi quis inueneris, reddat & reliqua. Maximeq; ipſum decalogum, excepta ſabbati obſeruantia, carnaliter continent. *Ecce ego Paulus dico vobis.* Ego Paulus audenter vobis dico, neminem pertimeſcens, non occultans nomen meum, vt audientes non iam miſſi, quam mineris autoritate moueantur. *Quoniam ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.* Quem vobis ſolum ad ſalutem ſu. ficere non putatis. *Teſtificor autem rurſum omni homini circumcidẽti ſe.* Qui caput operum legis ſuſcepit, neceſſe eſt, vt vniuerſa perſoluat, & maledicto ſubiaceat. *Quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* Debitor eſt non ſo-

H lum circumciſionis, ſed & dies feſtos Hieroſolymis frequentando, hoſtiarum holocauſta offerre: & reliqua. *Euacuati eſtis à Chriſto.* Si enim in lege ſpem ponitis, infirmam Chriſti gratiam iudicatis: & quod gratis iam accepiſtis, tanquam non habentes, propriis vultis laboribus adipiſci. *Qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis.* Iuſtificari vultis, & vmbram magis quã veritaté ſequi. Quis ita ſit ſurdus aduerſus apoſtoli voces, vt audeat dicere, legem eſſe gratiã: cum clamet Apoſtolus, Qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis? *Nos enim ſpiritu.* Spiritalibus actibus, non carnalibus. *Ex fide.* Non ex lege, *Spem iuſtitiæ.* Spe n. ſaluati ſumus. *Expectamus.* Moraliter ſpiritum ad diſtinctionem literæ poſuit. Spes vero iuſtitiæ

A Chriſtus intelligendus: quia ipſe eſt veritas, patientia, ſpes, iuſtitia, omnis virtus: cuius nos ſecundum expectamus aduentũ, quo iudicaturus eſt omnia: etiã non in patiẽtia, ſed in terrore & iuſtitia affuturus. *Nã in Chriſto Ieſu.* Valebat in lege non valebat in Chriſto. *Neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium.* Nec circũciſio prodeſt, nec præputiũ obeſt. *Sed fides.* Ergo & fides operatur: qui n. credit Deo, attendit mandatis. Nam qui credit futuris amplius operatur, q̃ qui præſentem pœnã metuit. *Quæ per charitatẽ operatur.* Non per timorem. *Currebatis bene. quis vos impediuit veritati non obedire?* Fide igreſſibus & moralib. diſciplinis, qui vos iterũ vocat, quis ille fuit, qui vos legis onerib. impediuit, quæ nec ipſi ferre potuerunt? *Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui vocat vos.* Perſuaſionem iſtã non dicit Dei eſſe: ſed eorum qui talia aſſerunt: hortatur eos nullum eorum audire debere. *Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Ne quis diceret, quur omnes corripis, dum vni omnes errauerint? prædicit quod modicum fermentum malitiæ totam poſſit eccleſiæ maſſam corrumpere. Nolite putare paucorum hominũ, qui à Iudæa venientes aliud docent, inſidias contẽnendas, quia modicum fermẽtum totam maſſam corrumpit. *Ego confido in vobis in Domino.* In vobis: qui necdum eſtis prauitate corrupti. *Quod nihil aliud ſapietis.* Quã veritas habet. *Qui autem conturbabat vos, portabit iudicium, quicunq; eſt ille.* Qui conturbat vos ab euangelii veritate. *Ego autem fratres ſi circumciſionem adhuc prædico.* Sicut de

B me vobis mentiti ſunt ſeductores, quòd ita illis prædicarem. *Quid adhuc perſecutionẽ patior.* Tanquã legis & circumciſionis inimicos. Omne, inquit, in me odium Iudæorũ, & cum aduerſum me frendeant inſania, ob aliud non eſt, niſi quia doceo gentes non debere circumcidi, & legis onera ſuperflua, et abolita, cuſtodire: quia veniẽte veritate vmbræ ceſſarunt. *Ergo euacuatũ eſt ſcandalũ crucis.* Ideo n. ſcandalizãtur, quod in ſola fide crucis dico eſſe ſalutẽ. Ac per hoc illi inimici ſunt crucis eius, qui per legẽ dicunt eſſe iuſtitiam, ad quã iubere pertinet, nõ iuuare. *Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant.* Quidam dicunt, vtinam abſcindantur ab errore, & integrantur veritati: alij dicunt, ſi putant ſibi hoc prodeſſe, non ſolum circumcidantur, ſed etiam abſcindantur, ſi expoliatio membri proficit. *Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres, tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis.* In liber-

C tatem noui teſtamenti, in tantum ne per occaſionem circumciſionis ad legis ſeruitia reuocemini. Et ne libertate viuendi in occaſione carnis vtantur, ſcilicet ne iuxta carnem viuant. Iuxta carnem circumcidantur. Iuxta carnem legis præcepta obſeruent. Si ſpiritu magis ſtent ſpiritu præputium carnis abſcindant, & ad ſpiritus intelligentiam alius ad tendentes humilitatem literæ derelinquant. *Sed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* Non ſuperbiam docet, ſed voluntarium debet eſſe ſeruitium, non coactum: quia charitas non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ proximi. *Omnis enim lex in vno ſermone impletur.* Legis etiam ipſa moralia quæ quæruntur, vno poſſunt ſermone concludi, & vno præcepto compleri. Non ergo ſola ad vitam ſufficit fides, vt laciniosa legis præcepta vno dilectionis capitulo concludantur. *Diliges proximum tuum.* Charitas, vel dilectio in quatuor modis completur: hoc eſt, primo Deus diligendus eſt: ſecundo nos ipſos diligamus: tertio proximos: quarto inimicos. Deum plus quam nos proximum ſicut nos, inimicum

D quaſi proximũ. & niſi Deum primum dilexerimus, nos diligere non poſſumus: hoc eſt, non peccare: & ſi nos non diligamus, ad quam formam proximos diligemus? ſi autem proximum non amamus, multo magis inimicum. Si ergo volumus dilectionem habere, primo Deum plus quam animas noſtras diligamus: quod ita probatur: ſi propter Deum etiam ſalutem noſtram, & ipſas animas contemnamus, non ergo ſola ad vitam ſufficit fides? *Sicut teipſum.* Qui dicit ſe diligere proximum, non ſolum ei malum non facit, quod ſibi non vult, ſed etiam bonum facit ei, quod ſibi vult ab alio fieri; & vniuerſam legem implet, quæ duo habet genera mandatorum. hoc eſt, non faciendum malum, & faciendum bonum. *Quod ſi inuicem mordetis & comeditis.* Per contentionem, quia vos meliores alterutrum iudicatis, quando detrahitis alterutrum, quando aliena torquemini felicitate, & ex alterius bono veſtrum malum facitis, cum inuicẽ mordens, & quando maledicto vos putatis vlciſci, vel ſiue

E ſecundum legẽ, oculum pro oculo, & reliqua legis præcepta ad reuindicandum parata quæritis, vt morſum ſequatur remorſus vt quæ videtur iuſtitia eſſe, conſumptio ſit non vnum vindicãs, ſed vtrumq; conſumens. *Videte ne ab inuicem conſumamini.* Dum alter alteri occaſio perditionis exiſtit. *Dico autẽ, ſpiritu ambulate.* Spiritalibus actibus quos infra deſcribit. *Et deſideria carnis non perficietis.* Non quod caro ſine anima concupiſcat: ſed ipſa anima, quando carnalia cogitat, caro dicitur: quando diuina, vnus ſpiritus cum Deo. Quandiu ergo duplex in nobis deſiderium, vel voluntas eſt, non perficimus quæcunq; volumus. Vno ædificante, & alio deſtruente nõ perficimus: dum reluctamur deſideriis. Et hoc notandum, quod non dixerit, ne habueritis, ſed ne perfeceritis: id eſt, ne conſenſum præbeatis & deſinatis facere. *Cum enim concupiſcit.* Carnales actus. Non n. caro ſine anima concupiſcit, quamuis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter anima concupiſcit. Tunc enim erit iuſtus ſine vllo omnino peccato, quia lex nulla erit in membris ei⁹ repugnans legi mentis eius. ſed prorſus tota anima & mente diligit Deum, quod eſt primum, ſummumq; præceptum.

F *Aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur.* Aduerſus ſpiritalem actum: caro adulterium, ſpiritus caſtitatem deſiderat. *Vt non quæcunq; vultis, illa faciatis.* Hæc facit ratio, vt voluntatem conſequatur effectus: quia in hac vita pugnat caro contra ſpiritum, & ſpiritus contra carnem. *Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* Si vos totos ſpiritalibus occupetis, non vobis opus eſt lex, quæ carnalibus data eſt. Si ſpiritu, inquit, ducimini non eſtis ſub lege. Lege vtiq; quæ timorem incutit, non quæ tribuit charitatẽ. Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordib. noſtris non per legis literam, ſed per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Hæc eſt lex libertatis, non ſeruitutis. Inquantum quiſq; ſpiritu ducitur, non eſt ſub lege: quia quantũ condelectatur lege Dei, non eſt ſub legis timore. qui timor tormentum habet, non delectationem. *Manifeſta autem ſunt opera carnis.* Nec difficile eſt diſcernere inter carnalia opera atq; ſpiritalia. *Quæ ſunt, fornicatio.* Principium operum carnis, fornicatio. *Immunditia, impudicitia, luxuria idolorũ ſeruitus.* Quam faciebat Onam, filius Iudæ. *Veneficia, inimicitiæ,*

G *contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones ſectæ, inuidia, homicidia ebrietates, comeſſationes.* Inimicitias & cætera ſimilia carnalia dixit quæ animæ ſunt, non carnis: ne Manichæi carnem accuſare putarent. Sed omne malum carnale definiuit, quia carnalia cogitando efficitur. Omne vero bonum ſpiritale, quia deſurſum deſcendit. *Et his ſimilia.* Poteſtis ex his cetera ipſi colligere. *Quæ prædico vobis, ſicut prædixi quoniã qui talia agunt regnum Dei non conſequentur.* Notandum itaq; plangendumq;, quod contendentes, & diſſidentes & iracundos, cum idololatris, veneficis, & homicidis, penitus excluſit à regno. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas.* Omnium virtutum prima eſt charitas, quæ ſicut notauimus, in quatuor diuiditur partes, in dilectionem Dei, in ſuam vniuſcuiuſque, in proximi & inimici. *Gaudium.* Spiritale. *Pax.* Si tranquilla mens nullis paſſionibus perturbetur. *Longanimitas.* Iniurias illatas ſuſtinere. *Bonitas* Semper benefacere velle. *Benignitas* Nulli iniuriam facere: ſed & ſibi factam patienter tolerare. *Manſuetudo, fides.* Notandum, quod & fides à Deo detur: quam inter fructus ſpiritus ſeptimo loco apo-

H ſtolus poſuit, & hoc notandum, quia à Deo eſt fides, vel Deo credere, vel hominib. promiſſa complere. *Modeſtia.* Nõ iraſci. *Continentia, caſtitas.* Continentia pro tempore eſt: caſtitas ſempiterna. Et non ſolum à fornicatione, ſed ab omni iniquitate cõtinere. *Aduerſus huiuſmodi non eſt lex.* Non n. iſta prohibuit: & qui nouum implet, non eſt in veteri teſtamẽto. *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.* Si omnia ſimul vitia crucifixa ſunt, & caro quaſi pendens nihil cõcupiſcit, vt quid nobis legẽ, quæ data eſt ad vitia coercenda. Simul illud notandũ, quod eos dixerit Chriſti eſſe, qui carnẽ cum vitiis, & concupiſcentiis crucifigunt. Contra illos qui ſolam fidẽ ſufficere arbitrabãtur.

Si viuimus ſpiritu, ſpiritu & ambulemus. Per ſpiritum vitã habemus, ſi ſpiritaliter conuerſemur, & non legi carnaliter ſeruiamus. Quis eſt autem qui viuit ſpiritu, niſi abſcõditus homo noſter, qui & iuxta carnem interdum ſolet viuere? ſed cum ſpiritu vixerit, ſpiritu ambulat. Cum in carne vo- Cap. VI.

A luerit ambulare, viuens mortuus eſt. Vir perfectus in Chriſto, ſemper viuit ſpiritu: ſpiritu obedit, nunquam viuit in carne. E contra qui ſe totum carni dederit, & paſſionibus deputarit, nunquam viuit in ſpiritu. Inter hos medii ſunt, quos nec ſpiritales poſſumus appellare, ne carneos. ſed qui inter virtutes & vitia fluctuantes, nunc ad meliora retrahuntur, & ſpiritus ſunt: nunc carnis lubrico ſupplantantur, & caro ſunt. Si ſpiritu inquit, viuimus: ſpiritu obtemperemus, nequaquam per legem, ſed per charitatem, nobis inuicem ſeruientes. Non debemus de ſcripturarum interpretatione contendere, & dicere. Verbi gratia: Circuncisio melior eſt: non, ſed præputium. Contemnenda hiſtoria, & allegoria ſequenda: imo allegoria vana eſt, & vmbratica, & nullis veritatis fulta radicibus. Vnde venit, vt inuicem naſcantur inuidiæ. Excludere enim, ait, vos volunt, vt illos æmulemini: non tam veritatem legis volentes docere, quam vincere *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes* Iſtæ grandes expoſitiones de Commentis S. Hieronymi ſunt ad Galatas. Inanis gloria eſt, ſi in iis ſunt quæ non præcipiuntur in lege, vt abſtinentia omnis carnis cogamus facere quod facimus, & cum ipſa iam non potuerimus hæc ſuperflua eſſe dicimus. Dicam plane, nec tacebo paſſionem meam, paſſionem pene communem, non de diuitiis, non de potentia, non de pulchritudine, &
B corporum venuſtate gloriandum: hæc enim manifeſte inter carnis opera numerantur. Eleemoſyna ſi ob laudem fiat, inanis eſt gloria: Longa oratio, pallor ex ieiuniis ſequens. Non mea ſunt verba, ſed ſaluatoris in euangelio perſonantis. Ipſa quoque caſtitas in matrimonio, in viduitate, in virginibus, ſæpe plauſum quærit humanum: & quod dudum timeo dicere, ſed dicendum eſt, martyrium ipſum ſi ideo fiat, vt admirationi & laudi habeamur à fratribus, fruſtra ſanguis effuſus eſt. Loquitur apoſtolus, loquatur vas electionis: Si tradidero corpus meum, vt glorier, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ille qui dixerat, Scio hominem in Chriſto, ante annos quatuordecim ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum vſq; ad tertium cœlum: & reliqua. Illi inquam, qui plus omnib. laborauit, ne magnitudo reuelationum extolleret eum, datus eſt ſtimulus carnis eius, angelus ſathanæ, qui eum colaphizaret, vt non extolleretur Et certe ter dominũ rogauit, vt diſcederet ab eo: ſed dictum eſt ei, Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim in infirmitate perficitur. Quid tam Dei opus, quam ſcripturas legere, in eccleſia prædicare, ſacerdotium cupere, ante altare domini miniſtrare Sed hæc, niſi aliquis omni diligentia cuſtodierit
C cor ſuum, de cupiditate laudis oriuntur. Videas pleroſque (quod etiam Tullius ait) libros ſuos de contemnenda gloria inſcribere: & cauſa gloriæ proprii nominis titulos prænotare. Interpretamur ſcripturas ſæpe, & quæ digna lectione ſunt ſcribimus, & niſi cauſa Chriſti fiant, ſed memoriæ ad poſteros, & famæ in populos, totus labor irritus fiet: & erimus quaſi tympanum ſonans, & cymbalũ concrepans. Videas pleroſq; de ſcripturis, inter ſe contendere, & athleticum ſcamma Dei facere ſermonem: inuicem prouocant: & ſi victi fuerint, inuident victoribus: inanis quippe gloriæ cupidi ſunt. *Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpiritales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.* Præuenitur humana fragilitas in leuioribus, quæ ex inſperato contingunt: cæterum non eſt præuentio, vbi aliquid cum conſilio diu meditato committitur. non his dicit qui non fuerunt perſuaſi, vt non manſuete corrigant præuentos. Sciens Paulus eius Dei ſe eſſe cultorem, qui nollet mortẽ peccatoris, ſed pœnitentiam, & omnẽ creaturam, licet non peccet, ta-
D men poſſe peccare: eum quoq;, qui ſpiritualis eſt, cohortatur ſui timore, ne peccet, & manũ porrigere corruenti: Et pulchre præoccupatũ in delicto hominem vocat, qui mori poſſit, ex ipſo nomine fragilitatẽ conditionis oſtendens: vt dignus ſit venia, qui velut homo errore deceptus, & merſus in voraginem, ſeipſum ſine auxilio & adiutore erigere non poſſit. Notandum, quod non peccatis pluribus, ſed qui vitio aliquo præoccupatus errauit, illi lenitatis ſpiritum & manſuetudinis in correctione peccati ſpiritualis adhibeat, ne rigidus, ne iratus, & triſtis corrigere cupiat errantem: ſed prouocet eum ſponte ad ſalutem, veniam repromittens: & Chriſti teſtimonium proferat, quo graui legis & peccatorũ

E onere depreſſos ad iugum ſuum ſuaue, & leue inuitet onus: vt diſcat quia humilis ſit, & mitis, & manſuetus corde, & inueniat requiem animæ ſuæ. Vtamur hoc teſtimonio aduerſus hæreticos, qui diuerſas fingentes fabulas, naturæ aiunt ſpiritalẽ eſſe arborem, & nunquam malos afferre fructus. Ecce apoſtolus, cuius & ipſi autoritatẽ ſequuntur, dicit eos qui ſpiritales ſunt poſſe peccare, ſi per altitudinẽ cordis ſui inflentur & corruant. Quod & nos quoq; fatemur, & eos quoq; ſpiritales fieri ſi ad meliora reuertantur. Opponi poteſt illud, quod ad Corinthios ſcribitur: Quid vultis? in virga veniã ad vos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis? Si mihi ad peccatores non in ſpiritu manſuetudinis, ſed in virga venire ſe dicit: quomodo nunc illis, qui in aliquo peccato præuenti fuerint, nõ virgam adhibet, ſed ſpiritum manſuetudinis? Verũ ad eos dicitur, qui poſt peccatũ non ſcientes errorem ſuum, nolebant maiorib. ſuis ſubdi, & pœnitentia corrigi. Vbi vero peccator intelligens vulnus ſuum, tradit ſe medico curandum, ibi non eſt virga neceſſaria, ſed ſpiritus lenitatis. Sed & illud forte quæritur, Quod ſi propterea inſtruere quis debeat peccatorẽ in ſpiritu lenitatis,
F quia conſideres te, ne & ipſe tenteris: ergo iuſt⁹, qui de ſua certus eſt mente, qui ſcit non poſſe ſe labi, non inſtruet peccatorẽ in ſpiritu lenitatis? Ad quod dicimus etiã ſi victor inſtus, ſciens quanto labore ſuperauerit: magis peccanti veniã largietur. Si quis ergo vſq; ad ſenectam in virginitate permanſerit, ignoſcat ei, qui adoleſcentiæ quodã calore deceptus eſt, ſciens quantis difficultatib. illam tranſierit ætatem. Si quis pro nominis Chriſti confeſſione cruciatus in tormentis viderit quempiã denegaſſe, compatietur vulneribus negatoris, & non tam illũ victum, quam ſe viciſſe miretur. Cautelã quoq; ſcribentis attendite, quia non dixit, Cõſiderans te, ne & tu cadas: ſed, ne tu tenteris. Vinci quippe, vel vincere, nonnunquã adiutore Deo in noſtra eſt poteſtate. Cæterum tentari in poteſtate tentantis eſt: ſi in ſaluator tentatus eſt, quis poteſt eſſe ſecurus intentatũ ſe vitæ huius maria tranſire? Non ergo Paulus deſperat ſalutẽ: ſed manũ porrigit deprecanti, & quantũ in ſe eſt, flet cum flente: infirmatur cum infirmo, ſuaq; iudicat aliena peccata. Iſte
G per charitatem adimplet legem Chriſti, quæ lex eſt, Hoc eſt mandatũ meum. vt diligatis inuicẽ. Quæ lex filii Dei eſt: Diligite alterutrum, ſicut & ego dilexi vos. Qui clementiã nõ habet, nec indutus eſt viſcera miſericordiæ, & lachrymarũ, quamuis ſpiritalis ſit, non adimplet legẽ Chriſti. Sed & ſi quis infirmus in fide eſt, & adhuc lacte nutritur infantiæ, nec poteſt tam cito a legali obſeruatione ad ſpiritalia ſacramenta tranſire: vos qui robuſtiores eſtis, ei⁹ onera portate: ne per ſcientiam veſtrã frater pereat, pro quo Chriſtus eſt mortuus. Portat quoq; fratris neceſſitatem, qui grauatum pauperẽ onere egeſtatis adiuuat: & facit ſibi amicos de iniquo mammona. *Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Quia & tu homo es, & potes in aliquo præueniri, & adiutorio indigere. Sani n. infirmos ſuſtinent, & mortuos ſepeliunt; quia & ipſi infirmari, & mori poſſe ſe credunt. *Alter alterius onera portate.* Verbi gratia: iram fratris tu portabis, cum tu aduerſus eum nõ iraſceris. Et rurſum: Eo tempore quo te ira pręoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate ſupportet. Certe verbi gratia ſi te loquacitatem vicerit, & pertinaciam nondum vicerit, aliis vero adhuc loquax, ſed iam pertinax non
H ſit: debet ille huius loquacitatẽ, & iſte illius pertinaciã, donec illud in illo, & hoc in iſto ſanetur, charitate portare. *Et ſic adimplebitis legem Chriſti.* Lex Chriſti charitas eſt, dicentis, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis, ſicut ego dilexi vos. *Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* Qui ſe putat non poſſe tentari, ſiue plus de ſe laudanti ſe, quam ſuæ conſcientiæ credit, ſeipſum ſeducit. Si quis nõ vult onera aliena portare, & ſemetipſo ſuo tantum opere & virtute contentus eſt, non quærens quæ aliena ſunt, ſed quæ ſua: hoc eſt, ſui tantum amator & non etiã Dei, ipſe ſe ſeducit. *Opus a. ſuum probet vnuſquiſque.* Qui conſcientiam habet operis boni, & ſeipſum conſiderans, opus ſuum non reprehendit, non debet de hoc apud alium gloriari, & laudẽ ſuam foras fundere, & communicare cum cunctis, & ex hominum quærere fauore iactantiã: ſed in ſemetipſo habeat gloriam, & dicat: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mun-

dus

A dus mihi crucifixus eſt, & ego mundo. Qui gloriam quærit ab altero, huic neq; mundus crucifixus eſt, nec crucifixus eſt ipſe cum Chriſto. Recepit quippe quod quærebat ab hominibus mercedem ſuam. *Et ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero.* In ſua conſcientia, non in alterius adulatione. Item aliter. Hoc eſt portare oleum ſecum, non ex aliena laude pendere: ſed quam gloriam in ſe habebit, niſi in eum cui dicitur: Gloria mea, & exaltans caput meum? qui gloriatur in ſua iuſtitia, non in alieno peccato. Nihil enim proficit per alterius detrimentum, nec ex illius delicto in die iudicij quanto eſt iuſtior apparebit. *Vnuſquiſq; enim onus ſuum portabit.* Si vnuſquiſque onus ſuum portabit, alter alterius onera portare non poterit. Sed videndum quod ibi præceperit, vt peccantes in hac vita nos inuicem ſuſtentemus, & in præſenti ſeculo alterutrum auxilio ſimus. Hic autem de Domini dicat in reſurrectione iudicio, quod non ex alterius peccato, ſed iuxta noſtrum opus ſimus recepturi: in die iudicij hoc erit. Nam his peccantes in hac vita inuicem nos ſuſtentemus. & ideo dixit: Inuicem onera veſtra portate, &c. Onus ſuum portabit. Nō enim onus eius laus

B auferet ſeducenti. *Communicet autem is qui catechizatur verbo ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis.* Communicet ſiue obedientia, verbo, & actibus, imitatione, ſiue ſubſtantia victus, qui a magiſtris ſpiritalia accipitis: magiſtris carnalia præbete. *Nolite errare, Deus non irridetur.* Homo poteſt à ſerpente Dei vindictam negante irrideri, ſicut Eua. Nam Deus exhibet quod promittit. Nam vt omnem diaboli aſtutiam excluderet, amplius Adæ & Euæ reddidit quam promiſit. Et vxori Loth, etiam quod non prædixerat, fecit. *Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet.* Et quantum ſeminauerit. *Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem.* Qui ſpem ponit in circumciſione carnali, vel qui vitia ſeminat in ſpiritali conuerſatione, vel in fide. *Qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.* Omne quod loquimur, agimus, cogitamus, in duobus ſeminatur agris, carne & ſpiritu: ſi bona ſunt quæ de manu, corde, ore promuntur, ſeminata in ſpiritu, vitæ æternæ fructibus redundabunt: ſi mala ab agro carnis excepta, corruptionis nobis ſegetem pullulabunt. Item aliter. Qui legem carnaliter intelligit, repromiſſiones quoq; carnales, & quæ in præſenti ſeculo corrum-

C puntur, expectat. Qui autem ſpiritalis adiutor eſt, ſeminat in ſpiritu, & de ſpiritu metet vitā æternam. Illud etiam obſeruandum, quod qui ſeminat in carne, cum additamento, ſua, ponitur: qui autem ſeminat in ſpiritu, nō dicitur, in ſpiritu ſuo: ſed ſimpliciter, in ſpiritu: qui enim bona ſeminat, non in ſuo ſpiritu, ſed in Dei ſpiritu: & ideo nemo ſibi aliquid tribuat: quia Dei dona ſunt, quæcunq; bona ſunt. *Bonum autem facientes non deficiamus.* Sicut in Eccleſiaſtico ſcribitur: Non impediaris orare ſemper: & non verearis vſque ad mortem iuſtificari: quoniam merces Dei in æternū manet. Indeficientem ergo iuſtitiam indeficiens præmiū ſubſequetur: qui enim perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Cohortatur eos ad ſtudium perſeuerantiæ, qui in hac vita mercedem boni operis expectant: neſcientes quia ſicut in ſemine aliud ſationis, aliud meſſis eſt tempus, ſic & in præſenti vita ſementis eſt opera, quæ vel in ſpiritu vel in carne metuntur. Meſſis vero futurum iudicium: & pro qualitate, vel diuerſitate ſementis diuerſas nos facere meſſuras, centeſimum, ſexageſimum, & trigeſimum fructum: quam ſegetem nemo poteſt metere deficiens. Qui enim perſeue-

D rauerit, vt ſupra dictū eſt, vſq; in finem, hic ſaluus erit. Quale eſt autem, vt cum peccatores cotidie in malis operibus augeantur, nos in bono opere laſſemur. *Tempore enim ſuo metemus non deficientes.* Nunc tempus ſeminandi eſt, nō metendi: Non ergo hic mercedem noſtrā quæramus accipere: ne hyeme tenera herba dimiſſa in præſenti vt hac herba nō prematur, & non ſit quæ in futuro metatur. Dicetur, enim nobis: Recepiſtis bona veſtra in vita veſtra. Et iterum: Recepiſtis mercedem veſtram. *Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* Tempus ſementis, vt diximus, tempus eſt præſens, & vita quam currimus: in hac licet nobis quod volumus ſeminare. Cum iſta vita tranſierit, operandi tempus auferetur: ſiue ægrotemus, ſiue ſani ſimus: humiles, vel potentes: ignobiles, vel honorati: eſurientes, atq; veſcētes: omnia in nomine Domini cum patientia & æquanimitate

E faciamus, & implebitur in nobis illud, quod ſcriptum eſt, Diligentibus autem Deum omnia cooperantur in bonum. Quod ſi tuis oportet in cunctos indifferenter liberalitatis fræna laxare: quanto magis in domeſticos fidei, & in Chriſtianos, qui eundem habent patrem, & eiuſdem magiſtri appellatione cenſentur? Videtur mihi locus iſte poſſe ſuperioribus cohærere, vt domeſticos fidei magiſtros nominet: quibus ſupra omnia quæ putantur bona ab auditorib. ſuis iuſſerat miniſtrari. Vltimum ſementis hoc tempus eſt: feſtinemus ergo campos omnes ſerere, & maxime eos qui ſunt vberrimi repleamus: ne incipiamus tempore meſſium aliis epulantibus eſurire. *Maxime autem ad domeſticos fidei.* Et Iudæis, & paganis, atque Chriſtianis, & bonis, & malis, miſericordiam faciamus. ne eis quod Deus non negat denegemus: maxime tamen iis, qui peculiarem fidei exhibent famulatum. *Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu.* Intelligite quam fiducialiter ſcripſerim, & neminem pertimuerim, qui literas mea manu perſcripſi. *Quicunq; enim volunt placere in carne.* Qui Iudæis carnalibus placere deſiderant, crucis Chriſti perſecutionem ſuſtinere timentes, nō veſtræ

F aliquid ſaluti prouidentes. *Hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.* Caius, qui & Iulius Cæſar, & Octauianus Auguſtus, & Tyberius ſucceſſor Auguſti leges promulgauerant, vt Iudæi, qui erant in toto orbe Romano diſperſi, proprio ritu viuerent, & patriis ceremoniis viuerent. Quicunq; igitur circunciſus erat, licet in Chriſtum crederet, à gentilibus quaſi Iudæus habebatur. Et nemo eum perſequebatur: quam circunciſionem nunc Apoſtolus confidentiam nominat: & ideo dicit: Quicunq; nolunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi tantum, vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. *Neque enim qui circumciduntur legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circūcidi.* Velut ſi circunciſio legem faceret cuſtodiri, aliquid videretur habere rationis iſta perſuaſio: ſed propter terrenam felicitatem vel cupiditatem adipiſcendi, vel timore amittendi: & ideo non vere cuſtodiunt: quoniam carnalis cupiditas qua peccatur, mutatur potius quam augetur, cupiditate alia non ſanatur: quia facit eos carnalis timor & cupiditas ſeruos: quia carnaliter cuncta obſeruare ſe credunt. *Vt in carne veſtra glorientur.* Siue quod diſcipulos ad ſe tranſduxerint.

G *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce.* Apud Iudæos. *Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Non in propria iuſtitia vel doctrina, ſed in fide crucis, qua mihi omnia peccata dimiſſa ſunt, vt ego mundo morerer: & ille mihi ſolus poteſt in cruce Chriſti gloriari, qui tollit eam, & ſequitur ſaluatorem: qui crucifixit carnem ſuam cum vitiis, & cōcupiſcentiis: qui mortuus eſt mundo, & non contemplatur ea quæ videntur, ſed quæ non videntur. *Per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Mutuus. *In Chriſto enim Ieſu neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed noua creatura.* Hoc tempore neq; circunciſio prodeſt, neq; præputium nocet. Sed hoc ſolū prodeſt, ſi quis renatus noua conuerſatione vtatur, ſicut ait Propheta: Innouate vobis noualia: & ne ſeminaueritis in ſpinis: circuncidite vos Deo veſtro, & circuncidite præputium cordis veſtri. *Et quicunq; hanc regulam ſecuti fuerint.* Hanc regulam qua in ſola fide ſpes ponenda eſt. *Pax ſuper illos, & miſericordia.* Super Chriſtianos: Nam Iudæi ſecundum carnem ſunt Iſrael. *Et ſuper Iſrael Dei.* Eſt enim Iſrael, & non Dei: id eſt, carnalis, non enim omnes qui ex Iſrael hi Iſraelitæ. *De cætero nemo mihi moleſtus ſit.* Nemo me amplius interroget

H quaſi dubitans. Omnem enim veritatem expoſui. *Ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto.* Ego enim ſigna & caracteres non circunſionis, ſed crucis per paſſionem in corpore meo circunfero: & plagas vel flagella, quæ propter Chriſtum ſuſtinui. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro fratres, Amen.* Subſcriptio Pauli talis eſt. Optat autem vt gratia cum eis Domini, non legis opera, comitetur: Cum ſpiritu, inquit, non in carne, in cuius circunciſione gloriantur carnales, vos autem ſpiritualiter circuncisi eſtis, & ſpiritualiter conuerſamini.

Finis Epiſt. ad Galatas.

A

EPISTOLA BEATI PAVLI AD EPHESIOS.

ARGVMENTVM.

Epheſij ſunt Aſiani. Hi accepto verbo veritatis, perſtiterunt in fide. Hos conlaudat Apoſtolus, ſcribens eis à Roma de carcere. Epheſij ex Iudæis & gentibus Apoſtolo prædicante crediderunt quibus firmiter ſtantibus ſcribit. In principio epiſtolæ Iudæos appellans ſacramenta Chriſti in orationis exponit. Poſt ad gentes conuertitur & hortatur, vt tantis beneficijs ingrati non ſint. Deinde communiter vſque ad finem moralia præcipit ſtatuta.

B Paulus *Apoſtolus Chriſti Ieſu.* Sicut omnibus epiſtolis autoritas præponitur apoſtolica. *Per voluntatem Dei.* Subaudinit, patris: non meis meritis. *Sanctis omnibus qui ſunt Epheſi* Omnis ſanctus, fidelis, non omnis fidelis ſanctus Baptizatis fidelibus ſiue fideliter ſeruantibus ſanctitatem: catechumenis qui habent fidem, quia credunt, ſed nō habent ſanctitatem *Et fidelibus in Chriſto Ieſu.* Qui licitis vtuntur. *Gratia vobis.* Subſit. *Et pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.* Tunc vobis erit gratia, ſi ei non ſitis ingrati, & ſalutem veſtram non veſtris meritis, ſed eius gratiæ deputantes. Pacē vero recōciliationis ſeruauimus, ſi nihil eius bonitati, vel iuſtitiæ deinceps contrariū faciamus. Cōſueta eius eſt ſalutatio cū ab vtroq; gratia optatur, vnū eſſe monſtrantur. *Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti.* A laudibus Dei incipit, qui talia eis donauerit q̄ inf nus continentur. *Qui benedixit nos in omni benedictione* Non in aliqua: Ita vt nihil in vlla gratia deſit. *Spiritali.* Non carnali proſperitate, nec terrena abundantia. *In cœleſtibus.* Rebus: non in terrenis. *In Chriſto.* In capite omnia membra benedixit, & elegit, vt nos faceret ſanctos, & immaculatos: non quia futuri eramus, ſed vt eſſemus. *Sicut elegit nos in ipſo.* In Chriſto prædeſtinauit. *Ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti*

C *& immaculati.* Quia Deo nihil eſt nouum, apud quem omnia erant, antequam fierent: non vt quidam ſomniant, animas ante mundum in cœlo fuiſſe electas: ſed eccleſia ſua ſine macula & ruga in illis eſt præſcientia prædeſtinata, atque electa quia ipſe ſcit qui ſunt eius Nō ſicut Pelagiani de hoc loco ſentiunt, quod acceptis præceptis poſſint ſolo libero arbitrio eſſe immaculati, dicentes, Quoniam præſciuit Deus nos tales futuros, ideo nos ante mundi conſtitutionem elegit, & prædeſtinauit in Chriſto. Sed non ita eſt, nec quia futuros tales nos eſſe præſciuit, ſed vt eſſemus tales, per ipſam electionem gratiæ ſuæ nos tales ipſe facturus, qua gratificauit in dilecto filio ſuo. Cū ergo nos prædeſtinauit, opus ſuū præſciuit, quo nos ſanctos & immaculatos facit. *In conſpectu eius & in charitate.* Non hominū. *Qui prædeſtinauit nos.* Hoc prædeſtinauit, vt infundēdo fidē filios Dei faceret omnes credētes. Loquebātur quidem verbum Dei cum fiducia omni volenti credere: ſed vt crederent, iam Deus cor eorum tetigerat, ſicut in ipſis Actibus legi-

D mos. Et credidit Lydia purpuraria, cuius Deus apperuit cor, vt intelligeret, quæ à Paulo dicebantur. Et, Scit dominus qui ſunt eius: &, Præparatur voluntas à domino. *In adoptionem filiorum.* Non naturam. *Per Ieſum Chriſtum in ipſum.* Vt membra eius ſimus. *Secundum propoſitum voluntatis ſuæ.* Non ſecundum merita noſtra. *In laudem gloriæ gratiæ ſuæ.* Vt laudemus gloriam iuſtitiæ & miſericordiæ eius, quam contulit non merentibus. *In qua gratificauit nos.* Gratia vel voluntate ſua gratos nos ſibi fecit in eo. Sic dicitur, gratificauit, à gratia, ſicut iuſtificauit, à iuſtitia. *In dilecto: in quo habemus redemptionem, per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum.* In dilecto, ſubaudis, filio ſuo. Non quia futuros nos tales eſſe præſciuit: ſed vt eſſemus tales per ipſam electione gratiæ ſuæ tales fecit. Non ſolum nos redemit, ſed etiam peccata remiſit, vt ſine noſtro labore iuſti eſſemus. *Secundum diuitias gratiæ eius.* Subauditur, habemus nos redemptionē:

E nō ſecundū merita noſtra. Vbi ſunt qui dicunt ſua induſtria poſſe ſaluari? *Quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia: vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecundum bonum placitum eius.* Pluſquam abundauit, vt non ſolum à morte redemptis peccata dimitteret, ſed etiam tantam nobis ſapientiam donaret, vt voluntatis eius occulta myſteria noſceremus, ipſo pro ſua clementia reuelante in hoc ſacramento voluntatis ſuæ poſuit diuitias gratiæ ſuæ ſecundum bonum placitum eius, non ſecundum noſtrum. *Quod propoſuit in eo.* In Chriſto, in quo electi & prædeſtinati ſumus, vt nos ipſe faceret ſanctos: non quod præuiderit ſanctos *In diſpenſationem plenitudinis temporum.* In nouiſſimis temporibus quando iam omnis diſpenſatio temporum legis, & naturæ tranſacta eſt, atque prophetarum, ſicut alibi dicit: Cum veniſſet plenitudo temporum, miſit dominus filiū ſuum. *Inſtaurare omnia in Chriſto.* Hoc propoſuit. *Quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo.* Multi ſuper hac re diuerſa ſenſerunt: quidam aiunt cœlos animas, terram corpora accipiendum. Alij cœlos Iudæos, qui cæleſtia præcepta

F habuerant, terrā eſſe gentiles. Alij vero aſſerūt in cœlis non angelos reſtauratos, ſed eorum ſcientiam ex Chriſti tempore profeciſſe, qui tanquam ignari interrogabant, Quis eſt iſte rex gloriæ? & docentur dominum eum eſſe virtutum. Sed quoniam reſtaurari non dicitur, niſi lapſum, melius eſt, ſi eorum gaudium per ſalutem hominum reſtauratum eſſe dicamus, quod ante habuerant, quam homines à iuſtitia penitus declinarent. In terra vero genus humanum reſtauratum eſſe quis ambigat? Item aliter: Reparatur in cœlo illa, quæ cum principe ſuo cecidit angelorum portio, per augmentum & ſocietatem ſanctorum, de quibus ſcribitur, Sed ſunt ſicut angeli in cœlo. Reparantur quoque omnia in terra, cum etiam loco deficientium Iudæorum admittentur credentes ex gentib. Et aliter: Reſtaurantur quæ ſunt in terra, dum nos per mediatoris noſtri ſanguinem, reconciliationemque reparamur. Reparātur cœleſtia, cum de ſalute noſtra gaudium naſcitur angelorum. *In qua etiam nos ſorte vocati ſumus.* Nos qui ex Iudæis credidimus. *Prædeſtinati.* Ante deſtinati, ſiue præcogniti, & præſciti: non quia eramus, ſed quia ab ipſo de malis futuri eramus boni. *Secundum propoſitum eius* Quia propoſuit

G Iudæos primo reſtaurare, & ſic gentes: licet pars crediderit Iudæorum. *Qui omnia operatur.* Omnium cauſa voluntas eſt Dei, quam rationabilem eſſe fidelium nullus ignorat, ſine dubio bona. Si ipſe omnia, vbi eſt ſuperbia Pelagiana? Ipſe ergo & vt credere incipiamus, operatur, qui omnia operatur. *Secundum conſilium voluntatis ſuæ* Non ſecundum merita noſtra. Qui dicunt, Voluntas mea bona fecit me Chriſtianum? cum audiuit, Secundum conſilium voluntatis ſuæ, taceant de meritis. *Vt ſimus in laudem gloriæ eius.* Vt per ſigna quæ facimus, laudetur gloria Dei. *Nos qui ante ſperauimus in Chriſto.* Nos ex Iudæis, qui priores credidimus, ſiue ex lege cum ſperauimus. *In quo.* In quo etiam vobis annonciata eſt ſalus *Et vos cum audiſſetis verbum veritatis euangelium ſalutis veſtræ.* Gentes ſubaudiendum. *In quo & credentes ſignati eſtis.* In quo euangelio, vel in Chriſto, vno charactere ſignati, & hinc cognoſcemini vnos eſſe grex, quia & vos ſimiliter vt nos virtutes per ſpiritum operamini, quæ virtutes arrha ſunt futuræ hæreditatis Si ergo mortuos ſuſcitare arrha eſt, quanta erit ipſa poſſeſſio? *Spiritu*

H *promiſſionis ſancto.* Qui promiſſus eſt per Iohelem prophetam. *Qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* Pignus datur, vt promiſſis credatur. *In redemptionem acquiſitionis.* Quos ſibi ſanguine acquiſiuit *In laudem gloriæ ipſius.* Vt etiam in hoc nomen eius glorificetur à nobis. *Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in domino Ieſu, & dilectionem in omnes ſanctos.* Quam firmiter credatis domino Ieſu, & omnes ſanctos, ſine exceptione perſonæ, vel notitiæ diligatis. Cauere enim à falſis prophetis, & non omni ſpiritui credere: non ante probationem iudicare præcipimur. *Non ceſſo gratias agens pro vobis.* Hoc eſt, fidem operibus comprobare: quia vobis dono miſericordiæ ſuæ infudit fidem, qua crederetis, & charitatem, qua diligeretis. *Memoriam veſtri faciens in orationibus meis.* In orationibus, non vt quidam, iucunditate conuiuij: mihi autem nihil oratione iucundius. *Vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ.* Pater gloriæ

Domini

A domini noſtri Ieſu Chriſti. *Det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis.* Quomodo Epheſijs à Deo ſapientiam poſtulat, cũ ſciẽtiam inflare dixerit ad Corinthios: ſed diſtat in effectu, qood non diſtat in nomine: Nam ibi ſcientia ſeculari loquitur, quæ ſtultitia eſt apud Deum: hic vero cæleſtem, diuinamque ſapientiam petit, quam qui habuerit, humiliari magis poterit, quam inflari: & per quam dono Dei omnes poſſunt acquiri virtutes: quia ſcientia ſicut ſine charitate inflat, ita cum charitate ædificat. *In agnitione eius.* Quomodo optat, vt agnoſcant Deum, quem vſque adeo ſciebant, vt ei credentes pro eo omnes diligerent ſanctos? Sed vt perfecte cognoſcant, quia Dei gratia oon ſuo merito ſunt ſaluati: & quanta ſit virtus & magnitudo eius. Virtus, quia poteſt promiſſa præmia, vel pœnas implere: magnitudo: quia vbique eſt, & nihil eum poteſt latere. Qui enim hæc cognouerit, & pro certo habuerit, peccare capitalia pertimeſcit. Nam qui humanam præſentiam erubeſcit, multo magis diuinam. Inde filij Heli ſacerdotis Deum neſciſſe dicuntur, quia eius præſentiam & potentiam minime timoerunt. *Illuminatos oculos cordis veſtri.* Spiritalia promiſſa non **B** niſi ſpiritalibus oculis præuidentur. *Vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius: quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius.* Si ſcieritis ad quam ſpem vocati eſtis, omnem ſpem ſæculi facile contemnetis. Et ſi diuitias hæreditatis Dei videritis, omnis terrena vobis ſordebit hæreditas. Nemo enim regnum cum opibus ſuis ſperans curat: æs aut plumbum poſſidere dignatur. *In ſanctis.* In iuſtis, & ſanctis: non omnibus hominibus. *Et quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus.* Quis poteſt compreheodere magnitudinem virtutis eius, & ineffabilem bonitatem, quam vel in eos qui ex circumciſione, vel in eos, qui ex gentibus crediderunt contulit, vt eos faceret credentes, & filio ſoo faceret membra, qui eſt caput eccleſiæ ſuæ, & ad ſuam dexteram in cœleſtibus collocaret? *Secundum operationem potentiæ.* Non ſecundum legem vel naturam. *Virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto.* Hæc eſt ſupereminens magnitudo virtutis eius ſuper nos. *Suſcitans illum à mortuis.* Noſtræ naturæ aſſumptionem. *Et conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem.* Dextera pro honore ponitur, ac beatitudine: non vt Deus corporeus eſſe credatur: nam & pa- **C** ter à dextris filij eſſe dicitur, ſicut ſcriptum eſt, Dominus à dextris tuis confregit. Ambo ergo à dextris ſunt, quia nihil eſt in diuinitate ſiniſtrum. Dextera ergo Dei beatitudo: ſeſſio, habitatio intelligenda eſt. *Et dominationem.* Quia vnum cum Deo, vel in Deo eſt. *Et omne nomen quod nominatur.* Si quod eſt aliud, quod neſcimus. *Non ſolum in hoc ſeculo, ſed & in futuro. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius.* In futuro: hoc eſt, in cœleſti, quod nobis futurum eſt, non Deo, nec ſibi. *Et ipſum dedit caput omnis eccleſiæ.* Chriſtus caput eccleſiæ eſt, omnium plenitudo membrorum. *Quæ eſt corpus ipſius: plenitudo eius* Capitis. *Qui omnia in omnibus adimpletur.* Qui totus in membris omnibus adimpletur, non in ſingulis, ne vlla diuerſitas meritorum ſit: quando omnes crediderint, & perfecti fuerint, tunc erit corpus perfectum in omnibus membris

CAP. II. *Et vos cum eſſetis.* Hinc illis vult oſtendere quantum eis beneficij ſit collatum. *Mortui delictis & peccatis veſtris.* Morte peccati, contra Pelagianos, qui naturam tantum defendunt quantum ratio non habet: & dicunt fidem ex natura eſſe. Quid enim boni poteſt mortuos facere? *In quibus ali-* **D** *quando ambulaſtis.* Iam vero non ambulatis. *Secundum ſeculum mundi huius.* Ideo ſeculum homines ſeculi dicimus, ſicut dicimus domum vel bonam, vel malam, dum habitantes in ea intelligimus homines ſeculi. Idola colentes nominat ſeculum, ſicut & ſerpentes, quorum ſimiles eramus ſequentes diaboli voluntatem. *Secundum principem poteſtatis aeris huius.* Secundum principem illius poteſtatis, qui in hoc aere ventoſo eſt de cœlis deiectus. *Spiritus qui nunc operatur.* Suaſione, non vi *in filios diffidentiæ.* In eos qui nõ credunt: vnuſquiſq; illius filius efficitur, quẽ imitatur, ſiue quo dignus eſt: quomodo filij iræ, & mortis, & gehennæ. *In quibus & nos.* Non ſolum vos. *Omnes aliquando conuerſati ſumus.* Gentes Deum nõ credendo, Iudæi male viuendo: omnes originali peccato detinebamur. *In deſiderijs carnis noſtræ, facientes voluntates carnis, & cogitationum.* Quando anima noſtra

E rebus terrenis & carnalibus inhærebat. non ſolum deſiderans, ſed & faciens quæ cogitatio ſua gerebat. *Et eramus natura.* Ita nos paternæ originis mala conſuetudo poſſedit, vt omnes ad damnationem naſceremur *Filij iræ, ſicut & cæteri.* Filij iræ, ſicut ſupra diffidentiæ, filij Adæ, filij vindictæ. Hæc audiant & erubeſcant, qui tantũ vitiatæ naturæ tribuunt, vt Apoſtolo contradicant, & à fide exorbitent. *Deus autem qui diues eſt in miſericordia.* Non ſolum in virtute, ſed etiam in miſericordia. Miſereris autẽ, ait, omnũ, quia omnia potes: & diligis ea quæ creaſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti *Propter nimiam charitatem ſuam.* Nimia charitas eſt, rebelles ſeruos, & impios, velut filios diligere. Vnde conſiderandum eſt, quantum diligat iam ſanctos effectos, qui tantum amauit peccatores & impios. *Quâ dilexit nos.* Et miſertus eſt noſtri. *Et cum eſſemus mortui peccatis.* Rei mortis iam quaſi mortui viuebamus, noo ſolum in originali peccato, ſed etiam actuali. *Conuiuificauit nos Chriſto* Sine peccato per baptiſmũ faciendo, & reſuſcitando: nec debemus deſperare in vobis fieri quod noſtra natura iam poſſidet in Chriſto. *Cuius gratia eſtis ſaluati* Gratis, ooo merito noſtro, vt **F** humilietur humana ſuperbia, quæ ſe de meritis iactat, & ſciat gratiam gratis datam. *Et conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.* Quia vbi caput eſt, ibi erit & corpus, ſicut & ipſe ait, Volo vt vbi ego ſum, & ipſi ſint. *Vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus.* Ante prædeſtinauit quod erat modo facturus. *Abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate.* Vere abondans gratia, vt non ſolum peccata donaret, ſed etiam cum Chriſto reſuſcitaret: & nec hoc ſuffecit, niſi etiam nos ad dexteram Dei in cœleſtibus collocaret in aſſumpto homine *Super nos in Chriſto Ieſu.* In corpus Chriſti, vel exemplo eius. *Gratia enim eſtis ſaluati.* Non meritis veſtris, ſed gratia gratis data. Hoc contra eos qui dicunt, quod ſuis meritis ſaluentur. *Per fidem.* Per ſolam fidem, quam ſanctus ſpiritus dono ſuo infundit. *Et hoc non ex vobis. Dei enim donum eſt.* Sed dono gratiæ, ne dicerent, quod fides ex ipſis eſſet, & non ex Deo. *Non ex operibus veſtris, vt ne quis glorietur.* Ne quis glorietur ſe ſuis meritis accepiſſe. *Ipſius enim ſumus factura.* Quia noper ſumus in Chriſto renati, vt in bonis operibus Dei adiutorio ambulemus, quæ in euangelio ſunt oſtenſa. *Creati in Chriſto,* **G** *in operibus bonis.* Non de illa creatione dicit, qua in Adam, vel ex Adam naſcimur, ſed qua in baptiſmo per gratiam reformamur, vt ipſius adiutorio in bonis operibus ambulemus. Hæc omnia ex gratia eueniunt, vel præparantur: nam quod ſequitur, Quæ præparauit Deus, id eſt, prædeſtinauit. *Quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.* Præparauit Deus in præſcientia ſua: & nunc dedit per gratiam ſuam, ſecundum nouum hominem ambulemus: id eſt, prædeſtinauit: prædeſtinatio ſine præſcientia eſſe non poteſt. *Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos gentes.* Commemorat illos de quanta ignobilitate ad ſummam regni perducti ſunt, vt non ſint ingrati ei qui hoc illis gratia ſua præſtare dignatus eſt. *In carne, qui dicebamini præputium.* Gentes præputium, Iudæi circuncifio dicebantur. *Ab ea quæ dicitur circumciſio.* Non in corde per ſpiritum. *In carne manu facta.* Humana. *Quia eratis in illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael.* Quia illi Chriſtum in multis myſterijs & ſacramentis habebant promiſſum: Vos autem idola cæca, & muta ſequentes, nec in nomine Chriſtum ſciebatis, qui Dei populus habebatur. *Et hoſpites teſtamentorum.* Etiam ſi **H** aliqui credebant, proſelyti, hoc eſt, peregrini habebantur: quia extraneæ erant gentes ab Iſrael & à Chriſto. *Promiſſionis ſpem non habentes.* Sicut illi ſperabant promiſſa Dei quæ promiſerat Abrahæ, in Chriſto ſalutem eſſe venturam. *Et ſine Deo in hoc mundo.* Multos enim falſos deos ſequentes, vnum & verum amiſerant. *Nunc autem in Chriſto Ieſu.* Vnum eſtis in corpore eius, id eſt, eccleſia. *Vos qui aliquando eratis longe à Deo facti eſtis prope.* Ita vt Iudæis æquaremini. *In ſanguine Chriſti* Credite vos eius ſanguine liberatos, qui vos illis æquauit *Ipſe enim eſt pax noſtra.* Reconciliatio populi vtriuſque ad inuicem, & ad Deum. *Qui fecit vtraq; vnum.* Gregem. *Et medium parietem maceriæ.* Medius quaſi paries & maceria ſepſerant: inter vtrumque populum onera legis, quæ gentes deterrebant, ne Iſraelitico populo iungerentur. Ipſe paries inimicitia nominatur. Vel certe peccata

A

tam actualia, quam originalia, quæ à Deo ſeparare noſcuntur, merito inimicitiæ dicuntur. *Soluens inimicitias in carne ſua, legem mandatorum.* Hoc eſt circuncisionis & cæterorũ, quæ nõ Dei voluntas, ſed populi duritia exigebat. Has inimicitias tulit Dominus, & pacẽ refudit, legemq; euacuans, vt duos conderet in vno nouo homine: in quo non ſolum interiorem & exteriorem, ſed etiam Iudæum ſignificat, & Græcum, vt eſſet omnia in omnibus. Dominus enim ſabbati, ſuperſtitionem tulit ſabbati corporalis, & quaſi mediũ ſoluit legis parietem, qui nos ab ea pietate, quæ ſecundum Deum eſt, decretorum difficultate prohibebat: quia impoſſibile erat gentibus iuxta legem Moyſi militare Deo. *Decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſum in vnum nouum hominem.* Per fidem ſolam iuſtificans: & dum decernit, ſola moralia iſta deſtruxit, quo non ſolum exteriorem & interiorem, ſed etiam in vnum populum Chriſtianom ex duobus populis factum. *Faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore Deo.* Quia ambo fuerant per peccatum auerſi. *Per crucem.* Per ſolam fidem crucis, quæ neminem deterret.

B

Non enim grauis eſt, quam ſubito accipere etiam latro potuit crucifixus. *Interficiens inimicitiam.* Separationis. *In ſemetipſo.* In carne ſua. *Et veniens euangelizauit.* Ad hoc venit. *Pacem vobis, qui longe fuiſtis.* Gentibus loquitur, qui longe à Deo diſceſſerant: non loco, ſed idola colendo. *Et pacem his, qui prope.* Iudęis. *Quoniam per ipſum habemus* Nemo venit ad patrem niſi per me. *Ambo acceſſum* Populi. *In vno ſpiritu ad patrem.* Vnum corpus, vnum ſpiritum habet. *Ergo iam non eſtis hoſpites, & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei.* Iam non extranei, nec proſelyti, nec enim ſeparauit vos à populo ſuo, ſicut prædixit Eſaias; Ciues eiuſdem ſunt & originis & habitationis. *Superædificati ſuper fundamentũ.* Fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum Chriſtus eſt, qui etiam lapis dicitur angularis: vt ſcriptum eſt: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, duos parietes coniungens & continens. Et fundamentum autem, & ſummus, quia in ipſo & fundatur & conſummatur Eccleſia. *Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.* Prophetarum, noui non veteris teſtamenti: alioquin priores Prophetas nominaſſe debuerat. *In quo omnis ædificatio*

C

constructa creſcit. Ad comparationem templi Salomonis dicit inſtrui corpus Chriſti, id eſt, eccleſiam: vt multo maiorem habeat munditiam, & ſanctitatem veritas, quam imago. *In templum ſanctum in Domino.* In templo ſancto non poſſunt poni lapides non ſanctificati. *In quo & vos.* Vt & vos ſitis Dei habitaculum ſpiritale, id eſt, non manu factum. *Coædificamini in habitaculum Dei in ſpiritu.* Apoſtolis & Prophetis.

CAP. III.

Huius rei. Illius, quam ſuperius memoraui, quod filius Dei deſcendens de cœlis, & Iudæos & gentes ſaluauerit, & vnum fecerit gregem. *Gratia.* Dono Dei. *Ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu* Siue vinctus catenis, ſiue vinctus amore Chriſti, non poſſum meam, niſi dominus dederit, facere voluntatem. Quando ſe vinctum nominat, confirmat euangelium, oſtendens quanta ſit ſpes eius, pro qua talia pati libenter amplectitur, cum poſſit apud Iudæos vt legis doctor, & magnis diuitijs abundare, & ſummo honore haberi. *Pro vobis gentibus.* Secundum euangelium inimici propter vos: quia eos vnum eſſe dicebat. *Si tamen audiſtis.* Si firmiter retinetis. *Diſpenſationem gratiæ Dei, quæ data eſt mihi in vobis.* Quis

D

fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, vt det illi eſcam in tempore? Hęc eſt diſpenſatio prædicationis. Diligenter aduerte, quod gratiæ Dei tribuit quod eſt, ne aliquis de meritis extollatur: & dum ſibi tribuit, quod habet, dono Dei exiſtat ingratus. *Quoniam ſecundum reuelationem notum mihi factum eſt ſacramentum.* Iudæos & gentes vnum eſſe in Chriſto, ſecundum reuelationem, non ſecundum humanam doctrinam. *Sicut ſupra ſcripſi in breui, prout poteſtis legentes intelligere* Non quantum ego ſcribere poteram, ſed quantum intelligere valebatis. *Prudentiam meam myſterio Chriſti.* Non in eloquentia ſeculari. *Quod alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum.* Sciebant quidem antiqui prophetæ, gentes eſſe vocandas: ſed neſciebãt nullam diſtantiam futuram inter Iudæum & gentilem: ſiue non vt homines prophetæ loquebantur. *Sicuti nunc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis.* Prophetis noui teſtamenti,

quibus nunc aſſerit reuelatum. *In ſpiritu.* Per ſpiritum. *Eſſe gentes cohæredes.* Non ſolum cohæredes, quod poteſt eſſe diuerſi generis: nec ſolum corporales, quia poſſunt eiuſdem generis filij, non eiuſdem eſſe in hæreditate ſubſtantiæ. *Sed & concorporales, & comparticipes promiſſionis in Chriſto Ieſu.* Vnius corporis. *Per euangelium, cuius factus ſum miniſter.* Omnibos innoteſcit, proprie hoc mihi donum collatum eſſe. *Secundum donum gratiæ Dei, quæ data eſt mihi.* Non ſecundum meritum meum. vnde cognoſcamus non de meritis gloriandum, quia donum gratis datur. *Secundum operationem virtutis eius.* Cuius virtus me confortauit: ſiue per virtutes euangelium cõfirmatur. *Mihi enim omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus.* Eſt ergo inter ſanctos minimus: id eſt, extremus ſecundum ordinem, & maximus per gratiam. Quamuis enim ſe humiliauerit, tamen eſt opus in quo ſe humiliat vnuſquiſq;. *Euangelizare.* Annunciare diuitias futuræ hæreditatis. *Inueſtigabiles diuitias Chriſti.* Inueſtigabiles per ſe humano ſenſui, non reuelationi diuinæ. *Et illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi.* Vt Iudæos & gentes ſacramenti huius docerem rationem. *A ſe-*

F

culis in Deo. A prioribus ſeculis intra Deum: hoc eſt, ipſi ſoli notum erat. *Qui omnia creauit.* Et Iudæos & gentes: ſiue omnem creaturam, contra Marcionem. *Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cœleſtibus.* Vt per me his, qui rebus cœleſtibus per omnem eccleſiam principantur, multiformis Dei gratia innoteſcat. *Per eccleſiam multiformis ſapientia Dei, ſecundum præfinitionem ſeculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro.* Quæ præfiniuit, vt hoc tempore, quando homines aliter ſaluari non poterant, ſola fide Chriſti ſaluarentur. *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia.* Non per noſtram iuſtitiam habemus fiduciam & acceſſum ad Deũ ſed in eo cuius fides nobis peccata dimiſit. *Per fidẽ eius.* Audi fidem eius, & noli hoc tibi arrogare, quod de tuo habeas fidem, niſi ab illo datam. *Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.* Ne me audientes ſine cauſa, & impune claudi, & cõtumelijs affici, ad Deũ non pertinere putetis meam iniuriã: ſed magis gloriari debetis, intelligentes me tãta ſine fructu pati non poſſe: quia remunerationem, in futurum retribuit. *Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti. Ex quo omnis*

G

paternitas in cœlis & in terra nominatur. Ex quo omnis paternitas nomen accepit: ſiue ex quo omnis res paternitas nominatur: quia cum ille nobis pater primus & verus ſit, ab illius nomine deriuatur, à quo patres alij appellantur. *Vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ.* Vt vos per illuminationem ſcientiæ diuitiarum ſuæ gloriæ confirmet. *Virtute corroborari per ſpiritum eius.* Sapientiæ, & protectionis ſuæ. *In interiori homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.* Vbi interior homo per fidem robuſtus eſt, ibi habitat Chriſtus: non vbi exterior ſaginatus. *In charitate.* Vt eum cognitus eius beneficijs diligatis. *Radicati & fundati, vt poſſitis comprehendere.* Vt ex omni parte magnitudine ſcientiæ comprehendere valeatis *Cum omnibus ſanctis.* Quæris apud malos ſapientiam, & non inuenies. *Quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum.* Quidam dicunt quod latitudo ſpatioſa via intelligitur: longitudo, vita æterna: ſublimitas, cœlum: profundum, inferna: vt ſcilicet horum omnium notitiam habentes, ſciant quid eligant, quid refutẽt. Item aliter: in latitudine, bona opera charitatis. in longitu-

H

dine, perſeuerantiam boni vſque in finem: in altitudine, ſpẽ cœleſtium præmiorum: in profundo, inſcrutabilia iudicia Dei, vnde iſta gratia in homines venit, & hunc intellectum coaptat ſacramento crucis. Longitudo, vt longanimitate pro charitatis latitudine moleſtiæ tolerentur. Altitudo æternum præmium. Profundum, vnde gratuita gratia Dei ſecundum ſecretum voluntatis eius exiſtit. *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.* Supereminet ſcientiæ charitas Chriſti, vt ex ipſa naſcantur, ſicut radicem ſupereminet fructus. *Vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ Dei.* Vt perficiamini in omnibus Chriſti virtutibus. *Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus, aut intelligimus.* Frequenter maiora tribuit nõ ſolum quã petimus, ſed etiã intelligimus. *Secundũ virtutem quæ operatur in nobis.* Ex virtute ſignorum hoc intelligimus, quæ operatur in nobis: vel quicquid boni per nos agitur, ipſe operatur in nobis, *Ipſi*

A *gloria in Eccleſia.* Nos enim non habemus vnde gloriari. *In Chriſto Ieſu in omnes generationes.* Quia veniens Chriſtus cõgregauit eccleſiam ad gloriam Dei. *Seculi.* Immenſa beneficia immenſis laudabilis celebranda ſunt. *Seculorum amen.* Hucuſque de myſterio incarnationis Chriſti, & deuocatione gentium, & vnitate cum Iudæis per euangelium facta, eius myſterium ipſe ſuſcepit, vt per omnia per gratiam Dei verbo & oratione ſua eos exhibere perfectos edocuit.

CAP. IV. Miſericordia ſit moderatio ... Humilitas eſt ſui & Dei agnitio ... B Deo laudẽ tribuere ...

Obſecro itaq; vos, ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. Ego vos rogo, qui veſtri cauſa ſum vinctus, vt vos Dei filios agnoſcentes digne tanto honore conuerſemini: quia vnaquæque dignitas habet propria inſtituta, quibus agnoſcitur, & mentis, & corporis, ne ficta ſit. *Cum omni humilitate, & manſuetudine.* Humilitas nihil ſibi vindicat: manſuetus nihil nocet, nulli malũ pro malo reddit. *Cum patientia ſupportantes inuicem in charitate.* Et philoſophi ſufferunt, ſed non in charitate, nec propter Deum, ſed propter laudem humanam. Nos vero nõ vt laudemur, ſed vt ille quem ſuſtinemus, proficiat, non cum dolore, ſed cum amore ſuſtinemus. *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Per vinculum pacis vnitas ſancti ſpiritus retinetur, quem vnum omnes accipimus, & vbicunque vnitas & concordia eſt, ibi ſpiritum ſanctum eiuſq; donum eſſe non dubitemus. Vbi autem diſcordia & diſſenſio, ibi ſpiritus cõtrarius, id eſt, operatio antichriſti, qui iam myſterium operatur iniquitatis. *Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.* Vnum cõmercium debet habere in vno corpore omnium compago membrorũ, quæ ad vnam ſpem ſunt vocata. Poteſt contra illos dici, qui ſibi licere putant peccare, & alijs non licere. cum & ipſi in vno corpore baptizati, eundem ſpiritum acceperint: & cætera quæ ſequuntur. *Vnus dominus, vna fides.* Vna omnium fides, in qua omnes credidiſtis. *Vnũ baptiſma, vnus Deus.* Cognoſcant hæretici qui rebaptizant. *Et pater omnium.* Omniũ etiam gentium credentium, non ſolum Iudæorum. *Qui ſuper omnes, & per omnia & in omnibus nobis.* Super omnes virtutes, quia omnipotẽs per omnia opera ſua quia immẽſus in omnibus Chriſtianis ſecundum ſanctificationem habitare dignatur. *Vnicuique autem noſtrum data eſt gratia.* Non multa ſunt corpora; ſed membra diuerſa per varietatem

C gratiarum. *Secundum menſuram.* Secundum menſurã ſuæ donationis, & diſcretionem largitatis ſuæ. Menſuram, fidem. *Donationis Chriſti: propter quod dicit.* Dona illius ſunt, vt & præparemur vnicuique gratiæ, & quomodo vult ipſe diſpenſat. Cognoſcamus dona non præſumamus de meritis. *Aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatẽ, dona dedit hominib.* Quos diabolus captiuos tenebat in mortem, Chriſtus captiuauit ad vitam, caput noſtræ naturæ ſurſum vehendo. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum.* Exponit quur dicatur aſcendere, qui vbique eſt, ſecundum formam ſcilicet ſerui, ad quam non localiter deſcendere eſt ſed dignanter. Nam qui ſecundum deitatem vbique eſt, quo aſcendit, vel deſcendit? Corpus enim domini, in quo paſſus eſt, & reſurrexit, vno loco eſſe poteſt: veritas eius, & diuinitas vbiq; eſt. *In inferiores partes terræ.* Ergo ſub terra eſt infernus. *Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia.* Qui deſcendit cum anima in infernum. Ipſe enim anima & corpore aſcendit ad cœlos, vt impleret omnia quæ ſcripta ſunt. *Et ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos.*

D Contra Arianos, quod vna eſt filij cum patre operatio: nam ad Corinthios Deum patrem dicit poſuiſſe primo Apoſtolos, ſecundo prophetas. Hic vero Chriſtum eos dediſſe commemorat. *Quoſdam autem prophetas.* Noui teſtamenti. *Alios vero euangeliſtas.* Omnis Apoſtolus euangeliſta, non tamen omnis euangeliſta apoſtolus: ſicut Philippus, qui erat vnus ex ſeptem. *Alios autem paſtores & doctores.* Paſtores ſunt ſacerdotes, doctores omnes quicunque ſunt idonei ad alios inſtruendos. Omnes ergo paſtores etiam doctores etiam paſtores. *Ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti.* Hos omnes poſuit ad hoc vt ædificent eccleſiam, quæ corpus eſt Chriſti: & omnes ad fidei perceptionem adducant. *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei.* Volo eſſe omnes homines ſicut me: ille qui agnouit filium Dei, non

E repugnat contra præcepta Dei, nec committit capitalia, nec defendit mala ſua: quod tunc fiet, quando fuerit omnia in omnibus Chriſtus: & omne ſchiſma, vel conflictus mortis carniſque diſceſſerit, vt voce libera dicant iuſti, Vbi eſt mors contentio tua? & reliqua. *In virum perfectum.* Sicut Chriſtus. Qui enim dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. *In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Vt non annorum eius ætatem, ſed plenitudinis imitemur, fidei eius perfectionem teneamus. *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ.* Vt non ſimus ignorantes, neq; dubij, neq; vacillantes, & more imperiti gubernatoris, omni vento noſtræ mentis vela pandamus, vt facile naufragemus, aut ad portum minime veniamus. *In nequitiã hominum.* Nequitia humana & aſtutia à fidei recto curſu detorquent, quos decipiunt. *In aſtutia ad circumuentionem erroris.* Errantibus remedium facile promittentes, permanere faciunt in errore: ſiue remedium erroris ſui putant, ſi plures faciant ſecum errare. *Veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo.*

F Omnia in veritate propter charitatem Chriſti, & nihil in hypocriſi facientes. *Per omnia qui eſt caput Chriſtus.* In ipſius perfectione ex omni parte creſcamus. *Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem.* Ex capite compactum & connexum corpus per omnem ſubiectionem operationis creſcat, dum ſe alterutrum ædificant diligendo: ita vt vnũquodque membrum in ſua menſura augeatur: hoc eſt, vt qui eſt oculus, in eorũ numero creſcat, qui oculi officium gerunt; & ſingula ſuo loco membra proficiunt. *In menſurã vniuſcuiuſque mẽbri augmentum corporis facit in ædificationẽ ſui in charitate.* Dum ſingula membra creſcũt, maius efficitur corpus, dum ſe alterutrum membra in charitate ædificant. *Hoc igitur dico & teſtificor in domino.* Quod ſuperius obſecrat, hic dominio obteſtatione conſtringit. *Vt iam non ambuletis ſicut gentes ambulant.* Nolo, ait ſolo vos eſſe nomine Chriſtianos, Deum ore confitentes, operibus denegare: ſed quantum inter diabolum diſtat, & Deum, tanta differentia debent filij Dei à filijs diaboli, non ſolum nomine ſed etiam operibus ſeparari: ne Deum labijs honorantes, corde, hoc eſt affectu & timore longius abſiſtamus: & dicatur de nobis, Sine cauſa colunt me hoc eſt, nullos ex mea cultura capiant

G fructus. *In vanitate ſenſus ſui.* Vani ſunt omnes homines, quibus non eſt ſcientia Dei. *Tenebris obſcuratum habentes intellectum.* Habentes quidem naturalem intellectum; ſed ignorantiæ tenebris obſcuratum, ita vt pro Deo idola venerentur: nos vero econtrario ſcientiæ lumine dono gratiæ illuſtratum. *Alienati a vita Dei.* Illi ideo à vita Dei alienati ſunt; quia ignorant Deum. Vos autem qui cognouiſtis Deum, ſequi debetis. *Per ignorantiã quæ eſt in illis.* Notandum, quia idololatriam ignorantia generauit. *Propter cæcitatem cordis ipſorum.* Excæcatum eſt inſipiens cor eorum dicentium; non eſt Deus. *Qui deſperantes.* Deſperantes pœnam impiorum, & præmium eſſe iuſtorum, vel de futura vita. *Semetipſos tradiderunt impudicitiæ.* Neceſſe eſt, vt qui de futura deſperant, præſentibus hæreant voluptatibus, ſicut in libro ſapientiæ dicitur ex perſona eorum, qui animam in aere ſolui præſumpſerant, Venite & fruamur bonis quæ ſunt, & cætera. *In operationem immunditiæ omnis, in auaritiam.* Omnia crimina auaritiæ nomine comprehendit. *Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum.* Vt ſicut illi, id

H eſt, gentiles, vitiatis. Ille enim vere Chriſtum audiuit, & ab ipſo didicit, qui nullo vitio gentibus ſimiles inuenitur. *Si tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu.* Sicut ille vere eſt mortuus, & vere reſurrexit, vt nos vere in nouitate vitæ ambulemus, vt ait ad Romanos, Sicut in die honeſte ambulemus, & cætera. *Deponere vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem.* Expoſuit quid ſit vetus homo, & quomodo deponatur ſcilicet qui priſtinos errores repudiat, & ſecundum cõuerſationem Chriſti mutatur. *Qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris.* Faciens voluntatem carnis, & cogitationum. *Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ.* Sicut ait Hieremias, facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Et mentem poſſumus accipere ſpiritum: renouamini in anima. *Et induite nouum hominem.* Ex vetere nouum intellige. *Qui ſecundum*

A

cundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate. Expoſuit quid ſit hominem ad imaginem Dei eſſe creatum, vt ſit ſcilicet iuſtus, & ſanctus, & verax ſicut Deus. *Veritatis.* Non vanitatis, quæ vanam hominum gloriam aucupatur, quum ſcriptum ſit, Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris, & iterum. Qui cuſtodierint iuſte iuſta, iuſtificabuntur: non qui iniuſte ſeruauerit iuſta. *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo.* Deponentes mendacium literarum ſeculi, legis Dei loquimini veritatem. Ipſas deſcribit ſpecies ſanctitatis, quibus homo nouus agnoſcitur: Sed & mendacium nos fugere docuit. *Quoniam ſumus inuicem membra.* Nemo ſuum fratrem circumueniat: quia vnum corpus ſumus: & non poſſunt alterutrum membra ſe fallere, vel lacerare: Nec enim manus ori mentitur, nec dentes laniant corpus, niſi vbi ſpiritus immundus inhabitat. *Iraſcimini & nolite peccare.* Non mentem ira inebriet, ſed ſi ueritas diſpenſetur: nec tuam iniuriam, ſed fratris animaduerte peccatum: vel iraſcimini vobiſcum, in aliquod præuenimini. *Sol non occidat ſuper iracundiã veſtram.*

B

Nolite locum dare diabolo. Ne fidei, vel ſcientiæ lumen in tua indignatione deficiat. Et locum damus diabolo iracundiam retinendo, vel ſi indignatio in odium conuertatur. *Qui furabatur iam non furetur.* Iraſcendo, vel furando locum damus diabolo, vel quolibet peccato: porta enim diaboli eſt rapina, ſicut ſpiritus ſancti porta eſt iuſtitia. *Magis autem laboret operando manibus.* Alienos labores inuaſos ſuo labore cõpenſet: & operando tribuat indigentibus, q multos furando fecit egentes. *Quod bonum eſt, vt habeat vnd. tribuat neceſſitatem patientibus.* Non quod malum eſt. Sũt enim multæ vel inhoneſtæ, vel malæ artes, vt maleficia, & q voluptati proficiunt. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat.* Non vnus, non duo, ſed omnes. *Sed ſi quis bonus ad ædificationem fidei.* Notandum, quia licet omni eccleſiæ præcipiat, ſed præcipue ſacerdotali officio: & non ſilentium impoſuit, ſed qualitatem loquendi mutauit, vt omnis ſermo fidem ædificet Chriſtianam, & os noſtrum ad ſolum pateat Dei verbum. *Vt det gratiã audientibus.* Vt ex ſermone noſtro gratiam accipiat audientes: ſicut alibi dicit, Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus. *Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei.*

C

Ex humana cõparatione loquitur vt hominibus, vt ex nobis intelligamus, quantam ſpiritui ſancto iniuriam faciamus, quum * domum eius in nobis aliqua peccati ſorde polluimus: & quia de hoſpitio ſuo nobis condolet, ideo ſic dolens triſtis abſcedit. Cæterum triſtitia, & ira, & cætera huiuſmodi in nobis paſſiones ſunt, quia paſſibiles ſumus: in Deo vero diſpenſationes: nos enim ea inuiti patimur: ille voluntate ad noſtram emendationem aſſumit.* Hæc eſt inter Deum & hominem harum conditionum diuerſitas, quæ & naturæ. Item aliter: Neque enim ipſa ſpiritus ſancti, quæ eſt quicquid ipſe eſt, ſubſtantia contriſtari poteſt: cum habeat æternam atque incommutabilem beatitudinem, magiſque ſit ipſa æterna & incommutabilis beatitudo: ſed quia in ſanctis habitat, vt eos impleat charitate, qua neceſſe eſt, vt ſpiritales homines gaudeant profectu fidelium, & bonis operibus: ideo neceſſe eſt etiam contriſtentur lapſu vel peccatis eorum, de quorum fide atque profectu gaudebant. Propterea ſpiritus ſanctus dicitur contriſtari ab eis, qui ſic agunt, vt eorum factis contriſtentur ſancti, non ob aliud, niſi quia ſpiritum ſanctum

D

habent, cuius dono tam boni ſunt, vt eos mali mœſtificent: ſicut etiam dicitur Deus facere, quicquid ipſo ordinante fecerimus. Ita recte dicitur Deus requieſcere, cum eius munere requieſcimus: ſicut dicitur cognoſcere, cum efficit, vt nos cognoſcamus: ſicut & gemere, cum nos gemere facit. *In quo ſignati eſtis.* Nouum ſignum habere cœpiſtis. *In die redemptionis.* In die baptiſmi ſignaculũ ſpiritus ſancti accepiſtis. *Omnis amaritudo.* Oſtendit in quo cõtriſtetur ſpiritus ſanctus, ſcilicet amaritudine, id eſt prouocatione. *Et ira.* Omnem occaſionem tulit ne iraſcamur. *Et indignatio, & clamor.* Indignatio ex ſuperbia eſt, quum aliquem iudicamus indignum, & ideo eum non ſuſtinemus. Nõ clamabit neque contendet vir bonus. Clamor qui ex furore deſcendit, quem non habuit Chriſtus. Cæterum & Eſaias clamare iubetur: & dominus clamauit in templo, Si quis ſitit, veniat, & bibat. *Et blaſphemia.* Vt neminem blaſphemetis. *Tollatur à vobis cum omni malitia.* Quæ vel inimico vicem referre poteſt. *Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes.* Seruat ordinem legis, vt non ſolum malitia tollatur, ſed etiam benignitas inſeratur. *Donantes inuicem.* Ne nobis dicatur, Serue nequam omne debitum remiſi tibi, & cætera. *Sicut & Deus in Chriſto.* Per Chriſtum. *Donauit nobis.* Omnia peccata.

E

CAP. V.

Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi. Imitatione enim vel adoptione eſtis Dei filij, nõ natura, ſicut ait dominus, Vt ſitis filij patris veſtri, & cætera. *Et ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos.* Sicut & Ioannes, ait: In hoc cognouimus charitatem eius, quia ille pro nobis animam ſuam poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. *Et tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo.* Voluntate ipſe ſe tradidit. *In odorem ſuauitatis.* Suauiſſimus Deo odor eſt charitas. *Fornicatio autem.* Omnia crimina breuiter comprehendit, duas nominando radices. *Et omnis immunditia, aut auaritia.* Quomodo enim in veteri lege, de nefandis criminibus, q in occulto fiunt, & ea nominare turpiſſimum eſt: ne ea dicentes, & aures audientiũ pol-

F

luerent, generaliter ſcriptura complexa eſt dicens, Verecundos, vel reuerendos facite filios Iſrael. *Ab omni immunditia.* Et in hoc loco cæteræ extraordinariæ voluptates, ipſarum quoq; opera nuptiarum, ſi non verecunde, & cum honeſtate, quaſi ſub oculis Dei fiant, tantum vt liberis ſeruiatur, immunditia nominantur. *Nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos.* Conſideremus ſi licet fieri quod non licet nominari. *Aut turpitudo, aut ſtultiloquium.* Stultiloquium etiam in hominum filijs reprehenditur. *Aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet.* Scurrilitas quæ riſum mouet, & grauitati non conuenit Chriſtianæ, quia ad rem cœleſtem, diuinamque non pertinet. *Sed magis gratiarum actio.* Hoc magis agere & tractare debetis, vt Deo non ſitis ingrati. *Hoc enim ſcitote, intelligentes, quod omnis fornicator.* Contra illos agit, q ſolam fidem dicunt poſſe ſufficere ad ſalutẽ ſine operibus, quod de illis ſolis bene dicitur, qui poſt baptiſmum rapiuntur, & tempus non habent operandi. *Aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus.* Quia huiuſmodi actus non

G

Deo, ſed dæmonibus exhibentur. Auarus enim dum ſolidos ſeruat, & pecuniæ famulatur, de qua nec ſibi nec alijs proſpicit, vtique effigiem humanam colit, in modum ſimulachrorum, non congrue idolis ſeruire dicitur. *Non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.* Quæ Dei filijs, non diabolis præparatur. Contra Arrianos, qui dicunt, maior eſt qui prior nominatur. *Nemo vos ſeducat inanibus verbis.* Dicendo, opus eſt vt fides ſit, & homo, Chriſti tantum baptiſma conſequatur, quantumuis peccet, perire non poteſt. *Propter hæc venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Ex præteritis futura cognoſcite, ſi Sodomitis pepercit, & his qui in diluuio perierunt, parcet & vobis. *Nolite ergo effici participes eorum.* Si in peccatis participes fueritis, eritis & in pœna conſortes. *Eratis autem aliquando tenebræ.* Quando neſciebatis domini voluntatem: nunc vero omnia cognouiſtis. Quantum ergo intereſt inter lucem, & tenebras, tantum debetis à priſtina conuerſatione diſtare. *Nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate.* Diligenter aduertendum, quia tenebræ nos ſumus: lux autem in domino: vt nemo de ſuis meritis glorietur. *Fructus enim lucis eſt in bonitate, & iuſtitia, & veritate.* Tales habet vera ſcientia fructus. *Pro-*

H

bantes quid ſit bene placitum Deo. De lege probate, quid Deus velit: non quid homines aſſeuerent. *Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum.* Quia nec lux poteſt communicare cum tenebris. Non prodeſt quicquid ſine timore, vel ſcientia eſt Dei: vel quicquid non propter Deũ fit. *Magis autem redarguite.* Non ſolum ergo communicare nolite: ſed etiã redarguite. *Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis.* In domibus, vel in templis. *Turpe eſt & dicere.* Nobis dicere turpe eſt, quæ illi quaſi in tenebris facere non erubeſcunt. *Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur.* Incipit lumen eſſe, quum credit, & vobis arguitur. *Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt.* Sicut ad Corinthios ait, Occulta etiam cordis eius manifeſtata ſiunt: & tunc cadens in faciem ſuã adorabit dominum, pronũcians, quia vere Deus eſt in vobis. *Propter quod dicit, Surge qui dormis.* Quaſi vocem alicuius ſapiẽtis conſcientiam pagani pulſantis inducit. *Et illuminabit tibi*

Chriſtus

*Alias, domum.

A *Chriſtus.* Quum ei credideris, efficieris lux. *Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes.* Quaſi filii ſapientiæ, & filii lucis, ne alicui offendiculum ſitis, & incipiatis cauſa ei perditionis exiſtere. *Redimentes tempus.* Veſtra ſapientia, vel cautela, & pro quiete veſtra, calumniatoribus neceſſe eſt, vt aliquid pereat. *Quoniam dies mali ſunt.* Non dies mali ſunt, ſed homines: ſicut locus dicitur malus, in quo aliquid mali committitur. *Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.* Scripturas ſcrutamini, quia ibi voluntas eius agnoſcitur. *Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed impleamini ſpiritu, loquentes vobiſmetipſis.* Exponit continentiæ bonum, quia luxuriæ materiam appetere non conuenit crucifixis, ſed ſpiritu ſancto repleri: quia ebrietas mater eſt vitiorum. *In pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritalibus cantantes.* Non de rebus ſeculi, ſicut ait Dauid, Vt non loquatur os meum opera hominum. *Et pſallentes in cordib. veſtris Deo.* Non ore tantum Dei verba cantemus. *Gratias agentes ſemper & pro omnib. in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri.* Pro omnib. quæ eueniunt, ſicut

B Iob, ſeu bona, ſeu mala, dicite, Sit nomē domini benedictū, ſecundum Dauid, Benedicam dominum in omni tempore. *Subiecti inuicem in timore Chriſti.* Non humano timore, vel auaritiæ cauſa, ſicut quidam ſui ſpiritus adulantur. *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſunt, ſicut domino.* Quia non eos ſicut Corinthios lactabat incōtinentes, ſed perfecto cibo continentiæ nutriebat, ōmei ne in pleriſq; ceſſante carnis officio, aut in mulierib. ſubiectio, aut in viris ceſſaret charitatis affectus, & non tam continentiam q̄ diuortium docuiſſe videretur. Cæterum quale eſt, vt nouæ vitæ prædicator nulla ei cauſa ho. doceret, q ipſa natura poſcebat. *Quoniā vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſt' caput eccleſiæ. Ipſe ſaluator corporis.* Reddit cauſam ſubiectionis: quia prior eſt vir, & vtriuſque corporis debet eſſe ſaluator. *Sed vt eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* Omnibus pus debent parere præceptis. *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam.* Tam ſancta charitate. *Et ſemetipſum tradidit pro ea.* Ita & vos pro ſanctitate vxorum: nec mori, ſi neceſſe fuerit, recuſetis. *Vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ.* Aqua lauit corpus, animam ſanctificatione verbi, vel doctrinæ: ſicut ad Hebræos ait, Ablotis corpus aqua munda. *In verbo,*

C *vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam.* Ita & vos corpora vxorum continentia, animam mundate doctrina. *Non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi.* Ita ſibi Chriſtus mundauit eccleſiam, vt & vetera crimina tolleret, & nouas maculas. *Sed vt ſit ſancta, & immaculata.* Si omnibus membris immaculata eſt, maculati in ea eſſe non cenſentur, niſi ſurſum pœnis purgatoriis expurgentur: ſed ſine macula & ruga in futuro erit: nam modo permixta eſt, vt palea & triticum in area ante ventilationem. *Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua.* Vt quales ipſi cupiunt inueniri, tales & vxores exhibeant. *Qui ſuam vxorem diligit, ſemetipſum diligit.* Quia duo in carne ſunt vna. *Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit, & fouet eam: ſicut & Chriſtus eccleſiam.* Non vt ei labores, & dolores infligat, ſed vt ſecuram faciat, & quietam. Non nuptias damnat, ſed ad continentiam hortatur. *Quia membra ſumus corporis eius.* Membra eius debent eum in omnibus imitari. *De carne eius, & de oſſibus eius.* Ex omni ſubſtantia ſumus corporis eius. *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt.* Amore non loco ſolum. *Ego autem dico, in*

D *Chriſto, & in eccleſia. Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſque ſuam vxorem, ſicut ſeipſum diligat.* Ego hoc, inquit, in Chriſto intelligo, & in eccleſia: ſed tamen non ideo vos non amare debetis: imo amplius, vt Chriſtus eccleſiam. Quoniam Chriſtus reliquit matrem: id eſt, relinquendo ſynagogam Iudæorum, de qua ſecundum carnem natus eſt: & inhærendo eccleſiæ ſuæ quam ex omnibus gentibus congregauit. Quomodo reliquit patrem? non quia receſſit à patre: ſed quia in ea forma apparuit, in qua æqualis eſt patri. *Vxor autem timeat virum.* Subiecta ſit tanquam infirmior, vt regatur.

CAP. VI. *Filii obedite parentibus veſtris in domino.* Parate eos diſciplinæ: quia eos à parentibus ſecundum Deum præcipit erudiri. *Hoc enim eſt iuſtum.* Vt mutua officia rependatis. *Honora patrem tuum & matrem.* Sed honos: nam ipſe Moyſes docuit, contra Deum venientes non ſequendos honorem tamen eis exhibere pro Dei timore debemus. *Quod eſt mandatum primum in promiſſione.* Promiſſionis primum in ſecunda tabula: quæ ad humanitatem pertinentia præcepta ſex numero continebat. Prima enim tabula propria diuina officia exigebat. *Vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.* Non in hac terra, in qua etiam impii & ſcelesti ſenes ſiunt: ſed ſuper illam terram, quam & dominus mitibus repromittit, & in qua iuſti inhabitabunt: & quam Pſalmiſta viſurum eſſe ſe credit. *Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros.* Siue ſimpliciter accipiendum, ne immoderate, & ſine cauſa correpti magis ad iracundiam prouocentur. *Sed educate illos in diſciplina & correctione domini.* Ne dum male viuis aut cum vxoribus, aut poſt vxores, malo veſtro eos perdatis. *Serui obedite dominis carnalibus.* Seruitium non natura dedit, ſed captiuitas adinuenit, neque ex maledicto Cham cœpit, vt quidam putant: quum ex eo reges legamus eſſe generatos: ſed in Cananeis impletum eſt, qui Iſrael ſunt filiis ſubiugati. Prouidit Apoſtolus, ne doctrina Dei in aliquo blaſphe-

F metur, ſi credentes ſerui inutiles ſuis dominis fiant: & qui forte permiſſurus erat etiam alios ſeruos fieri Chriſtianos, de ipſis iam factis incipiet pœnitere: ſi vero viderit eos in melius profeciſſe, & fideles effectos, non ſolum alios optabit credere, ſed etiam ipſe ſaluabitur: Non enim venit Chriſtus mutare conditiones, ſed mores. *Cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri.* Hoc eſt, cum omni humilitate, expoſita prioris ſuperbia. *Sicut Chriſto.* Chriſto facitis, quicquid propter Chriſtum hominibus exhibetis. *Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti.* Hoc eſt nolite præſentes tantum domino operari. *Facientes volūtatem Dei ex animo, cū bona voluntate ſeruientes: ſicut domino, & non hominibus.* In his quæ Dei non ſunt contraria voluntati: in multis enim concurrunt cum lege naturaliter animi dominorum: quia ſeruos & fideles & & ſobrios, & caſtos, & benignos habere deſiderant. Seruite domino non cum murmuratione. *Scientes quoniam vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc percipiet à domino.* Cuicunq; propter Deum beneſeceris, à Deo expectas mercedem. *Siue ſeruus ſiue liber.* Non vos deſperare faciat conditio

G ſeruitutis. *Et vos domini.* Audite me, ſi & illos vultis audire, date illis exemplum. *Eadem facite illis.* Ne ſi fugerint, non religioni, ſed tuæ incipies malitiæ imputare. *Remittentes minas ſcientes quia & illorum & veſter dominus eſt in cælis.* Minamini propter diſciplinam, ſed remittite propter miſericordiam, vt & vobis à veſtro domino remittatur. *Et perſonarum acceptio non eſt apud Deum.* Apud dominum vſque adeo vnum eſtis, vt æqualiter empti ſitis, vna vobis ſit hæreditas repromiſſa. *De cætero fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius.* Epiſtolam generali exhortatione concludit, in exemplo domini & virtute. *Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.* Contra ſpiritales hoſtes, ſpiritalia arma ſumenda ſunt, vt diſſimilitudo naturæ armorū ſpiritalium fortitudine protegatur. *Quia non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem.* Caro & ſanguis homo dicitur. *Sed aduerſus principes & poteſtates.* Qui ſibi principatum in huius mundi hominib. vſurparunt, & qui homines ignorantes, & impios ad peccata committenda & inſtigant, & gubernare videntur. *Aduerſus mundi rectores tenebrarum harum.*

H Ne quis ſpiritus nefandos cum autore & principe ſuo diabolo regere cælum & terram & mare arbitraretur, ſubiecit, & expreſſit, quid diceret, mundi. Tenebrarum, inquit, harū: id eſt, tenebrarum harum, vtique infidelium, & impiorum, qualibus iam credentib. dictum eſt: Fuiſtis aliquando tenebræ nunc aūt lux in domino. Fuiſtis tenebræ: id eſt, infideles: nunc autem per dominum facti eſtis fideles. *Contra ſpiritalia nequitiæ.* Sunt enim & ſpiritalia bonitatis. *In cæleſtibus.* In aere, in quo aues volantes, cæli volucres appellantur. *Propterea accipite arma Dei.* Quia tales habetis inimicos. *Vt poſſitis reſiſtere in die malo.* Dies malus eſt nobis, quando impugnamur à malo. *Et in omnibus.* Non in vno. *Perfecti ſtare.* Vt cū Dei adiutorio diabolicis inſidiis perfecte armis ſpiritalibus reſiſtam', lūbos mētis accincti: hoc eſt, caſti: & in omni prælio viriliter præparati: & ab omnib. curis ſeculi expediti.

A *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate.* Non in hypocriſi. *Et induti loricam iuſtitiæ.* Sicut lorica multis armillis intexitur, vel circulis: ita & iuſtitia diuerſis virtutum connectitur ſpeciebus: munit autem non ſolum pectoris conſcientiam, ſed & ventris continentiã, necnon & ad femorũ pertingit libidinem coercendam. *Et calciati pedes in præparationẽ euangelij pacis.* Sicut calciati pedes fiducialiter ãbulant ita & vos intrepide prædicate. *In omnibus ſumentes.* In omnibus prœliis fide tegamur quia ſcutũ ipſorum quoq; armorum defenſio eſt, & ſine hoc infirma ſunt omnia. Ita & hæ virtutes ſine fide ſalutare nõ poſſunt. *Scutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi igne extinguere.* Sicut ſcutũ omnia iniecta reſpuit, & excutit: ita & fides omnes eius ſuaſiones extinguit: quamuis, quaſi rationales, litmẽ habere videantur. *Et galeã ſalutis aſſumite.* Quæ omnes ſenſus capitis a prauis officiis protegat, aut abſcondat. *Et gladium.* Nemo miles audet ad pugnam ſine gladio proficiſci: ſe enim vtcunq; tueri poteſt, ſed hoſtem non valet interimere: nonnũquam etiã ab audaci hoſte ſuis armis exſpoliatus occiditur. Ita ſine Dei verbo iuſtitia omnis

B inuecta eſt. *Spiritus, quod eſt verbum Dei.* Spiritalem gladium. *Per omnem orationem & obſecrationem.* Nunc gladiũ poſtulate, & ſemper habere. *Orãtes omni tempore in ſpiritu.* Ne impediaris orare ſemper, ſed pro rebus ſpiritalibus deprecare. *Et in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione, pro omnibus ſanctis & pro me.* Nihil enim prodeſt dormientis more iacente corpore animo peruagari, dum hac vanitate nec ab homine aliquid impetretur. *Vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cũ fiducia notum facere myſterium euangelij.* Vt abundanter & ſine metu perſecutionis vel odij Iudæorum exponam vobis in Chriſto populi rationem. *Pro quo legatione fungor in catena.* Omnes enim verbi legatos talia neceſſe eſt ſuſtinere. *Ita vt in ipſo audeam prout oportet me loqui.* Tunc enim maior fiducia erit, ſi rationabiliter dicatur, & in abundantia, quæ exprimat rationem. In ipſo, inquit, & nõ in meis viribus. *Vt autem & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam, omnia vota faciet vobis Tychicum chariſſimus frater, & fidelis miniſter in domino: quẽ miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis, quæ circa nos ſunt, & cõſoletur corda veſtra.* Solicite agit, non ſolum vt proficiant, ſed etiam ne deficiant in tribulationibus eius, vel ne in aliquo contriſtẽtur. *Pax fratribus.* Et pax, charitas, & fides perfectum faciunt

C Chriſtianum. Simulq; notandum, quod hæc nobis non à nobis, ſed a Deo patre, & domino Ieſu Chriſto eſſe confirmat, vt ne quis de ſuis glorietur meritis, & ſe dicat fidem non à Deu accipere. A quo ergo pax & charitas, ab illo eſt et fides. Propter quod ab illo eam quam non ſolum augeri habentibus poſcimus, ſed & non habentibus dari deprecamur. *Et charitas.* Charitas maior eſt pace: poteſt enim eam habere quis, non tamen & amari. *Cum fide, a Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.* Sine fide enim infructuoſa ſunt omnia. Et diligenter attendite, quod & ipſa fides, cum reliquis virtutibus nobis donatur. *Gratia cum omnibus qui diligunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione, Amen.* Siue in caſtitate, ſiue in quorum corde nullo adulterino ſeculi amore Chriſti dilectio violatur. Scripta ab vrbe.

Finis Epiſt. ad Epheſios.

D

AD PHILIPPENSES
D. PAVLI EPISTOLA.

ARGVMENTVM.

Quid ſanctus Hiero. de Diuo Paulo dixerit in apologetico ad Pãmachium videamus: Paulum apoſtolum proferam, quem quotieſcũque lego, videor mihi non verba audire, ſed tonitrua. Legite epiſtolas eius & maxime ad Romanos, ad Galatas, atq; ad Epheſios, in quibus totus in certamine poſitus eſt: & videbitis eum in teſtimonijs quæ ſumit ex veteri teſtamento, quam artifex, quam prudens, quam diſſimulator ſit eius, quod agit. Videntur quidem verba ſimplicia, & quaſi innocentis hominis, ac ruſticani, & qui nec facere, nec declinare norit inſidias: ſed quocunq; reſpexeris, fulmina ſunt. Hæret in cauſa: capit omne quod tetigerit: tergum vertit, vt ſuperet: fugam ſimulat, vt occidat. Philippenſes ſunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis, perſtiterunt in fide: nec receperunt falſos apoſtolos. hos Apoſtolus collaudat ſcribens eis a Roma. In actibus Apoſtolorum legimus, quia ipſo prædicante crediderunt Philippenſes: tantum autem profecerant in fide, & ſcientia, vt etiam fiducialiter & prædicarẽt, & defenderent euangelium: Quapropter ab ijs ſolis ſe memorat accepiſſe, etiam quum alijs prædicaret. Hos ergo collaudans monet, ne eius paſſionibus terreantur, quibus non deſtruitur Chriſti euangelium, ſed firmatur: dum omnes intelligunt, tanta eum non poſſe pro re falſa vel dubia ſuſtinere: & hortatur eos exemplo ſuo libenter vſque ad mortem certare pro Chriſto.

E

PAVLVS & *Timotheus ſerui Ieſu Chriſti.* Omnis apoſtolus & ſeruus: non omnis ſeruus apoſtolus. *Omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis.* Non paſſim omnibus Philippenſibus: quia erant ibi & pagani. *Cum epiſcopis, & diaconibus.* Epiſcopos hic non ſolum pontifices, ſed & presbyteros intelligimus. Non enim in vna ciuitate plures erant epiſcopi: hoc etiam in apoſtolorum actibus inuenitur. *Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro &*

F *domino Ieſu Chriſto.* Bonorum memoria cum gratiarum actione celebratur. *Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis.* Oſtendit circa eos dilectionem ſuam, pro quibus ſemper exorat. *Cum gaudio deprecationem faciens.* Non cum mœrore, ſicut pro peccatoribus. *Super communicatione veſtra in euangelio.* Quia communicatis in euangelio prædicando. *A prima die vſque nunc.* Ab initio fidei veſtræ deprecor, vt perſeueretis. *Cõfidens hoc ipſum.* Cõfido me impetrare. *Quia qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet.* Notandum, quia vt incipiamus, ipſius gratia eſt, ne quid ſibi humana ſuperbia arroget: quia & fides, & doctrina, & ſcientia ab illo donatur, & ipſe in nobis incipit, & cõſummat. *Vſque in diem Chriſti Ieſu.* Vſque ad diem mortis. *Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis.* Charitas enim omnia ſperat. *Eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis.* Tantum vos diligo, vt mihi memoriam veſtri nec vis tribulationum, nec ſolicitudo defenſionis auferat. *Et in defenſione, & confirmatione euangelij.* Confirmatio euangelij eſt, Deo confirmante, conſtantia prædicantis. *Socios gaudij mei omnes*

G *vos eſſe.* Hoc ſentio de vobis, & credo quia ſicut tribulationis meæ ſocij eſtis, ita eritis & gaudij. *Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Chriſti Ieſu.* Siue eius in eſſe viſceribus, ſiue ita vos, tanquam viſcera eius deſidero. *Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet.* Notãdum, quod non ſolum præcipit, vt faciant: ſed & orat pro eis: vt ſciamus, quia nõ ſufficit lex iubendo, niſi gratia ſubuenerit iuuando. *In ſcientia & omni ſenſu, vt probetis potiora.* Notandũ, quia ſcientibus maiorẽ adhuc ſcientiam deprecatur, vt ſinceri eſſe præualeant: quæ ſcientia cum charitate ædificat. *Vt ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti.* Sinceri, ſicut baptiſmi gratia reparauit. *Repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtũ.* Vt nõ ſolum ſinceri à corruptione ſitis, ſed etiam fructib. iuſtitiæ abundetis dono Chriſti: qui non modo malitiã non habet, ſed etiã bonitate redundat. *In gloriam & laudem Dei.* Vt glorificetur Deus in nobis: nõ humana præſumptio, & vana gloria, ſibi tribuẽs ſi aliquid boni habere videtur. Sed vt videãt homines opera bona, & glorificẽt Deum, cuius donũ eſt q̃ habemus. *Scire autẽ vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt.* Cõſolatur eos de tribulatione ſua: quia audierãt eum vinctũ in

H domo Cæſaris cuſtodiri. *Magis ad profectum venerunt euãgelij.* Non ſolum nõ obſunt, ſed etiã proſunt, dum manifeſtatur, me non pro aliquo crimine, ſed pro Chriſto omnia ſuſtinere. *Ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chriſto in omni prætorio.* Apud omnem iudicem. *Et in cæteris omnibus.* Subauditur locis. *Vt plures ex fratribus in domino confidentes: vinculis meis abundantius auderent ſine timore verbum Dei loqui.* Vinculorum meorũ exemplo incitati. Dum me vident hæc pro Chriſto libentiſſime pati. *Quidam quidem & propter inuidiam, & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant.* Dum mihi apud credentes gloriam auferre deſiderant, quaſi qui ſolus mihi vindicem ſcientiam prædicandi. Alij etiam alios ſaluari volentes, fideliter annunciant Chriſtum quidam autem ex charitate adiuuant me euãgelium defenſare? Alij autem doloſe prædicant vt me am-

plius

A plus grauent, quaſi plures diſcipulos facientem, & doctrina mea totum orbem implere conantem: vt mihi maiorem inuidiam cumularent. *Quidam ex charitate ſcientes quoniam in defenſionem euangelij poſitus ſum.* Scientes quia non à me, ſed à Deo ad hoc ſum poſitus. *Quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant, non ſincere, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis.* Non ſincera conſcientia: quia propter lucrum præſentis temporis prædicabant: & illi ſua prædicatione inuidiam excitabant, & augebant pœnas vinculorum eius, & de illius pœnis gaudebāt. Ille vero gaudebat: quia & per fallaces verum prædicabatur: & per malorum ora Chriſtus annuntiabatur. *Quid enim? dum omni modo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem, Chriſtus annuntietur.* Non mihi cura eſt, qua mente prædicent, dummodo, quod cupio, Chriſti nomen omnibus innoteſcat, & à multis credatur. Quapropter & modo gaudeo, & in futurū gaudebo. *Et in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.* Siue per occaſionem odij, vel inuidiæ: non quia maleuolus erat, & de alieno malo gaudebat: ſed quia

B & à malis verbum prędicabatur, & per malorum ora Chriſtus annuntiabatur. *Scio enim quia hoc mihi proueniet.* Quod non ſolum per verbum & paſſionem meam, ſed etiam per odium Chriſti eccleſiæ augmentantur: quia nouit dominus de malis bene operari. *Ad ſalutem per veſtram orationem, & ſubminiſtrationem ſpiritus Ieſu Chriſti.* Qui ad meam omnia ſalutem gubernat, & aduerſa vertit in proſpera. *Secundum expectationem meam, & ſpem.* Quia de omnibus his ex pecto mercedē: & vt conuertantur, ſuſtineo. *Quia in nullo confundar.* Ille enim neq; in opprobriis, neq; in contumeliis, nos vero in omnibus cōfundimur: quamuis ſecundum Deum ſit: vnde oſtendimus, nos laudibus hominum deſeruire, non Chriſto. *Sed in omni fiducia ſicut ſemper.* Nulla res me terret. *Et nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem.* Et vita mea, & mors ad magnificentiam pertinet Chriſti, qui me in omnibus cōfortat: inſultat inimicis ſuis, quod habebit, ſi ſeruauerit Chriſtum, adnuntiando plurimum fructum. *Mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Nulla iam hic voluntas viuendi eſt, niſi vt corpus eius ędificem exemplo meo: lucrum maximū computans iam ſecu-

C laribus laqueis non teneri, iā nullis peccatis & vitiis carnis obnoxium fieri: quod poſt hāc vitam ſine dubio eſt futurū. *Quod ſi viuere in carne hic mihi fructus operis eſt.* Quia nec hic ſine fructu animę, dono domini viuo. *Et quid eligā, ignoro.* Intantū mihi vtraque expediunt, vt quid eligere poſſim, ignorem, quę mihi nocere putantur. *Coarctor autem è duobus, deſiderium habens diſſolui, & cū Chriſto eſſe, multo magis melius eſt. Permanere aūt in carne, neceſſarium propter vos.* Illud mihi melius illud vobis neceſſarium: & mortē illos nō timere, ſed eligere debere, ſuo docet exemplo: & ne cōtriſtentur, manſurū ſe in carne ſpiritu ꝓphetico repromittit. *Et hoc confidens ſcio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis.* Non ſolum credo, ſed ſcio. *Ad profectum veſtrum & gaudium fidei, vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu in me.* Vt per profectum de fructu fidei veſtræ gaudium habeatis. *Per meum aduentum iterum ad vos.* Vt me viſo, iterum abundantius gratulemini. *Tantum digne euangelio Chriſti conuerſamini, vt ſiue cum venero & videro vos.* Omnia eius præcepta ſeruetis. *Siue abſens, audiam de vobis, quia ſtetiſtis vno ſpiritu.* Sicut legimus, quia erat eis cor vnum, & anima vna, nec quicquam ſuum dicebant: ſed

D erant eis omnia communia. *Vnanimes collaborantes fide euangelij.* Omnes vnanimes in pugna victoriam faciunt. *Et in nullo terreamini ab aduerſarijs quæ eſt illis cauſa perditionis.* Neque callidis diſputationibus, neque paſſionibus, neque opprobriis. *Vobis autem, ſalutis.* Quia vult ſuos probatos coronari. Vnde apoſtoli ibant gaudentes, quia digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati: & Iob permittitur tentari, quia Dei adiutorio protectus, nec vinci habebat: & eius gloria amplianda erat aduerſario ſuperato, atque confuſo. *Et hoc à Deo quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis.* Occaſio fidei, à Deo donata eſt, quia niſi veniſſet Chriſtus, & non ſolum docuiſſet, ſed etiam corda tetigiſſet, inanis fuerat prædicatio noſtra: & quamuis in Actibus legamus, fidem voluntariam eſſe: tamen euidenter hic docet, quod Dei donum ſit, vt credamus: & ideo nihil nobis donemus, quia vt credamus, & vt perſeueremus, vel pro ipſo patiamur, ipſius donum eſt: vnde euidenter

patet, fidem qua credimus, ipſius donum eſſe, nempe vtrunque dixit eſſe donum, vt & credamus, & vt patiamur. E
Sed vt etiam pro illo patiamini. Non ſolum fidei inſipientiam, ſed etiam martyrii donum ac præmium ab ipſo habemus. *Idem certamen habentes, quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me.* Nihil noui patiamini, ſed hoc quod & præſentes vidiſtis de me, & nunc abſentes audiſtis.

Si qua ergo conſolatio in Chriſto. In omni tribulatione in Chriſto ſolo conſolamini. *Si quod ſolatium charitatis.* Non amicorum. *Si qua ſocietas ſpiritus.* Spiritalium, non carnaliū. *Si qua viſcera miſerationis.* Veſtri miſeremini, non parentum. *Implete gaudium meum.* In talibus diſcipulis doctor exultat. *Vt idem ſapiatis.* Hoc ipſum. *Eandem charitatem habentes vnanimes.* Omnes in alterutrū. *Ipſum ſentientes.* Hoc alteri ſentio, quod tibi. *Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriā.* Ne aliquid in Dei æmulatione faciamus, ſed ne quis nobis melior eſſe videatur. *Sed in humilitate, ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes.* Si omnes à quibus iniurias patimur, ſuperiores putaremus, patienter ferremus: nemo enim à patre vel à domino indigne fert ſe iniuriam accepiſſe. Cogitādum etiam, nullū eſſe hominem, qui non poſſit habere aliquod bonū: quod tu nondum habes, etiā ſi lateat: in quo ſine dubio poſſit te eſſe ſuperior: quę cogitatio ad cōtundendam & edomandā ſuperbiam valet, ne arbitreris, quoniam aut quædam eminent, & apparent, ideo alterum nulla habere quæ lateant, & fortaſſe maioris ponderis illi ineſſe bona, quibus te ſuperat neſcientem. *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorū.* Non quę nobis ſolis expediūt, ſed quę & aliis proſūt. *Hoc enim ſentite in vobis.* Tanta humilitas in vobis ſit: quia quamuis ſe quiſq; humiliet, humilior Chriſto non erit. Vult oſtendere Chriſtum non propter ſe paſſum, ſed propter alios. Aliqui hunc locū ita intelligunt, quod ſecundum diuinitatē ſe humiliauerit Chriſtus ſecundū formam, ſcilicet Dei, ſecundum quam æqualitatem Dei non rapinam vſurpauerit, quam naturaliter poſſidebat, & exinaniuerit ſe, non ſubſtantiam euacuens, ſed honorem abſcondens, formam ſerui, hoc eſt, ſubſtantiam hominis induendo, & per omnia vt homo tantummodo apparendo: atque humili obedientia nec crucis mortem recuſando. Sed quomodo hæc expoſitio Arrii calumniam effugiat, conſiderandū eſt: qui nihil aliud agit, niſi vt filiū aſſerat minorē: hic ſi dicatur exaltatus à patre ſecundū diuinitatem, & nomen accepiſſe, quod antea non habebat: niſi forte pronunciatæ perſonæ, quæ ſecundum formam hominis dicta ſunt, Deo adſcribantur. Quia Chriſtus Deus homo recte creditur: & ideo bene ſentit, qui ſic ſentit, nec contra fidem ſentit. *Quod & in Chriſto Ieſu.* Secundum quod Chriſtus eſt, & Ieſus. *Qui cum in forma Dei eſſet.* Id eſt, imagine Dei abſque peccato: ſiue in quo erat Deus, id eſt, plenitudo diuinitatis. *Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo.* Quod erat humilitate celauit, dans nobis exemplū, ne de nobis in aliquod gloriemur: non rapuit, quod habebat, id eſt, æqualitatem patris, quam naturaliter habebat, non rapuit. *Sed ſemetipſum exinaniuit.* Aſſumendo quod non erat: non amittendo quod erat. *Formam ſerui.* Ita vt pedes lauaret, nihil ſibi vindicās poteſtatis, quam haberēt omnium dominatum, quaſi vnigeniti à patre. *Accipiens* Carnem noſtram peccatricem ſine peccato. *In ſimilitudinem hominum factus.* Non ſemper ſimilitudo vera eſt: nam genuit Adam filium ſecundum imaginem & ſimilitudinem ſuā, & vocauit nomen eius Seth. *Et habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem.* Vt nobis perfectæ obedientiæ monſtraret exemplum. *Mortem autem crucis.* Quia nulla mors peior, propter diuturnium cruciatum. *Propter quod & Deus illum exaltauit, &c.* Diuinitas non exaltatur, quia nec humiliari poteſt: & illi donatur, qui non habet, vnde ſecūdum humanam magis naturā poteſt intelligi, quam ſecundum diuinam. Si & nos exaltari cupimus, exemplo Chriſti, fratribus ſeruiamus. Si enim ille dominus & magiſter ſeruis & diſcipulis miniſtrauit, quanto magis nos maioribus, & æqualibus ſeruire debemus: & Deo, ac ſanctis vſque ad mortē obedire, ne magiſtrum humilem ſuperbi diſcipuli nō ſequamur? *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium terreſtriū & infernorum.* Vt omnes ſimul adorēt hominem aſſumptū in verbū. *Et omnis lingua confiteatur, quia dominus. Omnium gentium & angelorum*

CAP. II. F G H

In lib. de diuerſis quæſtionibus, quæſt. 71

A *Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.* Hoc eſt, in natura, & gloria deitatis, id eſt, eiuſdem eſt gloriæ & æqualitatis. De loco iſto integram expoſitionem D. Auguſtini poſuimus. De eo quod ſcriptum eſt, Et habitu inuentus vt homo. Multis modis habitum dicim⁹: vel habitum animi, ſicuti eſt cuiuſque diſciplinæ perceptio vſu roborata, atque firmata: vel habitum corporis, ſecundum quem dicimus alium alio eſſe ſucculentiorem, & validiorem, quæ magis propriè habitudo dici ſolet: vel habitum eorum quæ membris noſtris accommodantur extrinſecus, ſecundum quem dicimus veſtitum, calciatum, armatum, & ſi quid eiuſmodi eſt. In quibus omnibus generibus, ſi quidem nomen hoc dictũ eſt ab illo verbo, quod eſt habere, manifeſtũ eſt in ea re dici habitum, quæ accidit alicui, ita vt eã poſſit etiam non habere: nam & doctrina accidit animo, & ſuccus ac robur corpori: & veſtis, atque arma, non dubiũ, eſt quin accidant membris noſtris: ita vt & imperitus poſſit eſſe animus, ſi ei doctrina non acciderit: & exile, atque languidum corpus ſine ſucco viſcerum, & robore: & nudus ſine veſte, & inermis ſine armis, & pede nudo ſine calciamẽtis, eſſe homo poſſit. Habitus ergo in ea re dicitur, quę nobis vt habeatur, accidit: veruntamen hoc intereſt, quod quædam eorum quę accidunt nobis, vt habitũ faciant, non mutantur à nobis, ſed ipſa nos mutant, in ſeipſa integra, & incõcuſſa manentia: ſicuti ſapientia quũ

B accidit homini, non ipſa mutatur, ſed hominem mutat, quẽ de ſtulto ſapientem facit. Quędam vero ſic accidunt, vt mutent, & mutentur: ſicuti cibus, & ipſe mutans ſpeciem ſuam in corpus noſtrum vertitur & nos refecti cibo ab exilitate, atque languore in robur, atque valentiam commutamur. Tertium genus eſt, quum ipſa quæ accidunt, mutantur, vt habitum faciant, ſicuti eſt veſtis: Nam quum proiecta vel repoſita eſt, non habet eam formam, quam ſumit, quum induitur, atque inducitur mẽbris: induta ergo accipit formã, quam non habebat exuta: quum ipſa membra & quum induuntur, & quum exuũtur, in ſuo ſtatu permaneant. Poteſt etiam eſſe quartum genus, quum & ea quæ accidũt ad faciendum habitũ, nec mutant quibus accidunt, nec ab eis ipſa mutantur, ſicut anulus in digito, ſi non nimis ſubtiliter attendatur. Veruntãen hoc genus, aut nullum eſt, ſi diligẽter diſcutias, aut omnino rariſſimum. Quum igitur apoſtolus, de unigenito Dei filio loqueretur, quãtum pertinet ad diuinitatẽ eius, ſecundum id quod verus Deus eſt, ęqualem eſſe dixit patri, quod non ei fuit tanquam rapina, id eſt, quaſi alterũ appeteret. Latuiſſet itaq; miſericordiæ opus ſi ſemper

C manens in ea æqualitate nollet hominẽ indui, & hominib. vt homo apparere: ſed ſemetipſum exinaniuit non formam ſuam mutans, ſed formã ſerui accipiens: neque conuerſus, & tranſmutatus in hominem amiſſa incommotabili ſtabilitate, ſed tanquam verum hominem ſuſcipiẽdo, ipſe ſuſceptor in ſimilitudine hominũ factus, nõ ſibi, ſed eis quibus in homine apparuit, & habitu inuentus vt homo, id eſt, habẽdo hominẽ inuentus, vt homo eſt. Non enim poterat inueniri ab his, qui cor immũdum habebãt & verbum apud patrem videre nõ poterant, niſi hoc ſuſcipiendo, quod poſſẽt videre, & per quod ad illud lumen interius ducerentur. Iſte autem habitus non eſt ex primo genere: non enim manens in ſe natura hominis, naturam Dei commutauit: neq; ex ſecundo, nõ enim & immutauit homo Deum, & immutatus ab illo eſt: neque ex quarto, non enim ſic aſſumptus homo, vt neq; ipſe mutaret Deũ, nec ab illo mutaretur, ſed potius ex tertio, ſic enim aſſumptus eſt, vt cõmutaretur in melius, & ab eo formaretur ineffabiliter excellentius, atque coniunctius, q̃ veſtis ab homine, quum induitur. Hoc ergo nomine habitum ſatis ſignificauit Apoſtolus, quemadmodũ

D dixerit, In ſimilitudinem hominum factus: quia non transfiguratione in hominem, ſed habitu factus eſt, quũ indutus eſt hominem, quem ſibi viuens quodã modo, atq; conformans, immortalitati, ęternitatiq; ſociaret. Sed illum habitũ, qui eſt in perceptione ſapientiæ, vel potius diſciplinæ, quã Græci ἕξιν vel σχέσιν vocant, hunc autem ſecundum, quem dicimus veſtitum, vel armatum, σχῆμα potius appellant. Ex quo intelligitur, de iſto genere habitus loquutũ Apoſtolũ, quandoquidem in Græcis exemplaribus σχήματι ſcriptum eſt, quod nos in Latinis habitum habemus. Quo nomine oportet intelligi, nõ mutatum eſſe verbum ſuſceptione ho-

E minis, ſicuti nec membra veſte induta mutantur: quanquã illa ſuſceptio ineffabiliter ſuſceptum ſuſcipienti copulauerit: ſed quantum verba humana rebus ineffabilibus coaptari poſſunt, ne mutatus intelligatur Deus humanæ fragilitatis aſſumptor, electum eſt, vt Græce σχῆμα & Latine habitus diceretur illa ſuſceptio. *Itaq; chariſſimi mei, ſicut ſemper obediſtis.* Exemplo eius, qui vſq; ad mortem obediens fuit. *Non in præſentia mea tantum.* Quaſi ſerui ad oculum ſeruientes. *Sed multo magis nunc in abſentia mea.* Quia ſi quid me pręſente liberius agebatis, corrigi poteratis. *Cum metu, & tremore.* Non negligẽter, ſicut ait Iob, Verebar omnia opera mea. *Veſtram ſalutem operamini.* Mutuã ſalutẽ curate: & quia dixerat veſtrã ipſorum ſalutẽ operamini, ne ſibi aliquid humana fragilitas arrogaret, & ſuę induſtrię ſalutẽ ſuam adſcriberet, ſequutus adiunxit: Deus, inquit, qui operatur in vobis. Non ſolũ vobiſcũ, ſed intus in vobis miro modo infunditur & donatur: quando enim iubentur, vt operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium, ſed ideo cum timore, & tremore, ne ſibi tribuendo quod bene operantur, de bonis, tanquã ſuis extollãtur operibus. *Deus eſt enim qui operatur in vobis.* Cõticeſcat humana ſuperbia, & nõ dicat ex me habeo bonũ velle:

F quia & hoc in vobis occulta inſpiratiõe deus operatur, qui non ſolum fidẽ, ſed & perſeuerantiã donat. Sed forte dicet aliquis, Ergo meum nihil eſt: totũ tuũ eſt: ſed gratia donatori, quia bona volũtas à dñino preparatur. *Et velle, & perficere.* Perficere ſine dubio ipſius eſt, qui dixit, Sine me nihil poteſtis facere. Perficit in nobis, dũ implet quod dixit, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummatiõem ſeculi: qui cœpit in nobis opus bonum, ipſe perficiet vſque in finem. *Pro bona voluntate.* Subandiendum, ſua, id eſt Dei. *Omnia autem facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela.* Ingratus ſeruus qui grauia domini ſui queritur eſſe præcepta: omnis qui murmurat, dubitat de præceptis. *Et ſimplices filij Dei ſine reprehenſione.* Conſiderate cuius filius ſitis. qui quũ ſimplicis naturę ſit, filios nõ vult habere degẽeres. *In medio nationis praua & peruerſa.* Quæ omnem rationabilem ordinẽ peruertit & perdit infidelitate ſua. *Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.* Sic luceat Dei genus in genere humano, ſicut ſol & luna in mũdo: id eſt, omnes catholici inter hęreticos, Iudeos & paganos. *Verbum vitæ cõtinentes.* Vt exemplo veſtro illuminentur & verbo. *ad gloriam meam.* Gloria patris

G filius ſapiẽs, ait Salomõ, perfectio diſcipulorũ magiſtri gloria cõprobatur. *In die Chriſti.* In diem iudicii Chriſti. *Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.* Qui talem Deo populum acquiſiui. *Sed & ſi immolor ſuper ſacrificium.* Sed etiam ſi occidar, quia ſacrificium, & obſequium fidei veſtrę obtuli Deo, vincit gaudiũ profectus veſtri iuſtitiam pœnæ vel mortis. *Et obſequium fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis.* Siue quia veſtræ fidei miniſtraui, vt Deo in vobis id operante, & me prædicante crederetis. *Id ipſum autem gaudete & cõgratulamini mihi.* Pręmium eſt pro vobis occidi. *Spero autem in domino Ieſu Timotheum cito mittere ad vos.* Dat exemplum non omere, ſed omnia ſub ſpe domini promittenda. *Vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ circa vos ſunt.* Si vos meæ paſſiones minime terruerint. *Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ſincera affectione pro vobis ſolicitus ſit.* Qui ita mecum pro omnium ſalute ſolicitus ſit. *Omnes enim ſua quærũt.* Non enim in eccleſia Chriſti tunc, præter Paulũ apoſtolum & Timotheum, erat, qui germane de grege ſolicitus eſſet: ſed cõtigerat, vt illo tempore, quo Timotheum miſit, circa

H ſe alium de filiis nõ haberet, ſed mercenarii cum illo eſſent, id eſt, ſua quærentes. Sua quęrunt commoda vel quietẽ, nolentes pro aliorum tribulari ſalute. *Non quæ ſunt Chriſti Ieſu.* *Experimentum autem eius cognoſcite.* Qui pro ſalute omnium nec mori recuſauit. *Quoniam ſicut patri filius mecum ſeruiuit in euangelio.* Secundum hominem, propter hominem factus eſt vſq; ad mortem obediens. & aliter: Sic ſeruiuit tanquam ego eũ carnaliter genuiſſem. *Hunc igitur ſpero me mittere mox vt videro, quæ circa me ſunt: confido autem in domino, quoniam & ipſe veniã ad vos cito.* Quia modo adhuc incertus ſum, qui de Timotheo loquor. *Neceſſarium autem exiſtimaui.* Neceſſariũ vobis. *Epafroditum fratrẽ, & cooperatorẽ.* Propter opus euangelii. *Et commilitonem meum.* Propter gradũ apoſtolatus, quẽ in vobis accepit. *veſtrum autem apoſtolũ, & miniſtrũ neceſſitatis meæ mittere ad vos.* Qui meæ venit neceſſitati miniſtrare pro

vobis.

A vobis. *Quoniam quidem omnes vos deſiderabat.* Charitatem eius illis nititur commendare ꝑ vt & ipſe ab eis amplius diligatur. *Et mæſtus erat propterea quod audierat illum infirmatum, nã & infirmatus eſt vſque ad mortem.* Triſtitiæ veſtræ cauſa mœſtus erat, eo quod vos per infirmitatis ſuæ nuncium contriſtatos timeret. *Sed Deus miſertus eſt eius: non ſolum autẽ eius, verum etiam & mei.* Miſertus eſt eius, vt maiorem docẽdo colligat fructum. *Ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.* Ne triſtitiam carceris triſtitia deſolationis augeret. *Feſtinantius ergo miſi illum, vt viſo eo iterum gaudeatis.* Pro cuius abſentia triſtabamini. *Et ego ſine triſtitia ſim.* Quæ mihi de veſtra triſtitia erat. *Excipite autem illum cum omni gaudio in domino.* Quaſi dominum: & ne quod ſcrupulum de eius traditate naſcatur. *Et eiuſmodi eum honore habetote.* Non ſolũ hunc, ſed & homines huiuſmodi. *Quoniam propter opus Chriſti.* Qui quaſi reo non timuit miniſtrare. *Vſq; ad mortẽ acceſſit, tradens animam ſuam:* Parat⁹ ad mortem. *Vt impleret id, quod ex vobis deerat erga meũ*

CAP. III. *obſequiũ.* Vt veſtrũ erga me officiũ ꝑ omnib⁹ ſolus impleret.

De cætero, fratres mei, gaudete in domino. Nõ in rebus ſeculi, vel in aliquo præter dominũ. *Eadem vobis ſcribere mihi quidẽ*

B *nõ pigrum vobis autem neceſſarium.* Eadem repetere quæ etiam præſens, ſicut plantas ſæpius adæquari, non eſt inutile. *Videte canes.* Contra euangelium latrantes. Hinc iam contra pſeudoapoſtolos. *Videte malos operarios.* Quicquid nos ædificam⁹, deſtruere conãtur. *Videte conciſionem.* Conciſio iſta, non circunciſio. *Nos enim ſumus circunciſio.* Nos ſumus veri Iudæi, q non vnius membri pellem ſed totius carnis ſimul vitia amputauimus. *Qui ſpiritu Deo ſeruimus.* Qui ſecundum Hieremiam cordis præputiũ circuncidimus. *Et gloriamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes.* Cuius fide ſola iuſtificati ſumus, non circunciſione carnali. *Quanquam ego habeã confidentiam & in carne.* Ne quis putet me hoc ideo dicere, quaſi ego gloriandi non habeam cauſam, & idcirco glorier. *Si quis alius videtur confidere in carne ego magis circunciſus octaua die.* Quia forte aliqui ex illis proſelyti erant. *Ex genere Iſrael de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis.* Quæ ſemper fuit cum Iuda coniuncta. *Secundum legem phariſæus.* Legiſperitus. *Secundum æmulationem perſequens eccleſiam Dei.* Tantam æmulationem habui & legis amorem, vt etiam eccleſiæ Dei perſecutor exiſterem. *Secundum iuſtitiam quæ in lege eſt.* Omniũ iuſti-

C ficationem & ceremoniarũ. *Conuerſatus ſine querela.* Implebã legem, præter hoc tantum, quia non credebã Chriſto, quẽ lex promiſerat, prior ſui in omnibus in quibus ille gloriantur, ſed quia hoc tempore illa non valere cognoui, ideo ea tanquam detrimenta habeo, & nullius momenti duco. Potuit enim eſſe intus in affectionibus prauis præuaricator legis, & tamen conſpicua opera legis implere vel timore hominum vel ipſius Dei, ſed pœnæ formidine, nõ dilectione & delectatione iuſtitiæ. Nam profecto in ipſa intus voluntate peccat, qui non voluntate, ſed timore non peccat, in quibus interioribus ſuis talem ſe fuiſſe ſciens, quibus ſe vitã putabat acquirere. Hæc, inquit, propter Chriſtum tanquã impedimenta abieci. Ad comparationem inuenti auri contemnitur æramentum, quamuis vtrunq; ſit ei ſuo tempore neceſſarium. Tunc erit apud homines eminens Chriſti ſcientia, quando fuerit ab eo propter Chriſtum mundus contemptus. Omnia ceremonialia legis proieci. Stercora ciborum ſunt reliquiæ & rerum quondam vtilium purgamenta. *Vt Chriſtum lucrifaciam & inueniar in illo.* Vt Chriſtum habeam caput, & manens in eo eius membrum inueniar. *Non*

D *habens meam iuſtitiam, quæ ex lege eſt.* Meo labore quæſitam, quaſi naturalem vel legalem. *Sed illam quæ ex fide eſt Chriſti.* Sed illam quæ proprie à Deo per ſolam fidem Chriſti, quã ipſe donauit, collata eſt. *Quæ ex Deo eſt iuſtitia in fide ad cognoſcendum illum.* Qui hoc agnoſcit, ſatis agit, ne ſibi aliquid arroget, vt id quod ei ex gratia Dei donatum eſt, ille vel legi tribuat vel naturæ, ſed Deo ſoli, cuius donum eſt, deputet. *Et virtutem reſurrectionis eius.* Vt cognoſcam perfecte beneficium & vim reſurrectionis illius, quia ideo reſurrexit, vt nos ſimiliter reſurgamus. *Et ſocietatem paſſionum illius, configuratus morti eius.* Si enim compatimur, & conuiuemus. *Si quo modo occurrã ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis.* Ad perfectorum reſurrectionem, non ad illam quam etiam inuiti habebunt. *Non quod iam acceperim.* Perfectionem quia finis nõndum aduenit. *Aut iam perfectus ſim.* Adhuc de hac perfectio-

E ne, & de tali reſurrectione de me incertus ſum, quia eſt perfectio alis poſt hanc vitam: illud perfectum de quo dicit ad Corinthios, Dum venerit quod perfectum eſt & alibi, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, & reliqua, quia in hoc mundo poſitus veram perfectionem nullus habet, quia ipſe dixit, Videmus nunc per ſpeculum, & reliqua. Perfectus ſim: quantum ad perfectionem quæ in hac vita haberi poteſt à ſanctis, perfectus fuit: quãtum vero ad illam perfectionem pertinet, quæ erit poſt reſurrectionem, imperfectus. Et ideo hic quãdam imperfectam perfectionem habuiſſe intelligendus eſt: quia per fidem, non per ſpeciem, & per ſpeculum, non facie ad faciem videbat. *Sequor autem ſi comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto.* Si comprehendam meritum apoſtolatus, in quo apoſtolatu, à Chriſto ſum comprehenſus. *Fratres ego me non arbitror.* Se humiliando omnibus gloriam tulit & prouocat ad profectum. *Comprehendiſſe.* Tunc certus ero, quando finis aduenerit. *Vnum autem.* Porro vnum eſt neceſſarium. *Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt interiora extendens me ad deſtinatum.*

F Hoc ſolum ſcio, quia dono Dei quotidie proficio, & præteritum laborem non computans ad potiora feſtino: ſiue legem obliuiſcens ad perfecta euangelij præcepta me extendo. *Perſequor ad brauium ſupernæ euocationis Dei in Chriſto Ieſu.* Quod perfectus Chriſtus promiſit in cœlis. *Quicunque ergo perfecti, hoc ſentiamus.* Quicunque perfectus eſt, hoc ſentiat, vetera obliuiſcenda, & noua ſectanda: quia perfecti debent eſſe diſcipuli Chriſti. Eſt ergo nunc imperfecta perfectio: Nam in futuro erit perfecta. In aliqua re erit perfectus: ſed in aliqua imperfectus. Velut ſit iam ſi aliquis ſapientiæ perfectus auditor, cuius nondum ſit perfectus & doctor. Poteſt eſſe perfectus vt diligat inimicos, qui nondum eſt perfectus, vt ſufferat. Et qui perfectus eſt in eo quod omnes homines diligit quippe qui etiam ad inimicorum dilectionem peruenerit: quæritur vtrum iam ſit in ipſa dilectione perfectus, id eſt, vtrum quos diligit, tantum diligat, quantum ille. Incommutabilis regula veritatis diligendos eſſe præſcribit: vt oſtenderet ſecundum iſtius vitæ modum eſſe quandam perfectionem, eiq; perfectioni hoc quoq; deputari, ſi ſe quiſque nouerit nondum eſſe perfectum quia in

G illa vita perfectam perfectionem non habet quis, quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Hic ergo præceptum eſt, vt deſiderijs peccati nõ obediam⁹. Ibi erit vt deſideria peccati non habeamus. Tunc enim eſt ſecundum hanc infirmitatẽ pro ſuo modulo perfecta in hoc ſeculo. Iſta parua iuſtitia, quando etiam quid ſibi deſit, intelligit. Ideoq; Apoſtolus & imperfectum perfectũ ſe dicit: imperfectũ ſcilicet cogitando quantum illi ad iuſtitiam deſit, cuius plenitudinẽ adhuc eſurit: perfectum autem, quod & ſuam imperfectionẽ non erubeſcit. Si perfecte currimus, hoc ſapiamus, quod nondũ perfecti ſum⁹, vt illic perficiamur, quod perfecte adhuc currimus: vt cum venerit quod perfectum eſt, deſtruatur quod ex parte eſt. *Et ſi quid aliter ſapitis.* Si quid vobis alia ratione Deus reuelauit: aliter, non aliud: hoc eſt, alio ſenſu. *Et hoc vobis Deus reuelabit.* Etiam ſi quid minus perfecte ſapitis, humiliter expectare, & à Deo poſcere. Ipſe poteſt reuelare ambulantibus, & perficientibus in via recte fidei. *Veruntamen ad quod peruenimus.* Ad perfectionem noui teſtamenti. *Vt idem ſapiamus.* Idem, licet aliter aſſeratur. *Et in eadem maneamus regula.* Non enim ſcire ſufficit ſine facto. *Imitatores mei eſtote*

H *fratres.* Me imitamini, non pſeudoapoſtolos. *Et obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formã noſtram.* Dupliciter dicitur obſeruari, vel ad imitandũ, vt hic: vel ad cauendũ, vt ad Romanos ait, Obſeruare qui diſſenſiones & offendicula faciũt. *Multi enim ambulãt, quos ſæpe dicebã vobis.* De pſeudoapoſtolis, qui ſpem paſſionis Chriſti, per quã peccata dimiſſa ſunt tollẽtes, in legis ceremonijs collocabant. Poteſt de Iouinianiſtis accipi: qui cruciatum corporis in epulas, & luxuriã conuerterunt. *Nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti, quorum finis eſt interitus.* Notandum quod affectu etiam inimicorum ſalutem optet. *Quorum Deus venter eſt.* Qui ſe putant in hoc Deo ſeruire, ſi epulẽtur. *Et gloria in confuſione ipſorum.* In circunciſione membri pudendi. *Qui terrena ſapiunt. Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.* Hoc non poteſt dicere qui terrenis vitij mancipatus eſt. *Vnde etiam ſaluatorẽ expectamus*

A *dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* Qui eſt caput noſtrum. *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Sicut præfigurauit in monte, cum vnum ex viuentibus, & vnum ex mortuis claritati ſui corporis configurat, exemplum reſurrectionis oſtendens. *Secundum operationem qua poſſit etiam ſubijcere ſibi omnia.* Siue ſecundum hanc virtutem etiam hoc illi poſſibile eſt quia ſibi cuncta ſubiecit.

CAP. IV. *Itaque fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi* Plus cæteris, quia perfectiores. *Gaudium & corona mea.* Per vos enim ſum coronandus, & remunerandus. *Sic ſtate in domino chariſſimi.* Quomodo ſuperius dixi, in ſola Chriſti fide ſpem ponentes, & in conuerſatione cœleſti. *Euchodiam rogo, & Syntychen deprecor,* Mulieres erant ſcientiam habentes, quas ſimiliter ſentire commonet & hortatur. *Idipſum ſapere in domino.* Idipſum quod dixi. *Etiam rogo & te Germane Compar, adiuua illas.* Germanus nomẽ hominis eſt, Compar officij. *Quæ mecum laborauerunt in euangelio.* Laborauerunt non viros ſed fœminas dicit, nec in eccleſia, ſed in domo docentes. *Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis.* Clemens ex philoſopho

B magnæ doctrinæ vir, qui Romæ epiſcopus fuit. *Quorũ nomina ſunt in libro vitæ.* Ne moleſte ferant, ſe in hac epiſtola non ſcriptos, cum in libro vitæ ſint ſcripti, cuius libri etiã Moyſes meminit & Dauid & dominus. *Gaudete in domino ſemper.* Quia in ſeculo gaudium non habetis, ſed preſſuram. *Iterum dico gaudete.* Repetit vt confirmet. *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Et Iudæis, & gentibus: ſed & omnibus qui vos tribulant. *Dominus propinquus eſt, nihil ſoliciti ſitis.* Videte ſi quid deeſt vobis, nolite cogitare quid manducetis, aut quid induamini. Siue dominus prope eſt ad liberandum, nolite timere perſequẽtes. Iuxta eſt enim dominus his, qui tribulato ſunt corde. *Sed in omni oratione, & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.* Non cum murmuratione atq; triſtitia. Tunc digna Deo erit veſtra oratio, ſi pro omnibus quę patimini gratias referatis, ſicut apoſtoli faciebãt. *Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum.* Quæ malos ſuſtinet & ingratos: vel pax Chriſti, quã pro perſequentibus orabat, recogitata omnem mentem fuciuiam exuperat & inclinat. *Cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras, in*

C *Chriſto Ieſu* Iſta corda & intelligentias veſtras, in exemplo Chriſti cuſtodiat. *De cætero fratres quæcunq; ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta.* Ad extremum, vt omnia breuiter dicam. *Quæcunque amabilia, quæcunq; bonæ famæ.* Quia omnis natura humana nouit diligere & laudare quod bonũ eſt. *Si qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate,* Meditamini, nihilq; aliud cogitetis. *Quæ & didiciſtis.* Verbo vel exemplo. *Et accepiſtis.* Dono gratiæ Chriſti. *Et audiſtis.* Auribus hæc per prædicationem. *Et vidiſtis in me.* Oculis *Hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum.* Tũc Deus pacis erit vobiſcum, ſi fueritis iſta ſectati. *Gauiſus ſum autem in domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruiſtis pro me ſentire ſicut & ſentiebatis.* Iterum floruiſtis flore boni operis, quem non obliuio areſecerat, ſed occupatio impedierat. *Occupati autem eratis: non quaſi propter penuriam dico,* Non propter meam penuriam, ſed propter veſtrũ fructum dico me gauiſum. *Ego enim didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe.* A Chriſto omnia æqualiter ferre ſum doctus. *Scio & humiliari, ſcio & abundare: vbiq; & in omnibus inſtitutus ſum, & ſaturari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati.* Vt nec abundantia extollar, nec frangar inopia.

D *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Dans intelligentiã, quare ſciat & humiliari, & abundare, dum dicit, Omnia poſſum in eo, qui confortat me, dum ſibi nihil tribuit ſed & quotidianum adiutorium implorat, vt poſſit eius implere præcepta. *Veruntamen benefeciſtis communicantes tribulationi meæ.* Non enim debuit mea æquanimitas veſtram impedire mercedẽ. *Scitis autem & vos Philippenſes, quod in principio euangelij quãdo profectus ſum à Macedonia.* Quia vos ſolos, à quib⁹ neceſſaria acciperemus, eligimus: fideliores vos omnibus iudicantes. *Nulla mihi eccleſia cõmunicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli.* Illi dati, ego accepti: ſiue dantes carnalia, acceperũt ſpiritalia. *Quia & Theſſalonicam ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis.* Nõ ſolũ Corinthum, ſed etiam Theſſalonicã tranſmiſiſtis. *Non quia quæro datum, ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra.* Superabundans fructus orationis cum ſanctis etiam abſentibus miniſtratur. Datum, eſt res ipſa quam das: fruct⁹

E autem, bona & recta voluntas datoris: vt quod tribuit, propter dominum tribuat: veluti qui ſuſcipit prophetam in nomine prophetæ, & iuſtum in nomine iuſti, mercedem prophetæ & iuſti ſuſcipiat. *Habeo autem omnia, & abundo, repletus ſum acceptis ab Epaphrodito, quæ miſiſtis.* Prouocat illos ad ſimile opus, laudando, & gratias referendo *In odorem ſuauitatis.* Odor ſuauitatis non in re oblata, ſed in mentis deuotione cõſiſtit, ſicut ſacrificium Noe grate Deus deſcribitur odoratus, cum ipſe poſtmodum dicit, ſe nec carnibus, nec ſanguine animalium delectari. *Hoſtiam acceptam placentem Deo.* Notandum, quod eleemoſyna hoſtia appellatur: & ſicut à ſanctis oblata, eſt accepta: ita ab his qui in peccato durauerunt data, reprobantur. *Deus autem meus impleat omne deſideriũ veſtrum* Quia vt perfecti malum deſiderare non credebantur. *Secundum diuitias ſuas in gloria in Chriſto Ieſu: Deo autem & patri noſtro gloria in ſæcula ſæculorum, amen.* Quod ſecundum diuitias Dei, ad gloriam pertinet Chriſti. *Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu. Salutant vos qui mecum ſunt fratres. Salutant vos omnes ſancti* Erant ergo ſancti, quos ſolus vult ſalutari præ cæteris, quos etiam in omnibus epiſtolis nominauit: capitalia non habuiſſe peccata intelligendi ſunt. Nam quis ſine peccato: Sed & ſcriptura baptizatum frequenter

F appellat. *Maxime autem qui de Cæſaris domo ſunt. Gratia domini Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, amen.* Vt eos confortaret, & illi liberius vel in fide perſiſterent, vel fiducialius prædicarent, quando audiebant etiam de officio Cæſaris multos fuiſſe conuerſos.

Finis Epiſt. Ad Philippenſes.

AD THESSALONICENSES EPISTOLA PRIMA.

ARGVMENTVM.

G *Theſſalonicenſes ſunt Macedones. Hi in Chriſto Ieſu accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide, etiam in perſecutione ciuium ſuorum. Præterea nec receperunt falſos apoſtolos, nec ea quæ à falſis apoſtolis dicebantur. Hos collaudat Apoſtolus ſcribens eis ab Athenis, per Tychicum diaconem, & Oneſimum acolythum.*

PAVLVS *& Syluanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium.* Per Syluanum & Timotheum, non ſolum his, ſed etiam Corinthus cum Apoſtolo verbum Dei fuerat nunciatum: ſicut ipſe ait in ſecunda. Per me, & Syluanum, & Timotheum. *In Deo patre, & domino Ieſu Chriſto gratia vobis, & pax.* Præpoſtero ordine ante dicit in Deo patre, & Chriſto Ieſu, & ſic gratia vobis & pax. *Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis memoriam veſtri facientes.* Pro omnibus, quia omnium nobis grata memoria eſt. *In orationibus veſtris ſine intermiſſione.* Non impediaris orare ſemper. *Memores operis fidei veſtræ, & laboris, & charitatis.* Nõ ſolius fidei, nec in ſolo verbo laboris, & charitatis. ſed in re. *Et ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chriſti.*

H Omnis ſuſtinentia propter ſpem. *Ante Deum & patrem noſtrum* Non ante homines. *Scientes fratres dilecti à Deo electionẽ veſtrã.* Ex hoc cognoſcim⁹ vos vere à Deo eſſe electos, quia tales eſtis Notandum quia electi ſunt potius, q̃ elegerunt. *Quia euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tãtum.* Quia nec auditus tantũ, ſed etiã opus apparuit. *Sed & in virtute, & in ſpiritu ſancto.* Quem accepiſtis *Et in plenitudine multa.* Perfectionis veſtræ, ſiue abũdantiæ noſtræ. *Sicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos.* Etiã à licitis abſtinuimus. *Et vos imitatores noſtri facti eſtis & domini excipientes verbum.* Per paſſionem ſuſcipiẽtes verbum, ſicut & nos & dominus prædicauimus *in tribulatione multa.* Quod vix excipitur in quiete. *Cũ gaudio ſpiritus ſancti.* Hoc eſt vere gaudere in ſpiritu ſancto, ſicut apoſtoli qui ibant gaudẽtes, quia digni habiti ſunt pati contumeliã ꝓ nomine Chriſti *Ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.* Perfectorum eſt formã credentibus exhibere: veſtro exemplo oẽs ſunt prouocati.

A vobis

A *A vobis enim diffamatus eſt ſermo Dei.* Natura famæ hæc eſt, vt ſiue bonum ſiue malum nuntiis, vbiq; diſcurrat. *Non ſolũ in Macedonia, & in Achaia, ſed in omni loco.* In quorũ pene confinio eſt Theſſalonica. *Fides veſtra quæ eſt in Deum, profecta eſt.* Ab idolis ad dominũ conuerſa. *Ita vt non ſit nobis neceſſe quicquam loqui.* Ita vt nobis incipientibus aliquid de vobis ad eorum ædificationẽ loqui, ipſi optime ſcire ſe dicant. *Ipſi enim de nobis annunciant, qualem introitũ habuerimus, ad vos.* Et noſtræ conſtantiæ, & veſtræ conuerſationis opinio omnibus nota eſt. *Et quomodo cõuerſi eſtis ad Deũ à ſimulachris ſeruire Deo viuo, & vero, & expectare filium eius de cœlis, quem ſuſcitauit ex mortuis Ieſum.* Notandũ dici cõuerſos ad dominũ ab idolis, non ſolum autem, ſed & credentes ſæpe in prophetis dicũtur conuerti, debere à malicia ad fide Dei. *Qui eripuit nos ab ira ventura.* Gratia et miſericordia ſua ab ira nos iudicii liberauit: quia iam habemus in ſpe libertatem reparari per baptiſmum.

Cap. II. *Nam ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit, ſed ante paſſi, & contumelijs affecti.* Non eſt inanis ſermo, qui firmatur cõſtantia paſſionis. *Sicut ſcitis, in Philippis fiduciã habuimus in Domino noſtro loqui ad vos euangelium Dei.* Quia aliquanti veſtrum viderunt nos Philippis paſſos nõ expauiſſe tribulationes, nec prædicare ceſſaſſe. B *In multa ſollicitudine.* Nõ negligẽter, nec traditione. *Exhortatio enim noſtra.* Ideo nõ terremini. *Non de errore.* Errat quicũq; putat, vel docet malos regnare cũ Chriſto: Nolite errare neq; fornicarii neq; adulteri, &c. *Neq; de immunditia* Quomodo Iouiniani doctrina, *neq; in dolo.* Contra cõſcientiã loquẽtes atq; ſuadẽtes. *Sed ſicut probati ſumus à Deo, vt crederetur nobis euangelium ita loquimur.* Integre loquimur, quaſi à Deo probati: qui omniũ mentes nouit, & ab ipſo in hoc officio deſtinati. *Non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.* Qui falli poſſunt. *Neq; enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ. Deus teſtis eſt, nec quærentes ab hominibus gloriam neq; à vobis, neq; ab alijs.* Sicut qui hominibus placent, infirmis omnia quæ deſiderant concedentes, & eorũ ſoſpitem non curantes. Omnis qui adulatur, aut propter auaritiam vel gloriam adulatur. Ille ergo probatur propter Deũ loqui, qui iſta nõ quærit. *Cum poſſimus oneri eſſe, vt Chriſti apoſtoli.* Cum poſſimus vos vel in hoc grauare, quod nobis De- C us ordinauit. *Sed facti ſumus paruuli in medio veſtrum.* Humiliantes nos & nec debitum quærentes honorem. *Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.* Humilians ſe, & in omnibus paruulo coæquans, vt illum ad maiora, ſua imitatione perducat. Nam & in lingua balbutit, & parũ edit, & cũ eo lente ambulat, vt conſueſcat. *Ita deſiderantes vos cupide volebam tradere vobis.* Vos proficere. *Non ſolum euangeliũ Dei, ſed etiã animas noſtras.* Sicut nutrix ſenſum perfectionis ſuæ in paruulũ vult transfundere, vt & ſit ſimilis. *Quoniã charißimi nobis facti eſtis.* Propter fidem veſtrã. *Memores enim eſtis fratres laboris noſtri.* Labores manuum exercebat noctibus, fatigationem verbi diebus. Nam ſi ſemper operabatur, quãdo docebat? *Et fatigationis nocte & die operantes.* Apud hos, & Corinthios, & Epheſios laborauit, quibus occaſionẽ auferre cupiebat vel accipiendi vel deprahendi. *Ne quem veſtrum grauaremus prædicauimus in vobis euangelium Dei.* Hoc eſt, cum poſſimus oneri eſſe, quod ſuperius dixerat. *Vos teſtes eſtis & Deus.* Sicut Samuel populo dixit. *Quã ſancte & iuſte & ſine querela.* Ne vobis vllam offenſionẽ daremus. *Vobis qui credidiſtis affuimus.* Non D incredulis. *Sicut ſcitis, qualiter vnumquenq; veſtrũ tanquã pater filios deprecantes vos.* Paruulum vt nutrix, proficientem iam, vt pater inſtituit. *Et conſolantes teſtificati ſumus.* In tribulatione conſolati ſumus promiſſis Chriſti. *Vt ambularetis digne Deo.* Digne Deo ambulat, qui nihil Deo agit indignum. *Qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam.* Quod non niſi fideles poſſidebunt, quibus dicitur, Venite benedicti. *Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei* Quod primum de Deo audiſtis, ſiue vt audiretis Deum. *Accepiſtis illud, non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt vere verbum Dei.* Vt verbũ hominum qui contemnit: Vos autẽ ita credidiſtis, vt ab ipſo Deo vos audire putaretis. *Qui operatur in vobis, qui credidiſtis.* Operatur inſpiratione, vel ſignis, vel ſi quid boni facitis, ille in vobis facit. Aduerte quia in vobis dixit, & non vobiſcum, vt Deo ſemper gloria detur, cuius eſt omne quod poſſumus, & qui in omnibus operatur, vt operemur, ſicut dicit in cãtico Eſaiæ, Domine Deus E noſter pacem dabis nobis, & omnia opera noſtra operatus es in nobis. *Vos enim imitatores facti eſtis eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu.* Quibus dicit: Nam & vinctis cõpaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. *Quia eadẽ paßi eſtis & vos.* De vobis plus miror, quia nec legem edocti, nec exẽplis prophetarũ eſtis prouocati. *A contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis.* Contribules de eadẽ ſunt natione. *Qui & dominum occiderunt Ieſum, & prophetas, & nos perſecuti ſunt, & Deo non placent.* Quid mirum ſi nos perſequantur, qui occiderunt & Deũ & prophetas? *Et omnibus hominibus aduerſantur prohibentes nos gentibus loqui, vt non ſalui fiant.* Non ſolum ſuis. *Vt impleant peccata ſua ſemper.* Quia nõ ſolis Iudæis impedivnt, ſed etiã gentibus inuident, ad ſuorũ cumulum peccatorũ. *Peruenit autem ira Dei ſuper illos vſque in finem.* Siue quia ablatus eſt nõ credentibus intellectus, ſiue quia præcipua pœna captiui, & in vniuerſa terra diſperſi. *Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ aſpectu, nõ corde abundantius feſtinauimus faciẽ veſtram videre cũ multo deſiderio. Quoniam voluimus venire ad vos.* Sicut alibi, Abſens corpore, præſens autem ſpiritu iã iudicaui. *Ego quidem Paulus, & ſemel, & iterũ, ſed impediuit nos ſathanas.* Tribulationibus perſequẽ- F tium, vel imbecillitatibus infirmorum, non ſua virtute. *Quæ eſt enim noſtra ſpes.* Quæ nos detineat: *aut gaudium aut corona gloriæ? Nonne vos ante dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudiũ.* Boni magiſtri omnem ſpem, & gaudium, & coronam in perfectione diſcentium ponunt.

Cap. III. *Propter quod non ſuſtinentes amplius.* Neminem noſtrum ad vos venire, & conſolari vos de nobis, & ideo ſolicitudine torquebamur. *Placuit nobis remanere Athenis ſolis.* Maluimus ſoli remanere, quam neſcire quid ageretis. *Et miſimus Timotheum fratrem noſtrum.* Quomodo ſimul ſcripſit ſi miſſus eſt? ſed hic factum ante refert, & recapitulat. *Et miniſtrum Dei in euangelio Chriſti.* Adiutores pro diſcipulis etiam vulgo dicuntur. *Ad confortandos vos, & exhortandos pro fide veſtra.* Quia iam fidem recepiſtis: tantum confirmari opus habetis. *Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.* Non dico omnes: ſed ne vel aliqui. *Ipſi enim ſcitis.* Non ergo moueri ac mirari debetis, ſcientes nos aliter tranſire non poſſe. *Quod in hoc poſiti ſu-* G *mus.* A Chriſto qui dixit, Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos, & multa alia. *Nam & cum apud vos eſſemus, prædicabamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt & ſcitis: propterea & ego amplius non ſuſtinens miſi ad cognoſcendam fidem veſtram.* Vt non vos res nouitas deterreret, ſed noſtra prophetia firmaret, vnde & ſaluator paſſionem ſuam ante prædixit. *Ne forte tentauerit vos.* Ne ſi vobis dixerit tentator, Ecce in quibus ſperatis Deum eſſe, de tribulationibus liberari non poſſunt, & fidem veſtram forſitan turbaret. *Is qui tentat.* Qui etiam Deum tentauit. *Et inanis fiat labor noſter.* Si vobis per hanc ſuggeſtionem ſcrupulum iniecisset. *Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem.* Qui firmiter creditis Chriſto. *Et charitatem veſtram.* Quia nos ſolito plus diligitis. *Et quia memoriam noſtri habetis bonam.* Eſt enim & mala memoria. *Semper deſiderantes nos videre, ſicut nos quoq; vos.* Firmiter. *Ideo conſolati ſumus fratres in vobis in omni neceßitate et tribulatione noſtra per veſtram fidẽ.* Omnem neceſſitatem, & tribulationem non ſentimus propter magnitu- H dinem gaudii ſtatus veſtri. *Quoniã nunc viuimus, ſi vos ſtatis in domino.* Etiã ſi occidamur, vita noſtra ex vobis pendet. *Quã enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante dominum noſtrum nocte & die.* Triplicẽ cauſam lætitiæ nobis veſtra cõuerſatio præſtat, quia & vos proficitis, & dominus per vos benedicitur, & aliis præbetis exemplum. *Abundantius orantes, vt videamus faciem veſtrã.* Oſtendit quantũ ab illis deſiderandus ſit fratribus, quos tantum ipſe deſiderat. Quis enim eum de fama compererit, videre non optaret? *Et compleamus ea, quæ deſunt fidei veſtræ.* Si quid veſtra fides minus poteſt habere doctrinæ: quando enim completur quod defuit, non improbatur quod fuit ei: quod minus erat additur, non quod inerat tollitur: ſed quia rectæ fidei eos eſſe ſciebat, quia fundamẽtum Chriſtum habebant, & ideo additur, ad ædificium, non ſubtrahitur fundamentum. *Ipſe autem & pater noſter & dominus Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos.* Remotis

A diabolicis ſcandalis, & tentationibus, quibus noſter impeditus aduentus. *Vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem veſtram in inuicem.* Multiplicet in numero credentium, vel in fide & ſcientia. Et notandum, quod dominus hoc facit, & non ſine Deo humana fragilitas. *Et in omnes, quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda veſtra ſine querela.* Vt non ſolum Chriſtianos, ſed etiam omnis ſectæ homines, non propter errorem, ſed propter ſubſtantiam diligatis & eis in quo indiguerint, miſericordiam, quã eis Deus in præſenti exhibet, non negetis. Hæc omnia vt faciatis, ſubaudiendum eſt illud, quod ſuperius dixit, Vos autem dominus multiplicet, & abũdare faciat in charitate: quia ipſius donum eſt, vt faciamus, cuius eſt donum, vt diligamus. *In ſanctitate ante Deum & patrem noſtrum in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus ſanctis eius, amen.* Non ante homines.

CAP. IV.

B *De cæteris ergo fratres, rogamus vos & obſecramus in domino Ieſu, vt quemadmodum accepiſtis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare & placere Deo.* Vos quibus via Chriſtus eſt, dignis eam greſſibus ambulare, manſuetudinis ſcilicet, charitatis, pacis & cæterorum ſimilium. *Sic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Ieſum.* Quia cum ętate & fide, debetis profectus augere & mores, ſicut pro ætate carnis & cibus creſcit & ſtudium. *Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra.* Sanctificatio ab omni incontinentia temperat Chriſtianum, cum Moyſes ſanctificare volens populum, ab omni fœmina præceperit cõtinere, vt Dei legem accipere mereretur. *Vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum.* Conſiderandum eſt quia nõ eis, vt Corinthijs ſcribit. *Suũ vas poſſidere in honore & ſanctificatione.* Suum corpus caſtum ſeruãdo ſanctificet, & honoret: vel certe cauſã propter filios vxorem cognoſcat. *Non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant Deum.* Ne extra cõiugium licitum fornicemini. *Et ne quis ſupergrediatur* Propoſitum continendi *Neq; circũueniat in negotio fratrem ſuum.* Ne quis poſt deuotam ex conſenſu continentiam pari ſuo aliqua circumuentione vim inferat, ſiue in quolibet negotio

C fraus fiat. *Quoniã vindex eſt dominus de his omnibus.* Non ſolũ de fornicatione, ſed etiam de trãſgreſſione propoſiti: quia ipſi ſibi mouendo fecerunt illicitum q licebat. *Sicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus.* Si enim Corinthijs, multo magis his prædicauerat caſtitatem. *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam.* Nimia incontinentia in cõiugio poterit immũditiæ deputari: quia corpus Chriſti non permittit accipere. *Sed in ſanctificationem.* Vt exemplo Chriſti viuatis. *Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum.* Non mea verba ſpernit, ſed eius qui in me loquitur: cuius ſpiritui iniuriam facit omnis qui contemnit. *Qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in vobis.* Qui non niſi in ſanctis habitat. *De charitate autẽ fraternitatis nõ neceſſe habemus ſcribere vobis ipſi enim à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem, etenim facitis illud.* Propter Chriſtum qui dixit, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Nouum, hoc eſt, vt pro alterutro moriamur, quia hoc vetus non iuſſerat teſtamentum. *In omnes fratres, in vniuerſa Macedonia* Sine exceptione perſonæ. *Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis* Etiam erga peregrinos, vel

D inimicos amandos. *Vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotiũ agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis.* Quoſdam à ſuperfluis, & ſecularibus negotijs reuocat, quæ quantum datur intelligi lucri cauſa agebant: multo ergo iuſtius eſt ꝓprijs manib⁹ victũ quærere, q̃ cauſis talibus implicari, & per has ab his aliquid, qui foris ſunt, ſperare beneficij, * ꝓ quolibet quã iuuando alios lædebat. Aliqui putant q non officium docentis, ſed vitium gentis exprobret: deniq; in ſecũda ad eos dicit, Si quis operari non vult, nec manducet. *Et vt honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis.* Ne vos ipſi denotent, qui præſtare videntur. *Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini.* Lazarũ ſaluator dixerat dormire, quem nouerat ſurrecturum. *Sic & cæteri.* Aliter debet fleri qui peregre proficiſcitur, aliter ille qui moritur *Qui ſpem nõ habent.* Futurorum. *Si enim credimus, quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit.* Si hoc credimus quod æq; non videmus, & per eius nos reſurrectionem certi ſimus veniam conſecutos, cur illud ſimiliter non credamus, quod gentes ideo non credunt, quia non vident? *Ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo.* Qui caput reſuſcitauit,

E ipſe & cætera membra reſuſcitare repromiſit, *Hoc enim vobis dicimus in verbo domini.* Non in Noſtro. *Quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus.* Suſpenſa euangelij ſententia, ſemper eos diem domini fecit habere ſuſpectum quaſi, eos in corpore inueniret dies ipſe. *In aduentum domini noſtri non præueniemus eos qui dormierunt.* Tam celer erit eorũ reſurrectio, quam noſtra aſſumptio. *Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in voce archangeli.* Terribili. Helias terribilem Dei vidit aduentum. *Et in tuba Dei deſcendet de cælo, & mortui qui in Chriſto ſunt.* Non homines. *Reſurgent primi.* Ab illis qui ſunt mortui nõ in Chriſto. *Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aëra.* Peccatores mortui cum his qui viui inuenientur, & igne ſoluentur, ſimul reſurgent ad pœnam: & iuſti viui, immutati, & incorruptibiles effecti, in momento cum iuſtis reſurgentibus rapientur ad gloriam, qui non iudicabuntur, ſed iudicabunt. *Et ſic ſemper cum domino* In eadem gloria. *Erimus.* Vbicunq; fuerit. *Itaque conſolamini inuicem.* Notandum quod ſe laicos dicit debere cõſolari. *In verbis iſtis.* Ne contriſtemini.

CAP. V.

F *De temporibus autem & momentis fratres non indigetis, vt ſcribamus vobis: ipſi enim diligenter ſcitis.* Euidenter de euangelij lectione. *Quia dies domini ſicut fur in nocte ita veniet.* Quando omnes ſcierit dormire ſecutos. *Cũ enim dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus.* Tunc maxime timendus eſt, quando eum nemo timet. *Sicut dolor in vtero habentis.* Id eſt, partus. *Et non effugient.* Sicut illa venientibus doloribus non effugiet partum. *Vos autem fratres non eſtis in tenebris.* Non eſtis in ignorantia, quia ſcitis vos ſemper paratos eſſe debere. *Vt vos dies ille tanquam fur comprehendat.* Somno inertiæ dormientes. *Omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei.* Ipſe eſt lux, & dies ſcientiæ, & operationis. *Non ſumus noctis neque tenebrarum.* Sicut tenebræ, ita & ignorantia dat fiduciã delinquẽdi. *Igitur non dormiamus.* Mente *Sicut cæteri.* Qui ſic. *Sed vigilemus, & ſobrij ſimus.* Attendite vobis, ne grauentur corda veſtra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: ergo & curæ inebriãt. *Qui enim dormiunt.* Ideo ocioſi ſunt & cæteri: quia in tenebris ſunt. Sequitur comparationem. *Nocte dormiunt.* In peccatis *Et qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.* Id eſt, de peccatis. *Nos autem qui diei ſumus.* Nos qui diẽ habemus, nec

G ocioſi nec ebrij eſſe debemus *Sobrij ſimus.* Ab omni peccato. *Induti loricam fidei, & charitatis, & galeam ſpem ſalutis.* Fide & charitate Iuſtitiæ veſtem induti, quam alibi loricæ comparauit. *Quoniam nõ poſuit nos Deus in iram.* Id eſt, in perditionem. Non credẽtes in ira ſunt poſiti, qui iam iudicati ſunt. *Sed in acquiſitionẽ ſalutis per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Vt acquiramus ſalutem. *Qui mortuus eſt pro nobis.* Nam ſiue morimur, ſiue viuimus, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, cum ipſo ſemper viuimus. *Vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus.* Bonis operibus. *Propter quod conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis.* Sicut felix eſt q ædificat, ita infelix qui deſtruit. *Rogamus autẽ vos fratres.* Notandũ quia hoc laicis quos præpoſitis monet exhibere officia charitatis *Vt noueritis eos, qui laborãt inter vos.* Vt intelligatis laborem ipſorũ *Et præſunt vobis in domino.* Domini exemplo, non poteſtate terrena: q a bonus doctor non ſine labore poteſt docere vel præeſſe alijs. *Et moneant vos, vt habeatis illos abundantius in charitate.* Presbyteri qui laborãt in verbo, duplici honore digni ſunt, & charitatis, & loci. *Propter opus illorum: Et pacem habete cum eis.* Ne cum pro aliqua cauſa corripe-

H rentur a ſacerdotibus, inimici, & ingrati exiſterent. *Rogamus aũt vos fratres.* Hoc ſacerdotibus præcipit. *Corripite inquietos.* Pro diuerſitate morborũ, diuerſitas adhibẽda eſt medicinę. Nũc præpoſitis loquitur, & huc uſq; plebi. *Cõſolamini puſillanimes.* Qui exaſperati deficiunt. *Suſcipite infirmos.* Suſtinete nup credẽtes, q nondũ ſunt firmi in fide. *Patiẽtes eſtote ad oẽs.* Etiã ad illos qui corripiuntur. Qui in patientia non eſt, non corrigit, ſed irritat. *Videte ne quis malum.* Omni diligentia & cautela. *Pro malo alicui reddat.* Timet ne vel reddãt quos facere non poſſe credebat. hoc iam generaliter. *Sed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem.* Reddere pro malo bonũ. *Et in oẽs.* Non ſolum in inuicem, ſed etiã in oẽs homines. *Semper gaudete.* Quaſi triſtes, ſemper aũt gaudẽtes, id eſt, ſpe futuræ vitæ. *Sine intermiſſione orate.* Corde, ſicut Moyſi tacenti dicitur, Quid clamas ad me? *In omnib⁹ gratias agite.* In omnib⁹ q̃

A acciderint, ſicut beatus Iob, In omnibus actib⁹ veſtris domino gratiæ referantur. *Hæc enim voluntas Dei eſt in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.* Sicut in illo impleta eſt per omnia: ita & in vobis omnibus impleatur. *Spiritum nolite extinguere.* Spiritū exhortantis obiectionibus nolite extinguere quæſtionum. Extinguere malis operib. id eſt, opera ſancti ſpiritus, quia quidquid illo inſpirāte facimus, ille facit: qui autor eſt operis boni, ſicut diabolus mali. *Prophetias nolite ſpernere* Siue futura prędicentes, ſiue præterita differentes, tantū probetis ſi fidei non ſunt contraria, q̄ dicuntur, & ſi quid tale fuerit, refutate. *Omnia probate, quod bonū eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* Quia multę ſpecies ſunt malorum. *Ipſe autē Deus pacis.* Qui omnes ſuſtinet etiā blaſphemātes. *Sāctificet vos.* Iugi cuſtodia protegendo: quos nūc iuſtificauit, hos & ſanctificauit, *Per omnia.* Vt perfecti ſitis in omnib. *Et integer ſpiritus veſter.* Gratia ſpiritus q̄cunq; in ſe integra ſit, non tamen integra, niſi ab integris cuſtoditur. Dicitur frequēter ſpiritus ipſa mens rationabilis, vbi eſt quiddā tanquā oculus animę ad q̄ pertinet imago, & agnitio Dei, & aliquoties B ſpiritus pro ſpiritali intellectu accipitur. *Et anima.* Cogitatu. *Et corpus ſine querela.* Ab opere. *In aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Fidelis eſt, qui vocauit vos.* Qui dixit, Venite ad me oēs, q laboratis, & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam *Qui etiam faciet.* Vt perſeueretis. Quod promiſit dicens, Ecce ego vobiſcū ſum, vſq; ad cōſummationē. *Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto. Adiuro vos per dominū, vt legatur epiſtola hæc.* Adiurare licet, iurare non licet. *Omnibus ſanctis fratrib. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum, amen.* Sanctos poſſumus baptizatos accipere.

Finis epiſt. ad Theſſalonicenſes prima.

AD THESSALONICENSES EPISTOLA SECVNDA.

C PAVLVS, *& Siluan⁹, & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicēſiū in Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.* Sācti ſunt, id eſt, eccleſia, & oēs fideles baptizati. *Gratias agere debemus Deo ſēper pro vobis fratres, ita vt dignū eſt.* Qui vos tales fecit, taléque ex vobis eccleſiam, donoque miſericordiæ præparauit: vt tantis tribulationibus non cedatis *Quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem.* Ante dono Dei credidit nunc ſupercreſcit fides, ideo & laus augetur. Iuſtum erat, vt ſupercreſcente eorum fide, & charitate, & eius ſupercreſceret laus ſimul: & illud eis prænunciat, quod in nouo argumēto eos quidam à fide tentaturi eſſent auertere, quod dicerent Chriſtum cito adeſſe, & quem vellent, pro Chriſto inducerent ad ſuadendum. *Ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in eccleſiis Dei pro patientia veſtra, & fide.* Tātum profeciſtis, vt nō ſolum alii vos laudent, ſed etiam nos ipſi præferamus omnibus vos imitandos *In omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis.* Quia niſi crederetis dono Dei futura, iſta minime ſufferretis Sed gratias D agimus Deo, cuius eſt, vt poſſitis *In exemplū iuſti iudicij Dei.* Vt exemplum detis iuſtum Dei iudicium expectandi: quē ita creditis veniſſe. *Vt digni habeamini regno Dei.* Digni ſunt regno Dei, qui gloriam eius ſcientes, nullam cōdignam eſſe putant paſſionē. *Pro quo & patimini: ſi tamen iuſtū eſt apud Deū retribuere tribulationē his, qui vos tribulant.* Hic Si tamē, inſultātis eſt, non dubitantis: quaſi dicat, Si tamen fons iuſtitiæ poteſt iudicare, q iuſtum eſt *Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcum in reuelationem domini de cælo.* Quia nobiſcū compatimini. *Cum angelis virtutis eius* Qui vindicēt. *In flamma ignis dantis vindictam his, qui non nouerunt Deum* Si potuit flamma tres pueros nō tangere: quare nō eadē alii ſæuior, aliis mitior credatur? *Et qui nō obediunt euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti.* Non ſolum qui non nouerant Deum, ſed etiam qui non obediunt euangelicis diſciplinis. *Qui pœnas dabunt* E *in interitum æternas.* Pœna ſine patiente dici non poteſt ſempiterna. *A facie domini, & à gloria virtutis eius.* A cuius cōſpectu ſententiam accipient *Cum venerit glorificari in ſanctis ſuis.* Ipſe in ſuis glorificabitur mēbris, qui ſolis ſplēdore rutilabunt. Siue glorificabitur, cum exhibebit q promiſit. *Et admirabilis fieri in omnib. qui crediderunt.* Mirabuntur enim impii in ſublimatione iuſtorū inſperāte ſalutis. *Quia creditū eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo.* Quia multi credidis teſtimonio noſtro de die illo. *In quo etiā oramus ſemper pro vobis vt dignetur vos vocatione ſua Deus.* Vt digni inueniamini ad q eſtis vocati: quos enim vocauit illos & iuſtificauit. Certe iā baptizatis loquebatur. *Et impleat omnem voluntatē bonitatis, & opus fidei in virtute.* Adiutorio quotidiano gratiæ & ſcientiæ: ac cōſolatio virtutum, quæ opus ſunt fidei. *Vt clarificetur nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo.* Vt Chriſti nomen in veſtris actibus clarum ſit: & vos in eius ſignis atque virtutibus glorioſi. *Secundum gratiam Dei noſtri & domini Ieſu Chriſti.* Non ſecundum virtutem noſtram, ſed ſecundum gratiam Dei. Diligenter conſidera, quod ſecundum gratiam Dei dixit, non ſecundum merita noſtra: vt nihil ſibi arroget humana præſumptio, & ſuis meritis quicquam adſcribat. F

CAP. II. *Rogamus autem vos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti* Quo vobis nihil eſt charius, quaſi ſanctis. *Et noſtræ congregationis in ipſum.* Quādo à quatuor ventis cæli cōgregabuntur electi. *Vt non cito moueamini a veſtro ſenſu.* Nō facile, ſed rationabiliter, ſecundum euangelii euidentiſſimam ſententiā de illa die, Qui credit cito, leuis corde, & minorabitur. *Neq; terreamini, neq; per ſpiritū.* Nec ſigna vos terreant, quę per ſpiritum, transfiguratum in ſanctum fient: quia & hoc ſaluator ante præmonuit. *Neq; per ſermonē.* Dialecticæ fallaciæ, vel rhetoricæ ſuaſionis. *Neque per epiſtolā.* Poterat enim etiā hoc diabolica inuenire verſutia: ſicut in multis apocryphis apparet, quę ad fidem perfidiæ faciendam apoſtolorum nomine titulantur. *Tāquam per nos miſſam* Noſtro nomine titulatā. *Quaſi inſtet dies domini.* Dies iudicii. *Ne quis vos ſeducat vllo modo.* Dicens, Ecce hic Chriſtus, ecce illic. *Quoniam niſi venerit.* Niſi antichriſtus venerit, non veniet Chriſtus, quia ita ipſe promiſit. *Diſceſſio Primū.* Deſertio veritatis, vel ſui principatus: ſiue diſceſſio gentium à Romano G imperio, ſicut in Daniele per beſtiam, & imaginis figuram monſtratur. Diſceſſio autem diabolus non immerito dicitur: ab eo quod diſceſſit à Deo. *Et reuelat⁹ fuerit homo peccati* Id eſt, diaboli: qui ſecundum Eſaiam prophetam conturbat gentes, &c. *Filius perditionis qui aduerſatur, & extollitur.* Quia cū quaſi ſibi natū excipiet *Supra omne.* Supra ęternitatem & omnipotentiam ſe iactitabit & ſacramenta culturæ augere ſe dicet. Nam & templū Hieroſolymis reſtituet, & omnia legis ceremonialia reſtaurabit, tantum vt euangeliū Chriſti diſſoluat: quæ res miſerabiles Iudæos cum Chriſto ſuſcipere perſuadebit, in ſuo, non in Dei nomine venientem. *Quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe, tanquā ſit Deus. Non retinetis, quod cum eſſemus apud vos, hæc dicebamus vobis?* Quod dicitur Deus, eccleſia eſt: quod autem colitur, Deus ſummus eſt. Vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe, quod ipſe ſit Deus: id eſt quod ipſe ſit eccleſia: quale eſt ſi diceret, in templum Dei ſedeat, oſtendes ſe quod ipſe ſit Dei templum: aut in Deum ſedeat, oſtendens quod ipſe ſit Deus. iſtud de Ticonii regulis. *Et nunc quid detineat ſcitis.* Aduentum antichriſti. *Vt reueletur in ſuo tempore.* H Idem antichriſtus. *Nam myſterium iam operatur iniquitatis.* In præcurſorib. eius antichriſti, qui exierunt in mundo. *Tātū vt qui tenet nunc,* Scilicet, imperiū. *Teneat donec de medio fiat.* Regnum Romanorum de medio prius auferetur, quā antichriſtus reueletur. *Et tūc reuelabitur ille iniquus, quē dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduētus ſui.* Quia ſicut fulgor coruſcabit in mūdo. *Eius, cuius eſt aduētus, ſecundum operationem ſathanæ.* Exurgent pſeudoprophetę, & pſeudochriſti, & dabūt ſigna magna, ita vt in errorem mittantur, ſi fieri poteſt etiam electi. *In omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus.* In fantaſia. *Et in omni ſeductione iniquitatis* Eſt enim ſeductio veritatis. *His qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent.* Qui veritatem nō dilexerunt, diligent vanitatem. *Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* Permittit deſerēdo Nam

A ſi Deus mittit, quomodo operatio ſathanæ eſt eius aduentus? *Vt iudicentur omnes, qui non crediderunt.* Vt non ſe per incarnationis Chriſto obſcuritatem excuſent diuinis virtutibus non crediditſſe, cum homini diabolica arte fallenti crediderint: quia in hominis effigie apparebit. *Veritati chriſto. Sed cõſenſerunt iniquitati.* Antichriſto. *Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis fratres dilecti à Deo.* Qui charitatem recepimus veritatis, & propterea à Deo diligimur. *Quod elegerit vos Deus.* Fecerit paratos ad credendum: ſicut ei alio ire cupienti de viro Macædone reuelatum eſt. *Primitias in ſalutẽ in ſanctificatione ſpiritus, & fide veritatis, in qua & vocauit vos per euangelium noſtrum.* Quia primos nos fecit credere, quam gentes. *In acquiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti.* Ad hoc vocati eſtis, vt Chriſti gloriam acquiratis: ſcimusque cum apparuerit, ſimiles illi erimus: ſiue ad Dei gloriam pertinet, cum maior credentium numerus creſcit. *Itaque fratres ſtate, & tenete.* Hæc in fide, & veritate, & ſanctificatione ſpiritus. *Traditiones.* Cum ſuas vult teneri, non vult alias ſuperaddi. *Quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* De baptiſmi ſacramẽto, & cæteris, quę toto

B mundo ſeruantur, & per hoc apoſtolice comprobantur. *Ipſe autem dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & pater noſter.* Qui hæc nobis omnia attulit. Contra Arrianos, qui maiorem putant, qui prius fuerit nominatus: ecce hic prius filius nominatur. *Qui dilexit nos.* Impios, cum non mereremur, *Et dedit conſolationem æternam.* Promiſſionũ: ſiue ſpiritum cõſolatorẽ, hoc eſt paracletum. *Et ſpem bonam in gratia:* Eſt enim & ſpes mala. *Exhortetur corda veſtra.* Virtutibus vel reuelatione. *Et confirmet in omni opere.* Confirma me in verbis tuis: quia ſi ille non confirmauerit, vana eſt ſalus hominis. *Et ſermone bono.* Non ſolum in opere.

CAP. III. *De cætero fratres orate pro nobis.* Sicut pro Petro & dat humilitatis exemplum, & occaſionẽ charitatis, vt pro alterutro orem⁹. *Vt ſermo domini currat, & clarificetur, ſicut & apud vos.* Currat affluentia: magnificetur profectu auditorum. *Et vt liberemur ab importunis, & malis hominibus.* Contradicentibus, & perſequentibus. *Non enim omnium eſt fides.* Non omnes caſte annũciant euãgeliũ Dei *Fidelis autem Deus eſt, qui cõfirmabit vos.* Nõ relinque niſi relinquentes. *Et cuſtodiet à malo.* Tentationib. diabolicæ infeſtationis. *Confidimus aũt de vobis*

C *in domino, quoniam quæ præcipimus facitis, & facietis. Dominus aũt dirigat corda veſtra in charitate Dei.* Inſpirando, gubernando iugiter, & adiuuando, ac reuelando quanta ſint, quę promiſit vel bonis, vel malis. Et notandum, quod hic dominũ ſpiritum ſanctum dixerit, contra Arrianos hic prior nominatur. Ideo hic merito ſpiritum ſanctum dominum accipimus, qui in charitate Dei, & in Chriſti patientia corda fidelium diriget. *Et patientia Chriſti.* Vt intelligatis nihil nouum pati pro vobis, quod ille pro vobis non ante pertulerit. *Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti.* Quia in prima leniùs commonuimus: & emendare noluerant, vt vel ſic erubeſcant. *Vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Notandum, quod ſubtrahendũ ſit ab homine Chriſtiano non ſecundum apoſtolica præcepta viuente. *Et non ſecundum traditionẽ, quam acceperunt à nobis.* Inhoneſte. *Ipſi enim ſcitis, quemadmodũ oporteat imitari nos, quoniã non inquieti fuimus inter vos.* Qui forma ſumus credentiũ. *Neq; gratis panẽm manducauimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione, nocte & die operãtes, ne quẽ veſtrum grauaremus.* Ecce traditionẽ eorum. *Non quaſi non habuerimus poteſtatem.* Dicente

D domino, Dignus eſt operarius mercede ſua *Sed vt noſmetipſos formã daremus vobis ad imitandum nos.* Ne alicui occaſionẽ auaritię vel vtiq; fomitẽ inquietudinis pręberemus. *Nã & cũ eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis.* Quod videbamus aliquos tales futuros. *Quoniã ſi quis non vult operari.* Vt aut ſedeant quieti: aut ſi veri ſunt apoſtoli, nos ſequantur, ſi non auaritiæ, ſed Dei ambulãt cauſa. *Nec manducet.* Hęc ſit inquietudinis non ſolum pœna, ſed etiã emendatio. *Audiuimus enim inter vos quoſdam.* Reddit huius ſentẽtiæ cauſas. *Ambulare inquiete, nihil operãtes* Nõ ſedere quiete. *Sed curioſe agẽtes.* Quid in qua prouincia, vel ciuitate geratur inquirentes. *His aũt qui eiuſmodi ſunt denunciamus, & obſecramus in domino Ieſu Chriſto.* Nec ipſos poſt alterã correptionẽ deſinit commonere. *Vt cum ſilentio operantes, manducent ſuum panem.* Cum quiete & tranquillitate: ne vel cum inquietudine operentur. *Vos autẽ*

E *fratres nolite deficere benefacientes. Quod ſi quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam hũc notate, & ne commiſceamini cum illo* Non omnib. prohibeo dari, ſed talib. ne putetis me conſuetudinem tollere benefaciendi. *Vt confundatur. Et nolite quaſi inimicum exiſtimare.* Non vt penitus abſcindatur. *Sed corripite vt fratrem.* Corripite, vt emendetur: nolite abiicere, ne deſperet. Æger ſanandus eſt, non necandus: ne de inquieto fiat apoſtata. *Ipſe aũt Deus pacis det vobis pacẽ ſempiternam.* Vt poſſitis oẽs curare pacifice. *In omni loco. Dominus ſit cum omnibus vobis.* Et in omni loco, vbicunq; fueritis *Salutatio mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omnẽ epiſtolã: ita ſcribo.* Vt ſciatis falſas epiſtolas inuenire. *Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis, amen.* His verbis omnes epiſtolas ſubſcribebat, excepta Galatarum, quam propria manu perſcripſit, vt poſt eã * nec ad ſemetipſam, niſi manu ꝓpria pſcripta reciperent.

Finis epiſt. ad Theſſalonicenſes ſecunda.

F

EPISTOLA PAVLI AD COLOSSENSES.

ARGVMENTVM.

Coloſſenſes & hi, ſicut Laodicenſes, ſunt Aſiani & ipſi præuenti erant à pſeudoapoſtolis, nec ad hos acceſſit ipſe Apoſtolus, ſed & hos per epiſtolam corrigit Audierant enim verbum ab Archippo, qui & miniſterium in eos accepit. Ergo Apoſtolus iam ligatus, ſcribit eis ab Epheſo. Et in primis fidem eorum magnam audiſſe laudat. Deinde monet, ne per philoſophiam vel legis cæremonias ſeducantur.

PAVLVS *Apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei, & Timotheus frater.* Non meis meritis, ſed Dei voluntate. *His qui ſunt Coloſſis.* Hoc eſt, eccleſiæ. *Sanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Ieſu.* Non in carne. *Gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro. Gratias agimus Deo, & patri domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper pro vobis orantes, audientes fidem ve-*

G *ſtram in Chriſto Ieſu.* Notandum, quod gratiam ſemper præmittat, qua ſaluamur, ſine vllis meritis noſtris. *Et dilectionẽ quam habetis in ſanctos omnes.* Sine exceptione notitiæ, vel perſonæ, ſolam in omnibus diligitis ſanctitatem. *Propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis.* Non vt ſancti ab hominibus videamini. *In cœlis quam audiſtis in verbo veritatis euangelii, quod peruenit ad vos.* Verbo vitæ æternæ. *Sicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat.* Aliud trigeſimũ, aliud ſexageſimũ, aliud cẽteſimũ. *Et creſcit, ſicut & in vobis* In numero credentiũ. *Ex ea die qua audiſtis, & cognouiſtis gratiã Dei in veritate.* Ille Dei gratiam in veritate cognoſcit, qui gratiæ Dei nõ exiſtit ingratus, qui ſuis meritis nihil attribuit: ſed illi dat gloriam, cuius dono eſt quidquid eſt, *Sicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo cõſeruo noſtro.* Qui eis expoſuerat, Dei eſſe omne quod poterãt. *Qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Ieſu.* Fideliter pro vobis in oratione incumbens, voluntati Chriſti miniſtrat. *Qui etiam manifeſtauit nobis dilectionẽ veſtram in ſpiritu.* Quam habetis in ſpiritualibus. *Ideo & nos ex qua die audiuimus, nõ ceſſa-*

H *mus pro vobis orãtes & poſtulãtes, vt impleamini agnitione voluntatis eius.* Qui aliter eã facere non poteſtis. Quod propheta intelligens dicebat ad dominum: Doce me facere voluntatem tuã, quia Deus meus es. *In omni ſapientia.* Legis Dei. *Et intellectu ſpirituali* Qui & intelligentẽ, & audientẽ faciat ſpiritalẽ. *Vt ambuletis.* Expoſuit quæ obſcura dicebat quomodo De⁹ det velle, & adiuuet, atq; cõfirmet inſpirãdo docendo ſapientiam, & intellectũ donando per gratiã ſuã: libertatem arbitrii reparãdo & cõfirmando quotidiana gratia ſua: ſicut in præſenti orat vt impleantur agnitione voluntatis eius, in omni ſapiẽtia, qua poſſint digne Deo in omnib⁹ ambulare. *Digne, Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificãtes, & creſcentes in ſciẽtia Dei.* Digne Deo ambulat, qui ei per omnia placet: hoc eſt, in omni opere bono, vt cum ſciẽtia Dei creſcat & fructus, *In omni virtute.* Virtus eſt cum inueterata vitiorum conſuetudine, vel in paſſione infirmitatem carnis

ſupera-

A ſuperare. *Confortati ſecundum potentiam.* Vt & vos ſimiliter omnia ſuffératis. *Claritatis eius, in omni patientia & longanimitate.* Gloriæ. *Cum gaudio gratias agentes Deo & patri.* Nō ex neceſſitate. *Qui dignos nos fecit.* Plus vos vocatio lætificet, quam paſſiones contriſtent. *In partem ſortis ſanctorum.* Sortē hæreditatem in ſcripturis frequenter inuenimus. *In lumine.* Scientiæ Dei ab ignorantia. *Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum.* Quia quis à quo ſoperatur, huius eſt ſeruus. Notandum eſt, quia ipſe nos eripuit, non noſtra virtus, vel natura, qua eramus filij iræ. *Et tranſtulit in regnū filij dilectionis ſuæ.* De regno erroris & mortis, vt nos dilecti eſſemus & filij. *In quo habemus redemptionem.* Per ſanguinem eius, *Et remiſſionem peccatorum.* Redempti ſanguine ſuo, per baptiſmū peccata remiſit. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis.* Secundū humanitatē abſq; peccato: quia ſecūdum diuinitatem non eſt imago, ſed veritas. Per hanc imaginem Philippo patrē dominus demonſtrabat. Imago iſta veritas eſt, imago iſta iuſtitia eſt, non muta, quia Dei verbum: non inſenſibilis, quia ſapientia eſt: nō Inanis, quia virtus: eſt non vacua, quia plenitudo vitæ: non

B mortua quia reſurrectio eſt. Imago, & æqualitas, & ſimilitudo diſtinguenda ſunt: qa vbi imago, cōtinuo ſimilitudo; non cōtinuo æqualitas. Vbi æqualitas, cōtinuo ſimilitudo, non continuo imago. Vbi ſimilitudo, non cōtinuo imago, non continuo æqualitas: vt in ſpeculo eſt imago hominis; quia de illo expreſſa eſt: eſt etiam neceſſario ſimilitudo, nō tamen æqualitas: quia multa deſunt imagini quæ tamen inſunt illi rei, de qua expreſſa eſt. Vbi æqualitas, continuo ſimilitudo, non cōtinuo imago, velut in duobus ouis parib⁹. quia ineſt æqualitas, ineſt & ſimilitudo: quæcūq; enim aſſunt vni, aſſunt & alteri, imago tamen non eſt, quia neutrum de altero expreſſum eſt. Vbi ſimilitudo, non continuo imago, non cōtinuo æqualitas: omne quippe ouum omni ouo, inquantū ouum eſt, ſimile eſt: ſed ouum perdicis, quamuis inquantum ouum eſt, ſimile eſt ouo gallinæ, nec imago tamē eius eſt, quia de illo expreſſum nō eſt: nec æquale, quia breuius eſt, & alterius generis animantium. Sed vbi dicitur, nō continuo, vtiq; intelligitur, quia eſſe aliquando poteſt. Poteſt ergo eſſe aliqua imago, in qua ſit etiā æqualitas: vt in parentibus & filijs inueniretur imago & æqualitas & ſimilitudo, ſi interuallum temporis defuiſſet: nam & de parente expreſſa eſt ſimilitudo filij vt recte dicatur imago: & poteſt

Auguſtin. In lib. de diuerſis quæſtionib. quæſtione 74.

.C eſſe tanta, vt recte etiam dicatur æqualitas niſi quod parens tempore præceſſit. Ex quo intelligitur & aliquando æqualitatem, non ſolum ſimilitudinem habere, ſed etiam imaginem: quod in ſuperiori exemplo manifeſtum eſt. Poteſt etiā aliquando ſimilitudo eſſe & æqualitas, quamuis nō ſit imago: vt de duobus ouis paribus dictum eſt. Poteſt etiam ſimilitudo & imago eſſe, quamuis non ſit æqualitas: vt in ſpeculo oſtendimus. Poteſt & ſimilitudo eſſe, vbi & æqualitas & imago ſit: ſicut de filijs cōmemorauimus, excepto tempore, quo præcedunt parentes. Sic enim æqualē ſyllabam ſyllabæ dicimus: quāuis altera præcedat, altera ſubſequatur. In Deo autem quia conditio temporis vacat non enim poteſt recte videri Deus in tempore generaſſe filium, per quem condidit tempora: conſequens eſt, vt non ſolum ſit imago eius, quia de illo eſt, & ſimilitudo, quia imago: ſed etiam æqualitas tanta, vt nec temporis quidem interuallum impedimētum ſit. Item aliter. Cur imago ſimilitudinē habet in picturis, homines nolunt eſſe diſſimiles? & Arrius diſſimilē contendit, & vult, vt pater diſſimilem generet ſui. *Primogenitus omnis creaturæ.* Omnis rationabilis creaturæ ſecundum car-

D nem primus effectus, primogenitus, inquit, nō primo creatus, vt & genit⁹ pro natura, & primus pro perpetuitate credatur: vel certe primogenitus ex mortuis. *Quia in ipſo cōdita ſunt vniuerſa in cælis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue thronis, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates.* In ipſo: quia ſemper idem eſt. ſicut ait Iudas, Ieſus populū ſuum de terra Ægypti liberauit. Et, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcēdit filius hominis. *Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt.* Et per ipſum omnia facta ſunt, & quod factum eſt, in ipſo vita eſt. *Et ipſe eſt ante omnes.* Creaturas. *Et omnia in ipſo conſtāt.* Viuunt. *Et ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, qui eſt principiū, primogenitus ex mortuis.* Hoc modo caput eſt eccleſiæ. *Et ſit in omnibus ipſe primatum tenens.* Propterea prius reſurrexit. *Quia in ipſo cōplacuit, omnem plenitudinem diuinitatis habitare.* In nullo

E enim alio ita diuinitas habitauit. In alijs enim gratia ex parte fuit in iſto natura perfecta. *Corporaliter.* Neq; enim diuinitas corpus eſt. Sed quia ſacramenta veteris teſtamenti appellat vmbrā futuri, propter vmbrarum comparationē, corporaliter dixit habitare in Chriſto plenitudinē diuinitatis, quod in illo impleantur omnia, quæ in illis vmbris figurata, ſunt ac ſic quodam modo vmbrarum illarū ipſe ſit corpus: hoc eſt, figurarum & ſignificationum illarum ipſe ſit veritas. Item aliter: Perfecte, quaſi dicat ſummaliter. *Et per eum reconciliare omnia in ipſum.* Terrena cœleſtib: quæ ab eis per contrarietatem vitæ fuerant ſeparata vnde dominus orare nos docet, vt ita volūtas Dei fiat in terra, ſicut in cœlis. *Pacificās per ſanguinē crucis eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terra ſunt.* Per quæ ſunt homines emendati. *Et vos cum eſſetis aliquando alienati, & inimici ſenſu in operibus malis.* Expoſuit inimicitias noſtras cum Deo & eius miniſtris. *Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem.* In qua baptizati eſtis omnes. *Vt exhiberet vos ſanctos, & immaculatos.* Ne eius beneficiū irritū faciatis, & iterum ſitis inimici. *Et irreprehēſibiles.* Conſiderā-

F dum, quam perfectum vult eſſe vnumquenq; credentē. *Coram ipſo.* Non coram hominibus. *Si tamen permanetis in fide fundati & ſtabiles & immobiles.* Tunc poteritis immaculati eſſe, ſi vos hominum exempla non decipiant, ſed firmiter futura credatis. *A ſpe euangelij, quod audiſtis.* Spem euangelij, niſi qui ſecundum ipſum viuunt, ſperare non poſſunt. *Quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cælo eſt.* Notandum, hominem dici omnem creaturam. *Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis.* Pro nobis patitur, vt ædificaret. Sed & pro ipſo ante paſſus eſt Chriſtus. *Et adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius.* Chriſtus enim à ſolis Iudæis adductus ad mortem eſt: ego pro eccleſia eius, & à gentibus. Chriſtus inchoauit paſſionem, non impleuit. Sed in corpore ſuo, id eſt, in eccleſia, nunc adimpletur. *Quod eſt eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter ſecundum diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos.* Dono ſpiritus ſancti, & doctrinæ euangelicæ, quam vobis iuſſus eſt erogare. *Vt impleam verbum Dei, myſterium quod abſconditum fuit à ſeculis, & generationibus.* Vt per me prædicatio impleatur. *Nūc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius.* Tempore quo voluit reuelare. *Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus.* Quia idem Deus om-

G nium diues in omnibus, quomodo voluit, ſic & fecit, quia voluntas eius iuſta eſt. *Quod eſt Chriſtus in vobis.* Ipſe eſt myſterium, quod patefactum eſt gentibus: *Spes gloriæ quem nos annūtiamus.* Vobis per quem futuram gloriam ſperatis. *Corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni ſapientia.* Iudæum, & Græcum, ſeruum & liberum. Et hoc notandum, quod omnes homines vult exhibere perfectos, ſecundum illam perfectionem, quam alibi dicit, Quotquot enim perfecti, hoc ſapiamus: cum retro dixerit, Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe, & reliqua. Sed eſt quædā imperfecta perfectio, vt ſciat homo ſe non eſſe perfectum in hac vita. *Vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto Ieſu.* Secundum ſynecdochen dictum totum pro parte. *In quo & laboro certando ſecundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.* Signorum.

CAP. II.

Volo enim vos ſcire, qualem ſolicitudinem habeam pro vobis, & pro his, qui ſunt Laodiceæ. Agoniam. *Et quicunq; alij non viderunt faciem meā in carne, vt conſolentur corda ipſorū, inſtructi in charitate & in oēs diuitias plenitudinis intellectus in agnitione myſterij Dei patris, & domini Ieſu Chriſti.* Quia ſi me vidiſſent, & charitatem meam erga ſe, & diuitias myſterij Dei plenius cognouiſſent, dum & maiorem præſentis affectum probarent, & abūdantiam rationis à me, qui propriè à Chriſto didici, do-

H cerentur. *In quo omnes theſauri, ſapientiæ & ſcientiæ.* Qui latebant, quāuis eſſent in literis legis ſicut Eſaias ait, in theſauris ſalus noſtra, Chriſtus venit ſapientia & ſciētia à domino. Hi ſunt theſauri ſeptiformes gratiarū ſpiritus ſancti. *Abſconditi.* Qui erant Moyſi tecti velamine. *Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum.* Ideo dico melius fuiſſe vt ego vos præſens inſtruerem, ſed tamen breuiter complexus ſum, omnem theſaurum ſapientiæ & ſcientiæ in ipſo eſſe vt omnem ſermonem vel ſenſum, qui præter illum eſt, non ſolum non miremini, ſed etiam ſtultitiam deputetis. *Nā & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcū ſum.* Habebat

A hanc gratiam, vt alibi poſitus, quid alibi ageretur, agnoſceret: ſicut Heliſæus vidit in ſpiritu Giezi poſt Naaman currentem. *Gaudens, & videns ordinem veſtrum.* Et video & cupio præſens implere omne, quod deeſt. *Et firmamentum eius quæ in Chriſto eſt fidei veſtræ.* Supplementum credere Deum verum, & hominem verum, vnam perſonam ex duabus ſubſtantijs, quia hoc eſt fidei fundamentum, quod vobis ſufficit ad vitam etiam ſi aliquid ſcientiæ minus interim habeatis. *Sicut ergo accepiſtis Chriſtum Ieſum dominum noſtrum in ipſo ambulate, radicati* Deum credentes & hominem. *Et ſuperædificati in ipſo.* Secundum robur fundamenti validum ædificium ſupercreſcat. *Et confirmati in fide, ſicut & didiciſtis.* Futurorum. *Abundantes in illo in gratiarum actione.* Semper creſcentes in illo, & pro donis eius abundantius gratias referentes. *Videte, ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam.* Contra philoſophos agit, quorum omnis diſputatio de elementis eſt, & viſibilibus creaturis, & qui ex rebus naturalibus virtutem æſtimant Dei, dicentes, ex nihilo fieri nihil

B poſſe: & animam aut initium non habere, aut eſſe mortalem: & virginem parere non poſſe: & Deum ex homine naſci, mori, atque reſurgere ſtultum eſſe credere. *Secundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi.* Seductionẽ. *Et non ſecundum Chriſtum.* Qui ſecundum Chriſtum ſapit, ſanum ſapit. *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.* Omnis plenitudo diuinæ virtutis in corpore eius inhabitat. *Corporaliter & eſtis in illo* Subſtantialiter, & realiter. *Repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.* Si illius ſcientiam docemini, qui dedit initium etiam inuiſibili creaturæ, quid vobis cõferent, qui nihil plus intelligunt, quam quod vident? *In quo & circumciſi eſtis, circumciſione nõ manu facta* Hic iam Iudæos & pſeudoapoſtolos taxat, ne vel ab ipſis ſeducantur. *In expoliatione corporis carnis, ſed in circumciſione Ieſu Chriſti* Per quam vos totum veterem hominem expoliaſtis. *Conſepulti ei.* Commortui. *In baptiſmo.* Hæc eſt circumciſio Chriſti. *In quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis.* Reſurrexiſtis in nouam vitã, credentes & intelligẽtes illius eſſe operationem. *Et vos cum mortui eſſetis in delictis & præputio carnis veſtræ.* Quando non ſolum præ-

C putiati, ſed & circũciſi pariter morti æternæ eratis obnoxij. Cum ergo dupliciter indigni eſſetis, filiorum eſtis conſortes effecti. *Conuiuificauit cũ illo, donans vobis omnia delicta, delẽs, quod aduerſus nos erat.* Auferẽdo cauſas mortis peccati. *Chirographum decreti.* Euacuans. *Quod erat contrarium nobis.* Chirographum quidam dicunt eſſe quaſi ſcriptam aliquam apud Deum memoriã peccatorũ: vnde ipſe dicit in cantico, Nõne hæc congregata apud me. & ſignata ſunt in theſauris meis? Et in Hieremia, Peccatum Iudę ſcriptum eſt in vngue adamãtino. Hęc ergo deleta ſunt in cruce, dum dimittendo peccata, etiam memoriam abolet delictorum. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: Scriptũ eſt enim, Maledictus omnis qui pependit in ligno. *Et ipſum tulit de medio, affigens illud cruci.* Non ſolum peccata mortificauit in cruce, ſed etiam incorruptionem, & præmia donauit per indebitam mortem. *Expolians principatus, & poteſtates.* Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, ſe offerendo pro reis morti. *Traduxit cõfidenter.* in ſe peccata ſuſcipiens, & peccatores abſoluens, dũ illa cruci affigit *Palã triumphans illos.* Publice crucifixus. *In ſemetipſo.*

D Confuſione contempta, non occidendo, ſed moriẽdo: nec vim inferendo, ſed ſuſtinendo: vt nobis confracta omni ſuperbia vincẽdi daret exemplum. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu.* Nullum ergo in hoc iudiciũ eſt: quia cum vmbra eſſet ceſſauit corpore veniẽte, nec imagine opus eſt, veritate præſente. *Aut in parte diei feſti.* Calendæ, ſiue luna noua. *Aut neomeniæ, aut ſabbatorum.* Neomenia nouæ vitæ, vel ſecundę figuram habuit: ſabbatum requiẽ vitæ futuræ. *Quæ ſunt vmbra futurorũ.* Vmbra legis erat, corpus eſt Chriſti. *Corpus autem Chriſti.* Futura erant, quæ modo præſentia ſunt. *Nemo vos ſeducat volẽs in humilitate & religione angelorũ quæ non vidit, ambulãs fruſtra, inflatus ſenſu carnis ſuæ.* Nemo ficta humilitate ſuperbus, quia ſe angelos videre mẽtiatur, & ideo fruſtra ſe ſuper homines iactet, qui viſiones à ſuo loquitur corde. *Et non tenens caput.* Chriſto non credens capiti omniũ ſanctorum. *Ex quo totum corpus.* Eccleſiæ. *Per nexus, & coniunctiones ſubminiſtratum.* Quia membris à capite vſque ad pedes

E membra iunguntur Quicunq; ergo extra hoc corpus, quãtumuis ſe iactet non viuit, qui caput non habet & vitam. *Et conſtructum creſcit in augmentum Dei.* In augmentũ illius corporis, quod vnitum eſt Deo *Si mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi.* Elementa huius mũdi poſſunt definiri etiam auaritia & ambitio honorum, & cætera mundana. *Quid adhuc tanquam viuentes mundo.* Nec ſimilitudinem viuẽtium in mundo voluit nos habere. *Decernitis?* Sicut illi qui futura nõ credunt *Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis.* Illorum tactu, & guſtu, & cõtrectatione, qui in concupiſcẽtijs abutuntur, & diligũt pro æternis. *Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu.* Ex partibus mundi cõditionem eius aduerte: cuius enĩ membra corrumpuntur, neceſſe eſt, vt totus quandoq; ſoluatur. Nec coli ergo elementa eius, vt mortalia, debent, nec diligi pro æternis. *Secundum præcepta & doctrinam hominum, quæ ſunt rationem quidem habentia ſapiẽtiæ in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendum corpori non in honore aliquo ad ſaturitatẽ carnis.* Aliqui ſic accipiunt, contra eos dici, qui ex Iudæis crediderũt, & dicebant legis ceremonias obſeruari debere: ideo & doctrinas hominũ vocat, quia præcepta carnaliter intelligant, dicentes, in lege prohibita nõ debere manducari, ſed oẽs illę obſeruationes, licet aliquam ſapien-

F tiam præſeferre videantur lege pręcepta, tamen in ſuperſtitione ſunt in aliquo honore Dei: quia ſunt ad explendã voluntatem obſeruantiæ carnalis. Alij totum hoc capitulũ ita intelligunt, vt dicant, ab elementorũ nos rationibus voluiſſe Apoſtolũ reuocare, ad quas à philoſophis ſuadebantur, quamuis rationabilia videantur: ne per bona eorum inducamur ad mala. Etiam homines natura docente, tradiderũt, quod mundus eſſe quandoq; ſoluendus & ideo vnũ Deũ, quem ſolum æternum intellexerant, licet ſuperſtitioſe tamen humiliter venerati ſunt, & nõ parcendũ dixerunt corpori, nec carnem ſaturitatem onerandũ quod eſſet & ipſa moritura.

CAP. III.

Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto. Conſequenter primo commortuos. deinde ſurrexiſſe, nos dicit, nec ſolum terræ mori ſed etiam cælo nos viuere hortatur. *Quæ ſurſum ſunt, quærite vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſupra terram.* Nihil terrenum ambiatis, nihil mortale quæratis, cœleſtem ſectamini ſapientiam, non terrenam. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Mortui eſtis terrenæ vitæ, per conuerſationem

G cœleſtis patriæ. *Cum enim Chriſtus apparuerit vita veſtra.* Quia filij Dei cum ſimus nondum apparuit, quid erimus: ſed hoc ſolum ſcimus, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus *Tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.* Nolite ergo modo hic quærere gloriam veſtram. *Mortificate ergo.* Implete profeſſionem veſtram. *Membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram.* Membra vitiorum, quæ noſtra ſunt quia ex nobis ſunt: ſine membrorum malum vſum (ſicut ſolet) nominat membra. *Fornicationem, immundiciam, libidinem.* Omnis incontinentia, immundicia dici poteſt, atque libido. *Concupiſcentiam malam.* Eſt enim & concupiſcentia bona. Vnde & Daniel vir deſideriorum eſt appellatus. *Et auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus.* Dum illis metallis, de quibus fiunt ſimulachra. ſeruimus, & aurum pro Deo veneramur, quia qui ſoli Deo ſeruit vtique effigiem vnam ineffabilem veneratur. *Propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis.* Super Sodomam, & eos, qui in diluuio perierunt. Ex præteritis ergo futura timenda ſunt. Vel ſuper eos, qui increduli fuerunt in deſerto. Notandum quales fuerimus ante gratiam Chriſti. *In qui-*

H *bus & vos ambulaſtis aliquando, cum viueretis in illis.* Nolite nunc ambulare, ne fruſtra videamini crediſſe. *Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem.* Quæ nobis de Adam remanſerunt: id eſt, vitia, quæ ſequuntur. *Malitiam,* Malitia eſt, alteri inferre, quod pati non vis. *Blaſphemiam.* Dei, vel imaginis eius. *Turpem ſermonem de ore veſtro.* Quia hęc indiſciplinatio nec filijs hominum conuenit, honeſtius educatis: quanto magis Dei? *Nolite mentiri inuicem.* Non oportet mentiri filios veritatis, cum mendacium de diabolo ſit. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus eius.* Peccata originalia, ſeu delectationem carnis. *Et induentes nouum.* *Chriſtum*, & virtutes, quæ ab ipſo ſunt. *Eum qui renouatur in agnitione ſecundum imaginem eius, qui creauit eum.* Cum cognouerit qualis ſit, cuius imago eſt ei, inquantum poteſt. debet niti ipſius adiutorio ſimilari. *Vbi non eſt maſculus &*

fœmi-

A *fœmina, gentilis & Iudæus, circumciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber.* Apud Deum non prædicat ſexus, vel conditio, vel genus, ac prouinciæ, ſed ſola conuerſatio cum fide recta requiretur. *Sed omnia in omnibus Chriſtus.* Omnes qui vnque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. *Induite vos ergo, ſicut electi Dei* Illa deponentes, hæc induite. *Sancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam.* Quia illa membra dixerat, ideo hæc viſcera nominauit. *Supportantes inuicem.* Exemplo Chriſti, qui infirmitates noſtras portauit, tam ſpiritales, quam etiam corporales. *Et donantes vobis ipſis.* Indulgentes alterutrum, ſicut omnibus Chriſtus indulſit, etiam perſecutoribus ſuis. *Si quis aduerſus aliquem habet querelam.* Nolite exigere parua conſeruis, ne indulta reddatis. *Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.* Hic exponit, quomodo indulgere debemus alterutrum: ſi ille indulſit, qui potuit vindicare: quanto magis vos, quorum vindicta aut parua, aut nulla eſt: *Super omnia autem hæc charitatem habete.* Super hæc omnia eſt charitas, quia omnem

B quem diligimus, ſuſtinemus: non omnem quem ſuſtinemus, diligimus. Sed omnes debemus propter Deum diligere. *Quod eſt vinculum perfectionis.* Charitas multa membra in vnum conglutinat corpus. *Et pax Chriſti* Chriſti, non ſeculi, quod ſolum diligit diligentes. *Exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore.* Non in facie ficta, & ſerena, vel ore doloſo. *Et grati eſtote* Hoc eſt, nolite legi aſſimulari, quæ vicem reddit: ſed gratiæ, quæ ignoſcit etiam inimicis, & pro eis exorat. *Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter.* Et hic oſtenditur, verbum Chriſti non ſolum ſuffi ienter, ſed etiam abundanter habere debere etiam laicos, & inuicem ſemetipſos monere, & docere. *In omni ſapientia docentes, & commonentes voſmetipſos.* Vt ſapienter & rationabiliter proſeratur. *In Pſalmis.* Dauid *Hymnis.* Trium puerorum. *Canticis.* Moyſi, & omnium Prophetarum. *Spiritalibus.* Non carnalibus more ſeculari *In gratia cantantes.* Nunquam legimus cantari ſine voce. *In cordibus veſtris Deo.* Vt non ſolum ore, ſed etiam in corde cantetis, vt cor cum voce concordet: vel intelligans quod cantaris. *Omne quodcunque fa itis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu,*

C *gratias agentes Deo & patri per ipſum.* Siue docetis, ſiue operamini, nihil ad veſtram gloriam, ſed ad Domini faciatis, gratias Deo referentes, qui filium ſuum ad hæc: inſpitanda & docenda deſtinare dignatus eſt. *Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino* In his quæ conueniunt Domino. *Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in Domino.* Nunquam rem naturalem hortaretur, niſi conuenientes eſſe cœpiſſent, ſicut ad Epheſios plenius adnotatum eſt. *Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros vt non puſillo animo fiant.* Ne exaſperati iracundi fiant: ſed veſtro exemplo diſcant eſſe patientes. *Serui obedite per omnia dominis carnalibus.* Quia carni ſeruiunt, non ſpiritui. *Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes.* Quando vos vident domini. *Sed in ſimplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Deo, & non hominibus ſcientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis.* Qui vbique ſemper videt, & odit omne figmentum. Nam humanus oculus falli poteſt: & ideo ſic

D agite, vt conditionis neceſſitatem, voluntatem faciatis religionis, vt per veſtra opera bona Domino gratiæ referantur, cum vos omnes viderint ex Chriſtianitatis tempore profeciſſe. *Domino Chriſto ſeruite.* Ipſi enim ſeruit, qui propter ipſum homini ſeruit. *Qui enim iniuriam facit, recipiet id, quod inique geſſit: & non eſt perſonarum acceptio apud Deum.* Siue ſeruus, qui dominum contempſerit: ſiue dominus, qui ſeruum inique tractauerit, vt conſoletur, ſciens apud Deum inultam non eſſe ſuam iniuriam.

CAP. IV. *Domini quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate.* Patres vos debent magis ſentire, quam dominos: vnde vulgo patresfamilias appellamini. *Scientes quoniam & vos dominum habetis in cælo.* Qualem ergo vobis dominum eſſe vultis, tales eſtote circa conſeruos potius, quam ſeruos. *Orationi inſtate, vigilantes in ea.* Negligens enim, & dormitans petitio, nec ab homine poterit aliquid impetrare. *In gratiarum actione, orantes ſimul* Pro omnibus quæ vobis ſunt conceſſa, vel etiam in aduerſis, quæ ipſo diſpenſante eueniunt. Non enim orando peteretur ab eo, niſi ab ipſo tribui crederetur, vt oſtium aperiretur ſermonis: id eſt, vt initium fidei cordibus auditorum tribueretur. *Et pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ad loquendum myſterium Chriſti.* Quod pro nobis oratis, vobis proficiet in doctrinam. Nam quomodo aperitur oſtium verbi, niſi cum ſenſus aperitur audientis, vt credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandam ſalubrem doctrinam prædicantur, & diſputantur recipiat: ne per infidelitatem corde clauſo, ea quæ dicuntur, improbet, ac repellat? *Propter quod etiam vinctus ſum, vt manifeſtem illud, ita vt oportet me loqui.* Vt ipſe det quid, quando, & cui rationaliter debeat prædicari: quia & nobis ad aurem prædicantibus ille interim corde operatur. *In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt, tempus redimentes.* Quoniam dies mali ſunt. De malo tempore bonum veſtra faciet ſapientia: vel etiam pro quiete veſtra aliquid tem-

E

F porale, ſi neceſſe eſt, vt pereat, contemnite. *Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus.* Sapientiæ ratione, ne ſtultitia noſtra religio à philoſophis & gentilibus æſtimetur. *Vt ſciatis quomodo vos oporteat vnicuique reſpondere.* Sicut & Petrus. Parati eſtote ſemper ad ſatisfactionem: aliter paganis, aliter Iudæis, aliter hæreticis, aliter philoſophis aliter aſtrologis, & cæteris eſt reſpondendum. *Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter, & conſeruus in Domino.* Securos illos vult eſſe de ſe, ne vel à triſtitia occupentur. *Quem miſi ad vos ad hoc ipſum, vt cognoſcat, quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra, cum Oneſimo chariſſimo, & fideli fratre, qui eſt ex vobis: qui omnia, quæ hic aguntur, nota faciant vobis.* Pro nobis. *Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus: & Marcus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mandata.* Qui mecum tenetur in vinculis: aut compatitur mihi charitatis affectu. *Si venerit ad vos, excipite illum: & Ieſus, qui dicitur Iuſtus, qui ſunt ex circumciſione.* Hæc mandata ab eo acceperant. *Hi ſoli ſunt adiutores in regno Dei, qui mihi fuerunt ſolatio.* Hi ſolummodo mecum ſunt: ſiue hi ſoli ex circumciſione adiutores in nouo teſtamento, per quod intratur in regnum:

G ſicut ſathanas dicitur mors, quia cauſa eſt mortis. *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſollicitus pro vobis in orationibus.* Ille vere ſeruus Chriſti eſt, qui pro eius corpore ſolicitus inuenitur. *Vt ſtetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.* Orationibus ſuis Deum poſcit, vt perſeueretis in voluntate Dei: & qui cœpit in vobis, ipſe perficiet. *Teſtimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro his qui ſunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.* Tales erant primi temporis diſcipuli, & imitatores Pauli & Chriſti. *Salutat vos Lucas medicus chariſſimus, & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius eſt eccleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos epiſtola, facite vt & in Laodicenſium eccleſia legatur: & ea quæ Laodicenſium eſt, vobis legatur.* Quia tales in domo ſua habebat, qualem Apoſtolus definiuit Eccleſiam. *Et dicite Archippo, Vide miniſterium quod accepiſti in Domino, vt illud impleas. Salutatio mea manu Pauli.* Diaconus fuiſſe intelligitur, non Epiſcopus: neque enim epiſcopus haberet neceſſe in Eccleſia commoneri, vt ſuum ſeruaret miniſterium. *Memores eſtote vinculorum meorum.* Siue orate vt

H reddar vobis, ſiue mementote, quia veſtri cauſa hæc patior, & imitamini exemplum meum. *Gratia vobiſcum, Amen.* Cum illis vere eſt gratia, qui cum ea permanſerint, & eam ſe gratis accepiſſe fatentur.

Finis Epiſtolæ ad Coloſſenſes.

A Manichæos, quia de traditore erat dicturus, ideo hominem tantummodo nominauit. *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* Pro omnibus quidem effuſus eſt ſanguis Chriſti, ſed credentibus prodeſt: incredulis vero erit in condemnationem: ſicut alibi ipſe dicit, Alijs ſumus odor vitæ in vitam: alijs odor mortis in mortem. *Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatū eſt.* Quia & prophetæ ſuis tēporib. teſtimonio fuerunt. Nouiſſime miſit eis filium ſuum. *In quo poſitus ſum ego prædicator & apoſtolus.* In teſtimonium, quia Ieſus eſt filius Dei. *Veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide, & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco.* Vt magiſter gentium dat legem orandi: nunquam de oratione ſtatuiſſet, niſi aliqua huic quæſtio à Iudæis moueri cœpta eſſet volentibus in templo ſolummodo, quod erat Hieroſolymis, adorare. *Leuantes.* Teſtatio innocentiæ eſt manuum oratio. *Puras manus.* A cæde, & ſanguine, & omni opere malo. *Sine ira & diſceptatione.* Non ſolum opere. *Similiter & mulieres.* In omnibus, quæ de viris dixit. *In habitu ornato, cum verecundia, & ſobrietate.* Hæc ſunt ornamenta fœminæ Chriſtianæ. *Ornantes ſe non intortis crinibus.* B Non debet occaſionem præſtare concupiſcentiæ. *Aut auro, aut margaritis.* Quæ terræ ſunt ornamenta, cuius homo eſt Deus. *Vel veſte precioſa.* Vt qua ne vnus quidem caleſiat, vnde poſſunt eiuſdem naturæ veſtiri quamplurimi. *Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.* Iſta ergo ſunt non promittentium, ſed negantium caſtitatem. *Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione.* Diſcat quidem, ſed cum omni humilitatē, atque ſilentio. *Docere autem mulieri non permitto.* Virum non debet docere. Cæterum ipſe dixit, iuniores fœminas doceri à ſenioribus debere: ſed & filium virum, vel fratrem poteſt monere priuatim. *Neque dominari in virum.* Magiſterium vſurpando, vel marito ſe præferendo, *Sed eſſe in ſilentio.* Ne in eccleſia loquantur. *Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua.* Reddit cauſas, cur velit eas eſſe ſubiectas: ſcilicet, quia & poſteriores ſunt in ordine, & priores in culpa. *Et Adam non eſt ſeductus.* A ſerpente. *Mulier autem ſeducta in præuaricatione fuit.* Mandati præuaricatione: C ſed non ideo deſperet mulier, quia per baptiſmum & ipſa ſaluabitur. *Saluabitur autem per filiorum generationem.* Non Eua, ſed mulier: quia Eua ad exemplum adducta eſt, non de ipſa proprie dicebatur. per filiorum generationem, nutriendo, & non necando, nec abortiendo. *Si permanſerint* Sicut ſuperius de plurali numero ad ſingularem tranſijt: ita & hic redit ad pluralem. Cæterum quomodo iuſtitia iuſti ſuper ipſum erit, & quomodo Noe, Iob, & Daniel filios ſuos & filias minime liberabunt, ſi per filios Eua ſaluabitur? ſed omnes mulieres ſic ſaluabuntur, ſi in bonis operibus cum fide, caſtitate, & Deo placita dilectione permanſerint in fide Chriſti. *Et dilectione* Dei, & proximi. *Et ſanctificatione* Mentis, & corporis. Sanctificate vos per triduum, & ne acceſſeritis ad mulierem. Ergo caſtitas ſanctificatio dicitur. *Cum ſobrietate.* Quia ſine ſobrietate difficile cuſtoditur.

CAP. III. *Fidelis ſermo Si quis epiſcopatum deſiderat.* De hoc dicit, qui ordinandus eſt, qualis eligi debeat: primum laicos inſtituit vtriuſque ſexus, quia & de ipſis in ſacerdotium eliguntur. *Bonum opus deſiderat.* Opus dixit, non honorem. *Oportet ergo epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.* Sicut & ad Titum dixit ſine crimine, D generaliter primo, poſtea ſpecialiter membra ipſa diſtinguuntur. *Vnius vxoris virum.* Vigilantem: ſi illi nec hoc licet, quod vel laico licet, quid de cæteris ſentiendum eſt? *Sobrium.* Ab omni ebrietate. *Prudentem, ornatum hoſpitalem.* Omnibus ſpiritalibus ornamentis. *Doctorem.* Vt tam verbo doceat, quam exemplo. Si omnes debent ſcire, quomodo vnicuique reſpondeant, quanto magis ſacerdos, de cuius ore legem exquirent: quia angelus domini omnipotentis eſt? *Non violentum.* Vt fiducialiter poſſit ſobrietatem docere. *Non percuſſorem, ſed modeſtum: non litigioſum.* Siue ne petulans ſit incedendo, ſiue ne exemplo ſuo conſcientias feriat infirmorum. *Non cupidum.* Cupiditas enim prouocat ad lites, & iurgia. *Suæ domui bene præpoſitum: filios habentem ſubditos cum omni caſtitate.* Ipſe expoſuit in ſequentibus Hoc eſt, ſi filios in caſtitate & humilitate nutriuit, vt in hoc eius diligentia comprobetur: ſi enim paucos filios ſuos erudire neſciuit, quomodo tantos filios Dei hoc eſt, omnem populum gubernabit? cuius mores ſecundum numerum diuerſi ſunt. E *Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam habebit.* Ne eos ſic negligēter admoneat. Cæterum ſi bene nutriti inſoleuerint, culpa non erit patris. *Non neophytum.* Nuper renatum *Ne in ſuperbia elatus.* Quia cito poteſt per ignorantiam exaltari, & putare ſe non tam officium humilitatis, quam adminiſtrationem ſeculi ſuſcepiſſe: & quia illi in fonte dimiſſa ſunt peccata, & recens aſſumitur, elatio ei inde naſcatur. *In iudicium incidat diaboli.* Qui per ſuperbiam deiectus eſt. *Oportet autē illum & teſtimonium habere bonum.* Sine offenſione eſtote Iudæis & Græcis & eccleſijs Dei. Omnes enim norunt naturaliter damnare vitia, & laudare virtutes. *Ab his qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidant.* Foris Eccleſiam. *Et laqueū diaboli.* Ne per illum diabolus multos illaqueet, qui poterant fieri Chriſtiani. *Diacones.* Quæritur, cur de presbyteris nullam fecerit mentionem: ſed in epiſcopis etiam presbyteros F comprehendit, quia ſecūdus, & pene vnus eſt gradus, ſicut multis ſcripturarum teſtimonijs comprobatur. *Similiter pudicos, continentes,* Inreprehēſibiles. *Non bilingues.* Ne & maledicant: hoc eſt enim vnius linguæ officium duplicare. Vel, aliud corde, aliud ore proferentes. *Non multo vino deditos* Conceſſi pro neceſſitate parum, quia multum denegauit. *Non turpe lucrum ſectantes.* Turpe lucrum, de cæleſtib⁹ ſacramentis terrenas opes conquirere. *Habentes myſterium fidei in conſcientia pura.* Myſterium fidei eſt, quod paſſio Chriſti remedium eſt ſalutis humanæ. Si ergo hoc intelligit pure, & non confunditur de humilitatibus Chriſti. Siue vt propter hoc ſolum, quod debet prædicari, ne exiſtimet quæſtum eſſe pietatem. *Et hi autem probentur primum, & ſic miniſtrent.* Non ſolum epiſcopus, ſed & hi. *Nullum crimen habentes.* Crimen dixit eſſe, ſi aliquid de his virtutib⁹ minus ſacerdos vel leuita habeat Chriſti: vel certe de capitalibus peccatis. Notandum, quia non dixit, nullum peccatum habentes. G *Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias.* Similiter vt diacones eligi iubet. Vnde manifeſtum eſt, quod de illis dicit, quas in oriente diaconiſſas appellant. *Fideles in omnibus.* In nullo dubitantes. *Diacones ſint vnius vxoris viri.* Non vt, ſi non habuerint, ducant: ſed ne duas habuerint: ſi enim digniorem vxor facit, quare non & digami ordinentur? *Qui filijs ſuis bene præſunt, & ſuis domibus.* Repetit, quod minus dixerat. *Qui enim bene miniſtrauerint, gradum ſibi bonum acquirent.* Sunt enim gradus minores. Bonum, hic pro grandi poſuit. *Et multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Et apud Deum petendi, & apud homines docendi. *Hæc tibi ſcribo fili Timothee, ſperans me venire ad te cito.* Et plenius te inſtruere. *Si autem tardauero, vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari.* Vt autoritatem habeas omnia pro me probe ordinare. *Quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis* In qua ſola nunc veritas ſtat firmata, & quæ ſola totum ædificium ſuſtinet veritatis. *Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum.* Incarnatio Chriſti, per quam pietas eſt in omnibus facta. *Quod manifeſtatum eſt in carne.* Quando verbum caro factum eſt. *Iuſtificatum eſt in ſpiritu.* Spiritus Dei veniet ſuper te: propterea quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. *Apparuit angelis.* Quando multitudo angelorum dicebant, Gloria in excelſis Deo. & quando ei in eremo miniſtrabant. H *Prædicatum eſt gentibus.* Sicut ait Simeon, Lumen ad reuelationem gentium: *Creditum eſt in mundo.* Ab vtroque populo. *Aſſumptum eſt in gloria.* Videntibus apoſtolis aſſumptus eſt in cœlum.

CAP. IV. *Spiritus autem dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris.* Hæc dicit ſpiritus ſanctus more prophetarum. *Et doctrinis dæmoniorum.* Omnis hæretica doctrina dæmoniorum arte compoſita eſt. *In hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam.* In hypocriſi loquuntur, qui cum fornicari non timeant, tam caſti volunt videri, vt etiam nuptias damnent: & tam abſtinentes vt creaturam Dei parce manducantes iudicent: cum ipſi comeſſationibus vacent. Paulus vero ita caſtitatem & abſtinentiam prædicat, vt nec naturam, nec creaturam damnet: ad illud hortatur fortiores, iſtud concedit infirmis. Illi enim hoc non amore caſtitatis & abſtinentiæ, ſed ad obumbrandam eius prædicatio-

A dicationem faciebant, iuſtiores, & ſanctiores videri volentes, quã ille, qui propter filios licitas nuptias concedebat, ne fornicationis crimen incurrerent. Illi porro caſtitatem fingentes, contra eam faciebant. *Prohibentium nubere: abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem: quia omnis creatura Dei bona eſt: & nihil reyciendum, quod cum gratiarũ actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationẽ.* Si ad proprietatem ſermonis attendas, monſtruoſa neſcio quæ prædicatio prædicabitur, vt tam nubere, quam abſtinere prohibeant iſta dicentes quæ ſequuntur. *Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu.* Libram in omnibus tenens, & omnia rationabiliter & moderate diſpenſans. *Enutritus verbis fidei, & bona doctrina quam aſſecutus es.* Quia ab infantia ſacris literis. hoc eſt, legis, fuerat eruditus. *Ineptas autem & aniles fabulas deuita.* Non aptas religioni, vel fidei. *Exerce teipſum ad pietatem.* Pietas eſt etiam cum tua tribulatione alii ſubuenire, ſicut vidua Sareptana fecit Heliæ. *Nam corporalis exercitatio.* Eſcarũ, balnearum, & taliũ cæterorum, vel labor corporis. *Ad modicum vtilis eſt.* Modicum tempus. *Pietas autẽ*
B *ad omnia vtilis eſt promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* Pietas & ad præſens tempus, & ad futurum vtilis. Ipſa vidua & ad præſens paſta eſt, & merces eius manet in cœlo. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.* Verus apud omnium conſcientias, & cui nemo reſiſtit. *In hoc. enim laboramus, & maledicimur.* Cum enim certum ſit apud omnes, nihil nos dignum odio perpetraſſe, quid aliud ſequitur, quam quod propter vitam diſſimilem blaſphemamur? *Quia ſperamus in Deum viuũ.* Et ſperando iuſtitiam cuſtodimus. *Qui eſt ſaluator omnium hominum.* In præſenti. *Maxime fidelium.* Quibus ſalutem largietur æternam. Venite benedicti. Quia nouit dominus qui ſunt eius. *Præcipe hæc, & doce.* Præcipe, vt faciant: & doce, quomodo, vel quare fiant: hoc eſt, pro præmio vitæ æternæ. *Nemo adoleſcentiam tuam cõtemnat.* Sic age, vt admirationi potius, quam contemptui habearis. *Sed exemplum eſto fidelium.* Parum eſt infidelibus exemplo eſſe, apud quos qui crimina grauiora non facit, magnus habetur.
C Sed hoc magnum eſt, vt talem ſe exhibeat, per quem etiam perfecti proficiant. *In verbo, in conuerſatione, in charitate.* Id eſt, doctrina. Vult ergo fidelibus verbi præbere exemplum. Simul vt nihil aliud loquamur, quam Dei verbum: quod maxime licet ad omnes, ſed maxime ad ſacerdotes, & religioſos pertinet in fide catholica. *In caſtitate.* Cuius inſignia paruitate habitus præferuntur. *Dum venio attende lectioni.* Solicitus ſis intelligere, quæ legis hoc attende, & fac quod legis. *Exhortationi, doctrinæ.* Exhortare, vt fiãt: doce quomodo intelligentur obſcura, vel quomodo poſſit fieri, quæ leguntur. *Noli negligere gratiã, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi.* Negligit gratiam, qui acceptum talentum non exercet. *Per prophetiã cum impoſitione manuum presbyteri.* Prophetiæ habebat gratiam vel doctrinæ cum ordinatione epiſcopatus: ſiue cum ordinatione acceperat gratiam, vel docendi, vel intelligendi. *Hæc meditare.* Omnem enim profectum generat iugis meditatio. *In his eſto.* Non enim omnis qui meditatur, in ipſis eſt quæ meditatur. *Vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.* Tunc manifeſtus erit profectus, ſi in meditatione ſis ſemper attentus. *Attende tibi, & doctrinæ.* Primo tibi, deinde
D doctrinæ: vtrobiq; ſolicitus, vt & te vita ſalues, & illos doctrina exẽplo firmata. *Inſta in illis: hoc enim faciens & te ipſum ſaluum facies, & qui te audiunt.* Quos doces.

CAP. II. *Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra, vt patrem.* Ne indigne ferens iunioris increpationem, exaſperatus non proficiat: ſed vt ſuo quaſi exemplo deſtruat iuniores. *Iuuenes vt fratres.* Fratres liberius commonentur, vt coæui, ſimiliter & ſorores. *Anus vt matres.* Cum reuerentia. *Iuuenculas vt ſorores in omni caſtitate.* Et mentis & corporis. *Viduas honora, quæ vere viduæ ſunt.* Honorandæ ſunt, neceſſaria miniſtrãdo, vel ſolatia præbendo. *Si qua autem vidua filios aut nepotes habet.* Veras viduas definiuit ab õnibus deſolatas, & vniuerſis curis exutas. *Diſcat primum domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum eſt coram Deo.* Tandiu regat domũ, quãdiu edocet filios paruulos, aut nepotes. vt quod à parentibus accepit, filius reddat: ita tamen, vt non ex hoc excuſationem auaritiæ ſtudeat, ſed ſufficientiam tantum ſibi & liberis ſeruet, nec eis ipſa occaſionem det in ſeculo lu-

B xuriandi. *Quæ autem vere vidua eſt, & deſolata ſperat in domino.* Tales ſunt honorandæ. *Et inſta, obſecrationibus & orationibus nocte & die.* ſicut Anna filia Phanuelis. *Nam quæ in delitys eſt viuens mortua eſt. Et hoc præcipe, vt irreprehẽſibiles ſint.* Hic noſtri temporis viduas tangit, quæ cũ hominẽ ſuæ naturæ qualicunq; pãno nõ veſtiãt, parietes pretioſis marmorũ cruſtis exornant. Delitiæ ſunt, quicquid modum naturæ excedit. *Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit.* Si qs viduas abiicit, aut pupillos, vel pauperes, & maxime parentes. *Infideli deterior eſt.* Quia etiam illi habẽt erga proximos pietatẽ. Si qua vidua filios orphanos dereliquit, & eſt infideli deterior. Notandum, eſſe quoſdã Chriſtianos deteriores infidelibus. *Vidua eligatur.* Quas diaconiſſas appellat, tales voluit eligi, quæ omnibus eſſent exemplo. *Non minus ſexaginta annorum.* De pluribus viduis. *Quæ fuerit vnius viri vxor in operibus bonis teſtimonium habens.* Si ex tempore viduitatis ſuæ iſta omnia cuſtodiuit. *Si filios educauit.* Si natos educauit & abortum nõ accipiendo, aut iã natũ
F non occidit. *Si hoſpitio recepit, ſi ſanctorũ pedes lauit.* Si nõ ſolũ hoſpitio recepit, ſed etiam propriis manibus lauit pedes, quod delitioſæ vix faciunt. *Si tribulationem patientibus ſubminiſtrauit.* In carcere poſitis vel ægrotis. *Si omne opus bonũ ſubſecuta eſt.* Breuiter concluſit. *Adoleſcentiores autẽ viduas deuita.* Deuita ordinare, ne malum pro bono fiat exemplũ. Vel nõ eligas ad miniſteriũ: vel certe familiaritatem fuge. *Cũ enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt.* Per incõtinentiam: vel certe cum cœperint inhonorari, dicẽtes ſe nubere velle tantum in domino. *Habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt.* Quia fecerunt ſibi illicitum, quod licebat vouendo caſtitatem. Hæc vero regula non ſolum in viduis, ſed etiam in virginibus, continentibusq; ſeruanda eſt. *Simul autem & otioſæ diſcunt circuire domos.* Nulla cura domus occupatæ. nec mariti poteſtate ligatæ. neq; diuino timore retentæ. *Non ſolũ otioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ, loquentes, quæ non oportet.* Voluntatẽ ſuam excuſare cupientes, malum aliis
G præbent exemplum. *Volo ergo.* Concedo anteq̃ promittant, quod non habent implere. *Iuniores nubere.* Tales quales ſupra dixit. *Filios procreare. matres familias eſſe.* Non occidere, qua quæ de adulterio ſuſcipiunt, frequẽter occidunt. *Nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.* Vel non per illas religio blaſphemetur, ſi incontinentes ſint. *Iã enim quædã.* Reddit cauſas, quare eas velle nubere prædixerit, ne cũ hoc optare putares. *Conuerſæ ſunt retrorſum poſt ſathanam.* Vel fidem Dei denegantes, vel etiam fornicãtes. *Si quis fidelis habeat viduas, ſubminiſtret illis vt non grauetur eccleſia.* In domo ſua, vel parẽtibus pauperibus. *Vt his quæ vere viduæ ſunt ſufficiat.* Quæ ſunt ab hominibus deſolatæ. *Qui bene præſunt presbyteri.* Qui implẽt officium ſuũ. *Duplici honore digni habeantur.* Vt officii & laboris in verbo. *Maxime qui laborant in verbo: & docent in doctrina.* Non dixit, maxime qui habent verbũ, ſed qui laborant. Nã omnes habẽtes dari iuſſit, hoc eſt, docibiles. *Dicit enim ſcriptura, Nõ infrenabis os bouis triturãti. &, Dignus eſt operarius mercede ſua.* Vult illis præſtari carnalia, à quibus accipiũt ſpiritalia: quia occupati in doctrina, neceſſaria ſibi prouidere non poſſunt. *Aduerſus presbyterum accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus & tribus teſtibus.* Iniuſtũ eſt aduerſus quemuis abſentem accuſationem recipere, cũ hoc nec ſecularia iudicia faciant: quanto magis de domini ſacerdote? *Peccantes co-*
H *ram omnib. argue.* Si illis probatũ fuerit, vt aut ipſe qui plectitur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo. *Vt cæteri timorem habeant.* Videntes te nec presbytero pepercifſe peccanti. *Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu.* Obteſtatur illum diuina & cœleſti obteſtatione, vt nulla res ei præiudicet ad iſta ſeruanda. *Et electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio.* Qui ſacris adſiſtunt altaribus, vel qui ſuam dignitatem ſeruantur. *Nihil faciens in alteram partẽ declinando.* Neq; in dextra, neq; in ſiniſtra. *Manus cito nemini impoſueris.* Nõ eſt enim leue peccatũ, mittere margaritas ante porcos, & dare ſanctum canibus, & ordinationem clericatus nequaquam ſanctis & in lege Dei doctiſſimis, ſed aſſeclis ſuis tribuere, & vilium officiorum miniſteria, quodq; his dedecoroſius eſt, mulicrcularum precibus. In quo conſideranda loquendi in ſe Chriſti Apoſtoli ſapientia, qui vt ordinationis periculũ demonſtraret, iunxit tormenta peccandi. *Neq; communicaueris iniquit. peccatis alienis.* Sicut ergo in ordinationibus ma-

A lorum particeps eſt peccatorum, qui tales cõſtituit, ſic in ordinatione ſanctorum particeps eſt eorum iuſtitię qui bonos elegit. Neq; communicaueris peccatis alienis: cõmunicari dicit peccatis eius, qui non probatus ordinatur. *Teipſum caſtum cuſtodi.* Vt poſſis alios audenter arguere. *Noli adhuc aquam bibere, ſed vino modico vtere, propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* Dat conſilium, vt plus aliorum profectum, q̃ ſuam abſtinentiam curet. Poterat enim verbum impedire infirmitas. *Quorundã hominũ peccata manifeſta ſunt.* Siue dum deteguntur, excõmunicantur: ſiue dum plagis præſentibus prædamnantur, quod in futuro iudicio accipiendum eſt. *Præcedentia ad iudicium.* Peccata ſunt quæ ante hic vnuſquiſq; cõmiſit. verbi gratia. Si qui a vobis facultate priuati etiã poſt obitum noſtrũ affliguntur inopia. *Quoſdã autem & ſubſequuntur. Similiter & facta bona manifeſta ſunt.* Pręcedentia ad iudiciũ peccata ſunt, dũ omnibus nota ſunt. Quoſdam autem & ſubſequuntur, dũ poſtea in iudicio comprobantur. Item aliter. Præcedunt nos in iudicium illa peccata, quæ ante hic vnuſquiſq; commiſerit: ſubſequuntur illa, quibus nos cauſas dedimus: ſed poſt noſtrum tranſitum conſummantur: ergo ſubſequuntur nos huiuſmodi pecca-
B ta. Si (verbi gratia) alicuius inopiæ cauſas attulimus, & fame atque egeſtate poſt obitum noſtrum conſumitur. Siue in futurum iudicium iudicemur: quia diu latere non poſſunt. Nihil occultum, quod non reueletur. Etiam quæ latent ad tempus, non poſſunt in iudicio occultari. *Et quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.* A manifeſtis, ſiue à bonis.

CAP. VI. *Quicunque ſunt ſub iugo, ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur.* Etiam infideles. *Ne nomen domini & doctrina blaſphemetur.* Ne videaris contra per religionem in deterius defeciſſe. *Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres ſunt.* Ne ſibi æqualitatem vindicent. *Sed magis ſeruiãt, quia fideles ſunt, & dilecti, qui beneficij Dei participes ſunt.* Si ſeruiebant infidelibus timore odioſo, quanto magis debent ſeruire fidelibus per charitatem quorũ participes eſſe meruerunt? *Hæc doce, & exhortare.* Hæc omnia, quæ dixi, doce debere fieri. & exhortare, præmium oſtendendo. *Si quis aliter docet & nõ adquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti.* Domini, qui per me loquitur, Chriſti. *Et quæ ſecundum pietatẽ eſt doctrinæ.* Noui teſtamẽti: Veteris enim ſeuera po-
C tius, q̃ pia doctrina. *Superbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones.* Super homines ſe extollens, nihil ſciens, cum nõ eſt de ſurſum illa ſapientia. *Et pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ.* Relicto ſenſu veritatis, ambiguitatibus verborum captantur. *Contentiones, blaſphemiæ.* Quæ generant hæreſes. *Suſpiciones malæ.* Siue ſuſpicantur hæreſim de alterutro, ſiue audientes putant deficere veritatem. *Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui à veritate priuati ſunt.* Ab integritate euãgelij vel naturæ. *Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.* Qui putant propter quæſtum ſuum veniſſe nouum teſtamentum. *Si autem quæſtus magnus.* Multum acquirit, qui habet pietatem cum ſufficientia: non auaritiæ, ſed naturæ. *Pietas cum ſufficientia.* Pietas eſt cultura Dei, ſic impietas eſt contemptus. *Nihil enim intulimus in mundum haud dubium quia nec auferre quid poſſumus.* Nudi nati ſumus, nudi etiam morimur, quicquid hic inuentum, hic relinquetur. non eſt noſtrum, tanquam peregrini. Ergo ſufficientia contenti, illas diuitias acquiramus, quas nobiſcum ad patriam perferamus. *Habentes autẽ alimenta, & quibus tegamur, his, contenti ſumus.* Quod ſuperius dixerat ſufficientiam, quicquid
D his amplius eſt, diuitiæ ſunt. *Nam qui volunt diuites fieri.* Qui ſunt diuites, bene vtantur diuitijs: nam qui volunt diuites fieri, ſine tentatione non ſunt: quia quod illis creſcit, vtique alijs minuitur. *Incidunt in tentationem.* Occaſio ergo tẽtationis, & laqueus diaboli eſt, habere diuitias, quas nec parẽtes ſui habuerunt: cum vtiq; quibus parentes dimiſerunt, in bonis debeant operibus diſpenſari. *Et laqueũ diaboli, & deſideria multa, & inutilia.* Nunquã enim diuitiarum deſideria ſatiantur: quia ſemper egens, dum quicquid viderit, cupit. *Et nociua.* Non ſolum inutilia. *Quæ mergunt homines in interitũ & perditionem.* Dum ambitione honorum tumẽtes, vſq; ad cœlum eleuati vſq; ad inferos demerguntur: ſiue deſiderãtes alienas opes, vt adulq; homicidij perueniunt factiones. *Radix enim omniũ malorũ eſt cupiditas.* Quia aut fons eſt õnium criminum aut adiumentum. *Quã quidã appetentes errauerunt*

E *à fide.* Receſſerunt à fide promiſſionum Dei. *Et inſeruerunt ſe doloribus multis.* Quanto plus habuerit, tanto maiores ſollicitudinum ſuſtinet cruciatus. Vnde & Dominus diuitiarum æxumnis verbum aſſeruit, & circum reliqua concupiſcentijs ſuffocari: denique nõ dominantur diuitijs, ſed ſeruiunt: ita vt dicatur, quantarum diuitiarum eſt homo ille? quaſi dicas mancipium diuitiarum. *Tu autem ô homo Dei* Non diuitiarũ homo, ſed homo Dei, cuius omnia ſunt & vni Deo mancipatus. *Hæc fuge.* Quæ ſunt cauſa perfidiæ & dolorum. *Sectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem patientiã, manſuetudinẽ.* In his diuitijs cupio te eſſe locupletem. *Certa bonum certamen fidei.* Bonum certamen eſt, non pro poſſeſſione, ſed pro fide certare. *Apprehende vitam æternã.* Sicut de ſe dicit, Si quo modo comprehendã, in quo comprehenſus ſum *In qua vocatus es* Renuntiãdo ſeculo, & pompis eius. *Et confeſſus bonam confeſſionem.* In baptiſmo. *Coram multis teſtibus* Coram ſacerdotibus, & miniſtris, atque virtutibus cœleſtibus, ac diuinis. *Præcipio tibi coram Deo.* Præcipit poteſtate pa[illegible], &
F autoritate magiſtri. *Qui viuificat.* Cuius potẽtia & iuſſu etiã arida reuireſcunt. *Omnia.* Quæ viuunt. *Et Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem.* Amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis. *Vt ſerues mandatum ſine macula.* Sicut ille ſeruauit vſque in finem. *Irreprehenſibilis.* Maculat enim, & comprehendi facit, qui ſe peccatis capitalibus inquinat. *Vſque in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti.* Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. *Quem ſuis temporibus oſtendet beatus, & ſolus potens rex regum & dominus dominantium.* Quando voluerit, oſtendet, qui hoc ſolus potens eſt facere. *Qui ſolus habet immortalitatem.* Ille ſolus proprie habet qui angelis & hominibus dedit habere. Nos autem nec ſoli, nec ex nobis habemus, vt ille. Idem ſolus habet incommutabilitatem, quia ſolus veram habet æternitatẽ: nam anima immortalis quidẽ eſt, ſed mutabilis: in Deo vero nulla mutabilitas. *Et lucem habitat inacceſſibilem.* Omni creaturæ Nemo enim nouit patrem, niſi filius. *Quem vidit nullus hominum ſed nec videre poteſt. cui eſt honor, & imperium ſempiternũ, amen.* Nemo vidit quantum eſt, ſed vnuſquiſque pro merito: nam & ſolem tanto amplius videmus, quãto purior fuerit acies oculorũ. *Diuitibus huius ſeculi.* Sunt enim & alterius ſeculi diuites, qui emũt ſibi aurũ
G ignitum à domino. *Præcipe.* Non aduleris. *Nõ ſublime ſapere.* In Primis primum eorum tergit morbũ Difficillime enim diuitem inuenies non ſuperbum: qui pauperes vel parentes agnoſcat: & qui nõ grauiter ferat minime ſibi ab inferiore delatum honorem. *Neque ſperare.* Nõ ſperando vileſcunt: cum voluerint, erogantur. *In incerto diuitiarum* De quibus incertus es, vtrum illæ tibi, an tu illis ſubtraharis celerius: multis enim cum vita ſublatæ ſunt: Alij proprijs eas alienari oculis præuiderunt: nonnulli inuiti eas extraneis reliquerunt. *Sed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia.* Cuius ſunt omnia. *Abunde.* Qui ideo abunde præſtat, vt vtamur, etiam alijs largientes: non vt grandi labore deſtruentes horrea maiora faciamus. *Ad fruendum.* Non ad reponendum, & ſuper eis incubandum. *Bene agere: diuites fieri in operibus bonis.* Non in auro & argento. *Facile tribuere.* Qui facile tribuit, cito diues eſſe ceſſabit. *Communicare.* Rem propriam communem facere: vel hic dare, & in futurum recipere. *Theſaurizare ſibi fundamẽtum bonum in futurum.* Vende omnia, da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me: hoc perfe-
H ctionis eſt fundamentum. *Vt apprehendant veram vitam.* Hæc enim non eſt vera, quia in ſuo non permanet ſtatu: vanitas enim omnia ſub ſole. *O Timothee depoſitum cuſtodi.* Commẽdatum à nobis ſerua mandatum: ſiue fidei cuſtodi depoſitum *Deuita prophanas vocum nouitates.* Quas à me nõ audiſti, nec ab angelo ſi dicatur, libenter admittas. *Et oppoſitiones.* Opponentes quæſtiones dialecticæ artis, & infinitam rerum ſcientiam pollicentes. *Falſi nominis ſcientiæ, quam quidã promittentes circa fidem exciderunt.* Hæreticorum, qui maiorem, ſicut ſerpens Euæ, ſcientiam promittens, à fidei veritate ceciderunt. *Gratia tecum, Amen.* Permaneat in æternum.

Finis Epiſt. ad Timotheum Prima.

EPISTOLA AD TIMOTHEVM SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Timotheo ſcribit iterum de exhortatione martyrij, & omnis regulæ veritatis: & quid futurum ſit temporibus nouiſſimis: & de ſua paſſione. Paulus cum eſſet Romæ in vinculis conſtitutus, ſcribit Timotheo, commonens eum, ne per eius abſentiam vel proprias, vel magiſtri tribulationibus terreatur, aut teſtimonium domini erubeſcat, pro quo vſque ad mortem ipſe certauit: ſimul & de hæreticis vitandis admonens, qui ſuas potius fabulas, quàm Dei prædicant veritatem.

PAVLVS *apoſtolus Chriſti Ieſu per voluntatem Dei.* Conſueta veritate, & humilitate non ſuo merito, offert ſe apoſtolum factum ſed domini voluntate. *Secundum promiſſionem vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Quia nobis per Chriſtum eſt vita æterna. *Timotheo chariſſimo filio gratia, miſericordia, pax à Deo patre, & Chriſto Ieſu domino noſtro.* Talis eſt ſalutatio Pauli, vt omnia Chriſti & patris beneficia mererentur, ideo gratiam ſemper commendat. *Gratias ago Deo, cui ſeruio.* Gratias ago ei, qui nobis talem in alterutro charitatem donauit, & dignos apoſtolatu fecit. *A progenitoribus in conſcientia pura, quod ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis.* Omnis origo mea ſolum coluit Deum, pro qua te & eccleſiam Dei legis æmulatione ſum perſecutus. *Nocte ac die deſiderans te videre.* Et charitatem oſtendit, & iugiter orandi præbet exemplum. *Memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear.* Lachrymarum, quas me abeunte fudiſti, vnde me ad triſtitiam prouocaſti, quam tua opto præſentia temperari. *Recordationem accipiens eius fidei, quæ eſt in te non ficta: quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice.* Quæ vera in te eſſe operibus comprobatur, ſicut Iacobus definiuit, & quæ ad te ex ea vita ſucceſſionis inſtitutione dono Dei quaſi hæreditario iure deſcendit. *Certus ſum autem, quod & in te.* Quia comprobaui fidem tuam: Commoneri indiges, non doceri. *Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te.* Vt reſuſcites, quaſi tribulationibus dormitantem: quæ tibi prius fuerat fidem infundendo donata. *Per impoſitionem manuum mearum.* Benedictionem, quã in epiſcopatu per manus eius impoſitionem acceperat. *Non enim Deus dedit nobis ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Illi habent ſpiritum timoris, qui iniuſtitiam operantur, ſicut ipſe alibi ait, Si autem malefeceris, time. Siue legis ſpiritum, quæ in peccantibus vindicabat. *Noli itaque erubeſcere teſtimonium domini noſtri neque me vinctum eius.* Quia nihil Chriſtus confuſione dignum exercuit: nec ego, quem noſti, non ob aliquod crimen, ſed propter ipſum hæc omnia ſuſtineo. *Sed conlabora euãgelio ſecundum virtutem Dei.* Quæ nos ſemper confortat, & cauſa ſui adiuuat laborantes. *Qui nos liberauit.* A peccatis, & à diaboli poteſtate, vel captiuitate. *Et vocauit vocatione ſua ſancta.* Hoc eſt, pia. Quos autẽ vocauit, illos & iuſtificauit. *Non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu.* In quo propoſuit nos per Chriſtum gratis ſaluare, nullis præcedentibus meritis. Et hoc notandum, quod dicit, non ſecundum opera noſtra, vt ne quis glorietur. *Ante tempora ſecularia.* Quantum ad præſcientiam Dei, ante ſecula iam donauit: nam & homines, quamuis incerti, ſolent filijs deſtinare prædia, antequam naſcantur: ſicut & alibi dicit, Qui nos prædeſtinauit in adoptionẽ filiorum ante tempora ſecularia: quia apud Deum omnia futura iam facta eſſe noſcuntur. *Manifeſta eſt autem nunc per illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Quæ ante latebat, & paucis in vno tantũ populo donabatur. *Qui deſtruxit quidem mortem.* Gratia potentiæ ſuæ deſtruxit peccata, quæ mortem generabant, & donauit, atque oſtendit, quomodo vita & incorruptio quæreretur. *Illuminauit autem vitam & incorruptionem per euangelium, in quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus.* Id eſt, illo illuminante, & me prædicante crediderunt, quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incremẽtum dat Deus. *Et magiſter gentium.* Ad comparationẽ aliorũ dicuntur magiſtri: Ad Chriſti vero cõparationẽ nemo magiſter eſt verus, niſi ipſe ſolus. *Ob quã cauſam hæc etiam patior.* Non propter aliquod crimen, ſicut & nos pati Petrus hortatur. *Sed non confundor.* Paulus non erubeſcit in catenis, cũ nos in ſolis obprobrijs confundamur: & non ſolũ non operamur, ſi non laudamur, ſed & tepeſcimus. *Scio enim cui credidi.* Scio ego eſſe fidelem retributorem. *Et certus ſum, quia potens eſt depoſitũ meum ſeruare in illũ diem.* Fidẽ, quã & apud me ipſe depoſuit, conſeruabit: quã meis viribus ſine illius adiutorio ſeruari non poteſt. *Formam habens ſanorum, verborũ quæ à me audiſti.* Secundum eam formam & viue, & doce, quam à me breuiter accepiſti. *In fide & dilectione in Chriſto Ieſu.* Quomodo integre credamus & alterutrũ diligamus. *Bonũ depoſitũ cuſtodi per ſpiritũ ſanctum.* Quod apud te depoſui per ſpiritũ ſanctum, quod fides intelligitur, quæ inter fructus ſpiritus ſancti ad Galatas nominatur. *Qui habitat in nobis.* Datus eſt nobis. *Scis enim hoc, quod auerſi ſunt à me omnes.* Idcirco te commoneo, quia quos me non putabam deſerere, reliquerunt. *Qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Phygelus & Hermogenes. Det miſericordiã dominus Oneſiphori domui quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit.* Vituperat deſertores, & laudat perſeuerantes, bonos vt prouocet ad exemplum. *Sed cum Romam veniſſet: ſollicite me quæſiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire miſericordiam à domino in illa die. Et quanta Epheſi miniſtrauit mihi, tu melius noſti.* Ideo inuenit quia ſollicite requiſiuit: vnde oſtenditur, quia ideirco non omnes qui quærunt inueniunt: quoniam negligenter inquirunt.

Cap. II.

Tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & quæ audiſti à me per multos teſtes. Siue præſentibus multis tibi mandata dedi qualiter debeas docere: ſiue quæ dixi, multis prophetarum exemplis, & teſtimonijs confirmaui. *Hæc commenda fidelibus hominibus.* Qui fideliter poſſint Dei gratiam diſpenſare, hoc eſt, propter Deum docentes, & nõ propter mundi commodum adulantes, vel ſuam gloriam quærẽtes. *Qui idonei erunt & alios docere.* Qui non ſolum faciant, ſed & doceant. *Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.* Idcirco milites dicimur, quia contra hoſtes Dei adiutorio armis ſpiritalibus dimicamus. Et ideo iam tu dono Dei armatus, & ſtructus, labora, vt præmia digna tui laboris accipias. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.* Comparatione militantium nititur, vt oſtendat multo magis nos à negotijs ſecularib. liberos eſſe debere, vt Chriſto placeamus, ſi etiam ſeculi milites a reliquis eius actibus vacãt, vt poſſint regi ſuo placere perfecte, & optãt præſentes adſiſtere. *Nam & qui certat in agone.* Multi certant, ſed ille coronatur, qui vicerit. Nos autem omnes domino adiutore ita debemus agere, vt omnes per eius gratiam triumphemus. *Non coronatur, niſi legitime certauerit.* Perfecte. *Laborantem agricolã oportet primũ de fructibus accipere.* Ne diceret, vnde victurus ſum, ſi me totum occupauero in doctrina? Oſtendit etiã primitias fructuũ à populo hic debere percipere, præter mercedem meſſis, quã à domino accipiet in futuro. *Intellige quæ dico: dabit enim tibi dominus.* Nõ admoneretur, ſi omnes intelligere poſſint. *In omnibus intellectum.* Nõ ſolum in his: & diligenter aduerte quod vt intelligamus, dominus donat intellectũ, ne nobis aliquid adſcribamus, ſed donatori gratias referamus, qui noſtrũ fecit eſſe, quod ſuum eſt. *Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid.* Hic contra illos, qui carnis reſurrectionem negantes, conſequenter negabant etiam Chriſti: ſed & aduerſum illos, qui negabant Chriſtum in carne veniſſe, quos antichriſtos Ioannes appellat. *Secundum euangelium meum.* Secundum quod ego prædico. *In quo laboro vſque ad vincula, quaſi male operans.* Nõ tamen vere, ſed quaſi. *Sed verbũ Dei non eſt alligatum.* Quia & præſentes fiducialiter doceo verbum, & literis abſentes inſtituo, atque confirmo. *Ideo omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur.* Ideo auxilium petij a tribuno: ideo appellaui Cæſarem, vt per me confirmentur electi, cum has paſſiones iam potuerim finire moriendo. *Quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cæleſti.* Quæ ſalus in Chriſto eſt: & non nuda, ſed cum gloria: nec terrena, ſed cæleſti. *Fidelis ſermo.* Veritatis ratione ſubnixus. *Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus.* Si commortui à vitijs & voluptatibus ſumus, viuemus Chriſto: alioquin quo-

A modo conuiuimus? quia nulla conuentio Christi & Belial. *Si ſuſtinebimus, & conregnabimus.* Si ſuſtinebimus, quæ ille & verbo docuit, & exemplo, tunc demum ſimul regnare poterimus: nam ſi non, vtiuam vel veniam conſequamur. *Si negabimus, & ille negabit nos.* Sicut in euangelio ipſe promiſit, ſe coram hominibus negantes, coram patre & angelis negaturum. *Si non credimus: ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt.* Siue credimus, ſiue non credimus, veritas non mutatur: ſed ſi credimus, nobis præſtamus. Nam ille non aliud exhibere poterit ſingulis, quam promiſit, quia veritas non mentitur: nec enim euacuat promiſſum ſuum, etſi non omnes crediderint, ſicut ad Romanos dixit, Nunquid illorum incredulitas fidem Dei euacuauit? Nam ille fidelis manet. *Hæc commone, teſtificans coram domino* Sub teſtificatione Dei conſtringe. *Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.* Sine teſtimoniis ſcripturarum: huiuſmodi enim contentio non ædificat, ſed deſtruit audientes, *Solicite autem cura teipſum probabilem exhibere Deo.* Ante omnia hoc labo-

B ra, vt talem te apud Deum exhibeas, quo merito poſſit tibi populus obedire. *Operarium inconfuſibilem.* In bono opere non confundi. *Recte tractantem verbum veritatis.* Qui dictum exemplis confirmat: quia ſicut ornamentum vitæ doctrina eſt, ita ornamentum doctrinæ conuerſatio bona: quia non bene docentur verbis, ſi deſtruantur exemplis. *Prophana autem & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem.* Irreligioſas fabulas hæreticorum reſurrectionem negantium, per quod vtique & iudicij timore ſublato, ad omnem impietatem, & ad cuncta crimina perueniunt. *Et ſermo eorum vt cancer ſerpit.* Cancer dicitur eſſe vulnus, quod in mamillis naſcitur fœminarum, & niſi eis ſubito fuerit ſubuentum, cum ad eos ſerpendo peruenerit, nullum vltra remedium eſt. Ita & hæreticorum ſunt vitanda colloquia, ne per aures irremediabiliter vulnerent mentem. *Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt* Nomina deſignantur, vt nouerit, quos caueret. *Dicentes reſurrectionem iam factam: & ſubuertunt quorundam fidem* Reſurrectionem ponentes in filiis, ſiue in anima, cum à vitiis reſurgit. Sed & ad decipiendos quos perdunt, il-

C lud teſtimonium Ezechielis ſumunt de oſſibus: quos dicit omnino vitandos. *Sed firmum Dei fundamentum ſtetit.* In quorum corde fides erat Christi fundata, non ſunt moti, neque ſeducti. *Habens ſignaculum hoc.* Quod tempore Moyſi factum eſt de his, qui a Datan & Abiron ſubuerti minime potuerunt. *Cognouit Dominus, qui ſunt eius.* Hi minime cum peccatoribus perierunt, qui illis minime conſenſerunt, Cognouit Dominus qui ſunt eius: quia in præſcientia ſua non fallitur, qui nos elegit ante conſtitutionem mundi, nec permittit illis erroribus implicari: quia qui non vſque in finem perſeuerauerint, ſine dubio eius eſſe non poſſunt. *Et diſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.* Ne cum iniquis pereat. *In magna autem domo.* Ne dicerent aliqui, Quare ergo hæretici, vel mali Christiani in Eccleſiam ingrediuntur? Ponit comparationem magnæ domus, qualis modo eccleſia ante reſurrectionem. Magnam domum eccleſiam dicit, in qua ſunt mixti boni & mali, certi & ficti, iuſti & iniqui: ſicut & area, in qua triticum & palea ſimul cum zizaniis tenetur vſque ad ventilationem. Nam ſine macula & ruga eccleſia poſt reſurrectionem erit futura, cum

D zizaniis totiuſ ſit ei ſeparata. Nam modo, quod peius eſt, multi ficti Christiani intrant eccleſiam, & populo Dei miſcentur: ſicut ſunt Manichæi, vel reliqui *Non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, pretioſa, & fortia: ſed & lignea, & fictilia. & quædam quidem in honorem: quædam autem in contumeliam.* Vilia & infirma. *Si quis autem emundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem.* Si quis ſe a ſeductoribus iſtis hæreticis emundauerit, credit reſurrectionem futuram, & iudicium Dei, & per hoc omne opus bonum Deo adiutore implere contendit, & erit vas aureum, & argenteum, quod igne purgatur magis, quam conſumitur. *Sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.* Non peccando capitalia: nam ſine minutis peccatis eſſe non poſſumus *Iuuenilia autem deſideria fuge.* Iuuenilia deſideria & in ſenibus eſſe poſſunt, ſi hæc agunt, quæ grauitati non conueniunt Christianæ, & à iuuenibus Dei iuuamine vinci poſſunt, ſi caueant

E leuitatem. *Sectare vero iuſtitiam, fidem, charitatem.* Hic fidem integritatem fidei dicit. *Pacem cum his, qui inuocant Dominum.* Pacem illam, quæ religioni debetur, puram & ſimplicem. *De corde puro.* Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt. *Stultas autem & ſine diſciplina quæſtiones deuita ſciens quia generant lites.* Stultæ ſunt omnes, quæ ſine diſciplina ſcripturarum ſunt, quæſtiones. *Seruum autem Domini non oportet litigare.* Seruus Christi debet Christum imitari, qui non clamauit, neque contendit, nec audiuit quiſquam in plateis vocem eius, &c. ſecundum quod de eo propheta prædixit. *Sed manſuetum eſſe ad omnes.* Non ſolum ad amicos. *Docibilem patientem.* Qui poſſit omnes docere patienter: ſed & diſcere non erubeſcat. *Cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati.* Non cum iracundia, vel clamore. *Ne quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem.* Contra Nouatianos, qui pœnitentiam negant: ſimulque notandum, quia pœnitentia Dei eſt donum: per tuam mitem & blandam correptionem: hoc, vt dictum eſt, contra Nouatianos dictum, pœnitentiæ negatores: quia etiam his venia promittitur, qui in tali hæreſi detinentur. *Et*

F *reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipſius voluntatem.* Accepta ratione.

Cap. III. *Hoc autem ſcito, quod in diebus nouiſſimis.* Non ſit tibi mirum, quod quotidie peiora perueniunt. *Inſtabunt tempora periculoſa.* Difficilia. *Et erunt homines ſeipſos amantes.* Quando noſtrum commodum & gloriam quærimus, nos ipſos, & non Deum, amamus. Quanto enim quis in infimis delectatur, tanto à ſuperioribus diſiungitur. *Cupidi, elati.* Auari, atque iactantes. *Superbi, blaſphemi.* Nolentes diſcere & vſurpantes doctrinam. *Parentibus non obedientes.* Vel ſcilicet doctoribus, qui eos per euangelium genuerunt vel docuerunt. *Ingrati, ſcelesti, ſine affectione.* Hoc eſt, ſine pietate. *Sine pace, criminatores.* Sanctorum: quia ita ſe habet natura viciata, vt quando ſe excuſare non poteſt, alios ſibi falſis criminibus complices quærat. *Incontinentes, immites, ſine benignitate.* Vitiorum, vel auaritiæ. *Proditores, proterui, tumidi.* Inuicem. *Voluptatum amatores magis, quam Dei.* Hinc cognoſcitur, quid amplius diligamus, in quo maiorem ſolicitudinem habere fuerimus inuenti. *Habentes quidem ſpe-*

G *ciem pietatis.* Speciem habitus, vel doctrinæ. *Virtutem autem eius abnegantes.* Rem ipſam operibus denegantes. *Et hos deuita. Ex his enim ſunt, qui penetrant domos.* Ne corrumpant bonos mores colloquia mala. *Et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.* Illos capiunt, quæ ſunt oneratæ peccatis, impunitatem eiſdem & veniam promittentes: ſiue animas infirmas, quæ fœminis comparantur. *Quæ ducuntur variis deſideriis.* Noua ſemper audire cupientes. *Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam.* Quia nihil definitum tenet, qui omnia vult tenere, etiam non probata: quia quæ ab vno audierit, ab alio deſtruuntur. *Veritatis peruenientes.* Tanquam ſi dicas, ſemper ambulantes, & ad viam non peruenientes. *Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati.* Sicut illi per magicæ fallaciam ita & hi per argumentorum præſtigias, ac verborum argutias. *Homines corrupti mente.* Corrupti ab integritate doctrinæ, vel à fide. *Reprobi circa fidem.* Licet vitam probabilem hominibus forſitan videantur agere. *Sed vltra non proficient: inſipientia enim eorum manifeſtata erit omnibus.* Non de omnibus hæreticis dicit, ſed de his tantum, quos tunc cito de-

H ſtrui præuidebat. *Sicut & illorum fuit* Cum confeſſi ſunt digito Dei ſe eſſe ſuperatos. *Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem dilectionem, patientiam* Plus tibi de me crede, quam illis: ſiue idcirco tibi non timeo, quia ſcio te vitam meam optime cognouiſſe. *Perſecutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, Iconii & Lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus me eripuit Dominus.* Ex his potuiſti cognoſcere, me nihil propter homines facere, qui tanta ſum paſſus, non mea virtute, vel induſtria. *Et omnes qui volunt pie viuere in Christo, perſecutionem patientur.* Non ſolum ego, ſed & omnes qui non occidunt animas adulando. Vnde timendum nobis eſt, ne non pie viuamus, qui nihil patimur propter Deum. *Mali autem homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes.* Hoc de adulatoribus, vel de hæreticis dicit, qui dum ab hominibus diliguntur atque laudantur,

A magis ſeducti ſeducunt. *Tu vero permane in his, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi.* Nolo iſta te terreant. *Sciens à quo didiceris.* A vero apoſtolo Chriſti. *Et quia ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Sine fide Chriſti modo non poſſunt inſtruere ad ſalutem. *Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata.* Quæcunque enim ſcripta ſunt in lege, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: ſicut ipſe alibi ait. *Eſt vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei.* De ipſa lege docetur ignorans, arguitur inſolens, corripitur errans, eruditur ad iuſtitiam qui modum ſeruare non nouit. *Ad omne opus bonum.* Non ad vnum. *Inſtructus.* Propterea eſt data ſcripturarum inſtructio.

Cap. IV. *Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu.* Contreſtatur illum per vniuerſa, quæ credit. *Qui iudicaturus eſt viuos & mortuos: & per aduentum ipſius & regnum eius.* Quia & mortuos ſuſcitabit, & viuos inueniet. *Prædica verbum, inſta inceſſanter.* Feruenter. *Opportune, importune.* Opportunum eſt libenter audienti, importunum inuito.

B *Argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.* Argue peccantes, obſecra, ne peccent, increpa reſiſtentes: ſed hæc omnia cum patientia ſecundum legis doctrinam. *Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt.* Verum audire nolentes, ſicut populus Iſrael prophetas. *Sed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros.* Tales ſibi magiſtros inquirent, qui ea dicunt, quæ ipſi deſiderant, vt ſecuti delinquant. *Prurientes auribus.* Qui delectari deſiderant non compungi. *Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* A veritate ſcripturæ, quia vitia damnamus, & rationes humanas, quæ Deum non vindicare concinnant. *Tu vero vigila: in omnibus labora.* Quæ ad vtilitatem pertinent audientium. *Opus fac euangeliſtæ.* Vt verbum tuum opere confirmetur. *Miniſterium tuum imple.* Epiſcopatus: vel vnuſquiſque in ſua profeſſione miniſterium ſuum impleat. *Ego enim iam delibor: & tempus meæ reſolutionis inſtat.* Delibor: hoc eſt, immolor. Mortem ſuam quaſi ſacrificium Deo futuram dixit, vt eum ad martyrium prouocaret. *Bonum certamen certaui: curſum conſummaui.* Modo iam confidenter hoc dicit,

C in extremo vitæ limite conſtitutus. Ita vtique iam merita ſua bona commemorat, vt poſt bona merita conſequatur coronam, qui poſt mala merita conſecutus eſt gratiam. Denique attende, quid ſequatur. *Supereſt, inquit, mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex.* Cui redderet coronam iuſtus iudex, ſi non donaſſet gratiam miſericors pater? & quomodo eſſet iſta corona iuſtitiæ, niſi præceſſiſſet gratia, quæ iuſtificat impium? quomodo iſta debita redderetur, niſi prius illa gratuita donaretur? *Fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Fidem quam accepi, in finem vſq; per gratiam eius ſeruaui, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex, qui me nouit vſque ad mortem pro iuſtitia ipſius adiutorio dimicaſſe. *Non ſolum autem mihi: ſed & iis qui.* Qui me fuerint adiutore Deo imitati. *Diligunt aduentum eius.* Gaudent Chriſtum veniſſe, & iuſtitiam docuiſſe: vel quotidie plena fide dicunt, Adueniat regnum tuum. *Feſtina ad me venire cito: Demas enim me dereliquit, diligens hoc ſeculum, & abiit Theſſalonicam.* Neceſſe eſt, vt diligens ſeculi voluptates relinqueret non amantem: quia omne animal ad ſibi ſimile coniungitur. *Creſcens in Galatiam, Titus in Dalmatiam: Lucas eſt mecum ſolus.* Iſti

D non ſeculum diligebant: alioquin communiter, Diligentes ſeculum, dixiſſe debuerat. *Marcum aſſume, & adduc tecum: eſt enim mihi vtilis in miniſterio.* In miniſterium etiam ſermonis, & prædicationis. *Tychicum autem miſi Epheſum. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem & membranas.* Penula veſtis erat conſularis antiquorum Romanorum: quam penulam non dixit fuiſſe ſuam: potuit enim eam ad pedes Apoſtoli inter cætera aliquis conuerſus ad fidem Chriſti poſuiſſe vendendam. *Alexander faber ærarius multa mala mihi oſtendit, reddat ei dominus ſecundum opera eius.* Quoniam verbis Dei reſtitit, habebit cum Deo rationem. *Quem & tu deuita: valde enim reſtitit verbis noſtris.* Si noſtris reſtitit, quanto magis tuis? Monet cauere peruerſos. *In prima mea defenſione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non illis reputetur.*

E Quando primum Euangelium cœpi defendere. *Dominus autem adſtitit mihi, & confortauit me.* Cum dicit ſibi dominum, omnibus deſerentibus, adfuiſſe, gratiam commendat, & ne timeat, cohortatur. *Vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes.* Non quod ego mori timerem, qui domini auxilio iugiter defendebar. *Et liberatus ſum de ore leonis.* Eruit me Dominus de ore Feſti, qui in me ſæuiebat: vel diaboli. *Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & ſaluum faciet.* Ab omnibus inſidiis eorum. *In regnum ſuum cœleſte, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* Quoniam hinc me liberauit, & in regnum inducet. *Saluta Priſcam, & Aquilam, & Oneſiphori domum. Eraſtus remanſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* Hic oſtendimus quæ apoſtoli non propter infirmitatem carnis curabant, ſed vt ſigna monſtrarent, cum ſuos diſcipulos non ſanarent. *Feſtina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus, & Prudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus Ieſus Chriſtus, cum ſpiritu tuo gratia vobiſcum, amen.* Qui carne mortuus eſt ſpiritaliter viuens. Scripta ab vrbe.

F *Finis Epiſt. ad Timotheum ſecundæ.*

EPISTOLA DIVI PAVLI AD TITVM.

ARGVMENTVM.

Titum commonefacit, & inſtruit de conſtitutione presbyterii, & de ſpiritali conuerſatione, & hæreticis vitandis, qui in ſcripturis Iudaicis credunt.

PAVLVS *ſeruus Dei.* Seruus erat Dei, non peccati. *Apoſtolus autem Ieſu Chriſti.* Diſcernit apoſtolatum, quia non omnis qui ſeruus, ſtatim & apoſtolus. Ideo apoſtolus, quia per ipſum miſſus fuerat prædicare. *Secundum fidem electorum Dei & agnitionem veritatis, quæ ſecundum pietatem eſt in ſpem vitæ æternæ.* Secundum eam fidem, quam ipſe infundit, & facit credentes, quos & in præſcientia ſua elegit, ſicut ipſe dicit, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. *Quam promiſit.*

G Agnoſcitis veritatem, & veritas liberabit vos: quia veritas Chriſtus eſt. *Qui non mentitur Deus.* Si non mentitur, non aliud exhibet, quam promiſit & iuſtis ſcilicet, & iniuſtis, quamuis durum hoc hominibus videatur. Vel ſic: Quod promiſit Abrahæ & ſemini eius, in Chriſto implebit. *Ante tempora ſecularia.* Ante omnia tempora per filium ſaluare credentes, quos elegit ante conſtitutionem mundi. *Manifeſtauit autem temporibus ſuis verbum ſuum in prædicatione, quæ credita eſt mihi.* Tunc manifeſtauit conſilium ſuum, quando quod præſcierat ſe facturum, omnem ſcilicet mundum à iuſtitia declinantem in fidem adduceret. *Secundum præceptum ſaluatoris noſtri Dei. Tito dilecto filio.* Quod Paulum & Barnabam ſegregari præcepit vt gentibus prædicarent. *Secundum communem fidem: gratia & pax à Deo patre & Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro.* Secundum communem fidem filio, non natura. *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros.* Quæ deſunt, recto tenore corrige, & tunc demum presbyteros poteris ordinare, cum omnes in Eccleſia fuerint recti. *Sicut*

H *& ego tibi diſpoſui.* Illo ordine quo iam præſens mandaui. *Si quis ſine crimine eſt vnius vxoris vir.* Notandum quia in ſacerdote etiam licita prohibentur. *Filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos.* Ne non poſſit audenter corripere delinquentes: ſiue vt experimentum doctrinæ eius de domo ſua diſciplina naſcatur, & timeat exemplum Heli. *Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe.* Ipſum dicit epiſcopum, quem ſuperius presbyterum nominauit. *Sicut Dei diſpenſatorem.* Si enim humanarum legum diſpenſatores probi quæruntur, quales eſſe debent, qui diuina iura diſpenſant? *Non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum.* Non ſibi placentem. *Non percuſſorem, non turpis lucri cupidum.* Non debet Chriſti diſcipulus percutere, pro quo

Chriſtus

A Chriſtus percuſſus eſt. Item aliter; Ne mala conuerſatione ſua conſcientiam percutiat aliorum: qui nec turpe lucrum per adulationem ſectari iubetur, qui cœleſtia ſperat, ſecundum morem ſcripturarum primo vitia damnauit, & ſic virtutes inſeruit: vt eſt, Diuerte à malo, & fac bonum. *Sed hoſpitalem, benignum.* Vt hoſpites cum benignitate ſuſcipiat. *Sobrium, caſtum.* Ab omni crimine. *Iuſtum, ſanctum.* Iuſtum in iudicio, ſanctum in opere per cõtinentiam. *Continentem.* Hoc dicit, ne quia vxoris vnius dixerat, locum incontinentiæ dediſſe putaretur. *Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem.* Vt diligat doctrinam, & ſemper inde loquatur, non fabulas vanas & otioſas ſectetur. *Vt potens ſit exhortari.* Talis eligendus eſt, qui & exhortari poſſit, & contradicentes arguere. *In doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, redarguere.* Sana doctrina illa eſt, quæ ſanat audientes, vt quod donũ Dei habet, non ei exiſtat ingratus, ſibi hoc adſcribendo. *Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & ſeductores.* Inobedientes apoſtolicæ doctrinæ ad nullum profectum loquuntur. *Maxime qui de*

B *circumciſione ſunt, quos oportet redargui. qui vniuerſas domos ſubuertunt.* Qui humanas traditiones, non Dei mandata loquuntur. *Docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.* Quæ iam ſuperflua ſunt temporibus Chriſti, ceremonias ſcilicet Iudæorum. *Dixit quidam ex illis.* Quales ſunt: vt etiam à ſuis tale habeant teſtimonium. *Proprius ipſorum propheta.* Epimenides, ſiue Callimachus. *Cretenſes.* Epimenidis verſus hexameter, qui in Græco ſuis pedibus ſtat. *Semper mendaces, malæ beſtiæ.* Amantes mendacium, & non quomodo ſolet incurri, ſed ſemper: voratores etiam & otioſi. *Ventres pigri.* Idcirco ferias & otia libenter admittunt. *Teſtimonium hoc verum eſt.* Si hoc ſolum verum eſt, alia falſa dicit. *Ob quam cauſam increpa illos dure, vt ſani ſint in fide.* Seuerè. *Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum.* Traditionibus humanis, de quibus à ſaluatore arguuntur, ſecundum Eſaiam, Deum non corde, ſed labiis honorantes. *Auertentium ſe à veritate. Omnia munda mundis.* Quia adhuc ſecundum legem quædam vocabant immunda. *Coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum: ſed inquinata ſunt eorum & mens, & conſcientia.* Coinquinati ſunt & infideles, qui

C non credunt iugum legis Chriſtum, donando fidem, à collo credentium abſtuliſſe: id eſt, omnia quæ temporaliter in figura fuerant data. *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Neminem ita ſe dicunt noſſe Chriſtum, quibus ex lege promiſſus eſt; ſed factis negant aduentum eius, auertentium ſe, inquit, à veritate eius, cum ſe ſine legis auxilio putant iuſtificari non poſſe. *Cum ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.* In hoc ſe religioſiores dicunt, cum illi non faciant, quæ iubentur.

Cap. II. *Tu autem loquere, quæ decent ſanam doctrinam.* Hoc eſt, quæ ad vitam pertinent Chriſti. *Senes.* Hic ſenes eccleſiæ ſeniores appellat, quos neceſſe eſt omnibus formam præbere. *Vt ſobrii ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia.* Vt vigilantes ſint, ne iunioribus exemplum præbeant ebrietatis. *Anus ſimiliter.* Quæ eligebantur ad aliarum exemplum. *In habitu ſancto, non criminatrices.* Eſt ergo alius non ſanctus. *Non vino multo ſeruientes.* Sed parum bibentes. *Bene docentes, vt prudentiam doceant.* Docere permiſit, ſed fœminas. *Adoleſcentulas.* Siue quia contemnentes erant: ſiue ne verbum Dei, tanquam diſſidiorum prædicans,

D blaſphemetur. *Vt viros ſuos ament.* Non alienos. *Filios diligant: prudentes, caſtas, domus curam habentes, benignas, ſubditas ſuis viris.* Ne viros ſuos in aliquo contriſtent per negligentiam. *Vt non blaſphemetur verbum Dei.* Ne vel ipſi blaſphement, ſi gentes ſunt: vel alij videntes eas peiores effectas. *Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrii ſint.* Aufert iuuenibus luxuriæ cauſam tollendo ebrietatem. *In omnibus teipſum præbe.* In omnibus, vel quæ decent: vel, non ſolum corpore, ſed & mente. *Exemplum bonorum operum.* Ne exemplo deſtruas verbum, vel audenter corripias alios. *In doctrina integritatem, grauitatem: verbum ſanum irreprehenſibile.* Vt ſciant quomodo doceant. *Vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur: nihil habens malum dicere de nobis.* Quis poteſt contradicere, ſi quid tale notaret? *Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe, in omnibus placentes.* In omnibus quæ imperant iuſte. *Non contradicentes, non fraudantes.* Ne cum murmuratione fa-

E ciens & homini ingratus ſis, & mercedem non habeas apud Deum. *Sed in omnibus fidem bonam oſtendentes.* Siue in iis, quæ ſibi creduntur: ſiue vt oſtendant opere, bonum eſſe quod credunt. *Vt doctrinam ſaluatoris noſtri Dei ornent in omnibus.* Et eorum operibus collaudetur, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum. *Apparuit autem Dei gratia ſaluatoris omnibus hominibus erudiens nos.* Nullam excipiens conditionem vel ſexum, & præceptis, & exemplo. *Vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria.* Seculare eſt omne deſiderium, & omnis ambitio temporalis. *Sobrie, & iuſte.* Propter quod & ſaluator ait, Attendite, ne grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate; & curis huius vitæ. *Et pie viuamus in hoc ſeculo.* Iuſtitiæ iungamus pietatem, ne intemperata ſit. *Expectantes beatam ſpem.* Ille fiducialiter hæc expectat, qui ita vixerit, ſicut dixit. *Et aduentum gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Ipſum dixit magnũ Deum Chriſtum: de quo ait angelus ad beatam Mariam; Hic erit magnus, & reliqua. Qui etiam cum gloria venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. *Qui dedit ſe ipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate.* Sicut ait Eſaias: Dedit

F in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis deputatus eſt, & ipſe peccata multorum tulit. *Et mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum.* Propterea ſe dedit, vt nos ab omni iniquitate mundaret; caueamus ergo, ne beneficium eius irritum & inane faciamus. *Hæc loquere, & exhortare.* Omnis tuus ſermo in hoc exhortatio ſit. *Et argue cum omni imperio.* Acriter arguit, qui ita non viuit, vt docet. *Nemo te contemnat.* Talem te exhibe, qui contemni non poſſis: autoritatem enim doctrinæ vita facit.

Cap. III. *Admone illos, principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe: dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.* Non ad aliquod malum. *Neminem blaſphemare.* Ne illos quidem qui blaſphemari merentur. *Non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem.* Litigioſus autem eſt, qui vicem reddendo prouocat litem. *Ad omnes homines.* Non ſolum ad bonos. *Eramus enim aliquando & nos.* Ne deſperarent correctionem, ſuum proponit exemplum. Siue quia & nos tales fuimus, ait, debemus eorum inſipientiam ferre patienter. *Aliquando inſipientes & increduli.* Notandum, quales nos Chriſtus inuenerit; & non de noſtris meritis præſumamus, nec de natu-

G ræ bono gloriemur. *Errantes, ſeruientes deſideriis & voluptatibus variis, in malitia, & inuidia agentes: odibiles, odientes inuicem.* Ecce quales eramus ante gratiam per arbitrij libertatem. *Cum autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei.* Humanitas, ſiue ſecundum hominem Chriſtus; ſiue largitas Dei. *Non ex operibus iuſtitiæ.* Notandum, quia nullis noſtris meritis ſumus ſaluati, ſed ſola miſericordia redemptoris: conticeſcant præcipitatores magis, quam defenſores arbitrij liberi. *Quæ fecimus nos.* Quæ nos Iudæi fecimus: quanto magis gentiles? *Sed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* Non ſecundum induſtriam, vel laborem noſtrum, ſed ſecundum miſericordiam illius, qui nos in omni opere bono & præuenit & conſommat. *Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti: quem effudit in nobis abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.* Pluſquam in prioribus iuſtis. *Vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus.* Aduertendum quod gratia illius iuſtificamur, non noſtris meritis. *Secundum ſpem vitæ æternæ.* Non ſecundum carnalem hæreditatem. *Fidelis ſermo eſt: & de his volo te con-*

H *firmare, vt curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo.* Ad bona opera docenda præeſſe. *Hæc ſunt bona & vtilia hominibus.* Hæc, non quæ ſequuntur. *Stultas autem quæſtiones & genealogias.* Occupari nos non vult in ſuperfluis quæſtionibus, & contentionibus, quæ de generationibus in lege oriuntur; ſed hæc loqui ſemper, de quibus proficiant audientes. *Et contentiones, & pugnas legis deuita: ſunt enim inutiles, & vanæ.* Quaſi contrarietates, quas hæretici captant. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt.* Nec circa ipſos nos vult occupari, qui correpti ſecundo non corriguntur: ne tempus inani contemptione perdamus. *Et delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.* Quia poſt auditam & cognitam veritatem in ſua pertinacia perſeuerat: funiculis enim peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. *Cum miſero ad te Artheman, aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim: ibi*

A *enim ſtatui hyemare. Zenam legis peritum, & Apollo ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit.* Vt nihil perdant de fructu doctrinæ tardantes. *Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios, vt non ſint infructuoſi.* Id ipſi repetit, quod ſuperius dixerat. Curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo. *Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis, Amen.* Vere, ſiue fideliter. Scripta de Nicopoli.

Finis Epiſtolæ ad Titum.

AD PHILEMONEM EPISTOLA DIVI PAVLI.

ARGVMENTVM.

B *Philemoni familiares literas facit pro Oneſimo ſeruo eius. ſcribit autem ei à Roma de carcere.*

P*AVLVS vinctus Ieſu Chriſti, & Timotheus frater Philemoni dilecto & adiutori noſtro, & Appiæ ſorori chariſſimæ.* In Euangelio erat adiutor. Appia vero, vel ſoror creditur eius eſſe, vel coniunx. *Et Archippo commilitoni noſtro, & eccleſiæ, quæ in domo tua eſt. Gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.* Archippus vel epiſcopus erat, vel diaconus: de quo ad Coloſſenſes ait: Dicite Archippo: Vide miniſterium quod accepiſti, vt illud impleas. *Gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciens, in orationibus meis.* Cum gaudio orat pro eis. *Audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in domino Ieſu.* Quæ bonis operibus innoteſcit. *Et in omnes ſanctos.* Qui diligit caput, oportet eum omnia membra diligere. *Vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in vobis, in Chriſto Ieſu.* Siue hoc orat, vt opera tua in Chriſto clareſcant. Aliter: Omnes diligit ſanctos in tantum, vt omnes inter nos boni in Chriſto euidenter agnoſcant, te eſſe fidelem. *Gaudium enim magnum habui, & conſolationem in charitate tua, quia viſcera ſanctorum requieuerunt per te frater.* Quos hoſpitio recepiſti. *Propter quod multam fiduciam habentes in Chriſto Ieſu.* Cum charitas tua nobis fiduciam dederit imperandi, tamen maluimus obſecrare. *Imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem.* Quod ad rem pertinet charitatis Chriſtianæ. *Magis obſecro, cum ſis talis, vt Paulus ſenex: nunc autem & vinctus Ieſu*

C *Chriſti obſecro te pro meo filio, quem genui in vinculis Oneſimo.* In omnibus mihi conſimilis. *Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & tibi, & mihi vtilis, quem remiſi tibi.* Quando erat carnalis. *Tu autem illum, vt mea viſcera, ſuſcipe.* Id eſt, filium. *Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euangelij.* Ex hoc cognoſce, qualis ſit, qui mihi ita placuit, vt crederem eum poſſe pro te mihi miniſtrare. *Sine conſilio autem tuo nihil volui facere.* Ita loquitur, vt eum ad ipſum remittat, ſiue vt magis eius vtilitas commendetur. *Vt ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium: forſitan enim ideo diſceſſit ad horam à te, vt æternum illum reciperes, iam non vt ſeruum.* Non enim tanquam quaſi ex neceſſitate ſeruiet: ſed voluntarius. *Sed pro ſeruo chariſſimum fratrem, maxime mihi. Quanto autem magis tibi & in carne & in domino?* Cui & carnaliter, & ſecundum quod credidit, debet obſequium.

D *Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me: ſi autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi mea manu: ego reddam, vt non dicam tibi, quod & teipſum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino: refice viſcera mea in domino. Confidens de obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens, quoniam & ſuper id quod dico, facies.* Si me diligis, ſic illum ſuſcipe ſicut me: quia ego illum habeo ſicut me. *Simul autem & para mihi hoſpitium: nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.* Hic oſtenditur, quia prima vice de vrbe miſſus eſt. *Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu: Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, Amen.* Scripta ab vrbe Roma.

Finis Epiſt. ad Philemonem.

E

AD HEBRÆOS DIVI PAVLI EPISTOLA.

PRÆFATIO.

IN primordiis huius epiſtolæ dicendum eſt, quæ cauſa extiterit, cur apoſtolus Paulus morē ſuum in hac epiſtola non ſeruauerit: videlicet vt vel vocabulum nominis ſui, vel ordinis deſcriberet dignitatem. Hæc igitur cauſa extitit, quod eam nomine ſuo non titulauit; quia Iudæis ſcribebat ſuis fratribus, quibus odioſus erat, eo quod circumciſionem, & ſabbatum, & ſacrificia cætera, quæ lex præcepit obſeruanda, ipſe doceret nō debere carnaliter obſeruari poſt dominicam paſſionem. Nam illi, qui crediderant Iudæi, contendebant vtrumq; tenere, baptizari ſe licet ſecundum gratiam euangelij, & circumcidi, ſabbatum quoque obſeruare ſecundum legis præceptum.

F Quapropter ſi poſuiſſet nomen ſuum Apoſtolus in exordio huius epiſtolæ, poterat euenire, vt eius æmuli nomen illius in prima fronte legentes dedignarentur eam recipere: ſicque vtilitas lectioni differretur. Nomen autem apoſtolatus idcirco non poſuit, quoniam ipſe apoſtolus gentium conſtitutus, ſi nomine apoſtolatus ſui prætitularet epiſtolam ad eos directam, vocans ſe apoſtolum, videretur illis fortaſſe, quod ſe vel et præferret apoſtolo Petro, qui principaliter illorum erat à domino ordinatus, ſicut idem egregius prædicator alio in loco dicit: Qui operatus eſt (inquiens) Petro in apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes. Fortaſſis etiam dicerent: Quid eſt quod Paulus doctor gentium præfert ſe apoſtolis noſtris Petro & Iacobo? ſcribat ijs, quibus ordinatus eſt apoſtolus: nam ſcripta noſtrorum apoſtolorum nos abunde poſſunt docere. Quo facto oſtendit ſe non ignorare illorum ſuperbiam parteque ſuam exhibuit humilitatem. Similiſmodo etiam & Ioannes apoſtolus cauſa humilitatis, eiuſque rationis nomen ſuum in epiſtola ſua prætermiſit.

G Vel certe dicunt quidam quod propterea, quia Chriſtum erat in epiſtola nominaturus Apoſtolus, dicens, Habemus pontificem & Apoſtolum confeſſionis noſtræ Ieſum Iuſtum: noluerit nomen Apoſtolatus ſui in primordio huius epiſtolæ ponere. Non enim congruum duxit, vt vbi Chriſtum dicturus erat apoſtolum, ibi etiam ſe Apoſtolum nominaret, maxime quia in titulo; ne videretur quilibet præferre ſe Chriſto. Hanc autem quidam dicunt eſſe Barnabæ quidam Lucæ, quidam Clementis, dicentes, quoniam ſi Pauli eſſet, ipſe vtique more ſolito, ſicut in aliis, ita etiam in iſta nomen ſuum præponeret. ſed ſi Pauli non erat quia eius nomine non eſt titulata: ergo nec Barnabæ nec Lucæ, neque Clementis aut alicuius erit eo quod nullius nomine titulatur. Cui ergo horum adſcribenda eſt? Vtique egregio prædicatori; quippe quæ ex lucido ſenſu, ex genere locutionis comprobatur illius eſſe, quanquam ſubtiliori atque apertiori ſtylo comprehenſa ſit omnibus epiſtolis; nam fertur apoſtolus hanc Hebræis miſſam, Hebræo ſermone * eum conſcripſiſſe; in qua ipſe peritiſſimus exſtitit, cum reliquas Græco ſermone ſcripſerit.

* forte etiam, legendum

H Poſt diſceſſum vero Apoſtoli Lucas euangeliſta Græco ſermone eam comprehendit; ex quo poſtmodum tranſlata eſt in Latinam linguam, ſicut & reliqua.

M*VLTIFARIAM multiſ, ac modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.* Omnis intentio beati apoſtoli in hac epiſtola eſt, vt Iudæos cognatos ſuos (qui & Hebræi, ab Heber appellantur, in quo aſſumpti ſunt) à lege Moyſi tranſire faciat ad gratiam Euangelij ab obſeruatione carnali ad ſpiritualem; ſimulque eminentiam gratiæ, quæ per filium data eſt fidelibus diſcernit, à legalibus vmbris, quæ angelicis miniſtrationibus exhibitæ fuerunt. Vnde hic primum ponit pro-

phetas

A phetas diuerſis modis, variiſq; locutionibus patribus fuiſſe, locutos, dicens: Multifariam, id eſt, multis locutionibus. Multiſque modis: hoc eſt, multis qualitatibus. Olim, præterito videlicet tempore. Loquens Deus pater per Prophetas patribus noſtris. Deinde vt oſtenderet quanta differentia eſſet gratiæ inter illos & patres illorum, ſubiunxit: Nouiſſime diebus iſtis, vltimæ ætatis, locutus eſt nobis per filium. Dicendo autem, Locutus eſt in Prophetis, & in filio: tantundem valet, quaſi diceret, per Prophetas, & per filium: quia præpoſitio pro alia præpoſitione ſæpe accipitur: ſicut in multis locis epiſtolæ inuenitur his præpoſitionibus indifferenter vti. Conſideremus ergo, quomodo multis locutionibus, multiſque qualitatibus locutus ſit Deus pater patribus teſtamenti. Multis locutionibus, multiſque qualitatibus locutus eſt eis, quia non ſemper vniformiter ſecreta ſua eis reuelauit. Aliquando enim aperte, & per angelum locutus eſt eis: vt Abraham, cui dixit, Secundum hoc tempus veniam eritque Saræ filius. Moyſi quoque præcepta legal a dando. Non occides: Non adulterabis, cæteraque huiuſmodi. Loth quoque de Sodo B mis eum educendo: aliiſque quam plurimis. Aliquando vero obſcure, & per ænigmata, vt Moyſi, cui dixit, Ego ſum qui ſum: Hæc dices filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos: aliquando in habitu militis, vt Ioſue: aliquando in corde, vt Dauid, qui dicebat: Audiam, quid loquatur in me dominus Deus: cæteriſque prophetis: aliquando per ſomnium, ſicut Daniel: Quanta vero diſtantia eſt inter gratiam Euangelij, quæ per filium data eſt, & legem, quæ per ſeruum adminiſtrata eſt: tanta differentia eſt inter miniſtros & adiutores legis: quoniam ſerui ad ſeruos miſſi ſunt: & inter promiſſionem & gratiam, quæ per filium data eſt filiis, ac poſtmodum per filios filiis adminiſtrata ſequitur. *Quem conſtituit heredem vniuerſorum.* Hæres dicitur ab hero, id eſt, domino: eo quod libera poteſtate in hæreditate dominetur. Conſtituit ergo Deus pater filium hæredem vniuerſorum, hoc eſt, totius mundi, ſeu omnium creaturarum: non tamen ſecundum diuinitatem, qua coæternus eſt patri, & coæqualis illi in omni potentia deitatis: & qua æternaliter ipſe poſſidet omnia cum pa C tre: ſed potius ſecundum humanitatem à verbo aſſumptam conſtitutus eſt ille dominus & hæres ſuper omnem creaturam: ſicut illi Deus pater promiſit, dicens: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Et ipſe filius reſurgens à mortuis ſic loquitur, ex perſona humanitatis: Data eſt (inquiens) mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Non ergo diuidamus perſonas, ſed diſtinguamus naturas. Vnde animaduertendum eſt ſolerter apoſtolum in epiſtola nunc de ſubſtantia humanitatis loqui, nunc vero de ſubſtantia deitatis: nam quod dixit conſtitutum illum eſſe à Deo patre hæredem omnium creaturarum, ad humanitatem illius retulit: volens autem diſcretionem facere inter diuinitatis eius naturam, & humanitatis, & oſtendere quid proprie pertineret ad vnamquamque naturam ſubiunxit dicens. *Per quem fecit & ſecula.* Secula dicuntur à ſequendo, eo quod ſequuntur, in ſemet redeundo ac reuertendo: Hic autem per ſecula debemus intelligere omnia quæ facta ſunt in tempore. Vt ergo oſtenderet apoſtolus eundem nouiſſimis diebus veniſſe in mũdum, ac temporaliter hæreditatem percepiſſe, qui ante omnia ſecula D erat cum patre, dixit: Per quem fecit Deus pater omnia quæ in tempore facta ſunt: nam quod Euangeliſta Ioannes dixit, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: hoc apoſtolus ſignificauit, dicendo: Per quem fecit & ſecula: referens hoc ad diuinitatem eius. Deinde vero quibuſdam gradibus aſcenſionum elegãter vtens, peruenit ad id, quod omnibus his maius eſt, & inſonuit, dicens *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* Deus pater lux eſt, ſicut idem Apoſtolus ait, loquens de filio: Qui habitat (inquit) lucem inacceſſibilem, & filius lux, & Spiritus ſanctus lux. Item pater ſplendor, & filius ſplendor: & quomodo ſplendor procedat ex ſplendore, impoſſibile eſt definire. Idcirco autem appellatur filius ſplendor patris, quia ſicut in igne tria ſunt inſeparabilia: ignis videlicet, calor, & ſplendor: & tamen ſplendore no-

E bis oſtenditur ignis & calor: licet humana non ſint comparanda diuinis: Ita natura patris, & filij, & Spiritus ſancti inſeparabiliter coniuncta & vnita, per verbum ſuum, quaſi per ſplendorem dignata eſt ſemetipſam oſtendere, & inſuper myſterium ſanctæ Trinitatis, dicente ipſo filio, Ego & pater vnum ſumus. &, Ite baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Mirabili igitur modo Apoſtolus omnem ſubſtantiam deitatis Patris & Filij oſtendit: vt duas perſonas aperiret in gloria & ſplendore. Per ſplendorem quippe vnitatem declarauit eſſentiæ cum Deo patre: In nomine autem, gloriæ, perſonam Dei patris expreſſit: In ſplendore autem, perſonam filij: & ſic eſt filius ſplendor de ſplendore, ſicut lux de luce, Deus de Deo, lumen de lumine, principium de principio. Sequitur: *Et figura ſubſtantiæ eius.* Quantum ad homines pertinet, aliud eſt figura, aliud ſubſtantia: quia dum pingitur imago & figura alicuius hominis in pariete, non eſt illud figura, quod eſt ſubſtantia. Apoſtolus autem figuram in hoc loco pro ipſa ſubſtantia, & æqualitate F eſſentiæ poſuit: & quod hic dixit figuram, alias dixit formam, inquiens: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, forma enim illic, & figura hic, vnam declarant qualitatem eſſentiæ: Chriſtus ergo ſplendor patris eſt, & figura ſubſtantiæ eius: quia per illum pater manifeſtatus eſt, ſicut ipſe dixit, Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus: & æqualis eſt illi in ſubſtantia deitatis. Sequitur: *Portanſque omnia verbo virtutis ſuæ.* Dicendo portans, facilitatem continendi voluit exprimere: poſuitque portans, pro eo quod eſt, gubernans, & regens. Verbum igitur Dei patris, omnia quæ fecit verbo virtutis ſuæ portat: hoc eſt, potentia virtutis ſuæ, & verbo iuſſionis ſuæ omnia gubernat, & regit. Non enim minus eſt gubernare mundum, quam creaſſe: nam in creando ex nihilo ſubſtantiæ rerum productæ ſunt: in gubernando vero ea, quæ facta ſunt, ne ad nihilum redeant, continentur: Ergo dum hæc omnia reguntur, & ad inuicem ſibi pugnantia coaptantur, magnum & admirabile virtutis Dei iudicium declaratur. Post tantam diuinæ maieſtatis in filio claritatem ad humilia incarnationis eius G deſcendit: pariterque diſcernit naturam diuinitatis atque humanitatis, dicens: *Purgationem peccatorum faciens.* Nam quod dixit: Portans omnia gubernatione ſua, & regimine virtutis ſuæ; ad diuinitatem retulit. Quod vero ſubdidit: Peccatorum purgationem faciens, ad humanitatem illius proprie pertinet: vel per redemptionem vtique paſſionis ſuæ, & aquam baptiſmatis: iuxta quod Ioannes in Apocalypſi ſua dicit: Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. *Sedet ad dexteram maieſtatis eius in excelſis.* Conſiderandus eſt ordo verborum: primum ſiquidem perhibuit purgationem dominum ſua paſſione nobis procuraſſe; ac deinde dixit, illum ſedere ad dexteram maieſtatis in excelſis: nam Chriſtus primum nos redemit ſanguine paſſionis ſuæ, & ſic poſtmodum altitudinem cœlorum penetrauit, vbi nunc ad dexteram patris ſedet. Sedere autem illius, pro habitare, & eſſe ponitur in loco iſto: ſicut & dextera pro honore, & dignitate ſumma. Nam non eſt putandum, quod omnipotens pater, qui ſpiritus eſt incircumſcriptus, omnia replens, dexteram, aut ſiniſtram habeat, ſicut nos habemus; aut quod H ita ſedeat in dextera illius filius eius, ſicut ſolent filij regum ſedere iuxta patrem, appoſito ſibi ſolio; ſed ſicut diximus, dextera pro gloria, & dignitatis honore accipitur; ſiquidem & pater à dextris eſſe ſcribitur Chriſti, vt in Pſalmo habetur; Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges. Ambo ergo à dextris ſunt, quia nihil eſt in diuinitate ſiniſtrum; quia vnum eſt tam cum Deo in gloria homo aſſumptus à verbo, & quadrageſimo die exaltatus ad cœleſtia. Quid eſt ergo, Sedet ad dexteram maieſtatis; niſi vt dicatur, habitat in plenitudine paternæ maieſtatis? Et cum dixit, in excelſis; oſtendit illum hominem ſuper omnem creaturam angelicam & humanam exaltatum eſſe; vnde & ſequitur. *Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.* Factum hic, vel effectum pro ſuſceptum debemus accipere; tanquam di-

A cer t, Illis differentius atque excellentius nomen filiationis hæreditauit: nam quanta diſtantia eſt inter nomen filij & ſerui, tanto ille maioris dignitatis eſt præ angelis: quoniam ille creator (ſecundum diuinitatem dico) illi creatura. Ipſe quoque homo in hoc eſt maior omnibus angelis, omnique creatura: quia poteſtas, quæ erat in omni verbo, ante omnia ſecula, requieuit in illo homine aſſumpto à verbo ex tempore conceptionis. Quapropter illi ſunt miniſtri, & famuli, ſicut in eius tentatione, & paſſione, reſurrectione quoque, atque aſcenſione declaratum eſt. Ille autem filius proprius & hæres exiſtit: quod & apoſtolus nobis innuit, dum ſubiungit. *Cui enim dixit aliquando angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Subaudi, nulli angelorum hoc dictum eſt. Hoc de verbo Dei intelligendum eſt, quod æternum & conſubſtantiale eſt patri, non de qualibet creatura; licet legamus in libro Iob angelos appellatos eſſe filios Dei. In Geneſi quoque filios; ſed quod vtique quando ſit, abuſiue fit. Quando ergo dixit ei, Filius meus es tu: tempore baptiſmatis, & B in monte intonuit vox paterna cœlitus, dicens: Hic eſt filius meus dilectus. Et in hoc, quod dixit, Filius meus es tu: manifeſtat ex ipſa ſua eſſentia illum eſſe genitum. Notandumque, quia non dicit, Ante omnia ſecula genui te; vel, in præterito tempore; ſed, Hodie, inquit, genui te; quod aduerbium eſt præſenti, temporis: In Deo enim nec præterita tranſeunt, nec futura ſuccedunt: ſed omnia tempora ſimul ei coniuncta ſunt, quia omnia præſentia habet. Et eſt ſenſus: Sicut ego ſemper æternus ſum, neque initium, neque finem habeo: ita te ſemper habeo coæternum mihi. Tale eſt & illud quod alibi dixit: Ante Luciferum genui te; id eſt, ante angelicam creaturam, & ante omnia ſecula. *Et rurſum, Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Videſne quomodo diſcernit geminam naturam in Chriſto? nam quod dixit paulo ſuperius. Hodie genui te; ad diuinitatem æternitatis; At vero quod ſubintulit, Ego ero illi in patrem; ad humanitatis refert eſſentiam, ſine aliqua dubitatione. Vnde & congrue verbo ſuturi temporis vſus eſt, dicens, Ero. Quoniam quando Deus pater dixit ad Dauid: Cum dormieris cum pa- C tribus, ſuſcitabo ſemen tuum, quod egredietur de lumbis tuis; & firmabo thronum eius ſuper thronū tuum: ipſeque erit mihi filius, & ego ero illi pater; futurum erat adhuc, vt verbum Dei patris aſſumeret hominem in vtero virginali, in vnitate ſuæ perſonæ: ſiue quia filius Dei eſſet in veritate, non adoptiuus, ſed proprius. Hæc autem ſententia & ad ſuperiora potest reſpicere, vt ita legatur ſub interrogatione: Rurſum cui angelorum dixit, Ego ero illi in patrem? Et ſubaudis, Nulli: Vel certe abſolute, & affirmatiue, hoc modo, Rurſum de illo Deus pater, Ego ero in patrem. *Et cum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ dixit: Et adorent eum omnes angeli Dei.* Omnis vnigenitus poteſt dici primogenitus, eo quod primus aperiat vuluam matris: non tamen omnis primogenitus, vnigenitus, qui habet alios fratres ſubſequentes. Dominus autem Ieſus tam ſecundum diuinitatem quam ſecundum humanitatem & vnigenitus, & primogenitus dici poteſt. Vnigenitus eſt ſecundum diuinitatem, quia in natura diuinitatis non habet fratres ſubſequentes: ſecundum humanitatem quoque vnigenitus eſt beatæ Mariæ, D quæ poſt illum alios non genuit: ſicut calumniatur Heluidius. Deinde primogenitus eſt ſecundum diuinitatis eſſentiam, ſicut per Salomonem teſtatur, dicens: Ego ſapientia ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Secundum humanitatem qua primogenitus eſt in multis fratribus, adoptiuus: de quibus ipſe dixit Mariæ: Vade ad fratres meos, & dic eis. Quod autem dicit apoſtolus: Cum iterum introduxit Deus pater filium ſuum primogenitum in mundum: ſic videntur hæc verba ſonare, quaſi iam altera vice introductus eſſet. Sed quomodo hoc ſit intelligendum, Euangeliſta Ioannes aperte manifeſtat, dicens: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. Verbum ergo Dei patris, per quod omnia facta ſunt, vnius eſſentiæ exiſtens cum patre & Spiritu ſancto, vbique eſt, & omnia implet. Quia cingendo implet omnia, implendo cingit: gubernando præſidet, præſidendo gubernat. E Et quia in mundo erat, vbi carnem aſſumpſit, & cum inacceſſibile erat noſtris aſpectibus, quia non videbatur: ipſam aſſumptionem carnis appellat alterum introitum: dum enim qui inuiſibilis erat humanis aſpectibus, aſſumpta carne viſibilem ſe præbuit quaſi iterum introductus eſt. Notandumque, quia quod apoſtolus introitum nominat, hoc in Euangelio ipſa veritas exitum vocat, dicens: Exiui à patre, & veni in mundum. Merito ergo exitum vocat incarnationis ſuæ aſſumptionem, manifeſtationemque: quia nos foris eramus, à Deo expulſi extra aulam paradiſi, palatium regis æterni: poſiti in carcere huius mundi, & exilio relegati. Verbi gratia, Sicut excluduntur ab aula regia rei, eius offenſam incurrentes, & deſtinantur in exilium, atque in carcere clauduntur: ſed ſicut bonus mediator volens eis veniam impetrare, non primum eos introducit in aulam regis, ſed ipſe foras egreditur, ibique cum eis miſcet ſermocinandi negotium: ſicque correctos & caſtigatos introducit eos F in conſpectu regis; ſimiliter ſe dominus Ieſus exhibuit; nam egreſſus eſt ad nos à conſpectu paternæ maieſtatis, carnem aſſumendo, viſibilemque ſe præbendo, & collocutus eſt nobiſcum præcepta regis æterni; ſicque nos ſuis prædicationibus & miraculis correctos & caſtigatos, atque ſua fide confirmatos, ſuaq; paſſione à peccatis emundatos, introduxit in aulam, in conſpectum paternæ maieſtatis, quando aſcendens ad cœlos patefecit nobis aditum regni cœleſtis. Dicendo autem, introductum eum in orbem terræ: hoc ſignificat, cum ei committat orbem terræ, manifeſtat illum dominum eſſe totius mundi: Tunc enim poſſidebit orbem, cum ab vniuerſis erit agnitus dominus totius orbis. Hoc autem non de ſubſtantia verbi, ſed de eſſentia hominis accipe dictum, Quodque ſequitur: Et adorent eum omnes angeli Dei: tale eſt, ac ſi diceret, Omnes angeli mei, & illius: quia per illum ſunt facti. Tunc ergo adorauerunt eum, quando natiuitatem illius annunciauerunt, & quando ille eſuriente acceſſerunt & miniſtrabant ei: ſiue quando ſepulcrum eius cuſtodierunt: quotidie quoq; adorant eum, quia viſioni illius obtemperant. Sed numquid ſolis angelis præcepit Deus pater adorare G illum? Non, quin potius omni creaturæ. *Et ad angelos quidem dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.* Quod dicit, & ad angelos quidem dicit Deus pater, vel ſcriptura diuina: tale eſt, ac ſi diceret, de angelis: Ad, ponens pro De; non enim ſeruat Apoſtolus ordinem ſiue ſenſum præpoſitionum, & eſt ſenſus, Ipſe, quem præcipiuntur angeli adorare; de ipſis ſuis ſpiritibus quoticunque vult, facit angelos; miniſtros etiam facit flammam ignis; quia qui in conſpectu illius aſſiſtunt, in amore ſuo incendentes, & inflammantes reddit: iuxta quod alibi dicitur; In quem deſiderant angeli proſpicere. Nam quod dixit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus; præpoſtero ordine protulit; debuerat enim dicere; Qui facit ſuos ſpiritus angelos. Sciendum autem, quod angelus nomen eſt officij, non naturæ; qui ſemper ſunt quidem ſpiritus, ſed nequaquam ſemper vocantur angeli, niſi quando mittuntur: angelus (ἄγγελος) etenim Græco vocabulo Latine dicitur nuntius: ſi quæris nomen naturæ, ſpiritus eſt: ex eo quod mittitur, Angelus: verbi gratia, Sicut homo nomen eſt naturæ: miles autem nomen eſt officij. Dicitur & H alio modo: Et miniſtri omnipotentis Dei ſunt ſacerdotes & prælati Eccleſiæ; iuxta quod Malachias dixit: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius; quia angelus domini exercituum eſt. Sacerdotes ergo Eccleſiæ angeli ſunt, quando gaudia patriæ cœleſtis ſuis auditoribus annuntiant, dicentes: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. &: Fulgebunt iuſti ſicut ſol, & erunt ſicut angeli Dei in cœlo. Flamma vero ignis ſunt, quando terrorem ignis gehennæ ſuis auditoribus minantur, dicentes: Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. *Ad filium autem.* Subaudis, dicit Pſalmiſta. *Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi: virga æquitatis, virga regni tui.* Intuere quomodo & cum quanta claritate diſcernit creaturam angelicam à filio, qui cuncta creauit. Thronus (θρόνος) Græce. Latine dicitur ſedes regia: ſicut & ſolium. Per thro-

A num autem vno modo poſſumus intelligere regnum: per ſceptrum autem, quod eſt virga aurea, poteſtas intelligitur regni. Dicit ergo Pſalmiſta, loquens ad filium Dei. O Deus, regnum tuum,& poteſtas imperij tui in ſeculum ſeculi manebit. Tale quid Gabriel dicit ad Mariam: Ipſe regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Iſtud eſt regnum, de quo turbæ adclamabant: Benedictum, quod venit, regnum patris Dauid. de quo ipſe dominus ad Pilatum: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Aliter: Thronum ſicut ſedem iudicantium non incongrue poſſumus intelligere iudicium, quod procedit à ſede. Iſtud eſt iudicium, de quo filius hominis dicit: Pater non iudicat quemquam: ſed omne iudicium dedit filio,& de quo Pſalmiſta dicit: Deus iudicium tuum regi da,& iuſtitiam tuam filio regis: Id eſt.Chriſto. Thronus ergo Dei in ſeculum ſeculi manebit, quia iudicium nouiſſimum, quod dabit electis, dicens: Venite benedicti patris mei. & reprobis: Ite in ignem æternum: æterna diſcretione ſtabit inter vtroſque, teſtante Euangelio. &
B dicente, Tunc ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti autem in vitam æternam. Quodque ſequitur, Virga æquitatis, virga regni tui. Per virgam æquitatis, intelligitur rectitudo ſententiæ, & iudicij illius, ſiue poteſtas regni iuſta: quæ virga regit iuſtos iuſtitia, & percutit impios iuſte, & recte, ſine aliqua perſonarum acceptione cunctos gubernans, & iudicans. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem.* Illa virga recta facit, & vt diligatur iuſtitia, & odio habeatur iniquitas: nemo enim perfecte poteſt diligere iuſtitiam, niſi odio habuerit iniquitatem. Iniquitas autem, quæ & *ἀνομία* nominatur, intelligitur quicquid contra legem diuinam fit: veritatis etenim amor odium eſt falſitatis. Et quia dominus dilexit iuſtitiam, quia non peccauit, & odio habuit iniquitatem, quid primus meruit percipere exponit,dicens, *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Pſalmiſta alloquitur filium Dei, & dicit: O Deus, vnxit te Deus, Deus tuus pater oleo exultationis, propterea quia odio habuiſti iniquitatem,& dilexiſti iuſtitiam. Non ergo intelligendum,quod filius Dei ſecundum naturam diuinitatis, in qua æqualis
C eſt patri, poſſit Deum habere: quia ipſe cum patre verus eſt Deus. Secundum autem quod homo eſt, Deum patrem habet: quia ab illo factus eſt: eoque dicit Pſalmiſta: Vnxit te Deus, Deus tuus. Vnctus eſt, non oleo viſibili, ſed plenitudine Spiritus ſancti, qui à die baptiſmatis in ſpecie columbæ ſuper eum requieuit: nec ex tempore baptiſmatis ſolummodo plenitudo Spiritus ſancti in eo manſit, ſed potius ex tempore conceptionis: iuxta quod Eſaias teſtatur, dicens: Requieſcit ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, &c. Oleo autem exultationis, ſeu lætitiæ dicit illum vnctum, quia Chriſtus nunquam peccauit, nunquam triſtitiam habuit ex recordatione peccati. Quid eſt enim oleo lætitiæ vngi, niſi maculam non habere peccati? ſanctorum etenim conſcientia tunc magis ac magis hilareſcit, atque in lætitiam prorumpit, quando nulla peccati grauioris recordatione mordetur: Spiritus ſiquidem ſanctus, qui requieuit in Chriſto, cuſtodiuit illum, vt ſine peccato conciperetur, ſine peccato naſceretur, & ſine peccati macula ab hoc mundo tranſiret: iuxta quod de illo ſcriptum eſt: Pecca-
D tum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sed quid eſt, quod dixit Pſalmiſta: Vnxit te Deus præ participibus? Qui ſunt ergo eius participes? In veteri quidem teſtamento fuerunt Patriarchæ participes Chriſti in hac vnctione: iuxta quod in Pſalmo legitur, dicente domino de Abraham, Iſaac,& Iacob ad Abimelech, & ad cæteros reges Palæſtinorum, Nolite tangere Chriſtos meos. Fuerunt quoque reges ſacerdotes & prophetæ participes illius, quia illis ſpecialiter vnctio pertinebat, per quam donum Spiritus ſancti merebantur accipere: nam legimus Saulem vnctum, & Samuel, & Dauid: Salomon quoque vnctus eſt in Gion. Sacerdotes vngebantur, ſicut vnctus eſt Aaron à Moyſe, dicente ſibi domino: Vnges Aaron & filios eius mihi in ſacerdotes iure perpetuo. Prophetæ nihilominus vngebantur, ſicut vnctus eſt Heliſeus ab Helia, cui dixit dominus: Vnges Heliſeum pro-
phetam pro te. Iſti tres ordines dominum præfigurabant, qui eſt verus rex, ſacerdos, atque propheta. In nouo autem teſtamento participes illius ſunt apoſtoli, martyres, confeſſores, omneſque qui gratia baptiſmatis abluti donum ſancti Spiritus conſequuntur: & à Chriſto, Chriſtiani dicuntur. Chriſtus ergo præ omnibus participibus ſuis vnctus oleo lætitiæ: quia omnes ad menſuram accipiunt Spiritum ſanctum: ipſe autem non accipit ad menſuram, ſed per plenitudinem, ſecundum illud: Non enim ad menſuram dat Deus pater ſpiritum filio ſuo: ſed in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *Et tu in principio domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli.* Poſt humanitatem filij Dei excellentem conuertit ſe iterum ad æternitatem diuinitatis eius, dicens: Tu (inquit) domine in principio creaturarum terram fundaſti. Vbi fundauit terram? ſi recte perpendimus, videbimus, quia nutu, & diſpoſitione diuina ſubſiſtit, fundata ſuper nihil. niſi in ſemetipſa. Et quod dixit: Opera manuum tuarum ſunt cœli: non eſt putandum, quod ver-
F bum Dei patris quod incorporeum eſt, manibus operetur: quia nulla lineamenta corporis in natura diuinitatis ſunt ſicut nos habemus. Opera ergo manuum eius, virtutem iuſſionis eius debemus accipere: quomodo verbo & potentia iuſſionis ſuæ quæque vult, operatur: iuxta quod Pſalmus ait: Ipſe dixit, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt. Virtute igitur verbi Dei cœlum & terra ſubſiſtunt; quia virtute iuſſionis eius omnia facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. Sed cum Moyſes in principio Geneſeos cœlum dixit primum factum, ac deinde terram,ſic dicens, In principio fecit Deus cœlum & terram: quæſtio oritur,quare Pſalmiſta ponit terrã, ac deinde cœlum; quaſi terra ante fuerit facta,quã cœlum: quæ ita ſoluitur. Quod ille propoſuit cœlum terræ, iſte ſuppoſuit, idcirco factum eſt,vt oſtenderetur ſimul duo facta eſſe: ſed quod diuina maieſtas ſimul fecit,humana vox ſimul proferre nequiuit: quapropter neceſſe erat vnum ante alterum dicere. *Ipſi peribunt,tu autem permanebis.* Poſitus eſt hic pluralis numerus pro ſingulari, ſicut multis aliis in locis diuinæ ſcriptu-
G ræ: non enim de firmamento hoc intelligendum eſt, vbi ſydera continentur: neque de cœlo æthereo, per quod curſus ſeptem planetarum aguntur: ſed de iſto cœlo aereo,à quo & aues cœli dicuntur, potius accipiendum eſt. In die ergo iudicij peribit iſtud cœlum aereum, vnde anhelitum attrahimus, & remittimus: non vt penitus deſinat eſſe à ſua natura,ſed mutabitur ab hac ſpecie in meliorem, & ab hac denſitate in ſubtilitatem & claritatem ætheris: vnde apoſtolus alio in loco dixit: Præterit figura huius mundi. Si figura præterit, ſubſtantia manebit: nam quantum ſpacium occupauit aqua tempore diluuij, ita vt altior eſſet quindecim cubitis ſuper omnes montes ſub omni cœlo, & vt quidam dicunt, pertingens vſque ad circulum lunæ: tantum ſpatium tenebit ignis in die iudicij, comitans domini aduentum: iuxta quod Pſalmiſta dicit: Ignis ante ipſum præcedet, quia conſumet omnia nubila, omnemq; denſitatem iſtius aeris: eritque cœlum nouum, & terra noua. De hac immutatione & dominus in Euangelio loquitur, dicens: Cœlum & terra tranſibunt: tranſibunt quidem ab hac figura & ſpecie in melius per innouationem,& permanebunt in ſubſtantia propria. *Et omnes vt ve-*
H *ſtimentum veteraſcent.* Veſtimentum hic debemus accipere corpus humanum, quod ſumitur longæuitate temporis, & dolore infirmitatis, ac redigitur in puluerem: ſicut ergo corpus humanum veteraſcit quidem, & in puluerem redigitur, ſed in die iudicij per reſurrectionem innouabitur: ita iſtud cœlum aereum præ nimia longæuitate quodammodo iam veteraſcit, ſed in die iudicij per inflammationem ignis innouabitur. *Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur.* Amictus dicitur ab amiciendo, id eſt, circumdando: bene ergo cœlum amictui comparatur, quo circumdamur, quoniam ſicut amictus humanum corpus hinc inde cingit, ita cœlum ex omni parte cingit terram æqua lance libratum: vnde & pelli animantis alio in loco comparatur, dicente Pſalmiſta: Extendens cœlum ſicut pellem. Mutabis (inquit) cœlum ſicut amictum: ac ſi diceret. Sicut amictus facile plicabitur, ſi fuerit exten-

A ſus, rurſusque plicatus leuiter extenditur: & ſi fuerit ſordibus coinquinatus facile poteſt mundari: ita cœlum à te extenſum, atque compoſitum: ſicque facilitate incomprehenſibili in die iudicij mutabimur ab hac figura & ſpecie in meliorem, & vt oſtenderet iam facta domini ſub æternitate manſura, addidit: Et mutabuntur; quaſi diceret, Poſtquam mutati fuerint, in ea nouitate permanebunt; nunquam ad hoc corruptibile redituri. *Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Ecce differentia inter creaturam temporaliter factam, & creatorem in ſua æternitate æqualiter manentem: in omnipotentem etenim Deum non cadit præteritum, vel futurum, neq; aliqua mutabilitas; ſed omnia ſunt ei præſentia, ſemperq; eſt immutabilis; vnde Pſalmiſta æternitatem & immutabilitatẽ verbi Dei ſubtili conſideratione perpendens, ſubſtantiuo verbo præſentis temporis vſus eſt, loquens de illo: Cœlum (inquit) & terra mutabuntur; tu autem idem ipſe es: modò qui eras ante omnia ſecula. Et anni tui; id eſt æternitas tua: Non deficient. Ipſe ergo, qui ſemper habet eſſe, dicit de ſemetipſo ad Moyſen: Ego ſum qui ſum. Hæc dices filiis Iſrael, Qui

B eſt, miſit me ad vos. Quapropter omnis creatura rationabilis, quæ per ſe mutabilis eſt, aut temporalis, ſummoperè laborare debet, quatenus ei poſſit coniungi, & hærere, qui ſemper idem manet. *Ad quem autem angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis quoadúſque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?* Poſtquam maieſtatem diuinæ æternitatis oſtendit in filio eſſe, iterum conuertit beatus Apoſtolus ſermonem ad glorificationem eius humilitatis, dicens: Ad quem angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis? ſubaudis, Nullum: nulli enim archangelorum, nulli dominationum, aut virtutum, ſiue principatuum hanc gloriam cōceſſit Deus pater, vt ei diceret, Sede à dextris meis; hoc eſt, habita mecum, & quieſce in plenitudine meæ maieſtatis: Victori autem filio, & totius mundi per incarnationis ſuæ diſpenſationem triumphatori, poſt reſurrectionis gloriam quadrageſimo die dicit ei: Laboraſti in paſſione, laboraſti in redemptione generis humani, quieſce mecum in gloria, quoadúſque ponam inimicos tuos, vt ſint ſcabellum pedum tuorum. Quoadúſque, vel donec,

C non ſignificat finem alicuius temporis iſto in loco, ſed pro infinitu, & ſempiterno poſitum eſt; quaſi diceret aliis verbis, Tu ſemper habita in plenitudine maieſtatis meæ; quia ſemper ſubiiciam æternitati tuæ inimicos tuos Iudæos, aliosque incredulos. Pedes etenim domini ſtabilitatem æternitatis deſignant; vbi ille tanquam in veſtigiis firmis virtute omnipotentiæ ſuæ conſiſtit. Poſſumus & pedes non incongrue myſterium incarnationis eius intelligere duobus modis: quotidie ſubiiciuntur inimici illius, dum videlicet vitiorum, atque infidelitatis contrarietate derelicta, ſponte ſe ſubdunt illi ad ſalutem, vt ſub illo tueantur; vel certe dum nolunt in eum credere, coacti ſubiiciuntur illi, & calcantur dominio poteſtatis eius. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis?* Si omnes ſpiritus cœleſtium virtutum mittuntur ad ſalutem credentium, quid eſt quod Daniel dixit: Milia milium miniſtrabant ei, & decies centena milia aſſiſtebant? Quomodo enim omnes mittuntur, ſi decies centena milia ei aſſiſtunt? Intelligendum er-

D go, quod omnipotens Deus, qui ſpiritus eſt incircumſcriptus omnia implet, & vbique totus eſt; quapropter angelicus ſpiritus, qui circumſcriptus eſt, quocumque mittatur, intra dominum currit, dominumque ſemper præſentem habet: ideoq; ipſi qui mittuntur, ipſi etiam & aſſiſtunt ei. Vel certe ideirco omnes mitti dicuntur, quia ſicut Dydimus Græcus in libro de Spiritu ſancto ait, ex omnibus ordinibus cœleſtium dignitatum mittuntur; ſicut Gabrielem, Michaelem archangelos legimus miſſos in volumine Danielis, Raphaelem ad Tobiam; vnus etiam de ſeraphim legitur miſſus ad Eſaiam, quando calculo tetigit labia eius; & ſicut frequenter angeli leguntur ad ſanctos miſſi. Generaliter autem ſicut doctores dicunt, vnicuique fidelium ab ortu natiuitatis, vel potius à tempore baptiſmatis datur à Deo angelus ad ſui cuſtodiam, & qui ſuadeat bona agere; vnde Apoſtolus hic dicit: Miſſi ſunt ad miniſterium ſalutis, propter eos qui hæreditatem patriæ cœleſtis ſunt per-

E cepturi. In hoc ergo loco, ſicut diximus, omnes mittuntur, quia ex omnibus ordinibus mittuntur: eiuſdemque dignitatis ſunt qui mittuntur, cuius & qui aſſiſtunt: Vel certe, quia omnes eiuſdem voluntatis ſunt, & dum illi qui ſemper aſſiſtunt, conſentiunt cum eis, qui mittuntur, quodammodo in illis omnes veniunt, omneſque mittuntur. Et eſt ſenſus, Quid mirum, ſi vnico filio Dei miniſterium ſuum exhibent angeli, cum etiam noſtræ ſalutis miniſtros eos conſtet effectos? quapropter nemini illorum dixit, Sede à dextris meis.

Propterea abundantius obſeruare nos oportet ea, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Propterea, quid mirum, quia filius Dei excellentior eſt omnibus angelis, qui euangelium ſuum dedit? Vel certe, quia angeli nobis miniſtrant, qui Deo ſemper renuntiant opera noſtra, licet ipſe vbique ſit, abundantius, atque plenius oportet nos obſeruare ea, quæ audiuimus à Chriſto in euangelio, & ab apoſtolis eius, quam in lege ſolebamus, quæ per ſeruum data eſt. Et quare abundantius? Ne forte pereffluamus: id eſt, ne forte

F pereamus, & à ſalute excidamus. Vel, ne forte euaneſcamus, tranſeuntes in perditionem more fluminis currentis in mare, dum ſenſus noſtri per inania quæque diſcurrunt. Iungit autem perſonam ſuam illis, more ſuo agens. Et quare dixerit abundantius, reddit cauſam, dum in ſequentibus verbis explicat, dicens: *Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem?* Sermo legis & prophetarum per angelos dictus eſt ad patres noſtros: quia per ſubiectam creaturam locutus eſt Moyſi & prophetis: iuxta quod & beatus Stephanus in concione ſua manifeſtat de Moyſe: Hic eſt Moyſes, qui fuit cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina. Factuſque firmus, id eſt, verus, idem ſermo per angelum dictus: quoniam ſicut ibi prædictum eſt, ita omnia euenerunt ſiue bona, ſiue mala. Omnis præuaricatio ſiue tranſgreſſio legis, atque inobedientia, contra illum ſermonem patrata, accepit iuſtam mercedis retributionem, iudicium ſcilicet æternæ damnationis: ſic illis contigit, qui murmurauerunt. Notandum autem, quia cum merces in bonam partem maxime accipiatur, hic pro malo poſuit Apoſtolus, more ſolito, non curans de proprietatibus verborum: ſed indif-

G ferenter vnum pro altero ponens: ſicut hic mercedem pro malo, & alibi captiuitatem in bono, vbi dixit: In captiuitatem redigite omnem ſenſum, ad obediendum Chriſto. Facit ergo Apoſtolus comparationem à ſermone legis, qui per angelum dictus eſt ad gratiam euangelij per filium datam, & dicit: Si enim ſermo legis per angelos dictus, eſt factus verus, in omnibus quæ promiſit bonis, vel quæ minatus eſt malis: quanto magis erit firmus ſermo Euangelij, datus per filium? Et ſi illi, qui inobedientes extiterunt legi, damnationem habuerunt, & iudicium non potuerunt effugere: quomodo nos effugiemus vindictam Dei, ſi tantam neglexerimus ſalutem? fidem ſcilicet Euangelij, vitamque æternam, tam magnam, vtpote per filium nobis annuntiatam, atque promiſſam? ſubaudi, nullo modo. His verbis manifeſtat Apoſtolus, non fuiſſe tantam ſalutem in lege, quanta eſt in Euangelio: Lex enim

H promittebat terram, dicens: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Euangelium promittebat regnum cœlorum, dicẽs: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Illa præſtabat vindictam de terrenis hoſtibus: iſtud præſtat de ſpiritualibus. Illa promittebat longæuam vitam temporalem: Euangelium concedit vitam ſine fide manſuram. *Quæ.* Subaudi, ſalus. *Cum initium accepiſſet enarrandi per dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata eſt.* Salus ergo quæ in Euangelio continetur, à Deo accepit initium enarrandi: quia ipſe primum annuntiauit eam per ſemetipſum, dicẽs: Pœnitentiam agite, &c. &: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Deinde vero confirmata eſt, hoc eſt, credita eſt ab eis, qui audierunt eum: ab apoſtolis videlicet, qui cum eo fuerunt, & ſucceſſoribus eorum: Vel certe, Confirmata, id eſt, conſolidata eſt, & perfecta in nobis ab eis, qui ab ipſo domino eam perceperunt: quia ſalus, quæ per Spiritum ſanctum nobis

A data eſt, permanet in æternum. Cauſa humilitatis ſuam iungit perſonam cum eis, dicens: In nobis confirmata eſt ab eis, qui audierunt. Adhæc poterat aliquis dicere Quomodo confirmata eſt ab eis? Cui ille *Conteſtante Deo ſignis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem.* Confirmata eſt, inquit, in nobis ab eis, qui audierunt, conteſtante Deo: id eſt, ſimul teſtimonium præbente eorum doctrinæ, & prædicationi, non voce, ſed virtute, & exhibitione miraculorum, & varietate linguarum: quia vt dicebat aliquis apoſtolorum mortuo, vel infirmo, Surge: eſto viuus, aut ſanus: ſtatim ſurgebat incolumis. Signa autem, & prodigia & virtutes, pro vno hic accipiuntur. Quod vero ſubiungit, ſancti Spiritus diſtributionibus: affluentiam ſignificat gratiarum, quam non habuerunt patres veteris teſtamenti, quæ ſunt data poſtquam glorificatus eſt Ieſus, teſte Euangelio, quod ait: Nondum enim erat Spiritus datus: quia Ieſus nondum fuerat glorificatus. Iſtæ ſunt diſtributiones, ſeu diuiſiones, quas Apoſtolus in alio loco commemorat, dicens:
B Alij datur per ſpiritum ſermo ſcientiæ, & cæt. quæ in ſequentibus enumerat, vſque dum ſubiungit. Hæc omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Vnde & hic dicit: Secundum ſuam voluntatem: diuinæ enim voluntati, atque conſilio cuncta contribuit, ne quis in ſuis meritis confideret. Ipſe enim Spiritus ſanctus nouit, quid cuique proſit, vel quid cuique ſit commodum. *Non enim angelis ſubiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.* Ad ea reſpicit, quæ ſuperius dixit Deum patrem dixiſſe: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum ſed filio ſuo tradidit illum: cui ipſe dicit in Pſalmo: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Vnde & ipſe filius congratulans ſibi traditum orbem crediturum, dicit; Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo: id eſt, à Deo patre. *Teſtatus eſt autem in quodam loco quis, dicens.* Quorum nomina prophetarum tacet in hac epiſtola, quorum teſtimonium nouit, non cauſa inuidiæ, aut abſcondentis affectu, hoc egit, ſed honorantis voto & oſtendentis Hebræos multam habere ſcientiam diuinarum ſcripturarum, quibus iſta ſcribebat in tantum
C vt nec opus haberet nomen ponere dicentis. Hoc ergo teſtimonium ex Pſalterio Dauidico ſumptum eſt: qualiter loquitur ad Deum patrem: *Quid eſt homo.* Suppreſſe, & cum deſpectu pronuntiandum eſt illud. Quid eſt homo? ſubaudi, fragilis, mortalis, caducus, & qui ex Adæ inueteri peccato generali prauitate eſt deuictus. *Quod memor es eius.* Subaudi: ita & miſericordiæ ſuæ dona largitur. ſequitur: *Aut filius hominis.* Subaudi, quid eſt? Hoc idem doctores referunt ad Chriſtum, qui in Euangelio ſæpiſſime filium hominis, id eſt, filium Mariæ ſe vocat: ac propterea ſub interrogatione ſurſum erigenda eſt vox: & eſt ſenſus: Quid promeruit ille homo aſſumptus à verbo, vt filius Dei fieret? quodque ſequitur: *Quoniam viſitas eum?* Ad genus humanum referunt: de quo paulo ſuperius ſub nomine hominis dictum eſt: Quid eſt homo. Et eſt ſenſus: Quod viſitas genus humanum per filium tuum, & perpetua largiris beneficia, non eſt meritum illius, ſed tua gratia: ideoque ſubſiſtit, quia à te viſitatur. Viſitatio ad medicum, & ad ægrotum pertinet: nam viſitationis officium dicitur quis medicus implere, quando ad infirmum ingreditur: & genus humanum, quod infirmum & languidum erat, Deus pater tunc viſitauit, quan-
D do miſit filium ſuum, qui verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. De qua viſitatione etiam Zacharias pater beati Ioannis ait: Viſitauit nos, oriens ex alto. Quidam doctores hoc, quod dicit, Quid eſt homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quid eſt, quoniam viſitas eum? totum referunt ad genus humanum: hoc vero quod ſequitur, referunt concorditer ad Chriſtum. *Minuiſti eum paulo minus ab angelis.* Per mortem corporis, & opprobria paſſionis, minorem fecit Deus pater filium ſuum angelis, qui ſecundum diuinitatem æqualis ei erat in omnipotentia, quia angeli immortales & impaſſibiles exiſtunt: minor autem eſt autem, non neceſſitate, ſed ſponte mea pietate, ſicut idem Apoſtolus alias ait: Qui cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens: fa-

ctuſque eſt obediens patri vſque ad mortem: mortem autem crucis. Ex ea enim parte, qua mori potuit, creator angelorum minor factus eſt angelis. Bene autem dixit, Paulominus: quia etſi mortale corpus aſſumpſit, peccati tamen maculam non habuit. *Gloria & honore coronaſti eum.* Pſalmiſta loquitur ad Deum patrem de humilitate, & exaltatione filij, dicens: Minuiſti (inquit) filium tuum paulo minus ab angelis, dum eum mortalem creaſti: ſed quia ille tibi obediens extitit vſque ad mortem, gloria & honore coronaſti eum. Tale eſt & illud, quod Apoſtolus dicit in alio loco: Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Gloria ergo coronauit eum Deus pater in reſurrectione, honore autem in aſcenſione, quando quadrageſimo die reſurrectionis ſuæ exaltauit illum ſuper omnem creaturam. Aliter: Gloria coronatus eſt in multitudine credentium: videlicet, cum poſt reſurrectionis triumphum hæreditatem totius mundi. In hoc quod homo eſt, accepit: honore autem, in confeſſione æternæ maieſtatis: hoc eſt, in eo quod in plenitudine paternæ gloriæ habitat. *Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Per hoc quod homo factus eſt, conſtitutus eſt à Deo patre ſuper opera viſionis: ſuper cœleſtia videlicet, & terreſtria: & inferna: qui ſecundum diuinitatis potentiam ſicut cum Deo patre omnia creauerat, ita cum illo omnia poſſidebat. Dicendo enim: Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: omnis creatura monſtratur eſſe ſubiecta illi; quia ſicut verbo omnia creata ſunt, ita ille homo aſſumptus à verbo cum verbo poſſidet omnia. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.* Id eſt, æternitati illius, & poteſtati, vt omnis creatura illum adoret. Et hoc eſt, quod ipſe poſt reſurrectionis gloriam apparens dixit eis: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. *In eo enim quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei.* In eo: id eſt, in hoc dono, vel facto, quod ei omnia ſubiecit, nec cœleſtia videtur excepiſſe, nec terreſtria: vt diceret, poſt angelicam creaturam, ſed ita concluſit, dicens: Omnia ſubiecit ei. *Nunc autem necdum videmus omnia ſubiecta eſſe ei.* Quid enim quod beatus Apoſtolus loquitur? Nam cum dixiſſet, omnia ſubiecta Chriſto, ſtatim ſubintulit, dicens: Nunc autem nondum videmus omnia ſubiecta ei. Si omnia ſunt ſubiecta ei, quomodo non ſubiecta? Intelligendum eſt ergo hoc modo, vt ſuperius, vbi dixit: Nihil dimiſit non ſubiectum ei, intelligamus vniuerſalem ſubiectionem, & voluntariam, ſcilicet per fidem, & neceſſariam, qua cogitur omnis creatura ſubiecta eſſe ſuo creatori. Hic vero, vbi dixit: Necdum videmus omnia ſubiecta ei: tantummodo de voluntaria ſubiectione accipere debemus, quæ per fidem conſtat; quia in eum credere nolunt. Quia enim tunc temporis, quando Apoſtolus iſta loquebatur, euangelica prædicatio necdum per totum mundum diuulgata erat, nec dumque omnes prædeſtinati ad vitam credebant, recte dicit nunc; Necdum ſunt ei omnia ſubiecta; & non ſolum tunc, ſed etiam adhuc omnes prædeſtinati non credunt. *Eum autem, qui modicum quam angeli minoratus eſt, videmus Ieſum, propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.* Hic aperte manifeſtat, quia gloria & honor Chriſti crux eius fuit, pro qua modicum minoratus eſt ab angelis, moriendo pro noſtra ſalute: vnde & Apoſtolus alibi cum dixiſſet: Factus eſt obediens patri vſque ad mortem, mortem autem crucis: ſtatim ſubſecutus eſt, dicens: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: Sic etiam ipſe dominus prouocabat eam, dicens: Vt glorificetur filius hominis. Si ille qui dominus eſt ea quæ pro ſeruis paſſus eſt gloriam vocat, multo magis tu homo quæ pro Deo pateris, tibi ad gloriam pertinere ſempiternam dubitare non debes. Eum, inquam, id eſt Ieſum, videmus coronatum, non oculis corporeis, ſed oculis mentis, dum ſedet in plenitudine paternæ maieſtatis. *Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* Gratia Dei patris appellatur filius, eo quod nobis à Deo patre gratis ſit datus, & quod gratis pro nobis mortem ſuſtinuit; non enim debebatur nobis noſtro merito, vt filius Dei pro nobis guſtaret mortem; ſed ineffabili gratia

Paulominus alij referunt ad tempus.

E F G H

A hoc fecit. Quod autem dicit, pro omnibus illum guſtaſſe mortem: quidam doctores ita abſolute intelligunt, vt dicatur, pro omnibus, pro quibus guſtauit: id eſt, pro electis, ad vitam æternam prædeſtinatis. At veró quidam ita generaliter accipiunt, vt dicatur, pro omnibus mortuus eſt; licet omnes non ſaluentur. Et quid ſi omnes non credunt? ille tamen quod ſuum erat, fecit. Vnde beatus Proſper hanc ponit ſimilitudinem: Eſt quilibet medicorum peritiſſimus, qui veniens in ciuitatem populoſam, vbi multi infirmi habentur, temperat potionem contra omnia genera infirmitatum, & conuocat omnes, dicens: Venite omnes populi, qui variis infirmitatibus laboratis, & bibite ex hac potione, quam cauſa ſalutis veſtræ præparaui: ſpondeo vobis cum conteſtatione, quod ſi quis biberit ex ea medelam ſtatim conſequi merebitur. qui credunt verbis illius, accedunt, bibunt & ſanantur: qui veró renuunt bibere, non ſanantur: ſed in ſua infirmitate contabeſcunt: quantum ergo ad medici deuotionem pertinet, pro omnium illorum ſalute potionem temperauit, licet non proſit, niſi his, qui
B ex ea biberunt: Ita & Chriſtus, quantum in ſe fuit, pro omnibus mortuus eſt, quamquam non proſit eius paſſio, niſi ſolummodó iis, qui in eum credere voluit. Simulque notandum, quia non dixit Apoſtolus Subiacuit morti, ſed proprie, Guſtauit mortem, per quod velocitatem reſurrectionis voluit oſtendere: breui etenim tempore morte teneri potuit, & ea deuicta confeſtim victor reſurrexit. *Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem ſalutis eorum conſummare per paſſionem.* Decebat (inquit) eum autorem ſcilicet & ſalutis eorum per paſſionem conſummare: id eſt, perficere omnium ſalutem per paſſionem Chriſti: qui eſt autor omnium ſalutis credentium, & qui ante paſſionem ſuam multos filios adoptiuos adduxerat in gloriam fidei, ſpei, & charitatis; qui certam ſpem habebant, gaudia patriæ cœleſtis, & hæreditatem æterni regis ſe poſſe percipere: vel certe per paſſionem decebat eum perficere omnia, quæ de illo prædicta erant. Vnde ipſe dixit pendens in cruce: Conſummatum eſt. Propter quem omnia; id eſt, per mortem eius reſtaurata ſunt omnia cœleſtia & terreſtria: homo
C ſcilicet redemptus & numerus angelorum redintegratus. Per quem omnia: ſubaudi, facta ſunt: iuxta quod Ioannes dicit: Omnia per ipſum facta ſunt. Vides quomodo eſt in medio noſtrum, nobiſque coniunctus: ipſe filius, & nos filij: ille proprius, nos adoptiui: ſed ille ſaluat, & nos ſaluamur: vides quomodo nos coniungit, & diſcernit: nam cum dicit, Multos filios adduxerat in gloriam: hic coniunxit. Cum vero addit, Autorem ſalutis eorum: hic diſcernit. *Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex vno omnes.* Quis eſt, qui ſanctificat? Chriſtus per fidem paſſionis ſuæ, & per donum baptiſmatis. Qui ſunt, qui ſanctificantur? Omnes qui credunt, qui ſanctificantur fide paſſionis Chriſti, & gratia baptiſmi. Sed qui ſanctificat Chriſtus, & nos qui ſanctificamur, ex vno Deo patre ſumus, quia ab illo omnia originem acceperunt: vnus eſt enim Deus à quo omnia. Sed aliter ille, aliter nos. Ille quaſi proprius filius poteſt ſanctificare: nos veró quaſi adoptiui ab illo ſanctificamur: attamen vnum habemus patrem in cœlis. Ille proprium, nos adoptiuum. *Propter quam cauſam.* Subaudi, quia & ipſe, & nos ex vno Deo patre ſumus, licet diſcrete. *Non confunditur fratres vocare eos.*
D Qui ſunt filij adoptiui *Dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Non erubeſcit fratres eos vocare, oſtendens non eſſe eandem fraternitatem noſtræ humanitatis: ſed in miſericordia eius multa, & humilitate maxima, qui nos fratres elegit. Hoc quoque prophetico affirmat teſtimonio, ne quaſi nouum putaretur, & non multum ante prædictum: ait enim: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. Id eſt, factam paſſionem, & glorioſam reſurrectionem promittit ſe gloriam diuinitatis paternæ, & nomen etiã eius, quo pater dicebatur, vulgaturum. Nuntiabo, dicit: id eſt, narrari faciam a prædicatoribus meis, vt mihi credatis: nam reſurgens à mortuis dicit mulieribus: Ite & nuntiate fratribus meis. Et ad Mariam: Vade ad fratres meos. Fratres autem dicuntur, & qui diligunt, & qui diliguntur. Adiecit vero: *In medio Eccleſiæ laudabo te.* In medio Eccleſiæ:

hoc eſt, in cœtu fidelium. Laudauit dominum patrem filius, quando apoſtolis reuerſis de prædicatione dixit: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, id eſt, laudo te, & glorifico: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ipſe quoque in medio Eccleſiæ laudat Deum patrem, dum fideles quique eius paſſione redempti, eiuſque baptiſmate abluti, indefeſſas laudes Deo patri referunt corde & opere. His autem tribus modis laudandus eſt Deus. *Et iterum: Ego ero fidens in eum.* Hoc eſt, in Deum patrem. Vox eſt filij Dei de Deo patre humanitatis loquentis: nam homo ſuſceptus à verbo totam confidentiam ſuam in Deum patrem poſitam habebat: vnde dicebat, Pater glorifica nomen tuum. Et pro fidelibus ſuis ſupplicans, aiebat: Pater volo, vt vbi ego ſum, & iſti ſint mecum. Quos etiam exhortans vt confidentiam haberent, præcepit: Confidite, ego vici mundum. *Et iterum: Ecce ego & pueri mei, quos mihi dedit Deus.* Hæc duo teſtimonia ſumpta ſunt ex oraculo Eſaiæ prophetæ loquentis in perſona filij Dei. Ij autem ſunt ſancti videlicet apoſtoli, quibus dominus ait: Pueri nunquid pulmentarium habetis? qui bene pueri vocantur, propter innocentiam & humilitatem, de quibus ipſa veritas dicit: Sinite paruulos venire ad me, talium eſt regnum cœlorum. *Quia ergo pueri communicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem.* Hoc de apoſtolis omnibuſque fidelibus dictum eſt, quod per hoc fratres fuerunt domini, quia verum corpus & ſanguinem habuit, ſicut illi habuerunt. In quo loco confunditur manifeſte cum ſuis Marcion, qui auſus eſt dicere, dominum noſtrum verum corpus non habuiſſe, cum Apoſtolus dicat, quia aſſumendo carnem particeps extitit illorum: ſicut enim illi pueri & nos carne & ſanguine conſtamus, ita & Chriſtus participauit carni & ſanguini homo factus: & ſicut communicauit Chriſtus noſtræ ſubſtantiæ per aſſumptionem hominis, ſic & nos participes eius ſumus per aſſumptionem corporis & ſanguinis eius. Quare autem communicauerit Chriſtus carni & ſanguini, in ſequentibus manifeſtat, cum ſubdit: *Vt per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium: id eſt, diabolum: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſeruituti.* Admirabile hic demonſtrat Apoſtolus, oſtendens diabolum per hoc deuictum à Chriſto, per quod poteſtatem in mundo tenebat: arma, quæ fuerunt illi quondam fortia aduerſum mundum: hoc eſt, mors, per eam Chriſtus illum percuſſit: ſicut Dauid abſtracto gladio Goliæ, in eo caput illius amputauit, in quo quondam victor ille ſolebat fieri. Quia ergo diabolus per mortem hominis in mundo principatum præſumpſerat, per mortem Chriſti temporalem vincebatur. Quapropter participauit Chriſtus carni & ſanguini, vt mori potuiſſet ad tempus: ſicque dum mortuus eſt, qui peccatum non fecerat, deſtruxit diabolum & mortem; quia ſemper mortuus eſt peccato, dum non peccauit: deſtructo autem diaboli imperio, liberauit electos ſuos, qui timore mortis per totam vitam ſuam, qua viuebant, in hoc mundo, obnoxij, id eſt, debiti & obſtricti erant ſeruituti mortis, & diaboli. In hoc enim timebant mortem, quia ſerui erant mortis, dum omnes morti ſubiacebant. *Nuſquam enim angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Quod ſuperius dixerat, pueros communicaſſe carni & ſanguini, & quod Chriſtus participauerit ei, exequitur amplius hunc ſenſum, volens oſtendere vnde participaret eis, & dicit: Nuſquam, id eſt, nullo loco, neque in cœlo, neque in terra angelicam creaturam aſſumpſit; ſed corpus humanum de ſemine Abrahæ aſſumpſit: Quibus verbis fauet illis blandiendo: quos enim illorum aſſumpſit? Quia ergo homo retinendus erat morte filij Dei, idcirco angelicam naturam non aſſumpſit, quæ mortem non poteſt pati; ſed humanam, in qua mori potuiſſet, nec eſt angelis tanta collata dignitas, vt in vna perſona eorum naturæ filius Dei coniungeretur; quam dignitatem & honorem humanæ naturæ diuina gratia contribuit, vt Deus & homo vna eſſet perſona. Et quare dixit, Apprehendit, quod pertinet ad fugientem? Quia nos quaſi recedentes à te, & longe fugientes inſecutus apprehendit. *Vnde debuit per omnia aſſimilari fratribus.* Pro hac (inquit)

Margin letters (right column): E, F, G, H

A quit, ratione, qua non aſſumpſit angelicam naturam ſed humanam de ſemine Abrahæ, debuit per omnia fratribus aſſimilari. Quid eſt, Per omnia? id eſt, educatus creuit, eſuriit, paſſus eſt, ac mortuus: per omnia iſta ſimilis eſt fratribus, quia conditione ſubiecti ſunt: Sed fortaſſe quæret aliquis: Quare homo ſit reparatus potius, quam angelus lapſus: Cui reſpondendum eſt, hominem non tantum deliquiſſe, quam diabolum: Ille enim diabolo ſuadente peccauit: diabolus vero nullo ſuadente, ſed ſuperbiendo corruit. Homo quoque, quia corpus habebat, manducare indigebat: diabolus vero, quia ſpiritus eſt, totus inexcuſabilis eſt. Fuit & tertia cauſa: videlicet homo necdum venerat ad locum, vbi æternaliter cum Deo regnaturus erat: ſed in paradiſo terreno morabatur, de quo transferendus erat in cœlum completo numero electorum: Diabolus autem in cælo iam erat collocatus. *Vt miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, & vt repropiciaret delicta populi.* Miſericors dicitur à miſero corde, videlicet qui miſericordiam ſuſtinet, & cognoſcit per experimentum

B miſereri. Itaque non fuit alia cauſa, illum per omnia fratribus aſſimilari, niſi vt miſericordiam nobis præſtaret nos redimendo, & fieret fidelis, verúſque, & potens pontifex, Deum patrem interpellando pro nobis, noſtriſque propitiaret peccatis. Hæc autem huius miſerandæ diſpenſationis cauſa fuit: vidit quippe humanum genus morti intentum, peccatorum vinculis ligatum, & miſertus eſt eius, ſicut fidelis pontifex, reconcilians nos Deo patri, & reconciliando purgans. Miniſterium etenim ſacerdotis atque pontificis eſt, fidelem eſſe, vt poſſit eos, quorum ſacerdos eſt, liberare à peccatis. Pontifex dicitur, eo quod pontem, id eſt, viam præbeat ſuis ſequentibus ſuo bono exemplo. Ita & dominus pontem fecit nobis, id eſt, vitæ viam oſtendit, dum diceret, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Pontem etiam nobis fecit, quoniam aperuit nobis ianuam patriæ cœleſtis, vbi modo conſiſtit, interpellans pro nobis Deum patrem. *In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus, potens eſt & eis, qui tentantur, auxiliari.* In eo, inquit, id eſt, homine: *Quo ipſe tentatus eſt.* Sed non ſuperatus & paſſus à miniſtris illius: potens eſt vinctos liberare, tentatoſque adiuuare ne vincantur: quia tentationes non ſo-

C lum ſicut Deus cognouit, ſed etiam ſicut homo experimento probauit. Ac propterea non ſolum per hoc quod Deus eſt, poteſt nobis miſereri, ſed inſuper per hoc quod homo eſt: quoniam eiuſdem poteſtatis eſt homo aſſumptus à verbo, cuius erat & idem verbo.

CAP. III. *Vnde fratres ſancti vocationis cœleſtis participes conſiderate apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtræ Ieſum, qui fidelis eſt ei, qui fecit illum: ſicut & Moyſes in omni domo illius.* Fratres eos vocat tam carne, quam ſpiritu: qui ex eodem genere erant, eandemque fidem habebant: Sanctos, qui ſanctificati fuerant fide paſſionis Chriſti, & aqua baptiſmatis: quia participes erant cœleſtis vocationis, hoc eſt, patriæ cœleſtis, ad quam omnes vocauit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Conſiderate, inquit, apoſtolum & pontificem fidei noſtræ Ieſum. Apoſtolos Græce, Latine dicitur miſſus: & dominus Ieſus apoſtolus fuit, quia gratis à Deo patre miſſus eſt, ſicut ipſe teſtatur, dicens: Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſrael. Et: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Vn-

D de egregius prædicator alio loco dicit: Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Pontifex autem confeſſionis noſtræ eſt, quia confeſſionem fidei noſtræ prætendit ante Deum patrem. Qui fidelis eſt eidem Deo patri, qui fecit illum: iuxta quod alibi dicitur: Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Non tantum autem de humanitatis eſſentia dictum, in qua ipſe fidelis fuit, Deo patri obediens vſque ad mortem. Nonne fidelis erat Deo patri, quando omnia quæ agebat, non ſuæ gloriæ reputabat, ſed patris? dicens: Pater in me manens, ipſe facit opera. Sicut & Moyſes, inquit, fidelis erat, vel fuit, in omni domo eius. Domum Dei hic, populum Dei debemus intelligere plebem ſcilicet Iſraeliticam, cui Moyſes præpoſitus eſt à Deo de qua domo dicit Eſaias: Vinea Sabaoth, domus eſt Iſrael. Et iterum hortando: Domus Iacob venite ambulemus in lumine Domini. In qua domo Moyſes fidelis

fuit: id eſt, deuotus, & bonæ voluntatis, deferens ea, quæ Dei erant, ſibique non vſurpans gloriam Dei. *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus habitus eſt: quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam.* Hoc in loco autem erit hypallage in ſenſu, aut ſatis neceſſaria ſubauditio ſupponetur hoc modo: Tanto maioris gloriæ Chriſtus præ Moyſe dignus inuentus eſt, quanto maiorem habet honorem, ſubaudi, dominus domus, qui fabricauit eandem domum. Siue: Tanto maioris gloriæ Chriſtus præ Moyſe dignus inuentus eſt, quanto maiorem honorem habet fabricator à domo, quam ipſe fabricauit. Redditque cauſam, quare maioris gloriæ ſit dominus, quam domus ab eo fabricata. *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus eſt.* Hic factorem à factura diſcernit, vtriuſque domus auctorem Deum eſſe intelligi volens, & populi videlicet. *Et Moyſes quid. m fidelis erat.* Hoc eſt, deuotus, & bonæ voluntatis. *In tota domo eius, tanquam famulus, in teſtimonium eorum.* Subaudi verborum. *Quæ dicenda erant. Chriſtus autem tanquam filius, in domo ſua.* Habitat, ordinans & diſponens illam. Quanta differentia eſt inter famulum, quem paterfamilias præponit domui ſuæ, & filium quem relinquit hæredem: tanta differentia & diſtantia inter Moyſen & Chriſtum. Moyſes autem fidelis & deuotus famulus fuit in domo Dei omnipotentis: hoc eſt, in plebe Iſraelitica, in teſtimonium eorum verborum, quæ per illum dicenda erant ad populum: quoniam teſtis erat verborum Dei ad populum, iterumque populi ad Deum. Chriſtus vero libere ordinat domum ſuam, tanquam filius hæreditatem paternam: de qua modo ſubiungit apoſtolus, dicens: *Quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus.* Hortatur iterum apoſtolus Hebræos fortiter ſtare in fide, & perſeuerare in bono opere, iungens ſe more ſolito illis: Domus, inquit, Dei ſumus, ſi fiduciam, id eſt, fidem rectá, & gloriam ſpei noſtræ firmam retinuerimus vſque ad finem mortis noſtræ, vel vſque ad diem iudicij. Gloria ſpei noſtræ eſt, qua gloriamur nos in ſpe iam eſſe filios Dei: & quomodo tenemus in ſpe, credimus nos poſſeſſuros eſſe in re. Bona enim quæ nobis promiſſa ſunt, in hac pœnali vita habere nequaquam poſſumus: quamobrem habentes fidem rectam, ſpem certam ſpectemus patienter præmia nobis à Domino promiſſa. ſequitur: *Quapropter ſicut dicit Spiritus ſanctus Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra:* & cætera, vſque: *Si introibunt in requiem meam.* De ſpe paulo ſuperius locutus fuerat beatus apoſtolus, quod oporteat ſperare ea, quæ futura ſunt: & deinde teſtimonium propheticum ſub comparatione, quomodo illi perierunt, qui deſperauerunt de potentia omnipotentis Dei: & quid promeruerunt pauci qui ſub ſpe certa promiſſis Dei crediderunt: quia ergo obſcure locutus eſt Apoſtolus, neceſſe eſt replicari hiſtoriam veteris teſtamenti, vt manifeſtior fiat oratio. Eductus populus Iſraeliticus de Ægyptiaca ſeruitute in ſignis & mirabilibus domini, cum multam viam deſertam perambulaſſent, paſti à domino manna, aqua de petra potati, eiuſque protectione tutati, conſilium inierunt omnes, mittere de ſingulis tribubus principes exploratores, qui deberent ſpeculari atque conſiderare terram ſibi à Domino conceſſam: qui pergentes luſtrauerunt terram: reuerſique ſunt poſt ſpatium quadraginta dierum ad multitudinem, renunciantes terram fertiliſſimam, magnorumque fructuum procreatricem: ſed habere vrbes inexpugnabiles, vtroſque fortiſſimos eſſe in ea, vtpote de ſtirpe Enach, id eſt, gygantum. Iſraelitæ vero ingrati & inſenſati, quos oportebat tantorum Dei beneficiorum reminiſci, quomodo eos clauſos in medio tanta exercitus multitudine Ægyptiorum eripuerit: de periculis etiam fluuiorum: fontes de petra ſine defectu donauerit: manna tribuerit: aliaque innumerabilia beneficia eis contulerit, necdum crediderunt, deſperantes de eius potentia: nec horum aliquid remorati ſunt; ſed timore deſperabili perterriti murmurando dixerunt; Vtinam non introducat nos Dominus in terram illam; reuertamur in Ægyptum. Deus igitur iratus, quod ſic cito obliti fuerunt operum ac mirabilium eius; iurauit quod non eſſet intratura generatio illa in requiem & patriam olim patribus

E

F

G

H

promiſ-

A promiſſam: ſicque illa ſexcenta millia, quæ egreſſa ſunt de Ægypto, perierunt, præter tantummodo Caleph, videlicet filium Iephonæ; & Ioſue filium Nun; qui ſeditionem populi compeſcere niſi ſunt, creduli promiſſioni Domini. Notandum autem, tres requies ab Apoſtolo in hac epiſtola commemorari: vnam ſabbati, quo requieuit Deus ab operibus ſuis: ſecundam in Palæſtinam, in quā ingreſſi Iſraelitæ, requieturi erant à miſeria & laboribus multis: tertiam quoque, quæ vera eſt requies, regnum videlicet cœlorum: ad quam quos peruenire contigerit, planiſſime requieſcent à laboribus & ærumnis huius ſeculi: de qua hic apoſtolus prophetando ſpiritaliter loquitur, dicens: Quapropter, ſubaudi, quia domus Dei ſumus, ſi fidem rectam & gloriam ſpei firmam tenuerimus, nolite obdurare corda veſtra: ne ſimilia patiamini, qualia progenitores veſtri paſſi ſunt, priuati requie promiſſa. Hortatur Apoſtolus Hebræos his verbis, vt non eſſent infideles & increduli, & perderent requiem æternam ſibi à Domino promiſſam, ſicut perdiderūt patres eorum requiem temporalem. *Nolite inquit, obdurare corda veſtra, ſicut* Obdurauerunt patres veſtri. *In exacerbatione.* Id eſt, amaricatione, quando me ad amaritudinem prouocauerunt. *Secundum diem tentationis eorum in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri.* Multis modis, dicentes: Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto? Et: Nunquid poterit nos introducere in terram patribus promiſſam? Quod autem dicit, Hodie, non loquitur Pſalmiſta ad illos, qui mortui ſunt in deſerto murmurando contra Deum, & increduli exiſtendo: ſed potius ad illos, qui de numero prædicationis tempore fuerunt, apoſtolorumque, & vſque ad finem ſeculi futuri ſunt. Hodie, inquit, id eſt, in die noui teſtamenti vel omni tempore, quamdiu dicitur hodie, nolite obdurare corda veſtra. hodie namque pro ſempiterno ponitur, donec mundus & vita præſens manet. ſequitur: *Probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis.* Quod dicit, Probauerunt opera & mirabilia mea: non eſt ita intelligendum, vt dicatur: probauerunt: id eſt, elegerunt cauſa gratiarum actionum: ſed potius probatio hæc ad curioſitatem eſt referenda & tentationem. Probauerunt, inquit, opera mea: hoc eſt, curioſitatis cauſa exquiſierunt tentantes, vtrum nam omnipotens eſſem. Sed quid factum eſt? Viderunt illa per quadraginta annos, & permanſerunt ingrati. Poteſt quod dicit, Quadraginta annis: & ad ſequentia coniungi. Quadragenarius autē numerus myſticus in diuina ſcriptura habetur. Quadraginta diebus dominus in deſerto ieiunauit, vt triumpharet de illo, per quem illi quadraginta annis murmurauerunt in deſerto contra Deum, conuiciantes que tot. A gloria victoriæ in paſſione & reſurrectione quadraginta diebus fuit cum diſcipulis ante, quam cœlorum altitudinem penetraret. Primis ergo quadraginta diebus tentationem huius peregrinationis oſtendit: poſterioribus quadraginta diebus conſolationem, qua conſolandi ſunt in patria: corpus enim eius, id eſt, eccleſia neceſſe eſt vt tentationes patiatur in præſenti ſeculo, vt poſtmodum peruenire poſſit ad gaudia patriæ cœleſtis: tamen & in præſenti non deeſt illi conſolator, qui dixit: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. ſequitur: *Propter quod.* Subaudi, quia tentauerunt me, cauſaque curioſitatis quadraginta annis opera mea probauerunt. *Offenſus fui generationi huic.* Plus eſt dici offenſum, ſiue infenſum, quam iratum: quoniam qui iraſcitur, facile poteſt ab ira reuocari: qui vero infenſus, ſiue offenſus, aut vix, aut nullo modo poteſt placari. Ita omnipotens Deus offenſus, id eſt, valde, & implacabiliter iratus fuit illis ſexcentis millibus, qui perierunt in deſerto. *Et dixi.* Ad Moyſen, & Aaron, vel etiam ad Ioſue. *Semper hi errant corde.* Multis modis caſtigauit eos omnipotēs Deus: ſed illi ſemper corde errauerunt, a via veritatis, & rectitudinis deuiantes: quicunque enim voluntati Dei non obſecundat, errat à rectitudine iuſtitiæ. *Ipſi vero non cognouerunt vias meas.* Non cognouerunt dicit, hoc eſt, non approbauerunt, nec elegerunt actiones meas, & præcepta mea. Vel, Non cognouerunt, quia noluerunt adhuc cognoſcere, vt & tenerent & obſeruarent illa. *Quibus iuraui in ira mea, ſi intr. bunt in requiem meam.* Si aliquando ponitur pro

B

C

D

E affirmatione, aliquando pro dubitatione, aliquando pro abnegatione, vt in præſenti loco pro non: & in Pſalmo dicente propheta: Si reddidi retribuentibus mihi mala: id eſt, non reddidi. Ordo verborum eſt: Non introibunt in requiem meam, ſicut iuraui in ira mea. Ira enim Dei vindicta illius eſt: loqui enim Dei magnum eſt: iurare vero nimis metuendum: cum enim omnis ſermo illius pro iuramento accipi debeat, quoniam verus eſt: dicitur aliquādo iurare ad exaggerandam vim rei, & vt terrorem incutiat audientibus. Sic dicitur & iraſci more humano, cum ſemper ipſe idem maneat, quatenus dum audimus illum iratum, metuamus peccare. Quod autem dixit, Non intrabunt in requiem meam: hic ſicut ſupra dictum eſt, geminam regulam debemus intelligere, vnam ſcilicet terræ promiſſionis promiſſam Abrahæ, quam illi perdiderunt propter infidelitatem ſuam: alteram veram vitam æternam, de qua Apoſtolus ſpiritaliter loquitur: in quam non intrabunt Iudæi in infidelitate manentes. *Videte fratres ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi a Deo viuo.* Hortatur iterum eos Apoſtolus blandiendo, vocans eos fratres, & dans conſilium, quomodo intrare poſſint in requiem. Fratres mei carne: fratres etiam fide, videte, id eſt, cauete, ſummaque diligentia attendite, ne forte ſit in aliquo veſtrum voluntas non bona, & cor malum incredulitatis diſcedendi a Deo viuo, ſicut fuit in illis, qui errauerunt in deſerto adorando idola, & pereatis ſicut illi perierunt. *Sed exhortamini vosmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Quia illis Iudæis ſcribebat, qui iam crediderant, & inter quos tales erant, qui alios in fide, ſpe, boniſque operibus exhortari poterant, ideo taliter loquitur Exhortamini, inquiens, vos inuicem, & corrigite vosmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur: id eſt, omni tempore præſentis vitæ, in quo eſt ſpatium pœnitendi: ſi quiſquam peccauerit, non deſperet de venia, quamdiu viuit: nec obduretur aliquis veſtrum fallacia peccati: id eſt, deſperatione, decipiente peccato infidelitatis. quaſi per pœnitentiam non poſſit promereri indulgentiam. Ille enim qui ſalutem poſteſſe non credit, ſolet plerumque in deſperationem ruere: redditque cauſam, quare nemo debeat deſperare de venia, dicens: *Participes enim Chriſti effecti ſumus.* Quid eſt participes Chriſti effecti ſumus? Chriſto participamur & iungimur, vtpote vnum & in illo exiſtentes: ſiquidem hoc participamur illi, quia ipſe caput noſtrum, & nos membra illius, cohæredes & concorporales illi ſecundum ſpiritalem hominem, qui creatus eſt in ipſo. In eo etiam participamur, quia corpus & ſanguinem eius ſumimus ad redemptionem noſtram, quapropter non eſt deſperandum. *Si tamen initium ſubſtantiæ eius vſque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* Contra Deum per infidelitatem. *Quemadmodum in illa exacerbatione.* Subaudi, obdurauerunt patres veſtri corda ſua. Initium ſubſtantiæ dicit fidem Chriſti, per quam ſubſiſtimus, & renati ſumus: quia ipſa eſt fundamentum omnium virtutum. Et bene ſubſtantiam eam vocat, quia ſicut corpus anima ſubſiſtit, & viuificatur: ita anima fide ſubſiſtit in Deo, & viuit hac fide, ſine qua nihil eſt: vnde dicitur per prophetam, Iuſtus autem meus ex fide viuit. Et idem egregius prædicatur, Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Subſtantia autem Chriſti appellatur fides, vel quia ab illo datur, vel certe, quia ipſe per eam habitat in cordibus fidelium: iuxta quod idem apoſtolus alias dicit, optando in interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Tunc ergo veraciter Chriſti participes ſumus, ſi fidem eius vſque ad finem mortis noſtræ, vel vſque ad diem iudicij firmam retinuerimus, omni videlicet tempore quamdiu dicitur per prophetam, Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *Quidam enim audientes exacerbauerunt; ſed non omnes qui profecti ſunt ab Ægypto per Moyſen.* Illius hiſtoriæ tacite mentionem facit, quando reuerſi ex exploratoribus dixerunt murmurando: Vtinam non introducat nos Dominus in terram illam. Ioſue autem & Caleph glorificauerunt Deum, dicentes ad omnem multitudinem: Potens eſt Dominus in fide. Ideoque nihil eis

F

G

H

pro-

A profuit, quod audierunt, quoniam in eam intrare non meruerunt.

Cap. VI.

*

Poſt hæc verba exhortationis ſubiungens Apoſtolus, & dicens: *Ingrediemur enim in requiem eius, qui credidimus, quemadmodum dixit: Sicut iuraui in ira mea ſi introibunt in requiē meam.* Iſto in loco ad completionem ſenſus neceſſe eſt adijcere aliquid. Ingrediamur, inquit, in requiem patriæ cœleſtis à Deo nobis promiſſam, ne forte dicatur nobis, ſi fuerimus increduli, quēadmodum illis, qui non introierunt, Si introibunt: id eſt, non introibunt in requiem meam. Quib. verbis hortatur omnes intrare in requiem domini, ne forte ob infidelitatem nobis dicatur, quod illis dictum eſt: nam ſicut certum eſt, quod increduli non introibunt: ſic certum fixumque habetur, quod credentes introibunt. *Et quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis.* Id eſt, ornatu mundi perfecto. *Dixit n. in quodam loco de die ſeptima ſic: Et requieuit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis.* In Geneſi dixit Deus per Moyſen iſtud. His verbis vult Apoſtolus oſtendere aliam eſſe requiem ad quam vocati ſumus, quam fuerat illa in Pa-
B læſtina, ad quam Iudæi vocati ſunt. Non dicit nos intraturos in illam quæ fuit in Palæſtina: ſed oſtendit illos non intraſſe propter duritiam cordis ſui, nec in Palæſtinam, nec in requiem cœleſtem: dicit ergo de prima requie ſic: Requieuit dominus die ſeptima ab omnibus operib. ſuis. Requieuit quidem à conditione nouarum creaturarum: ſed non requieuit à gubernatione eorum, quæ fecerat, & vt quotidie ex ipſis etiam nunc producat: vnde veritas in euangelio Iudæis dicit, Pater meus vſq; modo operatur, & ego operor: non n. plus fuit Deum mundum ex nihilo creare, quam factum gubernare. Præmiſſa ergo prima requie ſeptimæ diei, in qua requieuit Deus, ſubiunxit ſecundam, quæ promiſſa eſt populo Dei dicens: De illa quidem quodam loco ita dixit Deus per Moyſen. *Et in iſto.* Subauditur, loco. *Rurſum dicit, Si introibunt in requiem meam.* Si, vero coniunctio, ſicut iam ſupra dictum eſt, pro affirmatione, pro dubitatione, vel pro abnegatione accipi poteſt: ſuperius namq; pro negatione duob. in locis poſita eſt: vbi ait iuraſſe Deum propter incredulitatem illorum. Si introibunt in requiem meam: hoc eſt, non
C introibunt: hic vero pro affirmatione poteſt accipi, ſub alio ſenſu, ſicut Ioan. Chryſoſt. aliiq; doctores exponunt, quaſi diceret, Si introibunt in requiem meam, ſubintelligitur, bona habebunt: & hoc de requie, quæ fuit in Palæſtina accipe: Vnde protinus addit: *Quoniam ergo ſupereſt quoſdā introire in eam, & ij quibus prioribus annunciatum eſt, non introierunt, propter incredulitatem.* Quia pauci intrauerunt in eam requiem, quæ fuit in Palæſtina: id eſt, duo tantum, Caleph & Ioſue, ex omnib. illis, qui de Ægypto exierunt: ideo dicit: Quoniam ſupereſt, vel reſtat quoſdam introire in requiē terræ repromiſſionis: & hi, id eſt, ſexcenta milia, quibus prioribus annunciatum eſt non intrauerunt in eam, ſed cadauera eorum proſtrata ſunt in deſerto. *Iterum terminat diem quendam hodie in Dauid dicendo: poſt tātum temporis, ſicut ſupra dictum eſt: hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* Ordo verborum eſt, poſt tantum temporis, quod illi murmurauerunt, & mortui ſunt in deſerto: terminat, hoc eſt, ſtatuit & definit ſpiritus ſanctus iterum quendam diem, tēpus videlicet noui teſtamenti dicendo per Dauid, Hodie, &c. Vbi Apoſtolus ex perſona prophetæ loquitur, Hodie ſi vocem eius au-
D dieritis: quaſi diceret aliis verbis, O Iudæi, conciues mei, nolite putare, quod iſtud quod Dauid dixit: Hodie ſi vocē eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ad illud pertineat, quod illi murmurauerunt in deſerto: vel quod cauſa ſalutis illorum dixerit, qui iam mortui erant, quoniam ad aliud tempus pertinet, videlicet ad tempus noui teſtamenti: à die n. murmurationis eorum in deſerto multum tempus eſt vſque ad Dauid, & vſque ad nos, quibus Dauid iſta loquebatur: ſimulque conſiderandum, diem pro tempore dominici aduentus, nouique teſtamenti accipiendū. Et quod dixit: In Dauid: tale eſt, quaſi per Dauid, mutans præpoſitionem more ſuo. Poteſt & ita intelligi, quod dixit: Terminat quandam diem: hoc eſt, terminum & finē poſuit ſpiritus ſanctus præterito temporis, quod fuit à die murmurationis eorum: & dat initium alteri tempori, dicēdo per Dauid, Hodie. ſequitur: *Nam ſi eis Ieſus.* Filius Naue, ductor po-
E puli Iſraelitici. *Præſtitiſſet requiem.* Subaudi, veram. *Nunquam de alia loqueretur.* Dauid. *Poſt hac die.* Id eſt, deinceps, poſtquā illam adepti ſunt. Hic oſtendit tertiam quandam requiem, de qua Dauid dixit, Hodie, &c. non illam ſignificans, ad quā Ieſus filius Naue populum introduxit, ſed aliam quandam multo excellentiorem, ad quam non typicus Ieſus, ſed verus introducit quotidie eos, qui ſunt eius: ſi n. Ieſus filius Naue veram præſtitiſſet requiem populo cuius ductor extitit, nequaquam de alia requie loqueretur Dauid poſtea. Certum eſt ergo quaſi futurum eſt quoſdam accipere requiem, quæ per illam ſignificata eſt, quæ fuit in Palæſtina. *Itaque.* Subaudi, quia Ieſus filius Naue non præſtitit veram requiem populo, cui præerat. *Relinquitur.* Id eſt, reſeruatur in futurum. *Sabbatiſmus populo Dei.* Credendi veraciter, reſeruatur in futurum vita ſcilicet æterna, quæ præcellit ſabbatū legis: quoniam in illo requieſcebant tantum corpora: in iſta autem animæ populi Dei. Vnde & ſequitur: *Qui n. ingreſſus eſt in requiem eius.* Dei omnipotentis, qui eſt vita æterna. *Etiā ipſe requieuit ab operibus ſuis.* Terrenis, omnibuſq; laborib. *Sicut & à ſuis Deus.* Requieuit die ſeptima. Requies Dei perfectio operum illius intelligenda eſt, videlicet dum ſexta die finita primordiali rerum creatione, in ſeptimo ceſſauit à creatione nouarum naturarum: per illam vero requiem Dei, quæ non eſt æterna, ſtudioſe prouocat nos, vt ad requiem æternæ beatitudinis illam, quam ſabbatiſmum appellat, totis ni- F
ſibus anhelemus. Quiſquis ergo iſtud Dei ſabbatum intrauerit, requieſcit perpetuo ab omni labore & opere: ſicut Deus requieſcit à creatione nouarum rerum. *Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in ipſum quis incidat incredulitatis exemplum.* Magna quidem res & ſalutaris eſt fides, quoniam ſine hac non eſt ſaluari poſſibile alicui, ſicut ſcriptum eſt, Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Sed ad ſalutem non ſufficit ſola fides: neceſſarium eſt n. operari per dilectionem fidei & conuerſari digne Deo: quia fides ſine operib. mortua eſt. Conſiderans proinde apoſtolus fidelitatem perpetuæ vitæ, hortatur dicens: Feſtinemus fide recta, operatione ſancta introire in illam requiem patriæ cœleſtis nobis promiſſam, ne aliquis veſtrum incidat in idipſum exemplum incredulitatis & deſperationis, in quod illi ciciderunt. Feſtinemus, inquit, quoniam non ſufficit ſola fides, ſed debet addi & vita fidei condigna: ſufficienter n. exemplo parentum noſtrorum docemur, ne in idipſum incidentes, in quo illi ceciderunt, talia patiamur, qualia & illi paſſi ſunt. *Viuus eſt n. ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Apoſtolo dicente & hortante, feſtinemus ingredi in requiem patriæ cœleſtis fide & operatione, ne aliquis noſtrum inci- G
dat in idipſum infidelitatis exemplum, in quod illi ceciderunt: & non veniant nobis talia, qualia illis venerunt, qui proſtrati ſunt in deſerto poterant illi Iudæi reſpondere: Nequaquam nobis talia euenient, quia non habemus prophetas & iudices, per quorum ora nobis loquatur dominus, ſicut illi habuerunt: ideoque quicquid egerimus, excuſabiles erimus. Ad hæc Apoſtolus volens oſtendere eundem nos habere iudicem, quem illi habuerunt, qui illos propter incredulitatem damnauit, dixit, Nō eſt ita: viuus eſt n. ſermo Dei & efficax. Sermo Dei patris & verbum filius eſt: qui potentialiter interfecit illa ſexcenta millia in deſerto ob illorum infidelitatem, & quia ei noluerunt credere. Hic eſt ſermo, qui nunquam moritur, ſed ſemper idem manet iuxta quod Pſalmiſta dicit: Tu autem idem ipſe es & anni tui nō deficient. Hic eſt ſermo, qui de ſeipſo dicit, Si quis ſermonē meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum: Si n. illi ſermonem Dei ſeruaſſent recte credendo & bene viuendo, viuerent temporali, & æterna vita, terramque repromiſ- H
ſionis intrarent. Similiter & nos, ſi ſeruauerimus ſermonem eius, viuemus: requiemq; cœleſtem intrabimus. Iſte ſermo Dei patris, qui ſemper viuit cum Deo patre, & per quem omnia pater iudicat, efficax eſt, hoc eſt, ad operandum facilis: quia ſine difficultate operatur: Ipſe n. dixit, & facta ſunt, & omnia quæcunq; voluit, fecit. Penetrabilior quoque eſt omni gladio ancipiti: hoc eſt, ex vtraq; parte acuto, quia gladius materialis vtraq; parte acutus, membra poteſt diuidere à corpore, & penetrare ſecreta carnis, adeo vt animam à corpore faciat exire, ipſum quoq; corpus in mortem redigat: ſed tamen ipſam animam non poteſt diuidere minora-

A tum, neq; ſecreta ei⁹ penetrare: Vnde dominus dicit: Nolite timere eos, q̃ occidũt corpus, quia animam nõ poſſunt occidere. Sequitur. *Et pertingẽs.* Idẽ ſermo Dei. *Vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, cõpagũ quoq; ac medullarum, & diſcretor cogitationũ & intẽtionum cordis.* Anima viuimus, ſpiritu rationabiliter intelligimus: vita nobis carnalis cum beſtiis cõmunis eſt, ratio ſpiritalis cum angelis: & ſunt quędam peccata, quę pertinent ſpecialius ad corpus, vt eſt odium, ira, dolus, inuidia, cæteraq; huiuſmodi, quæ ſine actu corporis non cõſtant: & quia corpus anima viuificatur, nõ incõgrue per animam poſſumus intelligere peccata corporalia per ſpiritũ vero peccata ſpiritalia, quæ in ſecreto mentis verſantur. Iterum per compages debemus intelligere cogitationes, quæ ſibi inuicem compaginantur, dum vna alterã ſubſequitur: per medullas vero, ſubtiles intentiones. Et hoc eſt, q̃ ſubiũgit. Diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Sermo ergo Dei patris in tantum eſt efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, vt diſcernat inter opera carnis, & opera ſpiritus: inter carnalia peccata, & ſpiritalia: & inter cogitationes bonas malaſue: & intentiones bonas, & malas: poteſt B enim cogitatio vtcunque bona eſſe, & intentio mala: v.g. vt ſub comparatione loquamur: Eſt quædam vidua, cuius poſſeſſio hæreditaria à fortiore inuaditur: accedens autem ad iudicem legiſq; doctorem, deprecatur quatenus ſuſcipiat eius cauſam, ſitq; ei in auxilium, qualiter obtinere poſſit hæreditatem ſibi abſtractam, promittens ei aut centum ſolidos, aut etiam non modicam partem eiuſdem hæreditatis: qui ingrediens eccleſiam Dei proſternit ſe in faciem orans & dicens: Deus æterne, qui omnia iuſte iudicas, &, qui dixiſti, Iudicate pupillo, defendite viduam: præbe mihi auxilium hodie, quatenus cauſam huius viduæ obtinere poſſim. Hæc dicens, cogitatio quidẽ & verba bona ſunt, ſed intentio nequam: quoniam niſi illi vidua aliquid promiſiſſet, quod ille ſperaret ſe accepturum, nequaquam cauſam illius ſuſcepiſſet. Hanc ſubtilitatem cogitationum, & intentionũ cordis diſcernit & diiudicat ſermo Dei, conſiderans quo animo, vel quo deſiderio quiſque ſeruiat in corde: tantum penetrabilis eſt eius intuitus, vt omnia noſtra quæ agimus, vel cogitamus, certius ab illo, quam à nobis ipſis cognoſcã- C tur. Illum ergo habeamus in teſtimonium actuum noſtrorum, cogitationumq; vel intentionum noſtrarum, quem iudicem habituri ſumus: timeamus eius præſentiam, cuius ſcientiam nullaten⁹ effugere valeamus: vnde ſequitur: *Et nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius.* Hoc eſt, præſentiæ illius: Quomodo ergo poteſt aliqua res illi incognita eſſe, à quo omnia facta ſunt? Nec mirum ſi totus vbiq; totam ſuam agnoſcat creaturam: hinc maxime terruit Apoſtolus Iudęos dicens: Omnia autem nuda & aperta ſunt oculis eius. *Ad quem nobis ſermo.* Ad quem filium. Niſi quia ipſi reddituri ſumus rationem actuum noſtrorũ, ſimulq; cogitationum & intẽtionũ. *Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos Ieſum filium Dei, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem.* Id eſt, fidem nominis eius. Paululum in ſuperioribus de diuinitate filij Dei diſſerens, dixit: Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius: Nunc autem, quia de carne loquitur, & de pontificatu diſputat illius, qui ſemetipſum obtulit in ara crucis cauſa noſtræ ſalutis: ipſe enim pontifex ſiue ſacerdos: ipſe & ſacrificiũ. Pontifex nanq; dicitur, eo quod pontem & viam præbeat populo: & ipſe dominus viam rectitudinis nobis exhibuit, per quam ambulare debemus, dicens: Diſcite à me, quia mitis D ſum, & humilis corde. Et pontem ad patriam cœleſtem perueniendi præſtitit ſanguine paſſionis ſuæ cum aqua baptiſmatis: vel quia ipſe primus cœlos penetrauit. Ergo Moyſes ductor populi, cui promiſſa eſt requies tranſitoria, non intrauit in requiem populo ſibi credito promiſſam: vnde & magnum pontificem eum appellat, qui habet æternum ſacerdotium: ſemper viuens, ad interpellandum pro nobis: ſic enim dixit de illo angelus ad Mariam: Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur: oſtendens illum eſſe filium Dei: dixit Ieſum filium Dei, quod nuſquam de Moyſe dicere voluit, ſed potius eum famulum eius dixit. Sequitur: *Non enim habemus pontificem, qui non poſſit compati.* Siue condolere. *In infirmitatibus noſtris.* Hoc eſt dicere, Non ignorat quæ noſtra ſunt: venit enim per viam humanæ conditionis per omnia ſine peccato: quapropter non ſolum quia Deus E eſt, & omnia nouit, cognoſcit infirmitatem fragilitatis noſtræ, & poteſt miſereri: verũ etiã per hoc quod particeps factus eſt fragilitatis carnis abſq; peccato, & cognoſcit, & indulgere valet. Multi pontifices ignorãt eos, qui in tribulatione ſunt cõſtituti, neq; quæ ſit tribulatio in quolibet ſciũt: impoſſibile eſt afflictiones afflictorum noſſe ei, qui experimentum afflictionis non habuit, & ſenſibiliter omnia non ſuſtinuit. Pontifex autem noſter competenter omnia ſuſtinuit, quæ fuerunt illata humanæ miſeriæ poſt peccatũ primi hominis: & tunc interiora velaminis ad thronum paternæ maieſtatis aſcendit, vnde & ſequitur: *Tentatum.* Subaudi, habemus pontificem. *Per omnia.* Tentamenta. *Pro ſimilitudine carnis peccati abſq; peccato.* Tentatus eſt Chriſtus multis modis per omnia tentamenta, ſed non eſt ſuperatus tentationibus, quin potius probatus victor extitit. Tentamenta autem, quibus tentatus eſt, hæc fuerunt: eſuries, ſitis, tentatio diaboli, perſecutio Iudæorum, ſputa, accuſationes, calumniæ, repulſio à propria gente, ad vltimum crucifixio, & mors. Tentatus eſt his modis ſiquidem in ſimilitudine car- F nis abſq; peccato: ſed cum veritate Chriſtus veram carnem habuiſſet, quare dicit pro ſimilitudine carnis illum eſſe tẽtatum? In hoc enim quia homo factus eſt, veram carnẽ habuit: in hoc vero, quia carnem peccati non habuit, ſed abſq; peccato, ſimilitudinem noſtræ carnis habuit, quæ eſt caro peccati: nam peccatum non habuit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quod ſi peccatum habere potuiſſet, haberet vtiq; iam non ſimilitudinẽ carnis peccati ſed in veritate carnem peccati: caro n. noſtra caro peccati eſt: quia cum peccatis concipimur, cum peccato naſcimur. Illius autem caro non fuit peccati, ſed mundiciæ, & caſtitatis, atq; innocẽtiæ: quapropter non eſt tentatus in carne peccati, vt peccatum faceret: ſed in ſimilitudine carnis peccati, vt abſq; peccato maneret. *Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Quia pontificem habemus, qui ſcit compati infirmitatibus noſtris, per hoc quod omnia ſimilia ſuſtinuit: & poteſt adiuuare, per hoc quod Deus eſt, qui iam penetrauit propria virtute cœlorum altitudinem. Hortatur Apoſtolus accedere nos ad thronum eius cum fiducia, & dicit: Adeamus G mente & contemplatione: per fidem quoq; bonis operibus exornatam. Ad thronum gratiæ: hoc eſt, ad fidem filij Dei, qui nobis datus eſt à Deo patre, & qui ſedet in plenitudine paternæq; maieſtatis, gratis poteſt nobis dimittere peccata noſtra: gratia nanque Dei filius illius appellatur nobis gratis donatus. Iuxta quod idem Apoſtolus in hac ipſa epiſtola manifeſte dicit: Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortẽ. Et quare debeamus accedere ad thronum eius fide & deuotione ſubdit, inquiens: Vt miſericordiam conſequamur: id eſt, remiſſionem peccatorum: & gratiam, donorum ſpiritus ſancti, ſiue indulgẽtiam: inueniamus in auxilio opportuno, id eſt, in præſenti ſeculo: nunc enim opportunum eſt tempus auxilij & miſericordiæ illius: de quo Apoſtolus alias dicit: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Et de quo propheta: Tempore (inquit) accepto exaudiui te. Quẽ enim in præſenti ſeculo miſericordiã ſuã præſtitit dimittendo ei peccata, & gratia donorũ ſpiritalium recipiet illum, vtiq; in futuro regno ſecum regnare permittit: & quia pontifex noſter eſt, ſedens in throno gloriæ paternæ, omnia tribuit, quæ nobis ad ſalutem ventura certiſſimum eſt.

H CAP. V.

Omnis nanq; pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ad Deũ pertinẽt, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui poſſit condolere ijs, qui ignorãt & errant: quoniã & ipſe circundatus eſt infirmitate: & propterea debet quemadmodum & pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. In his verbis quædam ponit Apoſtolus communis Chriſto, & ſacerdotibus legis veteris: nam quod ait, Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus: ſicut Aaron & Chriſtus pro hominibus: conſtituitur in his officijs quæ ad Deum pertinent, orando pro illorum ſalute: hoc commune eſt Chriſto & illis ſacerdotibus pontificis enim eſt officium inter Deum ſtare & populum: Deum deprecari pro populi delictis. Hoc Chriſtus, per hoc quod homo & Deus eſt, fecit, ſeipſum offerens pro peccatis noſtris, ſemper viuens ad interpellandum Deum patrem pro nobis. Secundum quidẽ ex homini-

A bus aſſumptus, ſemper pro omnibus interpellat. Iterum quod dicit: Vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis ex parte cõmune eſt. & ex parte minime, atque diſſimile: nam in hoc, quia Chriſtus ſacrificium obtulit pro populi delictis, quod & illi agebant, communio eſt: ſed in hoc, quod ille pro ſe non obtulit, ſicut illi pro ſuis delictis offerebant ſacrificia, boues ſcilicet, arietes, hircos & cætera talia: Chriſtus vero rationale animal pro totius mundi ſalute. hoc eſt, ſeipſum, qui eſt agnus, iuxta quod Ioannes dicit: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi, & reliqua quæ ſequũtur. iam non ſunt communia: etenim qood dicit: Qui poſſit condolere his qui ignorant, & errant, quoniã & ipſe circundatus eſt infirmitate carnis, in qua tentari potuit per omnia ſimilitudine carnis peccati abſq; peccato. Hic iam excellẽtia eſt, pertinens ad Chriſtum, de qua paulo ſuperius plenius diſſeruimus: per hoc enim quod ſimilia paſſus eſt, poteſt cõpati: & per hoc, quod Deus eſt in vtraq; ſubſtantia, potens eſt miſereri. Quod vero adiunxit, Et propterea debet qoẽadmodũ & pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre ꝓ peccatis: hoc ad ſacerdotes legales, ſiue noſtri temporis B magis pertinet, quam ad Chriſtum, qui pecatum non fecit. Poteſt & illud quod dixit, Quoniam & circundatus eſt infirmitate, referri ad ſacerdotes legis, ſiue noſtros, Ita vt infirmitas accipiatur pro peccato: & quia ipſi circundati ſunt infirmitate carnis. hoc eſt peccato: indigent vt populo ita & pro ſe offerre. His verbis oſtendere voluit Apoſtolus, quid ſit ille pontifex, & demonſtrare, quæ pertineant ad pontificem, & quod ſit eius miniſterium, & quę ſint ſigna pontificatus, videlicet vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, ſciens condolere his qui ignoranter errant: ac deinde diſputare aggreſſus eſt, quomodo quis ad ſacerdotium accedere debeat, dicens: *Nec quiſquam ſumit ſibi honorẽ* Sacerdotii. *Sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Subaudi vocatus eſt ſigno florentis virgæ. ſiue ſigno incendii illorum, qui eius pontificatui inuidentes dignitatẽ ſacerdotii affectando inuadere moliebantur. His enim duobus ſignis oſtẽſis, demonſtratus eſt ſacerdos à Deo electus. Confundit autẽ ac percutit beatus Apoſtolus ſacerdotes cupidos honoris, ac ſacerdotii auidos, qui ſponte ſe immittunt & ingerunt ad miniſterium ſacerdotale, non vocatione Dei vel volunta- C te, ſed potius interuentu munerum: quia nõ pro populi ſalute, ſed pro ambitione ſeculi hoc agunt. *Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret: ſed ille qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Glorifico, honorifico, clarifico, tria quidẽ ſunt verba vnum ſenſum habẽtia, quod Græce pro Latino poſitum habetur δοξάζω: nam quod in euangelio euangeliſta dixit dominum dixiſſe: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: hic Apoſtolus glorificationẽ nominauit. Chriſtus ergo ſemetipſum non glorificauit, ſiue clarificauit, vt à ſemetipſo pontifex fieret, pontificatuſq; honorẽ haberet: quia non erat à ſemetipſo: & hoc eſt quod ipſe dominus in euangelio dicit: Non veni à meipſo: ſed ille me miſit. Et iterum: Gloriam meã non quæro. Et: Eſt pater meus qui glorificat me. Sicut ergo à ſemetipſo non venit quia à ſeipſo non erat, ſuamq; gloriam non quærebat: ita non ſeipſum clarificauit, vt pontificatus honorẽ à ſeipſo haberet: ſed à patre clarificatus eſt ad eum die baptiſmatis dicente: Hic eſt filius meus dilectus. Quæ glorificatio, ſiue clarificatio multo ante per prophetã ſpiritu ſancto inſpirãte prædicta eſt, loquente in perſona filii Dei, & dicente: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego ho- D die genui te. Et quia omnipotenti Deo omnia futura quaſi iam præterita aut præſentia ſunt quod ei poſt bapotiſmũ dicturus erat, quaſi iam dictum habebat: quapropter præterito tempore vſus eſt inquiens: Dominos dixit ad me: Nomine autẽ domini Deum patrem intelligere debemus, & vt in Chriſto vnam perſonam eſſe credamus, adiecit: Ego hodie genui te: hoc eſt dicere, quod proprie Deo competit. Sequitur: *Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech* Ex ſuperiori verſiculo iſta pendẽt, vbi dicit Apoſtolus: Quia Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret: ſed Deus pater, qui locutus eſt ei, Filius meus es tu ipſe clarificauit eum. Quemadmodũ & in alio loco pſalmi dicitur ad filiũ: Tu es ſacerdos in æternum, &c. Conſiderandum autem, Chriſtum

non eſſe ſacerdotem ſecundum id quod genitus eſt à Deo E patre ante omnia ſecula, coęternus gignenti & conſubſtantialis, verus Deus manens apud patrem: ſed ſecundum hoc, quod natus eſt ex vtero virginali, in fine temporum homo factus non, propter victimam quam pro nobis obtulit, à nobis acceptam carnem videlicet & ſanguinem ſuum. Sed quare ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſecundum ordinẽ Aron dicatur exiſtere ſacerdos, diuerſę cauſę exiſtunt: & prima quidem eſt, quia Melchiſedech ſecundum legalia mandata non fuit ſacerdos, ſed ſecundum cuiuſdã ſingularis ſacerdotij dignitatem panem offerens Deo, non brutorum animalium ſanguinẽ: in cuius ordine ſacerdotij Chriſtus factus eſt ſacerdos, non temporalis, ſed æternus: nec offerens victimas legales, ſed inſtar illius panem & vinum, carnem videlicet & ſanguinẽ ſuum, vnde dixit: Caro (inquiens) mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Iſta quoq; duo munera panem videlicet & vinum cõmiſit eccleſiæ ſuę in memoria ſui offerenda: vnde patet ſacrificium pecudum periſſe, quod fuit ordinis Aaron: & illud manere potius, quod fuit ordinis Melchiſedech: quia Chriſtus corroborauit, & eccleſiam tenere docuit. Secunda cauſa eſt, quia Melchiſedech rex & ſacerdos fuit, vnctuſq; fuit non oleo F viſibili, ſicut ſacerdotes legis, ſed oleo ſpiritus ſãcti & Chriſtus hac gemina dignitate inſignitus manet: nam quod regiam dignitatẽ poſſideat, ipſe manifeſte dicit: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo: id eſt, à Deo patre. Et poſt reſurrectionem ſuã dicit: Data eſt (inquit) mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Pſalmiſta quoq; dicit ad Deum patrem: Deus iudicium tuũ regi da. Quod vero ſicut ſacerdos exiſtat, ſatis patet quoniam ſeipſum obtulit in ara crucis pro nobis, & nunc interpellat Deum patrem pro noſtra ſalute: quodque etiam vnctus ſit, non oleo viſibili, ſed plenitudine ſpiritus ſancti, Pſalmiſta nobis innuit dicẽs ad ipſum: O Deus vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis: hoc eſt, plenitudine ſpiritus ſancti. Tertia quoq; cauſa eſt, quare ſecundom ordinem Melchiſedech, & non ſecudum Aaron Chriſtus dicatur ſacerdos: videlicet, quia ſicut de Melchiſedech ſemel legitur in diuina ſcriptura, & de eius ſacerdotio: ita Chriſtus ſemel ſeipſum obtulit immolandũ pro nobis. Sequitur: *Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſq; ad Deũ, qui poſſit illum ſaluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis offerens.* Ad Deum id eſt, ad Deum patrẽ. Dies carnis do- G mini noſtri, dies ſunt in quibus carnem ſumpſit, in quibus natus eſt & paſſus, & in quib. mortale corpus inhabitauit: omnia autẽ quæ ipſe egit in carne, preces ſupplicationeſq; fuerunt pro peccatis generis humani: ſacri vero ſanguinis eius effuſio clamor validus: in quo, *Exauditus eſt.* A Deo patre. *Pro ſua reuerentia.* Hoc eſt, propter voluntariam obedientiã & perfectiſſimam charitatem. Nõne cum lachrymis preces fundebat, dicens: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Et, Pater transfer calicem iſtum à me? Et quia voluntarie fuit obediens Deo patri vſq; ad mortem, exaudiuit illum, die tertia reſuſcitando: iuxta quod Pſalmiſta dicit: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. Dicitur autem fudiſſe preces, ſupplicationeſq;, non timore mortis quam ſponte ſuſcipiebat: ſed potius cauſa noſtræ ſalutis voluntatẽ paternę diſpenſationis prępoſuit voluntati carnis ſuæ: vt verã oſtenderet in ſeipſo naturã humanitatis noſtræ. Notandum autem, quia reuerentia ſecundum ſententiam Caſſiodori accipitur aliquando pro amore, aliquando pro timore: hic vero pro ſumma potius charitate, qua filius Dei nos dilexit: & pro ſumma obedientia, qua fuit obediens patri vſque ad mortem. *Et quidẽ cum eſſet filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt* H *obedientiam: & conſummatus factus eſt omnib. obtemperãtibus ſibi cauſa ſalutis æternæ: appellatus a Deo pontifex iuxta ordinẽ Melchiſedech.* Cum eſſet (inquit) filius in veritate, dedit obedientiam ex his opprobriis & tormentis, quæ paſſus eſt: hoc eſt, voluntariã exhibuit patri obedientiã ex parte humanitatis: hanc obediẽtiam quam hic dediſſe filium Dei dicit Apoſtolus, hoc eſt, voluntarie ſuſcepiſſe, alio loco oſtendit, vbi ait: Cũ in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiens: factuſq; obediẽs patri vſq; ad mortem. In eo vero quod ait: Et conſummatus, id eſt, perfectus in ſacerdotio omniq; obedientia factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ: quantum lucrum ſit oſtendit eius paſſio e-

A ruīſq; obedientia, qui omnibus credentibus ſufficit ad vitā æternam. Sequitur. *De quo.* Non de Melchiſedech, ſed de Chriſto. *Nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum.* Non incarnationis culpa cū reuelata ſunt myſteria à ſeculis abſcondita: ſed potius illorum tarditate: quia imbecilles, id eſt infirmi in fide, & fragiles ſenſu ad intelligenda profunda myſteria, qui etiam pro tempore magiſtri debuerūt eſſe: vnde & ipſe reddit cauſam, dicens: *Quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.* Ac deinde ſubiungit. *Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus.* Sub quo pene ab initio legē habuiſtis, & prophetas. *Rurſum indigetis, vt vos doceamini.* A me, alijſq; apoſtolis. *Quæ ſint elementa exordij ſermonū Dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit non ſolido cibo.* Ad eos loquitur, qui diu morantes in lege exercitatum ſenſum debuerant habere de aduentu Chriſti per dicta legis & prophetarum: per gratiam quoq;, quæ per eum credentibus allata eſt. Qui certe cum debuiſſent magiſtri eſſe gentium, propter tempus præteritū, in quo omnia ſuperius memorata habuerūt, rurſum indigebant, vt docerentur ab illo, cæteriſq; apoſtolis, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei. Elementa
B dicuntur quaſi elementa, eo quod ex ipſis cætera originē ſumant: initia videlicet, & fundamēta creaturarum. A quibuſdam etiam dicuntur elimenta peri, quaſi fabricamenta: ab eo quod eſt elimo, elimas, quaſi ex eis fabricata ſint omnia. Hic autem elementa, ſiue eleuamenta duobus modis poſſumus intelligere: ſcilicet ipſos characteres & pronuntiationes literarum, à quibus exordium ſumunt ſermones, vel certe ipſa initia & fundamenta fidei: quaſi diceret, hoc indigetis, vt doceamini, quæ ſint elementa literarum vel initia fidei: cum debueritis profunditatē myſteriorū intelligendo ſcrutari, & perfecti eſſe in fide. Facti eſtis (inquit) quaſi infantes, quibus lacte opus ſit: id eſt, ſimplici doctrina nō ſolido cibo: id eſt, perfecta doctrina, profundiſq; myſterijs: beatus enim Apoſtolus habet conſuetudinē vt ſimplicem doctrinā lactis nomine deſignet: perfectam autem ſolidū cibum appellat: vnde dicit Corinthijs minus perfectis: Lac vobis dedi nō eſcam: quia necdum poteſtis capere. Lac ergo ſimplicis doctrina eſt, incarnatio filij Dei, paſſio reſurrectio illius, aſcenſio ad cœlos. Solidus vero cibus, perfecti ſermonis, eſt myſterium trinitatis, quomodo tres ſint in perſonis, & vnū in ſubſtantia deitatis. Sed qui nō poteſt intelligere, quod euāgeliſta ait, Verbū caro factū eſt & habitauit in nobis. quomodo poterit ad altitudinem eius peruenire, vbi ait, In principio erat verbū, & verbum erat
C apud Deū, & Deus erat verbum: Sequitur. *Omnis n. qui lactis eſt particeps.* Id eſt ſimplicis tantū doctrinæ. *Expers eſt ſermonis iuſtitiæ.* Hoc eſt alienus eſt à diſcretione perfectæ iuſtitiæ. quia nondū poteſt penetrare arcana myſteriorū. nec ſcit vt expedit diſcretionem facere inter bonum & malum. Redditq; cauſam quare. *Paruulus* (inquit) *n. eſt* Senſu & intellectu. *Perfectorum autem* Hominum. *Eſt ſolidus cibus:* Id eſt, qui perfectos habent ſenſus. Illis panduntur alta & obſcura myſteria de diuinitate omnipotentis Dei: vnde & ſequitur: *Eorum.* Dico eſſe ſolidum *Qui pro conſuetudine.* Electionis. *Exercitatos habent ſenſus.* Hoc eſt, ſtudijs literarum extēſos. *Ad diſcretionem boni & mali.* Non ad diſcretionē hæreticæ paruitatis. Sicut paruulus inter cibū & cibū diſcernere neſcit, & ſæpe in noxijs ſumendis cibis periclitatur, ſi non prohibetur à ſeniore: ita indoctus quiſq;, qui diſcretionem doctrinarum neſcit facile decipitur, atq; in errore periclitatur. Quapropter dicit: Quia omnis qui lactis eſt particeps
D expers eſt ſermonis iuſtitiæ: quod n. in lacte & ſolido cibo, hoc in indocto & ſapiente differt. Sicut lac paruulis congruit, & ſolidus cibus ætate perfectis: ita indoctis humilis ſermo, & ſapientibus arcanum myſterium nolle conuenit, qui exercitatos habēt ſenſus ſtudio lectionis. Ex vſu ſiquidē lectionis, frequenti meditatione diuinarum ſcripturarū efficiuntur ſenſus noſtri exercitati & extenſi ad maiora intelligenda. Vnde Pſalmiſta beatum dicit eſſe virum, qui in lege domini meditabitur die ac nocte.

Cap. VI. *Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem ad perfectionem feramur.* Quapropter quia exercitatos ſenſus decet nos habere in lege domini, intermittentes ſermonē inchoationis Chriſti, ad profunda, & alta myſteria diuinitatis eius ducamur. Sermonem inchoationis Chriſti vocat

E initium fidei, inſtructionem videlicet de natiuitate Chriſti humana, de paſſione eius, de reſurrectione, aſcenſione, & gratia baptiſmatis: ſicut enim eum, qui literis imbuendus eſt elementa literarum oportet primum audire: ſic & Chriſtianus primo omniū de his debet inſtrui, & poſtmodū ad myſteria diuinitatis venire. *Non rurſum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad Deum.* Fundamentū pœnitentiæ vocat, vnde primū inſtrui debet qui baptizandus eſt ſi tamen ad ætatē intelligibilem peruenit: hoc eſt, vt credat dominum Ieſum Chriſtum genitum ex Deo patre ante omnia ſecula, natum de virgine in fine tēporum pro ſalute generis humani ſine ſemine viri, paſſum, mortuum, reſurrexiſſe tertia die aſcendiſſe ad cœlos, venturum ad iudicium, vt reddat vnicuiq; ſecūdum opera ſua, reſurrectionē corporum, incōmutabilitatē animarum: bonos in gloria, malos in pœna manere: omnipotentem Deū trinitatē habere in perſonis, vnitatē in ſubſtantia: poſtquā omnia iſta confeſſus fuerit ſe credere, debet cōfiteri peccata ſua, ſicq; iniungenda eſt ei pœnitentia aut quadraginta, aut viginti, aut etiam ſeptem dierum, ſicut in paſſionibus
F ſanctorum legimus: ac debet deinde baptizari abrenuntians diabolo & omnibus pōpis eius, omnibuſq; operibus eius. Baptizatus vero debet plenius inſtrui de diuinitate, vt credat patrem ingenitum, filium genitum ſpiritum ſanctū nec genitum, nec ingenitum, ſed ab vtroq; procedentem, regulā quoque viuendi ſecundum doctrinam euangelicā, atque apoſtolicam, quæ debeat agere bona, & quæ vitare mala. Quia ergo Iudæi, quibus Apoſtolus iſta ſcribebat, iā baptizati erant. iamq; fundamentum ſuperius deſcriptum perceperant, hortatur illos ad iſta maiora tendere, & opus non eſſe. vt iterent illud fundamentum pœnitentiæ, quod ideo ſic vocat, quia ſicut dictū eſt, baptizando pœnitentia prius iniungebatur. Vnde in Actis apoſtolorū Paulus dicit Iudæis ad fidem concurrentibus: Pœnitentiā agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrū. Non debet (inquit) eſſe neceſſe, vt iterum faciamus fundamentū pœnitentiæ ab operib. mortuis: & fundamentum fidei per quā acceditur ad Deū, quod in vobis iactum eſt antequam ad baptiſmi gratiā veniſſetis. Pœnitentiā ab operibus mortuis agere, eſt ipſa opera
G ra mala per pœnitentiam delere, quæ animā mortificabant: opera namq; mortis ſunt peccata. nā ſicut anima viuificatur fide, alijſq; virtutibus: ita infidelitate moritur & peccatis. Sequitur: non rurſum iacientes fundamentū. *Baptiſmatū doctrinæ.* Fundamentū baptiſmatum doctrinæ, eſt inſtitutio & doctrina baptiſmatis, videlicet quid contineat in ſe baptiſmus, & quid conferat ad fidē accedentibus. Sed quod dixit plurali numero Baptiſmatum fundamentum, pro varietate accipientiū poſuit non quod plura baptiſmata debeat intelligi, ſed vnum: quia ſicut vnus eſt Deus, & vna fides, ita & vnum baptiſma. *Impoſitionis quoq; manuum.* Fundamentum non debemus rurſum iacere. Impoſitionē manuum appellat, per quā pleniſſime creditur accipi donum ſpiritus ſancti, quod poſt baptiſmum ad confirmationem vnitatis in eccleſia à pontificibus fieri ſolet: his igitur in eccleſia perceptis, fides reſurrectionis & iudicij futuri habēda eſt. Vnde ſubiungit Apoſtolus dicens: *Ac reſurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.* Fundamentum non debetis rurſus iacere, vt iterum inſtruamini de fide generalis reſurrectio-
H nis, & iudicij æterni, quod dabitur iuſtis, pariterq; iniuſtis: quaſi iā non ſitis de his inſtructi. Notandumq;, ad omnia ſemper ſubaudiendum eſſe non rurſum. *Et hoc faciemus, ſi, quidem permiſerit Deus,* Hoc eſt, & ad maiora vos ducemus, & de his omnibus, quæ enumerauimus pleniſſime docebimus vos, vt non ſit iterum neceſſe ex toto & à capite ponere fundamētum. Ne vero vllatenus quis ſecundum, vel tertium æſtimaret poſt peccata fieri baptiſma: mox ſubintulit: dicēs. *Impoſſibile eſt n. eos, qui ſemel ſunt illuminati.* Sub luce ſancti ſpiritus in baptiſmate fidei *Guſtauerunt etiā donū cæleſte.* Hoc eſt remiſſionē perceperunt in baptiſmate. ſiue cōmunicauerūt corpori & ſanguini domini poſt baptiſma. *Et participes facti ſunt ſpiritus ſancti.* In diſtributionibus ſcilicet donorū *Guſtauerūt nihilominus bonū Dei verbū.* Id eſt, doctrinā euangelicā intellexerunt. *Virtuteſq; ſeculi venturi.* Hoc eſt, glorificationē reſurrectionē, vitāque futurā. *Et prolapſi ſunt.* A fide Chriſti, negando illum: aut etiam ad crimina

pro-

A prolapſi peccata. *Renouari iterum ad pœnitentiam.* Hoc eſt, nouos fieri per pœnitentiã: ſubauditur à ſuperioribus, impoſſibile eſt. Impoſſibile eſt (inquit) iterum renouari poſſe eos per pœnitentiam & per baptiſmum, qui poſtquam omnia ſuperius memorata perceperunt, prolapſi ſunt ad immundiciam criminalium peccatorum, aut etiam ad infidelitatem. Non dixit, Difficile eſt: ſed, impoſſibile. Quod enim difficile vtcunque poteſt agi: impoſſibile vero eſt, quod nullomodo fieri poteſt. Quid ergo? excluſa eſt pœnitentia poſt baptiſmum, & venia delictorum? Abſit. Duo ſiquidem ſunt genera pœnitentiæ: Vnum quidẽ ante baptiſmũ, quod deprecatio baptiſmi poteſt appellari: de quo ſuperius diximus: quia iniungitur illis, qui inſtruũtur ante, quam ad baptiſmum perueniant: quam B. Apoſtolus hic excludit, dicens: non poſſe iterum renouari per pœnitentiam: quatenus pœnitentiam facta iterum baptizetur. Alterum autem genus pœnitentiæ eſt, per quod poſt baptiſmũ delentur peccata: quod B. Apoſtolus non excludit. Terret ergo omnes, vt timeant poſt baptiſmi gratiam grauiorib. peccatis ſe implicare: quia non poteſt fieri ſecunda renouatio per B lauacrum baptiſmatis. Nam ſicut Chriſtus ſemel mortuus, & ſemel reſurgens, iam non moritur: ita ſemel grana baptiſmatis agenda eſt, nec poteſt iterari: niſi dubium fuerit, verum nam quis captus ab hoſtib. ſit baptizatus. Renouari autem dixit, nouum fieri: nouum autem facere hominẽ, ſacri baptiſmatis eſt, de quo propheta dicit: Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Impoſſibile eſt, inquam, iterum renouari poſſe aliquem per pœnitentiam, quæ fit per baptiſmum, ad hoc, vt iterum baptizetur, pœnitentia expleta: quia ea, quæ ſupra memorata ſunt, perceperunt, virtutes ſeculi venturi guſtauerunt. Quod dixit: Guſtauerunt virtutes ſeculi venturi, tale eſt, ac ſi diceret. Si cognouerunt, quod in reſurrectione venturi ſunt electi ſicut angeli Dei in cœlo, quod & iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui, nullo modo poſſunt iterum nouari per pœnitentiam, & baptiſmum iteratum, ſi peccauerint criminale peccatum, ſicut in primo baptiſmate noui effecti ſunt: Erant enim qui volebant baptiſmum iterare, dicentes: Quicquid peccauero, non eſt mihi curæ: quoniam præcipiam me baptizare rurſus, & renouabor totus, ſicut prius. Quod Apoſtolus ex toto denegat, nullo modo poſſe fieri, & quia virtus baptiſ-C matis in cruce & in ſepultura Chriſti maxime conſtat. proinde ſubiunxit: *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* Tamen non ideo denegatur pœnitentia: quia licet non renouentur in baptiſmate iterum: indulgentiam tamen valebunt accipere per confeſſionem peccatorum, per humilitatem, per pœnitentiam, per eleemoſynam, ſi habetur facultas, & ſi dimiſerint fratribus in ſe peccantibus. Hoc eſt, qui iterum baptizari volunt & deriſioni habere, hoc eſt n. oſtentui habere: ſed non poteſt fieri, quoniam ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt carne in cruce, ita & nos ſemel mori poſſumus in baptiſmate pro peccato. *Terra enim ſæpe ſuper venientem bibens imbrem, & generans herbam opportuna illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo.* Hoc paradigmate Iudæos arguit, qui ſæpe biberunt imbrem cœleſtis doctrinæ ſed nunquam germina fidei, bonorumq; operum protulerunt. Ponit autem primum comparationẽ de bona terra, ac deinde de mala: Terra (inquit) bibens imbrem: i. bonæ voluntatis anima accipiens gratiam ſpiritus S. imbremq; diuinorum eloquiorum: Et generans herbam oportunam, hoc eſt, virtutes, fidemq; perfectã proferens: ſuis prædicatoribus, à quibus excolitur, ſiue ſibimet ipſi, D accipit benedictionẽ vitæ æternæ, vel abundantiam virtutum, vt ferat fructus trigeſimos, ſexageſimos, pariterque centeſimos: nihil n. oportunius fide perfecta in filium Dei cum vita optima. Proferens ergo Apoſtolus de anima florenti virtutibus hoc exemplum, Deiq; benedictionem dignam, mox ſubiunxit aliud paradigma de illa, quæ ſuam negligit ſalutem, dum frequenter imbrem cœleſtis doctrinæ poſſet ſuſcipere. *Proferens autem ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledictioni proxima.* Per ſpinas & tribulos punctiones peccatorum poſſumus intelligere, quibus pungitur anima: de quibus dominus Adæ dixit: Terra tua ſpinas & tribulos germinabit tibi i. caro tua punctiones peccatorum, & aculeos vitiorum proferet tibi. Siue ſpinas & tribulos, curas

E ſuperfluas, ſolicitudinesq; iſtius ſeculi debemus accipere: de quibus dominus dicit in euangelio: Curæ ergo iſtius mundi, & ſolicitudinis diuitiarũ terra reproba eſt, hoc eſt, laude indigna, & maledictioni proxima. Notandumque, quia non dixit, Maledicta eſt: ſed Maledictioni proxima: quamdiu n. reſeruatur ad pœnitentiam, quaſi non eſt maledicta: ſin vero pœnitentiam noluerit agere, iam maledicta erit. Vnde ſequitur: *Cuius conſummatio.* Id eſt, finis illius animæ in prauo opere & perſeuerantia mala vſq; ad exitum vitæ. *In combuſtionem.* Subaudi, ignis æterni erit. Nunc quidẽ quandiu ſpatium pœnitendi habet, maledictioni eſt proxima, ſed ſi permanſerit in iniquitate ſua, combuſtioni æterni ſupplicij ſubiacebit: hæc n. combuſtio non erit niſi iis, qui vſq; in finem permanſerint in peccatis ſuis: quia, In quacũque die conuerſus fuerit peccator, vita viuet & non morietur. Poſtquam ſufficienter increpauit eos, terruit, ac percuſſit, blandiendo alloquitur eos, ne deſperatos redderet: ſed tñ neq; in omnib. adulatur, neq; in omnibus percutit: dicit ergo: *Confidimus a. in vobis dilectiſſimi meliora & viciniora ſaluti, tametſi ita loquamur.* Quia nõ habuit vnde ad præſens F laudaret, laudat eos de ſpe futurorũ, quã habebat de illis: quaſi diceret, non dicimus veluti putantes vos ſpinis plenos, ſed timẽtes ne tales efficiamini: melius eſt n. vos verbis terreri, quam vt reb. doleatis: optima quæq; operanda à vobis confidimus, veſtræq; ſaluti proficua, quãuis ita loquamur. Nam quod ſuperius diximus, ſc. de reproba terra, & combuſtioni proxima, nõ de vobis hoc diximus, quia meliora de vobis credimus: reduxit quoq; eis præterita bona illorum in memoriam, quatenus ex præteritis poſſet adducere ad bona quæque. Ideoq; ſubiunxit: *Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quã oſtendiſtis in nomine eius.* Ecce quomodo recreauit animos eorum, & confortauit, præterita bona opera ad mentem reuocans. Quia in omnipotentem dominum obliuio non cadit, ideo non obliuiſcitur operum & laborum fidelium ſuorum. Et in hoc eſt iuſtus, quia remunerat electos ſuos pro ſe laborantes: ſi enim obliuiſceretur operum illorum, nec eos remuneraret, vtcunq; iniuſtus putaretur: quod omnino nefas eſt dicere. vnde Apoſtolus: Non (inquit) iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis, laboriſq; veſtri, dilectionis, quam oſtẽdiſtis pro amore nominis eius in inuicem, & in omnes. *Qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis.* Adhuc ſecũdum veſtrum poſſe. De G illis ſanctis dicit, qui venientes ad fidẽ Chriſti, expoliati ſunt à Iudæis: quos laudat in hac epiſtola, dicens, Rapinã bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis: & de quibus Eſaias ante prædixerat: Et qui receſſit (inquiens) à malo, Iudæorum prædæ patuit. Illis talib. expoliatis, ii qui non fuerant expoliati, prout poterant, miniſtrabant. Quale vero, quantumue deſiderium haberet de ſalute eorum, ſequentibus verbis ex parte exprimit, dicens: *Cupimus a. vnumquemq; veſtrum eandem oſtendere ſolicitudinẽ,* Subaudi, quã retro habuiſtis. *Ad expletionẽ ſpei vſq; ad finẽ.* Vitæ veſtræ ſiue de die iudicij. *Vt non ſegnes efficiamini.* Hoc eſt, deſides, & pigri in bono opere, & in mandatis Dei perficiendis. Deſideramus (inquit) vos non tantum circa verba, ſed etiã in virtutib. conuerſari: non quaſi veſtra propria culpantes, ſed vt de futuris ſolicitiſſitis admonentes: hoc eſt, quales fuiſtis primum, tales cupimus & modo eſſe, & in futurum. Et non dixit, Volo: quod eſt autoritatis diuinæ: ſed quod erat paternæ dilectionis: hoc eſt, Cupimus vnumquemq; eandem erga fratres ſemper oſtendere maximam curam, quam olim habui- H ſtis ad completionem ſpei humanæ æternam reſurrectionem. Expletio n. ſpei, eſt adeptio rerum, quas nõ cõſequuturos ſperamus. *Verũ imitatores.* Cupimus, vos eſſe. *Eorũ qui fide & patiẽtia hereditabunt promiſſiones.* Hortatur iterum eos vt fide non ficta, & patientia perfecta expectent promiſſiones Dei, & hæreditatem, quam ſanctis ſuis promiſit: quod dupliciter accipi poteſt, ſc. vt referatur ad patriarchas, & ſanctos veteris teſtamenti, qui multas promiſſiones acceperunt de Chriſto, & hæreditatem terræ repromiſſionis, qui fidem habentes perfectam, qua crediderunt Deo, implere poſſe, quæ promiſit: & patientiam ſolidiſſimam, quia non in ſe, ſed in filiis ſuis promiſſiones expectauerunt implendas, meruerunt amici Dei eſſe, & in filiis ſuis eaſdem repromiſſiones hæreditare. Poteſt & ad apoſtolos aliosq;

A ſanctos refert, qui per fidem & patientiã meruerunt conſequi, & hæreditare promiſſiones æternæ benedictionis à domino ſibi & omnibus promiſſas fidelibus. *Abrahæ nanq; promittens Deus, quoniã neminẽ habuit maiorem, per quem iuraret, iurauit per ſemetipſum, dicens: Niſi benedicens benedicã te & multiplicans multiplicabo te.* Vt firmius corroboraret ea, quæ ſuperius dixerat de ſanctis, quod hæreditauerunt promiſſiones Dei fide & patientia: idcirco vtitur exemplis: ſed mira ſapientia eius, aliquando n. laudibus extollendo blanditur eis, aliquando minis terret: nam in ſuperioribus terret eos, ne infideles eſſent, & minus creduli promiſſionibus Dei. nunc aũt exemplis hortatur ad pœnitentiam & fidem, vt indubitanter credant, non ſolum Deo dicente, verũ etiã iurante per ſemetipſum. Si promittente Deo, iniquum eſt nõ credere, q̃ impiũ eſt Deo iurante fidem non accõmodare? Iurauit autem Deus pater Abrahę per ſemetipſum: quia neminem habuit maiorem, per quem iuraret, dicens: Niſi benedicens benedicã te, &c. Repetitio verbi, cõfirmatio eſt rei. Niſi in hoc loco affirmatiue ponitur pro Certe ſiue ꝓ Quia: & eſt ſenſus: Certe ſemper benedicã te in filiis tuis, ſemperq; multiplicabo te. *Et ſic longanimiter ferens, adeptus*
B *eſt repromiſſiones.* Hoc eſt diu per patientiam credendo, ſuſtinens cõſecutus eſt promiſſionem in filiis ſuis de terra repromiſſionis, q̃ eis promiſit, dicens: Terrã hanc tibi dabo, & filiis tuis. Et inſuper promiſſionẽ de Chriſto de quo ait: In ſemine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. Sequitur: *Homines n. per maiores ſui iurant & omnis controuerſiæ eorũ finis ad confirmationẽ eſt iuramentũ.* Quaſi diceret, Si hominibus in iuramentũ creditur, de quib. per prophetã dicitur: Omnis homo mendax: quanto magis Dei iuramẽto credi oportet, qui eſt veritas, & nec falli, nec mentiri poteſt: & cui inſuper ſine iuramento credi oportet? Homines (inquit) per maiorem ſui iurant hoc eſt per dominum, qui eſt eorũ creator, iuramẽtum quoq; eſt finis omnis cõtentionis eorum ad cõfirmationẽ: quia per iuramentum credẽdum eſt, nec debet poſtmodum querela fieri iuramento cõpleto, ſed finis contentionis debet eſſe iuramentũ ſub cõfirmatione. *In quo.* Subaudi, iuramento: vel propterea quia confirmatio rei iuramentum eſt. *Volens Deus oſtendere abundantius immobilitatem*
C *cõſilii ſui pollicitationes hæredibus.* Id eſt, patribus, ſiue promiſſionis hęredibus. *Interpoſuit iuſiurãdum, vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri, Deũ fortiſſimum ſolatiũ habeamus.* Id eſt, firmiter illi credamus. *Qui confugimus.* Credendo. *Ad tenendam propoſitã ſpem.* Hoc eſt, ad accipiendam promiſſam remunerationem. Duas res immobiles hic debem⁹ accipere promiſſionem Dei de Chriſto, qua dixit In ſemine tuo benedicentur omnes gentes & iuſiurãdum illius, q̃ dixit: Per memetipſum iuraui tibi: promiſſio enim illius immobilis eſt, quia non potuit mutari: & iuramentum illius veridicũ. Quidam etiam vnã rem immobilem intelligi volunt, promiſſionem & iuramentum illius: alterum autem completionem ipſius rei. Propoſitam vero ſpem dicit veritatẽ rerũ geſtarum, promiſſionem videlicet patriæ cœleſtis, ad quã percipiendam confugimus per fidem. *Quã Spem ſicut anchorã habemus animæ tutam, ac firmã.* Sicut anchora iactata in nauí non permittit eam circunferri, nec periclitari, licet vẽti cõmoueãt eã, ſed iactata firmiter tenet nauem inter procellas & fluctus: ita fides ſpe futurorum bonorum roborata firmat mentem noſtram inter proſpera huius ſeculi & aduerſa & introduxit nos in ſpeciem rerum, quã modo fide, & ſpe tenemus. Ideoq; addidit apoſtolus, dicens. *Et incedẽ-*
D *tem vſque in interiora velaminis.* In interiora velaminis vocat ſecreta regni cœlorum, & gaudia patriæ cœleſtis: velum n. quod erat ante ſancta ſanctorũ, ſignificat cœlum: quę vero erant intra velum, ſecreta regni cœlorum: ſpes autem interiora velaminis penetrat, dum mentis contemplatione futura bona conſpicit. dum cœleſtia præmia abſq; vlla dubitatione credit ſibi prouenire: ſperat, amat, operibusq; oſtẽdit, quid credat, & quid ſperet. Si hanc ſpẽ nõ habuerimus, vtique ſubmergemur, non tantum in ſpiritalibus, verum etiam in carnalibus, ſicut ſubmergitur nauis non habens iactatã anchoram: ſed ſi prophetæ voci obaudierimus, dicentis: Iacta in domino curam tuam, & ipſe te enutriet, tunc noſtra ſpes fixa in interiora velaminis nulla infidelitate mergi poterit. Sequitur: *Vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus põtifex*

E *factus. & conſtitutus, à Deo patre in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech.* Vt firmiorem ſpẽ nobis adderet, ideo hoc de Chriſto ſubiunxit. Præcurſor autem dicitur à præeundo, & pręcurrendo: & eſt alicuius præcurſor, ſicut Ioannes Chriſti. Cõſiderandum autem quia non dixit ſimpliciter, Introiit Ieſus in interiora velaminis. ſed cum additamento, dicens, Vbi pcurſor ꝓ nobis introiit: veluti abſq; dubio nos oporteat proſequi pręcurſorem noſtrum. Pręcurſorẽ vero & cõſequentem in eadem via eſſe conuenit. Chriſtus itaque reſurgens à mortuis, præcurrit nos ad altitudinẽ cœlorum. factusq; eſt nobis præcurſor, aperiẽdo nobis cœlũ, & gaudia patriæ cœleſtis reddendo. Si ergo volumus ſubſequi præcurſorem noſtrum debemus, ſicut & ille ambulauit, & nos ambulare. Hoc autẽ ad naturã humanitatis filii Dei refertur. in qua ſemetipſum obtulit Deo patri in ara crucis, ſacrificiũ ſalutis noſtræ. Quare Chriſtus ſecundum Melchiſedech dicatur exiſtere ſacerdos, ſatis aperte (vt reor) paulo ſuperius oſtenſum eſt: ſed quod dicit illũ introiſſe in interiora velaminis, more pontificum Iudæorũ loquitur, qui ſemel in anno ingrediebãtur intra velum & ſancta ſanctorũ, oraturi pro populo: & Chriſtus ſecreta regni cœlorum penetrans orat aſſidue pro ſalute fidelium ſuorum.

F Cap. VII.

Hic enim Melchiſedech, rex Salẽ, ſacerdos Dei ſummi fuit, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit, ei cui & decimas omnium diuiſit Abrahã. Tradunt Hebræi. Melchiſedech ipſum eſſe Sẽ primogenitũ Noe, qui eo tempore, quo natus eſt Abraham, habuerit annos ętatis ducentos nõaginta duos: eoq; tẽpore, quo mortuus eſt Abraham, habuerit annos quingẽtos ſeptuaginta quinq; & ita ſuperuixerit Abraham annos triginta quinq; quib. expletis facti ſunt omnes dies vitæ illius ſexcenti anni: nec eſſe mirum ſi Abrahæ obuiã proceſſerit, eiq; panem & vinum obtulerit q̃ abnepoti ſuo iura paternitatis debebat: & benedixerit et decimaſque prædæ atq; victoriæ ab eo acceperit, ſicut ſacerdos excelſi, & ſummi Dei, non falſorum Deorum, & idolorum: qui fuit etiam rex Salem: Salem autẽ, ſicut beatus Hieronymus dicit, non eſt putanda Hieruſalem, vt Ioſephus hiſtoriographus, noſtrorumq; plurimi arbitrantur. ſed oppidũ eſt iuxta Scitopolim, quod vſq, hodie appellatur Salẽ, ſiue Salim: de quo teſte beato Hieronymo, in euangelio legitur: Erat (inquit Ioannes) baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquę multę erant illic. Idcirco autẽ fit iſta varietas nominũ, quia Hebræis multis in locis per conſonantes ſolummodo ſcribunt ſubtractis vocalibus, atq; ita ſecundũ arbitriũ legẽtis pronuntiantur non vno ſemper, eodemq; modo. Oſtenditur autem in eodẽ oppido palatiũ Melchiſedech regis, ex
G magnitudine ruinarum oſtẽdẽs veteris operis excellẽtiã. Ad quam ciuitatem, ſiue oppidũ, legitur Iacob deſcendiſſe, qui fuit in terra Chanaã regionis Sichem. Conſiderandum quoq; eſt, quod Abrahã de cæde hoſtium reuertens, quos perſecutus eſt vſq; Dan, non in via reuerſionis habuit Hieruſalem, ſed potius Salem oppidum ſupra memoratum. *Primũ quidẽ Melchiſedech, qui interpretatur rex iuſtitiæ: deinde autẽ & rex Salem, quod eſt rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initium dierum neq; finem vitæ habens.* Sępius autẽ beatus Apoſtolus Melchiſedech in typũ domini ſaluatoris introducit, q̃uis n. pene omnes ſancti & patriarchę & prophetæ priores in aliqua ſe figuram domini ſaluatoris expreſſerint: hunc tamen Melchiſedech ſpecialius, qui nõ fuit de genere Iudæorum, in typum præceſſit ſacerdotij filij Dei, de quo dicit Deus pater in pſalmo cix. Tu es ſacerdos in æter-
H num ſecundum ordinem Melchiſedech. Ordinem autem eius multis modis interpretari poſſumus, ſicut ſupra dictũ eſt, ſcilicet quod ſolus rex fuerit, & ſacerdos, & ante circũciſionẽ functus ſacerdotio, vt nõ gentes à Iudæis, ſed Iudęi à gentibus ſacerdotium acceperint: neq; vnctus oleo viſibili, vt Moſaica pręcepta conſtituunt, ſed oleo exultationis, fideiq; puritate: neq; carnis & ſanguinis victimas immolauerit, ſed pane & vino, ſimpliciq, & puro ſacrificio Chriſti dedicauerit ſacerdotium. Sed primos: vt Apoſtolus dicit, in hoc aſſimulatur filio Dei quia interpretatur rex iuſtitiæ. Melchon etenim, ſiue Melchi, regem ſonat: ſedech vero iuſtus, ſiue iuſtitia: & quis eſt verus rex iuſtitiæ, niſi Chriſtus? qui dicit in pſalmo, Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo. Ipſe n. iuſte, & recte regit, & gubernat electos ſuos, iuſti-

A tiæ amatores effectos. Deinde autem aſſimulatur filio Dei per id, quod dicitur rex pacis, quod pertinet ad Chriſtum: Salem quippe interpretatur pax: Chriſtus igitur nos iuſtificat, qui eſt rex iuſtitiæ, & ipſe pacificat omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris ſunt, qui naſcendo, & moriendo, reſurgendo atq; aſcendendo pacem attulit mundo, qui ſecundũ diuinitatem ſine fine, & ſine initio rex eſt, ex æterno patre æternus, quamuis ex temporali matre temporalis eſſet: ſicut iſtius Melchiſedech non legimus initium vel finẽ in ſcriptura ſacra: ſic non legimus filii Dei initium vel finẽ: non eſt enim aliquid horum in natura deitatis. & in hoc eſt ſimilitudo, quod nec illius, nec iſtius initium legitur vel finis. Illius autem, quia non eſt ſcriptum: iſtius quidem, quia omnino non eſt. neque n. ſub quo natus eſt Melchiſedech legitur, neq; quando mortuus eſt narratur, ſed ſubito introducitur, ſicut & Helias. Nec omnino credendum eſt, quod Melchiſedech ſine patre, aut ſine matre eſſet, cum Chriſtus quoque ſecundum vtranq; naturam & matrẽ habuerit, & patrem: ſed propterea hoc dicitur de illo quia ſubito introducitur in diuina ſcriptura ſicut diximus, & genealogia illi' non cõmemoratur: de quo & dicitur, *Aſſimulatus autem filio Dei.* In his omnibus ſuperius dictis. *Manet ſacerdos in æternum.*
B Non in ſe, ſed in Chriſto. Nam Melchiſedech mortuus eſt, ſed figura eius æternaliter in Chriſto manet. Similitudo autem hic non pro ætate ponitur, ſed pro figura. *Intuemini autem quantus ſit hic, cui decimas dedit de præcipuis Abrahã patriarcha.* Conuertit ſermonem ſuum ad eos, qui gloriantur ſe filios eſſe Abrahæ, & nobilitatẽ generis ab illo ducere ſe iactant: Vnde in euangelio domino eum præponere conabantur, dum dicerent: Nũquid tu maior es patre noſtro Abrahã, qui mortuus eſt? Vt ergo illorum ſuperbiã confunderet Apoſtolus, dixit. Intuemini, & attendite diligenter, quantus fuerit hic Melchiſedech, ſacerdos Dei ſummi, cui decimas dedit Abraham patriarcha de præcipuis: id eſt de melioribus ſpoliis. Quibus verbis vult oſtendere, maioris dignitatis & honoris fuiſſe Melchiſedech, quam Abraham ac per hoc maius, & ſanctius fore ſacerdotium Chriſti, quã Iudæorum: quaſi diceret: Quem vos hominibus excellentiorem omnibus æſtimatis, hic decimas obtulit Melchiſedech, qui
C in figura Chriſti præceſſit. *Et quidem de filiis Leui ſacerdotium accipientes mandatum habẽt decimas ſumere a populo ſecundum legẽ, id eſt a fratribus ſuis: quanquã & ipſi de lumbis exierint Abrahæ.* Tã (inquit) ſe ſunt excellentia ſacerdotii, vt etiã ipſi qui eũdẽ habuerant progenitorẽ & ab vno patre deſcenderant propter excellentiæ meritum, quo meliores erant fratribus ſuis, vtpote Aaron, qui inter mortuos & viuentes ſtas, irã domini placauit, ſacerdotii dignitatẽ mererentur adipiſci: ac propterea niſi maioris dignitatis eſſet Melchiſedech, quã Abrahã, nequaquã Abrahã alienigenæ decimas dediſſet, ſicut Aaron maioris meriti fuit, quam fratres illius tribuum reliquarum: dicit ergo: Et quidem de filiis Leui accipientes ſacerdotiũ, ſicut accepit Aaron & filii eius, mandatũ & præceptum habent ſecũdum legem, ſumere decimas à populo, quaſi meliores illis, & hoc à fratribus ſuis, cum vnum eundemq; habuiſſent progenitorem: iuxta quod Apoſtolus manifeſtat, dicens, Quãquã & ipſi fratres Leui de lumbis exierint Abrahæ. *Cuius autẽ generatio.* Id eſt, Melchiſedech. *Nõ adnumeratur in eis.* Id eſt, in filiis Leui. *Decimas ſumpſit ab Abrahã & hũc.* Hoc eſt, Abrahã. *Qui habebat promiſſiones.* De filio Dei. *Bene-*
D *dixit.* Ille Melchiſedech. Hic oſtẽdit incircumciſũ ſacerdotẽ, ſacerdote circũciſo multo eſſe ſublimiorẽ. Quomodo ergo hæc oſtẽdit? vtiq; quia ipſe Leui, ex quo ſacerdotale genus ortum eſt, decimatus eſt a Melchiſedech in lumbis progenitoris ſui tamq; erat Abrahã circumciſus: tamq; promiſſiones de Chriſto acceperat, quod in ſemine eius benedicerentur omnes gentes, quãdo benedictus eſt a Melchiſedech ſacerdote incircunciſo, dans ei decimas totius prædæ. Benedicens autem eum Melchiſedech ait: Benedict' Abraham Deo, quo protegente hoſtes in manu eius ſunt, & alia, quæ ſequuntur in eodem loco. *Sine aũt vlla cõtradictione, quod minus eſt, a meliore benedicitur.* Quaſi diceret: Omnib. luce clarius videtur, quod minor a maiore benedicitur: Vnde Abrahã quaſi minor, à Melchiſedech tanquã à meliore benedicitur, vel benedictionẽ percepit: proinde maior eſt, ac melior typus Chriſti, quã illius, qui promiſſiones de Chriſto habebat. *Et hic quidẽ*

morientes homines decimas accipiũt: ibi autem cõteſtatur, quia viuit. Et vt ita dictum ſit per Abrahã & Leui, Qui decimas accepit, decimatus eſt. Hic, inquit, hoc eſt, in præſenti ſeculo, vel in tẽplo, quod adhuc ſtabat: Morientes homines: filii videlicet Leui, qui mortales ac moribundi ſunt: decimas accipiũt. Ibi autem: i. in alia vita: in loco vbi dicitur de Chriſto: Tu es ſacerdos in æternum: cõteſtatur Deus pater cum iuramento, quia viuit Chriſtus. Vnde dicit Pſalmiſta: Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech. *Adhuc n. in lumbis* Hoc eſt, in propagine ſeminis. *Patris erat.* Leui *Quando obuiauit ei Melchiſedech.* Quomodo dicit Leui decimatum eſſe a Melchiſedech, cum necdum natus eſſet, præſertim cum & filius fuerit naturalis Iacob? vtiq; nõ in ſe eſt decimatus, ſed in Abrahã, de cuius progenie deſcendit, quando Abrahã decimas obtulit Melchiſedech, in illo omnes filii eius dederunt. Quapropter dicit Apoſtolus, qui decimas in filiis ſuis à fratribus accepit, decimatus eſt per Abrahã, ſiue in Abrahã. Quibus verbis declaratur, quia ſi ſacerdotium Melchiſedech, qui in figura Chriſti ſacerdotium præceſſit, maioris dignitatis non eſſet, nequaquam Abrahã, omneſq; filii eius ab illo decimati eſſent: dum n. ſacerdotium à ſacerdotio decimatur, maioris dignitatis vnum altero oſtenditur. *Si ergo cõſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat: populus n. ſub ipſo legem accepit: quid adhuc neceſſarium ſecundum ordinem Melchiſedech alium exurgere ſacerdotem, & nõ ſecundũ ordinem Aaron dici? Tranſlato n. ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat.* Hic incipit iã plenius differentias noui teſtamenti oſtendere, dicens: Si conſummatio, i. perfectio vitæ, atque iuſtificationis, per ſacerdotium Leuiticum fuit, quid neceſſe fuit alium exurgere ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech Nanq; Aaron primum poſt legem datã ſacerdotem fuiſſe de tribu Leui nulli dubiũ eſt: ideo ſacerdotium, quo functus eſt, Leuiticum nominauit ſacerdotium. Vel certe quia ipſe Leui in filiis functus eſt illo ſacerdotio eſt: nã nepotes illius ſuſceperunt illud, Moyſes ſcilicet, & Aaron cum reliquis fratribus ex eadem tribu: nam genuit Caath, Caath vero Amram, Amram a. Moyſen & Aaron. Ideo dicit populum ſub illo ſacerdotio legem accepiſſe: quia Moyſes & Aaron principes erant illis temporib' in populo, qui & ipſam legem adminiſtrauerunt de tribu ſacerdotali exiſtentes: ergo ſacerdotio Leuitico multo melior eſt ordo ſacerdotii Melchiſedech, qui typum gerebat ſacerdotis noſtri: nequaquam n. dixiſſet, Secundum ordinem Melchiſedech ſi illud ſacerdotiũ Aarõ meli' eſſet, ſub quo populus Iudæorum legem accepit. Si autem ſacerdotium legis tranſlatum eſt ad Chriſtum ſecundum ordinem Melchiſedech, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat hoc eſt, à lege Moyſi neceſſe eſt trãſire ad legem euangelii: neq; n. poteſt ſine lege ſacerdos, & ſine teſtamento eſſe, & ſine præceptis. Sũmis nitibus laborat apoſtolus, vt a lege Moyſi faceret tranſire ad legem euangelii, à carnalibus ad ſpiritalia. *In quo n. hæc dicũtur, de alia tribu eſt, de qua nullus altario præſto fuit. Manifeſtũ eſt n. quod ex Iuda ortus ſit dominus noſter: In qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes eſt locutus.* In quo n. (ait) hęc dicuntur: id eſt, de quo hęc dicunt, quod eſt, ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech: dominum ſignificant ſaluatorem de alia tribu eſſe, quam de ſacerdotali, de illa videlicet, de qua nullus altario præſto fuit: hoc eſt, de tribu Iuda: nõ a. ordine tantummodo, neq; teſtamento, vel præceptis mutatũ eſt, ſed etiam tribu, & quomodo tranſlatũ eſt ſacerdotiũ de tribu in tribũ de ſacerdotali videlicet ad regalẽ: vt eadem ipſa ſit ſacerdotalis & regalis in Chriſto, qui eſt rex & ſacerdos. Intuere myſterium: Primum fuit regale ſacerdotium Melchiſedech, ſecũdum cõſequentiã huius ſermonis: Secundum autem fuit ſacerdotium ſolummodo ſacerdotale in Aarõ: Tertiũ iterum fuit regale ſacerdotium in Chriſto, ſicut & primũ. Vnde eccleſia modo regale ſacerdotium habet, dicente Petro apoſtolo: Vos genus ſanctum, regale ſacerdotium. Tribus ergo Iuda, ex qua dominus ortus eſt per Mariam virginem, cum ſemper regia eſſet, nunquam ſacerdotalis, in Chriſto fuit vtrunque & regalis & ſacerdotalis: tranſlato ex toto ſacerdotio à tribu Leui, quæ antea ſacerdotalis erat. *Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ordinẽ Melchiſedech exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundum legẽ mãdati carnalis factus eſt ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis.* Cõteſta-

A

tur enim. Deus pater, loquens ad filiũ *Quoniam tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Defectus dictionis iſto in loco habetur ſatis neceſſarius: quapropter dicatur ita: Et amplius adhuc manifeſtum eſt ſubaudi, deſtructum eſſe ſacerdotium legis per hoc, quod Chriſtus non ſecundum ordinem Aaron dicatur ſacerdos eſſe in æternum, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech: per hoc, quia de tribu Leui non fuit. Quod enim dicit, Si ſecundũ ordinem Melchiſedech exurgeret alius ſacerdos: non dubitatiue loquitur, ſed affirmatiue: quaſi diceret, Amplius adhuc per hoc demonſtratur deſtructum eſſe ſacerdotium legis: quia ſecundum ordinem Melchiſedech ſurrexit CHRISTVS alius ſacerdos, qui non ſecundum carnalis mandati legem factus eſt ſacerdos, ſicut Aaron. Legem carnalis mandati vocat, quia ex maxima parte carnalis erat, carnalia præcipiens in circunciſione, in mundatione corporis, in hoſtijs & oblationibus, in diſcretione ciborum, dierum, ac temporum, dicens: Mane extra caſtra laua corpus tuum: offer hoc vel illud: abſtine ab his cibis: obſerua iſta tempora cæteraq; his

B

ſimilia, quæ omnia morte finienda erant. Chriſti autem ſacerdotium ſpiritale eſt, & ſecundum virtutem vitæ inſolubilis: i. ſecundum potentiam vitæ indeficientis: quæ nullo mortis interuentu ſolui poterit: habet enim Chriſtus in ſe vitam inſolubilem: quia quamuis ad tempus mortuus eſſet carne, tamen in æternum diuinitate viuit, & inſuper humanitate, poſtquam victor à mortuis reſurrexit. Vnde Deus pater côteſtatur iurando, quia viuit, dicens per Pſalmiſtam: Tu es ſacerdos in æternum. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati.* Hoc eſt, legis Moyſi *Propter infirmitatẽ eius & inutilitatem* Infirmitatem in hoc loco habebat lex: quia operantes ſe, non valebat iuuare: inutilitatem vero, quia nemini regnum cœlorum valebat aperire. Vnde ſequitur: *Nihil n. ad perfectũ adduxit lex.* Quid n. nihil profuit lex? pfuit quidem aliquid corpora mundando, peccata quædam relaxanda: ſed nihil ad hoc profuit, vt perfectos facere potuiſſet ſeruientes in ea, quoniam grauiora peccata nõ tollebat, nec ianuam patriæ cœleſtis alicui aperiebat: quapropter reprobata eſt, vt gratiæ Dei daretur locus, in qua pfectio cõſtat: vtilis quidem fuit fidem habentibus in Chriſto, non illis, qui totam ſpem ſuam in carnalibus obſeruationibus ponebant. *Introductio vero melioris ſpei* Subaudi, eſt modo in gratia. *In qua* Spe. *Proximamus ad Deum.* Habuit quidem lex ſpem, ſed

C

non talem, qualem gratia præſtitit: ſperabant n. beneplacẽtes, legemque cuſtodientes poſſidere terram, iuxta illud. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: nihilq; ærumnoſum pati, proſpere viuere, ſicut dictum eſt: Qui fecerit eam, viuet. Hic autem ſperamus, quia plangentes & euãgelica præcepta cuſtodientes, nõ terram poſſidebimus, ſed cœlum. Inſuper etiã, q cœlum multo melius eſt, ſperamus proximi Deo conſiſtere, ad ipſum ſolium paternum peruenire, & miniſtrare ei cum angelis, iuxta quod ſaluator dixit in euangelio: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris ſui: eruntq; ſicut angeli Dei in cœlo. Hoc vero ſacerdotium per quod hanc gloriã poſſeſſuri ſumus, non eſt ſine iureiurando, vt firmã Dei promiſſionem credamus. Vnde apoſtolus ſubdit, *Et quantum eſt.* Subaudi, firmum iſtud ſacerdotium Chriſti, de quo loquimur, vtiq; multum: quia *Nõ ſine iureiurãdo.* Firmatum eſt. *Alij quidem ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt.* Vt Aaron, filijq; eius, quibus Deus nõ iurauit, quod eſſet ſacerdos in æternũ ſecundum ordinẽ legis. *Hic autẽ cum iureiurãdo.* Sacerdos factus eſt. *Per eum.* Hoc eſt, p Deum pa-

D

trem. *Qui dixit ad illum: Iurauit dominus, & nõ pœnitebit eum.* Id eſt, nõ mutabit iuramentum ſuum *Quoniam tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. In tantũ melioris teſtamenti ſpõſor:* Siue promiſſor. *Factus eſt Ieſus.* Subaudi, in quantum cum iureiurando Dei patris ſuum ſacerdotium tenet: inquantum ſacerdotium Chriſti, quod iuramento Dei eſt ſancitum, ſua dignitate præcellit etiã gratia euangelij legem Moyſi. *Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes.* Secundum legem. *Idcirco quod morte prohiberentur permãere: hic autem Chriſtus,* cui pater dixit cum iureiurando: Tu es ſacerdos in æternum. *Eo quod permanet in æternũ, ſempiternũ habet ſacerdotiũ.* Duas hic ponit differentias beatus Apoſtolus: quia ſacerdos noſter nõ habet finem, ſicut ſacerdotes legis, & quia cum iureiurando ſuum ſacerdotium poſſeſſurus eſt. Quia

E

n. ſacerdotes legis mortales erant, plures facti ſunt in ipſa lege, ſicuti Aaron & filij eius: ideo quod morte præuenti, prohiberentur permanere in ſacerdotio: mortuis n. patribus, ſuccedebant filij in locum ipſorum: Ieſus a. ſolus, quia immortalis eſt, ſempiternum habet ſacerdotium: nec vllum habere poterit ſubſequentem: eo quod ipſe maneat in æternum. Sequitur: *Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedens per ſemetipſum ad Deũ, ſemper viuens, ad interpellãdum pro nobis.* Vnde, inquit, quia Chriſtus in æternũ manet, & ſempiternum habet ſacerdotium, ſemper interpellat pro nobis, ſemperq; poteſt ſaluare. Quod vero quidam codices habent, Accedens p ſemetipsũ ad Deũ quidã vero plurali numero, Accedentes: vtrunq; recipi poteſt. Chriſtus ergo põtifex noſter nõ per aliũ põtificem maiorẽ ipſe accedit ad Deum patrẽ, ſed per ſemetipſum: ideoq; poteſt ſaluare in ſe credẽtes. Poteſt & ita intelligi, quod dicit Saluare in perpetuũ poteſt accedẽtes p ſemetipſum ad Deũ: nã quia puri homines ſum⁹, p illum accedimus ad Deum patrem (quia mediator exiſtẽs adſtat vultui Dei pro nobis) dirigentes p illũ preces noſtras ad patrẽ, Vnde ſacerdotes eccleſiæ altari aſſiſtentes dicunt:

F

Suſcipe domine preces populi tui, p dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium tuũ. Et quia ſẽper viuit, ſemper interpellat p nobis: Alij vero pontifices quia ſemp nõ erãt, ſemp non interpellabant. Interpellat autem p nobis p hoc, quod humanã naturã aſſumpſit pro nobis, quam aſſidue oſtendit vultui Dei p nobis, & miſeretur ſecundum vtranq; ſubſtantiam. *Talis enim decebat, vt nobis eſſet põtifex ſanctus, innocens, impollut⁹, ſegregatus à peccatorib⁹, & excelſior cœlis fact⁹.* Nõ eram⁹ digni, nec promerebamur talẽ habere pontificẽ: ſed neceſſe erat nobis, vt talem haberemus põtificem, qui eſſet ſanctus in interiore homine, innocens manibus, impolluto corpore, ſegregatus à peccatorib⁹. Idẽ ab omni peccato immunis, & à conuerſatione peccatorũ ſeparatus. In hoc n. fuit ſeparatus, quia alij homines cum peccato concipiuntur, & naſcuntur atq; ab hoc ſeculo cum peccato trãſeunt: hic autem ſine peccato eſt cõceptus, ſine peccato eſt natus, & ſine peccato ab hoc mundo tranſijt: quoniã peccatum nõ fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Fact⁹ eſt excelſior cœlis, quãdo quadrageſimo die admirandæ ſuæ reſurrectionis ſup omnes cœlos, & ſup omnes ordines cœleſtiũ ſpirituum eleuatus eſt ad conſeſſum paternæ maieſtatis, vbi nũc ſedet in plenitudine honoris, gloriæ. Poteſt & ita intelligi, quod di-

G

xit. Talis nobis decebat, vt eſſet pontifex: quaſi diceret: Iudæi velut ſerui timore legis Deo ſeruiẽtes legales pontifices habuerunt, ſibi conſeruos mortaleſq; ac peccatores, qui p ſemetipſis ſimiliter indigebant offerre: nos autem quib⁹ dictum eſt, Iã non dico vos ſeruos, ſed amicos meos: & quia filij Dei ſumus, ſeruiendo illi amore filiationis, decet, vt habeamus pontificem immortalẽ ſegregatum à peccatoribus. Sequitur: *Qui nõ haberet quotidie neceſſitatem quẽadmodum ſacerdotes legis, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel ſe offerendo.* Dominus noſter Ieſus Chriſtus quid fecit? vtiq; obtulit ſacrificium non pro ſuis delictis, ſed pro noſtris: & ſemel hoc fecit, non amplius: quia ſemel mortuus pro peccatis noſtris, & iã nõ moritur: mors illi vltra non dominabitur. Magnitudinem Chriſti ſacrificij hic oſtendit, quod ſemel oblatum tantum præualuit, quantum omnia ſacrificia legalia nõ valuerunt: vnum enim fuit & ſemel oblatum, & ſufficit in ſempiternum ad tollenda omnia peccata credentium. Põtifices aũt Iudæorum peccatores erant: & ideo neceſſe habebant p ſuis delictis hoſtias offerre: & idcirco ſacrificia illa hominem iuſtificare non

H

poterant, quia inconueniens erat, vt pro homine rationali irrationale animal offerretur. Quærebatur pontifex ſine peccato, & hoſtia rationabilis, nec inueniebatur: inuentus eſt vnus ſine peccato Deus & homo, & obtulit ſeipſum rationabile ſacrificium pro ſalute hominis rationalis. *Lex enim homines conſtituit ſacerdotes, infirmitatem habentes.* Et dixit dominus ad Moyſen: Vnges Aaron: & filios eius mihi in ſacerdotes: ſed quia illi infirmitatem, hoc eſt peccata habebant, vt pro populi, ita pro ſuis delictis hoſtias offerrent. Iſte autem tam potens eſt, vt non indigeret pro ſe offerre, ſed inſuper ſemel oblato ſuæ carnis ſacrificio omnium ſaluti ſufficeret. *Sermo autem iuriſiurandi qui poſt legẽ eſt filium in æternum perfectum* Subaudi, oſtendit, ſiue perfectum con-

A ſtituit ſacerdotem, non infirmitate grauatum, ſicut lex cō-
ſtituit ſuos poſt legem, factus eſt ſermo Dei patris ad Da-
uid de Chriſto cum iureiurando, vbi dicitur: Iurauit domi-
nus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum. Po-
nit hic Apoſtolus filii nomen ad diſtinctionem ſeruorum,
qui fuerunt in lege: quia ſerui infirmi fuerunt, ſiue quia
peccatores, ſiue quia mortales erant: filium vero perfe-
ctum oſtendit, quia ſemper viuit, & ſine peccato eſt.
CA. VIII. *Capitulum autem ſuper ea quæ dicuntur.* Hoc eſt, repetitio
ſuper ea, quæ dicuntur de Chriſto: quo dicto ſignificat ali-
quid ſummum & magnum: & quaſi recapitulatione præ-
cedentis diſpoſitionis ad rem ipſam deducit auditorem.
Talem habemus pontificem. Subaudi, qualem ſuperius dixi-
mus, ſanctum videlicet, innocentem, impollutum, ſegre-
gatum à peccatoribus, & qualem adhuc dicturi ſumus in
ſequentibus. *Qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis
ſanctorum miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non
homo.* Sedem magnitudinis in cœlis debemus accipere ple-
nitudinem paternæ maieſtatis, in qua filius Dei ſedet: quæ
B etiam deſignatur per dexteram: nec eſt pueriliter accipien-
dum quod Deus pater dexteram aut ſiniſtram habeat, qui
ſpiritus eſt omnia implens: vt ita ſedeat filius in dextera il-
lius, ſicut ſolet ſedere filius iuxta patrem ſuum regem. Sed,
ſicut diximus, plenitudinem maieſtatis, ſummamque glo-
riam beatitudinis, & proſperitatis, debemus per dexteram
intelligere, in qua filius ſedet. Sedere autem pro habitare
ponitur. Pontifex ergo noſter, qui conſedit in ſumma glo-
ria paternæ maieſtatis in cœlis, ſanctorū miniſter eſt: quod
duobus modis accipi poteſt. Veniens quippe dominus in
mundum per incarnationis exhibitionem, miniſtrauit ſan-
ctis apoſtolis, aliiſq; fidelibus, etiam qui adhuc futuri ſunt,
panem refectionis verbi ſpiritalis, & potum doctrinæ euan-
gelicæ, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Et: Venite
ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam
vos. Miniſtrauit illis etiam documentum fidei, & gratiam
baptiſmatis, & inſuper, quod maius fuit, ſacramentum re-
demptionis per paſſionem ſuam, & cognitionem myſterio-
C rum in lege & prophetis, ac poſt aſcenſionem miniſtrauit e-
lectis ſuis, apparens in mundo. Dicatur & aliter: Sanctorum
miniſter erit in futurum, quando ſemetipſum miniſtrabit il-
lis, & cognoſcent eum cum Patre & ſpiritu ſancto ſicuti eſt:
ſcilicet cum dederit regnum ſuum Deo & patri. Vnde in e-
uangelio de ſe ſub perſona patrisfamilias loquens, dicit. A-
mē dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbe-
re, & tranſiens miniſtrabit illis. Tranſire ei dicitur, quia ele-
ctos ſuos de iudicio ad regnum tranſire faciet, vel ad contē-
plationem humanitatis in diuinitatis ſuæ cognitionem nos
eleuabit. Miniſtrabit illis, cum ſe, & patrem cum ſpiritu ſan-
cto eis manifeſtabit: nam cibus & vita illorum viſio ſanctæ
trinitatis erit, ſicut ipſe dicit ad patrem: Hæc eſt vita æterna,
vt cognoſcant te cum ſpiritu ſancto, & Ieſum Chriſtum quē
miſiſti, vnum & verum Deum. Tabernaculi quoq; veri mi-
niſter eſt, quod conſtituit, ſiue compoſuit Deus, & non ho-
mo: Id eſt, cœli, quod nobis ipſe adminiſtrat, vt claritate ſi-
derum illius illuſtremur. Tabernaculum enim quod Beſele-
hel compoſuit in deſerto, ſiue quod templum Salomon fe-
D cit in terra repromiſſionis, non fuit verum: quia & vetuſtate
conſumptum eſt, nec ſemper durare potuit: ideoque taber-
naculum verum cœlum vocat, quoniam in æternum ſtabit,
nullaque vetuſtate conſumetur. Poteſt & altiori ſenſu in-
telligi, vt tabernaculum verum accipiantur animæ ſancto-
rum: quibus ipſe filius Dei gaudia patriæ cœleſtis admini-
ſtrat, & in quib. habitare dignatus: iuxta quod per prophe-
tam dicit: Inhabitabo in illis, & inambulabo. Et Apoſtolus,
in interiore homine habitare Chriſtum per fidem in cordi-
bus noſtris. Et, Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.
*Omnis namque pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur: vnde
neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat.* Non poteſt eſſe ſa-
cerdos, niſi habeat, quod offerat: pontifices enim veteris ſa-
cerdotii ſecundum præceptum legis munera & hoſtias pro
populi offerebant delictis: Chriſtus vero in ſempiterna di-
uinitatis ſuæ natura cum non haberet, quod offerret, ſum-
pſit ex nobis, quod pro nobis offerret: id eſt, carnem huma-
nam ſeipſum videlicet, quem obtulit in ara crucis. Quid er-
go tam aptum immolationi, quam caro rationalis pro irra-
E tionali? & quid tam mundum pro mundandis, quam car-
nem ſine vlla contagione, & immaculatam offerre. Et quo-
niam quatuor in omni ſacrificio conſideranda ſunt, videli-
cet, cui offeratur à quo offeratur: quid offeratur pro quib.
offeratur: hæc etiam poſſumus hic reperire ſatis eleganter
quia enim nulli ſacrificium debetur, niſi ſoli Deo: pontifex
noſter mundam hoſtiam pro nobis Deo patri obtulit. I-
dem exiſtens ſacerdos ad ſacrificium, offert etiam ſacrifici-
cium Deo patri acceptum per eccleſiam ſuam. Dum ergo
nos offerimus ſacramenta corporis eius, ipſe offert. *Si ergo
eſſet ſuper terram.* Subaudi ſacerdos terrenus ſecundum or-
dinem Aaron. *Nec eſſet ſacerdos* Secundum ordinem Mel-
chiſedech. *Cum eſſent.* Sacerdotes Leuitici generis. *Qui offer-
rent ſecundum legem munera, qui exemplari & vmbræ deſeruiunt
cœleſtium, ſicut reſponſum eſt Moyſi, cum conſummaſſet.* Ac per-
feciſſet. *Tabernaculum.* Oraculi. Si eſſet terrenus pontifex
ſuper terram, ſicut Aaron, vel alius ſecundum ordinem
Melchiſedech, immortalis, & ſine peccato, qui ſacrificiis
potuiſſet mundare genus humanum, perfectumque red-
F dere, non eſſet vnque ſacerdos ſecundum ordinem Mel-
chiſedech in æternum: quia ſatis eſſent, qui offerrent lega-
lia munera. Sed quia Aaron & filii ei⁹ mortales erant, & pec-
catores, quapropter non poterant genus humanū perfectū
reddere: ideo venit Chriſtus ſine peccato, qui in æternum
ſuum ſacerdotium teneret, ſuoq; ſacrificio genus humanū
perfectiſſime mundaret: non talis, quales illi fuerunt, qui
exemplari & vmbræ deſeruiunt cœleſtiū. Exemplar eſt fi-
gura & ſimilitudo, per quod alia res oſtēditur: ſicut imago
expreſſa in pariete exēplar eſt, & figura veri luminis. Sacer-
dotes igitur Iudæorum exemplari: id eſt, figuræ, & vmbræ
cœleſtium myſteriorum deſeruiebant, quia omnia illa ſimili-
tudines & figuræ erant iſtorum, quæ in eccleſia modo in
veritate aguntur. Cœleſtia autem myſteria dicit ſpiritalia,
quæ obſeruatores ſuos in veritate ad cœleſtia ducunt. Nouum
cœleſte altare eſt fides noſtra, in qua offerimus quotidie o-
rationes noſtras Deo. *Vide, inquit, omnia facito ſecundū exēplar
quod tibi oſtenſum eſt in monte.* Quoniam auditus noſter mi-
nus apt⁹ eſſe videtur ad diſciplinā percipiendā quam viſu:
nō ita animo cōmendamus, quæ audimus, quomodo illa
G quæ ipſo viſu percipim⁹: Ideo non ſolum auditu, verum etiā
viſu demonſtratum eſt Moyſi à domino in mōte, quod erat
facturus cooperāte Beſelehel: vnde dicit: Vide vt omnia fa-
cias ſecundum illam ſimilitudinem, quæ tibi in monte oſtē-
ſa eſt. Quod autem dicit, intelligendum eſt tam de taberna-
culi conſtructione, vaſorumque eius quam de ſacrificiis &
hoſtiis, quæ ibi oblaturi erant. *Nunc autē melius ſortitus eſt mi-
niſteriū.* Sacerdotii videlicet dignitatem. *Quanto & melioris
teſtamenti mediator eſt: quod in melioribus repromiſſionib. ſancitū eſt.*
Hoc eſt, firmatū, ſtatutum & corroboratū. Vides (inquit)
quanto melior iſta celebratio illa, quæ tunc tēporis ageba-
tur: ſiquidē illa ad exemplar & figura eſt, iſta veritas, ſicut in
euangelio loquitur: Lex per Moyſen data eſt: gratia & veri-
tas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Nūc: hoc eſt, in nouiſſima
mundi ætate, tanto melius miniſterium ſortit⁹ eſt ſacerdotii
Chriſtus, quam fuiſſet illud legale, quāto & melioris teſta-
menti mediator eſt: Quanto meliora ſunt cœleſtia terrenis,
æterna tēporalibus: tanto melioris teſtamenti dator eſt Ie-
ſus, & tanto melioribus promiſſionibus confirmatum eſt.
Iſtud teſtamētum etenim temporalia ac terrena promitte-
bat, dicens: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ come-
detis. Et: Obſerua, quæ præcipio tibi, vt ſis longæuus ſuper
H terram: cæteraq; iis ſimilia promittēs tēporalia atq; terrena.
Nouum vero, quod per Chriſtum datum eſt, promittit, ac
tribuit cœleſtia & terrena, vitamq; perfectam per gratiam
baptiſmatis, & fidem dominicæ paſſionis, & remiſſionē o-
mnium peccatorum. Et: Qui crediderit, & baptizat⁹ fuerit,
ſaluus erit. Et: Quia erunt electi ſicut angeli Dei in cœlo. Et
inſuper quod maius eſt, quod dicitur in euangelio Ioannis:
Quotquot (inquit) receperunt eum, dedit eis poteſtatem
filios Dei fieri. Ecce quomodo melioris teſtamenti media-
tor & dator eſt Chriſtus, & quomodo melioribus pro-
miſſionibus confirmatum eſt. In hoc quoque melius ſacer-
dotium ſortitus eſt, quia illud fuit tēporale, iſtud æternum.
Illud nō poterat hominē iuſtificare, nec regnū cœlorū ſuis
obſeruatorib. reſerare: iſtud vero & pfecte iuſtificat homi-

nem,

nem, ſtatimque regnum cœlorum aperit. Mediator autem teſtamenti appellatur dominus, quia ſicut Moyſes mediator fuit inter Deum & populum, verba Dei ad populũ referens, iterumque populi ad Deum: ita & Chriſtus verba Dei patris nobis retulit, iterũmq; noſtra refert ad illum. Tranſiens Apoſtolus à ſacerdote & ſacrificio, tunc demum & teſtamenti differentiam facit, dicens, *Nam ſi illud prius.* Teſtamentum. *Culpa vacaſſet, non vtique ſecundi.* Teſtamenti. *Locus inquireretur.* Hoc eſt: ſi illud teſtamentum legis peccata poſſet auferre, vt obſeruatores ſui inculpabiles eſſent, non ſecundi teſtamenti locus relinqueretur: ſed quia illud non fuit perfectum, illo ſublato inuentus eſt locus aptus ſecundi teſtamenti. Sequitur: *vituperans enim eos.* Id eſt, non approbans dignos laude. *Dicit.* Per Prophetam. *Ecce dies veniũt, dicit dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domũ Iuda teſtamentum nouum.* Quantum ad litteram pertinet, per domum Iſrael decem tribus intelliguntur, quæ ſeparauerunt ſe à domo Dauid temporib. Hieroboam: per domum autem Iuda duæ tribus, Iuda, & Beniamin cum tribu ſacerdotali, quæ adhæſerunt domui Dauid. Altiori autem intellectu per vtranq; domum debemus intelligere omnes tam ex Iudæis quam ex gentib. credentes, qui Deum rectè cõfitendo, quod interpretatur Iudas, veri Iſraelitæ, hoc eſt, Deum mente videntes ſunt, quib. Deus perfecit, atq; compleuit teſtamentum nouum: gratiam ſc. euangelii. Teſtamentum autem nouum dicitur, ad differentiam veteris. Vt vero altius dicamus: Vetus teſtamẽtum ad hoc dicitur, eo quod hominem in vetuſtate peccati poſitum nouum reddere nõ valebat. At vero nouum teſtamentum eſt dictum, eo quod veterem, i. peccato veteris hominis Adæ commaculatum, nouũ efficiat in baptiſmate per fidem dominicæ paſſionis: quod non eſt ſimile teſtamento veteri, quod fecit cum patrib. eorum: quia illud terrena promittebat, ac temporalia, & præcipiebat carnalia: iſtud vero æterna, & cœleſtia promittit, præcipiens ſpiritalia. Quod vero dixit: In die qua apprehendi manum illorum, vt educerẽ eos de terra Ægypti: magnam familiaritatem ſuam omnipotens Deus oſtendit, quam exhibuit illi populo: more enim mulierum loquitur ſermo diuinus, quæ ſolent paruulorum manus apprehendere, & plerunq; ad ſe conducere, plerũq; etiã huc illucq; ſuſtentando illos, ne labantur, vtpote firmos greſſus adhuc non habentes: ſic omnipotens Deus, cum ille populus puerilis ac paruulus eſſet, quia neq; greſſus bonæ operationis habebat, neq; fortitudinem, qua ſe poſſet exoluere de iugo opprimentium, tetendit ei manum ſuam, magnum videlicet auxilium pietatis ſuæ: & extraxit eum de fornace ferrea, trahens ad cognitionem ſuam, & amplexus gratiſſimos: ſimulq; deducens per deſerti vaſtitatem, introduxit terram omnibus meliorem. Sed quia non permanſerunt in teſtamento eius: hoc eſt, non ſeruauerunt, quod præceptum eſt eis in teſtamento: neglexit eos: hoc eſt, dimiſit eos ire ſecundum deſideria cordis eorum, iuxta quod pſalmiſta dixit. Notandum autem, quia quum dixiſſet ſermo diuinus: Perficiam teſtamentum: addidit: *Non ſecundum teſtamentum quod feci cum patribus eorum.* Ne forte Iudæi poſſent oblatrando dicere, illud teſtamentum deſtruendum eſſe, de quo dixit Abrahæ: In ſemine tuo benedicẽtur omnes gentes. Diſcrete manifeſtauit, de quo loqueretur, cum ſubintulit: *In die qua apprehendi manum illorum, vt educerem eos de terra Ægypti: Quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus.* De lege enim hoc dixit, quam quinquageſima die egreſſionis illorum de terra Ægypti datam eſſe conſtat in monte Sinai, in qua non permanſerunt patres eorum, ſed fecerunt vitulũ in Oreb & adorauerunt. Nam illud quod pepigit cum Abrahã, in Chriſto completũ eſt, in quo benedicentur omnes gentes. *Quia hoc teſtamentũ quod diſponam domui Iſrael.* Omnibus ſc. credentibus. *Poſt dies illos, dicit dominus, dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum: & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vnuſquiſq; proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicẽs: Cognoſce dominũ: quoniã omnes ſcient me a maiore vſq; ad minorẽ eorum: quia propitius ero iniquitatib. eorum, & peccatum eorum non memorabor amplius.* Magna diſtãtia inter legem & legem, inter ſcripturã & ſcripturam, inter doctores legis doctoreſq; euangelii, inter literam & gratiã ſpiritalis intelligentiæ. Nam litera legis ſcripta eſt in tabulis lapideis: gratia autẽm ſpiritalis intelligentiæ data eſt fidelibus per ſpiritum S. in corde: per quem ſpiritum charitas Dei diffuſa eſt in cordib. fidelium. Hoc autem quod dicit: Dabo leges meas in mente eorũ, & in cordib. eorum ſcribã eas: ſpecialiter ad S. Apoſtolos pertinet, qui gratiam noui teſtamenti nõ habuerunt ſcriptam in tabulis lapideis, neq; in membranis: ſed in mente & cordib. ſuis diuinitus habuerunt exaratam. Primum quidem dominicam paſſionem, quando (ſicut Matthæus narrat) aſcendit in montem, ibiq; cum eis illum prolixum ſermonem habuit: vbi inſtitutio totius perfectæ vitæ continetur. Secundo vero poſt reſurrectionem ſuam, quando (ſicut Lucas teſtatur) aperuit eis ſenſum, vt intelligerent omnia, quæ ſcripta erant in lege Moyſi, & prophetis, & pſalmis de ipſo. Deinde vero decimo die aſcenſionis ſuæ diſcunt quicquid mortalib. de Deo ſciendum erat. Quomodo poſſent euangeliſtæ tanta miracula, ac verba cœleſtia, poſt eius aſcenſionem ſcribere, niſi ea in cordium tabulis diuinitus exarata haberent: præcipue B. Ioannes, qui 65. anno poſt domini aſcenſionem, euangelium ſcripſit, quomodo poſſet tantam diuinitatem illius proferre, quam ipſe dominus eis protulit, maxime nocte qua comprehenſus eſt? Nos autem partim in cordibus, plenius autem in membranis ſcriptum habemus, ab illis nobis relictum, vt in his meditando exerceamur. Quod autem ſubiungit: Non docebit vnuſquiſq; proximum ſuum, & vnuſquiſq; fratrem ſuum, dicens: Cognoſce dominum: non eſt ad præſens tempus referendum, vbi inuicem docemur: ſed ſicut dicit B. Auguſt. dum loqueretur Propheta Hieremias de primo domini aduentu, ſubito conuertit oculum mentis ad ſecũdum, poſt quem nemo docebit proximum ſuum, vt cognoſcat dominum: quoniam omnes electi poſiti in eius contẽplatione, videbunt, & cognoſcent illũ, ſicuti eſt: nam in præſenti (ſicut diximus) docemur inuicem. Poſtea peccatorũ illorũ non erit memor: quoniã omnes expoliati ab omni fece mortalitatis, & corruptionis corporis immutabilitate atq; peccato, reſurrectionis gloria donati, fulgebunt ſicut angeli Dei in cœlo. *Dicendo autẽ nouum, veterauit prius.* Sumens Apoſtolus fiduciã & autoritatem ex dictis propheticis, vbi dicitur: Cõſummabo teſtamentum nouum ſuper domum Iſrael, oſtendit illud iam liquidius eſſe finiendum. Dicente (inquit) Deo per prophetam, Cõſummabo teſtamentum nouum, veterauit prius: hoc eſt, in vetuſtatẽ redegit, ſiue vetuſtum oſtendit illud, quod erat prius. Vnde & ſubiungit. *Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.* Quaſi diceret, quia ſermo diuinus per hoc quod dixit, teſtamentum nouum futurũ, oſtendit vetuſtũ eſſe prius. Datur igitur intelligi, quia ſi antiquatur, & vetuſtum eſt prius teſtamentum, in proximo eſt, vt intereat, finemq; accipiat. Hoc vero intelligendum eſt non de præceptis vitæ ac morũ, in quib. lex manet, concordans in euangelio, ſed de mandatis ſacrificiorum carnalium. In quibus adueniente, quem præfigurabant, finem acceptura erat lex.

CAP. IX.

Habuit quidem & prius iuſtificationes culturæ, & ſanctũ ſeculare. Prius (inquit) teſtamentum habuit iuſtificationes culturæ: quia per diuinum cultum iuſtificabantur homines à leuioribus culpis. Habuit & ſanctum ſeculare, in quo ſeculi homines, hoc eſt, gentiles ad Iudaiſmum tranſeuntes recipiebat: patet etiã non ſolum Iudæis, ſed etiam talib. gentilibus. Sanctum ergo ſeculare, locum vocat atriorum vbi gentiles ſtabant ad orandum poſt Iudæos. *Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo erant candelabra & menſa, & propoſitio panum, quæ ſancta dicitur.* Non de illo tabernaculo diſputaturus hic Apoſtolus, quod Moyſes fecit in eremo, vbi tantummodo vnum candelabrum fuit: ſed de templo, quod poſtea Salomon ædificauit in Hieruſalem, vbi fuerunt plura candelabra. Vnde quod Primum dicit, non eſt referendum ad tempus, ſed potius ad locum: dicit enim illud templum Salomonis beatus Apoſtolus duo tabernacula: & primum quidem tabernaculum appellat illam partem templi, vbi erant candelabra & menſa, ſuper quam ponebantur duodecim panes calidi, ſex hinc, & ſex inde: & ſuper panes duæ pateræ aureæ plenæ thure, vna hinc, & hinc, & altera inde, erantq; ibi à ſabbato vſq; ad ſabbatum. Erat etiam ibi altare aureum, vbi offerebatur incenſum ti-

miama-

A miamatis mane & veſpere: cum qua parte templi compre-
hendit altare holocauſtorū, quod erat ſub diuo ante fores
templi domini, in quo tabernaculo licite ingrediebãtur ſa-
cerdotes & reliqui miniſtri quotidie. Secundū a. taberna-
culum vult intelligi ſancta ſanctorum, illā videl. partē tēpli,
quę diuidebatur pariete 20. cubitorum, & velo, quod pen-
debat ante parietē, vbi intrinſecus erat arca Moyſi continēs
in ſe tabulas legis, & vrnā auream, in qua erat manna, virga
quoq; Aaron, quæ fronduerat: ipſa a. plano ſchemate erat
facta, ideoq; ſuper illā erat tabula aurea, quæ appellabatur
propiciatorium, eo q inde loqueretur dominus Moyſi &
ſacerdotibus. Et ſuper ipſam arcam erant duo cherubim, q
alis ſuis obumbrabant tabulā propitiatorii, verſiſq; vultib.
reſpiciebant in ꝓpitiatorium. In iſtud ſecundum taberna-
culum, hoc eſt, in ſancta ſanctorū, nemo ingrediebatur, niſi
ſolus pontifex ſemel in anno: accepto ſanguine in vaſculo
ingrediebatur intra oraturus pro populo, ſeptima decima
videl. die ſeptimi a feſtiuitate paſchali, quæ dies quidē ap-
pellabatur Propitiationis. In craſtinum a. ſequebatur feſti-
B uitas tabernaculorum. Spiritaliter a. ad illud primū taber-
naculum, vbi ſacerdotes licite ingrediebantur, ſtatum prę-
ſentis eccleſiæ ſignificat, vbi ſunt plura candelabra, ſancti
videlicet prædicatores, qui ſibi, & aliis lucent verbo & ex-
emplis. Vel etiā vbi ſunt dona Spiritus S. quib. fideliū cor-
da illuminantur, qui per fidē in Eccleſia conſiſtunt. Eſt &
menſa Dei, videl. ſcriptura, de qua pſalmiſta dicit: Paraſti in
conſpectu meo menſam. Eſt & ꝓpoſitio panū in menſa, in-
tellectus videl. ſacræ ſcripturæ, quo quotidie reficiuntur a-
nimæ fidelium. Poſſumus & panē intelligere corpus & ſan-
guinē domini, quod in eccleſia conſecratur. *Poſt velamentum
aut. in ſecūdum tabernaculum eſt, quod dicitur ſancta ſanctorum,
aureum habens thuribulū, & arcā teſtamenti circumtectam ex o-
mni parte auro in qua vrna aurea, habens manna, & virga Aaron,
quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti.* De his ſingulis, quomo-
do & qualiter eſſent ordinata, ſecundū literā paulo ſuperius
elucidatū eſt: quapropter ſpiritalia myſteria videamus. Ve-
lamentū poſt quod erat tabernaculū, quod appellabatur
ſancta ſanctorū cauſa ſuæ dignitatis (ſicut cātica canticorū)
ſignificat cœlū, poſt quod Deus in interiora patrię cœleſtis.
C Eleuato velo ingrediebatur pontifex cum ſanguine in ſan-
cta ſanctorum oraturus pro populo: & dominus pontifex
noſter cum ſanguine paſſionis ſuę eadē paſſione peracta re-
ſerato cœlo ſancta ſanctorū penetrauit, vbi aſſidue Deum
patrem exorat pro nobis. In ſanctis ſanctorū erat thuribu-
lum, quia Chriſtus in ſecretis patriæ cœleſtis conſiſtit, per
quem orationes noſtras ad Deum patrē dirigimus. Arca te-
ſtamenti circūtecta ex omni parte auro, caro eſt domini ſal-
uatoris, qui autor eſt vtriuſq; teſtamēti, & qui interius ple-
nus diuinitate, exterius refulgebat virtute miraculorū. ver-
borumq; cœleſtiū. In auro ſolet claritas ſermonis deſigna-
ri, ſicut ſapientia dicit: Concupiſce ſapientiā, ſicut aurū. Vr-
na aurea habens manna, Chriſtus eſt, in quo manna diuini-
tatis eſt, qui dixit: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcen-
di. Virga Aaron quæ fronduerat, ſacerdotū dignitas, quæ
ſemper floret in Chriſto: ſiue potentia imperialis eſt. Duæ
tabulæ teſtamenti in arca, duo ſunt teſtamenta conſiſtētia.
Sequitur: *Super quā erant.* Hoc eſt, ſuper arcā. *Cherubim gloriæ
obumbrantia propitiatoriū.* Duo Cherubin tegentia (quæ in-
terpretantur plenitudo ſcientię) duo ſunt teſtamēta, in qui-
bus plenitudo eſt ſcientiæ, quæ tegunt Chriſtum, qui eſt
D propitiatio pro peccatis: quia in diuina ſcriptura latet. *De
quib. modo non eſt dicendum.* Quid myſterii in ſe habeant. *Non eſt modo dicē-
dum per ſingula.* Fortaſſis ideo reticuit, quia multis ſermonib.
opus habebat: ſiue quia necdū erant capaces omnia porta-
re. *His vero ita compoſitis.* Et ordinatis, quæ diximus eſſe tā in
primo tabernaculo, quā in ſecundo: hoc eſt, in ſancta ſan-
ctorū. *In priori quidē tabernaculo.* hoc eſt, in illa parte templi,
vbi & altare incenſi erat, & ante cuius etiā fores erat altare
holocauſtorū. *Semper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia
conſummantes.* Non eſt ita intelligendū, quod in templo ſu-
per altare incenſi hoſtias offerrent, aut ibi perficerent ſacri-
ficia victimarū: ſed potius ſacrificiorū officia poſſumus ac-
cipere incenſum, ad quod offerendū ſemper ingrediebant-
tur ſacerdotes mane & veſpere: ſiue cōſummatio & pfecto
ſacrificio ante templū in altari holocauſtorum ſemper in-
gredicbantur in templū cum incenſo. Poteſt & tertio mo- E
do intelligi, vt, ſicut ſuperius diximus, cum tēplo altare etiā
holocauſtorum comprehēderit, ac per hoc à parte totum
voluit comprehendere: vtrūq; tamen pro vero accipi po-
teſt. *In hoc ſecundo autem ſemel in anno ſolus pōtifex non ſine ſan-
guine, quē offerret pro ſua, & populi ignorantia.* Secūdum taber-
naculum, in quod ſolus pontifex cum ſanguine ingredie-
batur ſignificat interiora patriæ cœleſtis. Ille vero pontifex
deſignat Chriſtum, qui ſemel ingreſſus eſt ſancta ſanctorū
intra velum, impleta paſſione ſua: vt aſſiſtat nūc vultui Dei
pro nobis orans, nō pro ſuis, ſed pro noſtris delictis. Niſi
forte dicatur orare pro ſuis, propter communionem quam
habet cum corpore ſuo, quod eſt eccleſia: vnde dicit in paſ-
ſione: Deus meus, Deus me⁹, quare me dereliquiſti? Lōge
à ſalute mea verba delictorum meorum. Quæ ſunt n. verba
delictorum, niſi corporis eius, quod nos ſumus? ipſe n. pec-
catum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. *Hoc ſi-
gnificante ſpiritu S. nondum propalatam eſſe ſanctorū viam.* Id eſt,
hoc ſignificante ſpiritu ſancto ad Moyſen, nondum veniſſe
Chriſtum, qui ſemel cum ſanguine paſſionis ſuæ ingrede-
retur cœlorum ſecreta. Quaſi diceret aliis verbis, Ideo ſolus
pōtifex cum ſanguine intrabat ſemel in ſancta ſanctorū, vt F
diſcam⁹, quia cœleſte regnū inacceſſibile erat adhuc mor-
talibus, quoaduſq; veniret Chriſtus, qui explēta paſſione
aperiret nobis ianuam patriæ cœleſtis, reſerato velo, id eſt,
cœlo. nondum n. manifeſta erat ſanctorum via, ingredien-
di in patriam cœleſtem: ſiue non manifeſtata intelligentia:
quia ignorabant homines, quid ſignificarent illa myſteria.
Nec putem⁹ illuc nos non poſſe ingredi, quia pontifex no-
ſter prior ingreſſus eſt: ipſe namq; dicit ad patrē: Pater volo,
vbi ego ſum, & iſti ſint mecum. Et alibi: Vbi ego ſum illic &
miniſter meus erit. Et quia adhuc templum ſtabat, quando
Apoſtolus iſta loquebatur: & munera legalia, quamuis ſine
cauſa, ibi offerebantur, ideo ſubiunxit, dicens: *Adhuc priore
tabernaculo habente ſtatum: quæ.* Subaudi, res. *Parabola eſt.* Hoc
eſt, figura, & ſimilitudo. *Temporis inſtantis.* Siue præſentis:
quod n. agebatur in templo tunc temporis, figura erat &
ſimilitudo iſtius veritatis: quæ etiam in eccleſia complebā-
tur. Sequitur: *Iuxta quam.* Subauditur, parabolā, ſiue figu-
ram. *Munera & hoſtiæ offeruntur.* Adhuc ibi à ſacerdotib. *Quæ.*
Munera, vel hoſtiæ. *Non poſſunt perfectum facere ſeruientem iu-
xta cōſcientiam* Conſcientia dicitur cordis ſcientia, per q̄ in- G
telligitur mens hominis. Illa (inquit) munera carnalia non
poterant perfectum reddere ſeruientem in lege perfecti-
one mentis, quia non valebant mentē iuſtificare, dum non
tollebant peccata: neminem n. ad perfectū adduxit lex, ſed
in quib. & maxima parte mundatio legis conſtabat, ſubſe-
quenter oſtendit, inquiens: *Solummodo in cibis, & in potibus,
& variis baptiſmatib⁹, & iuſtitiis carnis.* Subaudi, videbatur p-
fectum facere ſeruientem. *Vſque ad tempus correctionis* Id eſt,
meliorationis, & emēdationis. *Impoſitis.* Iſtis iuſtitiis carnis.
Hæ iuſtitiæ carnales in differentia ciborum, & potuum, ac
variorum baptiſmatum, ſiue lauationum, vſq; ad tempus
dominici aduentus impoſitæ fuerunt, ſicut & reliqua quæ
in figura agebantur: Domino autem aduenienre, correctæ
ſunt, hoc eſt emēdatæ, & in melius mutatæ. Nā per munda
animalia, quæ lex præcipit, vt edantur, ſignificantur munda
opera: per immūda vero animalia, immunda opera intelli-
guntur, à quib. abſtinendū eſt. Per potus vero mundos, do-
ctrinam eccleſiaſticorum virorum: per immundos vero, do-
ctrinam hæreticorum nihilominus intelligere debemus. H
De baptiſmatib. vero Iudæorum plenius in euāgelio Mar-
ci legitur, vbi vituperabant Phariſæi dominum, & diſcipu-
los eius, non lotis manibus manducare: omnes n. lauatio-
nes eorum nomine baptiſmi deſignat. Aliquando a. manus
ſolummodo lauant, aliquando pedes, aliquando totū cor-
pus, quando aut aliquid immundum cōtingunt, aut etiā ſi
ad monumentum ingrediuntur: ſed fruſtra lauant manus atque
corpus, dum contēnunt fonte ſaluatoris ablui. nam quod
propheta dicit: Lauamini, mundi eſtote, & mundamini qui
fertis vaſa domini. Illi ſolūmodo carnaliter intelligebāt: cū
potius de lauatione baptiſmatis Chriſti & munditia operū
dictum ſit. Iſta omnia impoſita erant vſq; ad tempus corre-
ctionis: hoc eſt, ad tempus dominici aduentus: poſteā vero
immutata ſunt a Chriſto in meli⁹: quia dum carnaliter ob-

ſerua-

A ſeruabantur, munditiam corporis adimplebant: dum vero ſpiritualiter cœperunt obſeruari, munditiam animæ pariter cœperunt obſeruare. *Chr. ſtus autem aſſiſtens pontifex fu urorũ bonorum per amplius & perfectius tabernaculum, non manu factum: id eſt, nõ huius creationis.* Pontifex Iudæorum qui ſemel in anno cum ſanguine introibat intra velum in ſancta ſanctorum, oraturus pro populo, Chriſtum dominum ſignificabat, ſicut iam mulos in locis declaratum eſt: qui cum ſanguine paſſionis ſuæ, reſerato cœlo ingreſſus ſecreta patriæ cœleſtis, vbi nunc aſſiſtit vultui Dei pro nobis. Pontifex autem futurorum bonorum, duobus modis appellatur. Futura enim bona quæ ipſe nobis adminiſtrauit, fuerunt verba cœleſtia, natiuitas ipſius, baptiſmus, paſſio, reſurrectio, remiſſio peccatorum, perfectaq; iuſtificatio: quæ idcirco futura bona appellantur, vel quia myſteriis præfigurata ſunt: vel etiam, quia prædicta ſunt in diuinis oraculis. Altiori autem intellectu futura bona poſſumus accipere, gaudia patriæ cœleſtis, quæ nobis per Chriſtum miniſtrata ſunt: Vnde & pontifex appellatur, eo quod pontem, i. viã iuſtitiæ ad patriam cœleſtẽ aſcẽdendi nobis exhibuerit.
B Alia translatio habet, Chriſtus adueniens pontifex futurorum: niſi enim aduenisſet, nequaquam futura bona nobis adminiſtraſſet, neque aſſiſteret vultui Dei pro nobis. Notandum, quia non dixit ſimpliciter Apoſtolus, illum aſſiſtere, ſed per tabernaculum: vſus etiam comparatiuo gradu dicens: Amplius: & perfectius: Tabernaculum autem p quod aſſiſtit Deo patri, humanitas illius: quoniam niſi homo fieret, nequaquam Deo patri aſſiſtere poſſet. Tabernaculum ergo, corpus domini amplius eſt tabernaculo Moyſi, tabernaculo quoq; Salomonis: quia illa manibus carnalium hominum facta ſunt: hoc vero intra vterum virginis ſine ſemine viri, totius trinitatis opere effigiatum eſt: ſiue in hoc amplius & maius illis tabernaculis, quia diuinitas verbi, quæ tota non poteſt cõprehendi in tabernaculo manu facto, in illo homine pleniſſime requieſcit: perfectius ſiue ſanctius in hoc eſt illis tabernaculis, quia neutrum illorum ſibi miniſtrantes ſanctificare, perfectoſque facere poteſt. Quod dixit, Non manu factum: expoſuit ipſe dicens: id eſt, non huius creationis, cuius nos ſumus, quia nõ fuit virili ſemine cõcretum. Iſte eſt lapis, quem vidit Daniel abſciſſum
C de monte ſine manibus: hoc eſt, de populo Iudæorum natũ ſine ſemine viri, & coitu maſculi. *Neque per ſanguinem hircorũ aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſãcta æterna redemptione inuenta.* Non cum ſanguine legalium animalium, à quo perfecte iuſtificatio nõ poterat dari: ſed cum ſanguine paſſionis ſuæ introiuit in patriam cœleſtem: quo ſanguine omnes ſunt redempti perfecteque iuſtificati, non temporali, ſed æterna redemptione: de hac redẽptione dicitur per Zachariam: Viſitauit nos, & fecit redemptionem plebis ſuæ. Redemptio autẽ ad captiuos pertinet, & nos captiui eramus, captiuati à diabolo, in primo parente noſtro. *Si enim ſanguis hircorũ & taurorũ, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationẽ carnis, quãto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendũ Deo viuẽti?* Si ſanguis animalium irrationabiliũ poterat carnem emundare, & ſicut tunc tẽporis videbatur, ſanctificabatur, ſi quis immundus aſperſus fuiſſet illo ſãguine: multo magis ſãguis Chriſti poterat mundare animã, & pleniſſime iuſtificare: ſed ne quis putaret plenam iuſtificationem & e-
D mundationem prouenire aſperſione illius ſanguinis legalis ſubintulit Apoſtolus, carnis emundationem ſecundum legem p illum dari: quaſi diceret, Sanctificatur quidem caro, & emundatur, propter legis præceptum: ſed tamen anima nõ expiatur. Addidit quoque differentiæ cauſam, p quã demonſtrauit illum ſanguinem animalium nõ eſſe immaculatum, dicens de Chriſto: qui per ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo. Spiritus ſanctus qui repleuit illum hominẽ in vtero virginali, cuſtodiuit eum vt abſq; peccato ab hoc mundo tranſiret, eſſetq; immaculatum ſacrificiũ, in odorẽ ſuauitatis Deo patri. Emundabit cõſciẽtiã noſtrã, i. mentem noſtrã. Ab operibus mortuis. Opera mortua ſunt peccata quæ animam occidunt: ſicut n. anima viuit virtutibus, quæ opera vitæ appellantur: ita moritur vitiis & peccatis, ſimulq; trahitur ad mortem æternæ perditionis. &

E benedicit, ab operibus mortuis: ſi quis n. in lege tangebat mortuum, polluebatur, tamen aſperſione ſanguinis poſtea mundabatur: ſimiliter qui imitatus fuerit opus mortuæ animæ, inquinatus, tamen, per fidem dominicæ paſſionis mundatur. Qui n. tetigerit picem, inquinabitur ab ea. hoc eſt, ſi p pœnitentiam & gratiam baptiſmatis quis fuerit ablutus ab operibus mortuis, ſi eadem iterum attigerit, contaminabitur. Sequitur: Ad ſeruiendum Deo viuenti. Hic aptiſſime oſtendit, quia opera mortua habentes, non poſſunt ſeruire vero & viuo Deo: quia illa mortua ſunt, & falſa: ſi n. qui mortuum, aut aliquid immundum tangebat, nõ oportebat eum intrare in templum: quanto magis quis mortua opera habens, non poterit intrare in cœlum? *Et ideo noui teſtamẽti mediator eſt, vt morte intercedente* Siue interueniente. *In redemptionem earum præuaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Vbi enim teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat.* Seu interueniat. *Teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt alioquin.* Id eſt aliter. *Nondum valet.* Firmum eſt teſtamentum. *Dũ viuit.* Ille. *Qui teſtatus eſt.* Leges humanas hic videtur apoſtolus tangere quæ ſolent teſtamentum, q alter alteri facit de hæreditate ſua firmũ facere, quouſq; teſtator ipſius teſtamenti morte interueniẽte diſceſſerit: mortuo vero illo
F teſtatore, q teſtamentum fecit, omnino iã firmum manet. In hunc modum teſtamentum vitę æternæ, q à Chriſto accepimus non aliter nobis firmum manere poterit, niſi ipſe morte ſua illud roboraſſet: Tãtum n. erat peccatum noſtrũ, vt aliter nõ potuiſſem* redimi & ſaluari, niſi vnigenitus Dei filius, pro nobis moreretur: & quia ad illud conſequendum quod ipſe pmiſerat, indigni eramus, ipſe nobis morte ſua mediator factus eſt, vt p ſuam mortem indebitam, illã quæ nobis debebatur auferret. Et qa fortaſſis poterãt multi minus perfecti dubitare de promiſſionibus domini, maxime ex eo quod mortuus eſt, quaſi infirmus, beatus apoſtolus exponit exemplũ ex communi conſuetudine legum humanarum oſtendens. quia non viuentibus teſtatoribus, ſed morientibus, firmantur teſtamenta, fortitudinemque accipiunt: quandiu n. viuit teſtator, poteſt immutare ſententiã ſuã: quapropter volens apoſtolus eſſe firmum teſtamẽtum quod Chriſtus nobis dimiſit, idem dicit, inquiens: Chriſtus noui teſtamenti mediator eſt, vt morte ſua interueniente in redemptionem illarum præuaricationum, quæ non poterãt auferri, & deleri in priori teſtamento, deletæ autem ſunt p paſſionem, vt repromiſſionem æternæ hæreditatis accipi-
G ant illi, qui vocati ſunt æterna vocatione: nam non loquitur hic de generali vocatione, de qua dominus ait: Multi vocati, ſed pauci electi: ſed de illa de qua idẽ egregius prædicator ait, loquens de electis: Quos pſciuit, hos & prædeſtinauit: & quos prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit. Titulum autem æternę hæreditatis ex parte in præſenti ſeculo iam poſſidemus, nobis à domino datum euangeliũ, videlicet illius, quod obſeruatores ſuos æternaliter cũ Deo facit viuere: gratiã ſpiritus ſancti, remiſſionem peccatorum, cognitionem ſuam, & pacẽ, quã nobis reliquit pergens ad paſſionẽ: Pacẽ (inquit) relinquo vobis. Iſtum quidem hæreditatis titulum quaſi arrham in præſenti habemus, ſed perfectius nobis ſupplebitur, cum erit Deus omnia in omnibus, cum tradiderit Chriſtus regnum Deo & patri, cum fuerimus perducti ad gaudia patriæ cœleſtis, in qua futuri ſunt electi ſicut angeli Dei in cœlo videntes Deũ ſicuti eſt. Et hæc erit perfecta hæreditas electorum, quam
H Chriſtus in morte ſua cõfirmauit. *Vnde nec primũ quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.* Id eſt, confirmatum, & conſecratum. *Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinẽ vitulorum, & hircorũ cum aqua & lana coccinea & hyſſopo ipſum quoq; librum, & omnem populum aſperſit.* Omnia iſta in figura agebantur: nam vitulus ille, qui plerunq; ſacerdotis erat, Chriſtum ſignificabat, qui verus ſacerdos exiſtens vitulũ, hoc eſt, ſemetipſum obtulit Deo patri in ara crucis. Ille eſt vitulus, quem pater mactauit pro reuerſione filii prodigi. Hircus quoque qui pro peccato offerebatur, eundem Chriſtum ſignificat, qui pro peccatoribus oblatus eſt: iuxta quod idem Apoſtolus alias ait: Eum qui nõ nouerat peccatum, Deus pater pro nobis peccatum fecit: hoc eſt hoſtiam pro peccato: q n. vetus teſtamentum ſanguine reſperſum

eſt ad

A eſt ad confirmationem, ſimiliter & populus typicè ſignificabatur ſanguine paſſionis Chriſti nouum teſtamentum confirmandum, & populum credentem mundandum. Aqua autẽ, qua populus aſpergebatur, aqua eſt baptiſmatis, qua fideles perfunduntur. Lana coccinea charitatem Chriſti, qua pro nobis paſſus eſt, & de qua alibi dicitur: Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret pro mundo. Hyſſopus herba humilis eſt, & in petra naſcens, per quã humilitas deſignatur Chriſti & fortitudo, qua interiora noſtra purgantur. Nam huius herbæ genere pulmonum vitia ſolent curari. Poteſt & per hyſſopum pœnitentia intelligi, quæ fortiter peccata interiora vitiamenti purgat. *Dicens: Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus.* Quaſi diceret: hæc eſt confirmatio huius teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus: iſte ſanguis præfigurabat alium ſanguinem, qui de latere Chriſti in cruce manauit: hoc ſanguine Chriſtus & nos aſperſit, & teſtamentum ſuum confirmauit, ſicut ipſe dixit: Hic eſt ſanguis noui teſtamenti, in remiſſionem peccatorum. *Etiam tabernaculum & omnia vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit.* Tabernaculum illud intelligendum eſt, de quibus per Prophetam Deus dicit: Inhabitabo in illis, & inambulabo, & de quibus Apoſtolus alibi dicit: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Vaſa vero diuerſa, fideles ſunt Eccleſiæ diuerſa officia habentes: Quidam etenim ſunt vaſa prædicationis, ſicut Paulus, de quo dominus ad Ananiam ait: Vas electionis eſt mihi iſte. Quidam vero diuerſos gradus, ac varia officia habent, quæ idem egregius commendans dicit: Alij datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij prophetia, alij genera linguarum, alij gratia curationũ, & alia atq; alij diuerſa dona habẽt, quæ ſingulis horum diuidit ſpiritus ſanctus, prout vult. Tabernaculum ergo & omnia vaſa illius ſanguine aſperguntur, quia vniuerſalis Eccleſia cum omnib. ſibi miniſtrantibus ſanguine paſſionis Chriſti mundatur.

B

Et omnia pene in ſanguine mundantur, ſecundum legem: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. Quare dixit, Pene in ſanguine mundantur omnia, ſecundũ legem. & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. quoniam in illis non erat perfecta mundatio, neq; perfecta remiſſio: temporanea enim, quantum ad legem pertinet, mundabantur aſperſione, ſiue effuſione ſanguinis animalium, leuiaq; peccata relaxabantur. ſed in hoc, quia maiora crimina non tollebat, neq; perfectũ hominem reddebat, nõ erat perfecta mundatio: perfecta autem mundatio & remiſſio in ſanguine Chriſti conſiſtit, qui pro nobis fuſus eſt in remiſſionem peccatorum: ſine cuius ſanguinis effuſione nemo redimitur. *Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium his.* Sacrificiis, & aſperſionibus. *Mundari. Ipſa aut. in cœleſtia melioribus hoſtijs mundantur quàm iſtis.* Sacrificia legalia exemplaria, id eſt, figuram & imaginem vocat: iſta autem, quæ modo in veritate in Eccleſia celebrantur, cœleſtia appellat, id eſt, ſpiritalia: quoniam ſpiritualiter ſunt agenda: ſiue cœleſtia, eo quod illos, qui in veritate ea celebrant, ad cœleſtia perducant. Exemplaria, inquit, cœleſtia myſteriorum, ac rerum, quæ in lege agebantur, in figuram iſtorum, quæ modo in Eccleſia complentur, neceſſe erat talibus ſacrificijs typicis & aſperſionibus figuratiuis, quæ vera præfigurabant, in lege vti. Ipſa autem cœleſtia, id eſt, ſpiritalia, quæ in veritate modo in Eccleſia celebrantur, melioribus hoſtijs mundantur iſtis legalibus: ſanguine videlicet paſſionis Chriſti. Nam quia quærebant vera ſacrificia, quibus perfecte poſſent homines mundari, nec inueniebãtur, neceſſe fuit tandiu manere illa, quouſq; vera venirent. *Non enim in manufactis Ieſus introijt, exemplaria verorum: ſed in ipſum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Non introijt, inquit, Ieſus in manufactis, ſubaudis, quæ ſunt exemplaria verorum. Manufacta appellat ſancta ſanctorum, quæ primum manibus Beſeleliel facta ſunt in eremo, & poſtea ſimiliter manibus operariorũ in templo Salomonis, in quæ nõ introijt Ieſus, ſed in ipſum cœlum, quod non eſt manibus hominum factum, ſed iuſſione & voluntate Dei extentum. Igitur illa fuerunt exemplaria: & hic verorum: quia iſta vera ſancta ſanctorum præfigurabant, quæ Chriſtus ſemel intrauit. Introijt autem Ieſum, ſecundum id, quod homo eſt: nam ſecundũ quod Deus eſt, vbiq; eſt, & omnia implet, nec in manufacta hominum introijt, ſed in ipſum cœlum, iuſſione Dei creatum: nec hanc ſolam differentiam oſtendit, ſed etiam pontificem proximum factorem, vt appareat vultui Dei pro nobis: hoc eſt, vt ſeipſum exhibeat præſentiæ paternæ, nobiſq; illum propitium reddat. Vnde Ioannes dicit: Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. *Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum: quemadmodum pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.* Non eſt Chriſtus ad hoc ingreſſus in ſancta ſanctorum, vt ſæpe ſemetipſum offerat, quemadmodum põtifex Iudæorum ingrediebatur in ſancta per ſingulos annos: neq; cum ſanguine alieno, ſed cum ſuo: quoniam ipſe, qui eſt Sacerdos, & ſacrificium, ſemel ſemetipſum obtulit in ara crucis: at vero reſurgens iam non moritur: mors ei vltra nõ dominabitur: nec eſt neceſſe, vt amplius moriatur: quoniam ad ſalutem omnium credentium ſatis ſufficit vna paſſio eius. Alioquin: hoc eſt ſi aliter eſſet, vt ſemel paſſus non prodeſſet, ſæpius oportebat eum crucifigi ab origine mundi: hoc eſt, quot fuerũt electi, & quot futuri ſunt, pro ſingulis mori illum oporteret, ſi eos redimere vellet: ſed noluit niſi tantũ ſemel mori: quia vna morte illis redemptio facta eſt. *Nunc autem ſemel in conſummatione ſeculorũ.* Hoc eſt, in fine ſeculorum, in nouiſſima ætate. *Ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit.* Hoc eſt, per corpus ſuũ, quod fecit hoſtiam pro peccato. Semel (inquit) in fine ſeculorum ad hoc apparuit, vt per hoſtiã ſuam deſtrueret peccatum: merito tunc apparuit, quando multa erant, vt oſtenderet diuitias gratiæ ſuæ: ſi enim in principio fieret, fortaſſis nullus crederet, & hoc ſemel in conſummatione peccatorum per proprium ſanguinẽ non per alienum. *Et quemadmodum ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc autem iudicium: ſic & Chriſtus ſemel oblatus ad multorum exhaurienda peccata: ſecundo ſine peccato apparebit expectantibus ſe in ſalutẽ.* Sicut hominib. ſtatutum eſt ac decretũ, vt nõ poſſint mori, niſi ſemel: poſtea aũt accipiunt iudiciũ: hoc eſt, prout vnuſquiſq; geſſit in corpore, ſiue bonũ, ſiue malũ: ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt à ſemetipſo ad multorum tollenda peccata: nec poteſt amplius mori: ſed neq; indigemus. Notandum autem, ad multorũ tollenda peccata illum eſſe oblatum, & non omnium: quia non omnes credituri ſunt. Tale quid & ipſe Dominus Apoſtolis: Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Quod autem ſequitur: Secundo ſine peccato apparebit expectantibus ſe in ſalutem tale eſt, ac ſi diceret: Primum quidem apparuit ille per hoſtiam ſuam: hoc eſt, per corpus mortale, quod fuit hoſtia pro peccato: ſecundo autem apparebit ſine hoſtia pro peccato: quia non erit iam hoſtia pro peccato, ſicut prius fuit: non enim poterit deinceps mori. Sicut enim vnuſquiſque noſtrum poſt mortem recipit iuxta opera ſua, ita Chriſtus deuicta morte, & adepto regno, ſecundo apparebit expectantibus ſe in ſalutem, vt iuſtè vindicet ſuos, qui iniuſtè paſſus eſt ab alienis. Melior eſt hæc apparitio expectantibus ſe in ſalutem, quam communis viſio, de qua dicitur: Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hoc eſt ergo ſecundo apparere ſine peccato: iam non videri in ſimilitudine carnis peccati. ſed nec aliorum peccata portantem in corpore ſuo ſuper lignum, ſicut in primo aduentu fecit: nec interueniẽ amplius pro peccatis, ſed vindictam exercere in peccatores.

C

D

E

F

G

H

Cap. X. *Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, nõ ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs, quas offerunt indefinenter nunquã poteſt credentes perfectos facere.* Ordo verborũ eſt: Habens lex vmbrã futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, nunquã poteſt accedẽtes ad ſe perfectos facere eiſdem ipſis hoſtijs, quas offerunt indeſinenter per ſingulos annos. Futura bona duobus modis intelligenda ſunt: videlicet vel Sacramenta q̃ in veritate in Chriſto & in Eccleſia completa ſunt, quæ futura erant, vt venirent vel etiam gaudia patriæ cœleſtis. Vmbram autem vocat figuram, & ſimilitudinem: imaginem autem pro veritate ponit. Multifariam autem Sacramenta Chriſti & Eccleſiæ oſtendebat, donec veniret ipſa veritas Chriſtus qui

A interiorem eiuſdem figuræ ſenſum data gratia ſpiritus ſancti, Eccleſiæ ſuæ patefaceret, ſimulque moriendo in creatura omnia illa Sacramenta reuelaret. Nunquam autem potuit accedentes ad ſe perfectè mundare eiſdem ipſis hoſtijs, quas ſemper offerebant ipſi Sacerdotes per ſingulos annos, eaſdem ipſas hoſtias irrationabiles offerebant omnibus annis: arietes videlicet, boues, hircos, turtures & columbas. Sequitur: *Alioquin ceſſaſſent offerri: ideo quod nullam haberent vltra conſcientiam peccati cultores illum ſemel mundati: ſed in ipſis commemoratio peccatorum per annos ſingulos fit.* Alioquin: hoc eſt, ſi ab omnibus peccatis liberati eſſent, & ceſſaſſent offerri illæ hoſtiæ, eo quod nullam haberent vltra conſcientiam: id eſt, memoriam, & recordationem peccatorum illorum à quibus cultores illius ſemel mundati eſſent: ſed quia hoc non potuit fieri, & nunquam potuerunt maiora & criminalia peccata illis ſacrificijs mundari, fit per ſingulos annos commemoratio peccatorum in ipſis hoſtijs, verbi gratia: Si obtuliſſet quis præſenti anno hoſtias pro peccato aut adulterij, aut ſacrilegij, aut parricidij, neceſſe erat, vt omnibus annis id ageret: quoniam non poterat perfectè expiare ab illo piaculo:
B proinde accuſatio peccatorum fuit, quod fiebat, non ſolutio. Accuſatio infirmitatis, non virtutis oſtenſio. In eo enim quod offerebatur, redargutio peccatorum: in eo quod ſemper offerebantur, redargutio infirmitatis eiuſdem ſacrificij. Propter quam cauſam imperatum ſemper offerri? Propter infirmitatem: quia non poterat perfectè mundare, vt & memoria, & redargutio peccatorum fieret. Quid ergo dicendum eſt? nunquid & Sacerdotes noſtri quotidie idem non agunt, dum non offerunt aſſidue ſacrificium? Offerunt quidem, ſed ad recordationem mortis eius: & quia nos quotidie peccamus, & quotidie indigemus mundari: quia ille non poteſt iam mori, dedit nobis hoc Sacramentum corporis & ſanguinis ſui, vt ſicut paſſio illius redemptio & abſolutio fuit mundi, ita etiam iſta oblatio redemptio & mundatio ſit omnibus in vera fide offerentibus, bonamque intentionem habentibus. In hoc enim differt ab illo veteri ſacrificio ſæpius repetito iſtud noſtrum, quod ſimiliter repetitur: quia iſtud eſt veritas, illud figura: iſtud perfectum reddit hominem, illud minime: & illud non cauſa infirmitatis ſuæ repetitur, quod non poſſit perfectam ſalutem conferre: ſed in commemoratione paſſionis Chriſti, ſicut ipſe dixit:
C Hoc facite (inquiens) in meam commemorationem. Et vna eſt hæc hoſtia, non multæ, ſicut illæ erant. Quomodo vna eſt, & non multæ, cum a multis diuerſis in locis diuerſiſq; temporibus offeratur? Aptiſſimè ergo animaduertendum eſt, quia diuinitas verbi Dei, quæ vna eſt, & omnia replet, & tota vbique eſt, ipſa facit, vt non ſint plura ſacrificia, ſed vnum, licet a multis offeratur: & ſit vnum corpus Chriſti cum illo, quod ſuſcepit in vtero virginali, non multa corpora: nec nunc quidem aliud magnum, aliud minus, aliud hodie, aliud cras offeremus, ſed ſemper idipſum æquam magnitudinem habens: proinde vnum eſt hoc ſacrificium Chriſti, non diuerſa, ſicut illorum erant. Nam ſi aliter eſſet, quoniam multis in locis offertur, multi eſſent Chriſti: quod abſit. Vnus ergo vbique eſt, & hic plenus exiſtens, & illic: plenum vnum corpus vbique habens. Et ſicut qui vbique offertur, vnum corpus eſt, non multa corpora: ita etiam & vnum ſacrificium.
D Sequitur: *Impoßibile eſt enim ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Quæ ratio eſſe poterat, vt rationalis homo ſanguine irrationalis animalis mundaretur? [illegible] propter leuiora peccata purgabantur, corpuſque mundabatur, quantum ad legem pertinet: tamen impoſſibile [illegible] maiora & grauiora peccata illis ſacrificijs mundari: [illegible] neminem ad perfectum adduxit lex. *Ideo ingrediens mundum dixit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Anteriores hoſtiæ oſtenduntur his [illegible] bis inutiles eſſe ad integram perfectamq; mundationé, [illegible] acceptabiles Deo: quoniam [illegible] placuerunt ei: non enim putandum, quod [illegible] nidore carnalium, & concrematione animalium vnquam delectatus fuerit: licet legatur odoratus eſſe odorem ſuauitatis, ſed fide & deſiderio offerentium. Vnde per Hieremiam dicit: Holocauſtomata veſtra non ſunt accepta mihi: & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Et per Eſaiam: Non offeratis (inquit) vltra ſacrificium: incenſum abominatio eſt mihi: qui mactat bouem, quaſi qui excerebret canem. Sed quæſtio hinc poteſt oriri non modica, Quare imperauerit, vt offerri debuiſſent, ſi [illegible] non placuerunt, nec voluntatis illius fuit. Quæ gemina ſolutione poteſt ſolui. Conſiderans omnipotens Deus animos Iudæorũ pronos ad colenda idola, & ritum gentium imitandũ, imperauit eis multa ſacrificia offerre: ne ocioſi ſine ſacrificijs ſedentes, in cultum Deorum alienorũ, dum vidiſſent alios offerre, inciderent: maluitq; ſibi offerri à ſe creata, quam idolis, dæmoniorumq; portentis: impoſuitque illis ſeruitutem, non iuſtificationem, quia non eſt eius voluntas talia offerri. Tali modo & egregius prædicator, vtpote creatorem creatura ſequens, ſuis indictis peregit, dicens: Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum, id eſt, caſtos, continenteſque. Et iterum: Volo, inquit, iuuenes nubere, filios procreare, propter fornicationem, & adulterium. Ecce duas voluntates conſtituit: ſed tamen non ſunt eius ambæ. F Primum dicens, Volo omnes homines eſſe in continẽtia ſicut meipſum: voluntatem ſuam expreſſit. Secundo vero, Volo iuuenes nubere, indulgentiæ cauſa taliter locutus eſt, propter fragilitatem carnis. Similiter non erat voluntas omnipotentis Dei talia ſacrificia offerri, ſed propter illorum infirmitatem præcepit. Vnde ſuperius dixit, Quia non ſolum non voluit, ſed nec deſiderauit. Poteſt & ita ſolui: Vt quia futurum erat verum ſacrificium Chriſti in Eccleſia, præceperit typum & figuratiua ſacrificia præcedere: & re vera ita neceſſe erat, vt ſicut verbis prænunciabatur, ita etiam & myſterijs præſignaretur, quatenus à figuratiuis tranſirent ad veritatem. Sed quia illi non placuerunt illa ſacrificia, aduenit iterum, de quo Apoſtolus ait: Ideo, inquit, quia impoſſibile erat ſanguine hircorum auferri peccata: & quia non placebant Deo talia ſacrificia, ingrediens mundum, non dubium quin Chriſtus dicit: Ingreſſio autem iſta nihil eſt aliud, niſi miſſio eius apparitio eius videlicer humanitatis. G Quando enim qui vbique præſens erat, ſed tamen inuiſibilis, factus poſteà homo viſibilis mundo apparuit: quodammodo vbi erat, illuc ingreſſus eſt. Et quid dicit Deo patri? Hoſtiam, inquit, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti (ſiue perfeciſti) mihi: illud tibi offeram ſacrificium acceptum. Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio per incarnationis myſterium, vt meo ſacrificio redimam genus humanum. Holocauſtum dicebatur ſacrificium, quod totũ cremabatur in altari, quaſi totum incenſum: nam ὅλον, holon, dicitur totum, καυστόν, cauſtum vero incenſum: ſicut holouitreũ totum vitreum. Sed ſi holocauſtomata pro peccato non ei placebant: quæri poteſt, quomodo mundabantur? Ad quod reſpondendum eſt, quia fide, & pœnitentia digna mundabãtur, ſicut mundatus eſt Dauid à peccato adulterij, atq; homicidij: perfecta autem mundatio in Chriſti aduentu data eſt. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam.* De huius libri capite diuerſa doctoribus diſputantur. Quidam enim intelligunt hic initium Geneſis, vbi ſcriptum eſt: In principio: id eſt in filio fecit Deus cœlum & terram. H Quidam primum pſalmum, quem quidam referunt ad Chriſtum: quidam ad quemlibet electum, in quo dicitur: In lege Domini voluntas eius. Sed quia in his nihil de morte Chriſti præfiguratur, de qua Apoſtolus ſermonem per totũ hunc locum habet: melius videtur intelligi de initio libri Leuitici dictum: qui liber cum totus de ſacrificijs, & hoſtijs contineatur, primum ſacrificium de vitulo præcepit offerri, dicens: Si quis ex vobis hoſtiam offert Deo de pecoribus, maſculum immaculatũ offerat: hoc eſt, vitulum de bubus, ſiue de armento. Vitulus iſte de bubus aſſumptus, atque in ſacrificium oblatus, eſt Chriſtus, de genere Patriarcharum ortus, ac pro ſalute generis humani immolatus: voluntas enim Dei patris fuit, vt filius ſua paſſione genus humanum redimeret: vnde ipſe filius appropin-

quans

A quans paſſioni dicit: Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem. Et: Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc: id eſt, eamus ad paſſionem. *Superius dicens, quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundum legem offeruntur tunc dixi: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam. Aufert primum* Subaudi teſtamentum, dum eius oblationes reſpuit. *Vt ſequens ſtatuat.* Scilicet teſtamentum: id eſt, ſtare & permanere faciat. *In qua voluntate.* Dei patris, quam filius adimpleuit. *Sanctificati ſumus.* In baptiſmate. *Per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.* Quod dicit ſemel, tale eſt, ac ſi diceret Sanctificati ſumus in baptiſmate per paſſionem, quam Chriſtus celebrauit ſemel. *Et omnis quidem Sacerdos legis praſto eſt.* Altari. *Quotidie miniſtrans, & eaſdem offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata.* Subaudi criminalia, atque capitalia. *Hic autem.* Haud dubium quin Chriſtus. *Vnam pro peccatis offerens hoſtiam in ſempiternum ſedet ad dexteram Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius.* Miniſtrare, ſiue offerre, ſignum miniſtrationis eſt, per quod intelligitur humilitas Chriſti.
B Ara vero ſignum eſt iudicantis, & dominantis, vt ei miniſtretur, per quod oſtenditur exaltatio & gloria Chriſti, qui humilis apparuit: nunc autem exaltatus ſuper omnem creaturam, habitat in plenitudine maieſtatis expectans, & conſiderans tempus de reliquo quando iudicet. Et cuius rei cauſa fiat iſta dilatio exponit, dicens: Vt ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius. Inimici eius ſunt Iudæi, hæretici, & falſi Chriſtiani, omneſque infideles, qui ſubijciendi ſunt poteſtati illius. Hic & neceſſaria ſubiectio poteſt intelligi, quæ pertineat ad reprobos in nequitia permanentes: & voluntaria, quæ pertinet ad electos, qui deſerentes viam nequitiæ ſponte ſubdunt ſe Chriſto. Illi Sacerdotes Iudæorum multas quotidie offerendo hoſtias, non potuerunt auferre peccata: Chriſtus autem ſemel ſemetipſum offerens, abſtulit peccata mundi: ſedet nunc in gloria Dei patris. *Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Conteſtatur autem nobis ſpiritus ſanctus: poſtquam etenim dixit: Hoc autem teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum,*
C *& in mentibus eorum ſuperſcribam eas: & peccatorum, & iniquitatem eorum non recordabor amplius.* Conteſtatur, inquit, nos & ſpiritus ſanctus: id eſt, teſtimonio ſuo verba noſtra confirmat, non ſolum per pſalmiſtam, ſed etiam per Prophetam, quia illæ hoſtiæ iam non ſunt offerendæ. In ſequentibus verbis defectus eſt ſententiæ ſatis neceſſarius: quapropter dicatur ita: Poſtquam enim dixit omnipotens Deus per Prophetam Hieremiam: Hoc autem eſt teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum ſuperſcribam illas: ſtatim ſubintulit, Et peccatum eorum non memorabor amplius: oſtendens iam non fore deinceps neceſſarias hoſtias figuratiuas: quod etiam Apoſtolus manifeſtat, dum ſubdit. *Vbi autem horum.* Peccatorum. *Remiſſio: iam non eſt.* Neceſſaria. *Oblatio pro peccato.* Nam poſtquam hoc teſtamentum adimpletum eſt, quod Deus per Prophetam promittebat, ſtatim illæ hoſtiæ finem acceperunt: quia veniente veritate, vmbra diſceſſit. Notandum ergo, quia vbi recordatio peccatorum non eſt, quæ in baptiſmate per fi-
D dem dominicæ paſſionis dimittitur, iam non eſt neceſſaria oblatio legis pro peccato. *Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen: id eſt, carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domũ Dei.* Hactenus oſtendit põtificis, & hoſtiarum, tabernaculi quoq;, & teſtamenti, atque repromiſſionis diſtantiam, multaq; differentia: nunc mutando hortatur ad ea, quæ per Chriſtum in veritate nobis aduenerunt, dans autoritatem de magno pontifice & dicens: Propterea, inquit, habemus plus fiduciæ per ſanguinem Chriſti mundati, quam illi qui carnaliter hoſtias offerebant: quia hoſtia noſtra vera & rationalis eſt. In tantum enim maiorem fiduciam habemus in ingreſſu cœlorum per ſanguinem Chriſti: in quantum magis cohæredes effecti ſumus. Nullus ad dona ſpiritus ſancti

E peruenire valebit, niſi per fidem, ſiue fiduciam, id eſt, per viam nouam & viuentem, quam initiauit nobis Chriſtus: hoc eſt, initium vtendi dedit: viam vero nouam dicit fidem, quæ per Chriſtum data, ſiue exemplum humilitatis, per quod ipſe perrexit, humilians ſemetipſum vſque ad mortem: Poſſumus & nouam viam accipere aditum patriæ cœleſtis nobis per Chriſtum reſeratum: qui idcirco via noua appellatur, quoniam nulli antè ingreſſibilis fuit. Dicendo autem, Nouam, conatur oſtendere, cuncta maiora noua habere, ſiquidem nunc aperta eſt nobis via fidei, per quam pleniſſimam iuſtificationem accipimus, & apertæ ſunt nobis portæ cœli, quod nemini antea concedebatur. Viuentem quoque eam appellauit: hoc eſt, ſemper manentem & ſemper patentem: quoniam & fides recta æternaliter manebit & porta cœli ſemper patebit. Initiauit autem hanc viam nobis Chriſtus: id eſt, dedicauit, & confirmauit, ſeu dedit per velamen: id eſt, carnem ſuam. Idemque primo aperuit illam viam, aſcendendo ad patriam cœleſtem, & ipſe primo initium nobis dedit vtendi. Caro autem dominica non incongruè nomine velaminis deſignatur: quia ſi-
F cut velum celabat arcam, & ea, quæ vltra erant: ita vltra illam diuinitas verbi latebat. Et ſicut per velamen perueniebatur ad interiora: ita per humanitatem peruenitur ad diuinitatis cognitionem. Sacerdos autem magnus ſuper domum Dei Chriſtus intelligitur, qui eſt à Deo patre conſtitutus ſuper Eccleſiam: iuxta quod ipſe dicit: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo. Sequitur: *Accedamus cum vero corde, & in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala: & abluti corpus aqua munda.* Ex ſuperioribus iſta pendent, vbi dicit Apoſtolus: Habentes itaq; fratres fiduciam in ingreſſu ſanctorum per ſanguinem Chriſti, accedamus ad Deum cum vero corde. Quid eſt in vero corde accedere ad Chriſtum? Expoſuit ſubiungens: In plenitudine fidei, vt credamus reſurrectionem generalem futuram: quaſi diceret: Iam quia fiduciam habemus ingredi patriam cœleſtem, non debemus hæſitare, quod quorundam ſit reſurrectio, quorundam vero non: ſed vera fide debemus credere, omnes homines reſurrecturos, quoſdam ad gloriam, quoſdam vero ad pœnam. Nam ſi quis
G de hoc hæſitat, non habet veram, plenamque fidem. Poteſt & aliter intelligi: Plena fides eſt, quæ concipitur corde, confitetur ore, & operibus bonis exornatur. Hac fide accedendum eſt ad Dominum, quicunque volunt introitum patriæ cœleſtis reſerari. Neceſſe eſt ergo, vt ſint corda aſperſi: id eſt, mundati per corda à conſcientia mala, à peccatis à voluntate mala, ſiue munda corda habentes: ſimulque oſtendit, quia non fides ſola, ſed etiam vita cum virtutibus quæritur: quoniam fides ſine operibus mortua eſt. Iudæi corpora mundabant, non conſcientiam. Et abluti, inquit, corpus, ſiue ablutum corpus habentes: aqua munda: hoc eſt, aqua baptiſmatis. Idcirco autem dicit corpus aqua baptiſmatis abluendum: quia dum corpus abluitur aqua, ſpiritu ſancto ſanctificatur anima. *Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Fidelis enim eſt, qui repromiſit.* Confeſſionem ſpei indeclinabiliter tenemus, ſi non deſperamus de patria cœleſti, de omnibus, quæ nobis promiſit Dominus: vel ſi firmiter ea obſeruamus, quæ profeſſi ſumus in baptiſmate. Sicut enim fidelis & verus remunerator eſt Chriſtus in pro-
H miſſionibus: ita fideles vult nos eſſe in promiſſis noſtris, quæ vouimus tempore baptiſmatis, diabolo contradicere, Chriſto quoque ſeruire. *Et conſideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum.* Hoc eſt, conſideremus diligenter inter nos, & quemcunque viderimus maiorem charitatem habere, operibuſque melioribus intentum, prouocemur illius exemplo, quatenus eum ſummopere imitemur: in eum intendamus, vt diligamur: ex dilectione quippe bona opera procedunt. Quapropter bonum eſt magnum dilectionis, nihilque eſt bonum, quod non per charitatem fit: quoniam plenitudo legis eſt dilectio. *Non deſerentes collectionem noſtram.* Id eſt, congregationem fidelium. *Sicut eſt conſuetudinis quibuſdam: ſed conſolantes.* Subaudi, nos inuicem. In hoc loco non ſolum admonuit, ſed etiam culpauit, & terruit vni-

-atem charitatis ſcindentes: erant enim multi, qui conturbabant congregationem fidelium, quaſi non poſſent habitare inter illos cauſa ſuæ ſanctitatis, & deſerebant collectionem illorum, habitantes ſoli, vt Deo liberius viderentur vacare. Iſti tales ſuperbia diſtenti deſpiciebant cæteros, & ſcindebant charitatem: quos Apoſtolus vtrumq; & admonet & terret, hortans, ne deſerant ſocietatem fidelium, ſed potius conſolari ſimpliciores optent & ſuo exemplo confortari: tantum enim valet ſocietas fideliũ, vt vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine ſaluatoris, ipſe ſit in medio eorũ. Sequitur: *Et tanto magis* Sectamini charitatem, voſq; inuicem conſolamini. *Quanto videritis appropinquare diem.* Iudicij, in quo ſingulorum merita examinabuntur. Vel extremum diem vitæ noſtræ: dicit enim alio loco: Nihil ſolliciti ſitis, Dominus enim prope eſt. *Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis.* Id eſt, poſt notitiam veræ fidei, gratiæq; baptiſmatis. *Iam non relinquitur pro peccatis hoſtia.* Sponte peccantibus nobis, & deliberatè, poſtquam accepimus agnitionem veræ fidei & poſtquam mundati ſumus in baptiſmate, non

B reſeruatur vltra nobis hoſtia pro peccato, quæ pro nobis offeratur, ſicut in veteri teſtamento donatum eſt, hoſtias ſæpius offerre pro peccato. Neque enim Chriſtus, qui eſt hoſtia noſtra, iterum immolandus eſt pro peccatis noſtris: hoc enim ſemel factum eſt & ſecundo opus non eſt: ſed magis opus eſt poſt acceptã gratiam permanere in fide recta, & munditia bonorum operum. Mundatus es in baptiſmate: liber es a criminibus, omnibuſq; peccatis: factus es filius Dei: Si ad primũ reuerſus fueris, grauiſſimum te expectabit iudicium ſequens, niſi per dignam pœnitentiam reuocatus fueris. His autem verbis non pœnitentiã excludit: neq; propitiationem, quæ fit per pœnitentiam: neque repellit & deijcit per deſperationem delinquentium: ſed ſecundum excludit lauacrum baptiſmi: Non enim ita eſt inimicus ſaluti noſtræ, vt diceret, non eſſe vltra pœnitentiam, neq; peccatorũ remiſſionem: ſed hoſtia, inquit vltra non eſt: hoc eſt, crux vltra non eſt, vt iterum Chriſtus crucifigatur, iterumq; nos baptizemur: Nam ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt, & iam non moritur: ita & nos ſemel baptizati inſtar mortis eius, & ſepulturæ, ſicut Apoſtolus

C alias dicit, Conſepulti cum illo per baptiſmum in morte: iam non poſſumus rebaptizari. Quanto magis vbi plures fuerunt, maior erit gratia eius in illis? *Terribilis autem quadam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.* Æmulatio aliquando pro imitatione ponitur: aliquando pro inuidẽtia: hic autem pro cõſumptione & vindicta accipitur. Terret ergo Apoſtolus omnes, vt metuãt poſt baptiſmi lauacrum ad vitia relabi: quia non poſſunt rebaptizari. Terret etiam, vt ſi peccauerint, pœnitentiam ſtatim ſtudeant agere dignam: quoniam quicunq; pœnitentiæ medicamentum neglexerit, vindicta, & conſumptio ignis æterni deuorabit eum. Quapropter vnuſquiſq; ad pœnitentiæ, dum tempus habet, medicamenta confugiat, ne igni tradatur æterno. *Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus.* Scilicet conuictus. *Moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamẽti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit.* Moyſi dicitur eſſe lex ideo, quia per Moyſen data eſt à Domino: ſicut & nos ſoliti ſumus dicere in oratione dominica ad Dominum:

D Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: nõ quod noſter antea fuerit: ſed cum ab illo datur, noſter efficitur. Incutit autem Apoſtolus terrorem Chriſtianis, ſumens comparationem à lege Moyſi, quia ſi quis tranſgreſſus fuiſſet, irritam eam, & inanem faciens, duobus vel tribus teſtibus conuictus, ſine vlla miſeratione, & vetus, à iudicibus dijudicatus confeſtim occidebatur. Dicit ergo: Si ille qui legem, quæ per ſeruum data eſt, tranſgreſſus fuerit, ſine vlla miſeratione occidebatur: quanto magis maiora ſupplicia ſuſtinebit, qui filium Dei conculcauerit? Vtiq; quanto maior eſt Chriſtus Moyſe, & gratia Euangelij à filio data, quam lex per ſeruum data, & adminiſtrata: tanto maiora & deteriora merebitur ſupplicia, qui conculcauerit Chriſtum. Sed quomodo poſſumus illum cõculcare, qui in dextera Dei patris ſedet, eleuatus ſuper omnes cœlos? Dum præcepta illius pro nihilo ducimus, dedignantes ea implere: tunc vtique eum conculcamus. Sicut enim ea quæ conculcamus, pro nihilo ducimus, & nullius honoris: ſic & qui liberè peccant abſque timore, & abſq; pœnitentia, Chriſtum conculcant,

E ſiue contemnunt, atq; deſpiciunt: eum iudicem futurum minime formidant. Vel certè Chriſtum conculcat, quicunque corpus illius indignè percipit. Siue (vt tertio modo dicamus) Chriſtum conculcat, qui malè viuendo de tabernaculo cordis ſui eum expellit, qui dixit: Inhabitabo in illis & inambulabo. Sanguinem quoque teſtamenti pollutum ducit: ſiue, vt in Græco habetur, communem, vel immundum, qui ſanguinem paſſionis Chriſti pro nihilo ducit, quo teſtamentum nouum confirmatum eſt: & quo etiam ipſe ſanctificatur à tempore paſſionis. Alio nihilominus modo ſanguinem teſtamenti pollutum ducere, eſt myſterium ſanguinis Chriſti indignè percipere, nullamque differentiam inter illum, ac reliquos facere: cum in illo ſanctificatus ſit tempore baptiſmi, & poſſit etiam quotidie ſanctificari, ſi dignè perceperit eum, de talibus dicit Apoſtolus: Qui manducat & bibit, indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans, ſiue diſcernens corpus & ſanguinẽ Domini à reliquis cibis & potibus. Spiritui quoq; gratiæ, id eſt, ſpiritui ſancto, contumeliam facit, qui de tabernaculo cordis ſui malè viuendo illum eijcit. Vel qui non credit, quod per illum in Eccleſia

F ſit remiſſio peccatorum: Vel certè qui blaſphemat illum, opera eius denegando, & diabolo tribuendo. Vnde Dominus dicit: Qui blaſphemauerit in ſpiritu ſancto, nõ remittetur illi neq; hic, neq; in futuro. Qui idcirco ſpiritus gratiæ vocatur: vel quia per illum gratis nobis dimittuntur peccata: vel certè quia illo diſtribuente, diuiduntur gratiæ donorum ſpiritualium fidelibus, quas Apoſtolus commemorat dicẽs: Et alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapiẽtiæ: alij ſermo ſcientiæ, & cætera, vſq; dum concludit dicens: Hæc omnia operatur vnus, atq; idem ſpiritus: diuidẽs ſingulis prout vult. *Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam, ego reddam.* Loquitur Deus omnipotens per Prophetam. Mihi iniuriam & contumeliam facienti, vindictam reddam: & ego retribuam eis iuxta quod merentur. *Et*

G *iterum, Quia iudicabit Dominus populum ſuum.* De inimicis hoc dictum eſt, Ego retribuam eis, qui malè faciunt: non de his qui malè patiuntur. De his videlicet, qui negligenter viuunt, & per pœnitentiam ſe purgare nolunt: ſed cum malè faciant, ſecurè ad mẽſam dominicam accedunt. Populum autem, quem Dominus iudicare dicitur, dupliciter poſſumus intelligere: & ad electum ſcilicet populum referre: & ad reprobum. Iudicabit enim Dominus populum ſuum: hoc eſt, ſeparabit plebẽ ſuam: & diſcernet bonos à malis: fideles ab infidelibus. Quod ſi ad reprobos relatum fuerit, iudicare, pro damnare accipiendum erit. Populus aũt Domini appellatur, non per gratiã, ſed per creationem. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.* Incidit in manus Domini, qui iudicium hominis contremiſcens, iudicium omnipotentis Dei parui pendit. Incidit quoq; in manus, id eſt, in poteſtatem, & iudicium omnipotentis Dei, quiſquis poſt peccatum contemnit pœnitẽtiam agere. Quicunq; ergo peccator eſt, ſi non pœnituerit de peccatis ſuis, incidet in horrendum & valde exgimendum iudicium omnipotentis Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. *Rememoramini autem priſtinos dies,* H

in quibus illuminati magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſſionũ. Optimi medicorum cum vulnus ſecauerint, per inciſionem augmentum doloris fecerint, ſolatium, & remedium illi loco adhibent, vbi dolor ineſt, & perturbatam refouent animam. Poſtquam autem reuocauerint illum, alteram non dant iam ſectionem, quinetiam illa, quæ facta ſunt, medicaminibus minoribus, & valentibus amplitudinem mitigare, & dolores confouent. Sic & Apoſtolus iſto in loco more illorum agit. Poſtquam enim concuſſit animas eorum, & compunxit mentione gehennæ, affirmans omnibus modis perituros, qui gratiæ Dei iniuriam faciunt aliquãdo: & hoc ex lege Moyſi, alijſq; teſtimonijs edocens, ac dicens metuẽdum eſſe incidere in manus Dei viuẽtis: protinus, ne multo timore in deſperationem ruerent,

A rent, conſolatur eos per laudem, blandimenta, & orationes, reducens eis ad memoriam præterita illorum bona opera: Rememoramini, inquit, priſtinos dies, in quibus illuminati per fidem, & conſortati per gratiam diuinam, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum: ac ſi diceret: Quando introducti eſtis ad fidẽ, quando in initio fidei eratis, tantam fortitudinem demonſtraſtis, vt magnum certamen paſſionum ſuſtineretis pro Chriſti nomine à contribulibus veſtris. Iudæi enim credentes quidam expoliati ſunt à non credentibus: quidã verò non. Illi verò, qui non fuerunt expoliati, ſubminiſtrabãt alijs de facultatibus ſuis: quapropter cum hoc agnouiſſent infideles, multa mala intulere, vtriuſq; : vnde non dicit Apoſtolus ſimpliciter certamen ſuſtinuiſſe eos: ſed addidit, magnum: nec dicit, tentationes: ſed paſſiones. *Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus ſpectaculum facti.* Eſtis *In altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti.* Ex parte quidẽ, inquit, opprobrijs, id eſt, contumelijs, & irriſionibus, tribulationibus ſpectaculum facti eſtis: hoc eſt publicè & in conſpectu multorum irriſi. Ex parte autem altera effecti eſtis ſocij in compaſſione taliter conuerſantium. Apoſtolorum videlicet, & eorũ

B qui ſunt expoliati proprijs facultatibus, & verberibus afflicti, atq; in carcerẽ retruſi. Duobus modis oſtendit eos bene laboraſſe: ſcilicet, vel quia & publicè cõtumelijs & tribulationibus ſunt diuerſis afflicti: quod genus humanum grauius ſuſtinet in conſpectu plurimorum aliquid inhoneſtum aut verbis, aut factis pati: ſeu etiam, quia poſitis in carceribus compatiebantur, victumq; ac veſtimentũ, prout poterant, ſubminiſtrabant: vnde facti erant eorum ſocij: quoniam mercedem & retributionẽ, quam percipit prædicator veritatis pro Chriſti nomine poſitus in carcere, alijſque tormentis afflictus, eandem recepturus eſt ille, qui ei ſubſidium præbet, ne deficiat in tribulationibus, ſicut ipſa veritas promiſit, dicens: Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Notandumque, quia non dixit ſimpliciter, Tribulationibus afflicto.: ſed etiam argumentum fecit, dicens: Spectaculum facti eſtis. Cum enim ſecretè exprobratur, facilius tolerare videtur. Quod verò illi ea exhibuerint, quæ enumerauimus apertius iam oſtendit, dum ſequitur: *Nam & vinctis compaſſi eſtis: & rapinam bonorum veſtrorũ cum gaudio ſuſ-*

C *cepiſtis.* Mirabiliter laudat eos in fide: quoniam ſi fidẽ non haberent meliora ſe recepturos pro hac ſubſtantia ſubtracta, non cum gaudio ſuſcepiſſent rapinam eius. Quamdiu enim permiſſum eſt eis, compaſſi ſunt alijs expoliatis, atq; in carcere poſitis. Expoliari vero cum gaudio ſuſcepere rapinam, & damnum ſibi illatum, credentes ſe meliora recepturos: vnde ſubdit: *Cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam.* Quaſi diceret: Videntes diuitias ſpiritales vobis pro iſtis temporalibus futuras ſuſtinuiſtis cum gaudio rapinam bonorum temporalium. Hoc autem totum fuit Apoſtolicum opus, & dignum fortibus animabus, vt flagellis gauderent. Sicut in Actibus Apoſtolorum dicitur: Euntes autem à conſpectu concilij, ibant gaudentes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et vt demonſtraret iſtam temporalem ſubſtantiam non eſſe ſemper manſuram, ideo dixit illos meliorem habere ſubſtantiam, & manentem: prout diceret, firmam, & ſubſtantialem, atque perpetuam, quæ perire non poſſit, ſicut iſta terrena perit. *Nolite itaque amit-*

D *tere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.* Id eſt, Nolite deficere in tribulationibus: quia magna eſt remuneratio. Apparet autem quia in magna confidentia erant ad Deum: quam ne amitterent, inſtantiſſimè hortatur. Facilius enim integra conſeruantur, quam amiſſa recuperantur. quapropter quod tenetur, & formidinem habet, neceſſe eſt, vt fortitudinem habeat. Nihil, inquit, vobis neceſſarium eſt, niſi vt ſtetis firmiter in fide veſtra, & permaneatis in fortitudine veſtra, quæ magnam habet remunerationẽ apud Deum. *Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatem Dei facientes, promiſsionem reportetis.* O quãta magnitudo hortationis, & conſolationis. Veluti ſi quis ad athletam, & certatorem hoc diceres: Qui cunctos ſuperaſſet, nullumq; relictum haberet, & qui ſibi decertare poſſet. Verbi gratia dum ille diceret: Iam quia ſuperaui

E omnes, nullusq; eſt qui mecum decertet, da mihi coronã: poterat illi quilibet dicere: Suſtine parumper, vſque dum veniat arbiter, aut etiam rex, qui tibi brauium referat pro victoria tua. Quod ſi ille athleta impatienter ferret non tolerans ſitim aquæ & æſtuationis, dicens: Aut date quod mereor, aut recedam. Diceretur illi, Patienter ſuſtine hanc morulam, in proximo eſt, vt veniat imperator, qui tibi reddet præmium: triſtatur quidem, ſed multo amplius ſi publicè, & in conſpectu multorum: Genus enim humanum ſicut valde delectatur laude publica: ita facilè capitiuatur opprobrijs apertè ſibi illatis. Iſto modo hortatur eos Apoſtolus, ne deficerent, ſed patienter expectarent domini aduentum: Patientia, inquit, vobis neceſſaria eſt: Hoc eſt, verum opus habetis, videlicet vt perſeueretis in agone, donec recipiatis coronam condignam labori veſtro. Non enim qui cœperit, coronabitur: ſed qui perſeuerauerit in certamine vſq; in finem, hic ſaluus erit. In patientia (inquit Dominus) poſſidebitis animas veſtras. Reportetis, dixit, promiſſionem, id eſt, accipietis gloriã ſem-

F piternæ beatitudinis. *Adhuc enim aliquantulum modicum, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit.* Haud dubium quin Chriſtum ſignificet: conſolatur eos tanquã paruum ſit temporis, vſq; dum veniat: non modica enim conſolatio eſt laboris, cito ſperare iudicem, & remunerationẽ conſtantiæ, certaminiſq; remuneratorẽ. *Iuſtus autem meus ex fide viuit. Quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ.* Hoc Propheticum teſtimonium intulit Apoſtolus ad exhortationem fidei, in acquiſitionem animæ. Sicut vita corporis anima, ita vita animæ fides eſt: quæ videlicet concipitur corde, confitetur ore, exornatur opere: quoniam fides ſine operibus mortua eſt, à qua fide ſi quis ſe ſubtraxerit, nõ placebit voluntati Dei. Non enim eſt putandum, quod Deus pater, aut ſpiritus ſanctus, aut filius etiã in natura diuinitatis habeat animam: ſed more humano loquens diuina ſcriptura, nobis conſulendo voluntatem illius, animæ vocabulo exprimit. Conſiderandum autem, quia ſicut diſplicebit qui hæſitauerit, ita placebit Deo, qui crediderit, viuens in fide ſua recta: Laboraſtis, inquit, in certamine, expectate eam ſpem, nolite hic quærere, quæ ſperatis: quia iuſtus ex fide viuit. *Nos autem non ſumus ſubtractionis filij in perditio-*

G *nem: ſed fidei in acquiſitionem animæ.* Non ſumus, inquit, ego & vos filij eorum paganorum atq; gentilium, qui ſe ſubtrahunt à vita fidei & luce ſempiterna ad perditionem animarum ſuarum: ſed ſumus filij Patriarcharum, qui fide probati, & in fide perfecti fuerant, vt acquirerent ſibi ſuas animas ad ſalutem, & inſuper aliorum ſuo exemplo.

Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Ordo verborum eſt, Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum videlicet rerum non apparentium. Fides eſt credere, quæ non videntur: & dum ea credimus in veritate aut fuiſſe, aut eſſe, aut futura eſſe, quæ non vidimus, ipſa fides facit ea ſubſiſtere in corde noſtro, quaſi oculis corporeis. In rebus autem quæ videntur, neque credulitas dici poteſt, neque incredulitas: ſed potius agnitio dicenda eſt. At vero fides eſt ita animum firmum eſſe de his, quæ non videntur, ſicut de his quæ iam videntur, & dum hoc fit, fides facit ea ſubſiſtere in nobis credendo: verbi gratia, vt ex multis ſaltem paucis vtamur exemplis: Reſurrectio generalis necdum

H facta eſt: & cum necdum ſit in ſubſtãtia, ſpes facit eam ſubſiſtere in animia noſtra, quaſi præ oculis illam habeamus. Hoc eſt, quod dixi, ſubſtantiam eſſe fidem illarum rerum, quæ ſperantur, necdumq; videntur: & ſi argumentum eſt eadem fides rerum, quæ necdum apparent, quid eſt, quod eam iam volunt videre? Arguere dicebant antiqui oſtendere: à quo venit argumentum, quaſi oſtenſio, & præmõſtratio futurarum rerum, & illarum, quæ nõ videntur. Eſt autem propriè argumentum ratio, quæ rei dubiæ fidem facit. Profecto ergo liquet, quia fides illarum rerum argumentum eſt, quæ apparere non poſſunt: quæ enim apparent, iam fidẽ non habent, ſicut ſuperius diximus, ſed agnitionem. Dum ergo vidit Thomas, dum palpauit, cur ei dicitur, Quia vidiſti me, credidiſti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali enim homine diuinitas videri non poteſt.

Cap. XI.

A
teſt. Videndo ergo credidit, qui conſiderando hominem verum Deum, quem videre non poterat, exclamauit. *In hac enim* Subaudi, fide. *Teſtimonium.* Iuſtitiæ. *Conſecuti ſunt ſenes.* Senes hic debemus intelligere patres veteris Teſtamenti: Patriarchas videlicet, Prophetas, aliosq; iuſtos, qui in fide, qua crediderunt Deo, eiusq; promiſſionibus, teſtimonium laudis, atque iuſtitiæ promeruerunt. Vnde Abraham quia credidit Deo, reputatum eſt ei ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Hæc autem fides ita eſt accipiẽda, vt credatur in corde, confiteatur ore, & ornetur operibus: Ille enim verè credit, qui exercet operando, quod credit: quod contra de his qui fidem nomine tenus retinent, Paulus dicit: Confitentur ſe noſſe Deum factis aũt negant. *Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei vt ex inuiſibilib. viſibilia fierent.* Quia animæ Hebræorũ debiles adhuc erant, & à fide quidem initium ſumpſerant: ex paſſionibus autem tribulationum puſillanimes efficiebantur, minuſque patienter mala ſibi irrogata ferebant: hortatus eſt eos Apoſtolus primo ex ſeipſis, dicens: Rememoramini priſtinos dies: deinde ex ſcriptura diuina dicente: Quia iu-
B
ſtus ex fide viuit: deinde vero ex rationibus, oſtendens fidem eſſe ſubſtantiam rerum non apparentium: Nunc autem ex progenitoribus incipit loqui, mirabiliter eos ponens in exemplum: quia ſicut illi omnes per fidem ſaluati ſunt, ita & nos omnes per fidem ſaluamur: Cum enim inuenit anima in eiſdem paſſionibus ſocium, requieſcit, & reſpirat: ac in fide & tribulationibus quibuſcunq; ſolet accidere. Valde enim fragile eſt genus humanũ, nimiumq; hæſitans in cogitatione: quapropter neceſſaria eſt conſolatio ex præcedentium fide & patientia. Apoſtolus ergo ex patribus quidem eos hortatur: ſed primum ex cõmuni animo, dicens: Manifeſtum eſt, inquit, quia non exſtantibus, quæ ſunt, Deus effecit, ſed ex inuiſibilibus viſibilia, ex non exiſtentibus exiſtentia. Ratiocinando ergo hoc inuenire nõ poſſumus quo modo fecerit ex nihilo omnia: vel ex inuiſibilibus viſibilia. quia nõ eramus, quando facta ſunt. Vnde ergo certum habetur? Vtiq; manifeſtum eſt, quod fidei res eſt iſta credere, fide quippe credimus aptata, id eſt, perfecta, ſeu facta ſecula: quia nõ ex viſibilibus, ſed ex inuiſibilib. facta ſunt, quæ videntur. Inuiſibilia autem id poſſumus intelligere informem materiam, de qua dicitur in exordio Geneſis: In principio (inquit) creauit Deus cœlum & terram. In cœli autem nomine nõ
C
eſt intelligendum iſtud cœlum corporale, quod appellatur firmamentum: ſed angelica natura, cœliq; ſpiritales. Per terrã vero intelligitur informis materia, de qua poſtmodum omnia facta ſunt; videlicet omnia corporalia, quæ tunc quodammodo inuiſibilia erant, quãdo tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Ex inuiſibili autem materia facta ſunt viſibilia, quãdo per ſpecies & formas diuiſa, & diſcreta ſunt omnia Poteſt & alio modo intelligi quod dicit: Ex inuiſibilibus viſibilia fierent: Inuiſibiliter mundus, antequam formaretur, in Dei ſapientia erat: qui tamen per expletionem operis factus eſt viſibilis optatibus humanis. Quod autem dicit ſecula perfecta eſſe verbo Dei: Per ſecula debemus intelligere omnia quæ facta ſunt in tempora ſiue ſecula verbo Dei patris: iuxta quod Ioannes dixit: Omnia per ipſum facta ſunt. Secula vero, vt Ouidius Naſo dicit, dicuntur à ſequendo, eo quod ſeſe ſequantur, atq; reuoluantur, teſte Varrone. Secula autem ex eo dici poſ-
D
ſunt, ex quo varietas cœpit eſſe temporis. *Fide plurimam hoſtiam Abel quam Cain obtulit Deo per quam teſtimonium cõſecutus eſt eſſe iuſtus teſtimonium perhibente Deo muneribus eius: & per illam defunctus adhuc loquitur.* Ponit primũ eum, qui mala paſſus eſt, & hoc à fratre, proprium illorum potiens exemplum: etenim eadem paſſi fuerant illi à contribulibus ſuis, & fratribus. Plurimam quippe, id eſt, maiorem hoſtiam Abel obtulit Deo, quam Cain: non quod illa hoſtia rebus carnalibus maior extitiſſet: ſed quicquid melius habuit Abel, per fidem Deo beneuolo animo protulit, & exinde ei ſua multiplicata fuerunt: & intelligimus, ipſum per hoc placuiſſe Deo: fide namq; hoc fecit: quia qui credidit ea, quæ bona voluntate offerebat, Deo placere, ſeque remunerandum à Deo, teſtimonium quoque Deo perhibente muneribus eius: ſiue quod ignis deſcendit de

cœlo, vt in Theodotione legitur: quia inflammauit dominus ſuper Abel, & ſuper munera eius: ſeu per illam ſententiam: qua à Domino in Euangelio eſt laudatus, eo comprobatus eſt eſſe iuſtus: ſic enim dicit Dominus in Euangelio: Amen dico vobis, requiretur à vobis ſanguis iuſtorum, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ. Per illam etiam hoſtiam adhuc loquitur iam defunctus, & dicitur: Sanguis Abel clamat ad me de terra. Siue adhuc loquitur: hoc eſt, interemit quidem eum corpore, ſed eius gloriam non potuit interimere cum eo: dum enim gloria illius in toto mundo prædicatur, dum laus eius in hominum ore verſatur dum eum omnes admirantur, quotidie adhuc defunctus loquitur. Qui enim alios ſuo exemplo admonet, vt iuſti ſint, quomodo non loquitur? *Fide Enoch placuit Deo, & translatus eſt, ne videret mortem & non inueniebatur: quia illum tranſtulit Deus.* Enoch placuit Deo per fidẽ: quia fuit bonis operibus exornatus, credens ſe omnino per illam placere Deo: quapropter translatus eſt in paradiſum terrenũ, vnde
F
quondam Adam eiectus eſt: videlicet ne experiretur mortem corporalem, donec tempus à Deo conſtitutũ percurrat: quo habitu vitæ, vel quo ſtatu conſiſtat modo in paradiſo, non eſt noſtrum inquirere. Hoc tamen credendũ eſt, quia ſine aliqua moleſtia, & ſine aliquo dolore, aut labore quieſcit in illo paradiſo. Et ſicut ille viuit ſine aliqua impugnatione carnis, ſine aliqua concupiſcentia carnis, ita niſi primus homo peccaſſet, completo omni numero electorum à paradiſo terreno transferretur ad paradiſum cœleſtem. Vt autem transferretur, cauſa fuit, quod placuerat Deo: ſed vt placeret Deo, cauſa fuit eius fides. Niſi enim crederet, quod redditurus ei eſſet Deus mercedem laboris ſui, quomodo placeret ei? *Ante translationem enim teſtimonium habuit, placuiſſe Deo.* Dicente ſcriptura. Quia ambulauit Enoch cum Deo, obtẽperans voluntati eius. *Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo.* Credebat enim Enoch: quia ſi quis crediderit eſſe Deum, & ad eum acceſſerit, retributionem haberet: quia ergo fides fundamentum eſt omniũ bonorum, ideo ſine fide non poteſt Deo placere. *Credere enim oportet accedentẽ ad Deum, quia eſt: & inquirentibus ſe remunerator ſit* Sic quicunq; accedit ad Deum credendo: credere oportet illũ, quia Deus eſt: hoc eſt, ſemper habet eſſe:
G
iuxta quod ipſe dicit ad Moyſen: Ego ſum qui ſum. Et: Qui eſt miſit me ad vos. Credere etiam debet, quia inquirentibus ſe per bona opera, iuxta quod Pſalmiſta dicit: Quærite Dominum: & confortamini: æternus & verus remunerator ſit. *Fide Noë reſponſo accepto de his, quæ adhuc non videbantur.* Id eſt, de imbribus. *Metuens aptauit arcã in ſalutem domus ſuæ, per quam.* Fidem. *Damnauit mundum.* Cõparatione ſcilicet melioris fidei & facti. *Et iuſtitiæ, quæ per fidem eſt hæres inſtitutus eſt.* Fide credidit Deo, quod inducturus eſſet aquas ſuper terram, dicente ſibi illo: Finis vniuerſæ carnis venit coram me, & inducam aquas ſuper eos: fac tibi arcam de lignis leuigatis, & cætera quæ ſubſequuntur: Ideoq; ſaluatus eſt cum omni domo ſua: hoc eſt, familia ſua. Perfectõ autem operis aut rationis, experimento nihil in hac cauſa profecit: Nubebant, inquit, alij, vt Dominus in Euangelio, & aër ſerenus erat: ſigna quoque nulla apparebant diluuij. Verumtamen ille timuit, atq; per fidem de his, quæ adhuc non videbat, metuens, conſtruxit arcam in ſalutem familiæ ſuæ: per quam fidem damnauit mundum com-
H
paratione fidei ſuæ, quam mundus habere noluit: oſtendit enim eos dignos hoc ſupplicio, qui neque per centum annorum ſpatium illius arcæ conſtructione corrigi voluerunt: per fidem quoque, non per legem, hæres iuſtitiæ eſt inſtitutus, dum ipſe ſolus fidem patrum tenuit: & ab illo cæteri diſcedebant Hæres autem regni cœlorum, vel hæres mundi dicitur, quia de ſuo ſemine fuit reparatio mundi & ex hoc apparuit iuſtus, quia Deo credidit. *Fide qui vocatur Abraham, obediuit exire in locum, quem accepturus erat in hæreditatem & exiuit, neſciens quo iret.* Quaſi diceret: Et ipſe Abraham per fidem placuit Deo: ſtatim enim vt ei dixit Deus: Exi de terra tua: & vade in terram, quam monſtrauero tibi: daboq; tibi illam, & ſemini tuo: credidit Deo, & exiuit in locum, in quem ei præceperat, neſciẽs quo iret: ignotus enim erat ei locus & habitatio illius

terræ:

A terræ: & inquantum ambulauit, per fidem ambulauit: ſiue
neſciens quo iret, quoniam quem imitaretur, non habe-
bat. *Fide moratus eſt in terra repromiſſionis, tanquam in aliena,
in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis
eiuſdem.* Caſula diminutiuum nomen eſt à caſa, id eſt, do-
mo. Hic autem pro tentorijs tabernaculiſq; poſitum eſt,
in quibus Abraham cum Iſaac & Iacob habitauit, more
viatorum, & peregrinorum, docens eos fidem Dei, vtpo-
te cohæredes promiſſionis ſuæ. Etenim promiſſio, quæ
facta eſt ad Abraham, facta eſt ad Iſaac & Iacob omneſq;
ſimul cohæredes ſunt in repromiſſionibus Abrahæ. Abra-
hæ namq; dictū eſt. In te benedicentur omnes gentes ter-
ræ: & in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Ad Iſaac autem: Com-
plens, inquit, Deus iuramentum quod ſpopondit Abrahæ
patri tuo: Multiplicabo ſemen tuū, ſicut ſtellas cœli: dabo-
que poſteris tuis vniuerſas regiones has. Ad Iacob quoq;
dixit, Ego Deus omnipotens: creſcere, & multiplicare fa-
ciam gentes ex te: daboq; tibi terram, quam dedi Abra-
ham, & Iſaac. Ecce quomodo omnes cohæredes ſunt in
promiſſionibus Abrahæ. Notandum autem eſt, quia fides
B Abrahæ duplicatur pro magnitudine fidei: vnde & caput
fidei dicitur. Nam ſicut fide exiuit de terra ſua, neſciēs quo
iret: ſic fide manſit. & demoratus eſt in terra ſua, quaſi in
aliena: vidit filium ibi vt peregrinum habitantem: vidit
nepotem: vidit ſeipſum in aliena terra peregrinantem, &
nihil turbatur, quāquam ad ipſum dictum eſſet: Quia tibi
dabo & ſemini tuo: tamen neq; ipſe, neq; Iſaac, neq; Iacob
poſiti ſunt in hanc promiſſionem: ſed ſucceſſio illorum. Et
quia quando obediuit Deo exiens de terra ſua, nō vocaba-
tur Abraham, ſed Abram, ideo conſideratè dixit Apoſto-
lus: Fide qui vocatur nunc Abraham, tunc vocabatur A-
bram, moratus eſt in terra promiſſionis, quaſi in aliena.
Primum quidem vocatus eſt ille Ram, deinde Abram, ad
extremum Abraham. *Expectabat enim fundamenta habentem
ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.* Ciuitas ſuperna fun-
damentum habere dicitur, propter ſtabilitatem firmita-
temq; ſui: in qua qui ſemel locum inuenerit, nunquā po-
terit exhæredari, neq; euelli: Ideo, inquit, illi fide morati
ſunt in terra repromiſſionis, quaſi in aliena. Repromiſſio-
nes in terra factas non attendebant, ſed futuram quietem
C quærebāt. Oſtenderunt enim ſeipſos maioribus eſſe dignos:
idcirco nō permiſit eos accipere iſta, quia maiora dare vo-
lebat. *Fide & ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis
accepit etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit eſſe
eum, qui promiſerat.* Quæſtio hic oritur: Quare dicit, fide ac-
cepiſſe Saram virtutem concipiendi, cum ab angelo re-
prehenſa ſit, cur riſerit, cauſa infidelitatis: Riſus enim ille
etiam ſi gaudij fuit, plenæ fidei non fuit: Riſus autem Abra-
hæ & gaudij & plenæ fidei fuit, quæ ita ſoluitur: Quia & ſi
primum dubitauit, poſtmodum tamen verbis angeli ſo-
lidata eſt in fide, & euacuata dubitationis cauſa, introdu-
cta eſt fides, quæ dedit virtutem in conceptione ſeminis:
quia iam mortificata erat ætate, & ſterilis: Duplex enim e-
rat præcluſio, vna tēporis, ſenuerat quippe iam: alia verò
naturæ, ſterilis enim erat: ſed ad ſuſcipiendum, & retinen-
dum ſemen accepit virtutem. Mulieres namq; ex duabus
præcipuè rebus ſteriles eſſe ſolent: ſiue quia in vulua vir-
tutē caloris non habent, qua excoquant ſemen viri, ſi in ſe-
nectutem venit, cum deficiunt muliebria: ſiue quando
vulua concluditur etiam in iuuentute, vt non perueniat ſe-
D men ad loca conceptionis. Contra quæ Deus dedit vir-
tutem: hoc eſt, contra ſterilitatem & ſenectutem. Ad locū
etenim conceptionis ſatis peruenit ſemen: & poſtquam
peruenit, dedit partus ſoliditatem mulieri: factumq; eſt,
vt lideri ſoliditate vteri inſolida confortarentur, & omnia
poſſibilia fierent credenti. *Propter quod & ab vno orti ſunt, &
hoc emortuo, tanquam ſidera cœli in multitudinē, & ſicut arena,
quæ eſt ad oram maris, innumerabilis.* Propter hoc, inquit, quia
vterque etiam habuit fidem, Abraham videlicet, & Sara:
ab vno corpore Abrahæ & Saræ orti ſunt innumerabiles
populi. His verbis voluit oſtendere, quia non ſolum ge-
nuit Sara, verum etiam & plures quam aliqua fœcunda-
rum mulierum. Vnum autem corpus dicit habere illos
duos, propter hoc quod dicitur in Geneſi: Quia erunt
duo in carne vna. Addidit quoq; adhuc: Et hoc, inquiens,

corpore emortuo nati ſunt: non vita mortuo, ſed ſemine. E
Senex enim homo ſemen quidem tantū fundere poteſt:
ſed tamen ſoliditate ſeminis caret, vt filios procreare poſſit,
niſi fortè de adoleſcentula, vt alij ferunt. Sicut ſidera cœli,
vel arena maris: hyperbolicôs dictum eſt. Per ſidera au-
tem cœli boni intelligendi ſunt ex vtroque populo filij A-
brahæ per fidem. At vero per Arenam maris reprobi ac-
cipiuntur ex Iudaico populo filij Abrahæ per carnem, qui
terrena ſemper quærentes, pondere peccatorum grauan-
tur. Etſi ſtellæ cœli, ſiue arena maris, vel etiam illi, qui deſi-
gnati ſunt, per hæc innumerabiles ſunt: Deo autem, cui o-
mnia patent, numerabiles exiſtunt. *Iuxta fidem.* Id eſt, cum
fide. *Defuncti ſunt omnes iſti. non acceptis repromiſſionibus, ſed
à longe eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregri-
ni, & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt.* Subaudi,
quia peregrini ſunt ſuper terram. *Significant ſe patriam in-
quirere. Et ſi quidem illius.* Subaudi, terræ. *Meminiſſent, de qua
exierunt, habebant vtiq; tempus reuertendi. Nunc autē.* Dum no-
lunt reuerti ad eā, de qua exierunt, ſed morantur in aliena,
quaſi peregrini. *Meliorem appetunt, id eſt, cæleſtem.* Duo quæ-
dam hic dignum eſt quærere. Cum enim ſupra dixiſſet:
Translatus eſt Enoch, & non videbatur, ne videret mortē: F
hic dicit: Quia ſecundum fidem omnes iſti mortui ſunt.
Et cum iterum dixiſſet, Non accepiſſe eos repromiſſio-
nes, ſed à longe eos aſpexiſſe: ſuperius dixit de Abel: Quia
teſtimoniū conſecutus eſt, quod eſſet iuſtus. Et de Enoch,
quia translatus eſt. De Noë quoq;, quia ſaluatus eſt con-
demnatione mundi. De Abraham nihilominus etiā Iſaac,
& Iacob nulli dubium, quin plurimas promiſſiones tam
de Chriſto, quam de terra repromiſſionis acceperint.
Quæ duo huiuſmodi ſolutionem gerunt: quod primo di-
xit: Omnes iſti mortui ſunt cum fide: ita eſt intelligendū,
Omnes iſti mortui ſunt, præter ſolum Enoch, quem noui-
mus eſſe translatum. Quod vero ſubiunxit, non accepiſſe
eos repromiſſiones: manifeſtum eſt, quia in quibuſdā re-
bus acceperunt: in quibuſdam minimè, neq; plenitudinē.
Accepit ſiquidem Enoch, ne videret mortē: accepit Noë,
vt ſaluaretur, acceperunt & illi plurimi: Sed hæc quædam
erant illis libamina: quædam erant & primæ deguſtatio-
nes futurorum, non plenitudo promiſſionum. Deus enim
non ſolum, quæ futura ſunt, nobis largitur: ſed etiam quæ G
huius vitæ ſunt neceſſaria, præſtat: ſicut diſcipulis ſuis dice-
bat. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius. & hæc
omnia temporalia, inquantum vobis expediunt, adijcien-
tur vobis. In hoc enim, quia in præſenti ſeculo ex parte lau-
dem iuſtitiæ promeruerunt, nec cum impijs perierunt, lo-
cupleteſq; fuerunt bonis temporalibus, licet peregrini eſ-
ſent: vtpote legitur de Abraham, quod erat diues in argen-
to & auro: aliquas deguſtationes promiſſionum percepe-
rant. In hoc vero, quia plenam promiſſionem: de longe ta-
men aſpiciebant promiſſiones, quas veniēs Chriſtus præ-
dicauit, dicens: Quoniam ſi quis dimiſerit domum, aut
fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem propter me,
centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit: iſtam
promiſſionem non ſunt conſecuti illi ante Domini aduē-
tum, licet omnia ſua reliquiſſent, ſicut & Apoſtoli: ſiue et-
iam promiſſiones de domini aduentu non ſunt conſecuti:
quoniam licet eis promiſſus eſſet, tamen nō viderunt eum
præſentem in mundo. Salutabant eaſdē quoq; promiſſio-
nes, id eſt, optabant ſicut dominus ait in Euangelio: Multi
reges & Prophetæ cupierunt videre, quæ vos videtis, & H
non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Ex
metaphora nauigantium dixit, ſalutantes, qui à longe pro-
ſpiciētes deſideratas ciuitates, antequam ingrediantur, eas
ſalutatione præueniunt: eaſque ſibi familiares efficiunt.
Aſpiciebant autem in fide iſtas promiſſiones, ſalutabant
deſiderio, confitebantur ſermone, quod peregrini eſſent,
iuxta quod Pſalmiſta dicit. Quoniam peregrinus ſum a-
pud te. ſicut omnes patres mei. Peregrinus à peregre, id
eſt, à longè proficiſcendo dictus eſt: Peragrare enim, per-
ambulare dicimus: nam in tabernaculis habitabāt, qui ſe-
pulchra pecorum emebant. Notum eſt quomodo pere-
grini erant, intantum, vt etiam vbi ſuos ſepelirent mor-
tuos: non haberent. Quapropter primo iuſtius eſt pere-
grinum eſſe mundi huius & hoſpitem, nihilq; cōmune ha-

A bere cum regibus huius ſeculi, remoueri ab eis, ſicut peregrinus. *Ideo non confunditur.* Id eſt, non erubeſcit. *Deus vocari Deus illorũ. Parauit enim illis ciuitatem.* Ideo, inquit, quia illi Deo crediderunt, nihilq; de terrenis ſibi præſumpſerunt, ad hoc vt in illis ſpem ſuam ponerent: idcirco non erubeſcit omnipotẽs Deus vocari Deus illorum. Sic enim ipſe dixit: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob: per fidem videlicet & vitæ meritum: Sic enim glorificatur, quando benignorum, & optimorum hominum Deus vocatur, & colentium virtutem: ſic è contrario cõfunditur, & erubeſcit in eprijs nephandorum, ſi inuocetur ab illis: vnde dicit per Prophetam. Per vos nomen meum blaſphematur inter gentes. Illi autem erant ita clari virtutibus, ita confidentia pleni, vt non confunderetur, ſed potius glorificaretur, cum illorum vocaretur Deus. Dicit autem generaliter, Deus terræ, & Deus cœli: ſiquidem & Deus gentium: & non ſolum gentium, ſed etiam totius mundi: eò quòd ipſe condidit omnia. Sanctorum vero illorum non ſic dicitur Deus ſolummodo per creationem, ſed ſicut amicus. Dicitur & dominus nunc Deus Chriſtia-

B norum. Parauit, inquit, ciuitatem illis: Hieruſalem ſcilicet cœleſtem, ideoq; non dedit illis in præſenti Eccleſia hæreditatem. Vel etiam ideo non erubeſcit vocari Deus illorum: quia ſecum prædeſtinauit illos regnare in cœleſti ciuitate. *Fide obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur: & vnigenitum offerebat, in quo ſuſceperat repromiſſionem. Ad quem dictũ eſt: Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen: arbitrans, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.* Quid eſt quod beatus Iacobus in Epiſtola ſua mentionẽ Abrahæ faciens, laudat eum ſummopere ex operibus ſuis: beatus verò Apoſtolus non operibus, ſed fidem attentiſſime commendat? Rectè igitur beatus Iacobus ex operibus eum laudat, quem ſciebat etiam fide perfectum: quoniam illis ſcribebat, qui fidem quidem videbantur habere, ſed eandem fidem bonis operibus non exornabant. At verò beatus Paulus qui illis ſcribebat, qui opera bona legis videbantur habere, ſed fidem perfectam non habebant, iure fidem Abrahæ attentius commemorat, quatenus ſtudẽrent eum imitari: vnde certè vt oſtenderent, quia qui filij Abrahæ volunt eſſe, neceſſe eſt, vt fidem & opera habeant, merito vnus ex fide, alter ni-

C hilominus laudauit eum ex operibus. Fide, inquit, obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur, licet non haberet filium liberum, niſi illum: & in illo percepiſſet promiſſiones, quòd multarum gentium eſſet futurus pater: tamen non fuit ideo inobediens Deo: et quanquam contraria iterum audiret, dicẽte ſibi domino: Offer Iſaac filium tuum mihi: à quo iam audierat: Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen: non hæſitauit de promiſſionibus, credens quod à mortuis poſſet illum ſuſcitare Deus: & ex eo multitudinem populorum multiplicare. Quapropter ideo filium mox offerre voluit, quia à Deo hunc cõtinuo reſuſcitandum credebat. Sed ne poſſet quiſquam dicere, quia habebat alium filium, ex quo ſperabat repromiſſionem implendam, propterea confidens obtulit iſtum, dicit Apoſtolus: Etiam vnigenitum obtulit filium Abraham ipſe, qui repromiſſiones de illo perceperat. Quare ergo tentauit illũ Deus? Nunquid ignorabat fortè illum eſſe virum in fide & probatum? ſciebat vtiq; tentauit autem eum nõ vt ipſe cognoſceret, ſed vt alijs demonſtraret, & manifeſtam eius fortitudinem faceret, ſicut ipſe oſtẽdit, dicens: Nunc cognoui, quod timeas

D dominũ: id eſt, alios cognoſcere feci, quod timeas Deum. *Vnde & in parabola eum accepit.* Parabola, Græco vocabulo Latinè dicitur ſimilitudo, ſiue figura. Accepit eum in parabola de morte à Deo, qui dixit ei: Ne extendas manum tuam ſuper puerum: quia ariete occiſo iſte ſaluatus eſt. Occiſus eſt Iſaac, quantum ad voluntatem patris pertinet. Deinde redonauit illum Deus Patriarchæ in parabola, id eſt, in figura & ſimilitudine paſſionis Chriſti. In ſimilitudine erant omnia, quæ tunc agebantur in Abraham, quæ pro nobis verus Abraham, Deus videlicet pater creator omnium gentium, in fine ſeculi agere diſpoſuerat. Abraham ſiquidem figuram Dei patris geſtabat: Iſaac verò figuram Chriſti. Abraham portabat, vt ſcriptura dicit, ignem & gladium: quia Deus pater gladium paſſionis Chriſti quodammodo portauit, quando eum occidi per-

E miſit: vnde dicit filius in pſalmo ad eum: Quoniam quem tu percuſſiſti, hoc eſt, percuti permiſiſti perſecuti ſunt. Et Deus pater per Zachariam: Percutiam paſtorem, id eſt, percuti permittam. Ignis quoq;, quem ferebat, calor & fauor ſummæ dilectionis illius eſt, qua nos diligit, de qua dicitur: Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum ſuum daret pro nobis. Nam ſicut Abraham vnicum & dilectum filium Deo victimam obtulit: ita Deus pater vnicum filium pro nobis omnibus tradidit. Iſaac autem ipſe ſibi ligna geſtabat, quibus erat imponendus: quia & Chriſtus portabat lignum crucis, in quo crucifigeretur. Aries ſignificabat carnem Chriſti. Iſaac oblatus eſt, & non eſt interfectus, ſed aries tantum: quia Chriſtus in paſſione oblatus eſt, ſed diuinitas illius impaſſibilis manſit. *Fide & de futuris benedixit Iſaac, Iacob, & Eſau.* Fide de futuris benedixit eis, quia iuxta quod eis imprecatus eſt, ita poſtea omnia illis credidit euenire, & quæ futura illis erant, ea benedicendo optauit. Poteſt aliter intelligi: De futuris myſterijs benedixit eis: quia Iacob figuram Chriſti ſiue populi Chriſtiani geſtabat, Eſau verò Iudaici. *Fide Iacob moriens*

F *ſingulos filiorum Ioſeph benedixit, & adorauit faſtigium virgæ eius.* Legimus in Geneſi, quod audiens Ioſeph ægrotare patrem ſuum, venit ad eum, & obtulit ei duos filios ſuos Effraim, & Manaſſe ad benedicendum: qui fidem habens omnia illis euenire, iuxta quod eis exorabat, benedixit eos. Idcirco autem dicitur ſingulos illorum benedixiſſe: quia ſuper vtrumque propriam benedictionẽm fudit, poſuitque minorem ante maiorem: quoniam præuidebat res ita futuras. Quodq; ſequitur: Et adorauit faſtigium virgæ eius: id eſt, virgæ Ioſeph intelligi dupliciter poteſt: ſpiritu ſiquidem Prophetico afflatus Iacob, cognouit deſignari per illam virgam Ioſeph regnum Chriſti: per faſtigium verò, id eſt, ſummitatem virgæ potentiam & honorem Chriſti regni, de qua Pſalmiſta dicit: Virga recta, eſt, virga regni tui. Ergo non virgam adorauit pro Deo, ſecundum ritum gentilium, qui idola colebant: ſed in virga Chriſtum, cuius regnum & potentiam præuidebat figurari in illa. Quantum verò ad literam pertinet, fortaſſis ſecundum conſuetudinem illius temporis adorauit virgam Ioſeph, quem videbat Dominum eſſe to-

G tius regni terræ Ægypti: ea ſcilicet ratione Heſter legitur adoraſſe virgam Aſſueri. *Fide Ioſeph moriens de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt: & de oſſibus ſuis mandauit.* De profectione filiorum Iſraël locutus eſt, credens omnia vera eſſe, quæ promiſerat patribus eorum: præcipuè quod dixerat ad Abraham: Scito prænoſcens, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, maleq; tractabunt illos annis cccc. verumtamen gentem, cui ſeruierint, iudicabo ego, dicit Dominus: & poſt hæc reuertentur in terram patrum ſuorum. Nequaquam ergo de ſuis oſſibus mandaret Ioſeph, niſi plena fide ſperaret reditum eorum in terrã repromiſſionis. Dicit enim ei: Viſitans viſitabit vos Dominus poſt dies multos: Ferte oſſa mea hinc vobiſcum: & nõ ſolum tribus Ioſeph oſſa patris ſui deportauerat ſecum per deſertum in terra repromiſſionis: ſed etiam reliqui tribus omnia Patriarcharum oſſa detulerunt, ſepelieruntq; ea in Sichem, qui euenit in poſſeſſionem tribus Ioſeph. Nam Abraham, Iſaac, & Iacob in ſpelunca duplici Arbeæ, quam Abrahã emerat, à filijs Eth, ſepulti ſunt cum Sara, & Rebecca, & Lia: vbi & Adam cum Eua ſepultus quieſcebat.

H Fortaſſis vero quærit aliquis, quæ cauſa extiterit, vt omnes illi ſancti patres in terra repromiſſionis maluerint ſepeliri, quam alio in loco. Cui reſpondendum eſt: non curam gerendo ſepulchrorum hoc agebant: ſed potius quia ſpiritu ſancto præuidebant Dominum in ea terra genus humanum per mortem redempturum, ibiq; reſurrecturum ſummo cum deſiderio, ibi conſepeliri optabant: quatenus eo reſurgente pariter cum eo reſurgerẽt. Nos autem non debemus puſillanimes fieri vbicunq; ſepeliamur, cum plurimorũ martyrum neſciamus vbi corpora eorum glorioſa iaceant humata. *Fide Moyſes natus occultatus eſt tribus menſibus à parentibus: eo quod vidiſſent elegantem infantem, & non timuerint regis edictum.* Non ſua fide occultus eſt Moyſes, qui adhuc fari non poterat: ſed fide parẽtum ſuorum patris ſcilicet, ac matris, qui fidẽ habentes, quod

A omnipotens Deus poſſet eum liberare & cuſtodire, ſeruauerunt illum tribus menſibus: deinde vero cum non potuiſſent eum celare propter vagitum ipſius, poſuerunt eum in fiſcellam ſcirpeam, poſueruntq; eum in carectum fluminis. Edictum enim erat huiuſmodi regis, vt omnes pueri in flumine iactarentur. Sed quid eſt, quod dicit, non timuiſſe eos regis edictum? Si non timuerunt, quare cuſtodierunt? In hoc ergo timuerunt, quia non ſunt auſi retinere eum. In hoc vero quaſi non timuerunt, quia non proiecerunt illum in apertum flumen, ſed in fiſcella poſuerunt eum: ſicq; immiſerunt carecto fluminis, habentes ſpem atq; fiduciam, quod omnipotens Deus cuſtodiret illum: Quapropter ac ſi non timuiſſent, reputatur illis. Vnde ergo iſti ſperauerunt ſaluari puerum, niſi fide? Viderunt, inquit, elegantem infantem: ſiquidem ab ortu natiuitatis magna fuit illi infuſa gratia venuſtatis: non natura hoc operante, quod natus eſt honeſtus infantulus, ſed gratiæ diuinæ dono, qui etiam barbaram illam mulierem Ægyptiam, filiam videlicet Pharaonis ad hoc excitauit, vt amaret eum, vt ſumeret, & nutriret. *Fide Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum*

B *populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem.* Tanquam ſi diceret ad eos, quibus hæc ſcribebat: Nullus noſtrum dimiſit aulam regalem amplam & claram, neque tales theſauros, neque eum puſſet filius regis eſſe, contempſit, ſicut Moyſes fecit, qui non ſolum contempſit, ſed etiam abnegauit: cœlo quippe propoſito, noluit admirari Ægyptiaci regni pulchritudinem: magis eligens cum populo Dei affligi, quam peccati habere iucunditatem. Peccatum namque deputauit, ſi maneret in aula regis lætitia temporali fruēs, ſuoſque fratres in tribulatione relinqueret. Non affligi, inquam, cum alijs, peccatum eſſe putauit. Si igitur ille non affligi alacriter cum alijs peccatum eſſe iudicauit, quantum cumulum peccati habituri ſunt, qui à congregatione fidelium deſeruntur? Vos, inquit, pro vobis ipſis patimini. Ille autem non ſolum pro ſe, ſolum aſpiciens in remunerationem, ſed etiam pro alijs hoc elegit, vt mercedem maiorem acciperet, vltroque proiecit in tanta pe-

C ricula, cum ei liceret & piè viuere, & ſecularibus bonis perfrui. Maiores, inquit, diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti. Improperium Chriſti dicit, quia pro Chriſto ſuſtinuit Moyſes improperium, qui vnius eſſentiæ ſecundum diuinitatem eſt cum patre. Siue improperium Chriſti dicit: hoc eſt, qualem ſuſtinuit Chriſtus à ſuis propinquis. Sicut enim Chriſtus improperium ſuſtinuit à ſuis, quos venerat redimere, quando ei dixerant, Dæmonium habes, & cætera mala ei intulerunt vſque ad paſſionem: ita & Moyſes improperium ſuſtinuit in fratribus ſuis, quos volebat liberare: dicebant enim ei: Quis te conſtituit principem, aut iudicem ſuper nos? Nunquid interficere me vis, ſicut interfeciſti heri Ægyptium? Similiter quando quilibet à domeſticis, vel alijs, quibus beneficium præſtitit improperiū ſuſtinet, improperium Chriſti patitur. Aſpiciebat, inquit, in remunerationem ſuam, & populi. Itaq; quando quiſq; aduerſi patitur aliquid, debet reducere ad memoriam quam remunerationem à Domino exinde ſit recepturus. *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem regis. Inuiſibilem*

D *enim tanquam præſentem ſuſtinuit.* Legimus in Exodo, quia cum Moyſi dictum eſſet à quodam Hebræo, qui faciebat iniuriam fratri, quem Moyſes voluit increpare: Nunquid interficere me vis, ſicut interfeciſti heri Ægyptium? fugit Moyſes in verbo iſto, eo quod Pharao audito hoc, quæreret, vt eum interficeret. Sed cum manifeſtum ſit, fugiſſe illum in Madiā, quid eſt quod beatus Apoſtolus dicit, Non veritus animoſitatem regis? Si enim non timuit, quare fugit? quod ergo fugit, fidens fuit, credens à Deo liberari: & prætendit exterius timorem, cum interius nullum haberet metum: ideoque ſic ei reputatur, quaſi non timuiſſet. Idcirco enim noluit ibi manere, ne cauſa iactantiæ videretur ſe in apertum periculum præcipitare, ac tentare dominum Deum ſuū, quod omnino fieri nō licet. Sancti n. quandiu habent quid faciant, Deum tentare non debent,

E ſed debēt imitari dominum ſuū, qui frequenter locum dedit Iudæis, audientes q; ipſe præcipit dicens: Cum vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Fuga ergo Moyſi tota fuit exterior: quoniam maximam fidem de Dei auxilio habebat. Vnde Apoſtolus dicit: Inuiſibilem, inquiens, dominum tanquam præſentem ſuſtinuit. Quod eſt dicere: Ita erat fidēs de Dei adiutorio, & ita ſemper de eius protectione ſecurus erat, tanquam omnipotētem Deum, qui natura eſt inuiſibilis, ſemper præſentem aſpiceret. *Fide celebrauit paſcha & ſanguinis effuſionem, ne qui vaſtabat primitiua, tangeret eos.* Fide, qua Moyſes credidit per illum ſanguinem ſaluandum eſſe populum, celebrauit paſcha. Ex ſanguinis effuſione celebrauit paſcha, quo liniuit poſtes, ne angelus, qui primitiua Ægyptiorum vaſtabat, affligeret Iſraëlitas: ac ſi illis diceret: Si ſanguis agni typici in medio Ægyptiorum, & in tanta deuaſtatione illæſos ſeruauit Iudæos, quorum poſtes fuerunt reſperſi illo ſanguine: multo amplius ſaluabit nos ſanguis veri agni, hoc eſt, Chriſti: quorum hoſtia, id eſt frontes ſigno munitæ ſunt paſſionis Chriſti. Timuit enim illum ſanguinem ange-

F lus, intelligens ibi dominicam mortē: ac propterea non tetigit poſtes, licet quod fiebat, nihil eſſet, ſed quod per illud ſignificabatur, magnum erat. Sanguine agni illinuntur Iſraelitarum poſtes, ne vaſtator angelus audeat inferre mortem. ſignantur dominicæ mortis ſigno fideles populi in frontibus ad tutelam ſalutis, vt ab interitu liberentur. *Fide tranſierunt mare Rubrum, tanquā per aridam terram: quod experti Ægyptij, deuorati ſunt.* Ac ſi diceret illis, quibus iſta ſcribebat: In tantum fidem firmiter tenere debemus, vt quādo in deſperationem aliquam animus noſter fluctuat, tunc quoq; fidi ſimus, vt liberemur, ac ſi vſq; ad mortē veniamus, ac ſi de nobis ab omnibus deſperetur. Quænam ſpes poterat eſſe illis? ex vna enim parte erat mare, ex altera cingebantur altiſſimis mōtibus, à tertia erant hoſtes: ſi vellent fugere, aut in mari erant perituri, aut in manus Ægyptiorum inciderent: habentes autem fidem, cuncta vicerunt. Fide enim, qua credidit Moyſes Deo, ad verbum illius percuſſit mare, & diuiſit illud in XII. diuiſiones: Iuxta quod in pſalmo dicitur: Credenteſque omnes il-

G læ tribus ſicco veſtigio poſſe tranſire, mare ingreſſæ ſunt: ſed tribus Iuda primum. Iuxta quod in Oſee legitur: Lauda, inquit, princeps cum Deo in mari: quapropter illud mare Hebræis fuit à dextris & ſiniſtris pro muro, præbens eis ſecuritatem. Ægyptios ſubmerſit. Vnde dicit Apoſtolus: Quia experto illud Ægyptij deuorati ſunt. Cognouerunt enim, quod mare eſſet: ex hoc enim apparuit aquā eſſe, quia illi venientes abſorpti ſunt: & ex hoc apparuit non eſſe phantaſiam, ſed rerum veritatem: quia experti Ægyptij deuorati ſunt. Allegoricè autem mare Rubrum baptiſmus eſt, rubore ſanguinis Chriſti conſecratus. Hebræi qui exierunt de Ægypto, & tranſierunt per mare Rubrum, fideles ſunt, qui derelinquentes tenebras infidelitatis, tranſierunt per fontem baptiſmatis. Pharao & Ægyptij mortui ſunt in mari: quia in fonte baptiſmatis mortuus eſt Diabolus, amittendo poteſtatem quam habebat: mortua ſunt etiam peccata originalia, & actualia, ſi qua antea erant. *Fide muri Hiericho corruerunt circuitu dierum ſeptem.* Non enim tubarum ſonitu murorum ſaxa deiecit, etiam ſi per x. mille annos quis tubis inſonaret: ſed fide, qua crediderunt Deo, deiecerunt illos. Legimus quod

H domino Ioſue præceperat arcam deportari per ſeptem dies in circuitu Hiericho, ac ſic perſonare tubis. Septimo autē die cum increpuiſſent tubis, corruerunt muri Hiericho, quod à magno myſterio non vacat. Hiericho, quæ interpretatur luna, ſpeciem huius mundi tenet: quia ſicut luna menſtruis completionibus deficit, ita hic mundus quotidianis defectibus cadit. In arca vero, Eccleſia figuratur. In tubis autem æneis, prædicatores fortes accipiuntur. Ioſue qui circumducit arcam, Chriſtus eſt, qui Eccleſiam ſuam per hunc mundum gubernat. Hanc vero vrbem Hiericho diebus ſeptem, Iſraelitæ ferentes arcam, æneis tubis clangentibus circumeunt, & muri eius per arcæ præſentiā, atq; æ̃rearum tubarum ſonitum cadunt: quia in hoc tempore, quod ſeptem dierum viciſſitudine voluitur, dum fertur arca: id eſt, dum orbem circumiens nouatur Eccleſia

ad præ-

A ad prædicantium voces, quaſi ad tubarum ſonitum: muri Hiericho: id eſt, elatio huius mundi, & principes, atq; ſuperbia infidelitatis obſtacula corruunt: donec in fine temporum mors nouiſſima inimica deſtruetur. *Fide Raab meretrix non perijt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.* Magnam conſolationem, & exhortationem beatus Apoſtolus iſto in loco omnibus præbet: vt ſi meretrix & idololatra ſola fide ſaluata eſt, multo magis illi ſaluabuntur, qui ad grauiora non ſunt prolapſi: ac ſi patenter diceret, Inhoneſtum eſt, ſi meretrice infideliores eſtis. Illa tantum homines nunciantes audiuit, confeſtimque credidit: vos autem non ſolum homines auditis: verũ etiam voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur: & inſuper ipſum filium Dei ad vos miſſum non agnoſcitis: nam & in Raab effectus fidei conſequutus eſt: omnibus quippe pereuntibus, ſola ſaluata eſt. Raab autem, quæ interpretatur dilatata, figuram tenet Eccleſiæ, quæ dilatata eſt ab oriente, in occidentem, ab aquilone in meridiem: & latitudinẽ charitatis habet, in tantum vt etiam pro ipſis inimicis orationem fundat: & bene de extraneis, atq; alienis gentibus erat illa Raab meretrix, B inornibus in deſiderijs carnis, ac fornicationib. deſeruiens: quia Eccleſia aliena erat ante domini aduentum à Deo, ſecundum deſideria carnis viuens, fornicationi atq; idololatriæ deſeruiens: poſtquã autem Ieſus verus miſit ad eam duos exploratores: hoc eſt, Petrum & Paulum, ſiue duo teſtamenta, fidelis effecta, reliquit fornicationem idololatriæ, ſicq; ſaluata eſt, & ſaluatur quotidie, ne pereat cum infidelibus. Huc uſq; narrauit de legislatore, & de patribus antiquis: nunc dicturus eſt de iudicibus, qui fuerunt poſt Ioſue, nomina eorum tantummodo commemorans propter breuitatem ſermonis: qui per fidem pugnauerunt & gentes plurimas vicerunt. *Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus enarrantem.* Hoc eſt, deficiet me tempus deſtinatum ad ſcribendam Epiſtolam, ſi cuncta illorum facta proſequi voluero, quos hactenus commemoraui: ſiue quæ narrare poſſum de his, qui ſucceſſores illorum fuerunt. *De Gedeon, Barach, Samſon, Iepthe, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna.* Quod omnes in commune commemorat, illud eſt, quod ſingulorum opera eadẽ fide acta ſunt: quia C omnes illi ſimul per fidem vicerunt regna. Gedeon ſiquidem accipiens ſignum à domino, in ccc. viris, qui hauſerunt aquam, ac de quibus dominus dixit ei, In his ſuperabis Madian. In vellere quoque humido, ſicco repletus proſtrauit Zebee, & Salmana: accepitq; victoriam ex hoſtibus. Allegoricè autem Gedeon qui interpretatur in vtero circumiens ſignificat dominum Ieſum Chriſtum, qui per incarnationis myſterium in vtero virginis collocatus, plenitudine diuinitatis, qua omnia replet, totum mundum circundat: quia implendo omnia, circundat omnia. ccc. autem viri, qui manibus aquam hauſerunt, & accepto igne in lagænis contra Madian profecti ſunt, confractiſque lagænis ignis reſplenduit, tubiſq; increpuerunt, ſimulque hoſtes in fugam verſi ſunt, typum tenet ſanctorum prædicatorum, qui fidem ſanctæ trinitatis habentes, ſigno dominicæ paſſionis inſigniti ſunt: quod deſignatur per Tau, literam, quæ ſuo numero ccc. exprimit: & quæ apud veteres Iudæos ſimilitudinem crucis habebat. Lagænæ autem, quæ ſunt vaſa fictilia, ſignificant corpora eorundem prædicatorum infirma, de quibus idem egreD gius prædicator dicit: Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Sonus tubarum vocem prædicatorum exprimit. Fractis ergo lagænis reſplenduit ignis, hoſteſque in fugam verſi ſunt Madianitæ, qui typum tenẽt principum: quia poſtquã ſancti martyres ab hoc ſeculo deficiunt, creſcunt miracula: ſicq; virtute miraculorum concuſſi in fugam vertuntur, ſcilicet aut fidei ſe ſubdendo: aut etiam à tormẽtis ceſſando, victi timore ſignorum. Illud quoque non vacat à myſterio quod Gedeone orante vellus primo madidum fuit, & terra ſicca: ſecundò verò vellus ſiccum, & tota terra madida. Vellus enim figuram tenet populi Iudaici: terra autẽ omnium gentium. Rore ergo vellus primum madidum fuit, terra manſit ſicca: quia quando Iudaicus populus rore ſupernæ ſapientiæ fuit humectatus ante domini aduentum, oẽs gentes ſiccitate fidei, & ſapientiæ

E exiccatæ erant. Iterum quũ poſt domini aduentum omnes gentes rore ſapientiæ fuerunt madidæ effectæ, Iudæa ariditate perijt. Barach, ipſe eſt Lapidoth maritus Debbore, qui fide, qua credidit propheti ſſæ, ſuperauit Siſaram, omneſque currus eius. Sanſon fide qua credidit impetrare à Deo, quod orabat, plures interfecit moriens, quã viuens: dixit enim: Domine Deus memento mei, & redde nunc mihi priſtinam fortitudinem Deus meus, vt vleiſcar me de inimicis meis: & pro amiſſione duorum luminum vnam recipiam vltionẽ. Iepthe fidem habuit, pugnando contra filios Ammon & in filiam ſuam offerẽdo, licet in hoc ſtultè egiſſet, quod omnipotentem Deum ſanguinem humanum fundens putauit placare: nouit ſiquidem, vt ſi ei Dominus victoriam daret de filijs Ammon immolaret ei quicunque primus occurreret ei de domo ſua, quod ita & fecit: nam occurrit ei filia ſua: quam poſt deploratam virginitatem occidit. Sed poteſt quæri, qua de cauſa mos inoleuerit, vt omni anno virgines Hebræorum plorent filiam Iepthe: quæ iſta cognoſcitur eſſe ratio, vt dum cernunt deplorari illam à filiabus ſuis, nemo ad tantam ſtultitiã, tanF tumq; piaculum audeat proſilire, vt Deo ſanguinem fundat humanum. Dauid fide plenus proceſſit contra Philiſteum, & interfecit eum: & quoniam Deo credidit, multas promiſſiones de Chriſto promeruit. Samuel Propheta & Sacerdos fidem habuit perfectam: quia vnxit Dauid in regem ad verbum Domini: & occidendo regem Amalech. *Operati ſunt iuſtitiam.* Quia quod crediderunt, opere compleuerunt, exornantes eandem fidem. *Adepti ſunt repromiſſiones.* De Chriſto: vel de patria cœleſti. Abraham enim de Chriſto promiſſionem accepit, dicente ſibi Domino: In ſemine tuo: id eſt, in Chriſto: benedicentur omnes gentes. Dauid quoq; plurimas, cui Dominus dixit: Quum dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuũ, quod egredietur de lumbis tuis, & firmabo thronum eius ſuper thronum tuum. Et alibi: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam. Et cum iureiurando: Semel, inquit, iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit. *Obturauerunt ora leonum.* Vt Sanſon, Dauid, Daniel bis miſſus in lacum. *Extinxerunt impetum ignis.* Sicut tres pueri, Danielis ſocij, iuſſu Nabuchodonoſor, G Chaldaica vrgente veſania, miſſi ſunt in fornacem ignis ardentis, quibus nihil moleſtiæ intulit. *Effugauerunt aciem gladij.* Id eſt, repulerunt fortitudinẽ hoſtium à ſe validè pugnando: ſicut Ioſue, Gedeon, Dauid, alijq; principes, & reges Iudæorũ. *Conualuerunt de infirmitate.* Vt Iob, & Ezechias, qui quũ ægrotaſſet vſq; ad mortẽ, Domino ſibi propitio redditus eſt priſtinæ ſanitati per ſpatium xv. annorum: poſſumus & infirmitatis nomine malum captiuitatis intelligere: de qua liberati ſunt Domino volente, Cyro iubente, Eſdra, & Neemia procurante. *Fortes facti ſunt in bello.* Vt Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi: Sanſon qui mandibula aſini multos Philiſtinorum interfecit: Dauid quoq; rex: Iudas Machabæus, & fratres eius, quorum temporibus etiam ſex milia Iudæorum interfecerunt centum milia hoſtium: & tria milia miſſi Antiochiam in auxilium Demetrij, peremerunt cxx. milia. *Caſtra verterunt exterorum.* Id eſt, in fugam frequenter coẽgerunt. Caſtra dicuntur à caſtrando, eo quod ibi caſtretur libido: non eſt enim mos militaris, vt pergentes in prælium vxores, aut fœminas alias ſecum ducant. Duo quõdam principes terræ, H cum comitatu vxorum perrexerunt in bellum: Darius videlicet, atq; Antonius: ſed vterq; inibi corruit. Darius quidem ſuperatus eſt ab Alexandro: Antonius verò ab Octauiano Auguſto. *Acceperunt mulieres, de reſurrectione mortuos ſuos.* Eas mulieres dicit, quarum filij ab Helia & Heliſeo reſuſcitati ſunt: quos illæ acceperunt poſt reſuſcitationem: non vt eos haberent in maritos, ſed quos amiſerant in morte, receperunt viuos. *Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem.* Plurimi ſanctorum diſtenti ſunt: hoc eſt, in cruce extenſi, funibus colligati, ſicut beatus Andreas. Seu diſtenti: hoc eſt, ad capita duarum arborum colligati, ac diſrupti. Vel etiam ad brachia equorum indomitorum extenti, ſicque ab eis diſrupti. Vel certè diſtenti ſunt: hoc eſt, decollati: quæ omnia in ſanctis martyribus

videu-

A videntur eſſe completa. Non ſuſceperunt redemptionem: hoc eſt liberationem in præſenti, ad hoc vt ſaluarentur à tormentis vt meliorem atque glorioſiorem inuenirẽt reſurrectionem in futurũ: quoniam quo ampliora quis tormenta pro Deo in præſenti ſuſtinet, eo glorioſior in reſurrectione apparebit. *Alij vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres.* Ludibria dicuntur à ludo: hoc eſt, irriſione: primo enim ſancti martyres ludibrijs atq; irriſionibus illudebantur, deinde verberibus afficiebantur: ſicque vinculis aſtricti ponebantur in carcerem: ad poſtremum vero interficiebantur diuerſis, & exquiſitis tormẽtis. *Lapidati ſunt.* Vt Naboth, Hieremias in Ægypto, à reliquijs tranſmigratorum: Ezechiel in Babylone: alijq; quamplures in nouo Teſtamento. *Secti ſunt.* Hic pluralis numerus pro ſingulari poſitus eſt: neminem enim legimus ſanctorum in veteri teſtamento ſectum, niſi Eſaiam, Prophetam, quẽ fecit ſecari ſerra lignea Manaſſes rex, qui filiam eius habebat in vxorem. *Tentati ſunt.* Vt Abraham & alij multi non ad deceptionem, ſed potius ad probationem illa ſcilicet tentatione, de qua dicitur: Tentat vos dominus Deus veſter, id eſt, probat vos: nam Deus intentator malorum eſt. *In occiſione gladij mortui ſunt.* Vt Vrias, & Ioſias, & alij multi. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes anguſtiati, afflicti.* Heliam in hoc loco debemus intelligere, & alios, qui taliter egerunt: & qui afflicti vndique iniurijs & tribulationibus anguſtiati fide ſuſtinuerũt omnia: vt ad deſiderium ſupernorum poſſent peruenire. Omnis autem indigentia, & egeſtas anguſtia vocatur quia anguſtiatur homo, id eſt, affligitur ſeu fame, ſeu alia inopia. Melotam dicunt quidam genus eſſe veſtimenti ex pellibus caprinis, ex vno latere dependens, quo genere veſtimenti propter aſperitatem in Ægypto monachi dicuntur vti. Helias quoque legitur vſus illo fuiſſe: & *μῆλον* Græce, ouis dicitur, vel quadrupes quodlibet: vnde *μηλωτὴ* pellis ouina. At vero quidam dicunt ex pellibus huiuſmodi genus veſtimenti eſſe compoſitum. eſt enim animal, quod taxus vocatur, ſolitus in cauernis terræ habitare, cuius pellis hiſpida eſſe fertur, à quo nomine deriuatur vocabulum huius veſtis, id eſt, à melo melota. *Quibus dignus non erat mundus.* Mundi nomine hic ſub vna ſignificatione poſſumus intelligere amatores mundi, qui terrena ſolummodo appetentes ab amore creatoris ſui longe remoti erant: ac propterea non erant digni tales ſocios habere, quales fuerunt illi, quorum magnalia Apoſtolus ſuprà deſcripſit. Siue mundi nomine poſſunt accipi omnia, quæ continentur inter cœlum & terram, aurum videlicet, argentum, gemmæ, atq; omnia pretioſa: inſuper & ipſi reprobi amore mundanarum rerum decepti. Iſtis ergo ſanctis non erat dignus mundus: hoc eſt, ſi totus mundus redigeretur ſub pretio, non poterat vni illorum rectè comparari. neq; etiam ſi omnia illa in pretium dari potuiſſent, talem aliquem virum emere poſſent. Vt ergo ex pluribus paucorum memoriam agamus, quomodo poterat talis ac tantus vir comparari, vt Moyſes fuit? qui quando voluit, mare diuiſit. quando voluit, aquas eius reduxit. quando voluit, manna de cœlo deſcendere fecit: aquam de petra produxit, & cætera innumerabilia fecit. Vel quomodo poterat comparari tantus vir, vt fuit Ioſue ſucceſſor eius? qui quando voluit, ſolem ac lunam, illa duo maxima luminaria vno in loco ſtare fecit, dicens: Sol contra Gabaon ne mouearis: & luna contra vallem Hailon. Forſitan tamen dicet aliquis, ideo non poterant emi, quia non quibant inueniri. Vtiq; verum eſt, quia nõ poterant in toto mundo ſimiles illorum inueniri: & ſi potuiſſent comparari, quomodo quod totus mundus nequibat perficere, hoc vnus illorum verbo agebat? nam quum totus mundus temporibus Heliæ laboraſſet per tres annos & ſex menſes ſiccitate, nec potuiſſet pluuiam impetrare, verbo Heliæ apertæ ſunt cataractæ cœli, & venit pluuia ſuper faciẽ terræ. *In ſolitudinibus errantes, & montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ.* [illegible] Prophetarum hic vult intelligi, & [illegible] tarum, qui temporibus Achab & Iezabelis fugati [illegible] quod voluiſſet eos Iezabel interficere: tunc temporis paſcit eos quinquagenos Abdias in ſpeluncis & in cauernis terræ: vnde & meruit donum Prophetiæ:

E iuxta quod Dominus dicit in Euangelio: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. *Et hi omnes teſtimonio fidei probati.* Inuenti. *Non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur.* Qui omnes, teſtimonio fidei ſunt probati, niſi oẽs ſuperius memorati? quorũ tam præclara & laudabilis fides commemorata eſt ſtellæ videlicet, & firmamenti terreni homines, & cœleſtes angeli: viui lapides, & ſplendidæ margaritæ, quorum opera, quæ egerunt, fidem eorum confirmant: quoniam abſq; fide impoſſibile eſt placere Deo: teſtimonio itaque fidei fuerunt probati: hoc eſt, operatione ſancta, quæ per fidem operabatur, laude digni inuenti ſunt: fides enim illorum operibus mundis declarabatur: ſed quum ita eſſent perfecti, repromiſſionem nõ acceperunt. Dicit ergo aliquis: Quid eis profuit Deo ſeruiſſe, ſi hactenus ſine præmio permanent? Abſit hoc à fidelium cordibus, vt credamus eos ſine præmio manere: adhuc quippe mortali carne circundati, magnum præmiũ perceperunt, viuẽdi ſcilicet, Deum cognoſcendi, multaq; mirabilia patiẽdi: nunc vero quieſcunt in anima, in beatitudine regni cœleſtis, ineffabili lætitia perfruẽtes. Sed videamus, quid Ioannes de illis in Apocalypſi ſua dicat. ſicq; nobis manifeſtabitur, quam promiſſionem non perceperunt: Vidi (inquit Ioannes) ſub altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vſquequo Domine ſanctus & verus non iudicas, & vindicas ſanguinẽ noſtrum de his, qui habitant in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ: & dictum eſt illis, vt requieſcerent: tempus adhuc modicũ, donec impleatur numerus conſeruorũ, & fratrum illorum. Singulas ſtolas modo habẽt animæ ſanctorũ, de ſua immortalitate gaudentes: & de felicitate, qua fruuntur, exultantes. Binas vero ſtolas habebunt cum in generali reſurrectione receperint immortalitatem, & incorruptionem in corpore, quã modo habent ſolummodo in anima. Hanc ergo repromiſſionem needum perceperunt, de qua Eſaias dicit: In terra ſua duplicia poſſidebunt poſt generalem reſurrectionem. Et re vera ita dignum eſt, vt qui in corpore & anima Deo ſeruierunt, in corpore pariter & anima remunerationem percipiant: quodq; ſequitur: Deo pro nobis melius aliquid prouidente: vt ne ſine nobis conſummarentur: hoc eſt, perfectionem conſequerentur illi. More humano agitur: verbi gratia: Sicut quidã filij reuertentes de agro dicunt patri: Pater laborauimus hodie, æſtum ſolis perpeſſi ſumus: tempus eſt vt tribuas nobis refectionem. Et ille eis reſpondet: Suſtinete paulumper filij, quouſq; veniant fratres veſtri, qui ſimiliter laborant: & tunc cum eis pleniſſimè epulabimini. Sic omnipotens Deus quodammodo egit, quum non dedit electis immortalitatẽ in corpore: vt maior gloria ſit, maiuſq; deſiderium, quum oẽs generaliter in die iudicij binas ſtolas acceperint: & hoc eſt quod dicit: Ne ſine nobis, qui adhuc hic peregrinamur, perfectionem conſequerentur in reſurrectione corporum.

CAP. XII.

Ideoq; & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus & circumſtans nos peccatũ per patientiam curramus propoſitum nobis certamen. Nubem teſtium, appellat multitudinem Patriarcharum, ac Prophetarum, reliquorumq; fidelium, qui teſtes fuerunt perfectæ fidei: teſtes etiam filij Dei, quem prædixerunt venturum in mundum: qui bene nubes vocantur, ob altitudinẽ & multitudinem meritorũ: ſicut enim nubes à ſole illuminatur, eiuſq; calore perfunditur, ſicq; poſtmodum terram calefacit, & plerunq; imbrificat illam, plerunq; autem coruſcationes emittit: ita illi ſancti patres a vero ſole calefacti, atq; illuminati, ſuo exemplo corda hominum calefaciunt, atq; illuminant, ſuoq; tempore pluuiam emiſerunt verbis, & coruſcauerunt miraculis. Impoſita eſt ergo nobis in exemplum tam magna nubes teſtium, vt fidem illorum & opera imitari ſatagamus: quapropter ſimus deponentes omne pondus vitiorum per pœnitentiam, ſomnium quoq; pigritiæ, & cogitationes infirmas. Per hoc autem quod ſubdidit: Et circunſtans nos peccatum ſimus deponentes: oſtendit Iudæos in omni parte à diabolo tentari, deſiderijsq; carnalib. deſeruire, multiſq; peccatis abundare. Per patien-

A nam curramus nobis propoſitum certamen: vt ſicut illi ſuſtinuerunt patienter aduerſa huius ſeculi, ita & nos ſuſtineamus. Non dixit, addamus curſui noſtro aliquid: ſed in eodem manêtes, curramus deſtinatum nobis certamen: iuxta quod Pſalmiſta dicit. Viam mandatorum tuorum cucurri. In præſenti enim ſeculo in certamine ſumus poſiti contra vitia carnis, contra dæmones, contra falſos fratres: & neceſſe eſt, vt patienter curramus, ſiue expleamus certamen iſtud, quatenus peruenire poſſimus ad promiſſum certaminis præmium. *Aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta.* Sic filij parentes, & diſcipuli magiſtrum in ſtudio operis, atq; in certaminibus attendunt, informantes mentem ex parte doctorum, ſumentes quaſdam regulas ab eis per viſum. Ita & nos, ſi volumus currere, & diſcere, vt bene curramus, ad autorem, ſeu conſummatorem Chriſtum attendamus, qui dixit nobis: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et alibi: Si me, inquit, perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Et, Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius? **B** Attendamus ergo in Chriſtum, & accipiamus in illo exemplum patientiæ, qui dixit: Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Ipſe namq; autor fidei & conſummator. Autor fidei nobis eſt, quia ipſe nobis fidem infundit: non enim poſſumus credere, niſi ab illo præueniamur: vnde ipſis fidelibus dicit: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Ipſe conſummator fidei, ſiue perfector eſt: quia conſummationem ſiue perfectionẽ nobis præſtat, in hoc, vt in fide perſeueremus. Siue in hoc eſt perfector fidei, quia dat voluntatem atque poſſibilitatem perficiendi bonum, quo ipſa fides exornetur: nam fides ſine operibus non eſt perfecta, ſed mortua. In illo enim omnes perfectionẽ habemus, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem. Ipſe filius Dei proponẽs ſibi: hoc eſt, in præſenti ſtatuens gaudium reſurrectionis, atq; aſcenſionis in cœlum, totiuſque gloriæ, quam percepit poſt reſurrectionem, ſuſtinuit crucem propter hoc quod in poſtremo videbat ſibi profuturum. Confuſione contempta: hoc eſt, pro nihilo deputata verecundia: quoniam ſine erubeſcẽtia & pudore illud opprobrium ſuſtinuit. Gaudium namq; maximum fuit illi, ꝙ **C** pro nobis eſt paſſus, vt voluntatem Dei patris impleret: pro qua poſtea potentiam ſuper omnem creaturam accepit: vnde ipſe dicit: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. Si igitur ille, qui habuit nullam neceſſitatẽ, vt crucifigeretur, crucifixus eſt propter nos: quanto magis nobis iuſtum eſt omnia fortiter tolerare? Ad hoc itaq; dominus apparuit in carne vt humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, reſurgendo repararet, propterea enim moriebatur, vt doceret nos nihil æſtimare gloriam, quæ ab hominibus defertur. *Atq; in dextera ſedis Dei ſedet.* Hoc eſt, in proſperitate æternæ vitæ: & in plenitudine paternæ maieſtatis: ſi nulla eſſet alia promiſſio & exhortatio, iſtud ſolum exemplũ debuerat ſufficere, quod in hoc loco de Chriſto oſtendit Apoſtolus, ad perſuadendum omnia aduerſa patienter tolerare, vt cum Chriſto mereamur conſedere. *Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionẽ: vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes.* Omnia aduerſa quæ Chriſtus ſuſtinuit à Iudæis, plagas ſcilicet, irriſiones, ſputa, colaphos, alapas, blaſphemias, ip**D**ſamq; mortem, Apoſtolus ſolo nomine contradictionis oſtendere voluit: Rememoramini inquit, Chriſtum qui talia, ac tanta cõtraria ſuſtinuit pro peccatoribus, qui peccatum non fecerat, vt vos qui tranſgreſſores, & peccatores eſſe dignoſcemini, non deficientes fatigemini in animis veſtris, ſed imitando illum ſuſtinere ſimilia patienter. Aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit Chriſtus contradictionẽ: id eſt, dimiſit ſecundum quod voluerunt facere contra ſe, nihil eis contradicens. Hortatur autem eos, ne deficiant in tribulationibus, dum vſq; ad martyrium & ſanguinis effuſionem adhuc non peruenerant: vnde & ſubdit: *Nondum enim vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes.* Ac ſi diceret: Etſi amiſiſtis facultates terrenas: expoliati à contribulibus veſtris: tamen mortem non ſuſtinuiſtis, [illegible] huc enim viui manetis. Vſq; ad ſanguinem reſiſtit, pugnans aduerſus peccatum, qui pro veritate [illegible] ſus infideles pugnat vſque ad mortem: ſicut Ap[illegible] rumq; ſucceſſores fecerunt nam infidelitas peccatum [illegible]ximum eſt: dum autem quis vult, decipit aut blanditijs, aut terroribus, pugnans pro fide contra infidelem, vtiq; aduerſus peccatum repugnat. Poteſt & de omni peccato intelligi, de mala videlicet ſuggeſtione, & praua voluntate, immundoq; deſiderio: quibus reſiſtit, non conſentiendo eis, aduerſus pugnat. *Et obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur, dicens: Fili mi noli negligere diſciplinam domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris.* Sapientia Dei patris, quæ per Salomonem loquebatur, inter cætera etiã hoc protulit per os illius: quod beatus Apoſtolus modo in exemplum aſſumpſit Iudæos cohortans, ne deficiant in tribulatione, qui à domino arguuntur cauſa probationis. Dicit ergo: Fili mi noli negligere, ſiue negligenter ducere diſciplinam domini. Diſciplina dicta eſt à diſcendo: quæ alio nomine correctio morum poteſt appellari. dum enim quis anguſtijs & tribulationibus afficitur, non debet fatigari, nec deficere: ſed potius patienter portare recogitans, quia à Domino **F** corripitur. *Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Ideo hęc teſtimonia proponit Apoſtolus, vt ſicut filij à patribus ſuis flagellantur, vt digni ſint ad hæreditatem paternam accedere: vnde & plerunq; ſtare tota nocte in frigore iubentur, varijsq; modis exercentur: ita & iſti ſimiliter correptiones à Deo alacri animo ſuſtineant, vt ad veram hæreditatem perpetuæ patriæ peruenire ſint idonei. Sunt enim multi, qui in proſperis Domino ſeruiunt: ſed tamen in aduerſis excedunt: hi tales non ſunt adhuc perfectè probati ad hæreditatem captandam. Vnde Apoſtolus, quem in proſperis bene viuere docuit, ne in correptione deficiat, hortatur: quoniam filium, quem diligit Dominus, ad hoc vt hæredem illum regni cœlorum conſtituat, caſtigat illum varijs, diuerſisq; modis: & flagellat aut infirmitate, aut paupertate, aut perſecutione, aut tormentis, omnem filium, quem recipit ſecũ in gloriam. Notandum autem quia non omnis qui flagellatur filius eſt: ſed omnis qui filius eſt, flagellatur. Quem ergo ſanctorum ab hoc ſeculo ad hæreditatẽ ſupernam legimus perueniſſe ſine flagellatione diuina? Quapropter **G** tanto minus de flagello, quo caſtigamur, murmurare debemus: quanto arctius in eo paternæ dilectionis affectum ſentimus: vnde ipſe dicit: Ego quos amo, arguo, & caſtigo. At vero multi flagellantur, vt Antiochus, & Herodes, non vt ad hæreditatẽ aſſumantur, ſed vt hic demonſtretur ex parte, quæ mala paſſuri ſint poſt mortem. *In diſciplina perſeuerate. Tanquam filijs.* Chariſſimis. *Vobis offert ſe Deus.* Subaudi, hæreditatem patriæ cœleſtis: ac ſi diceret: Melius eſt vobis per diſciplinam, & correptionẽ, quæ affectu paterno agitur, tranſire ad hæreditatem cœleſtẽ, quam extra diſciplinã eſſe: ſicq; ad pœnas deſcendere: putaris enim, quod odio vos habeat, ac dereliquerit Deus per hæc, quæ paſſi eſtis, ſi enim hæc non pateremini, tunc magis vos hoc cogitare competebat: nam ſi flagellat omnem filium, quem recipit qui non flagellatur, ſine dubio nõ eſt in numero filiorũ. His verbis oſtẽdit eis, quia vnde putabant ſe derelictos eſſe, inde magis credere poterant diligi ab illo. *Quis enim filius quẽ non corripit pater?* Solet aliquoties paterfamilias filios alienos negligere, ſuos vero caſtigare, & corripere, ne eos opprimat negligentia. Nullus eſt pater ſapiẽs, ꝗ **H** non corripiat filios delinquẽtes: & aliquando bona agentes increpat, vt ad meliora accendantur. Vnde & Heli, quia filios ſuos non corripuit, non meruit eos hæredes Sacerdotij poſt ſe relinquere. *Quod ſi extra.* Illam. *Diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes.* Boni filij, vel ſancti patres, ſuperius memorati. *Ergo adulteri, & non filij eſtis.* Quiſquis extra illam diſciplinã domini manet, cuius diſciplinæ participes facti ſunt oẽs boni filij pertinentes ad hæreditatem cœleſtem, adulterinus filius eſt, nec pertinet ad hæreditatem paternam: quia non eſt filius liber. Cauete, ne ſitis adulterini filij omnes enim infideles & negligentes, diſciplinamque Domini contemnentes, adulterini, & non filij reputantur. *Deinde patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos: non multo magis obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus?* Deinde, ſubaudi, conſiderate

A derare debemꝰ, qa patres habuimus eruditores, & timebamus eos: nonne multo magis obtemperabimus Deo patri ſpirituum, & viuemus in gloria æterna? Pater ſpirituum: id eſt, creator animarũ, Deus omnipotens eſt, qui bona creauit primitio ex nihilo: deinde vero ex elementis corpora hominum, aliorumq; animalium. Animam vero hominis ex nihilo creauit, & creat adhuc: Nõ eſt enim putandum, quod anima pars Deitatis ſit: quoniam deitas increata eſt: anima autem creatura eſt. Idcirco autem omnipotentem Deum creatorem animarum appellat, non corporum, quum omnium creator ſit: quia corpus noſtrum ex ſemine paterno & materno conficitur: anima vero ſemper à Deo ex nihilo creatur. Si, inquit, patres carnales timebamus, à quibus temporaliter erudiebamur, vti hæredes illorum mereremur fieri: quanto magis creatori animarum obedire atque obtemperare debemus, vt cum illo in gloria æternæ beatitudinis viuamus? Nec ſolummodo differentia eſt inter eos propter diſcretionem perſonarum: quia iſti terreni, ille eſt cœleſtis: ſed etiam ipſa cauſa diſciplinæ atque eruditionis. B Non enim ad eandem cauſam, vel ad ipſas res ſpirituales erudiunt: ſed ad quod eis videtur, ſicut Apoſtolus manifeſtat, dicens. *Et illi quidem*. Patres, ex quorum ſemine corpora ſumpſimus. *In tempore paucorum dierum ſecundum ſuam voluntatem erudiebant nos: hic autem*. Pater videlicet ſpirituum. *Ad id quod vtile eſt*. Erudit nos: hoc eſt, ad ſalutem, & vtilitatem animæ noſtræ. *In recipiendo ſanctificationem eius* Illi quidem patres carnales ad hoc erudiunt nos, vt ipſis ſimus vtiles ſecundum ſuam voluntatem, quæ in omnibus nõ eſt vtilis: Deus vero omnipotens ad omnia vtilia nos inſtituit, vt ſalutẽ animæ noſtræ conſequamur, & accipiamus ſanctificationem eius: videlicet, vt ſimus ſancti, ſicut & ipſe, ſecundum quendam modum: iuxta quod ipſe dicit: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum. Ad hoc (inq̃) nos erudit, & caſtigat, vt nos dignos efficiat ſuis muneribus. Vnaquæq; etenim gens ſecundum ſuam voluntatem filios ſuos erudit. ſicut conſuetudo fuit Romanorum, ſuos filios erudire in re militari, Græcorum, literis inſtituere ſuos. *Omnis autem diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed mœroris. Poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam* C *reddet iuſtitiæ*. Omnis, inquit, diſciplina tam humana, quam diuina, tunc quando diſcitur, non videtur eſſe diſciplina gaudij, ſed mœroris. Ideo autem hanc omnem & diuinam & humanam diſciplinam vocauit, qa quicquid diſcitur, diſciplina vocatur. Idcirco autem in præſenti non videtur eſſe diſciplina gaudij, ſed mœroris: quod flagellatus ſæpiſſime conſtringitur, de quo agitur, ſuſtinet famem, patitur frigus, omnemq; laborem: at vero quum peruenerit ad perfectionem, gaudet, & lætatur gratiſſimamque mercedem recipit, ſicut apoſtolus dicit: Poſtea (inquiens) quum peruenerit ad culmen perfectionis, reddet eadem diſciplina pacatiſſimum fructum iuſtitiæ per eam exercitatis: id eſt, per eandem diſciplinam probatis, atq; perfectis. Fructum autem pacatiſſimum vocat gratiſſimam, atque acceptiſſimam remunerationem, quam percipiunt ij, qui per eandem diſciplinam exercentur atq; probãtur. verbi gratia: Romani tirones, qui in diſciplina rei militaris ſunt exercitati, multa cõtraria primum ſuſtinentes, poſtea gauiſi ſunt, monarchiã totius orbis poſſidentes. Similiter intelligendum de ijs, qui in diſciplina affliguntur qui præmia æterna recepturi ſunt: D ſicut ſancti apoſtoli, martyres, & doctores eccleſiæ. *Propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite: & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur*. Propter quod, quia propter diſciplinam mercedis præmium redditur, gaudiumque ſubſequitur: vel propterea vt poſſitis hæreditatem ſupernam cum bonis filijs percipere. Remiſſas manus à bono opere, & torpentes ocio pigritiæ Et ſoluta genua erigite, ad bona opera agenda Per pedes autem & genua debemus accipere opera, ſicut & per manus per greſſus autem intellectum, intentionemq; mẽtis: & eſt ſenſus: Talia opera agire: quæ perfectum intellectum habeant, quod bona intentione fiant, Recte inquit, ambulate: nec laudatio plus adcreſcat, ſed potius ad ſtatum rectitudinis erigat Remiſſas manus, & genua ſoluta mandat erigere, ſicut Eſaias præcipit, dicens: Confortate manus diſſolutas, & genua debilia roborate, vt non claudi-

E cans quis erret: id eſt, vt non hæſitans quis in fide, boniſq; operibus, erret à via rectitudinis: magis autem ſanetur à peccatis credendo recte in Deum: ac ſi diceret: Qui non credit recte, melius eſt vt firmius, & tenacius credat, quatenus omnibus modis inueniat medicinam animæ ſuæ. His autem verbis hæſitationes eorum tangit, ad hoc vt ſine aliqua dubitatione crederent in eum. *Pacem ſequimini cum omnibus*. Subaudi, bonis. *Et ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum*. Plurima quidem ſunt, quæ formam diſcretionemque Chriſtianitatis oſtendunt: ſed plus omnibus, ac melius charitatis mutuæ affectus, & pax, quæ hominum corda conſociat. Quapropter dicit ipſa veritas: Pacem relinquo vobis. Et iterum: In hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Propterea etiam & apoſtolus dicit: Pacem ſectamini cum omnibus bonis. Pacis autem nomine intelligenda eſt dilectio, & cõcordia. Sanctimonia autem dicitur caſtitas mentis & corporis: ac ſi diceret: Ita diligite oẽs bonos, vt voſmetipſos: & ſit in vobis caſtitas, ſiue munditia mentis & corporis: quoniam ſine pace, & ſanctimonia nemo videbit F Deum. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei*. Quod dicit: Contemplantes, id eſt, diligenter attendentes, atque conſiderantes, ne quis veſtrum deſit gratiæ Dei. Sic loquitur cum eis, tanquam cum viatoribus, qui cum numero & comitatu longa itinera permeant: quibus ſolet dicere is, qui præeſt: Videte ne aliquis remoretur, qui non pergat vobiſcum: veluti ſi diceret: Non hoc tantum requiro, vt vos ſoli gratiam cõſequamini, patriamque cœleſtem intretis: ſed etiam vt inſpiciatis & cæteros. Gratiam dicit fidem, ſpem, & charitatem, per quam meretur homo gratiam Dei inuenire: quia cum iſtis habet & reliquas. Siue gratiam Dei dicit remiſſionem peccatorum, quæ nobis gratis datur. In baptiſmate, vel à fide perfecta, cæteriſque virtutibus. *Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat, & per illam inquinentur multi*. Radicem amaritudinis vocat malam voluntatem, prauamque intentionem, vnde procedit peccatum amaritudinis. Nam ſicut radix amara fructus dulces non poteſt proferre, G ſed ſui ſimiles, hoc eſt, amaros: ſulfureus quoque fons aquas nõ habiles ad bibendum: ita mala voluntas, & intentio praua, malam operationem & peccatum amaritudinis à ſe emittunt, quibus impeditur iter ad patriam aſcendendi cœleſtem: atq; per illam malam voluntatem, de qua procedunt ſemina nequitiæ, inquinantur multi: quia modicũ fermentum totam maſſam corrumpit: & vno peccato infidelitatis omnia opera, q̃ poterant eſſe bona, deprauantur: & vno peccatore multi coinquinantur radicem enim amaritudinis ſpecialiter peccatum infidelitatis voluit intelligi, licet & ad malam voluntatem atque intentionem, vt diximus, referatur. Et congrue peccatum amarum dixit eſſe: quoniam nihil eſt amarius illo, poſtq̃ fuerit perpetratum: quod experimẽto cognoſcunt illi, qui poſt admiſſum delictũ conſcientiæ mœrore macerantur, diraq; ſatis amaritudine conſumuntur, in tantum vt amaritudo ipſius delicti ipſum intellectum, ipſamq; rationem aliquoties ſubuertat, ſicut de Cain legimus, qui in deſperationem ruit. *Ne quis fornicator, aut profanus, vt Eſau, qui propter vnã eſcam vendidit primogenita ſua*. Fornicator appellatur Eſau, q cõtra volũtatem patris & matris, vxores alienigenas duxit. Prophanus au- H tem proprie dicitur irreligioſus, quaſi porro, id eſt, longe à phano, & templo Dei. Hic autem pro gaſtrimargo, ſiue pro illo, qui vtile pro inutili vendit, ponitur: quod bene congruit Eſau, qui fuit gaſtrimargus, atque guloſus, vendens primogenita ſua pro vili cibo, pro lenticula ſcilicet rufa. Primogenita autem iſto in loco appellantur honor, & dignitas ſacerdotij: ante ſacerdotiũ enim Aaron, quod à Deo Conſtitutum eſt in lege, omnes primogeniti ſacerdotes erant. ſicut fuit Sem, qui & Melchiſedech, primogenitus Noe. Magna etenim dignitas erat habere primogenita: quoniam & de ſubſtantia, & hæreditate paterna maiorem portionem ſumebat: veſtimentoq; ornatus locupletior ſplendebat. Vnde legitur in Geneſi, quod Rebecca accipiens veſtimenta Eſau valde bona, quæ apud ſe domi habebat, induit ea Iacob, ſicque adduxit eum ad patrẽ qui

A vt ſenſit odorem ac fragrantiam veſtimentorum eius, dixit:
Ecce odor filij mei, quaſi odor agri. Quia ergo inter Iudæos
erant quidam ſectatores Eſau in fornicatione, atque gaſtri-
margia, reducit eis Apoſtolus ad memoriam factum Eſau,
hortans cauendum ab omnibus illis, ne quis illius ſimilis
foret, qui pro dilectione temporalium rerum vſq; ad ven-
denda ſua primogenita peruenit; propria ſiquidem negli-
gentia & cupiditate vendidit honorem, quem à Deo per-
ceperat, & pro parua re magnam gloriam perdidit: poſtre-
mus enim effectus eſt, q primus erat: & ,erat ſecundus,
manſit primus. *Scitote enim, quoniam & poſtea cupiens heredi-
tare benedictionem, reprobatus eſt* Subaudi, à Deo. Narrat hi-
ſtoria Geneſis, quod Eſau reuertens de agro, vt comperit
præuentum ſe à fratre ad benedictionem patris, dixit cum
lacrymis & clamore magno: Num vnam tantum benedi-
ctionem habes pater: benedic etiam & mihi. Cui Iſaac:
Dominum tuum illum conſtitui: & tibi, fili mi, vltra quid
faciam? Tandem victus Iſaac clamoribus illius, dedit ei be-
nedictionem in diuitijs huius ſeculi, & his, quæ terra pro-
B fert abundare, dicens: In pinguedine terræ, & in rore cœli
deſuper, erit benedictio tua. Apparet ergo, quia quum
voluiſſet hæreditate, & benedictionem paternam, dig-
nitatem videlicet ſacerdotij recipere, quam iam amiſerat,
necnon & ſanctitatem patris cum ſpiritu prophetiæ, pec-
catis impedientibus, ad hoc perductus eſt, vt reprobare-
tur à Deo, & fraudaretur à fratre benedictione paterna,
vnde & ſequitur: *Non enim inuenit pœnitentiæ locum; quan-
quam cum lacrymis inquiſiſſet eam.* Quare nõ inuenit pœnitẽ-
tiæ locum: id eſt, veniam per pœnitentiam, quam cum la-
chrymis quæſiuit. Quia non ita quæſiuit, vt debuit: lacry-
mæ enim illæ indignationis fuerunt potius amiſſi honoris,
& rancoris contra fratrem, quam humilitatis, veræque
pœnitentiæ: vnde & dixit: Venient dies luctus patris mei,
& occidam Iacob fratrem meum. Quapropter quanquam
cum lachrymis inquiſiſſet eam, iam ad illum locum bene-
dictionis non potuit peruenire, vt frater ſuus. Ita enim de-
buerat pœnitere, ſicut de Petro legimus, quod quum do-
minum negaſſet, egreſſus foras fleuit amariſſime: idcirco
illi remiſſum eſt tam grande peccatum: quoniam ſicut de-
buit, pœnitentiam egit. *Non enim acceſſiſtis ad tractabilem, &*
C *accepibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tu-
bæ ſonum, & vocem verborum.* Mos eſt illorum, qui compa-
rationem faciunt, vt alteram partem deprimant, atque ex-
tenuent, vt res alterius partis emineat: ſic & Apoſtolus ex
comparatione illorum, quæ fuerunt in veteri teſtamento,
noſtra maiora declararet, clariora: manſuetiora quoque, &
meliora, atque admiratione digna: facit enim nunc diffe-
rentiam inter Chriſtum & Moyſen, inter legem & euan-
gelium, inter cœlum & montem Sina, inter aſperſionem
ſanguinis legalis, & emundationem ſanguinis Chriſti:
multo enim meliora ſunt iſta, quam fuiſſent illa: ibi enim
vmbra requieſcebat, hic veritas tenetur, & panditur. Non
enim acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilem ignẽ: id eſt,
non acceſſiſtis ad viſibile, & palpabile lumen ignis, quod
viſu corporeo tractari poſſit, ſicut de veteri Iudaico popu-
lo legimus: ſed ad inuiſibilem, & incomprehenſibilem
Deum. Hæc in Sina monte facta referuntur, quando data
eſt lex, ignis, turbo videlicet & caligo procella, tubæ ſo-
nus, & vox verborum. Viſus eſt, inquit, dominus in mon-
te Sina. Turbo eſt vẽtus validus, auferẽs ſtipulas, & leuio-
D ra quæque puluere terræ inuoluens. Plerunque etiam ea
tollit, quæ grauiora ſunt. Caligo eſt tenebroſitas fumi &
ignis. Procella eſt tempeſtas, & pluuia. Facta ſunt autem i-
ſta, quando lex dabatur, vt corda Iudæorum prona ad pec-
candum concuterentur, ne ipſam legem auderent tranſ-
gredi. Vnde & terræ motus extitit ibi, vt ipſi ex toto terrore
perculſi, ad Deum cœlorum confugium facerent. Tene-
bræ autem, ſiue caligo, obſcuritatem ipſius legis deſignat.
Turbo, ſiue commotio ventorum comminationem ipſius
legis, quæ dicit: Si quis hoc, vel illud fecerit, occidatur.
Procella autem ipſam vindictam. Tubę ſonitus, præſentia,
& aduentũ Dei omnipotentis. Vnde idem Apoſtolus alias
dicit: In iuſſu, & in voce archangeli, & in tuba Dei deſcen-
det de cœlo. Per tubam autem intelligitur ipſa vox ange-
lorum. nõ enim eſt putandum, quod ænea, aut cornea tuba

E Dei angeli increpuerint. Vox quoq; verborum non ipſius
omnipotentia Dei intelligitur, ſed angelorum: per ſubie-
ctam enim creaturam: id eſt, per angelum loquebatur
Deus ad Moyſen: nam quod non eſſet vox Dei, Dominus
demonſtrat in euangelio, loquens Iudæis: Neque vocem
eius audiſtis: neq; ſpeciem eius vidiſtis. Et quod Moyſes
cum angelo, non cum Domino fuerit loqutus, oſtendit
beatus Stephanus in concione ſua: quam habuit cũ Iudæis:
Hic eſt, inquiens, Moyſes, qui fuit cum angelo, qui loque-
batur ei in monte Sina. Euangelium autem non fuit datum
in tremore, neq; cum comminatione, ſed affectu paterno
loquutus eſt dominus fidelibus tanquam filijs: nam aſcen-
dens in montẽ, quãdo inter cætera præcepta vitæ octo bea-
titudines eis protulit, non paruerunt, neq; viſa ſunt ſigna,
quibus terrerentur, ſicut quando lex data eſt. Sequitur.
Quam. ſubaudi vocem tubarum, & angelorum. *Qui audierũt
excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbum.* Hoc eſt, ne eis loquere-
tur. *Non enim portabant, quod dicebatur.* Ad eos: hoc eſt, non
poterant ferre vocem angeli præ timore: vnde & dixerunt
Moyſi: Loquere tu nobis: non loquatur nobis dominus, ne
F forte moriamur: nimio enim timore fuerant perculſi, vi-
dentes totum montem Sina fumare, procellas quoq; & to-
nitrua, & voces tubarum. *Et ſi beſtia tetigerit montem, lapida-
bitur.* Subauditur lapidib⁹ grandinis cœlit⁹ miſſis: ſic enim
præceperat Dominus: Longe ſe faciant filij Iſrael à monte:
quoniam ſi homo, aut aliqua beſtia acceſſerit ad montem,
lapidibus grandinis interficietur. *Et ita terribile erat, quod vi-
debatur.* Subauditur, vt neque auderent audire, neque acce-
dere ad montem *Moyſes enim dixit, Exterritus ſum, & treme-
bundus.* Si moyſes exterritus eſt, quid dicendum de alijs? *Sed
acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hieruſalem
cœleſtem.* Ex ſuperioribus iſta pendent, vbi dictum eſt. Non
acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilem ignem montis
Sinai: ſed acceſſiſtis ad Sion montem. Cætera per partes
iam dicta ſunt. Per Sion autem, quæ interpretatur ſpe-
culatio. & per Hieruſalem, quæ dicitur viſio pacis, vult in-
telligi cœleſtem patriam, eccleſiam videlicet ſupernam,
quæ conſtat ex angelis, & hominibus iuſtis: ad quam ac-
ceditur fide, & deſiderio. Acceſſiſtis, inquit, ad Sion mon-
tem: hoc eſt, ad ciuitatem Dei viuentis: Hieruſalem cœle-
G ſtem fide & deſiderio. Et. Acceſſiſtis. *Ad frequentiam.* Siue
multitudinem *Multorum milium angelorum.* Conſociati illis
in fide, conſociandi iterum in gloria. Iuxta quod Dominus
dicit: Erunt electi ſicut angeli Dei in cœlo. Et Acceſſiſtis.
Ad eccleſiam primitiuorũ, qui conſcripti ſunt in cœlis. Eccleſiã pri-
mitiuorũ debemus accipere in apoſtolis, qui primi credi-
derunt, quorum fide illi adiuncti ſunt credendo: & quorũ
nomina ſcripta ſunt in memoria omnipotentis Dei: iuxta
quod ipſa veritas eis dixit, Gaudete, quod nomina veſtra
ſcripta ſunt in cœlis. Et, Acceſſiſtis ad Dominum. *Iudicem
omnium Deum.* Id eſt, ad dominum Ieſum, qui dicit: Pa-
ter non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio.
Per illum enim iudicabit Deus pater non ſolummodo Iu-
dæos, ſed omnes homines. *Et.* Acceſſiſtis. *Ad ſpiritum iuſto-
rum perfectorum.* Spiritum perfectorum vocat ſpiritum ſan-
ctum, per quem iuſti vocantur omnes in baptiſmate ac-
cipientes ab illo remiſſionem omnium peccatorum. Et
bene iuſtificantur, quia tunc iuſti vocantur, dum ab omni-
bus contagijs mundantur. Siue ſpiritum iuſtorum perfe-
H ctorum dicit animas ſanctorum, qui apud Deum proba-
biles extiterunt, quibus coniuncti fide & deſiderio fue-
runt illi. *Et,* Acceſſiſtis quoque. *Ad Ieſum mediatorem teſta-
menti noui.* Dominus Ieſus per hoc quod homo pariter
& Deus eſt mediator noſter eſt: quoniã ſicut Moyſes me-
diator fuit inter Deum & populum, verba Dei referens ad
populum rurſuſque populi ad Deum: ſecundum quod ip-
ſe dicit: Ego ſequeſter veſter & medius inter Deum &
vos: Ita & Dominus Ieſus verba Dei patris retulit nobis:
& modo noſtra refert ad illum, interpellans aſſidue pro
nobis, ſimulque ſua paſſione confirmauit nobis teſtamen-
tum nouum. *Ad aſperſionem quoque ſanguinis.* Acceſſiſtis.
Melius loquentem quam Abel. More legis aſperſionis nomine
emundationẽ Chriſti ſanguinis intimauit: quoniam mun-
datio, quę per ſanguinẽ fiebat, aſperſio vocabatur. Acceſſe-
runt ergo illi ad ſanguinem Chriſti, ſiue emundationem:

hoc

A hoc eſt, ad paſſionem eius: quoniam fide paſſionis eius mundati ſunt. Sanguis autem Chriſti melius quam ſanguis Abel loquitur: quia ſanguis Abel vindictam expoſcebat fratris à Deo: ſanguis vero Chriſti vitam, & indulgentiam implorat ſuis perſecutoribus, dicente illo ad patrem: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Vel certe melius loquitur, dum nos loquentes facit, quod Dominus ipſe eſt filius Dei vivi, cuius paſſione ſumus redempti, & baptiſmate abluti: & quia per ſanguinem eius ſumus effecti filij Dei. *Videte ne recuſetis loquentem.* Quod eſt dicere: Cauete, ne contemnatis Ieſum loquentem per Euangelium ſuum: quoniam in dextera Dei ſedet, conſiderans quod vnuſquiſque noſtrum agit. *Si enim illi non effugerunt, recuſantes eum qui ſuper terram loquebatur: multo magis nos, qui de cœlo loquentem nobis auertimus.* Subauditur, non effugiemus: ac ſi diceret: Si patres veſtri vindictam omnipotentis Dei non effugerunt, qui præcepta illius præuaricati ſunt fabricãdo idolum, quæ per Moyſen, vel per angelum data ſunt illis, quorum vterque in terra loquebatur: multo magis nos non poB terimus euadere vindictam illius, ſi præcepta, quæ per filium data ſunt, contempſerimus. Illi, inquit, in terra loquentem audierunt, nos de cœlo. Propter vnitatem autem perſonæ, quam habet filius Dei in duabus naturis, dicitur de cœlo nobis loqui. In terra autem videbatur loqui per humanitatem: ſed erat in terra, & in cœlo per diuinitatem. Vnde ipſe dicit: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo. Similiter dum Euangelium prædicatur in terris, ipſe quoque de cœlo nobis loquitur. Quapropter audiendus eſt multo magis, quam Moyſes. Sequitur: *Cuius vox mouit terram tunc.* Subaudi, quando data eſt lex. *Nunc autem repromittit dicens: Adhuc ſemel & ego mouebo, non ſolum terram, ſed etiam cœlum.* Ipſe qui tunc iuſſione mouit montem Sina, & terram in circuitu eius, vbi populus ſtabat, quando Moyſi dedit legem: ipſe nunc repromittit non partem terræ mouendam a ſe, neque ipſam totam terram ſolummodo, ſed etiam cœlum. Et ideo quanto maiora fieri promittit, tanto magis timendus eſt. Licet enim terræ motus fuerit in diuerſis locis, diuerſiſq; partibus mundi, non fuit tamen per totum munC dum. Et ſi mota eſt terra, tamen non cœlum. Vnde bene dicit, ſemel futurũ eſſe hoc in die iudicij, oſtendens quia nunquam iterum mouebuntur: Vnde ſequitur: *Quod autem adhuc dicit ſemel, oſtēdit mobilium tranſlationem tanquam factorũ, vt maneant ea, quæ ſunt immobilia.* Iſta motio cœli & terræ ad innouationem, & meliorationem illorum pertinet: terra quidem mutum appropinquante die iudicij tremebit: ſed pariter innouabuntur cœlum & terra, & mouebuntur ab hac ſpecie in meliorationem: iuxta quod idem Apoſtolus alibi dicit: Præterit figura huius mundi. Mutata figura, remanebit ſubſtantia: eritq; poſtea cœlum nouum, & terra noua. Cœlum autem hic nõ ſydereum, neq; æthereum: ſed iſtud aereum accipe, à quo & aues cœli dicuntur. *Itaq; regnum.* Dei. *Immobile ſuſcipientes.* Subauditur, nunc in ſpe, quod percepturi ſumus in re. *Habeamus gratiam, per quã ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia.* Regnum immobile, eccleſia eſt cœleſtis, quæ conſtat ex angelis ſanctis, & hominib. iuſtis: Regnum aũt Dei, iſta eccleſia eſt: & regnũ eccleſiæ, omnipotens Deus eſt. Hoc regnum modo ſuſcipimus in ſpe, tunc vero percipiemus in re, quum tradiderit
D Chriſtus regnum Deo patri. Idcirco autem immobile appellatur, quoniam ſi cœlum & terra immobiliter permanebunt poſt immutationẽ, multo magis electi poſt reſurrectionem immobiliter immortalitatem in corpore, & incõmutabilitatem in anima percipient, regnaturi æternaliter cum Deo: eruntque ipſi regnum immobile omnipotentis Dei: & regnum illorum contemplatio ſanctæ Trinitatis. Et quia iſtud regnũ immobile modo ſuſcipimus in ſpe, hortatur Apoſtolus, vt habeamus gratiam, per quam ſeruiamus Deo placentes illi. Gratiam aũt dicit fidem rectam, ſpem certam charitatem perfectam, cum operatione ſancta, per quæ debemus Deo ſeruire cum metu, timentes illum vt Deum & iudicem omnium, & cum reuerentia diligentes illum vt patrem. Timere enim debemus, & ne hic flagellemur, & poſtmodum à requie ſeparemur. *Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt.* Deus omnipotens ignis appellatur, non vt ma-

E teriam, quam fecit, conſumat, ſed quam exterius homo attrahit, rubiginem ſcilicet peccatorum: non enim illud conſumit, quod ipſe fecit: ſed quod malitia hominum intulit. Agit & aliud iſte ignis, dum corda videlicet hominum ad amorem Dei accendit: de quo igne veritas dicit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt ardeat? Terra enim vocata ſunt corda terrena, quæ dum ſemper in infimis cogitationibus, deſiderijſque terrenis verſantur, à malignis ſpiritibus quaſi terra conculcantur. Sed ignem Dominus in terram mittit, cum afflatu ſancti ſpiritus corda carnalium hominum ad amorem Dei & proximi accendit. Ecce quare appellatur omnipotens Deus ignis, videlicet quia rubiginem peccatorum conſumit, & corda hominum ad charitatem accendit. Sed poteſt adhuc quæri, quare aſſimiletur igni: At vero reſpondendum: Quia ſicut ignis latet in ſilicibus & petris, ita omnipotens Deus in creatura ſua manet, ſed tamen non videtur.

CAP. XIII.

F *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Quod eſt dicere: Ita diligite omnes, ſicut volmetipſos, recogitantes vos habere vnum patrem Deum omnipotentem, & vnam matrem eccleſiam: ſiue ex vno patre Adam, & vna matre editos. *Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci.* Non dixit, hoſpitales eſtote: ſed, hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Fuerant illi ſatis hoſpitalitati dediti antequam expoliati eſſent prorſus facultatibus: ſed poſtquam enudati ſunt ex maxima parte propria ſubſtantia, erant iterum nimium tenaces: quapropter hortatur eos Apoſtolus, vt ſecundum poſſibilitatis modum hoſpitalitatis officium adimplerent, dicens eis: Hoſpitalitatẽ priſtinam nolite obliuioni tradere. Hoſpitalitas autem hilari mente & animo læto eſt agenda: iuxta quod beatus Petrus dicit: Hoſpitales inuicem ſine murmuratione. Et alibi: Hilarem enim datorẽ diligit Deus. Sequitur: *Per hanc enim placuerunt quidam.* Deo. *Angelis hoſpitio receptis.* Vt Abraham, qui meruit promiſſionem accipere: & Loth, qui liberatus eſt de excidio Sodomorum. Vnde & ipſe iudex omnium dicturus eſt in die examinis: Quandiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. *Mementote vinctorum tãquam ſimul vincti.* Hoc eſt, ſicut optaretis vobis ſubueniri, veſtriq;
G meminiſſe, ſi eſſetis vincti in carcere: ita mementote illorũ, qui pro fide Chriſti vinculati tenentur. *Et laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes.* Quod eſt dicere: Quia in corpore adhuc eſtis morantes, per quod experimento cognoſcitis, quid neceſſe ſit laborãtibus, memẽtote illorum, qui laborant in doctrina, & in operatione ſancta, ſubminiſtrando victum, & veſtimentum, ſicut velletis veſtri meminiſſe, ſi taliter laboraretis: per hoc enim quia in corpore mortali manetis, ſicut & illi, experimento probatis, quia militia eſt vita hominis ſuper terram: & homo ad laborem naſcitur, & auis ad volatum. *Honorabile connubium in omnibus.* Sit vobis: ſiue placet Deo. *Et thorus immaculatus.* Connubiũ dicitur à conhabendo. Erant quidam tunc temporis, qui cõdemnabant nuptias, dicentes immundum eſſe coniugale connubium, nec poſſe eſſe mundum, à lecto cõiugis ſurgentem: vnde beatus Apoſtolus legitimum connubium dicit, quod cauſa amoris filiorum fit, non cauſa libidinis explendæ: non ſolum concedit, ſed etiam dicit Deo placere. Honorabile enim connubium eſt, amore filiorũ legitime vxorẽ ducere: temporibuſq; certis ab ea abſtinere, nec
H plures vxores habere: quia in initio, vt ſcriptura dicit, creauit Deus maſculum & fœminam, dixitque eis: Creſcite & multiplicamini. In ſequentibus quoque dicitur, quod futuri eſſent duo in carne vna: huiuſcemodi thorus immaculatus eſt: hoc eſt, legitimos recubitus abſque fornicationis cauſa: & immaculatus lectus, immaculati & illi inde ſurgentes: hoc eſt, maculam peccati inde nõ trahentes. Vnde beatus Matthæus dicit quodam loco: Quia coniugiũ legitimum, & thorus legitimus ſordes habent quodammodo in commixtione ſeminis: ſed peccati maculam non habent: melius eſt enim vxorem legitimam ducere, quam cum meretriculis fornicari, aut etiam aliorum vxores violare. Sin vero legitimum non fuerit connubium: neque amore filiorum, ſed cauſa libidinis explendæ, fuerintque plures vxores, tunc non eſt honorabile connubium, neque thorus immaculatus. *Fornicatores enim & adulteros iudi-*

A *cabit Deus.* Fornicari eſt quocunq; modo pollui, libidinemq; expleri: Adulterari vero eſt alterius thorum violare: vnde adulter dicitus, quaſi alterius violans thorum. Sed nunquid omnipotens Deus ſolummodo fornicatores & adulteros iudicabit: hoc eſt, damnabit, prætermiſſis homicidis, ſacrilegis, furibus, alijsq; diuerſis criminibus inuolutis? Minime. Quare ergo Apoſtolus ſpecialiter fornicatores & adulteros iudicandos fore dixit? Nimirum quia de homicidis, ſacrilegis, latronibus, parricidis, atq; alijs pondere peccatorum grauatis nulla hæſitatio eſt, quin ſint damnandi. De fornicatoribus vero, & adulteris, erant tunc temporis, qui dubitabant, dicentes, ad hoc factos maſculos & fœminas, vt ſimul coeant: ideoq; non eſſe peccatum cum qualibet muliere concũbere: quod omnino longe abeſt à veritate. Vnde Apoſtolus cum primo dixiſſet: Honorabile connubium, & thorũ immaculatum placere Deo: mox ſubintulit. Quia fornicatores, & adulteros iudicabit Deus: oſtẽdens iuſte iudicari fornicatores, & adulteros. Si enim connubium conceſſum eſt, iuſte fornicatores ſupplicijs afficiuntur: iuſte puniuntur adulteri. *Sint mores ſine auaritia: con-*
B *tenti præſentibus.* Mos eſt honeſtas vitæ, & bene viuendi. Nõ dixit, poſſidete: ſed, ſint mores, id eſt, vita & conuerſatio veſtra, ſine auaritia. Auarus dictus auidus auri, videlicet qui tenax eſt in largiendo, & cupidus in accipiendo: & qui manum habet collectam ad dandum, & extentam ad accipiendum. De quo omnino quidam ſapiens admonet, dicens. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & collecta ad dandum. Fortaſſis poſt quam exſpoliati fuerant propria facultate à non credentibus, cupiebant ſub prætentu eleemoſynæ iterum congregare diuitias: ideoque monuit Apoſtolus, vt eſſent mores illorum ſine auaritia contenti tãtum præſentibus neceſſarijs, non præcogitantes de futuro. Iuxta quod alibi hortatus fuerat, dicens: Habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus. Et ne forte dicerent: Quid facturi erimus, ſi neceſſaria nobis contigerit deeſſe? protinus conſolationem addidit, adhibens poſt teſtimonium de libro Ieſu Naue. *Ipſe enim.* Deus omnipotens. *Dixit: Non te deſerã, neq; derelinquam.* Poſt mortem Moyſi dixit dominus Ioſue: Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum: confortare, & eſto robuſtus: non te deſeram, neque derelinquam. Quod
C exemplum vt pertinet ad Ioſue, ita & ad omnem electum, qui ſpem ſuam in Deo poſitam habet. Nulla enim ratione mentitur, ſi in illo ſpem noſtram ponamus. *Ita.* Subaudi, eſt ille nobiſcum. *Vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor eſt, non timebo quid faciat mihi homo.* Hominis nomine intelligitur hic non ſolum carnalis quilibet aduerſarius: ſed etiam antiquus hoſtis, qui homo appellatur, ab officio ſuo vocabulum ſumens, eo quod hominem decipiat; ſicut & Chriſtus leo appellatur, propter fortitudinem. Vnde propheta dicit: Eripe me domine ab homine malo: id eſt, diabolo. Oportet ergo nos in omnib. tribulationibus ſeu tentationib. hunc verſiculũ Pſalmographi, ſeu Apoſtoli exclamare, dicentes: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi quilibet hoſtis, aut aduerſarius. *Mementote præpoſitorũ veſtrorũ, qui vobis loquuti ſunt verbũ Dei, quorum intuentes exitũ. conuerſationis imitamini fidem.* Omnes quidem prælati, & doctores, inquantum bona prædicant, & bona operantur, audiendi ſunt, & imitandi: inquantum vero aut non recte prædicant, aut male viuunt, neque audiendi ſunt, neque imitandi: verbi gratia: Qui recte prædicando bene viuit, &
D audiendus eſt, & imitandus eſt: ſin vero contrarium agit, non eſt imitandus, neque audiendus. At vero ſi recte prædicat, licet male viuat, non eſt contemnendus, vt non audiatur: vnde Dominus dicit: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Quia ergo iſti bonos præpoſitos habuerant, ſanctos videlicet Apoſtolos eorumque ſucceſſores, hortatur eos, vt memores ſint illorum: eorumque conuerſationis conſiderantes exitũ, perſeuerantiam vſq; in finem in fide recta, bonisq; operibus imitarentur. Fidem: hoc eſt, firmitatem omnium bonorum: quia ergo finem bonum habuit eorũ conuerſatio, idcirco imitamini fidem illorum. Fidem autem firmitatem ſeu perſeuerantiam illorũ dicit. *Chriſtus Ieſus heri & hodie, ipſe & in ſecula.* Ad ſuperiora pertinent iſta, vbi teſtatus eſt dixiſſe dominum: Non te deſeram, neque derelinquam: poterant illi reſpondere:

Hoc non pertinet ad noſtrum auxilium, quia non eſt nobis promiſſum, ſed potius Ioſue promiſit hoc Deus. Ad hæc E
Apoſtolus: Nolite deficere, quoniam ſicut pertinet ad Ioſue iſta promiſſio, ita pertinet ad vos: quoniam Chriſtus Ieſus, qui vnius exiſtens eſſentiæ cum patre, tunc temporis ipſe fuit, ipſe eſt, ipſe erit & in ſecula. Nolite putare quaſi qui tunc fuit, non ſit modo: idem enim qui fuit heri, idem erit & in ſeculum. Heri autem præteritum ſignificat tempus, Hodie præſens, Secula vero futurum ſine termino: tanquam diceret: Ante ſecula, in ſecula & poſt ſecula, ſemper manebit ſicut de illo Propheta dicit: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* Doctrinæ variæ & peregrinæ, noua dogmata ſunt hæreticorum, quibus abducuntur, & ſeparantur ſimpliciores à veritate fidei: ſuperſtitiones quæque Iudæorum, qui docent abſtinendum à quibuſdam cibis, quod lex prohibet: quoſdam vero concedunt: quia ergo inter illos erant quidam carnaliter ſapientes, qui eſcarum obſeruatione & differentia ſeducebant quoſdam, abſtrahentes eos à doctrina euangelica, quæ dicit: Omnia munda mundis: alloquitur illos Apoſtolus, ne illorum doctri- F
na peregrina abducerentur, quod apertius manifeſtat, ſubiungens: *Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.* Optimum, inquit, & perfectum eſt ſtabilire cor, & conſolidare animum in gratia noui teſtamenti, vt habeatis fidem perfectam, credentesq; omnia munda mundis, non ſtabilire in differentiis, & obſeruationibus eſcarum, dicentes quoſdam cibos mundos, quoſdam immundos, quæ nihil profuerunt ambulantibus in illis obſeruationibus. Poſt Domini enim aduentum omnia illa, quę in figura contingebant, ceſſauerunt: & maxime poſtquam Dominus dixit. Non quod intrat in os coinquinat hominem: ſed omnia ſunt munda mundis. Vidit ſiquidem cuncta quæ fecit, erantq; valde bona. Melius eſt enim fidem retinere cum perfecto opere, quam de differentia ciborum diſputare, reijciendo illa, quæ Deus munda creauit, vna namq; eſt perfecta obſeruantia, abſtinere à peccato. nihil enim prodeſt abſtinere à cibis, ſi non à peccatis abſtinetur. Nam licet gererent illi ſtudium circa huiuſcemodi obſeruationes, nihil eis profuit, ſi fidem non habuerunt. In G
hoc enim quod legem cuſtodierunt, profuit illis: in hoc quod eſcis non veſcebantur, nihil vtilitatis perceperunt. *Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatẽ, qui tabernaculo deſeruiunt.* Legalem conſuetudinẽ & myſterium, ſpiritaleq; ſenſum refert. Legis quidem præceptum erat, vt decima die ſeptimi mẽſis à feſtiuitate paſchali, feſtiuitate videlicet propitiationis, acciperent vitulum & hircum, & immolarent eum in caſtris: Sanguinem autem illorum animalium ferret Pontifex in ſancta ſanctorum ſolus oraturus pro populo: carnes vero illorum portarentur extra caſtra, ibiq; concremarentur: nec eſſe licitum alicui tabernaculo deſeruienti ex illis comedere. Spiritualiter autem illa duo animalia, vitulus videlicet, & hircus, figuram tenent Domini Saluatoris: Ipſe eſt vitulus, quem pius pater in regreſſione filij prodigi immolauit: ipſe & hircus; quoniam pro peccatoribus oblatus eſt. Pontifex quoque ille, qui cum ſanguine illorum animalium intrabat in ſancta ſanctorum, oraturus pro populo, typum gerebat iſtius veri pontificis, qui cum ſanguine paſſionis ſuæ interiora patriæ cœleſtis penetrauit, oraturus pro fidelibus ſuis. Immolabantur illa anima- H
lia intra caſtra, ſed carnes illorum extra caſtra comburebantur: quia & redemptor noſter in Hieruſalem, quaſi intra caſtra immolatus eſt, vocibus & iudicio filiorum Iſrael: ſed carnes illorum extra Hieruſalem in cruce combuſtæ ſunt igne paſſionis: quando enim adiudicatus eſt morti, clamantibus Iudæis: Reus eſt mortis, crucifige, crucifige eum, quodammodo, quantum ad illos pertinet, immolatus eſt: quod Marcus Euangeliſta volens nobis oſtendere ita eſſe dicit: Erat hora tertia quãdo crucifixerunt eum: linguis videlicet ſuis. Nam hora ſexta in cruce leuatus eſt extra Hieruſalem, ibique corpus eius combuſtum eſt igne paſſionis. Altare autem illud Iudæorum, quod fiebat extra caſtra, vbi conſumebantur carnes, altare eccleſiæ eſt, vbi quotidie conſecratur corpus Chriſti. Habemus ergo altare eccleſiæ, vbi conſecratur corpus dominicum

de quo

A de quo non habet poteſtatem edere, qui tabernaculo corporis ſui deſeruiũt: fornicatores videlicet, adulteri, ebrioſi, immundi: & ij, qui ſeminant inter fratres diſcordias: omneſq;, qui voluptatibus & deſideriis carnis ſuæ deſeruiunt. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat, & bibit. *Quorum enim animaliũ infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra.* Hæc quomodo ad dominum pertineant, ſatis, vt reor, dicta ſunt. Sed quia ipſe caput eſt omnium electorum; per carnes illorum animalium, poſſunt intelligi omnes electi, qui extra caſtra: hoc eſt, extra conuerſationem ſecularium, carnaliumque hominum mortificant membra ſua cum vitijs & concupiſcentijs: ſiue dum exemplum dominicæ paſſionis martyrij palmam ſubeunt. Iuxta quod beatus Petrus hortatur, dicens: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum; vt ſequamur veſtigia eius. Infertur ſanguis illorum intra ſancta per pontificem; dum eorum vita laudabilis Deo patri præſentatur per verum ſacerdotem IESVM, qui eſt aduocatus noſter, interpellans pro nobis. Et congrue per ſanguinem vita acci-
B pitur: quia vita hominis in ſanguine eſt. Siue ſanguis illorum infertur in ſancta, dum illorum animæ cum triumpho paſſionis ad cœleſtia deferuntur. Bene quoque in altari conſumuntur: quia omnia iſta ſancti martyres in fide adimplent, qua ſe credunt à Deo remunerari. De his quæ in hoc altari conſecrantur, non habent poteſtatem edere, qui tabernaculo deſeruiunt: quoniam ad ea, quæ ſancti martyres in fide perfecta ſuſtinendo adimplent, non audent accedere ij, qui carnaliter viuunt, & amore huius ſeculi tenentur adſtricti. *Propter quod.* Subaudi, myſterium adimpleodum. *Et Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum.* In ſe credentem: *Extra portam paſſus eſt.* Sicut liber euangeliorum teſtatur, dominus extra portam Hieruſalem paſſus eſt in loco decollatorum, qui vocabuntur Caluaria. Vt ergo dominus vmbram & figuram in veritatem conuerteret, quæ de ſe ſuiſque membris præfigurabatur, ſuoq; ſanguine redimeret, atque mundaret populum in ſe credentem, extra Hieruſalem paſſus eſt. *Exeamus igitur, ad eum extra caſtra, improperium eius portantes.*
C Quia ergo dominus pro nobis paſſus eſt, hortatur Apoſtolus, vt imitemur illum, dicens: Igitur quia ipſe extra caſtra paſſus eſt, vt nos ſanctificaret: egrediamur ad eum extra conuerſationem carnalium hominum mortificantes membra noſtra cum vitijs & concupiſcentijs. Imitemur & eius paſſionem, martyrium pro illo ſuſtinendo. Hoc eſt enim improperium illius portare, eadem, quæ ille ſuſtinuit, pati. Crux enim illius improperium eius videtur eſſe paganis: nobis autem eſt ſanctificatio & redemptio. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, deſpicientes præſentia, amantes futura, contemnentes viſibilia; deſiderantes æterna ſequi. *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.* Certum eſt, quia in hoc mundo non poſſumus habere habitaculum æternum, neque ciuitatẽ ſemper manentem: quoniam mundus tranſibit, & concupiſcentia eius. Quapropter debemus tendere viribus ſummis ad ciuitatem cœleſtem Hieruſalem, quæ habitatorem habet Deum æternaliter permanſurum. *Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo: id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.* Per ipſum: id eſt per Chriſtum, debemus offerre Deo patri ſacrificium laudis, & gratiarum actiones pro
D omnibus bonis. Fructum labiorum vocat, quia eaſdem laudes & gratiarum actiones fructum præmiorum metentur. Vnde Apoſtolus dicit: Quia ore confeſſio fit ad ſalutem. Illi ergo pecudes offerebant: nos autem nihil horum offerimus, ſed ſolam gratiarum actionem Deo offerre debemus; De hoc ſacrificio dicit Pſalmiſta: Immola Deo ſacrificium laudis. *Beneficentiæ autem & communicationis nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus.* Beneficus dicitur, homo largus, & eleemoſynæ deditus: inde beneficentia dicitur largitas eleemoſynarum. Beneficentiæ, inquit, & communicationis nolite obliuiſci: id eſt, largitatis eleemoſynarum, & communicationis, quam cõmunicare, & participare debetis alijs ex facultatibus veſtris, nolite obliuiſci. Si alij veſtras rapuere ſubſtantias, tamen ex eis, quæ habetis, eleemoſynas dare nolite obliuiſci, ſicut propheta dicit. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Talibus enim hoſtijs & muneribus eleemoſynarum promeretur Deus adipiſci: vnde dicit per prophetã: Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Non eſt conſiderandus pauper, qui videtur accipere, ſed potius qui iuſſit dare: eleemoſyna enim quæ pauperi largitur in terra, à Deo recipitur in cœlo. Et noli attendere, quod hoc ſit tibi redditurus, quod accepit: tu enim terrena dediſti, æterna mercaberis. *Obedite præpoſitis veſtrĩ, & ſubiacete eis.* Obediẽdum eſt omnimodis prælatis & prædicatoribus, inquantum doctrina & mores illorum ſancti & pij exiſtunt. Si autem à via rectitudinis deuiauerint, ſicut Scribæ & Phariſæi, non faciamus qualia agunt, ſed qualia dicunt, niſi forte in fide contrarij extiterint. Nam ſi in fide contrarij extiterint non ſolum vitandi ſunt: ſed etiam fugiendi. At ſi bene docuerint, diſcrepauerint autem moribus, audi Chriſtum dicentem de talibus in perſona Scribarum & Phariſæorum: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum vero opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.
F *Ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, non vt gementes.* Omnibus quidem prælatis & præpoſitis obediendum eſt, niſi forte à veritate fidei aberrauerint: præcipue tamen illis, qui peruigilant: hoc eſt, ſine intermiſſione vigilant in bono exemplo, in prædicatione, & cura exteriorum, ſoliciti exiſtẽtes, qualiter pro eis rationem reddant: ideo ſubditi debemus eſſe prælatis noſtris, qui ſoliciti ſunt pro nobis, vtpote pro nobis rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: id eſt, cum lætitia & hilari mente curam veſtram agant, & non cum murmure & perturbatione animi ſint: quoniam plerunque mala conuerſatio, & inobediẽtia ſubiectorum, ad amaritudinem prouocat animos prælatorum, adeo vt ſegniores, atque triſtiores circa profectum illorum exiſtant. Sic obedire debemus illis, vt in die iudicij cum gaudio pro nobis rationem reddant, ſecuri de præmio, & non gementes, anxij de noſtra damnatione. *Hoc enim non expedit vobis.* Subauditur, vt illi gemendo curam veſtri agant, vel pro vobis rationem cum triſtitia reddant. *Orate pro nobis.*
G Hic ſuperbiam elationemque mentis quorumdam pontificum deſtruit, qui typo ſuperbiæ inflati dedignantur deprecari ſuos ſubiectos, quatenus pro eis orationes fundant. Si ergo ille, qui ad hoc à Deo vocatus eſt, vt doctor & magiſter omnium gentium fieret, non eſt dedignatus petere, quatenus pro illo ſubiecti eius, quos domino acquiſierat, orarent: quanto magis indigent pleni inuidia, rapina, alijſque vitiis reſperſi, orationibus ſubiectorum ſubueniri? ſequitur: *Confidimus enim, quoniam bonam conſcientiam habemus in omnibus bene volentes conuerſari.* Culpatur Apoſtolus à Iudæis, quod non diligeret gentem ſuam ſicuti gentiles, ideoque blande ac deprecatorie alloquitur illos, oſtendens ſe bonam voluntatem habere in omnibus: hoc eſt, & in Iudæis, & in gentibus. Confidimus, inquit, & ego, & ſocij mei, bonam voluntatem habere in omnibus hominibus, bene volentes conuerſari, tam erga Iudæos, quam gentiles. Nolite aliquas accuſationes aut detractiones proferre: quoniam conſcientia noſtra in nullo nos reprehendit, neque damnat, quod bonam voluntatem non habeamus erga vos *Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius reſtituar vobis.* Voluntatis quidem meæ eſt venire, ideoque
H attente deprecor vos pro me orare, vt cito deſiderium meum impleatur veniendi ad vos. Et notandum, quod primo poſtulat ab eis orationis ſuffragium: ac deinde non ſimpliciter, ſed tota intentione, & omni prorſus ſtudio piam orationem pro eis ad dominum fundit, inquiens: *Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* Deus pacis, iſto loco intelligitur Deus pater, à quo vera pax procedit, qui eſt amator pacis, & qui nos pacificauit per ſanguinem filij ſui: Ipſe eduxit paſtorem magnum ouium de mortuis: id eſt, de ſepulchro, qui locus proprie mortuorum eſt, ſuſcitauit illum tertia die: Iuxta quod ipſe filius appropinquans paſſioni orabat, dicens: Pater clarifica filium tuum: id eſt, ſuſcita filium tuum. Et quid dicit ei idem Deus pater in pſalmo? Exurge gloria mea: exurge

A pſalterium: id eſt, chorus omnium virtutum. Cui filius: Exurgam diluculo. Deus ergo pater eduxit filium ſuum de mortuis: hoc eſt, de inferno, vel de ſepulchro: Iuxta quod Pſalmiſta prædixerat: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Et vt ita dicamus, ipſe filius ſuſcitauit ſemetipſum per potentiam verbi: nam ſicut tota trinitas eduxit illum à mortuis, quoniam indiuiſibiliter operantur illæ tres perſonæ. Magnus autem paſtor dominus Ieſus eſt, quia ad paſcua vitæ & amœna prata virentis paradiſi ſuas oues perducit. Ipſe eſt paſtor qui dicit in euangelio: Ego ſum paſtor bonus, Oues eius electi ſunt, de quibus ipſe dicit: Oues meæ vocem meam audiunt, & ſequuntur me: & ego vitam æternam do eis. *Aptet vos.* Id eſt, præparet vos, perfectoſque reddat *In omni bono, vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis quod placeat coram ſe per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* Deus, inquit, pacis aptet vos in omni bono: hoc eſt, faciat vos aptos in fide recta, in doctrina ſana, in operatione perfecta, vt poſſitis eius voluntatem perficere, faciens in vobis ipſe, quod placeat coram

B ſe per Ieſum Chriſtum. A vobis enim nihil boni habere poteſtis, niſi illo præueniente, & ſubſequente: Iuxta quod Pſalmiſta exorat dicens: Miſericordia eius præueniet me: & miſericordia eius ſubſequetur me. Apoſtolus quoque alias dicit: Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere: quoniam per illũ facti, & redempti ſumus: & per illum, quicquid boni habemus, nobis ſubminiſtratur. Cui eſt gloria: id eſt, Deo patri & Ieſu Chriſto, in omnia futura ſecula, amen. Amen autem confirmatio eſt, pro eo quod eſt, fiat: vel, ita eſt verum, vt dixi. *Rogo autem vos fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij: etenim perpaucis ſcripſi vobis.* Nota quod totam epiſtolam vnum verbum appellauit: nec dixit: Rogo vos, vt ſufferatis patienter verbum admonitionis, quia puſillanimes erant: ſed verbum ſolatij: hoc eſt, verbum conſolationis, verbum adhortationis. Non enim ſcripſi vobis multa, ſed pauca, ad comparationem illorum, quæ vobis dicerem, ſi præſens eſſem: timens vobis oneri eſſe. *Cognoſcite fratrem noſtrum Timotheum dimiſſum.* Timotheus coepiſcopus erat beati Apoſtoli, & adiutor in prædicatione, quem dicit dimiſſum à ſe, & ad prædicationem directum: ſiue ab Athenis, vbi illum dimiſerat fortaſſis Apoſtolus.

C Poteſt etiam intelligi, quod in carcere fuerit retentus, ſicq; tunc fuerit dimiſſus. *Cum quo.* Id eſt, cum Timotheo. *Si celerius venerit ad vos, videbo vos,* Manſuetiores eos vult reddere, dicens ſe pariter ad eos venire. *Salutate omnes præpoſitos veſtros, & omnes ſanctos.* Sicut generaliter omnibus Hebræis hanc epiſtolam ſcripſerat: ita generaliter omnes ſalutat, & vigere optat, non ſolum prælatos, ſed etiam omnes ſubiectos, quos ſanctos vocat, qui ſancti fuerant in baptiſmate: ſimulque blanditur eis, dum honorabiliter eos iam ſalutat, quatenus animaduerterent ſe diligi ab illo non ad oculum, ſed ex toto affectu mẽtis. *Salutant vos de Italia fratres.* Apertiſſime his verbis nobis innuit quod Romæ hanc epiſtolam ſcripſerit, quæ in regione Italiæ ſita eſt. & ſicut doctoribus videtur, in carcere erat tunc temporis. *Gratia cum omnibus vobis, Amen.* Gratia dicitur gratis data. Gratiæ autem nomine debemus hic accipere fidem perfectam, cum executione bonorum operum: remiſſionem quoque peccatorum, quam percipiunt fideles tempore baptiſmatis: donum etiam ſpiritus ſancti, quod datur in baptiſmate per

D impoſitionem manus epiſcoporũ: quæ omnia gratis à Deo dantur. Orat ergo Apoſtolus, vt iſta omnia illi, quibus ſcribebat, poſſiderent. Oremus & nos dominum pia ſupplicatione, quatenus ſuffragium egregij Apoſtoli horum munerum nos poſſeſſores in præſenti efficiat: fidemq; , quam docuit, integerrime cuſtodientes, boniſque operibus exornantes, ad contemplationem ſupernæ viſionis Chriſto duce pertingere mereamur, Amen.

F I N I S.

E

PRIMASII AFRI EPISCOPI VTICENſis, viri ſuo tempore clariſſimi, ſuper

APOCALYPSIM B. Iohannis Apoſtoli, libri quinq;.

CAPITVLA LIBRI PRIMI

in expoſitione Apocalypſis, autore Primaſio Epiſcopo ciuitatis Vticinæ.

I. *Titulus, meritum, tempus deſignatur & locus.*

II. *Libri principium.*

F III. *Eccleſiarum ſeptem compellatio, interpretatio, & ſignificatio memoratur.*

IV. *Viſionum ſeriem orſus, exequitur in candelabris aureis & cæteris.*

V. *Angelorum eccleſiarum ſeptem, qualitas laude inſinuatur & culpa interpoſita mentione viginti quatuor ſeniorum, oſtio aperto in cælo.*

VI. *De throno exire coruſcationes & tonitrua dicit.*

VII. *De ſeptem faculis, & quatuor animalibus oculatis.*

PRIMASII AFRICANI, EPISCOPI CIVITATIS Vticinæ, ſuorum in Apocalypſim commentariorum

P R O L O G V S.

QVIS vir illuſtris & religioſæ Caſtori ſuaſionibus acquieſcens, ſic librum Apocalypſis beati Iohannis multis myſteriis opacatum, in G adiutorio Domini noſtri Ieſu Chriſti, licet exiguis ſuſceperim viribus exponendum, vt non meis ſolis tantum fuerim contentus inuentis, ſed quanquam numero pauca, ſi qua tamen à ſancto quoque Auguſtino teſtimonia exinde expoſita forte reperi, indubitanter adiunxi: ſed etiam à Ticonio Donatiſta quondam certa, quæ ſano congruunt ſenſui, defloraui: & ex eis quæ eligenda fuerant, exundantia reprimens, importuna reſecans, & impolita componens, catholico moderamine temperaui. Multa quippe in ipſo eius opere reperi & ſuperuacua, & inepta, & ſanæ doctrinæ contraria, ita vt de cauſa quæ inter nos & illos vertitur, ſecundum prauitatem cordis ſui loca nocenda captaret, noſtræque eccleſiæ noxia expoſitione putaret mordaciter illudendum. Nec mirum quod hæreticus rem ſibi congruam fecerit, ſed vel quod inuenire potuit defloranda, quod tamen ille facere iniuſte tentauit: nobis curæ fuit, locorum opportunitatibus nactis, veraciter exequi, eorumque errorem conuincendo caſſare. Sicut autem pretioſa in ſtercore gemma à prudente debet curari, colligi, & reperta, dignitati ingenuæ reuocari, ita vndecunque veritas clareat, catholicæ defendenda eſt vnitati. H Huic enim ſoli competit quicquid veritas foris etiam perſonarit. Iuſte namque fides à perfidis collegit, quod ſui iuris eſſe cognouerit: nec prodeſſe poteſt alienis vſurpatum, ſed filiis, cum veræ matri fuerit redditum. Sic autem Donatiſtæ hinc extolli non debent, ſicut de ſermone Caiphæ, quo dixit; Expedit vt *Iohan. 11.* vnus moriatur pro populo, Iudæi non debent gloriari. Sed nec noſtris debet eſſe offenſio. Si qua enim fuerint Eccleſiaſticis vtilitatibus profutura, noſtris ſunt inſtructionibus applicanda: neque attendenda perſona dicentis, ſed qualitas conſideranda eſt dictionis. Sic Moyſes eruditus omnem ſapientiam AE- *Act. 7* gyptiorum, poſt diuini ſermonis alloquium, cuius pridem meruit beati conſortio, Iethron ſocerum ſuum, *Exod. 18.*

A mitiſſimus rudem, peritus ignarum, magiſter copioſæ multitudinis ſingularem, Iſraelita gentilem deuotus audiuit: eiusque conſilium ſequēs, vtilitatem mox prædictam inuenit, cum regendi populi communicata per multos onera putarentur ſpecialiter leuigatus, ſic recte ab ethnicis auctoribus probabiliter dicta & apoſtolicis prædicationibus ſociata noſtro profectui iuſſu meliore ceſſerunt, vnde tamen non ſinuntur gloriari gentiles. Extenditur autem hoc opus in libros quinque. Quorum lectio qualem ſtudioſis ſit latura profectum, experto melius quam noſtra pollicitatione probabitur. Verum pro diuerſitatibus opinantium, diuerſis me modis arbitror fore culpandum, cum alii de huius operis cœperint prolixitate cauſari: alii autem libri profunda penſantes, de exiguitate magis cenſuerint arguendum. Tali primos reor ſermone placandos, quod ſanus me fatear de paucitate notandum, eo quod latentem ibi myſteriorum plenitudinem diuinorum nec penetrare competenter queuerim, nec ea quidem quæ intelligi potuerunt, idoneo valuerim ſermone proferre. Secundis vero hoc alloquio ſatisfactionis inſinuem, nihil me dominis conſeruiſque meis maleuole ſubtraxiſſe, ſed ignorantiæ
B confeſſionem de exiguitate mallem veniam poſtulare. Si enim experto non crederem, ſancti tamen Hieronymi edoctus ſententia didiciſſem, qui de hoc libro loquens dicit: Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta quot verba, parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. His intercedentibus, & veniam humilis confeſſio promeretur, & præcelſi dignitas libri credentibus ſaltem, etſi necdum intelligentibus innoteſcit. Nam cum alibi raro interponi ſoleat tropica proprietati narratio, hic tamen aut frequenter intexitur, aut condenſior figura ſenſim generatur ex altera, aut vna eademque res ſic variis profertur adumbrata figuris, vt non eadem credatur repeti potuiſſe, ſed altera: quod & in principio Iezechielis, & in aliquibus Danielis viſionibus inuenitur, ſed hic amplius. Pro qua re me infirmum noſtis amplius veſtris orationibus adiuuandum.

C

PRIMASII AFRICANI EPISCOPI VTICENSIS, COMMENTARIORVM in Apocalypſim beati Iohannis Apoſtoli.

LIBER I.

A *Diuinante Domino, tractaturi debemus neceſſario interpretari titulum, deſignare locum, narrare ſermonem, inſinuare perſonam, vt eius continentia nomine nuncietur, loco dignoſcatur, & tempus. Per cauſam dignitas clarea meritorum, perſona vnum ſignificet in collegio cæterorum, cui adſignare ſpecialiter oporteat munus indultum. Cum enim ſingulos quoſque libros diuerſis conſtet vocabulis titulari, ἐπιγραφὴν huius, id eſt, ſuperſcriptionem Apocalypſis decuit appellare. Inter Græcos enim poſitus, licet Hebræus, tenorem libri proprietatem Græci ſermonis expreſſit. Ἀποκάλυψις enim interpretatur reuelatio. Cui autem dominum Ieſum Chriſtum talia reuelaret ac tanta, niſi illi quem præ cæteris*
D *diſcipulis ſic præcipuo amore dilexit, vt hic adhuc poſitus, præſentia corporali ſuper pectus ſuum faceret fœlici ſorte diſcumbere, & de ipſo vitæ fonte ſpiritalis veritatis arcana affluenter haurire, vt præeunte huius dilectionis iudicio, nulli putaretur dubium, tali Iohannem reuelatione condignum? Magnitudinem quippe reuelationis commendare primum decuit magnitudine charitatis. Has autem eo tempore videre promeruit, quo in Patmos inſula pro Chriſto à Domitiano Cæſare exilio miſſus & metallo damnatus, terminis arcebatur incluſus. Congrue ſane tempus adhibetur & locus, vt vbi vel quando humana putabatur vinciri cuſtodia, ibi metas humanitatis mente tranſcendens, libero contactu meruiſſet videre diuina: & cui tunc certa*
B *terrarum ſpatia negabantur excedere, ſecreta concederentur cæleſtia penetrare. Sic fides Chriſti ſibi etiam in terris vindicat cælum, cum bene vtens temporalibus malis, bonis fruitur ſempiternis. Generalia proinde vniuerſalis eccleſiæ bona vni quidem reuelantur, ſed profutura omnibus prædicantur. Quæ denique ſolus vidit, ſeptem eccleſiis ſcripta tranſmiſit, vt vnam vnitati conſuleret, & non ſibi ſoli, ſed omnibus etiam ſe laboraſſe doceret. Poſtea vero euangelium ſcripſit, cum eum poſt Domitiani mortem exilio liberum multorum precaretur congregatio ſacerdotum, ne falſorum prædicatorum labe decipi ſiuiſſet ignaros. Valentinus enim, Cerinthus & Ebion multos ſuis falſitatibus irretire iam cœperant, quibus vere caſſandis veri euangelii fuerat nouitate reſiſtendum.*

A*pocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus palam facere ſeruis ſuis.* Reuelatio eſt Ieſu Chriſti, quam propterea Deus pater ei dediſſe dicitur, cum inſeparabile CAP. I.
patris & filii opus omne probetur, immo etiam ſpiritus ſancti, cuius hic nomen frequenter inſinuat, eo quod F
etiam in forma ſerui vnus idemque & à patre accipiat, & cum patre concedat, *quæ oportet fieri* in breui. Omnis res quæ temporaliter geritur, habet exordium & curſum & terminum. Poſt exortum autem eccleſiæ, quæ iam fuerat apoſtolorum prædicatione fundata, reuelari oportuit, qualiter fuiſſet latius propaganda, vel quali etiam fine contenta, vt prædicatores veritatis huius cognitionis fiducia freti, indubitanter aggrederentur pauci multos, inermes armatos, humiles ſuperbos, infirmi nobiles, viui tamen ſpiritaliter mortuos. In breui ſane apud Deum dicitur, quantuſcunque in hac Pſal 89.
vita mortalis aliquid proteletur, cui Propheta: Quoniam mille anni ante oculos tuos, inquit, tanquam dies heſternus qui præteriit, *& ſignificauit* nuncianda *per angelum ſuum ſeruo ſuo Iohanni. qui* prædicauit verbum *Dei &* teſtimonium *Ieſu Chriſti*, ea quæ *vidit*. Dicendo, ſignificauit, aliquid etiam futurorum & myſteriorum oſtendit, nec ſuperficie litteræ nos voluit remanere contentos, quos ad myſteria altius perſcrutanda ſignificationis verbo fecit intentos. Seruo autem ſuo Ioanni cum dicit, omnis eccleſiæ in vno reuelari G
voluit, quam in vnitate fundauit. Ideo dicit palam facere ſeruis ſuis, non ſolum vni ex multis, ſed per vnum potius vniuerſis, ſicut regni cœlorum ſolus Petrus claues accepit, qua tamen poteſtate omnis eccle- Mat. 16.
ſia vti ſublimata promeruit. Recte ſane adiecit, per angelum ſuum à Chriſto fuiſſe diſcipulo demonſtrata, cum per aſſumptam creaturam, non per diuinitatis eſſentiam Chriſtum ſemper clareat apparuiſſe mortalibus & ante incarnationem & poſt aſcenſionem, propterea is qui eum magiſtrum nouerat in homine ſuſcepto teſtimonium perhibuit inuiſibili verbo, ac ne verbum tantum ſentiendum quiſque putaret, nomen rurſus Ieſu Chriſti ſubiunxit, quod ad ſuſcepti hominis formam pertinere nooneſcit, Fœlix *qui legit &* qui audiunt *verba prophetiæ huius, &* cuſtodiunt *ea quæ in ea ſcripta ſunt*. Dicendo, Qui legit & qui audiunt, perſonam doctorum & diſcentium demonſtrauit, vt & ſtudio legendi deſidiam remoueret, & ſeruantibus beatitudinem deſponderet, quibus H
etiam coniungit quæ ſequuntur: & ſeruant ea quæ in ea ſcripta ſunt: quia vtriſque ſeruare competit, vtriſque conuenit. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Quia *tempus* iam Rom. 2.
in proximo *eſt*, ſcilicet vt ſingula quæ dicenda ſunt impleantur, cum & plantatæ iam eccleſiæ propagationis incrementa ſuccedāt de qua locuturus, ita præmittit: *Ioannes ſeptem eccleſiis quæ ſunt in Aſia*. Id eſt vni, eccleſiæ ſeptiformi. Septenario numero ſæpe vniuerſitas figuratur, eo quod ex primo impari & pari, id eſt, ternario & quaternario tanquam ex diuerſo vniuerſitas tota cōficitur, nam & animæ corporiſque diuerſitas, ipſam vnitatem numeri huius complectitur. Ad animā enim tria pertinent, ad corpus quatuor. Dicitur nanque diligendus eſt Deus ex toto corde, ex tota anima, ex to- Deut. 6.
ta mēte corporis aūt notas habemus quatuor qualitates, ca-

A lidam & frigidam, ſiccam & humidã. Propterea etiam cani-
Pſal. 118. tur: Septies in die laudem dixi tibi. Quod alibi dicit, Bene-
Pſal. 33. dicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in
Prou. 9. ore meo. & Sapientia ędificauit ſibi domum, excidit colum
Pſalm. nas ſeptem, & cætera quibus eccleſia prædicitur orbem
118. poſſeſſura terrarum, quã ſicut vnã poſſeſſionem in hęredi-
Pſal. 33. tatem idẽ Chriſtus accepit. Dabo, inquit, tibi gentes hęre-
Prou. 9. ditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Hinc
Pſal. 2. catholicum ſingulariter obtinet nomen, eo quod ſeculum
totũ ſola hæreditaria poſſideat dignitate. Hæc nunc Iohan-
nem audit, ſalutationeq; perpetuam ſperat redempta ſalu-
tem. *Gratia vobis & pax* à Deo *qui eſt & qui erat, & qui venturus*
eſt omnipotẽs. Licet iuxta Apoſtolum De⁹ erat in Chriſto,
mundum reconcilians ſibi, vel ſicut ipſe teſtatur, Qui me
miſit, mecũ eſt, propter vnitatem vnius eiuſdemq; naturæ:
2. Cor. 5. ad perſonam tamen filii hic propriè redigendus eſt locus.
Iohan. 8. Eſt enim, quia idem permanet: erat, quia cum patre omnia
condidit, non ex virgine initium ſumpſit: venturus eſt ad
iudicandum. *& à ſeptẽ ſpiritibus qui in conſpectu throni Dei ſunt.*
Propter ſeptenariam operationem ſpiritus ſancti, ſeptifor-
Iſaia 11. mis ſpiritus dicitur, id eſt, ſapientiæ & intellectus, conſilii
B & fortitudinis, ſcientię & pietatis & timoris domini. Vnius
enim ſpiritus dona legaliter commendantur; quando à
ſeptẽ ſpiritib⁹ pax & gratia deuotis optatur. *& ab Ieſu Chri-*
ſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum. In homine ſuſ-
cepto teſtimonium perhibuit patri, cum prædicans dicit:
Ioh. 17. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam. quod Iu-
Exod. 6. dæis dudũ negatum oſtendens, dicit: Et nomen meũ Ado-
nai non indicaui eis. Credito enim filio, patris quoq; notitia
nihilominus reuelatur. nam filius non diceretur, niſi patrẽ
haberet neq; pater, niſi filium habuiſſet. Alter itaq; alterius
prędicatione cognoſcitur, quia pater in filio, & filius in pa-
tre veraciter approbatur. Qui enim non honorificat filium,
non honorificat patrẽ qui miſit illũ. Hinc etiam idẽ Iohan-
Iohan. 5. nes in ſua epiſtola dicit: Qui credit in filium Dei habet teſti-
1. Iohan. 5. monium Dei in ſe, qui non credit filio, mendacẽ facit eum,
quoniã nõ credit in teſtimonio quod teſtificatus eſt Deus de
filio. Et ab Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, paſſus etiam *ſuo*
nos ſanguine ſoluit à peccato, qui reſurgens iure primoge-
Colo. 1. nitus à mortuis prædicatur, *& fecit nos regnum & ſacerdotes*
Deo & patri ſuo, ſicut & Petrus apoſtolus dicit Gens ſancta,
1. Petr. 2. regale ſacerdotium, genus electum &c. *Ecce venit cum nu-*
C *bibus, & videbit eum omnis oculus.* Qui enim iudicandus pri-
mo venit occultus, iudicaturus veniet manifeſtus: videbi-
tur ab incredulis carne in qua pati voluit, nõ diuinitate quæ
impaſſibilis inuiſibiliſq; permanſit. Ideirco adiecit, *& qui*
eum confixerunt, Et videbit illum omnis terra. Omnes etiã
terreni vel omnes generaliter mali, maximè Iudæi, qui eũ
vt minimum putauere necandum, cum talem viderint,
qualem nõ credebant, ſera ſemetipſos pœnitentia lamenta-
buntur, *& plangent ſe* aduenięte eo Ita, *Amen.* Quod certiſſi-
me nouit Deo reuelante futurũ, interponens Amen, firmat
ſine dubitatione venturũ. *Ego ſum A & ω, dicit dominus Deus,*
qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens per quem facta
ſunt tempora, nullo defuiſſe tempore prædicatur. Hinc etiã
docetur omnipotens. *Ego Iohannes frater veſter & particeps*
in tribulatione, & regno & patientia in Chriſto Ieſu, fui in inſula
quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei & teſtimonium Ieſu
Chriſti. Fui in ſpiritu die dominico. Vt quæ proſecuturus eſt appro-
bentur, locum, tempus hic inſinuauit & cauſam. Hæc, ne
carnali phantaſmate putaretur illuſus, in ſpiritu ſe fuiſſe &
vidiſſe teſtatur. Quorum autem conuerſatio in cælis eſt &
D qui non ſibi viuunt, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt &
Philip. 3. reſurrexit, diem ſemper dominicum credendi ſunt gerere.
2. Cor. 5. *Et audiui poſt me vocem magnam* ſicut tubam dicentem mihi:
Quę *vides ſcribe in libro, & mitte ſeptem eccleſiis, Epheſo, Smyrnæ,*
Pergamo & Thyatyræ, Sardis, Philadelphiæ & Laodiceæ. Suſcepto
operi puto congruere, ſi omnia non valemus, certa ſaltem
ex ſeptem eccleſiis nomina perſcrutari, quid interpretata in
noſtra reſonent lingua. vt cum eorum titulo indicia nobis
certa patuerint, ſubſequentia quoque diuini conſiderata
ſermonis, conueniens ſenſus ſuis quibuſq; perſonis vel me-
moratis coaptetur eccleſiis. Ac primũ de Aſia faciẽdum, in
qua tanquã in ſeculo iſtæ ſeptem enumerãtur eccleſię. Aſia
enim interpretatur elatio. Vniuerſa itaque tanquam in
huius mũdi prouincia in elatione poſita cõmonetur eccle- E
ſia, vt eadem elatione reiecta, leni iugo Chriſti ſubdenda
mitis accedat: aut quę iam cœpit ampliore pietatis cultu ꝓ-
ficiat. Sic Saul⁹ ſuperb⁹ arguitur, vt humilis acquiratur quã-
do Saulũ domin⁹ increpauit, & vſq; adeo Paulũ tanq̃ paulu-
lũ reddidit, vt qui nuper lup⁹ rapax prædas in Chriſti diſci-
pulos anhelabat, Ananiæ quoq; (q interpretatur ouis) de-
uotus colla ſubmitteret, & futurus magiſter, humilis diſci- *Actuum 9.*
pulatum fidei prædicandæ ſubiret. Epheſus proinde inter-
pretatũ dicitur voluntas ſiue conſilium meum, Voluntatẽ
vero pro charitate poni, conſilium pro correctione negli-
gẽtiæ, frequenter nouimus adhiberi. Hoc denique ibidem
claret, cum & placita voluntati quæ ex charitate mulceant,
enarrantur, & emẽdanda meliori conſilio minaciter alligã-
tur. Pergamus, interpretatũ, dicitur diuidendi cornua eorũ,
vel deſcendẽdi valles in ſermone. Porro quia de eius angelo
duas hominum ſpecies demonſtrauit in ipſo tenentes fidẽ,
in aliis autem tenentium doctrinam Nicolaitarũ, nec im-
merito, inter iuſtorum & peccatorum cornua (quod idem
nomẽ reſonat) diuidit, niſi vt ſicut legimus, Cornua pecca- *Pſal. 74.*
torũ confringantur, & exaltentur cornua iuſti. Et deſcendẽdi
vallem Diſcernẽda vtiq; fuerat humilitas confeſſionis val-
lis nomine, deſignata ab illorum ruina, qui ſatanę dicuntur
doctrinis innexi. Illum enim de ſolo neglectu decuit pœni- F
tere, illos de graui lapſu exprobrari atque compungi. Sardis
interpretatur princeps pulchritudinis. In ea quippe eccle-
ſia electorũ memorat dignitatem dicens: Qui non inquina-
uerunt veſtẽ in ſuã, mecũ ambulabũt in albis. Philadelphia *Apoc. 3.*
interpretatur ſaluans hærentem domino propterea ad eius
angelum talis ſermo dirigitur, quo & ſe diligi nouerit, & à
tentationis hora tuendum. Laodicea interpretatum, dicitur
tribus amabilis domino, ſiue fuerunt in vomitu. Vbi oſten-
dit quid diuinæ charitatis munere ibidem impẽdatur: quid
vitio humanæ elationis qui ſe diuites eſſe iactabant, iuſtius
imputetur. Deniq; amabilis dominus dicit: Ego quos amo, *Apoc. 3.*
argue & caſtigo. ſed rurſus tepiditatis arguitur, vt trãſgreſſi- *Ibid.*
onis fœditate repulſa, amabilia perſeueret. cui & aurum ig-
nitum & albam veſtem conuerſo promittit. Gentibus autẽ
ibi cor impœnitens, ipſi fuerunt in vomitu, quibus & dicit:
Incipiam te ex ore meo vomere, vt nomini ſermo actuſque *Ibid.*
concordet. *Et conuerſus reſpexi vt viderẽ vocem quæ mecum lo-*
quebatur. Et vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio cãdelabrorũ
ſimilem filio hominis Id eſt, Chriſtũ, qui ſe hoc ſępius nomine
voluit nũcupari. Qui Chriſtus indutus eſt ipſa ſeptẽ cande-
labra, Siue autem ſeptem cãdelabra, ſiue ſeptẽ ſtellę, eccleſia
eſt. Bene autem in medio. Omnes enim (dicit Pſalm⁹) qui *Pſal. 75.*
in circuitu eius ſunt, offerẽt munera. Vel ſicut Iezechiel ait, G
Vt ſciant gẽtes quia in medio Iſraelis ego ſum. Sed propter
figuratas locutiones tropice cauſas diuidit genus in ſpecies,
ita vt etiã in aliquib. ſpeciebus gen⁹ tantũ inuenitur expreſſũ.
Certis nãq; locis propter ſubtiles minutias & eloquii diui-
ni altitudinem liquido genus nõ poteſt demonſtrari, quod
facilius videri q̃ exprimi poteſt. Diuidit autem genus in par-
tes hoc modo, vt arca Noe eccleſia, & octo animę quę intra
arcam ſunt, eccleſia, cũ vnum ſit & homo Iuda, & q habitat
Ieruſalẽ, & iudices inter domũ & inter vineã ei⁹, cũ Ieruſa-
lem & habitãtes in ea, & vinea domini, eccleſia ſit. Sic enim
concluſit, dicẽs: Vinea enim domini Sabaoth, domus Iſrael
eſt. Et in domo magna quod eſt eccleſia, vaſa aurea & argẽ- *Iſaia 5.*
tea, cum eadẽ vaſa ſunt domus Dei. Et iterũ, Exire de medio *2. Tim. 2.*
eius qui fertis vaſa domini. cum qui fuerint, ipſi ſunt vaſa &c.
Quis habitabit in tabernaculo Dei? innocens manibus & *Iſaia 52.*
mundo corde, cum aliud tabernaculum Dei nõ ſit in terris, *Pſal. 14.*
quã innocẽtes & mũdi corde. Ita & nunc inter ſeptẽ cande- H
labra diſcreuit eccleſiam in filio hominis. Erunt enim duo,
inquit Apoſtolus, in carne vna. ego aũt dico in Chriſto & in
eccleſia. Et vt ſupradictum eſt, in aliquib. ſpeciebus genus à
parte eſt. Alter ſimilẽ filio hominis dicit, cũ morte deuicta *Ephe. 5.*
aſcendiſſet in cælum, adunato corpore eccleſiæ, q̃ amplius
merito in cæleſtibus ſedere dicit, non iam re, ſed adhuc ſpe
quaſi filium hominis ambulantem inter medium candela-
brorũ aureorum. Inter mediũ dicit eccleſiarum, ſicut & in
Salomone dicit: Inter ſemitã iuſtorũ ãbulabo. Cuius anti-
quitas & immortalitas maieſtatis origo in capite candor
oſtenditur *veſtitum*, inquit, *podere* ſacerdotiũ oſtendit. Iuxta

Zacha-

A Zachariam enim poderis ſacerdotalis eſt veſtis. Singulari
quippe ſuę carnis hoſtia Chriſtus ſacerdotium geſſit, quan-
do ſe crucis patibulo pro nobis offerés patri, ſeipſum cruci-
figi permiſit. Et erat præcinctus ſupra *mamillas Zona aurea.*
Cant. 4. Mamillas duo teſtaméta dicit, ſicut in Cantico Canticorũ
& 7. legimus: Duo hubera tua ſicut duo hinnuli gemelli qui paſ-
cũtur inter lilia & hubera tua ſimilia botris. Poteſt aũt in hac
ſpecię genus videri & in teſtamẽtis eccleſiarũ intelligi, vt tã-
q̃ teſtamenta ex eo q̃ efficiunt, comparationem accipiant.
Non enim teſtamenta paſcuntur, ſed eccleſia per teſtaméta
nutritur. Huius aũt tropi ſpecies in ſcripturis inueniũtur, vt
factor ex eo q̃ facit, nomé accipiat. Mamillę ergo teſtaméta,
zona vero aurea chorus ſanctorũ, qui adhęret & ãplectitur
teſtamenta: vel Chriſtũ qué concinũt, ſignificãt. ſed etiam
charitaté, qua ſibi nectũtur, ſeruantes, vt ait Apoſtolus, vni-
taté ſpiritus in vinculo pacis. *Caput aũt & capilli eius erãt* albi
velut lana aut nix. Capillos albos, præcelſos quoq; iuſtitiæ
Pſal. 50. virtutibus enitentes, multitudinem candidatorum dicit,
Mat. 25. quos ſuper niuem gratia dealbauit, quos per lanam propter
oues quę ſunt ad dexteram, ſignificauit: & per niué, propter
dealbatorum innumerabilem turbam & cęlo datorum. ipſi
enim ſunt Ieruſalem, quę quotidie de cęlo deſcendit, vt ad-
B huc peregrinãtes ad eam tendédo ſuſpirent. Aliter per lanã,
propter ſtolam ſanctã quæ de ea conficitur, ſine macula &
Prou. 1. ruga recte ſentitur. *oculi eius vt flamma ignis.* Oculos eccleſię
Matt. 5. aliquãdo præcepta Dei dicit, aliquãdo ſpiritales, ſicut Salo-
Pſal. 118. mon dicit, Mandatum lucerna eſt & lex lux. & de ſpiritalib.
Pſal. 104. dominus dicit, Vos eſtis lux mũdi. Quod aũt ipſa præcepta
ſiot ignis, ſic dicit Ignitũ eloquiũ tuum valde & de Ioſeph,
Pſal. 96. Præceptũ domini ignauit eum. Ignis autem hic pręceptorũ,
& fidelibus lumen, & incredulis præbet incendium. Ignis
enim ante eum præibit, & inflammabit in circuitu inimi-
cos eius. *Pedes eius ſimiles aurichalco* libani, *ſicut* de fornace
ignea. Pedes ignitos nouiſſimi temporis eccleſiam dicit.
Pedes enim nouiſſima pars corporis ponitur. Tunc enim
Danie. 2. eccleſia vehementia preſſurarũ probanda prædicitur, ſicut
lapis de monte præciſus ſtatuam illam in pedibus percuſ-
ſit, id eſt, regnorũ mũdi corpus omne ſuo ictu cõtriuit. Sed
ideo in pedib⁹, quia nouiſſimo tempore, Aurichalco autem
C illa ratione comparauit, quod ex ære fiat, cum igne multo
& medicamine adhibito pducitur ad aureũ colorem. Ideo
aũt Libani, quia electi: interpretatur enim candidatio. Et
quod in Iudæa, Libanus mons ſit, vbi cit. a finé mundi cor-
pus Chriſti perſecutionib. examinari ſignificat. vbi & do-
minus creditur paſſus. *Et vox eius* ſicut *vox aquarum multarũ.*
Iſai. 58. In voce eccleſiam oſtẽdit prædicantem, cui dicitur: Clama,
Apo. 17. ne ceſſes. Aquæ autẽ multi populi ſunt. Sed & donũ baptiſ
mi quod emiſit præcepto per apoſtolos ad ſalutem recte
Pſal. 28. intelligitur. Hic pſalmus: Dominus diluuium inhabitat. &,
Ibidem. Vox, inquit, domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit:
& cætera quæ huic ſenſui ſuffragantur. *Et habebat in dextera*
Pſal. 44. *ſua ſeptẽ ſtellas.* In dextera Chriſti eſt ſpiritalis eccleſia. p top-
terea adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circũ-
Mat. 25. amicta varietate, cui adſtanti dicit: Venite benedicti patris
mei, percipite regnum. Iſtæ ſepté eccleſiæ, ſepté ſtellæ ſunt,
quas nominatim vocat, non quia illę ſolæ ſunt eccleſiæ aut
principes, ſed q̃ vni dicit omnibus dicit in vnitate poſitis,
Marc. 13. ſecũdũ prædictã intelligétiæ formã, qua ſeptenario nume-
D ro vniuerſitaté diximus figurari. *Et ex ore eius gladius* vtrinq;
acutus exierat. Ideo bis acutus, quia gladius militem armat,
hoſtem necat, deſertoré punit. Hinc Apoſtolus dicit: Et gla-
dium ſpirit⁹, quod eſt verbum Dei. Omnis nanq; ſcriba eru-
Ephe. 6. ditus, dicit dominus, ſimilis eſt patrifamilias, qui profert de
Matt. 13. theſauro ſuo noua & vetera, nouum videlicet teſtamentum
& vetus. Ex hoc auté gemino teſtamento tanquã gladio bis
acuto, nunc eruditur eccleſia, vt quę æternis deputetur bo-
2. Cor. 6. nis, bene vti præſentibus nouerit. Hoc pręcinctus Apoſto-
lus gladio, dicit: Per arma iuſtitiæ à dextris & a ſiniſtris. *Et*
Exo 33. *facies eius* ſplédebat vt *ſol in virtute ſua.* Splendoré eius mani-
feſtam dicit in carne præſentiã, qua loquebatur hominib⁹
facie ad faciem. Solis autem comparatio propter ſignifica-
tionem congruam adhibetur; propter ortũ & occaſum &
rurſus ortum, quod natus ſit & paſſus & reſurrexit. Sed & ſi-
militudiné gloriæ ſolis, futurã ſuæ eccleſiæ dominus repro-
Matt. 13. miſit dicens: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris

mei. Cuius comparatione capitis Chriſti claritas magis eſt E
intelligẽda ſublimior, quippe cũ iuſtorũ ipſe ſit claritudo,
quã ideo poſt reſurrectionem ſuis diſcipulis abſcondit, ne Luc. 24.
eum nec agnoſcere nec sufferre quiuiſſent. Hęc autem nõ
cæcitas debet vel agnoſci vel dici ſed quædam inuiſibilitas,
quæ in Græco ἀορασία aptius vocitatur. Per hãc neq; Eliſeũ
exercitus, neque oſtium populus ſæuiens agnoſcebat, cum 4. Re. 6.
cætera præter ipſa viderent. Huius denique clarificationis Gen. 19.
ſpeciem in monte ſufferre nõ valuerunt. *Et cum vidiſſem eum,* Mat. 17.
cecidi ad pedes eius tanquam mortuus Iohannes qui iſta vidit, to-
tius eccleſiæ figuram portat. Sed & ſinguli quoque apoſtoli
vel prophetæ, qui dicunt, Mortui enim eſtis, & vita veſtra
abſcondita eſt cũ Chriſto in Deo. Eccleſia ergo tãquã mor- Col. 3.
tua mundo ante dominũ Chriſtũ. *Et poſuit ſuper me dexteram*
ſuam. Vtiq; propter ſacerdotium, quo eccleſiæ præpoſitos
nouim⁹ ordinari, ſiue q̃ omnis viuus corpus eſt ſacerdotis,
dicens: Noli timere Iohannes. *Ego ſum primus & nouiſſimus.* Pri- Iohan. 2.
mus, q̃ omnia per ipſum facta ſunt. nouiſſim⁹, q̃ in ipſo in- Ephe. 1.
ſtaurantur omnia. *& viuus q̃ fui mortuus. & ecce ſum viuens in*
ſecula ſeculorũ Omnis ſum̃a & ſpes conſolationis oſtenditur
cũ dicitur ei q̃ mortuus iacet, Noli timere ſicut in euãgelio,
Gaudete, inquit, q̃ vici ſeculũ. Ego ſum viuus qui fui mor- Iohan. 16.
tuus. Caput enim corporis ſimilé ſpé reſurrectionis veraci- F
ter pollicetur, cuius præceſſio ſpes eſt certamen bonorũ. *Et*
habeo claues mortis & inferorũ, id eſt, diaboli & toti⁹ corporis
eius, ipſum mortis nomine ſignans. Inferorum autem, in
quib. regnat. Qui omnes diuini iudicii non effugiunt pote-
ſtatem tanquam clauem. Et ad eccleſiã: In me habes, inquit,
quas à me acceptas iure poſſides claues mortis. Tu q̃ es ve-
lut mortuus, quia licet adhuc peregrinetur eccleſia, corpus Roma. 8
quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus vero viuit
propter iuſtificationé. Accepit tamen vt in Deo ſuo ſoluẽdi
& ligandi habeat facultatem, ſiue cum probabili diſpenſat
cuncta iudicio, ſiue cũ in accipiẽtibus nullo fides increduli-
tatis impeditur obſtaculo. Cui, inquit, dimiſeritis peccata Iohan. 20.
dimittẽtur ei quib. retinueritis, retẽta erunt. *Scribe ergo quæ*
vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fieri poſt hac: Sacramentum ſep-
tem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem cãdelabrorũ
aureorum. *Septem ſtellæ angeli ſunt ſeptem eccleſiarum* Sed *&*
candelabra ſeptem eccleſiæ ſunt Stellas dixit angelos eſſe eccle-
ſiarum, & candelabra eccleſias: quæ diligenter conſiderãda G
ſunt. Si enim vna eſt eccleſia ſeptiformis, ſicut deſcribitur,
Vna eſt columba mea, vna eſt perfecta mea, angeli quoque Cant. 6.
non erunt ſepté. Nam ſi ſepté ſunt, iſtæ ſolę quas ſpecialiter
nominauit, angelos habent, cæteræ vero non habent. Nec
putandum eſt quod hoc loco angeli ſingulis deputentur
hominibus, quod incongrue ab aliquibus æſtimatur: ſed
potius angeli eccleſiarum hic intelligendi ſunt rectores
populi, qui ſingulis eccleſiis præſidentes, verbũ vitæ cũctis
annunciant. Nam & angeli nomen nuncius interpretatum
dicitur.

CAPVT II.

E*T angelo eccleſiæ Epheſi ſcribe.* Datiuo hic caſu, * angelo Videnum legendum ſit, eccleſiæ tamenſi ne quidẽ perſpicuus ſit ſenſus.
poſuit, non genitiuo. Ac ſi diceret: Scribe angelo huic
eccleſiæ, vt non tam angelum & eccleſiã ſeparatim videatur
dixiſſe, quam quis angelus exponere voluiſſet, vnam videli-
cet faciens angeli eccleſiæque perſonam. Quamuis enim
ſacramenti diſpenſatione præponatur, compaginis tamen H
vnitate connectitur. Nam hãc regulã à principio ſeruãs nõ
ſeptem angelis, ſed ſeptem eccleſiis ſcripſiſſet: Iohannes, in-
quiẽs, ſepté eccleſiis quæ sũt in Aſia. & dominus qué vidit,
Scribe, inquit, in libro quæ vidiſti, & mitte ſepté eccleſiis.
Poſtea tamé angelis iubet ſcribi, vt oſtẽderet vnũ eſſe. Sed
etiam ſi qua ſingulis partiliter eccleſiis prędicat, vniuerſam
generaliter cõuenire docetur eccleſiam. Neque enim dicit,
Quid ſpiritus dicat eccleſiæ, ſed eccleſiis. Angelũ ergo ec-
cleſiam ſignificans, duas in eo partes oſtendit dũ & laudat
& increpat. In cõſequentib⁹ autem manifeſtatur nõ eandẽ Luc. 12.
increpare quam laudat, ſic vt dominus in euangelio omne Mat. 24.
præpoſitorum corpus, vnum ſeruum dixit beatum & ne
quam, quem veniens dominus ipſe diuidet. & non tantum
ſeruum, ſed partem, inquit, eius cum hypocritis ponet. In-
cipiens ergo bella inteſtina, & ſeptiformis eccleſiæ diuerſa
opera in præſentib⁹ futura monſtrare, nõ dixit. Scribe quæ

A ſunt: ſed, Quæ fieri oportet, prædicans vſq; in finem ſeculi malos cum bonis in eccleſia cōmiſceri: quæ ſine dubio amplectenda pro bonis, non tamen eſt deſerenda ꝓ malis. *Angelo eccleſiæ Epheſi ſcribe: Hæc dicit qui tenet ſeptē ſtellas in dextera ſua.* Id ē, qui vos in manu habet, ſuaq; poteſtate regit & continet, *Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum.* Id eſt in medio veſtri. *Scio opera tua & laborē & tolerantiam, & quia ferre non potes malos. & tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos eſſe, & non ſunt & inuenisti eos mendaces, & habuiſti patientiam, & tolerasti propter nomen meum, & non defeciſti.* Tentaſti, inquit, eos. Non tentantur, niſi quod intus ſunt. Qui enim foris ſunt, ſine vllo tentamēto foris eſſe manifeſti ſunt, nec eos tentari opus eſt: intus ſonsne ſint, qui non ſolū ex fructibus, ſed etiam ex habitatione loci tāquam ſchiſmatici dignoſcuntur. Non eſt autem laudis q̄ eum dixit malos ferre non poſſe, ſed indicium infirmitatis. in eo vero laus, q̄ dixit: Non potes, & ſuſtinuiſti ꝓpter nomē meum Infirmitatem quippe à longanimitate diſcernens, nō iſtam dicit humano defectu ſuccumbere, ſed illa quæ per ſe non poterat, ꝓ Dei nomine ſubnixa patiētiæ robore ſuſtinere. Ad hoc etiā ma-

B los dicitur ferre non poſſe, vt cognitos non imitaretur: ad hoc ait toleraſſe, ne deſerens ipſe ab vnitatis vinculo redderetur alien⁹. Ille enim reprob⁹ iudicatur, qui propter apertos malos etiam latentes deſerit bonos. Partem porro angeli inuehitur, dicens: *Sed habeo aduerſus te, quod charitatē tuā primā reliquiſti.* Abſit vt eum increpet quem ante laudabat. ſed prædictam retinens regulam, mixtos optimis peſſimos peregrinantē habere docet eccleſiā. Ali⁹ ergo qui dilectionem deſerit inchoatam: alius qui propter nomen Dei circa malos quoq; dicitur ſeruare patientiam: Vni denique dicitur, patiētiā habes & nō defeciſti, alteri, Memēto *vnde* cecideris, *& age pœnitentiam, & fac* priora *opera. Si autem, veniā tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.* Eius hic candelabrum mouere dicit, quem ad pœnitentiam gerendam inuitat. Quod eſt angelus. hoc candelabrum eius partē dicit non auferre, ſed de loco mouere, ſignificans eum qui licet de eccleſia non præcidatur, donec ventilabro vltimi iudicij ſeparetur, propriam tamen ſalutē & omne cādelabri lumen amiſit: etſi chariſmatib⁹ honoratus videatur, ſibi tamē mortu⁹ eſſe cognoſcitur. Nam q̄ in illo viuit alie-

C num eſt. Parti rurſus bene dicit, *Sed hoc habes* bonū quod odiſti facta Nicolaitarum, ſicut & ego odi. Id eſt, idololatriam & fornicationem, ſicut conſequenter oſtendit. Omnes proinde eccleſias docens, dicit: *Qui habet aures, audiat quid ſpiri-*

1. Cor. 10. *tus dicat eccleſiis:* Qui vincet, *dabo ei edere de ligno vitæ*, id eſt, de fructu crucis, *quod eſt*, inquit *in paradiſo Dei mei.* Paradiſus etiā eccleſia intelligi poteſt. omnia enim in figura facta sūt, & Adam vmbra futuri, Apoſtolo docente, præceſſit. Lignū

Rom. 5. vero vitæ, ſapiētia Dei dominus Ieſus Chriſtus, qui in cruce pependit, qui & in eccleſia & in ſpiritali paradiſo vitale alimentū cœleſtiſq; panis præbet fidelib⁹ ſacramentum, de quo

Prou. 3. legimus: Sapientia vita eſt amplectentib⁹ eam. *Et angelo eccleſiæ Smyrnæ ſcribe. Hæc dicit prim⁹ & nouiſſimus, qui fuerat mortuus & viuit: Scio* tribulationes tuas *& paupertatē, ſed diues es.* Omni eccleſiæ dicit, quæ ſpiritu pauper eſt & omnia poſſi-

2. Cor. 6. det, vnde Apoſtolus. Tanq̄ nihil habētes & omnia poſſidētes. *& blaſphemaris ab his qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſathanæ.* Hic quoq; oſtenditur nō ſpeciali tantū eccleſiæ loqui, quia non Smyrnæ tantū fuerunt aut ſunt Iudæi blaſphemātes. Poteſt aūt gemino modo Iudæorum hic

D nomen intelligi ſiue aperti foras Iudæi ſiue intus poſiti, id eſt, falſi Chriſtiani, Iudæorū enim religioſum eſt nomē, inde

Rom. 2. Apoſtolus: Qui in abſcondito, inquit, Iudæus, & circunci-

Phili. 3. ſio cordis in ſpiritu, nō litera, Itemq;, Nos enim ſumus circunciſio, qui ſpiritu Deo ſeruimus, non in carne fiduciā habentes: Nec ipſus aūt non oportet deſerere, cū dicantur etiam ſynagoga ſathanæ, cum nouerimus dominum tolerando vſq; in finem Iudam, exemplum nobis patientiæ præbu-

Iohan. 13. iſſe. *Nihil eorum timeas quæ paſſurus es.* Vtiq; omnem eccleſiam præmonet vt à toto corpore diaboli nullatenus metuat. *Ecce miſſurus eſt diabolus* quoſdam *ex vobis in carcerem, vt tentemini, & tribulationem* habeatis dierum *decem.* Vniuerſali eccleſiæ hæc dicta conueniunt, aduerſus quam diabolus inextricabiles inimicitias ſemper exercet. Et propterea in decem diebus, præſentis vitæ ſignificatur excurſus, propter deca-

logum in quo breuiter legis ſumma conſiſtit hic enim ſunt E neceſſaria diuina præcepta, vbi opus eſt cōtinentia. Hinc di-

Matth. 5. tiua: Conſenti aduerſario tuo, id eſt, legi, cum es cum illo in via huius ſeculi, videlicet tempus omne ſignificans, quando contra varias cupiditatum illecebras, lege inſtruente cōfligitur, vt per Dei gratiā ſubactis carnalibus quinq; ſenſib⁹ qui propter ſenſum geminum duplicati decem faciunt, victoria capiatur. *Eſto fidelis vſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Qui perſeuerat vſq; in finem, hic ſaluus erit. *Qui habet*

Mat. 24. *aures, audiat quid ſpiritus dicat eccleſiis: Qui vicerit non lædetur à morte ſecunda.* Inter dictæ et boris eius. hanc poſtens procu-

Gen. 2. 3. raort. Chriſtus autem ex latere ſuo ſacrario aqua & ſangui-

Iob 19. ne profluente, crucis irrigans lignum, inde fecit ſaluus primitias germinare vnde originale malum nouerat ſurrexiſſe,

Iohan. 16. dicens: Gaudete quia vici ſeculum Quocirca ſi quis vincit, in ipſo vincere poterit. *Et angelo eccleſiæ Pergami ſcribe: Hæc dicit qui habet romphæam ex vtraque parte acutam.* De gladio bis acuto ſatis dictum ſit. *Scio vbi habitas, vbi thronus ſathanæ eſt.* Omni eccleſiæ dicit, quia vbiq; ille tentator eſt, cui dici-

Gene. 3. tur: Illa tuum obſeruabit caput, & tu inſidiaberis calcaneo

1. Iob 5. eius. Mūdus enim in maligno poſitus eſt. Thronus ſathanæ F homines ſunt, quos nequiter poſſidet. Reuertitur ad ſpeciē, quia licet iſtis ſeptem locis tota ſeptiformis figuretur eccleſia, geſta ſunt tamen in his ſpecialiter quæ laudat aut increpat. *Et tenes nomē meum, & non* denegaſti *fidem meam. In diebus illis Antiphas teſtis meus & fidelis, qui occiſus eſt apud vos.* Apud multos etiam Chriſtus occiditur, ſiue qui eum reſurrexiſſe non credunt, ſiue qui apud ſe vitiis damnabilib⁹ negant, *vbi ſatanas* inhabitat. *Sed habeo pauca aduerſus te* dicere. Vnique aduerſus alia membra culpanda, non ea quibus dicit. Et nō

Num. 2. abnegaſti fidem meam. *Habes ibi tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum* ſub oculis filiorum *Iſrael, edere* de ſacrificiis *& fornicari* Hæc duo ſunt principalia, qui-

Mat. 24. Luc 11. Mat 23. bus fruendis hypocritæ militāt, edere & fornicari, ſicut dominus dicit: Intus autem pleni eſtis rapina & incontinentia & omni iniquitate. Idololatria fornicatio eſt ſpiritalis. Per-

Pſal. 72. didiſti, inquit, omnes qui fornicantur abs te. Similiter *habes & tu tenētes doctrinam Nicolaitarum. Similiter age pœnitentiā.* Sin autem, *veniā tibi cito & pugnab⁹* tecum in romphæa *oris mei* Id eſt gladio oris, intelligi debet eccleſiæ, ſecūdū præcedētem intelligentiæ formā Romphæa aūt vtriuſq; teſtamenti præ- G cepta ſunt, quibus contemptores diuinitus expugnantur.

Rom. 2. Quicunq; enim in lege peccauerunt p legem iudicabuntur.

Ioan. 6. *Qui habet* aures, *audiat quid ſpiritus dicat eccleſiis*: Qui vincet,

Pſal. 77. dabo ei de *manna* illo abſconſo, id eſt, de pane inuiſibili, qui

Exo. 16. de cælo deſcendit: qui ideo fact⁹ eſt homo, vt panē angelorū

Nume. 11. manducaret homo. In cui⁹ figura illud in eremo māna præ-

Iohan. 6. ceſſit, q̄ q̄ manducauerunt ideo mortui à domino phibētur, quia increduli permanētes. De hoc abſcōdito & ſpiritali ſingulariter manna, q̄ immortalitatē fidelibus pollicetur, non manducauerunt, cum dicit: Niſi manducaueritis carnē filij

Ibidem. hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam æternam in vobis. Nam qui etiam illo tunc cibo potuerunt ſpiritaliter paſci, eadē meruerunt immortalitate potiri, vt Moyſes & cæteri. Eundem enim cibum ſpiritalem, docente

1. Cor. 10. Apoſtolo, manducauerunt: quia non eis obfuit manna viſibile ſpiritaliter vtētib⁹ cibo corporeo. Sicut nec hominibus præſentis temporis proderit ſpiritalis corporis dominici manna, ſi illud indigne ſuſcipiant, quia iudicium ſibi

1. Cor. 11. manducant & bibunt *Et dabo ei calculum cādidum.* id eſt adoptionem, in filium Dei. Nam calculus gemma precioſa eſt, H

Mat 13. quę ad mutē illius margaritæ q̄ negociator inueniens, venditis omnibus cōparauit, intelligenda proponitur Alia denique translatio margarita poſuit. Et ſuper calculum *nomē nouum*, q̄ os domini nominauit. Aliter ſuper baptiſmum atq;

Iſai. 62. martyriū. *quod nemo*, inquit, nouit *niſi* qui accepit. Hypocritæ enim, licet habere ſuperficiem eatenus videantur, ipſius

2. Ti. 3. tamen virtutem intelligentiæ, nequeunt penetrare Haben-

1. Ioh. 2. tes, inquit, formam pietatis, virtutē autem eius abnegantes. Huic idem Ioannes: Qui dicit quoniam cognouit eum, & mandata eius non ſeruat, mēdax eſt, & in ipſo veritas nō eſt. *Et angelo eccleſiæ qui eſt Thyatiræ, ſcribe: hæc dicit Dei fili⁹, qui habet oculos vt flāma ignis & pedes eius ſimiles aurichalco. Scio opera tua & charitatem & fidē & miniſteriū & patientiā, & nouiſſima opera tua plura* q̄ priora. Hic plenius declaratur, in vno eccle-

ſiæ

A

ſię corpore & bonorum partem laude mulceri, & malorum increpationibus exprobrari. Vbi opera ſimul charitatem, fidem, miniſterium & patientiam, & laudando approbat, & augmento inſuper nouiſſima dicit amplificata priorib⁹. *Sed habeo aduerſus te* pauca, quod ſinis vxorem tuam *Iezabel quæ ſe dicit propheten*, & ſinis eam *docere & ſeducere ſeruos meos, fornicari & manducare de* ſacrificijs. Angelus, id eſt, eccleſia, nomē eſt generale: ſed dictorum qualitas monſtrat, cui ſermo conueniat: quæ pars, quę ſpecies, quod officium angelo cōueniat: & quemadmodū à parte vnius corporis, à parte vel à figura ad proprietatem tranſeat, & à proprietate ad figurā redeat. Facta ſunt iſta, & ſpecialiter fuiſſe conijcitur mulier in ſupradicta eccleſia, ex cuius forma ſpeciali ad generalem totius orbis Iezabel ſermo nunc figuratè transfertur. Angelus itaque, id eſt, eccleſia, quoniam adhuc ex bonis conſtat & reprobis, bipartito hic modo cognoſcitur: verò quia & præpoſitos habet & populos, idcirco in angelo prædicatorum ſignificatur officium, quomodo ſi cum hominē referimus aliquid operis peregrinaſſe, noſtri relatu ſermonis ſingulorum monſtratur qualitas denunciata membrorum, vt ſi verbi gratia vidiſſe aut verba eam feciſſe dicamus, illud ad oculos, hoc ad linguam ſine dubio redigam⁹, quod huic angeli probator cōuenire perſonæ. ſiquidem angelus nuncius eſſe cognoſcitur, cui vtpote ſpeculatori, & videre conuenit corrigenda, & nunciare ſeruāda. ſic per cætera opera nominata membrorū ſignificantur officia. Cum ergo opera nūc laudat maiora prioribus, omniū generaliter perſonam inducit: & quia inter poſitos quoſq; ſunt etiam negligētes, propterea ſubinfert quòd Iezabel fornicari permittat & à ſanctorum ſpecie, quibus poteſtas diuinitus ſinendi vel cohibendi tribuitur, ad totā propterea tranſit eccleſiā, ideo præpoſitum conſtituens reum nō quòd ipſe fecerit, ſed quòd fieri permiſerit, & permittēdo tranſgreſſionibus particeps fiat, propterea ſequitur dicens: *Dedi ei tempus vt pœnitentiam ageret, & pœnitere noluit à fornicatione ſua.* Non dixit, dedi vobis aut, tibi aut nunquid qui fornicariæ cōſentit, fornicarius ipſe non erit? Sed quia ab ſpecie trāſit ad genus; idcirco ab hoc crimine ſic ſanctos demōſtrat alienos, vt per malorū exprobrationem, membrorum ſemper velit manere ſolicitus, licet quid eorū agat dextra neſciēte ſiniſtra. quòd facile cognoſcim⁹, ſi & paſtoribus greges, & inferiora ab eminentioribus membra ſpiritalia diſcernamus, vel ſuis ſingula temporib⁹ coaptemus.

B

Mat. 5.

Fornicatio aūt Iezabelis generalis, & corporale & ſpiritale adulterum præſignauit, quando ſub Chriſti nomine fornicationem & idololatriam dicebat. Perdidiſti enim, inquit, oēs qui fornicantur abs te. *Ecce mitto* illā *in lectum, & eos qui cum ea* mœchati ſunt, *in* maximam tribulationem, *niſi pœnitentiam egerint ab operibus ſuis.* Lectus hic datur intelligi ſecuritas delinquentium, quam ſibi per impunitatem criminū ſæpe flagitioſi promittunt, cū peccātes experti non fuerint præſentis iræ vindictam, ex pœnitentia eatenus negligunt, donec eis repentinus ſuperueniat interit⁹, ſicut dolor parturientis, & non effugient. A Deo aūt in hoc ſecuritatis neglectum dari dicitur, quum latenti quidem, non tamē iniuſto iudicio deſeruntur. De hac ſecuritate alibi legimus: Auerſio paruulorū interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos. Alia translatio luctum pro lecto poſuit. coæternā miſeriam deſignans, niſi pœnitentiam egerint ab operib⁹ ſuis. *& filios eius interficiā in mortem.* Filios hic poteſtatem & operantes ieris figurari cognoſcimus. mortem aūt non momētaneam corporis, ſed animæ minatur æternam. Memoratis exceſſibus, nec pœnitentia vlla correctis, non temporalem diſciplinam, ſed æternam pœnam deberi apoſtolica ſępe teſtatur autoritas. Neq; enim de illorū numero ſunt, de quib⁹ dicitur: Flagellat oēm filiū quē recipit. ſed de illis, quib⁹ dicitur: Iſrael, iam nō iraſcar tibi. &, Zelus meus receſſit à te. Non quòd propiciationem fuerant conſecuti, ſed quia indigni iudicabuntur temporaliter flagellari. *Et ſcient oēs eccleſiæ quia ego ſum* ſcrutator renis & cordis. Nunquid priuſquā prodat adulteros & occidat, neſciunt eccleſiæ Deum ſcrutatorē eſſe renum & cordis? aut quomodo poteſt eccleſiæ dici, quia ſcitura ſum & nō initio fidei ſuæ Deum occultorum ſcient cognitorem. Non ergo experientia rerum, ſed certa fide tenendum eſt nō perſpicua, ſed occulta idololatriā, ſed adulteros morte punire. Hos enim æterna dicit damnatione

C

1. Th. 5.

Prou. 1.

D

Hebr. 12.

Ieze. 16.

Iere 12. 17. 20.

plectendos. *Et dabo vnicuiq; veſtrum ſecundum opera* veſtra. Nō iam totum pro parte increpat, ſed totum pro toto, cum ſingulis propria pollicetur. Vnuſquiſq; enim, ait Apoſtolus, onus ſuum portabit. Et cōuerſus ad partem bonam eiuſdem angeli dicit: *Vobis autem* dico reliqui *qui eſtis Thyatiræ*: Quotquot *non habent doctrinam hanc, qui non* ſcierunt *altitudinē ſathanæ, quemadmodum dicunt*. Non cognouiſtis, propterea ponitur, ac ſi diceret, nullo cōſenſu probaſtis. Nam & dominos illos ſe neſcire ſorte teſtatur, quos in ſuam nō recepit diſciplinā. Sequitur: *Non mittam ſuper vos aliud pōdus ſed quod habetis, tenete* vſque dum venio. Hoc eſt, legis pondera vobis non ponam, de quib⁹ Apoſtolus dicit: State, & nolite iterum iugo ſeruitutis cōtineri. Ideo tenete leuem ſarcinam vel leue iugum Chriſti, quod per ſpiritū adoptionis efficitur leue. ſub quo nos perſeuerare volens, dicit: Sed quod habetis tenete vſque *dum veniam. Et qui vicerit, & cuſtodierit vſq; in finē opera mea, dabo ei poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea* ſicut *vas figuli confringentur ſicut & ego accepi à patre meo.* In Chriſto habet eccleſia hanc poteſtatem tanquam corpus in capite. Si quæ enim digne corpori eius adhæſerit, veraciter habere dicitur quod filius hæreditario iure poſſedit, in quo (ſecundum Apoſtolum) nobis Deus omnia donauit. Virga ferrea inflexibilis omnino iuſtitia regit mites, deſtruit contumaces. *& dabo ei ſtellam matutinam.* Stellam matutinam, & Chriſtum intelligi, & reſurrectionem primā conuenit accipi: quia & ille apparēs errorum tenebras repulit, & reſurrectione properante, mūdanæ noctis tenebræ fugabuntur. Hæc enim ſtella ſicut noctis finem, ſic diei præbere videtur initiū.

E

Galat. 6.

Galat. 5.

Mat. 11.

Pſalm. 2.

F

Angelo eccleſiæ qui eſt *Sardis, ſcribe: Hæc dicit qui habet ſeptem ſpiritus Dei & ſeptem ſtellas: Scio opera tua, quia nomē habes* quoniam *viuis, & mortuus es. Eſto vigilans* & ſtabilis, *& confirma* reliqua *quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua* repleta *coram Deo meo.* Memento quemadmodum *acceperis & audita* cuſtodi, *& age pœnitentiā.* Nomē (inquit) habes quia viuis, & mortu⁹ es. Non dicatur niſi qui mortale crimen admiſerit. Non dicit, Cōfirma quę moritura erant, niſi ei quæ viua adhuc aliqua habens in officio ſuo in morte peccari non permanere permittitur. Non enim cōfirmari poteſt qui officium doctoris amiſerit. Non inuenio opera tua repleta coram Deo meo. Non enim ſatis eſt arborem viuere & virere, fruct⁹ tamen debitos non habere. Commendat etiam pœnitētiam præcedentium delictorum. Si autem nō egeris pœnitentiā, veniam & ſuſcitabo aduentum meum *ad te. quaſi fur veniam, & non* ſcies *qua hora veniam ad te.* Ipſam enim ad vocem ſi fueris negligens, hora præueniet improuiſa vocationis. Sequitur: Verū *habes pauca nomina in Sardis, qui nō inquinauerūt* veſtem ſuam *& mecum* ambulauerūt *in albis*, quoniam *digni ſunt.* Magna laus paucorū inter malos iniquinatos iugi virtutum nitore immaculatis veſtibus permanere, ad quorum habitum Deus prouocat, dicēs: *Qui vicerit, ſic veſtietur* albam veſtē. Sciebant vtiq; pauci ſancti eſſe in medio ſui in quinatorum multitudinem, ipſi tamē immaculati permanentes, ingemiſcebant iuxta Iezechiel, & mœrebant ab iniquitate quæ fiebat in medio eorum. *Et non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo & coram angelis eius.* Sicut in euangelio, Cōfitebor, inquit, & ego eum corā patre meo qui eſt in cęlis. &, Gaudete quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. *Angelo eccleſiæ* qui eſt *Philadelphiæ, ſcribe: Hæc dicit ſanctus & verus, qui habet clauem David*, id eſt, regiam poteſtatem. Clauem porro David dicit, ſiue quia de eius ſtirpe nat⁹ eſt Chriſtus, ſiue quia ipſe David multa de Chriſto præfatus eſt. Cuius diſpēſatione tanquā claue, legis & prophetarum & pſalmorum arcana patuerūt, ipſo teſte. cum dicit. Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. *Qui aperit, & nemo claudit: & qui claudit quod nemo aperit.* Legis diuinę ſecreta ſolius Chriſti poteſtate pandūtur fidelibus, clauduntur incredulis. illo autem ſoluente nullus claudit, quo ligante nullus abſoluit. *Ecce dedi* in conſpectu tuo *apertum oſtium, quod nemo claudere poteſt*, quoniam puſillas *habes* vires. Oſtium quod Chriſtus aperit, tūc reſerari eccleſiæ cæpit, quādo ſuis diſcipulis ſenſum aperuit vt intelligerēt ſcripturas. Hoc nullus vnquam vi præcluditur, quod illis prædicantibus per totum mundū iam panditur. Vnde Apoſtolus: Oſtiū nobis, inquit, magnū apertū eſt in domino, & aduerſarii multi. Quod autē di-

Cap. 3.

G

Ione. 3.

Matth. 10.

Luc. 10.

H

Luc. 24.

Ibidem.

1. Cor. 16.

cit, Pa-

A cit, Puſillas habes vires, *& ſeruaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum*, cauſam oſtendit, quod propterea hæc dona promereretur eccleſia, quia nõ ſuis viribus fidit: ſeq; confitens paruas vires habere non in ſe, ſed in domino redempta gloriatur. *Ecce dabo de ſynagoga ſathanæ* ex his *qui ſe Iudæos dicunt eſſe*, nec *ſunt, ſed mentiuntur.* Ecce facturus ſum *illos venire ante pedes tuos* adorare, *& ſcies quia dilexi te, quoniam ſeruaſti verbum* tolerantiæ *meæ.* Hoc nouum eccleſiæ tantum Philadelphiæ tunc promiſit. reliquum enim tempus & præcipue illud circa finẽ mundi prænunciat, quando Iudæi in Chriſtum credentes, eius eccleſiæ ſubiungantur, quę veraciter dicit: Mihi alienigenæ ſubditi ſunt. Nã & de Iudæis *Pſal. 56.* *Rom. 11.* Apoſtolus dicit, quia cæcitas ex parte Iſrael contigit, donec plenitudo gentium ſubintroiret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Et ſcies quia dilexi te, cum tibi videlicet Iudæos, qui de nobilitate quondam generis extollebantur, humiles in fide ſubdidero, & tu cognuſces & ipſi qualem tibi dilectionem exhibeam. Multi enim ex Iudæis ad eccleſiam veniũt, dicentes ſicut ſcriptum eſt: Iacta me in vnam partem ſacerdotii tui manducare panem. Quoniam ſeruaſti verbum tolerantiæ meæ, *& ego te tuebor ab hora tentationis, quæ ventura eſt* vniuerſo orbi terrarum, tentari eos qui inhabitant terram.

B Licet inteſtino exteriorique conflictu indeſinẽter exerceatur eccleſia, & ſiue partialiter ſinguli, ſiue generaliter hic impugnentur variis tentationibus etiam tempus Antichriſti ſignificare venturi, à quo omnem eccleſiam quæ cõſtat in ſuis, liberaturum ſe Chriſtus dominus pollicetur, vt tentatio ruinæ, deceptio cognoſcatur. *Venio cito, tene quod habes*, ne quis alius *accipiat coronam tuam.* Hic electorum numerum quo ſecũdum propoſitum vocatos Apoſtolos memorat, ſtupẽda prorſus conſideratione cognoſcimus. Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii eius oſtendens huic numero nec addi quenquam poſſe, nec minui, cum ſic iſtum propriam coronam dicit amittere, vt alius eam percepturus accedat. Vnde intelligitur nec alium poſſe ſuccedere, ſi quod ille tenuit, perſeueranti fide cuſtodiat. *Matth. 3.* Sic etiam Iudæorum elatio eſt fruſtrata, qui de ſtirpe Abrahæ gloriabantur. Potens enim eſt Deus, inquit, de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, vt certa promiſſio maneret ex munere, & gloriatio carnalis vacuaretur in genere.

C *Qui vicerit, faciam* eum *columnam in templo Dei mei*: Columna in fabricis & munimini congruit & decori ſic & mundi victores in eccleſia eminent munere dignitatis, portant officio charitatis. *Luc. 15.* *Et foras*, inquit, *non exiet amplius.* Exierat iunior filius, id eſt, gentium populus: ſed illius vituli ſaginati morte, id eſt, Chriſti cruore reconciliatus atque redemptus, foras vltra non exit, quippe quem introduxit rex in *Cant. 3. 8.* cubiculum ſuum. & quantiſcumque aut ſchiſmatum aut perſecutionum arietibus quatiatur, non mouetur. Firmum enim fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, *2. Ti. 2.* Nouit dominus qui ſunt eius. Sic & hic *& ſcribam ſuper* illum *nomẽ Dei mei.* quod vilicet filij Dei per adoptionem dicimur. *Rom. 8.* *& nomen ciuitatis Dei mei noua Ieruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.* Titulus nominis, eminentiam dignitatis & pacis inſinuat viſionem. Ieruſalem enim interpretatur viſio pacis. Nouæ autem, propter nouitatem *Rom 6.* vitæ in qua iubemur incedere. Hoc autem Chriſti nomen, *Phili. 2.* quod eſt ſuper omne nomen, non ex tẽpore filio Dei ſucceſſit, *Ioan. 17.* vt idem nouũ dici putetur, cum in eadẽ claritate patri ſemper manſerit coæternus, de qua ad eũ dicit: Quam habui apud te priuſquàm mundus eſſet. Sed nouum, pro humanitate, in qua *Eſa. 43.* *Apo 21.* & mori voluit & mortuus reſurrexit. hinc per prophetam: *2. Cor. 5.* Noua inquit, facio omnia quæ nunc oriẽtur. & Apoſtolus,

D Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua: hinc etiam meruimus Chriſtiano cenſeri vocabulo *Angelo eccleſiæ Laodiceæ ſcribe: Hæc dicit* qui eſt *Amen teſtis fidelis & verus* Quod hic, eſt & Amen ponitur, animaduertendum exiſtimo Amen quippe interpretatum, dicitur verũ ſiue fideliter. Vnde hoc loco ad illam diuinitatis eſſentiam procul dubio redigendum eſt de *Exod. 3.* qua loquens Moyſi Deus, dicit. Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Ipſe enim vere eſt, qui ſemper idẽ eſt. Verũ *Cap. 3.* quia in vnius Chriſti perſona ſuſcepta quoq; humanitas fuerat prædicanda conſequenter dicit. *Qui eſt* initiũ *creaturæ Dei.* Ini- *Prou. 8.* tiũ quippe creaturæ Dei, Chriſtum dominũ propter incar- *40. 10.* nationis myſterium conuenienter decet intelligi, ex cuius

E perſona ſcriptũ legimus: Dominus creauit me initium viarũ ſuarum & Apoſtolus, Habentes fiduciam, in introitu ſanctorũ in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id eſt, carnem ſuam, & ſacerdotem magnum &c. Ipſe enim eſt via, qui patria: ipſe fidei autor, qui etiam conſummator. ipſe. A & ω. ipſe initium, quem nemo præcedit ipſe finis, cui nullus in regno ſuccedit. *Scio opera tua, quia, neque frigidus es, neq; feruens. vtinam frigidus eſſes aut feruens. ſed quia tepidus es, incipiam te ex ore meo* vomere. Poteſt hic quorumdam nobilium ſeculi perſona cognoſci, quos ideo nec calidos dicit eſſe, nec frigidos, ſed potius tepidos: quia cum taleis copia diuitiarum multa circunfluat, operibus tamen pietatis inueniuntur ſteriles, nec ad opera bona vllo miſerationum accenduntur intuitu. Ideo & pauperes tanquam frigidi eſſe negantur & feruidi, quia & diuitijs nõ abundant, quibus tepidi vtendo torpeſcunt: & eas indigentibus non communicando, iuſte bonorum operum notantur carere feruore. Sed etiam illorum hic poteſt ſignificare perſonam, apud quos intra cubiculum ſcripturæ tractantur. foris autem vtrum fideles ſint, ignorantur & fiducialiter ac tute præſumentes, inueniuntur operibus vacui. Ideo neq;

F frigidos, neq; feruentes illos eſſe dicit, id eſt, neq; incredulos, neque fideles. Et quia huiuſmodi tepiditate vtrique ſui nauſeã faciunt. Vomã, inquit, te de ore meo. ſed quia tẽpus eſt pœnitentiæ non ſibi blandiantur falſo nomine diuitum ac potentium, quorum egeſtas cæcitaſq; increpatur & nuditas ſed audiant conſulentem ſibi veraſq; diuitias, videlicet, ſcientiam, pollicentem. Vtriſq; enim cõuenit, vt ne ab imis viſceribus euomantur. Nunc ſibi aurum emant, de quo dicit: Accipite ſapientiam ſicut aurũ, & ſcientiam ſicut argen- *Pro 16.* tum yelimet. ſi quid de ſcripturarum diuinarum fontibus *Nomine* tanquã ſapiẽtiæ lumine radiantes haurire potuerint, opere ipſo perficiant ſiue ille de largitate ſubſtantiæ. viſceribus pietatis ignitis, ſiue iſti de ſcientiæ literatura ſpiritaliter informati. *Pro 13.* Scriptum eſt enim. Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ. De *1. Ti. 3.* illis vero, A b infantia tua ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Bene autẽ aurum conflatum dixit, propter preſſuram perſecutionis: quam ſi eos contigerit pro Chriſto ſubire, oportet deuote ſuſcipere Talis enim de magno tepiditatis excidio vtili compunctione conuerſi, non ſolum ſibi, ſed & aliis eſſe potuerint fru-

G ctuoſi. ipſiq; ſint aurum tribulationis igne purgatum pariter & decoctum. Vt ſis, inquit, diues *&* veſte alba veſtiaris, & *non appareat* in te fœditas *nuditatis tuæ, & collyrio* vnge *oculos tuos vt videas.* Iuſtitiæ operibus deſtitutos tanquã nudos notat. quos etiam arguit cæcitatis. Ille autem veſtimentis albis *Galat. 3* induitur, qui baptiſmate Chriſti veſtitur: & ea fide pollet quæ *Rom. 6* per dilectionem operatur. Quicunq; enim in Chriſto ba- *Galat. 5* ptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, Cum aũt collyrio oculos dicit vngendos, inclinandum cor ad diuina teſtimonia monet. Præceptum enim domini lucidum, illuminans oculos. *Pſal 18* *Ego quos amo, redarguo & caſtigo.* Flagellat enim omnem filiũ *Heb. 12.* quẽ recipit. Crede *ergo & age pœnitentiã.* Oſtendit eſſe Laodiceę qui fuiſſent laudabiliter imitãdi, vel alij corrigendi. *Ecce ego ſto ante oſtium & pulſo. ſi* forte *quis audierit vocem meã, & aperuerit mihi ianuã.* Oſtium vtique cordis ad recipiendũ Chriſtum per fidem & obſequium præceptorum. Sequitur introibo *ad* eum, *& cœnabo cum* eo. *& ille mecum* in throno meo hinc & dominus: Si quis, inquit, diligit me, ſermonem *Iohan 14.* meum ſeruabit: & pater meus diliget, eum, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. Vincenti *dabo ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedeo cum patre meo in throno eius.* Conceſſorem participem poteſtatis dicit atq; *Iohan. 1.*

H iudicii, de qua Iohannes: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. &. Sedebitis mecum in duodecim thro- *Mat 19.* nis, iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Qui habet*, aures, *audiat quid ſpiritus dicat eccleſiis.* Aures hic cordis ad mandatorum obedientiam intelligi conuenit. Oſtendit autem quod illa quæ ſingulatim denominans admonebat eccleſiam, nunc generaliter eccleſiis allegat prædicanda, deſcriptiſq; eccleſiæ operibus, quæ eſſet & qualis futura prædici oporteret, racapitulata Chriſti natiuitate, eadem aliter dicturus.

Poſtea, inquit, *vidi.* Poſt ipſam vtique viſionem ſe alterã *Cap 4.*

memo-

A morat vidiſſe. non geſtorum eſt diuerſum tempus, ſed viſionum. ac ſi quis vnã rem diuerſis modis enarret, narrationes habebunt diuerſum tempus, non illud quod vno tempore geſtum eſt. ſic totum tempus eccleſiæ diuerſis figuris repetit enarrandum. *Ecce*, inquit, *oſtium apertum in cælo*. Oſtium apertum, Chriſtum dicit natum & paſſum ac ſuſcitatum, qui eſt ianua, ipſo dicente: Ego ſum oſtium. Cælum eccleſiam dicit eo quod ſit habitaculum Dei vbi cæleſtia geruntur. Hoc eſt quod ſicut in cælo voluntatẽ Dei, ita fieri poſtulamus in terra. Aliquando autem cælum & terram & eccleſiam dicit, propter terram quæ & cælum conſiſtit, ſiue cum infideles rectis fidelium prædicationibus acquiruntur, ſiue cum caro ſpiritui ſubditur, ſiue cum terrena cæleſtibus reconciliata iunguntur. *Ecce vox illa prima quam audiui vt tuba loquentem mecum: Aſcende huc*, inquit, *& oſtendam tibi quæ fieri poſt hæc oportet*. Vox prædicatio. ideo dicitur: Quaſi tuba exalta vocem tuam. Aſcenſus eſt, quando cum deſpectu mundi venire ad eccleſiam quiſque vel compellitur, vel meretur. A conualle autem plorationis aſcenditur ad huius apicem dignitatis. hinc legimus: Venite, aſcendamus in montem domini & ad domum Dei Iacob, & docebit

Matt. 6. Luc. 11. Iſai. 58. Iſaia 2.

B nos vias ſuas. Sed etiam fideles ad cælum innitantur aſcendere, quando non quæ ſuper terram, ſed cæleſtia appetere iubentur & ſapere. Nam & quando rudis quiſque in eccleſia Chriſtum paſſum, reſurrexiſſe & aſcendiſſe docetur ad patrem, & ſuper his quiſque ſpiritaliter eruditus & doctor, eundem ſecundum formam Dei contemplatur, in parte iuſti aſcendere dicitur, credita myſteriorum ſecreta viſurus. Hinc dominus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum, tactum, volens credulitatem intelligi. *Statim fui in ſpiritu, & ecce vidi thronum poſitum in cælo, & ſuper thronum ſedentem. Et is qui ſedebat, ſimilis viſui erat iaſpidis.* Iſtæ comparationes eccleſiæ conueniunt, quam dominus induturus eſt. Iaſpidis colorem, aquam ſardinis, ignem ſignificare puto, quibus duobus iudicium nouimus celebrari: primo per diluuium, in ſeculi autem fine per ignem. *Et arcus*, inquit, *erat in circuitu throni, ſimilis viſui ſmaragdino*. Arcus, quoniam poſt diluuium ſecuritatis præceſſit indicio, nunc eccleſiæ ad propiciandum Deum conuenienter aptatur. Nam cum nubes imbriferæ ſplendore ſolis fuerint radiatæ, arcus ſpeciem reddunt, ad cuius com-

Colo. 3. Iohan. 10.

C parationem cum ſanctorum animæ ſole iuſtitiæ, quod eſt Chriſtus, fuerint illuſtratæ, eorum interceſſu diuinitas propiciari dignatur. *Et in circuitu throni, ſedilia vigintiquatuor*, in quibus *ſeniores ſedentes* erant *viginti quatuor, circumamicti* veſte alba, & ſuper capita eorum coronæ aureæ. Seniores totam eccleſiam dicit, ſicut per Iſaiam. Regnauit dominus in Sion & in Ieruſalem, & in conſpectu ſeniorum eius clarificabitur. Vigintiquatuor autem præpoſitos complexus eſt ſimul & populos, tanquam duodecim tribus Iſrael duplicans, propter geminum teſtamentum quia & in veteri & in nouo eadem formatur eccleſia, id eſt, quoniam eccleſiã in duodecim oſtendit apoſtolis. omne ſcilicet corpus præpoſitorum, ſicut & inuenimus in deſcriptione ciuitatis de cælo deſcendentis Ieruſalem. Iſti vigintiquatuor throni, excepta officiorum diſtributione duodecim ſunt, quia & præpoſiti ex duodecim tribubus promouentur. Sed duodecim throni, excepto myſtico numero, vnus eſt thronus, id eſt, eccleſia. Solus enim dominus Chriſtus ad iudicandum ſeſſurus eſt. ſedebit autem in ſede, id eſt, eccleſia, iudicis duodecim tribus: ſed in Chriſto, in quo ipſa eſt tota, ſedebunt

Iſai. 24. Apo. 21.

D & iudicabunt membra, ſed in vnum & per vnum caput. Aliter poſſunt vigintiquatuor ſeniores in illis intelligi, qui perfectionem quæ ſenario numero commendatur, clara euangelii prædicatione conſummant. nam quater ſeni, vigintiquatuor faciunt. *Et ex illorum throno* exeunt *coruſcationes & voces & tonitrua*. Tonitruis & vocibus, prædicatio veritatis: coruſcationib. miraculorũ figurãtur inſignia, ſicut in euangelio: Illi aũt, inquit, profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante & ſermonẽ confirmãte ſequentib, ſignis. Itemq; Vox tonitrui tui in rota apparuerunt fulgura tua orbi terræ. His n. tanquam nubib. præceptis tonãtibus miraculiſq; fulgentib. mundus tremefactus, formidauit & credidit. *Et ſeptẽ phialæ ignis ardentes* erant in conſpectu throni. Illæ ſeptem phialæ ſunt ſeptem ſpiritus Dei. Si ſe

Mar. 16. Pſal. 76.

E ipſe non exponeret, in his ſeptem ardentibus phialis ſpiritum ſanctum nos intelligere conueniret, ſiue quod ignearum forma linguarum apoſtolis infuſus eſt, ſiue propter eius memorabilem ſeptenariam operationem quanto magis nunc, quando ipſe ſubiunxit, Qui *ſunt*, inquiens, *ſeptem ſpiritus Dei*: Vbi autem conuenientius ſpiritus ſanctus diceretur adeſſe, quam in baptiſmatis tempore, quando vnumquemque fidelium enim credim⁹ rite percipere, quod nunc aquarum videtur mentio facta ſignare. Hoc n. ſequitur, dicens: *Et in conſpectu throni mare vitreum, ſimile cryſtallo*. In mari vitreo intelligitur baptiſmum, vbi corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. propter fidem quippe refertur ad vitrum non enim aliud in vitro videtur exterius, quam quod geſtat interius. Nec inaniter in conſpectu throni hoc baptiſma eſſe commendat, niſi quia poſſunt hoc hæretici quoq; foris habere vel dare. Sic ergo dicit, In cõſpectu throni, ſicut Moyſi dictum legimus: Eſt locus penes me Vel ipſe in Deuteronomio præmonet, dicẽs: In loco quẽ elegerit dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. quibus omnibus ſingularem eccleſiæ declaratam nouimus vnitatem, vbi baptiſma trinitatis haberi poterit

Rom 10. Exo. 33. Deut. 12. 14. 16. 26.

F ad ſalutem, quod foris generatus habet ad perniciem: non quia malum eſt quod datur, ſed quia male vtitur cui datur, ſicut buccella manu domini Iudæ porrecta. Quid autem alia editio ante ſolium tranſtulit mare vitreum eſſe, in ſolio poteſt ſedes futuri iudicii præſignari ſalubriter. Itaque vidimus ante iudicii tempus ſalutatis baptiſmi concedi remedium, vt non reos & nudos, ſed iuſtificatos atque munitos futurum poſſit inuenire iudicium. Quis enim ſaluaretur, ſi mundum Deus, baptiſmo necdum conceſſo, vellet præuenire iudicio? Cryſtallo aqua munda & ſtabilis credulitas figuratur, quæ non circunferatur omni vento doctrinæ, quippe in Chriſto habens fundamenta ſubnexa, qui fundauit terram ſuper aquas. Medio autem throno *& in circuitu throni quatuor animalia plena oculis ante & retro*. Quatuor animalia, ſunt euangeliſtæ quatuor: quib. propter congruentiam narrationis in ſingulis eminentem, ſpecialis videtur coaptari proprietas, ſicut quidam voluerunt: Matthæo hominis, Marco leonis, Lucæ vituli, aquilæ Iohanni. Cum autem omnium vnum ſit euangelium, ideo quatuor principaliter demonſtrantur, propter quatuor paradiſi flumina, quibus orbis irrigari traditur vniuerſus, ſicut horum prædicatione inſtruendus totus creditur mundus. Siquidẽ eccleſia ſæpe paradiſus accipi ſolet. Oculos ſane ante ſe & retro ob hoc animalia dicuntur habere, ſiue quod luminibus ſcientiæ plena, ſiue quod perfecte noui & veteris teſta-

Iohan. 13. Ephe. 4. Pſal. 23. Gene. 2.

G menti vniuerſa contineant ſacramenta. Fides enim quæ gemino teſtamento profertur, omnium temporum complectitur viſu. Cum ergo quid ante in veteri tantum teſtamento cõgruebat, quid nouo ſuccedente claruerit reuelatum, quid ve his docentibus ſperandum fore cognoſcimur, iſtis omnifarie quodammodo animalia probantur fulgure luminib. Præterito namq; tempori tanquam anteriora promiſſa diſpenſatio Chriſti domini deputatur: quæ ſicut prædicta à prophetis legitur, peracta etiam per docetur. præſenti, credulitatis augmenta & eccleſiarum conueniunt incrementa. futuro, bonorum malorumque diremptio, qua iuſtos in vitã, impios in pœnam futuros credimus deputandos. His quoque vtriuſque concordiam teſtamenti nouimus prẽſignari, cum poſteriora prioribus, id eſt, noua veteribus, iiſdem probantur oculis, quæ pariter refulgere & inter ſe plena fidei veritate concinere, cum verbi gratia, in veteri teſtamento agno occiſo, quinquaginta diebus exactis datur lex ad timorem, ſcripta digito Dei in lapideis tabulis. Nunc quando paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus id eſt, iuxta Iohannem, agnus Dei qui tollit peccata mundi, peractis

Mat 25. Iohan 5. Exo. 23. 19. 20. 1. Co 5. Iohan 1.

H quinquaginta diebus, ſpiritum ſanctum diſcipulis mittit de cælo promiſſum. quem in ſacris ſæpe paginis digito Dei legimus nuncupatum, per quem vetuſta lapidei cordis remota duritia, charitas datur, qua timor furis protinus pellitur, vt lex quæ ante infirmis difficilis fuerat, impleretur. Charitas enim Dei diffuſa eſt in cordib. noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. quo operante, Deus gratis colitur, non tam timore pœnæ, ſed dilectione iuſtitiæ. Nam & ipſum caput noſtrum, cum & paſſum reſurrexiſſe, & nunc

Actuum 2. Exodi 8. 13. Luc. 11. 1. Ioh. 4. Rom 5.

A ad patris dexteram ſedere, & venturum iudicem ſolenniter prædicamus, his tanquam luminibus quatuor animalium irradiatur eccleſia. Qui euangeliſtis prædicantibus cognoſcit hæc omnia, intentum etiam docet monetque lectorem, quod & in medio throno animalia memoret, & in circuitu throni eadem quatuor animalia. ac ſi diceret, In medio eccleſiæ euangelium, & per circuitum orbis fructificante eccleſiam. id eſt, euangelium. quia etſi numerus prædicatorum augetur, vnius tamen euangelii veritas, nullius vnquam nouitatis diuerſitate mutatur. Idem quippe creſcendo perſeuerat in orbe, quod intemeratum manet in origine. hoc eſt in medio throno, & in circuitu throni. Item cum ſuperius dixerit vidiſſe ſe ſuper thronum ſedentem, & in circuitu throni ſedilia viginiquatuor, in quibus ſeniores erant ſedentes vigintiquatuor, circumamicti veſte alba, ſubſequenter in medio, inquit, throno & in circuitu throni quatuor animalia. Cum enim nos velit aliud ſedentem, aliud ſeniores, aliud quatuor animalia vocabulorum diuerſitate cognoſcere, vnius tamen throni nomine, vno cuncta videntur loco miſcere. vbi intelligitur, quod euangelia in ſenioribus, & ſeniores in euangeliis. neque enim poſſunt ab alterutro ſeparari. ſic enim potuerunt eſſe animalia in circuitu ſedis, vbi
B ſeniores eſſe iam dixerat, in medio quoq; throno, in Chriſti videlicet corpore, quod eſt eccleſia: vbi nec ſeniores ſine euangelio, nec euangelium abſque ſenioribus eſſe ſanus permittit. *Animal primũ ſimile leoni.* Licet ſuperius multorum patrum expoſitionem de animalibus maluerim præ-locare, ordinem tamen hic relationi intendens, quod primum animal ſimile dicit eſſe leoni, Matthæo magis vultum adſero conuenire leonis, qui & euangelium in Iudæa primus ſcripſit, & in Chriſto regiæ dignitatis & proſapiam narrat, & gloriam inſignanter prædicat. Hunc denique ordinem beatus etiam Auguſtinus ſuadet adſequendum Matthæo leonis, Marco hominis perſonam adſignãs, qui propter humana videtur in Chriſto geſta narraſſe. Tertium vituli, quæ Lucæ congruit propter vituli ſaginati hoſtiam ſingularem. Porro autem Iohanni rectius aquilæ ſignificatio deputatur, qui verbi Dei celſitudinem & perſpi-
C cacitet videre, & veraciter meruit prędicare. Quocirca hinc eccleſia regiæ maieſtatis fortitudine fungitur & decore,
Apoc. 5. Ge. 49. quia vicit leo de tribu Iuda. Catulus enim leonis Iuda, ex cuius tribu reges populo præeſſe ſolebant. *Et ſecundum animal ſimile vitulo.* Huius eccleſiæ virtus in vitulo etiam, prima ſcilicet victima illa ratione ſignatur, qua adhuc quiſque
Rom 12. fidelium vincit, quando pro Chriſto mactatur. Exhibete, inquit, corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum, vt quod caput pro corpore, corpus mereatur implere pro capite. Pro-
Luca 1. pterea & à Zacharia orſus eſt ſacerdote. *Tertium animal habens faciem* quaſi humanam. Illam hic humilitatem eccleſiæ
Rom 8. commendari puto, quia cum ſpiritum adoptionis filiorum
1. Cor 4. Dei perceperit, habeatque hunc theſaurum in vaſis fictili-
2. Cor 12. bus, libenter tamen humilis gloriari maluit in infirmitatibus ſuis, quam extolli virtutibus acquiſitis, pie ſequens
Phili. 2. magiſtri veſtigia, qui factus obediens vſque ad mortem, di-
Mat 11. cebat. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. *Quar-*
D *tum animal ſimile aquilæ volanti.* Eccleſia ſpiritalibus mẽbris cæleſtia meditantibus volare deſcribitur, quæ nullo viſu terrenæ cupiditatis illecta, duorum teſtamentorum gubernaculis regitur ſublimius prouehenda. Nam iſtis ſimilitudinibus vultuum, Chriſti quoque perſona conuenienter aptatur, homini videlicet, quem non imaginarie, ſed propriè veraciterque ſuſcepit. Tribus vero reſiduis, quas figuralis comparationis gratia geſſit. ipſe enim leo de tribu Iuda, victor mortis illatæ, quia leo fortiſſimus beſtiarum, ad nul-
Pro 30. lius pauebit occurſum. Vitulus, qui pro mundi ſalute mactatus, inſigniore victima commendatur. Aquila, quod & deſurſum ima mortalitatis noſtræ petierit, atque iſtinc rurſus ad ſedem cæleſtem aſcenderit. *Et quatuor animalia habebant ſingula alas ſenas* per circuitum. Et in animalibus oſtendit vigintiquatuor ſeniores, nam ſenæ alæ quatuor animalibus, vigintiquatuor alæ ſunt, etenim per circuitum throni vidit animalia, vbi ſe dixerat ſeniores vidiſſe. Quomodo autem animal, cum ſex alas, poteſt ſimile eſſe aqui-

E læ, qui habet duas * alas, niſi quatuor animalia vnum ſunt? quæ habent vigintiquatuor alas, in quibus intelligimus vigintiquatuor ſeniores, qui ſunt eccleſia, quam ſimulant aquilæ, quæ ſunt duæ alæ, id eſt, duo teſtamenta. quibus ſubuecta, ſurſum attollitur, ne implicita terrenis affectionibus, detardetur. Aliter ſenas alas propter ſenarii numeri perfectionem poſitum arbitror, quia in ſexta ætate, id eſt,
Galat. 4. adueniente plenitudine tẽporum, hæc Apoſtolus peracta commemorat. in nouiſſimo enim animali concluſit omnia, quatuor enim ſunt, ſicut & euangeliſtæ. Vnumquodq; animal & ſuam & trium poſſidet formam, ſicut per Iezechielem hæ ſedes & eadem animalia deſcribuntur. Vnumquodque quatuor formas dixit habuiſſe. & illas formas quas hic in Apocalypſi leonis, vituli, hominis, aquilæ, has quatuor vnumquodq; animal habebat, vt ſi qui vnum horum vidiſſet, quatuor vidiſſet. Vnde intelligimus, ſingula in ſolidum eſſe & rotas eiuſdem throni ita deſcribit, vt vna rota quatuor partes mundi reſpiceret. quod ſit & veluti rota & eiuſdem facturæ omnes quatuor, vt id eſt, &
F vna quod quatuor, ne eſſet locus, vbi non thronus perfectus eſſet. nec ab aliqua parte mundi conuerſus ſecederet, inde per circuitum vniuerſum videlicet orbem poſſeſſura terrarum. Erant *plena oculis* ante ſe & retro. Vel ſicut alia tranſlatio dicit, *intus* & foris. Intus, eo quod dignum ſit
1. Cor. 4. euangelii lumen occultum. Si enim opertum eſt, inquit, euangelium noſtrum in his qui pereunt, eſt obuelatum. Aliter, ante & retro, quod vbicunque fructificans dilatetur eccleſia, in lumine vultus Dei ambulat, & reuelata facie
2. Cor. 3. gloriam Dei ſpeculatur. Aliter, ante & retro alas ſenas, quæ vigintiquatuor ſubſummantur, veteris teſtamenti libros inſinuat, quos eiuſdem numeri canonica autoritate ſuſcipimus, tanquam vigintiquatuor ſeniores tribunalia præſidẽtes. Ideo autem eſt noui teſtamenti prædicatio fructuoſa, quia teſtimoniis veteris fulta firmatur. Hoc tenet eccleſia ante & retro, id eſt, & tunc ſub lege, & nũc ſub gratia. *Quæ*
Iſaie 6. *non habebant requiem, nocte ac die* dicentes: *Sanctus Sanctus Sanctus dominus Deus omnipotens, qui fuit, & eſt, & venturus eſt.* Cum eccleſia circumquaq; diffuſa in ſingulis membris, ꝓfeſſionibuſq; diuerſis, vrbibus, regionibus, prouinciis lin-
G guis & gentibus variis, indeſinenter Deum ore & opere in aduerſis & proſperis laudat, die ac nocte dominum laudare non ceſſat, manente intellectualis creaturæ perpetua in cæleſtibus laude ſuper Ieruſalem, ad cuius ſe inſtar informari peregrina lætatur eccleſia. *Et cum* dederant *illa animalia* claritatem *& honorem & gratiam ſedenti* in throno, *viuenti in ſecula ſeculorum.* ſtatim cadebant in faciem *vigintiquatuor ſeniores* in conſpectu throni, *& adorabant viuentem in ſecula ſeculorum*, mittentes *coronas ſuas ante thronum.* Secundum præmiſſam intelligentiæ formam, ex diuerſis membris vniuerſa ædificari videtur eccleſia. nam quando animalibus perſonantibus laudem, id eſt, euangeliſtis prædicantibus & frequentantibus Chriſti diſpenſationem, quæ in trium temporũ ſumma conſiſtit, vigintiquatuor ſeniores, id eſt, omnis eccleſia, quæ in præpoſitis conſtat & populis,
** cad.* ſtatim * cadens in faciem, adorant viuentem in ſecula ſeculorum. Huic denique ſenſui Paulus apoſtolus proteſtatur & dicit: Si conuenerit vniuerſa eccleſia in vnum, & omnes pro-
1. Cor 14. phetent, intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. occulta quoque cordis eius manifeſta fiunt: & tunc cadens in faciem, adorabit
H Deum, pronuncians quod vere Deus in vobis eſt. Mittentes coronas ſuas ante thronum. Deo videlicet adſignantes, quicquid virtutis quicquid habeant dignitatis. Illi enim quicquid boni conquiritur, hic tribuetur, à quo ille qui vicerit, adiuuatur. Cuius in euangelio actionis figura præceſ-
Mat. 21. Mar. 11. Luc. 19. Iohan. 12. ſit, quando præcedens populus dominum, ſternebant veſtimenta ſua in via. accepteruntque ramos palmarum, procedebant obuiam ei & dicebant: Benedictus qui venit in nomine domini, rex Iſrael. Victoria coronarum, palmarum ſigno aptius comparatur. Dicentes: *Dignus es domine Deus noſter accipere* claritatem *& honorem &* poteſtatem, quoniã *tu creaſti* omnia, & ex tua poteſtate hæc ſunt conſtituta. Vel ſicut alia editione tranſlatum inuenimus, *quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt.* Erant ſcilicet & in arte, priuſquam formarentur in opere. Crea-

ta ſunt

A

ta ſunt autem, vt in ſuis quoque naturis ſecundum præſcriptos in Dei ſapientia terminos etiam viſibiliter extinſſent. Quæ autem ſequuntur, alterius libri tractanda ſumantur exordio.

CAPITVLA LIBRI SECVNDI.

I. *Libri ſignati ſignis ſeptem dignitas, acceptio patefacti memoratur & viſio.*
II. *Primo ſigno, equi albi narratur inſpectio.*
III. *Secundo equus rufus, & niger tertio memoratur.*
IV. *Equum quarto ſigno pallentem.*
V. *Quinto ſigno ſub altare Dei animas occiſorum.*
VI. *Terræ motus, ſolis obſcuritas, in * ſanguine lumine conuerſo, ſtellaſque caſuras.*
* ſanguinē lunæ conuerſio.
VII. *Quatuor angeli tenere quatuor terræ angulos perhibentur.*
VIII. *Numerus ſignatorum de ſingulis tribubus memorantur.*
IX. *Ventura ex gentibus prædicatur innumerabilis multitudo.*
X. *Agnus qui in medio throni eſt, reget eos.*

B

PRIMASII IN APOCALYPSIM LIBER II.

LEGEM Dei poſſe tribus modis intelligi, etiam multipliciter, recta duntaxat expoſitione cognoſci, eiuſdē teſtimoniis perdocetur. ſicut n. in Salomone legimus, Scribe ea tibi tripliciter, ita in libro Iob ſcriptum meminimus: Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quod multiplex eſſet lex eius. Verum quia vno ſpiritu probata, ſibi aduerſari nullatenus poſſunt, probabili ratione vtrunque conſtare facile demóſtratur. Hoc tantum eſt principali ſolicitudine conſeruandum, vt ſacris voluminibus exponendis illos ſenſus adhibere curemus, qui nec ab ipſorum locorum veritate reſiliant: quin potius autoris animam intentione ſobria penetrantes, ſalubriter proferant, & qui fidei regulis coaptati, conſona ſemper veritati reſpondeant. Neque n. & illud ſibi contrarium videri putandum eſt, quod cum ſpiritus Dei legaliter inſinuetur vnicus vel ſimplex, idem perhibetur etiam multimodus vel multiplex, ſicut ſe tranſlationum diuerſitas habet. Simplex vtique ſingulari proprietate naturæ multiplex diſtributionibus gratiæ. vel cum tribus modis legatur peccatorum remiſſio celebrari, baptiſmate, pœnitudine atq; martyrio, iuxta pſalmum, quod canimus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. vt baptiſmo remitti, pœnitentia tegi, martyrio non imputari credantur. Alii tamen patres ſeptem modis dixerunt relaxari, addentes eleemoſynas debitæ remiſſionis acquiſitioni, proximi ab errore cohibiti, & abundantiam charitatis, per quam cooperiri abundantiam legimus peccatorū. Poſſunt autem intra illos tres modos iſti quoque comprehenſi manere, qui latius clareant expediti. Quorum iſta præmiſerim, ſequentis mox lectionis docebit excurſus. exponendis namque locis arduis properantes nolumus aut temeritatis progreſſu notari, aut paternæ traditionis obliuioſi ab aliquo iudicari.

Prou. 7. 22.
Iob. 11.
C
Iob. 9.
Sapien. 7.
Pſal. 31.
1 Pe. 4.
Pro 10.
D

Et vidi librum in dextera Dei *ſedentis ſuper thronum, ſcriptum intus & foris, ſignatum ſignis ſeptem.* In dextera, in Chriſto dicit. ipſe eſt enim brachium Dei, ipſe dextera patris, ſiue in ſumma beatitudine. Librum ſcriptum intus & foris, vtrunque teſtamentum. A foris, vetus quod videbatur: ab intus, nouum quod intra vetus latebat. Hinc Apoſtolus Hebręos alloquitur, dicens: Non enim acceſſiſtis ad tractabilem ignem & turbinem & caliginem & procellam & tubæ ſonum & vocem verborum: quam qui audierunt, excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbum. non enim portabant quod dicebatur &c. Nunc autem ſpiritalibus ſpiritalia comparantes, non contemplamur quæ videntur, ſed quæ non videntur. quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna: Propterea autem vnus liber dicitur, quia nec nouum ſine vetere, nec vetus ſine nouo. Nam vetus nuncius eſt & velamen noui, & nouum adimpletio & reuelatio veteris. quia & vetus quamuis à foris eſſet, non totum apparebat, non totum latebat. Vel vt clarius exprimatur, omnis diſpenſatio ſaluatoris, libri hic nomine frequentatur, quæ in vtroque teſtamento vel promiſſa legitur, vel peracta. Signatum ſignis ſeptem, multifaria myſteriorum latitantium plenitudine tectum, inde & à monte vmbroſo & condenſo. Et licet ſeptenarius numerus vniuerſitatem ſolicite complectatur, arbitror tamen ſeptem modos tanquam ſeptem ſigna in ſcripturis diuinis exercitiis palam debere quæri, & pro ſe neceſſario reperiri non tantum proloquiorum, quos etiam mundani autores in ſuis dictionibus regulariter Deo reuelante animaduertere potuerunt. ſed etiam intelligentiæ ſalutaris, qui ſoli ſpecialiter Chriſto reſerandæ dicuntur manſiſſe repoſiti. Quamdiu enim aquam in illis ſex hydriis tanquam ſex ætatibus idem dominus conuertiſſet in vinum, id eſt, vetus teſtamentum intelligendum ſpiritaliter perdoceret, nec debriare feruore ſpiritus lex quenquam poterat. Et illa ſigna clauſa hactenus permanebant. quocirca ſacris diligenter paginis perſcrutatis, ſeptem primum modis locutionis videmus facile comprehendi, i. indicatiuum, pronunciatiuum, imperatiuum, optatiuum, coniunctiuum, infinitiuum & imperſonalem. vt verbi gratia, indicatiuum ſit in eo quod legimus, Indicabo tibi homo quid ſit bonum, & quid dominus quærat à te. vtiq; diligere iudicium & facere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cū Deo tuo. Et, Ego dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernas te in via qua ambulas. Itemque cum quæritur, Quis eſt iſte qui venit de Edon, tinctis veſtibus de Boſra? iudicando reſpondetur, Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Pronunciatiuus, Audi me Iacob, & Iſrael quem ego voco. ego primus & ego nouiſſimus, & abſq; me non eſt Deus. Itemq;, Quare dicit Iacob & loqueris Iſrael, abſcondita via mea à domino, & à Deo meo iudicium meum tranſiit? Nunquid neſcis aut non audiſti, Deus ſempiternus dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet neq; laborabit, nec eſt inueſtigatio ſapientię eius, qui dat laſſo virtutem? Vel, Ecce dies veniēt, dicit dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum. Imperatiuus, Non accipies nomen domini Dei tui in vanum. &, Non habebis Deos alienos pręter me, vel his ſimilia. Et, Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Optatiuus, Vtinam attendiſſes mandata mea, & facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris. &, Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. &, Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Cōiunctiuus, Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiū de cunctis populis. mea eſt n. omnis terra, & vos eritis mihi regnum ſacerdotale & gens ſancta. Alibi quoq;, Habitabo in illis & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Vel, Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, vtiq; auertiſſem eos à peſſimis cogitationibus ſuis. Infinitus porro modus, qui & in ordine ſextus eſt, Scire & intelligere dominum, & facere iudicium & iuſtitiam in medio terræ. Itemq;, Continere à malo, intelligentia. Imperſonalis, Quis adiuuit ſpiritum domini? cū quo iniit conſilium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitā iuſtitiæ, & viam prudentiæ oſtendit illi? Vel in hoc quod eſt ſcriptum, Quis eſt in vobis qui audiat hoc, attendat & auſcultet futura? Et, Quis eſt homo, qui timet dominum, legē ſtatuit ei in via quam elegit? Vel, Intelligere legē, ſenſus eſt optimi, Et Quis loquitur potentias domini? & cætera his ſimilia, quæ ſingulis poterunt modis cōgruenter copioſius applicari. Hæc inquam verbis facile reperimus. Hoc autem nunc inſtus ordo depoſcit, vt in ipſis proprie rebus tanquā ſeptem ſignis regulares intelligentiæ formas congruis teſtimoniis coaptemus, vel ipſa potius teſtimonia eiſdem regulis ſeruire probabiliter doceamus. Præmiſſos enim locutionis modos, etſi congruum vtcunque videtur, ad illud tamen quod quærimus, exiguum iudicatur. Ideo namque librum ſignatum ſignis ſeptem dicit, quia ſecretus * altius

Cap. 5.
Heb 12.
1. Co. 2.
2 Co. 4.
E
F
Mich 6.
Iſai. 48.
Iſai. 63.
Ibidem.
Iſai. 48.
Iſai. 44.
Iſai. 40.
G
Iere. 31.
Hebr. 8.
Exo 20.
Iſai. 58.
Iſai. 48.
Pſa. 118.
Pſal. 38.
Exo. 19.
Leu. 26.
2. Co. 6.
Iere 11.
Iere 23.
Ierem. 9.
Mich. 6.
Iob. 28.
Iſa. 40
H
Pſal. 24.
Pſa. 105.
* Alias.

A

tius modus, qui ibidem ante latuiſſe, ipſius autem Chriſti diſpenſatione adſerit patuiſſe, admonet indicandus. Inquirentibus itaque nobis ſcripturam, primus hiſtoriæ actionis textus occurrit: ſecundus allegoriæ geſtus: tertius, vtriuſque modus agnoſcitur: quartus de incommutabili diuinæ trinitatis eſſentia, quando propriè, quando tropicè ſacris inſinuetur oraculis: quintus parabolarum, quia tam relatu quam actu conficitur, vt quando aliud dicitur, & ſcripto aliud inuenitur, ad paſtum ſpiritalis intelligentiæ animus erigatur. Sextus de gemino ſaluatoris aduentu, vel ad eos pertinentia. ne aut primus pro ſecundo, aut ſecundus intelligatur pro primo, vbi grandi intentione regula diſcretionis eſt adhibenda. Hinc enim & Iudæorum mentes adueniente domino caligabant, & nunc vſque eadem ignorantiæ, cæcitate laborant intantum, vt nonnunquam de ipſis quoque peccatis hominum & tranſgreſſionibus aliquorum prophetia prætendatur operum futurorum, aut ſecreta ſpiritalium ſeorſum. Ille porro modus, id eſt, ſeptimus, quo ſic diuinis præceptis inſtruimur, vt certa vitæ agendæ forma, aliis vero vitæ ſignificandæ figura regulariter

B

innoteſcat ſolicita intentione tractandus eſt. in his & quid foris ſcriptum & quid intus ſit, diſcrete cognoſcitur. Sed iam exemplis præfatos modos nos conuenit docere. Hiſtoricus idem qui primus eſt, indicat nobis vnum Deum

Deut. 9.

eſſe hoc modo: Audi Iſrael, dominus Deus tuus Deus vnus eſt. & quod ab ipſo facta ſint omnia, vel his ſimilia. Secun-

Gen. 24.

dus allegoriæ, vt eſt illud, quod Abraam ſeruum ſuum tanquam nouo & inſolito obtinet iuramento, dicens. Mitte manum tuam ſubter femur meum, & iura mihi per dominum Deum cœli. Quod ideo figuratum agnoſcitur, quod non vſu omnium generaliter frequentatur, niſi Abraam & Iacob propheticis ſpecialiter patriarchis, de quorũ femore Chriſtus ſperaretur corporaliter naſciturus. Nam quod ex omnibus fidelibus Iſrael puella regi Dauid quæritur, & in-

3. Reg. 1.

uenitur tam feruens, vt algentis membra lenis congruo fouens calore mulceret: tam caſta, vt calefactum ad libidi-

Num. 25.

nem non prouocaret. Vel quod populus in eremo igniis ſerpentibus flagellatus, ænei conſpectione ſerpentis à ſerpentium morſu liberauit. Typice mutauit Dauid vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abiit, cum

1 Re 21.

io libro Regum coram Achis rege, Dauid vultum ſuum

C

mutaſſe legatur, quando tympanizans ad oſtia ciuitatis, propriumque corpus ſuis manibus portans, & ſaliuam ſuper barbam ſuam decurrere faciens, vel cætera more inſanientis exercens, typum dominicæ paſſionis expreſſit. Cum ergo mutatus nomine pro Achis Abimelech, legentem admonuit ex ipſis interpretationum nominibus, latens altius penetrare myſterium. Abimelech enim interpretatum, dicitur patris mei regnum. Tunc ergo Dei filius Ieſus Chriſtus coram regno Dei patris ſui, id eſt, coram Iudæis, vultum ſuum commutauit, quando in forma ſerui humilis veniens, factuſq; obediens vſq; ad mortem crucis,

Phili. 2.

quod propriæ in tympano figuratur. Iudæorum incredulitate deſpecta gentibus voluit euangelium prædicare, ex quibus ſibi eccleſiam conquiſiuit. Hoc enim eſt. Dimiſit eũ & abiit, quod apertæ Paulus apoſtolus dicit. Vobis qui-

Act 13.

dem miſſum eſt verbum hoc. ſed quoniã repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad

Mat. 21.

gentes, vel illud in parabola vineæ, Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis. Ex hac pene regula, illius quoq; locutionis ſpecimen puto deſcendere, quo legi-

Pſa. 113.

Pſa 97.

Iudic 9.

mus: Montes exultauerũt velut arietes, & colles velut agni ouium, & Flumina plaudent manibus. itemq;, Ambulauerunt ligna vngere ſuper regẽ. His a. modis non quod actum

D

contigit intimatur, cum hoc vtiq; deneget impoſſibilitas eis naturalis, ſed aliquid per congruã ſignificationẽ tranſlatæ deſcribitur. His quoq; modis parabolas rerum à parabolis puto diſcerni verborum. Sextus ſane modus, quo vtique Chriſti dignoſcitur aduentus, id eſt, quæ ad primum, quę localiter referenda ſint ad ſecundum, aliud eſt cernere, id eſt, primus ſibi humiliationis vendicat loca, ſicuti eſt quod

Deu. 18.

Moyſes dicit: Prophetam vobis ſuſcitabit Deus ex fratri-

Baruc. 3.

bus veſtris ſicut me. illum audietis. itemq;, Poſt hæc in terris viſus es, & cum hominibus conuerſatus es. Et iterum. Non eſt ſpecies ei neq; decor, & vidimus eũ, & non erat ei

E

Iſa. 53.

aſpectus, deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolo-

Idem

rum Et poſt paululum, Languores noſtros ipſe tulit &c. Et

Ibidem.

iterum, Sicut agnus ad occiſionem ducetur, & ſicut ouis coram tondente ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. De ſecundo autem aduentu legimus, Deus manifeſtus veniet

Pſa. 49.

Deus noſter & non ſilebit. Et, Aſpicient ad te quem confi-

Zach. 12.

xerunt. Malachias quoq; dicit, Accedam ad vos in iudicio,

Mala. 3.

& ero teſtis velox ſuper maleficos & adulteros & periuros, & qui calumniãtur mercedem mercenarii &c. Quod autem diximus de peccatis quorundam hominũ, aliquid ſæpe figurare propheticum, ibi maxime intus & foris indicia videtur emicare ſignorum. Publicum nanq; peccatum Dauid

2 Reg. 11. 12.

de vxore Vriæ Ethæi patebat, ſed de ipſius opere malo propheta nobis boni aliquid figurauit. Bethſabee quippe in-

Gen. 21

terpretatur puteus ſatietatis, ſiue puteus ſeptimus, quo propriè ſignificatur eccleſia. Quam Chriſtus ſeparato ab ea, occiſoque diabolo, cuius non legitimo conſortio tenebatur, ſibi ex gentibus ſociauit. De hac etiam in Cantico

Cant 4.

canticorum legimus, Puteus aquæ viuæ. cui numero iſte coniungitur, propter ſeptenariam operationem ſpiritus-

2 R.

ſancti. Nam & in nomine Vriæ Ethæi, euidenter oſtenditur

3. Re 5

diaboli ſignificari perſona. Vrias namque, quod interpreta-

F

tum dicitur, Lux mea Dei: Ethæus autem, abſciſus, ſiue quia in veritate non ſtetit, ſed à luce ſua ſuperna, quam de

Iohan. 1.

Deo habebat, ſuperbiæ merito abſciſus eſt. Siue cadendo veris viribus perditis, transfigurat ſe velut angelum lucis,

2. Co 11.

audens adhuc dicere, Lux mea Dei eſt. Super tecta itaque domus delauantem ſe mulierem Dauid rex manu furtiis,

2 Re. 11.

petulanti oculo vidit concupiuit & abſtulit. Chriſtus ſane rex regum, eccleſiam lauacro atque in verbo mundatam terrena calcantem, cæleſtibus inhiantem prædeſtinans vidit, prouidus vocatam dilexit ſponſus, vt iuſtificatam ſibi coniungeret legitimus coniugio ſpiritali maritus. ſicut etiã Moyſes in perſona Chriſti de aqua ſuſceptus, Ægyptium

Exod. 2.

inſidiantem Hebræo, id eſt, diabolum Iſraelitis inſenſum, calcis ictu proſternens, ſub arena texit occiſum. Omnes enim, dicit Apoſtolus, qui baptizati eſtis, Chriſtum indui-

Gala 3

ſtis. In quo faciemus virtutem, vt confidenter dicamus: In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienige-

Pſal. 59.

næ ſubditi ſunt. Qui conterens ſathanam ſub pedibus noſtris, eius morticinam in eis tantum latere permittit, quos ſtabiles non eſſe cognoſcens, mobilitate arenæ veraciter comparauit. Hoc etiam in Thamar nuru Iudæ, aliiſq; com-

Gen. 38.

pluribus nouimus fuiſſe peractum, vt illis culpa cadentib.

G

à Deo, qui nouit bene vti etiam malis noſtris, aliud de illis myſterio gereretur. Omnia enim illius temporis in eodem populo geſta prophetiam eſſe futurorum docet Apoſtolus

1. Co. 10.

dicens: Omnia n. hæc in figura contingebant illis. Et licet illi aut purgatorias pro commiſſis pœnas luerent, aut veniã pœnitentiæ remediis impetrarent, nobis tamen diuina clementia diſpenſationis Chriſti præparauit effectum. Foris ergo peccata parebant, intus autẽ myſteria latitabant. Quæ ideo de nuru Iudæ malui præterire, ne hoc opus multo ampliore longius ſermone diſtendã. De vnius denique facto, id

Gen. 19.

eſt, Loth vxoriſq; eius, quid B. Auguſtinus contra Fauſtũ Manichæum perorans dixerit, pro generali ſimilium intellectu locorum, huic operi conſerendum putaui. Dicit enim, Sicut autem aliud genus hominum in eius vxore figuratum eſt eorum ſcilicet, qui per gratiam Dei vocati, retro reſpiciunt, non ſicut Paulus, qui ea quæ retro ſunt

Phil. 3

obliuiſcitur, & in ea quæ ante ſunt extenditur. Vnde &

Luc 9

H

ipſe Dominus, Nemo, inquit, imponens manum ſuper aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cœlorum. Nec illud exemplum tacuit, quo nos tanquam ſale condiret, vt non fatui negligeremus, ſed prudentes caueremus hoc

Luc 17

malum. Vnde & illa vt hoc admoneret, in ſtatuã ſalis con-

Gen. 19

uerſa eſt. Sic etiam in ipſo Loth, quando cum illo filiæ concubuerunt, non illud quod cum à Sodomis liberatus eſt, ſed aliud aliquid figuratum eſt. nam tunc ille ipſe Loth futuræ legis videtur geſtaſſe perſonam: quam quidam ex illa procreati, & ſub lege poſiti, male intelligendo, quodammodo inebriante aqua non legitimæ vtendo, infidelitatis opera pariunt: bona eſt n. lex, ait Apoſtolus, ſi quis ea legi-

1 Tim. 1

time vtatur. Nec ideo tamen hoc factum vel ipſius Loth, vel eius filiarum iuſtificamus, quia ſignificauit aliquid

A

quod futuram quorundam peruerſitatem pronunciaret. aliud enim illæ, vt hoc facerent, intenderunt: aliud Deus, qui hoc fieri permiſit, vt etiam inde aliquid demonſtraret, manente tecto iudicio ſuper peccata hominum tunc præſentium, & vigilante prouidentia ſua pro ſignificatione futurorum. Proinde aliud factum, cum in ſancta ſcriptura narratur, prophetia eſt: cum vero in illorum vita qui hoc commiſerunt, conſideratur, flagitium eſt. Et hæc quidem S. Auguſtinus ſic intelligenda præmiſit, vt de outu Iudæ vel ſimilibus hoc doceat ſentiendum. Septimus proinde modus, qui geminam præceptorum retinet qualitatem, ille eſt vitæ agendæ, vt exempli gratia: Diliges proximum tuum tanquam te ipſum. [Leui. 19.] [Rom. 13.] qui enim diligit proximum, legem adimpleuit, ſicut Apoſtolus plenius diſputat. Et vitæ figurandæ circumciſionis, & ſabbati, vel carnalium victimarum. Qui modus quum ſecundo ſimilis eſſe videatur, illa tamen ratione diſcernitur, quod hic ad mores tantum, ille etiam redigendus ſit ad fidem. Propterea & Iacobus apoſtolus inuicem vtrunque diſcernit, [Iacob. 2.] dicens: Fides, ſi opera non habeat, mortua eſt in ſemetipſa. nam circumciſione, carnalium detruncatio vitiorũ. ſabbato autem, illa requies intelligitur animarum de qua dicitur: [Pſalm. 45.] Vacate & videte quoniam ego ſum dominus. Victimis autem, [Rom. 12.] vt exhibeamus corpora noſtra hoſtiam viuam, ſanctam, Deo placentem.

B

Aliaque ea quæ fuerunt in veteri teſtamento præcepta, vitæ actibus adimplenda, alia vitæ ſignificationibus adumbrata. Illis implendis ſoam Chriſtus gratiam porrigi, iſtis remouendis ſe pronunciatum ſuo tempore voluit præſentari. [Iohan. 1.] Lex enim per Moyſen data eſt, tanquam exterior in parte foris, id eſt, [Exo. 20.] [Deu. 5. 7.] Nõ concupiſces. vel potius illud, [Ecc. 18.] Poſt concupiſcentias tuas non eas. Gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, [Iohan. 1.] tanquam in parte intus occulta, adueniente plenitudine temporum reuelata. In his namq; quæ pro dilectione Dei & proximi apertius iubebantur, licet patens inde mutabilis præcepti forma permanſerit, gratia tamen populus infirmus egebat, qui gemens ſub legis pondere laborabat. in illis vero figuratis pecorum victimis offerendis, agnus ille venturus expectabatur, cui repoſita fuiſſe veraciter prænunciabantur, vt ipſo veniente in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcõditi, [Colo. 2.] vitæ agendæ præcepta data gratia cõplerentur: figuræ autem tanquam vmbræ, manifeſtata veritate, protinus fugarentur. Aliud quippe fuit in veteri teſtamento, [Hebr. 8.] quod ſic occidente litera iubebatur, vt viuificante ſpiritu poſſet implere. ſicuti

C

eſt, Poſt concupiſcentias tuas nõ eas. [Exo. 18.] Vnde Paulus dicit. [Rom. 4.] Lex enim iram operatur. Vbi autem non eſt lex, nec præuaricatio. Quod licet foris ſine tegmine audienti clareret, implere tamen ſuis viribus humana infirmitas non valebat. Aliud quod innis myſtico velamine tectum, aduentum domini flagitabat, cui exemplar & vmbræ deſeruiunt. [Hebr. 8.] In illo n. nobis vitæ cæleſtis forma conſiſtit, [Hebr. 2.] ex cuius fide iuſtus viuit. [Rom. 1.] Illis apertius lex conuincebat reos, prodebat infirmos, vt ſaluatio quæreretur. Iſtis vero ſignificantibus, tanquam in interiora velaminis Chriſtum parturiebant fore venturum, quo veniente, remota celebratio deſtitit figurarum, quæ vmbra fuerat futurorum. Nec eſt vlterius quærenda, ex quo ipſius viui corporis veritas claruit manifeſta. [Heb. 8.] Finis n. legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. [Rom. 10.] Ad hoc pertinere puto illorum bipartitam præceptorum diſtributionem, de quibus tractãs Apoſtolus dicit, enumeranſq; ſane dicit: [Tim. 1.] Bona eſt lex, ſi quis ea legitime vtatur. [Ibid.] Dixerat enim, Finis præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta.

D

Quo dicto legem fidei euidenter inſinuans, legem quoq; factorum mox ſecutus expreſſit, dicens: Iuſtis lex non eſt poſita, ſed iniuſtis, impijs & peccatoribus & cætera aduerſaria doctrinæ. Vnde quæri poteſt, cum lex iuſto non ponitur, quomodo ea legitime iuſtus vti dicatur, nos quia terrere non indiget pœna pœnarium præceptorum, qui per gratiam libere iam fruimur perfectione virtutum. Iam quippe ei fides impetrauit, quod ne ſuis quiſquam virib. adſignaret, Apoſtolus dicit: [Rom. 3.] Omnes n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Oſtenditur quippe in nobis primum voluntas firma per legem, ſed voluntatem gratia ſanauit, & legem voluntas impleuit. Ideo timere nolentibus impiis lex imponitur, vt eis impune peccare non liceat. Ideo autem iuſtis non imponitur, eo quod ſancti ſpiritus charitate præcepta, eius vltra peccare non liceat. Vtuntur autem lege iuſti ad alios vel erudiendos motius præceptorum, vel informandos imitabilium forma virtutum.

E

Sic Apoſtolus vtrunq; diſcernit, cum dicit: [Rom. 8.] Vos enim accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Hoc orante apoſtoli conſilio delectati, etiam dicit ea poſtponentes, põtiora diligimus. Vnde idem. De virginibus, inquit, [1. Cor. 7.] præceptum domini non habeo: conſilium autem do, exhortatione id agens, non præcepto compellens monentis domini magiſterium ſequens, quo dixit. Qui poteſt capere, capiat. [Matth. 19.] Vnde quia nunc operarius eſt, tractare ſuſcepti operis non finit intentio. Hanc interim ſpeciem intra hunc modum tanquam genere ſuo concludi, nos dixiſſe ſufficiat. *ſcriptum intus & foris.* Iure porro quærimus de iſtis ſeptem, quos præmiſimus modis, qui debeant intus, qui forinſecus reputari. Eſt autem primus hiſtoricus foris. Secundus allegoricus, totus intus. Tertius vtriuſque geminam in ſe retinet formam, vt & præſentis tunc temporis congruum ſuppleret officium, & aliquid figuratæ gereret futurorum. Quartus de Deo, apud quem non eſt commutatio, nec vllius viciſſitudinis obumbratio, fide atque pietate. [K momentu.] [Iacob. 1.] Vterque ſenſus intus debet accipi nam intellectu non poteſt comprehendi. pax enim Dei, ait Apoſtolus, ſuperat omnem ſenſum. [Phili. 4.] quia & eius eſſentia noſtræ capacitatis metas excedit, & eius clementiam, qua de ſe tropice multa narrauit, nullus competenter attingit.

F

Quintus ſane, vbi aliud quam legitur inuenitur, vel in parabolis ſæpe diffuſus, ita eſt abſtruſa quadam ambiguitate ſuſpectus, vt intus ſit modis omnibus reputandus. Sextus de gemino Chriſti aduentu certis claret teſtimonijs, foris in promptu poſitus, certis intus latet occultis, vt apertis dubitationem auferat, addita fideli exerceat, faſtidiaque detergat. Septimus in præceptis vitæ agendæ, ſicut iam præmiſimus foris apparet, in præceptis autem vitæ figurandæ totus latet. Hinc Danieli quoq; dictum legimus: [Dan. 12.] Claude ſermones & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. *Signatum ſignis ſeptem.* Septem quoq; hominis interioris ætates, quibus per gratiam Dei ſpiritu mentis ſalubriter innouamur, patres noſtri animaduertere potuerunt. De his in libro de vera religione B. Auguſtinus ſic dicit: Prima eſt in uberibus vtilis hiſtoriæ, quæ nutrit exemplis, ſecundum Iacob obliuiſcentem humana, & ad diuina tendentem, in qua non autoritatis humanæ continetur ſine, ſed ad ſummam & incommutabilem legem paſſibus rationis innititur.

G

Tertiam iam fidentiorem & carnalem appetitum rationis robore maritantem, gaudentemque intrinſecus in quadam dulcedine coniugali, cum anima menti copulatur, & velamento pudoris obnubitur, vt iam recte viuere non cogatur, ſi omnes concedant, peccare non libeat. Quartam iam id ipſo multo firmius ordinatiuſque facientem & emicantem in virum perfectum, atque aptam & idoneam omnibus & perſecutionibus & mundi tempeſtatibus ac fluctibus ſuſtinendis atque frangendis. Quintam pacatam, atque omni ex parte tranquillam viuentem, & abundantiam incommutabilis regni ſummæ & ineffabilis ſapientiæ. Sextam omnimodo mutationis in æternam vitam, & vſque ad totam obliuionem vitæ temporalis tranſeuntem perfectam formam, quæ facta eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Septima enim quies æterna, & nullis ætatibus diſtinguenda beatitudo perpetua. Vt enim finis veteris hominis mors eſt, ſic finis noui hominis vita æterna. Ille namq; homo peccati eſt, iſte iuſtitiæ.

H

Hos ſeptem quinetiam gradus, quibus profectus, præſtare perhibemur, idem doctor ampliſſimus Auguſtinus multis memorat. ad Maximum deniq; ſcribens, dicit: Sic præceptis Dei, quod vt bene agamus accepimus, vitam tuam moreſq; confirmas, à religioſo timore incipiẽs. Initium n. ſapientiæ, timor domini. [Pſa. 110.] [Pro. 1.] vbi frangitur & debilitatur humana ſuperbia. deinde vt pietate manſuetus & mitis, etiam quæ nondum intelligis, & quæ imperitis videntur abſurda, ſibique contraria. In ſcripturis ſanctis non obluctans animo ac contentione, nec ſuper imponas ſenſum tuum ſenſibus diuinorum librorum, ſed cedas potius atque intellectum mitis deferas, quam ſecretum immitis accuſes. Tertius, cum tibi ad cognitionem tui aperire ſe cœperit infirmitas humana, & ſcis vbi iaceas, quam pœnalia vincula mortalitatis de Adam propagatus tecum trahas, & quàlon-

A ta angelis prælata, dominetur in cælo: prædicata hominib[us], regnans dominetur in terra: quæ ſolutis gemitibus inferorum præualens, dominata docetur & ſub terra. *Omnes audiui dicentes ſedenti in throno & agno*, id eſt, patri & filio. *Benedictio & honor &* dignitas *& poteſtas in ſecula ſeculorum. Et quatuor animalia dicebant. Amē.* Eccleſia voq; dicit, Amen, id eſt, verum, fideliter. *Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt, & adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.* Eadem animalia ſunt ſeniores, qui perhibuerunt teſtimonium, dicentes: Amen. Deſcripta eccleſia cum officiis debitæque laudis operibus, fuerat properandum, quo ſingulorum apertione ſignorum inſinuata clarerent. Nihil quippe his ſeptem ſignis deeſſe potuit, vt in eorum arcano & affectu & intellectu & actu omnis doceretur ineſſe perfectio, deſcribit. Denique & aliquando ab Initio finem adſumens, & tam de Chriſti triumpho, quam & de impugnationibus futuris eccleſiæ, ſignorum contioentias ſingulorum ſuo more percurrit, vt & conſolationem daret de proſperitate victoriæ, & ſollicitudinem de ſumto certamine & de ſtupendo indixiſſet examine.
Cap. 6. *Et cum aperuiſſet agnus vnum ex ſeptem ſignis.* Apertio ſigni, reuelatio eſt ſacramenti. Verum quia non vnum, ſed multa ſunt ſacramenta. nec vnius modi, ſed ſicut apoſtolos
Heb. 1. B Paulus dicit, Multifarie multiſq; modis olim Deus loquutus eſt patribus in prophetis, poſtremo in his diebus loquutus eſt nobis in filio ſuo &c. Et longum eſt de ſacramentorū diuerſitate tractare, quibus futura Chriſti diſpenſatio, & eccleſiæ præparabatur ventura ſaluatio. In his certe tribus, quos præmiſimus modis, ſermonis, intelligentiæ, actionis, poſſunt breuiter vniuerſa reſtringi, vt loquutio omn in ſe præcepta totius cæleſtis cōcludat oraculi. Ideo, Multifarie, inquit, multiſq; modis loquutus eſt, vt cognitio regulariter adhibendæ intelligentiæ formas inſinuet. Vnde in euangelio dominus dicitur poſt reſurrectionem diſcipulorū ſen-
Luc. 24. ſus aperuiſſe, vt intelligerent ſcripturas: & corda ſalubriter accendiſſe, vt prædicarent cæteris reuelatas, adimplentes
Colo. 1. nihilominus (iuxta Apoſtolum) ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne ſua, veraciterq; dicētes: Facti ſumus forma
1. Theſ. 1. omnibus credentibus. Itemq; Vt noſmetipſos formam da-
2. Theſ. 3. remus vobis ad imitandum nos. Quis nō fecillent, ſi iuſta ſcripturas retentas memoria canerent, quas penetrare intelligentia, actuq; perficere nequiſſent. Et quoniam latētes pridem modos affaminis & intelligentiæ ſalutaris ſuperiore diſputatione peregimus, nunc quæ in actu latebant ſingulorū apertione ſignorū, intētius audiamus. Nā ſi apertio
C ſigni: reuelatio creditur ſacramēti, eiuſq; myſterium in ſermone dicimus, intellectu actuq; cōſiſtere, videamus quomodo hæc ſimul tria certis etiam poſſint locis dicta, intellecta atq; peracta probabiliter inueniri, vt eadem dicta intellectu ſobrio capiantur, & intellecta opere cōprobentur.
Pſa. 39. Verbi gratia, Ecce venio. In capite libri ſcriptū eſt de me dicendo, Venio, ſe adhuc quidē prænunciat eſſe venturū. Cū autē quis iſte ſit quæritur, deſideratus cunctis gentibus intelligitur, Chriſtus. præſertim quia & in capite libri pſalte-
Hag. 2. rii, & in capite libri Geneſeos ipſe ſcriptus legitur: In prin-
Gene. 1. cipio fecit Deus cælum & terrā. Omnia n. inquit, in ſapien-
Pſa. 103. tia feciſti. qui requirentibus quiſnam eſſet, principium ſe
Iohan. 8. eſſe reſpondit. Verum cum quæritur propter quid venerit, ſequitur: Vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui De
Pſal. 39 qua in euangelio idem dicit: Meus cibus eſt vt faciam vo-
Iohan. 4. luntatem eius qui me miſit. De qua ab eo intelligimus cir-
Iohan. 14. ca horam paſſionis expreſſum: Vt ſciat mundus quoniam
D voluntatem patris mei facio, ſurgite, eamus hinc Quocirca huius facta libri ſignati nunc reuelaſſe cognoſcimus, quando ſe vnum cum patre docuit manere principium: atq; ex virgine natus, geſſit hominem verum: indebitam quoque pro mundi ſalute ſuſcipiens paſſionem, triumphali morte reſurgens aperuit tumulum, poſtquam confregit infernum: & quando voluit repetens cælum, promiſſum diſcipulis miſit ſpiritum ſanctum, quo replente orbem terrarum, gētium multitudinem acquiſiuit, ſeque ſperandum iudicem futurum edocuit. *Et cum aperuiſſet vnum ex ſeptem* ſignis. *audiui vnū* ex *quatuor animalibus, dicens. Veni & vide, Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper* eum, tenebat ſagittam. *& data eſt ei corona, &* exiit *vt vinceret*, & victor exiit. Primum ſicut præmiſimus, in affamine diuerſatur, cui intelligentia ſociata, penetralia ipſius mox ſupplet actionis. & quod in actu cedit, verbo concordat, intelligentiæq; relatu. quod in ceteris ſignis animaduertere intentum volo lectorem. enim: *Audiui vnum ex quatuor animalibus, dicens: Veni &*
Quod eſt vnum animal, hoc omnis eccleſia, quæ voce gna prædicationis intonat, ſuccedentem inuitans ad fid eccleſiam. Veni & vide: Si quis ſitit, veniat & bibat: Acce- Ioan.
dite ad eum & illuminamini: Surge qui dormis, & exurge à Pſal. 33.
mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Et ecce equus albus, & qui* Ephe.
ſedebat ſuper eum, tenebat ſagittā. & *data eſt ei corona, & exiit* vt vinceret, & victor exiit. Iſte equus poteſt in apoſtolis & Pſa. 50.
prædicatoribus veritatis eccleſię intelligi, ſuper niuem gratia dealbatæ, cuius ſeſſor eſt Chriſtus. Ideo ei per prophetā Haba.
dicitur: Quoniam aſcendiſti ſuper equos tuos, & equitatus tuus ſanitas. Propter quod & ſagittam tenere dicitur, quæ prædicatione verbi Dei aptius comparatur, qua hominum interiora transfixa, poſſint fidei fructum afferre. Hinc legimus: Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ populi ſub te cadent. Pſa. 44.
Coronam ſane prædicatoribus deberi ſignificat. *Et cum aperuiſſet* ſignum *ſecundum, audiui ſecundum animal, dicens: Veni & vide.* Quod eadem exhortationis verba veniendi & videndi in cauſa diſſimili reperiuntur, cum equus albus in bono, roſeus autem ponatur in malo, illud eſſe puto, quod ſic- F
ut de bono lætitiam pro eccleſiæ victoria pollicetur, ſic de malo cautelam denunciet ex preſcientia futurorum. Sequitur enim. *Exiuit alius equus rufus, & ſedenti ſuper* eum *datum eſt, vt* tolleret *pacem de terra, & vt inuicem ſe* occiderent *& datus eſt ei gladius magnus* Iſte equus rufus velut cruētus ſanguine alieno, non ſuo, cōtrarius victrici eccleſiæ prædicatur repugnare, quando pacem, quæ præcellit omnem ſcientiā, de terra inſinuatur auferre, quod & actu docetur & gladio. *Et cū aperuiſſet* ſignum *tertiū, audiui tertiū animal, dicens. Veni & vide.* Et vidi equum nigrum, *& qui ſedebat ſuper* eum, *habebat ſtaterā in manu ſua.* In qua menſura ſimulati ſignificatur examinis, per q̄ ſingulorum merita perpenduntur. Quicquid Iſa. 14.
n. iuſto congruit iudici, & tranſgreſſores vſurpant Inde eſt illud, Ponam thronum meum ad aquilonem. Et quia Deu ſinente poterunt temporaliter præualere, hoc modo docet, vinum & oleum ne læſeris. Et *audiui vocem in medio quatuor animalium, dicentem: Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno. vinum & oleū ne læſeris.* In tritico & hordeo eccleſia dixit, ſiue in magnis & minimis, ſiue in præpoſitis G
& populis. Non eſt autem minus vna bilibris à tribus. Eadē quippe & in ſingularitate & in trinitate perfectio. Sic do- Mat. 13
minus in ſatinæ menſuris tribus fermentum dicit abſcon- Luc. 13
ditum, oſtendens ſapientiæ & doctrinę ex modico omnem populum myſtico indiuiduæ trinitatis numero conſecrari. Sed & precium docet vnum eſſe tritici atq; hordei etſi merito alter alterum pręcellit, vno tamen vtriq; redempti ſunt precio. Aliter propter diuerſitatem profeſſionum, poſitum puto diſparem numerū vnius & trium. In denario vero vitā æternam ſignificari, quæ inter manſiones multas cōmunis eſt omnibus, vt etſi per differentiam meritorum ibi alius alio poſſit eſſe ſublimior præmio potiore ditatus, nullus tamen ſit in alterius comparatione longæuus, vbi erit vna immortalitas ſingulis, cōmunis æternitas permanet vniuerſis.
In vino itaq; & oleo vini ſacramentorum prohibet violari, Zach. 9.
vtpote vnctionis preciosumq; cruorē. Hinc legimus, Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines Et in pſalmo, Vinum Pſa.
lætificat cor hominis, & exhilaratur facies in oleo. *Et cum a-* H
peruiſſet ſignum *quartum, audiui* quartum animal, dicens: *Veni & vide. Et* vidi equum pallidum, *& qui ſedebat ſuper eum, nomen* ei erat *Mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt ei poteſtas ſuper* quartam partem *terræ*, vt interficeret *gladio. fame & morte & beſtiis* eos qui ſunt in terra. Duę partes ſunt in mundo, vna Dei & altera diaboli. Sed diaboli in tres ſubdiuiditur partes, intus ac foris, i. gentilitas, falſi fratres, & aperto errore vel ſchiſmate ſeparati. Tres ſunt itaque partes, quæ contra vnam militant. In qua nunc quartam dari prædixit poteſtatem. Hanc dicit eccleſiam, quæ ex parte conſiſtit armis malorum gladiis exercenda. Quod etiam in numero cognoſcendum eſt angelorum, vt contra vnum eundemq; bonum tres ex aduerſo malos opponeret. Cum gladio rufum, ſecundum cum ſtatera nigrum, tertium vero mortis

A ſigno pallentem, gladio bellum, nigro famem, pallente denuncians mortem. Et cum ſingulis plagas ſingulas deputaret, inſuper & ipſo tertio, vel per ipſum omnia numerando prædicit futura plagarum, adiecto nomine beſtiarum: Et quia etiam ſic latere poſſit, vtrum ſimplex ſit an figurata locutio, eo quod gladius & corpori viſibilis & animę ſoleat ſpiritalis inferri: ſic etiam de fame, vtrum verbi domini an corporis memoretur, ſed etiam de morte, vtrum animabus æterna, an corporum momentanea hic minetur. claret tamen illam quartam bonam, cui tres e contrario malos opponit, his omnibus viſibilibus temporaliter perſecutionibus exerceri. Nam ſi qui ſecundum propoſitum voluntatis Dei vocati ſunt, in electorum plenitudine permanebunt, præſertim circa quos illæſos ſtatuari voluit vini & olei ſacramenta, dicendo: Vinum & oleum ne læſeris: in vino precium redemptionis, oleo ſignificans chriſma baptiſmatis. Hordei quinetiam & tritici facta mentione, demonſtrat eccleſiam vſque ad finem ſeculi nulla poſſe malorum perſecutione perire, in eo quod eaſdem ſpecies non ignobiliter, ſed cum ſacrato numero & precii numerat quantitate. Quod denique illi ad ſuam maleuolę pœnam exercent, Deus ſumme bonus ad ſuorum redigens vtilitatem, opportunitatem nobis præbet ſpiritalium triumphorum. Sequitur denique: *Et cum aperuiſſet quintum ſignum, vidi* ſub ara Dei *animas* occiſorum *propter verbum ei & martyrium* ſuum, *&* clamauerunt *voce magna, dicentes:* Quouſque *domine ſanctus & verus, non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui in terra habitant? Et data ſunt eis* ſingulis *ſtola alba*. De illis vtique reliquis, quos etiam inter aduerſaria Deus ſecreto operationis ſuæ reddit conſilio tutiores, martyrum ſe dicit * reliquias (id eſt, animas) perſpexiſſe non vili loco, nec qualicunque, ſed ſub ara Dei, id eſt, ſiue in eccleſiæ vnitate perſeuerantes, ſiue ſub teſtificatione nominis Chriſti tanquam ſub ara Dei vſque ad mortem viriliter dimicantes, ſicut de Machabæis dictum eſt, ſub teſtamento Dei. Beati autem mortui qui in domino moriuntur. Multo itaque amplius, qui & in domino ſcientes ſe habere domum non manufactam, æternam in cælis, habitationem ſuam quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes. Propterea interpellare dicuntur. Sic autem iſta conijcimus, vt per domini paſſionem inferni gemitibus iam ſolutis, ſanctorum animas venire vltra ad inferos non putemus. Quod hic aptius ſignificari puto, vt ad ſimilitudinem veteris teſtamenti, vbi interius ara aurea fuiſſe deſcribitur, hic per memorabilis aræ vocabulum cognoſcatur intellectuale ſecretum, velut interiora ſancta ſanctorum in qua hic pignore ſalutis accepto, peregrini ſuſpirant, habentes ſpem ſicut ancoram animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis, vbi pro nobis præcurſor introiuit Ieſus, iuxta Apoſtoli dictum, qui ſic intentione Chriſti inſinuabat præſentia, vt exponeret figurata. *Vſque quo domine ſanctus & verus, non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui in terra habitant?* Quod non carnali ſenſu credendum eſt, animoſitate eos vltionis accendi, cum ab eis hic poſitis, per affluentiam charitatis inimicos quoque diligi nouerimus. ſed eos manifeſtum eſt contra peccati regnum oraſſe, & talia illius regni deſiderio poſtulaſſe, de quo dicimus: Adueniat regnum tuum. Et hoc eis diuinæ ſapientiæ præſentia intelligimus reuelatum, quod & impii æterna ſint ineuitabiliter pœna plectendi, & vſque in finem ſeculi fonte cæleſtis gratiæ profluente, multi ſunt adhuc ſanctorum martyrum conſortio ſociandi. Quo

D iſti accepto reſponſo, inenarrabili lætitia exultantur, quam ſtolis albis recte credimus figuratam. Acceperunt ergo ſinguli ſtolas albas, id eſt, vt per charitatis perfectionem, quæ per ſpiritum ſanctum infunditur in corda credentium, hac conſolatione contenti ipſi mallent pro cæterorum numero fratrum ſupplendo differri. Quod enim per beneuolentiam votis gerunt diuinitus inſpirati, interpellantes dicuntur reſponſo protinus informari, nec fas eſt eos credere contra Dei nutum quicquam cupere, cum eorum deſideria ex eius pendeant voluntate. *Et vidi, & cum aperuiſſet ſextum ſignum, & terremotus magnus factus eſt, & ecce ſol factus eſt niger vt ſaccus cilicinus.* Sexto ſigno ſexta ætas cognoſcitur mundi, circa cuius finem nouiſſima perſecutio nunciatur, cuius vehementi impetu tanquam terræ motu orbem dicit vniuerſum concuti. Sol & luna, Chriſtus & eccleſia: quam quia

Rom. 8.

B

* reliquos.

2. Mat. 7.
Ap. 14.
2. Co. 5.

C
3. Reg. 7.

Heb. 6.

Mat. 5.

Matt. 6.

nouiſſima perſecutione terreni multi negabunt, ideo ſol dicitur obſcurari. Si etiam obſcuratum eſt, inquit, euangelium noſtrum, in his qui pereunt eſt obuelatum, in quibus Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Hinc dicitur: Ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Hoc modo ſol niger dicitur, factus, tanquam Chriſti vel opera potentia, vel doctrina temporaliter obſcurata, vel defenſione dilata, cum impii in ſanctos graſſari ſinuntur. Hinc propheta: Diſſimulabis in hoc, vt deglutiat impius iuſtum? De ipſo denique Chriſto legimus Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur. In ipſo cæteri capientes profectum, à quo alii auerſi, incurrunt defectum. Luna in ſanguine, eccleſiam ſolito amplius pro Chriſto ſanguinem fundere prædicatur, magno perſecutionum incumbente fragore. Sanguine itaque ſuo non ſanguine alieno, ſicut ille rufus equus, alieno rufus deſcribitur ſanguine. *Stellæ ceciderunt in terram* eo modo, quo *ficus vento magno* agitata, amittit acerbos fructus *ſuos*. Illi ſignificantur in ſtellis, qui in eccleſia, cum de electorum numero ab omnibus æſtimati, videntur temporaliter eminere, rabie tamen perſecutionis acrius incumbente, de culmine ſtatus ſui tanquam *de cælo* cadere perhibentur. quod dominus in euangelio prænunciat, dicens: Erit autem tribulatio, qualis nunquam fuit, neque erit. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. ſed propter electos abbreuiabuntur dies illi. Arborem eccleſiam ponit: fructus acerbos, quos alia tranſlatio groſſos dicit, homines: venti exagitationem, perſecutionis commotionem, per quam homines concuſſi, ab eccleſia, diuelluntur. Proprie autem acerbis fici fructibus comparantur, ſiue pro infidelitate, quam conuerſi in arcum prauum, relicta malunt fide repetere: ſiue propter immaturitatem temporis, per quam contigit vt cum fœlicem eorum eccleſia concipiendo quæſierit ortum, infœlici tamen euentu flebilem de eis patiatur abortum. *Et cælum receſſit vt liber* cum euoluitur. Recte cælum (id eſt, eccleſiam) vt euolutum & non inuolutum librum inſinuat receſſiſſe. Quicquid enim fuerit inuolutum, agnoſci à quoquam nullatenus poteſt. Nam quod euoluitur, detectum protinus declaratur. Ita & hæc cum manifeſta fuerit perſecutione diſcreta, euitans recedit, vt ab extraneis abdita non videatur, ſibi tantum (id eſt, quibus ſe credere poteſt) per vnitatem ſpiritus cognita, incognitos & alienigenas præcauit ſeque per diſcretionis ſpiritum, ne intellecta prodeatur, occultat. Hinc Iohannes. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi à Deo ſint. *Et omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt, & reges terræ &* magiſtratus *& tribuni & diuites & fortes, & omnis ſeruus & liber*. Etiam eccleſia per montes & inſulas figuratur. Ipſa eſt enim ciuitas ſuper montem poſita. Propter quod legimus, Montes in circuitu eius. &, In inſulis maris nomen domini Dei Iſrael. Quam perſecutionis impulſu moueri loco prænunciat. In vtraque autem parte accipi poteſt in bonis ſcilicet præcauens fugiendo mouetur, in malis vero, perfida voluntate in deterius mota conuertitur, ſicut dicit: Mouebo candelabrum tuum de loco ſuo. *Reges terræ*, potentes accipimus, idoneos ſcilicet iudicio ſuæ diſcretionis certo ſubſiſtere. Magiſtratus, *tribuni & diuites & fortes*. hos omnes pro diuerſitate officiorum & qualitate virium vult intelligi, nullumque ab illius perſecutionis moleſtia prędicit alienum, quamuis electorum numerum nullus dubitet liberandum. *Et omnis ſeruus & liber*. Liber à vinculo coniugali, ſeruus autem coniugio copulatus agnoſcitur. *Abſconderunt ſe in ſpeluncis & in petris montium, dicentes montibus & petris: Cadite ſuper nos & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni quoniam venit dies magnus iræ eius. Et quis poterit ſtare* ante illum? Speluncas petraſque montium conuenienter intelligimus fidei Chriſtianæ refugia. Scriptum eſt enim. Lepuſculus plebs inualida collocat in petra cubile ſibi. cui ſenſui pſalmus concinit. dicens: Montes altiſſimi ceruis, petra refugium erinaceis & leporibus. Vbi etiam præcelſos in eccleſia cognoſcimus montium vocabulo deſignari, propter eminentem ſcientię charitatem Chriſti. Hos ergo nunc fragore perſecutionis vrgente conſulunt paruuli, munimentis remedia perquirentes, firmę petræ receptacula dicuntur appetere.

E
2. Co. 4.

Matt. 24.

Habac. 1.
Luca 2.

Math. 24.
F

Pſal. 77.

G
1. Ioan. 4.

Mat. 5.
Pſal 12.
Iſa. 24.

Apoc. 2.

H

Luc. 23.

Pro. 30.

Pſa. 103.

Phil. 3.

A ta angelis prælata, dominetur in cælo: prædicata hominib⁹, regnans dominetur in terra: quæ ſolutis gemitibus inferorum præualens, dominata docetur & ſub terra. *Omnes audiui dicentes ſedenti in throno & agno*, id eſt, patri & filio: *Benedictio & honor &* dignitas *& poteſtas in ſecula ſeculorum. Et quatuor animalia dicebant. Amē*: Eccleſia vtiq; dicit, Amen, id eſt, verum, fideliter. *Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt, & adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.* Eadem animalia ſunt ſeniores, qui perhibuerunt teſtimonium, dicentes: Amen. Deſcripta eccleſia cum officiis debitæque laudis operibus, fuerat properandum, quo ſingulorum apertione ſignorum inſinuata clarerent. Nihil quippe his ſeptem ſignis deeſſe putuit, vt in eorum arcano & affectu & intellectu & actu omnis doceretur ineſſe perfectio, deſcribit. Denique & aliquando ab initio finem adſumens, & tam de Chriſti triumpho, quam & de impugnationibus futuris eccleſiæ, ſignorum conuenientias ſingulorum ſuo more percurrit, vt & conſolationem daret de proſperitate victoriæ, & ſolicitudinem de futuro certamine & de ſtupendo indixiſſet examine.

Cap. 6 *Et cum aperuiſſet agnus vnum ex ſeptem ſignis.* Apertio ſigni, reuelatio eſt ſacramenti. Verum quia non vnum, ſed multa ſunt ſacramenta, nec vnius modi, ſed ſicut apoſtolus Heb. 1. B Paulus dicit: Multifarie multiſq; modis olim Deus loquutus eſt patribus in prophetis, poſtremo in his diebus loquutus eſt nobis in filio ſuo &c. Et longum eſt de ſacramentorū diuerſitate tractare, quibus futura Chriſti diſpenſatio, & eccleſiæ præparabatur ventura ſaluatio. In his certe tribus, quos præmiſimus modis, ſermonis, intelligentiæ, actionis, poſſunt breuiter vniuerſa reſtringi, vt loquutio omnis in ſe præcepta totius cæleſtis cōcludat oraculi. Ideo, Multifarie, inquit, multiſq; modis loquutus eſt, vt cognitio regulariter adhibendæ intelligentiæ formas inſinuet. Vnde in euangelio dominus dicitur poſt reſurrectionem diſcipulorū ſenſus Luc. 24. aperuiſſe, vt intelligerent ſcripturas: & corda ſalubriter accendiſſe, vt prædicarent cæteris reuelatas, adimplentes Colo. 1. nihilominus (iuxta Apoſtolum) ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne ſua, veraciterq; dicētes: Facti ſumus forma 1. Theſ. 1. omnibus credentibus. 2. Theſ. 3. Itemq; Vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Quod ſi nō feciſſent, fruſtra ſcripturas retentas memoria canerent, quas penetrare intelligentia, actuq; perficere nequiſſent. Et quoniam ſuperius pridem modos affaminis & intelligentiæ ſalutaris ſuperiore diſputatione peregimus, nunc quæ in actu latebant ſingulorū apertione ſignorū, interius audiamus. Nā ſi apertio ſigni reuelatio creditur ſacramēti, euiſq; myſterium in ſermone C dicimus, intellectu actuq; cōſiſtere, videamus quomodo hæc ſimul tria certis etiam poſſint locis dicta, intellecta atq; peracta probabiliter inueniri, vt eadem dicta intellectu ſobrio capiantur, & intellecta opere cōprobentur. Pſa. 39. Verbi gratia, Ecce venio. In capite libri ſcriptū eſt de me. dicendo, Venio, ſe adhuc quidē prænunciat eſſe venturū. Cū autē quis iſte ſit quæritur, deſideratus cunctis gentibus intelligitur, Chriſtus. Hag. 2. præſertim quia & in capite libri pſalterij, Gene. 1. & in capite libri Geneſeos ipſe ſcriptus legitur: In principio fecit Deus cælum & terrā. Pſa. 103. Omnia enim, inquit, in ſapientia feciſti. qui requirentibus quiſnam eſſet, principium ſe Iohan. 8. eſſe reſpondit. Verum cum quæritur propter quid venerit, ſequitur: Vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui. De Pſal. 39. qua in euangelio idem dicit: Meus cibus eſt vt faciam vo- Iohan. 4. luntatem eius qui me miſit. De qua ab eo intelligimus circa Iohan. 14. horam paſſionis expreſſum: Vt ſciat mundus quoniam D voluntatem patris mei facio, ſurgite, eamus hinc. Quocirca huius facta libri ſignati tunc reuelaſſe cognoſcitur, quando ſe vnum cum patre docuit manere principium: atq; ex virgine natus, geſſit hominem verum: indebitam quoque pro mundi ſalute ſuſcipiens paſſionem, triumphali morte reſurgens aperuit tumulum, poſtquam confregit infernum: & quando voluit repetens cælum, promiſſum diſcipulis miſit ſpiritum ſanctum, quo replente orbem terrarum, gētium multitudinem acquiſiuit, ſeque ſperandum iudicem futurum edocuit. *Et cum aperuiſſet vnum ex ſeptem ſignis. audiui vnū ex quatuor animalibus, dicens. Veni & vide, Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper* eum, tenebat ſagittam. *& data eſt ei corona, & exiuit vt vinceret*, & victor exiit. Primum ſicut præmiſimus, in affamine diuerſatur, cui intelligentia ſociata, penetralia ipſius mox ſupplet actionū. & quod in actu procedit, verbo concordat, intelligentiæq; relatu. quod in cæteris ſignis animaduertere intentum volo lectorem. Dixit enim: *Audiui vnum ex quatuor animalibus, dicens: Veni & vide.* Quod eſt vnum animal, hoc omnis eccleſia, quæ voce magna prædicationis intonat, ſuccedentem inuitans ad fidem Iohan. 1. Iohan. 7 eccleſiam: Veni & vide: Si quis ſitit, veniat & bibat. Iſa. 55. Accedite ad eum & illuminamini: Ephe. 5 Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Et ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper* eum, tenebat ſagittā. & *data eſt ei corona, & exiuit* vt vinceret, & victor exiit. Pſa. 50. Iſte equus poteſt in apoſtolis & prædicatoribus veritatis eccleſiæ intelligi, ſuper niuem gratia dealbatæ, cuius ſeſſor eſt Chriſtus. Ideo ei per prophetā Haba. 3. dicitur: Quoniam aſcendiſti ſuper equos tuos, & equitatus tuus ſanitas. Propter quod & ſagittam tenere dicitur, quæ prædicatione verbi Dei aptius comparatur, qua hominum interiora transfixa, poſſint fidei fructum afferre. Hinc legi- Pſa. 44 mus: Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ populi ſub te cadent. Coronam ſane prædicatoribus deberi ſignificat.

Et cum aperuiſſet ſignum *ſecundum, audiui ſecundum animal, dicens: Veni & vide.* Quod eadem exhortationis verba veniendi & videndi in cauſa diſſimili repetuntur, cum equus albus in bono, roſeus autem ponatur in malo, illud eſſe puto, quod ſi- F cut de bono lætitiam pro eccleſiæ victoria pollicetur, ſic de malo cautelam denunciet ex præſcientia futurorum. Sequitur enim. *Exiuit alius equus rufus, & ſedenti ſuper* eum *datum eſt*, vt tolleret *pacem de terra, & vt inuicem ſe* occiderent, *& datus eſt ei gladius magnus.* Iſte equus rufus velut cruētus ſanguine alieno, non ſuo, cōgratius victrici eccleſiæ prædicatur repugnare, quando pacem, quæ præcellit omnem ſcientiā, de terra inſinuatur auferre, quod & actu docetur & gladio.

Et cū aperuiſſet ſignum *tertiū, audiui tertiū animal, dicens. Veni & vide. Et* vidi equum nigrum, *& qui ſedebat ſuper* eum, *habebat ſtaterā in manu ſua.* In qua menſura ſimulati ſignificātur Iſa. 14. examinis, per quā ſingulorum merita perpendunt. Quicquid enim iuſto congruit iudicio, & tranſgreſſores vſurpant. Inde eſt illud, Ponam thronum meum ad aquilonem. Et quia Deo ſinente potuerunt tēporaliter præualere, huiuſmodo docet, vinum & oleum ne læſeris. *Et audiui vocem in medio quatuor animalium, dicentem: Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno. vinum & oleū ne læſeris.* In tritico & hordeo eccleſia dixit, ſiue in magnis & minimis, ſiue in præpoſitis G & populis. Non eſt autem minus vna bilibris à tribus. Eadē quippe & in ſingularitate & in trinitate perfectio. Mat. 13. Luc. 13. Sic dominus in farinæ menſuris tribus fermentum dicit abſconditum, oſtendens ſapientiæ & doctrinæ ex modico omnem populum myſtico indiuiduæ trinitatis numero conſecrari. Sed & precium docet vnum eſſe tritici atq; hordei etſi merito alter alterum præcellit, vno tamen vtriq; redempti ſunt precio. Aliter propter diuerſitatem profeſſionum, poſitum puto diſparem numerū vnius & trium. In denario vero vitā æternam ſignificari, quæ inter manſiones multas cōmunis eſt omnibus, vt etſi per differentiam meritorum ibi alius alio poſſit eſſe ſublimior præmio potiore ditatus, nullus tamen ſit in alterius comparatione longæuus, vbi erit vna immortalitas ſingulis, cōmunis æternitas permanet vniuerſis. Zach. 9. In vino itaq; & oleo vim ſacramentorum prohibet violari, vtpote vnctionē precioſumq; cruorē. Hinc legimus, Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines. Pſa. 103. H Et in pſalmo, Vinum lætificat cor hominis, & exhilaratur facies in oleo.

Et cum aperuiſſet ſignum *quartum, audiui* quartum animal, dicens: *Veni & vide.* Et vidi equum pallidum, *& qui ſedebat ſuper eum, nomen* ei erat *Mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt ei poteſtas ſuper* quartam partem *terræ*, vt interficeret *gladio, fame & morte & beſtiis* eos qui ſunt in terra. Duæ partes ſunt in mundo, vna Dei & altera diaboli. Sed diaboli in tres ſubdiuiditur partes, intus ac foris, i. gentilitas, falſi fratres, & aperto errore vel ſchiſmate ſeparati. Tres ſunt itaque partes, quæ contra vnam militant. In qua nunc quartam dari prædixit poteſtatem. Hanc dicit eccleſiam, quæ ex parte conſiſtit variis malorum gladiis exercenda. Quod etiam in numero cognoſcendum eſt angelorum, vt contra vnum eundemq; bonum tres ex aduerſo malos opponeret. Cum gladio rufum, ſecundum cum ſtatera nigrum, tertium vero mortis

ſignu

A ſigno pallentem, gladio bellum, nigro famem, pallente de-
nunciās mortē. Et cū ſingulis plagas ſingulas deputaret, in-
ſuper & ipſo tertio, vel per ipſum omnia numerando præ-
dicit futura plagarū, adiecto nomine beſtiarum: Et quia etiā
ſic latere poſſit, vtrū ſimplex ſit an figurata locutio, eo quod
gladius & corpori viſibilis & animę ſoleat ſpiritalis inferri:
ſic etiam de fame, vtrum verbi domini an corporis memo-
retur, ſed etiam de morte, vtrum animabus æterna, an cor-
Rom. 8. porum momentanea hic minetur. claret tamen illam quar-
tam bonam, cui tres econtrario malos opponit, his omni-
bus viſibilibus temporaliter perſecutionibus exerceri. Nā
ſi qui ſecundum propoſitum voluntatis Dei vocati ſunt, in
electorū plenitudine permanebunt, præſertim circa quos
illæſa ſeruari voluit vini & olei ſacramenta, dicēdo: Vinum
& oleum ne læſeris: in vino precium redemptionis, oleo ſi-
gnificans chriſma baptiſmatis. Hordei quinetiam & tritici
facta mentione, demonſtrat eccleſiam vſq; ad finem ſeculi
nulla poſſe malorum perſecutione perire, in eo quod eaſ-
dem ſpecies non ignobiliter, ſed cū ſacrato numero & pre-
B cii numerat quantitate. Quod denique illi ad ſuam male-
uole pœnam exercent, Deus ſumme bonus ad ſuorum re-
digens vtilitatem, opportunitatem nobis præbet ſpiritaliū
triumphorum. Sequitur deniq; *Et cum aperuiſſet quintum*
ſignum, vidi ſub ara Dei *animas* occiſorum *propter verbum*
Dei & martyrium ſuum, & clamauerunt *voce magna, dicentes:*
Quouſque *domine ſanctus & verus, non iudicas & vindicas ſan-*
guinem noſtrum de his qui in terra habitant? Et data ſunt eis ſin-
gulis *ſtolæ albæ*. De illis vtique reliquiis, quos etiam inter ad-
* reliquias uerſaria Deus ſecreto operationis ſuæ reddit conſilio tutio-
res, martyrum ſe dicit * reliquias (id eſt, animas) perſpexiſ-
ſe non vili loco, nec qualicunq;, ſed ſub ara Dei, id eſt, ſiue
in eccleſiæ vnitate perſeuerantes, ſiue ſub teſtificatione
nominis Chriſti tanquam ſub ara Dei vſque ad mortem vi-
2. Mac. 7. riliter dimicantes, ſicut de Machabæis dictum eſt, ſub teſta-
Ap. 14. mento Dei. Beati autē mortui qui in domino moriuntur.
2. Co. 5. Multo itaq; amplius, qui & in domino ſcientes ſe habere do-
mū non manufactam, æternam in cælis, habitationem ſuam
quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes. Propterea interpel-
lare dicuntur. Sic autem iſta conijcimus, vt per dominū paſ-
C ſionem inferni gemitibus iam ſolutis, ſanctorum animas
3. Reg. 7. venire vltra ad inferos non putemus. Quod hic aptius ſi-
gnificari puto, vt ad ſimilitudinem veteris teſtamenti, vbi
interius ara aurea fuiſſe deſcribitur, hic per memorabilis a-
ræ vocabulū cognoſcatur intellectuale ſecretum, velut in-
teriora ſancta ſanctorū in qua hic pignore ſalutis accepto,
peregrini ſuſpirant, habentes ſpem ſicut ancoram animæ
tutam ac firmam, & incedentem vſq; ad interiora velami-
Heb. 6. nis, vbi pro nobis præcurſor introiuit Ieſus, iuxta Apoſtoli
dictum, qui ſic intentione Chriſti inſinuabat præſentia, vt
exponeret figurata. *Vſque quo domine ſanctus & verus, non iudi-*
cas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui in terra habitant?
Quod non carnali ſenſu credendum eſt, animoſitate eos
Mat. 5. vltionis accendi, cum ab eis hic poſitis, per affluentiā cha-
ritatis inimicos quoq; diligi nouerimus. ſed eos manifeſtū
Matt. 6. eſt contra peccati regnum oraſſe, & talia illius regni deſide-
rio poſtulaſſe, de quo dicimus: Adueniat regnum tuum. Et
hoc eis diuinæ ſapientiæ præſentia intelligimus reuelatum,
quod & impii æterna ſint ineuitabiliter pœna plectendi, &
vſq; in finem ſeculi fonte cæleſtis gratiæ profluente, multi
ſunt adhuc ſanctorum martyrum conſortio ſociandi. Quo
D iſti accepto reſponſo, inenarrabili lætitia exultantur, quā
ſtolis albis recte credimus figuratam. Acceperunt ergo ſin-
guli ſtolas albas, id eſt, vt per charitatis perfectionem, quæ
per ſpiritum ſanctum infunditur in corda credentium, hac
conſolatione contēti ipſi malent pro cæterorum numero
fratrum ſupplendo differri. Quod enim per beneuolentiā
votis gerunt diuinitus inſpirati, interpellantes dicuntur
reſponſo prouinus informari, nec fas eſt eos credere contra
Dei nutum quicquam cupere, cum eorum deſideria ex e-
ius pendeant voluntate. *Et vidi, & cum aperuiſſet ſextum ſi-*
gnum, & terræmotus magnus factus eſt, & ecce ſol factus eſt niger
vt ſaccus cilicinus. Sexto ſigno ſexta ætas cognoſcitur mun-
di, circa cuius finem nouiſſima perſecutio nunciatur, cuius
vehementi impetu tanquam terræ motu orbem dicit vni-
uerſum concuti. Sol & luna, Chriſtus & eccleſia: quam quia
nouiſſima perſecutione territi multi negabunt, ideo ſol di- E
citur obſcurari. Si enim obſcuratum eſt, inquit, euange- 2. Co. 4.
lium noſtrum, in his qui pereunt eſt obuelatum, in quibus
Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, vt non
fulgeat illuminatio euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt ima-
go Dei. Hinc dicitur: Ita vt in errorem inducantur, ſi fieri Matt. 24.
poteſt, etiam electi. Hoc modo ſol niger dicitur, tactus,
tanquam Chriſti vel opera potentiæ, vel doctrina tempo-
raliter obſcurata, vel defenſione dilata, cum impii in ſan-
ctos graſſari ſinuntur. Hinc propheta: Diſſimulabis in hoc, Habac. 1.
vt degluttiat impius iuſtum? De ipſo deniq; Chriſto legimus Luca 2.
Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multo-
rum, & in ſignum cui contradicetur. In ipſo certi capien-
tes profectum, à quo alii auerſi, incurrunt defectum. Luna
in ſanguine, eccleſiam ſolito amplius pro Chriſto ſangui-
nem fundere prædicatur, magno perſecutionum incum-
bente fragore. Sanguine itaq; ſuo non ſanguine alieno, ſic-
ut ille rufus equus, alieno rufus deſcribitur ſanguine. *Stellæ*
ceciderunt in terram eo modo, quo *ficus vento magno* agitata,
amittit acerbos fructus *ſuos*. Illi ſignificantur in ſtellis, qui
in eccleſia, cum de electorum numero ab omnibus æſti-
mari, videntur temporaliter eminere, tabie tamen perſe-
cutionis acrius incumbente, de culmine ſtatus ſui tanquam
de cælo cadere perhibentur. quod dominus in euangelio Matth. 24
prænunciat, dicens: Erit autem tribulatio, qualis nun- F
quam fuit, neque erit. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non
fieret ſalua omnis caro. ſed propter electos abbreuiabūtur
dies illi. Arborem eccleſiam ponit: fructus acerbos, quos a-
lia tranſlatio groſſos dicit, homines: venti exagitationem,
perſecutionis commotionem, per quam homines concuſ-
ſi, ab eccleſia, diuelluntur. Proprie autem acerbis fici fructi-
bus comparantur, ſiue pro infidelitate, quam cōuerſi in ar-
cum prauum, relicta malunt fide repetere: ſiue propter im- Pſal. 77.
maturitatem temporis, per quam contigit vt cum fœlicem
eorum eccleſia concipiendo quæſierit ortum, infœlici ta-
men euentu flebilem de eis patiatur abortum. *Et cælum re-*
ceſſit vt liber cum euoluitur. Recte cælum (id eſt, eccleſiam)
vt euolutum & non inuolutum librum inſinuat receſſiſſe.
Quicquid enim fuerit inuolutum, agnoſci à quoquam nul-
latenus poteſt. Nam quod euoluitur, detectum protinus
declaratur. Ita & hæc cum manifeſta fuerit perſecutione di-
ſcreta, euitans recedit, vt ab extraneis abdita non videatur,
ſibi tantum (id eſt, quibus ſe credere poteſt) per vnitatem
ſpiritus cognita, incognitos & alienigenas præcauit ſiq; per
diſcretionis ſpiritū, ne intellecta prodatur, occultat. Hinc
Iohannes. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiri- G
tus ſi à Deo ſint. *Et omnis mons & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt, &* 1. Ioan. 4.
reges terræ & magiſtratus *& tribuni & diuites & fortes, & om-*
nis ſeruus & liber. Etiam eccleſia per montes & inſulas figu-
ratur. Ipſa eſt enim ciuitas ſuper montem poſita. Propter quod
legimus, Montes in circuitu eius. &, In inſulis maris nomē Mat. 5.
domini Dei Iſrael. Quā perſecutionis impulſu moueri loco Pſal. 12
prænunciat. In vtraque autem parte accipi poteſt in bonis Iſa. 24.
ſcilicet præcauens fugiendo mouetur, in malis vero, per-
fida voluntate in deterius mota cōuertitur, ſicut dicit: Mo- Apoc. 2.
uebo candelabrum tuum de loco ſuo. *Reges terræ*, poten-
tes accipimus, idoneos ſcilicet iudicio ſuæ diſcretionis cer-
to ſubſiſtere. Magiſtratus, *tribuni & diuites & fortes*. hos om-
nes pro diuerſitate officiorum & qualitate virium vult in-
telligi, nullūq; ab illius perſecutionis moleſtia prędicit alie-
num, quamuis electorum numerum nullus dubitet liberā- H
dum. *Et omnis ſeruus & liber*. Liber à vinculo coniugali, ſer-
uus autem cōiugio copulatus agnoſcitur. *Abſconderunt ſe in*
ſpeluncis & in petris montium, dicentes montibus & petris: Cadi-
te ſuper nos & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab Luc. 23.
ira agni quoniam venit dies magnus iræ eius. Et quis poterit ſtare
ante illum? Speluncas petraſque montium conuenienter Pro. 30.
intelligimus fidei Chriſtianæ refugia. Scriptum eſt n. Le-
puſculus plebs inualida collocat in petra cubile ſibi. cui ſen-
ſui pſalmus concinit, dicens: Montes altiſſimi ceruis, petra Pſa. 103.
refugiū erinaciis & leporibus. Vbi etiā præcelſos in eccle-
ſia cognoſcimus montium vocabulo deſignari, propter
eminentē ſcientię charitatē Chriſti. Hos ergo nunc fragore Phil. 3.
perſecutionis vrgente conſulunt paruuli, minimis re-
media perquirentes, firmę petræ receptacula dicūtur appe-
tere.

A tere. ad quemcunq; enim talium refugiant montium, ad petram in eo habitantem fugere dicuntur. Petra autem, inquit, erat Chriſtus. (1. Cor. 10.) Cum ergo illorum montium conſilijs mutuuntur, ſalutarib. tegendi monitis & obumbrandi conſilijs, quaſi ipſos ſuper ſe montes per affectum compaſſionis cadere deprecantur. Illius enim quiſq; ſub vmbraculo tegitur, cuius remedio exhortationis præmunitur. Hinc Iſaias: (Iſaia 2. * 10.) Et * tunc, inquit, ingredere in petra, abſcondere foſſa humo à facie timoris Dei & à facie furoris eius, cum ſurrexerit percutere terram. Quod hic illos dicit graui perſecutione compulſos petere, hoc propheta videtur hortari, vt in ipſa quoque perſecutione, quæ ſimilem non habet, Chriſti quæramus eccleſiæque refugium, capitis inuicti & corporis glorioſi. Quod autem dicit, à facie agni ſedentis ſuper thronum, vt eos ſc. non reprobos, ſed in fide ſtabiles venturus inueniat. Aduertendum præterea locutionis genus, quod huic libro ſpiritus S. inuoluit. Vſque ad ſextum enim ſignum ordinem cuſtodiuit: & prætermiſſo paulisper ſeptimo, eadem recapitulat: & duas narrationes interens, quaſi ordinem ſecutus, ſeptimo concludit. Sed ipſa recapitulatio pro locis intelligenda eſt. Aliquando enim ab origine diſpenſationis Chriſti, aliquando paſſionis, aliquando B medio tempore, aliquando de ſola ipſa perſecutione, aut non multo ante dicturus recapitulat. Nunc ergo deſcripto ſexto, ad originem redit, eandem breuiter aliterque dicturus.

(Cap. 7.) *Poſt hæc vidi*, inquit, *quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ*, In terris *ne flarent, neque* in mari, *neque in* vlla arbore. In quatuor angulis iſtis, regna quatuor deſignari eccleſia in Iohanne cognoſcit, Aſſyriorum & Medorum & Perſarum & Romanorum: quæ ſuo quodammodo potentatu omnia præfocantia, nullum pro libitu ſui iuris ſinerent reſpirare. Ideo. Ne in terris inquit, flarent id eſt, habitantes terram, neque in mari, neque in vlla arbore. Ideo autem quatuor, propter totidem mundi notiſſimas partes. qui ſunt quatuor angeli, id eſt, quatuor intelligendi ſunt venti, iuxta Danielis prophetiam, (Dan. 7.) dicentis: Ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, & quatuor beſtiæ aſcendebant de mari diuerſæ inter ſe. Et quoniam eccleſia per omnes quatuor mundi cardines partem ſuam regnis adhuc mundi videtur habere permixtam, & apud alienigenas ſuos, & intra ſe cognoſcitur C habere alienos: in terris, diuerſitas prouinciarum. in mari, inſularum: in arboribus, quia genus eſt ſyluæ, pro diuerſitate diuerſa etiam officia atque hominum præſignare voluit qualitates. *Et vidi angelum aſcendentem ab* oriente ſole, *habentem ſignum Dei viui.* Hic domini noſtri Ieſu Chriſti primus declaratur aduentus, qui alibi magni conſilii angelus appellatur. Ideo ab oriente ſole ſecundum quod de illo in Zacharia legimus: (Iſaia 9. Zach. 6.) Ecce vir oriens nomen eius. *& exclamauit voce magna* ad quatuor angelos, eo quod *datum* eſſet illis lædere terram & mare, *dicens eis*: Non læſeritis terram neque mare, neque vllam arborem, donec *ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Exclamare dicitur, eo quod poteſtate ſaluberrimæ prædicationis aduerſarias cohibuerit poteſtates, ne ſolito mundum indebitæ dominationis crudelitate comprimerent. In his autem regnis, in quibus feruens idololatria principabatur, etiam noxiorum quatuor angelorum fortitudo fruſtratur, tanquam in (Matth. 3.) miniſtris autores, illa ſcilicet voce: Agite pœnitentiam. appropinquauit enim regnum cœlorum. Quod & de ipſo D numero dæmonum aliqui confitentur, dicentium domino: (Marc 8.) Veniſti huc ante tempus torquere nos? De hoc aduentu Daniel dicit: (Dan. 2.) Lapidem abſciſum de monte ſine manibus, qui percuſſit ſtatuam ſibi oromate reuelatam, cuius caput aureum, pectus & brachia de argento, venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ. In hac autem ſtatua memorata regna quatuor deſignantur: in auro, Aſſyriorum: in argento, Medorum: in ære, Perſarum: in ferro, cognoſcitur Romanorum, ſicut Daniel angelo exponente narrauit ſubſequens. (Dan. 2.) In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur. comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum. Lapis porro ille, percuſſis quatuor regnis tanquam

deſtructo ſupercilio indebitæ tyrannidis, creuit: & factus eſt mons magnus, & impleuit omnem terram. Iſtos ergo quatuor angelos hac nunc dicit poteſtate frenari, ne ſolitis auſibus memorata regna lædere ſinerentur, donec cognitus Deo numerus electorum, ſigno inuiolabili conſeretur, de quibus Apoſtolus dicit: Qui elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius, prædeſtinans nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum. (Ephe. 1.) Hanc porro multitudinem ſacramenti numero opportune nunc inſinuans, ſequitur: *Et audiui numerum ſignatorum, centum quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſrael.* Hoc autem numero omnis ſignificatur eccleſia. nam & trinitas quaternaria ratio eſt, vt ter quaterni, decus dipondius & duodecies decus dipondius centum quadraginta quatuor facit. Nam & ipſa ciuitas duodecim ſtadia quaquauerſum habere deſcribitur, (Apo. 21.) & ambitus ciuitatis in ſolidū centum quadraginta quatuor cubitos. vnde euidenter agnoſcitur, hoc myſtici numeri indicio innumerabilē electorum multitudinem præſignari, tanquam numerum finitum pro infinito ſignificatiue commendari. Sequitur deniq; deſignans numerum ſignatorum, mētionē faciens tribuum ſingularum *Ex tribu* F *inquit, Iuda, duodecim millia ſignati.* Sic per cæteros excurrit, quorum ſtirpe Iſraeliticæ plebis proſapies traditur deſcendiſſe. *Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati Ex tribu Ruben, duodecim millia. Ex tribu Gad, duodecim millia. Ex tribu Aſer, duodecim millia. Ex tribu Nepthali, duodecim millia. Ex tribu Manaſſe, duodecim millia. Ex tribu Simeō, duodecim millia. Ex tribu Leui, duodecim millia. Ex tribu Iſachar, duodecim millia. Ex tribu Zabulon, duodecim millia. Ex tribu Ioſeph, duodecim millia, Ex tribu Beniamin, duodecim millia.* Omnium tribuum nomina decurſurus, mirum non eſt, quod à Iuda orſus, * eadem nomina reuoluerit. (* ex nominum) de tribu enim Iuda naſci voluit dominus Ieſus Chriſtus, neque enim de terrenis generationibus hic ordo contexitur, vt maiores natu ex more proferens, ad Iudam, qui quartus eſt perueniret: ſed decreto numero redemptorum, quo plenitudinem ſignificare voluit electorum, ad quam volens intentionem noſtram neceſſaria conſideratione dirigere, in cæteris quoque fratribus nominandis non naturans ordinem * reſeruauit, ita vt & (* cuſtodiuit.) poſt Ruben maioribus natu inferiores præponeret, quod ea collatione librorum Geneſeos & exodi doceri poteſt. (Gen. 29. 30. 35. Exod. 1.) Vnde ſi plenius loqui velimus hoc opus amplius oneramus. Iudas ſane interpretatum, dicitur laudatio ſiue con- G feſſio, ſicut & in paterna benedictione docetur: Iuda, te laudabunt fratres tui. (Gen. 49.) Ruben, videns filium, vel videntes filium. Simeon, audiuit triſtitiam, vel nomen habitaculi. Leui. additus Iſachar, eſt merces. Zabolon, habitaculum fortitudinis. Beniamin, filius dexteræ. Dan, iudicium ſiue iudicans Hebræorum tranſeuntium. Nepthali, latitudo. Gad, tentatio ſiue accinctus aut latrunculus Aſer, beatus. Ioſeph, augmentum. Manaſſes, oblitus vel neceſſitas. Cum varias nouerimus fidelibus ſingulis ineſſe virtutes, vt verbi gratia, in alio plenitudo ſcientiæ ſalutaris emineat, in alio autem ſola manſuetudo præcellat: hic tamen neceſſario pro donorum ordine & gradib. proficientium animarum, ipſa duodecim nomina diſponi videmus, non ſicut geniti, nec ſicut intrantes Ægyptum fuerant nominati: quia illic terrenæ generationis origo, & in Exodo Ægyptiæ regionis cohabitatio memoratur. Vnde curaui, præmiſſa eorum ſerie, quæ in hoc libro conſcribitur, etiam natiuitatis eorum ordinem adhibere, cum interpretationibus ſingulorum, ſi quomodo valeam demonſtrare, non hoc inaniter fuiſſe H mutatum. Prænoſcendum ſane paruulos etiam commonemus, ne iſtum numerum ad infantium mortes, quos Herodes occidit, æſtiment redigendum, ſicut quoſdam ſumus ignaros experti. (Matth. 2.) Vt enim cetera ſileam, de vna tantum tribu Iuda Herodes infantes necaſſe cognoſcitur. vbi pro quantitate iuris ſui, quod tetrarches ſinebatur habere dominium, prout libuit, inſanus exarſit. hic autē omnes memorat tribus, quorum conſequentias nominum ſuis tribubus ſubiungentes, ac numero coaptantes, præmiſſam in electorum plenitudine ſignificationem dilucidare amplius poterimus, ſi huius loci ſecreta rimemur. In Iuda enim & confeſſio peccatorum, & laus claret, prædicanda virtu-

A tum, quæ de eadem tribu naſcendi numero conuenit ſigna-
torum. Nam & confeſſio in ſacris paginis nō tātum ad pec-
cata redigi, ſed & pro laude ſæpius ſolet intelligi. Hinc pſal-
mus dedicationis domus Dauid, id eſt, viceſimus nonus:
Cantet tibi gloria mea & non compungar. domine Deus
meus, in æternum confitebor tibi. & dominus nullum ha-
Matt. 11. bens omnino peccatum, Confiteor tibi pater, domine cęli
Gen. 29. & terræ. Ruben, videns filium, vel videntes filium. In filiis
Pſa. 127. opera ſæpius ſignificari cognoſcimus. Filiis autem lucis in
lumine ambulantibus, dicitur: Videas filios filiorum tuo-
rum, pax ſuper Iſrael. cuius nunc filii in diſputatione ſpiri-
taliter adſumuntur. Hoc autem & Apoſtolus dicit: Pax ſu-
Gal. 6. per Iſrael Dei. Recte itaq; ex nomine ipſius tribus, ſigna-
torum numerus adhibetur, quibus & congruit, videntes fi-
Matth. 5. lium. Talibus nanq; dominus dicit: Vt videant veſtra bona
opera, & glorificent patrē veſtrum qui eſt in cælis. Simeon,
audiuit triſtitiam, vel nomē habitaculi. Eos hic arbitror de-
ſignari de quibus dominus Beati, inquit, qui lugent, quo-
Matth. 5. niam ipſi conſolabuntur. Sic enim audiunt triſtitiam, vt o-
bedientes hic habere malint de more ſuſceptam, ſeminātes
Pſa. 125. in lachrymis, quæ in gaudio metant. non hic intentionem
B habitationis ſuæ locātes. ſed ſurſum cor habētes, vbi Chri-
ſtus eſt in dextera Dei ſedens, habitationem noſtram quæ
Col. 3. de cælo eſt, ſuperindui cupientes ſicut Abel qui expecta-
Heb. 11. bat manentem in cælis ciuitatem, cuius artifex & conditor
Deus. Ideo & nomen habitaculi Simeon interpretatum di-
citur vt ſuſcet audiat, & quid hic habendum, & quid ſit à
fidelibus expectandum: quia nunc tempus triſtandi, & ad
aliud melius habitaculum ſuſpirandi. Hinc dominus diſci-
Iohan. 16. pulis dicebat: Vos plorabitis & flebitis. mundus autē gau-
debit. Vos contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in
gaudiū. Leui, additus. His conuenit. quod & in Salomone
Eccl. 26. legimus: Numerus dierum eius duplex, qui ſic bonis vitæ
præſentis vtuntur, vt temporalibus potius æterna mercen-
tur, ne terrenis impediti, cæleſtibus defraudentur. Quibus
Iob nouimus laudabilem formam præbuiſſe, qui ſic tem-
poralia recte dudum poſſeſſa contempſit, vt annorum nu-
merus & ſubſtantiæ modus ei duplaretur additus, mane-
ret adiectus. Hinc Iſaias. In terra: inquit, ſua duplicia poſſi-
Iob. 42. debunt, & perpetua fœlicitas erit eis. Iſachar, eſt merces.
Iſa. 61. hinc Ieremias: Quieſcat, inquit, vox tua à ploratu, & oculi
Iere. 31. tui à lachrymis, quia merces operibus tuis. Et audientes
C Apoſtolum tanquam athletam ſpiritualem, non in in-
certo pugnantem, dicere: Fratres, non deficiamus. tem-
pore enim ſuo metemus. ipſumque dominum dicentem:
Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi neque ærugo,
Gal. 6. neque tinea exterminat. Nouimus vtique quod eſt fideli-
Matt. 6 bus merces, quorum pro hac quoq; tribu numerus elatet,
& pro ſectu electorum iudicio & vocabuli ſacratæ cēto. qui-
bus maxime dicitur: Gaudete & exultate, quoniam merces
veſtra copioſa eſt in cęlis. Zabulon habitaculū fortitudinis.
Mat. 5. Illorum hic puto ſignificari militiā, qui ſpiritaliter in mar-
tyrio dimicantes, corpore quoque ſuo tanquam habitacu-
lo fortitudinis inimici rabiem vincunt: & diuinitus iuti, de
infirmitate ſecundum Apoſtolum enualeſcentes, in præ-
2. Cor. 12. lio fortes exiſtunt. Ideo titulo nominis & effectu glorioſæ
virtutis celebres, gloriarum titulos victores acquirunt.
Beniamin, filius dexteræ Laboris non eſt, illos agnoſcere
Gen. 35. filios dexteræ, quos agnorum nomine veritas in euangelio
Matth. 25. figurauit, dicens: Agnos ad dexteram. vt cuius in ſeculo de-
D xtera conſortantur, eius in futuro fœlicitate fruantur. Dan,
Iudicium ſiue iudicans Hebræorum tranſeuntium. Iudi-
cium illorum hic æſtimo poni, qui ſic inter noui & veteris
teſtamenti tempora moderamine ſpiritali diſcernunt, vt
nec gentes iudaizare exiſtiment debere, nec in condemna-
tione in veteris teſtamenti putent aliquid mutilandum, de
hac denique quæſtione non inter ſolos tantum apoſtolos,
Gal. 2. ſicut beatus Paulus ad Galatas memorat, ſed etiam inter
** dignoſcimus.* ſpiritales poſtmodum viros talis fuerat quæſtio nata, quæ,
ſicut hoc interpoſitu * dignoſcionir nomine magno, indi-
gens fuiſſet iudicio referenda. Quocirca Dan, iudicium ſi-
ue iudicans Hebræorum tranſeuntium, ſubaudimus aut
tempus aut typum. id eſt, Iudæorum tranſeuntium figura-
tas actiones, venturo Chriſto eccleſiæque ſeruientes. ideo
tranſeuntiū, quia nō ad ſe, ſed ad aliud ſunt potius referen-
dæ. Omnia enim hæc, ait Apoſtolus, in figura contingebāt E
illis. &, Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. *1. Cor. 10*
ſecundum quod de eiſdem ſuperius ceremoniis meminī *2. Cor. 5.*
diſputatum, nec toties repetenda ſunt omnia, quoties ex-
ponendi horum fuerit exorta neceſſitas. Nephtali, latitu-
do, ſicut in benedictionibus Sem & Iaphet dictum legi-
mus Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. *Gen. 9*
quod interpretatur nominatus. Intelligitur autem Chri-
ſtus, qui ſic in omni orbe nominatus excellit, vt in eius no-
mine omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infer-
norum. Propterea & vnguentum effuſum eius nomen eſſe *Cant. 1.*
legimus, quod nomen clauſo vetuit negari ſilentio, cum
indeſinenti prædicatione late iuſſit flagrare pręconio. Ita et-
iam hic latitudinem ſanctificantis eccleſię in filiis adoptio-
nis videmus oſtendi, quos bonis gaudemus operibus di-
latari. Gad, tentatio ſiue accinctus, aut latrunculus. Quo- *Iob 7 iuxta*
niam ſicut legimus, hæc vita tentatio eſt conuenit milites *lxx.*
Chriſti quod ipſe præcipit adimplere, & contra omnes tē-
tationes accinctos iugiter dimicare. dicit enim, Sint lumbi *Luc. 12.*
veſtri præcincti, & lucernæ ardentes. vt ſcilicet & illicitas
concupiſcentias reprimendo frenemus, & bonis operibus F
inſiſtendo luceamus, vt idem dicit: Sic luceat lux veſtra co- *Matth. 5.*
ram hominibus. Et quia bonorum operum finem ad Deū
dirigere, non ad fauorem laudis humanę retorquere debe-
mus ob hoc etiā latrunculus interpretatum dicitur nomen
eius tanquam bona cordis latenter acquirens, Deo offerat
approbanda, non humanis obtutibus detegat præferenda, *Matth. 6.*
vt ſecūdū quod ipſe promiſit, Pater tuus qui videt in occul- *Matth. 5.*
to, reddat tibi in palam. Ideo latrunculus, eo quod lateat o-
culos Aſer, beatus. Huiuſmodi beatitudinē hic arbitror de-
ſignari, quā dominus in euangelio memorat, dicens · Beati
eritis cum vos maledixerint & perſequētur vos, & dixerint
omne malum aduerſus vos, mentientes propter me. vt is
ſacratus in electis numerus deſignetur. Ioſeph, augmen-
tum Tale hic augmentū datur intelligi, quod & præpoſitis
& diuerſis debeat in vnitate eccleſiæ mēbris aptari, illis vi-
delicet, quos de commiſſo ſpiritalis ſubſtantiæ talento du- *Matth. 25.*
pliciter dominus dicit lucrari: iſtis vero, quando aut virgi-
nitatis propoſitum, aut profeſſum continentiæ perficiunt
cælibatum. quod vtiq; non vouere non vocatur in culpam.
ſed implere ſuſceptum ore, proficit ad coronam: quia licita
videntur melioris electione poſtponere. Vnde Apoſtolus:
De virginibus præceptum, inquit, domini non habeo. ſi- *1. Cor. 7.*
ue cum inſtar Zachæi dicentis. Dimidium bonorum meo- *Luc. 19.*
rum do pauperibus & ſiquid aliquem defraudaui, reddo G
quadruplum. In eccleſia ſi quidam emerſerint, qui amore
vitæ æternæ ſimiliter faciant, augmento vtique ampliſſimæ
deuotionis accenſi, recte huius nominis proprietate pu-
tuerim applicari Siue qui & prępoſiti ſolerti induſtria pe-
cuniam duplicant, quam dominus nummulariis præcepit
dandam, vt veniens cum vſuris exigat prærogatam: ſiue
cum cælibes qui gratia diuina præuenti, incentiua carnis
hubertate ſpiritus vincunt: ſiue hi qui de ſuis facultatibus
non ſolas decimas ſecundum præceptum, ſed amplio-
rem offerunt partem. Augmento enim virtutis & cumulo
deuotionis excitati, non tantum præcepti parere, ſed etiā *Matth. 25.*
potiore Deo cultu virtutum ſe commendare feſtinant, non
vtique iam ne pœnam incurrant, ſed vt mercedem acqui-
rant. His inquam nomen Ioſeph, id eſt, augmentum, arbi-
tror conuenire: qui Ioſeph inter alienigenas exaltatus fœ-
lici cognoſcitur ſucceſſu creuiſſe, & Manaſſæ filium ſuſce- H
piſſe, quod interpretatur obliuis vel neceſſitas, vtpote du-
riſſimæ ſeruitutis & captiuitatis oblitus. Iam nunc ſi ſecun-
dum nominum qualitates, ſingulaſq; rerum congruentias
præfatis nuper vocabulis applicatas, ordinem natiuitatis
eorum velimus exequi, præmiſſæ expoſitionis exitum mi-
nime reperimus. vt verbi gratia, ſi à primogenito Ruben
velimus inchoare, quod dicitur videns filium, vel videntes
filium: & quarto ſuæ natiuitatis loco Iudam intexere, ſano
intellectui omnino repugnat. ante initia enim confeſſio-
nis, culmen bonorum operum nullus apprehendit. quia
niſi per confeſſionem renunciemus actibus malis, non in-
formamur rectis & placitis. Quocirca vt probemus eorum
ſeriem nominum non inaniter hic fuiſſe mutatam, ſed vt
euidenter ſignificatum valeat agnoſci, quanta ſit diſtan-

tia,

A tia, diſcernendum inter exortum naturæ culpabilis & ordines gratiæ ſalutaris. Huius nunc libri ordinem exequentes, eoſdem ſenſus quos interpretationibus nominum digeſſimus, recapitulantes, huic ordini quaſi quibuſdam catenulis breuiter connectamus, hoc modo: Noſtræ confeſſioni & diuinæ laudi operum ſuccedi de more perfectio, tanquam Iudæ Ruben, vt nec pœnitenda libeat vltra repetere, nec probabilia in quibus Deus laudetur, pigeat adimplere. Propterea huic in ordine Ruben ſubiungitur, vt & qui operatur, ſpe gaudeat: & videntes ad Dei laudem referant operantem. Verum quia adhuc corpus quod

Sapien 9. corrumpitur, aggrauat animam: & ingemiſcimus grauari:
2. Cor. 5. & quandiu in corpore ſumus, peregrinamur à domino:
Ibid.
Act. 14. & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, ſicut ſcriptum eſt, ſuccedit Gad, id eſt, tentatio: ſuccedit inquam non natiuitatis ortu, ſed militiæ ſpiritalis excurſu etiam talibus enim non deſunt tentationes vitæ præſentis, quibus exerceantur in agone: & accincti cingulo ſpiritali, non ſinantur deſidiæ torpore marceſcere. Licet enim & in bono & in malo ponatur ſæpe tentatio, hic

B tamen vt ad virtutem bono vſu redigatur, intelligenda proponitur. Propterea vt & accinctus, vtpote ſpiritualiter præ-

Psal. 17. lians, dignoſcatur: Præcinxiſti me, inquit, virtute ad bel-
Iac. 1. lum. Vnde legimus: Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, ſicut & Abraam tentatus enituit. Nam etſi mala quidem ſit tentatio, iure tamen beatos dicimus tentationem vincentes, vel ex tentatione victores. Ideo poſt Gad, Aſer, (id eſt, beatus) ponitur, iuxta acceptam à domino regulam verita-

Mat. 5. tis, qui dicit: Beati eritis, cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos,

2. Co. 6. mentientes, propter me. Huius beatitudinis fida promiſ-
Psa. 118. ſione ſecuri, non anguſtiantur, ſed cũ Apoſtolo dicũt: Cor noſtrum dilatatum eſt. Et pſalmo concinunt: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum. Propterea Nephtali ſuccedit, quod eſt latitudo, vt non ſolum non deficiamus, verum etiam quæ retro ſunt obliuiſcentes, ſic in

Phil. 3. ea quæ ante ſunt (ſecundum Apoſtolum) extendamur, vt ſola neceſſitate humanæ conditionis obſtricti, curam car-

Rom. 13. nis non in deſideriis faciamus. Conuerſation. noſtra, inquit,
Philip. 1 in cœlis eſt & quamuis deſiderũ ſit diſſolui & eſſe cũ Chri-

C ſto, adhuc tamen portamus theſaurum iſtum in vaſis fictili-
2. Co. 4. libus. Ideo poſt Nephtali Manaſſes ponitur, id eſt, obliuia
Ro. 13. vel neceſſitas. De hac neceſſitate dicit Apoſtolus: Carnis curã ne feceritis in deſiderijs, cum non concupiſcentiis ſeruiendũ, ſed neceſſitatibus præmonet conſulendũ. de quibus

Psal. 24. propheta meliora ſuſpirans precabatur, dicens: De neceſſitatibus meis erue me. Huic ſupponitur Simeon, id eſt, audiui triſtitiam vel nomen habitaculi. vt etiã huius qualitate vocabuli euidentius inculcaret & quid hic habendum, & quid ſalubriter expectandũ. illis enim habitaculi cœleſtis gaudiũ dabitur, quorũ hic animus fructuoſa pœnitentia cõ-

Iohan 16 triſtatur. quibus & dicitur: Triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. Proinde Leui ſubnectitur, id eſt, additus. In quo intel-

Pro 13. ligimus vel illos, qui temporalibus æterna mercantur, ſicut
Mat 19. Salomon dicit. Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: ſiue illos, qui domini ſequendo conſiliũ, percipiunt in hoc ſeculo centuplicia, in futuro autem ſeculo vitam æternam. His & quod ſcriptum eſt conuenit, quod qui addit ſcientiã, ad-

D dit laborem. Nam & ſancto Iob ad hoc tribulationum acerbitas addebatur, vt probato præmiorum merces amplior redderetur. Nec immerito Iſachar ei ordine recto ſuccedit, quod interpretatum dicitur, eſt merces. niſi quia ſicut do-

Ro. 8. cet Apoſtolus, Non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Fructuoſius quippe pugnatur, vbi merces eſſe prædicitur. Hæc autem in habitaculo fortitudinis Deus operatur & perficit, quod dicitur Zabulon, quando virtus in infirmitate perficitur, vt

2. Co. 15. corpus quod ab inimicis putatur infirmum, & per cuius materiam animo quoque inferre nituntur interitum, Deo confortante experiantur inuictum, augmento ſuccedente infelici, id eſt, Ioſeph, quod interpretatur augmentum. atque in hoc contextum ordine augmenta ſignificat gratiarum. ſiue de talentorum dupla redhibitione vſuras, augmentum commodi ſpiritalis intelligas: ſiue in his quæ votiua fideliũ

religione redemptori Deo redduntur, accipias. Atque vt hos E omnes, quos & ordo & interpretatio nominum hic ſignificatiue poſitos, in futuro iudicio ad dexterã Chriſti regis æterni futuros intelligas, Beniamin in poſtremo loco ſupponitur, id eſt filius dexteræ, tãquam ipſe ſit finis ordinis, quæ fœlicitas promittitur perfectæ mercedis. Tunc enim nouiſ- *1. Co. 15.*
ſima inimica deſtruetur mors, vt tunc vnuſquiſque fidelium *Psa. 44.*
filius dexteræ iure dicatur, ſiue omnia eccleſia, de qua canimus: Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate. Nequaquam ſane prætereundũ exiſtimo, quod hic in Apocalypſi Manaſſes, qui non filius Iacob, ſed nepos erat, licet inter filios adoptatus, ſexto loco ponitur: cum Dan, qui vtique filius eſt, & ſiue in Geneſi, ſiue in exodo cum cæteris fratribus adnumeratus oſtenditur, hic omnino prætermittitur, tanquam eccleſia ex gentibus adoptata, ſexta mundi ætate Iudæorum perfidia reprobetur. Nec vacat quod Manaſſes in Ægypto inter alienigenas natus, merito adoptionis, ſignificationis gratia ſexto interſeritur loco, Dan autem nullo, vt vel ſic euidentius comprobetur, ſignificationis merito hic omnia geri, non tranſitorio relatu componi, vt propterea Dan iudicans hebræorum tranF ſeuntium tempus manifeſtius demonſtretur quo lex ceremoniarum in circuncisione carnalibus victimis cæteriſque talibus gerebatur tranſiſſe, tanquam non neceſſarium cognoſcatur, docente Apoſtolo cum dicit: Vetera tranſierũt, ecce facta ſunt omnia noua. itemque, Reprobatio quidem *2. Co. 7.*
fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inuti- *Hebr. 7.*
litatem. Quæ cum ita ſe habeant, cognoſcendum allego nõ me dictis domini aliquatenus aduerſari, quibus tres tantũ profeſſionis parabolas inſinuatas oſtẽdit, triceno fructu cõ- *Mat. 13.*
iuges ſexageno viduas & continentes, centeno inſinuans *Marc. 4.*
virgines, vel etiã martyres. Nã cum in agro actiuã clericorũ *Luc. 8.*
militiam, & electorum cõtemplatiua ſignificaret ocia monachorum, vel excurſus molendi laicorum, quamuis varia ſignificatione, eundem tamen numerum non videtur excedere, ſed in eiſdẽ tribus omnes hos modos inueniri vel intelligi poſſe, & ſalutari doctrina, & euidenti experientia cõprobatur. Quos n. neſcio de numero monachorũ & de ordine clericorum, & de agminibus coniugatorum ſæpe tales exiſtere, qui ad confeſſionem tanquam in Iuda laudabiles, & in Ruben operibus clareant efficaces, & in Gad tentationum exercitus fortes, & in Aſer beati, & in Nepthali largis miſericordiæ operibus dilatati, & in Manaſſe poſteriorum G obliti, & in Simeon quaſi triſtes adhuc in cõualle plorationis, ſemper autem gaudentes, nomen habitaculi in Ieruſalẽ cœleſtẽ ſuſpirantes: & in Leui qui promiſſione vitæ præſentis & futuræ congaudeant additi bonis tẽporalibus, æter- *2. Co. 6.*
no bono fundati: & in Iſachar, futuræ mercedis contẽplatione firmati: & in Zabulon, qui pro Chriſto dimicantes, ſuas animas ponant & in Ioſeph, qui & in augmento ſpiritalis ſubſtantiæ ſtudeant, & ſuper Dei præcepta aliquid amplius vel in virginitate, vel ex facultatum ſuarum offerant
quantitate: & in Beniamin fœlicitatis æternæ dexteram ſor- *1. Co. 15.*
tiantur. vt nouiſſima inimica morte deſtructa, ſit Deus omnia in omnibus, in tantum vt nec ipſe dominus ſuis dictis aduerſari putetur in eo, quod alibi octo beatitudines memorans, admirabili prorſus diſpoſitione deſcribit: Quas vtique ab illis tribus profeſſionibus non ſeparauit, ſed in ipſis inueniri, & ex ipſarum membris refulgere perdocuit: in qui- H bus & horum patriarcharum & intelligentiam ex nominibus tractam, animaduertere poterimus, & ipſa nomina iiſdem congruenter gradibus coaptare, non paritate numeri, cum iſti octo, illi vero duodecim conſtent, ſed intelligentiæ qualitate relata, ſibique altrinſecus è regione diſpoſita. Nam primam beatitudinem pauperes ſpiritu nominauit, id eſt, humiles, qui timore Dei præditi, infirmitatum ſuarum confeſſione ſaluãtur, quibus dicitur: Noli altum ſape-
re, ſed time. Pauperes ergo ſpiritu, in Iuda per confeſſionẽ *Rom. 11.*
laudabilem & veracem decet intelligi. Vnde & Iſaias: Super quem, inquit, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos? Secunda proinde beatitudo mitibus deputatur. Mites autem ſunt, qui factis obedientes eloquiis, & quæ audiunt, ſine repugnantia credunt: & quæ tradita in eccleſia viderint, ſine reprehenſione ſectanda ſuſcipiunt. qui in Ruben non incongrue

ſign-

A *Matt. 5.*

figurantur, qui eſt vidēs filium, vel videntes filiū. Tertia eſt. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Huic Gad, q interpretatur tentatio ſiue accinctus, tertio poſitus loco, concurrit, ſecundum præmiſſam expoſitionem. Quarta, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. quo etiam numero poſitus comparatur Aſer, quod eſt beatus. Nulla quippe melior beatitudo poterit inueniri, quam vt amator iuſtitiæ ipſius veritatis ſatietur autore, quæ reficit nec deficit, ſufficiens ſingulis, & integra permanens vniuerſis. Quinto loco, Beati miſericordes. huic quinto ordine relatus occurſit Nepthali, vere latitudo, quæ ſic opera pietatis exercet, & anguſta cupiditate remota, dapſili ſemper liberalitate hilariter dilatetur. Sexto loco dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Manaſſes quoque in ſuo ordine ſextus occurrit, id eſt, oblitus vel neceſſitas. Manaſſes ille, qui ex nepote adoptatus in filium, illius quoque eccleſiæ hic figuram gerit. cui dicitur: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum

Pſal. 44. B

tuum & domum patris tui. Talibus quoque conuenit, Deum mundo corde videre, qui poſteriorem obliti, & in anteriora extenti, dicunt: Mente ſeruio legi dei, carne autem legi peccati. An hoc mihi pertinere videtur, quod & ille botrus inter duos de terra promiſſionis allatus, hos duos figurauerit populos, Iudæorum priorem, tanquam poſt tergum botrum (id eſt, Christum) habentem gentium vero ſequentem, Chriſtum coram oculis ſemper habentem. Septimo loco dicitur: Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur. Huic Simeon ſeptimus coaptatur. id eſt, audiuit triſtitiam vel nomen habitaculi. tales iam ſapientiæ largitate locupletati, dicunt: Cum his qui oderant pacem, eram pacificus. Illo enim hic zelo triſtantur, quo propheta dicebat. Vidi inſipientes, & tabeſcebam. &, Defectio animæ tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Octauo loco dicitur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Cui beatitudini Leui, qui eſt in ordine numeri, Zabulon autem puto proprietate vocabuli coaptandum, id eſt, habitaculum fortitudinis, quo martyres veritatis diabolum vincere

Phil. 3. *Rom. 7.* *Num. 13.* *Marc. 5.* *Pſal. 119.* *Pſal. 118.* *Ibidem. 8.* *Matt. 5.*

C

deſignantur natura fortiorem, licet nec in Leui ſenſus abhorreat, ſi ſuper baptiſmū honor martyrii additus cognoſcatur. Veruntamen ne humanis viribus horum merita præſtitorum quis adſignanda putaret, ſed illius eſſe munere probaretur, qui diuidit propria ſingulis pro vt vult. Septenaria quoque operatio ſpiritus ſancti vnicuiq; beatitudini, vel omnini comparata, conſona videtur mirifice concordare, ita duntaxat, vt cupientibus nobis ad portum ſapientiæ peruenire, à timore nouerimus inchoandum. Initiū enim ſapientiæ timor domini. Vnde enim enumerans propheta incipit, illud perficiendus quiſque præuenter. Timor itaque in Iuda, cui pauperes ſpiritu comparantur: pietas in Ruben, cui mites ſperantur: ſcientia Gad, id eſt tentatio vel accinctus, cui lugentes tertius ordo connectit. Fortitudini quartus Aſer, cui eſurientes ſitientesque iuſtitiam congruunt. Conſilium deputatum eſt Nepthali cui quinta beatitudine miſericordes iure conueniunt. Remedio quippe regitur ſalutari, vt qui vult à ſuperiore iuuari, inferiores alios prout poterit, iuuare feſtinet. Intellectus Manaſſæ coniungitur, obliuiſcenti terrena, & puro cordis oculo intuenti diuina, cui ſexta beatitudo videndi Deum relata conſentit. Sapientia autem in Leui, cui præcipue conuenit portare logium, quod eſt rationale, quia perfectorum eſt ſolidus cibus. Sapientiam enim, inquit, loquimur inter perfectos. quæ ſic in animam hominis diuinorum capax contemplatione perficitur, vt efficax inueniatur, atque ex vtraq; compoſita veniens, tanquam theorice actio additaditur: Siue enim mente excedimus Deo, ſiue ſobrii ſumus vobis. Illi autem hoc potiſſimum congruit, de cuius ſpecialiter tribu ſacerdotes iubebantur altari legaliter ſubrogari, qui ſic inhærebant Deo, vt ſacrorum quoque officiis conſulerent proximo vel potius populo. Nam & Dominus de vtraque tribu ſacerdotali vel regia (id eſt, Leui & Iudæ) natus, pacificauit terrena cæleſtibus. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui ſe & regem & ſacerdotem verum eſſe docuit. Hinc Eliſabeth cognata Mariæ in euangelio perhibetur. Verū quia ex circumciſione & præputio (id eſt, ex Iudæis & gentibus) eccleſiam ſibi Chriſtus dominus acquiſiuit, quando pinguedini oleæ Iſraeliticæ plebis, gentes tanquam oleaſtrum inſertos applicauit, vtriuſq; populi redemptio euidens monſtratur in numeratis nominatim cunctis, principaliter tribus, vt ſaluationem quoque gentiū memoraret, dicens: *Poſt hæc vidi turbam* multam, *quam dinumerare nemo poterat*, ex omni gente *&* ex omni tribu *& populo & lingua*. Quos ante ſingulatim nominauerat, nunc in vnitate conlocat. *ſtantes ante thronum & in conſpectu agni*, & erant *amicti ſtolis albis*, *& palmæ* fuerunt *in manibus eorum*, *&* magno clamore dicebant: *Salus Deo noſtro* ſedenti *ſuper thronum & agno*. Stolis baptiſmum, palmis, triumphum crucis inſinuat, & quod ſeculum in Chriſto vincerent, licet charitatem quoque quæ per ſpiritum ſanctum datur, ſtolæ ſignificent. Hanc itaquam multitudinem electorum, quos Deus præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii eius, ſacrati numeri ſigno prænunciat. Ex illis enim qui ex gentibus veniunt, Iſrael ſunt, ſicut & filii Abrahæ iure dicuntur, non carne, ſed fide, in illo ſcilicet ſemine, quod eſt Chriſtus lapis angularis. de quo Apoſtolus: Ipſe eſt, inquit, pax noſtra, faciens vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in ſemetipſum in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem. Quod autem manibus palmas geſtare dicuntur, aut bonorum operum perſeuerantiam inſinuat manibus: hinc legimus, Confirmauit Dominus brachia eius in opus bonum. &, Manibus meis nocte curam eo, & non ſum deceptus: ſiue illam poteſtatem ſignificat manibus, quam vt filii dei per adoptionem fierēt, acceperūt, ſicut de Ioſeph: Et omnia, inquit, dederat dominus in manu eius, id eſt, in poteſtate eius. Et magno clamore dicebant: *Salus Deo noſtro* ſedenti *ſuper thronum & agno*. Magna voce, grandi deuotione & indeficienti laude proficiētes, in throno, id eſt, in eccleſia patrem filiumq; regnare, ſpiritu ſancto nihilominus conregnante. Eſt enim hic talis ordo verborū: Deo noſtro & agno ſedenti ſuper thronum ſalus, ſicut in euangelio pari locutione legimus: Vt cognoſcant te vnum & verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, ac ſi diceret, Vt te & quem miſiſti Ieſū Chriſtum, cognoſcant vnum & verum Deum. Vno autem throno, vnius omnine poteſtas agni autē nomine, perſonalis deſignatur in patre filioque proprietas. ſicuti & quando ſolo ſancto ſpiritu nominato ibi intelligendus. eſt & pater & filius nam & cum in libro Actum apoſtolorum dictum legamus, Attendite omni gregi, in quo vos ſpiritusſanctus conſtituit epiſcopos, cōfeſtim adiecit, regere eccleſiā Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo Sanguinem porro pro nobis effudiſſe, nonniſi Chriſti nouimus conuenire perſonæ. vnde ſatis elucet, vno etiam nominato, omnem debere intelligi trinitatem. *Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni &* circa ſeniores & circa quatuor animalia. Quid eſſet ipſa turba, his exponens nominibus declarauit: vniuerſam enim diſcreuit eccleſiam. Omnes, inquit, qui in circuitu eius ſunt, offerent munera. *&* mox *ceciderunt in facies ſuas* ante conſpectum *throni, & adorauerunt Deum dicētes: Amen.* Vt oſtenderet eandem turbam innumerabilem, quam vidit ſtantem in conſpectu throni, tanquam ſibi probabiliter cognitam, ipſos eſſe angelos qui ceciderunt in faciem & adorauerunt, neque ipſam turbam, neque animalia, neque ſeniores hoc loco memorat adoraſſe, ſed ſolos angelos. Ipſi enim ſunt turba, ipſi ſeniores & animalia, ipſi procideront & adorauerunt Deum, dicentes. Amen. Propterea & ſcriptum legimus: Lætamini gentes ſimul cum plebe eius, & adorent eum omnes angeli Dei. Propterea & *benedictio & claritas & ſapientia &* gratia *& honor & poteſtas & virtus Deo noſtro in ſecula ſeculorum.* Enumerato ſeptenario virtutum numero, illa potiſſimum ratione monemur aliquid quærere, quod eas hic nominauerit, quarum ſuam Deus eccleſiam voluit eſſe participem, vt cum iſta Deo in laudibus dantur, ab ipſo ſe ea percepiſſe ſinguli fateantur. Conſiderandum nanque eſt, non hic nominari illa quæ ſoli cōpetunt Deo, ſed quæ etiā fidelibus donare dignatur. *Benedictio & claritas & ſapientia &* gratia

1. Cor. 12. *Pſa. 110.*

D *Hebr. 5.* *1. Cor. 2.* *Col. 2.* *Eph. 2.* *Luca. 1.*

E *Rom. 11.* *Ro. 8.* F *Gal. 3.* *Eph. 2.* *Pſal. 76.* *Gen. 41.* *Ioh. 13.* G *Ioh. 17.* H *Rom. 15.* *Hebr. 1.*

A ad patris dexteram ſedere, & venturum iudicem ſolenniter prædicamus, his tanquam luminibus quatuor animalium irradiatur eccleſia. Qui euangeliſtis prædicantibus cognoſcit hæc omnia, intentum etiam docet monetque lectorem, quod & in medio throno animalia memoret, & in circuitu throni eadem quatuor animalia. ac ſi diceret, In medio eccleſiæ euangelium, & per circuitum orbis fructificante eccleſiam. id eſt, euangelium. quia etſi numerus prædicatorum augetur, vnius tamen euangelii veritas, nullius vnquam nouitatis diuerſitate mutatur. Idem quippe creſcendo perſeuerat in orbe, quod intemeratum manet in origine. hoc eſt in medio throno, & in circuitu throni. Item cum ſuperius dixerit vidiſſe ſe ſuper thronum ſedentem, & in circuitu throni ſedilia viginti quatuor, in quibus ſeniores erant ſedentes viginti quatuor, circumamicti veſte alba, ſubſequenter in medio, inquit, throno & in circuitu throni quatuor animalia. Cum enim nos velit aliud ſedentem, aliud ſeniores, aliud quatuor animalia vocabulorum diuerſitate cognoſcere, vnius tamen throni nomine, vno cuncta videtur loco miſcere. B vbi intelligitur, quod euangelia in ſenioribus, & ſeniores in euangeliis. neque enim poſſunt ab alterutro ſeparari. ſic enim potuerunt eſſe animalia in circuitu ſedis, vbi ſeniores eſſe iam dixerat, in medio quoq; throno, in Chriſti videlicet corpore, quod eſt eccleſia: vbi nec ſeniores ſine euangelio, nec euangelium abſque ſenioribus eſſe ſanus permittit. *Animal primũ ſimile leoni.* Licet ſuperius multorum patrum expoſitionem de animalibus maluerim prælocare, ordinem tamen hic relationis intendens, quod primum animal ſimile dicit eſſe leoni, Matthæo magis vultum adſero conuenire leonis, qui & euangelium in Iudæa primus ſcripſit, & in Chriſto regiæ dignitatis & proſapiam narrat, & gloriam inſigniter prædicat. Hunc denique ordinem beatus etiam Auguſtinus ſuadet adſequendum Matthæo leonis, Marco hominis perſonam adſignãs, qui proprie humana videtur in Chriſto geſta narraſſe. Tertium vituli, quæ Lucæ congruit propter vituli ſaginati hoſtiam ſingularem. Porro autem Iohanni tertius aquilæ ſignificatio deputatur, qui verbi Dei celſitudinem & perſpicaciter videre, & veraciter meruit prædicare. Quocirca hinc

C *Apoc. 5.* *Ge. 49.*

eccleſia regiæ maieſtatis fortitudine fungitur & decore, quia vicit leo de tribu Iuda. Catulus enim leonis Iuda, ex cuius tribu reges populo præeſſe ſolebant. *Et ſecundum animal ſimile vitulo.* Huius eccleſiæ virtus in vitulo etiam, prima ſcilicet victima illa ratione ſignatur, qua adhuc quiſque fidelium vincit, quando pro Chriſto mactatur. Exhibete, *Rom. 12.* inquit, corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum, vt quod caput pro corpore, corpus mereatur implere pro capite. Propterea & à Zacharia orſus eſt ſacerdote. *Luca 1.* *Tertium animal habens faciem* quaſi humanam. Illam hic humilitatem eccleſiæ commendari puto. quia cum ſpiritum adoptionis filiorum *Rom. 8.* Dei perceperit, habeatque hunc theſaurum in vaſis fictilibus, *2. Cor. 4.* libenter tamen humilis gloriari maluit in infirmitatibus ſuis, *2. Cor. 12.* quam extolli virtutibus acquiſitis, pie ſequens magiſtri veſtigia, qui factus obediens vſque ad mortem, dicebat. *Phili. 2.* Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. *Mat. 11.* *Quartum animal ſimile aquilæ volanti.* D Eccleſia ſpiritalibus mẽbris cæleſtia meditantibus volare deſcribitur, quæ nullo viſu terrenæ cupiditatis illecta, duorum teſtamentorum gubernaculis regitur ſublimius prouehenda. Nam iſtis ſimilitudinibus vultuum, Chriſti quoque perſona conuenienter aptatur, hominis videlicet, quem non imaginarie, ſed proprie veraciterque ſuſcepit. Tribus vero reſiduis, quas figuralis comparationis gratia geſſit. ipſe enim leo de tribu Iuda, victor mortis illatæ, quia leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum. *Pro. 30.* Vitulus, qui pro mundi ſalute mactatus, inſigniore victima commendatur. Aquila, quod & deſurſum ima mortalitatis noſtræ petierit, atque iſtinc rurſus ad ſedem cæleſtem aſcenderit. *Et quatuor animalia habebant ſingula alas ſenas* per circuitum. Et in animalibus oſtendit viginti quatuor ſeniores, nam ſenæ alæ quatuor animalibus, viginti quatuor alæ ſunt. etenim per circuitum throni vidit animalia, vbi ſe dixerat ſeniores vidiſſe. Quomodo autem animal, cum ſex alas, poteſt ſimile eſſe aquilæ, qui habet duas* alas, niſi quatuor animalia vnum ſunt? quæ habent viginti quatuor alas, in quibus intelligimus viginti quatuor ſeniores, qui ſunt eccleſia, quam ſimilauit aquilæ, quæ ſunt duæ alæ, id eſt, duo teſtamenta, quibus ſubuecta, ſurſum attollitur, ne implicita terrenis affectionibus, detardetur: Aliter ſenas alas propter ſenarii numeri perfectionem poſitum arbitror, quia in ſexta ætate, id eſt, *Galat. 4.* adueniente plenitudine tẽporum, hæc Apoſtolus peracta commemorat. in nouiſſimo enim animali concluſit omnia, quatuor enim ſunt, ſicut & euangeliſtæ. Vnumquodq; animal & ſuam & trium poſſidet formam, ſicut per Iezechielem hæ ſedes & eadem animalia deſcribuntur. Vnumquodque quatuor formas dicit habuiſſe. & illas formas quas hic in Apocalypſi leonis, vituli, hominis, aquilæ, has quatuor vnumquodq; animal habebat, vt ſi qui vnum horum vidiſſet, quatuor vidiſſet. Vnde intelligitur, ſingula in ſolidum eſſe & rotas eiuſdem throni ita deſcribit, vt vna rota quatuor partes mundi reſpiceret. quod erat & veluti rota & eiuſdem facturæ omnes quatuor, vt id eſt, & vna quod quatuor, ne eſſet locus, vbi non thronus perfectus eſſet. F nec ab aliqua parte mundi conuerſus ſecederet, inde per circuitum vniuerſum videlicet orbem poſſeſſura terrarum. Erant *plena oculis* ante ſe & retro. Vel ſicut alia tranſlatio dicit, *intus* & foris. Intus, eo quod dignum ſit euangelii lumen occultum. Si enim opertum eſt, inquit, *2. Cor. 4.* euangelium noſtrum in his qui pereunt, eſt obuelatum. Aliter, ante & retro, quod vbicunque fructificans dilatetur eccleſia, in lumine vultus Dei ambulat, & reuelata facie gloriam Dei ſpeculatur. *1. Cor. 3.* Aliter, ante & retro alas ſenas, quæ viginti quatuor ſubſumantur, veteris teſtamenti libros inſinuat, quos eiuſdem numeri canonica autoritate ſuſcipimus, tanquam viginti quatuor ſeniores tribunalia præſidẽtes. Ideo autem eſt noui teſtamenti prædicatio fructuoſa, quia teſtimoniis veteris fulta firmatur. Hoc tenet eccleſia ante & retro, id eſt, & tunc ſub lege, & nũc ſub gratia. *Quæ non habebant requiem, nocte ac die* dicentes: *Sanctus Sanctus Sanctus dominus Deus omnipotens, qui* fuit, *& eſt, & venturus eſt.* *Iſaiæ 6.* Cum eccleſia circumquaq; diffuſa in ſingulis membris, profeſſionibusq; diuerſis, vrbibus, regionibus, prouinciis linguis & gentibus variis, indeſinenter Deum ore & opere G in aduerſis & proſperis laudat, die ac nocte dominum laudare non ceſſat, manente intellectualis creaturæ perpetua in cæleſtibus laude ſuper Ieruſalem, ad cuius ſe inſtar informari peregrina lætatur eccleſia. *Et cum dederant illa animalia* claritatem *& honorem &* gratiam *ſedenti* in thronu, *viuenti in ſecula ſeculorum.* ſtatim cadebant in faciem *viginti quatuor ſeniores* in conſpectu throni, *& adorabant viuentem in ſecula ſeculorum*, mittentes *coronas ſuas ante thronum.* Secundum præmiſſam intelligentiæ formam, ex diuerſis membris vniuerſa ædificari videtur eccleſia. nam quando animalibus perſonantibus laudem, id eſt, euangeliſtis prædicantibus & frequentantibus Chriſti diſpenſationem, quæ in trium temporũ ſumma cõſiſtit, viginti quatuor ſeniores, id eſt, omnis eccleſia, quæ in præpoſitis conſtat & populis, ſtatim* cadens in faciem, adorant viuentem in ſecula ſeculorum. ** ca ..* Huic denique ſenſui Paulus apoſtolus proteſtatus & dicit. Si conueniat vniuerſa eccleſia in vnum, & omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur *1. Cor. 14.* ab omnibus, diiudicatur ab omnibus. occulta quoque cordis eius manifeſta fiunt: & tunc cadens in faciem, adorabit H Deum, pronuncians quod vere Deus in vobis eſt. Mittentes coronas ſuas ante thronum. Deo videlicet adſignantes, quicquid virtutis quicquid habeant dignitatis. Illi enim quicquid boni conquirunt, iure tribuerint, à quo ille qui vicerit, adiuuatur. Cuius in euangelio actionis figura præceſſit, *Mat. 21.* *Mar. 11.* *Luc. 19.* *Iohan. 12.* quando præcedens populus dominum, ſternebant veſtimenta ſua in via. accipienſque ramos palmarum, procedebant obuiam ei & dicebant: Benedictus qui venit in nomine domini, rex Iſrael. Victoria coronarum, palmarum ſignũ aptius comparatur. Dicentes: *Dignus es domine Deus noſter accipere* claritatem *& honorem &* poteſtatem, quoniã *tu creaſti* omnia, & ex tua poteſtate hæc ſunt conſtituta. Vel ſicut alia editione tranſlatum inuenimus, *quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt.* Erant ſcilicet & in arte, priuſquam formarentur in opere. Creata ſunt

** vel legitur alia, vel intellige, habens.*

A ta ſunt autem, vt in ſuis quoque naturis ſecundum præſcri-
ptos in Dei ſapientia terminos etiam viſibiliter extitiſſent.
Quæ autem ſequuntur, alterius libri tractanda ſumantur
exordio.

CAPITVLA LIBRI SECVNDI.

I. *Libri ſignati ſignis ſeptem dignitas, acceptio patefacti memoratur & viſio.*
II. *Primo ſigno, equi albi narratur inſpectio.*
III. *Secundo equus rufus, & niger tertio memoratur.*
IV. *Equum quarto ſigno pallentem.*
V. *Quinto ſigno ſub altare Dei animas occiſorum.*
VI. *Terræmotum, ſolis obſcuritas, in * ſanguine lunæ conuerſo, ſtellaſque caſuras.* (* ſanguinē luna conuerſio.)
VII. *Quatuor angeli tenere quatuor terræ angulos perhibentur.*
VIII. *Numerus ſignatorum de ſingulis tribubus memoratur.*
IX. *Ventura ex gentibus prædicatur innumerabilis multitudo.*
X. *Agnus qui in medio throni eſt, reget eos.* B

PRIMASII IN APOCALYPSIM LIBER II.

LEGEM Dei poſſe tribus modis intelligi,
etiam multipliciter, recta duntaxat expoſitio-
ne cognoſci, eiuſdē teſtimoniis perdocetur.
ſicut n. in Salomone legimus, Scribe ea tibi
triplicitèr, ita in libro Iob ſcriptum meminî-
Prou. 7. 22. mus: Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & oſtenderet
Iob. 11. tibi ſecreta ſapientiæ, & quod multiplex eſſet lex eius. Ve-
rum quia vno ſpiritu probata, ſibi aduerſarii nullatenus
poſſunt, probabili ratione vtrunque conſtare facile demō-
C ſtratur. Hoc tantum eſt principali ſolicitudine conſeruan-
dum, vt ſacris voluminibus exponendis illos ſenſus adhi-
bere curemus, qui nec ab ipſorum locorum veritate reſi-
liant: quin potius autoris animam intentione ſobria pene-
trantes, ſalubriter proferant, & qui fidei regulis coaptati,
Iob. 8. conſona ſemper veritati reſpondeant. Neque n. & illud ſibi
Sapien. 7. contrarium videri putandum eſt, quod cum ſpiritus Dei
legaliter inſinuetur vnicus vel ſimplex, mox perhibetur e-
tiam multimodus vel multiplex, ſicut ſe tranſlationum di-
uerſitas habet. Simplex vtique ſingulari proprietate naturæ
multiplex diſtributionibus gratiæ. vel cum tribus modis le-
gatur peccatorum remiſſio celebrari, baptiſmate, pœnitu-
Pſal. 31. dine atq; martyrio, iuxta pſalmum, quod canimus: Beati
quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum recta ſunt
peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum.
vt baptiſmo remitti, pœnitentia tegi, martyrio non impu-
tari credantur. Alii tamen patres ſeptem modis dixerunt re-
laxari, addentes eleemoſynas debitæ remiſſionis acquiſi-
tioni, proximi ab errore cohiberi, & abundantiam charita-
1 Pe. 4. tis, per quam cooperiri abundantiam legimus peccatorū.
Pro 10. Poſſunt autem intra illos tres modos iſti quoque compre-
D henſi manere, qui latius clareant expediti. Quorum iſta
præmiſerim, ſequentis mox lectionis docebit excurſus. ex-
ponendis nanque locis arduis properantes nolumus aut
temeritatis progreſſu notari, aut paternæ traditionis obli-
uioſi ab aliquo iudicari.

Cap 5. *Et vidi librum in dextera* Dei *ſedentis ſuper thronum, ſcriptum*
intus & foris, ſignatum ſignis ſeptem. In dextera, in Chriſto di-
cit. ipſe eſt enim brachium Dei, ipſe dextera patris, ſiue in
ſumma beatitudine. Librum ſcriptum intus & foris, vtrun-
que teſtamentum. A foris, vetus quod videbatur: ab intus,
Heb 12. nouum quod intra vetus latebat. Hinc Apoſtolus Hebreos
alloquitur, dicens: Non enim acceſſiſtis ad tractabilem i-
gnem & turbinem & caliginem & procellam & tubæ ſo-
num & vocem verborum: quam qui audierunt, excuſaue-
runt ſe, ne eis fieret verbum. non enim portabant quod di-
1. Co. 2. cebatur &c. Nunc autem ſpiritalibus ſpiritalia comparan-
1. Co. 4. tes, non contemplamur quæ videntur, ſed quæ non viden-

E tur. quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non
videntur, æterna: Propterea autem vnus liber dicitur, quia
nec nouum ſine vetere, nec vetus ſine nouo. Nam vetus
nuncius eſt & velamen noui, & nouum adimpletio & re-
uelatio veteris. quia & vetus quamuis à foris eſſet, non to-
tum apparebat, non totum latebat. Vel vt clarius exprima-
tur, omnis diſpenſatio ſaluatoris, libri hic nomine frequen-
tatur, quæ in vtroque teſtamento vel promiſſa legitur, vel
peracta. Signatum ſignis ſeptem, multifaria myſteriorum
latitantium plenitudine tectum, inde & à monte vmbroſo
& condenſo. Et licet ſeptenarius numerus vniuerſitatem
ſolicite complectatur, arbitror tamen ſeptem modos tan-
quam ſeptem ſigna in ſcripturis diuinis exercitiis palam
debere quæri, & pro ſe neceſſario reperiri non tantum pro-
loquiorum, quos etiam mundani autores in ſuis dictioni-
bus regulariter Deo reuelante animaduertere potuerunt.
ſed etiam intelligentiæ ſalutaris, qui ſoli ſpecialiter Chriſto
reſerandæ dicuntur manſiſſe repoſiti. Quamdiu enim a-
quam in illis ſex hydriis tanquam ſex ætatibus idem domi-
F nus conuertiſſet in vinum, id eſt, vetus teſtamentum intel-
ligendum ſpiritaliter perdoceret, nec debriare feruore ſpi-
ritus lex quenquam poterat. Et illa ſigna clauſa hactenus
permanebant. quocirca ſacris diligenter paginis perſcruta-
tis, ſeptem primum modis locutionis videmus facile com-
prehendi, i. indicatiuum, pronunciatiuum, imperatiuum,
optatiuum, coniunctiuum, infinitiuum & impersonalem.
Mich 6. vt verbi gratia, indicatiuum ſit in eo quod legimus, Indica-
bo tibi homo quid ſit bonum, & quid dominus quærat à
te. vtiq; diligere iudicium & facere miſericordiam, & ſoli-
Iſai. 48. citum ambulare cū Deo tuo. Et, Ego dominus Deus tuus,
Iſai. 63. docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Itemque
Ibidem. cum quæritur, Quis eſt iſte qui venit de Edon, tinctis veſti-
bus de Boſra? iudicando reſpondetur, Ego qui loquor iuſti-
Iſai. 48. tiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Pronunciatiuus,
Iſai 44. Audi me Iacob, & Iſrael quem ego voco. ego primus & e-
Iſai. 40. go nouiſſimus, & abſq; me non eſt Deus. Itemq;, Quare di-
cit Iacob & loqueris Iſrael, abſcondita via mea à domino,
& à Deo meo iudicium meum tranſiit? Nunquid neſcis aut
G non audiſti, Deus ſempiternus dominus, qui creauit termi-
nos terræ, non deficiet neq; laborabit, nec eſt inueſtigatio
Iere. 31. ſapientię eius, qui dat laſſo virtutem? Vel, Ecce dies venięt,
Hebr. 8. dicit dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael & ſu-
per domum Iuda teſtamentum nouum. Imperatiuus, Non
Exo 20. accipies nomen domini Dei tui in vanum. &, Non habebis
Iſai. 58. Deos alienos pręter me, vel his ſimilia. Et, Clama, ne ceſſes,
Iſai 48. quaſi tuba exalta vocem tuam. Optatiuus, Vtinam atten-
diſſes mandata mea, & facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, &
Pſa. 118. iuſtitia tua ſicut gurgites maris. &, Vtinam dirigantur viæ
Pſal. 58. meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. &, Quis dabit
Exo. 19. mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Cō-
iunctiuus, Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pa-
ctum meum, eritis mihi in peculiū de cunctis populis. mea
Leu. 26. eſt n. omnis terra, & vos eritis mihi regnum ſacerdotale &
2. Co. 8. gens ſancta. Alibi quoq;, Habitabo in illis & inambulabo,
Iere 11. & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Vel, Si ſte-
Iere 23. tiſſent in ſubſtantia mea, vtiq; auertiſſem eos à peſſimis co-
gitationibus ſuis. Infinitus porro modus, qui & in ordine
Ierem. 9. textus eſt, Scire & intelligere dominum, & facere iudicium
Mich. 6. & iuſtitiam in medio terræ. Itemq;, Continere à malo, in-
Iob. 28. telligentia. Impersonalis, Quis adiuuit ſpiritum domini? cū
Iſa 40 quo iniit conſilium, & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitā
H iuſtitiæ, & viam prudentiæ oſtendit illi? Vel in hoc quod eſt
ſcriptum, Quis eſt in vobis qui audiat hoc, attendat & au-
Pſal. 24. ſcultet futura? Et, Quis eſt homo, qui timet dominum, legē
ſtatuit ei in via quam elegit? Vel, Intelligere legē, ſenſus eſt
Pſa. 105. optimi, Et Quis loquitur potentias domini? & cætera his
ſimilia, quæ ſingulis poterunt modis cōgruenter copioſius
applicari. Hæc inquam verbis facile reperimus, Hoc autem
nunc iuſtus ordo depoſcit, vt in ipſis propriè rebus tanquā
ſeptem ſignis regulares intelligentiæ formas congruis te-
ſtimoniis coaptemus, vel ipſa potius teſtimonia eiſdem
regulis ſeruire probabiliter doceamus. Præmiſſos enim lo-
cutionis modos, etſi congruum vtcunque videatur, ad illud
tamen quod quærimus, exiguum iudicatur. Ideo nanque
librum ſignatum ſignis ſeptem dici, quia ſecretus * al-
* Altius.

A ſtius modus, qui ibidem ante latuiſſe, ipſius autem Chriſti diſpenſatione adſerit paruiſſe, admonet indicandus. Inquirentibus itaque nobis ſcripturam, primus hiſtoriæ actionis textus occurrit: ſecundus allegoriæ geſtus: tertius, vtriuſque modus agnoſcitur: quartus de incommutabili diuinæ trinitatis eſſentia, quando propriè, quando tropice ſactis inſinuetur oraculis: quintus parabolarum, quia tam relatu quam actu conficitur, vt quando aliud dicitur, & ſcripto aliud inuenitur, ad paſtum ſpiritalis intelligentiæ animus erigatur. Sextus de gemino ſaluatoris aduentu, vel ad eos pertinentis, ne aut primus pro ſecundo, aut ſecundus intelligatur pro primo, vbi grandi intentione regula diſcretionis eſt adhibenda. Hinc enim & Iudæorum mentes adueniente domino caligabant, & nune vſque eadem ignorantiæ, cæcitate laborant intantum, vt nonnunquam de ipſis quoque peccatis hominum & tranſgreſſionibus aliquorum prophetia prætendatur operum futurorum, aut ſecreta ſpiritalium ſenſuum. Ille porro modus, id eſt, ſeptimus, quo ſic diuinis præceptis inſtruimur, vt certa vitæ agendæ forma, aliis vero vitæ ſignificandæ figura regulariter

B innoteſcat ſollicita intentione tractandus eſt. in his & quid foris ſcriptum & quid intus ſit, diſcrete cognoſcitur. Sed iam exemplis præfatos modos nos conuenit docere. Hiſtoricus idem qui primus eſt, indicat nobis vnum Deum

Deut. 6. eſſe hoc modo: Audi Iſrael, dominus Deus tuus Deus vnus eſt. & quod ab ipſo facta ſint omnia, vel his ſimilia. Secun-

Gen. 24 dus allegoriæ, vt eſt illud, quod Abraam ſeruum ſuum tanquam nouo & inſolito obtinet iuramento, dicens. Mitte manum tuam ſubter femur meum, & iura mihi per dominum Deum cœli. Quod ideo figuratum agnoſcitur, quod non vſu omnium generaliter frequentatur, niſi Abraam & Iacob propheticis ſpecialiter patriarchis, de quorũ femore Chriſtus ſperaretur corporaliter naſciturus. Nam quod ex omnibus fidelibus Iſrael puella regi Dauid quæritur, & in-

3. Reg. 1. uenitur tam feruens, vt algentis membra ſenis congruo fouens calore mulceret: tam caſta, vt calefactum ad libidi-

Num. 21. nem non prouocaret. Vel quod populus in eremo ignitis ſerpentibus flagellatus, ænei conſpectione ſerpentis à ſerpentium morſu liberauit. Typice mutauit Dauid vultum ſuum coram Abimelech, & dimiſit eum & abiit, cum

1 Re 21. in libro Regum coram Achis rege, Dauid vultum ſuum

C mutaſſe legatur, quando tympanizans ad oſtia ciuitatis, propriumque corpus ſuis manibus portans, & ſaliuam ſuper barbam ſuam decurrere faciens, vel cætera more inſanientis exercens, typum dominicæ paſſionis expreſſit. Cum ergo mutatur nomine pro Achis Abimelech, legentem admonuit ex ipſis interpretationum nominibus, latens altius penetrare myſterium. Abimelech enim interpretatum, dicitur patris mei regnum. Tunc ergo Dei filius Ieſus Chriſtus coram regno Dei patris ſui, id eſt, coram Iudæis, vultum ſuum commutauit, quando in forma ſerui humilis veniens, factuſq; obediens vſq; ad mortem crucis,

Phil. 2. quod propriæ in tympano figuratur. Iudæorum incredulitate deſpecta gentibus voluit euangelium prædicare, ex quibus ſibi eccleſiam conquiſiuit. Hoc enim eſt. Dimiſit eũ & abiit, quod apertæ Paulus apoſtolus dicit. Vobis quidem miſſum eſt verbum hoc, ſed quoniã repuliſtis illud, &

Act 13. indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad

Mat. 21. gentes, vel illud in parabola vineæ, Malos male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis. Ex hac pene regula, illus quoq; locutionis ſpecimen puto deſcendere, qua legi-

Pſa. 113. mus: Montes exultauerũt velut arietes, & colles velut agni

Pſa 97. onium, & Flumina plaudent manibus. itemq;, Ambulaue-

Iudic 9. runt ligna vngere ſuper regẽ. His a modis non quod actum

D contigit intimatur, cum hoc vtiq; deneget impoſſibilitas eis naturalis, ſed aliquid per congruã ſignificationẽ tranſlatæ deſcribitur. His quoq; modis parabolas rerum à parabolis puto diſcerni verborum. Sextus ſane modus, quo vtrique Chriſti dignoſcitur aduentus, id eſt, quæ ad primum, quę localiter referenda ſint ad ſecundum, aliud eſt cernere, id eſt, primus ſibi humiliationis vendicat loca, ſicuti eſt q

Deu. 18. Moyſes dicit: Prophetam vobis ſuſcitabit Deus ex fratri-

Baruc. 3. bus veſtris ſicut me. illum audietis. itemq;, Poſt hæc in terris viſus es, & cum hominibus conuerſatus es. Et iterum. Non eſt ſpecies ei neq; decor, & vidimus eũ, & non erat ei aſpectus, deſpectum & nouiſſimum virorum, virum dolo- B

Iſa. 53. rum. Et poſt paululum, Languores noſtros ipſe tulit &c. Et

Ibidem. iterum, Sicut agnus ad occiſionem ducetur, & ſicut ouis

Ibidem. coram tondente ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. De ſecundo autem aduentu legimus, Deus manifeſtus veniet

Pſa. 49. Deus noſter & non ſilebit. Et, Aſpicient ad te quem confi-

Zach. 12. xerunt. Malachias quoq; dicit, Accedam ad vos in iudicio,

Malac. 3. & ero teſtis velox ſuper maleficos & adulteros & periuros, & qui calumniãtur mercedem mercenarii &c. Quod autem diximus de peccatis quorundam hominũ, aliquid ſæpe figurare propheticum, ibi maxime intus & foris indicia videntur emicare ſignorum. Publicum nanq; peccatum Dauid

2 Re. 11. 12. de vxore Vriæ Ethæi patebat. ſed de ipſius opere malo prophetia nobis boni aliquid figurauit. Bethſabee quippe in-

Gen. 21 terpretatur puteus ſatietatis, ſiue puteus ſeptimus, quo propriè ſignificatur eccleſia. Quam Chriſtus ſeparato ab ea, occiſoque diabolo, cuius non legitimo conſortio tenebatur, ſibi ex gentibus ſociauit. De hac etiam in Cantico

Cant 4. canticorum legimus, Puteus aquæ viuæ. cui numero iſte coniungitur, propter ſeptenariam operationem ſpiritus-

2 Re. 11 ſancti. Nam & in nomine Vriæ Ethæi, euidenter oſtenditur

3. Re. 1 diaboli ſignificari perſona. Vrias namque, quod interpreta- F tum dicitur, Lux mea Dei: Ethæus autem, abſciſus, ſiue quia in veritate non ſtetit, ſed à luce ſua ſuperna, quam de

Iohan 1 Deo habebat, ſuperbiæ merito abſciſus eſt. Siue cadendo veris viribus perditis, transfigurat ſe velut angelum lucis,

2. Co. 11. audens adhuc dicere, Lux mea Dei eſt. Super tecta itaque domus delauantem ſe mulierem Dauid rex manu furtiis,

2 Re. 11. petulanti oculo vidit. concupiuit & abſtulit. Chriſtus ſane rex regum, eccleſiam lauacro atque in verbo mundatam terrena calcantem, cæleſtibus inhiantem præd... ſtinans vidit, prouidus vocatam dilexit ſponſus, vt iuſtificatam ſibi coniungeret legitimus coniugio ſpiritali maritus. ſicut etiã

Exod. 2. Moyſes in perſona Chriſti de aqua ſuſceptus, Ægyptium inſidiantem Hebræo, id eſt, diabolum Iſraelitis inſenſum, calcis ictu proſternens, ſub arena texit occiſum. Omnes e-

Galat 3 nim, dicit Apoſtolus, qui baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. In quo faciemus virtutem, vt confidenter dicamus: In

Pſal. 59. Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ ſubditi ſunt. Qui conterens ſathanam ſub pedibus noſtris, eius morticinam in eiſtantium latere permittit, quos ſtabiles non eſſe cognoſcens, mobilitate arenæ veraciter

Gen. 38. comparauit. Hoc etiam in Thamar nuru Iudæ, aliiſq; com-

G pluribus nouimus fuiſſe peractum, vt illis culpa cadentib. à Deo, qui nouit bene vti etiam malis noſtris, aliud de illis myſterio gereretur. Omnia enim illius temporis in eodem populo geſta prophetiam eſſe futurorum docet Apoſtolus

1. Co. 10 dicens: Omnia n. hæc in figura contingebant illis. Et licet illi aut purgatorias pro commiſſo pœnas luerent, aut veniã pœnitentiæ remediis impetrarent, nobis tamen diuina clementia diſpenſationis Chriſti præparauit effectum. Foris ergo peccata patebant, intus autẽ myſteria latitabant. Quæ ideo de nuru Iudæ malui præterire, ne hoc opus multo ampliore longius ſermone diſtendã. De vnius denique facto; id

Gen. 19. eſt, Loth vxoriſq; eius, quid B. Auguſtinus contra Fauſtũ Manichæum perorans dixerit, pro generali ſimilium intellectu locorum, huic operi conſerendum putaui. Dicit enim, Sicut autem aliud genus hominum in eius vxore figuratum eſt eorum ſcilicet, qui per gratiam Dei vocati,

Phil. 3. retro reſpiciunt, non ſicut Paulus, qui ea quæ retro ſunt

Luc. obliuiſcitur, & in ea quæ ante ſunt extenditur. Vnde & H ipſe Dominus, Nemo, inquit, imponens manum ſuper aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno cœlorum. Nec illud exemplum tacuit, quo nos tanquam ſale condiret, vt non fatui negligeremus, ſed prudentes caueremus hoc

Luc 17 malum. Vnde & illa vt hoc admoneret, in ſtatuã ſalis con-

Gen 19 uerſa eſt. Sic etiam in ipſo Loth, quando cum illo filiæ concubuerunt, non illud quod cum à Sodomis liberatus eſt, ſed aliud aliquid figuratum eſt. nam tunc ille ipſe Loth futuræ legis videtur geſtaſſe perſonam: quam quidam ex illa procreati, & ſub lege poſiti, male intelligendo, quodammodo inebriante aqua non legitimæ vtendo, infidelitatis opera pariunt: bona eſt n. lex, ait Apoſtolus, ſi quis ea legi-

1 Tim. time vtatur. Nec ideo tamen hoc factum vel ipſius Loth, vel eius filiarum iuſtificamus, quia ſignificauit aliquid

A quod futuram quorundam peruerſitatem pronunciaret. aliud enim illi, vt hoc facerent, intenderunt: aliud Deus, qui hoc fieri permiſit, vt etiam inde aliquid demonſtraret, manente recto iudicio ſuper peccata hominum tunc præſentium, & vigilante prouidentia ſua pro ſignificatione futurorum. Proinde aliud factum, cum in ſancta ſcriptura narratur, prophetia eſt: cum vero in illorum vita qui hoc commiſerunt, conſideratur, flagitium eſt. Et hæc quidem S. Auguſtinus ſic intelligenda præmiſit, vt de nuru Iudæ vel ſimilibus hoc doceat ſentiendum. Septimus proinde modus, qui geminam præceptorum retinet qualitatem, ille eſt vitæ agendæ, vt exempli gratia: Diliges proximum tuum tanquam te *Leui. 19.* ipſum. qui enim diligit proximum, legem adimpleuit, ſicut *Rom. 13.* Apoſtolus plenius diſputat. Et vitæ figurandæ circumciſionis, & ſabbati, vel carnalium victimarum. Qui modus quum ſecundo ſimilis eſſe videatur, illa tamen ratione diſcernitur, quod hic ad mores tantum, ille etiam redigendus ſit ad fidem. Propterea & Iacobus apoſtolus annuens vtrunque diſcernit, dicens: Fides, ſi opera non habeat, mortua eſt in ſe-*Iacob. 2.* metipſa. nam circumciſione, carnalium detruncatio vitiorũ. ſabbato autem, illa requies intelligitur animarum de qua dicitur: Vacate & videte quoniam ego ſum dominus. *Pſalm. 45* Victimis autem, vt exhibeamus corpora noſtra hoſtiam viuam, *Rom. 12.* B ſanctam, Deo placentem. Aliaque ea quæ fuerunt in veteri teſtamento præcepta, vitæ actibus adimplenda, alia vitæ ſignificationibus adumbrata. Illis implendis ſuam Chriſtus gratiam porrigi, iſtis remouendis ſe pronunciatum ſuo tempore voluit præſentari. Lex enim per Moyſen data eſt, tan-*Iohan. 1.* quam exterior in parte foris, id eſt, Nõ concupiſces. vel po-*Exo. 20.* tius illud, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Gratia autem *Deu. 5. 7.* & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, tanquam in parte in-*Ecc. 18.* tus occulta, adueniente plenitudine temporum reuelata. In *Iohan. 1.* his namq; quæ pro dilectione Dei & proximi apertius iubebantur, licet patens indemutabilis præcepti forma permanſerit, gratia tamen populus infirmus egebat, qui gemens ſub legis pondere laborabat. in illis vero figuratis pecorum victimis offerendis, agnus ille venturus expectabatur, cui repoſita fuiſſe veraciter prænunciabantur, vt ipſo veniente in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcõditi, vi-*Colo. 2.* tæ agendæ præcepta data gratia cõplerentur: figuræ autem tanquam vmbræ manifeſtata veritate, protinus fugarentur. Aliud quippe fuit in veteri teſtamento, quod ſic occidente *Hebr. 8.* litera iubebatur, vt viuificante ſpiritu poſſet implere. ſicuti C eſt, Poſt concupiſcentias tuas nõ eas. Vnde Paulus dicit. Lex *Exo. 18.* enim iram operatur. Vbi autem non eſt lex, nec præuarica-*Rom. 4.* tio. Quod licet foris ſine tegmine audienti clareret, implere tamen ſuis viribus humana infirmitas non valebat. Aliud quod intus myſtico velamine tectum, aduentum domini flagitabat, cui exemplar & vmbræ deſeruiunt. In illo n. no-*Hebr. 8.* bis vitæ cæleſtis forma conſiſtit, ex cuius fide iuſtus viuit. Il-*Hebr. 2.* lis apertis lex conuincebat reos, prodebat infirmos, vt ſalua-*Rom. 1.* tio quæreretur. Iſtis vero ſignificantibus, tanquam in interiora velaminis Chriſtum parturiebant fore venturum, quo veniente, remota celebratio deſtitit figurarum, quæ vmbra fuerat futurorum. Nec eſt vlterius quærenda, ex quo ipſius *Heb. 8.* viui corporis veritas claruit manifeſta. Finis n. legis Chriſtus *Rom. 10.* ad iuſtitiam omni credenti. Ad hoc pertinere puto illorum bipartitam præceptorum diſtributionem, de quibus tractãs Apoſtolus dicit, enumeranſq; ſane dicit: Bona eſt lex, ſi quis *1. Tim. 1.* ea legitime vtatur. Dixerat enim, Finis præcepti eſt charitas *Ibid.* D de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. Quo dicto legem fidei euidenter inſinuans, legem quoq; factorum mox ſecutus expreſſit, dicens: Iuſtis lex non eſt poſita, ſed iniuſtis, impijs & peccatoribus & cætera aduerſaria doctrinæ. Vnde quæri poteſt, cum lex iuſto non ponitur, quomodo ea legitime iuſtus vti dicatur, nos quia terrere non indiget pœna pœnarium præceptorum, qui per gratiam libere iam fruimur perfectione virtutum. Iam quippe et fides impetrauit, quod ne ſuis quiſquam virib. adſignaret, Apoſtolus *Rom. 3.* dicit: Omnes n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Oſtenditur quippe in nobis primum voluntas infirma per legem, ſed voluntatem gratia ſanauit, & legem voluntas impleuit. Ideo timere nolentibus impijs lex imponitur, vt eis impune peccare non liceat. Ideo autem iuſtis non imponitur, eo quod ſancti ſpiritus charitate præcepta, eos vltra peccare non liceat. Vtuntur autem lege iuſti ad alios vel erudiendos motibus præceptorum, vel informandos imitabilium forma virtutum. E Sic Apoſtolus vtrunq; diſcernit, cum dicit: Vos enim *Rom. 8.* accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Hoc orante apoſtoli conſilio delectati, etiam dicit ea poſtponentes, pociora diligimus. Vnde idem De vir-*1. Cor. 7.* ginibus, inquit, præceptum domini non habeo, conſilium autem do, exhortatione id agens, non præcepto compellens monens domini magiſterium ſequens, quo dicit: Qui poteſt capere, capiat. Vnde quia nunc operarius eſt, *Matth. 19.* tractare ſuſcepti operis non ſinit intentio. Hanc interim ſpeciem intra hunc modum tanquam in genere ſuo concludi, nos docuiſſe ſufficiat. *Scriptum intus & foris.* Iure porro quæritur de iſtis ſeptem, quos præmiſimus modis, qui debeant intus, qui forinſecus reputari. Eſt autem primus hiſtoricus foris. Secundus allegoricus, totus intus. Tertius vtriuſque geminam in ſe retinet formam, vt & præſentis tunc temporis congruum ſuppleret officium, & aliquid figuratæ gereret futurorum. Quartus de Deo, apud quem non eſt commutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, fide atque pietate. V-*K momenti.* terque ſenſus intus debet accipi nam intellectu non poteſt comprehendi. pax enim Dei, ait Apoſtolus, ſuperat omnem *Iacob. 1.* ſenſum. quia & eius eſſentia noſtræ capacitatis metas excedit, & eius clementiam, qua de ſe tropice multa narrauit, *Phili. 4.* F nullus competenter attingit. Quintus ſane, vbi aliud quam legitur inuenitur, vel in parabolis ſæpe diffuſus, ita eſt abſtruſa quadam ambiguitate ſuſpectus, vt intus ſit modis omnibus reputandus. Sextus de gemino Chriſti aduentu certis claret teſtimonijs, foris in promptu poſitus, certis intus latet occultis, vt apertus dubitationem auferat, addita fidelis exerceat, faſtidiaque detergat. Septimus in præceptis vitæ agendæ, ſicut iam præmiſimus foris apparet, in præceptis autem vitæ figurandæ intus latet. Hinc Danielis quoq; dictum legimus: Claude ſermones & ſigna librum vſque ad tempus *Dan. 12.* ſtatutum. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. *Signatum ſignis ſeptem.* Septem quoq; hominis interioris ætates, quibus per gratiam Dei ſpiritu mentis ſalubriter innouamur, patres noſtri animaduertere potuerunt. De his in libro de vera religione B. Auguſtinus ſic dicit: Prima eſt in uberibus vtilis hiſtoriæ, quæ nutrit exemplis, ſecundum Iacob obliuiſcentem humana, & ad diuina tendentem, in qua non authoritatis humanæ continetur ſinu, ſed ad ſummam & incommutabilem legem paſſibus rationis innititur. Tertiam iam fidentiorem & carnalem appetitum ratio-G nis robore maritantem, gaudentemque intrinſecus in quadam dulcedine coniugali, cum anima menti copulatur, & velamento pudoris obnubitur, vt iam recte viuere non cogatur, ſi omnes concedant, peccare non libeat. Quartam iam id ipſo multo firmius ordinatiuſque facientem & emicantem in virum perfectum, atque aptam & idoneam omnibus & perſecutionibus & mundi tempeſtatibus ac fluctibus ſuſtinendis atque frangendis. Quintam pacatam, atque omni ex parte tranquillam viuentem, & abundantiam incommutabilis regni ſummæ & ineffabilis ſapientiæ. Sextam omni modo mutationis in æternam vitam, & vſque ad totam obliuionem vitæ temporalis tranſeuntis perfectam formam, quæ facta eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Septima enim quies æterna, & nullis ætatibus diſtinguenda beatitudo perpetua. Vt enim finis veteris hominis mors eſt, ſic finis noui hominis vita æterna. Ille namq; homo peccati eſt, iſte iuſtitiæ. Hos ſeptem quinetiam gradus, quibus H profectus, præliare perhibemur, idem doctor ampliſſimus Auguſtinus multis memorat. ad Maximum denique ſcribens, dicit: Sic præceptis Dei, quod vt bene agamus accepimus, vitam tuam moreſq; confirmas, à religioſo timore incipiẽs. Initium n. ſapientiæ, timor domini. vbi frangitur & debili-*Pſal. 110.* tatur humana ſuperbia. deinde vt pietate manſuetus & mi-*Pro. 1.* tis, etiam quæ nondum intelligis, & quæ imperitis videntur abſurda, ſibique contraria. In ſcripturis ſanctis non obluctetis animo ac contentione, nec ſuper imponas ſenſum tuum ſenſibus diuinorum librorum, ſed cedas potius atque intellectum mitis deferas, quam ſecretum immitis accuſes. Tertius, cum tibi ad cognitionem tui aperire ſe cœperit infirmitas humana, & ſcis vbi iaceas, quam pœnalia vincula mortalitatis de Adam propagatus tecum trahas, & quã lon-

A ge peregrinetur à domino, atq; perviderit aliam legẽ in mẽbris tuis, repugnantem legi mentis tuæ, & captiuum te ducẽtem in lege peccati, quod eſt in membris tuis exclamas:
Rom. 7. Miſer ergo homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? vt te lugentem conſoletur, liberationem ipſam pollicens gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Quarto iam deſiderare implere iuſtitiam multo vehementius atque feruentius, quam à nequiſſimis hominibus voluptates carnis deſiderari ſolent. niſi quod in ſpe adiutorii diuini eſt. In iſto appetitu tranquillus ardor, & flamma ſecurior. In iſto autem quarto vitæ gradu orationibus inſtanter incumbitur, vt eſurientib. & ſitientibus ſaturitas iuſtitiæ concedatur, vt non ſolum oneroſum non ſit, verum etiam delectet abſtinere à voluptate omnis corruptionis, ſiue ſuæ, ſiue alterius, vel obluctando, quod vt facile diuinitus tribuatur. Quinto adiungitur conſilium exhibendæ miſericordiæ, vt in eo quod potes adiuues inopem. quia in eo quod nondum poteſt, ab omnipotente adiuuari cupit. Munus autem miſericordiæ geminum eſt, cum vindicta donatur, & cum humanitas exhibetur. Quæ duo breuiter do-
Luc. 6. minus ita complexus eſt: Dimittite, & dimittetur vobis:
B date, & dabitur vobis, hoc autem opus etiam ad mundationem cordis valet, vt quantum in hac vita licet, incommutabilem Dei ſubſtantiam pura intelligentia cernere valeamus. Tenetur enim aliquid aduerſus nos, quod relaxandũ eſt, vt acies noſtra erumpat in lucem. vnde ipſe dominus. Verum date, inquit, eleemoſynam, & ecce omnia munda
Luc. 11. ſunt vobis. Quapropter ſexta conſequitur cordis ipſa mundatio. Vt autem in lucem veram rectus & purus dirigatur aſpectus, neq; illa quæ bene atque laudabiliter facimus, neque illa quę acute ſagaciterq; diſpicimus, ad finem placendi hominibus vel ſubueniendi neceſſitatibus corporis referenda ſunt. Gratis enim ſe vult Deus coli, quia nec quicquam eſt, præter quod ipſe appetendus ſit, cum ad iſtam intelligentiæ puritatem bonæ vitæ gradibus venerimus, ſiue tardius, ſiue celerius, tunc dicere audeamus, valere nos aliquãtum mente contingere ſummæ atque ineffabilis trinitatis vnitatem, vbi ſumma pax erit. quia vltra quod expectetur, non eſt, cum reformati ad ſui generis imaginem filii Dei ex hominibus facti, paterna incommutabilitate perfruuntur.
C Primo enim, Beati pauperes ſpiritu, vbi timor Dei eſt. de-
Matt. 5. inde, Beati mites, vbi pietas docilis: tertio, Beati lugentes, vbi ſcientiæ propriæ infirmitatis. quarto, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, vbi fortitudo conandi domitas habere libidines. quinto, Beati miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus. vbi conſilium eſt adiuuandi, vt adiuuari mereamur. tunc ad ſextum peruenitur gradum, in quo dicitur: Beati mundo corde, quoniã ipſi Deũ videbunt, vbi purus intellectus & habilis ad intelligendum. Quantumlibet ex parte trinitatem ſeruare non poſſumus, niſi &
Iohan. 14. & laudem humanam non appetamus, quamuis laudanda faciamus. Proinde ſeptimo gradu peruenimus ad pacis illi[?] tranquillitatem, quam dare nõ poteſt mundus. nam etiam illis virtutibus quatuor, quas memorauit pridem, induſtria philoſophi quoque iudicare potuerunt id eſt, prudentiæ, fortitudini, temperantiæ atq; iuſtitiæ. Si ad perfectum religionis cultum tria hæc iungentes addamus, id eſt, fidẽ, ſpẽ & charitatẽ ſeptenarium profecto numerum inuenimus. Recte enim hæc tria non omittuntur, ſine quibus nec Deõ colere, nec ei quenquam nouimus poſſe placere. Quæ cum
D ita ſint, ſiue ſcientiæ ſalutares, arcanaque voluminibus ſacris indita, in illis ſeptem modis tanquam ſeptem ſignis latentia, vmbroſius opacantur, ſiue omnis ſumma perfectionque virtutum, quibus homo interiorib. proficit incrementis, non indiſcrete confuſis ſed gradatim ſpecialiter ordinatis, ſiue promiſſum ſalutis æternæ ſubſidium, Chriſto domino miſericorditer patiente, veraciter reſurgente, mirabiliter aſcendente, & ſemper in ſingulis operante, & reuelare & cognoſci & acquiri perfici potuiſſe vel poſſe cognoſcitur. Illa ſigna in ipſo & per ipſum reuelata atque perfecta veraciter prædicantur. Quod teſtimoniis æſtimo perdocendũ.
1. inter alia enim ſic dicit Apoſtolus: Myſterium quod abſcõditum eſt à ſeculis & generationibus, nunc autẽ manifeſtatum eſt ſanctis eius, in quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus in vobis ſpes charitatis, quem nos annunciamus corripientes omnem hominem & docentes in omni ſapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Chriſto. quod & laboro, contendens ſecundum operationem eius, quam operatur in me in virtute. In veteri autem di[...] dominus creauit me initium viarum ſuarũ. Cum itaque [...] Pro. 4.
principaliter via, in qua nobis eſt ſubtiliter ambulan[dum, in] ipſo nihilominus vitæ, id eſt, profectum gradus & inſtituta viuendi & legalium myſteriorum arcana aperiri nouimus atque conferri. *Et vidi angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere* ſeptem *ſignacula eius?* Angelum fortem, legis præconium dicit. ſiquidem eandem legem in dictis angelorum datã, S. Stephano tractante meminimus & acceptam, nec tamen ab vllo populo cuſtoditam. Cuius nunc præco flagitans ire cuſtodiam, nullum eius apertione dignum ſe inueniſſe teſtatur. Cum autem primo ſigna ſoluantur, deinde liber aperiatur, c[...] ratione præpoſterum viſitatum ordinem: quia tunc Chriſtus aperuit librum, cum opus voluntariæ paſſionis imple- Ephes.
uit, ſoluens inimicitias in carne ſua, legem mandatorum in decretis euacuans, vtriuſque teſtamenti præconia in ſeipſo perfici comprobauit, templiq; velum ſua paſſione reſciſſi, tanquam ſi remoto legalium figurarum velamento, ſigna ſeptem, id eſt, omnia diuinæ legis profunda myſteria reuelaſſe affectu pariter actuq; probatur. Nullus proinde dignus dicitur fuiſſe repertus, *neque in cœlo.* hoc eſt, angelicam licet ſignificans excedere facultatẽ, non quod futurum dominicæ incarnationis & diſpenſationis myſterium angeli ignorarent, ſed quod per angelicam creaturam implendum non eſſet. Hominem enim redempturus filius Dei vera humanitate ſuſcepta, cuncta per ſe voluit adimpleri. Hinc Iſaias dicit: Non angelus, inquit, non legatus, ſed ipſe dominus ſaluos fecit eos. *neque ſuper terram.* nullus [...] Iſa. 63.
perfecte iuſtorum in hac vita morantium. Reficiendo[...] humo, ſolius creatoris egebat auxilio. *neq; ſub terra.* N[...] ſanctorum etiam defunctorum *librum aperire* dignus inuentus eſt, ſed neque perſpicere illum. Perſpicere dicit comprehendere. Vnde Paulus incomprehenſibiles dicit diuitias
Christi ſe gentibus prædicare, de quibus dominus di[...] ad Ephe.
eſt, charitatem noui teſtamenti. quia in lege latebat, & q[...] ſuæ Chriſtus præſentiæ reſeruauit, nullos ſic idoneos potuit viſu cõſpicere, vt valeret actu quoq; peragere, eo quod eam ſua Chriſtus diſpenſatione potuit adimplere. ab illis enim prævideri tantum potuit, non etiam perfici, *& ego flebam multum*, quod *nemo dignus inuentus* eſſet, qui aperiret *librum* aut ſolueret ſignacula eius. Eccleſia in Iohanne flebat, [...] tamen ſcribus peccatorum, implorans ſui[?] redemptionem quam in illius apertione libri conſiſtere demonſtrauit. *Et vnus ex ſenioribus dicit mihi: Ne fleueris, ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid. aperire librum & ſeptem ſignacula eius.* Vnus ex ſenioribus, totum corpus prophetarum agnoſcimus, quorum certis eccleſia conſolabatur oraculis, Chriſtum de tribu Iuda, mundum ſuo ſanguine redempturum. De quo prædictum legimus, Catulus Leonis Iuda, ad prædã fi- Gen. 49.
li mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt leo & quaſi leæna. quis ſuſcitabit eum. Idem quippe agnus dicitur & leo, quia innocens mortem deuotam ſuſcepit, & potentia [...] ptam occidit, cui iuſtus pridem minas veraciter inte[nta]uit, dicens per Oſeam: Ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne. Et Iſaias, Ecce radix Ieſſe aſcendet in ſalutem populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepu[lchrum] eius glorioſum. Nam & particulariter quiſque fidelium cum ſua ſtudet flere peccata, & promiſſæ redemptionis meminit per conſolationem ſcripturarum, æternæ ſalutis habere cognoſcitur, ab vno ſeniorum ſimili, vt ita dicam, H
reſponſo firmatur. Propterea autem præterita refert Rom.
cum & futura promiſerit, quia ſubtiliter ſpiritus in præteritis futura demonſtrat. *Et vidi in medio throni & in medio quatuor animalium & ſeniorum*, Quod eſt thronus, hoc animalia, hoc & ſeniores, id eſt, eccleſia. In medio [...] eccleſia eſt. quod ſequitur & deſcribit, dicens: *Agnum ſtantem quaſi occiſum.* Quoties enim occiſus Chriſtus in medio eccleſiæ prædicatur, toties idem agnus pro mundi crimine quaſi immolari videtur. Quæ rudibus ignota panduntur & ſilum memoria deuoto cultore ſculpetur. nã etiam qu[...]

A do eccleſia, quam Chriſtus induit, ſeipſam mortificat mundo, vt viuat Deo, agnus dicitur immolari tanquam pro corpore caput. Deinde ſequitur, *Habentem cornua ſeptem & oculos ſeptem qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi per orbem terrarum.* Diuerſitas vocabulorum vno proferri docuit intellectũ cornibus ... excellentiſſima ſancti ſpiritus munera, quibus per orbem totum Chriſtus regnat eccleſia. Sequitur, *Qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.* Vnum eſt enim quæ per omnẽ terram iuſte eminens principetur, quæq; ſpiritus ſancti munere dilatata ſpecialiter glorietur, id eſt eccleſia Chriſti. Septẽ ſane pro vniuerſitatis poni dictum meminimus. Vnde quia cornua ſup capiti ſunt recte exaltatio ſingularis eccleſię ſuper Chriſtum collocatur. Propter quod, Super hanc, inquit, petrã ædificabo eccleſiam meam, ac ſi diceret, Super me ædificabo te.

Mat. 16. Sapien. 1. Spiritus autem domini repleuit orbem terrarum. Quod vt ſit ... cornibus peccatorum, exaltari dicuntur cornua iuſti. De quo Iſaias præ ſcriberat & ſinibus terrę laudes audiuimus annunciantes gloriam iuſti. Septẽ ergo cornua habere tanquam omnẽ mundum intelligitur poſſidere, in quo ... formis gratiæ ſpiritus principatur, propter memoriam eius operationẽ ſeptenariam, quam hic propter illos ... ſeptem oculorum memorat, de quibus Zachariam dixiſſe puto: Septẽ iſti oculi domini, qui diſcurrunt in vniuerſam terram. Sed & ſpiritus excellentiæ dignitatẽ non incongrue cornibus videtur exprimere. Cornua enim naturali loco tanquam ... endo naſcuntur, nec carnis qualitate ... ſed creſcendo altiora magis ac magis petunt. Spiritualis enim omnia iudicat, ipſe autẽ a nemine iudicatur. Nec iudicare quenquam poſſet, niſi non iam carnalis in corpore, qualiam ... ſpecula ſublimatus, cæteris præſidere. Huic & Apoſtolus: Vos, inquit, in carne non eſtis, ſed in ſpiritu. *Et venit, & accepit librum de dextra Dei ſedentis in throno.* Librum de dextra ... ſpẽ rationẽ a patre & a ſeipſo diſpoſitam accepit ille ... hominis dicitur, quia vterque cum ſpiritu ſancto in illo ... habitat. Dexteram hic etiam pro fœlicitate victoriæ ... accipere, nec carnaliter intelligi debet, tanquam de manu patris dextera librum dicatur accipere, cum idem filius patris, idemque ipſe ſit dextera. Sed cum ſemper vincat in ſuis, qui dicit, Gaudete, quia ego vici ſeculum, ſuamque eccleſiam victricem fecit exiſtere, de ipſa declaratur librum accipere. *Et cum accepiſſet librum, quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores proſtrauerunt ſe ante agnum, habentes ſinguli citharas & phialas aureas, plenas odoramentis ſupplicationũ, quæ ſunt orationes ſanctorum.* Animalia & ſeniores ... eſt omnis eccleſia, cadunt ante agnum ... narratione victorum. Ideo habentes ſinguli aureas citharas & phialas aureas. Citharis, in quibus ligno ... chordæ tenduntur, Chriſti paſſio figuratur, quam pro Chriſto eccleſia iugiter imitatur, vt iuxta Apoſtolum adimpleat ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne ſua. Phialis, accepta Deo pia cõfeſſio, vbi non duplici quoquã corde clauditur, ſed effectu patulo reſeratur. Hæc ſunt etiam vaſa aurea in domo magna, boni odoris Chriſti ſuauitate fragrantia. Orationes porro ſanctorum gratiarum actiones ſunt, congratulantium pro mundi ſalute, & intercesſiones pro paruulorum ſtabilitate. Chriſtus, inquit, pro nobis paſſus eſt relinquens nobis exemplum vt ſequamur veſtigia eius. Quando igitur qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifigunt cum vitiis & concupiſcentiis tanquam citharis concinunt Chriſto, vt quod ipſe pro eis, illi pro ipſo aſpicientes in autorem fidei & conſummatorẽ Ieſum: qui cum ſe illis ſeptẽ inſignibus titulis reuelare voluit agnoſcẽdum, ſecreta probatur ſeptẽ peregiſſe ſignorum, cum ſe coæternũ patri Deũ docuit, qui natus de virgine hominẽ geſſit, paſſus etiam ... texit, in cælum aſcendit, ſpiritu ſancto miſſo, eccleſiam ... acquiſiuit, ſeq; futurum iudicẽ nunciauit. Quid deniq; Iudæis Iſaias dicat, audiamus: Erunt vobis verba ... hæc tanquam verba libri ſignati. Vbi literarum ... & ignarum, ſcientiæ dicit fructu fraudari, cum ... ille ſignis prohibetur interiora penetrare ſecreta, & ... præpeditur ignorantia. Hanc ſcientiæ clauem principes Iudæorum dominus increpat abſtuliſſe, dicens: Vę vobis legis doctores, qui abſtuliſtis clauem ſcientiæ. Ipſi non introiſtis, & introeuntes non ſiuiſtis intrare. Negantes enim

Margin (left): Mat. 16. Sapien. 1. Pſal. 74. Iſa. 24. — Zach. 4. — B — 1. Cor. 2. — Rom. 8 — C — Iohan. 16. — Col. 1. — 2. Tim. 2. — 1. Pet. 2. — Gala. 5. — Heb. 12 — D — Eſa. 29. — Mat. 23.

E Chriſtum cuius aduentus opus eſt prophetarum, clauem ſcientiæ auferebant. Cognitionẽ quippe legis, quæ Chriſtũ cõtinet, fides negata præcludit. Et cantant canticum nouum. Canticum nouum vtriuſque teſtamẽti veritate nouum Chriſtus canticum reddit, quando idem in principio permanens verbũ, nouo ortu per virginem genitus nouiter induitus homine Deus, poteſtate propria occidentibus traditus, morte mirabiliter ſuſcitatus, ſuper cælos quando voluit eleuatus, miſſo deſuper ſpiritu ſancto gentes acquirens nouum his omnibus eccleſiæ conquiſitæ canticum dereliquit iugiter decantandum ... in hecem ſperare venturum, vt in nouitate vitæ ambulemus, dicens: Si quis vult meus eſſe diſcipulus, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. *Dicentes: Dignus es accipere librum & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo & natione, & feciſti nos regnum Deo noſtro & ſacerdotes, & regnauimus ſuper terram.* Illam ipſam Chriſti diſpenſationem laudibus proſequuntur, libri nomine deſignatam, quam ſibi fatentur Chriſto cõmunem eſſe. Hic amplius declarantur animalia & ſeniores eccleſiam eſſe, cum dicunt: *Redemiſti nos ſanguine tuo.* Neque enim hoc niſi eccleſię conuenit dicere. Oſtendit etiam in quo cælo ſint animalia & ſeniores, cum dicũt: *Feciſti nos Deo noſtro regnũ & ſacerdotes, & regnauimus ſuper terrã.* & tamen ſi ſuperiorũ partium intelligentia permanente, aliquas in cælo quoque huiuſmodi credamus congratulari virtutes, oſtendit etiam eccleſiam in Chriſto librum accipere, cum redemptam ex omni populo & tribu & gente & lingua, ſe poteſtatem accepiſſe fatentur & regnum. Qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Erunt, inquit, duo in carne vna. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Ipſe ergo in ea accepit quod dedit, ipſe coronatur in ea qui eam coronat. Propterea Iſaias ait: Quaſi ſponſum decorauit me corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. *Et vidi & audiui vocem multorum angelorum in circuitu throni & in circuitu animalium & ſeniorum.* Qui ſic thronus, animalia, ſeniores, in quorum medio voce audiuit, oſtendit. Si enim ſibi Deo dicati ſunt iſti quos non angelos nuncupentur, vtrumque autem eos gratia non natura, licet cœleſtis quoque militia angelorum propriæ poſſit virtutis laudis præconio cum animalibus & ſenioribus, de tanto redemptionis noſtræ munere congratulando iſta concinere. *Et erat numerus eorum millia millium, vtique innumerabilium, dicentium voce magna: Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere poteſtatẽ & diuitias & ſapientiam & fortitudinem & honorem & claritatẽ & benedictionem, & omnem creaturam quæ eſt in cælis & in terra & ſubtus terram, & in mari, & quæcunq; ſunt in eis.* Licet iſta iure capiti noſtro cõpetãt Chriſto, poteſt tamẽ & de eius eccleſia nõ inconuenienter intelligi, ita duntaxat, vt quędã ſoli cõpetant capiti quędã etiam corpori. *Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere poteſtatem & diuitias &c.* Ipſe eſt enim theſaurus bonorum omnium & ſapientia Dei. Ipſum nanq; cunctis facit gentib. dominari, dicens: Mihi alienigenæ ſubditi ſunt & Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. &, Tibi dabo claues regni cęlorum. Et deinde tranſit ad caput, dicens: *Et omnem creaturam quæ eſt in cælis & in terra & ſubtus terram, & in mari & quæcunq; ſunt in eis.* Nec hoc durum ſit, accepiſſe eccleſiã cum illo cum quo reſurrexit. Si dignum nõ eſt, habere membrum quod habet caput. Nec illud iniuſtum poteſt videri quod dicit eccleſiã dignã eſſe omni creatura: quia etſi vnũquodque mẽbrum religioſa humilitate hac ſe indignum iudicat, totum tamen corpus particeps eſſe dicimus capitis ſui de quo legimus, Omnia cum illo nobis donauit. Item: Et ſedere nos fecit in cæleſtibus. Aliter, creaturã hominem ſignificare frequenter nouimus, ſicut Apoſtolus: Nam & ipſa, inquit, creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et dominus, Prædicate euangeliũ omni creaturæ. Omnia enim quæ vniuerſis competunt creaturis, inueniuntur in homine: eſſe, viuere, moueri, ſentire, intelligere. Ergo & hic omnẽ creaturã dicit omne humanum genus, id eſt totius orbis. Hinc & ipſe dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Nec ſua ex tempore Accepiſſe poteſtatem, ſed in hominibus eccleſiæ ſignificare voluit dignitatẽ. Ille vtiq; qui ſemper omnia patri dignus æqualis, et & quod dicit, qui eſt in cælo, ipſa humana in Chriſtu natu-

Margin (right): E — Rom. 6. Luc. 9. — F — 1. Cor. 6. Ephe. 5. — Iſaia 61. — G — Col. 2. — Pſal. 19. Pſalm. 8. Mat. 16. — H — Rom. 8. Ephe. 2. Rom. 8. Mar. 16. — Mat. 28.

A ta angelis præiata, dominetur in cælo: prædicata hominib',
regnans dominetur in terra. quæ ſolutis gemitibus infero-
rum præualens, dominata docetur & ſub terra. *Omnes audi-
ui dicentes ſedenti in throno & agno*, id eſt, patri & filio: *Benedi-
ctio & honor & dignitas & poteſtas in ſecula ſeculorum. Et qua-
tuor animalia dicebant. Amē*: Eccleſia vtiq; dicit, Amen, id eſt,
verum, fideliter. *Et viginti quatuor ſeniores ceciderunt, & ado-
rauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.* Eadem animalia ſunt
ſeniores, qui perhibuerunt teſtimonium, dicentes: Amen.
Deſcripta eccleſia cum officiis debitæque laudis operibus,
fuerat properandum, quo ſingulorum apertione ſignorum
inſinuata clarerent. Nihil quippe his ſeptem ſignis deeſſe
potuit, vt in eorum arcano & affectu & intellectu & actu
omnis doceretur ineſſe perfectio, deſcribit. Denique & ali-
quando ab initio finem adſumens, & tam de Chriſti trium-
pho, quam & de impugnationibus futuris eccleſiæ, ſigno-
rum conuenientias ſingulorum ſuo more percurrit, vt &
conſolationem daret de proſperitate victoriæ, & ſolicitu-
dinem de futuro certamine & de ſtupendo indixiſſet exa-
Cap. 6. mine. *Et cum aperuiſſet agnus vnum ex ſeptem ſignis.* Apertio ſi-
gni, reuelatio eſt ſacramenti. Verum quia non vnum, ſed
Heb. 1. multa ſunt ſacramenta, nec vnius modi, ſed ſicut apoſtolus
B Paulus dicit: Multifarie multiſq; modis olim Deus loqu-
tus eſt patribus in prophetis, poſtremo in his diebus loqu-
tus eſt nobis in filio ſuo &c. Et longum eſt de ſacramentorū
diuerſitate tractare, quibus futura Chriſti diſpenſatio, &
eccleſiæ præparabatur ventura ſaluatio. In his certe tribus,
quos præmiſimus modis, ſermonis, intelligentiæ, actionis,
poſſunt breuiter vniuerſa reſtringi, vt loquutio omnia in ſe
præcepta totius cæleſtis concludat oraculi. Ideo, Multifarie,
inquit, multiſq; modis loquutus eſt, vt cognito regulariter
adhibendæ intelligentiæ formas inſinuet. Vnde in euange-
lio dominus dicitur poſt reſurrectionem diſcipulorū ſen-
Luc. 24. ſus aperuiſſe, vt intelligerent ſcripturas: & corda ſalubriter
accendiſſe, vt prædicarent cæteris reuelatas, adimplentes
Colo. 1. nihilominus (iuxta Apoſtolum) ea quæ deſunt paſſionum
1. Theſ. 1. Chriſti in carne ſua, veraciterq; dicētes: Facti ſumus forma
2. Theſ. 3. omnibus credentibus. Itemq; Vt noſmetipſos formam da-
remus vobis ad imitandum nos. Qui ſi nō feciſſent, fruſtra
ſcripturas retentas memoria canerent, quas penetrare in-
telligentia, actuq; perficere nequiſſent. Et quoniam latè re-
pridem modos aſſaminis & intelligentiæ ſalutaris ſuperio-
re diſputatione peregimus, nunc quæ in actu latebant ſin-
C gulorū apertione ſignorū, interius audiamus. Nā ſi apertio
ſigni: reuelatio creditur ſacramēti, eiuſq; myſterium in ſer-
mone dicimus, intellectu actuq; cōſiſtere, videamus quo-
modo hæc ſimul tria certis etiam poſſunt locis dicta, intel-
lecta atq; peracta probabiliter inueniri, vt eadem dicta in-
tellectu ſobrio capiantur, & intellecta opere cōprobentur.
Pſa. 39. Verbi gratia, Ecce venio. In capite libri ſcriptū eſt de me: di-
cendo, Venio, ſe adhuc quidē prænunciat eſſe venturū. Cū
Hag. 2. autē quis iſte ſit quæritur, deſideratus cunctis gentibus in-
telligitur, Chriſtus. præſertim quia & in capite libri pſalte-
Gene. 1. rii, & in capite libri Geneſeos ipſe ſcriptus legitur: In prin-
Pſa. 103. cipio fecit Deus cælum & terrā. Omnia enim, inquit, in ſapien-
tia feciſti. qui requirentibus quiſnam eſſet, principium ſe
Iohan. 8. eſſe reſpondit. Venit enim cum quæritur propter quid venerit,
Pſal. 39. ſequitur: Vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui. De
qua in euangelio idem dicit: Meus cibus eſt vt faciam vo-
Iohan. 4. luntatem eius qui me miſit. De qua ab eo intelligimus cir-
Iohan. 14. ca horam paſſionis expreſſum: Vt ſciat mundus quoniam
D voluntatem patris mei facio, ſurgite, eamus hinc. Quocirca
huius facta libri ſignati tunc reuelaſſe cognoſcitur, quando
ſe vnum cum patre docuit manere principium: atq; ex vir-
gine natus, geſſit hominem verum: indebitam quoque pro
mundi ſalute ſuſcipiens paſſionem, triumphali morte re-
ſurgens aperuit tumulum, poſtquam confregit infernum:
& quando voluit repetens cælum, promiſſum diſcipulis
miſit ſpiritum ſanctum, quo replente orbem terrarum, gē-
tium multitudinem acquiſiuit, ſeque ſperandum iudicem
futurum edocuit. *Et cum aperuiſſet vnum ex ſeptem* ſignis. *au-
diui vnū ex quatuor animalibus, dicens: Veni & vide, Et ecce equus
albus, & qui ſedebat ſuper* eum, tenebat ſagittam. *& data eſt ei
corona, &* exiit *vt vinceret*, & victor exiit. Primum ſicut præ-
miſimus, in affamine diuerſatur, cui intelligentia ſociata,
penetralia ipſius mox ſupplet actionis. & quod [illegible]
cedit, verbo concordat, intelligentiæq; relatu. [illegible]
teris ſignis animaduertere intentum volo lectorem. [illegible]
enim: *Audiui vnum ex quatuor animalibus, dicens: Veni & vide.*
Quod eſt vnum animal, hoc omnis eccleſia, quæ voce ma-
gna prædicationis intonat, ſuccedentem inuitans ad fidem
eccleſiam: Veni & vide: Si quis ſitit, veniat & bibat: Acce- Luca.
dite ad eum & illuminamini: Surge qui dormis, & exurge à Iohan. 7.
mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Et ecce equus albus, & qui* Pſal.
ſedebat ſuper eum, tenebat ſagittā. & *data eſt ei corona, & exiit* Ephe.
vt vinceret, & victor exiit. Iſte equus poteſt in apoſtolis & Pſa. 19.
prædicatoribus veritatis eccleſię intelligi, ſuper niuem gra-
tia dealbatæ, cuius ſeſſor eſt Chriſtus. Ideo ei per prophetā Haba.
dicitur: Quoniam aſcendiſti ſuper equos tuos, & equitatus
tuus ſanitas. Propter quod & ſagittam tenere dicitur, quæ
prædicatione verbi Dei aptius comparatur, qua hominum
interiora transfixa, poſſint fidei fructum afferre. Hinc legi-
mus: Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ populi ſub te cadent. Pſa. 44.
Coronam ſane prædicatoribus deberi ſignificat. *Et cum ape-
ruiſſet* ſignum *ſecundum, audiui ſecundum animal, dicens: Veni
& vide.* Quod eadem exhortationis verba veniendi & vi-
dendi in cauſa diſſimili reperiuntur, cum equus albus in bo-
no, roſeus autem ponatur in malo, illud eſſe puto, quod ſic-
ut de bono lætitiam pro eccleſiæ victoria pollicetur, ſic de F
malo cautelam denunciet ex præſcientia futurorum. Sequi-
tur enim. *Exiuit alius equus rufus, & ſedenti ſuper eum datum
eſt, vt tolleret pacem de terra, & vt inuicem ſe* occiderent, *&
datus eſt ei gladius magnus.* Iſte equus rufus velut cruētus ſan-
guine alieno, non ſuo, cōtrarius victrici eccleſiæ prædicatur
repugnare, quando pacem, quæ præcellit omnem ſcientiā,
de terra inſinuatur auferre, quod & actu docetur & gladio.
Et cū aperuiſſet ſignum *tertiū, audiui tertiū animal, dicens. Veni
& vide. Et* vidi equum nigrum, *& qui ſedebat ſuper* eum, *hab-
bat ſtaterā in manu ſua.* In qua menſura ſimilari ſignificātur
examinis, per quā ſingulorum merita perpendunt. Quicquid Eſa. 14.
enim iuſto congruit iudici', & tranſgreſſores vſurpant. Inde eſt
illud, Ponam thronum meum ad aquilonem. Et quia Deo
ſinente potuerunt tēporaliter præualere, hoc modo docet,
vinum & oleum ne læſeris. *Et audiui vocem in medio quatuor
animalium, dicentem: Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres
hordei denario vno. vinum & oleū ne læſeris.* In tritico & hordeo
eccleſia dixit, ſiue in magnis & minimis, ſiue in præpoſitis G
& populis. Non eſt autem minus vna bilibris à tribus. Eadē
quippe & in ſingularitate & in trinitate perfectio. Sic do- Mat. 13.
minus in farinæ menſuris tribus fermentum dicit abſcon- Luc. 13.
ditum, oſtendens ſapientiæ & doctrinę ex modico omnem
populum myſtico indiuiduæ trinitatis numero conſecrari.
Sed & precium docet vnum eſſe tritici atq; hordei etſi me-
rito alter alterum pręcellit, vno tamen vtriq; redempti ſunt
precio. Aliter propter diuerſitatem profeſſionum, poſitum
puto diſparem numerū vnius & trium. In denario vero vitā
æternam ſignificari, quæ inter manſiones multas cōmunis
eſt omnibus, vt etſi per differentiam meritorum ibi alius
alio poſſit eſſe ſublimior præmio honore ditatus, nullus ta-
men ſit in alterius comparatione longæuus, vbi erit vna im-
mortalitas ſingulis, cōmunis æternitas permanet vniuerſis.
In vino itaq; & oleo vim ſacramentorum prohibet violari, Zach. 9.
vtpote vnctionē precioſumq; cruorē. Hinc legimus, Quid
bonum eius, & quid pulchrum eius, niſi frumentum ele-
ctorum, & vinum germinans virgines. Et in pſalmo, Vinum Pſal. 103.
letificat cor hominis, & exhilaratur facies in oleo. *Et cum a-* H
peruiſſet ſignum *quartum, audiui* quartum animal, dicens. *Ve-
ni & vide. Et* vidi equum pallidum, *& qui ſedebat ſuper eum, no-
men* ei erat *Mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt ei pote-
ſtas ſuper* quartam partem *terræ*, vt interficeret *gladio. fame &
morte & beſtiis* eos qui ſunt in terra. Duę partes ſunt in mun-
do, vna Dei & altera diaboli. Sed diaboli in tres ſubdiuidi-
tur partes, intus ac foris, i. gentilitas, falſi fratres, & aperto
errore vel ſchiſmate ſeparati. Tres ſunt itaque partes, quæ
contra vnam militant. In qua nunc quartam dari prædixit
poteſtatem. Hanc dicit eccleſiam, quæ ex parte conſ[illegible]
riis malorum gladiis exercenda. Quod etiam in numero
cognoſcendum eſt angelorum, vt contra vnum eundemq;
bonum tres ex aduerſo malos opponeret. Cum gladio ru-
fum, ſecundum cum ſtatera nigrum, tertium vero mortis

A ſigno pallentem, gladio bellum, nigro famem, pallente denuncians mortẽ. Et cũ ſingulis plagas ſingulas deputaret, inſuper & ipſo tertio, vel per ipſum omnia numerando prædicit futura plagarũ, adiecto nomine beſtiarum: Et quia etiã ſic latere poſſit, vtrũ ſimplex ſit an figurata locutio, eo quod gladius & corpori viſibilis & animæ ſoleat ſpiritalis inferri: ſic etiam de fame, vtrum verbi domini an corporis memoretur, ſed etiam de morte, vtrum animabus æterna, an corporum momentanea hic minetur. claret tamen illam quartam bonam, cui tres econtrario malos opponit, his omnibus viſibilibus temporaliter perſecutionibus exerceri. Nã ſi qui ſecundum propoſitum voluntatis Dei vocati ſunt, in electorũ plenitudine permanebunt, præſertim circa quos illæſa cuſtodiri voluit vini & olei ſacramenta, dicẽdo: Vinum & oleum ne læſeris: in vino precium redemptionis, oleo ſignificans chriſma baptiſmatis. Hordei quinetiam & tritici facta mentione, demonſtrat eccleſiam vſq; ad finem ſeculi nulla poſſe malorum perſecutione perire, in eo quod eaſdem ſpecies non ignobiliter, ſed cũ ſacrato numero & precii numerat quantitate. Quod denique illi ad ſuam maleuolẽ pœnam exercent, Deus ſumme bonus ad ſuorum redigens vtilitatem, opportunitatem nobis præbet ſpiritaliũ triumphorum. Sequitur deniq; *Et cum aperuiſſet quintum* ſignum, *vidi* ſub ara Dei *animas* occiſorum *propter verbum ei & martyrium ſuum, & clamauerunt voce magna, dicentes:* Quouſque *domine ſanctus & verus, non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui in terra habitant? Et data ſunt eis* ſingulis *ſtola alba.* De illis vtique reliquis, quos etiam inter aduerſaria Deus ſecreto operationis ſuæ reddit conſilio tutiores, martyrum ſe dicit * reliquias (id eſt, animas) perſpexiſſe non vili loco, nec qualicunq;, ſed ſub ara Dei, id eſt, ſiue in eccleſiæ vnitate perſeuerantes, ſiue ſub teſtificatione nominis Chriſti tanquam ſub ara Dei vſque ad mortem viriliter dimicantes, ſicut de Machabæis dictum eſt, ſub teſtamento Dei. Beati autẽ mortui qui in domino moriuntur. Multo itaq; amplius, qui & in domino ſcientes ſe habere domũ non manufactam, æternam in cælis, habitationem ſuam quæ de cælo eſt, ſuperindui cupientes. Propterea interpellare dicuntur. Sic autem iſta conuincimus, vt per domini paſſionem inferni gemitibus iam ſolutis, ſanctorum animas venire vltra ad inferos non putemus. Quod hic aptius ſignificari puto, vt ad ſimilitudinem veteris teſtamenti, vbi interius ara aurea fuiſſe deſcribitur, hic per memorabilis aræ vocabulũ cognoſcatur intellectuale ſecretum, velut interiora ſancta ſanctorũ in qua hic pignore ſalutis accepto, peregrini ſuſpirant, habentes ſpem ſicut ancoram animæ tutam ac firmam, & incedentem vſq; ad interiora velaminis, vbi pro nobis præcurſor introiuit Ieſus, iuxta Apoſtoli dictum, qui ſic intentione Chriſti inſinuabat præſentia, vt exponeret figurata. *Vſque quo domine ſanctus & verus, non iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum de his qui in terra habitant?* Quod non carnali ſenſu credendum eſt, animoſitate eos vltionis accendi, cum ab eis hic poſitis, per affluentiã charitatis inimicos quoq; diligi nouerimus. ſed eos manifeſtũ eſt contra peccati regnum oraſſe, & talia illius regni deſiderio poſtulaſſe, de quo dicimus: Adueniat regnum tuum. Et hoc eis diuinæ ſapientiæ præſentia intelligimus reuelatum, quod & impii æterna ſint ineuitabiliter pœna plectendi, & vſq; in finem ſeculi fonte cæleſtis gratiæ profluente, multi ſunt adhuc ſanctorum martyrum conſortio ſociandi. Quo iſti accepto reſponſo, inenarrabili lætitia exultantur, quã ſtolis albis recte credimus figuratam. Acceperunt ergo ſinguli ſtolas albas, id eſt, vt per charitatis perfectionem, quæ per ſpiritum ſanctum infunditur in corda credentium, hac conſolatione contẽti ipſi mallent pro cæterorum numero fratrum ſupplendo differri. Quod enim per beneuolentiã votis gerunt diuinitus inſpirati, interpellantes dicuntur reſponſo protinus informari, nec fas eſt eos credere contra Dei nutum quicquam cupere, cum eorum deſideria ex eius pendeant voluntate. *Et vidi, & cum aperuiſſet ſextum ſignum, & terræmotus magnus factus eſt, & ecce ſol factus eſt niger vt ſaccus cilicinus.* Sexto ſigno ſexta ætas cognoſcitur mundi, circa cuius finem nouiſſima perſecutio nunciatur, cuius vehementi impetu tanquam terræ motu orbem dicit vniuerſum concuti. Sol & luna, Chriſtus & eccleſia: quam quia

Rom. 8.

B

* reliquias

2. Mac. 7.
Ap. 14.
2. Co. 5.

C
3. Reg. 7.

Heb. 6.

Mat. 5.

Matt. 6.

D

E nouiſſima perſecutione territi multi negabunt, ideo ſol dicitur obſcurari. Si enim obſcuratum eſt, inquit, euangelium noſtrum, in his qui pereunt eſt obuelatum, in quibus Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio euangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Hinc dicitur: Ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. Hoc modo ſol niger dicitur, factus, tanquam Chriſti vel operta potentia, vel doctrina temporaliter obſcurata, vel defenſione dilata, cum impii in ſanctos graſſari ſinuntur. Hinc propheta: Diſſimulabis in hoc, vt deglutiat impius iuſtum? De ipſo denique Chriſto legimus Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum, & in ſignum cui contradicetur. In ipſo certi capientes profectum, à quo alii auerſi, incurrunt defectum. Luna in ſanguine, eccleſiam ſolito amplius pro Chriſto ſanguinem fundere prædicatur, magno perſecutionum incumbente fragore. Sanguine itaq; ſuo non ſanguine alieno, ſicut ille rufus equus, alieno rufus deſcribitur ſanguine. *Stellæ ceciderunt in terram* eo modo, quo *ficus vento magno* agitata, amittit acerbos fructus *ſuos.* Illi ſignificantur in ſtellis, qui in eccleſia, cum de electorum numero ab omnibus æſtimari, videntur temporaliter eminere, rabie tamen perſecutionis acrius incumbente, de culmine ſtatus ſui tanquam *de cælo* cadere perhibentur. quod dominus in euangelio prænunciat, dicens: Erit autem tribulatio, qualis nunquam fuit, neque erit. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. ſed propter electos abbreuiabũtur dies illi. Arborem eccleſiam posuit: fructus acerbos, quos alia tranſlatio groſſos dicit, homines: venti exagitationem, perſecutionis commotionem, per quam homines concuſſi, ab eccleſia, diuelluntur. Proprie autem acerbis fici fructibus comparantur, ſiue pro infidelitate, quam conuerſi in arcum prauum, relicta malunt fide repetere: ſiue propter immaturitatem temporis, per quam contigit vt eum fœlicem eorum eccleſia concipiendo quæſierit ortum, infœlici tamen euentu flebilem de eis patiatur abortum. *Et cælum receſſit vt liber* cum euoluitur. Recte cælum (id eſt, eccleſiam) vt euolutum & non inuolutum librum inſinuat receſſiſſe. Quicquid enim fuerit inuolutum, agnoſci à quoquam nullatenus poteſt. Nam quod euoluitur, detectum protinus declaratur. Ita & hæc cum manifeſta fuerit perſecutione diſcreta, euitans recedit, vt ab extraneis abdita non videatur, ſibi tantum (id eſt, quibus ſe credere poteſt) per vnitatem ſpiritus cognita, incognitos & alienigenas præcauit ſeq; per diſcretionis ſpiritũ, ne intellecta prodeatur, occultat. Hinc Iohannes. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi à Deo ſint. *Et omnis mons & inſula de locis ſuis mota ſunt, & reges terræ &* magiſtratus *& tribuni & diuites & fortes, & omnis ſeruus & liber.* Etiam eccleſia per montes & inſulas figuratur. Ipſa eſt enim ciuitas ſuper montem poſita. Propter quod legimus, Montes in circuitu eius. &, In inſulis maris nomẽ domini Dei Iſrael. Quã perſecutionis impulſu moueri loco prænunciat. In vtraque autem parte accipi poteſt in bonis ſcilicet præcauens fugiendo mouetur, in malis vero, perfida voluntate in deterius mota cõuertitur, ſicut dicit: Mouebo candelabrum tuum de loco ſuo. *Reges terræ*, potentes accipimus, idoneos ſcilicet iudicio ſuæ diſcretionis certo ſubſiſtere. Magiſtratus, *tribuni & diuites & fortes.* hos omnes pro diuerſitate officiorum & qualitate virium vult intelligi, nullũq; ab illius perſecutionis moleſtia prædicit alienum, quamuis electorum numerum nullus dubiter liberãdum. *Et omnis ſeruus & liber.* Liberã vinculo coniugali, ſeruus autem cõiugio copulatus agnoſcitur. *Abſconderunt ſe in ſpeluncis & in petris montium, dicentes montibus & petris: Cadite ſuper nos & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni quoniam venit dies magnus iræ eius. Et quis poterit ſtare* ante illum? Speluncas petraſque montium conuenienter intelligimus fidei Chriſtianæ refugia. Scriptum eſt n. Lepuſculus plebs inualida collocat in petra cubile ſibi. cui ſenſui pſalmus concinit, dicens: Montes altiſſimi ceruis, petra refugiũ erinaceis & leporibus. Vbi etiã præcelſos in eccleſia cognoſcimus montium vocabulo deſignari, propter eminentẽ ſcientiæ charitatẽ Chriſti. Hos ergo in hoc fragore perſecutionis vrgente conſulunt paruuli, munimini remedia perquirentes, firmæ petræ receptacula dicũtur appetere.

2. Co. 4.

Matt. 24.

Abac. 1.
Luca 2.

Matth. 24.
F

Pſal. 77.

G
1. Ioan. 4.

Mat. 5.
Pſal. 12.
Iſa. 24.

Apoc. 2.

H

Luc. 23.

Pro. 30.

Pſa. 103.

Phil. 3.

[A] tere. ad quemcunq; enim talium refugiant montium, ad petram in eis habitantem fugere dicuntur. Petra autem, inquit, erat Chriſtus. [1. Cor. 10.] Cum ergo illorum montium conſilijs muniuntur, ſalutarib. regendi monitis & obumbrandi conſilijs, quaſi ipſos ſuper ſe montes per affectum compaſſionis cadere deprecantur. Illius enim quiſq; ſub vmbraculo tegitur, cuius remedio exhortationis præmunitur. Hinc Iſaias: [Iſaia 2.] Et * nunc, inquit, ingredere in petra, abſcondere foſſa humo à facie timoris Dei & à facie futuris eius, cùm ſurrexerit percutere terram. [* tu.] Quòd hic illos dicit graui perſecutione compulſos petere, hoc propheta videtur hortari, vt in ipſa quoque perſecutione, quæ ſimilem non habet, Chriſti quæramus eccleſiæque refugium, capitis inuicti & corporis glorioſi. Quod autem dicit, à facie agni ſedentis ſuper thronum, vt eos ſc. non reprobos, ſed in fide ſtabiles venturus inueniat. Aduertendum præterea locutionis genus, quod huic libro ſpiritus S. inuoluit. Vſque ad ſextum enim ſignum ordinem cuſtodiuit: & prætermiſſo paulisper ſeptimo, eadem recapitulat: & duas narrationes intexens, quaſi ordinem ſecutus, ſeptimo concludit. Sed ipſa recapitulatio pro locis intelligenda eſt. [B] Aliquando enim ab origine diſpenſationis Chriſti, aliquando paſſionis, aliquando medio tempore, aliquando de ſola ipſa perſecutione, aut non multo ante dicturus recapitulat. Nunc ergo deſcripto ſexto, ad originem redit, eandem breuiter aliterque dicturus.

[Cap. 7.] *Poſt hæc vidi*, inquit, *quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ*, in terris *ne flarent*, *neque* in mari, *neque in* vlla arbore. In quatuor angulis iſtis, regna quatuor deſignari eccleſia in Iohanne cognoſcit, Aſſyriorum & Medorum & Perſarum & Romanorum: quæ ſuo quodammodo potentatu omnia præfocantia, nullum pro libitu ſui iuris ſinerent reſpirare. Ideo. Ne in terris inquit, flarent id eſt, habitantes terram, neque in mari, ne que in vlla arbore. Ideo autem quatuor. propter totidem mundi notiſſimas partes. [Dan. 7.] qui ſunt quatuor angeli, id eſt, quatuor intelligendi ſunt venti, iuxta Danielis prophetiam, dicentis: Ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno, & quatuor beſtiæ aſcendebant de mari diuerſæ inter ſe. Et quoniam eccleſia per omnes quatuor mundi cardines partem ſuam regnis adhuc mundi videtur habere permixtam, [C] & apud alienigenas ſuos, & intra ſe cognoſcitur habere alienos: in terris, diuerſitas prouinciarum. in mari, inſularum: in arboribus, quia genus eſt ſyluæ, pro diuerſitate diuerſa etiam officia atque hominum præſignare voluit qualitates. *Et vidi angelum aſcendentem ab* oriente ſole, *habentem ſignum Dei viui*. Hic domini noſtri Ieſu Chriſti primus declaratur aduentus, qui alibi magni conſilii angelus appellatur. Ideo ab oriente ſole ſecundum quod de illo in Zacharia legimus: [Iſaia 9. Zach. 6.] Ecce vir oriens nomen eius. *& exclamauit voce magna* ad quatuor angelos, eo quod *datum* eſſet illis lædere terram & mare, *dicens* eis: Non læſeritis terram neque mare, neque vllam arborem, donec *ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum*. Exclamare dicitur, eo quod poteſtate ſaluberrimæ prædicationis aduerſarias cohibuerit poteſtates, ne ſolito mundum indebitæ dominationis crudelitate comprimerent. In his autem regnis, in quibus feruens idololatria principabatur, etiam noxiorum quatuor angelorum fortitudo fruſtratur, tanquam in miniſtris autores, illa ſcilicet voce: [Matth. 3.] Agite pœnitentiam. appropinquauit enim regnum cœlorum. Quod & de ipſo [D] numero dæmonum aliqui confitentur, dicentium domino: [Matt. 8.] Veniſti huc ante tempus torquere nos? De hoc aduentu Daniel dicit: [Dan. 2.] Lapidem abſciſum de monte ſine manibus, qui percuſſit ſtatuam ſibi in ſomnio reuelatam, cuius caput aureum, pectus & brachia de argento, venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ. In hac autem ſtatua memorata regna quatuor deſignantur: in auro, Aſſyriorum: in argento, Medorum: in ære, Perſarum: in ferro, cognoſcitur Romanorum, ſicut Daniel angelo exponente narrauit ſubſequens. [Dan. 2.] In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur. comminuet autem & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum. Lapis porrò ille, percuſſis quatuor regnis tanquam deſtructo ſupercilio indebitæ tyrannidis, creuit: & factus eſt mons magnus, & impleuit omnem terram. [E] Iſtos ergo quatuor angelos hac nunc dicit poteſtate frenari, ne ſolitis auſibus memorata regna lædere ſinerentur, donec cognitus Deo numerus electorum, ſigno inuiolabili cenſeretur, de quibus Apoſtolus dicit: [Ephe. 1.] Qui elegit nos ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius, prædeſtinans nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum. Hanc porro multitudinem ſacramenti numero opportune nunc inſinuans, ſequitur: *Et audiui numerum ſignatorum, centum quadraginta quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſrael.* Hoc autem numero omnis ſignificatur eccleſia. nam & trinitas quaternate ratio eſt, vt ter quaterni, decus dipondius & duodecies decus dipondius centum quadraginta quatuor facit. [Apo. 21.] Nam & ipſa ciuitas duodecim ſtadia quaqua verſum habere deſcribitur, & ambitus ciuitatis in ſolidū centum quadraginta quatuor cubitos. vnde euidenter agnoſcitur, hac myſtici numeri indicio innumerabilē electorum multitudinem præſignari, tanquam numerum finitum pro infinito ſignificatiue commendari. Sequitur deniq; deſignans numerum ſignatorum, mētionē faciens tribuum ſingularum *Ex tribu* inquit, *Iuda, duodecim millia ſignati*. [F] Sic per cæteras excurrit, quorum ſtirpe Iſraeliticæ plebis proſapies traditur deſcendiſſe. *Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim millia. Ex tribu Gad, duodecim millia. Ex tribu Aſer, duodecim millia. Ex tribu Nepthali, duodecim millia. Ex tribu Manaſſe, duodecim millia. Ex tribu Simeō, duodecim millia. Ex tribu Leui, duodecim millia. Ex tribu Iſachar, duodecim millia. Ex tribu Zabulon, duodecim millia. Ex tribu Ioſeph, duodecim millia, Ex tribu Beniamin, duodecim millia*. Omnium tribuum nomina decurſurus, mirum non eſt, quod à Iuda orſus, * eadem nomina reuoluerit. [* eis nominatim.] de tribu enim Iuda naſci voluit dominus Ieſus Chriſtus, neque enim de terrenis generationibus hic ordo contexitur, vt maiores natu ex more præferens, ad Iudam, qui quartus eſt perueniret: ſed decreto numero redemptorum, quo plenitudinem ſignificare voluit electorum, ad quam volens intentionem noſtram neceſſaria conſideratione dirigere, in cæteris quoque fratribus nominandis non natiuitatis ordinem * reſeruauit, [* cuſtodiuit.] ita vt & poſt Ruben maioribus natu inferiores præponeret, quod ex collatione librorum Geneſeos & exodi doceri poteſt. [Gen. 29. 30. 35. Exo. 1.] Vnde ſi plenius loqui velimus hoc opus amplius oneramus. [G] Iudas ſane interpretatum, dicitur laudatio ſiue confeſſio, ſicut & in paterna benedictione docetur: Iuda, te laudabunt fratres tui. [Gen. 49.] Ruben, videns filium, vel videntes filium. Simeon, audiuit triſtitiam, vel nomen habitaculi. Leui, additus. Iſachar, eſt merces. Zabulon, habitaculum fortitudinis. Beniamin, filius dexteræ. Dan, iudicium ſiue iudicans Hebræorum tranſeuntium. Nepthali, latitudo. Gad, tentatio ſiue accinctus aut latrunculus Aſer, beatus. Ioſeph, augmentum. Manaſſes, oblitus vel neceſſitas. Cum varias nouerimus fidelibus ſingulis ineſſe virtutes, vt verbi gratia, in alio plenitudo ſcientiæ ſalutaris emineat, in alio autem ſola manſuetudo præcellat: hic tamen neceſſario pro donorum ordine & gradib. proficientium animarum, ipſa duodecim nomina diſponi videmus, non ſicut geniti, nec ſicut intrantes Ægyptum fuerant nominati: quia illic terrenæ generationis origo, & in Exodo Ægyptiæ regionis cohabitatio memoratur. Vnde curaui, præmiſſa eorum ſerie, quæ in hoc libro conſcribitur, etiam natiuitatis eorum ordinem adhibere, cum interpretationibus ſingulorum, ſi quomodo valeam demonſtrare, non hoc inaniter fuiſſe mutatum. [H] Prænoſcendum ſane paruulos etiam commonemus, ne iſtum numerum ad infantium mortes, quos Herodes occidit, æſtiment redigendum, ſicut quoſdam ſumus ignaros experti. [Matth. 2.] Vt enim cetera ſileam, de vna tantum tribu Iuda Herodes infantes necaſſe cognoſcitur. vbi pro quantitate iuris ſui, quod tetrarches ſinebatur habere dominium, prout libuit, inſanus exarſit. hic autē omnes memorat tribus, quorum conſequentias nominum ſuis tribubus ſubiungentes, ac numero coaptantes, præmiſſam in electorum plenitudine ſignificationem dilucidare amplius poterimus, ſi huius loci ſecreta rimemur. In Iuda enim & confeſſio peccatorum, & laus claret, prædicanda virtu-

tum,

A tum, quæ de eadem tribu naſcenti numero conuenit ſigna-
torum. Nam & confeſſio in ſacris paginis nō tātum ad pec-
cata redigi, ſed & pro laude ſæpius ſolet intelligi. Hinc pſal-
mus dedicationis domus Dauid, id eſt, viceſimus nonus:
Cantet tibi gloria mea & non compungar. domine Deus
meus, in æternum confitebor tibi. & dominus nullum ha-
Matt. 11. bens omnino peccatum, Confiteor tibi pater, domine cęli
Gen. 29. & terræ. Ruben, videns filium, vel videntes filium. In filiis
Pſa. 127. opera ſæpius ſignificari cognoſcimus. Filiis autem lucis in
lumine ambulantibus, dicitur: Videas filios filiorum tuo-
rum, pax ſuper Iſrael. cuius nunc filii in diſputatione ſpiri-
tali recte adſumuntur. Hoc autem & Apoſtolus dicit: Pax ſu-
Gal. 6 per Iſrael. Dei. Recte itaq. ex nomine ipſius tribus, ſigna-
torum numerus adhibetur, quibus & congruit, videntes fi-
Matth. 5. lium. Talibus nanq; dominus dicit: Vt videant veſtra bona
opera, & glorificent patrē veſtrum qui eſt in cælis. Simeon,
audiuit triſtitiam, vel nomē habitacula. Eos hic arbitror de-
ſignari, de quibus dominus Beati, inquit, qui lugent, quo-
Matth 5. niam ipſi conſolabuntur. Sic enim audiunt triſtitiam, vt o-
bedientes hic habere malint deuote ſuſceptam, ſeminātes
Pſa. 125. in lachrymis, quæ in gaudio metant: non hic intentionem
B habitationis ſuæ locātes, ſed ſurſum cor habētes, vbi Chri-
ſtus eſt in dextera Dei ſedens, habitationem noſtram quæ
Col 3. de cælo eſt, ſuperindui cupientes ſicut Abel qui expecta-
Heb. 11. bat manentem in cælis ciuitatem, cuius artifex & conditor
Deus. Ideo & nomen habitaculi Simeon interpretatum di-
citur. vel ſi mœreat audiat, & quid hic habendum, & quid ſit à
fidelibus expectandum: quia nunc tempus triſtandi, & ad
aliud melius habitaculum ſuſpirandi. Hinc dominus diſci-
Iohan. 16 pulis dicebat: Vos plorabitis & flebitis. mundus autē gau-
debit. Vos contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in
Eccl. 26. gaudiū. Leui, additus. His conuenit. quod & in Salomone
legimus: Numerus dierum eius duplex, qui ſic bonis vitæ
præſentis vtuntur, vt temporalibus potius æterna mercen-
tur, ne terrenis impediti, cæleſtibus defraudentur. Quibus
Iob nouimus laudabilem formam præbuiſſe, qui ſic tem-
poralia recte dudum poſſeſſa contempſit, vt annorum nu-
merus & ſubſtantiæ modus ei duplaretur additus, mane-
ret adiectus. Hinc Iſaias: In terra: inquit, ſua duplicia poſſi-
Iob. 42. debunt, & perpetua fœlicitas erit eis. Iſachar, eſt merces.
hinc Ieremias: Quieſcat, inquit, vox tua à ploratu, & oculi
Iſai. 61. tui a lachrimis, quia merces operibus tuis. Et audientes
Iere. 31. Apoſtolum tanquam athletam ſpiritualem, non in in-
C certo pugnantem, dicere: Fratres, non deficiamus. tem-
pore enim ſuo metemus. ipſumque dominum dicentem:
Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi neque ærugo,
Gal. 6. neque tinea exterminat. Nouimus vtique quod eſt fideli-
Matt. 6. bus merces, quorum pro hac quoq; tribu numerus claret,
& profecto electorum iudicio & vocabuli ſacramento. qui-
bus maxime dicitur: Gaudete & exultate, quoniam merces
veſtra copioſa eſt in cęlis. Zabulon habitaculū fortitudinis.
Mat. 5. Illorum hic puto ſignificari militiā, qui ſpiritaliter in mar-
tyrio dimicantes, corpore quoque ſuo tanquam habitacu-
lo fortitudinis inimici rabiem vincunt: & diuinitus iuti, de
infirmitate ſecundum Apoſtolum conualeſcentes, in præ-
2. Cor. 12. lio fortes exiſtunt. Ideo titulo nominis & effectu glorioſæ
virtutis celebres, gloriarum titulos victores acquirunt.
Beniamin, filius dexteræ. Laboris nunc eſt, illos agnoſcere
Gen. 35. filios dexteræ, quos agnorum nomine veritas in euangelio
Matth. 25 figurauit, dicens: Agnos ad dexteram. vt cuius in ſeculo de-
D xtera confortantur, eius in futuro fœlicitate fruantur. Dan,
iudicium ſiue iudicans Hebræorum tranſeuntium. Iudi-
cium illorum hic æſtimo poni, qui ſic inter noui & veteris
teſtamenti tempora moderamine ſpiritali diſcernunt, vt
nec gentes iudaizare exiſtiment debere, nec in condemna-
tionem veteris teſtamenti putent aliquid mutilandum, de
hac denique quæſtione non inter ſolos tantum apoſtolos,
Gal. 2. ſicut beatus Paulus ad Galatas memorat, ſed etiam inter
** dignoſcimus.* ſpiritales poſtmodum viros talis fuerat quæſtio nata, quæ,
ſicut hoc interpoſito * dignoſcimur numine magno, indi-
gens fuiſſet iudicio referenda. Quocirca Dan, iudicium ſi-
ue iudicans Hebræorum tranſeuntium, ſubaudimus aut
tempus aut typum. id eſt, Iudæorum tranſeuntium figura-
tas actiones, venturo Chriſto eccleſiæque ſeruientes. ideo
tranſeuntiū, quia nō ad ſe, ſed ad aliud ſunt potius referen-
dæ. Omnia enim hæc, ait Apoſtolus, in figura contingebāt E
illis. &, Vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. *1. Cor 10.*
ſecundum quod de eiſdem ſuperius ceremoniis memini *2. Cor. 5.*
diſputatum, nec toties repetenda ſunt omnia, quoties ex-
ponendi horum fuerit exorta neceſſitas. Nepthali, latitu-
do, ſicut in benedictionibus Sem & Iaphet dictum legi-
mus Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. *Gen. 9*
quod interpretatur nominatus. Intelligitur autem Chri-
ſtus, qui ſic in omni orbe nominatus excellit, vt in eius no-
mine omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infer-
norum. Propterea & vnguentum effuſum eius nomen eſſe *Cant. 1.*
legimus, quod nomen clauſo vetuit negari ſilentio, cum
indeſinenti prædicatione ſic iuſſit flagrare prǣconio. Ita et-
iam hic latitudinem ſanctificantis eccleſię in filiis adoptio-
nis videmus oſtendi, quos bonis gaudemus operibus di-
latari. Gad, tentatio ſiue accinctus, aut latrunculus. Quo- *Iob 7 iuxta*
niam ſicut legimus, hæc vita tentatio eſt conuenit milites *lxx.*
Chriſti quod ipſe præcipit adimplere, & contra omnes tē-
tationes accinctos iugiter dimicare. dicit enim, Sint lumbi *Luc. 12.*
veſtri præcincti, & lucernæ ardentes. vt ſcilicet & illicitas
concupiſcentias reprimendo frenemus. & bonis operibus F
inſiſtendo luceamus, vt idem dicit: Sic luceat lux veſtra co- *Matth. 5.*
ram hominibus. Et quia bonorum operum finem ad Deū
dirigere, non ad fauorem laudis humanę retorquere debe-
mus ob hoc etiā latrunculus interpretatum dicitur nomen
eius tanquam bona cordis latenter acquirens, Deo offerat
approbanda, non humanis obtutibus detegat præferenda, *Matth. 6.*
vt ſecūdū quod ipſe promiſit, Pater tuus qui videt in occul- *Matth 5.*
to, reddat tibi in palam. Ideo latrunculus, eo quod lateat o-
culos Aſer, beatus. Huiuſmodi beatitudinē hic arbitror de-
ſignari, quā dominus in euangelio memorat, dicens: Beati
eritis cum vos maledixerint & perſequuti fuerint vos, & dixerint
omne malum aduerſus vos, mentientes propter me. vt is
ſacratus in electis numerus deſignetur. Ioſeph, augmen-
tum. Tale hic augmentū datur intelligi, quod & præpoſitis
& diuerſis debeat in vnitate eccleſiæ mēbris aptari, illis vi-
delicet, quos de commiſſo ſpiritalis ſubſtantiæ talento du- *Matth. 25.*
pliciter dominus dicit lucratos: illis vero, quando aut virgi-
nitatis propoſitum, aut profeſſum continentiæ perficiunt
cælibatum. quod vtiq; non vouere non vocatur in culpam,
ſed implere ſuſceptum ore, proficit ad coronam: quia licita
videntur melioris electione poſtponere. Vnde Apoſtolus:
De virginibus præceptum, inquit, domini non habeo. ſi- *1. Cor 7.*
ue cum illo Zachæi dicentis. Dimidium bonorum meo- *Luc. 19.*
rum do pauperibus & ſiquid aliquem defraudaui, reddo G
quadruplum. In eccleſia ſi quidam exierint, qui amore
vitæ æternæ ſimiliter faciant, augmento vtique ampliſſimæ
deuotionis accenſi, recte huius nominis proprietate po-
terunt applicari Siue quia & prępoſiti ſolerti induſtria pe-
cuniam duplicant, quam dominus nummulariis præcepit
dandam, vt veniens cum vſuris exigat prærogatam: ſiue
cum cælibes qui gratia diuina præuenti, incentiua carnis
hubertate ſpiritus vincunt: ſiue hi qui de ſuis facultatibus
non ſolas decimas ſecundum præceptum, ſed amplio-
rem offerunt partem. Augmento enim virtutis & cumulo
deuotionis excitati, non tantum præcepto parere, ſed etiā *Matth 25.*
potiore Deo cultu virtutum ſe commendare feſtinant, non
vtique iam ne pœnam incurrant, ſed vt mercedem acqui-
rant. His itaque nomen Ioſeph. id eſt, augmentum, arbi-
tror conuenire: qui Ioſeph inter alienigenas exaltatus fœ-
lici cognoſcitur ſucceſſu creuiſſe, & Manaſſe filium ſuſce- H
piſſe, quod interpretatur oblitus vel neceſſitas, vtpote du-
riſſimæ ſeruitutis & captiuitatis oblitus. Iam nunc ſi ſecun-
dum nominum qualitates, ſingulaſq; rerum congruentias
præfatis nuper vocabulis applicatas, ordinem natiuitatis
eorum velimus exequi, præmiſſæ expoſitionis exitum mi-
nime reperimus. vt verbi gratia, ſi à primogenito Ruben
velimus inchoare, quod dicitur videns filium, vel videntes
filium: & quarto ſuæ natiuitatis loco Iudam intexere, ſi no
intellectui omnino repugnat. ante initia enim confeſſio-
nis, culmen bonorum operum nullus apprehendit. quia
niſi per confeſſionem renunciemus actibus malis, non in-
formamur rectis & placitis. Quocirca vt probemus eorum
ſeriem nominum non inaniter hic fuiſſe innatam, ſed vt
euidenter ſignificatum valeat agnoſci, quanta ſit diſtan-

tia,

A tia, diſcernendum inter exortum naturæ culpabilis & ordines gratiæ ſalutaris. Huius nunc libri ordinem exequentes, eaſdem ſenſus quos interpretationibus nominum digeſſimus, recapitulantes, huic ordini quaſi quibuſdam catenulis breuiter connectamus, hoc modo: Noſtræ confeſſioni & diuinæ laudi operum ſuccedit de more perfectio, tanquam Iudæ Ruben, vt nec pœnitenda libeat vltra repetere, nec probabilia in quibus Deus laudetur, pigeat adimplere. Propterea huic in ordine Rubeo ſubiungitur, vt & qui operatur, ſpe gaudeat: & videntes ad Dei laudem referant operantem. Verum quia adhuc corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & ingemiſcimus grauati: & quandiu in corpore ſumus, peregrinamur à domino: & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, ſicut ſcriptum eſt, ſuccedit Gad, id eſt, tentatio: ſuccedit inquam non natiuitatis ortu, ſed militiæ ſpiritalis excurſu etiam talibus enim non deſunt tentationes vitæ præſentis, quibus exerceantur in agone: & accincti cingulo ſpiritali, non ſinantur deſidiæ torpore marceſcere. Licet enim & in bono & in malo ponatur ſæpe tentatio, hic tamen vt ad virtutem bono vſu redigatur, intelligenda proponitur.

Sapien. 9. 1 Cor. 5. Ibid. Act. 14.

B Propterea vt & accinctus, tempore ſpiritaliter præliaris, dignoſcatur: Præcinxiſti me, inquit, virtute ad bellum. Vnde legimus: Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, ſicut & Abraam tentatus emicuit. Nam etſi mala quidem ſit tentatio, iure tamen beatos dicimus tentationem vincentes, vel ex tentatione victores. Ideo poſt Gad, Aſer, (id eſt, beatus) ponitur, iuxta acceptam à domino regulam veritatis, qui dicit: Beati eritis, cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes, propter me. Huius beatitudinis fida promiſſione ſecuri, non anguſtiantur, ſed cũ Apoſtolo dicũt: Cor noſtrum dilatatum eſt. Et pſalmo concinunt: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum. Propterea Nephtali ſuccedit, quod eſt latitudo, vt non ſolum non deficiamus, verum etiam quæ retro ſunt obliuiſcentes, ſic in ea quæ ante ſunt (ſecundum Apoſtolum) extendamur, vt ſola neceſsitate humanæ conditionis obſtricti, curam carnis non in deſiderijs faciamus. Conuerſatio n. noſtra, inquit, in cælis eſt. & quamuis deſiderũ ſit diſſolui & eſſe cũ Chriſto, adhuc tamen portamus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.

Pſal. 17. Iac. 1. Mat. 5. 2 Co. 6. Pſa. 118. Phil. 3. Rom 13. Philip 1

C Ideo poſt Nephtali Manaſſes ponitur, id eſt, oblitus vel neceſsitas. De hac neceſsitate dicit Apoſtolus: Carnis curã ne feceritis in deſiderijs, cum non concupiſcentijs ſeruiendũ, ſed neceſsitatibus præmonet conſulendũ de quib⁹ propheta meliora ſuſpirans precabatur, dicens: De neceſsitatibus meis erue me. Huic ſupponitur Simeon, id eſt, audiui triſtitiam vel nomen habitaculi. vt etiã huius qualitate vocabuli euidentius inculcaret & quid hic habendum, & quid ſalubriter expectandũ. Illis enim habitaculi cœleſtis gaudiũ dabitur, quorũ hic animus fructuoſa pœnitentia contriſtatur. quibus & dicitur: Triſtitia veſtra vertetur in gaudiũ. Proinde Leui ſubnectitur, id eſt, additus. in quo intelligimus vel illos, qui temporalibus æterna mercantur, ſicut Salomon dicit: Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: ſiue illos, qui domini ſequendo conſiliũ, percipiunt in hoc ſeculo centuplicia, in futuro autem ſeculo vitam æternam. His & quod ſcriptum eſt conuenit, quod qui addit ſcientiã, addit laborem.

2. Co. 4. Ro. 13. Pſal. 24. Iohan 16 Pro 13. Mat 19.

D Nam & ſancto Iob ad hoc tribulationum acerbitas addebatur, vt probato præmiorum merces amplior redderetur. Nec immerito Iſachar ei ordine recto ſuccedit, quod interpretatum dicitur, eſt merces. niſi quia ſicut docet Apoſtolus, Non ſunt condignæ paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Fructuoſius quippe pugnatur, vbi merces eſſe prædicitur. Hæc autem in habitaculo fortitudinis Deus operatur & perficit, quod dicitur Zabulon, quando virtus in infirmitate perficitur, vt corpus quod ab inimicis putatur infirmum, & per cuius materiam animo quoque inferre nituntur interitum, Deo confortante experiantur inuictum, augmento ſuccedente infelici, id eſt, Ioſeph, quod interpretatur augmentum. atq; in hoc contextum ordine augmenta ſignificat gratiarum. ſiue de talentorum dupla redhibitione vſuras, augmentum commodi ſpiritalis intelligas: ſiue in his quæ votiua fideliũ religione redemptori Deo redduntur, accipias.

Ro. 8. 2. Co. 12.

E Atq; vt hos omnes, quos & ordo & interpretatio nominum hic ſignificatione poſitos, in futuro iudicio ad dexterã Chriſti regis æterni futuros intelligas, Beniamin in poſtremo loco ſupponitur, id eſt filius dexteræ, tãquam ipſe ſit finis ordinis, quæ fœlicitas promittitur perfectæ mercedis. Tunc enim nouiſſima inimica deſtruetur mors, vt ſiue vnuſquiſque fidelium filius dexteræ iure dicatur, ſiue omnis eccleſia, de qua canimus: Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietate. Nequaquam ſane prætereundũ exiſtimo, quod hic in Apocalypſi Manaſſes, qui non filius Iacob, ſed nepos erat, licet inter filios adoptatus, ſexto loco ponitur: cum Dan, qui vtique filius eſt, & ſiue in Geneſi, ſiue in exodo cum cæteris fratribus adnumeratus oſtenditur, hic omnino prætermittitur, tanquam eccleſia ex gentibus adoptata, ſexta mundi ætate Iudæorum perfidia reprobetur. Nec vacat q̃ Manaſſes in Ægypto inter alienigenas natus, merito adoptionis, ſignificationis gratia ſexto interſeritur loco, Dan autem nullo, vt vel ſic euidentius comprobetur, ſignificationis merito hic omnia geri, non tranſitorio relatu componi, vt propter in Dan iudicans hebræorum tranſeuntium tempus manifeſtius demonſtretur quo lex ceremoniarum in circumciſione carnalibus victimis cæteriſque talibus gerebatur tranſiiſſe, tanquam non neceſſarium cognoſcatur, docente Apoſtolo cum dicit: Vetera tranſierũt, ecce facta ſunt omnia noua. Itemque, Reprobatio quidem ſit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem.

1. Co. 15. Pſa. 44.

F Quæ cum ita ſe habeant, cognoſcendum allego nõ me dictis domini aliquatenus aduerſari, quibus tres tantũ profeſsionis parabolas inſinuatas oſtẽdit, triceno fructu cõiuges ſexageno viduas & continentes, centeno inſinuans virgines, vel etiã martyres. Nã cum in agro actiuã clericorũ militiam, & electorum cõtemplatiua ſignificaret ocia monachorum, vel excurſos molendi laicorum, quamuis varia ſignificatione, eundem tamen numerum non videtur excedere, ſed in eiſdẽ tribus omnes hos modos inueniri vel intelligi poſſe, & ſalutari doctrina, & euidenti experientia cõprobatur. Quos n. neſcio de numero monachorũ & de ordine clericorum, & de agminibus coniugatorum ſæpe tales exiſtere, qui ad confeſsionem tanq̃ in Iuda laudabiles, & in Ruben operibus clareant efficaces, & in Gad tentationum exercitus fortes, & in Aſer beati, & in Nepthali largis miſericordiæ operibus dilatati, & in Manaſſe poſteriorum obliti, & in Simeon quaſi triſtes adhuc in conualle plorationis, ſemper autem gaudentes, omnes habitaculi in Ieruſalẽ cæleſtẽ ſuſpirantes: & in Leui qui promiſsione vitæ præſentis & futuræ congaudeant additis bonis tẽporalibus, æterno bono fundati: & in Iſſachar, futuræ mercedis contẽplatione firmari: & in Zabulon, qui pro Chriſto dimicantes, ſuas animas ponant & in Ioſeph, qui & in augmento ſpiritalis ſubſtantiæ ſtudeant, & ſuper Dei præcepta aliquid amplius vel in virginitate, vel ex facultatum ſuarum offerant quantitate: & in Beniamin fœlicitatis æternæ dexteram ſortiantur. vt nouiſſima inimica morte deſtructa, ſit Deus omnia in omnibus, in tantum vt nec ipſe dominus ſuis dictis aduerſari putentur in eo, q̃ alibi octo beatitudines memorans, admirabili prorſus diſpoſitione deſcribit: Quas vtiq; ab illis tribus profeſsionibus non ſeparauit, ſed in ipſis inueniri, & ex ipſarum membris refulgere perdocuit: in quibus & horum patriarcharum & intelligentiam ex nominibus tractam, animaduertere poterimus, & ipſa nomina iiſdem congruenter gradibus coaptare, non paritate numeri, cum iſti octo, illi vero duodecim conſtent, ſed intelligentiæ qualitate relata, ſibique altrinſecus è regione diſpoſita.

1. Co. 7. Hebr. 7. Mat. 13. Marc. 4. Luc. 8.

G *1. Co. 6. 1. Co. 15.*

H Nam primam beatitudinem pauperes ſpiritu nominauit, id eſt, humiles, qui timore Dei præditi, infirmitatem ſuarum confeſsione ſaluãtur, quibus dicitur: Noli altum ſapere, ſed time. Pauperes ergo ſpiritu, in Iuda per confeſsionẽ laudabilem & veracem decet intelligi. Vnde & Iſaias: Super quem, inquit, requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos? Secunda proinde beatitudo mitibus deputatur. Mites autem ſunt, qui ſacris obedientes eloquijs, & quæ audiunt, ſine repugnantia credunt: & quæ tradita in eccleſia viderint, ſine reprehenſione ſectanda ſuſcipiunt. qui in Ruben non incongrue

Rom 11.

figu-

A *Matt. 5.* figurantur, qui eſt vidēs filium, vel videntes filiū. Tertia eſt. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Huic Gad, q interpretatur tentatio ſiue accinctus, tertio poſitus loco, concurrit, ſecundum prætermiſſam expoſitionem. Quarta, Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. quo etiam numero poſitus comparatur Aſer, quod eſt beatus. Nulla quippe melior beatitudo poterit inueniri, quam vt amator iuſtæ ipſius veritatis ſatietur autore, quæ reficit nec deficit, ſufficiens ſingulis, & integra permanens vniuerſis. Quinto loco, Beati miſericordes. huic quinto ordine relatus occurrit Nepthali, vere latitudo, quæ ſic opera pietatis exercet, & anguſta cupiditate remota, dapſilis ſemper liberalitate hilariter dilatetur. Sexto loco dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Manaſſes quoque in ſuo ordine ſextus occurrit, id eſt, oblitus vel neceſſitas. Manaſſes ille, qui ex nepote adoptatus in filium, illius quoque eccleſiæ hic figuram gerit. cui dicitur: Audi *Pſal. 44.* filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum B tuum & domum patris tui. Talibus quoque conuenit, Deum mundo corde videre, qui poſteriorum obliti, & *Phil. 3.* in anteriora extenti, dicunt: Mente ſeruio legi dei, carne *Rom. 7.* autem legi peccati. An hoc mihi pertinere videtur, *Num. 13.* quod & ille botrus inter duos de terra promiſſionis allatus, hos duos figurauerit populos, Iudæorum priorem, *Matt. 5.* tanquam poſt tergum botrum (id eſt, Chriſtum) habentem gentium vero ſequentem, Chriſtum coram oculis ſemper habentem. Septimo loco dicitur: Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur. Huic Simeon ſeptimus coaptatur. id eſt, audiuit triſtitiam vel nomen habitaculi. *Pſal. 119.* tales iam ſapientiæ largitate locupletati, dicunt: Cum his *Pſal. 118.* qui oderant pacem, eram pacificus. Illo enim hic zelo tri*Ibidem. g.*ſtantur, quo propheta dicebat. Vidi inſipientes, & tabeſcebam. &, Defectio animæ tenuit me pro peccatoribus dere*Matt. 5.* linquentibus legem tuam. Octauo loco dicitur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Cui beatitudini Leui, qui eſt in ordine numeri, Zabulon autem puto proprietate vocabuli coaptandum, id eſt, habitaculum C fortitudinis, quo martyres veritatis diabolum vincere deſignantur natura fortiorem, licet nec in Leui ſenſu abhorreat, ſi ſuper baptiſmū honor martyrii additus cognoſcatur. Veruntamen ne humanis viribus horum merita præſtitorum quis adſignanda putaret, ſed illius eſſe munere *1. Cor. 12.* probaretur, qui diuidit propria ſingulis pro vt vult. Septenaria quoque operatio ſpiritus ſancti vnicuiq; beatitudini, vel nomini comparata, conſona videtur tramite concordare, ita duntaxat, vt cupientibus nobis ad portum ſapientiæ peruenire, à timore nouerimus inchoandum. Initium *Pſa. 110.* enim ſapientiæ timor domini. Vnde enim enumerans propheta incipit, illud perficiendus quiſque præueniet. Timor itaque in Iuda, cui pauperes ſpiritu comparantur: pietas in Ruben, cui mites ſperantur: ſcientia Gad, id eſt tentatio vel accinctus, cui lugentes tertius ordo connectit. Fortitudini quartus Aſer, cui eſurientes ſitientesque iuſtitiam congruunt. Conſilium deputatum eſt Nepthali cui quinta beatitudine miſericordes iure conueniunt. Remedio quippe regitur ſalutari, vt qui vult à ſuperiore iuuari, inferiores alios prout poterit, iuuare feſtinet. Intellectus Manaſſæ coniungitur, obliuiſcenti terrena, & puro cordis oculo intuenti diuina, cui ſexta beatitudo videndi Deum relata conſentit. Sapientia autem in Leui, cui præcipue D conuenit portare logium, quod eſt rationale, quia perfe*Iudic. 3.* ctorum eſt ſolidus cibus. Sapientiam enim, inquit, loqui*1. Cor. 2.* mur inter perfectos. quæ ſic in animam hominis diuinorum capax contemplatione perficitur, vt efficax inueniatur, atque ex vtraq; compoſita veniens, tanquam theorice actio adiungitur: Siue enim mente excedimus Deo, ſiue ſobrii ſumus vobis. Illi autem hoc potiſſimum congruit, de cuius ſpecialiter tribu ſacerdotes iubebantur altari legaliter ſubrogari, qui ſic inhærebant Deo, vt ſacrorum quoque officiis conſulerent proximo vel potius populo. Nam & Dominus de vtraque tribu ſacerdotali vel regia (id eſt, *Col. 2.* Leui & Iudæ) natus, pacificauit terrena cæleſtibus. Ipſe eſt *Eph. 2.* enim pax noſtra, qui ſe & regem & ſacerdotem verum eſſe docuit. Hinc Eliſabeth cognata Mariæ in euangelio perhi*Luca. 1.* betur. Verū quia ex circumciſione & præputio (id eſt, ex Iudæis & gentibus) eccleſiam ſibi Chriſtus dominus E acquiſiuit, quando pinguedini oleæ Iſrael hoc eſt plebis, gen*Rom. 11.* tes tanquam oleaſtrum inſerens applicauit, vtriuſq; populi redemptio euidens monſtratur in numeratis nominatim cunctis, principaliter tribubus, vt ſaluationem quoque gentiū memoraret, dicens: *Poſt hoc vidi turbam* multam, *quam dinumerare nemo poterat*, ex omni gente *&* ex omni tribu *&* populo *&* lingua. Quos ante ſingulatim nominauerat, nunc in vnitate conſociat. *ſtantes ante thronum & in conſpectu agni*, & erant *amicti ſtolis albis, & palmæ* fuerunt *in manibus eorum*, *&* magno clamore dicebant: *Salus Deo noſtro* ſedenti *ſuper thronum & agno.* Stolis baptiſmum, palmis, triumphum crucis inſinuat, & quod ſeculum in Chriſto vincerent, licet charitatem quoque quæ per ſpiritum ſanctum datur, ſtolæ ſignificent. Hanc enim quam multitudinem electorum, quos Deus præſciuit & *Ro. 8.* prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii eius, ſacrato numeri ſigno prænunciat. Ex illis enim qui ex gentibus veniunt, Iſrael fiunt, ſicut & filii Abrahæ iure dicuntur, non carne, ſed fide, in illo ſcilicet ſemine, quod eſt Chriſtus F lapis angularis. de quo Apoſtolus: Ipſe eſt, inquit, pax *Gal. 3.* noſtra, faciens vtraque vnum, & medium parietem maceriæ *Eph. 2.* ſoluens, inimicitias in carne ſua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in ſemetipſum in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem. Quod autem manibus palmas geſtare dicuntur, aut bonorum operum perſeuerantiam inſinuat manibus: hinc legimus, Confir*Pſal. 79.* mauit Dominus brachia eius in opus bonum. &, Manibus *Gen. 42.* meis nocte coram eo, & non ſum deceptus: ſiue illam *Iob 13.* poteſtatem ſignificat manibus, quam vt filii dei per adoptionem fierēt, acceperūt, ſicut de Ioſeph: Et omnia, inquit, dederat dominus in manu eius, id eſt, in poteſtate eius. Et magno clamore dicebant: *Salus Deo noſtro* ſedenti *ſuper thronum & agno.* Magna voce, grandi deuotione & indeſinenti laude proficiētes, in throno, id eſt, in eccleſia patrem filiumq; regnare, ſpiritu ſancto nihilominus conregnante. Eſt enim hic talis ordo verborū: Deo noſtro & agno ſedenti G ſuper thronum ſalus, ſicut in euangelio pari locutione legi*Ioh. 17.* mus: Vt cognoſcant te vnum & verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, ac ſi diceret, Vt te & quem miſiſti Ieſū Chriſtum, cognoſcant vnum & verum Deum. Vno autem throno, vnios naturæ poteſtas agni nomine, perſonalis deſignatur in patre filioque proprietas. ſicut & quando ſolo ſancto ſpiritu nominato ibi intelligendus. eſt & pater & filius nam & cum in libro Actuum apoſtolorum dictum legamus, Attendite omni gregi, in quo vos ſpiritusſanctus conſtituit epiſcopos, cōfeſtim adiecit, regere eccleſiā Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo Sanguinem porro pro nobis effudiſſe, nonniſi Chriſti nouimus conuenire perſonæ. vnde ſatis elucet, vno etiam nominato, omnem debere intelligi trinitatem. *Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni &* circa ſeniores & circa quatuor animalia. Quid eſſet ipſa turba, his exponens nominibus declarauit: vniuerſam enim diſcreuit eccleſiam. Omnes, inquit, qui in circuitu eius ſunt, offerent munera. *&* mox *ceciderunt in facies ſuas* ante conſpectum *throni, & adorauerunt Deum dicētes: Amen.* Vt oſtenderet eandem turbam innumerabilem, quam vidit ſtantem in conſpectu throni, tanquam ſibi probabiliter cognitam, ipſos eſſe angelos qui ceciderunt in faciem & ado- H rauerunt, neque ipſam turbam, neque animalia, neque ſeniores hoc loco memorat adoraſſe, ſed ſolos angelos. Ipſi enim ſunt turba, ipſi ſeniores & animalia, ipſi proci*Rom. 15* derunt & adorauerunt Deum, dicentes. Amen. Propterea *Hebr. 1.* & ſcriptum legimus: Lætamini gentes ſimul cum plebe eius, & adorent eum omnes angeli Dei. Propterea & *benedictio & claritas & ſapientia &* gratia *& honor &* poteſtas *& virtus Deo noſtro in ſecula ſeculorum.* Enumerato ſeptenario virtutum numero, illa potiſſimum ratione monemur aliquid quærere, quod eas hic nominauerit, quarum ſuam Deus eccleſiam voluit eſſe participem, vt cum iſta Deo in laudibus dantur, ab ipſo ſe ea percepiſſe ſinguli fateantur. Conſiderandum nanque eſt, non hic nominari illa quæ ſoli cōpetunt Deo, ſed quæ etiā fidelibus donare dignatur. *Benedictio & claritas & ſapientia &* gratia

A *& honor & poteſtas & virtus.* quorum omniũ participationem bonorum Chriſti eccleſiam habere gaudemus. Non hic omnipotentia, non hic maieſtas, non hic ſempiternitas ſonuit, quam ſolus Deus ſemper iure poſſedit, ſed illa ſeptem, in quibus etiam vniuerſis poſſunt fidelibus conceſſæ virtutes intelligi ab illo, qui eis poteſtatem dedit filios Dei fieri, vt ſi quid bonorum acquirimus, Dei largitate nos habere veraciter nouerimus. Ea abundanti ſane video probare de cæteris. Nam & benedictio eccleſię potiſſimum conuenit, vt legimus. *Pſal. 3.* Super populum tuum benedictio tua. *Pſal. 89.* Eis quippe benedictionem dabit, quibus & legem & claritas, de qua canimus, Sit ſplendor domini Dei noſtri ſuper nos, *2. Cor 3.* vt reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandẽ imaginem transformari in claritate in gloriã, lucis nomine cenſeamur. & ſapientia non illa genita, Deo patri coæterna, ſed in nobis angeliſque * creata, **Credita.* quam vt lex ab inuicem diſcreuiſſet, dicit: *Eccl. 1.* Sapientia à Deo eſt, & cum illo fuit ſemper & eſt ante æuum & ſubiungit de creata. *Eccl. 1.* Prior omnium creata eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. B Et gratia de qua dicitur, gratia ſalui facti eſtis per fidem. *Ephe. 2.* & honor de quo legimus, *Rom. 2.* Gloria autem & honor & pax omni facienti bonum. & virtus, de qua Iſaias memorat, *Iſa. 40.* Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt fortitudinem & robur multiplicat. *Et reſpondit vnus ex ſenioribus dicens mihi: Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt & vnde venerunt? Et dixi ei: Tu ſcis,* domine. *Et dixit mihi: Hi ſunt qui venerunt ex tribulatione magna &, lauerunt ſtolas ſuas,* & candidas *eas fecerunt in ſanguine agni.* Vnum ex ſenioribus vel prophetarum corpus, vel eccleſiam ponit, tanquam præpoſitos inferiora membra docentes quæ ſit remuneratio futuræ mercedis laborantibus ſperanda, ſicut Apoſtolus de euangelio: *Roma. 1.* Iuſtitia, inquit, Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. ex fide ſcilicet prædicantium, in fidem audientium. Cum autem fidelium numerus ea magna dicitur tribulatione veniſſe, quid aliud demonſtratur, niſi quod alibi legimus, *Act. 14.* Oportet nos per multas tribulationes in regnum Dei intrare? *Galat. 6.* Propterea & Apoſtolus: Fratres, inquit, non deficiamus. tempore enim ſuo metemus. Sic enim per exercitia preſſurarum, fidelium C numerus eliquatur, ſicut pondere prælorum adhibito, oleum diligenti cura conficitur: & per trituram tribulæ recondendum horreo frumentum tritum colligitur. Quod autem ſtolas in ſanguine agni lauiſſe dicuntur, fructus mercedis oſtenditur, vt præfati certaminis labor æquanimiter toleretur. Bene autem adiecit: Et candidas *eas* fecerunt *in ſanguine agni.* Ac ſi diceret. Stolas quas alij inquinauerunt vel neglectu, vel ignorantia, vel contemptu poſt gratiam baptiſmi, iſti candidas fecerunt in ſanguine agni. id eſt, in gratia Chriſti, aut etiam in ſuſceptione martyrij. Hoc meritum illis in eccleſia ſpecialiter adſignari debet, quos pro Chriſto contingit ſanguinem fundere, & ſtolam baptiſmi agni ſanguine cultu meliore reddere clariorem. Quod ſi ad omnes generaliter fideles hæc redigenda eſt gratia, contrahendum ad ſummam, quia & ſi quis domini ſui fonte mundatur. carne paſcitur agni, igne ſpirituali ſuccenditur. ſic iuuatur Sunt enim qui etſi martyrium habere publico non videntur in actu, coram Deo tamen habere probantur in habitu. Propter hoc *ſunt* in conſpectu throni Dei *&,* deſeruiunt *ei die ac nocte in templo* eius. & in conſpectu throni Dei eccleſia eſt, cui aſcenſiones in corde diſpoſuit, *Pſal. 83.* in conualle plorationis, in locum quem diſpoſuit, ſeruiens ei die ac nocte, hoc eſt, & in proſperis & in aduerſis. D Ipſa autem intelligitur templum quia ſeruire memoratur in templo, ſicut & thronum, Sequitur denique: Et is *qui* ſedit *in throno,* inhabitauit in eis Anima enim iuſti, ſedes ſapientiæ. Sapientia autem Chriſtus, Chriſtus vero Deus. Sequitur. *Non eſurient, neque ſitient* vnquam neque *ſol ſuper* eos *cadet,* nec vllum æſtum patientur. Non eſurient, quia pane viuo veſcuntur. Ego ſum, inquit, panis viuus qui de cælo deſcendi. Neque ſitient, quia tam præclaro calice debriantur, vt eis ſi quod veritas dixit: *Iohan. 9.* Et qui credit in me, non ſitiet vnquam. itemque, *Iohan. 4.* Qui biberit ex aqua quam ego dedero ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Ibidem.* Neque ſol ſuper eos cadet, nec mortiferis æſtuum incentiuis vruntur. Simile quiddam per Iſaiam ſuæ Deus promittit eccleſiæ, dicens: *Iſaia 25.* Spes à turbine, vmbraculum ab æſtu. vbi ſacramentorum

E ſuorum integritatem in ſuis vigere pronunciat, nec vlla poſſe tentationis aduſtione vexari. *Quoniam agnus qui in medio throni eſt, reget* eos. Superius agnum de dextera ſedentis in throno librum dixerat accepiſſe Nunc autem dicit, quoniam agnus qui in medio throni eſt, reget eos, vt doceret vnum eſſe patri & filio thronum: quia pater in filio, & filius in patre, id eſt, in medio eccleſiæ, in qua per fidem inhabitat vnus tota trinitas Deus. *Et deducet eos ad vitæ* fontem *aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ex oculis eorum* Hic fons ſignificatur, de quo legimus: *Pſal. 35.* Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen ad quem ſuos Chriſtus ducit regendo ſeipſum, viam præbens, perducendo patriam manifeſtans, vt impleat quod ante oraculis vitæ promiſit aquarum enim tanquam præconiorum poſuit. Hunc fontem Salomon deſignans, dicit: *Prou. 18.* Torrens inundans, fons ſapientiæ. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum aliis dicentibus, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, *Pſal. 42.* conſolationis tempore dicuntur auferri, quando adepta immortalium plenitudine gaudiorum, F omnis mœror poterit obliuioni mandari. Quia ecce ego, *Iſai 65.* inquit Iſaias, creo Ieruſalem exultationem, & populum eius gaudium nec erit ibi vox clamoris & vox fletus.

Et cum aperuiſſet ſignum *ſeptimum, factum eſt ſilentium in cælo* fere ſemihora. *CAP. 8.* In cælo, id eſt, in eccleſia ſilentium ſemis horæ, initium oſtendit quietis æternæ & partem ſilentii vidit, quia eadem adhuc viſurus erat. Quod ſeptimo ſigno non quantum futurum ſit vidit, vt apertius ei multa oſtenderentur. Et interruptum eſt ſilentium, quod ſi eſſet iuge, hic narrandi finis fuiſſet. Verum adhuc fuerat iterandum. idcirco ſeries narrationis ordienda conuenienter poſt ſilentium pariter meum, ſequenti libro reſumptum, ſortietur exordium.

Libri II. Finis.

CAPITVLA LIBRI TERTII.

G

I. *Septem angelos cum totidem tubis, & alium ſuper altare Dei cũ thuribulo aureo, & primo angelo tuba canente, grando & flamma in ſanguine* X *mixta ſolta ur.* *X nonaginta.*

II. *Secundo canente angelo, mons igneus in mare miſſus, parsque maris in ſanguinem verſa.*

III. *Canente tertio, ſtella ardens de cælo dicitur cecidiſſe.*

IV. *Angelo tuba canente, tertia pars ſolis, lunæ & ſtellarum dicitur obſcurari.*

V. *Vidiſſe alium angelum vt aquilam volantem in medio cælo, dicentemq́; tertio, Væ væ væ.*

VI. *Quinto canente, ſtella cadit de cælo, cui clauis putei abyſſi data, vnde fumus & locuſtæ pro ierunt.*

VII. *De cruciatu quinque menſium vel ſex vt ſcorpionum.*

VIII. *Vbi equus paratus ad prælium, locuſtas ſimulans, hæreſiarchas ſignificat.*

IX. *Væ vnum abyſſe, & duo ſequi denunciat.*

X. *Sexto angelo perſonante, ſolutio quatuor angelorum dudum ſuper Euphratem ligatorum, & de numero octogenario vel bis myriadum.*

XI. *De equitibus loricas igneas, ſpineas & ſulphureas habentibus.*

H

XII. *De errore gentilitatis.*

XIII. *Angelum ſedentem, nube amictum, cuius vultus vt ſol, & de ſeptem tonitruis.*

XIV. *De diebus vocis angeli ſeptimi, & conſummatione ſacramenti diuini.*

XV. *De amaritudine, quam de comeſto libro ſentire prædicitur & arundine accepta menſura.*

XVI. *De duobus martyribus, qui prophetabunt diebus mille ducentis* X *ſexaginta.* *X nonaginta.*

XVII. *Væ tertium veniſſe dicitur.*

XVIII. *Septimi angeli tuba voces à ſenioribus memorat factas.*

XIX. *Templum Dei in cælo apertum, & arca teſtamenti viſa.*

XX. *Iras draconis parturientiſque mulieris.*

A XXI. *Accuſatorem fratrum ad terram de cælo mitti diabolum.*

XXII. *Duas alas mulierem accepiſſe, quibus alenda in eremum fugeret.*

PRIMASII IN APOCALYPSIM LIBER TERTIVS.

ET Vidi *ſeptem angelos in conſpectu Dei ſtantes, & data ſunt eis ſeptem tubæ.* In ſeptem angelis eccleſiam repeti iuxta præcedentem regulā nouerimus, quæ propter vniuerſitatē ſeptiformi ſæpenumero cōmedatur. Hęc firmiſſimā prædicationis tubam dicitur accepiſſe, qua præualeſcente, ſeculum omne fidimus credere. legimus enim, Sicut tuba
Eſaie 57. exalta vocem tuam. *Et alius angelus venit, & ſtetit* ſuper altarium *Dei*, *tenens thuribulum aureum, & data ſunt ei* supplicamenta *multa vt daret* orationes *ſanctorū omnium* ad aram Dei
B *auream, quæ eſt* in conſpectu throni. Hoc quoque narrationis genus animaduertendum eſt. Frequenter enim aliqui aliter quam proponit, breuiter enarrat & finito eo quod ad obſcurādum interpoſuerat, ad propoſitum redit. Propoſuit enim ſeptem angelos accepiſſe tubas, *& alius* angelus venit, vt putetur poſt ſeptem hunc veniſſe, cum vno tempore id viderit. & angelo veniente, illi ſeptem tubas acceperint, id eſt, Chriſto domino veniente, eius eccleſia prędicandi acceperit poteſtatem. ipſum enim ſuper altarium intelligimus aduenisse, id eſt, ſuper eccleſiam, quæ eccleſia eiuſdem corpus accipitur ſacerdotis, ad quam Pe-
1. Pe. 2. trus dicit: Gens ſancta, genus electum, regale ſacerdotium. *Habens thuribulum aureum*, id eſt, corpus immaculatum ſpiritu ſancto ſuperueniente conceptum. quod pro mundo vniuerſo redimendo obtulit oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis, & mundauit conſcientiam omnium ab operibus mortuis. Accepiſſe autem *de orationibus ſanctorum* idem dicitur & obtuliſſe, quia per ipſum omnium poſſunt preces ad Deum ſuauiter peruenire.
Heb. 13. C Hinc Apoſtolus: Per ipſum, inquit, offerimus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Ob hoc ipſe interpellare dicitur non tantum pro peccatis noſtris, ſed etiam totius ꝗ ſeculi, ſicut
1. Ioh. 2. & mundi. etiam beatus Iohannes, Et ipſe, exorat, inquit, pro peccatis noſtris. *Et aſcendit*, inquit, *fumus* ſupplicationum orationum *ſanctorum de manu angeli* ante conſpectus Dei. *Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne* aræ Dei, *& miſit in terram.* Bene thuribulum igni plenum dicit. Nō enim
Iohann. 3. ad menſuram, inquit, dat Deus ſpiritum. quod proprie de
Colo. 2. Chriſti humanitate nouimus adimpletum in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Et quoniam eiuſdem ſpiritus participem ſuam tantum eccleſiam voluit, hoc hic ſpecialiter demonſtrauit. Hinc & dominus in euangelio dicit: Ignem veni mittere in terram. & quid volo
Luc. 12. niſi vt ardeat? Hunc ignem nunc ſignificari puto. Hoc autem igne peccatores tanquam vaſa fragilia in fornace fatiſcentia nouimus reprobari: quia per vnum ignem, non eundem pars impiorum cum iuſtis ſortitur effectum, ſicut nec ſtipula & aurum, quorum alterum conſumi, alterum pro-
D bari cognoſcimus, quemadmodum & ſub vno prælo diſpar ab amurca oleum obtinere certum eſt meritum. Hic itaque ignis miſſus in terram, prædicatorum mentes igniuit. Tertiam vero partem terræ, arborum & fœni ad viriditatis incendiſſe dicitur. ac ſi diceret: Vaſorum inutilium partem reprobans perdidit, ſiue exterius, ſiue intra eccleſiam poſitam. Si quis enim ſuperędificauerit ſupra funda-
1. Cor. 3. mentum ligna, fœnum, ſtipulam igne cuncta depereunt. Aliter: *Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud ex igne aræ Dei, & miſit in terram.* Et accepit dominus corpus ſuū, id eſt, eccleſiam: & perficiendo patris voluntatem, impleuit illā ex igne aræ, id eſt, ex poteſtate ſoluendi atq; ligandi, quæ conſiſtit in ſacrificiis & propiciatione Dei. Hinc di-
Pſal. 103 citur etiam: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem ardentem In his enim accepit eccleſia omnem E
poteſtatem in cælo & in terra, dum Dei ſacrificiū perfecit, offerēte domino ſe principaliter, & exhibentibus ſanctis ſua corpora hoſtiam viuam ſanctam. Et miſit eum in terram Quoniā per eccleſiæ prædicationem veniet futuræ Rom. 12.
indignationis mundo notitia, ſicut Zacharias dicit, Ponam Zach. 12.
tribunos Iuda ſicut torrentem ignis, &c. Ad vtrunque autem ſenſum hoc quod ſequitur, poterit coaptari. *& facta ſunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus.* Omnia hæc ſpiritalia ſunt, eccleſiæ ſunt ad eſt voces increpātium in Matth. 3.
igne, Genimina viperarum &c. vel, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum. Tonitrua, prædicationes fidei Chriſtianæ: fulgura, virtutes ſanitatum: terræ motus, perſecutiones, quas & prædicauit venturas, & variis patitur temporibus venientes. Repetit autem quæ propoſuerat, eadem dictare conſuetus per partes. *Et ſeptem angeli* habentes, inquit, *ſeptem tubas, præparauerunt ſe vt tuba canerent.* Eccleſia ſeptiformi numero commendata, ſe ad prædicandum fiducialiter præparauit. *Et primus angelus tuba cecinit, & facta eſt grando, & flamma commixta in ſanguinem, & in terra iactata eſt. & tertia pars terræ* ꝗ dearſit, *&* ꝗ de eaſe ſit.
tertia [p]*ars arborum* ꝗ dearſit, *omne fœnum viride* ꝗ dearſit. Quod eſt terra hoc arbores ſed de ipſis tertia pars de fœno F
autem totum dicit arſiſſe. Terra enim hic terreni, arboribus autem homines figurantur infidelitate nutantes, tanquam omni vento doctrinæ commoti, de quibus Iudas apoſtolus dicit Arbores autumnales, infructuoſæ eradica- Eph. 4.
tæ bis mortuæ. fœnum autem & viride, dicit carnem luxib. Iuda. 1.
ſignatam. omnis enim caro fœnum. Sed licet tres quartas Iſa. 40.
contra vnam, quæ eſt eccleſia, ante poſuerit, modo tamen contrariam eccleſiæ partem ad duas tertias coarctauit, tertiam ſcilicet bonis intra eccleſiā mixtam in falſis fratrib⁹ & aliam in errorem gentilitatis & hæreſeos prauitatem aperto ſchiſmate, ſeparatis, vt eccleſia (id eſt, vna tertia) contra geminum dimicet malum, tanquam ſimplicitas duplicitati reſiſtens. Sic rex cum decem millibus contra Luc. 14.
viginti millia habentem in euangelio pugnaturus dicitur proceſſiſſe. ſic Deus per Zachariam promittit, dicens: Et Zach. 13.
erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duæ. in ea diſperdentur & deficient. & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiam partem per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum, & probabo eos ſicut probatur aurum. ipſe inuocauit nomē meum, & ego exaudiam eum: & dicam, G
Populus meus es: & ipſi dicent, Dominus Deus meus es. Memoratam malorum partem in duabus tertiis conſiſtentem, propter vnius corporis formam tanquam vnā perſonā ſcriptura ſæpius memorat, alias ſingulariter eam inducens. *Et ſecundus angelus tuba cecinit, & vt mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare: & facta eſt tertia pars maris in ſanguine & mortua eſt tertia pars* piſcium. *& tertia pars nauium* periit. Mons ardens in mari, diabol⁹ eſt, miſſus in populos. tertia pars maris in ſanguinem ſanguinem ponit ſapientiam carnis, quæ inimica eſt Deo. Propterea dicitur, quia per eam Rom. 18.
anima humana perimitur Hinc Apoſtolus: Sapere, inquit, ſecundum carnem, mors eſt, quia caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Maris vero nomine & arborum, nauium & piſcium, ſeculum cum habitantibus ſuo more Ibidem.
complectitur. Denique, cum vnam tertiam verſam dixiſſet 1. Cor. 15.
in ſanguinem, animarum ſignificans morte conſumptam, eandem poſtmodū in duas diuidit tertias, dicens: *Et mortua eſt tertia pars* piſcium, *& tertia pars nauium* periit. In vna illa genus mortis oſtendit, in iſtis numerum aſſignauit. H
Alia editio, dicendo, habentium animas, oſtendit euidenter ſpiritali eos morte necatos. ſicut de vidua Apoſtolus 1. Tī. 5.
dicit: Quę in deliciis agit viuens mortua eſt. Idcirco ſicut ſonat, tanquam tertia aliam tertiam occiderit, noxia traditione & inutili imitatione doctrinæ. *Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo ſtella magna, ardens vt facula,* ſuper *tertiam partem fluminum. & ſuper fontes aquarum. & nomen ſtellæ dicitur* abſentius, vel ſicut alibi dicitur, abſentium, *& facta eſt tertia pars aquarū* ſicut abſentium. *& multi* homines *mortui ſunt* ab amaritudine aquarum. De cælo tanquam de eccleſia homines cecidiſſe deſignat, tales ſcilicet, quos homines putabant bonis meritis præfulgere, Ideo ſtellæ & faculæ comparantur, quos Iudas apoſtolus arguit, dicens

A
Iud. 1 d. Matth 23. abſinthium legi debebet & abſinthio miſ— chetypa repugnarent. Iere. 2.

ſidera ſeductionis. Seducunt enim ſuperficie ipſa nitoris. Hos Dominus etiam parietibus & ſepulchris comparat dealbatis. Et quia ruina maiorum ſolet vexare complures, ideo ſuper partem fluminum & fontium ſtellam memorat decidiſſe, cuius nomen abſentium, pro grandi amaritudine poſuit. Talibus enim cadẽtibus, plures nouimus infirmari, & peſſima doctrinę imitatione corrumpi. Hos autem rectè abſentio comparauit, cuius ſi amaritudo modica dulci potioni miſceatur, omnis in amaritudinem vertitur. Hoc ſcriptura alibi quoque ſignificans, talibus dicit: Plantaui te quaſi vineam electam. quomodo verſa es in amaritudinem vitis alienæ? Hanc autem ponit tertiam partem malorum, cum alii qui cadentiũ debuerant experimento reddi cautiores, eorum incurrunt imitatione defectũ. *Et quartus angelus tuba cecinit, & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, vt* minus lucerent, & dies eandẽ partem amitteret, & nox ſimiliter. Sol, luna, ſtellæ, eccleſia ponitur. Apous ſane quarto angelo memorato. horum voluit facere mentionẽ, quæ quarto die in conditione mundi facta narrantur, vt præeſſent diei & nocti, & diuiderent

B

lucem ac tenebras, vt cum iſti mali, quorum vnũ eſt corpus exterius apertũ intusq; latẽs, ab eccleſia ſeparatur, minusq; lucere ſuis tranſgreſſionibus eccleſiæ faciunt dignitatem, quaſi tertiam partem ſolis, & tertiam partem lunæ & tertiã partem ſtellarum ſuis obſcuritatibus adimentes, contra ordinationem conuincantur facere creatoris: qui ſicut ſolẽ, lunam, ſtellas loco vel ſpecie cæteris eminere voluit viſibiliter conditis, ita eccleſiam ſuam, quam dignitate & gloria per totum mundum dominari præcepit, velle obſcurare notantur. nomen enim Dei, inquit Apoſtolus, per vos blaſphematur in gentibus. Per quos enim blaſphematur bonum noſtrũ, lumen videntur obſcurare geminum. Verũ ne pro libito hoc fieri poſſe & ſine modo ab hominibus putaretur, menſuræ quodammodo terminum præfigit, illã ipſam malorum partem diuerſa narrat trine ſignificans. Quã enim in tertio angelo vnam memorauerat tertiam. hic in tripartito modo commemorat, dicens tertiam partem ſolis, tertiam lunæ, & tertiam ſtellarum fuiſſe diminutas, vt videlicet in iſtis luminaribus duæ partes integræ in ſuo ſtatu permanſerint, nec quenquam de electorũ numero perditio aut obſcuritas illa cõtigerit. Non enim perit, inquit, niſi filius perditionis. Et, Nouit Dominꝰ qui ſunt eius. Aliter: Regni cuiuſque perfectio in duodecim vnciarum ſumma conſiſtet. ideo cum tertiam ſolis, tertiam lunæ, & tertiã ſtellarum dicit obſcuratas, id eſt, quaternas vncias, ex quibꝰ conficitur corpus omnium malorum, multis ſe potius varie deſignatum. In bonis autem datur intelligi, octo in ſingulis vncias remanſiſſe. ter octoni, vigintiquatuor, tanquam perfectionem quæ in præpoſitis conſtat & populis. Tertia hic nomen partis malorũ, id eſt, duæ partes vna diei, altera noctis, cui Ieremias dicit. Nocti adſimilaui matrẽ veſtram. Ad hoc ergo percuſſa eſt, vt appareret tertia diei & tertia noctis, quæ Chriſti & quæ diaboli. Nõ aũt dixit, Percuſſa eſt & obſcurata eſt tertia eorum, & apparuit tertia diei & noctis, ſed, obſcuraretur & appareret. quia nõ vt percuſſa eſt apparuit, ſed ad hoc percuſſa eſt, id eſt, ſuis voluptatibus tradita, vt redundantibus peccatis, in ſuo tẽpore reuelaretur. *Poteſtas in caudis earũ* erat lędẽdi homines *menſibus quinq;*. Scriptum meminimus in Iſaia: Longæuus & honorabilis, ipſe eſt caput: & propheta docens mendacium, ipſe cauda eſt. Et erunt, qui beatificant populum meum, ſeducentes & qui beatificantur, præcipitati. Vnde claret, iſtos ex ea parte dominari velle, quam omnes ſancti veritatisque doctores ſtudeãt magnopere præcauere, id eſt, gloriam ſecularem & noxiæ prædicationis errorem. Ideo in caudis earũ, poteſtas earum quinq; menſibus. hanc vitam rurſus inſinuat, vbi poteſt valere mendacium, vel ad capiendum inutiles, vel ad cruciandum temporaliter ſpiritales. hunc legimus: Vidi inſipientes, & tabeſcebam, & tædium detinuit me à peccatoribus. *Et habebant ſuper ſe regem angelum abyſſi, cui nomen hebraice* Armageddom, græca autẽ lingua *Apollyon, &* Latina lingua *nomen habens, Exterminans*. Deus ſumme bonus, licet occultus, iuſtis tamen iudiciis congruum talibus angelum præeſſe permiſit. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus additus eſt, idcirco Apoſtolus dicit tradi

Roma. 2.
C
Ioh 17. 2.Tim. 2.
Iſaie 9.
D
Pſal. 118.
2.Pet. 2.

E
2.Theſ. 2.

eos in omni ſeductione iniquitatis, eo q; charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. Et ideo mittit illos Deus in operationem erroris, vt credãt mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſentiũt iniquitati. Conuenit autem in eo actionis qualitas & nominis expreſſa proprietas, id eſt, exterminans. *Væ vnum abijt, & ecce* alia *Duo væ* ſequuntur. *Et ſextus angelus tuba cecinit.* Primum væ dicit abiſſe, & ſexti angeli tubam perſonaſſe. hic nouiſſima prædicatio ſextæ ætatis denunciatur. *Et audiui vocem vnam ex quatuor cornibus aræ* Dei, aræ quæ ſub oculis Dei eſt, *dicentem ſexto angelo qui tubam* portabat: *Solue quatuor angelos qui ſunt* vincti ſuper flumen illud magnum Euphraten. Hic oſtendit eoſdem ſignificari ventos, quos angelos. dixerat enim ſuperius ventos teneri ab angelis, nunc angelos dicit ab angelo ſolui, quæ eſt eccleſia, ſoluendique & ligandi acceptam tenet poteſtatem. Ideo habet, inquit, tubam, id eſt, prædicandi potentiam. Hinc dicitur: Quaſi tuba exalta vocem tuam. *Solue quatuor angelos qui ſunt* vinctis ſuper flumen Euphraten. quos dixerat in quatuor angulis terræ, vt oſtenderet Euphratis nomine mundani regni potentiam & perſequutorum multitudinem deſignari, in quo diaboli noxia voluntas ideo ligata dicitur, quia non quantum vult nocere permittitur. Euphrates enim fluuius eſt Babyloniæ, quam in diuinis ſcripturis in malo poni frequenter ſentimus. Ieremias quoque dicit: Dies ille domino Deo noſtro dies vltionis, vt vlciſcatur inimicos ſuos, & deuorabit eos gladius, & implebitur ſanguine eorum, quoniam ſacrificiũ domini ſabaoth in terra aquilonis, in flumen Euphraten. Sacrificium hic non placationis, ſed iugulationis annunciat nouiſſima quippe perſecutio ideo cæteris vehementior futura prædicitur. quia tunc cum ſuis miniſtris ſoluto diabolo, amplius aut nocere aut exercere permittitur. Sequitur denique; *Et ſoluti ſunt quatuor illi angeli*, inchoare perſecutionem ſignificat. *qui erant parati in horam & diem & menſem & annum, vt occiderent tertiam partem hominum* Quatuor hic tempora, quibus perſecutio ipſa graſſabitur, congrua ſenſuum ſignificatione prænunciat, id eſt, triennium & ſex menſes. Propterea autem dixit, *in horam & diem & menſem & annum*, quia & horis gradatim dies, & diebus menſis, & menſibus certum eſt annos impleri. Parati autem vt diceret, propoſitatem diaboli & angelorum eius expreſſit, qui contra eccleſiam Chriſti inextricabiles inimicitias gerẽtes, nocendi habent iugiter voluntatem, ſed diuina potentia, ne quantum volunt noceant, refrenantur merito & præmiſit de locuſtis, ſimiles eſſe equis paratis ad bellum. Nam cum dic t ãgelos ſolutos equos ſe dicit vidiſſe *Et numerus*, inquit, nul tantium equitum illius, octoginta milia. *audiui numerum* illorum, vt occiderent tertiam partem hominum. Illud corpus omne malorũ, multis modis rurſus inſinuat. Octoginta porro milia, ſicut a ſenario numero perfectione ſexagenarius, bonorum nobis ſpecimen præfigurat: vnde ſcriptum legimus, Sexaginta ſunt reginæ: ita octogenarius in malo nonnunquã poni ſolet. Surgit enim à quaternario propter quatuor notiſſimas corporis qualitates, frigidã & calidam. humidam & ſiccam. vel propter quatuor perturbationes, quibus humana ſæpe vita vexatur, metum, cupiditatem, dolorem & gaudiũ: quæ propter ſexum geminum duplicata octo faciũt. Hic numerus per denarium ſimiliter ſurgẽs, octogenariũ conficit. in quo malorum quodã modo partem oſtendit militantiũ equitũ cõtra corpus Chriſti, q eſt eccleſia. idcirco & illic ſequitur: Et octoginta ſunt concubinæ, tanq̃ nõ legitimo ſociatæ cõiugio, ſed potius fraudulento. Quod omnib. proprie hæreticis congruit, q ſic tẽporaliter fidei ſacramenta, Chriſti nomine palliati, pertractant. vt ſicut concubinæ non ſemper in domo manſuræ, ſic & iſti momentaneum vel commodum vel principatum vel humanæ laudis plauſum de Chriſti nomine habere deſiderent. Nec laboris eſt inter merita reginarũ & concubinarum recta ratione diſcernere, quũ ipſis quoque nominib. reginarum eluceat dignitas, & concubinarum deformitas pareat. Alia porro tranſlatio, quam Ticonius expoſuit, habet, *Et numerus equeſtris exercitus* bis myriadis myriadum. Vbi expoſitionem prætereiens, hoc tantum adiecit, non dixit quot myriadum. Videtur autem nobis etiam in iſta

Matth 16. & 18 Iohan. 20. Iſaie 58.
F
Iere. 46
G
Cant. 6.
H
Cant. 6.

tranſ-

A translatione totam perditorum hominum partem non in congrue figuraſſe. Bis myriades enim, viginti millia faciũt. Hunc autem numerum dominus in euangelio ponit de rege habente viginti millia, tanquam malorum duplicitas Chriſtianæ ſimplicitati reſiſtat. Secundum hanc igitur intelligẽtiæ regulã, quia ſimplici denario vicenarius duplex obiicitur, ſubiecit dicens, myriadum: & ſilendo, quantorũ, multos ſupernumerati figurauit, quaſi congregati, nõ tamẽ fuerint reputati, de quibus Propheta: Annunciaui, inquit, & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum. *Pſal. 39.* Huius multitudinis indiſcreta confuſio, in prima quoque piſcatione diſcipulorũ ante Domini ſignificata eſt paſſionẽ, *Luca 5.* per quam & nauigia premebantur, & retia excindebantur, vt proprie hæreticis falſiſque Chriſtianis, & contentionibus tantum. *& Contentionibus.* quia & inteſtinis contentionibus eccleſia plerunq; grauatur, & hæreticorũ impugnationibus exercetur, vt retia ſciſſa, ſchiſmata cognoſcantur fuiſſe cõmiſſa. In hac piſcatione numerus ſimiliter ſiletur, ſicut hic bis myriades myriadum. Ac ſi diceret, Vocati quidem, nec tamen inter electorũ plenitudinẽ computandi. Multi enim ſunt vocati, inquit, pauci vero electi. In alia denique piſcatione post Domini reſurrectionem, & numerus dicitur, & magnitudo B piſcium prędicatur, & illæſum rete narratur. *Mat. 20. Iohan. 21.* Quocirca ſicut bis myriades myriadũ hæreticis falſiſq; Chriſtianis conuenit applicandum, ſic reſiduis malorũ, quos etiam in gentibus eſſe ſuperior expoſitio continet, & ſubſequẽti nunc ordine memoratur, vt ex iſtis omnibus perſonis diaboli corpus omne conſiſtat, imo conſiſtere demonſtretur. id eſt, Iudęorum & hęreticorum, falſorum Chriſtianorum & gentilium. Poſt paululum denique ſequitur, ipſorum inſinuans gentilitatis errorem: *Et cæteri*, inquit, *homines qui his plagis non ſunt* interempti, *neque egerunt pœnitentiam* factorum ſuorum malorum, ne *adorarent dæmonia & ſimulacra aurea & argentea, & ærea & lapidea & lignea*, & cetera quibus oſtenditur, in pleno circumſcriptum hic inſinuare corpus omne malorum. *Et vidi equos in viſione, & ſedentes ſuper eos* habentes *loricas igneas &* ſpineas *& ſulphureas, &* erant eis *capita vt leonum*. *Iob. 3.* Equi, homines ſunt ſeſſores hic in malo, ſpiritus nequam. Sicut enim in bono legi præmiſimus, Qui aſcendis ſuper equos tuos, id eſt, prædicatores. & equitatus tuus ſonitus, ita hic econtrario malis ſpiritibus equitatus adiunguntur, De capitibus leonum ſatis ſupque iã dictum eſt. C. verum quod præteriri non debet, etſi aliqua ſimilitudo locuſtarum in equis, & equorum nõ inuenitur in locuſtis, ſicut & in leonibus, vtraq; tamen per ſignificationem hęreticorum congruunt adducta perſonis. Vnam enim rem diſſimiliter diſcreuit diuini eloquii latitudo. In deſcriptione aũt vel qualitatibus loricarum, pœnæ ſignificatæ ſunt impiorum, vt legimus eis qui adorãt beſtiã, promitti: Ignis & ſulfur & fumus de tormentis eorum in ſecula ſeculorum aſcendit. Et quia hæc translatio adiecit ſpineas, præcedens monſtrauit meritum tormentorum, ſpinis ſignificans vitia, cuius intelligentiæ ordinẽ & Apoſtolus exprimit, dicens de ſimili terra, eo q̃ ſpinas & tribulos germinãs, maledicta eſt, *Heb. 6.* cuius conſummatio in cõbuſtionem. Vnde dicitur & in illa originalis pœna peccati: Spinas & tribulos germinabit tibi. Et Salomõ: Spinæ, inquit, naſcũtur in manibus temulẽti, *Et de ore eorum* exiebat *ignis & fumus & ſulfur*. *Gen. 3. Prou. 26.* Bene hic ſignificatur quod procuratur: eo qui procurat. Illi enim inducuntur hæc habere & ex ore proferre, quorum noxia prædicatione ſeducti intereunt, cruciandi igne, fumo & ſulfure: q̃ exiebat ex ore eorum. Verbis ergo capitum ſuorum, id eſt, principum doctrinis, has plagas incurrere perhibentur. D *Nam poteſtas equorum in ore & caudis eorum erat*, id eſt, in ſermonis officio. Caudas enim prædicatores reprobos ponit. *Nam caudæ eorum* erant, *ſimiles ſerpentibus, habentes* capita draconum, de quibus nocebant. Bene hic in ſimilitudinem præuaricationis antiquæ, ſerpentum meminit, cuius ſibilo mulier ſeducta, audacter inconceſſa egit, & iuſte perdidit quod accepit, ſicut iſti capita draconum, id eſt, mundi principes, dracones enim animalia ſunt terrena, ſæpe in aquis habitantia, omnibus pene beſtiis grandiora. Principũ ergo patrocinio noxia prædicantes, amplius nocent, q̃ ſi ſolo ſermone ſuaderent. Ideo ait, capita draconum de quibus nocent. Iam nunc de gentibus dicit: *Et cæteri homines qui in his plagis non ſunt* interempti, *neq; egerunt pœnitentiam* factorum ſuorum malorum, *ne adorent dæmonia, & ſimulacra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre poſſunt neque audire, neque ambulare, & pœnitentiam non egerunt ab homicidiis neque à veneficiis ſuis.* E Hæc præoccupans ante præmiſit, vt omnes ad ſiniſtram futuros circunſcribendo cõcluderet. Veneficia hic in malo commemorat. veneficos enim ſæpe maleficos appellamus. Narrationis porinde cõſiderandus eſt textus. deſcripto enim nouiſſimo certamine & gentium more, pręteriniſit ſeptimum angelũ, ſub quo nouiſſima perſecutio & domini manifeſtus ſperatur aduentus, & præſentis temporis eccleſiam memorat, vt diuerſis hoc modis inſinuans, cum ea quæ omiſerat recapitularet, duos fines narrare videretur. Meminerimus itaq; cum orationẽ ad finem vſq; perduxerit, debere finem ordini cõciſo ſubiungi. Pręter ſolitũ enim fecit, ambas narrationes non vno fine cõcludendo. Diſcreuit enim prædicationẽ futuræ pacis, quã ſit fortis, quam terræ marique perſpicua.

Et vidi, inquit, *angelum alium fortem, deſcendentem de cælo nube amictum, &* arcus ſuper caput *eius &* vultus *eius erat vt* *CAP. 10.* *pedes eius* vt columnæ *ignis*. Dominum Chriſtum deſcendentem de cælo, nube amictum, id eſt, eccleſia, ſiue nube F carnis indutum, quæ noua nupta alibi dicitur de cælo deſcendere. Vel ſicut Daniel dicit filium hominis veniſſe in *Apo. 21. Dan. 7.* nubib. cæli, & arcus ſuper caput circa bonos propiciationis promiſſio perſeuerans, ſed etiam illos ſignificãs, quos ante domini aduentum martyrio contigit decorari, vt Abel & cæteri. Bene autem ſuper caput arcum dicit, quod alia translatio irim poſuit, quo eccleſia circumamicta deſcribitur, *Gen. 4.* tanquam membra ſic tempore præmiſſa, vt tamen capiti cohærentia demonſtrentur. *Et vultus eius erat vt ſol*, manifeſtato per reſurrectionis gloriam domino Ieſu Chriſto, de quo legimus: In ſole poſuit tabernaculum ſuum, vbi ſcilicet clareret. *Pſal. 18. Pſal. 79.* In vultu enim manifeſtatio præſentiæ deſignatur, quam expetens, dicebat: Oſtende faciem tuam, & ſalui erim*. Eius pedes, id eſt, apoſtoli eloquiis Dei & ſpiritu ſancto ad prædicandum igniuntur. Nonne cor noſtrum, *Luc. 24.* inquit, ardens erat in via, dum loqueretur & aperiret nobis ſcripturas? Columnæ autem propter firmitatem dicuntur eccleſiæ. de his per prophetam dicitur: Ego cõfirmaui colũnas eius. &, Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacem: & Apoſtolus, Qui videbantur *Pſal. 74. Nahum. 1. Rom. 10. Galat 2.* columnæ eſſe eccleſiæ, inquit. *Et habebat in manu ſua* librum *apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, & ſiniſtrum ſuper terram.* G Si ſuperius in libro ſignato veteris teſtamenti profunda cognoſcuntur latuiſſe ſecreta, aptius hic in libro aperto noui teſtamenti reuelata claruiſſe creditur gratia, ita vt confidenter Apoſtolus dixerit: Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandem imaginem *2. Cor. 3.* transformamur à claritate in claritatem. tanquam à domini ſpiritu. Ideo vtique & vultus eius vt ſol dicitur refulſiſſe, Pedem porro dextrum ſuper mare, fortia quæque membra ad ſufferẽdos perſecutionis impetus, tanquam marina diſcrimina prudenter miſiſſe probatur. Siniſtrum autem ſuper terram, illos qui non ſunt periculis maioribus committendi. Non enim patitur nos Deus tentari ſuper id quod *1. Co. 10.* poſſumus, ſed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſimus ſuſtinere. Certum tamen quod terra mariq; eius prædicatio propagetur, & exclamauit *voce magna* tanquam *leo* rugiens. id eſt, per ſeruos ſuos cum fortitudine fiducialiter prædicatus obtinuit. inde propheta: Et poſuit, inquit, charitatem firmam fortitudinis ſuæ. *Et cum clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua.* Propter cognitam ſeptenarii numeri operationem, ſeptem tonitruis ſignificari puto omnifariã H prædicationis eccleſiaſticæ modificationem. Quam Paulus *1. Cor. 3. Hebr. 5.* apoſtolus ſeruans, aliis dicebat: Tanquã paruulis in Chriſto *Tim. 3.* lac vobis potum dedi, non eſcam. De aliis autẽ, Perfectorũ eſt ſolidus cibus. ſed & de aliis, Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam admonitionem deuita Eccleſia igitur ſolitis rectæ prædicationis officiis dicitur proclamare. *Et* quæ *locuta* ſunt *ſeptem tonitrua, ſcripturus eram, & audiui vocem de cælo, dicentem: Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua,* ne ſcripſeris *ea*. Iubetur ne ſicut audiuit in aperto deſcriberet, ſed diſcrete ſignata modificans temperaret, ne aut omnibus indiſcrete paterent, aut facile intellecta faſtidium

A generarent. Propterea ergo dicit. Nota tibi, vel ſicut alia
tranſlatio habet, Signa, inquit, tibi, & ne ſcripſeris
ea, vt ſigno allegoriam indicaret, non paſtum intelligentiæ
Dan.12. denegaret. Merito & Danieli dicitur: Signa librum, &
claude ſermonem vſq; ad tempus ſtatutum. pertranſibunt
plurimi, & multiplex erit ſcientia: id eſt, aut differẽda tem-
pore, aut pro capientium diſtribuenda qualitate. Hinc
Iohan.16. Dominus: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis ea
portare modo. *Et angelus*, inquit, *quem vidi ſtantem ſuper mare*
& ſuper terram, ſuſtulit *manum ſuam* dexteram in *cælum*, *&*
iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, qui cælum conſtituit
& quæ in eo, & terram, & quæ in ea: quoniam *tempus* iam
non erit, ſed in diebus vocis ſeptimi angeli, cum cœperit tuba ca-
nere. finietur ſacramentum *Dei*, quẽadmodum *euangelizauit*
per prophetas ſeruos ſuos. Septimi angeli tuba, finis eſt per-
1.Cor.15. ſecutionis & aduentus Domini. Propterea & Apoſtolus
dicit, In nouiſſima tuba. canet enim, & mortui reſurgent
incorrupti. Tempus ergo eccleſiæ prædicit de futuro, cum
eam ſuſceperit promiſſa bonorum æternitas ſupernorum,
B vt non iam temporum varietati ſubiaceat, ſed ſtabili fœlici-
tatis æternitate fruatur. Finitur ſacramentum, dixit quod
perficiatur promiſſum, non quod conſummatur ablatum.
Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum: Vade & accipe
librum apertum de manu angeli, ſtantis ſuper mare & ſuper terram.
Vox è cælo, imperium eſt Dei, qui eccleſiæ cor inſpirat,
& iubet percipere ea quæ eccleſia futura pace aperto
libro prædicauit. Videtur etiam nobis, quia hoc eſt librum
apertum de manu angeli accipere, legis & prophetarum
in Chriſto manifeſtatam intelligere veritatem. Ideò non
ſicut ſuperius ſignatum, ſed apertum dicit librum accipere.
Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Qui
Rom.10. Chriſtus, id eſt, veritas: tunc de terra, id eſt, de Maria naſci
voluit, quando iuſtitia de cælo proſpexit. Propterea hic
dici puto, Vocem audiui de cælo loquentem mecum, ſicut
ipſe dicit: Ego ſum principium, qui & loquor vobis. *Et*
Iohan.8. *abii ad angelum, dicens vt daret mihi librum*. Eccleſia diuina
inſpiratione compungitur ſuper hoc myſterio perdoceri *&*
dixit mihi: Sume & comede eum, id eſt, in ſecretis reconde
viſceribus, *& amarum faciet ventrem tuum, ſed in ore tuo*
C dulcis erit quaſi *mel*. Id eſt, cum perceperis, oblectaberis
diuini eloquii dulcedine & ſpe ſalutis promiſſæ, & diuinæ
ſuauitate iuſtitiæ, ſed amaritudinem profectò ſenties, cum
hoc & deuotis & indeuotis cœperis prædicare. Audita e-
nim prædicatione diuini iudicii, alii certe pœnitentiæ ama-
ritudine in melius cõuerſi mutãtur, alii vero offenſi inſuper
indurãtur, & odia circa prædicatores acriter gerunt. Corri-
pis (inquit) ſapientem, & amabit te: coarguis inſipientẽ, &
Prou.9. adiciet odire te. Ex vtriſq; aũt prædicator amaritudinẽ ſu-
mit, ſiue compaſſionis affectu cum pœnitentibus commu-
nicans lachrymas, ſiue de illorum defectu amaritudinis
Rom.9. capiens cruciatum. Hinc apoſtolus dicit: Quia triſtitia eſt
mihi magna & cõtinuus dolor cordi meo. Optabã enim ip-
ſe ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Hãc nũc
amaritudinem memorat. Quod ſi ex deuotis dulcedo, & ex
indeuotis ſolis amaritudo tribuenda intelligitur, aptius æ-
Pſal.118. ſtimo cõuenire. Spiritales enim dicere poſſunt: Quam dul-
cia faucibus meis eloquia tua? ſuper mel & fauum ori meo.
Et cũ accepiſſem, inquit, libellũ *de manu angeli, & cum* com-
ediſſem eũ, ſtatim repletus *eſt venter meus & ait mihi: Oportet*
D *te iterũ prophetare* in populo, & in nationes & linguas & reges
multos. Sicut ſolet ſcriptura diuina de genere ad ſpeciem
ſermonem ſæpe deflectere, ſed etiam conſequenter vtraq;
complecti, ſic & nunc ad Iohannem quidem intentio certa
dirigitur, quem adhuc oportebat de exilio liberatum, non
tantum hãc reuelationẽ in notitiã eccleſiæ Chriſti deferre,
ſed etiam euangelium in populos, in nationes, in linguas &
reges multos altius prædicare. Veruntamen omni quoque
eccleſiæ hanc vocem nullus ambigit conuenire, quæ nun-
quam debet à prædicatione deſiſtere. Hanc autem euange
lizandi fiduciam in harundine accepta ad ſimilitudinem
virgæ, non ſine rationabili ſignificatione monſtrauit ab eo
quod efficit, id quod efficitur. Euangelium quippe ha-
rundinis officio ſcribitur. verum ne aliqua inanitas in
harundine putaretur, rectè virgæ ſimilis dicitur, in qua pro-
pter naturale robur ſoliditas deſignatur, quę ad fidei referẽ-
da eſt firmitatem, ſiue porrectæ credulitatis tranſgreſſi- E
bilem regulam, in qua & menſura neceſſario memoratur,
propter variam diſtributionem gratiarũ, quam Apoſtolus Epheſ.4.
memorat, dicens: Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecun-
dum menſuram donationis Chriſti. In hac fide rectorẽ quo-
que ſapientiæ in auto cognoſce cum manifeſtatione carnis
accepta, quam in vna Chriſtus perſona geſtare dignatus eſt,
ſicut eũ Iohãnes & agnoſcere meruit, & prædicare curauit.
Opportune autem hic membris ad menſuram donatio
gratiarum dari deſcribitur, vt capiti Chriſto nõ ad menſurã
data ſpecialiter declaretur, de quo ibidem Iohannes dicit: Iohan.3
Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum. In quo enim Coloſſ.2.
ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, & in quo omnes
plenitudo diuinitatis inhabitat, nulla eum menſura deter-
minat.

Dedit mihi, inquit, harundinem auream ſimilem virgæ, CAP. 11.
dicens: *Surge & metire templum Dei & aram Dei & adorantes*
in eo. Surge. Affectus excitationis indicitur Iohanni vel
eccleſiæ coaptandus, vt impedimẽtis ſecularibus enodati,
æternorum bonorũ ſimus officiis aptiores. Metire templũ F
& arã & adorantes in eo, eccleſiam iubet, id eſt, templũ Dei
præmiſſa diuinorũ menſura donorũ ſpiritaliter informare,
præcipue in ara, id eſt, in fide, ſine qua impoſſibile eſt placere
Deo. Adorantes aũt in eo expreſſius inculcauit, q in ſpiritu Hebr.11.
& veritate ſtudent Dominum adorare, vt in veritate credu-
litas, & in ſpiritu vita probabilis clareat. Nã & pater, inquit,
tales quærit qui eum adorent, veros adoratores. Aliter: In
ara ſacerdotes, in templo fideles ſignificat. Multi enim ſu-
perficie tenus adorare videntur, & in libro non ſcribentur.
Hoc ſignificans ſequitur. Arã *autẽ* quæ *eſt* à foris templi, ne Pſal.44.
metiaris Omnis enim gloria eius filię regis intrinſecus, *quo-*
niã data *eſt gentibus, & ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus qua-*
draginta duobus. Credulitatis malæ doctrinam & conſuetu-
dinis infauſtæ contagia in hæreticis, Iudæis & gentibus
foris iubentur expelli, quoniam ad ſancta ſanctorum tales
indignum eſt properare. Quid enim mihi, ait Apoſtolus, de 1.Cor.5.
his qui foris ſunt iudicare Omnes enim Iudæi, hęretici atq;
gentiles eccleſiam diuerſis modis indeſinẽter impugnando
quaſi conculcãt. Numerus autem menſium non nouiſſimã
tantum perſecutionem ſignificat, ſed etiam chriſtianitatis G
tempus omne deſignat, propter ſex mundi ætates & ſeptẽ
dies, quibus prætermeantibus & remeantibus, omne tẽpus
euoluitur. Nam ſexies ſeptẽ, quadraginta & duo efficiunt.
ſed ad vtrunque arbitror referẽdum. *Et dabo*, inquit, *duobus*
martyribus *meis*, vt prophetent *diebus mille ducentis ſexaginta*
ſaccis amicti. Quod dixerat, Oportet te iterum prophetare.
hoc eſt, *dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt*. Quod eſt
enim Iohannes, hoc duo teſtes, id eſt, eccleſia duobus teſta-
mentis prædicans & prophetans. Aliter: Duo genera eſſe
martyrii veritas proteſtatur, vnum in habitu, alterum in
actu. In habitu, ſoli Deo cognitum, corde geſtatur, etiam ſi
aliquando patiendi tempus minime ſuffragatur. In actu
vero etiam publice coram hominibus adimpletur, quando
opportunitas perſecutionis innaſcitur. Aliquando enim
videtur martyrium deeſſe animo aliquando in aliis animũ
deeſſe, martyrio. Hinc beatus Cyprianus dicit: Primus eſt
victoriæ titulus, gentilium manibus apprehenſum, Domi-
num confiteri: ſecundus ad gloriam gradus eſt, cauta
ſeceſſione ſubtractum Domino reſeruari. Illa publica hæc
priuata confeſſio eſt. Ille iudicem ſeculi vincit, hic cõtentus H
Deo ſuo iudice, cõſciẽtia pura cordis integritatẽ conſeruat.
Quod etiam de duobus filiis Zebedæi manifeſtiſſime
comprobatur, quod Iacobus ab Herode necatus, publica
confeſſione martyrio dedicatur: frater vero eius Iohannes Act.12.
euangeliſta, ſecreto apud Dominum martyrio coronatur.
Claret quippe, Dominum pridem vtriſque dixiſſe: Calicem
quidem meum biberis, vnus videlicet in actu, alter in habi-
tu. Saccis amictos, in exomologeſinis humilitas oſtendi-
tur, Proinde quod non de futuris, ſed de præſentibus lo-
quitur, dicens: *Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra*, conſiſten- Matth.20.
tia ſub *conſpectu Domini terræ*. Quod poteſt de eccleſia accipi,
quæ duorum teſtamentorum lumine radiata formatur.
Et de memoratis duobus martyrii generibus, quæ, in
diuerſis membris diuinitus tribuuntur armatis. Nam &
duo candelabra, eccleſia eſt. ſed pro numero teſtamentorũ

dixit

A dixit duo, vel quod ex circumciſione & præputio conquiſita, lapidi cohærens angulari conſiſtat. ita & ex ſeptem candelabris, ſi vnum vel amplius pro locis nominet, tota eccleſia eſt. *Et ſi quis eos* vellet *nocere*, *ignis exiet de ore eorum*, comburens *inimicos eorum*: *& ſi quis eos* vult *lædere*, *ſic oportet* & illum *occidi*. Hoc eſt, ſi quis eccleſiam lædere cupit, eiuſdem læſionis reciprocante iudicio, igne conſumitur condemnatus, hoc recipiens iuſte, quod ingerere affectat iniuſte. Siue in bono precibus oris eccleſiæ igne ſpiritaliter conſumitur in melius commutandus, quum errore pereunte homo ſaluatur ab errore conuerſus. *Hi habent poteſtatem* claudere cælum *ne imbrem pluat in diebus prophetiæ ipſorum*. Habent, ait: non, habebunt, tanquam modo non habeant. Data quippe omni poteſtate in cælo & in terra filio hominis, etiam

Mat. 28 de eius corpore quod eſt eccleſia, intelligi poteſt, quod cælum claudat, quando ab ea in terra ſterili benedictio non deſcendit, ſicut Dominus de parte vineæ ſuæ dicit: Et nubibus meis mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem. *Poteſtatem habent* omnium aquarum *conuertendi eas in ſanguinem*, *& ferire terram in omni plaga quotieſcunque voluerint*.

Eſaie 5. B Non ſolum aquas ſuſpendunt, ſed etiam quæ deſcenderant, inutiles faciunt. hoc eſt, vertere aquas in ſanguinem, propter eos qui ea quæ eccleſia ſpiritaliter examinanda tradit, carnaliter ſapiunt. meritoque ab eccleſia iuſto anathemate percuſſi, moriuntur: & vnde alius ſpiritalis vita & profectus accedit, inde ipſi defectum mortis incurrunt. ſapere enim (ait Apoſtolus) ſecundum carnem, mors eſt. Bonus ergo odor Chriſti de eccleſia fragrans, aliis odor mortis cedit in mortem, aliis odor vitæ in vitam.

Rom. 8. *2. Co. 2.* Hinc etiam dicitur terrenos plagis percutere, cum pro diuerſitatibus meritorum atque peccatorum ligandi ac ſoluendi poteſtate percepta, recta ſingulos ſanctione diiudicat. *Et cum finierint* martyrium *ſuum beſtia quæ aſcendit de abyſſo*, *faciet* cum eis *bellum*, *& vincet* eos *& occidet eos*. Hic liquido claret, ante nouiſſimam perſecutionem hæc fieri, cum dicit, dum finierint martyrium ſuum, vtique illud quod perhibent vſque ad reuelationem beſtiæ, quæ aſcenſura eſt ex abyſſo, id eſt, ex latebris nequitiæ cordis Iudæorum. De tribu enim Dan Antichriſtus traditur naſciturus.

C Vincet eos, dixit, in his qui ſuccubuerint. Occidit autem, illos ſignificans, qui pro Chriſti nomine laudabili patientia fuerint interempti. *& corpora eorum* ponet in medio *ciuitatis* illius *magnæ*, *quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Aegyptus. vbi & dominus eorum crucifixus eſt*. Alia translatio corpus poſuit. Duorum dixit corpus vnum, aliquando in ſubſequentibus corpora, vt & numerum teſtamentorum ſeruaret, duoque martyria & eccleſiam vnum corpus oſtenderet, non ſolũ de occiſis, ſed & de viuis dixit, Proiicietur, id eſt, ſpernetur, ſicut proiecisti ſermones meos retro.

Pſa. 49. *Mat. 23.* In medio, hoc eſt, in prõptu. Illa ſcilicet Ieruſalem, quæ occidit prophetas, iuxta verbum domini increpantis, & ad ſe miſſos lapidauit, meritoq; reprobari, non inſtaurari promeruit. *Et videbunt* de populis *& tribubus*, *linguis & gentibus*, *& corpora eorum non ſinent poni in* ſepulchris. Cum corpora prohibentur locis debitis recolligi, dies memoriæ ipſorum non ſinunt ſacra viuentium celebritate ſignari. Aliter vota talium exprimuntur, quibus impii eccleſiam Chriſti de mundo nituntur auferre,

Pſ. 108. D ſicut pſalmus dicit: Et non ſit in memoria nomen amplius. quod licet implere non valeant, noxiam tamen exerunt voluntatem. *Et inhabitantes*, inquit, *terram*, *gaudebunt ſuper* eos, *& iucundabuntur*, *& munera inuicem mittent*, *quoniam hi duo cruciauerunt eos qui* inhabitant *terram*. Mirum non eſt, ſi terreni ſapientes, iuſtorum mortibus gaudeant. nam præter plagas quibus propter teſtamentum Dei, humanum genus arguetur, etiam viſus ipſe iuſtorum grauat

Sapi. 2. *Pſal. 112.* iniuſtos, ſicut ſcriptum eſt: Grauis eſt nobis etiam ad videndum, non ſolum grauat ſed etiam tabeſcere facit. Hinc pſalmus: Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet. *Et poſt tres dies & dimidium*, *ſpiritus vitæ à Deo intrauit in* illos, *& ſteterunt ſuper pedes ſuos*: *& qui*cunque *eos viderunt*, perterriti ſunt. Tres dies & dimidium poſſumus intelligere tres annos & ſex menſes, quos in vl-

Dan. 9. tima hebdomada Danielis quoque prophetia prænunciat affuturos. More ſcripturæ loquendi vtentes, quod dictum legimus de quadraginta diebus, quibus exploratores E *Num. 14.*

terram Chanaan circuierunt, annus pro die reputabitur, vt hic verſa vice dies pro anno poſitus agnoſcatur. Et ne ex incerto noſtræ expoſitionis ſurgat intentio, oportet ipſius loci verba cum congrua expoſitione nos principaliter ponere, ſi quomodo valeamus huius loci abdita penetrare. cum enim de ſeptuaginta hebdomadibus loquitur, ſic ait. Vt iterum ædificetur Ieruſalem vſq; ad Chriſtum *Dan. 9.*

ducem hebdomades ſexaginta duæ erunt. & poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & iam non erit eius populus qui eum negaturus eſt & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cũ duce venturo. Et poſt paululum. Confirmabit, inquit, pactum multis hebdommada *Ibidem.*

vna & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit abominatio deſolationis. Hæc cum ad primum Chriſti referantur aduentum in quo & perfecta ſortiuntur effectum, illud tamen ꝙ poſt diuiſionẽ hebdomadarum, quam ſecretiore ſupernæ inſpirationis typo diſtribuit, primum memorans ſeptuaginta, poſtea ſexaginta duas, poſtremo vnam, quam & ipſam in duas diuidit partes F

non incõgrue & ad finem primi aduentus Chriſti hebdomada ipſa finalis aptatur, quando & ſecundus inchoatur. Quod vt clarius diſſeratur, ad vtrunq; puto cũ congrua expoſitione neceſſario referendum. Nam ꝙ poſt ſeptuaginta & ſexaginta duas hebdomades Chriſtus veniẽs occidatur, ſeque occidentes reprobans, ſicut dictum eſt eadem gens non eius, & quod confirmauerit pactũ multis hebdomada, cum omnia teſtamenti veteris dicta vel geſta, quæ Chriſti aduentui typice ſeruiebant, ipſius præſentiæ veritate completa ſunt, qui finis eſt legis, recte quidem accipitur, præci- *Ro. 10.*

pue tamẽ etiã ad finalẽ mundi decurſum huius hebdomadis intelligentiam pertinere conuenienter exiſtimo, cum *Dan. 9.*

ibidem mox audio: Et in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium. Nam & in ſubſequentibus dicit, quia in tempus temporum & dimidium temporis. Et cum cõpleta fuerit diſperſio manus populi ſancti complebuntur vniuerſa hæc. & poſt paululum: Cum ablatum, inquit, fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolatione, dies mille ducenti nonaginta, qui numerus circa trium annorũ & ſex menſium curricula diuerſatur, quando maxime illa G

duo martyrii genera, quæ in habitu actuq; conſtare præmiſimus, ſic dimidio hebdomadis prædicationis Eliæ firmantur, vt nullo poſſint venturæ mox perſecutionis impetu deiici, quia ſicut tunc acrior perſecutio, ita in militibus Chriſti inuicte certantibus enitebit amplior fortitudo. De ipſis enim & Iohannes dicit: Et dabo duob⁹ martyrib. meis, vt prophetent diebus mille ducentis ſexaginta, ſaccis amicti. Licet enim reſiduis tribus annis & ſex menſibus ante Antichriſti violentiam, aut ſeceſſione locorum tanquam mortui cedant, aut cõgrue latibulis recepti non pareant, eo quod diuinitus moniti deliteſcant: ſic tamen ſtabiliri, eiuſque pugnæ certamine inſtaurato reddẽdi narrantur, vt per ſpiritum vitæ ſuper pedes ſuos ſtabiles perſeuerent, quãdo nouiſſima vel prædicatione vel perſecutione confirmabit pactum multis hebdomada vna, ſed etiã aliis martyrio cõſummato peremptis, aliiſq; fugatis, pro vnius cõpage corporis ipſi reſurgere prædicentur, eo quod vno ſpiritu armati, & vna fide fundati, ſpiritaliter demigrant. quia ſi quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. H *1. Co. 12.*

Propterea & dominus de Iohanne dicit: In ſpiritu & virtute Eliæ vel illud, Elias iam venit, & fecerunt ei quæcunque *Luca 1.*

voluerunt, Iohannem volens hoc dicto intelligi, de quo *Matt. 17.*

naſcituro promiſerat, quod in ſpiritu & virtute Eliæ fuerat præcurſurus, vt per eiuſdem ſpiritus gratiam & vnius officii formam alteram pro altera cognoſcatur aptius inſinuare perſonam, Eliæ ſcilicet pro Iohannis quia ſicut ille in primo, ita iſte in ſecundo præcedit aduentu. Hic & dominus: Elias inquit, veniet, & ipſe reſtituet omnia. Quando *Mat. 17.*

enim implet promiſſa, tunc reſtituet adumbrata: Tunc etiam confirmabit pactum multis hebdomada vna, q̃ omnia in ipſius Eliæ perſona prophetice cognoſcuntur quondam fuiſſe præmiſſa, quando eodem temporis interuallo, id eſt, tribus annis & ſex menſibus, ne plueret latuit: diuinoque *1. Re. 17.*

ortu iterũ pluuias impetraturus, apparuit. & per ſacrificiũ

A
3. Reg. 18.

quod oblatum fuerat, auerſos Iſraeliticæ plebis animos Deo reconcilians acquiſiuit. Nec fruſtra hic ipſius quoque pluuiæ factam exiſtimo mentionem, niſi vt de præcedentibus expectemus futuris reddenda ſit operibus veritatem, aliis videlicet reſiduis tribus annis & ſex menſibus, perſecutione Antichriſti occiſo Elia, graſſante, tanquam medio hebdomadis hoſtiam dicit ſacrificiumque deficere, quod in Eccleſia nunc ſolenniter immolatur, Antichriſti ſcilicet tunc ſæuitia præualente. Ipſo denique prædicante,

Ibidem.

in Chriſtum Iudæi ſunt credituri. quo increpante, ab idololatria quondam metuere conuerti. Iam nunc quæri poteſt, vtrum ad tempus trium annorum ſexq; menſium prædicatio Eliæ, horum reſurrectio debeat coaptari, an ad reſiduos tres annos perſecutionis Antichriſti, propter quod præmiſit: Et corpora eorum non ſinet poni in ſepulchris, & inhabitantes terram, gaudebunt ſuper eos. & cætera quæ aut præoccupata narrantur, cum futura tanquam præterita conſcribuntur: aut ideo forſitan ambigue contexuntur, quia & in dimidia hebdomada prædicatoris, & in dimidia hebdomada perſecutionis tales futuri non deerunt. *Et in illa hora factus eſt magnus terræmotus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occiſa ſunt à terræmotu* numero *ſeptem millia hominum*. In terræmotu perſecutionem aut recapitulando ſignificat, aut carius illis viſis, qui iam mortui putabantur, exaggeratam fuiſſe denunciat. Hora enim eſt omne tempus. & denarius numerus perfectus eſt & ſeptenarius. Quod ſi non eſſet, à parte totum intelligendum erat. Dicit enim ciuitatem in parte ſcilicet malorum interiſſe collapſum, ita vt etiam illi intelligantur, de quibus legimus Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis. permanſiſſent vtique nobiſcum. Duo quippe ſunt ædificia, vnum ſupra petram, alterum ſuper arenam, hoc dicit cecidiſſe. *Et reliqui in timorem ſunt miſſi & dederunt* claritatem *Deo cæli* & terræ. Iſti ſunt ſupra petram ædificati, qui aliis terræmotu, id eſt, perſecutione cadentibus de ſtabilitate ſui recta, Deum confeſſione clarificant. Finita recapitulatione, quam prætermiſſo ſeptimo angelo ingeſſerat, repetit ordinem, dicens: *Væ ſecundum abiit, & ecce væ tertium veniet cito.* Dixerat enim confecto prælio locuſtarum, væ vnum abiiſſe, & altera dicit duo venire, ne ſtatim tertium deſcribere putaretur, quoniam recapitulandum erat. Nunc finita ipſa recapitulatione, væ inquit, ſecundum abiit, non recapitulationis, ſed equorum: quibus deſcriptis, væ non reddiderat, Væ ergo *ſecundum abiit*. equorum eſt, quod ſequitur tertium væ. *Et ſeptimus angelus*, in quo finis. hinc videtur duos fines feciſſe, vnum recapitulationis, alterum ordinis. Dicit enim finem in reſurrectione tertium, & indicit alterum, qui pugnæ debebatur, dicens: *Væ ſecundum abiit. & ecce væ tertium veniet cito. Et ſeptimus angelus tuba cecinit. & factæ ſunt in cælo voces magnæ, dicentes: Factum eſt regnum Dei noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum. Et vigintiquatuor ſeniores qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum. dicentes: Gratias agimus tibi domine Deus omnipotens. qui es &* fuiſti, quod poteſtatem *tuam magnam accepiſti. & regnaſti. Et gentes iratæ ſunt, & aduenit ira tua. & tempus mortuorum iudicare & reddere mercedem ſeruis prophetis, & timentibus nomen tuum puſillis & magnis. atque exterminandi eos qui terram corruperunt.* De ſenioribus ſatis fuerit ſuperque præmiſſum, quid intelligi debeat. Initium autem nunc memorauit, & finem diſpenſationis Chriſti. nam dicendo, regnaſti. & gentes iratæ ſunt, primum Chriſti demonſtrat aduentum. Quod vero ſequitur, Venit ira tua & tempus

D

mortuorum, vel ſicut alia tranſlatio habet, ✝ quo mortuis iudicetur ſecundus aduentus oſtenditur, quando & mercedem ſancti & prophetæ timenteſque nomen eius recipiunt puſilli & magni, perfecti & paruuli. quia imperfectum meum, inquit, viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. Et ne ſibi impunitatem mali promitterent, ſubiecit. Atque exterminandi eos qui terram corruperunt ſicut pſalmus dicit: Vultus autem Domini ſuper facientes mala Ecce, inquit, væ tertium venit in voce ſeptimi angeli. & cum cecinit, non niſi eccleſiam dixit laudantem Dominum & gratias agentem vnde intelligimus bonorum remuneratiunem non eſſe ſine væ malorum. Inde pſalmus: Cum exarſerit, inquit in breui ira eius, vtique ſuper malos, beati omnes qui confidunt in eo. Sic & nunc ipſa eccleſia dicit, Venit ira tua & tempus mortuorum dare ſeruis tuis mercedem &c. hoc eſt væ nouiſſimum

✝ quod.
Pſal. 138.
Pſal. 33.

E
Pſal. 2.

Recapitulata ſane Domini natiuitate corporea, eadem aliter ac latius dicturus inſinuat. *Et apertum eſt templum Dei in cælo*, id eſt eccleſia. Templum Dei, Chriſt. corpus intelligi poteſt. Vnde idem Dominus: Soluite, inquit, templum hoc, & in tribus diebus reſuſcitabo illud. Aliter hic ſub multiplici ſignificationum varietate certa poteſt intelligentia veſtigari, vt vnaquæque res ſuæ proprietati aptius reddita, lucidius poſſit agnoſci. Cum enim arca plerunque ſignificet eccleſiam, hic in templo arcam teſtamenti aliquid altius intelligendum admonuit. dicendo etiam in cælo, ſecretum nos aliquid penetrare perſuadet, vt iſte ſit intellectus: templum eccleſia: arca teſtamenti myſterium incarnationis Chriſti, qui ad morem illius arcæ & tabulas intra ſe teſtamenti gerebat, qui legem non ſoluere venerat, ſed adimplere. Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt, ait Apoſtolus, in illo eſt. Et vnam auream habentem manna: quia ſpiritualem pabulum intra corpus ſapientiæ fulgore decorum gerit intellectum aliis prærogandum. Panis enim Dei eſt, qui de cælo deſcendit & dat vitam mundo. Et virgam Aaron, eo quod intemerata virgine ſingulariter nouo ortu progenitus, intra tectorium carnis inſtar amygdalæ, omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ penes ſe habere narratur abſconditos. Hic pſalmus: Exurge, inquit, Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. & cætera quæ eidem concinunt ſenſui. Sic enim promittit Deus per Ieremiam aboleri arcam teſtamenti de cordibus hominum, illam vtique Hæbræorum, & Ieruſalem, id eſt, eccleſiam vocari thronum Domini, dicens. Cum multiplicati fueritis & creueritis ſuper terram, dicit Dominus. non dicent iam, arca teſtamenti Domini, neque aſcendet ſuper cor. In illis diebus & in tempore illo vocabunt Ieruſalem thronum Domini, & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini. *Et factæ ſunt fulgura & voces & tonitrua & terræmotus & grando magna.* Fulgura, virtutes, quibus ſuos Chriſtus Dominus fecit fulgere diſcipulos. Voces & tonitrua, prædicationes, quibus tanquam nubes apoſtoli populis intonabant. Terræmotus ſtrepitus, concitatus populorum, qui perſecutiones creſcentis eccleſiæ ſæpius ingerebant. Grando ſemper ſe plus frangendo fluctibus illiſa nocet. ſeque vaſtando comminuit. Sic etiam ſæua gentilium multitudo, quæ fidem Chriſti perſequebatur, ipſum poſtea ſectando, facta eſt numero vel parua vel nulla. Hæc dixerat facta & in deſcriptione prædicationis ſeptem angelorum ab ipſo aduentu Domini, & generaliter ab origine in finem. deinde per partes quemadmodum facta ſunt, ita & nunc vt templum Dei in cælo apertum ſit & pugnæ ſecutæ dicens:

F
Matth. 5.
2. Cor. 1.
Hebr. 9.
Iohan. 6.
Coloſ. 2.
Ierem. 3.
G

CAP. 12.

Signum magnum viſum *in cælo*. Quod nunc quoque videtur in eccleſia. id eſt ſapientiæ Dei humanam naturam ſancto ſpiritu operante coniungi, & ex vtraq; vnum eundemq; Chriſtum mediatorem Dei & hominum fieri, prædicari vel credi, ipſo dicente: Soluite templum hoc, & in tribus diebus reſuſcitabo illud. & euangeliſta, Ipſe autem dicebat de templo corporis ſui. *Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius.* Frequenter dictum eſt, genus in multas diuidi ſpecies, qui vnum ſunt. nam quod eſt cælum, hoc eſt templum in cælo, hoc mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius. id eſt, eccleſia Chriſto induta, propter eius dilectionem mutabilia cuncta calcantem. Neque enim his mutabilibus capitur, quæ ſtabili cohærens bono veraciter dicit: Mihi autem adiungi Deo bonum eſt. Hinc illæ voces ſunt, quas de eccleſia legimus: Specioſa ſicut ſol, perfecta ſicut luna. & iterum, Sicut luna perfecta in æternum & teſtis in cælo fidelis. Peregrinantem ſane eccleſiam dicit: Aliter, poſt humanam Chriſti natiuitatem vidimus multas hæreticorum eaſdemque falſas proferri ſententias. De hoc namque templo aliud Valentius, aliud Bardezanes, aliud Appollinaris, aliud Neſtorius, aliud Eutices, aliud Timotheus Hilarus hæreſiarches, prout libuit mentiri, dixerunt. vt tanquam veritas de terra orta ſit & pugnæ ſecutæ ſint, vt vnde orthodoxi & fideles acquirunt præ-

Iohan. 2.
Ibidem.
H
Pſal. 72.
Cant. 6.
Pſal. 86.

mium

A miam, inde hæretici male de Chriſti incarnatione ſentien-
Lucæ 2. tes, incurrant damnationis æternæ ſupplicium. Hinc de ip-
ſo à Simeone dictum in euangelio meminimus: Ecce po-
ſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in
Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. *& in capite eius corona*
Pſa. 20. *ſtellarum duodecim.* id eſt, eccleſiæ duodenario apoſtolorum
numero primordia dicit fundatæ mox eccleſiæ, decorari.
Hinc pſalmus dicit, Poſuiſti in capite eius coronam de la-
pide precioſo. *Et erat pregnans* mente, non ventre. *& clama-*
Gal. 4. *bat* In valle plorationis gemebunda & quos parturit, parit:
& iam genitos parturire non deſinit. Hinc Apoſtolus: Filio-
li mei, inquit, quos iterum parturio. Donec Chriſtus for-
metur in vobis. *Et viſum eſt aliud ſignum in cælo, & ecce draco*
rufus magnus, cruentus videlicet & ſæuus, *habens capita ſep-*
tem & cornua decem. & ſuper capita eius *diademata ſeptem.*
Capita ſeptem reges ſunt ſeptem, cornua vero regna, de
quibus ſuo loco erit plenius diſputandum. *& cauda eius tra-*
hebat tertiam partem ſtellarum cæli, & deiecit eas in terram.
Cauda, prophetæ iniqui ſunt, per quos ſuam inimicus
Iſaiæ 9. nequitiam implet. Hinc Iſaias dicit: Propheta docens men-
B dacium, ipſe eſt cauda. Qui eorum doctrinis inhærent,
in terram præcipitari dicuntur. Tertiam porro partem
ſtellarum cæli, illud memorat omne corpus malorum,
ſiue in angelis quos ne cælo ſecum pari ruina detraxit,
ſiue in hominibus quos ſeduxit. Stellas autem, quos de
Ephes. 4. bonis diabolus reprobos facit. *Et draco ſtetit* in conſpectu
mulieris, *quæ paritura erat vt cum peperiſſet, natum eius* come-
diſſet. Id eſt, inſidiator diabolus nouũ hominem qui ſecun-
dum Deum creatus eſt, & in quo renouamur ſpiritu mentis
noſtræ iuſtitia & ſanctitate veritatis in eccleſia molitur
occidere, cum in vnoquoque fidelium eius exortum cap-
tioſe nititur opprimere vel profectum extinguere. Hoc etiam
in vnum hæreticum contigiſſe meminimus, qui lætali
ſomnolentia ſuum natum vſque ad mortem legitur præ-
focaſſe, in quo natiuitas vitæ, in qua ambulare iubemur,
necari prophetice figuratur. In conſpectu autem mulie-
ris ſtetiſſe dicitur, quoniam illa, inquit, obſeruabit caput
Geneſ. 3. tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. *Et peperit maſculum,*
qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Ideo maſculum,
quod virili ſexui nouerimus tanquam ſuperiori, iure
C deberi victoriam. Recte hic caput eccleſiæ Chriſtus in ſin-
gulis membris dicitur naſci, qui cognoſcitur principari.
Ipſe enim autor & conſummator eſt fidei, in quo facie-
mus virtutem in virga ferrea, id eſt, in inflexibili iuſtitia.
Reget, in bonis: confringet, in malis. Quod etiam eius ec-
Galat. 3. cleſiæ tanquam corpori coaptatur & capiti. Omnes enim
Geneſ. 2. (inquit) qui in Chriſto Ieſu baptizati eſtis, Chriſtum
Ephes. 5. induiſtis, &, Erunt Duo in carne vna. Quod in Chriſto
intelligendum dicit Apoſtolus & in eccleſia. *raptus eſt filius*
eius ad Deum & ad thronum eius Licet in capite Chriſto præ-
ceſſerit, qui peracta diſpenſatione aſcendit ad patrem, con-
gruit tamen & corpori. Hinc ſunt illæ voces Apoſtoli: Qui
nos reſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus. &, Con-
Ephes. 2. uerſatio noſtra in cælis eſt &. Si conſurrexiſtis cum Chri-
Philip. 3. ſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera
Coloſ. 3. Dei ſedens. Quod ſi etiam de Chriſti perſona ſpecialiter
velis accipere, excepto cruciatu, quem in partu B. Mariam
non eſt credendũ habuiſſe, quam nouimus nullum in con-
ceptu peccatum libidinis contraxiſſe, recte potes cætera
coaptare, ſi nuſi draconis inſidias, perſecutiones quas ab
D ipſis incunabulis ab Herode Chriſtus pertulit, & deinceps
Matth. 2. vſque ad mortem crucis ſubire voluit cognoſcamus,
qui cum mortem eius inhians appetiſſet, eius reſurre-
ctionem fruſtratus, ad thronum Dei, id eſt, ad dexte-
ram patris raptum ingemit. *& mulier fugit in ſolitudinem,*
vbi habet locum præparatum *à Deo, vt eam* illic alat *Diebus*
mille ducentis ſexaginta. Solitudinem ponit huius vitæ pere-
grinationem, in qua ſingulari ſpe beatæ remunerationis
vt paſſer ſingularis viuit eccleſia, quæ à rege ſuo poteſta-
tem accepit calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, &
Pſal. 101. ſuper omnem virtutem inimici iam draconis rufi. nam
Marc. 16. etiam populus Iſrael per eremum ductus, ignitos ſerpen-
tes æneis viſu potuit ſuperare. Omnia enim hæc, inquit A-
Luc. 10. poſtolus, in figura noſtri facta ſunt. & ſicut illos manna
Num. 21. viſibili, ſic nunc eccleſiam paſcit pane cæleſti. Prępara-
tum autem locum habet, de quo propheta dicit: In lo- E
co quem diſpoſuit: quodque eum nec oculus vidit, nec *1. Cor. 10.*
auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. quia cor *Pſal. 83.*
hominis illuc debet aſcendere, humani ſermonis pace *1. Cor. 2.*
mutua compellente, locum diſpoſitum & locum præpa-
ratum potuit vterque proferre, cum antea præmitteret,
dicens: Beatus vir cuius eſt ſuſceptio eius abs te Domine.
aſcenſiones in corde eius diſpoſuit in conualle ploratio- *Pſal. 83.*
nis, in locum quem diſpoſuit. Idem namque & refugij
locus eſt peregrinis, & refectionis cibus eſurientibus
ſeruis, qui merces promittitur regnaturis. Hæc ergo quæ
parauit Deus, Apoſtolo dicente, diligentibus ſe: nobis, *1. Cor. 2.*
inquit, reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, quo vno reue-
lante, hæc profunda etiam beatus Iohannes potuit pene-
trare, Iſto ſane dierum numero, qui tres annos & ſex men-
ſes facit, omnia Chriſtianitatis tempora etiam hoc
loco ſignificat, ex quo Chriſti prædicatio cœpit, & vſque
in finem fructificans creſcit. *Et* accidit *prælium in cælo*
Michael & angelis *eius*, vt pugnarent *cum dracone* &c. Non
hic putandum eſt angelos Dei in cælo auſus fuiſſet impug- *Iob. 1.*
nare, quum nec Iob hic poſſet, niſi Deo permittente, ten- F
tare. Sed cælum hic eccleſiam manifeſtius declarauit, vbi
contra ſpiritalium nequitias ab vnoquoque fidelium iugi-
ter dimicatur. Hinc Apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio *Ephes. 6.*
tio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus prin-
cipes & poteſtates, & aduerſus mundi rectores tenebra-
rum harum. Ideo autem hic Michaelem cum angelis ſuis
contra diabolum confligere dicit, quia ſecundum vo-
luntatem pro peregrinante eccleſia orando & adiutorio
miniſtrando recte intelligitur pro ea confligere. Nonne *Hebr. 1.*
ſunt omnes, inquit Apoſtolus, adminiſtratores ſpiritus,
miſſi in miniſterium propter eos qui hæreditatem capiunt
ſalutis æternæ? Nam & nomen ipſius Michael, adiutorium
Dei interpretatum dicitur. & congrue hoc ei opus ſpecia-
liter deputatur. Ipſum enim & Danial in nouiſſima preſſu- *Dan. 12.*
ra in adiutorium dixit eccleſiæ eſſe venturum. In tempore,
inquit, illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat
pro filiis populi tui. & veniet tempus quale non fuit ab eo
quo gentes eſſe cœperunt, vſque ad tempus illud. Et in
tempore illo ſaluabitur populus tuus, omnis qui inuen-
tus fuerit ſcriptus in libro: Quod vero angeli eius eſſe di- G
cuntur, eo hic locutionis genere vſus eſt, quo legimus:
Quoniam angeli eorum in cælis ſemper vident faciem pa- *Matth. 18.*
tris mei qui in cælis eſt, eorum ſcilicet, quorum ciues eſſe
in Chriſtum credendo cœperunt, ſicut & hic angeli eius:
quia vno præſidente rege munerari, & vno ſpiritu cre-
duntur viuificante beatificari. *Et draco* pugnabat *& angeli*
eius neque *valuerunt*, *neque locus eorum amplius in cælo inuen-*
tus eſt. Diabolus & angeli eius intelligendi ſunt, qui ei na-
tura & voluntate ſimiles ſunt, ſed & homines, qui eorum
laqueis irretiti, talium fuerint ſectatores. Nam pro qualita-
tibus voluntatum & de diabolo dictum eſt: Malus homo
hoc fecit. & de Iuda, Diabolus eſt. Bipartito quippe cor-
pore diabolus in ſuis traditur. victus autem ab eis dicitur *Matth. 13.*
expelli, qui poſt renunciationem eius, fide Chriſti percep- *Iohan. 6.*
ta, errores eius vitia non repetunt, ſed in eis charitas per-
ſeuerat de corde puro & conſcientia bona & fide non fi-
cta. ſiue quando ab omni malorum commixtione iam *1. Tim. 1.*
ſeparata eccleſia, & futura beatitudine glorificata, diabolo
& angelis eius nullus neque ſeducendi malos, neque pro-
bandi bonos locus amplius tribuetur. Vnde pſalmus ip- H
ſum notans, dicit: Tranſiui, & ecce non erat. & quæſiui *Pſal. 36.*
eum, & non eſt inuentus locus eius. Et miſſus *eſt ille draco,*
ſerpens magnus & antiquus, *qui* dicitur *diabolus & ſathanas,*
qui ſeducit vniuerſum *orbem* terrarum, miſſus *eſt in terram,*
& angeli eius cum eo miſſi ſunt in terram. Hic terrena ſapi-
entes dantur intelligi, in quibus illa ſententia præualente
diabolus cognoſcitur habitare. Terram comedes omni- *Geneſ. 3.*
bus diebus vitæ tuæ. Ab ſpiritalibus enim excluſus,
ſuis meritis aptos terrenos inuadit, hoc eſt de cælo præ-
cipitari & in terram mitti. *Et audiui vocem magnam in cælo*
dicentem: Nunc facta eſt ſalus & virtus, & regnum Dei no-
ſtri, & poteſtas Chriſti eius. Euidenter oſtenditur, in
quo nos cælo intelligere iſta conueniat. In eccleſia
namque factam nouimus victoria Chriſti ſalutem, per

quam

A quam cognitam accepit etiam poteſtatem ligandi ſoluta & ſoluendi ligata, cum in vno Petro generali ſignificatione
Matth. 6. omnis audiuit: Quæ ligaueris ſuper terram, ligata erunt &
Matth. 28. in cœlis: & quæ ſolueris, ſoluta. De hac Dominus dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, non quam ſemper ipſe habuit, ſed quam in eccleſia ex tempore quo voluit tanquam caput in membris habere cœpit. Quoniam præcipitatus *eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat* eos in conſpectu *Dei noſtri* diebus ac noctibus. Exuperatus eſt ab ipſis *propter ſanguinem agni, & propter verbum teſtimonij* eorum, Præmiſſo ſuper locutionis genere, ex perſona angelorum dicit: accuſator fratrum noſtrorum, id eſt, ciuium in futuro noſtrorum, nunc autem peregrinorum. Ad illam quippe ciuitatem cœleſtem Ieruſalem fideles nunc tendunt, quam angeli fœliciter incolunt. Quod autem de cœlis excluſum, in terram miſſum gaudendo dicere perhibentur, illorum redemptioni congratulantur, quos ſibi Dominus ad inhabitandum præparare dignatus eſt templum. Anima enim iuſti ſedes ſapientiæ. De terrenis autem, in
B quos dicitur deſcendiſſe, diuinæ iuſtitiæ penetralia angeli cognoſcendo collaudant, eique miſericordiam & iudicium ſuper beati decantant, cum & in redemptis bonitas, & in perditis æquitas diuina monſtratur. Nam & illi vincentes per agni ſanguinem dicuntur diabolum ſuperare potuiſſe. Et quod ſequitur, Nec amauerunt *animas ſuas vſque ad mortem* illam vtique accepiſſe credendi ſunt charitatem, quæ diffunditur in cordibus noſtris, non ex nobis, ſed per
Roman. 5. ſpiritumſanctum, qui datus eſt nobis. Huic tam magno bono congratulandum. Docens, dicit: Propter hoc exultate *cœli. & qui habitatis in eis.* Hic ſi vt ſuperius in angelis cœlum eccleſia cognoſcatur, vtriſque conuenit in Domino concorditer gratulari, cum & homines angelis ſociari credantur, & angeli hominum in Chriſto ſubſtantiæ famulantur. Sequitur, *Væ* vobis terra & mare, quoniam *deſcendit ad vos diabolus* cum ira ingenti, *ſciens modicum* ſibi *tempus* ſupereſſe. Sicut redemptis exultatio, ſic pereuntibus planctus debuit exhiberi. Hinc Iezechiel dicit ſe librum acce-
Ezech. 2. piſſe habentem ſcriptum lamentum, carmen & væ. In lamentatione pœnitentium fletus, in carmine iucunditatem ſanctorum inſinuat. Væ autem, malorum condemna-
C tionem proprie manifeſtat. Quod etiam hic memorat, dicens: Væ vobis terra & mare &c. vſque, ſciens modicum ſibi tempus ſupereſſe. Hinc Domino inuicta poteſtate coactus confiteri, Dicit: Veniſti ante tempus torquere nos? Et cum vidiſſet *draco quod eſſet* deiectus in terram, *perſecutus eſt mulierem, quæ* illum *maſculum* pepererat. Hoc eſt, quod præmiſimus inextricabiles inimicitias contra eccleſiam diabolum gerere. Quando enim vincendos excluditur, tanto acrius ſuas non deſinit multiplicare verſutias. *Et datæ ſunt mulieri duæ alæ* quaſi *aquilæ magnæ, vt volaret in* ſolitudinem *in locum ſuum.* Eccleſia in modum alarum. Duobus vtitur teſtamentis, quibus edocta, inſidias inimici & præceptis defugere ſtudet inſtructa, & exemplis ſuperat informata. Geminæ quoque regitur Dei & proximi charitate. Locus autem ſolitudinis, eſt huius mundanæ peregrinatio-
2. Cor. 5. nis. Quam diu enim ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. Quo maxime cor dirigit, qui non loco, ſed affe-
Pſal. 54. ctu de mundo diſcedit. & propheta Dicit Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Expectabam eum qui ſaluum me faceret. Congrue autem hic aquilæ ſimilitudinem
D memorat, qui cum præ cæteris auibus cognoſcatur altius euolare, viſo tamen eminus cibo, indigentia naturali ſub-
Coloſſ. 3. acta, mox ad ima deſcendit, ſicut eccleſia in ſpiritalibus membris cum ea quæ ſurſum ſunt mente petat & ſapiat,
Rom. 8. infirmitate tamen corporis aggrauata, neceſſitatibus ſubiacet indigentiæ corporalis, pro quibus ingemiſcit & parturit vſque adhuc. vanitati enim creatura ſubiecta eſt, non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe. Item,
2. Cor. 5. Siue enim mente exceſſimus, Deo: ſiue temperantes ſumus, vobis. *Vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis* ab Antichriſti *facie*, id eſt, illius ſerpentis, trium annorum tempore & ſex menſium. Hoc rurſus ſignificat tempus, quo vſque ad finem Chriſti Dei eccleſia propagatur, idolorum culturam fugiens, omneſque ſerpentis erroris. hoc eſt quod dicit, A facie illius ſerpentis, quem

E draconem ſuperius memorat, quod eum in ſanguine agni
Pſal. 90. vicit, vt veraciter cantet: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. *Et miſit ille ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam* in modum fluminis, *vt eam* perderet. Impetum perſecutorum aqua ſignificat.
Pſal. 123. Hinc pſalmus, Cum inſurgerent homines in nos, forſitan viuos abſorbuiſſent nos. Cum iraſceretur animus eorum ſuper nos, forſitan velut aqua deglutiſſent nos. Torrentem pertranſiuit anima noſtra &c. Sed *adiuuit terra mulierem. & aperuit terra os ſuum. & abſorbuit flumen quod draco ex ore ſuo* emiſerat. Licet terra poſſit hic quoque eccleſia
Pſal. 103. intelligi, ſicut in pſalmo, Qui fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſeculum ſeculi. id eſt, in ſanctis, quorum preces atque Doctrinæ & diſpenſatio ſalutaris, inimici verſutias detectas euacuant, melius hic tamen intelligitur terra humana in Chriſto natura. ipſa
Pſal 84. eſt veritas quæ de terra orta eſt, qui vultui Dei ſemper ap-
Heb 9. parens, ſicut Apoſtolus dicit, pro nobis interpellat. Hæc
Rom. 8. enim terra ſuſceptam in ſe deglutiens mortem, tanquam
F os dicitur aperire, quando abundantia vitæ ſuæ autorem mortis cognoſcitur ſorbuiſſe: & ꝩ abſorbebam nihilomi-
ꝩ abſorbendum nus docuiſſe, quando in monte ſedens, aperiens os ſuum,
Matth. 5. ampliora præcepta diſcipulis tradidit, legem mandatorum
Epheſ 2. euacuans. *Et iratus draco* mulieri, *abiit facere* bellum *cum reliquis de ſemine eius qui obſeruant præceptum Dei. & habent teſtimonium Ieſu Chriſti.* Videns non poſſe continuari perſecutionem, neque ad effectum noxia vota perduci, quibus eccleſiam Chriſti de mundo auferri poſſe putabat vel affectabat, ſcilicet Dominici corporis trophæo in cœleſtibus præualentem, & in terreſtribus Dominantem, atque
Rom. 14. inferis imperantem. Ad hoc enim, inquit apoſtolus, Chri-
Phil. 2. ſtus mortuus eſt & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur. itemque, Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Hoc inquam videns, bellum quidem cum reliquis de ſemine eccleſiæ per ſingulas generationes indeſinenter molitur ingerere, quam ſe iam nouit de mundo eradere omnino non poſſe, quia portæ, inquit, inferorum non præualebunt ad-
Matth. 16. uerſus eam. Illo vtique Chriſtus mirabiliter vtens, multi-
G plicatos ſibi martyres opportune conquirit. Draconem vero cum ſociis acrioribus plectendum iudiciis definiuit. Quocirca hunc librum eiuſdem eccleſiæ puto memorabili aptius concludi victoria, cuius de mundo non poteſt perire memoria.

PRIMASII IN APOCALYPSIM LIBER QVARTVS.

CAP. Et *vidi beſtiam aſcendentem de mari, habentem cornua decem & capita ſeptem, & ſuper cornua eius diademata.* Hoc hic mare poſuit, quod ante abyſſum, de qua dixerat aſcēdere iſtam beſtiā. In vtraq; autem ſignificatur populus: populū quippe videt è populo aſcēdere, & de populo beſtiā ſurgere.
H Beſtia aūt generale nomen eſt, agoo contrariū. ſed in narratione pro locis intelligendū eſt, quam partem beſtiæ dicat. Al quando enim diabolum dicit beſtiam, aliquando corpus eius, aliquando vnum ex capitibus ipſius beſtiæ, quod quaſi occiſum in mortem reſurrexit, quod eſt ſimulatio veræ fidei: aliquando ſolos præpoſitos dicit beſtiam. Nunc autem beſtiam aſcendentem de mari, corpus diaboli dicit, habentem cornua decem & capita ſeptem, & ſuper cornua eius diademata, & ſuper capita eius nomen blaſphemiæ, in eo quod ſe Deum vult haberi, iuſte dicitur blaſphemiæ nomine titulari. De decem vero cornibus & ſeptem capitibus, aptiori ſubſequenti loco dicitur, quod vtrunque vbique ſufficiat. *Et beſtia quam vidi ſimilis erat pardo, & pedes eius* tanquam *vrſi, & os eius vt os leonis.* Pardo propter varietatem gentium comparatur, vrſo propter malitiam beſtialem, leoni propter virtutem corpo-

A ris & linguæ ſuperbiam. *Et dedit ei draco virtutem ſuam.* &
2.Theſ.2. thronum ſuum, *& poteſtatem magnam.* Sic Apoſtolus de dia-
boli corpore loquens. Cuius eſt, inquit, aduentus ſecundũ
operationem ſathanæ in omni virtute & ſignis & prodigijs
mendacij his qui pereunt. *Et vnum caput ex ſeptem capiti-
bus quaſi occiſum* fuerit ad *mortem, & plaga mortis eius cura-
ta eſt.* Vnum ex capitibus eius dicit, Antichriſtum, quia
ſeptem non numero ſunt, ſed ſignificatione vniuerſitatis
regni terreni agno contrarij. Huic draconem, id eſt, dia-
bolum, ſuam dare certum eſt poteſtatem & thronũ ſuum.
Sicut enim in bono anima iuſti ſedes ſapientiæ, ſic in ma-
lo illis inimicus dare dicitur thronum, quos maxime poſ-
ſideos ad alios vtitur ſeducendos, admiranda per eos Deo
ſinente frequenter exercens qui tanta impietate progre-
ditur, ad eludendos animos paruulorum, vnum ex capi-
tibus ſeptem imitatione veri capitis ſe quaſi occiſum re-
ſurrexiſſe, & pro Chriſto qui hoc vere perfecit, ſuſcipien-
dum audeat exhibere. Et admiratæ ſunt gentes inhabi-
tantes terram. A beſtia tranſlationem nominum fecit,
B ne diceret, mirata beſtia ſecuta eſt beſtiam. Terram enim
poſuit pro terrenis, qui eum & ſequi & adorare maluerint,
id eſt, ſui qui in Antichriſto tanquam in ſimulacro diabo-
lum adorare dicuntur. hoc eſt quod dicit: *Et adorauerunt
draconem*, eo quod tradidiſſet omnem *poteſtat. in* ſuam *be-
ſtia.* Iterum *adorauerunt beſtiam, dicentes: Quis ſimilis* illi *be-
ſtiæ? & quis poterit* belligerare *cum ea?* Cum à ſuis ſecta-
toribus eminere laudatur, ſicut legimus, & aperire os gen-
tium ac virtutes bonorum, & admirationem habere rem
animalem ad terram: cum ergo inquam à ſuis laudatur, &
in magniloquio extollitur, totum beſtiæ corpus omnino
deſcribitur. *Et data eſt ei poteſtas* faciendi menſibus *qua-
draginta* duobus. His etiam menſibus tres anni cum ſex
menſibus adimplentur, quibus ſuperius quidem præſentis,
nunc autem ſpecialiter nouiſſimę perſequutionis prænon-
ciatur aſperitas: nam propter quatuor notiſſimas orbis
partes, ſi quater legale decalogum duxeris, in quo perfe-
ctionis eſt ſignum, quadragenarium comples. his cum duo
charitatis præcepta actu adieceris adimplenda, quadragin-
ta duo perficiunt. Nihil enim iuuiſſent enunciata verbis, ſi
C non perficerentur operibus. his enim eccleſia dicitur ſic-
ut alis aquilæ temporaliter præmuniri, in ſolitudinem fu-
giens draconis inſidias, alenda diebus mille ducentis
quadraginta, quibus menſes quadraginta duo ſupplentur,
vt idem numerus non inani clareat ſignificatione taxatus.
Aperuit autem *in* blaſphemia *os ſuum* aduerſus *Deum* in bla-
ſphemandum *nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in
cælo habitant*: id eſt, aduerſus Deum & eccleſiam quæ in cæ-
Phil.3. lo habitat. propter quod Apoſtolus, Conuerſatio noſtra
Rom.8. in cœlis eſt, inquit, &, Nunc autem in carne nõ eſtis. Aliter:
Templum hic etiam corporis Chriſti glorificatum puto ſi-
gnificari tropheum, quem tunc Antichriſtus dicitur bla-
ſphemare, quando dignitatem ei ſpecialiter debitam, ſibi
auſus fuerit adſignare. Hinc in Euangelio Dominus dicit:
Vt ſeducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi: confeſtim ta-
Matth.24. men ſequitur: Sed propter electos abbreuiabuntur dies
Ibidem. illi: *Et data eſt ei poteſtas* faciendi *bellum cum ſanctis, & vicit
eos.* Dicendo, aperuit os ſuum, oſtenditur in hanc damna-
biliter fiduciam prorupiſſe, vt quod ante occulte, nunc pu-
blice audeat blaſphemare, quando dignitatem ei ſpeciali-
D ter debitam ſibi auſus fuerit adſignare, & iniquitatem in
Iohan.19. excelſo loqui, vt contrarius Chriſto, ſe velit pro eo accipi-
endum vel vi ingerere, vel fraude ſupponere: poteſtatem
temporaliter accipiet. qua ille male vtens, nocere volens
corpori Chriſti, ſicut perſecutores Chriſto patienti, am-
plius extollitur, & cum ſuis acrius cruciatur: de hac Domi-
nus dicit: Non haberes in me poteſtatem, niſi datum tibi
fuiſſet deſuper. Si ergo circa ſuam paſſionem hanc ad mo-
mentum ſuis perſequutoribus Chriſtus dederat, cum in eo
Iohan.14. princeps huius mundi nihil dignum morte reperiret, quid
mirum ſi in ſua eccleſia ſic ad tempus malos graſſari permit-
tat, vt eos vicisse dicat? licet à toto pars intelligi debeat, quę
vinci poteſt. *Et data eſt ei poteſtas in omnem tribum & popu-
lum & linguam & gentem. & adorauerunt* eum *omnes* inhabi-
tantes *terram, quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ
agni* occiſi, *qui eſt ab origine mundi.* Parum quippe vide-
retur, ſi de ea beſtia quæ agno contraria toties ponitur, di- E
ceretur: non eſt agnus aut non eſt Chriſtus, quod ſe fingit,
ſed nec in libro agni ſcriptus eſſe quiſpiam meruit, aut i-
pſe aut qui ei conſentiunt: licet poſſit etiam beſtiæ cor-
pus intelligi, propter quod præmiſit: Adorauerunt eum
omnes inhabitantes terram, id eſt, terrenum diabolum, cui
dictum eſt: Terram comedes: de quibus Ieremias dicit:
Recedentes à te in terra ſcribentur: vel Pſalmus, Et cum Gen.3.
iuſtis non ſcribantur. *Si quis habet aures, audiat. Qui ca-* Ierem.17.
ptiuum *duxerit*: & ipſe capietur. Quoties hic ea ſpiritus Pſal.68.
dicit, quæ intentius audienda ſunt, ita præmittit. Facta e-
nim mentione illius poteſtatis quam accepturus eſt dia-
bolus & beſtia, ne magni pendendum eſſe ruinoſi culmi-
nis momentaneum ſupercilium putaremus, tanquam co-
gitationibus humanis occurrens, intulit, dicens: Qui ca-
ptiuum duxerit, & ipſe capietur: ac ſi diceret, Diabolus & be-
ſtia qui ſuis nunc retibus gentes captiuare videntur, ipſe e-
rit cum ſuis cito captiuus. Et *qui gladio occiderit*, & ipſum
oportet gladio occidi. Sciens talia aduentu Domini protinus
vindicanda, propterea dicit: Et ipſum gladio oportet oc- F
cidi, abſolute ponens diaboli & Antichriſti perſonam, tan-
quam habitantem cum habitaculo: idcirco indefinite: Qui
captiuum, inquit, duxerit, & ipſe capietur: & qui gladio
occiderit, & ipſum gladio oportet occidi: hinc Apoſto-
lus loquens, dicit: Tunc reuelabitur ille iniquus, quem
Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illu- 2.Theſ.2.
ſtratione aduentus ſui. Tunc vtique cum abſorpta fuerit
mors in victoriam, quando ſanctos omnes oportet patien- 1.Cor.
ter & longanimiter expectare: idcirco ſubiecit: *Hic eſt patien-
tia & fides Sanctorum.* Vnde idem Apoſtolus: Fratres, inquit,
non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non defici- Galat.6.
entes. *Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra*, habentem
cornua duo ſimilia agni & loquebatur vt *draco: & poteſta-
tem prioris beſtiæ omnem faciebat in* terra. Duo cornua
agni ſimilia, duo teſtamenta vero agno competentia, ſibi
more vſurpare tentauit. Vt draco tamen loqui dicitur,
quia in hypocriſi, id eſt, ſimulatione veritatis, quos ſeduxe-
rit, decipit. Agno enim ſimilis non eſſet, ſi aperte vt dra-
co loqueretur. Nunc autem agnum fingit vt agnum inua-
dat, id eſt, Chriſti corpus. vt draco loquitur, quod eum quę- G
rentes à via veritatis deloſos expellat, & omnem poteſta-
tem prioris beſtiæ faciebat in terra. Prioris dixit, quam de
mari aſcendentem ſe vidiſſe præmiſit, cui diabolus dede-
rat poteſtatem ſuam magnam. Hanc poteſtatem dixit face-
re beſtiam coram beſtia. In præpoſitis enim quos diſtribu-
it, eſt omnis poteſtas populi, tanquam locuſtarum & equo-
rum in caudis. Adſtante enim populo faciunt præpoſiti
quod diaboli voluntati proficiat, ſub velamẽto hypocriſis
eccleſiæ. In tantũ autem vtranq; beſtiam claret vnũ corpus
eſſe, & vnius nequitiæ cultum exercere, vt etiam ſequentis
beſtiæ hypocriſis illi priori beſtiæ militare dicatur. Idco
ſubiecit: *Vt inhabitantes* terram, adorarent *beſtiam* illam
priorem, *cuius curata* erat *plaga mortis. & fecit ſigna ma-
gna*, ita *vt etiam ignem faceret de cælo deſcendere* ſub oculis *ho-
minum. & ſeduxit* eos qui inhabitant terram. vel ſicut alia
tranſlatio habet, Terram & qui habitant in ea. Tranſlatio-
nem iterum nominum facit. Beſtiam illam cum capitibus
vocauit terrã, caput eius beſtiam. Dixerat enim eius capitis
curatã eſſe plagam. Nunc beſtia, inquit, cuius curata eſt pla-
ga, oſtendens quia omnes partes beſtiæ, beſtiam vocat, H
quia in omnibus eius officiis diabolus eſt, qui eſt beſtia. Be-
ſtia ergo cum duobus cornibus, quæ eſt pars beſtiæ, facit
beſtiam. adorare beſtiam. quia beſtiam dixit & terram, vt
in caput veluti occiſum beſtiæ nomen transferret, nec di-
ceret, Fecit beſtia vt adoraret beſtia beſtiam. Nam ſi aliud
eſt beſtia, aliud terra, cum beſtia populus ſit, terra occide-
rit. Terram autem & eos qui habitant in ea, non ſine ra-
tione dixit. Nam ſufficeret, terram aut eos qui habitant
terram ſed vim ſeductionis oſtendit, & animam & cor-
pus ſibi miſerabiliter mancipaſſe. Qui enim vi cadit, non
ſeductus, ſolo corpore captiuus eſt. Qui autem ſeducitur,
& corpore captiuatur & mente. Propterea dixit: Facit ter-
ram & eos qui inhabitant eam, adorare beſtiam, cuius
curata eſt plaga mortis, &, vixit. Intentius perſpiciamus.
Dominus noſter Ieſus Chriſtus habet plagam de gladio,

&vixit

A &c vixit, hic autẽ dixit beſtiam, quæ habet plagam factam de gladio, & vixit. Dicit adoratum draconem & adoratam beſtiam. Recedebam cum ſolus draco adoratur à ſuis. Non enim ſicut eccleſia habet mediatorem corporaliter inter ſe & Deum, ita & diabolus inter ſe & ſuos, ſed ſolo nomine de imitatione Chriſti. Beſtia iſta quam dixit, inter diabolum & ſuos perſonam non habet, quia in ſolo eſt vocabulo, quo dicunt ſe adorare Chriſtum, qui mortuus eſt & reſurrexit. (Rom. 8.) In quo vocabulo diabolum adorant, qui hoc ſimulacrum ſuis inuenit. Ipſe enim ſathanas transfigurat ſe velut angelum lucis, (2. Co. 11.) exhibens ſuis fallaciter ſolo nomine Chriſtum: Porro ipſe & ſuum & mediatoris implet locum, quod mediatorem non habet, niſi ſimulachrum Chriſti. Ipſam inſimulationem dicit beſtiam habere plagam gladii, & viuere. Beſtia eſt enim, quæ hoc nomine inter ſe & ſuos conuerſatur. Propterea ſi quando dixit beſtiam adorare, quæ habet plagam de gladio, & vixit, diabolum oſtendit. de quo Apoſtolus: (2. Theſ. 2.) Qui aduerſatur & extollitur, inquit, ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Tres itaq; diabolus, beſtia velut occiſa, populus cũ præpoſitis ſuis, duo ſunt mediante imagine. B Et ſi quando mediam beſtiam dicit adorari, in diabolum res cadit, qui ſuum & huius medii nominis implet locum, cum ſe ſuis opponit damnabiliter adorandum, de imitatione furti ſimulata obumbratione vocabuli. Et fecit ſigna magna, ita vt ignem faceret deſcendentem de cœlo ſub oculis hominum. Cum multa eum dicat ſigna facturum, hoc ſignum memorabile cæteris prætulit. Hæc tranſlatio quaſi de præterito loquitur, cum futurum nunciet. Alibi autem futurum ſignificans, dicit: Ita vt ignem faciat de cælo deſcendere, id eſt, de eccleſia ad terrenos, cum ſiue ex varietate gentium, ſiue ex inimicis fallentis aſtutia, linguis nouis ac plurimis ſuos faciat loqui miniſtros, vt hoc quaſi indicio donum ſancti ſpiritus ſe garriant percepiſſe, qui ignearum formam linguarum ſuper ſingulos quondam veraciter legitur Chriſti enunciaſſe diſcipulos. (Act. 2.) Hoc enim præcipue ſignum credentium dominus quoque commendat, (Marc. 16.) dicens: Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. in nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis C &c. Non ergo mirum, ſi illa beſtia quæ ſibi ſimulare agni occiſi & viuentis nomen vſurpat. hanc etiam ſancti ſpiritus per imitationem fraudulenter vindicet ſpecietenus largitatem, ſuiſque miniſtris ſimulet damnationem, ſi ut Simonem quondam affectaſſe, nec potuiſſe meminimus. Nã (Matth. 7.) & de expulſione dæmonum ſignisq; compluribus cum ipſi miniſtri ſathanæ enumerantes dixerint. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus &c. nõ approbat dominus gloriantes, ſed damnat & reprobat contumaces. Et ideo fortaſſe hoc excellens de igne ſignũ, quo ſpiritus ſanctus figuratur, voluit ſpecialiter nominare, ꝙ potior illo inueniri nõ poterat. Nam cum multa nobiſcum hæreſes videantur habere communia, hoc ſpecialiter donum ſola ſe habere Chriſti gloriatur eccleſia. Magos denique Pharaonis ſimilia Moyſi miracula facientes, ſpiritu ſanctus legitur fruſtraſſe, cum in ſuis aſſertionibus ſuccumbentes, vera victi confeſſione, dixiſſent: (Exod. 8.) Digitus Dei eſt hoc. Digitum autem Dei ſpiritum ſanctum dici, euangelium proteſtatur, cum vnus dicit, In ſpiritu Dei eiicio dæmonia: alius, In digito Dei eiicio dæmonia. (Matth. 12. Luc. 11.) D Quocirca hinc vehementia ſeductionis oſtenditur, vt illum habere ſpiritum beſtia putetur, quo reſiſtente, magorum fraudulentia vacuabatur. Ob hoc ſequitur: *Et ſeducit eos qui inhabitant terram, propter ſigna quæ data ſunt illi facere* coram beſtia. & dicit incolis terræ, *vt imaginem beſtiæ faciant, quæ habet plagam* factam de gladio, *& vixit.* Quale ſi diceret, Hæc ſimulatio euſque præualuit, vt terreni ſeducti propter ſigna beſtiæ, ipſi beſtiæ miſerabili adſenſu fauentes, mutua ſe deuotione cohortentur, beſtiæ in cordis phantaſmate imaginem fabricare, ſicut qui iam non æſtiment dubitandum, certo quaſi memorati ignis iudicio confirmati, quod vere ipſe ſit Chriſtus, cum ſit in Antichriſto diabulus, idemque malignus in imagine ſpiritus, qui tales etiam lacus ſeductionis Deo ſinente prætendat, vt dare dicatur *ſpiritum imagini illius beſtiæ, & vt loquatur imago beſtiæ.* Gemino modo hic locus intelligi poteſt, ſiue quia indicio compellente virtutis iam perſuaſum eſt omni corpore malignorum, tanquam diabolo operante, & inſiſtentibus præpoſitis populo, vt vna eſſet omnibus eademque profeſſio, ſicut vniformem obſeruationem ab omnibus proferendam, E vt ſi quis hoc per imaginem beſtiæ, id eſt, mutuam imitationem non loqueretur, necaretur. Sic denique dicit: *Vt imago beſtiæ* loqueretur, *& faceret vt quicunque non* adorarent *imaginem beſtiæ*, occiderentur. (Gen. 3.) Aliter, vt ſicut primo homini ſeducendo, ore colubri ſermocinatus eſt fœminæ, ſimili tunc fraude multos deludat, cum per ſimulacrum fecerit conſulentes ſuos reſponſa percipere: id eſt, per Antichriſtum, cui vt Deo honorem æſtimant deferendum, cum ſit homo peccati & filius perditionis. (2. Theſ. 2.) tanquam hoc ſit, *Et datum eſt illi dare ſpiritum imagini illius beſtiæ, & vt imago beſtiæ* loqueretur, *& faceret vt qui* non adorarent *imaginem beſtiæ*, occiderentur. *Et fecit omnes magnos & puſillos & diuites & ſeruos habere* notam *in dexteram manu aut in frontibus.* Singulos voluit per membra ſingula diuidere, quos confuſe F in vno ſæpius complectitur corpore & in beſtiæ nomine. In manu ſignificat opera, in dextera ſimulationem veri, in fronte fidei profeſſionem. Et quia vtroque bono fraudati ſunt, ideo dicuntur vtrobique notati, *Ne quis poſſet* quicquam mercari *aut* vendere, *niſi* habens notam nominis *beſtiæ aut numerum nominis eius.* In hac mercandi & vendendi mentione docuit, quod ſicut in bono ſymbolum traditũ eccleſia profuturũ noſtræ ſaluti, ita & illi in malo tali ſe defenſione quaſi notentur coarctari atque vinciri, vt nec mercandi aut vendendi ſinantur habere licentiam, ſicut mercatores, qui vna videntur naue portari, vniformi cognoſcuntur ſigno teneri, niſi habens notam nominis beſtiæ & numerum nominis eius. *Hic eſt ſapientia qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ. Hominis enim numerus eſt & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.* Vnum eſt autem; Qui habuerit notam aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius. Supra denique notam ſolam dixit, poſtea per ſynonyma oſtendit, & notam dicit & nomen & numerum nominis. hic eſt ſapientia. qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ. G Numerus enim hominis eſt, inquit. Faciemus ergo numerum quem dixit, accipi, vt in numero nomen etiam cognoſcamus & notam. Numerus eius, inquit, eſt ſexcenti ſexaginta ſex, quem faciemus ſecundum Græcos, præſertim quia ad Aſiam ſcribens, & ſecundum idioma linguæ eorum: Ego ſum, inquit, α & ω. (Sup. 1 Infr. 22.) Præmiſſis quantum potuit ſimulationibus partis aduerſæ, quibus ſibi indebitum Deitatis honorem diabolus nititur vſurpare, vt Antichriſtum exprimeret diuino honori contrarium. ſiue per notam, ſiue per numerum nominis eius, id eſt, beſtiæ ipſius nequiſſimæ voluntatis atque actionis, indagandum præmonet qualitatem. Eſt enim nomẽ quod

ἀ	ν	τ	ε	μ	ο	ς
i	l	ccc	v	xl	lxx	cc


nomen menſi ſi per characteres ſuos quibus numeros Græci lectitãt, ſupputetur, ſexagintaſex impleti profecto reperies interpretatum quoque dicitur, honori contrarius, quo dicitur ineptus, Importunus, Incongruus: neque enim honor ei, ſed anathema conueniet. Quocirca per numerum nomen, & ex nomine ſupputatus numerus inuenitur, atque ipſius interpretatione nominis, qualitas meritorum agnoſcitur. H Item aliud nomen, quod eiuſdem numeri complectitur ſommam, prudenter animaduerti poteſt, qui ſimul ducti, faciunt ſexcenta ſex. Interpretatio autem eius intelligitur, nego.

ἀ	ρ	ν	ο	υ	μ	ε
i	c	l	lxx	cccc	x	v

Nec mirum quod hoc vocabulo dignus dicatur Antichriſtus, id eſt, negatiuus, quum Chriſto nomen congruat credulitatis, ipſo teſtante cum dicit: (Iohan. 6.) Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum qui me miſit. Itemque: (Iohan. 14.) Creditis in Deum, & in me credite. Ac per hoc ſiue honori contrarium dixeris, quod eſt ἄντιμος: ſiue nego quod eſt ἀρνοῦμε, iure ad Antichriſtum poteſt vtrunq; referri, vtpote per duas partes orationis, nominis ſcilicet & verbi, & perſonæ qualitas, & operis inſinuetur aſperitas. Nam & Chriſti nomen, quem ſuper falſa imitatione Antichriſtus accipi deſiderat, proprie illum dictum perficit numerum, quem in perſecutione Antichriſti libenter hic

A. ſæpius prænunciat ad futurum, id eſt, dierum mille ducentorum viginti quinque, in cuius ſe ſpecie fraudulenter opponit adoctiſmas. | χ ρ ι σ τ ο ς — dc c x cc ccc v x |

Hoc in nota, id eſt, in monogramma, quæ in hunc



modum ſic exprimitur, vbi compendio totum Chriſti nomen includitur. Verum quia ſolutus quoque nominis numerus præfatus, rurſus dierum mille ducentorum vigintiquinque perficit ſummam, en quod in numero quadragenario & ſenario nobis inſinuatam meminimus dominici corporis formam quam propriis Adam erroribus corrigendis, ſecundus Adam Chriſtus de Maria

Iohan. 2. ſuſcepit, propter quod in euangelio dicit, Soluite templũ hoc & poſt tres dies reſuſcitabo illud. & reſpondentib. Iudæis, Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu dicis, in tribus dieb. ſuſcitabo illud? Quod euangeliſta exponens, ait: Ipſe autem dicebat de templo corporis ſui. Nec immerito. Nomen quippe Adam per Græcas literas quadragenarium & ſenarium complet hoc modo. | α δ α μ — i iiij i xl | qui faciunt alvi. Cum autem ipſe quoque numerus fuerit ſolutus & per ſemetipſum ſcriptus

B & ductus, id eſt, Quadraginta ſex, illum Græcis literis | τ ε σ σ α ρ α κ ο ν τ α ε ξ — xx lxx cccc i viij c i xl ccc i cc v lx. | numerum nihilominus complet modo qui in vnum redacti, faciunt mille ducentos viginti quinque. Superius in monogramma diximus. Nunc ſoluti nominis digeſta ſerie, demonſtrauit eiuſdem numeri ſumma concludi, vt cum ſibi vtraq; conueniant, non inanis, ſed certi cauſam myſterii indubitanter inſinuent. Ad hoc fortaſſe pertinet, q̃ de ſimulatione Antichriſti Apoſtolus loquens ait: Ita vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquã

2. Theſ. 2. ſit Deus. nam & in hoc libro, Apertum eſt, inquit, templũ Dei in cœlo, Chriſto videlicet ex virgine nato, vt ſicut falſa agni occiſi imitatio terum q; ſimilium, ſic etiam templum Dei ſe arte, non veritate transfiguret. Quoſdam autẽ moueri poſſe non dubito de numero mille ducentorũ viginti quinq;, quod tres anni & ſex menſes non eandem numeri conficiunt ſummam. Sed ſciendum quod nec vno modo, nec ſub vnius eiuſdemq; numeri definitione, ſcriptura diuina ipſum ſemper tempus inſinuat. Nam & in iſto libro de

Apoc. 12. muliere quidem pariente loquens, dicit: Alitur q; per tempus & tempora & dimidium temporis. Alibi autẽ de dra-

C cone & beſtia: Data eſt ei, inquit, poteſtas menſib. quadra-

Apoc. 11. ginta duob. itemq;, Dabo, inquit, duobus martyrib. meis, vt prophetent dieb. mille ducentis ſexaginta, cum cõſtet, inter quadraginta duos menſes & mille ducentos ſexaginta dies, decem & ſeptem dierum numerum diſcrepare: nec in iſto tantum libro hunc numerũ varie poſitum nouerimus, cum etiã in viſionib. Danielis diuerſa numeri quantitate

Dan. 9. 11. 12. hoc tempus ſignificari nouerimus. Nam dicit, Tempus temporum, id eſt, vnum & duos annos Hebræorum more ſignificans. Item dicit, Dies mille ducentos nonaginta. Alibi autem in decima viſione mille trecentos nonaginta quinq; dies ponit, quæ omnia circa ipſius temporis ſignificationem ſic demonſtrari videntur, vt & dies iudicii vel ſecundi aduentus non diuulgaretur humanę notitiæ, & opulenta diuini ſermonis diuerſaq; relatio poſſit exercere deuotos. Inquirentibus denique diſcipulis, ſi hoc tempore præſentaueris, & quando regnum Iſrael, ita dominus reſpondit: Non eſt veſtrum noſſe tempora que pater poſuit

Act. 1. in ſua poteſtate. Nam | τ ε σ σ ε ρ α κ ο ν τ α ε ξ,

D & in græco, id eſt, qua- | ccc v cc cc v c i xx lxx ccc i v lx | dragintaſex, per ſuos characteres ſcriptum, ſpecialibus numeris ſi ſubſumetur. ab ipſius ſignificatione temporis non elongat. facit enim mille trecentos ſeptemdecim:

Cap. 14. *Et ecce vidi* agnum aſtantem in monte *Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia*. & habebunt *nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontib ſuis*. Oſtenſa ſimilitudine quam colit, & cui ſe ſimilem facit aduerſitas, inuicta quoq; eccleſiæ caſtra oportuit declarari, ne tam vehementi perſecutionis impetu vel ſuccubuiſſe, vel periſſe eandem eccleſiam infirmus animos æſtimaret. ac ne de electorum numero quenquam cecidiſſe putaret, illorum maluit facere mentionem, qui arctioris viæ & anguſtioris ſemitæ ap-

prehendere ſtatuerunt tramitem. atque vt oſtenderet aduerſantium imitationis eſſe, non veritatis, quam bonos nouerant viri Dei iure geſtare: Habebant, inquit, nomen eius (id eſt, agni) & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. E

Numerus autem hic finitus, pro infinito debet intelligi, & ſacratus ſecreti ſignificatione myſterii. Nam ternario numero triplicato fit nouenarius, & quaternario quater ducto, ſedecim fiunt. Noues autem decuſſexis, centum quadraginta quatuor adimplẽtur, in quo numero virginei examinis myſtice inſinuata eſt plenitudo, vt cũ de iſtis tam copioſa dicatur multitudo, de cæteris eccleſiæ membris non dubitetur. *Et audiui vocem de cælo* quaſi ſonum *aquarum multarum aut magni tonitrui. & vox quam audiui*, quaſi *citharedorum citharizantium. & cantabant nouum canticum in conſpectu throni & in conſpectu quatuor* animalium & ſeniorum. Nec quiſquam *poterat* dicere *canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti* erant de terris. *Hi ſunt qui ſe cum mulieribus non* coinquinauerunt. *virgines enim* permanſerunt. Hi ſunt qui *ſequuntur agnũ quocunq;* vadit. Quibuſdam viſum eſt, hunc locum ſic accipiendum exponere, vt non de ſolis fide & carne virginibus, ſed etiam qui legitimo temperanter vti potuerint coniugio, dicerent agnoſcendum: addentes prophetarum & patriarcharum exempla, quos Deo nouimus ſummo ſanctitatis ſtudio placuiſſe, F

ne tam excellentis vitæ viros ab ipſorum conſortio virginũ ſeparatos iudicarentur excipere. At cum diligenti intentione perſpicitur ea diuinorum diſtributione donorum, euidens in eccleſia Chriſti differentia meritorũ, in profeſſione, ordine, votoq; diſſimilis, ſequeſtrata illorum principali ſpeciali et dignitate, qui habendo coniugia non ſolum nulla contrahere probantur offenſa, ſed etiam his qui propagandæ tantum prolis gratia vtendo, magna inſuper conquirere potuerunt merita, en quod venturo Chriſto talium coniugiorum prophetica militabat intentio, vt de aliis virtutibus ſileamus, quibus eos floruiſſe ſcriptura teſte didicimus: eorum inquam excellenti culmine ſequeſtrato, nullus vnquam putauerit virginale decus vel pudicitiæ coniugali, vel etiam viduali continentiæ coæquandum. Quod licet multis diuinæ ſcripturæ contteſtantibus probetur oraculis, hoc tamen loco præcipue declaratur, cui exponendo B. Auguſtinus properans, eumq; ſuſcipiens exponendum, quid vel præmiſerit vel ſenſerit, ea eius libro quem de ſancta virginitate edidit, in hoc opus curaui G

transferre, quo clareat, virgines honorabilem præ cæteris locum habere, quæ ſuper rectitudinem fidei, ſecundum quam virgo eſt omnis eccleſia, ſe Chriſto vouerunt, etiam carnis integritate ſeruata. Dicit enim: Habeant coniugia bonum ſuum, non quia filios procreant, ſed quia honeſte, quia licite, quia pudice, quia ſocialiter procreant, & procreatos pariter, ſalubriter, inſtanterq; educant: quia thori fidem inuicem ſeruant, quia ſacramentum connubii non violant. Hæc tamen omnia humani officii ſunt munera. Virginalis autem integritas & per piam continentiam ab omni cõcubitu immunitas, angelica portio eſt, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcunditas carnis, cedat pudicitia coniugalis. Illa non eſt in poteſtate, iſta non eſt in æternitate. Fœcunditatem carnalem non habet liberum arbitrium, pudicitiã coniugalem non habet cœlum. Profecto habebunt magnũ H

aliquid præter cæteros in illa communi immortalitate, quæ habent aliquid iam non carnis in carne. Et poſt paululum: Propterea, inquit, præceptum domini non habeo de virginibus prædicare, quo prædicator docetur æternæ ſaluti proſpicere. ab hoc quod nunciatur, ille qui nunciat, indicatur. Hinc pſalmus: Qui facit angelos ſuos, ſpũs. & miniſtros ſuos, ignẽ ardentem. Sequitur: Metuite 1. Cor. 7.

Pſal. 103. potiꝰ Deum, & *date* ei claritatẽ, quoniã *venit hora iudicii eius*. Licet ab exordio fidei Chriſtianæ nouerimus regnum cœlorum appropinquare, hic tamen inſtantiſſime horam iudicii eius iam iamq; nũciat affuturam ideo huiuſcemodi prædicationem neceſſario præmiſit omnib. exhibendam, ſicuti & Dominus dicit: Prædicabitur hoc euangelium in vniuerſo orbe, & tunc veniet conſummatio. Atq; vt oſtẽ- Mat. 24.

deret illum temporis articulum, in quo nouiſſimæ perſecutionis inſtabit aduerſitas, adiecit, ponus. ac ſi diceret par-

A nipendendam temporalem beſtiæ poteſtatem, & domi-
num potius metuendum quam homines, quem memora-
ta eius creatura fatetur in æternum. *Et adorate eum*, inquit,
qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. Et alius ſecũ-
dus *angelus ſecutus eſt* eum, *dicens: Cecidit cecidit Babylon illa*
magna a vino iræ fornicationis ſuæ. Babylon interpretatur
confuſio. Significatur autem in ea diaboli ciuitas ac popu-
lus, omniſque corruptela vitiorum, quam in ſui perni-
cie & humani generis ſemper exercet. Hanc futuram
iam cecidiſſe dicit, ſiue vſitata ſcripturæ locutione, quæ ſo-
let præteritum tempus pro futuro contexere, quando id de
quo prænunciat, nouit ineuitabiliter adimplendum, ſic-
Psal. 22. ut: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & his ſimilia. ſiue
quia tunc iam ſuperbi cognoſcuntur cadere, quando
Psal. 72. auſi ſunt ſuperbire. Hinc pſalmus: Deieciſti eos, inquit, dũ
extollerentur. tunc vtique deiecti, quando elati. More autẽ
ſuo dixit ſcriptura, A vino fornicationis ſuæ ceciderunt v-
niuerſæ gentes, cum hæc ciuitas quæ optatur, atque ex om-
nibus cõflata gentibus aggregatur, ipſa biberit ex vino for-
B nicationis. Omnes enim gentes erroribus debriatæ, ipſa eſt
ciuitas, ſed vnam diuidit more ſuo. *Et tertius angelus ſecutus*
eſt eum, dicens voce magna: Si quis adorauerit beſtiam & imagi-
nem eius, & acceperit nomen eius *in fronte aut in manu ſua, &*
bibet & ipſe de vino iræ Dei, mixto in poculo *iræ ipſius.* De be-
ſtia & imagine eius, ſatis ſuperque iam dicta ſint. verum
quia certi hæretici mala à nobis crudelitate deſciſcunt, a-
lii autem diſſona morum prauitate à traditionibus noſtris
exorbitantes, hoſtili vtique malo peritre monſtrantur, o-
mnes hic breuiter in fronte aut in manu complectitur in-
Iohan 3. ſcriptio beſtiæ adiecta viuentibus. Calix autem iræ non ſo-
lius illius hic intelligi debet, quam dominus dicit, Ira Dei
manet ſuper eum, monſtrans originale peccatum: ſed etiã
Iohan 8. illa, de qua Iudæis contumacibus loquens, ait: In peccato
veſtro moriemini, adiecta damnabilium merita ſignifi-
cans actionum, *Et punietur igne & ſulphur* ſub oculis *ſan-*
ctorum angelorum, & ſub oculis *agni & fumus* de tormentis
eorum aſcendet in ſecula ſeculorum. In conſpectu agni dicit, cu-
ius iudicium patientur, quem contemnebant ſuperbe, &
C cuius dominari affectabant membris iniuſte, angelorum
ſane eius, qui eos pœnas iuſtas luere Deo reuelante cogno-
ſcunt. *Nec* habebunt *requiem die ac nocte* quicunq; adorãt *be-*
ſtiam & ſimulacrum eius, *&* quicunq; notam ſumit *nominis*
eius. Ex mortuis & viuentibus adhuc huius narrationis ge-
nere totum beſtię corpus aſtruxit. Quod enim iam torque-
ri dicitur in defunctis, hoc adhuc adorare in ſuperſtitibus
conſtat. Quod autem die ac nocte requiem non habebunt
adorantes beſtiam & ſimulacrum eius, id eſt, diabolum, aut
in illo capite occiſo aut in corpore toto. *Hæc eſt ſapientia ſan-*
ctorum, qui ſeruant præcepta Dei & fidem Ieſu. Hinc domin[us]:
Mat 10. Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. & Apoſto-
Heb. 10. lus, Patientia enim vobis neceſſaria eſt. Sic & hic in hoc ſan-
ctorum patientia conſtare dicitur, vt vſq; in finem perſeue-
rantes, ſocietatem beſtiæ & notam nominis eius aufugiant.
Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe: Fœlices illi *mor-*
tui qui in domino mortui ſunt. Illi in domino dicuntur mo-
ri, qui fide vitaque probabiles, hinc meruerunt euocari.
Denique ſequitur: Abhinc etiam *dicit ſpiritus, vt requieſcant*
D *a laboribus ſuis.* Sicut econtrario illos impios dixit die ac
nocte requiem non habere, ſic nunc fideles requiem di-
cit ex bonis operibus meruiſſe. Oportebat enim malorum
facta mentione, bonorum quoque beatitudinem ac pleni-
tudinem prædicari: quæ quia in præpoſitis conſtat & po-
pulis, breuiter hic vtrunque complectitur, dicens indefi-
nite primum: Fœlices illi mortui qui in domino moriũtur.
propter eos autem qui in vinea laborant, Requieſcant, in-
quit, à laboribus ſuis. ſic videlicet vniuerſis pollicens fœli-
citatem, vt in vinea laborantibus ſpecialis requiei fructus
Mat. 20. deſpõdeat poſt laborẽ. Hinc Apoſtolus: Rogamus, inquit,
1. Thes. 4. vos, vt noueritis eos qui laborãt in vobis, & præſunt vobis
in domino & monent vos, vt habeatis illos abundantius in
charitate propter opus illorum. Vel etiam de ſe, Plus o-
mnibus laboraui. Nam *opera* eorum, inquit, comitantur
eos. De his propheta dicit: Et opera manuum noſtrarum
1. Co 15. dirige ſuper nos. *Et vidi, & ecce nubem* albam, *& ſuper* eam *ſe-*
Psal. 89. *dentem ſimilem filio hominis*, *habentem* ſuper caput ſuum *coro-*
nam auream, & in manu ſua falcem acutam. In nube incarnatio E
noſtri capitis Ieſu Chriſti, vel eccleſiæ corpus, quam Chri-
ſtus induit, poſt perſecutionem incendia niuatam oſtendit,
habentem in capite coronam auream. Ipſi ſunt ſeniores cũ
coronis aureis, ſiue duodecim apoſtoli, quos initio prædi-
candi, fidei principaliter acquiſiuit. Hinc legimus. Poſuiſti
in capite eius coronam de lapide precioſo. Falcem porro Psal. 20.
acutam, iudicialem dirimendi ſententiam impiis debitam,
eiſque diuino iudicio propter eccleſiam iuſtius irrogandã,
pro qua defendenda paſtor Chriſtus ſemper euigilat. Hinc
Zacharias: Hæc eſt, inquit, deuoratio, quæ exiuit in fa- Zach. 5
ciem totius terræ. *Et alius angelus* venit, proclamans ad il-
lum *ſedentem ſuper nubem: Mitte falcem tuam & mete*, quoniã
venit hora metendi, quia iam ſeges arida eſt. Terræ meſſores, Mat. 13.
angelos domino exponente futuros nouimus, & ſeculi fi-
nem maturæ meſſis iudicio præſignatũ: in qua ſegete, quia
& in culmis ariſtiſque fragilibus paleæ, & in granis frumen-
ta cognoſcuntur ineſſe, aptius hoc loco bonorum & ma-
lorum debitos fines ſignificare recognoſcimus, quãdo fal-
cem maturis dicit meſſibus admouendam. Cui autem hoc
potiſſimum fuerit intimandum, quam eccleſiæ? Tunc ille F
ſedens *ſuper nubem, miſit falcem ſuam* ſuper *terram, &* demeſ-
ſa eſt terra. Nouiſſimi examinis tempore peractis cum be- Mat. 13.
ſtia ſpiritaliter præliis, ampliore poterit eccleſia illumina-
tione cognoſcere, quos ſuos debeat, quos vel alienos fir-
miter reputare. Hoc eſt enim ſuper nubem ſedere, tanquã
iudiciaria diuinitus poteſtate percepta, inter bonos malo-
ſque diſcernere. Sedebitis, inquit dominus, mecum ſuper
duodecim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Quod
autem de aliis angelis ſequitur, domini prorſus videtur ob-
tinere ſententia, dicentis: Meſſores angeli ſunt. Quod autẽ Mat. 13.
valet tritura ad meſſem, hoc torcular ad vuarum expreſſio-
nem, vt & paleis excutẽdis, vinaceiſque proiiciendis tempus
adueniat, & fructibus recondendis cæleſtis habitationis
receptacula ſecreta ſuccedant. *Et alius angelus* proceſſit
de templo, quod eſt in cælo, & ipſe habens falcem acutam. Item *&*
alius angelus, habens *poteſtatem* ſuper *ignem.* Qui habet fal-
cem meſſoriam, ipſe habet & vindemiatoriam. & qui di-
xit meſſori, mete: ipſe & vindemiatori, Vindemia. Vnum eſt
enim, & vno tempore fiet. Sed in meſſe & vindemia, ſic- G
ut in agricultura & ædificatione eccleſiæ, figurata latitu-
do diuini ſermonis oſtenditur, cum Apoſtolus dicat: Dei 1. Co. 3.
agricultura eſtis: Dei ædificatio eſtis. *Et miſit in torculari*
iræ Dei magnum, & calcatum eſt in torculari extra ciuitatem,
& manauit inde ſanguis vſque ad frenos equorum per ſtadia
mille ſexcenta. Dicendo iræ Dei, ſententiam hic pro ira Dei
poſuit, quam ſuperbo dicit inflictam, quem etiam ma-
gnum vocat. Tu, inquit, humiliaſti ſicut vulneratum ſu-
perbum, nam torcular, ſicut græca exẽplaria continent, fœ-
minini generis poſuit, & magnum maſculini. Extra ciui-
tatem, extra eccleſiam, futura videlicet diſceſſione facta,
foris erit omnis homo peccati calcatio. Hic torcularis vel
tritura areæ inutilia conterit, & imputribilia probat vt i-
gnis vaſa, & iuſtos tentatio tribulationis. Sanguis exiens Eccl. 27.
vſq; ad frenos equorum, vltro vſq; ad rectores perueniens
populorum. Cũ enim perſecutionis illatæ pœnas diabolus
cum ſuis complicibus cœperit luere, ſanguis ſanctorum
qui effuſus eſt, vſque ad eum principeſque eius non incon- H
grue dicitur peruenire, id eſt, equos illos per quos in per-
ſona hæreticorum bella mouentur, & quæcunq. eorum ſe-
ctantur errores. Sicut ante prędicatum eſt, in ſanguine pec-
caſti, & ſanguis te perſequetur per ſtadia mille ſexcenta,
id eſt, per quatuor omnis mundi partes. Quaternitas eſt
enim conquaternata, ſicut in quatuor faciebus quadrifor-
mibus & rotis. Quater enim quadringenti, mille ſexcentos
faciunt. *Et vidi aliud ſignum in cælo magnum & mirabile, an-*
gelos ſeptem habentes plagas ſeptem nouiſſimas. Inſtaurato Cap. 15.
rurſus ordine, eaſdem plagas perſecutionis nouiſſimæ nar-
raturus, attentum fieri voluit auditorem, dicendo: Signum
magnum & admirabile. In ſeptem plane angelis eccle-
ſiam figurari intelligimus, quoniam in illis ordinatio
Dei conſummata eſt. *Et vidi*, inquit, velut *mare vitreum* i-
gni permixtum. A quam videlicet baptiſmi, igne ſancti ſpi-
ritus conſecratam, vel etiam quod ad ignis pertinet quali-
tatem, martyrio rubricatã. Hinc legimus: vaſa figuli probat
fornax,

A fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. *& ſuper inſtantes vidi eos qui* de beſtia & imagine eius victoriam ferent. Superſtantes, Stabiles demonſtrat in fide. Hos pſalmus ſimili pene ſermone deſcribit, qui poſteaquam dixit, Qui fecit cælos in intellectu, ſpirituales ſcilicet deſignans, ſupernæ veritatis ſerena intelligentia perfruentes, ſubiecit: Qui fundauit terram ſuper aquas, ſuper baptiſmum vtique immobiles. *Ephes. 4.* Licet enim videantur lacte nutriti, non tamen circunferuntur omni vento doctrinæ. Ideo & hic dicuntur de beſtia eiuſque imagine triumphare. *Habentes citharas Dei.* Laudibus corda dicata, & vtriuſque teſtamento conſona veritate canora, vel carnem ligno paſſionis extentam vbi non tantum vocis ſonus, ſed etiam boni operis ſignatur effectus. *Num. 12. Heb. 3.* Propterea & tanti viri Moyſi interpoſuit mentionem, ſicut Deus teſtimoniũ perhibens dixit: Seruus meus Moyſes qui fidelis eſt in omni domo mea. *Pſal. 118. Pſal. 129.* *& cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum agni.* Plenius hic electorum intentionem expreſſit, qui dicunt ex corde: Viam iniquitatis amoue à me domine, & de lege tua miſerere mei, vel propter legem tuam ſuſtinui te domine. hisque ſimilia, vt iſtos quoque de fidelium numero intelligi voluerit, vtpote victoriæ memoratæ participes. B In Moyſe autem vetus, in agni vero cantico nouum ſignificatum eſt teſtamentum, vt plenitudinem electorum ex vtroque armatam, in vtroque doceat extitiſſe perfectam. *dicentes: Magna & mirabilia ſunt opera tua domine Deus omnipotens. iuſtæ & veræ viæ tuæ ſunt rex* omnium gentium. *Pſal. 24.* Vtriuſque paginæ teſtamenta hoc nobis conſona veritate teſtantur quia vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. *Pſal. 75. Iudic. 6. Mal. 1.* Omnium autem gentium rex hic aptius dicitur, quia non iam apud Iudæam tantum Deus notus, neque in ſolo adhuc vellere ros cælitus videtur influere, ſed ſicut Malachias dicit, A ſolis ortu vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Quod hic etiam ſequitur: *Quis non timebit & dabit* claritatem nomini tuo? quoniam tu *ſolus pius es. quoniam omnes gentes venient, & adorabunt* coram te, *quoniam iuſta iudicia tua manifeſta ſunt.* Hæc ex abundanti exponuntur, quippe iam opere impleri cernuntur. *Poſt hæc vidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi* martyrii *in cælo.* Hic iam reſerari dicit abdita teſtimoniorum arcana de Chriſto eccleſiaque promiſſa. *Et proceſſerunt ſeptem angeli* cum ſeptem C plagis *de templo.* De eccleſia, contra quam pars aduerſa iudeiminentibus rebellauit inſidiis, ideo dicit plagas procedere, ſiue pro defenſione ſanctorum, in quibus antea dominus Chriſtus contumelias ſuſtinuit, ſicut Paulo dicitur: *Act. 9.* Saule Saule, quid me perſequeris? ſiue quia ſicut Petrus *1 Pet. 4.* memorat, tempus inchoationis iudicij de domo Dei. Gemino ſiquidem modo homines certum eſt flagellari, vt *Exod. 14.* aut peccata ſicut in Pharaone diuinitas iuſta caſtiget, aut ſicut *Iob 1.* in Iob exercitio amplioris virtutis examinet. *Pſal. 65. Pſal. 118.* Nec immerito ab eo dictum legimus: Probauit me dominus ſicut aurum quod tranſit per ignem. vias eius cuſtodiui, & à mandatis labiorum eius non receſſi. Angelorum autẽ numero *Deu. 26.* vel plagarũ, vniuerſitatem conſummationis arbitror præſignari, ſicut in leuitico frequenter dicit: Et percutiam vos ſeptem plagis. *Veſtiti* lintea munda & candida. Mortificatio aſſolet in linteo figurari. Vnde ſi etiam in candore irreprehenſibilia Dei iudicia cognoſcantur, congrue in mundis linteis ſenſus putatur, vt mortificati hoc etiam candore vtantur, quum reuelata facie iudiciorum Dei gloriam ſpecu- *2. Cor. 3.* lantur: *Et cincti circa pectora* zonas aureas. In auro ſapientiam D poni, ſcriptura teſte, docemur, quæ dicit: Accipite ſapien- *Prou. 16.* tiam ſicut aurum. Et bene circa pectora, vbi etiam ſacerdo- *[illegible] 70.* tale pectus legaliter ſæpe iubetur geſtare logium, id eſt, rationale, vt ſibi mens bene conſcia diuina non audeat reprehendere, ſed laudare iudicia. & illius auri fulgore alios quo- *Exo. 39.* que ad laudandum indubitanter hortetur. *Et vnũ ex quatuor animalibus, dedit ſeptem angelis ſeptem phialas, plenas* iræ *Dei viuentis in ſecula ſeculorum.* Superius ſeptem angelos cum totidem phialis memorat, habentes orationes ſanctorũ: nunc autem plenas iræ Dei dicit. Eædem quippe phialæ & ſuauitates ſupplicationum, & iram ſuppliciorum continere dicuntur, cum à ſanctis pro regni Dei aduentu funduntur, quando iudicia Dei non iam occulta ſicut abyſſus, ſed aperta vt phialæ, iuſtis latura ſalutem, impijs vero prædicuntur inferre perniciem, ſicut Apoſtolus dicit: Quia Chriſti *Pſal. 35.* bonus odor ſumus in his qui ſalui fiunt & in his qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, aliis odor vitę in vitam. *2. Cor. 2. Luc. 2.* Si enim de domino noſtro dictum eſt Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum, quid mirũ ſi phialæ iuſtis ſuauitatem præbeant, impijs autem plagarum irrogent vltionem, ſi tamen ipſas, & non alias hic debemus accipere? *Et repletum, eſt templum fumo* de claritate *& virtute Dei.* Illud in fumo ſignificari puto, quod non ab omnibus iudiciorũ Dei arcana penetrari queant, mentesq́; mortalium inflictarum conſideratione plagarum caligent palpitantes: quas nunc ſtatuit enarrare, & vſque ad earum phialarum exitum, fumum in tẽplo aſſerit perdurare. Merito ſequitur, Nec quiſquam *poterat* intrare *in tẽplum*, id eſt, illud penetrale ſecretum: *donec* finirentur *ſeptem plagæ ſeptẽ angelorum.* Vnde & pſalmus, Hoc laborem, inquit, ante me, *Pſal. 72.* donec introeam in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſſima. Aliter in fumo aſſolet ſignificari confeſſio, Sicut enim fumus præcedit incendium, ſic flammam fidei & charitatis E præcedit cõfeſſio peccatorum. Propterea pſalmus tales deſignans, dicit: Qui reſpicit terrã & facit eã tremere, qui tan- *Pſal. 103.* git montes & fumigant. Reſpexit denique dominus Petrũ, F & confeſſionum lachrymis diluit, quod negans pauore cõ- *Matt. 26.* traxit. vt ille ſit ſenſus, Ne quiſquam poterat intrare in templum: donec finirentur ſeptem plagæ, id eſt, nullus adhuc poterat dicere, Deambulabam in innocentia cordis mei in *Pſal. 100.* medio domus tuæ. &, Introduxit me rex in cubiculum ſu- *Cant. 1.* um. niſi qui omnia præterita reproborum actuum cõfeſſione curauerit delere commiſſa. Quoniam cogitatio, inquit, hominis cõfitebitur tibi. *Pſal. 75.* Ecce fumus & reliquię cogitationis ſolennia celebrabunt tibi tanquã impetratę iuſtificationis ſecuta laudatio. Itaq; donec omnes plagæ finiantur, in lamentabili confeſſione eccleſia demonſtratur, & in illis quos diximus offenſæ prioris pœnas luere fructuoſas, & in illis quos meliore conſtituit cultu probari.

Et audiui vocem magnam de templo, dicentem ſeptem angelis: ite, & ſeptem phialas (quas accepiſtis) *iræ Dei effundite in terram.* *Cap. 16.* Ineuitabilis hic diuinæ iuſſionis exitus reuelatur ſed etiam illa poteſtas, quam diuinitus accipere eccleſia ſpecialiter meruit, iudicium irrogare damnandis, & abſolutionem miſericorditer dare conuerſis. *Et abiit primus, & effudit phialam ſuam in terram. & factum eſt vulnus ſæuum ac peſſimum* ſuper omnes *qui* habent inſcriptionem nominis *beſtiæ*, *& qui* G adorant ſimulacrum *eius.* Mortiferi vulneris qualitas ita ſe ſe habet, vt plus præualeat modicus, quem obtinuerit in corpore, locus ad inferendam mortẽ, quam reſidua corporis pars ſana vel amplior ad ſeruandam hominis ſanitatẽ. Et licet prædicatio domini noſtri Ieſu Chriſti, ſicut credentibus ſalutis adiutorio ſic dãnationis teſtimonio ceſſet incredulis, poteſt omni corpori perditorum ex hac labe vulnus peſſimum irrogatum intelligi. de Chriſto enim legimus: Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multo- *Luc. 2.* rum, & in ſignum cui contradicetur. *Gen. 49.* Plus tamen gens Iudęorum, ex qua antichriſtus traditur naſciturus, hoc vno peccato ſi quas habere poſſent legis iuſtitias, perdiderunt, & ipſi irremediabiliter perierunt, eo quod Chriſtum ſibi promiſſum ſuſcipere noluerunt, ex quorũ perſona à fratre maiore dicitur patri: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nũquam man- *Luc. 15.* datum tuum præterii. & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer. &c. *Matth. 25.* Ille enim populus qui agnũ H ſpreuit, tanquam dexteriora contemnens propter agnos ad dexterã hœdum amplexus eſt, vt pote in ſiniſtram damnandus exorbitans, deſpiciens videlicet Chriſtũ, ſuſcipiens antichriſtum. Ideo fortaſſe hic dicit: Factum eſt vulnus ſæuum ac peſſimum ſuper eos homines, qui habent inſcriptionem nominis beſtiæ, & qui adorant ſimulacrum eius. vt hoc vno vulneris reatu confuſi, ęterna iudicẽtur pœna plectẽdi. De hoc peccato tanquam de vlcere peſſimo dominus dicit: Si non veniſſẽ & locutus eis fuiſſẽ, peccatum non haberent. nunc autẽ excuſationẽ non habent de peccato ſuo. Si opera *Ioan. 15.* non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit peccatum non haberent. nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrẽ meũ. Hoc eſt irremediabile vulnus. Verum quia multos habebit imitatione peſſima ſequaces, ideo in fine dixit, ſuper

A eos homines qui habent inſcriptionem nominis beſtiæ, ne de ſola Hebræorum hoc putaretur gente dixiſſe. Nam ſicut in bono per imitationem fidei gentes quoque filios
Rom. 7. Abrahæ lex vocitat non de eius carne naſcendo, ſed confi-
2. Tim. 2. tendo Chriſtum de tribu Iuda à mortuis reſurrexiſſe victorem: ſic in malo Iudæos ex gentibus ſectatores credendum
Gen. 49. eſt habituros, qui antichriſtum, qui de tribu Dan dicitur naſciturus, ſuſcipiendo atque ſequendo, eorum oſtenunt eſſe complices ſocios criminis, quorum participes erunt in pœna ſempiternæ damnationis. *Et ſecundus effudit phialam ſuam in mare, & factum eſt tanquam ſanguis, & omnis anima mortua eſt in mari.* Aqua verſa in ſanguinem, facile eſt animaduertere de ſpiritualibus rebus ſentire carnaliter, quo in illa
Exo. 7. prima plagarum, quas legimus Ægyptiis illatas ſine aliqua difficultate cognoſcimus figuratum. Sed tunc aquas dulces in ſanguinem dicit fuiſſe conuerſas, ſiue flumina Ægypti, ſiue pluuiales, ſicut quædam tranſlationes oſtendunt, dicentes: Et pluuiales aquas eorum in ſanguinem. quod Græci quoque ebremata poſuerunt. Hoc autem nunc in quæſtionem venit, quod iſto loco in mare, id eſt, in aquas
B amaras & ſalſas, ſecundam phialam dicit effuſam. Et factũ eſt, inquit, ſanguis, & omnis anima mortua eſt in mari. Vnde illos ſignificari puto, qui in populo Iudæorum non ſolum ſpiritualem legem carnaliter ſapere ſtuduerunt, vnde nec Chriſtum in ea cognoſcere potuerunt. Si enim cognouiſſent, ait Apoſtolus, nunquam dominum gloriæ crucifi-
1. Cor. 2. xiſſent. ſed eo vſq; etiam ſunt pondere meritorum adducti, tanquam ſecundo vulnere deterioris plagæ percuſſi, vt ſimulacrum beſtiæ exoptent, & inſcriptionem nominis eius habentes, Antichriſtum pro Chriſto adorandũ exiſtiment.
Exod. 7. Ideo fortaſſe hic in ſecunda phiala ponitur, quod in Exodo in prima plaga contigiſſe deſcribitur, vtpote de ſterilibus aquis ad feculentiam inſuper tranſierunt ſanguinis, per quã omnem dicit animam in mari, id eſt, in iſto ſeculo, fuiſſe necatam, à toto partem, ſicut: Non eſt qui faciat bonum, non
Pſal 13. eſt vſque ad vnum. Aperta quippe ſterilitate notantur, de
Eſa. 5. quibus dicitur: Suſtinui vt faceret vuas, fecit autem ſpinas. Illi vtiq; ſuper quos ſic infirmata eſt lingua eorum, vt in ſui
Mat. 27. condemnationem dixiſſent: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. *Et tertius effudit phialam ſuam ſuper flumina*
C *& fontes aquarum, & facta ſunt ſanguis.* Cæteras concludit gentes generaliter, quæ ſicut fuerant naturali errore præuētæ, ac lutulentis deſiderijs implicatæ, adiecerunt de diuinis etiam carnaliter ſapere. vnde in fontibus intelligi poſſunt doctrinæ gentilium. Ideo dicit: Facta ſunt ſanguis ſicut etiam in Geneſi. Nõ permanebit ſpiritus meus, inquit, in ho-
Gen. 6. minib' iſtis in æternũ, quoniã caro ſunt. In Sapientiæ quoq; libro ait, Sanguine ſuo dido ruibati in redargutione. & quia ſapere ſecundum carnem, ait Apoſtolus, mors eſt & ſapiē-
Rom. 8. tia carnis inimica eſt Deo. Propterea de huiuſmodi hominibus, qui & talibus dicũtur peccatis offendere, & pœnalia rurſus ſcelera notantur incurrere: Audiui, inquit, in laudibus Dei vox perſonet angelorum. *Et audiui* inquit, *angelum aquarum, dicentem: Iuſtus es, qui es & qui fuiſti* Angelus aquarum, nuncius populorũ interiore effectu diuinis laudibus concrepantium. & qui es pius, quoniam ſic *iudicaſti* qui *ſanguinem ſanctorum & prophetarum effuderunt*, ideoq; *dediſti eis ſanguinem bibere*, quoniam *digni ſunt* Licet corporaliter &
D Iudæi & gentes ſanctorum ſanguinem fuderint, quem do-
Mat. 23. minus memorat exigendum, A ſanguine Abel iuſti, inquit, vſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ: poteſt tamen etiam illius plaga cæcitatis intelligi, vt & illi cognoſcantur ſanguinem prophetarum fudiſſe, qui eis abutentes. eorum ſenſus in aliud deriuarũt quomodo ſi diceret, qui ſpiritualem legem carnaliter ſapuerunt, iuſte corruptioni carnis & ſanguinis addicti traduntur, vbi & peccatũ & pœna cogno-
2. Theſ. 2. ſcitur peccatorum. Hinc Apoſtolus dicit, eo q; charitatem veritatis nõ receperunt vt ſalui fierẽt, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. *Et audiui* aliam vocem, *dicentem: Etiam domine Deus*
Pſa. 40. 71. & 105. *omnipotens, vera & iuſta* ſunt *iudicia tua*. Hic etiam aliquid tale, quale in pſalmis ſæpe dicitur, Fiat fiat. Hoc autem imitando debemus dicere, non exponendo ſenſum apertum moras innectere. *Et quartus angelus effudit phialam ſuam* ſuper

ſolem, & datum eſt ei æſtum & ignem iniicere hominibus. Et E
æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper plagas iſtas. Non ſolidatum eſt, ſed ei angelo qui ſolem perfudit. Non autem hic gehennæ putandus eſt ignis, neque ibi blaſphemandi iam locus vlli relinquitur, quando damnatis infructuoſæ tantũ pœnitudinis tēpus adueniet, ita vt dicturus lex memorat: Quid nobis profuit ſuperbia & diuitiarum iactantia quid contu-
lit nobis? Quocirca ignem hic & æſtum arbitror debere co- Sap 5.
gnoſci, quod diaboli corpus de ſtabilitate ſanctorum irremediabiliter cruciabitur, & ad blaſphemandum ipſo æſtu
excitari coguntur. Fortaſſe enim ſuper ſole dicitur, ſole Iere 1.
videlicet iuſtitiæ, tanquam de ſole ablatiuo caſu poſuerit: Dan. 2.
ſicut, Euigilabo ſuper verbum meum vt faciam illud. & Daniel, Quæramus, inquit, miſericordiam à facie Dei omnipotentis ſuper ſacramento iſto. vt vnde electi illuminationis percipiunt firmitatē, inde impii dicantur ſumere incendiũ *Neq; egerunt pœnitentiã, vt darent* ei claritatē. Blaſphemantiũ ipſa mors eſt vt non ſe impietatis, ſed Deum malint iniquitatis arguere: nec poſt plagas pœnitentiam agere, ſed
flagellati contumelias irrogare. Sicut n. vaſa ænea incendio F
grandi ſubacta, ab intimis exhiendo ſcatentia foris ebulliunt, & ſuæ capacitatis metas excedunt, ſic & pars beſtiæ in vaſto reſiſtens, cum Chriſti eccleſiam infatigabili viderint conſtantia dimicare, intolerabilis inuidentiæ facibus inflammati, conceptum in corde incendium, oris impuri exhalant blaſphemiis. de hoc igne legimus, Zelus apprehendit populum ineruditum, & nunc ignis aduerſarios cõſumet. *Et quintus angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, & obſcuratum eſt regnum eius, & comederunt linguas ſuas præ dolore.* Sedes beſtiæ, vel regnum eius, tanquam iudiciaria poteſtas dicitur ideo obtenebrari, quia æternæ fœlicitatis contenebrari lætitia, eum bona præſcitia pro ſumma fœlicitate poſſidendo collaudant, & veritatem in iniquitate detinent, linguas ſuas comedunt. Huic ſenſui pſalmus concinit, dicens: Quorum os locutum eſt vanitatem,
& dextera eorum dextera iniquitatis. &, Iniquitatem in ex- Pſal 143.
celſo locuti ſunt. Supercilio enim momentaneæ proſperi- Pſal. 72.
tatis vt fumus elati, vnde pœnitendo conuerti debuerunt, G
contenebrari lætantur. Ducunt enim (vt Iob dicit,) in bono
dies ſuus, & in puncto ad inferna deſcendent. *Et ſextus ange-* Iob 21.
lus effudit phialam ſuam ſuper *flumen illud magnum Euphraten & ſiccata eſt aqua eius, vt præpararetur via* venienti regi ab oriente ſole Id eſt, Chriſto, de quo legimus: Ecce vir, oriens
nomen eius. cui venturo ad iudicãdum via præparatur. No- Zach. 6.
mine porro fluminis Euphraten, ſicuti mare, flumina, fontes aquarum, ſol, thronus beſtiæ, ſuper quæ angeli ſuas phialas effudiſſe dicuntur, homines immundos deſignauit. Et ſiccata eſt aqua eius, id eſt nihil in ſe iam prioris populi habebunt, quod nõ igne congruat iudicii propinquantis. ſicut ſuperius maturitate meſſem dicit aruiſſe, & vindemiam occurriſſe, ſic & hic tropice dicit aquam fluminis fuiſſe ſiccatã, nihil vtiq; remãſiſſe iam viridium, ſed totũ diuino igne iudicii examinandum, quo vel impii conſumantur vt fœnum, vel ſancti approbentur vt aurum. *Et vidi de ore draconis & de ore beſtiæ, & ex ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos* exeuntes *in modum ranarum*. Licet pro variis paſſionibus vexationum vitiorumque cunctorum, diuerſas qualita-
tes maligni ſpiritus habere dicuntur, nec immerito (in euã- H
gelio quidem alibi dixit, Surde & mute ſpiritus: alibi autem
ſpiritum immundum. alibi propheta Spiritus fornicationis Marc 6.
perdidit eos, non ob aliud, niſi quod ad perpetrandas im- Ibidem.
munditias flagitiorum præcipitatur & captiuatur) hic ta- Oſe 4.
men omnes tres propterea immundos poſuit, quia vnũ diaboli corpus ſolina compactum differentijs deſignauit, illã memorans quam maiorem obtinet poteſtatem, draconem inducens diabolum, beſtiam Antichriſtum cum ſuorum doctoribus dogmatum. Vnũ ergo ſpiritum vidit, & pro numero partium vnius corporis, tres dicit, vt omnis numerus perditorum, vno maligno ſpiritu agi proderetur Fortaſſe enim idcirco & tam horrendam ranarum fœditatem eorum comparans temeritati, ſubiunxit. Iſtis enim pſeudoprophetis ranarum more tanquã animantibus coaccuſatis nocte damnabiliter erroris latratu conuenit perſtrepere. Ranæ n. & loco & viſu moleſtoque ſtrepitu ſic odibiles ha-

bentur,

A bentus, ſicut diabolus cum ſuis agnoſcitur abominabilis veritati, mirisoque æterno ioſte igne damnandi. Licet aperto, ſimili tamen ſermone beatus Apoſtolus loquitur, cum præmitteret, dicens: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim portio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis? Ita & hic, cum de ore illarum immundum ſpiritum in modum dicit prodire ranarum. ac ſi diceret. Quid autem Cœnum compares cælo quod conuenit habitioni ranarum tanquã horrendis pſeudoprophetæ blaſphemiis? Tantum diſtare aſſerens doctores veritatis, quantum ranas ab hominibus ſanctis, vt etiam qui idonei non ſunt eius fraudes potentia diſcretionis repellendas agnoſcere, ranarum ſaltem horrore perculſi tales ſtudeant deuitare, qui ſicut ranæ ignaros impediunt, ne quieto deuotionis culm percipiant veritatem. *Sunt enim dæmoniorũ ſpiritus*, inquit, *ſigna facientes*. Ipſi enim, ſicut etiam magi Pharaonis, credendi ſunt ſigna facturi. Nec immerito eorum meminit, facta mentione ranarum, niſi miniſtros ſathanæ nunc quoque prędiceret ſimilia ſigna facturos, vſq; ad ſignum enim ranarum ſuis magi incantationibus valere permiſſi ſunt. *&* exeunt *ad reges totius terræ* contrahere *illos* in pugnam: Non quod ex toto orbe ad vnum locum colligant, ſed quod vnamquanque gentem in loco habitationis ſuæ ſuis captam velint ſuperſtitionibus militare. In *diem* illum *magnum omnipotẽtis Dei*. Dies domini pro locorũ diuerſitate debet intelligi. Aliquãdo enim pro toto tempore à paſſione domini, qui futuri ſunt vltimo iudicio condemnati, nunc congregari dicuntur. ac ſi diceret, præparari. Aliquãdo diẽ domini, diem iudicii oportet intelligi: aliquãdo perſequutionis tempus: vnde manifeſtum eſt, per totum tempus vitæ præſentis huiuſmodi homines congregari. Qui venit ſubito *ſicut fur*. Hinc Apoſtolus, Sicut fur in nocte, inquit, ita veniet. *Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimẽta ſua, ne nudus ambulet, &* videat *turpitudinem ſuã*. Quicunq;, inquit, in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Hæc puto veſtimenta immaculata hic commẽdari ſeruanda, vt nec iterato baptiſmate reſcindantur, nec reproborũ reſperſa maculis inquinentur. In vtroq; enim præuaricatorum detegitur turpitudo, quam vigilantius perſeuerans deuitat intentio. Et cõgregauit *illos in locum qui vocatur Hebraice Armageddon*. In alia recapitulatione interpretatus eſt locum, dicens: Congregauit eos in bellum quorum eſt numerus ſicut arena maris. *Et ſeptimus angelus effudit phialã ſuam in aere, & exiuit vox magna de templo à throno, dicens Factum eſt* Finitum eſt. *Et facta ſunt fulgura & voces, & tonitrua, & terrena, & terræmotus*, & ſigna magna. Recapitulata eadẽ perſecutione, commotionẽ incomparabilem memorat, in qua miracula & prædicationes qdẽ dicit ineſſe: ſed vtrũ à parte bonorũ falſitati cõtradicẽtium, an à parte malorũ illa ſigna quæ memorat, perſeuerẽt ad exercendum bonos & obdurandum malos, an ex vtraque parte ſigna ſibi altrinſecus vocant, non hic ſatis elucet, ſicut à Moyſe & magis factum eſt Pharaonis. Si quid tamẽ horum ſit, etiã ſigna, ſicut terræmotum prænoſcendum eſt, inſtante, dubio amplius incõparabiliter emicare. *Et ciuitas illa magna in tres partes* diuiſa *eſt*. Ciuitas magna pro multitudine populorum & ſupercilio factus, quod immodicis auſibus ferebatur, quæ fiet in tres partes: vnam gentilitatis, alteram in hæreticis & in Iudæis, & vnam tertiam quæ in falſis fratribus reprobatur, qui confitentur ſe noſſe Deum factis autem negant, quum abominati ſint & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Sequitur nanq; *Et ciuitates gentium ceciderunt*. Id eſt omne robur fiduciaq; gentilium. *& Babylon illa magna* recordata ſub conſpectu dei *venit* Cõfuſam deſignat omnium multitudinem perditorum. Vt daret, inquit, ei de vino *iræ* ſuæ *indignationis*. Debitæ vltionum retributio malis reddi præſcribitur: Et omnes inſulæ fugerunt *&* omnes *montes non ſunt inuenti*. Nomine inſularum ſimul ac montium, eccleſiæ figuratur cognitio propter ſtabilitatis eminentiam, quibus per Iſaiam dicitur, In doctrinis glorificate dominum, in inſulis maris nomen domini Dei Iſrael. Itemque, Et erit in nouiſſimis dieb. præparatus mons domus domini ſuper cacumina montium. Fuga hæc quando malorum ſocietas. ſic poſtremo fugietur, vt illa deinceps eccleſiæ cũ malis non inueniatur cõfuſa permixtio. E Hinc ꝓpheta: Fugite, inqt, de medio Babylonis, & ſaluate vnoſquiſq; animas veſtras. Tunc autẽ Babylonia cadit, quãdo nouiſſime poteſtatem pſequẽdi ſanctos acceperit. Propterea ante ruinã exaltabitur (inquit) cor & ante gloriã humiliabitur ſpiritus. *Et grando* ingens talenti ponderis *de cælo* ſuper *homines* ruit, *& blaſphemauerunt homines Deũ propter plagã grandinis, quoniam magna* plaga à grandine *facta eſt*. Iram vltionis in grandine ponit, de qua alibi legimus: Ira domini ſicut grando deſcendens. Ab hac ſe ſuos munire dominus pollicetur, dicens per Apoſtolum: Qui eripuit nos ab ira ventura. Nec immerito talenti põderis memorat, niſi quod diuini æquitate iudicii pro diuerſitatibus culparum ſingulis infligatur. Talentum enim alterius apud Græcos, alterius apud Romanos quantitatis æſtimatione penſatur. Verũ quia alia ſunt peccata, alia flagella, alia vtrunque, vnde nunc diſputare perlongum, eſt hic blaſphemare dominum propter grandinem, & peccatum cognoſcitur & plaga peccati, qua ſic impij ſecantur, vt nec correcti reſipiſcant, & ipſis plus deteriorati flagellis inſaniant. Iſaias denique dicit: Domine, tu iratus es, & ecce peccauimus.

Et venit vnus de ſeptem angelis habentibus *ſeptem phialas, & locutus eſt mecum, dicens: Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ*, ſedentis *ſuper aquas multas*. Simile quidam de diabolo Iſaias quoq; ponit quem ſub figurata perſona principis Babylonicæ prædicit ruiturum: Quomodo cecidiſti de cælo lucifer qui mane oriebaris? &c. Conſiderans ſpiritusſanctus corpus omnium perditorum, quod diuerſis quidem, ſed congruis nominibus vocitat, varijs iam diu ſuperbientem exceſſibus progredi, corrumpi flagitijs, erroribuſque rapiari, tantaque impietate ſæuire, vt mitibus etiam aduerſetur, congrua periturum circumſcriptione depingit, meretricem vocans, quia relicto creatore, dæmonibus ſe proſtituit conſtuprandam. Magnam, propter immanitatem præuaricationis, per quam ſanctis diutius inſultabat. Super aquas multas, populos ſcilicet multos, *cum qua fornicati ſunt* inquit *reges terræ* id eſt, regna terrena ſuperbe petentes. Sic autem eam in reges & terrigenas diuidit, vt ex eis eam exiſtere nouerimus. *De vino* fornicationis *eius*. Præmiſſa vitiorum inſinuant corruptelam. ſicut enim vinum mentem extollit, ſic libido vitiorum excæcat nutabundos Et duxit *me*, inquit, *in deſertum in ſpiritu*. Deſertum ponit diuinitatis abſentiam, cuius præſentia paradiſus eſt. In ſpiritu, quia ſpiritu poſſunt iſta diſcerni. *Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam*. In cuius eam potiſſimum ſermo diuinus ſpecie ſubornaret, niſi mulieris, à qua initium peccati, & propter quam (vt ſcriptum eſt) morimur omnes? Super beſtiam ſedere dicitur, vtpote de qua faſtu præſumptionis extollitur. Coccineam, cruentem beſtiam, vt dictum eſt, corpus agno contrarium, in quo nunc diabolus, nunc caput velut occiſum, nunc eius accipiendus eſt populus, quod totum Babylon eſt, id eſt, confuſio. Coccineam itaque impietate cruentam. & corruptionibus tanquam ſanguinibus debriatam, *plenam nominibus blaſphemiæ*, cum plus ſit opere perficere blaſphemiam quam vocari blaſphemus, his tamen etiam eam in pleno dicit abundare nominibus, vt nequaquam eius putetur deeſſe exceſſibus. Et quia aliud eſt peccare Deo, aliud eſt peccare in Deũ, qui blaſphemat, amplius re in Deũ reatu delinquit. *habentem capita ſeptẽ & cornua decem*. Perſecutione nouiſſima propetante, decẽ reges futuros ſancti quoq; Danielis prophetia teſtatur. Hos nunc in ſeptem capitibus & decem cornibus beſtiæ hic liber ſæpe deſignat, ſuper quos idem ſuperius etiam diademata eſſe dicit, quod regnis omnibus interemptis, ſoli poterunt in toto orbe regnare. Deuictorum quippe ſigna regnorum diademata, vt trophæa ſuperbis dicit præferri capitibus. Propterea autem ſeptem capita ſeptem mõtes, per ſapiẽtię ſenſum monet conſequẽter intelligi, vt Romã quæ ſuper ſeptem montes preſidet ſignificans, omni quod orbe monarchiæ præfuit dominatu, ad iſtorum regnum ſimilitudinẽ adduxiſſet: & in Romę nomine totius regni potentiam figuraret. Septenario enim numero vniuerſitatẽ voluit ipſius dominationis oſtendere, eo quod ex ternario & quaternario, id eſt, ex impari & pari tanquam ex diuerſo confectus, vniuerſitatem inſinuet, ſic-

Margin notes: 2. Cor. 6. — Exod. 7. — B — 1. Theſ. 5. — Galat. 3. — Apoc. 16. — C — Exod. 7. — Tit. 1. — D — Iſai. 24. — Iſai. 2. — Iere. 51. — Prou. 16. — 1. Theſ. 1. — Iſai. 46. — Cap. 17. — F — Iſai. 14. — G — Eccle. 25. — Dani. 7. — H

A ut ſatis ſuperque iam dictum eſt, quod de ſeptem eccleſiis in bono præmiſimus figuratum, cum vna Chriſti eccleſia prænunciatur orbem poſſeſſura terrarum, cum nunc idem numerus ex aduerſo in iſtis quos memorat ſeptem capitibus videtur apponi, in quibus ſignificata vniuerſitate potentiæ fore dicitur principari, & in bono enim & in malo ſeptenarium numerum frequenter poni ſancta ſcriptura teſtatur.

Iſaiæ 11. Nam cum Spiritus ſanctus pro ſeptenaria operatione, Iſaia Propheta teſtante, ſeptiformis eſſe credatur in bono, ſpiritus etiam nequam ſeptiformis ſæpius deſignatur. Et quoniam bonum monarchia regnumque Chriſti eccleſia contraria frequenter opponitur, non ſolum aperta oppreſſione potentiæ fideles impugnat, ſed etiam ſub mentita ſpecie veritatis illaqueare deſiderat, manifeſtam eius potentiam in decem cornibus, veriſimilem fraudem in ſeptem capitibus deſignauit. Propterea & vehemens eadem perſecutio futura prædicitur, in qua & ars fallendi potentiæ ſuffragatur: & quod ſimulationi deerit poteſtate ſuppletur. Huius præſtigia fraudis ſuperius memorat, dicens: Et vnum caput ex capitibus ſeptem quaſi occiſum B fuerit ad mortem, & plaga mortis eius curata eſt, id eſt, ex vniuerſo potentatu ſecularis regni eccleſiæ contrarium eſt vnum caput, id eſt, antichriſtus qui ſe pro Chriſto vult ſuſcipi, aſſerens ſe quaſi mortuum reuixiſſe, cum incautos quærit à Chriſto, qui vere mortuus eſt & reſurrexit, impie ſeparare. De hoc etiam, præmiſerat quod ei draco, id eſt diabolus, virtutem ſuam & dederit & thronum & poteſtatem magnam: idcirco & plenã dicit nominib. blaſphemiæ. Deterior autem inueniri non poteſt blaſphemia, quã vt contrarius Chriſto, quod & nomen eius antichriſtus indicat, ſe velit haberi pro Chriſto, vt quos non poteſt violenter terroribus frangere, adumbrata ſtudeat veritate ſeducere: & apertum declinantes errorem, veriſimilem incurrere addicat falſitatem. Hanc dominus peſtem in euangelio docuit præcauendam, hæc dicens: Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem, & non inuenit & dicit: Vadam ad domum meam vnde exiui. & tunc vadit & aſſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Nonne de vno ſpiritu immundo ſuperius loquebatur? Cur alios ſeptem nequiores ſe dixit, niſi quia ſeptiformis immundus ſpiritus agnoſcitur, vt etiam latentibus malis nequior ſeptempliciter inueniatur? Et vt quod dicimus plenius luceſcat, intentum decet eſſe lectorem. Spiritus bonus, ſpiritus ſapientiæ, cui contrario malus opponitur ſpiritus inſipientiæ: alter peior, ſimulatio ſapientiæ. Spiritus bonus ſpiritus intellectus, malus autem ſpiritus ſtultitiæ: alter peior, ſimulatio diſciplinæ. Spiritus bonus, ſpiritus conſilii, malus autem ſpiritus imprudentiæ: alter peior, ſimulatio prudentiæ. Spiritus bonus ſpiritus fortitudinis, cui opponitur malus apertæ ignauiæ ſpiritus: alter peior, infirmitas falleus obumbratione virtutis. Spiritus bonus, ſpiritus ſcientiæ: cui contrario malus ſpiritus ignorantiæ, nequior autem vſurpatio ſcientiæ. Spiritus bonus, ſpiritus pietatis, malus vero ſpiritus impietatis: alter peior, falſæ pietatis obtentus. Spiritus bonus, ſpiritus timoris Dei, cui contrarius eſt ſpiritus temeritatis: alter peior, dolus fictæ religionis. D Idcirco ad oſtendendam ſimulationem partis aduerſæ, hic paulo latius voluit demorari, vt hæc expoſitio ad multorũ nobis locorum proficiat intellectum. Hanc omnifariam perſecutionem in potentatu vel fraudulentia futuram Apoſtolus quoq; denunciat, dicens: Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui eum, cuius eſt aduentus ſecundũ operationem ſathanæ in omni virtute & ſignis & prodigiis mẽdacibus, & in omni ſeductione iniquitatis in his qui pereunt, virtute potentiã, ſeductione hypocriſin mendacii ſignificat. *Circundata purpura & coccino.* In purpura ſuccus ſimulati regiminis, in cocco cruentus impietatis habitus demonſtratur, & aurata *auro & lapide precioſo & margaritis*, id eſt, omnibus illecebris ſimulatæ veritatis, quam in illis ſpiritibus nequam ſatis ante expreſſimus. Quid ſit denique intra hanc pulchritudinem exponit, dicens. Et habebat *poculum aureum in manu ſua plenũ* abominationum & immunditiæ *fornicationis* totius terræ. Autum ergo hypocriſis, quia ſicut Dominus dicit: Foris quidem parent hominibus quaſi iuſti, intus a. pleni ſunt omni immunditia. *Et in fronte eius nomen ſcriptum* ſacramenti: *Babylon mater fornicationum & execrationum totius terræ.* Ne ſuperſtino errori palam falleret veritatis incautos, ex titulo frontis ſciat eſſe ſolicitos. *Et vidi mulierem* illam *ebriam* factam *de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine* teſtium *Ieſu* Chriſti. Competenter eam largitas diuini ſermonis intus inſanientem oſtendit. *Et miratus ſum cum* vidiſſem eam miraculo magno. *Et dixit mihi angelus*: Propter quid admiratus es? *Ego tibi* oſtendam *ſacramentum* huius *mulieris, & beſtiæ quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem & cornua decem: Beſtia quam vidiſti, fuit, & non eſt,* ſed *aſcenſura eſt* ex *abyſſo, & in* perditionẽ vadit. A mundi exordio duarum ciuitatum exortus ac ſeries hactenus currere ſacris literis edocetur, quarum eſt vna Dei, altera diaboli: quæ hic beſtia deſignatur; tanquam totum corpus omnino malorum. Et ideo dicit, fuit, & non eſt: quia decedentium & ſuccedentium ſibi generationum ordine ſupplẽdum extruitur. Idcirco ſequitur: Et aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitum vadit. Diuino enim iudicio occulto quidem, ſed iuſto peragitur. Hinc pſalmus: Iudicia tua abyſſus multa. Siue quod de cordibus proditura ſit impiorum. Vnde pſalmus: Abyſſus abyſſũ inuocat. *& admirabuntur* omnes *inhabitantes terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ* agni qui occiſus eſt, ab origine *mundi*, *videntes beſtiam quæ erat & non eſt*, & ventura eſt. Eoſdem ipſos ponit, ex quorum membris damnandum corpus extruitur. ſed ſi nomina faciunt ambiguitatem. Idem namq; in epiſtola ſua cum ſingulari numero diceret, Sicut audiſtis quia antichriſtus venit, nunc autem antichriſti multi ſunt. Et poſt paululum, Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtiq; nobiſcum. Ideo non ſunt in libro vitæ eorum nomina ſcripta. ipſi ergo quos finis mundi inuenerit viuentes, ſuæ damnationis experiẽtes intentum, ſera cogitationum mirantur non ipſum Chriſtum fuiſſe quem putabant, obumbrata beſtiæ ſeductione decepti: ſed Chriſtum noſtrum, quem iudicem profecto ſentient iuſtiſſime condẽnati. Sequitur: A conſtitutione mundi. Sicut nouit Dominus qui ſunt eius, quibus etiã ſe dicturum promiſit. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi: ita & qui non ſunt eius, nõ habet ſcriptos in libro vitę à cõſtitutione mundi incognitos, & à longe præſcitus æterni ignis eſt ſupplicio damnaturus, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Excelſus enim Dominus & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit. Inde dicit: Et non noui vos, diſcedite à me operarii iniquitatis. Videntes beſtiam quę erat & non eſt. *Et hic eſt ſenſus, qui habet ſapiẽtiam* Illa *ſeptem capita, ſeptem montes ſunt ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt.* Aliter frequenter diximus in vnaquaque ſpecie genus oſtẽdi. Nam quod eſt omnis beſtia, hoc ſeptem capita. Denique capita & ſeptem montes eſſe dicit, & ſeptem reges, id eſt vniuerſã malorũ partẽ, quæ in præpoſitis tã in regibus conſtat & ſubditis. Qui ideo vocabulis variis nuncupatur, propter diuerſitatẽ actionum, quæ vi premit & fraude decipit, quando lubricis mentibus ſerpit rerum ſenſibiliũ oblectationibus interceptis: ſicut ſcriptum legimus, Intrauit mors per feneſtras veſtras. quæ proprie ad quinq; partitum ſenſum arbitror redigendũ, viſum, auditum, guſtum, odoratum & tactum. vnde Dominus illi Samaritanæ mulieri dicit: Quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir. Quod ibi viros, hoc hic reges intelligas, quorum tanquam regimine humanæ vitæ primordia regi atq; adminiſtrari cognoſcimus, quæ nobiſcum beſtiæ videntur habere communia. At quod ibi ſequitur: & nunc quẽ habes, non eſt tuus vir, non legitimo eam vti viro deſignans id eſt errore, hoc hic poſitum iam dixit: *Quinq; ceciderunt*, *vnus* autem ſupereſt. Quod autem dicit, *alius* autem *nondum venit*, reſiduam eiuſdem mali corporis partem decidenti ſucceſſuram generationi, eodem maligno ſpiritu deſignat ſimiliter poſſidendam, quem ſeptiformem conſtare præmiſimus. Quinque autem quos cecidiſſe, & vnus quem ſupereſſe dicit, & alius quem venturum eſſe nunciat, ſeptẽ

Marginalia (right margin, in order): E; F; Pſal. 35.; Pſal. 41.; 1. Ioh. 2.; Ibidem.; G; Matth. 25.; Pſal. 137.; Matth. 7.; Ierem. 9.; H; Ioan. 4. (left margin: Matth. 12. Luc. 11.; C; 2. Theſ. 2.)

A ſaeiunt. *& cum venerit*, inquit, *oportet illum* breui tempore *manere. Et beſtia quæ fuit & non eſt, & ipſa octaua* loco *eſt*, cum ſit *ex ſeptem, & in* perditionem ibit. Hunc quem octauum dicit, ne alterius generis exiſtimares, ſubiecit: Ex ſeptem eſt, & in perditionem ibit, vt & eiuſdem generis maligni eum oſtenderet, & ſeptenarium numerũ excedendo illos nequiores in hypocriſin deſignaret. Sicut enim præfato Domini teſtimonio de vno ſpiritu immundo loquens ſeptem memorans, repente ſubiecit, dicens: Aſſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe: ſic nunc à ſeptem inchoans, alios ſeptem in vno eiuſdem generis, id eſt, octauo voluit deſignare. (Luc. 11.) Propterea dicit: Ex ſeptem eſt, & in perditionem ibit, * & eadem pœna vnius generis meritum perduceret (* n.) nec immerito dicit ex ſeptem eſt, quem octauum quoque numero ponit, & ſubiecit & in interitũ vadit. Futuro iudicio omnem malorum dicit finiri nequitiam. Et dicit qualiter: *Et decem cornua quæ vidiſti, decem reges ſunt, hi regnum nondum acceperunt*. Ipſum ſeculi regnum omne deſignat, quod ſicut paulo ante, in regibus ſubiectiſque deſcribit. *ſed poteſtatem* regni *vna hora* accipiunt cum beſtia. Horam hic

B pro tempore accipi, exemplo docetur & ſenſu, à paſſione ſcilicet Domini ex quo apoſtolica voce clamatur: Nouiſſima hora eſt. (1. Ioh. 2.) Quandiu ergo quod futurum eſt conſumentur, dicit eos regnum necdum accepiſſe: quia licet nunc quoque plurimis dominetur, acrior tamen erit gloriationis eius inſana potentia, cum etiam ſignis deceperit plurimos. *Hi* omnes vnam ſententiam habebunt *& vim & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent*. Quod ſuperius ait cum beſtia, hoc nunc apertius, poteſtatem ſuam beſtiæ tradent, illi ſcilicet capiti, quod quaſi occiſum ſimulate reuixit, pari conſenſu omnem ſuæ intentionis deferent cultum & exhibent famulatum. *Hi* aduerſus agnum *pugnabunt, & agnus vincet* eos, *quoniam Dominus Dominorum eſt & rex regum*. Cum partis aduerſę deſcriberet poteſtatem, aptius hic agni victoriã prædicauit, quem in ſuis triumphare deſignans, adiecit: *Et qui cum* eo erant *electi & fideles & vocati*. Bene præmiſit (Matth. 20.) electi, propter quod Domin' dicit: Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. *Et dixit mihi*: Aquas *quas vidiſti* ſuper quas *ſedet meretrix* illa, *populi &* turbæ ingnorum *& linguæ ſunt*. Aquis populos ſæpius figurari, hic facile perdocetur. *decem* vero *cornua quæ vidiſti &* beſtiam, odio inſectabunt meretricem, & deſertam *& nudam facient illam*. Quomodo ſi

C diceret, corruptiones carnalium deſideriorum quas nunc velut ipſam diligunt, eis in odium vertuntur, cum circa finem ſe ineuitabili iudicio damnandos agnouerint, manifeſtamque agni victoriam viderint, beſtiam proinde in partes diuidi: quod gemino modo intelligi poteſt, ſiue quia ſicut legimus, Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt, ſiue quia omnis qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. (Prou. 13. Pſal. 10. Eccl. 14.) Qui enim ſibi nequam, cui bonus erit? *& carnes eius* deuorabunt, *& ipſam igne* cremabunt. (Pſal. 26.) Quomodo ſi ex perſona eccleſiæ angelus diceret, illi nocentes qui in me inſurgunt vt edãt carnes meas, ſuas manducabunt, & igne cremabunt poſtea quam eorum exceſſibus Deus ad iracundiam prouocatus, deſolauerit mundum, vt ipſis propriè blaſphemiis hanc vaſtitatem angelus ſucceſſerit, ipſos dicit facere quod in ipſis iore contigerit. *Deus enim in* cordibus *eorum* iniecit, *vt perficiant quod illi placitum eſt*, & eſſe illos in conſenſu & metu, & tradere beſtiam *regnum donec conſumentur* verba Dei.

D Quod Apoſtolus dicit, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt, hoc etiam nunc dicitur. (Rom. 1.) Dominus enim in cordibus eorũ iniecit, vt faciant quod illi placitum eſt. Placet enim Deo iuſtitia, per quam nouimus impiis irrogare vindictam, & vt qui regnum ſuũ beſtiæ dederint, pœnas cum eo miſtas exoluant, donec ſermones Dei conſummentur, qui videlicet in iudicio miſericordiaq; conſiſtunt. vniuerſæ n. viæ domini miſericordia & veritas. (Pſal. 24.) *Et mulier quam vidiſti, ciuitas magna eſt, quæ habet regnũ ſuper reges* terrarum. Illa ipſa eſt quam corruptionibus carnis & ſanguinis debitam, mundanaq; regni præmiſit florere potentia. Quæ cum ex ipſis regibus conſtet, ſuper eos ipſam dicit regnare, more ſuo vnam diuidens, eandemque per partes, tanquã à genere ad ſpeciem, in muliere, in ciuitate, in regibus, ſuper regibus, ſuper hanc verba domini cõplebuntur, cum & miſericorditer redemerit ſuos, & iuſte

E damnauerit contumaces. Vbi autem conſummationis mentio, ibi eadem huius libri fiat oportuna concluſio.

PRIMASII IN APOCALYPSIM LIB. V.

ET poſt hæc vidi alium angelum deſcendentem de cælo, habentem poteſtatem magnam, & terra illuminata eſt à claritate *eius*. Deſtructione mundanæ ſapientiæ, quam hinc quoque deſtructã ſignificat. Sed de terreni ruina regni dicturus, magnam dicit hunc habere angelum poteſtatem, vt puto (Luc. 11.) contra fortem veniſſe inſinuans fortiorem, & ad debellandum veniſſe ſimilem: obumbranſque ſapientiæ mundanæ veſtigium, veram nunc ſapientiæ lucem veniſſe reſtantur, quæ ſapientibus mundi terrenisque regibus ſuæ virtutis in robore fidentibus, ſe & virtute & ſcientia monſtraret iniectam. *Et terra illuminata eſt*, inquit, *à* claritate *eius*. *Et exclamauit voce magna*, & forti, *dicens*: *Cecidit cecidit Babylon* illa *magna, & facta eſt habitatio* & refugium *dæmoniorum, & omnis*

F *ſpiritus immundi*, & omnis beſtiæ immundæ, *& omnis* auis *immundæ & odibilis*. Aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, quem magni conſilii angelum in Iſaia legimus, ſignificari puto. (Iſa. 9.) Qui in primo aduentu, dicens: Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum, ipſius ſecularis (Matth. 3.) potentiæ molimina deſtruebat. Illuminata eſt autem terra à claritate eius, quia ipſe eſt lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod autem ſequitur, poteſt permouere legentem, dicit enim: Et facta eſt habitatio & refugium dæmoniorum, &c. (Iohan. 1.) Si enim cecidit, quomodo dæmonibus & ſpiritibus immundis ac volucribus inhabitatio & refugium dicitur extitiſſe? niſi quia multa tranſgreſſionum immanitate cadendo dignam ſe dæmonum habitationi præbuerit, in parte vtiq; ſui ſalubri conuerſatione deſtructa: & quæ in huius ſeculi mare contra fidem Chriſti validis perſecutionum fluctibus inſurgebat, terminis nunc arctioribus gemit frenata, & in modum vtris fremit incluſa. Hinc in pſalmo canimus: Cõgregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. (Pſal. 32.) Nam quæ dudum à Chriſtianis timebatur, ipſa nunc metuit Chriſtianos, cum eorum priuilegio religioſorum quoque læta principum decreta militare conſpiciunt. Reſidua tamen pars eius, facta eſt habitatio & refugium dæmoniorum, quo circunquaq; & in melius ædificanda deſtruitur, & in ſuperbis deiecta confringitur, vtreq; deſtructa

G miſſe narratur. Nam & per volucres ſpirituales nequitias ſignificari, ille quoq; libri Geneſeos locus affirmat, vbi inter diuiſiones carnium irruentes aues Abraam dicitur abegiſſe. (Gen. 15.) *Quia de vino fornicationis eius & reges terræ fornicati ſunt, & mercatores terræ de* poteſtate *deliciarum eius* locupletati *ſunt*. Tria hic vinorum nomina. genera, totidemq; præuaricationum perſonas inducit: auaritiam, quæ iuxta Apoſtolum idolorum ſeruitus dicitur: laſciuiam, in nomine fornicationis: & in deliciis gaſtrimargiam, quam dominus cauendam præmonens, dicit: Non grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. (Ephe. 5. Col. 3. Luc. 21.) Et reges terræ, inquit, cum ea fornicati ſunt. Auaritia enim in eo quod dicit, mercatores locupletati ſunt, licet quidam hic diuitias peccatis non facultatibus, exiſtimare maluerint gentes permixtam vulgi ignobilis multitudinem deſignauit, reges vero, qui inter eos tem-

H poraliter videntur excellere: mercatores, qui terrenis lucris inhiantes, pro abundantia temporali ſuas infelici mercatu animas commutant, contraria dictis domini peragentes, qui dicit: Quam dabit homo commutationem pro anima ſua: *Et audiui aliam vocem de cælo dicentem*. (Matt. 16.) Vocis cæleſtis auditus ille eſt, quos præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imaginis filii ſui. &, Nouit dominus qui ſunt eius, & his ſimilia. (Mat. 8. Rom. 8. 2. Tim. 2.) Sequitur deniq; *Exi de ea populus meus, ne* particeps ſis *delictorum eius*. Hucvſq; ad primum mihi pertinere videtur aduentum, quando vſque ad finem ſeculi ſic permixtos ſibi boni tolerant malos, vt pro eis nec bonos exiſtiment deſerendos, nec ipſos noxia imitatione ſectandos. Sic enim & illud propheticum adimpletur: Exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis, cum nõ vtiq; diſceſſu corpo- (Iſa. 52.)

A ris, ſed diſceſſu nequiſſimæ voluntatis rectus non commiſceatur prauis. Sequitur: Et ne perſtringaris *plagis eius, quoniam* delicta *eius vſque ad cælum peruenerunt*, & meminit dominus *Deus iniquitatum eius*. & ideo reddidit ei *duplicia*, & *in quo populo miſcuit, duplum* remixtum eſt ei: & inquantum *ſe clarificauit*, & *deliciarum habuit*, intantum datur ei cruciatus & luctus, quoniam *dicit in corde ſuo*, quia *regina* ſum, & *vidua non* poſſum eſſe, nec *luctum* viſura ſum. Propterea *vna hora venient plagæ eius, mors & luctus & fames*, & *igne* cremabitur, *quia fortis eſt* dominus *qui* eam *iudicabit*. Hæc omnia ſecundo quidem aduentui futura creduntur conuenire, quando examine ſupremi iudicii ſocietas impiorum exclusa, retributione iuxta plectetur, vt qui temporaliter peccauerunt, in perpetuum puniantur. Hoc eſt enim quod ait: Reddite ei duplicia, & duplum remixtum eſt, vt qui tranſitoriis deliciis fruebatur, æternis crucietur tormentis. Et his vſuris liberare ſuos Christus pſalmo præcinitur: [Pſa. 71.] Ex vſuris & iniquitatibus, inquit, redimet animas eorum. Illi vero igne inſuper perpetuo comburi dicuntur, fame affligi: tunc vtique quando illi qui nunc eſuriunt ſitiuntque iuſtitiam, ſaturitatem percipient incorruptam. [Matth. 5.] Mori vero, eo quod eos deſerat Deus. Sicut n. anima diſcedente moritur corpus, ſic anima Deo deſerente mori credenda eſt. Luctus porro illis

B eſt, quem Christus in euangelio dicit: [Luc. 6.] Væ vobis qui ridetis nunc, quoniam lugebitis & flebitis. ab his plagis ſuos volẽs Deus indemnes oſtendere, dicit: Et ne perſtringaris plagis eius. ac ſi diceret: quorum voluntatem conuerſi habere noluiſtis in peccatis ſimilem, parem non recipietis vltionem. Neque enim viribus noſtris eaſdem poſſumus plagas euadere, cum nobis hoc ſolo Dei beneficio concedatur. Sed rectum ordinem tenens ſpiritus ſanctus, voluit declarare illos, qui in pietate in corde non captiuantur, adſenſu nullatenus impiorum perſtringi tormentis. [Sapien. 3.] Iuſtorum n. animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. Sic autem hæc quæ nunc futura ſunt circumſcribit vt opera expreſſerit inferenda, quæ ſupplicia non tamen ſeculi huius putanda ſunt, finalia mox finitura curricula, ſicut ex ſubſequentibus approbatur. Nam & dominus contritionẽ mundi prædicens, ſubiecit: [Luc. 21.] Sed non ſtatim finis. *Et flebunt & plangent ſe reges terræ qui cum ea fornicati ſunt, & in deliciis* conuerſati, *cum viderint fumum incendii eius*, & de longinquo *ſtantes propter* metum pœnæ *eius, dicentes: Væ væ ciuitas illa Babylon, ciuitas illa fortis*, quia *vna hora* aduenit *iudicium tuum. Et mercatores terrarum flebunt*, plangentes eam, *quoniam merces eorum* nullus mercabitur.

C Quomodo ſit certum, eandem Babylonem diuerſis ſignificari vocabulis, & ſiue ex regibus terræ, ſiue ex gentibus, ſiue ex mercatoribus exiſtere, ſi ipſa ſuccenſa illi dicuntur à longe conſequenter ſtare, eamq; nõ communem dolendo cruciatum, ſed libera conſideratione miſerabiliter deplorare, niſi quia vt præmiſi, aut non hic omnimodum iam finem mundi debemus accipere, ſed diminutionem rerum humanarum & contritionem gẽtium diuerſarum? ſecularium quippe diuitiarum pompam dicit auferri, per quam prauis voluntatibus adimplendis circunfluens carnalium deliciarum opportuna, quodãmodo importunitatem ſuffragabatur occaſio. Qua ſublata per defectum & deſolationem diuinis modo iudiciis irrogata, certi ſuperſtites aliorum perhibentur interitum plangere. Ideo dicuntur à longe ſtare, & metu pœnæ ſimilis formidare. Fortaſſis enim ad hoc pertinet, quod fumum incendii videre dicuntur tanquam ſpecimen ignis æterni. Fumus n.

D futuris dat flammis indicium. Enarrat proinde ſi quæ humanis vſibus neceſſaria, ſi qua ſecularibus nouis vtilitatibus à cupidis atque carnalibus magnopere concupiſci. ſed & illa quæ notiſſimis quinque ſenſib. carnis delectabiliter nouit hauriri, eaque pronunciat defutura, hoc modo: *Merces auri & argenti & lapidum precioſorum & margaritarum & ſerici*. Huc uſq; vtilitate locorum, & *purpura* coccineæ, & veſtis & omnis ligni cedrini & omne vas eburneum *de precioſo* ligno, & ære & *ferro & marmore*. Hucuſque etiam ad ſenſum pertinentia memorat oculorum. Idem quod ad olfactum pertineat, ſequitur: *Et* cinamomi & incenſum & vnguentum De vnguento etiam tactum interſerit. & thus, inquit. Proinde quæ ad guſtum rediguntur & vſum adiecit, dicens: & vinum & oleum & triticum. Iumẽta porro & pe-

E cora & *equorum & rhedarũ* vehicula atq; mãcipia, & diuerſi generis animalia vtilitatis cauſa ponit. Pomorũ quoq; tuorum, inquit, concupiſcentia animæ abiit abs te. Hoc quoq; ad aſpectum redegit & guſtum. *Et omnia illa pinguia* & clara *perierunt* abs te, nec *iam* ea vltra inuenies. *mercatores* tui quoque, *qui diuites facti ſunt ab ea longe ſtabunt propter timorẽ* pœnæ *eius, flentes* & plangentes, & *dicentes, Væ væ illa ciuitas magna*, velata *purpura* & byſſino & coccino & culta *auro & lapide precioſo* & margarita, & *vna hora* exterminatæ *ſunt tantæ diuitiæ*. Horam hic pro tempore poni, multorum teſtimoniorũ probatur iudiciis. & *omnis gubernator*, & omnis per mare nauigans, & *nautæ & qui* morantur *in mari, longe* ſtabunt: *videntes* fumum *incendii eius dicentes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Et ſuper capita ſua* mittentes *puluerem*, id eſt, principum ſuorum faciem exprobrantes, à quibus ſeducti periebant, clamabunt *flentes & lugentes*, & *dicentes* voce magna: *Væ væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt omnes, qui* habent *naues in mari de* claritate *eius*, quia *vna hora* exterminata *eſt*. Verum quia multos ex hac contritione nouimus ſæpe compũgi, ſi ad eorum perſonam ea loca quibus permonemur, redigi debent, non inconuenienter accipitur, id eſt, longe ſtabunt & clamabunt, videntes fumum incendii eius, vt lõge

F ſtare ſit non cum perditis cadere: ſed ſubita potius conuerſione ſtabilitatẽ accipere. propterea ſuo domino ſtat aut cadit, quod non loco corporaliter ſtare, ſed animi debet intelligi ſtabilis in fide conuerſione & quod ſe plangere dicuntur aliis pereuntibus, ipſi intelligantur pœnitentiam gerere fructuoſam. Hinc enim Apoſtolus dicit: Cum mortui eſſetis delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecũdum principem [Ro. 14. Ephe. 2.] poteſtatis aeris hui⁹ ſpiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus in deſideriis carnis, facientes voluntates carnis noſtræ & cogitationũ, & eramus naturæ filii ſicut & cæteri, vel his ſimilia. Secundum hæc inquam Apoſtoli dicta, poteſt hic locus conuerſorum perſonis aptari. Nõ n. quis inueniri poteſt bonus, qui non prius fuerit malus. Hinc pſalmus: Præ- [Pſal. 118.] uaricatores reputaui omnes peccatores terræ. fortaſſe n. inde hic ſequitur: Exultate *ſuper eam cæli & ſancti & apoſtoli & prophetæ*. Tanquam iſti conuerſi ſuper iudicio Dei delectati gaudeant. *quoniam iudicauit Deus*, inquit, *de ea iudicium veſtrũ. Et ſuſtulit angelus fortis lapidem* ad magnitudinem molæ ma-

G gnæ, & *miſit in mare, dicens: Hoc impetu* demolietur *Babylon illa magna*, & amplius *non inuenietur*. Nouimus dominum in [Mat. 18.] euangelio dixiſſe: Væ mundo ab ſcandalis. & ſubieciſſe, Væ [Ibidem.] homini per quem ſcandalum venit. vtili⁹ eſt illi ſi lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiiciatur in mare, quam vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis, ſignificans autores ſcandali tali pœna plectendos. Vbi non de ſolo ſcandalo litis puto accipiendum, ſed de omni ſpecie peccatoris frequentat, ſecundum illam regulam quam ſancta ſcriptura ſiue domino dicente: Si ſcandalizauerit te oculus, pes, manus. ſiue Paulo apoſtolo: Quis ſcandalizatur, & ego non v- [Matt. 5. 2. Cor. 11.] ror? Cui ſenſui pſalmus concinit, dicens: Per diem ſol non [Pſal. 102.] vret te, neque luna per noctem. vbi cum etiam malæ credulitatis de Chriſto & eccleſia, id eſt, de ſole & luna intellect⁹ admittitur, vel de peccatis aduerſitatis & proſperitatis, quod ad lunam referendum eſt, vel ad ſolem, omnes tanquam in genere traſgreſſionum ſpecies nomine ſcandali videntur includi. Quod hic quoque autoris ſcandali, id eſt,

H totius peccati ad modum molæ mergendus inſinuat. Lapis vero molaris hic pro peccatorum pondere, quæ ex rebus temporalibus contrahuntur poni mihi videntur. Molam n. in ſecularium rerum circuitu poni dominus docet, cum dicit: Duæ molentes in mola. *Et vox citharœdorum & muſicorũ & ſymphoniacorum* & tubicinum iam *non audietur in te*. De illis quinq; ſenſibus ſonum diſtulerat, quem nunc ſatiantes expreſſit, quem etiam inter alia de mundo auferri p̃- [Matt 24. Luc. 18.] dixit, Ac ſi diceret: Quicquid viſu pulchrum, auditu canorum, tactu blandum, odoratu ſuaue, guſtu delectabile, de ſeculo tranſiturum eſt. Et ne his contentos eſſe ſiuiſſet, adiecit etiam de his quæ ad vſum humanæ vitæ pertinent, dicens: Neq; vllus *artifex* vllius *artis inuenietur in te amplius*, & *vox molæ non audietur in te*, iam neq; lumẽ *lucernæ lucebit* tibi, & *vox ſponſi & ſponſæ non audietur in te* amplius. Et dicit quo

A merito: *quia* negociantes *tui* fuerunt magiſtratus *terræ, quia*
in maleficiis *tu*is errauerũt *omnes gẽtes*. Ac ſi diceret: Quia
in vita tua male vſa es temporalib. bonis, & ipſis iuſte vltra
fraudaberis, & pœnis æternis damnáda reſtringens. *Et in te*
ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt, & omniũ occiſo-
rum ſuper terram. Hic apertius declaratur, totum in vna ci-
uitate Babylonię corpus diaboli de ſuis exceſſibus increpa-
ri. Neque enim in qua ciuitate prophetas, in eadem noui-
mus occiſos martyres, quantum attinet ad loci ſignifica-
tionem, ſ ũ tamẽ vna ſit ciuitas impiorũ ſocietate. Sequitur:
Cap. 19. *Poſt hæc audiui vocem turbarum* ingentium clamantiũ voce
magna *in cælo, dicentium: Alleluia*. Salus & claritas *Deo noſtro*,
quoniam *vera & iuſta ſunt iudicia eius*, quia ſic *iudicauit de me-*
retrice magna, quæ corrupit terram per fornicationem ſuam,
& vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius. Et ite-
rum dixerunt: Alleluia. Simile quiddam in euangelio domi-
nus teſtabatur, dicens de huius corporis perſona iuſtorum
Mat. 23. generaliter ſanguinem exigẽdum: A ſanguine, inquit, Abel
iuſti vſq; ad ſanguinem Zachariæ filii Barachię, populorum
Ibidem ſcilicet & ſacerdotum inſinuatã complectẽs breuiter ſum-
B mam. Ideo & ibi & locũ memorat, quẽ occidiſtis, inquiẽs,
inter templum & altare, templum ad populum, altare ad ſa-
cerdotes redigens. Quod aũt iterum dixerunt, alleluia: ec-
cleſia Deum ſuper iudiciis eius indeficienti affectu collau-
dat. Alleluia n. dicitur, laudate dominum. Sequitur de illa
meretrice. *Et fumus de illa aſcendit in ſecula ſeculorum*. Eccleſia
ſcilicet perſeuerante in illius laude lętitiæ, perditionis fu-
mus permanet impiorũ. Sicut n. fumus ignis inditia, ſic igne
Luc. 16. perſeuerãte fumum dicit ineſſe. Horum ſpecimen bono-
rũ atq; malorum, in paupere & diuite dominum arbitror fi-
guraſſe. *Et proſtrauerunt ſe viginti quatuor ſeniores, & quatuor*
animalia, & adorauerunt Deum ſedentem in throno Eccleſiam
memorat. Sequitur, *dicentes: Amen*. Id eſt, verum, fideliter. *Et*
vox exiuit de cælo, *dicens*: Laudate Deum veſtrum *omnes* ſer-
ui *eius, & qui timetis* Deum *puſilli & magni*. Cũ hoc imperat
faciendum & memorat factum, illius rei dedit indicium, quod
ſuorum laudem placitam ſuſceperit electorum, approbans
ſcilicet premiſſam, indicenſq; perpetuam. Magni aũt ſunt in
eccleſia, de quibus Apoſtolus: Sapiẽtiam, inquit, loquimur
1 Cor. 2. inter perfectos. Et dominus: Qui docuerit, inquit, ſic ho-
Matt. 5. mines: magnus vocabitur in regno cælorum. Puſilli, de qui-
C bus dicit: Tanquã paruulis in Chriſto, lac vobis potum de-
1 Cor. 3. di, non eſcam. *Et audiui vocem* tubarum magnarum & qua-
ſi *vocem* tonitruum fortium, & quaſi ſonum *aquarum multa-*
Iſa. 58 *rum dicentium: Alleluia*. In tubis illa prædicatio deſignatur,
quam Iſaias dicit: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem
tuam. in qua prædicatione inſinuatur etiam diuini formido
iudicii. hanc puto nomine ſignificari tonitrui. quoniã ho-
minibus congruunt Ideo in aquis multis populos certum
eſt ſolite figurare, qui Deum laudãt, dicẽtes: alleluia: Eccle-
ſia itaq; cum & prædicat & metuit & laudat, cum tremore
Pſal. 2. ſicut legitur, exultat: Seruite domino in timore, & exultate
ei cum tremore. *Quoniam regnauit dominus omnipotens*. Recte
hic omnipotentiam eius meminit. Fecit n. ex nihilo quę nõ
erant, quæſiuit qui peccato perierant, inuenit perituros:
& ex eis quos voluit, fecit miſericorditer iuſtos, ex his deni-
que tanquam ex membris ſibi eccleſiam cõſtruens, tali re-
demptam *munere donauit, vt eam ſibi ſponſam faceret,
* dignitate. cum nec ſerua eſſe meruerat. Sequitur denique: *Gaudeamus*
& exultemus, & demus ei claritatem, quoniam *venerunt nuptiæ*
agni. & vxor eius præparauit ſe. Et datum eſt ei vt veſtiretur biſ-
D ſinum candidum mundum. *Biſſinum enim* mundum, iuſtitię
ſanctorum ſunt. Hæc omnia electorum eccleſiæ conuenire
nulli ambigit ſpiritalis. Illi ſane eius ſe dicuntur ſpiritali cõ-
iugio præparare, qui operibus iuſtitiæ maluerint ſemper in-
ſiſtere. *Et* ait *mihi. Scribe: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vo-*
Mat. 8 *cati ſunt*. De hac dominus dicit: Et recumbẽt cum Abraam
Luc 12. & Iſaac & Iacob in regno cælorum itemq; Tranſiens mini-
Rom 8. ſtrabit illis, illos videlicet ſignificans, qui ſecundum pro-
Mat. 20. poſitum vocati ſunt ſancti, & in plenitudinem tranſeunt
electorum. Multi n. ſunt vocati, pauci vero electi. *Et iterum*
dixit *mihi: Hæc verba vera* & iuſta *Dei ſunt*. Tunc eccleſię diui-
nitus dicitur, quando verbum Dei eademq; veritas reuela-
tur. *Et* proſtraui me ad *pedes eius vt adorarẽ eum. Et ait mihi: Vi-*
de ne feceris, quoniam *conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorũ ha-*
bentium teſtimonium Ieſu Chriſti. *Deum adora*. Licet in princi- E
pio huius libri dixerim per aſſumptam angeli creaturã do-
minum Chriſtum Iohanni omnia reuelaſſe, quod etiam hic
maxime claret intellectui, cum ſe non ſinit adorari vt Deũ,
ſed potius monet reputari conſeruum, vnumq; Deum per-
docet adorandum, põt tamen permouere legentem, quod
etiam ille dicit: Ego ſum primus & nouiſſimus. Sed hoc ex Sup. 1.
perſona Chriſti angelum dixiſſe nouerimus. In fine denique Inf. 22.
dicit: Ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari vobis hęc in
eccleſiis. Sequitur Sanctificatio *enim teſtificationis eſt ſpiri-*
tus prophetarum. Omnis quippe ſumma prophetiæ & ſan-
ctificatio ſpiritus in teſtimonio Ieſu Chriſti conſiſtit, cui o-
mnis lex & prophetia deſeruit. Propter quod & in monte ſe ma- Mat. 17.
nifeſtans inter Moyſen & Eliam, vultus veſtiſque claritate Mar. 9.
reſplenduit. ſeq; teſtimonium à lege & prophetis habere Luc. 9.
veraciter declarauit. Si quid n. prænonciauerunt, Chriſto
& eccleſiæ famulari ipſe teſtatur, dicens de Moyſe: De me
ille ſcripſit. Nam & reſurgens, Neceſſe, inquit, eſt impleri Iohan 5.
omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſal- Luc. 24.
mis de me. Neq; ibi videtur fortaſſe Chriſti nec ſonare nec
ſignificari myſteria, ad hoc interſerũtur ex quib. omnis ſcri-
pturæ illius ſeries dicendi inſtrumẽto cõſurgens aptius cõ-
ſtruatur, ſicut in organo. Nã quicquid locorum tetigerint F
ſonat, ſed vt ſonabilis locus neceſſariæ modulationis cantũ
exerat, & religata deſeruit omnis illorum inſtructura vaſo-
rum. Deinde latius præmiſſa, breui recapitulatione retexit.
Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum
vocabatur Fidelis & Verus. Hic eſt quem ſuperius dixerat de-
bitam victoriæ percepiſſe coronam, æquum & iuſtum qui
iudicat, & prælabitur vt rex omnium ſeculorum prælìatur,
qui in ſuis ſemper membris compatitur, dimicat cũ vincit
in ſeipſo coronat, ſed virtutem certantibus præbẽs, qui pol-
licetur vincentibus premium. *Oculi autem eius* erant vt *flam-* Sup. 2.
ma ignis, & ſuper caput eius diademata multa. In quo faciem° Pſal. 59.
virtutem in ipſo multitudo ſanctorum, coronatum dicitur
habere decorem. *Et habens nomen* magnum *ſcriptum, quod ne-*
mo nouit niſi ipſe. Verbi Dei perfecta cognitio illis manifeſta-
tur, qui corpus Chriſti & mẽbra eſſe meruerint, vtpote cor-
pori caput notitiam ſui ſpecialiter tribuit, ipſe aũt nouit quod
eccleſia in ipſo ſcire meruerit. Qui n. adhæret domino, ait 1. Cor 6.
Apoſtolus, vnus ſpiritus eſt. erunt n. duo in carne vna. Hoc 5. Cor. 2.
nomen nec Iudæi, nec alienigenæ, nec hæretici cognoue-
runt. Si n. cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ cruci- G
fixiſſent. Itemque: Mundus te, inquit, non cognouit, ſuiſq; Ioh. 17.
rurſum diſcipulis dicit: Vos autem videbitis me, quia ego
viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis, quia ego in Iohan. 14
patre meo & vos in me & ego in vobis. Vnde etiã à diſcipu- Ibidem
lis reſpondetur: Domine, quid factum eſt, quia nobis mani-
feſtaturus es teipſum, & non mundo? Quod autem attinet
ad hæreticos, idem rurſus dicit eis: Vobis datum eſt noſſe
myſterium regni Dei, illis autem qui foris ſunt, in parabolis Matt. 13
omnia fiunt vt videntes videant & non intelligant. Habens Mar. 4.
nomen magnum ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe. Ca- Luc. 7.
uendum ſane eſt, ne carnali prudentia ſubripiente, nomen
filii, de quo nunc agitur, aut patri, aut ſpiritui ſãcto putetur
incognitum, ſed potius huius loci opportunitatẽ nacti, vſitata
ſcripturæ locutione, hoc ex more nouerim° expreſſum quod
ſicut ſolus filius noſſe dicitur, omnis profus trinitas ſcire do-
ceatur: ſicut & ſi quid pater ſolus ſcire narratur, cũ ſua procul-
dubio ſapiẽtia quæ Chriſtus eſt, vel cum ſuo ſpiritu qui patris
& filii ſpiritus creditur, noſſe probetur. Nã cum diẽ iudicii 1. Cor 1.
ſolus pater noſſe perhibetur, ſcire profecto & filius & ſpiri- H
tusſanctus non negatur: ſic etiam cum ſpiritusſanctus ſolus Mar. 13.
aliquid ſcire dicitur, & per ſimilem locutionis modum pa-
tris nomen vel filii tenetur. Scire tamen modis omnib. de-
claratur. vbi Apoſtol° dicit: Nemo ſcit hominum quæ ſunt ho- 1. Cor. 2.
minis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, ita & quæ in Deo
ſunt nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei, à qua ſi ſeorſum aut pa-
trem, aut filium ſeparare, demens eſt. Neque n. qui alibi Ephe. 4.
dicit, Nolite cõtriſtare ſpiritum ſanctum Dei, in quo ſigna-
ti eſtis, in diẽ redemptionis veſtræ, quia patrem & filium ſi-
luit, i. eorum perſonã ab opere noſtræ redemptionis exclu-
ſit, cum per indiuiduã vnius naturæ potentiã inſeparabilia
doceantur opera trinitatis. Nam quod dominus in euangelio Mar. 13.
dicit, diem illum iudicii neq; filium, ſed patrem ſolum ſcire

illa

A illa regula locutionis hoc dicitur: qua ſciendo aliquid ſcientes facit, & neſcientes efficit neſciendo. Quocirca per inſinuatam intelligentiæ regulam, nomen filii quod illi ſoli dicitur cognitum, & patri & ſpiritui ſancto cognoſcimus manifeſtum. Nam de filio hæc dici euidens conſequentia proteſtatur, cum dicitur: *Et erat* coopertus veſtem aſperſam *ſanguine, &* dicitur *nomen eius Verbum Dei.* Si nulli nomen eius noſſe conceditur, cur aperte Verbum Dei nũc prædicatur?
Iohan. 3. Sed ſicut legimus, Nemo aſcẽdit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, filius hominis qui eſt in cælo. vt ſic intelligamus, quod ſi quis membrorum aſcenderit, in ipſo capite & per ipſum caput meretur aſcendere: qui hoc ſuis membris & ſperari dedit promittendo & poſſideri faciet implẽdo. Ita & hic ſolus Chriſtus noſſe dicitur, quod eius ſponſæ in ipſo ſcire conceditur: per quem & in quo eccleſia perdocetur. Sparſam porro dicens ſanguine veſtẽ Chriſti, paſſionis eius indicia deſcribitur, ſiue in ipſo capite, ſiue in corpore quod
Colo. 1. eſt eccleſia. Hinc Apoſtolus ad Hebræos docet, ab initio ſi-
Hebr. 9. ne ſanguine remiſſionem peccatorum non celebrari in illis
B legalibus pecorum victimis. De eccleſia quoque dicit, vt adimpleam ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea,
Colo. 1. memor vocis auditæ: Saule Saule, quid me perſequeris? Quicquid enim eccleſia patitur, Chriſtus pati veraciter di-
Act. 9 citur. De quo idẽ Apoſtolus dicit: Semel paſſus eſt ad mul-
Hebr. 9. torum exhauriẽda peccata. Huius veſtis ſic Iſaias quoq; ha-
Iſai. 63. bitum memorat: Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Bozra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gentib. non eſt vir mecum &c. *Et exercitus qui ſunt in cælo, ſequebantur eum in equis*
1. Cor. 3. *albis.* In cælo in eccleſia. tanquã reuelata facie gloriã domini
Pſal. 50. ſpeculantes. Omnes mundi corde ſuper niuem gratia dealbati, Chriſtum ſequi dicuntur. Induit byſſinum album mũdum, quod ſuperius iuſtitias definiuit eſſe ſanctorum, quibus cum ſua vnicuiq; diſtribuunt, corpuſq; & animũ Deo ſubijciunt, in equis albis, id eſt, corpore & mente candidi ſemper incedunt, præcedẽtes ſequentes Chriſti veſtigia cui in
Cant. 1. Cantico Canticorum dicitur: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus. *Et de ore eius* exiebat *gladius vtraque parte acutus*, vt ex eo percuteret nationes. *& ipſe reget eos in virga ferrea.* Vtrinque acutus, ſiue acie gemini teſtamenti ſi-
Pro. 31. gnificat, ſiue quod de ſapientia legimus: Legem & miſeri-
C cordiam in lingua portat, tanquam iudicium & miſericordiam. Virga autem ferrea, iuſtitiæ inde mutabilis rectitudo.
Pſal. 2. *& ipſe* calcauit *torcular vini iræ Dei* magni *omnipotentis.* Sicut accedente tritura exuta paleis frumenta in horreis recluduntur, ſic in torculari pondere depreſſionis adhibito, aut vinũ à vinaccis, aut oleum ab amurca de more perſpicaciter eli-
Iſaiæ 5. quatur. Quod de vinea propheta deſcribens, dicit. Et tor-
Mat. 21. cular fodit in ea. Hoc fit in eccleſia cum aut aduerſitate perſecutionis extorta, aut occaſione alicuius calamitatis adempta, alij tanquam amurca corruũt irremediabili lapſu præcipites, alij probabili culmine nitent clariores. *Habet* etiã *in veſte & in femore ſuo* nomen *ſcriptum, Rex regũ, & dominus* do-
Ephe. 5. minorũ. In veſte in eccleſia quam Chriſtus indutus eſt, quã ſecundum Apoſtolum, mundauit lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ſibi ipſe eccleſiam glorioſam, non habentem maculam neq; rugam. Vt veſtis n. mundatur, ne maculam incurrat: extenditur, ne rugam contrahat. Sed & femore illius poſteritas ſeminis deſignatur, in quo benedicentur omnes gentes iuxta apoſtolum docentem: Non dixit: & ſe-
D minibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Cui tanquam mortuo fratri ſecundum vetu-
Galat. 3. ſtæ conſuetudinis legem, ſemen ſpiritaliter idem Apoſto-
Deut. 25. lus ſuſcitans, dicit: Ne quis dicat quod in nomine meo ba-
Matt. 22. ptizati eſtis, cum ab Ieruſalem vſque ad Illyricum ſe dicat
1. Cor. 1. omnia euangelio repleuiſſe, quibus gentibus veraciter di-
Rom. 15. ceret, in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. In hoc
1. Cor. 4. ergo femore tanquam in filiis propagatis Chriſti notitia nõ
2. Cor. 3. atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed
Gala. 3. in tabulis cordis carnalib. ſcribitur. Qui cum regẽ regum, & dominum fatentur omnium dominorum, quibus hæc inſcriptio femoris reputatur credentibus in eum, & benedicentur cum fideli Abraam. *Et vidi vnum angelum ſtantem in*
ſole. Angelum eccleſiam prædicantem dicit. Recte ſane ad- Gen. 6
iecit vnum. Vna eſt enim columba mea, propter ſeruandæ vnitatis myſterium, in ſole, vbi iam clareat, nec propter metum vlterius lateat. *& clamauit voce magna.* In magna voce, libertas intelligenda eſt magnæ fiduciæ. *dicens omnibus auibus cæli.* Aues pro locorum qualitatibus aliquando intelliguntur malæ, aliquando bonæ. Hic ſanè ſicut dudum aquilæ volã- Sup. 8.
tis ſpecies inducitur, ita nunc inuitantur ſpirituales ad cœnam. De qua Petro qui præſentis figuram geſtabat eccleſiæ, dicebatur: Macta & mãduca, cum occiduntur quod fuerũt vt fierent quod ipſe, id eſt, fidelis, & in corpus tranſeuntes Act. 10.
eccleſiæ membris Chriſti complantati conregnant. Si quid Rom. 6.
enim manducamus, in corpus noſtrum traijcimus. *Venite,* inquit. *ad cœnam magnam Dei vt edatis carnes regum & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum. & ſedentium* ſuper eos. *& carnes omnium liberorum & ſeruorum & puſillorũ & magnorum.* Equorum & ſedentium in eis intelligi poteſt præpoſitorum, quod erroris & eorum quos ſeducebant ante fallaciis, eo quod de eorum quoque numero conuerſos ſuſcipit eccleſia, liberos cælibatum tenentes, ſeruos, coniu- F
gatos, puſillos promiſcuum & ignobile vulg' magnos, aut philoſophos, aut vel genere vel facultate ſublimes. *Et vidi beſtiam* id eſt, diabolum, *& reges terræ, & exercitus eorum* collectos *ad faciẽdum* bellum *cum* ſedente ſuper equum album *& cum exercitu eius*, id eſt, cum Chriſto & eccleſia. Præmiſſa ſimilium expoſitione locorum, hic quoque poteſt locus agnoſci. *Et apprehenſa eſt beſtia, & cum illa pſeudopropheta*, diabolus & antichriſtus, vel præpoſiti totumq; corpus eius. *qui fecerat ſigna* ſub oculis eius, *quibus* ſignis ſeducti erant adorare imaginem *beſtiæ, & qui acceperant* caragma illius, *Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis* igne & *ſulphure.* Duo caput & corpus diaboli eiuſq; ſocietas præoccupata narratione; quod adhuc futurum erat extremo tempore. *Et cæteri occiſi ſunt gladio ſedentis ſuper equum* album, *qui* exierat *de ore eius.* Vnum corpus diuiſit in partes, volens oſtendere etiam pridem mortuos eſſe illos, quos viuentes Chriſti inueniet ſecundus aduentus, ſicut legimus: Quem dominus Ieſus 2. Thes. 2.
interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. *Et omnes aues ſaturatæ ſunt ex carnibus eorum.* Non vſque adeo debemus carnaliter ſapere, vt ſanctos tanquam alitum petentes carnibus impiorum ſaturari credamus. ſed reuelata ſanctis diuina æquitate iudicii, qua plenitudinem red- G
mens electorum, damnandos cæteros ſanxerit, ſaturari dicuntur huius cognitione iuſtitiæ, quã in hac vita eſurire & ſitire quis poterit, non perfecte comprehendere. Nam & Matth. 5.
Iſaias Dei nutu de impiis loquens, Et erunt, inquit, vſq; ad Iſa. 66.
ſatietatem viſionis omni carni. Hanc puto ſaturitatem hic poni auium præmiſſam. Nam & Apoſtolus quoq; fatetur Phil. 3.
hic ſe necdum perfecte percepiſſe, dicens: Non quod iam perceperim, aut iam perfectus ſim, ſequor autem ſi & comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto. Nõ itaq; eorum damnatione gaudebunt, ſed quod diuinæ iuſtitiæ luce ſatiati iam gaudeant. Aliter poſſunt & in malo aues intelligi angeli tranſgreſſores, qui cum ſuos ad interitũ perduxerint ſectatores, ſic malo deſiderio expleto, ſatiari dicũtur carnibus perditorum, de eorum captantes damnatione ſatietatem, quibus ſe autores præbuerant ad errorem.

Et vidi angelum fortem *deſcendentem de cælo habẽtem clauem* Cap. 20.
abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et tenuit *draconem* illum, *ſerpentem antiquum. qui* cognominatus *eſt diabolus & ſathanas, & alligauit eum mille* annis. Angelum deſcendentem H
de cælo, dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ accipimus, qui magni conſilii angelus nuncupatur, quiq; mortalium viſi- Iſai. 9.
tans regionem. fortior alligare voluit fortem, vt ei vaſa quæ Luc. 11.
dudum iræ fuerant, vaſa miſericordiæ perfeciſſet, hoc peragens opere, quod ante promiſerat prædicatione: Nemo, in- Mat. 12.
quiens, põt domum fortis intrare, & vaſa eius diripere, niſi Rom. 9.
prius alligauerit fortem, id eſt, diabolum. Clauis abyſſi, eſt Marc. 3.
diuinorum profunditas iudiciorum. Iudicia n. Dei abyſſus Pſal. 35.
multa. Soli quippe cognitũ eſt, qui de multitudine peccatorum in plenitudinẽ deuocantis intellectorum. Huic alibi legimus: Qui clauſiſti abyſſum & ſignaſti ſuper eum. In eo aũt diabolum catenis dicitur alligaſſe, in quo eius poteſtatẽ à ſeducendis hominibus, qui liberãdi fuerant cohibens refrenauit.

A frenauit. Mille autem anni duobus modis poſſunt intelligi,
aut quia multis annis mille iſta res agitur, id eſt, ſexto anno-
rum millenario quantumcunq; vſque ad finem ſeculi pro-
telenir, cuius nunc ſpatia poſteriora voluuntur, ſequuturo
deinceps ſabbato quod non habet veſperá, requies ſcilicet
ſanctorum quæ nó habet finem, vt huius millenarii tanquá
diei nouiſſimam parté quæ remanebit vſq; ad terminum ſe-
culi, mille annos appellet, eo loquendi modo quo pars ſi-
gnificatur pro toto. aut certe mille annos pro annis omnibus
huius ſeculi poſuit, vt perfecto numero notaretur ipſa té-
poris plenitudo. Millenarius quippe numerus denarii nu-
meri quadratum ſolidú reddit. Decé quippe decies ducta,
faciunt centum, quæ iam figura quadrata, ſed nondú plena
eſt. vt autem in altitudinem ſurgat & ſolida fiat rurſus cen-
Pſ. 104. tú decies multiplicantur, & mille ſunt. Nec illud melius in-
telligitur, quod in pſalmo legitur: Memor fuit in ſeculú te-
ſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes, i.
omnes. *Et miſit* illum, inquit, *in abyſſum*. Vtiq; diabolú miſit
in abyſſum, quo nomine ſignificata eſt multitudo innume-
rabilis impiorum, quorum in malignitatem aduerſum ec-
cleſiam Dei multú profunda ſunt corda. Non quia ibi dia-
bolus ante nó erat, ſed ideo illuc dicitur miſſus, quia exclu-
B ſus à credentibus, plus cœpit impios poſſidere. Plus nanq;
poſſidetur à diabolo, qui non ſolum alienatus à Deo verum
etiam gratis odit ſeruientes Deo. *& clauſit & ſignauit*
ſuper eum, *vt non* ſeduceret iam *gentes donec* finiantur
mille anni. Clauſit ſuper eú, dicit interdixit ei ne vetitú tráſ-
gredi vlterius præſumpſiſſet. Signauit auté quod addidit, ſi-
gnificaſſe mihi videtur, quod occultú eſſe voluit, qui perti-
neant ad partem diaboli, & qui non pertineant. Aliquanti
enim de ſtabilibus cadunt, & de reprobis certi ſructoſá có-
punctis conuerſione ſaluantur. Ab eis autem gentibus ſe-
ducendis huius interdicti vinculo & clauſtro diabolus pro-
Ephe. 2. hibetur atque cohibetur, quos pertinentes ad Chriſtum ſe-
ducebat antea vel tenebat. Hos enim Deus eligit ante mú-
di conſtitutionem eruere de poteſtate tenebrarú, & tranſ-
ferre in regnum filii dilectionis ſuæ, ſicut Apoſtolus dicit.
Iam ſeducere illum gentes etiam nunc, & ſecum trahere in
æternam pœnam, ſed non prædeſtinatos in æternam vi-
2. Tim. 2. tam, quis fidelis ignorat? Nouit enim dominus qui
ſunt eius. Ex his in ęterná damnationé neminem ille ſeducit.
Ad hoc n. diabolus ligatus eſt & incluſus abyſſo, vt iá nú ſe-
ducat gentes ex quibus conſtat eccleſia, quas ante ſeductas
tenebat antequam eſſet eccleſiæ. Neque n. dictú eſt, vt iá
non ſeduceret aliquem, ſed vt non ſeduceret, inquit iá gen-
C tes, in quibus eccleſiá proculdubio voluit intelligi. Donec
finiantur, inquit mille anni, id eſt, aut quod remanebat de
ſexto die qui conſtat ex mille annis, aut omnes anni quibus
deinceps hoc ſeculú peragendú eſt. Donec autem ſic impo-
ſuit, non quia poſtea ſit ſeducturus eas duntaxat, gentes, ex
quibus prædeſtinata conſtat eccleſia, à quibus ſeducendis
illo eſt vinculo caſtroq; prohibitus, ſicut illa locutione iam
dictum eſt. Sic & in pſalmo: Sicut oculi noſtri ad dominum
Pſa. 122. Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. Neque enim cum
miſertus fuerit, ad Deum ſeruorum oculi vltra non eſſe pu-
tandi ſunt. aut certe iſte eſt ordo verború: Et clauſit & ſigna-
uit ſuper eum donec finiantur mille anni vt non ſeduceret
iam gentes, id eſt, ideo clauſit donec finiantur mille anni, vt
non ſeduceret iam gentes. *Poſt* hæc, inquit, *oportet* eum *ſolui*
breui *tempore*. Si hoc eſt diabolo ligari, & includi eccleſiam,
non poſſe ſeducere hoc ergo erit ſolutio eius vt poſſit. ab-
Ephe. 1. ſit. Nunquam enim ab illo eccleſia ſeducitur, prædeſtinata
2. Tim. 2. & electa ante mundi conſtitutionem, de qua dictum eſt:
D Nouit dominus qui ſunt eius, ſed alligatio diaboli eſt, non
permitti exercere totam tentationem quá poteſt vel vi, vel
dolo ad ſeducendos homines in partem ſuam vel cogendo
violenter, vel fallendo. Quod ſi permitteretur, in tá longo
tempore & tanta infirmitate multorú plurimos tales, qua-
les Deus id perpeti non vult, & fideles deiiceret idcirco al-
ligatus eſt: Tunc auté ſoluetur, quando & breue tempus
erit. Nam tribus annis & ſex menſibus legitur totis ſuis, ſuo-
rumq; viribus ſæuiturus, & tales erunt cum quibus belli-
gerádú eſt, vt vinci tanto eius impetu inſidiiſq; non poſſint.
Si autem nunquam ſolueretur, minus appareret eius ma-
ligna potentia minus ſanctæ ciuitatis fideliſſima patientia

probaretur, minus deniq; perſpiceretur quám magno eius E
malo tam bene fuerit vſus omnipotens Deus. Hæc auté alli-
gatio diaboli, non ſolú facta eſt ex quo cœpit, eccleſia præ-
ter Iudæam terram in nationes alias dilatari, ſed etiam nunc
fit, & fiet vſq; ad terminum ſeculi quo ſoluendus eſt, quia &
nunc homines quádo ab infidelitate in qua eos poſſidebat,
conuertuntur ad fidé, ille vtiq; fortis alligatur, quando ab
eo vaſa eius eripiuntur. *Et vidi* inquit, *ſedes* in viſione, *& ſe-* Mat. 12.
dentes ſuper *eas, & iudicium datum eſt* eis, Cum dixiſſet alli- Marc. 3.
gato diabolo per mille annos ſeducendi ademptam fuiſſe Luk. 11.
ſolutam poteſtatem, eiuſq; ſolutionem futuram breui tem-
pore prædixiſſet, tunc recapitulando quid in iſtis mille an-
nis agit eccleſia vel agatur in ea, dixit: Et vidi ſedes & ſeden
tes ſuper eas, & iudicium datum eſt eis. Non hoc putandú
eſt de vltimo iudicio, ſed de regimine potius intelligendú
eſt præpoſitorum, per quos nunc præſidentes eccleſia gu-
bernatur, quę à ſuo rege probabili meruit audire ſanctione: Mat. 16.
Quæ ligaueris in terra, ligata erunt & in cælo: & quæ ſolue-
ris in terra, erunt ſoluta & in cælo. Vnde Apoſtolus: Quid 1. Cor. 5.
n. mihi eſt inquit, de his quæ foris ſunt iudicare? nonne de
his qui intus ſunt vos iudicatis? *&* animæ, inquit, occiſo-
rum *propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei*. Subaudi-
tur quod poſtea hic dicturus eſt, regnabunt cum Ieſu mille F
annis, animæ ſcilicet martyrum nondú ſibi corporibus ſuis
redditis. neq; n. piorum animæ mortuorum ſeparantur ab
eccleſia, quę nunc etiam eſt regnum Chriſti, alioqui nec ad
altare Chriſti fieret eorum memoria in communicatione
corporis Chriſti. Quamuis ergo cum ſuis corporibus non-
dum, iá tamen eorum animæ regnant cum illo, cú iſti mille
anni decurrút. Vnde in hoc libro dicitur: Beati mortui, qui Sup. 14.
in domino moriuntur. Regnat itaq; cú Chriſto nũc primú
eccleſia in viuis & mortuis. Propterea n. ſicut ait Apoſtol⁹
Mortuus eſt Chriſtus, vt & viuorum & mortuorum do- Rom. 14.
minetur. Sed ideo martyrum tantú animas commemora-
uit, quia ipſi præcipue regnant poſt mortem, qui vſque ad
mortem pro veritate certauerunt. Sed à parte totum etiam
cæteros mortuos intelligemus pertinẽtes ad eccleſiá, quod
eſt regnum Chriſti. Quod vero ſequitur, *Et ſi qui non adora-*
uerunt beſtiam nec *imaginem eius*, neq; *acceperunt* ſcriptionem
in fronte *aut in* manu ſua, ſimul de viuis & mortuis debe-
mus accipere. Quæ ſit porro beſtia iſta quam iuſſit, diligen-
tius requirendum, non tamen abhorret à fide recta, vt ipſa
impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium contrari-
us populo fideli & ciuitati Dei. imago vero eius, ſimulatio
eius mihi videtur, in eis videlicet omnibus, qui velut fidem
profitentur, & infideliter viuunt. Fingunt enim ſe eſſe quod
non ſunt, vocantur quod veraci effigie, ſed fallaci imagine G
Chriſtiani, ad eandem nanq; beſtiam pertinent. Non ſolú 1 Tim. 2.
aperte inimici nominis Chriſti, & eius glorioſiſſimæ ciuita-
tis, ſed etiam zizania quæ de regno eius, quod eſt eccleſia,
in fine ſeculi colligenda ſunt. Et qui ſunt qui nó adorant be-
ſtiam nec imaginem eius, niſi qui faciunt quod ait Apoſto-
lus. Ne ſitis iugú ducentes cum infidelibus? non adorant n.
id eſt, non conſentiunt, non ſubiiciuntur. Neque accipiunt
inſcriptionem, notam ſcilicet criminis in fronte propter
profeſſioné, in manu propter operationem. Ab his igitur
mali alieni, ſiue adhuc in iſta mortali carne viuentes, ſiue
defuncti, regnát cum Chriſto iam nunc modo quodá huic
tempore congruo per totum hoc interuallum, quod nu-
mero mille annorum ſignificatur. Reliqui eorum *non vixe-* Iohan 5.
runt, inquit, Hora enim nunc eſt, cum mortui audiunt vocé
filii Dei, & qui audierint, viuent. Reliqui ergo eorum non
viuent. Quod vero ſubdidit, *donec* finiantur *mille anni*, intel-
ligendum eſt, quod eo tempore non vixerunt qui viuere H
debuerunt, ad vitam ſcilicet de morte tranſeundo: & ideo
cú dies venerit quo fiat & corporú reſurrectio, non ad vitá
de monumentis procedent, ſed ad iudicium, ad damnatio-
nem ſcilicet, quæ ſecunda mors dicitur. Donec finiantur n. Iohan 5.
mille anni, quicunq; non vixerunt, id eſt, toto iſto tempore
quo agitur reſurrectio prima, & non audierint vocem fi-
lii Dei, vt ad vitam de morte tranſeant. profecto in ſecunda
reſurrectione quæ carnis eſt, in mortem ſecúdam cum ipſa
carne tranſibunt. Sequitur enim & dixit: *Hæc reſurrectio*
prima eſt. Beatus & ſanctus qui habet parté in hac prima reſurre-
ctione. Id eſt, particeps ei⁹ fuerit. Ipſe auté eſt particeps eius.

A qui non ſolum à morte, quæ in peccatis eſt reuiuiſcit, verumetiam in eo quod reuixerit permanebit. *In iſtis*, inquit, *ſecunda mors non habet poteſtatem.* Habet ergo in reliquis, de quibus ſuperius ait, Reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni, quoniam toto iſto temporis interuallo quod mille annos vocat, quantumcunq; in eo quiſq; eorum vixit in corpore, non reuixit à morte. Quod autem cum dixiſſet, in iſtis ſecunda mors non habet poteſtatem, Pſa 104. adiunxit dicens: *Sederunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabũt cum eo mille annis.* Non vtiq; de ſolis epiſcopis & presbyteris dictum eſt, ſed etiam ſicut omnes Chriſtos dicimus, ꝓ- 1.Pet.2. pter myſticum chriſma, ſic omnes ſacerdotes, quoniam omnes membra ſunt vnius ſacerdotis, de quibus apoſtolus Petrus: Gens, inquit, ſancta, regale ſacerdotium. *Et cum finiti fuerint*, inquit, *mille anni, ſoluetur ſathanas de* cuſtodia ſua, *& exibit* ad ſeducendas nationes, *quæ ſunt* in *quatuor* angulis *terræ, Gog & Magog, & trahet* eas *in* bellum *quorum numerus eſt vt arena maris.* Ad hoc ergo tunc ſeducit, vt eos in bellum trahat. nam & antea modis quibus poterat, per mala multa & varia ſeducebat. Exibit autem, dictum eſt, in apertam perſecutionem de latebris erumpet odiorum nouiſſima per- B ſecutione indicio, propterea antequam tota eccleſia & ciuitates Chriſti ab vniuerſa diaboli ciuitate patietur quan- Ezec. 38. 39. tacunq; erit vtraq; ſuper terram. Gentes porro iſtæ Gog & Magog, quidam ſuſpicantur Getas & Maſſageras propter primas horum nominum literas. Sed interpretatione nominum intendentes, meliorem his coaptare cognoſcimus intellectum. Nam Gog dicitur tectum, Magog de tecto, tanquã domus & ipſe qui procedit de domo. Gentes ergo ſunt in quibus diabolum velut in abyſſo ſuperius intelligebamus incluſum, & ipſe de illis quodammodo ſeſe efferẽs, & procedens vt illæ ſint tectum, ille de tecto. Si autẽ vtrunque referamus ad gentes, non vnum horum ad illas, alterũ ad diabolum, & tectum ipſæ ſunt, quia in eis nunc includitur & tegitur inimicus & de tecto ipſæ erunt, quando in apertũ odium erupturæ erunt. Quod vero ait, *Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & cinxerunt caſtra ſanctorũ & dilectã ciuitatem*, non vtique ad vnum locum veniſſe vel venturæ eſſe ſignificatæ ſunt, quaſi vno aliquo loco futura ſint caſtra ſanctorum & dilecta ciuitas, cum hæc non ſit niſi Chriſti C eccleſia, toto terrarum orbe diffuſa. Ac per hoc vbicunque tunc erit quæ in omnibus gentibus erit, quod ſignificatum eſt nomine latitudinis terræ, vbi erunt caſtra ſanctorum, ibi dilecta Deo ciuitas erit, ibi ab omnibus inimicis ſuis perſecutionis illius immanitate cingetur: hoc eſt, in anguſtijs tribulationis artabitur, vrgebitur, concludetur: nec militiã Mat 25. ſuã deſerit, quę vocabulo eſt appellata caſtrorũ. Quod vero ait, *Et deſcendit ignis de cœlo, & comedit eos*, nõ extremum putandum id eſſe ſupplicium, quo impios nouimus cruciandos, ſed ignis potius inuidentiæ quo cruciabitur aduerſitas de firmitate ſanctorum. firmamentum enim eſt, vnde quia ſanctis ſtabilitas veniat, merito perſequentibus quoq; inde ignis dicitur aduenire. Hinc legimus, Zelus apprehẽdit populum ineruditum, & nunc ignis aduerſarios cõſumet. Hęc perſecutio nouiſſima, quæ futura eſt ab antichriſto tribus annis & ſex menſibus, erit. Quod tempus quamuis exiguũ, vtrum ad mille annos pertineat, quibus & diabolum ligatũ dicit, & ſanctos regnare cũ Chriſto, an in eiſdem annis hoc paruum ſpatium ſuperaddatur, atq; extra ſit merito ambigitur. quia ſi dixerimus ad eoſdẽ annos pertinere, non tan- D to tempore, ſed prolixiore cum Chriſto regnũ ſanctorũ reperietur extendi, q̃ diabolus alligari. Profecto n. ſancti cum ſuo rege etiã in ipſa præcipue perſecutione regnabunt mala tanta vincentes, quando iã diabolus nõ erit alligatus, vt eos perſequi omnibus viribus poſſit. Quomodo ergo iſta ſcriptura eiſdẽ mille annis vtrumq; determinat, diaboli ſc. alligationẽ regnumq; ſanctorũ, cũ triũ annorũ & ſex menſium interuallo prius deſignatur alligatio diaboli, quam regnum ſanctorum finiri in his annis mille cum Chriſto? Si autem dixerimus paruum perſecutionis huius hoc ſpatium non computandũ in mille annis, ſed eis impletis potius adijciẽdum, vt proprie poſſit intelligi. Quod cũ dixiſſet, ſacerdotes Dei & Chriſti & regnabunt cũ eo mille anni, adiecit: & cum finiti fuerint mille anni, ſoluetur ſathanas de cuſtodia ſua. Iſto enim modo & regnum ſanctorum & vinculũ diaboli ſimul ceſſaturũ eſſe ſignificat. Vnde iſtæ perſecutionis E illius tempus, nec ad ſanctorum regnum, nec ad cuſtodiam ſathanæ, quorum vtrunq; in mille annis eſt pertinere, ſed ſuperadditum & extra computandum eſſe credatur, cogimur fateri ſanctos in illa perſecutione regnaturos non eſſe cum Chriſto, ſed quis audeat dicere tunc cum illo non regnatura ſua membra, quando et maxime atq; fortiſſime cohærebunt, & quo tempore quanto erit acrior impetus belli, tanto maior gloria non cedendi, tanto denſior corona martyrij? Quocirca cũ Chriſto regnantium ſanctorũ plures anni fuerunt q̃ vinculi diaboli atq; cuſtodiæ, quia illi cum rege ſuo Dei filio, iam diabolo non ligato, etiam per tres illos annos ac ſemiſſem regnabunt. Remanet igitur vt cum audiamus, ſacerdotes Dei & Chriſti regnabunt cum eo mille annis, & cum finiti fuerint mille anni ſoluetur ſathanas de cuſtodia ſua, aut non regni huius ſanctorum intelligamus annos mille finiri, ſed vinculi diaboli atq; cuſtodiæ, vt annos mille i. annos omnes ſuos quæq; pars habeat diuerſis ac proprijs prolixitatibus finiendos, ampliores ſanctorum regno, breuiores diaboli vinculo. Aut certe quia breuiſſimum tempus triennij & ſex menſium cõputari no- F luit; ſiue quod amplius videtur regnum habere ſanctorum, ſicut talia in ſacris ſæpe literis inuenimus. Poſt hanc autem commemorationem nouiſſimæ perſecutionis, breuiter cõplectitur totum, quod vltimo iudicio diabolus & cum ſuo principe ciuitas inimica paſſura eſt. Dicit enim: *Et diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulfuris, quo & beſtia & pſeudopropheta cruciabuntur die & nocte in ſecula ſeculorũ.* Beſtia bene intelligitur ipſa impia ciuitas, pſeudopropheta vero eius antichriſtus eſt, aut imago illa, id eſt, figmentum de quo hic locutus eſt. *Et vidi*, inquit, *thronum magnum & candidum & ſedentem ſuper eum, cuius à facie fugit cælum & terra, & locus* eorum *inuentus non eſt.* Eum ſe vidiſſe dicit in throno ſedentem, cuius à facie fugit cælum & terra. Poſtea quippe peracto iudicio eſſe deſinunt cælum & terra, cum incipiet eſſe cælum nouum & terra noua, mutatione ſẽ rerum non omnimodo interiturarũ, tranſibit hic mũdus, vnde & Apoſtolus dicit: Præterijt enim figura huius 1.Cor.7. ſeculi. Figura ergo præterit, non natura. *Et vidi*, inquit, *mortuos magnos & puſillos, & aperti ſunt libri, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ* vniuſcuiuſque, *& iudicati ſunt mortui ex* ipſis ſcripturis librorum *ſecundum* facta ſua. Libros dixit eſſe a- G pertos & librum, ſed librum cuiuſmodi non tacuit. Illi itaque intelliguntur noui & veteris teſtamenti, vt cum in eis oſtenderetur quod Deus fieri præcepiſſet, in illo clareret, quid horum quiſque feciſſet ſiue non feciſſet. Qui liber nõ carnaliter cogitandus eſt, nec tanquam ſcripto exaratus vitas continere putãdus eſt ſingulorum iudicio recenſendas. Quædã enim vis eſt intelligenda diuina, qua fiet vt cuicunque opera ſua, vel bona, vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernãtur, vt accuſet vel excuſet ſcientia conſcientiam, atq; ita ſimul & omnes & ſinguli iudicentur, quæ nimirum diuina vis libri nomẽ accepit. In ea quippe quodãmodo legitur, quicquid ea faciente recolitur. Vt autem oſtenderet qui mortui iudicati ſunt puſilli & magni, recapitulando dicit tanquam rediens quo præterierat, potius diſtulerat *& exhibuit mortuos mare qui in eo erant, & mors & infernus* reddiderunt *mortuos* quos in ſe habebãt. Hoc proculdubio prius factũ eſt, q̃ H eſſent mortui iudicati. Ideo recapitulauit quod intermiſerat. nũc autem ordinem tenens, dicit: *& iudicati ſunt ſinguli ſecundum* facta ſua. Sed qui ſunt mortui quos exhibuit mare, niſi illi quos in ſeculo poſitos ſecundus Chriſti inuenit aduentus: & bonos ſcilicet & malos mortuorum ſignificans nomine, bonos, quibus dicitur, Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in Deo. malos vero, de quibus dicitur: Sine mortuos, ſepeliant mortuos ſuos. Poſ- Col.3. ſunt mortui etiam propter hoc dici, q mortalia gerunt corpora. vnde Apoſtolus: Corpus quidem, inquit, mortuũ eſt Mat 8. Luc 9 propter peccatum, ſpiritus autem viuit propter iuſtitiam, Rom. 8. vtrunque in homine viuente in hoc corpore eſſe demonſtrans. Mare itaque, ait, exhibuit: quia ſicut inuenti ſunt, affuerunt. Mors vero & infernus reddiderunt, quoniam vitæ de qua iam exierunt, reuocauerunt. Nec fruſtra fortaſſe nõ ſatis fuit, vt diceret: Mors aut infernus, ſed vtrunque dictũ

eſt. Mors

A eſt. Mors propter bonos, qui tantúmodo mortem perpeti potuerunt, non & infernum. Infernus autem, propter malos qui & pœnas apud inferos pendunt. Si enim non abſurde credi videtur, antiquos etiam ſanctos qui venturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidem à tormentis impiorum remotiſſimis & apud inferos fuiſſe, donec eos inde Chriſti ſanguis & ad ea loca deſcenſus erueret, profectò deinceps boni fideles effuſo illo precio iam redempti, prorſus inferos neſciunt, donec receptis etiam corporibus, bona recipiant quæ merentur. Cum autem dixiſſet, & iudicati ſunt ſinguli ſecundū facta ſua breuiter ſubiecit, quomodo: *Mors & infernum*, inquit, *miſſi ſunt in ſtagnum ignis*. His nominibus ſignificat diabolū, quoniā mortis eſt autor infernarumque pœnarum, vniuerſamque ſimul dæmonum ſocietatē. Hoc eſt enim quod ſupra euidentius præoccupādo iam dixerat: Et diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagno ignis & ſulfuris. Quod vero ibi obſcurius adiunxerat, dicēs quod & beſtia & pſeudopropheta: hic apertius, *Et qui nō ſunt*, inquit, *inuenti in libro vitæ ſcripti, miſſi ſunt in ſtagnum ignis*. Necdum liber iſte cōmemorat ne obliuione fallatur, ſed prędeſtinationem ſignificat eorum quib. vita dabitur ęterna. Neq; enim neſcit eos Deus & in hoc libro legit vt ſciat, ſed potius, ipſa eius præſcientia, de illis quæ falli non poteſt, liber eſt vitæ in quo ſunt ſcripti, id eſt ante præcogniti. Finito autem iudicio, quo prænunciauit iudicandos malos, reſtat vt etiam de bonis dicat. *Et vidi*, inquit, *cælum nouum, & terram nouam*. Nam *primum cælum & terra* receſſerunt, *& mare iam non eſt*. Iſto fiet ordine quod ſuperius præoccupando iam dixit vidiſſe ſe ſuper thronum ſedentem, cuius à facie fugit cęlum & terra. Iudicatis videlicet impiis atque damnatis, tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit, ſicut factum eſt mundanarum aquarum inundatione diluuium, vt cęlo & terra in melius commutatis incorruptione & immortalitatis ſanctorum corpora cōgrua vtriuſq; mutatione qualitate conueniat, mundusque in melius innouatus, apte accommodetur hominibus etiam in melius innouatis. Quod autem ait: Et mare iam non eſt, verum maximo illo ardore ſiccetur, an & ipſum vertatur in melius, nō facile dixerim. Cælum quippe nouum & terram nouam futuram legimus. De mari autem nouo aliquid me vſpiam legiſſe non recolo. Quod ſi forte vt alioles prophetica locutio propriis verbis tranſlata miſcere, ac ſic quodammodo velare quod dicitur, de illo mari potuit dicere, cuius vocabulo hoc ſeculum ſignificaſſe cognoſcitur. Iam enim tunc non erit hoc ſeculum vita mortalium turbulentū ac procelloſum, quod maris nomine figurauit. *Et ciuitatem*, inquit magnam *Ieruſalem nouam, vidi deſcendentem de cælo à Deo* aptatam quaſi nouam nuptam *ornatam* marito *ſuo*. *Et audiui vocem magnam de* cælo, *dicentem*. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & erunt ipſi populus eius. & ipſe Deus erit cum eis. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors iā non erit, neque luctus neque clamor*, ſed nec vllus *dolor*, *quia* priora tranſierunt. *Et dixit* ſedens *in throno*: *Ecce noua facio omnia*. De cælo deſcendere dicitur iſta ciuitas, quoniam cæleſtis eſt gratia, qua Deus eam fecit, propter quod ei dicit etiam per Iſaiam: Ego ſum dominus faciens te. De cælo quidē ab initio ſui deſcendit, ex quo per huius ſeculi tempus gratia Dei deſuper veniente per lauacrum regenerationis in ſpiritu Sancto miſſo de cælo, ſub inde ciues eius accreſcunt, ſed per iudiciū Dei quod erit nouiſſimum per eius filium Ieſum Chriſtum, tanta eius & tam noua de Dei munere claritas apparebit, vt nulla remaneant veſtigia vetuſtatis, quādoquidem & corpora ad incorruptionem atq; immortalitatem noua ex veteri corruptione ac mortalitate tranſibunt. Hinc enim promittit, dicens: Et abſterget Deus omnē lachrymam ab oculis eorum, & mors iam non erit, neq; luctus, neq; clamor, ſed nec dolor vllus: quæ omnia nō huic, ſed futuræ vitæ certum eſt conuenire. Nunc enim in hac vita quanto quis fuerit ſanctior, ſanctiſq; deſideriis plenior, tanto eſt in oratione fletu ſuperior. Hinc legimus: Factæ ſunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. & Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, hiſq; ſimilia. *Et dixit mihi: Hæc verba fideliſſima ſunt & vera. & dixit mihi: Factū eſt*. Hæc credi oportet, non exponi, præſertim quia ſic dicit factum eſſe de præterito, vt dubitare quenquam non ſinat de futuro. *Ego ſum A & O, prim⁹ & nouiſſim⁹*. Sicut in initio libri hoc eſſe teſtatus eſt, in hoc tertio oportuit repeti, vt neque ante eum Deus, ſicut Iſaias dicit, neque poſt eum alius credatur. *Ego ſitientes dabo de fonte aquæ vitæ gratis*. De hoc fonte irrigat non credentes in via, quem vincentibus liberum hauriendum præbet in patria. Ne peregrini in hac eremo ſiti deficiāt, cum pluuntur, vt ciues facti, ex torrente deliciarum Dei irrigati debrientur. Vtrunque autem gratis, quia gratia Dei, inquit, Apoſtolus vita æterna. Sequitur: *Qui vicerit, poſſidebit hæc, & ero ei Deus & ipſe erit mihi filius*. Illā hic generationē memorat, de qua Apoſtolus dicit: Miſit Deus ſpiritū filii ſui in corda noſtra, clamantem abba pater. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes aūt Chriſti. Spe autem ſalui facti ſumus. Cum per ſpem peruenietur ad rem, ipſe Deus erit electis æternæ beatitudinis præmiū, quod ab eo poſſeſſi poſſideant in æternum. Dubiis *autē &* infidelibus. Duob⁹ hoc loco debet intelligi, de quo Iacob⁹ apoſtolus: Vir, inquit, duplex animo, inconſtans eſt in omnib. viis ſuis. & abominatis *& homicidis &* fornicariis *& veneficiis & his* quæ idolis ſeruiunt, *& omnib. mendacibus pars erit in ſtagno* ignis quod ardet, *& ſulfure quod eſt mors ſecunda*. Hęc vel vitia criminum, vel flagella pœnarum non exponenda ſunt vt intelligantur, ſed cogitanda potius quomodo per Dei gratiam deuitentur. *Et venit vnus ex ſeptem angelis, habentibus phialas* ſeptem, *plenas ſeptem plagis* vltimis. Sicut in bono vniuerſitas ſeptenario ſæpenumero figuratur, ſic & in malo poteſt vniuerſitas plagarum eodem numero comprehendi. Quod ſi illas quas ſuperius memorauit effuſas, nunc aliter plenas, mirandum quomodo mundo ſiluerit irrogatas, niſi forte hic ſenſum maluit perſtringere, quod ſe iam latius nouerat digeſſiſſe, vt nec malorum omitteret mentionem, & intentionē ſuam ad bonam mox eccleſiæ figuram diuerteret, de quibus cantat: Credo videre bona domini in terra viuentium. Sequitur deniq. *& loquutus eſt mecum dicens: Veni oſtendam tibi* nouam nuptam, *vxorem agni*, id eſt eccleſiam, *et duxit me in montē magnum & altū*, *& oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem, deſcendentem de cælo à Deo*. Hæc eſt teſtimonio veritatis ciuitas ſuper montem poſita. Hinc Iſaias: Erit, inquit, in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montiū, & eleuabitur ſuper colles, ſiue, pro illius ſummitate iuſtitiæ, de qua legimus: iuſtitia tua ſicut montes Dei, ſiue quia montes quidem & apoſtoli & prophetæ nuncupantur. Omnibus tamen præcellens eminet dominus Chriſtus tanquam mons in vertice montium, de cuius plenitudine nos, inquit accepimus, & gratiā pro gratia. Et bene de cælo à Deo. Tunc n. amplius decora videtur, quādo per ſpiritū quo eius ſponſus creditur conceptus & genitus, imaginē meruerit portare cęleſtem. Ipſa ergo ſponſa, quæ & ciuitas. *Habentē*, inquit, lumen claritatis. *Dei*. Cui dominus dicit: Vos eſtis lux mūdi, quæ vox omni corpori cōpetit Chriſti, quā ex ore veritatis tūc apoſtoli ſuſceperunt tēpore meritiſq; priores. *Et* quod illuminat eam *ſimile* eſt precioſiſſimo *lapidi*, quaſi *lapidi iaſpidis*, refulgenti in modum cryſtalli. Cum ſit diuerſi generis & coloris iaſpis & cryſtallus, bene tamen pro ſimilitudine hic vtrunq; coniunxit, cumq; precioſiſſimis mox cōparat lapidibus, cum Chriſto reuelatū vellet intelligi, de quo beatus Petrus: Lapidem, inquit, angularē precioſum, in fundamēto fundatum. *Et habet murum magnum &* latum, qui habet *portas duodecim, & in portis angelos duodecim. & nomina ſcripta duodecim filiorū Iſrael*. Murus eccleſiæ Chriſtus quem & magnum legimus & excelſum. Magnus dominus & laudabilis valde, in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius, & excelſus dominus ſuper omnes gentes. De muro autē Iſaias propheta dicit: In die illa cātabitur canticum iſtud in terra Iuda: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſaluator ponetur in ea murus & ante murale. aperite portas, & ingrediatur gens iuſta cuſtodiens veritatem vetus error abiit. vno ſpiritu eadem continentes, ſimilia narrare videntur. Sequitur deniq; etiam de portis dicens: Et portas duodecim, & in portis angulos duodecim, & nomina ſcripta duodecim tribuū filiorum Iſrael. Scimus quidem per duodecim apoſtolos dominum noſtrum vniuerſis ad fidē introitum primordia aliter præbuiſſe. Huius tamē circūſtantia loci ab hac nos intē-

Marginalia: B; C A P. 21.; Iſa. 55. C; Iſa. 43.; D; Pſal. 14. Pſal. 46.; E; Sup. 1.; Iſa. 41.; Rom. 6.; Galat. 4.; Rom. 8.; Rom. 8.; Iacob 1.; F; Pſal. 26.; Matt. 5.; Iſai. 2.; Iſai. 41.; G; Ioh. 1.; Matth. 5.; 1. Pet. 2.; H; Pſal. 47.; Pſal. 144.; Pſal. 112.; Iſa. 26.

A tione reuocauit, quando duodecim tribuum Iſrael, interpoſuit mentionem tanquam duodecim patriarchas primũ
hic intelligi volens, ex quorum ſtirpe nouimus vniuerſam
Iſraelitarum gentem ſpecialiter propagatam, & ex quibus
Rom. 11. ſecundum Apoſtolum Paulum, reliquiæ per electionem
gratiæ ſaluæ factæ ſunt, adiungens quoniam non repulit
Ibidem. Deus plebem ſuã. atq; ideo duodecim patriarchas in totidẽ
portis debemus accipere præſertim audientes quod non tu
Ibidem. radicem portas, ſed radix te. Euidenter enim dicit, & nominis ſcripta duodecim tribuum filiorum Iſrael. Hinc enim
Apoſtolus confidenter clamat. Qui ſunt cognati mei ſe-
Rom 9. cundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, gloria & teſtamentum & legiſlatio & obſequium
& promiſſa, quorum patres & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Angelos autem hic ſignificari puto illos ſeniores ac
proceres, quorum illa gens diſpenſatione ac ducatu mirabi-
Pſal. 46. liter regebatur. Quod ſi Deos ſæpe dici meminimus, quid
mirũ ſi angelos appellare credamus? Applicabitur, inquit,
Exo. 22. ad Deos. &, Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes, vt vni-
Pſal 81. uerſitatem totius plebis complexus oſtenderet, quę in prę-
B poſitis conſtat & populis. *Ab oriente porta tres, ab aquilone
porta tres, ab auſtro porta tres, ab* occidente *porta tres.* Illum
hic duodenarium numerum complectitur, qui & in apoſtolis ſimul ac ſedibus pro vniuerſitatis plenitudine nobis
inſinuatur ſæpe ſiciatus. Sedebitis inquit, mecum ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Impar enim, id eſt, ternarius per parem quaternarium multiplica-
Mat 19. tus, id eſt, ter quaterni, duodenarium facit. Sequitur: *Et muri ciuitatis* habent *fundamenta duodecim, & ſuper ea, nomina
duodecim apoſtolorum & agni.* Patriarcharum præmiſſa mentione, apoſtolus memorat. Cum nouerimus eccleſiam vnum tantum fundamentum habere, id eſt Chriſtum, moueri non debemus quid hic eam duodecim habere dicit.
1. Cor. 3. In Chriſtu enim apoſtoli meruerunt eſſe eccleſiæ fundamenta, de quo apoſtolus Fundamentum, inquit, aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus. In ipſo etiam lux apoſtoli eſſe dicuntur, cum eis dicit:
Mat 5. Vos eſtis lux huius mundi, cum ſol Chriſtus ſit, lux vera
Iohan 1. quæ illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mundũ.
C Chriſtus itaq; lumen illuminans, illi autem lumen illuminatum. Multa nobis ſimilibus dictis, ſcriptura ſancta fre-
Iaco. 1. quenter inſinuat. Iacobus denique apoſtolus dicit: Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod
creaturæ eius. Securus tamen Paulus apoſtolus præbendi
alloquitur, dicens: In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos
1 Co 4. genui. Generat autem Deus per adoptionem gratiæ, generat vero Paul' in Chriſto vel ſacramẽti adminiſtratione vel
prædicatione doctrinæ, memor tamen diuinæ admonitionis, quia dicit: Nolite vobis dicere magiſtros ſuper terram,
Mat. 23. vnus eſt enim magiſter veſter qui in cælis eſt. Similiter &
1. Cor. 1. patres. Idem Paulus alibi dicit: Nunquid Paulus pro vobis
crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? vt omniũ
fidelium intentionem & ſpem ab omnibus ſuſpendens, in
Pſa. 120. Deum ſalubri doctrina defigeret. Hoc ſenſu pſalmus quoque cecinit, dicens: Leuaui oculos meos in montes, vnde
veniat auxilium mihi. Montes intelligi volens apoſtolos &
prophetas, quos ſol iuſtitiæ Chriſt' principaliter irradiauit.
Ac ne in hominibus fidere putaretur mox ſecutus adiunxit:
D Auxilium meum à domino, qui fecit cælum & terrã. Sicut
Mala 4. etiam hic duodecim fundamenta apoſtolos, in vno tamen
P.ſa. 120. fundamento Ieſu Chriſto vocatos debemus agnoſcere. Ad
Ephe. 2. hoc pertinet quod etiam hic nomen agni non ſiluit, dicẽs:
Et ſuper ea nomina duodecim apoſtolorũ & agni. Fundamenta itaq; apoſtoli. ſed in vno fundamento Ieſu. Et ſolus
Chriſtus ſine apoſtolis iure dicitur fundamentum, apoſtoli
autem ſine Chriſto fundamenta eccleſię nullatenus dicentur. Sic etiam cætera quæ huic loco cõparationis gratia putauimus applicanda. Meruerunt enim illi in Chriſto fideles
ſpiritaliter generare, quos ſine ipſis ſolus Chriſtus, ſi vellet,
incomparabiliter adoptaret. Meruerunt etiam populorum
in Chriſto eſſe magiſtri atque paſtores, ſed vt cæleſti patri,
magiſtro atque paſtori eorum ſeruitus militaret. Illi ergo ſecundum menſuram quam eis partitus eſt Chriſtus beneficio domini ſui, ipſe autem Chriſtus potentiæ ſingulariter
naturali, de quo dictum in euangelio meminimus. Non e- E
nim ad menſuram dat Deus ſpiritum. in ipſo enim inhabitat Ioh. 3.
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, de cuius plenitu- Colo. 2.
dine nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Sequitur: Iohan. 1.
Et qui mecum loquebatur, habebat arundinem *auream* ad *menſurã, vt metiretur ciuitatẽ & portas eius &* muros eius. *& ciuitas in* quadrato *poſita eſt, & longitudo eius tanta* eſt quanta &
latitudo. Superius ſibi Iohannes dicit arundinem datam,
tanquam prædicationis diſpenſationem ſibi commiſſam:
Nunc vero angelum qui ei loquebatur, auream habere dicit arundinem, vt metiretur, inquit, ciuitatem & portas eius
& muros. Chriſtum itaque oportet intelligi, qui eſt ſapien- 1 Cor 1.
tia Dei attingens à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponens Sap 8.
omnia ſuauiter. Inde legimus: Accipite ſapientiam ſicut Prou. 16.
aurum. Et reuera ſoli Chriſto licet metiri ciuitatem qui vnicuique fidelium ſpiritualium diſtribuit dona gratiarum, Sap 11.
qui etiam ſicut legimus omnia, in numero & menſura &
pondere diſpoſuit. Hæc nimirum dimenſio ciuitatis. Ab a- Ephe. 4.
poſtolo memoratur, cum dicit: Secundum menſuram donationis Chriſti, itemque Mihi minimo omnium ſancto- Ephe. 3.
rum data eſt hæc gratia in gentibus euangelizare. Ideo ſane F
ciuitas in quadrato poſita, & omni ex parte æquali dicitur
dimenſione locata, qua nulla ſinitur in æquali diuerſitate
mutari. Perfecti enim ſecundum Apoſtolum eſſe, idem ſapere, pacem habere, vere eſt in ſoliditate quadra ſubſiſtere.
Ipſa eſt ciuitas quam ſuper montem ædificatam, id eſt, ſu- 1 Cor. 1
per ſe fundatam, in euangelio dominus proteſtatur. Ad hoc Matt 5.
& Petro qui figuram totius geſtabat eccleſiæ, dicit: Tu es
Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Mat. 16.
Ac ſi diceret: Super me ædificabo te. Petra enim erat Chriſtus ſic ergo à petra Petrus, ſicut à Chriſto Chriſtianus.
Docens vtique fugienda humani erroris inuenta, & ſo- 1. Co 10.
la diuinæ veritatis munimenta ſectanda. *Et menſus eſt*, inquit, *ciuitatem arundine* ſtadiorum *duodecim milibus*, longitudine & latitudine & altitudine ęquali. Hic eſt illa ſoliditas ve- Ephe. 4.
ritatis inuictæ, qua Chriſti eccleſia rite ſubnixa, circunferri
non ſinitur omni vento doctrinæ. Duodenarius autem numerus centum quadragintaquatuor conficit, per ſe ſubſtrinctus. duodecies enim decus dipondius, centum qua- G
dragintaquatuor faciunt. Sequitur autẽ Murus autẽ dimẽſus *eſt centũquadragintaquatuor, menſura hominis quæ eſt angeli.*
Angelum hic eccleſiam ſæpe poni aperta locorum frequẽtia proteſtatur. Et quoniam ex hominibus conquiſita conſtat eccleſia, & Chriſti promiſſionis ſublimata, angelorum
æqualitatem ſperat, omniſque eius intentio eorum ſocietatem ſuſpirat. Propterea dicit menſura hominis quæ eſt angeli, vel quod illa ciuitas partim ex angelis ibi iam perpetua
fœlicitate manentibus, partim ex peregrinis, id eſt, hominibus conſtat plenius reguatura. Aliter ſiue quia detrac̃tũ
cæleſti habitationi angelorum quodam numero tranſgreſſorum hominum, numero redemptorum fidimus inſtaurandũ. Facile enim huberiore copia ſubrogabitur, non tamen minuetur. Hinc enim in Deuteronomio canitur: Sta- Deut 32.
tuit terminos gentium ſecundum numerum angelorum
Dei. &c. Et fuit ædificatio *muri eius ex lapide iaſpide.* Beatus 1. Pet. 2.
petrus plebẽ exhortatur, vt tanquã lapides viui ædificentur
in domum ſpiritualem. Sequitur: *Ipſa vero ciuitas* ex auro
mundo ſimilis *vitro mundo.* Ad hoc inconuenientia quoque
memorat, vt omnibus ſimilitudinibus vni ſingulari lapidi H
Chriſto ſingularẽ deſciens dignitatem, vt eos omnia doceat
militare. Quis enim neſcit aurum vitro merito differre &
colore diſtingui? Et licet nouimus non ſit auro eccleſiam figurari, quæ & in candelabris aureis & phialis propter ſapientiæ cultum ſæpe concepta deſcribitur, hoc tamen permouet quod aurum mundum vitro mundo conſimilat.
Illud autem ſignificatum exiſtimo, quod prædixit Apoſtolus, dicens: Nolite ante tempus iudicare quoad vſque ve- 1. Cor. 4.
niat dominus qui & illuminabit abſcondita tenebrarum,
& manifeſtabit conſilia cordium. In vitro enim non aliud manifeſtatur exterius, quam quod continetur interius.
Quocirca illud tempus hic liber annuncians, quo ſibi inuicem cogitationes in alterutrum perſpicaciter declarantur, fidenter vitro aurum voluit comparare. quicquid autem tunc ineſt cogitationi ſanctorum, ſapientiæ fulget honeſtate decorum, cui merito congruit comparatum. Nunc

A enim quantacunque, quis virtute præcellat, nemo ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt. *1. Cor. 2.* Aliter, vel quod vitrũ pro ſuo modo in genere ſuo prorſus emineat. *Fundamenta* autem ex *omni lapide precioſo*. Et in cantico legimus Tobiæ: Lapides precioſi omnes muri tui. *Tob. 13.* Et in Iſaia ſit: Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, *Iſa. 54.* & fundabo te in ſapphiris, & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles, & quomodo ſi exponeret quod dicebat, ne terrenæ fabricæ ambitum carnaliter cogitares, ſubiecit atque ait: Vniuerſos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filiis tuis &c. *Iſa. 54. Ephe. 2.* His beatus Paulus concinens ſenſibus, dicit: Superædificati ſuper fundamentum, apoſtolorum & prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctũ in Domino primũ *fundamentum iaſpis*. Hoc quod dudũ dixit fundamenta autem ex õni lapide precioſo, nũc enumerãs nominatim, excurrit *Secundum, ſaphirus: tertium*, chalcedon, *quartum, ſmaragdus: quintum, ſardonix: ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolitus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimũ, chryſopraſus: vndecimum, hyacinthus, duodecimum, amethyſtus.* B Iſtis ſimilitudinibus lapidũ omnium, ſignificantur decoræ firmamenta virtutũ quibus & vnuſquiſq; ſanctorum ſpiritaliter perornatur: Et in ipſo tota ciuitas iiſdem tanquam lapidibus & robore firma, & varietatis cultu compta deſcribitur. *Et duodecim* portas, *ſingulæ ex ſingulis margaritis*. *Matth. 13.* Quod de vno fundamento Chriſto, & duodecim apoſtolis agiu ſatis ſuperq; diximus. Hic etiam de vna margarita, id eſt, Chriſto, quam negociator inueniens venditis omnibus comparauit, & de duodecim decet conſiderare legentem. Et plateas eius ex auro limpido, *ſicut vitrum* limpidum. Iam dixerat quod ciuitas ex auro mundo, ſimilis vitro mundo, vel quod fundamenta eius ſint ex omni lapide precioſo. Quod ad potentes eccleſiæ æſtimo referendum. Nunc de plateis adiecit dicens, & ipſas ex auro limpido ſicut vitrum, inquit, limpidum, tanquam plateæ ad deſcriptam dudum non pertineant ciuitatem ſed illos hic paruulos ſignificari coniicio, de quib⁹ nunc dicitur: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. *Pſal. 138. Prou. 3.* Itemq; , Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius, quod ſcilicet ipſi quoq; hoc munere nõ fraudentur, ſuaſque cogitationes vice mutua cõtemplentur. C Sicut n. plateæ inferiori loco poni, ſic tales humili videntur loco ſaluari: Quod ſi in plateis latitudo intelligenda eſt charitatis, diuerſis voluit vocabulis ſignificare perfectos. Tunc autem iam nullus ibi indignus, null⁹ inuenietur paruulus aut infirmus, licet alius alio præmiorum clarius emineat diſparilitate ſublimior: ſtella enim ab ſtella differt in claritate, ait Apoſtolus: ſic & reſurrectio mortuorum *Templum* autem *in ea non vidi, Dominus enim Deus omnipotens, & agnus templum illius eſt*. *1. Cor. 15.* Sicut mẽbris ſingulis corpus extruitur, ſic precioſis lapidibus templum, & quoniam non vult nos materialibus machinis deditos, carnale aliquid hic ex ſolita conſuetudine cogitare, ab hac nos intentione ſuſpendens, dicit: Templum in ea non vidi, Dominus enim Deus omnipotens & agnus templũ illius eſt. Eccleſia enim præſentium remotis iam zizaniis, in ſolis electis exultans, in Domino ſacrata manet, tanquam in templo tutius requieſcens, vt à quo exiſtẽdi ſumpſit originem, & redemptionis experta eſt lenitatem, in ipſo beatam quoque obtineat manſionem. His enim tribus omnis eius ſumma perficitur eſſe, noſſe, diligere. D Deus autem eam condidit informandam, illuminauit vocatam, beatificauit electam, cũ ſe ſacit promiſſa glorificatione habitare perfectam, non iam per fidem ambulantem, ſed in ſpecie cõgaudentem. *Et ciuitas*, inquit, *non eget ſole & luna, vt luceant ei: nam claritas Dei* illuminat eã, *& lucerna eius agnus eſt*. Volens nos ab vſitata diurni nocturnique luminis viciſſitudine omnino ſuſpendere, & ad illud lumen incommutabile reuocare, dicit: nõ eget ſole & luna; nec eodem ordine illam irradiari aſſerit ciuitatem, ſed lõge meliore & ineffabili luce, ſole ſcilicet iuſtitiæ, quem propheta memorans, dicit: Et ſanitas in pennis eius. *Mala. 4.* Ipſe eſt enim verus filius, & vita æterna, veraque lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. *Iohan. 1.* Quod qui in hoc ſeculo in Deitate nec oculus vidit, nec auris audiuit, *1. Cor. 2.*

E nec in cor hominis aſcendit. Melius ad quod hic dixit, explicari non potuit: Claritas, inquiẽs, Domini illuminat eã, & lucerna eius agnus eſt. quid enim potiſſimũ daretur vincenti, quam vt ipſum mereatur munerum largitorem potiri? Ipſo quippe lumine, fruetur in patria, quo nunc regimur gradientes in via: eodem informati inter bona & mala diſcernimus, quo tunc beatificati ſola quæ bona ſunt cernimus. *Et ambulabunt*, inquit *gentes in lumine eius, & reges terræ afferent* claritatem *ſuam* in eam. Hoc ſane voluit his dictis intelligi, quod idem ipſe agnus ſit peregrinantib. via qui tunc ciuibus vita. Quicquid enim adepti fuerint dignitatis, debitis neceſſe eſt laudibus honori conſerant largitoris. Reges autem hic ſpiritales dicit, de quibus legim⁹: Potens eſt, & dat virtutem regibus noſtris, & exaltauit cornu Chriſti ſui. *1. Reg. 2. Iſa. 66.* *Et portæ eius non claudentur* die, *nox enim ibi non erit*. Lumen agni perpetuum, imo ipſum pro lumine ſempiternum, in illa ciuitate ſublato noctis tempore memorat profuturum, ſicut Iſaias: Erit, inquit, eis menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato, in menſe ſignificans lumen, propter pleniſſimum lunæ fulgorem in ſabbato perpetuam requiem. Ac ſi diceret: lumen eis ex lumine, & requies æterna eis continuatur ex requie. Quod autẽ portæ non claudentur, pleniſſimæ ſecuritatis indicia declarantur. *Matt. 26. Pſal. 45.* F Non enim ibi iam dicitur, Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationẽ: ſed potius, Vacate & videte quoniam ego ſum Dominus. Ibi honeſte diligitur quod videtur, ſine ceſſatione laudabitur quod amatur ibi nec marceſcit quiſquã otio, nec fatigatur laudis perpetuatæ negocio. *Et ponent honorem & maieſtatẽ gentiũ in ea*. Eo quod ex omnibus gentibus congreganda. *Et non intrabit in ea* omne immundũ, *& faciens abominationem* vitæ, *niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni*. Futuri temporis circumſcribit eccleſiam, quando non ſicut nunc permixtos cum bonis cohabitantes patitur malos, quia ſoli cum Chriſto boni regnabunt, cum quo & in quo eadem Ieruſalem cæleſtem matrem omnium fideliter permanebunt. In eius ſane agni libro dicit ſcriptos, quibus dicit: Gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo. *Luc. 10.* Sequitur. *Et oſtendit mihi* flumen *aquæ* vitæ, candidum quaſi *cryſtallũ*, *Cap. 22.* exiens *de ſede Dei & agni*, per mediam plateam *eius*. In flumine vitæ ciuitatis medio per mediante nõ adhuc celebratio indicatur baptiſmi ſed fructus iam ipſius reuelabitur ſacramenti. Modo n. in lachrymis ſeminatur, quod in gaudio tunc metetur. *Pſal. 125.* G Et ideo nũc eccleſia ſeminat in ſpiritu vt de ſpiritu metat vitam æternam. *Galat. 6.* Cum itaq; experientia probamus, quando nos vtilitatis fructus inuenerit percepti gratia ſacramenti, tunc manifeſtari in Iohanne eccleſiæ perhibetur flumen aquæ vitæ candidum quaſi cryſtallum, id eſt, ſtabilitas in fide. Qui enim perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. *Matt. 10. 24.* Hoc ſignificans, ſequitur. *Et ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per ſingulos menſes reddentes fructum ſuum, & folia ligni* in curationem *gentium*, neque vllum *maledictum* iam *erit*. In duodecim menſibus omne tempus inſinuat, & perpetuitatem omnino deſignat. Quocirca vbi vigor æternus, nulla vnquam meſſe ſignificatur finiri ariditas: vbi perfecta & ſtabilis ſanitas, nulla interpellat prorſus infirmitas. Quod propheta promittit, dicens: Gaudium & lętitiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. *Iſa. 35. Pſal. 1.* Lignum illud eſt, quod plantatũ legimus ſecus decurſus aquarum, de quo & Ieremias dicit: quod ad humorem mittet radices ſuas, in ſpem & fiduciã in Domino collocat. *Ierem. 17.* Aliter Flumen aquæ vitæ &cæt. H Recte ipſe fons vitæ Dominus Ieſus Chriſtus ſignificari cognoſcitur, de quo legim⁹: Apud te eſt fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen. *Pſal. 35. Sap. 7.* Ipſe eſt n. quemadmodũ legimus, Imago maieſtatis Dei, vnica potens, & permanens in ſe, omnia innouat & per gentes in animas ſanctas requieſcit. Ille itaq; fons, qui fluuius: Fons, eo quod in ſe incommutabilis maneat: fluuius, quod ad ſocietatem ſanctorum ſe largiter & iugiter præbeat. Nam & vbi fons dicitur, etiam torrens nominatur. *Pſal. 35. Eodem.* Cum enim pſalmus diceret, Ex torrente deliciarum tuarum potabis eos, ſecutus adiunxit: Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Bene autem per mediam plateam tanquam commune omnibus ſanctis bonum quod nulli negetur digno, nulli donetur indigno. Qui enim habitant in Ieruſalem, montes in circuitu eius, & Dominus in *Pſal. 124.*

A circuitu populi ſui. Itemque: Deus qui glorificatur in con-
Pſal. 88. cilio ſanctorum, magnus & metuendus ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt. In medio quippe eſt tanquam indiuiſum patrimonium cunctis videntibus Deum. Hinc legimus: Ie-
Pſal. 121. ruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Si autẽ fructus mortis beatæ immortalitatis accipitur, rectè ſolii perpetuæ laudis intelligitur cantus, quod in ſanitate cadit fœliciſsimè ſorte canentibus ibi n. gentiũ curatio vera, redẽptio plena, & fœlicitas ſempiterna. *Sed thronus Dei & agni erit in ea.* Non dixit erunt, neq; throni. vbi n. vnitas eſt naturalis & indifferẽs, gloriã deitatis ibi maxime commendati oportuit, vnus thronus indiuiſibilis ſeſsionis, qui nec Arrianæ prauitatis aſtu diuidi, nec Sabellianæ vanitatis poſsit ſuſpicione confundi, ſed Catholicæ tantum veritatis quæ adoptionem videre, cuius etiã recta credulitatis probatur cõfeſsione teneri. *Et videbunt faciem eius.* Conſiderans viſionem Dei, quæ ſanctis in futuro promittitur, magni eſſe meriti cauſam, & excellenti prorſus æſtimatione
B pendendam: legi S. Auguſtini dicta huic loco congrua deflorare, vt ipſo docẽte poſsimus qualis futura promittatur, indubitanter agnoſcere. Nã de viſione Dei ad Paulinã ſcribens dicit: Donec diligenti inquiſitione, ſi dominus adiuuerit reperiatur, quid ſecundũ ſcripturas de ſpiritali corpore quod in reſurrectione promittitur probabilius ſentiẽdum ſit, interim nobis ſufficiat quod vnigenitus filius, idẽ-
1. Tim. 2. que mediator Dei & hominũ homo Chriſt' Ieſus ita videt patrem ſicut videtur à patre. Nos autem ad illam viſionem Dei, quę nobis in reſurrectione promittitur, nõ ex hoc mũdo iſtã concupiſcentiam oculorũ transferre conemur, ſed mundandis cordibus pio ſtudeamus affectu: nec corporalẽ
1. Cor. 13. faciẽ cogitemus, cum dicit Apoſtolus: Videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ, pręſertim quę
Ibidem. expreſsius dixit: Nunc ſcio ex parte, tunc autẽ cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Vnde quis eum nõ intelligat eo loco etiam noſtram faciem illã ſignificare voluiſſe, de qua dicit alio loco: Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpecu-
2. Cor. 3. C lantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam tanquam domini ſpiritu. De gloria ſcilicet fidei, in gloriam contemplationis æternæ. Hoc quippe agit hæc transformatio, quia interior homo renouabitur de die in diem, de quo apoſtolus Petrus, cum eum moneret ornari:
2. Cor. 4. Non quæ à foris ornatur, inquit, capillorum incriſpationi-
1. Pet. 3. bus, aut auro, aut margaritis & veſte precioſa: ſed ille abſcõditus cordis homo, qui eſt ante Deum locuples. Item in libro viceſimoſecundo de ciuitate Dei, ſic dicit: Præmiũ fidei nobis viſio Dei ſeruatur, de qua & Iohannes apoſtolus lo-
1. Ioh. 3. quens: Cum apparuerit, inquit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Facies autem Dei manifeſtatio eſt eius intelligenda, non aliquod tale membrũ quale nos habemus in corpore, atq; iſto nomine nuncupatur. Et poſt paululum dicit: Ita Deus erit nobis notus atq; conſpicuus, vt videatur ſpiritu à ſingulis nobis, in ſingulis nobis videatur ab altero in alterum, videatur in ſeipſo, videatur in cælo nouo & terra noua, atq; in omni quæ tunc fuerit creatura. *Et nomen eius ſcriptum in frontibus eorum.* Per fidem iuſtificati hoc templũ, per quã vitæ etiã æternæ cõſerri declarat meritum, cum in frontibus eorum nomen Dei & agni ibi quoque ſic geſtari facit ſcriptum, tanquam pro titulo cognoſ-
D catur præferri gloriarum. Hanc ſane fidem in vno complectitur nomine. Neque enim dixit, & nomina Dei & agni ſcripta in frontibus eorum, cum geminam videatur ſignificaſſe perſonam, vt illius dogmatis regulam cuſtodiret loquens de regnantibus ſanctis, quam pridem dominus ſeruandum diſcipulis tradiderat peregrinis: Ite, inquiens, baptizate omnes gentes, tingentes eos in nomine patris &
Mat. 28. filii & ſpiritusſancti. Solicite enim fuerat commendandum hoc, ſanctos viſuros & habituros in ſpecie, quod credebant viuentes ex fide. *Et nox iam non erit*, neque opus erit lumen *lucernæ, neque* lumen *ſolis, quoniam dominus Deus* lucebit ſuper eos, *& regnabunt in ſecula ſeculorum.* Noſtrorum fragilitas corporum his nunc & viciſsitudinibus temporum & conſolationibus elementorum, vt ad exercendum diurna opera noctis quiete reddatur idonea, vtatur etiã nocte pro conſolatione lucerna. Tunc autẽ quando erit Deus
1. Cor. 15. omnia in omnibus, qui eſt lux vera, his elementis nullus ibi indignus nullus erit vnquam obnoxius, quando ipſe lu- E
men erit regnantibus ſanctis, qui totius autor eſt operis, neque perfectorũ exhortatione q; legis diuinæ prædicatio, quæ nunc lucerna eſſe dicitur in obſcuro loco, quia in Dei contemplatione rebus expletis tenetur perfecta promiſsio. *Et dixit mihi. Hi* ſermones fideliſsimi *& veri ſunt.* Non de Iohanne diffidentia dubitabat, ſed veram viſionem omni eccleſiæ, in qua & paruulos futuros nouerat, cõmendabat. *Et dominus Deus ſpirituum prophetarum, miſit angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis, quæ oportet fieri.* In breui docuit omnium ſe vtilitati generaliter proſpexiſſe. Ipſe eſt autem ſpiritus prophetarum, qui etiam ſpiritusſanctus, qui vtique dominus. *Pſa. 84.*
propterea propheta. Audiam, inquit, quid loquatur in me dominus Deus &, principium loquendi domino in Oſee. *Oſee 1.*
Nam propter vnius diuinæ trinitatis eſſentiam, opportune hic etiam ſpiritum ſanctum nominauit, quando patris & filii nuper fecerat mentionem. Quod enim legimus *Iohan. 4.*
quia Deus ſpiritus eſt, ad totam pertinet trinitatem. *Ecce venio* cito: Fœlix *qui* obſeruat *verba prophetiæ libri huius.* Seruare dicit hic, reuerenter credere & purioris vitæ propoſito cuſtodire. *Et ego Iohannes qui audiui & vidi hæc.* Reuela- F
tionis atteſtatio inſinuatur in hominis firmari iudicio. *Et cum audiſſem*, inquit, *& vidiſſem*, proſtraui me *ante pedes angeli vt adorarem* eum, *qui mihi* iſta oſtendit, *& ait mihi: Vide ne feceris*, quia *conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum prophetarum* ſeruantium *verba prophetiæ libri huius.* Magis *Deum adora.* Aut ſemel factum iterauit quod cohibitus non repetiuit, aut magno viſionum ſtupore perculſus, adorare ſe iterum voluiſſe confitetur, ſicut & propheta: Expauit, inquit, vẽter meus à voce deprecationis labiorum meorum, & introiuit tremor in oſſa mea, & intra me conturbata eſt virtus mea. *Et ait mihi: Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius*, quia *tempus* *Hab. 3.*
iam in proximo *eſt*, & qui perſeuerat in nocere, noceant: *& qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Occulta hic Dei iudicia, ſed iuſta demonſtrat, quibus mali homines in peius proficere permittuntur. Nocere autem hic non tantum aliis *Eze. 14.*
ſed ſibi potius debet intelligi. Vnde ſequitur: Et qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Qui enim ſibi nequam cui bon' erit? Nam & alia tranſlatio, qui iniuſtus eſt, inquit, iniuſte faciat adhuc, iuſtus autem iuſtiora faciat, ſimiliter & ſanct' G
ſanctiora. Puto autem quia propterea dicit, ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius, quia futuro propinquante iudicio manifeſtari oportuit diuina præcepta, iudicia atque promiſſa, quorum obſeruatione præmium mites acquirant, negligentes ac contumaces pœnam incurrant. Ante enim dixerat, ſigna quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere. modo autẽ, ne ſignaueris verba ꝓphetiæ libri huius. *Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum facta ſua.* Satis dictum eſt. *Ego ſum A & Ω, primus & nouiſsimus, initium & finis.* Fidelis prædicatio veritatis, vt irreprehenſibilis forma virtutum quoties repetitione firmatur, ampliore cultu ſpiritalis animus informatur. quod ad finem libri breuiter quidem, ſed competenter exprimitur, in A verbi diuinitatem, in Ω ſuſceptam humanitatem aſſignans, principium ſine termino. Quod autem in præſenti libro toties A & Ω, repetitum video, non inaniter factum fuiſſe cognoſco. Siue enim propter vnius Chriſti diuinitatem & humanitatem ſæpius inſinuandam, in qua totius H
Chriſtianæ fidei ſumma conſtare præmiſimus, ſiue vt vnius naturæ tota trinitas innuatur, qui per prophetam dicit: Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. Ego ſum Deus, & non eſt abſque me ſaluator, vel cui *Iſai. 43.*
per prophetam dicitur: Tu es Deus & ante te & præter te non eſt alius Deus. ſiue aliud aliquid melioris lateat ſecretioriſque myſterii, non tamen dubito ad hoc ſæpius iteratũ, vt intelligendi gratia fidelibus maneret fructuoſa. Nam & ipſa elementa græci alphabeti A & Ω, eiuſdem numeri conficiunt ſummam, quam columbæ nomine in græco nouimus comprehendi. Columba enim dicitur π ε ρ ι σ τ ε ρ α (lxx v c x cc ccc v c i), quo nomine octingenteſimus & vnus numerus α & ω (i dccc) adimplẽt. In co- *Mat. 3.*
ſubſummatus, quem etiam lũbæ autẽ ſpecie rectè nobis ſanctũ ſpirit' nouim' ſignificari perſonã, in cui' ſpecie deſcendens, voluit apparere: vt ſcilicet Arrianorum aliorumq; hæreticorum fruſtraretur inſania, qui eum à pa-

tris

A tris & filii naturā aſſerunt alienum, cum etiam per huius
conuenientiam numeri hic quoque reuelato cæleſtis con-
ſubſtantialem & coæternum patri & filio ſanctum ſpiritum
manifeſtet, & in ſtolis lotis diuinorum dicens cuſtodiæ
mandatorum. Nam & exordium euangelij ſui iiſdem Io-
hannes ſenſibus, licet diuerſo orſus ſermone compoſuit,
Ioan.1. dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud De-
Ibid. um, & Deus erat verbum. & poſt pauca, Et verbum caro
factum eſt. Vbi totius fidei ſumma conſiſtit, vt in vno eo-
demque Chriſto perfecta deitas & vera credatur huma-
nitas. Quod vero ad morum attinet, probitatem, dicit:
Ibid. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem
filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, ſubiungens
vtique fidei charitatem, quæ mercedem, quod paribus his
quoque videtur narraſſe tramitibus, in A & Ω Chriſtum
inſinuans, immaculatam vero vitam ſtolis ſignificans can-
didis, cui eundem ſimiliter præmium pollicetur, dicens:
Prou.3. Vt ſit poteſtas eorum ſuper lignum vitæ. Lignum autem
vitæ Chriſtus eſt, vt legimus: Sapientia lignum vitę eſt am-
Matth 10. plectentibus eam. Non autem ſuper Chriſtum hi eſſe pu-
B tandi ſunt. quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec
ſeruus ſuper dominum ſuum. Sic autem hic dixit ſuper
lignum vitæ, quomodo ſi diceret, Infirmitas eorum ſuper li-
gnum vitæ conſiſtet. id eſt, ſuper dominum Chriſtum, de
quo propheta etiam dicit: & ſuper ſanctum Iſrael ſtabiliti
ſunt. Vnde enim virtus accipitur ſuper hos eſſe narratur.
Eodem intellectu & ſancto Petro dicitur: Super hanc pe-
Matth.16. tram ædificabo eccleſiam meam, id eſt, ſuper me. Et pro-
pheta diuerſo ſermone, ſed eodem ſenſu dicit: Fortitudi-
Pſal.58. nem meam ad te cuſtodiam. *Et per portas intrent in ciuita-*
Pſal.117. *tem* ſanctam. De quibus portis ſcriptum puto: Aperite mi-
hi portas iuſtitiæ, vt ingreſſus in eas confitear domino,
Ioan.10. hæc porta domini, iuſti intrabunt per eam. Aliter enim
illa ciuitas intrari non poteſt, niſi per Chriſtum qui dixit:
Ego ſum oſtium, & nemo venit ad patrem niſi per me.
Foris autem remanebunt *canes, & malefici & fornicarii &*
homicidæ & ſeruientes idolis, & venefici, & omnes qui amant
& faciunt mendacium His hominibus non diligentia adhi-
benda eſt exponendi, ſed ſolicitudo impendenda cauen-
di. *Ego Ieſus miſi angelum meum teſtificari vobis* ſeptem *eccleſi-*
is. Septem libri reſumpturus intentionem primæ relatio-
nis aſſignat, vt prioribus poſteriora conueniant. Ego ſum
C radix & origo Dauid. Diuinitatis Chriſti prædicatione
præmiſſa, ſecundum quod dudum expoſui, formam quo-
que ſerui quam pro nobis aſſumpſit, prædicat, dicens: *Ego*
ſum radix & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina. Noui te-
ſtamenti gratia refulgente, primæ reſurrectionis tempus
oſtendit, quando Chriſtus à mortuis reſurrexit. Hinc legi-
mus: A vigilia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſrael in
Pſal.129. domino. *Et ſpiritus & noua nupta dicunt,* Chriſtus & eccle-
exhortamur, Age: *Et is qui audit, dicat: Veni.* Seque expo-
nens pandit ſuæ exhortationis affectum, & dicit. *Et qui*
ſitit, veniat & bibat: *& qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.*
Iohan.6. Quomodo qui vult accipiat, cum dixerit: Nemo venit
ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum, niſi quia ex no-
lente prius fieri nouimus, diuina inſpiratione volētem? Nā
& hic ſic liberum conuenienter arbitrium, dicendo: Qui
vult accipiat, vt confeſtim gratia prædicemt in eo, quod di-
cit, aquam vitæ gratis nullis itaque bonis præcedentibus
1.Cor.4. accipiat aquam vitæ gratis. Quid enim, inquit Apoſtolus,
habes quod non accepiſti? Ergo & voluntatem veniendi
D à Deo gratis accipimus, cui nil præmij contulimus vt eſſe-
mus, quanto magis vt iuſti ex peccatoribus redderemur?
Teſtor ego Iohannes omnes qui audiunt *verba prophetiæ*
libri huius. Hæc dicit qui iuſſit teſtimonium perhibere.
Quem teſtem fidelem ſuperius memorat, de ipſo nunc
quod iuſſerit teſtimonium perhibere, ne huius libri tam
ſalubris contemnenda putaretur vtilitas, ſuam perſonam
laudabili humilitate poſtpoſuit, & contemptoribus chri-
ſtum opponit. Quod ergo teſtis fidelis caput impleuit, cum
Iohan.4. dixit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui me
miſit, vel ſimilia, hoc iubet implendum & corpori. *Si quis*
addiderit *ad hæc* adiciet *Deus ſuper* eum *plagas ſcriptas in li-*
bro hoc. *Et ſi quis* dempſerit adimet dominus *partem eius de*
Prou.30. *libro vitæ, & de ciuitate ſancta ſcriptā in libro* hoc. Et Salomon
dicit: Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris inuenia- E
riſque mendax. Hic autem etiam terrorem plagarum ad-
iecit, vt non ſolum pondere autoritatis monendo vrgeret,
ſed etiam minis vel deſides excitaret vel temerarios coer-
ceret: *Dicit qui teſtimonium perhibet* de his. *Venio cito: Etiam.*
Veni ô domine Ieſu. Idem Chriſtꝰ teſtimonium perhibet, qui
ſe eccleſiæ venturum annunciat, cui more Cantici Canti- Cant.14.
corum eccleſia deuota reſpondit. Etiam veni domine Ie- 5.7.
ſu Chriſte. quæ dicit orans, Veniat regnum tuum, & in via Mat.6.
immaculata venies ad me.

QVoniam ſuſcepti operis plenitudo deuoto & debito
properat fine concludi, & diffuſa latius multipliciter-
que, digeſta, cum difficultate nouimus comprehendi, quia
nec competens cunctis memoria ſuffragatur, nec relata re-
bus ſingulis loca velox intentio poterit coaptare, neceſſa-
rius agendum exiſtimo compendiis. vt totius libri autorita-
te decurſa, concluſionis ſeries breui recapitulatione ite-
rum euoluatur inſinuata per partes, vt omnium quinque
librorum textus vno ſummatim loco clareat definitus,
cum & partitionem receperit ſingulorum & plenitudinem
videtur obtinere per totum.

In ſeptem itaque angelis eccleſiarum totidem, vniuerſa- F
lis eccleſiæ vnitas cum neceſſaria nominum interpoſitio-
ne deſcribitur, quam in candelabris quoque aureis deſi-
gnatam, malos bonis docet habere permixtos, quorum
diuerſa qualitas vel mulcetur laudibus ad profectum, vel
increpationibus culpatur ad notam. Hanc etiam in viginti-
quatuor ſenioribus cognoſcendam per Chriſti diſpenſa-
tionem & euangeliſtarum prædicationem iterata ſignifica-
tione deſcribit. Hæc quidem in primo.

In ſecundo autem libro huius capiti Chriſto ſignati di-
gnitas libri peractæ diſpenſationis merito dicitur tributi,
vt duo in carne vna Chriſtus & eccleſia poſſit intelligi. & Ephe.5.
in ipſo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi ante Coloſ.2.
latuiſſe, in quo docemur reuelati ſuo tempore refulſiſſe.
Idem in equo albo actu pridem paruit miſſus, qui viſu pro-
ceſſiſſe dicitur reuelatus. Poſt Chriſti de morte trium-
phum impugnationes futuras eccleſiæ & humani generis
plagas enumerat, quas per ſignificationes equorum rufi,
nigri, pallentiſque, dicit irrogandas. Quibus naſcitur ſub
ara Dei martyres memorat, ſextam mundi ætatem ſexto ſi-
gno denunciat, grandi perſecutionis impetu in fine ventu-
ram. In quatuor angelis regna mundi quatuor conſona Da- G
nieli voce teſtatur: quos electorum numero lædere Chriſti
primus vetus enarrat aduentus, qui nec tranſitorie fuiſſent
prætereundi relatus duodecim tribuum nomina cum nu-
mero indidit ſignatorum. Atque vt vnam ex genere Iſrael
& ex gentibus exiſtere monſtraret eccleſiam, gentium mox
vocationem adiunxit. Quorum ex operibus fidem, & fidei
voluit narrare mercedem.

In tertio quoque libro eccleſiam in ſeptem angelis ac tu-
bis grata repetitione ſuo more deſcribit, quam externis &
inteſtinis memorat perſecutionibus ac periculis exercen-
dam quando poſt vnum angelum, qui ſuper altare Dei ſta-
bat cum thuribulo aureo, ſecundum tertium & quartum
videtur oppoſuiſſe contrarios, & interpoſita rurſus aquilæ
mentione eccleſia, de puteo abyſſi in locuſtis fumo equiſ-
que bellantibus, prodire dicit hæreticos: quorum motus
vt ſcorpionum, in quibus vnum væ dicit abiſſe, angelorum
quatuor ſolutio cum numero octogenario & his myriadis H
myriadum, quibus equites cum loricis igneis & ſulfureis
iuges hæreſiarches diuerſo modo deſcribit, & errorem
mox gentilitatis annectit, quod ad væ ſecundum eſt redi-
gendum. In angelo nube amicto primus Chriſti deſigna-
tur aduentus, cuius prædicatione ex bonis in ore dulce-
dinem, ex malis in ventris infirmitate dicit amaritudinem
procreari. In voce autem ſeptimi angeli, finis ſextæ ætatis
& initium ſeptimæ nunciatur. In duobus martyribus duo
martyrii genera cognoſcenda, & væ tertium veniſſe di-
cit. Secundum aduentus interpoſita mentione, Chriſti
rurſus natiuitas aperto Dei templo narratur in cælo, id eſt,
eccleſia quę veſtigia ſui capitis ſequendo victrix, de pugna
dicitur extitiſſe draconis.

In quarto proinde libro, de beſtia diſputatur, quam ha-
bere dicit capita ſeptem, & cornua decem, in qua aduer-

A ſitas deſignatur Chriſto eccleſiæque contraria, quam etſi ad tempus ſignis dicit antichriſto valituram, patienti attamen tolerandam eſſe ſanctorum prudentiam. Notam vel nomen beſtiæ vel numerum præmonet indagandum. Poſt hæc conſtantem in electis eccleſiam circunſcribit, nomine agni cenſitam & ſacrato numero titulatam. Item Chriſtum diuerſo ſchemate ſuper nubem albam ſedentem aſſerit coronatum, cum falce meſſoria ſeptem plagarum mentione ſubiuncta, & ſanctorum relata victoria, cum Iudæorum manente duritia & incomparabili perſecutione, futuram memorat damnationem meretricis, quam fucato mulieris cultu deſcribit, cui in capitibus ſeptem & cornibus decem, & ſecularem potentiam & occultam dicit ineſſe nequitiam.

Quinto etiam libro, diuerſo relatu idem Chriſti inſinuatur aduentus. Quem nomine angeli dicit de cælo deſcendere, ſuaque poteſtate & claritate illuminatam terram. Babylonem memorat fuiſſe deſtructam, quæ cum multis
B ſignificata vocabulis prædicitur ruitura commiſſę iniquitatis debita monſtratur multari vindicta, vbi ſanctorum profecto dignitas in ſenioribus & agni nuptiis, & byſſino mundo fuerat memoranda. Hinc diadematis inſigne geſtante equo albo ſedentem cum beſtia certaſſe deſcribit, ſuiſque catenis diabolum per annos mille dicitur religaſſe, vt ſolitam ſeducendi gentes amiſerit poteſtatem, profuturi forma iudicium throno candido ſedētem, ipſius memorans Chriſti, ſecundum rurſus deſignat aduentum, quando elementorum innouatione cælum nouum terraque futura deſcribitur, & noua Ieruſalem ſponſa agni patriarcharum apoſtolorumque fundamine ſolidatam, promiſſa dicit potiri mercede cum agni lumine irradiari atq; vitę fonte potari, eiuſq; viſione dicitur perfrui. Se proinde A & Ω. iterata prædicatione frequentat, vt vnius naturæ diuinę inſinuet trinitatē, & futuri euangelii ſui cum hoc libro ſermonem videatur habere concordem. Septem eccleſiarum iterata mentione ſcopum libri, id eſt, intentionem aſſignat, ſeque Chriſtus eccleſiæ venturum annunciat.

C Conſiderans autem huius operis quantitatem; arbitror quoſdam de eius, quam putant prolixitate poſſe cauſari, alios autem diuinæ legis vel lectionis feruore flagrantes, de tanta libri profunditate ampliora potius flagitare. Sed cum diu inter faſtidioſos & auidos nutabundus æſtuarem, timui ne aut immodicis profuſionibus ingeſſiſſem ocioſis errorem, aut exiguitate neceſſaria ſubtraxiſſe inuidus iudicarer: ſicque ſtylum potaui regente domino temperandum, vt illuſtrandis obſcurioribus locis plus ſermonis impenderem, apertis exiguum, vt nec eſurientes fraudarem inuectis, nec peritos auſis prolatis offenderem. Me tamen fateor non quantum ardua myſteriorum dignitas exigebat, ſed quantum paupertas virium ope diuina potuit, debitis exhibuiſſe ſeruitiis.

F I N I S.

Iunily Epiſcopi Africani, de partibus diuinæ Legis, Libri 2.

D
DE IVNILIO EX TRITEMII LIBRO DE SCRIPTORIBVS ECCLEſiaſticis.

IVNILIVS *Epiſcopus cuiuſdam vrbis in Africa (nomen autem Ciuitatis inuenire non potui) vir certe in ſacris Scripturis valde doctus, & in ſecularibus diſciplinis meo iudicio ſufficienter inſtructus, ſenſu profundus, eloquio dulcis & ornatus, multa dicitur ſcripſiſſe Opuſcula: ſed ego tantum vidi Opus inſigne quod ſcripſit ad Primaſium Epiſcopum, quod prænotauit,* De partibus diuinæ Legis; *& incipit,* Sancto ac beatiſſimo Epiſcopo. *Claruit eo tempore quo Primaſius, Anno Domini,* 440.

E
DE EODEM IVNILIO, PER M. D. L. B.

IVNILII *meminit magnus Aurelius Caſſiodorus prius in libro inſtitutionum diuinarum lectionum, inter Scripturæ diuinæ Introductores quos ſedula curioſitate collegerat;* vt quibus erat ſimilis intentio (*inquit*) in vno corpore adunati clauderentur. *Quo etiam libro, ac pene eodem loco meminit Primaſii Epiſcopi:* noſtris quoque temporibus (*inquit*) Apocalypſis, beati Epiſcopi Primaſii Antiſtitis Africani ſtudio minute ac diligenter quinque Libris expoſita eſt. *Et in libri eiuſdem Præfatione meminit Schola Niſibena; cuius exemplo conatus ſit cum beatiſſimo Agapeto PP. vt collatis expenſis, Schola Chriſtiana in vrbe Romana Doctores acciperent.*

Ex Bellarmino de ſcript. Eccleſiaſticis.

F IVnilius Epiſcopus Africanus, ſcripſit *ad Primaſium, item Epiſcopum Africanum libros duos de partibus diuinæ Legis,* qui extant. Tribuitur etiam Iunilio Commentariolus in prima capita Geneſeos: ſed ille non eſt Iunilii, ſed Bedæ, citat enim ſanctum Gregorium, & habetur inter opera Bedæ.

IVNILII EPISCOPI AFRICANI, DE PARTIBVS DIVInæ legis, Libri 2.

Sancto ac beatiſſimo Epiſcopo Primaſio, Iunilius, S.

SCIS *ipſe venerabilis Pater Primaſi, quia vitam mea & propoſiti conſcius, ſicut diuinæ Legis me ſtudium habere non denego, ita doctorem dicere non præſumo; illud propheticum metuens,* Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & adſumis teſtamentum meum per os tuum? Pſal. 49. *Sed dum te inter alios venerandiſſimos Coepiſcopos tuos vſque ad Conſtantinopolim peregrina prouincia coegiſſet vtilitas, ex ciuitatu affectum in notitiam colloquiumque peruenimus. Tu autem more illo tuo nihil ante quæſiſti, quam ſi quis eſſet inter Græcos, qui diuinorum librorum ſtudio*
G *intelligentiaque flagraret. Ad hæc ego reſpondi, vidiſſe me quendam Paulum nomine, Perſam genere, qui in Syrorum Schola in Niſibi vrbe eſt edoctus, vbi diuina Lex per magiſtros publicos, ſicut apud nos in mundanis ſtudiis Grammatica & Rhetorica, ordine ac regulariter traditur.* Syrorum Schola in Niſibi. *Tunc diu quæſitus, ſi quid ex eius dictis haberem, dixi quod legiſſem Regulas quaſdam quibus ille diſcipulorum animos, diuinarum Scripturarum ſuperficie inſtructos, priuſquam expoſitionis profunda patefaceret, ſolebat imbuere: vt ipſarum interim cauſarum quæ in diuina Lege verſantur, intentionem ordinēque cognoſcerent: non ſparſim & turbulente, ſed regulariter ſingula diſcerent. Hæc tu, Pater, neſcio qua ratione omnibus Chriſtianis erudiri volentibus, neceſſaria iudicaſti, excuſantemque me diu, vſque ad defenſionis impudentiam compuliſti: vnde in duos breuiſſimos Libellos regularia hæc inſtituta collegi, addens ipſius dictionis (quantum potui) etiam formam; vt velut Diſcipulis interrogantibus & Magiſtro reſpondente breuiter ſingula & perlucide dicerentur. Et ne aliqua confuſio per Antiquariorum (vt adſolet) negligentiam*
H *prouenirer, Magiſtro, M. Græcam litteram; diſcipulo vero D. præpoſui vt ex peregrinis characteribus, & quibus Latina ſcriptura non vtitur, error omnis penitus auferatur. Sunt alia illius viri præclara monumenta: Nam & beati Pauli ad Romanos Epiſtolam audiui ſubtiliter (vt arbitror) exponentem: quam ego ex eius ore, ne memoria laberetur, excepi; ſed curarum negotiorumque ſpinæ, ne quid agro Dominico fructificemus, impediunt. Sufficit hæc vna temeritas, quod diuino gazophilacio ex paupertate confeſſa, duo hæc audeo minuta iacta re. Sunt qui talentis onerent, vnde egentibus erogetur qui virtutum gemmas, aurum vitæ, argentum ſcientiæ diuinis poſſint offerre ſacrariis. Mihi nihil amplius duobus ſuppedit his Minutis; ipſis ab & alio commodatis.* Luc. 21. *Verum enimuero multum mihi de Euangeliſto Examinatore polliceor: quia licet alii ex precioſiſſimis precioſa, ex plurimis valent plura largiri; ego tamen quia totum dedi, plus obtuli. Vale.*

DE

A

DE PARTIBVS DIVINÆ LEGIS, LIBER PRIMVS.

Capvt Primvm.

IN quot primas partes, Legis diuinæ ſcientia diuiditur? M. In duas; quarum vna ad ipſam ſuperficiem dictionis proprie pertinet; alia in rebus eſt, quas ipſa Scriptura nos edocet.

Quæ pertinent ad ſuperficiem Scripturarum? Cap. II.

D. Ad ipſam ſuperficiem dictionis proprie pertinentia quot ſunt? M. Quinque. D. Quæ? M. Species dictionis, anthoritas, conſcriptor, modus, ordo. D. Species dictionis quot ſunt? M. Quatuor. Nam aut hiſtorica eſt, aut prophetica, aut Prouerbialis, aut ſimpliciter docens.

B

De Hiſtoria. Cap. III.

D. Hiſtoria quid eſt? M. Præteritarum rerum præſentiumve narratio. D. In quibus libris diuina continetur hiſtoria? M. In ſeptemdecim. Gen. 1. Exod. 1. Leuit. 1. Numer. 1. Deoteron. 1. Ieſo Naue 1. Iudicum 1. Ruth. 1. Regum ſecundum nos, 4. ſecundum Hebræos 2. Euangeliorum, quatuor: ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem: Actuum Apoſtolorum, 1. D. Nulli alij libri ad diuinam Hiſtoriam pertinent? M. Adiungunt plures: Paralypomenon 11. Iob. 1. Eſdræ 11. Iudith 1. Heſter 1. Macab. 11. D. Quare hi libri non inter Canonicas Scripturas currunt? M. Quoniam apud Hebræos quoque ſuper hac differentia recipiebantur, ſicut Hieronymus cæteriq; teſtantur. D. Nulla in his Libris alia ſpecies inuenitur? M. Incedunt cæteræ, ſed non principaliter: quia & ſi perſonæ à quibus dictæ ſunt primum, ſecundum cæteras ſpecies ſunt locutæ: tamen ab eo qui librum ſcripſit, vt hiſtoria ſunt relata. Sicut benedictiones Iacob Patriarchæ; ab ipſo quidem vt Propheta dictæ ſunt: ſed Moyſes, qui refert, ordine narrat hiſtorico. Et cum ipſe Moyſes dicit, *In principio* factum cœlum & terram; prophetico quidem dicit [illegible], ſed ſpecie narrat hiſtorica. Similiter & prouerbialiter nonnunquã ſonat hiſtoria, vt eſt *Ambulantia ambulauerunt ligna. vngere ſuper ſe regem.* Aliquando ſimpliciter docet, vt eſt; *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt* Omnia tamen, vt dixi, ſpecie contexuntur hiſtorica D. Quid hiſtoria ſpeciebus cæteris præſtat M, Quod ipſi cæteræ ſubiacent: ipſa, nulli. D. Quid illi commune cum cæteris? M. Habet commune cum ſimplici doctrina, quod vtraque ſuperficie, planæ videntur cum ſint intellectu plerumque difficiles: Nam aliæ contra.

Cauſæ legalis per quaſdam libros à canone ſanctarum Scripturarum ... [illegible]

C

Iacob Patriarcha, fuit Propheta. Gen. 1.

Iudic. 9. d.
Deut. 6. a.

De Prophetia. Cap. IV.

D. Quid eſt propheтia? M. Rerum latentium, præteritarum, aut præſentium, aut futurarum, ex diuina inſpiratione manifeſtatio D. Da in præteritis prophetiam M *Verbo Domini cœli firmati ſunt*: Et *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt*: Et; *In principio fecit Deus cœlum & terram.* D. Da in præſentibus. M. Cogitationem futuri facti Gieſi, Propheta in præſenti vidit: & Ananiæ ac Sapphiræ, Petrus Apoſtolus. D. Da in futuris. M *Ecce virgo a[c]cipiet in vtero* &c. Quare in definitione poſitum eſt, *latentium*? M. Quia ſi quis iam cognita dicat; licet & futura ſint; tamen Propheta non eſt. ſicut nos, cum Reſurrectionem prædicamus, Prophetæ non ſumus. Si vero cuiuſcunque temporis latentia manifeſtat; tunc Propheta eſt ſicut iam oſtendimus. D proba hoc. M. Apoſtoli teſtimonio, in epiſtola ad Corinthios, qui ait: *Si conuenerit vniuerſa Eccleſia in vnum, & linguis loquantur omnes, intrent autem idiotæ; nonne dicent, quia inſanitis? Si autem omnes prophetent, intrent autem infideles, aut idiota, conuincitur ab omnibus, interrogatur ab omnibus, occulta etiam cordis eius manifeſta erunt, & tunc cadens in faciem, adorabit Deum, annuncians quod manifeſte Deus in vobis eſt.* Ecce Apoſtolus, Prophetiæ vim in occultorum manifeſtatione ſignauit. Sed & ſequentia in eadem Epiſtola & cæteris, multa ſunt talia D. Quare addidimus, *Ex diuina inſpiratione*? M. Quia illi qui aut dæmonum inſtinctu, aut alijs modis latentia dicunt, licet Prophetæ dici poſſint; tamen inter diuinarum Scripturarum non numerantur Authores. D. In quibus Libris prophetia ſuſcipitur? M. In ſeptemdecim. Pſalmorum 150. libr. 1. Oſeæ lib. 1. Eſaiæ lib 1. Ioel. lib. 1. Amos lib 1. Abdiæ lib. 1 Ionæ lib. 1. Micheæ lib. 1. Naum lib. 1. Sophoniæ lib 1. Abacuc lib. 1. Ieremiæ lib. 1. Ezechiel lib. 1 Daniel lib. 1. Aggæi lib. 1. Zachariæ lib. 1. Malachiæ lib. 1. Cæterum de Ioannis Apocalypſi, apud Orientales † admodum dubitatur. D. Nulla in his libris alia ſpecies inuenitur? M. Accedunt cætera; ſed non principaliter, niſi ad probationem prophetiæ: ſicut in Eſaia, Achaz, & Ezechiæ Regum velut quædam refertur hiſtoria, ſed prophetiæ intentio eſt, non geſta contexere, ſed prædictorum exitum comprobare. Ieremias cum dicit: *Terra, terra, audi verbum Domini.* Terram, prouerbialiter, habitantes in ea homines nuncupat. Et cum Eſaias dicit: *Non tale ieiunium elegi dicit Dominus, ſed ſolue omnem nodum iniquitatis*; &c. velut ſimpliciter docet, ſed vt prophetico ſpiritu ioſtius hæc prædicat. D. Quid Prophetiæ commune cum cæteris? M. Habet commune cum Prouerbiis quod vtraque, ſuperficie, difficilia ſunt: ſed pleraque intellectu non ardua.

D
Pſal 32.
Gen. 1.
4. Reg. 5.
Act. 5.
Iſa. 7.
1. Cor. 14.

E

† Citra omne id dubium liber Apocalypſis & Canonicus & Propheticus eſt

Iſa 7
Hier. 22.
Iſa 58.

F

De Prouerbiis. Cap. V.

D. Quæ eſt prouerbialis ſpecies? M. Quædam figurata locutio, aliud ſonans, aliud ſentiens, & in præſenti commonens tempore. D. In quibus hæc Libris accipitur? M. In duobus: Salomonis prouerbiorum li 1. & Ieſu filii Sirach li 1

D. Nullus alius liber huic ſpeciei ſubditur? M. Adiungunt quidam librum qui vocatur Sapientiæ, & Cantica Canticorum. D. Acciduntne his libris aliæ ſpecies. M. Sola ſimplex doctrina accidit, ſed non principaliter, niſi ad explanationem vel commendationem Prouerbiorum: vt, *Initium ſapientiæ timor Domini.*

D. Quid Prouerbiis commune cum cæteris? M. Habet cum prophetia commone, quod ſuperficie difficilis videtur, cum, intellectu, plerunque non ſit. D. Quid habet prouerbialis ſpecies proprium? M. Quod ei neque hiſtoria, neq; Prophetia miſcentur; & ſola eſt quæ ita intelligitur, vt quodammodo verborum ſuperficies auferatur. D. Quare in hoc tantum licitum nobis eſt, non textum Scripturæ ipſius cõſiderare ſed ſenſum; cum in cæteris tribus, ita allegorias myſticas admittamus, vt narrationis fidem præſentare neceſſe ſit? M. Quia ſi voluerimus prouerbialem ſpeciem vbique allegoriam ſic recipere vt narrationis veritas infirmetur, locum damus inimicis, prout voluerint, diuinos Libros interpretandi D. Quot modis in diuina Lege Allegoria cognoſcitur? M. Quatuor: aut ſecundum tranſlationem vel metaphoram, vt eſt, *Iratus eſt Dominus, & deſcendit*: & ſimilia quæ ad inſinuandas cauſas ex humanis motibus transferuntur ad Deum. Aut ſecundum imaginationem vel hypotypoſin, vt eſt in Euangelio; *Homo quidam deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho*; Et rurſus parabola vineæ atque agricolarum: Ordo enim eorum quæ gerebantur a Chriſto, velut imagine perſonæ & negotii alterius refertur impletus. Aut ſecundum comparationem vel ſimilitudinem ſicut dicit; *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis*, &c. Non enim narratio ſicut in ſuperiore exemplo contexitur, ſed cauſarum ſolummodo comparantur effectus. Aut ſecundum prouerbialem modum, vt eſt; *Bibe aquam de tuis vaſis, & de ciſterna tua, & de tuis puteis*; cum velit Scriptura innuere, carnalem concupiſcentiam intra licentiam coniugii refrenandam.

Pro 1 A 9

G

Ex. 4.

Luc 10 f.
Mat 20. & 21.
Luc. 13 d.

H

Prou. 5. a.

De ſimplici doctrina. Cap. VI.

D. Quæ eſt ſimplex doctrina? M. Quæ, de fide aut de moribus in præſenti tempore ſimpliciter docemur.

D. Quare hoc nomen accepit? M. Quia omnis quidem

A

Libri ſacri ad ſimplicem doctrinam pertinētes.

B. Petri Epiſtola ad Gētes.

Scriptura aliquid docet, ſed ſub aliis ſpeciebus quas ſupra diximus; ſub quibus aliud etiam agitur. Hæc autem neque hiſtoriam texit, neque Prophetiam, neque prouerbialiter loquitur; ſed tantummodo ſimpliciter docet. D. Qui libri ad ſimplicem doctrinam pertinent? M. Canonici ſexdecim; id eſt, Eccleſ. lib. 1. Et epiſt. Pauli Apoſtoli ad Rom. 1. ad Corinth. 2. ad Gal. 1. ad Epheſ. ad Philip. 1. ad Coloſ. 1. ad Theſſal. 2. ad Timoth. 2. ad Titum 1. ad Phile. 1. ad Heb. 1. Beati Petri ad Gentes, 1. & beati Ioannis prima. D. Nulli alii Libri ad ſimplicem doctrinam pertineot? M. Adiungunt quamplurimi quinque alias quæ Apoſtolorum Canonicæ nuncupantur: Id eſt, Iacobi 1. Petri ſecundam, Iudæ vnam, Ioannis duas. D. Nulla io his Libris alia ſpecies iouenitur? M. Accedunt cæteræ; ſed non principaliter, niſi ad probationem doctrinæ. Nam cum dicit Apoſtolus; *Et dum veniſſem Troadem, in Euangelio Chriſti oſtium mihi apertum eſt*: Et vbi Petro dicitur in faciem reſtitiſſe; velut hiſtoriam videtur texere. Rurſus cum dicit: *Ecce myſterium vobis dico; Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur*; prophetæ opus aggreditur: Cum ait; *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri*; prouerbialibus vtitur verbis: omnia tamen ad doctrinæ probationem, vt diximus, inſeruntur. D. Quid commune cum cæteris ſpeciebus ſimplex doctrina habet? M. Habet cum hiſtoria commune, quod vtraque ſuperficie faciles videntur; cum ſint, inſpectione aut intellectu, plerumque difficiles.

2. Cor. 2. c.

1. Cor. 15. g
Tit. 1. b

B

De authoritate Scripturarum. CAP. VII.

Quinam libri in Scriptura Canonem admittēdi eſſent nondū erat tū explicite quā nunc ab Eccleſia conſtitutum.

D. Quomodo diuinorum Librorum conſideratur authoritas? M. Quia quidam perfectæ authoritatis ſunt, quidam mediæ, quidam nullius. D. Qui ſunt perfectæ authoritatis? M. Quos Canonicos in ſingulis ſpeciebus abſolute enumerauimus. D. Qui mediæ? M. Quos adiungi à pluribus diximus. D. Qui nullius authoritatis ſunt? M. Reliqui omnes. D. In omnibus ſpeciebus hæ differentię inueniuntur? M. In hiſtoria & ſimplici doctrina: omnes namq; in prophetia mediæ authoritatis libri, non præter Apocalypſin reperiuntur: neque in prouerbiali ſpecie omnino ceſſata.

C

De ſcriptoribus diuinorum Librorum.
CAP. VIII.

Ex hī ea deinceps frequenter.

Cur Librorū pleriſque Scripturæ Authores ignorantur.

D. Scriptores diuinorum Librorum qua ratione cognoſcimus? M. Tribus modis. Aut ex titulis & prooemiis; vt Propheticos Libros, & Apoſtolorum epiſtolas: Aut ex titulis tantum; vt Euangeliſtas: Aut ex traditione Veterum, vt Moyſes creditur ſcripſiſſe quinque primos libros hiſtoriæ; cum non dicat hoc titulus, nec ipſe referat, *Dixit Dominus ad me*: ſed quaſi de alio, *Dixit Dominus ad Moyſen*. Similiter & Ieſu Naue liber; ab eo quo nuncupatur, traditur ſcriptus. Et primum librum Regum, Samuel ſcripſiſſe perhibetur. Sciendum præterea quod quorundam librorum penitus ignorantur authores; vt eſt Iudicum, & Ruth, & Regum 3. & vltimus, & cætera ſimilia: Quod ideo credendum eſt diuinitus diſpenſatum, vt alii quoque diuini Libri non authorum merito, ſed ſancti Spiritus gratia tantum culmen authoritatis obtinuiſſe noſcantur.

D

De modis Scripturarum. CAP. IX.

Sacri Libri metricis.

D. Modi diuinæ Scripturæ quot? M. Duo: Nam aut Metris Hebraicis in ſua lingua conſcribuntur, aut oratione ſimplici. D. Quæ ſunt Metris conſcripta? M. Vt Pſalmi, & Iob hiſtoria, & Eccleſiaſtices, & in Prophetis quædam. D. Quæ ſimplici oratione conſcripta ſunt? M. Reliqua omnia. D. Quare apud nos iiſdem Metris conſcripta non ſunt? M. Quia nulla dictio Metrum in alia lingua conſeruat, ſi vim verborum ordinemque non mutet.

De ordine Scripturarum. CAP. X.

D. Quis eſt ordo diuinorum Voluminum? M. Quia quędam Veteris teſtamenti; quædam, Noui. D. Quæ ad Nouum teſtamentum pertineot? M. Euāgelia (vt ſupra dictum eſt) quatuor, Apoſtolicæ Epiſtolæ, & Actus. D. Quæ ad Vetus teſtamentum pertinent? M. Reliqua omnia. D. Quæ teſtamenti Veteris Nouique ſunt propria? M. Veteris intentio eſt, Nouum figuris denunciationibuſque monſtrare: Noui autem ad æternæ beatitudinis gloriam, humanas mentes accendere.

E

De his quæ Scriptura ſacra nos docet. CAP. XI.

D. Quoniam ſatis dictū eſt de his quæ ad ipſam Scripturæ ſuperficiem proprie pertinent, nunc requiro quæ ſunt quæ ipſa Scriptura nos docet? M. Tria quædam: nam aut de Deo loquitur, aut de præſenti ſæculo, aut de futuro.

Quo ſignificationibus Scriptura de Deo loquitur.
CAP. XII.

D. Quot ſignificationibus ſcriptura de Deo loquitur? M. Quatuor. Aut enim eſſentiam eius ſignificat, quam Latine & ſubſtantiam nuncupamus; vt eſt; *Ego ſum qui ſum*: Aut perſonas, vel ſecundum Græcos, ſubſiſtentias, vt eſt; *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*: Aut operationem, vt ſcriptum eſt: *Secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum à mortuis, & ſedere faciens ad dexteram ſuam*. Aut collationem eius ad creaturas, vt eſt; *Regi autem ſeculorum incorrupto, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum*.

Ex. 3. d.
Mat. 28.

F

Ephe. 1.

Rom 11.

De ſignificationibus diuinæ Eſſentiæ. CAP. XIII.

D. Quot modis diuina ſignificatur eſſentia? M. Duobus; principaliter & conſequenter. D. Principaliter, quibus verbis? M. Octo. Dicitur enim, aut Deus, aut Dominus, aut ſimul, Dominus Deus; aut Adonai, aut Sabaoth, aut Heli, aut Heloi, aut, eſt. D. Nihil aliud quam Deum hæc verba ſignificant? M. Duo tantum, nonnunquam & de aliis abuſiue dicuntur; Deus & Dominus, teſte Paulo: *Quoniam dij multi, & domini multi* Et; *Dij eſtis & filij excelſi omnes*. Reliqua vero ſex, nunquam niſi de Deo dicuntur. D. Quid de Deo hæc verba ſignificant? M. Non quid eſt, ſed quia eſt: quid enim ſit Deus comprehendi non poteſt. D. Quibus modis Deus conſequenter ſignificatur? M. Cum Perſonas, aut operationem, aut collationem eius ad creaturas Scriptura exponit. Nam & cum nominat Patrem; licet primus auditus, generantem ſignificet; cōſequenter tamen intelligimus Deum: ſimiliter & quando nominat Filium vel Spiritum ſanctum. Et cum dicit, *omnipotens*: licet operationem eius, primus ſermo denunciet, conſequēter tamen intelligimus Deum. Et cum dicit inuiſibilem; licet eum qui videri à mortalibus nequeat, principaliter ſonet; & ex collatione noſtra, id quod non ſumus, ei qui ſi nos fecit, adſignet; conſequenter tamen intelligimus Deum.

Gal. 4.
Ioh. 10.

G

De ſignificationibus Trinitatis.
CAP. XIV.

D. Quot modis Perſonas ſiue ſubſtantias diuinitatis Scriptura ſignificat? M. Similiter duobus: Principaliter & conſequenter. Principaliter, vt cum dicitur, Pater, Filius, Spiritus ſanctus. Conſequenter; per ea quibus ſignificatur eſſentia, aut operatio, aut ad creaturas collatio. Nam & cum dico, *Deum*; quod ad eſſentiam: & cum dico omnipotens, quod ad operationem pertinet, dico. Et cum dico, *immutabilis*, quod ex collatione ad creaturas dicitur; licet aliud primus auditus ſentiat, tamen Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vel ſimul, vel ſingulos; conſequenter Deum intelligo.

H

Quot modis Pater ſignificatur. CAP. XV.

D. Quot modis Pater ſignificatur? M. Patris nomine vnam perſonam intelligis, ſed non vno modo, ad Filium enim proprie dicitur, ad creaturam communiter: ibi na-

turæ

A tuiæ veritate, hic gratiæ bonitate. D. Hoc vno modo Pater ſignificatur? M. Principaliter hoc. Nam conſequenter & ex his quæ eſſentiam Deitatis, aut operationem aut collationem ad creaturas quolibet modo ſignificant. Inſuper & ex Filii vocabulo conſequenter intelligitur Pater; & ſancti Spiritus nomine, ipſe ſcilicet Pater cuius eſt Spiritus, ſubintelligitur. D. In ipſa Trinitate, nulli alii perſonæ vocabulum Patris, adſcribitur? M. Legitur de Filio dictum: *Pater futuri ſeculi*; ſed hoc ſecundum carnem dictum eſt, & non proprie & ſignificatiue: vt oſtenderetur ipſe cauſa & genitor beatitudinis noſtræ; in quo per carnis reſurrectionem, humana natura futuram vitam & ſperare incipit & ſumere. *Iſ. 9.*

Quot modis Filius ſignificatur. CAP. XVI.

D. Quot modis loquitur Scriptura de Filio? M. Quinque. Nam velut ſola nonnunquam deitas eius ſignificatur, & conſequenter intelligitur carnis aſſumptio; vt eſt, *vnigenitum filium qui eſt in ſinu Patris*. Nonnunquam vero ſolus homo ab eo ſuſceptus; & deitas conſequenter; vt eſt: *Nouiſsime locutus eſt nobis in filio*: nonnunquam ſimul vtrunque; vt eſt: *Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet non rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens*. Nonnunquam & ad corpus videntur dicta, quæ ad Deitatem ſunt principaliter referenda, vt eſt: *Filius hominis qui eſt in cœlo* Rurſus diuinitati nonnunquam videntur adſcripta quæ ſpecialiter referuntur ad carnem, vt eſt; *Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. D. Quare his quinque modis loquitur Scriptura de Filio? M. Diſtincte quidem ideo ſecundum naturas loquitur, vt inconfuſas earum proprietates oſtendat: Communiter, ideo vt aſſerat vnitatem. Alternat vero humana diuinis, & diuina humanis vt vtrumque vnius Perſonæ indiuiſumque monſtretur. D. Quot modis ſolet Filii ſignificari Perſona? M. Duobus: & ipſe principaliter quidem ſignificatur. cum Chriſtus dicitur abſolute. Nam cum alii Chriſti vocantur, alterius quidem dicuntur, vt eſt, *Chriſtus Domini*, aut *Chriſtus meus*: Solus autem Deus naturaliter Dei filius Chriſtus abſolute dicitur; Vnde & hoc filius eius eſſe proprium declaratur. Conſequenter vero intelligitur Perſona Filii: & ex illis tribus quibus & Pater, & ex ipſo Patris vocabulo, & ex Spiritu ſancto; quia & Spiritus dicitur Patris & Filii.

Ioh. 1. *Heb. 1.* *Phil. 2.* B *Ioh. 3.* *1. Cor. 2.* *1. Re. 24. b.* *Pſ. 104. b.* C

Quot modis ſignificatur perſona Spiritus ſancti. CAP. XVII.

D. Quot modis ſignificatur Perſona Spiritus ſancti? M. Principaliter, vno; vt legitur: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Et iterum; *Templum enim eſtis Spiritus ſancti.* Conſequenter vero & gratia quam ipſe largitur; quæ & ipſa ſimiliter ſanctus Spiritus dicitur, vt eſt: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Et; *Accipite Spiritum ſanctum.* Similiter & ex his quibus diuina ſignificatur Eſſentia, vel operatio, vel ad creaturas collatio; ſicut & de Filio diximus: ſed & Patris Filiique Perſona Spiritum ſanctum ſignificat conſequenter; quia quidquid horum dicamus, etiam Perſonam ſancti Spiritus aut cooperatricem aut Conſubſtantialem intelligimus conſequenter.

Matth. 28. *1. Cor. 3. & 6.* *Luc. 1. c.* *Mat. 18. c.* *Ioh. 20. e.*

Quid habent commune vel proprium, Perſonæ Trinitatis. CAP. XVIII.

D D. Quid habent proprium Perſonæ ſingulæ Trinitatis? M. Quod Pater nunquam dicitur Filius; nec, coniunctis ſermonibus, Spiritus ſanctus; licet diuiſe & Spiritus dici poſſit & ſanctus. Nec Filius Pater proprie dici poteſt; aut coniunctiue Spiritus ſanctus. Nec rurſus ſancto Spiritui, Patris aut Filii nomen adſcribitur. D. Quæ ſunt his Perſonis communia? M. Omnia quæ ad ſignificationem, aut eſſentiæ, aut operationis aut ad creaturas collationis pertinere noſcuntur: Vnde & conſtat Trinitatem vnius eſſe ſubſtantiæ. D. Patris & Filii & Spiritus ſancti vocabulis, quid in his Perſonis ſignificatur? M. Tantum, quod ſunt. Nam quid ſunt (vt ſupra de Deo diximus) ſermo non poteſt explicare.

Trinitas conſubſtantialis.

Per quot ſpecies, Diuinitatis operatio deſignetur. CAP. XIX.

E D. Per quot ſpecies, diuinitatis efficientia ſiue operatio deſignatur, quam Græci ἐνέργειαν nuncupant? M. Quatuor: aut creatione, aut prouidentia circa creaturas, aut futurorum circa eas præparatione, aut præparatorum exitu vel euentu. D. Da ad operationem pertinentia. M. Vt cum dicitur Bonus; ex eo maxime quod quæ non erant, eſſe fecit, ac facit: & Sapiens, eo quod tam mirabiliter cuncta cernimus ab eo ordinata: & Fortis, eo quod potuit, quæ tam bene & ſapienter voluit, adimplere. D. In Deo; hæc, eſſentia ſunt an voluntates? M. Deus ſimplex eſt; nec eſt in eo aliud eſſentia quam voluntas: Vnde & omnia nomina operationis eius, licet inter ſe definitionibus differant; apud ipſum tamen nulla differentia vel diuerſitas inuenitur. Itaque & eſſentia vel natura facit, quia ei nihil accidens eſt; & tamen etiam voluntate quia nihil neceſſitate efficit, aut coactus. Non enim, ſicut ignis naturali neceſſitate vrit, aut apes naturali neceſſitate fabricant ceras, vel telas araneæ; ita etiam Deus operatur: ſed Deus ideo natura vel eſſentia facere dicitur, ne voluntas in eo quaſi aliud aliquid demonſtretur: Et ideo voluntate, quia nihil operari compellitur; ſed eſſentialiter vult, & voluntate ſubſiſtit. D. Da ſpecialiter ad creationem pertinentia. M. Vt cum dicitur Factor, Artifex, Creator, & ſimilia: quamuis dicatur & facere; pro, diſponere, vt eſt; *Fecit ſalutem in medio terræ* ſed tunc ſecundum ſpeciem prouidentiæ dicitur. D. Da quæ ad prouidentiam ſpecialiter pertinent. M. Vt cum dicitur Adiutor, Præſcius, Omnipotens; & ſimilia. D. Da ad præparationem pertinentia futurorum. M. Vt cum dicitur Via, & Spes refugium, & ſimilia. D. Da ad euentum præparatorum pertinentia. M. Vt cum dicitur Exultatio, Gaudium; & cætera ſimilia. Omnia autem ad operationem pertinentia, non in omnibus tantum; ſed etiam in verbis, vel reuelationibus ſimilibus cognoſcuntur. D. His tantum modis diuina operatio declaratur? M. Eſt alius figuratus modus, cum ex humanis operatio diuina ſignificatur. D. Quot modis fit? M. Duobus. Cum aut quæ ad animum noſtrum pertinent, figuraliter dicuntur in Deo. vt eſt, furor & ira & pœnitentia: aut ea quæ ad corpus, tractantur; id eſt, pedes, manus. digiti. Aliquando enim & humanę operationes transferuntur ad Deum, vt cum dicimus; *Apprehende arma & ſcutum*: Omnia tamen hæc prædictis quatuor ſpeciebus operationis, pro ſententiarum qualitate iungenda ſunt.

Deus natura & voluntate operatur. F *Pſal. 73.* *Pſal. 34.* G

Quibus modis, ex collatione ad Creaturas, Deus ſignificatur. CAP. XX.

D. Quot modis ex collatione ad creaturas Deus ſignificatur? M. Duobus: Affirmatione & negatione. Confeſſione quidem, cum ea dicuntur de Deo, quæ iuxta eundem modum nulli creaturæ conueniunt; vt eſt, ſimplex, & vetuſtus dierum, ante omnia, & ſpiritus; id eſt, incircumſcriptus, & primus nouiſſimus; & ſimilia. Hæc n. omnia ideo de Deo dicuntur quia nulli creaturæ (eius collatione) conueniunt. Per negationem autem collatio fit, cum, præpoſitione priuatiua, ea in Deo negantur quę in creatura ſunt: vt eſt, ingenitus, incorporeus, increatus, incorruptibilis, immortalis, impaſſibilis; & ſimilia. D. Quid ergo? hæc verba nunquam de creatura dicuntur? M. Dicuntur quidem, ſed non ſecundum eandem rationem. Nam cum homo dicitur ſimplex; non quia compoſitus non eſt (ſolius enim Dei eſt, eſſe eſſentiam ſimplicem) ſed ſimplex homo dicitur, quia nō habet doli duplicitatem. Sic & cum dicitur aliquid inuiſibile; non quia à nullo, in quantum eſt, videri non poteſt (hoc enim ſolius Dei eſt) ſed quia aliquos latet: Similiter & cætera dicuntur. D. Quæ ſunt collatiua quæ de Deo ſic dicuntur vt de creatura dici non poſſint? M. Quæ in eo ſumma ſunt & ſingularia; vt ingenitus, ſempiternus, ſine initio; & ſimilia. H

A

IVNILII DE PARTIBVS DIVINÆ LEGIS.

LIBER II.

Quid de præſenti ſæculo Scriptura ſignificet. CAP. I.

QVoniam ſatis dictum quot modis de Deo Scriptura loquatur, nunc requiro, quæ de præſenti ſæculo loquens, Scriptura ſignificat. M. Quædam quinque. Aut generationem eius, id eſt, creationem, aut gubernationem; aut accidentia naturis; aut euenientia voluntatibus, aut ſubſequentia voluntatis euentus.

Quot modos & differentias in operatione creaturarum Scriptura poſuerit. CAP. II.

D. Quot modis generationem Seculi Scriptura ſignificauit? M. Tribus. Aut enim ſola Dei voluntate factum aliquid ſcribitur; vt eſt: *In principio fecit Deus cælum & terram*, Aut voluntate ſimul & voce; ſiue præceptiua, vt eſt, *Fiat lux*, Et, *Fiat firmamentum*; ſiue deliberatiua, vt eſt; *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: Aut voluntate, voce, ac definitione, vt eſt, *Creſcite & multiplicamini & replete terram*: Et iterum: *Germinet terra herbam pabuli ferentem ſemen ſecundum genus ſuum, & lignum, fructiferum faciens fructum, cuius ſemen ſit in eo ad ſimilitudinem eius in terra*: & cætera quæ poſt ſeptimum diem, vſque in finem ſeculi per partes operatur: Ex illa enim definitione proueniunt. D. Eſt in his tribus aliqua differentia? M. Eſt: quia ea quæ ſola voluntate vel etiam voce ſunt facta, nouiter facta ſunt: quæ vero definitione, illis iam ſimilia quæ facta nouiter diximus. Et rurſus, illa quidem in ſex primis diebus; hæc vero, donec ſeculum ſtabit. D. Da ordinem per ſex dies factarum rerum. M. In ipſo quidem principio conditionis facta ſunt, cœlum, terra, Angeli, aer, & aqua. D. Comproba Angelos, & aquas, & aerem factum. M. Facta quidem ex his Scripturæ locis oſtenditur, vt eſt: *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*: Et; *Laudate eum omnes Angeli eius*. Et; *Aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini, quoniam ipſe dixit, & facta ſunt*. Et Aer in Scripturis, cœli nomine oſtenditur, vt eſt: *volucres cæli*. cum certum ſit aues in aere volare: Cœlum autem oſtendimus factum. Quod vero præceſſerint iſta cæteras creaturas; in Angelis, Scriptura demonſtrat, dum in laudibus & benedictionibus, creaturis cæteris præponuntur: & ratio id poſtulat, oportuit enim vt terrenas cœleſtis creatura præcederet. De aquis vero ipſa Scriptura dicit, quod *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*. D. Sequere ordinem generationis. M. In principio, die prima, lux facta eſt. ſecunda vero die, firmamentum, tertia, mare & terræ naſcentia: quarta, luminaria cœli: quinta, natantia & volatilia: ſexta, reliqua animalia & homo. M. Quæ eſt in ipſarum creaturarum operatione, diſtinctio? D. Quod quædam ex nihilo facta ſunt, vt cœlum, terra, & cætera quæ vſque ad completum diem primum diximus facta: quædam vero ex iam factis primo die. D. Da horum probationes. M. Quia quoties Scriptura, ex aliquo factas res cupit oſtendere: aut palam ſignificat, vt eſt, *Producat terra*, Et, *Producant aquæ*, & ſimilia: Aut certe ex ſubtili ſignificatione verborum: vt cum dicit, *Fiat firmamentum*: vtique ſignificat fuiſſe aliquid fluidum ac liquidum: id eſt, aquas: quæ vt ſolidatæ oſtenderentur, firmamentum vocatum eſt, quod fiebat. Et rurſus luminaria deriuatiua appellauit, quæ quarto die facta ſunt: vt ex lumine, primo die operato, facta monſtraret. In his autem quæ primo die facta ſunt: neque aperte, neque ſubtili verbo factum aliquid declaratur ex altero. D. Nihil ergo poſt primum diem oſtenditur, ex non exiſtentibus factum? M. Sola hominis anima: in quo & hoc ad oſtendendum quia cum alia aut ex nihilo, aut ex iam factis facta ſint, ſolus homo ex vtroque componitur. D. Quas alias differentias creaturis adſcribimus? M. Quod ea quæ primis ſex diebus facta ſunt, non naturaliter, neque ex ſimilitudine prouenerunt? Reliqua vero quæ fiunt naturaliter, ex diuina definitione naſcuntur? exceptis ſcilicet miraculis. D. Da tertiam differentiam. M. Quod creaturarum aliquæ? id eſt, rationales? propter ſeipſas * factæ ſunt, vt Angeli & homines. Reliquæ vero non propter ſe, ſed propter prædictos Angelos aut homines factæ noſcuntur. Homo vero principaliter, ſecundum animam, propter ſe intelligendus eſt factus. Nam ſecundum corpus conſequenter. D. Quid autem? præter homines & Angelos, aliæ creaturæ ſeipſis inuicem non egebant? M. Egebant quidem, non ad vtilitatem tamen ſed ad ornatum: vtiles enim ſunt, non ſibi ſed Angelis vel hominibus pro quibus etiam factæ noſcuntur. Ornatum vero etiam inuicem præſtant. quippe & cœlum inornatum ſine cœleſtibus luminaribus fuit, & luminaria ipſa ne ſuperflua facta eſſent, videntium oculis indigebant. Et mare inornatum, donec aut locum ſuum reciperet, aut animalibus impleretur: & terra incompoſita, præter habitantium vel naſcentium vſum: Et irrationabilia animalia, ſine hominis regimine, inepta: Et herbæ, abſente animalium vſu, ſuperfluæ. Ita omnia egent inuicem, vel his quæ per dies ſex facta ſunt, vel his quæ quotidie fiunt. Sed vt iam diximus aliud eſſe incompoſitum, aliud vtile incompoſitum, aliquid, per ſe vtile alteri, declaratur. D. In ornamento ipſo aliqua eſt differentia? M. Eſt. Nam aliqua in ſex diebus ornata ſunt: vt cœlum, Luminaribus, & terra, herbis, & piſcibus, mare. Quædam donec Mundus viuit, ornantur; vt mare nauigiis, & terra ædificiis, & cæteris quæ humano conſtruuntur ingenio; & homo ipſe, ſcientia: Quædam vero decorem ſuum in futuro recipient; vt corpus incorruptionem, & mortalia immortalitatem; & cœleſte regnum, habitationem Sanctorum.

Notandum autem in ornamentis, quod eorum quæ vel ingenio vel artibus fiunt, in hominibus cauſa eſt; reliquorum vero in Deo. D. Da quartam differentiam. M. Quod Quædam ſimul & velut ſubito creata emerſerunt: vt ea quæ primis diebus diximus facta; id eſt, herbas, Luminaria, natantia, & volatilia, necnon terrena animalia & quadrupedia. Quædam vero non ſimul, ſed velut cum quadam mora, vt mare, terra, homo: Et ipſe enim paulatim factus ſcribitur, ſicut & cætera. D. Da quintam creaturarum differentiam. M. Quod quædam earum ratione cæteris præſunt; vt rationalia: quædam vero vſui habentur, vt cœleſtia luminaria: quædam, naturæ neceſſitate obſequuntur; vt aues & quadrupedes, & ſimilia. D. Da ſextam differentiam. M. Quod ea quæ cæteris præſunt; id eſt, rationalia, voluntate ac ratione mouentur: quæ vero vſu ac neceſſitate obſequuntur, natura mouentur. D. Ea quæ ex aliquo facta ſunt, quot materias habuerunt? M. Sex. Terram, aquas, aerem, ignem, lumen, coſtam. D. Da in ſingulis origines ſuas. M. Ex terra, virentia, plantaria; & animalia: aquis; firmamentum, mare, natantia, ac volatilia: ſimul autem ea terra, aquis, igne, & aere; omnia quæ per ſucceſſiones renouantur: ea lumine, Luminaria: ex coſta, Eua. D. Ignis quomodo probatur factus, aut vnde, vel quando? M. Factum quidem & ex generali Scriptura poſſumus adprobare, cum dicitur de Deo; *Qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt*: quia vtique etiam ignis in eis eſt: Ex ſpeciali profeſſione; *Laudate Dominum de terra, dracones, abyſſi, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum*; de quibus ante dixerat; *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt*? Et rurſus, *Benedicite omnia opera Domini Domino*; & ſubiunxit; *Benedicite ignis & æſtus Domino*. Verum vero ex nihilo, ſicut & alia, factus ſit; an ex aliquo, dubitatur. Plures enim volunt cœleſtium Luminarium eſſe particulam; quippe enim nunc frequenter videmus homines certo modo ignem ex Solis radiis mutuari: Quod ſi ita eſt; primo die factus eſt. Sed ſapientius hoc Scriptura lumen quam ignem vocauit; vt ea meliore vſu nomen acciperet. D. Da ſeptimam creaturarum differentiam. M. Quod omnia quæ ex aliquo facta ſunt, vel ex quibus aliqua facta ſunt, corporea ſunt: Incorporea autem neque ipſa ex aliquo, neque ex ipſis facta ſunt aliqua. Hæc vero incorporea accipienda ſunt, non ſicut Deus incorpo-

Margin notes (left): B — *Geneſ. 1.* — *Geneſ. 1.* — Angeli quando fuerint creati. — *Pſal. 103.* — *Pſal. 148.* — C — *Pſal. 8.* — *Gen. 1.* — Creaturarum differentia. — *Gen. 1.* — D — Poſt primum diem, aliquid creatum ex non exiſtentib.

Margin notes (right): E — * i. nō propter alias creaturas. … ſed propter Deū creatas eſſe conſtat homines & Angelos. — F — G — Creaturarum materia. — De ignis creatione. — *Pſal. 145.* — *Pſal. 148.* — H — *Dan. 3.* — Sitne ignis particula cœleſtium luminarium.

A

reus dicitur: Eius enim comparatione nihil incorporeum eſt, ſicut nec immortale, nec inuiſibile. Alius enim modus eſt quo hæc verba ſoli diuinitati conueniunt; alius quo de creaturis loquitur, ſicut Animabus vel Angelis. D. Quomodo ſex diebus Deus dicitur operatus eſſe, & ſeptimo die requieuiſſe; ſi nec faciens aliquid laborat, vt neceſſaria ei requies credatur, nec aliquando ceſſat, Domino, in Euangelio, dicente: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor?* M. Septimo die requieuiſſe dicitur Deus, non à creando: quippe cum quotidie ex eius diſpenſatione ac prouidentia omnis creatura renouetur aut conſtet: Sed hoc ſignificatum eſt quod poſt illos ſex dies, nullam Mundo incognitam ſubſtantialem ſpeciem aut naturam, nouam inexpertamque creauerit. D. Quomodo Deus Mundum fecerit, poſſumus quærere? M. Hoc temerarie magis, quam caute requiritur. Nullius enim diuinæ creaturæ modum, hominum licet agnoſcere: Nam ſi ſciret quis, quomodo ex nihilo aliqua facta ſunt; Creatori vnque ſcientia ac potentia par eſſet.

Gen. 2. *Ioh. 5.*

De his quæ ad gubernationem Mundi pertinent.

CAP. III.

B

D. Quoniam de creatione Mundi tractatum eſt, competenter, reſtat vt quæramus; gubernatio eius quot modis ſignificatur? M. Duobus: Aut enim generalis eſt, aut ſpecialis. D. Quæ eſt generalis? M. Per quam ea quæ facta ſunt, ſecundum modum quo facta ſunt permanent; quod ſignificatur, cum dictum eſt, *Vidit Deus quia bonum*; Et, *quia bona valde, & benedixit ea.* Quod & beatus Dauid oſtendit dicens, *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt, Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi, præceptum poſuit & non præteribit.* D. Quæ eſt gubernatio ſpecialis? M. Per quam, ſingula; & maxime, rationabilia gubernantur à Deo, ſicut præceptum in Paradiſo, de Ligno. Sicut enim omnes creaturas diuina continet virtus, vt maneant; ita etiam rationales diuerſis occaſionibus erudit, vt proficiant.

Gen. 1. *Pſal. 32.* *Gen. 2.*

Quot modis fiat generalis gubernatio.

CAP. IV.

C

D. Generalis gubernatio in quot ſpecies diuiditur? M. In duas: Aut enim ſucceſſione conſtat, aut ſtatu. Succeſſione; vt homines vel iumenta cæteraque quæ morte vel corruptione pereuntia, renaſcentium ſimilitudine renouantur. Statu autem; vt ea quæ his paſſionibus non ſubiacentia, mundanis motibus obſequuntur; vt cælum, Sol, ſtellæ; & cætera. D. Quæ in eis alia differentia eſt? M. Quod ea quæ renouatione ſoluuntur, indigent etiam quibuſdam remedijs, alimentis & pluuijs; nonnunquam & miniſterijs Angelorum, cæteriſque ſimilibus. Ea vero quæ non per ſucceſſionem ſubſiſtunt; ſine aliqua tali meditatione diuinitus gubernantur. Vtrum vero & in ipſis, per Angelorum miniſterium aliquid agatur, ſecreta & difficilis quæſtio eſt.

Difficilis eſt quæſtio an miniſterio Angelorum in rebus creatis aliquid agatur.

Quibus modis fiat gubernatio ſpecialis.

CAP. V.

D. Specialis gubernatio quot modis fit? M. Tribus: Aut enim à Deo fit, pro Angelis & hominibus: aut ab Angelis propter ſeipſos & homines: aut ab hominibus, propter ſe. D. A Deo pro Angelis & hominibus quomodo fit? M. Per Legiſlationem.

D

De Legiſlatione, & differentijs eius.

CAP. VI.

D. Legiſlatio in quot partes diuiditur? M. In duas: in naturalem diſcretionem, & in legem extrinſecus poſitam. D. Proba naturalem diſcretionem, Legem dici. M. Dicit Apoſtolus; *Quia gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ Legis ſunt faciunt; hi Legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex*: ſecundum hanc & Cain reus erat fratris ſui occiſi. D. Extrinſecus conſtituta Lex, in quot partes diuiditur? M. In duas: in opera; id eſt, actuum retributionem; & verba.

Rom. 2. *Gen. 4.*

E

De Lege per opera. CAP. VII.

D. In opere per quot modos? M. Per quatuor. Aut per generalem præſentem retributionem; vt eſt fructuum terrumque prouentus: Aut per ſpecialem præſentem retributionem; vt eſt, Abraham in peregrinatione ditatus, vel Noe ſaluatus in diluuio: Aut per generalem viſibilem pœnam; vt eſt, fames generalis ſeu ſiccitas: Aut per ſpecialem; vt Cain vel Saul pœna. Hæc enim omnia, ad modum Legis, Angelos atque homines erudiunt; quippe & Angelos, diaboli ruina perterruit atque firmauit: licet credendum ſit alio modo Angelos, alio homines erudiri. D. Quæ eſt totius Legislationis intentio, & in quo conſiſtit? M. In diſcretione boni ac mali: quæ vel in doctrina; id eſt, fide; vel in actibus agnoſcuntur.

Gen. 13. a *Gen. 8.* *Gen. 4.* *1. Reg. 31.* *Angeli dæmonis ruina territi & firmati.*

D. Quare pœnas & retributiones præſentes diximus? M. Quia ipſa ſunt quæ ad vicem Legis erudiunt. Nam futura & æterna nec patientibus nec videntibus proderunt, vbi iam pœnitentiæ non erit tempus. D. Hæc gubernatio, per quos miniſtros in Scripturis legitur facta? M. Nonnunquam Deus per ſeipſum; vt Adæ præcepit ne tangeret lignum: nonnunquam per Angelos, teſtante Apoſtolo; *Quia ſi per Angelos locutus ſermo factus eſt firmus*: Et rurſum primogenita Ægypti, Angeli manu dicuntur extincta. Aut per homines, ſicut Prophetas. Aut per beſtias, ſicut per Serpentes in eremo, atque ſimilia. Et per hæc enim, velut quandam ſubſtantialem ac materialem Legem, à malis prohibent propter quæ ingeruntur; & ad bona propter quorum retributionem oratur, impellunt.

Gen. 2. F *Hebr. 2. a* *Exod. 12. e.* *Num. 21. b*

De Lege per verba. CAP. VIII.

D. Lex in verbis conſtituta, in quot partes diuiditur? M. In duas. Aut enim immutabile aliquid præcipitur, aut temporale. D. Quot ſunt immutabilium genera? M. Duo: dilectio Dei & dilectio Proximi. D. Temporalia præcepta in quot partes diuiduntur? M. In duas. Aut enim diu ſeruata ſunt, vt Circumciſio; aut paruo tempore, vt Mannæ perceptio. D. Quæ alia eſt Legum differentia? M. Quæ aut aliquid præcipiunt, vt, *Honora patrem tuum*: Aut aliquid vetant; vt *Non occides, non mœchaberis.*

D. Da tertiam differentiam. M. Quod alia ſunt per ſe vtilia; alia propter illa, neceſſaria. D. Quæ ſunt per ſe vtilia? M. Dei proximique dilectio. D. Quæ ſunt, propter alia, neceſſaria? M. Vt; *Non occides*: Homicidio enim, dilectio fratris expellitur: & obſeruatio Sabbati; In eius enim obſeruatione, commemoratio eſt quietis Dei ab operatione creaturarum: In qua celebritate, Dei vt conditoris, dilectio ſignificabatur. D. Da quartam differentiam. M. Quod quædam præcepta velut corporalia erant; vt de animalibus mundis & immundis, ac lepra, & ſimilibus. Quædam ſpiritalia; vt, *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.* D. Da quintam differentiam. M. Quod quædam ſunt Veteris Teſtamenti ſpecialiter præcepta; vt de Iubileo: Quædam ſpecialiter, Noui, vt, *Sic orabitis, Pater noſter qui es in cælis.* Quædam vtriuſq; communia; vt, *Diliges Dominum Deum tuum.* D. Da ſextam differentiam. M. Quod aliqua præcepta, ſicut ſonant, intelliguntur; vt eſt *Non mœchaberis*: Aliqua autem ſonant ſicut res eſt; *Cum feceris eleemoſynam, neſciat ſiniſtra quid faciat dextra tua.*

Exod. 20. b G *Leuit. 19. d* *Matth. 6. b* *Matth. 5. g* *Matth. 6. a*

D. Da ſeptimam differentiam. M. Quod aliquorum tranſgreſſio præceptorum, pœna punitur; vt eſt, *Oculum pro oculo, dentem pro dente*: Aliquorum pœna non habetur; vt, Panem ſacerdotalem comedi ab eo qui ſacerdos non erat: Aliorum vero etiam laudabilis tranſgreſſio eſt; vt eſt; *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Lex enim tunc iubebat, malis mala reſtitui. Inuenitur ergo contemptus Legis eſſe laudabilis. D. Da octauam differentiam. M. Quod aliqua præcepta ad fidem pertinent; aliqua ad mores, quorum ſubdiuiſio admodum prolixa cognoſcitur.

Leuit. 24. d H *Pſal. 7. b* *Contra iſta legem; nam lex non iubebat priuatim mala malis reſtitui; ſed iudicee. auctoritate publica, nec huius tranſgreſſio bona.*

De Angelica gubernatione.

CAP. IX.

De angelorum propter ſeipſos & homines gubernatione,

A

tione, quomodo fit? M. Palam quidem in Scriptura non legitur: tamen cum ita dicantur eſſe Angelorum gradus & ordines, atque diſcurſus propter humanam vitam; vt pro Tobia & Daniele, & aliis, ſine dubio ſignificantur quod iniuncta ſibi in Mundo negotia gubernant: quibus, & ſibi conſulunt dum obediunt Creatori, & hominibus, dum eorum diſpenſationi proſpiciunt.

De humana gubernatione per homines.

CAP. X.

D. Hominum propter ſeipſos gubernatio, quot modis fit? M. Tribus. Aut enim pro republica, quis hominum ſatagit; vt rex: Aut pro domo; vt paterfamilias: Aut pro ſeipſo; vt quilibet monachus vel egenus. D. Nullis aliis creaturis conuenit gubernatio? M. Omnibus quidem conuenit; cunctis enim ſecundum ſuam naturam, velut prudentiam quandam Creator incluſit, ſicut legitur; *Volui colligere filios tuos, ſicut gallina pullos ſuos*; & ſimulta. Sed neque intentio Scripturæ eſt de irrationabilibus ſubtiliter edocere, neque in ea proficientium, eſt deſiderium in his quærendis tempus atterere.

Matth. 23.

B

De accidentibus naturæ. CAP. XI.

D. Quoniam de gubernatione Mundi ſatis dictum eſt; quæ ſunt naturis accidentia? M. Diuinæ quidem Naturę nihil accidit: Cum enim ſit incomprehenſibilis, & ſemper eodem modo ſe habens, non recipit accidentium diuerſitatem. D. Quæ certe accidunt creaturis? M. Stare, vt terræ, ſecundum Scripturam: Moueri; vt Cœlo, & igni & aquis, cæteriſq; enaſcentibus. Deinde tempus, locus, numerus. Omnia enim & aliquando cœperunt, & alicubi ſunt, & vnum vel plura. Item accidunt, generari, corrumpi ſanitas, ægritudo, forma poſitio, artium diſciplinarumque capacitas. Item creſcere, nutriri, ſentire, viuere, mori, inter ſe differre, & eſſe contraria. Inſuper ordo, conſequutio, cohærentia, hiſque ſimilia atque contraria; nec tamen ſingulis, vniuerſa.

De accidentibus voluntatis.

CAP. XII.

C

Voluntatis definitio.

D. Quoniam ſatis dictum eſt de accidentibus naturarum; dicendum nunc de accidentibus voluntatis: Quid eſt voluntas? M. Vis animi inuiolata ſiue ſpontanea, ſecundum quam diuerſæ atque contrariæ cogitationes efficiuntur, & opera. Naturalis eſt in nobis boni malique communis diſcretio; ſpontaneus autem motus in his quæ iam diſcreta & ſequenda ſunt. Ipſum lex quidem erudit, gratia autem præparat, adiuuat, corroborat, coronat.

De conſequentibus euentum voluntatis.

CAP. XIII.

Gen. 13.
Gen. 3.
Luc. 16.

D. Quæ ſunt conſequentia voluntatis euentus? M. Quatuor. Quædam enim in hac vita, aut bona bonis, & mala malis eueniunt; vt Abrahæ proſperitas, & Cain pœna. Aut contra; bona malis, & mala bonis vt Diues qui in Euangelio vſque ad mortem fœlix deſcribitur; è contra Lazarus vlceribus atque egeſtate torquetur. Aut certe neque his, neque illis vtralibet retributio; vt pro Ioſeph vendito, nulla vltio fratribus irrogatur. Nec ſocer Moyſi pro regendo populo conſilium dans; licet laudetur à Deo; aliqua mercede donatur. D. Quas huius diuerſitatis dicimus cauſas? M. Aliquibus hic congrua rependuntur, ne Mundus non putetur prouidentia diuina regi, ſed caſibus; ſimul vt & bonos bonorum copia conſoletur, & malos ſimiliū pœna deterreat. At vero malis fœlicitas permittitur, vt boni probentur & diſcant ea contemnere quæ vident indignis ſecum eſſe communia: bonis autem æque accidunt mala. Aut vtrique generi nulla hic compenſationis imago conceditur; vt alibi, & iudicium & plenam pro actibus retributionem, certiſſime poſſimus cognoſcere. D. Da quartum modum. M. Cum ii neque mali aliquid per ſe, neque boni geſſerunt; bona participant aut mala, vt infantes: aut fortitan neutra, vt ſunt abortiui; de quorum & ſtatu, & merito, cauſa ſubtilis, dubiuſque tractatus eſt.

D

Gen. 50.
Exod. 18.

E

De Abortiuorum merito, dubius eſt tractatus.

De his quæ ad futurum ſeculum pertinent.

CAP. XIV.

D. Quoniā omnes regularum partes de præſenti ſeculo compleuimus; quæ ad futurum credimus pertinere? M. Quatuor quidem. Aut enim acceptatio eſt ſiue vocatio, aut figura, aut prædictio, aut effectus vel exitus prædictorum.

De acceptationibus.

CAP. XV.

D. Quam vocamus acceptationem ſiue vocationem? M. Eam ſcilicet, qua Deus quoſdam homines vel populos, ſpecialis gratiæ beneficio ſibi conciliare dignatur, pluſque circa eos quam circa cæteros homines, diuinæ indulgentiæ & quaſi familiares fauores oſtendit. D. Quot ſunt acceptationes? M. Decem. D. Da ordinem acceptationum. M. Prima eſt beati Abrahæ; ſecunda, Iſaac; tertia, Iacob & ex eo natorum duodecim Patriarcharum; quarta, Tribus Iuda; quinta totius populi in Ægypto; ſexta, ſancti Dauid; ſeptima, domus ipſius Dauid, & per ipſam totius Tribus Iuda: octaua, reditus populi ex captiuitate; nona, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum carnem; quam ſibi vniēs Dei filius ex genere Dauid, & per eum ex Abraham, atque ex Adam, omnium noſtrum ſaluti remiſſionique proſpexit: Decima, omnium gentiū per diſpenſationē incarnationis ipſius Dei & Saluatoris noſtri. D. Quid ergo? Iuſti & Deo placentes ante Abraham homines non fuerunt? M. Fuerunt quidem: Quippe cum *filii Dei* appellati ſint qui ex Seth fuerant progenerati; & Enoch tranſlatus ſit; & Noe pereuntis Mundi renouator effectus; & Melchiſedech, ſummi Sacerdotis exemplum. Sed in iſtis non diuina acceptatio; id eſt, ſpecialis illa familiaritas & fauor, oſtenditur: ſed ipſorum iuſtitia declaratur. Ad Abraham vero Dei frequens allocutio & quaſi conuictus, ac per ſingula diſpenſatio; probationis promiſſa præmia, in poſteros recordatio, viro miram diuinæ acceptationis oſtendunt. Similiter & circa cæteros ſupradictos, peculiaris quædam diuinitatis fauor, & quaſi per ſingulos vitæ actus palam diſpenſata gubernatio, præcipuum gratiæ declarat auxilium. D. Quare hæc ad futurum ſeculum dicimus pertinere, cum in præſenti geſta ſint? M. Quia vnaquæque res, ex effectu perſpicitur; & eadem eſt facti cauſa, atque facientis intentio. D. Proba harum acceptationum cauſas ad futura reſpicere. M. Gentium fides pro ſpe vitæ æternæ, religionem ſequitur Chriſtianam. Nam Chriſtus ipſe Dominus toto doctrinæ ſuæ remedio actuumque miraculis, necnon Reſurrectione atque Aſcenſione; futuram vitam docuit, promiſit, adprobauit, indulſit. Iam cæteras acceptationes, quis pro Domino, Sacramentiſque ignorat effectas? Ipſe; Abraham, Iſaac, Iacob, promittitur ſalutem Gentibus collaturus. Proptereum Abrahæ ſemen à cæteris Gentibus ſegregatur: & propter ipſum, Iudæ Tribus & benedictione præcellit & in captiuitatem vltima ducitur, & prima ſaluatur; quia ex ipſa Dominus carnem ſumpſiſſe dignatus eſt, adeo vt ex illa Iudæi fuerint nuncupati. Ipſe, Dauid domuique eius ac Tribus repromittitur, in perpetuum de eius ſemine regnaturus. Igitur ſi fides Gentium, pro vita futura, Chriſti incarnatio, pro fide Gentium fuit facta: omnes acceptionum ſeries ad futurum ſeculum pertinere ex ipſa intentione colligitur. Hæc autem omnia, etiam noui ac Veteris Teſtamenti teſtimoniis facile comprobantur, cum vbique diſperſa ſint.

F

Geneſ. 6.

G

Geneſ. 4.

Tribus Iuda, quo poſtreſpo vltimo tranſmigratur.

H

De typis. CAP. XVI.

D. Quid eſt typus? M. Quam nos figuram dicimus, ſiue formam; ſicut dicit Apoſtolus, *Omnia enim in figura contingebant illis*: & iterum; *Adam qui eſt forma futuri.* Nec

1. Cor. 13.
Rom. 5. 6.

enim

A enim abs re eſt, vnum aliquid multis ſignificari vocabulis. D. Quid eſt ergo typus, ſiue figura? M. Præſentium, aut præteritarum, aut futurarum rerum ignotarum; per opera (ſecundum id quod opera ſunt) manifeſtatio. D. Da præteritorum typos. M. Vt eſt Catechumenorum humilitas: Typum enim gerunt Adæ Paradiſo excluſi; & ex cõſcientia delictorum, diuinum metuentis aſpectum: propter quod, & per publicum capitibus tectis incedunt. D. Da in præſentibus. M. Vt Aaron veſtis, quæ duodecim Tribuum nomina lapidibus inſita geſtabat; oſtendens, ſe, quodammodo pro omni populo ſupplicare. D. Da, de futuris. M. In his nulla eſt difficultas: tamen ex ſuperfluo; vt in duobus filiis Iſaac, duo Teſtamenta monſtrata ſunt. D. Quoniam & de prophetica ſimilem pœne definitionem diximus, quid intereſt? M. Quod in propheticis verbis (ſecundum hoc quod verba ſunt) futura ſignificantur: typis autem res declarantur. Ex rebus poſſunt tamen hæc duo, & ita definitione miſceri; vt dicamus quia prophetica eſt typus in verbis, ſecundum id quod verba ſunt; & contra, typus prophetia eſt de rebus, inquantum res eſſe noſcuntur. B

Catechumenorum humilitas. — *Galat. 4.*

De differentiis typorum.

Cap. XVII.

D. Quot ſunt typorum vel figurarum modi? M. Principaliter quatuor. Aut enim grata gratis ſignificantur: aut mœſta mœſtis; aut grata mœſtis, aut gratis mœſta. D. Da exempla per ſingulos modos. M. Grata quidem gratis ſignificantur, vt Domini ſecundum carnem reſurrectio & in cœlis habitatio, formæ noſtræ reſurrectionis, & futuræ in ſtis in cœlo habitationis indicium; ſicut dicit Apoſtolus: *Colos. 3.* *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Mœſta vero mœſtis præfigurantur: vt diaboli angelorumque eius deiectio, & futuræ pœnæ repromiſſio; figura eſt eorum qui pro ſimilitudine operum, pœnis ſimilibus detrudentur: ſicut & beatus Petrus eadem forma ad *2. Petr. 2.* deterrendos vtitur peccatores, dicens de Deo: *Quia & angelis peccantibus non pepercit, ſed carceribus caliginis tradidit eos.* C Tertius modus eſt, cum mœſtis grata ſignificantur; vt Adæ tranſgreſſio, typus fuit iuſtitiæ Saluatoris noſtri, ſicut *Rom. 5. d* beatus Apoſtolus docet: *Quia ſicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi, ſic etiam per obedientiam vnius hominis, iuſti conſtituentur multi; Regnauit enim mors ab Adam vſque ad Moyſen etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitudinem tranſgreſſionis Adæ, qui eſt forma futuri*; id eſt, typus. In Græco enim, *typus*, ſpecialiter legitur. Secundi ergo Adam; id eſt, Chriſti; Gratia, forma vel typus fuit tranſgreſſionis Adæ per cõtrarium; ſcilicet figurata. Quartus modus eſt, cum gratis mœſta figurantur; vt baptiſma: etenim figura eſt mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſicut *Rom. 6. a* dicit Apoſtolus; *quotquot enim baptizati eſtis, in morte Ieſu Chriſti baptizati eſtis.* Quid enim aut baptiſmate gratius, vbi a peccatis purgamur, & quo filij Dei efficimur; aut mor- *Matth. 26.* te mœſtius, ad quam ipſe quoque qui eam fuerat ſponte ſumpturus, tamen mœſtus acceſſit? D. Quæ alia typis ac- *Geneſ. 4.* cidunt? M. Temporum differentia. Nam quædam an- *Geneſ. 7.* te Legem ſunt; vt Abel a fratre occiſus Chriſti paſſionem præfigurabat. Et Noe arca, Eccleſiam; & cætera ſimilia. D Quædam vero ſub Lege; vt ipſius Moyſi mors, & Ieſu gloria. Quædam ſub gratia; vt baptizatorum indumenta, & ſacerdotum veſtes, & Dominici corporis participatio, & ſingula alia: quæ omnia typis monſtrare; non ad regularum doctrinam, ſed ad expoſitionem textus pertinet. D. Qua ratione figuras ſiue typos, ad futurum ſeculum dicimus pertinere? M. Quia veteris Teſtamenti figuræ, ad Nouum, intentione reſpiciunt: Nouum autem, futuræ vitæ beatitudinem repromittit; & ſic omnia ad futuri ſæculi ſpem ex ipſa intentione currunt.

De prædictionibus.

Cap. XVIII.

D. Quoniam typorum regulam diximus; de prædictione videamus. Quid eſt prædictio? M. Futurarum incertarum rerum, verbis (inquantum verba ſunt) manifeſtatio. D. Quæ accidunt prædictionibus? M. Principaliter tria: Quod quædam ante Legem fuerunt, quædam ſub Lege, quædam ſub gratia. E

De prædictionibus ante Legem, quot modis factæ ſunt?

Cap. XIX.

D. Ante Legem prædictiones quot modis factæ ſunt? M. Quinque. Aut de generalitate communiter; vt eſt. *Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*: Et rurſus; *Maledicta terra in operibus tuis.* Hoc enim, per vnum, omni humano generi prædictum eſſe cognoſcitur. Aut ex parte vel medio, vt eſt; *Multiplicabo dolores tuos*: Et; *In dolore paries filios*: Et; *Conuerſio tua ad virum tuum, & ipſe tibi dominabitur.* Hoc enim non omni humano generi, ſed omnibus tantum fœminis dictum eſt. Aut ſingulariter; vt eſt, *Et vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, quia ipſa eſt mater omnium viuentium.* Aut pro initio veteris Teſtamenti; vt eſt, *Maledictus Canaam, ſeruus erit fratribus ſuis.* Aut pro nouo Teſtamento principaliter. Nam cum dicit; *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: *Venite, deſcendamus, confundamus linguas eorum*: pluralis numerus, Trinitatis indicium eſt, qui nouo Teſtamento apertius prædicatur. Et cum dicitur: *Sanguis fratris tui clamat ad me de terra*; paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti prædicitur, Apoſtolo teſte in Epiſtola ad Hebræos; Quia conſperſio ſanguinis Chriſti plus potuit ad Dominum clamare pro nobis, quam Abel ſanguis clamauerat contra fratrem.

Matth. 19. — *Gen. 3. c* — *Gen. 3.* — *Gen. 3.* — F — *Gen. 9.* — *Gen. 1.* — *Gen. 11.* — *Gen. 4. b*

Quot modis ſub lege prædictiones factæ ſunt.

Cap. XX.

D. Sub Lege, prædictiones quot modis factæ ſunt? M. Duobus. Aut pro his rebus quæ ſub Lege factæ ſunt, aut pro his quæ ſub gratia.

Pro rebus ſub Lege factis, quot ſint prædictiones.

Cap. XXI.

G

D. Pro rebus quæ ſub Lege factæ ſunt, quod prædictionum ſpecies inuenimus? M. Fere viginti duas. Aut enim augmentum populi prædicitur; vt eſt ad Abraham, *Et eris in gentem grandem & multam.* *Gen. 12. b* Aut hæreditatis promiſſio, vt eſt, *Semini tuo dabo terram hanc.* Aut ſegregatio indignorum; vt eſt, *Eiice ancillam hanc & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* *Gen. 21. a* *Gal. 4. a* Aut vindicta in aduerſarios populi, & merces in amicos, vt eſt, *Benedicam benedicentes te & maledicam maledicentes te.* *Gen. 12. a* Aut liberatio populi ab inimicis; vt eſt, *Peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & exient inde cum præparatione magna*; & cætera. *Gen. 15. e* Aut alienorum generationes & nomina; vt Iſaac & Samſon. *Gen. 17.* Aut ſublimitas poſterorum; vt, *Reges ex te exient.* *Iudic. 12.* Aut mortis exitus; vt eſt, *Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritus in ſenectute bona.* *Gen. 15.* Aut differentia populorum; vt eſt, *Populus populum præcedet & maior ſeruiet minori.* *Gen. 25. e* Aut abundantia eſt; vt eſt. *Dabit tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ plenitudinem frumenti & vini.* *Gen. 27. d* Aut diuinum auxilium; vt eſt, *Ecce ego tecum ſum cuſtodiens te omni via.* *Gen. 28.* Aut ſacerdotij vel doctrinæ electio; vt eſt, *Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael.* *Gen. 49. a* H Aut fortitudo & hæreditatis immutabilitas; vt eſt, *Catulus leonis Iuda, ex radice fili mi aſcendiſti, recumbens dormiſti ſicut leo, & ſicut catulus leonis; quis excitabit eum?* *Gen. 49. b* Aut propoſitum vitæ; vt, *Zabulon peregrinus inhabitauit, & ipſe portum nauium, & ſciens requiem, quia bona eſt*, & cætera. Aut tranſgreſſio; vt dicit, *Scio enim quia in fine tranſibitis mei iniquitatem agetis, & declinabitis à via quam mandaui vobis.* *Deut. 31.* Aut ſupplicium; vt eſt, *Quia occurrent vobis mala in fine dierum.* Aut generalis expulſio; vt dicitur. *Quia ipſi æmulati ſunt me in diis & exacerbauerunt me in Idolis ſuis. & ego æmulabor eos in non gentem, in gentem inſipientem tradam eos.* *Deut. 32.* Aut virtutis effectum atque mercedem, vt eſt, *Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula. & operatur iuſtitiam*; & cætera. *Pſal. 14* Aut ſpecies rerum

A vt eſt: *Venit Gad ad Dauid & adnuntiauit ei dicens, Elige tibi*
1 Reg 24. *fieri aut tribus annis famem ſuper terram, aut tres menſes fugere*
à facie inimicorum tuorum perſequentium te, aut tribus diebus ſit
et mortalitatem in terra tua. Aut ſigna; vt eſt, *Et hoc tibi ſi-*
gnum, quia vnxit te Deus regem ſuper hæreditatem ſuam; & re-
liqua. Aut electio Prophetiæ, vt eſt, *Et tu puer Propheta Al-*
tiſſimi vocaberis. D. Da prædictiones de Gentibus pro po-
Luc 1. pulo. M. Vt eſt; *Manus eius ſuper omnes, & manus omnium ſu-*
Geneſ. 16. *per eum*: Et, *Surgite & exite ex loco hoc quia conteret Dominus*
ciuitatem. Viſiones quoque Nabuchodonoſor, & Pharao-
nis, aliorumque regum vel gentium per Prophetas dictæ;
generales quidem cauſas referunt, ad populum tamen ſpe-
ctat intentio, pro cuius vltione ſingula prouenerunt.

De prædictionibus ſub Lege in Chriſto.

Cap. XXII.

Iſa. 7. a D. Quot ſunt modi prædictionum in Chriſto? M. Fere
viginti ſex. Aut de mirabilibus eius conceptu & nomine;
Matth. 2. a vt eſt, *Ecce Virgo in vtero concipiet, & pariet filium. & vocabunt*
Mich. 5. a *nomen eius Emmanuel.* Aut de loco natiuitatis, vt eſt, *Et tu*
B *Bethlehem ciuitas Iuda, nullo modo minor es in ciuitatibus Iuda, ex*
Iſa. 7. c *te enim prodiet dux qui reget populum meum Iſrael.* Aut pro
Pſal. 44. b his quæ in rudimentis geſſit: vt eſt, *Priuſquam ſciat Puer co-*
gnoſcere malum, & eligere bonum. Aut de iuſtitia eius atque
Iſa. 53. a iudicio: vt eſt, *Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propter-*
ea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis. Aut
Pſal. 8. de diuinitate eius: vt eſt, *Generationem eius quis enarrabit?*
Iſa. 9. b Aut de viſitatione adſumptionis humanæ: vt eſt, *Quid eſt*
homo niſi quod memor es eius, aut filius hominis niſi quia viſitaſti
Pſal. 2. *eum?* Aut pro vnitate deitatis & carnis: vt eſt, *Puer natus eſt*
nobis: & poſtmodum addidit; *Deus fortis.* Aut de potentia
Pſal. 8. eius & regno: vt eſt, *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper*
Sion montem ſanctum eius. Aut de inimicorum confractio-
Pſal. 44. ne: vt eſt, *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.* Aut de eius do-
ctrina: vt eſt, *Speciosus forma præ filiis hominum.* Aut de eius
doctrinæ vtilitate: vt eſt, *Propter veritatem, & manſuetudi-*
Pſal. 8. *nem & iuſtitiam.* Aut pro miraculis: vt eſt, *Et deducet te mi-*
rabiliter dextera tua. Aut de glorificatione quam iuſte à Fi-
Pſal. 109. delibus ſuſcepit: vt eſt, *Propterea populi confitebuntur tibi in*
æternum, & in ſeculum ſeculi. Aut de probatione prædicatio-
C nis: vt eſt, *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen*
Matth. 3. d *tuum?* Aut de ſacerdotio: vt eſt, *Tu es ſacerdos in æternum.*
Aut de iudicio eius atque iuſtitia: vt eſt, *In ſplendoribus ſan-*
ctorum: Et rurſus *Iudicabit, implebit ruinas, confringet capita*
in terra multorum. Aut de laboribus vitæ eius: vt eſt, *De Tor-*
rente in via bibet. Aut placitum circa Patrem incarnatio-
nis myſterium Scriptura ſignificat: vt eſt, *Ecce puer meus di-*
lectus mihi, in quo complacuit anima mea. Aut † ſancti Spiri-
tus infuſionem, quam vtique homo ab eo ſuſceptus me-
ruit ſiue in principio ipſius incarnationis, ſiue incremen-
to, ſiue in baptiſmate, ſiue in miraculis, ſiue in doctrina,
ſiue in reſurrectione: vt eſt, *Ponam Spiritum meum ſuper*
eum: Et, *Spiritus Domini ſuper me propterea vnxit me.* & reli-
qua. Aut diligentiam circa diſcipulos: vt eſt, *Non dixit,*
neque clamabit, neque audiet quis foris vocem eius. Aut ſeſ-
ſionem eius ſuper iumentum: vt eſt, *Ne timeas filia Sion,*
ecce rex tuus venit ſedens ſuper pullum Aſinæ. Aut paſſiones vel
ſepulturam cauſaſque earum: vt dicitur. *Vidimus & non ha-*
bebat ſpeciem neque decorem, ſed ſpecies eius inhonorabilis, inferior
omnibus hominibus: Et rurſus: *Homo in plaga, & ſciens ferre*
D *infirmitatē, quia auerſa facies eius & dehoneſtata eſt, & ad nihi-*
Iſa. 42. a *lum reputatus ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & nos*
Zach. 9. b *putauimus eum eſſe in dolore & in plaga & in ærumna, ipſe autem*
Iſa. 53. a *vulneratus eſt propter iniquitates noſtras & infirmatus eſt pro-*
Pſal. 21. c *pter peccata noſtra.* Aut diuiſionem veſtimentorum eius:
Matt. 27. d vt, *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſe-*
Pſal. 15. c *runt ſortem.* Aut reſurrectionem Domini. vt, *Non derelin-*
ques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre
corruptionem. Aut vocationem Filij ſecundum adſumptam
Oſ. 11. a humilitatem: vt eſt, *De Ægypto vocaui Filium meum.* Aut di-
Matth. 2. a uinitatis eius generationem ante principium: vt eſt, *Ex*
vtero ante Luciferum genui te. Aut ſecundum eius aduen-
Pſal. 109. tum: *Ecce ſuper nubes cæli ſicut filius hominis.* D. Omnes hæ
prædictiones de ſolo Saluatore non intelliguntur? M.

† Caute legendū haud ita cum placitis Theologiæ conſonant quæ docēt Chriſtum nec ſuam incarnationem, nec gratiam aut gloriam animæ meruiſſe, ſed gloriam duntaxat ſui corporis, & nominis ſui exaltationē. 3. Tho. 3. part q. 19. art. 3

Duobus modis hæc ſolemus accipere. Quædam enim ita E
in ipſius perſonam prædicta ſunt, vt aliis conuenire non Dan. 7. d
poſſint: ſicut legitur; *Non deficiet princeps ex Iuda, neque* Geneſ. 49.
dux ex femore eius donec veniat cui repoſita ſunt. Quædam ve-
ro ſub alterius perſonæ occaſione dicuntur, ad Chriſtum
tamen intellectu reſpiciunt: *In te, & ſemine tuo benedicen-* Gen. 12. d
tur omnes Gentes.

De prædictionibus ad vocationem Gentium perti-
nentibus ſub Lege.

Cap. XXIII.

D. Quoniam prædictiones de Chriſto dictas in veteri
Lege probauimus: da eas quæ de Gentium vocatione
ſunt poſitæ. M. De vocatione Gentium prædictiones
fere decem & ſeptem modis poſitas accipimus. Aliquan-
do enim acceptionem earum ſignificant, cum dicitur: *E-* Deut. 32. d
go æmulabor eos in non gentem, in gentem inſipientem irritabo
eos. Aliquando infirmitates, peccatorum expulſionem,
meliorumque doctrinam, cum dicitur: *Pronuntiare pau-* Iſa. 61.
peribus miſit me, prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis vi- F
ſum. Aliquando gratiam quam acceperant, ſiue adoptio-
nis, ſiue miraculorum, cum dicitur: *Filiæ regum in honore* Pſal. 44.
tuo adſtitit regina à dextris tuis. Aliquando etiam admoni-
tionem, vt illud quod ſequitur: *Audi filia & vide, & incli-* Ibid.
na aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum. Aliquando
glorificationem, quam Chriſto debemus, cum dicitur:
Quia ipſe eſt Dominus Deus tuus, adorabis eum. Aliquando bea-
titudinem & virtutem quam meretur Fidelis, cum dicitur:
Adducentur Regi virgines poſt eam. Aliquando lætitiam in
qua ſunt, profectum ſuum videntes, cum dicitur: *Addu-*
centur cum gaudio & exultatione. Aliquando ſacerdotium
& Eccleſiaſticam conſuetudinem, cum dicitur: *Pro patri-*
bus tuis nati ſunt tibi filii. Aliquando Eccleſiæ ſpiritua-
lem ædificationem, cum dicitur: *Ex gradibus eburneis, ex*
quibus te delectauerunt. Aliquando Eccleſiaſticam autho-
ritatem, cum dicitur: *Pones eos principes ſuper omnem ter-*
ram. Aliquando plenitudinem Credentium, cum dici-
tur: *Replebitur gloria eius omnis terra, fiat, fiat.* Aliquando Pſal. 71. d
tolerantium, ſiue tentationes, ſiue perſecutiones, cum di- Iſa. 42. a
citur: *Donec educat in victoriam iudicium,* & in nomine eius Iſa. 14. b
Gentes ſperabunt. Aliquando inimicorum deſtructio- G
nem, cum dicitur: *Et inimici eius terram lingent.* Aliquan- Pſal. 71.
do pacem qua gaudet poſt perſecutiones Eccleſia, cum di-
citur: *Orietur in diebus eius iuſtitia, & plenitudo pacis, donec* Pſal. 71. b
confirmetur Luna. Aliquando hæreticorum errores, & He-
liæ præſentiam, cum dicitur: *Ecce tranſmitto vobis Heliam* Mal. 4. b
Theſbiten, & reuocabit corda patrum in filios. Aliquando Fi- Luc. 1.
delium ſpem, & ſecundum Saluatoris aduentum, cum di-
citur: *Et ipſe erit expectatio Gentium.* Aliquando baptiſmum Gen. 49
Ioannis, cum dicitur: *Ecce mitto Angelum meum ante fa-* Mal. 3. a
ciem tuam. Luc. 7. d

De ſpeciebus prædictionum, quæ in Gratia
facta ſunt.

Cap. XXIV.

D. Quoniam ſpecies prædictionum quæ in Lege ſunt,
diximus: da eas quæ in Gratia leguntur emiſſæ. M. Præ-
dictionum, quæ in gratia factæ ſunt, ſpecies viginti tres in- H
ueniuntur. Aut enim generatio & vita Ioannis Baptiſtæ
prædicitur ad patrem eius Zachariam: Vt eſt omnis lo-
cutio illa per Angelum, & prophetia ipſius Zachariæ. Luc. 1.
Aut Saluatoris conceptus natiuitaſque mirabilis; vt eſt
prædictio quam ad ſanctam Mariam Angelus dixit. Aut
Magorum reuelatio: aut Iudæorum incredulitas atque Matth. 2
conuerſio, ſicut dicitur: *Ecce iſte poſitus eſt in ruinam & re-* Luc. 2. e
ſurrectionem multorum in Iſrael, & ſignum contradictionis. Aut
præmium regni cæleſtis, ſicut eſt: *Pœnitentiam agite, ap-* Matth. 3. a
propinquauit; & reliqua. Aut Gentium vocatio, ſicut di-
citur: *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent* Matth. 8
cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cælorum. Aut He-
bræorum excluſio; vt eſt, quod ſequitur: *Filii autem regni*
huius excludentur in tenebras exteriores. Aut ſaluatio per Apo-

ſtolo-

A ſtolorum prædicationem, vt cum dicitur: *Venite poſt me.*
Matth.4. *faciam vos fieri piſcatores hominum.* Aut miraculorum clari-
Ioan.14.b tas, vt dicitur: *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet*
& maiora horum faciet. Aut tentatio perſecutioque iuſto-
Matt.10.c rum, vt dicitur: *Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis*
ſuis flagellabunt vos, &c. Aut patientia Fidelium inter aduer-
Matth.16 ſa, vt cum dicitur de Eccleſia, *Et portæ inferi non præualebunt*
Matth.11. *aduerſus eam.* Et rurſus: *Regnum cælorum vim patitur, & vio-*
lenti diripiunt illud. Aut contemplatio regni cœleſtis & ſe-
cundi aduentus, qua & in hac vita Sanctorum animæ per-
Marc.9.a fruuntur, vt eſt: *Veniet enim filius hominis in gloria Patris ſui*
cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua.
Dico autem vobis, quia ſunt aliqui de hic ſtantibus qui non guſta-
bunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno
ſuo. Aut retributio bonorum ſeu malorum, vt cum dici-
Matth.25. tur: *Et ibunt iſti in pœnam æternam, iuſti vero in vitam æternam.*
Ioan 14 b Aut Spiritus ſancti præſentia Apoſtolis data, vt eſt: *Ego ro-*
gabo Patrem meum, & alterum Paracletum mittet vobis: vt ma-
neat vobiſcum in æternum Spiritum veritatis. Aut Eccleſiaſtica
Matth.16. prænuntiatur authoritas, ſicut dicitur: *Et dabo tibi claues re-*
B *gni cælorum, & quodcunque ligaueris in terra erit ligatum & in*
cælo. Aut mors, paſſio ac reſurrectio Saluatoris, ſicut dici-
Luc.9.e tur: *Ex illo cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oportet eum*
in Hieroſolymam ire, & multa ſuſtinere à presbyteris & principi-
bus ſacerdotum, & mori, & tertia die reſurgere. Aut generalis
1.Cor.15.e reſurrectio, vt cum dicit Apoſtolus: *Sicut in Adam omnes*
moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Aut ſimul,
Ioan.12. Chriſti & noſtra reſurrectio, ſicut dicitur: *Cum ego exalta-*
tus fuero, à terra, omnes traham ad me. Aut Iudæ proditio,
Ioan 6.g ſicut dicit Chriſtus: *Nonne ego vos elegi duodecim, & vnus ex*
vobis diabolus eſt? Aut modos tentationis & mortis aliquo-
rum diſcipulorum, ſicut Petro Dominus & negationem
Matt.26.e futuram prædixit, & ſpeciem paſſionis dicens: *Antequam*
Ioan.21.e *gallus cantet ter, me negabis:* Et, *Cum ſenex fueris, extendes ma-*
nus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non vis. Aut præſen-
Matt.26.d tia detentorum Chriſti, cum dicit: *Surgite, eamus, ecce ad-*
propinquauit qui me tradet. Aut diſperſio Apoſtolorum:
Matt.26.e ſicut; *Percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis.* Aut pul-
li aſinæ repertio, quem Dominus in Euangelio prædixit, à
C diſcipulis adducendum. Aut Antichriſti præſentia, cum
2.Theſſ.2.a dicitur: *Nemo vos ſeducat vllo modo, quia niſi venerit diſceſſio*
primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui
Matt.17.b *contradicit;* &c. Aut Heliæ præſentia, cum dicitur: *Helias*
veniet primum. Aut conſcientiæ electorum; vt de Paulo:
Act.9.c *Vas electionis mihi eſt iſte.* Aut aliqui non immutandi, ſed gu-
1.Cor.15.g ſtaturi mortem prædicuntur, ſicut Apoſtolus: *Ecce myſte-*
rium dico vobis, omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immu-
tabimur. Aut futura peſtis, ſicut Agabi prophetia; aut hæ-
Act.11.d reſum contrarietas, ſicut dicitur: *Iſtud autem agnoſce, quia*
2.Tim.4. *in vltimis diebus exurgent tempora maligna.* Et rurſus: *Quando*
ſanæ doctrinæ non adquieſcent, ſed ſecundum ſua deſideria quæ-
Matth.3.e *rent ſibi doctores:* Aut baptiſmatis gratia, vt eſt: *Ipſe vos ba-*
ptizabit in Spiritu ſancto & igne. Aut conſumptio Ieruſalem
Matt.24.b ac templi Iudaici; ſicut eſt: Et, *Orate ne fiat fuga veſtra hye-*
me vel ſabbato: Et; *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.*
Aut Euangelij prædicatio, ſicut dicitur: *Et prædicabitur Eu-*
angelium regni in omni orbe terrarum, in teſtimonium omnium
gentium, & ſic erit finis. Aut mala finis ipſius vna cum ipſo
Matt.13.b fine, vt cum dicitur: *Statim poſt tribulationem dierum illorum*
D *Sol obſcurabitur.* D. Quomodo has prædictiones, ad futu-
Vtriuſque Teſtamenti ſcopus. rum ſeculum dicimus pertinere? M. Sicut de acceptioni-
bus diximus: quia ea quæ prædicta ſunt ante Legem, in-
tentio eorum fuit ad tempora Legis, aut gratiæ rurſus quæ
in Lege prædicta ſunt, gratiam figurabant; & quæ in gra-
tia, cauſam & præmium regni cœleſtis habuerunt. Ita col-
ligitur prædictionum omnis intentio, ad futuri ſeculi bo-
na reſpicere.

De effectibus prædictionum.

CAP. XXV.

D. Quoniam tres iam partes oſtendimus eorum quæ ad futurum ſeculum diximus pertinere; hoc eſt, acceptationes & figuras & prædictiones: nune quarta pars reſtat, vt de effectionibus diſſeramus. Quid ſunt igitur effectus? M. Effectus ſunt earum rerum quas acceptionum proſpiciebat intentio, aut typorum ſimilitudo figurabat, aut prædictionum ſcientia præloquebatur. D. Quot ſunt effectuum tempora? M. Tria. Aut enim Legis tempore effecta ſunt quæ prædicebantur; aut nunc ſub gratia fiunt; aut ſeculorum futurorum tempore complenda ſunt. E

Quæ cauſa fuerit præſentis ſeculi faciendi.

CAP. XXVI.

D. Si omnia quæ in præſenti ſeculo geſta ſunt, ad futurum reſpiciebant; quid opus erat, vt à Deo præſens ſeculum fieret? M. Quia decuit, vt rationales creaturæ prius diſcerent; vt excitarentur in dubiis, ac mox æternis poſtea fruerentur; & merito data viderentur probatis, & gratiora fierent reminiſcentibus tranſacta certamina; & plus glorificarent Donatorem qui pios in hoc ſeculo iuuat: & vt vincerent, & victoribus æterna præmia concederet. *Cur mundus à Deo fuerit conditus.*

De doctrina rationalium in hoc ſeculo.

CAP. XXVII.

D. Quot modis in hoc ſeculo, Rationalium doctrina peragitur? M. Duobus. Aut intelligentia rerum factarum, ſicut dicit Apoſtolus; *Quia inuiſibilia eius à creatura Mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Neceſſe eſt enim vt qui Mundum atque omnia in eo poſita conſiderat, modis ordinibuſque diſtincta; intelligat eſſe Deum, qui hæc & fecerit & gubernet. Aut ex diuinis Scripturis, quæ (vt diximus) in quatuor ſpecies diuiduntur; hiſtoricam, Propheticam, Prouerbialem, & ſimpliciter docentem. F *Rom.1.*

Quæ ſeruanda ſint in Scripturarum intelligentia.

CAP. XXVIII.

D. Quæ ſunt, quæ in intellectu diuinarum Scripturarum cuſtodire debemus? M. Vt ea quæ dicuntur, dicenti conueniant; vt à cauſis pro quibus ſunt dicta non diſcrepent; vt concordent temporibus, locis, ordini, intentioni. D. Quã dicimus diuinæ doctrinæ intentionem? M. Quam ipſe Dominus dixit; *Vt diligamus Dominum ex toto corde & ex tota anima, & proximos tanquam nos ipſos.* Doctrinæ autem corruptio eſt & contrarium; Deum non amare vel proximum. D. Quæ huius contrarietatis eſt cauſa? M. Cauſa malorum, in ipſis eſt qui mali ſunt; quia dum libero arbitrio atque bene conceſſo, inordinate vtuntur rationales creaturæ; & malitiæ, & pœnæ cauſa ſibimet exiſtunt. *Deut.6.* G *Liberum arbitrium.*

Vnde libri religionis Catholicæ aſſeruntur.

CAP. XXIX.

D. Vnde probamus libros religionis noſtræ, diuina eſſe inſpiratione conſcriptos? M. Ex multis, quorum primum eſt, ipſius ſcripturæ veritas; deinde ordo rerum, conſonantia præceptorum, modus locutionis ſine ambitu, puritaſque verborum. Additur conſcribentium & prædicantium qualitas: quod diuina, homines; excelſa, viles; infacundi, ſubtilia, non niſi diuino repleti Spiritu tradidiſſent. Tum prædicationis virtus, quam dum prædicaretur (licet à paucis deſpectis) obtinuit. Accedunt his, rectificatio contrariorum, vt Sibyllarum vel Philoſophorum; expulſio aduerſariorum, vtilitas conſequentium, exitus eorum quæ per acceptationes & figuras & prędictiones quæ prædicta ſunt ad poſtremum, miracula iugiter facta donec Scriptura ipſa ſuſciperetur à Gentibus. De qua hoc nunc ad proximum miraculum ſufficit, quod ab omnibus ſuſcepta cognoſcitur. H

Vbi ſit Fides religionis neceſſaria.

CAP. XXX.

D. Si diuinæ Scripturæ probationibus ſufficiunt; quid neceſſaria eſt religioni, Fides? M. Fides noſtra ſuper ratione quidem eſt; non tamen temerarie & irrationabiliter adſumitur: Ea enim quæ ratio edocet, fides intelligit; Et vbi ratio defecerit, fides præcurrit. Non enim vicunque audita credimus, ſed ea quæ ratio non improbat:
Verum quod conſequi ad plenum non
poteſt, fideli prudentia con-
fitemur.

RVSTICI, S. ROMANÆ ECCLESIÆ DIACONI CONTRA ACEPHALOS, Diſputatio.

DE RVSTICO DIACONO per M. D. L. B.

AVTHOREM *huius, Scriptorum Eccleſiaſticorum nomenclator nullus ne nominat quidem: recentiorum autem Hiſtoricorum vnus atque alter, Sanctæ Rom. Eccleſiæ Diaconum ad Vigilij P P. tempora & ea quibus in Acephalos dimicatum eſt ab Eccleſia feliciter floruiſſe ait, ſ. quantum opinor: ipſum Authorem, qui in ſua huius operis præfatione ſcribit; ſe, ſumma totius vniuerſitatis Eccleſiæ Diaconum factum & voto obligatum Deo, importabile onus aggreſſum eſſe, adque omnes Acephalos omnem fidei Chriſtianæ ſanum zelum abieciſſent vſque adeo, vt nec ſpem correctionis vltra reliquiſſent. Quem ad ætatem, Ruſticus Epiſcopus Africanus, & alter Ruſticus Diaconus Eccleſiæ Romanæ, Felice III. P P. ſubſcripſerunt concilio Rom. 2. Ruſticus Buxentinus, Romano Concil. 3 tempore Symmachi P P. Ruſticus ſanctæ Eccleſiæ Fæſulanæ Epiſcopus, primus quidem ex Italica regione ad Synodum Conſtantinop. ab Apoſtolica ſede miſſus, deinde vero cum illuc aduenisset ſanctæ memoriæ P P. Agapeto, cum reliquis Epiſcopis vnanimiter conſenſit damnationi Seueri Acephali, factæ per Mennã Archiep. Conſt. Ego vero nullum horum, diſputationis huius contra Acephalos authorem puto, ſed alterum illum Eccleſiæ Rom. Diaconum de cuius abdicatione ſic ad illum & Sebaſtianum alterum Diaconum, Vigilius P P. ſcribit:* Tu Ruſtice dum aliqua nobis ignorantibus legeres (*forte*, gereres) quæ hominem tui loci omnino legere non decebat, &c. pro affinitate qua nobis à germano quem dileximus, iungebaris; & pro eo quod te ad Leuiticum officium prouexeramus, frequenter & ſecrete paterna monuimus charitate, &c. *Vide ibidem, plura de hoc argumento; & illic obſerua eum ſcripſiſſe de illius tempeſtatis hæreſibus, nec ob hæreſim ſed aliis ob cauſas honore Diaconi ſummotum.*

B

Mennas Patr. Conſtantin. in Epiſtola ad Petrum Patr. Hieroſolymorum.

C

Hic ille eſt Ruſticus S. Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, qui vna cum Sebaſtiano Diacono item Cardinali, atque aliis Clericis ob intempeſtiuam & inopportunam trium capitulorum ab ipſis ſuſceptam defenſionem, fœdo ſchiſmate à communione Vigilij Rom. Pontif. ſeſe diuulſit. Quem in ſchiſmate diu pertinacem, cum Vigilius patienter ad reſipiſcentiam expectaſſet, tandem proteruum & contumacem damnationis ſententia ferit, gradúque Diaconatus deiecit. Extat ipſum exauctorationis decretum à Vigilio promulgatum Tom. 1. Epiſt. Roman. Pontif. epiſt. S. Vigilij. Cuius hic partem citatam Margarinus. Quocirca authorem huius operis ſchiſmaticum noſce lector, itemque ſcito opus iſtud Ruſtici non haberi integrum, nam infra pollicetur ſe in fine ſuæ lucubrationis ſcripturum de Theodoro Mopſueſtheno, & epiſt. Ibæ, & Theodoreto, quæ erat cauſa trium capitulorum, cum tamen hæc ipſa diſputatio non extet in hac ſcriptione, ab aliquo fortaſſe præciſa quod in eum ſuum ſchiſma, quod cauſa trium capitulorum induerat, valide ſtabiliret aduerſus Vigilium Rom. Pontif. At de Ruſtico Diacono Cardinali plenioren hiſtoriam habes Tom. 7. Annal. Eccl. Anno Chriſti 548. & 550. De cuius opere ibidem iſtud aſſigunt iudicium: Demptis autem ex libro iſto contra Acephalos ſpinis, quibus ager fertilis abundabat, & vepribus in angulo ſilueſcebat, excisis quæ remanſerunt, viro quidem docto ſunt digna. Hæc ibi. Vbi etiam optima coniectura putatur hoc opus ſcriptum ad Sebaſtianum Romanæ Eccleſiæ Diaconum Cardinalem, Ruſtici collegam, eiuſque nomen ſubſtractum, ne quem mentio ſchiſmatis offenderet. Id quod ex ipſa Ruſtici in ſuam diſputationem præfatione facile poteſt deprehendi illis verbis: Memento Chriſtianum te eſſe, atque Diaconum, &c.

D

RVSTICI, S. R. E. DIACONI CARDINALIS, IN SVAM contra Acephalos, Diſputationem,

E

PRÆFATIO.

EGO *quidem, & peccata, & neceſſitates, & menſuram meam ſciens; ſæpe propoſui taciturnitatem præhonorare dogmatiſmo maxime, quoniam nunquam ſic perturbata fuerunt quæ ad Chriſtianos pertinent, ſicut noſtris temporibus: primum quidem, quoniam nullus ſtudia priſcorum æmulatur, ſed effectus diſcutit; & temet ipſos eorum qui pridem quieuerunt in Domino, non filios conſitentur, ſed iudices ordinant; addentes his, quas ne nec eſt numerare, calumnias. Et hoc apud Acephalos quidem, ſicut dicit oportet, omnes; apud hos autem qui nouiter exierunt, ſoli præcipue Laici; quibus & hi qui dicuntur Epiſcopi atque Presbyteri, & Diaconi, & reliquus clerus, & monachi; quidam errore, nonnulli auaritia, aliqui ambitione, magis autem, cuncti, omni malo, Chriſtianorum libertatem & fiduciam & ſanum zelum vſque adeo abiecerunt, vt quod ad ipſos attinet, nec ſpem correctionis vlterius reliquerint. Cum his vero vnius ipſa Chriſtianorum virtus abſceſſit, dum quod commune ac Domini Chriſti eſt; nullus vere curat, nec verbo dignum reputat: omnes autem, ea quæ ſua ſunt, acrius quam vel aliquando ſtudent; & omnem ſpem ſuper illos conſtituunt, per quos hæc largè frui ſperant. Quod vero hæc vera ſint, res ipſa teſtatur, omne ſiquidem veſtigium virtutis abſceſſit; omne autem iniquitas diluuium, Romanam rempublicam merſit. Hæc igitur menti meæ proponens abſtinendum quidem ab huiuſmodi abominationibus iudicaui, ſolis vero vacandum fletibus; & inceſſanter, diuinam ſuſtinendam ſententiam, in multos iam pridem, frequenter ac fortiter, deſuper fulminantem: ſed quid dicam, relinquendi mundum; licet voluntate omnino feſtinus, infirmiſſimus tamen virtute? ſolum mihi vel quum eſt de tuis orationibus ſperare: Reuertar ergo ad quod mihi propoſitum eſt. Hæc & his ſimilia, me ſollicite cogitante; zelus quidem non quieſcebat, ratio vero econtrario ſuggerebat: Quid coartaris ô homo, & tantummodo anima deſperandum; inſpiciens ſolum humanas impietates, & obliuiſcens diuinum nutum. Attende illum qui ſæpe, deſperata iterum ſuſcitat; qui mortua, toties viuificauit vt Dominus: qui enim pro impiis mortuus eſt, neque nunc habet vniuerſam deſpicere creaturam. Et mundus quidem prodit quod ſuum eſt, & quo vergit à proprio Factore declinans: miſericors vero Dominus non deſpiciet propterea magis demonſtrare quod ſuum eſt. Tu interim non occultes quod tibi commiſſum eſt, aut decem talenta, aut vnam paruiſſimam particulam; ne ille poſtea veniens, propria pecunia requirat vſuram. Deinde vnde ſcis, quia neque multi, neque pauci, neque vllus; his quæ dicuntur aſſentier, aut ad non cadendum aut ad remouendum ad fidem Domini Chriſti? Quando vero, & quod auctorum deterius ſuſpicatur, euenerit; nullum tu pertulisti diſpendium: quinimo & tanquam cuncta complentis, coronas excipies integerrimus namque ac fortiſſimus, quin potius miſericordiſſimus Iudex; non à fine, ſed à voluntate & intentione iudicat cauſas. Dum igitur vndique tibi omnino tacendi excuſatio ſit occluſa, & ad non tacendum merces incaduca proponatur, ſi tacueris, temetipſum prorſus pœnæ addices: Nec enim accuſationes iniqua gerentium ſunt verenda, Domino iuſtitia beatitudinis procuratrices oſtenſa ſunt: nec ea quæ, à prohibentibus te, tibi inferuntur, exilia ſiue cuſtodia, variaque afflictiones, & diuerſæ anguſtiæ: non enim gehennæ terrori ſunt paria. Memento Chriſtianum te eſſe, atque Diaconum: & hoc, ſummæ totius vniuerſitatis Eccleſiæ. Si importabile onus eſt ordinis, quare vllo modo aggreſſus es dignitatem? Semel Diaconus factus, eius voto obligatus es Deo: alioquin debuiſti refutare prius, & circa huiuſmodi gradum cum aduerſario tenere pacem, perquirens ſi tu cum decem millibus, viginti aduerſarii millia euincere potuiſſes. Hæc & his ſimilia, prout poſſum, conſcribere me compellunt. Tua de reliquo erit orationis. ſi bona fuerit dictio hominis, qui vix de rectitudine fidei ſola præſumo, non maleuolentia, abſit, ſed quod certo mea infirmitatis conſcius ſim. Intentio igitur mihi eſt, ea quæ ſæpius in collocutionibus, tam Conſtantinopoli quam Alexandriæ Ægypti, ſiue in Antinoo Thebaidis; & in adiacentibus locis, ſeu lecta, ſiue etiam dicta, vel per me vel*

Chriſtianorum admodum perturbata, & quas ob cauſas.

Antiquitatis neglectus

Hæreſis cauſa.

F

Temporum calamitas.

Phil. 2. 21.

Reip. Romanæ ſtatus corruptus.

G

Matth. 25.

Deus, non ex euentu rerum, ſed ex effectu hominum iudicat.

H

Diaconus, Eccleſiæ ſummæ totius vniuerſitatis. Scilicet Romanæ.

A *per alios defendentes, de fide definitionem ſanctæ Synodi Chalcedonenſis colligere; contraque, aduerſariorum quæſtiones, quas ſimiliter comperi, conſcriptare, ad conſummationem dumtaxat, & firmitatem veloruarum ſermonum adducere quæ oportet. Vt vero quæſtionum ſolutionumque ſit diſtinctum, propria, per ſingula, prænotatur ad ea quæ ſunt dicta, perſona: his quidem quæ noſtra ſunt, orthodoxi, his autem quæ illorum, hæretici, ſicut ſe ipſa res habent, & procedente demonſtrabitur libro, ſeruata dumtaxat & circa hoc illa conſuetudine, quia non omnia quæ à talibus dicuntur talia ſunt. Etenim etiam ex his quæ communiter confitemur multoties nobiſcum, ea quæ ſua ſunt tentant demonſtrare. Ne vero iterum confundamus eadem diſtinctione ſermones, ſed vt continue percurrat legentium memoriam, duabus tantummodo perſonis oppoſit eos diſcreta ſunt.*

SILENTIVM loci, & temporis commoditas, & commune conſtitutum, & ab aliis rebus feriæ nobiſcum interim (quod Deo fauente dixerim) concurrerunt ſimul; ſicut igitur promiſiſti; quicquid vis, congrue de his quæ inter nos diſcrepant, interroga; cuſtodita ſcilicet a nobis B omni patientia & bona conſcientia. Memor eſto ad hæc; quoniam pariter conuenit abſque omni linguoſitate, & ipſa (prout poſſibile eſt) verbis proferre res: me dicente, quia vnus & idem filius Dei, filius hominis, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in duabus naturis agnoſcitur: Te vero, vtcumque placuerit.

HÆRETICVS. Si duas naturas dicis eſſe Chriſtum: & non vnam compoſitam, Chriſtum vero genuit beatiſſima Virgo: duas ergo naturas genuit? Vocabitur igitur, ab his quas genuit naturis, Dei genitrix, & hominis genitrix: circa impiiſſimum NESTORIVM, qui eo quod æque virtutis putaret, duo nomina vni; id eſt, Dei genitricem & hominis genitricem vni nomini; id eſt, Chriſti genitricem, non Dei genitricem vocare, Virginem magis prælegit; amplius & diuiſo nomine, Dei genitricem, & hominis genitricem NESTORIVS dixit. At vero ſanctæ memoriæ CYRILLVS, Dei genitricem ſolum. Dicentes igitur duas eſſe naturas Chriſti; competenter Neſtoriani vocantur.

RVST. Conſequenter voſmetipſos per cuncta confunditis; nolentes Domini Chriſti naturas diſcernere: te enim C magis neceſſe eſt, Dei genitricem & hominis genitricem dicere, vt interim de qualitate nil loquar ego ſermonum. Si enim Chriſtus vna & compoſita eſt natura, hæc vero natura ex Virgine nata eſt; & hæc ipſa, Deus & homo eſt. igitur Deum & hominem genuit Virgo; &, Dei genitrix & hominis genitrix nominatur? Si igitur ob hoc Neſtorianos vocatis nos; neque vos, hoc nomine carebitis: non enim credimus hanc (vt dicitis) compoſitam naturam; Deum ſolum, vel certe purum nominare vos: eos enim qui ſic Deum dicunt Chriſtum, vt non confiteantur & hominem; hunc ipſum veſtræ non arbitramini fidei. Sed nec Dei naturam vos arbitror putare compoſitam?

HÆRET. Nos Dei genitricem dicimus ſolum; propter hoc enim maxime, Neſtorio beatiſſimus Cyrillus inſtabat.

RVST. Quid igitur? ad auferendam hominis genitricis vocem, voce hac beatus Cyrillus vſus oſtenditur, an ad aliquid aliud? Dic igitur, ad vnum demonſtrandum filium Dominum Chriſtum; vnam perſonã vnam ſubſtantiam.

D HÆRETICVS. Ad vnum demonſtrandum Chriſtum, Dominum, Filium, vnam perſonam, vnam ſubſiſtentiam, vnam compoſitam naturam.

RVST. Igitur ſecundum te hæc natura Deus eſt ſolum; cuius cauſa Dei genitrix tantummodo nominetur.

HÆRET. Non Deus tantum, ſed Deus incarnatus.

RVST. Cur ergo & Mater, non à Deo & carne nomen accepit quæ iſta generauit?

HÆRET. Quia cauſa carnis Deus eſt, qui dum vellet diſpenſare ſalutem noſtram, ſumpſit vt voluit, per quod quæ volebat impleret. Ergo & natiuitas, & alia miracula, & voces, & paſſio, & omnia, vt breuiter dicamus, Deo verbo ſunt reputanda per carnem, qui propter iſta eſt incarnatus. RVST. Si ergo Deo reputanda ſunt, vt de humanitate & alia modis omnibus denegentur, an de homine quoque ſeu carne iſta dicenda ſunt?

E HÆRET. Solius Dei cuncta ſunt reputanda, non eo quod puro acceſſerint, ſed ipſi incarnato.

RVST. Sed multi ſanctorum Patrum, ea quæ humanitatis ſunt ſiue carnis non oportere ab ea ſeparari confeſſi ſunt, ſicut & in ſynodicis epiſtolis beatiſſimus Cyrillus, & in paternis teſtimoniis ſancta ſynodus Epheſina, ad confirmandam ſuam rectam fidem ipſis geſtis inſeruit, decernens ita quædam, quæ carnis ſunt, propter vnitionem Dei Verbi perſonæ deputanda, vt tamen ea carnis propria fateamur.

HÆRET. Da, ſi tamen potueris, teſtimonia conſonantia his quæ ipſe dixiſti, ſaluis duntaxat dum tempus exegerit, his quæ pro noſtro dogmate proferemus: Veruntamen prius, ſi potes, cauſas aſſigna cur non Deo ſoli omnia per carnem diſpenſata deputentur, ſicut ſupra oſtendimus.

RVSTICVS. Quia nec verum eſt, nec decet; imo inſuper nocet. Non eſt verum, quia nihil horum non incarnato Deo, neque ſecundum quod Deus eſt tantummodo acceſſiſſe, vel ipſi dicere præſumeris, non decet autẽ Deum F tanquam carnem patre minorem, neque mortalem, neque ante Mariam non fuiſſe, neque initium exiſtentiæ ab ipſa ſumpſiſſe, neque per mortem duabus partium partibus Deum; id eſt, cum corpore, quã anima ſeparatim: Si enim cuncta quæ carnis ſunt, illi incarnato colliduntur, vel quæ adſunt, tanquam ſint; vel quæ deſunt, velut non adſint; inuenitur Deus Verbum, nec æqualis, nec conſubſtantialis, nec indifferens, nec coæternus Patri, nec immutabilis ante reſurrectionem; ſed ex ſubſtantia, & ex ſubſtantia Virginis, quæ altera eſt ab illa quæ patris eſt. Inuenietur vero & homo & caro prædicari, & per hæc quod caro ſit incarnata, & inhumanatus ſit homo. Si vero & ea quæ Verbi ſunt, carnis eſſe alterne dicamus; concluditur quia homo quidem conſubſtantialis & æqualis eſt Deo & Patri; Deus autem, minor à patre. Et ex his, de cætero; quia Verbo melior caro, & minus eſt Verbum carni propriæ comparatum: nec non, quia pater maior eſt carne; Verbum, minus; pater igitur multo maior à Verbo eſt, magis vero & ipſi angeli. Multa quoque ſimilia valens dicere, tuo intellectui derelinquo, incongruitatis (quin potius impietatis) euidentiſſimæ infinitam multitudinem atque magnitudinem congregare. G

HÆRET. Ergo nihil quod carnis eſt Dei eſt; neque quod Dei eſt, carnis eſt! & vbi nobis abierunt quæ ſcripturæ diuinæ ſunt? vbi illa quæ ſanctæ ſynodi Epheſinæ, magis vero Nicenæ? vbi omnia pariter celeberrimi Cyrilli conſcripta?

RVST. Recordare, ô optime; quia non dixi, nihil omnino eorum quæ verbi ſunt, de carne dicere, nos debere; nec è conuerſo; ſed quia non debent omnia: noli ergo inferre calumnias: ſed ad propoſitum reuertamur. Si igitur vt ex his claret, quia inutilis & noxius eſt omnium nominum indiſcretus hic modus; veruntamen & propriam paginam requirit. Si enim non ſolum credendo ſed etiam confitendo ſaluamur; ſicut in corde, ſiue animo eſt fides noſtra, non verbis, ſed rebus & definitionibus inſignita, ſic etiam procedere debet à labiis: nam quod aliter geritur, fraus & ſimulatio; hæc vero ineuitabiliter noxia. Si ergo modis omnibus ſic Verbum ſempiternum eſt ſicut Pater, impaſſibiliſque idem Dei ſermo, & inuertibilis ſicut Pater: non voce tantũ, ſimile: ſed eadem voce ſimul & re, iſta dicantur. Inuertibile enim dicitur, quod aliter ſe habere non poteſt. At vero de quo id impoſſibile; neq; verſus, neque paſſus eſt, neque cœpit, ineuitabilis enim coniunctio; & mutari res mutabiles, & pati paſſibiles: ſimiliter ergo quod quomodolibet patitur; ſecundum hoc, eſt paſſibile, & quod vertitur, vertibile; & quod moritur, mortale; & quod augetur, creſcibile; & omnia hæc, nec impaſſibilitatem, nec immutabilitatem de cætero ſeruat. H

Non ſola fide ſaluamur.

HÆRET. Potes mihi hæc oſtendere ex ſanctorum Patrum confeſſionibus, & maxime à ſanctis ſynodis; id eſt, ea quæ in Nicæa, & quæ in Epheſo conuenerunt; & ab his quæ celeberrimus Cyrillus conſcripſit?

RVST. Plane quidem bonum ſunt demonſtrationes. Si vero & hoc vis; poſt pauca & iſtud fiet: interim, de prima quæſtione, adhuc dicenda ſunt pauca. Si igitur Adam

Cur Chriſtus carnem ſumpſerit

A victus à diabolo, corruptionem noſtro inmiſit generi; oportebat, per hominem, rurſus diabolum vinci; vt poſſemus, nos incorruptibilitatis participatione frui. Sed hoc; ſicut infirma & ſubiecta ſeruituti atque corruptioni, noſtra natura, per ſemetipſam non valebat explere; & à Domino hanc oportebat aſſumi; ſic rurſum ſine noſtra natura id fieri, nec decebat vtique, nec voluit Deus. Non enim per violentiam propoſuerat ſuperare diabolum (alias, hoc egiſſet, modis omnibus potens) ſed deuicto homini voluit præſtare victoriam: quod, decibilius quam per hanc pulcherrimam vnitionem, euenire non poterat; ſi tamen in tanto myſterio illud impletum credimus, quod aut ſolum fieri poterat; aut pulchrius celebrari non poterat. Quod igitur ſine Deo non poſſet impleri, hoc idem ſine homine nec debuit exerceri, nec Deus voluit, qui non vult eſſe niſi quæ debent eſſe: & ideo quæ huiuſmodi ſunt omnia, Dei ſolius (tanquam non fuerit ipſe etiam homo) dici non licet. Omnia igitur talia; vnius eiuſdemque perſonæ, Dei & hominis confitenda ſunt: aut ita Dei dicenda quædam talium, vt tamen nõ auferamus ea & de homine dici. Non

B igitur Neſtorij blaſphemia eſt, Chriſti genitricem dicere; eo quod idem ſit Dei & hominis dicere genitricem: ſed negare Theotocon, hæreticum eſt; cum & diuinitus inſpirata ſcriptura dicat; & hoc ſæpius, *mater Ieſu*; *&, ex qua genitus eſt Ieſus qui dicitur Chriſtus*: inſuper ſiquidem Deus eſt ille quẽ genuit, rectè dicitur Theotocos; & quia Chriſtus eſt qui natus eſt, rectè dicitur Chriſtotocos. Arbitror autem, quia quæcumque reddatur ratio nominis huius, aut eadem erit, & illius, aut magis illius. Amplius, ſi Dei genitrix exiſtens; Chriſti genitrix non eſt, Chriſtus (quod abſit) non erit Deus ratione conuerſa. Si enim quis Chriſtotocon cõfitetur, & Theotocon abnegat, Chriſtum non dicit Deum: qui Dei genitricem confitetur, & Chriſti genitricem refutat, ſimiliter Deum denegat eſſe Chriſtum. Inſuper in tantum Chriſti genitricem confiteri bonum eſt; ſed Dei genitricem negare, non pium: vt & ipſe Neſtorius Chriſti genitricem dicens, Dei vero genitricem negans; non propter id quod illud dixerat, damnaretur: ſed quia illud addixerat. Inſuper non omnia quæ ab hæreticis dicuntur, nequam ſunt: quæ autem ſint mala Neſtorij ea contradictionibus beati Cyrilli, quæ habentur in Epiſtolis ipſius ad illum (quas & ſanctiſſimus Celeſtinus Papa magnæ Romæ vt proprias ſuſcepit, apparet.

Vt ſup nom. Mariam Dei genitricem negare hæreticum eſt. *Ioan. 2. & 19. Act. 1. 14. Matth. 1.*

Beati Cyrilli Alexandrini Epiſtolas, vt proprias ſuſcepit Celeſtinus Papa.

C Hæret. Multa quidem habeus quæ ad prædicta dicam, nolo prolongare ſermonem, hoc enim forſan & multi e & laborioſum ſit: vnum vero breuiter exigo, canonicis teſtimoniis demonſtrari mihi: vtrum ea quæ Dei Verbi carni contigerunt (vt ais) oporteat de ipſius humanitate dici, ſicut olim præueniens dixit.

Rvsticvs. Bene quæſiſti, hoc enim & ordo exigit, & ideo mox dicetur ea Epiſtola ſanctiſſimi Cyrilli Archiepiſcopi Alexandriæ, ad ſanctæ memoriæ Ioannem Archiepiſcopum Antiochiæ magnæ, per quam vniuerſalis ſanctarum Dei Eccleſiarum facta eſt pax. *Confitemur igitur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante ſæcula quidem ex Patre, ſecundum deitatem; in vltimis vero diebus propter noſtram ſalutem ex Maria virgine genitum ſecundum humanitatem, conſubſtantialem Patri, eundem ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem: duarum enim naturarum vnitio facta eſt, propter quod vnum Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum confitemur. Circa*

D *hanc inconfuſa vnitionis intelligentiam confitemur ſanctam virginem Dei genitricem; eo quod Deus Verbum incarnatus ſit & inhumanatus, & ex ipſa conceptione ſibimetipſi illud templum elegerit ex ipſa ſuſceptum. Euangelicas vero & Apoſtolicas de Domino voces, ſcimus Deiloquos viros quaſdam quidem communificantes (quippe, vt in vna perſona) quaſdam vero, diuidentes; quippe vt in duabus naturis. Et quaſdam quidem Deodecibiliter, ſecundum deitatem Chriſti; quaſdam vero humiles, ſecundum humanitatem tradentes. Has veſtras adeuntes ſanctas voces ſic quoque noſmetipſos ſapere inuenimus,* vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptiſma) *glorificamus omnium Saluatorem Deum, omnem congaudentes quoniam à Deo inſpiratis ſcripturis, & traditioni ſanctorum Patrum noſtrorum conuenientem habent fi-*

Epheſ. 4. 5.

dem, tam quæ apud nos, quam quæ apud vos ſunt Eccleſiæ. Hæc ipſa vero, & in Epiſtola eius ad Neſtorium dicta ſunt; de qua, quæ ad hoc idem pertineant, ad teſtimonium coaptabimus inferius, prædictis intellectibus apta exiſtentia:

E Nunc autem ſermoni imponam finem. Quia igitur calumniamini, nos, tanquam qui duas dicentes Domini noſtri Ieſu Chriſti naturas (& ex hoc neceſſarie Dei & hominis genitricem introducentes) hæreticum introduceremus dogma; demonſtrare conatus ſum, quia nec hoc quod ſecundum conſequentiam introducitur, hæreticum ſit; quod per diuinam gratiam competenter effecimus.

Hæret. Quot igitur ſunt vnius Chriſti ſubſtantiæ?

Rvsticvs. Duæ. Hæret. Quare?

Rvst. Quia duabus integris (id eſt, perfectis) naturis, conſubſtantialis eſt Chriſtus.

Hæret. Ergo, & duo, ſeu certe, multi ſunt Chriſti; aut multæ perſonæ; quia multis perſonis conſubſtantialis eſt Chriſtus.

Rvst. Sed ad conſubſtantialia ſemper viciſſitudinem recipit, ſiue reſpondet, vel adæquatur naturarum numerus; ſed non etiam ſimiliter reſpondet numerus perſonarum: etenim Deus Pater; duabus perſonis conſubſtantialis eſt, non tamen duæ perſonæ ſunt, pater: ſimiliter vero & filius, nec non & ſanctus Spiritus. Et vnus quiſque noſtrum vna perſona eſt; verumtamen innumerabilibus perſonis conſubſtantialis eſt. F

Hæreticvs. Sed neque quia duabus naturis conſubſtantialis eſt Chriſtus; idcirco duæ naturæ ſunt: non enim vnumquodque tantum eſt circa numerum, quanta ſunt conſubſtantialia eius: alioqui demonſtra aliquid tot habens naturas quantas habent quæ illi ſunt conſubſtantiua; quod quæritur.

Rvsticvs. Ego enim vel quilibet homo, aut quicumque angelus, & vnius naturæ eſt, & vni naturæ conſubſtantialis, & vnumquodque indiuiduum animal ſimiliter.

Hæreticvs. Sed in, vnum quidem multis naturis conſubſtantiale eſſe debes oſtendere.

Rvsticvs. Si eſſet quæcumque res, duabus perfectis naturis conſubſtantialis, aut pluribus exiſtentis; hoc, omni modo, ſuarum naturarum numero conſubſtantialia æquare; quia vna non eſt, multæ res multorum numerum æquant. Ex hoc clare monſtratur, quoniam & Chriſtus conſubſtantiales naturas ſuarum naturarum numero confeſſe adæquat, ſi vero vnumquodque reliquorum vnicuique naturæ conſubſtantiale eſt, & vnumquodque vnius naturæ eſt; minime mihi hoc reprobat hanc rationem: nihilominus enim vnumquodque ſuæ naturæ numero vel potius quantitate æquat conſubſtantialia; non enim minus vnum habet à conſubſtantialium quantitate naturali, & hoc non ideo quod nihil ſit minus ſecundum quantitatem ab vno. Quia igitur his qui in duabus naturis ſunt, conſubſtantialis eſt Chriſtus; id eſt, tam Patri quam nobis: omne vero conſubſtantiale, conſubſtantialium naturalem coæquat quantitatem: Chriſtus igitur conſubſtantialium naturalem coæquat quantitatem. Chriſto vero conſubſtantialium duæ naturæ ſunt nihilominus; & Chriſti igitur duæ naturæ ſunt nihilominus, ſiue ſubſtantiæ. Hoc vero eſt ex ipſo ſubſtantiæ nomine comprobare: Chriſtus enim conſubſtantialis dicitur tam Patri, quã etiam nobis; compersonalis vero nec illi, nec nobis. Sicut igitur ſi compersonalis eſſet tam Patri & ſancto Spiritu, quam etiam nobis, non eſſet vnque eius perſona, ſed amplius: ſic, quia & illis & nobis conſubſtantialis eſt; non vna eius eſt natura ſed duæ; ſeu potius perſonis non naturis conſubſtantialis eſt Chriſtus. Verumtamen & his non compersonalis, ſed conſubſtantialis eſt conſequenter. Quod vero eſt, *conſubſtantiale*; niſi eiuſdem naturæ per omnia? Igitur qui contendit, quia non naturis ſed perſonis conſubſtantialia ſunt, quæ diuerſarum ſunt naturarum, is non mente, ſed nudis verbis contendit. Igitur ſic ſermonẽ contexímus: ſi Chriſtus duarum naturarum perſonis conſubſtantialis eſt; ſeu certe ſi Chriſtus his perſonis quæ in duabus ſunt naturis, conſubſtantialis eſt; omne vero conſubſtantiale in tot naturis eſt; in quanti eſt, quicquid ei conſubſtantiale eſt: G H

Chri-

A Chriſtus igitur in duabus naturis eſt; tot enim ſunt ea quæ ſunt illi conſubſtantialia.

Hæreticvs. Diſpenſatiue, & condeſcenſorie propter pacem dictum eſt à ſanctiſſimo & beatiſſimo patre noſtro Cyrillo in Epiſtola ad Ioannem; *conſubſtantialis nobis ſecundum humanitatem*, alioquin ſi non hoc verum eſt, oſtende alia eius teſtimonia dicentis, quia ſimillimus nobis natura humanitatis eſt Chriſtus.

Rvsticvs. Ergo diſpenſatio & hypocriſis nihil ab inuicem differunt! & erit idem ſecundum idem, & bonum ſimul & malum.

Hæret. Si vero diſtant hæc; oſtende.

Rvsticvs. Si condeſcendens tantum exultat; quid amplius poterit exultare, qui nihil remittit & vincit? Lege (quæſo) illius Epiſtolæ ipſa primordia, & ceſſa reſiſtere veritati; mox enim totam ſuſpicionem tuam deſtruent. Condeſcenſio enim non perfectam affert lætitiam, tanquam quæ non propter id quod principaliter quæritur propriè fiat, ſed propter infirmorum fragilitatem.

B Hæret. Habemus epiſtolaria hypomniſtica illius ſanctiſſimi Patris, in quibus ſignificat, quia condeſcenſorie ad Orientales ſcripſerit propter pacem.

Rvsticvs. Primum quidem multa dubitatio, vtrum monſtrentur eius hæc eſſe quod ſi & eius ſunt, vnde manifeſtum quod talia loca non ficta ſint; dum certe à principio ab Eutyche prolata, à multis (tanquam ficta) non ... accuſata. Quod ſi etiam ficta non ſunt, vnde certum, quia non potius hoc quod à te profertur, diſpenſatiue & condeſcenſorie dictum ſit: maxime, dum ſciret ipſe quoniam Dei Eccleſia ſanctitatibus non intendit, neque hypomniſticis, neque iis quæ ad vnum & domeſticum fiunt, ſed his quæ ad ſynodos aut à ſynodis dogmatice & publice & definitiue de his quæ in quæſtionem veniunt, conſcribuntur. Hoc vero claret; quia iſtas epiſtolas (id eſt, ſuas & Orientalium, de pace) tranſmittens Romanæ Eccleſiæ ſedi à ſanctiſſimo Xisto confirmari ſategit. eorum vero quæ à vobis dicuntur, nihil manifeſtauit primæ Apoſtolicæ ſedi.

Cyrillus Alex. ſcripta confirmari à Xiſto P. M. ſategit.

C Hæret. Ergo Xiſtus confirmauit epiſtolas vnitiuas & earum fidem?

Rvst. Non ſolum confirmauit eas ſcripto, & hoc cum multa lætitia. ſed & inſuper hoc addidit reſcribens Cyrillo ſanctæ memoriæ. *quoniam nunquam ſimilia Neſtorio ſapuit. ſed à principio fuerit Orthodoxus Ioannes ſanctiſſimus frater noſter; licet olim ſuam ſententiam ſuſpenderit, vt nobiſcum Neſtorium minime condemnaſſet.* Adducit autem, dicens: *quia bene nos fecimus qui nihil contra eum definiuimus immaturum; clarent enim noſtrorum vindemia gaudiorum*: & plurima talia, ſi vero, vis & verba ipſa ponemus.

Hæret. Oportet quidem & hoc fieri; verumtamen ſi habes demonſtrationem, quia & in aliis ſermonibus ſynodice ab eo dictum ſit tale aliquid, demonſtrato, alioqui manifeſtum eſt quoniam condeſcenſorie dictum eſt, vt lucraretur Orientales.

Rvst. Saluis mihi his quæ prædicta ſunt, & hoc fiat ex ſynodo ſanctorum Patrum qui in Epheſum conuenerunt. Sancti Anastasii: *Non phantaſia eſt ſalus noſtra, nec ſolius corporis; ſed totius hominis vere ſalus facta eſt. humanum igitur natura, id quod ex Maria, ſecundum diuinas ſcripturas & verum erat illum Saluatoris.* Ex eadem synodo, testimonium sancti Theophili. *Non velut aliquam pretioſa materia cæleſtis accipiens corpus, venit ad nos; ſed in luto magnitudinem ſuæ artis oſtendit, ex luto plaſmatum corrigens hominem, ipſe ex virgine (nouit decorus homo) procedens, modum quidem geniture permutans, per omnia vero ad nos (abſque peccato) non diffugiendam ſimilitudinem indicans.* Ex eadem ſynodo teſtimonium ſancti Ambrosii. *Sileant igitur inanes de ſermonibus quæſtiones, quoniam regnum Dei (ſicut ſcriptum eſt) non in perſuaſione humani verbi eſt,* ſed in oſtenſione virtutis: *ſeruemus differentiam diuinitatis & carnis, vnus in vtraque loquitur Dei filius, quia in eodem vtraque natura eſt. idem loquitur, ſed non vno ſemper loquitur modo. Intende in eo, nunc quidem gloriam Dei, nunc vero hominis paſſiones: quia ſicut Deus docet diuina, quia verbum*

D

1\. Cor. 2. 4

E *eſt, ſic vt homo vero docet humana, quia in mea ſubſtantia loquebatur.*

Hæret. Si non eſt vna & eadem natura Deus & caro, ſecundum vnitionem, erit vna Chriſti natura Deus, altera vero homo tantummodo. Sed illa vna natura ſecundum quam Deus eſt, non conſubſtantialis eſt nobis, Deus igitur non conſubſtantialis eſt nobis. Si igitur Chriſtus quidem conſubſtantialis eſt nobis; Deus vero non conſubſtantialis eſt nobis: Chriſtus ergo (quod abſit) non eſt Deus.

Rvst. In tali præcipitio ſua fallacia hominem ſemper includit, vt propriis laqueis illigatur. Si enim humanitas Chriſti eſt ſecundum quam Chriſtus homo eſt; hæc autem non conſubſtantialis eſt Patri: homo igitur non conſubſtantialis eſt Patri: Si igitur Chriſtus conſubſtantialis eſt Patri, at vero homo nõ conſubſtantialis eſt Patri; Chriſtus igitur non eſt homo. Amplius, ſi hic ſyllogiſmus eſt verax, ſimiliter & nos cõcludemus de Deo: ſi enim Chriſti deitatis ſubſtantia (ſecundum quam vtique Deus eſt) non conſubſtantialis eſt nobis, Deus igitur non conſubſtantialis eſt nobis: Si igitur Chriſtus conſubſtantialis eſt nobis; Deus vero non conſubſtantialis: ſequetur incongruum quod ſuperius dictum eſt: quo dicitur Chriſtum non eſſe Deum. Igitur ſecundum veſtra vaniloquia; *aut* erit nobis conſubſtantialis diuinitatis Chriſti natura, *aut* Chriſtus (quod abſit) non erit Deus: aut rurſus erit Chriſti humanitas Patri conſubſtantialis; aut Chriſtus (quod abſit) non erit homo. Nihil eſt ergo tali modo concluſum. F

Hæret. Si duæ naturæ ſunt Chriſti, erit vnaquæque quod eſt, & aliud nihil, qua de re, humanitas erit humanitas ſolum ac non etiam Deus. At vero Deus erit tantummodo Deus & non homo: purus igitur Deus, purus homo Chriſtus.

Rvst. Non eſt idem (ô tu calumnioſe) ſolum hoc eſſe; & purum hoc eſſe: Anima enim tua, ſolummodo anima eſt, & aliud nihil; verumtamen incarnata eſt, & corpore nuda non eſt: & corpus tuum tantummodo corpus eſt; verumtamen & animatum. Si vero humanitas, non humanitas ſolum eſt, ſed etiam diuinitas. & diuinitas non ſolum diuinitas, ſed etiam humanitas: diuinitas igitur & humanitas inhumanata eſt, & diuinitas & humanitas diuinitatem & humanitatem ſibimet adunauit: & humanitas igitur, ſecundum ea, inhumanata eſt, & Deo vnita diuinitas. G

Hæreticvs. Si vna natura Chriſti Deus eſt; altera vero, homo; vna vero non eſt idem alteri: igitur neque Deus & homo, idem eſt: quomodo igitur ſecundum vos, vnus eſt Chriſtus.

Rvsticvs. Deprehenſa eſt verſutia tua! *Idem* namque aut perſonam ſignificat aut naturam. Igitur eundem quidem dicimus eſſe Deum & hominem Chriſtum; non idem vero eſt natura: vnus eſt igitur Chriſtus, non vnum; ſicut ſimpliciter dicimus: vnum vero perſona, non ſimpliciter vnum eſt: igitur vnus quidem, non vero vnum, aliud & aliud, non alius vero & alius: abſit.

Aliud, & alius, non idem ſunt.

Hæret. Quomodo fieri poſſit, ego nullo modo video: omne enim quod aliud eſt: & alter eſt.

Rvst. Ego, aio, alius quidem ſum; ſed non aliud: vnum eſt enim ſecundum quod tu homo es, & ſecundum quod ego ſum homo: Anima vero mea, à corpore tuo alterum; & anima tua, à corpore meo; & mea anima in meo corpore, & tua in tuo alterum quiddam intelligitur, quomodolibet hæc ad inuicem comparentur: *alius* enim perſonarum magis differentiæ conuenit; aliud vero & aliud, naturarum, etenim ſi tua anima tuo corpori comparatur, non eſt alius homo, ſed aliud. H

Hæreticvs. Quinimo; & alius rectiſſime dicitur. Quis eſt enim apud Apoſtolum *exterior homo qui corrumpitur, & interior qui renouatur?* Omne igitur aliud etiam alius eſt; & idem idem omnis alius eſt aliud. Etenim ego ab angelo alius ſum, ſed & aliud, & ille, à me alter ſimul & aliud: & ſic quiſque inueniet; ſingula quæque dinumerans.

2\. Cor. 4. 16.

Rvst. Vtrum vera ſint quæ dixiſti; ex his quæ al-

A ierne ſe habent (ſi videtur) quæramus. Quoniam ſic ſe habet hic vnus ad vnum, ſicut hic alter ad hoc alterum, vel hoc aliud: & ſic ſe habet hic vnus ad hunc alium, ſicut vnum ad aliud. Si igitur vnum, non ſemper idem eſt quod vnus. & aliud non ſemper erit alius: & viciſſim, non omnis vnus & vnum eſt; neque omne vnum & vnus eſt. Idem vero ſequitur de eo quod eſt alius, & de eo quod eſt aliud. Diſcreuit vero hæc omnia Dominus in Euangelio, in-
an. 10. quiens; *Ego & pater vnum:* nuſquam dicens, *vnus ſumus*; ſed magis è diuerſo dixit, *ſum.* Rurſus ait: *ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum: alius eſt qui teſtificatur de me, ſcio quod verum eſt teſtimonium quod teſtifica-*
an. 14 *tur de me:* & quis eſſet iſte. poſt addidit dicens; *qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibet de me.* Et de Spiritu ſancto inquit: *ſi diligitis me, præcepta mea ſeruate, & ego rogabo Patrem meum, & alium paracletum dabit vobis vt maneat vobiſcum in ſempiternum. illum Spiritum veritatis.* Non dixit, *aliud conſolatorium Spiritum*; ſed, *alium paracletum.*

B Hæreticvs. Hæc ad ſolum ſpectant, quia vnum ſunt Pater & Filius: & quia alius Pater, & alius Filius, non tamen quia non vnus eſt, neque quia non aliud & aliud. Dum igitur quatuor propoſita ſint; duo tantummodo demonſtraſti: id eſt; quia vnum ſunt Pater & Filius, & quia alius Pater à Filio & Spiritus ſanctus. Remanſit igitur non probatum, quia non ſit aliud Pater & aliud Filius; & quia non ipſe ſit Pater & Filius. Hæc igitur potius teſtimoniis te oportet oſtendere; maxime quia vnus dicitur Pater & Filius; vnus enim Deus eſt.

Rvsticvs. Et ſi præmiſſa, quod quæris demonſtrauerunt; quia & quod vnum eſt, aliud non eſt, & quia alius eſt, vnus & idem non eſt: tamen & hoc demonſtrabitur, quia ipſe quidem Deus eſt Pater & Filius, & Spiritus ſanctus; ſed cum adiectione nominis Dei. Si vero auferatur à dicentibus, nomen quod eſt Deus; non iam ſimpliciter dici poteſt ipſe eſſe Pater & Filius & Spiritus ſanctus. In-
14. quit enim: *Ego ex memetipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar.* Ecce, non ipſe eſt Pater qui & Filius: ſi enim ipſe eſſet; ex ſe loqueretur. Supra autem dixit: *qui credit in me, non credit in*
C *me, ſed in eum qui me miſit.* Et rurſus adhuc aliquanto ſupe-
n. 5. rius; *ſi ego glorifico meipſum gloria mea nihil eſt, Pater meus eſt qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus noſter eſt, & non cognouiſtis eum; ego vero ſcio eum, & ſi dixero quia neſcio, ero ſimilis vobis mendax, ſed ſcio eum, & verbum eius cuſtodio.* Et adhuc dicentibus ei Phariſæis, non eſſe verum teſtimonium eius, tanquam eo de ſemetipſo teſtificante? reſpondit dicens:
ib. 18. *Iudicium meum iuſtum eſt, quia ſolus non ſum. ſed ego & qui miſit me Pater. in lege autem veſtra ſcriptum eſt. quia duorum hominum teſtimonium verum ſit: Ego ſum qui teſtificor de me metipſo, & teſtificatur de me qui miſit me Pater.* Ex iis igitur quæ dicta ſunt, & illud quæſitum claret: id eſt. quia non aliud & non aliud Pater & Filius, vel ſi dicatur aliud & aliud, perſona, duæ enim, non tamen aliud & aliud ſimpliciter & abſolute. Si enim alius non vnus & idem, ſicut oſtenſum eſt, & aliud non vnum & idipſum; & è conuerſo quod vnum eſt, aliud non eſt. Quia igitur vnum ſunt Pater & Filius, aliud non ſunt. Pater igitur & Filius & Spiritus ſanctus vnum quidem ſunt, quia vna eorum natura eſt, vnus autem non ſunt, quia tres perſonæ ſunt. Sed rurſus clara voce teſtificans; dico ſimpliciter, vnus, & ſimpliciter vnum; & ſimpliciter non vnus ſed alius; & ſimpliciter, non
D vnum ſed aliud nobis eſt ſermo: nam cum complexione, & aliud perſona dicitur, & non alius Deus Pater à Filio. Vides igitur dixiſſe nos, quia Dominus Chriſtus qui alteram naturam præter communem) ſibi vniri dignatus eſt, vnus eſt, quia vna perſona eſt; non vnum vero, quia non vna natura. Sic nos dicere ergo intellige, quomodocumque diximus; vnus & vnum, aliud & alius. Hoc ipſum vero, & cum lectionibus ſanctorum Patrum ſynodus Epheſina in condemnationem Neſtorij blaſphemiarum, & ſuæ fidei probationem poſuit atque firmauit. Quinimo per contraria quidem deſtruxit hæc, ſua vero dogmata confirmauit. Inter beati Gregorij Nazianzeni lectiones, dicens ita: *Aliud quidem & aliud, ex quibus Saluator, ſiquidem non idem inuiſibile viſibili. & id quod intemporale illi quod ſub temporale; non* vero alius & alius: abſit, ambo enim hæc vnum vnione, E
Deo quidem humanato, homine vero deitato, vel quomodo quis nominet: dico autem aliud & aliud, è conuerſo quam in Trinitate ſe habet: Illic enim alius & alius, vt non confundamus ſubſiſtentias; non aliud vero & aliud. Vnum enim tria & idem hæc diuinitate. Non ſolum vero iis nos abundare putetis, quibus veſtras contradictiones euertere præualeamus; ſed audire potius, per quæ noſtra firmare ipſa omnium firmiſſima veritas conſueuit. Quorum diuerſa ſunt, quæ illis cum multis aliis communiora eſſe ſolent, ſicut ea quæ genera horum, & ſpecialiora diuerſa ſunt; ſicut hæ quæ vocantur ſpecies horum, & ſubſtantiæ, & naturæ ſecundum numerum ſunt diuerſæ. Sed ſimplicitatei & compoſitæ, ſempiternæ & temporalis, vertibilis & non vertibilis, mutabilis & immutabilis, paſſibilis & impaſſibilis, diuerſa ſunt genera & ſpecies; diuerſæ igitur, ſecundum numerum, & ſubſtantiæ vel naturæ.

Hæreticvs. Hoc in Domino Chriſto non habet rationem, propter vnitionem: ſicut enim rationalis animæ F
& corporis diuerſa quidem ſunt genera & ſpecies, vnum vero animal homo, & eius vna ſubſtantia & natura, ſic & in Domino Chriſto, genera quidem diſcrepant; naturæ vero minime.

Rvsticvs. Non eſt verum quod dixiſti. Anima namque & corpus, non tam ſecundum genus, quam potius ſecundum ſpeciem diſtant. Genus enim tam animæ quam corporis ſubſtantia ſuſceptibilis contrariorum: etenim & anima ſuſceptiua virtutis & vitij eſt; & corpus ſalutis atque languoris. Sed nec ſimpliciter, ſpecie differt corpus ab anima, vna enim ſpecies humanitatis eſt; ſed forſan iis quæ ſunt media inter hæc. Hoc enim mortale; illud vero eſt immortale, & aliis talibus differentiis: quare verax eſt prædicta propoſitio.

Hæreticvs. Sed ecce, principio iſto conceſſo, continuo deſcendentes vſque ad fines Neſtorij peruenitis. Nam quorum diuerſa ſunt genera, & ſpecies, & ſubſtantiæ, ac naturæ; horum nec vnum eſt indiuiduum, nec ſubſiſtentia vna, neque vna perſona; ſed amplius. Si enim duo hæc quæ dicis; indiuidua ſunt ſiue ſubſtantiæ, vel eſſentiæ, ſiue ſubſiſtentiæ rationales, duæ omnimodo & per- G
ſonæ.

Rvsticvs. Non neceſſarie concluſiſti: diuerſis enim exiſtentibus mundi, & generibus, & ſpeciebus, & ſubſtantiis, & naturis, indiuiduum non eſt diuerſum: Vnus eſt namque indiuiduus mundus, & ſi ſæcula diuerſa dicantur: ſæcula enim ex temporibus fiunt, mundus vero ſubſtantiarum eſt. Nec vero illi ſunt huic rationi contrarij, qui plures mundos ſuſpicantur: nam vel ſi eſſet alius, ſimiliter plures haberet in ſemetipſo naturas atque ſubſtantias; vnuſquiſque vero eorum, nihilominus vnus eſſet. Sic igitur nos, ſi in aliquo alio præterquam in vno Chriſto ſubſiſtere alias duas indiuiduas ſubſtantias diceremus; tunc duas pluresve perſonas modis omnibus, & ineuitabiliter inferremus: ſi vero de vno & ſolo id dicimus, ſicut nullus recte credentium hanc omnium corporalium naturarum conſtitutionem duos vel plures mundos eſſe affirmauit; ſic neque nos, duos aut plures Chriſtos aſſerimus. Magis vero nec ſic, ſed longe melius: omnia namque illa non ſecundum ſubſiſtentiam ſunt vnita, ſicut na- H
turæ huius Dominici Chriſti. Si vero non diuerſa ſunt genera, neque ſpecies deitatis & humanitatis; ergo nec ex diuerſis naturis Chriſtus, neque eſt ex duabus. Si vero eſt ex duabus; da igitur earum differentias ſubſtantiuas: non enim vis, ſecundum indiuiduum, iſta diſtare. Inſuper ſi reuera homo eſt; id eſt, animal rationale, terrenum, & nihil diſtat à Deo: igitur (quod eſt impiiſſimum) nec nos ab eo, aut certe ille nobis conſubſtantialis non eſt. Inſuper ſi verum eſt, quoniam quorum diuerſa ſunt genera, non eadem ſunt & quæ ſub generibus diſtinguuntur, ſimiliterque & ea quæ iis ſubſunt, ſiue ad aliena inuicem genera, ſiue ad ea quæ intra ea ſunt comparata: quorum hoc quidem genus habet, illud vero non habet, multo magis diuerſa monſtrantur. Si igitur deitas nec genus habet, nec eam ſpeciem quæ ſupponitur generi, habere vero hæc, inuenitur humanitas: multo magis in vna

natu-

A natura coadunari non poſſe demonſtrantur. Superiora igitur ſine præiudicio poſita ſint, in quibus diuerſa genera & ſpecies diximus, diuinitatis & carnis.

Substantia nõ eſt ſum mum genus diuinitatis & humanitatis, non enim de vtraque dicitur vniuoce. HÆRETICVS. Vnum ſummumque genus habet diuinitas atque humanitas, ſubſtantia enim generaliſſimum genus eſt diuinitatis & humanitatis, quæ eſt per ſemetipſum ſubſiſtens. RVSTICVS. Per ſe ſubſiſtens, cum de Deo dicitur, ſignificat, quod nullius alterius (ad id, vt ſit) indiget: Cum vero de creaturis; nequaquam: à creatore enim eſſe ſumpſerunt; *& in ipſo viuimus, & mouemur, & ſumus* Subſtantia vero (id eſt; οὐσία) cum de Deo dicitur; Act.17.28. ab eo quod ſit ſemper, nominata eſt (quippe ὤν eſt, quæ ſemper eſt) in creaturis vero, minime. Igitur, etſi vnum nomen eſt ſubſtantiæ; non tamen vna res. Non eſt igitur commune genus ſubſtantia deitatis & carnis; ſed nomen commune tantummodo: hoc vero genus non eſt.

HÆRET. Sed & anima, idem genus non habens corpori; vnam cum eo ſpeciem complet.

RVST. Magis vnum ſummumque genus habent: vtrumque enim ſubſtantia eſt, & nomine & definitione;
B quod in Chriſto de deitate & humanitate impoſſibile eſſe ſi adhuc dubitas, & inferius oſtendetur. Anima igitur, rationalis, & corpus hominis. identitatem naturæ circa vnitionem ſuſcipiunt, eo quod & vnum genus & eandem ſpeciem teneant: ſunt vero etiam diuerſæ naturæ, quia & ſub diuerſa ſpecie ac definitione nonnunquam ponuntur. At vero deitas & humanitas Chriſti, ſub vna ſpecie non ponuntur. HÆRETICVS. Non fit ex incertis, ſecundum quod incerta ſunt, demonſtratio incertorũ. Si igitur oſtendis, quia deitas & caro ſub vna definitione non iacet; & quia in vno eodemque homine differt definitione & natura, & ſpecies corporis & animæ, tunc forſan ea quæ adiecisti, ſequentur. His igitur inferiori loco ſeruatis, veniamus ad alia, vt non ſermonum prolixitatem longius extendamus.

RVSTICVS. Dominum Chriſtum conſubſtantialem tam Patri quam nobis, ſecundum vnam & eandem per vnitionem ſubſtantiam, ſæpe profertis; nulla perdita neque confuſa: ſed ipſam ſicut dicitis vnam ſubſtantiam, im-
C poſſibile eſt non habere quædam, quæ in comparatione ad inuicem, recte, aliud & aliud nominentur: vt carnem, vt animam, vt Verbum, contingit enim multas differentias ſumere quas ego tanquam notas tuo intellectui derelinquo. Aliud igitur & aliud, ſi ſubſtantia & ſubſtantia dicitur, recte, alia & alia ſubſtantia prædicatur: ſi vero aliquid horum non eſt ſubſtantia, quomodo ſecundum hoc, quædam ſunt ei conſubſtantialia, cum non ſint ſecundum ſubſtantiam conſubſtantialia. Quomodo autem vera diuinitas, & perfecta & indiuidua humanitas, ſubſtantia non erit; Si igitur alia, & alia ſubſtantia deitatis & carnis, quomodo duas eas non patimini confiteri? ſi vero & duas has confitemini; cur à noſtra ſententia & communione deſciſcitis? HÆRET. Sic & pun alicuius hominis poteris duas demonſtrare ſubſtantias, vt ex his conuincaris tres inducere Chriſti ſubſtantias: homo etenim ſecundum ſubſtantiam mentis, conſubſtantialis eſt Angelis; ſecundum corpus vero pecudibus ſimul ac beſtiis. Et rurſus, ſecundum corpus quidem conſubſtantiales ſumus corporibus mortuorum, ſecundum animam vero, animabus ipſo-
D rum: vt non angelorum tantummodo ponamus exemplum, de quibus, & mihi incertam fateor eſſe quæſtionem.

Quomodo dici poſſint conſubſtantialia. RVSTICVS. Hoc totum falſum eſt: conſubſtantialitas enim pro parte, & non pro totietate ſubſtantiæ imperfecta eſt. A trecentis enim decem & octo ſanctis Patribus, propter hoc, Deo Patri conſubſtantialis dictus Filius, vt cognoſceremus quia nihil in eo deeſt paternæ ſubſtantiæ. Similiter vero ab his qui poſtea fuerunt, ſanctis Patribus, cõſubſtantialis nobis eſt prædicatus, vt omnia noſtræ ſubſtantiæ illum habere credamus; Igitur hæretica fraude, conſubſtantialitatis nomine vtitur, qui ex parte hoc ſuſcipit. Quicquid ergo verum ſit de angelis, conſubſtantialis eis non eſt homo, ſimiliter vero nec beſtiis, neque pecoribus, neque cadaueribus, nec animabus. Amplius, nec ſimpliciter ſecundum quamcunque partem conſubſtantialis irrationalibus homo recte diceretur: nam licet vna ſit materies, ex qua corpus, ſed tamen forma corporis longe præſtantior. Vnde nec partem parti, vel totietatem conſubſtantialem verum eſt eſſe; quaſi eo quod vna materia
E ſit, nos conſubſtantiales dicamur ſerpentibus, & cimicibus, & pulicibus, muſcis, & omnibus ſimul quæ humani corporis euaporatione naſcuntur. Inſuper, ſi omne quod conſubſtantiale eſt homini ſecundum corpus, ei plane cõſubſtantiale eſt; circa hoc ipſum, illis quibus ſecundum hoc conſubſtantialis eſt homo, erit & Chriſtus (quod abſit) omnibus prædictis conſubſtantialis ſecundum corpus; nobis enim, circa hanc partem conſubſtantialis eſt Chriſtus. Si vero aliquis tales deſpiciens blaſphemias, hæc vt vera concedat; illud tamen auelli non poteſt, quia huiuſmodi conſubſtantialitas neque integra eſt, neque perfecta: Non igitur duabus perfectis naturis conſubſtantialis eſt homo, vt Chriſtus. Amplius; ſi magis proprie à naſcendo eſt dicta natura; vt gignitur, magis quam vt corrumpitur, eſt natura: Homo vero integer naſcitur atque perfectus; corruptio autem ſeparat corpus & animam ab inuicem, & duas ſeparatas res efficit, quarum neutrum perfecta natura eſt. Si etiam perficit naturas corruptio; & contrarij, ſecundum ſe contrarius eſt effectus: igitur genitura naturas exterminat, quod eſt nimis incongruum. Et quidem humanitatis Chriſti natura, mortis tempore in duas eſt ſeparata, & in duo quædam facta eſt vna natura: quorum tamen neutrum fuit perfecta natura. Iterum vero, reſurrectio ex duabus eſt, ſed non ſe ſic habet perfectiſſimarum in eo vnitio naturarum, ſine corruptione ſiquidem & ſine imminutione, vnaquæque vnitarum naturarum in ſpeciei perfectione ſubſiſtit. Inſuper, ſi hominis cuiuſdam puri (vt ais) duæ poſſunt ſubſtantiæ demonſtrari; licet earum nulla, perfecta natura ſit; ne idcirco non duæ ſunt, quoniam non perfectæ; dum duæ perfectæ ſint Chriſti naturæ, quomodo non multo amplius duæ ſunt? Si igitur & illos qui duas naturas hominis dicunt, nihil ſubſequitur inconueniens, duas igitur naturas, confitentes Ieſu Domini Chriſti, quid indecens conſequetur? Qui autem tres dicit, imperfecte perfecta connumerat diuinitati: ſuperflua vero erit omnium ſub vno Patrum vox dicentium
G conſubſtantialem nobis eſſe Chriſtum ſecundum humanitatem: ad interemptionem eorum qui dicunt inanimatum, vel ſine mente eſſe, diſpenſationem. Si vero apud homines ſic dicuntur conſubſtantialia: nihil profuit Patres conſubſtantialem dixiſſe Filium Patri: poteſt enim quis impius ſuſpicari, quoniam quantum præſtat rationale inanimato, tantum Pater Filio comparatur. Eſt vero (vt arbitror) multa millia inſaniora his dicere. Sed nunc interim iſta ſufficiant.

HÆRETICVS. Si vna eſt & ſubſtantia res Chriſtus: igitur vnum quidem ſubſtantiuum, vna per vnitionem ſubſtantia Chriſtus eſt.

RVSTICVS. Res & perſonam ſignificat, & naturam, Et vna igitur res Chriſtus, & duæ: magis vero ipſe quidem res vna eſt, quippe vt vna perſona, in duabus vero naturis agnoſcitur. HÆRET. Quia iterum non negaſti vnam rem eſſe Chriſtum (quomodo enim nõ vnum dicis Chriſtum, qui rem vnam Chriſtum eſſe dicis?) res vero hæc eſt ſubſtantiua: vna igitur (vt diximus) ſubſtantia Chriſtus eſt, vna igitur & natura: quid enim ad me, vtrum etiam duæ res ſint, an minime? interim, quia vna eſt; con- H
tradicere non potes. RVST. Sed non modis omnibus ſequitur vnam rem & ſubſtantiuam vnã quoq; eſſe ſubſtantiam: nam & virga Aaron quæ attulit fructum, vna quidem Num.17.8
ſubſtantiuaq; res erat cum fructibus ſuis, nõ vna vero ſub- Exod.31.
ſtantia cum fructibus erat. Et tabulas ſcriptas digito Dei Matt.6.11.
vnam rem dicimus, non vnam quoq; ſubſtantiam. Verum, nec illud incongrue arbitror reſponderi; quia Chriſtus, nec ſubſtantiua nec inſubſtantiua, ſed ſuperſubſtantiua res eſt; quippe duarum perfectiſſimarum ſubſtantiarum, vel naturarum. Etenim panis ille quem Dominica oratione depoſcimus, ſuperſubſtantialis dicitur. Et arbitror ſic nos eum petere, vt Chriſtum potius expetamus, & nec (ſicut ait Apoſtolus) *formetur Chriſtus in nobis*. Amplius vero, ſimilium Petri ramos, inſertos habens, vna arbor & vna eſt res, ſed quia habet & proprios ramos, nec vna ſubſtantia ne-

Panem ſuperſubſtantialem petere, quid ſit. Gal 4.19.

que

A quæ vna natura eſt. Sed vt milium, ſimul & pirum duæ, vt vero arbor vna eſſe res dicitur, quid obeſt vnitati perſonæ, ſi Christum duas res eſſe dicamus? Aut quid naturarum dualitati, ſi eum vnam rem confiteamur exiſtere? Inſuper, etſi reſpondeamus ſubſtantiuum quidem eſſe Chriſtum, non ob hoc erit vna ſubſtantia; vnam ſiquidem perſonam dicimus ſubſtantiuam: ſicut ſi aliquis (verbi gratia) dicat hunc mundum non eſſe inſubſtantiuum; non tamen ex hoc eius vnam cogeretur affirmare ſubſtantiam. Si vero aliquis omnino inſanus & contentioſiſſimus, dicat vnam mundi eſſe ſubſtantiam; ſequitur eum nec in quibuslibet rebus aliter vllatenus dicere, niſi quia vna ſubſtantia ſit. Si enim cunctæ quæ in orbe ſunt diuerſitates, non faciunt ſub numero eſſe ſubſtantias, vnaquæque ad aliam comparata, vna erit cum ea: vna igitur ſubſtantia hominis & lapidis & elephanti atque formicæ, & cœli ac montis.

HÆRETICVS. In hunc mundum, talis non euenit vnitio, quia nec vnus eſt filius, vnus Chriſtus, vnus Dominus. Etſi vnus ſimpliciter mundus, ſed eſt millia millium reperire, qui vocentur filij & perſonæ, & ſubſtantiæ, in B Christo autem inconuulſibilis vnitio facta eſt.

RVSTICVS Nonne prædixi, quia exemplum non per omnia eſt inconueniens: alias non erit exemplum, ſi per omnia idem. Quia igitur dixiſti ſubſtantiuum quiddam eſſe Chriſtum oſtendi quia & aliud aliquid dicitur quidem ſubſtantiuum, non vnius autem ſubſtantiæ, ſed multarum eſt. Si vero ea quæ arte fiunt, dicere velim, multa millia ta ia inuenire poſſibile eſt, vt nauem, vt domum, vt lucernam ardentem, & his ſimilia: vniuerſa enim talia, ſubſtantia quidem ſunt, non vnius vero ſubſtantiæ.

HÆRET. Nunquam natura continet minus à perſona: quippe conſueta & amplius continere: dico autem nunc de naturis rationalium, & ideo duas naturas dicere abhorremus, metuentes ne conſequenter dicamus duas quoque perſonas. RVSTICVS. Inſaniſſimus timor: nec enim ſunt duæ rationales naturæ, quæ non millia contineant perſonarum, ſed neque vna, quæ non plures quam duas perſonas obtineat. Non erit ergo neque vna Chriſti natura, ne ſint eius non duæ tantum ſed plures quoque per- C ſonæ. Inſuper autem nec ex duabus ſecundum nos naturis eſt Chriſtus ne ſit aut pluribus perſonis ſeu filiis, aut Chriſtus, aut dominus. Si vero eos qui ex duabus naturis dicunt Chriſtum, ſiue ex duabus (ſicut vos conſequitur) perſonis aut pluribus; non conſequitur ex duobus Chriſtis aut filiis, dicere; nec illos hæreticos qui duas etiam dicunt Chriſti perſonas, eadem conſequentur incongrua: quare multo minus orthodoxos (qui Dominum Chriſtum in duabus naturis confitentur) ſequetur duos dicere dominos, aut Chriſtos, aut filios. Inſuper, ſi ob hoc duas naturas metuitis dicere, ne forte (ſecundum quod conſueuit) in reliquis duas inducatis perſonas: dicitis enim, quia nunquam minus ſunt à duabus perſonis duæ naturæ, nec illud vnquam confiteri debetis, quia Dominus Chriſtus Deus perfectus & homo perfectus eſt: quia in reliquis rationalibus vniuerſis, perfecti Dei & perfecti hominis impoſſibile eſt vnam ſolamque eſſe perſonam. Si vero de hoc opinatiſſimo miraculo, nobis (quippe Chriſtianis exiſtentibus) dubitare periculoſum eſt; quoniam, quan- D do voluit Deus perfectus, potuit cum perfecta humanitate vna eſſe perſona, *quia non eſt ei impoſſibile omne verbum*, iuxta Euangelium: cur dubitamus, quia hæc ipſa perſona in duabus perfectis naturis ſit, non ſeparanda, ſed potius agnoſcenda? Sicut igitur Deus perfectus & homo perfectus, inæſtimabiliter vna ſola perſona eſt, ne duæ perfectæ naturæ ſunt mirabiliter vnus filius. Et hæc (vt ita quis dicat) regula in reliquis quidem cunctis immobilis eſt, in ſolo vero Chriſto ſoluta eſt. Non igitur eo quod male vtatur ſubſtantiarum dualitate Neſtorins, idcirco tacendum eſt duas eſſe ſubſtantias; alioquin quoniam male vtitur perfecto Deo & perfecto homine, orthodoxi non hoc debent dicere. Et vt ſimpliciter dicamus; ſi tacere debemus, vel omnino auferre omnia quæ ab hæreticis male vſurpantur, nihil nobis eſt confitendum; & præ omnibus ſufertentu Scripturæ.

HÆRET. Cogis me idem repetere: quando natura diuina minus continuit à perſona? aut quando ſubſtantia, E minus à ſubſiſtentia? dicito. RVST. Ad hoc quidem iam ſufficienter reſpondimus, veruntamen & hoc competenter adiiciam; quia nec hic duæ naturæ ſolum continent Chriſti perſonam; licet in ipſo ſolo ſecundum ſubſiſtentiam ſint vnitæ: etenim diuina eius natura pariter continet & Patrem & Spiritum ſanctum; & humana eius ſubſtantia reliquos homines. Sed quemadmodum in diuina natura ſubſiſtens, vt & Pater & Spiritus ſanctus, non tamen purus eſt Deus; & in noſtra vero, ſed non nudus eſt homo: ſic in duabus ſubſiſtens, non eſt partitus; nec enim duas habet perſonas. Quæro vero à te, quomodo dixiſti naturam? vtrum ne vniuerſalem, an potius indiuiduam?

HÆRET. Ego indifferenter accipio: quæ enim omnino differentia eſt, aut quid intereſt? RVST. Multa etenim: ſi enim vniuerſalem, vel communem dicis, verum eſt, quia non minus continet à perſona, imo magis & amplius: ſi vero particularem vel indiuiduam, ſicut meam tuamque, vel alterius indiuidui, alij nulli communem (non enim idem ſum ego, qui & tu) in Chriſto propterea ex- F
emplum non inuenimus (vt dixi) quia ſolæ rationales naturæ ſunt, Deus & militiæ cœleſtes, & homo; nunquam vero ex his duæ vnitæ ad inuicem ſunt naturæ, vt vnam facerent ſolamque perſonam, ſicut in Domino Chriſto circa vnitionem deitatis atque humanitatis. Hæc eſt enim inopinatiſſima proprietas illius vnitionis, cuius exemplum non poteſt inueniri: nunquam enim duæ rationales naturæ, in vnam perſonam inſeparabiliter, ſunt vnitæ. Inſuper nec eſt Dei particularis natura (id eſt, nullius alterius niſi vnius ſoliuſque perſonæ) ſed vna & ſola diuinitas inexceſſibiliter, omnium trium natura eſt perſonarum: vnum ſiquidem Deum veraciter confitemur. HÆRET. Si vnus & indiuiduus Chriſtus; omnis vero indiuidui vna ſpecies eſt; vna vero ſpecies, vna natura eſt; vna igitur Chriſti natura eſt; RVSTICVS. Sunt multa millia indiuiduorum quorum nec vna ſpecies nec natura vna, ſed multæ ſunt; vt ciuitates, vt domus, vt naues, vt chartæ, & earum quæ illic ſcriptæ ſunt literarum. HÆRET. Sed hæc ex arte ſunt, non à Deo neque à natura. RVST. Interim ſi eſſet conſequens ex omni neceſſitate; ſi vnũ ſit indiuiduum vnam G
quoque eſſe naturam; & in his omnibus vna vtique natura fieret. Si vero dicis; omne indiuiduum quod à Deo fit, vnam habet ſpeciem & vnam naturam: nec hoc verum eſt: mundus enim à Deo factus eſt, & non habet vnam naturam. HÆRET. Sed adhuc volo circumſcribere adiectione ſermonem; ac dico: Omne indiuiduum ſubſtantiuum quod à Deo fit, & inſeparabile eſt; vna eſt ſpecies & vna natura. RVST. Rurſus in admirabili non admirabile quæris, & in incomparabili comparationem; & exemplum, in his quæ exemplum recipere nequeunt. Si vero id eſſe rationabilis hominis arbitraris; & ego tibi multas affero huiuſmodi regulas, quas non poteris explicare in ſæcula ſæculorum. Dic enim; quando perfecta diuinitas & perfecta humanitas vna facta natura ſit, & non manſerint duæ, quando creator & creatura, vna eſt per vnitionem facta ſubſtantia? quando duæ perfectiſſimæ naturæ, alterum quiddam perfectum effecerint? & non vtique perfectius ſimul & melius, quando vna ſpecies duabus perfectis ſpeciebus inexceſſibiliter fuit conſubſtantialis.

HÆRET. Quoniam nunquam tale aliquid factum ſit; H
confitemur & nos, ex tunc vero vniuerſa hæc inæſtimabilia & mira facta ſunt, ex quo vna per vnitionem facta perſona eſt: tu vero magnalia & inæſtimabilia Dei accuſas vt incongrua. Si igitur ex his non factum putas vnum filium, vnum Chriſtum, vnum Dominum; dic aperte. Si vero vnam confiteris (ſecundum veritatem) perſonam; da, quæ vnum neceſſario conſequuntur. RVST. Datu conſequentia perfectæ deitati, humanitatique perfectæ: da quod eſt proprium conſubſtantiali Deo, Patri; ſapientiæ, & conſubſtantiali nobis carni animatæ anima rationali. Redde ſuis rebus proprium numerum; non auferas quantitatem, ſi ſubſtantiam perfectionem confiteri nõ ſimulas: vbi enim perfectio ſecundum ſubſtantiam, illic & ſubſtantiarum quantitas: vbi vnitio inconfuſa, illic & numerus vnitorum. Omnis vero ſubſtantia ſimul accipit & eſſe

Valens naturarum in Chriſto nullum exemplum dari poteſt.

A & vna eſſe, & ſic vna, vt vni collata duas impleat vnino adiecta, non numerus interemptus: alias tu mihi oſtende vnitionẽ inconfuſam perfectarũ rerum, quæ perimat earum numerum ſolum; & nullius, ſecundum nullam partẽ perimat eſſe quod eſt, vt videaris aliquid nõ irrationabiliter dicere. His vero, & illud adiiciam. Dixiſti, quia omne indiuiduum à Deo factum, ſubſtantiuum inſeparabile, vna ſpecies eſt. Si igitur ſic facta eſt inhumanatio, vt alia quædam creata, habes quid dicere? Volo autem vt non dicas verba tantum ſed ipſas res. Dic igitur vel vnũ ſubſtantiale indiuiduum à Deo factũ & inſeparabile, & vnam ſpeciem, vt exinde inuenias veritatem. HÆRET. Omnia quidem talia eſſe conſpicimus; veruntamen dicam & vnum ex his. Ecce vnuſquiſque noſtrum, & indiuiduum, & vnum eſt aliquid, & ſubſtantiuum & à Deo factus, & inſeparabilis; & tamen vna ſpecies eſt, & vna natura, & vna ſubſtantia.

RVST. Omnia vt conſueuiſti poſuiſti doloſe: Quia igitur exemplum manifeſtiora quæ dicta ſunt, fecit; dicemus B & nos, quoniam non ſimiliter hæc ſumuntur in Domino Chriſto ſicut vero, ea de quibus diſquiritur, vt confeſſa ſumpſiſti: non enim ſic indiuiduus Chriſtus, vt reliqua, vel vt nos, noſtrum ſiquidem quiſque, indiuiduam habet perſonam: id eſt, alij nulli communem, & indiuiduam ſubſtantiam ſuam: in Chriſto vero, perſona quidem indiuidua (ipſius eſt enim ſolius) Natura vero, non eodem modo indiuidua, communis enim cunctarum trium perſonarum; & nulli communem, non eſt poſſibile reperire. Rurſus, vnum non ſimpliciter dicitur de Chriſto, quia vnum quid ſit, ſed cautius, quia vnus, ſicut ſupra oſtenſum eſt. Similiter vero & de ſubſtantiuo eſt demonſtratum; quia nõ ſolum quod in vna ſubſtantia ſubſiſtit, ſubſtantiuum eſt, ſed & in plures; & quod à Deo ſit, non cum faciente Deo vnum dicitur; ſed factura, vnum cum factore; ſicut, cum corpore, anima. Et indiuiſum quidem confitemur Filium, Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; & eius inſeparata perſona eſt: Naturæ vero eius non inſeparatur vna, ſed inſeparatæ: vt duæ vnitæ ſunt. Igitur claret, quoniam non eadem facta ſunt in Domino Chriſto, quæ in alijs. Inſanum eſt igi- C tur quod doloſe verboſatus es talia, dum magis dicere cõueniret, quia in creaturis ſe ſic habet; in creatore vero creaturam ſuſcipiente, non ſic. Nec enim in quolibet alio factũ eſt vnquam, vt duæ perfectiſſimæ naturæ præexiſterent à principio in alijs indiuiduis ſuis, & poſtea ex his eſſet vna perſona. HÆRET. Quid enim (quæſo dic mihi) nonne omnes doctores Eccleſiæ Catholicæ exẽplo hoc vſi ſunt, inquientes, ſicut vnus eſt homo anima & corpus, ſic vnus eſt Chriſtus Deus perfectus & homo perfectus. Sic ergo & Chriſtus, & indiuiduum & vnum, & ſubſtantiuum, & reliqua ſicut dixi. RVST. Et ſupra iam dixi: regula eſt vniuerſorum rationalium cõmuniſſima, vt exempla à parte ſumãtur, nõ vero à totietate. Vſi ſunt igitur patres hoc exemplo, non vt ea quæ dixiſti, oſtenderent, quæ & olim falſa monſtrauimus. Sed vt oſtenderent vnum Filium, vnum Chriſtum, vnum Dominũ, & eius vnam perſonam ſubſtantialem. Vt vero non putes hoc exemplum per omnia conuenire; audi à nobis irrefutabiles rationes, quæ veſtrũ mendacium euertunt. Si enim Gentilium fabulas hactenus tenes, & putas, quia præextiterunt animæ rationales corporibus ſuis; duæ nihilominus erunt perfectiſſimæ ſubſtan- D tiæ ac naturæ, Deus & mens; Inſuper Dei Verbi & vnitæ illi animæ, quæ ſecundum te à principio præſubſiſtent perſonæ Ex duabus vero præexiſtentibus perſonis; vnam perſonam impoſſibile eſt fieri: Dicit enim ſanctus Cyrillus in Epiſtola, quã & ſedes Apoſtolica & ſancta Epheſina ſynodus confirmauit, hæc: *Vel ſi perſonarum vnitionem diffamant quidem non enim dixit ſcriptura. quia* Verbum, *hominis vnivit ſibimetipſi perſonam*; ſed quia factum ſit caro. Ecce vſque adeo accuſat dicentes in Chriſto vnitionem perſonarũ factam fuiſſe, vt & contra illud id ponat quod legitur; quia *Verbum caro factum eſt*. Ad cauſam vero nihil differunt qui dicunt præexiſtere vnitionem hanc, qui aſſumptus eſt, hominem: & qui aſſerunt præexiſtere mentem Chriſti, & iſti namq; illas mẽtes proprias volunt habere perſonas, æquales, etenim præextitiſſe, & ſimiles eas & indifferentes per omnia naturaliter ac ſubſtantialiter aſſerunt, nõ tamen in-

Sedes Apoſtolica, Cyrilli epiſtolam confirmauit.
Ioan. 1.

E diſtinctas circa indiuiduorum numerum: Nam ſi hoc non eſt quod dicunt: ergo vna mens prius per omnia erat & poſtea mentis diſcreta eſt in diuerſas. Sed quomodo vna nũ vnius eſſet mentis mens, omnimodo vna & à ſeipſa non differens? At ſi propter hue tantummodo differre incipere illa mens putant, quia non idem ſit, & quæ illius diſcretione ſubſiſtunt; ac per hoc, & mea mens tot indiuiduis debet diſtingui quot mentis. Sed abſit ab omni anima rationali, hæc veſania, vt peccati numerus multiplicandarum cauſa blaſphemetur animarũ. Si igitur amplecteris taliũ dogmata: nec ſic animæ corporiſq; exemplum per omnia cõuenire cognoſce; nõ enim ex duabus perfectiſſimis perſonis eſt homo, neq; ex præexiſtentibus perfectiſſimis naturis, & ſi (ſecundum corpus) ex præexiſtentibus materia. Inſuper ipſum corpus humanum non ad aliud aliquid factũ eſt, niſi vt huius ſit animæ (velut ſi quis dicat) organũ. Mens vero circa tales remotam ſubſiſtentiam habuit; non enim quæ in Chriſto vnitio facta eſt, à principio fuit. Nam ſi à princi- F pio vnaquæque mens (quod abſit) Chriſtus erat, in nullo namq; volunt diſpares à principio factas; nõ enim propter corpus tantummodo Chriſtus eſt; alias non inhumanatio, ſed incarnatio eſt facta ſolummodo. Similiter ſi vna mens vnita eſt Verbo; non à Virgine inhumanatio: quia non ex tunc eſt noſtræ naturæ vnita totietas, ſed iam prius, illud quod eſt, multo amplius ſubſiſtebat. Quinimo quod magis proprie homo eſt, id eſt interior homo; & erit inhumanatio, cuius tantum qui foris, vnitio. Sed non ſic ſapuerunt ſancti Patres; perfectam ſiquidem naturam noſtrã Verbo vnitã, & non ſolum carnem à tempore conceptionis quæ in Virgine facta eſt, conſonantiſſime docuerunt. Continet enim prædicta epiſtola etiam hæc: *Diuerſæ quidem quæ ad vnitionem veram conuenere naturæ; vnus vero ex ambabus Chriſtus & Filius, non tanquam naturarum diuerſitate conſumpta propter vnitionem: perficientibus autem potius, nobis, vnum Dominum & Chriſtum & Filium deitate atque humanitate; per ineffabilem & inenarrabilem, ad vnitionem concurſum.* Ecce differentes quidem naturas in Domino vnitas eſſe dixit, & hoc ad faciendum Chriſtum; ne putares quod alio tempore præter id quo facta eſt conceptio corporis: & ne quis putet quia ſola caro tũc vnita eſt Verbo, addidit quia diuinitas & hu- G manitas ad vnitatẽ concurrerint. HÆRET. Nos prædictum dogma non colimus: hoc eſt enim quod dicitur Origenis, de præexiſtentia; quod & ſancti Patres noſtri & Archiepiſcopi Alexandriæ, ſub anathemate damnauerunt; maxime ſanctus Theophilus, quẽ & ſanctiſſimus Cyrillus in omni orthodoxa confeſſione ſecutus eſt. Superflue igitur ea quæ à nobis nõ coluntur dogmata, diſſoluiſti. Oportet autem (eo quod ſemel ita elegeris vt accuſes noſtrum dogma, & in cõtraria parte ſtes) ad rem pertinentia loqui.

RVST. Quia inter vos, nonnullos habens talia ſentientes; & conſequens eſt veſtro dogmati vt iſta dicatis, ſicut poſtea oſtenderetur, idcirco hæc dicere ſum coactus: quoniã vero non vindicas talia; conuertar ad reliqua. Quia igitur non præexiſtunt corporibus hominũ, animæ ipſorum, claret quia propter inuicẽ creantur à Deo: Anima quidem ſicut ad gubernandum corpus ſecundum naturam, Corpus vero, ſic vt ſine quo impoſſibile eſt tales illius operationes impleri: Ideo enim indiuidua anima indiuiduo vnitur corpori; & non alia anima, alterius corporis guberna- H trix eſt naturaliter, ſed proprij vnaquæq; ad hoc, namque etiam ſubſiſtit. At vero Deus Verbum, non ad incarnandum & inhumanandum ſubſiſtit, ſed ſempiternus eſt: neque ergo humanitas, ad hoc vt ita vniretur, ſubſtitit, ſed alteram habet ſubſiſtendi cauſam: nec humanitatem dico ſolum modo, indiuiduam quæ Verbo vnita eſt; ſed communem. Vides igitur longe impar vnitionis exemplum.

HÆRET. Et ſi diſcrepat Dei Verbi, & animæ exemplum (quia Deus non tantũ præextitit animæ, ſed & infinite præcedit homini; & quia ipſe, & totius naturæ & ſuæ humanitatis creator eſt) & nec ſolum mouet propriam humanitatem, & vniuerſa quæ vult & quemadmodum vult, nõ tamen humanitatis, à carne: ſicut enim ad hoc facta eſt humana caro, vt à rationali id eſt, humana anima, gubernata, vtilis ſit ad animæ operationes explendas quæ aliter impleri nõ queunt: ſic Dei verbi humanitas, vt dũ moueretur

Theophilum Cyrillus ſecutus eſt in omni orthodoxa confeſſione
Anima & corpus propter ſe inuicem, creata à Deo.

ab eo,

A ab eo, eius operationes expleret. Similiter igitur per vnitionem Verbi & eius humanitatis vna natura eſt.

Rvst. Nullo modo hoc; ſed magis è contrario verum eſt. Si enim ex maiore horum quæ dicta ſunt, diſſimile atque inconueniens eſt exemplum; ex minore vero, ſimile atque non diſcrepans: multo amplius Dei Verbi & humanitatis non eſt vna natura, quam ſit. Igitur cum nequeat eſſe & non eſſe vna ſolaque natura, reſtat vt propter exempli ſimilitudinem, ſit vtique bene vna perſona: propter id vero quod longe amplius diſcrepat, non vna natura. Si igitur non facta eſt vna natura: conſtat quia permanent duæ: non enim dicturus es è conuerſo, quod Dei ad humanitatem non vna natura ſit, humanitatis vero ad Deum vna natura ſit: non ſolum quia nihil differt circa rem, ſed & quia continuo reſpondebo; Ergo Verbi & humanitatis duæ naturæ ſunt, & ſi humanitatis & Verbi non duæ ſed vna, incongruum vero nõ à mea orietur propoſitione, ſed veſtra.

Hæret. Hoc nemo, vt arbitror, eorum qui habent animum, confiteri refutat; quia ſi vna natura eſt carnis &
B Verbi, Verbi & carnis vna natura eſt, & ſi duæ: Idem namque eſt, quotieslibet quis conuertat verboſitate ſermones. Illud vero magis interrogo: ſi tua ratio vera eſt, cur non potius vna natura & non vna magis Chriſti perſona ſit, quam vna quidem perſona, non vna vero natura. Quomodo aut Chriſtus vnus circa hominis ſit exemplum, dum longe amplius diſcrepet quam concordet: oportet enim multo magis vnum non eſſe, quam eſſe vnum Chriſtum & Filium Dominum.

Chriſtus ſolus eſt incarnatus, & quomodo [illegible] factum.

Rvst. Siquidem principaliter ſecundum ipſum inhumanata eſſet diuina natura, quæ ſanctæ vtiq; Trinitati communis eſt; omnium trium fuiſſet incarnatio perſonarum: quæ enim communis naturæ ſunt, principaliter & ſecundum ſe, communia ſunt ſanctæ Trinitati. Quoniam vero non per ſe, ſed per vnã eſt incarnata perſonam (Deus enim Verbum Dei filius incarnatus eſt ſolus, qui eſt illius naturæ vna perſona) Ideirco vnita ei caro rationalis abſque vlla meditatione vna cum eo perſona & vnus eſt filius, & Chriſtus vnus & Dominus: Vnam ſiquidem eſſe perſonam, & vnum Filium; non totius Trinitatis eſt proprium, ſed vnius ſolinſque perſonæ. Incarnata vero dicitur Verbi natura per Verbum, & ſecundum quod Verbi eſt, non ipſum
C Verbum potius per naturam & ſecundum quod eſt ipſa natura, ne & incarnatio, & natiuitas, & paſſio totius ſit Trinitatis. Similitudo ergo prædicta, ad vnum pertinet Filium, vnum Chriſtum: diſtantia vero non ad plures Chriſtos aut Filios: ſed ad duas naturas. Ideo circumdum totum, quia ad diſtantiam pertinent exemplorum carnis & animæ; non ad quod interrogatum eſt cur in Chriſto non perſona potius quam natura diuerſæ ſint.

Hæret. Non mihi ſufficit ad credendum, quia hæc exempli differentia ſufficiat ad probandum, quod non vna ſed duæ naturæ ſint Domini Chriſti. Si igitur habes alias, quæ ſint dicas.

Rvst. Multæ ſunt aliæ: quarum prima: quia Verbum, à conſubſtantialibus, non natura, neque ſubſtantia, ſed ſola perſona diſcretus eſt; vnuſquiſque autem noſtrum, præter communem, habet & propriam ſubſtantiam indiuiduam & naturam ideirco enim, & multi homines nominantur) rurſus anima compatitur corpori; Deus autem Verbum, nequaquam: Anima nullatenus foris à corpore ſuo habet
D operationis principium; Deus autem Verbum & in humanitate exiſtens, in cœlo & vbique conſuetas operationes impleuit, licet quaſdam & inæſtimabiles etiam per corpus: Quid enim differebat ad operationes eius quæ ſunt ab initio vtrum nõ haberet an haberet humanitatem; dum per humanitatem non plueret, non tonaret, non aſtra moueret; (& ſcilicet ſimpliciter dicere) nihil amplius per eam ſit operatus, niſi ſola quæ nouiter propter noſtram ſunt facta ſaluationem, pro qua & inhumanatus eſt. Harum, quaſi parua ſint hæc, & non illi quoque ſocialè vel maiora vel æqua, ſic tibi minus videntur idonea.

Rvst. Non ad hoc præfata poſuimus, ſed ad illud; quia alia eſt libertas Deitatis, in carne & extra; & alia neceſſitas animæ, quæ obligata in corpore, ſecundum hoc habet eodem modo mouendi ſimplicis corporis poteſtatem. Verum & hæc (donando) adiecta ſint; cum naturæ ac perſonarum Trinitatis ratio peracta ſufficiat. Hæret. Vna eſt Chriſti ſubſiſtentia; an non vna, ſed potius duæ?
E

Subſiſtentia, quid ſit.

Rvst. Et hoc fraudulenter interrogas. Subſiſtentia enim, vnũ quidem nomen eſt; res vero diuerſas ſignificat, ad quas reſponſio vna non conuenit. Interdum namque perſonam ſignificat, nonnunquã vero ſubſtantiam. In ſancta enim ſynodo Epheſina, vtrumq; monſtratur. Sanctus enim Gregorius ille Nazianzenus, inter alia quæ in commentis ſynodicis continentur; ad teſtimonium quidem rectiſſimæ fidei, deſtructionẽ vero Neſtorij dogmatum; & iſta docere introducitur. *Aliud quidem & aliud ea ex quibus Saluator: non enim eſt idem inuiſibile viſibili; & intemporale ſubtemporali. Non alius autem & alius, abſit: vtraque enim vnum commixtione; Deo quidem inhumanato, homine vero deificato. Vel quomodolibet quis nominet, dico vero, aliud & aliud è conuerſo quam in Trinitate ſe habet: illic enim alius & alius, vt non ſubſiſtentias confundamus, non aliud vero & aliud vnum enim tria & idem deitate.* Ecce manifeſtiſſime ſynodi vniuerſalis authoritas, ſubſiſtentias pro perſonis in ſancta Trinitate ſuſcepit atq; laudauit. Sanctus vero Cyrillus Alexan-
F driæ Archiepiſcopus, in tertia ad Neſtorium epiſtola; vnitionem quæ eſt ſecundum ſubſiſtentiam, in Chriſto aſſerens factam; rurſus eas quæ de ipſo ſunt voces nõ diuidendas duabus ſubſiſtentiis, neque vero perſonis, præcepit, prius quidem dicens ſic: *eas vero quæ in Euangelio ſunt Saluatoris noſtri voces, nec duabus, ſubſiſtentiis neque vero perſonis partimur.* Poſtea vero: *Si quis perſonis duabus ſeu ſubſiſtentiis, vel eas quæ in Euangelicis, & quæ in Apoſtolicis ſunt conſcripta voces, impertit; vel eas quæ ſuper Chriſto à Sanctis dicuntur, aut ab ipſo de ſemetipſo.* Et reliqua. Superius vero: *ſi quis ſuper vno Chriſto diuidit ſubſiſtentias poſt vnitionem, ſola coniungens eas coniunctione quæ eſt ſecundum dignitatem, vel authoritatem ſiue potentiam, & non magis coniungit illas ſecundum vnitionem naturalem; anathema ſit.* Dicens igitur abominabile eſſe diuidere ſuper vno Chriſto ſubſiſtentias; & hoc poſt vnitionem: ſimiliter vero accuſans qui eas coniungunt ſecundum hoc vel illud, & non potius ſecundum iſtud; oſtendit, quia oportet eas coniungere ſecundum hoc. Non ergo coniungendæ ſunt in Chriſto ſubſiſtentiæ ſecundum ſolam digni-
G tatem, vel ſimilia; ſed potius coniungendæ ſunt in Chriſto ſubſiſtentiæ, ſecundum vnitionem naturalem.

Hæret. Ego arbitror, quia magis ex duabus naturis ſimul & ſubſiſtentiis, tanquam ex duabus perſonis dixit in Domino Chriſto vnitionẽ: nõ enim tam vicine hoc ipſius ſubſiſtentiæ nomen tam diuerſum aſſumpſit; *& maxime* (inquiens) *poſt vnitionem*: tanquam ſi ante vnitionẽ, duas diceret naturas atq; perſonas; poſt vnitionem vero, vnam.

Rvst. Nullo modo verum eſt: prædemonſtrauimus enim quia nõ ex duabus perſonis Dominum dicat. Si enim hoc dicere voluiſſet, ſicut (dicens ex duabus naturis factum Dominum) non recuſat confiteri quod Deus Verbum, noſtram naturã ſibi vniuerit; ſic non habuit recuſare fateri quod hominis perſonam ſibimetipſi vnierit. Nunc vero hoc quidem approbat; illud vero accuſat, dicens in Epiſtola ad Neſtorium ſecunda, ſic: Iuuat vero nullo modo rectam fidei rationẽ ſi ſic habeatur, vel certe ſi perſonarum vnitionẽ diffament aliqui: non enim dixit Scriptura; quod Verbum hominis vnierit ſibimetipſi perſonam; ſed quod tantum ſit caro. Ecce claret aut ſicut ipſum ponit, aut ſicut omni modo conſequens dicere vnitionem perſonarum, & Ioan. 1.
H dicere, quia Verbum, hominis perſonam ſibimetipſi vnierit, & hoc tanquam cõtrarium diuinæ Scripturæ infamans è contrario poſint, quia factus eſt caro: hoc pene clamans; quoniam qui in Chriſto vnitionem perſonarum dicit, ejicit illud à ſancta Scriptura dictũ, quod *Verbum caro factum ſit.* Paulo ſuperius vero oſtendit, dicens: *duarum enim naturarum vnitio facta eſt; propter quod, vnum Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum confitemur: clariſſime igitur ſubſiſtentia nomen nonnunquam perſonam, interdum vero naturam ſignificat: non enim ſicut inquis, ſemper & perſonam ſignificat, & naturam.* Et rurſus vbi iubet non diſpertiri voces quæ de Chriſto dicitur; duabus perſonis ſine ſubſiſtentiis, Subſiſtentiæ nomine atq; perſonæ ſimpliciter atq; indifferenter eſt vſus; in tantũ quis poſtea ipſe diuiſit voces, ſuper duabus

A naturis, inquiens: *Euangelicas vero & apoſtolicas de Domino voces, ſcimus Deiloquos viros, quaſdam quidem communificantes (ſicut ſuper vna perſona) quaſdam vero diuidentes, ſicut ſuper duabus naturis.* Et poſt aliqua: *glorificamimus vnum Saluatorem Dominum, quoniam Scripturis diuinitus inſpiratis & traditioni ſanctorum Patrum noſtrorum conuenientem habent fidem tam qua apud nos, quam qua apud vos ſunt Eccleſia. hæc vero continue per ordinem ſupra ſunt poſita.* Ecce, diuinas Scripturas & Patres ſic prædicare confeſſus eſt; quoniam oportet diſtribui voces duabus naturis. Quia ergo non dicit ſibimetipſi contraria; conſtat, quoniam naturis quidem diſtribuendæ ſunt voces, nequaquam vero perſonis; id eſt, ſubſiſtentijs. Commune igitur diuerſarum id nomen eſt rerum; & interdum perſonam ſignificat, nonnunquam vero naturam. Vnam igitur ſubſiſtentiam dicimus Domini Chriſti, ſubſiſtens eſt enim Perſona eius: non vero abominamur & duas dicere; quando & pro naturarum nomine, pie hoc quis aſſumere vult ſub omni cautela; ſubſiſtunt enim duæ naturæ.

B Hæreticvs. Sed ecce Chalcedonenſis ſynodus quam veneramini, vnam ſubſiſtentiam dicit Domini Chriſti. At vero beatiſſimus Cyrillus ex duabus ſubſiſtentijs, vnam dicit: & dicebas (quin potius demõſtrare voluiſti ſuperius) quod non dicat, ex duabus perſonis: ex duabus igitur naturis dicit Dominum Chriſtum. Quoniam vero & mox vnam eius ſubſiſtentiam dicit præfatus pater, vnam igitur naturam nouit Domini Chriſti. Sicut enim non recuſas, duabus naturis dictum & ex duabus ſubſiſtentijs, ſic negare nõ poteris, quia in vna natura dicat, quãdo in ſubſiſtentia vnitionem prædicat factam: Non enim vel alterius Patris, vel in diuerſis opuſculis ſub eo dicta proferimus nunc; ſed & ipſa Epiſtola, & non longe vtrumq; ab inuicem ibidem quoq; oſtenditur: & quando audimus eum dicentem, conueniſſe naturas ſecundum vnitionem naturalem, & non perſonalem; quia non modo vna perſona, ſed & vna ex duabus natura.

Rvst. Ea quidem quę dicta ſunt; ad ſolutionem horum quæ ſunt dicta, ſufficiunt: ſicut enim oſtendimus in eadem ſynodo dictum, quia ſubſiſtentia interdum quidem perſonam, nonnunquam vero naturam ſignificat; ſic vna

C eademque Epiſtola contigit vno nomine res dici diuerſas: maxime, quia etſi in vna Epiſtola; veruntamen in diuerſis capitulis dictum eſt. Inſuper quia aliter & aliter ſubſiſtentiæ nomine vſus ſit; nec tu poteris denegare: ſi enim ſemel acquieſcis, quia non ex duabus perſonis dixerit, quando ex duabus ſubſiſtentijs dixit, dicis vero quia vnam Perſonam, & vnam Subſiſtentiam pro vna natura factam per vnionem dixerit; conſtat quod aliter atque aliter hoc nomine vſus ſit: hic quidem ex illis, dicens: ſubſiſtentijs quæ non etiam perſonæ ſint, ſed naturæ tantummodo; illic vero illam ſubſiſtentiam quæ ſecundum te quoque perſona eſt: Quod igitur (me dicente) vt falſum reprehenderas; hoc, & tu, (& ſi diuerſo nomine) es confeſſus Clarer igitur; quia & ſi vicine, aliter tamen & aliter vſus es nomine. Quia vero nec ſubſiſtentiam vnam pro vna natura dixerit, inferius oſtendemus.

Hæret. Si non ſic intellexit, quia per vnitionem, vna natura facta ſit ex duabus: quare inquit (ſicut ſupra iam dixi) ſecundum vnitionem naturalem?

D Rvst. Ad refellendum eos qui dicunt, quia noſtræ naturæ non ipſa diuina Verbi natura vnita ſit; ſed vel accidens aliq. Verbi tantummodo; vt dignitas, vt authoritas, vt poteſtas. Prætermittens enim quoniam non coniungendæ ſint ſubſiſtentiæ, ſecundum dignitatem vel authoritatem, vel poteſtatem; ſolum tunc intulit, *ſed ſecundum vnitionem naturalem*; id eſt, ipſarum naturarum: tanquam ſi quis dicat; chorus Angelicus, id eſt, chorus Angelorum. Nec non & ob hoc, quia non perſona eſt vnita perſonæ, ſed Deus Verbum noſtram naturam ſibimetipſi vnire dignatus eſt, non vero noſtram perſonam; ne non verã, neque in vnam perſonam, neque in vnum facta ponatur vnitio. Ipſe vero ſanctiſſimus Cyrillus in expoſitione horum capitulorum prima; naturalem vnitionem, ſemetipſum dixiſſe ait, pro vera vnione; & teſtimonium profert Apoſtoli ad huius rei comprobationem dicens: *Et eratis na-*

Naturalis vnitio.

turâ filij iræ, ſicut & cæteri, Et addit, *quia ſicut, illa natura filios iræ, pro eo vt diceret*, vere filios iræ, *dixit, ſic ego vnitionem naturalem pro vera poſui.* Si ergo naturalem vnitionem, tanquam in vnam naturam colligentem ea quæ vnita ſunt, in hoc loco accepeſſimus; neceſſe eſt etiam illic iram quandam ſubſiſtere ſecundum naturam, cuius (ſecundum naturam) malæ ſint proles, circa impijſſimum Manichæum. Inſuper ſi hoc demonſtrare Cyrillus voluiſſet, quia vna facta eſſet natura, conſequens erat vt in expoſitione hoc clarius diceret; & contra eos qui hoc accuſabant, adijceret, dicens: *Verum eſt: hoc dixi, & bene dixi, vna eſt enim per vnitionem facta natura.* Cur igitur naturalem vnitionem, veræ vnitionis nomine permutant? Nemo enim ſemetipſum exponens, & cupiens dilucidare quod dixerit, pro maxime proprio nomine, incertius nomen ponit. Veram namq; vnitionem & nos dicimus & vos; naturalem vero, vos tanquã pro vobis ſolummodo ſapitis. Si igitur quod dicitis, dicere voluiſſet, & multo facilius id illic dicere potuiſſet, & verbum proprium (ſimul & clarius) non mutaret.

F Hær. Infirmiores erant ad quos ſermo fiebat; id eſt, Orientales; & propterea ſermonem ſic coaptauit, inſtãtum, quia (& ſi alio nomine) idem tamen induxit, tanquam ſi diceret: quia qui dicit veram vnitionem, naturalem dicit. & qui negat naturalem, refutat & veram. Ceſſit autem de ſermonis integritate, propter eos, qui nondum poterant capere: ſi enim vera vnitio, & non naturalis hoc magis oſtende.

Rvstic. Non eſt opus exemplo, dum ipſa res nobis hoc quod quæritur ſoluat, quia enim vel aliam, vel aliter dicitis vos vnitionem quam nos, vos ipſi fatemini; quia vero in vnam perſonam: in vnum Chriſtum, in vnum Filium, vnum Dominum, vnam ſubſtantiam dicimus factam vnitionem; hãc vero, veram eſſe quam credimus, manifeſtum eſt. Sanctus vero Cyrillus nomen veræ vnitionis dicens, & naturalis permutans (vt dicitis) propter infirmos, nequaquam diſpenſatiue in tantam impietatem caderet, vt ex Apoſtolico teſtimonio probare tentaret, quod ira ſecundum ſubſtantiam ſubſiſteret; cuius filij eſſent ij qui nequaquam ſunt; quod veſtram propoſitionem ſequi monſtrauimus. Si enim hic naturalis vnitas ab eo dicta eſt in vnam natu-

G ram; & illic *iræ filij* ſecundum naturam filij dicti eſſent iræ, & eiuſdem cuius & ira naturæ. Dicit enim prædictus Pater in expoſitione tertij capituli, ſic: *Si vero dicamus naturalem vnitionem, veram dicimus, dum conſueta ſit diuinitus inſpiratæ ſcripturæ ſic vti hoc ſermone: ſcribit namque alicubi quibuſdam ſacratiſſimus Paulus*, & eramus natura filij iræ & cæteri: *& nequaquam quis dicat ſubſiſtere ſecundum naturam iram diuinam, ita vt etiam germina eius intelligantur ij qui peccant; alioqui in omnibus vtiq; modis erimus conſentientes ijs Manichæorum veſania languentes: ſed id quod dixit, natura, oſtendit id quod eſt ſecundum veritatem.* Omnes igitur contra nos calumnias veſtras: quin imo contra ſanctum Cyrillum; hic ſermo ſubuertit.

Hær. Vtrum cõmunes duas naturas Chriſti dicitis eſſe, an vt indiuiduas ſicut indiuiduas dicitis, omni neceſſitate conuincitur vos, duas quoque ſubſiſtentias dicere? Omnis enim ſubſtantia & indiuidua natura ſubſiſtentia eſt: ſi vero vt generales, ſiue vniuerſales, vel certe cõmunes naturas dicitis, nunquam pauciores perſonæ ſunt harum. Erunt igitur & duæ perſonæ, ſeu amplius, Domini Chriſti.

H Rvsticvs. Et hic ad interrogationem quidẽ nõ neceſſaria poſita ſunt, ad concluſionẽ vero æquiuocatio poſita, quæ iam ſæpe eſt deprehenſa. Duas enim Domini Chriſti naturas, dicentes; nec communes dicimus vtraſque, neq; indiuiduas duas; ſed diuinam quidem communem, humanam vero indiuiduam. Nec duas vero ſubſiſtẽtias dicimus abſolute, Domini; ſed vnam ſubſiſtentiam dicimus, vt te vera vnam ſubſiſtentem vere perſonam. Duas vero cum interpretatione dicere non abominamur, quoties pro natura ponitur is ſermo.

Hæreticvs. Omnis natura indiuidua, perſona eſt: ſi igitur humana Chriſti natura; indiuidua eſt, erit igitur non inſubſiſtens Verbum: duæ vero naturæ; duæ igitur perſonæ Chriſti.

Rvst. Multæ indiuiduæ ſunt naturæ, quæ non ſunt etiam per-

Indiuiduũ aliud eſt à perſona.

A iam perſonæ; ſicut inanimatorum & irrationabilium: Nam & homo dum conſtet ex anima & corpore, non tamen ex duabus dicitur eſſe perſonis; quam, confeſſum eſt, ex duabus indiuiduis conſtare naturis. Si enim homo ex duabus perſonis eſt; erit Chriſtus ex tribus; & Trinitas ex quinque perſonis: verumtamen & arbores, & ſurculos, & herbas, & lapides, & alia inanimata indiuiduas quidem ſolemus vocare naturas non vero & perſonas.

HÆR. Multa quidem de hoc dicere eſt; & ſi non apte ad id quod propoſitum eſt Ego vero cætera præteriens: propoſitionem definio ſic: Omnis indiuidua & rationalis natura, perſona eſt; dum enim tres exiſtant confeſſæ rationales naturæ (id eſt; Dei, & militiarum cœleſtium, & hominis) in iis vnaquæque indiuidua natura, perſona eſt. Quia igitur vos, ſuper Chriſto, duas dicitis rationales naturas; duas etiam perſonas ineuitabiliter introfertis: ſuperflue igitur Neſtorij anathematizatis nomen cuius dogma defenditis; aut (vt leuius dicam) cuius error, veſtrum dogma neceſſaria ratione comitatur.

B RVST. Si rationalis apte dicitur Deus; interim non quæram: ſed illud magis affirmo; quia, in Deo indiuidua (dico vero ſingularis) id eſt, non communis, ſed vnius & ſolius perſonæ nulla natura eſt: ſola enim in Deo Communis natura eſt trium perſonarũ; illic vero nec ſic definitur perſona: non enim illic perſona eſt indiuidua natura, neque cõmunis; ſed indiuiduum naturæ communis.

HÆR. Ergo vt dicis, magis duæ perſonæ ſunt in Domino Chriſto: Vnicuique ſiquidem (ſecundum vos) naturæ propria perſonæ ratio conuenit: Deus enim Verbum indiuiduum eſt diuinæ naturæ, humanitas vero naturę rationalis indiuidua: hæc vero, duæ naturæ; duæ igitur & perſonæ. Nec enim potes dicere, quia non quæ æquiuoce, ſed quæ vniuoce dicuntur, connumerantur, qui communem Trinitatis naturam indiuiduæ humanitati cõnumerans, etiam ob hoc duas naturas fateris.

RVST. Et ſi in reliquis rationalibus creaturis, ſubſtantia indiuidua, perſona eſt; ſed non in Domino Chriſto: non enim quia eum ex duabus perfectis naturis eſſe cõfitemini, ob hoc ex duabus (ſecundum vos) erit perſonis: alioquin iam non erit incongruum dicere, Verbum, hominis ſibi v-

C niſſe perſonam; quod in Epheſo excluſum eſt communi ſententia. Quia vere id olim eſt demonſtratum, addam etiam illud; quia communiter quidem nobis confeſſum eſt, quod diuerſæ quidem quæ ad vnitatem veram concurrerunt naturæ; non tamen etiam quia diuerſæ quæ ad vnitatẽ veram conuenere perſonæ. Si enim vos quoque ſuſcipitis ſancti Cyrilli Epiſtolam, cui ſynodus Epheſina ſubſcripſit, hoc refutare nequaquam poteſtis.

HÆR. Et vbi hoc aliquando ſanctus vir ille conſcripſerit; vnquam probare non poteris.

RVST. Ipſa illius ſanctiſſimi verba ſatisfacient. Teſtimonium ex ſecunda Epiſtola ad Neſtorium ſancti Cyrilli: *Carnem animatam anima rationali, vniens Verbum ſibimetipſi ſecundum ſubſiſtẽtiam; ineffabiliter atq; intelligibiliter factum eſt homo, & vocatus eſt filius hominis non ſecundũ ſolã voluntatẽ vel benignitatem, ſed neque velut in Aſſumptione ſol in perſonæ: & quia diuerſæ quidem, quæ ad vnitatem veram coniunctæ naturæ; vnus vero ab ambabus Chriſtus & filius, non tãquam naturarum differentia interempta propter vnitionem perficientibusque potius nobis vnum*

D *Dominum & Chriſtum & Filium deitate & humanitate, per ineffabilem vnitionem & inenarrabilem cõcurſum.* Igitur & ſi ſuper alijs natura rationalis indiuidua perſona eſt, in Chriſto vera hæc regula nullatenus vera eſt.

HÆR. Irrationabile mihi nimis videtur eſſe quod dicitur, quia in omnibus quidem verum eſt, in Chriſto vero hęc regula nequaquã vera eſt. Si enim ſimiliter nobis participatus eſt ſanguine & carne, & per omnia nobis aſſimilatus eſt abſq; peccato, cur in eo ſolo non verum ſit, quod in omnibus verum eſt?

Cum omnino in Chriſto inæſtimabilia ſint, vni aliqui eius miraculorum non diffidere nõ oportet.

RVST. Si quidem hoc ſolum inæſtimabile atque inſuetum eſſet in Chriſto, equidem neque tunc te diffidere huiuſce miraculis oportere, conuenerat. Si vero & multa (imo vniuerſa) in illo inæſtimabilia, hoc magis eſſe irrationabile, vel tarde iam reſpice, quia cum tanta miranda atque inæſtimabilia fide percipias, ad vnum horum dubius es.

E Quis enim (dic mihi) præter hunc alius talis vt hic. [illegible] iſte non ſecundum conſuetudinis legem factus eſt quoniam nemo à ſemetipſo factus eſt ſicut iſte, ſed nouo modo noua vnitione, noua & ſingulari atque irregulari; imo vero ſuper irregularem lege factus eſt. Nunquam ſiquidem, neque homo, neque Angelus, neque quis ex ſuperiorum rationalium Deus erat; nec erit, in vnam, Deo illi qui conſubſtantialis eſt Patri, perſonam vnitus, nullus ex alia natura, vnus cum Verbo & Deo Chriſtus eſt factus, neque quiſquam, vnus Dominus, nec vnus vnigenitus Dei; ſicut in hoc credimus factum: duarum namque perfectiſſimarum rationalium naturarum, nunquam ſecundum veritatem, facta eſt vna perſona, ſicut in Domino Chriſto eſt factum. Amplius vero adhuc dicam; quia neque inter ipſas creaturarum ſubſtantias vnquam tale aliquid factum eſt, vt vnirentur in vnitate perſonæ: Non igitur aliorum rationalium regulæ ſupponitur ipſe Dominus; non enim, cæterorum factus eſt lege. Sicut igitur Neſtorij ſyllogiſmos, quin potius paralogiſmos; id eſt, falſas collectiones, ita & aliorum qui ſimiliter conſuetis & inæſtimabilia in non æſtimabilibus, & mirabilibus, & mente in ſupereminentibus quærunt, abominamur: ex talibus enim non poteſt colligi, quod idem ſit Deus perfectus & homo perfectus. Sic credentes, omnia regenti & omnipotenti Deo; vobis quoque reſiſtimus.

Catholici abominantur hæreſ. ... Chriſti mirabilibus quæſt. ... [illegible]

F qui dum vultis comparationibus, & exemplis, & legibus regulíſque ſubiicere vnitionem ſuper cuncta fulgentem, iam non eam creditis ſingularem.

HÆR. Ego homo ſum, rationabiliter perſuaderi deſidero; rationalem me creauit Deus.

RVSTIC. Recole quæſo, & participem te eſſe illius diuini baptiſmatis; recole, de illo myſterio eſſe ſermonem, cui nunquam æquum quid vel ſimile contigit: quia hoc ipſe, in ſemetipſo vniuerſorum Dominus fecit? ſicut per Prophetas ipſe dixerat, inquiens: *Faciam nouum in fœmina, quod omnes mirabimini.* Verum quia valde me cogis verbo iniſe, quæ ſuperexſtiuit animam; prius à Deo veniam petens, vt poſſim aggrediar diſquirere imperſcrutabilẽ rem. Dico autem, quoniam ſi fides accommodanda eſt exemplis; omnia quidem ſine exceptione habet noſtræ naturæ Chriſtus, non omnia vero humanæ perſonæ: videmus e-

G nim vnamquamque huiuſmodi ſubſiſtentiarum; omne quod ſuum eſt eſſe, in ſemetipſa habentem, præter cæteras alias ſequeſtratam. Nec enim mea anima alterius corpus per ſemetipſum vel prime gubernat, etiamſi ſecundum accidens, velut filios aut ſeruos dicamur gubernare. At vero Deus illam humanam naturam nunquam ſua præſentia atque gubernatione depoſitam reliquit, tanquam ſi dicat aliquis effrenate libero arbitrio abuti, ſed & ob hoc eam creauit, non vt ſuæ, ſed vt eius eſſet: & ſuper ſemetipſo eam fundauit, tanquam ſuper baſim quandam, vel fundamentum (vt vera dicam) vt per eam, perficere propoſitam ſuæ immenſæ largitati pulcherrimam diſpenſationem. Igitur ſi omnis indiuidua natura, perſona eſt; ſed illa omnis quæ non ad hoc creatur, vt alteri inſeparabiliter vnita permaneat. Nam & humanum corpus non eſt alterius perſonæ ab anima ſua, alioquin, vt iam dixi, erit Chriſtus ex tribus perſonis, & ex quinque Trinitas ſancta.

H HÆRET. Prius oportet me, ea quę ante dixiſti recipere: ſi tunc ad reliqua peruenire contendis. Miror namque quomodo dicitis, quia inhumanatio Domini caret exemplo, dum multi patrum, exemplorum comparationibus, hanc aſſimilent: nec non & ipſa ſancta & vniuerſalis ſynodus Epheſina, in myſterij explanationem, hominis vtatur exemplo, & hoc ex lectionibus antiquorum perdocent, quia ſicut ex anima & corpore, vna eſt hominis natura; ſic ex diuinitate & humanitate; vna eſt Chriſti Domini natura, ſic aliquatenus inquiens: *Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quia & anima & corpus; Filij vero non duo, neque Dij, neque etiam hic duo homines; & ſi ſic Paulus, quod intus eſt hominis & quod foris eſt appellauit, & ſi oportet breuiter dicere, aliud quidem & aliud ea ex quibus Chriſtus.* Si igitur hoc ſanctiſſimi Patres rationalis animæ & humani corporis exemplum ſuſcipiunt ad Domini inhumanationem, ſic vnitas dicentes in Chriſto naturas, ſicut in vnam naturã hominis, animam ſimul & corpus; quomodo, nos hoc ſuper inhumana-

tione

A rione ſapere prohibetis extra exemplum dicentes eſſe vnitionem, cuius, tanti ac tales Patres ſimilitudinem proferūt?

RVST. Ergo in nullo diſſonare dicitis eam quæ in Chriſto celebrata eſt vnitionem; ab ea vnitione quæ inceſſanter fit in vniuerſo mundo, vbicumque componitur homo.

HÆR. Quomodo non differt, dum ſemel & ſolum facta ſit ſuper diuinitate atque carne?

RVST. Hoc non ipſius vnitionis; ſed eorum tantum quæ vniuntur, differentiam fecit. Si enim, ſic verbi gratia dico, aut hominem & Angelum, aut Deum & virtutem forſan aliquam ex Rationalibus cœleſtium adunari contingeret; ab iis quæ vnirentur vnitione non diſtarent. Quare, alterum eſt, differre ea ex quibus aliquid eſt, & alterum, ipſe vnitionis eorum modus.

HÆR. Et aliquid diſtat vnitio: effectus tamen, minime: in vnam ſiquidem perſonam conuenerunt.

Multum exemp[illegible] omnis [illegible] ... vtile eſt

RVST. Sed nos nunc ab vnitione argumentamur ad effectum: & quoniam communiter Chriſti confitemur vnam ſolamque perſonam; ſi vna quoque natura ſit, quærimus. Sed quia omnem comparationem aut exemplum,

B non per omnia ſimile nec per cuncta diſſimile poni neceſſe eſt, cum multos modos circa hominis conſideremus exemplum: Ex duabus enim naturis, non modo vnus homo, vna perſona, vna ſubſiſtentia, ſed & vna ſpecies, vnum animal, & vna ſubſtantia vel natura. Ex iis ipſis apparet quia a ſanctis Patribus, non vt vnius naturæ ſiue ſubſtantiæ ſignificatiuu ſuper Domino ſumitur; quia hoc vt exemplum ſuſcipiunt. Si vero non modo vna perſona, & vna ſubſiſtentia, & vnus idemque eſt, ſed & vna ſpecies, ſubſtantia, & natura, & ſimpliciter nullo modo vnitorum ſaluus eſt numerus; iam non erit exemplum. Hoc autem nec verum, nec hac intentione dictum eſt à ſcriptore, ſed ad demonſtrandum tantummodo; quia ſicut illic quæ vnita ſunt, vnum eundemque hominem perfecerunt; ſic & hic vnum Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum, vnam perſonam, & vnam ſubſiſtētiam: quod eſt, & ex ipſis conſiderare ſermonibus. Non enim dictum eſt, *ex duabus quidem naturis, Deus & homo, quia & anima & corpus*: at vero naturæ iam non duæ, ſed vna per vnitionem. Sed poſtquam dixit; *duæ naturæ, Deus & homo*: addidit; *Filij autem non duo.* Cur ergo peruertis ea quæ ob hoc clareſcunt dicta,

C vt vnus Filius monſtretur, & non duo Dij; neque interiorem & exteriorem (velut alterum & alterum) duos quis Chriſtos eſſe putaret; ſed vt, vel ſi quid Chriſti internus & quidam externus iuxta exemplum propoſitum, & ſicut de homine inquit Apoſtolus, non tamen velut interiorem & exteriorem, duos Chriſtos exiſtere.

HÆR. Ego, alium ſuſpicor eorum quæ dicta ſunt, intellectum: quod enim dixit; *duæ naturæ, Deus & homo, quia & anima & corpus, Filij vero non duo, neque dij, neque enim duo homines. & ſi ſic Paulus, quod interius hominem & quod exterius appellauit*, tale eſt, ac ſi quis dicat, non ſunt duo Chriſti, Deus homo, etſi ſic Apoſtolus interiorem & exteriorem velut duos homines nuncupauit, id eſt, animam, & corpus. Igitur hominem quem Apoſtolus velut in duo partitus eſt, ſanctæ memoriæ Gregorius vnum modum omnibus nominat, ne Chriſto eum conferens, duos videatur Chriſtos aſſerere. Quia igitur ſuper vno eodemque homine circa Apoſtolum, licet dicere; *interior homo & exterior*: de Chriſto vero non licet dicere; *is qui intus eſt Chriſtus, & is qui foris eſt Chriſtus*; ſecundum Patres ſanctos qui

D in Epheſum conuenerunt, ne duos faciamus Chriſtos: claret, quia in Chriſto maior vnitas quam quæ in homine facta ſit; multo amplius igitur per vnitionem, vna natura eſt Chriſti.

RVST. Planius audire deſidero, quæ à te dicta ſunt ſuper; obſcuriſſima enim ſunt.

HÆR. Breuiter ſimul & plane eadem repetentur. Dixit alicubi Apoſtolus: *quia quanto is qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tanto is qui intus eſt renouatur?* & tanquam de alio loqueretur: eum qui intus eſt & eum qui foris eſt, ſeparauit; vt veluti duo homines putarentur, alter interior, & alter exterior. Dixit ergo Gregorius; *ſi ex duabus naturis Chriſtus, ſicut ex corpore & anima homo*: non tamen licet, vel ſic nos dicere de Chriſto ſicut de homine, quare-

2. Cor. 4. 16

E nus ſicut ille qui intus eſt, & ille qui foris eſt homo, quemadmodum duo ſunt homines, ſic duo ſunt filij: non enim circa hoc exemplum, ſumimus, quaſi vt alter ſit interior Filius & alter exterior, ſed circa hoc tantum, quia ex ambabus vnus eſt Filius: quare ex parte, & non ex toto ſumpſit exemplum. Inſuper non ſolummodo duo, ſed & tres veluti videtur Apoſtolus homines ſubſignare, dicēs enim: *Interior noſter homo, &; exterior homo noſter*: In eo quod dicit, *noſter*, alium velut hominem monſtrat, cuius iſti ſunt duo, alius enim ego, & alius ille qui meus eſt.

RVST. Falſiſſime atque verſutiſſime inquis: non enim vel Apoſtolus ſic incongrue ſcripſit, vel illa vniuerſalis ſynodus ita deſipuit: vt hanc inguitatem velut ex perſona ſancti Gregorij exponeret ad demonſtrationem propriæ fidei: quoniam non hoc eſt interior & exterior homo quod ſimpliciter homo, ſed quod non integer homo: non enim vel animus vel corpus integer homo. Omne ſiquidem quod negatur, adiecta negatiua particula ponitur, veputa: Anima rationalis, homo non eſt. Ponitur homo: &

F id non eſſe dicitur. Circumſcribit ergo Paulus hominis partem, dicens: *exterior homo*, id eſt, *non & interior*: ac per hoc non totus homo Rurſus, *qui intus eſt homo*, igitur non etiam qui foris: ergo nec homo: ſed aliquid hominis, neque imperfectum. Quia vero ſic intellexerit Pater; non modo ex oppoſita è diuerſo incongruitate, ſed & ex conſequentia rationum licet oſtendi, inquit enim: *Si quis duos filios introducit, vnum quidem ex Deo Patre, ſecundum vero ex Maria, & non vnum & eundem, & adoptione decidat quæ promiſſa eſt recte credentibus: Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quia & anima & corpus Filij vero non duo, neque dij: nec enim hi duo homines, & ſi ſic Paulus, quod intus hominis & quod foris nominauit: &, ſi oportet breuiter dicere, aliud quidem & aliud ea ex quibus Saluator. Siquidem non idem viſibile inuiſibili, & intemporale ei quod ſub tempore: non alius vero & alius, abſit: ambo enim hæc, vnum mixtione, Deo quidem inhumanato, homine vero deitato, vel qualitercumque quis nominet. Dico vero, aliud & aliud, è conuerſo quam ſuper Trinitate ſe habet: illic namque alius & alius vt ne ſubſiſtentias confundamus: non aliud & aliud: vnum enim tria & idem deitate.* Primum quidem, non dixit; *ex duabus naturis Chriſtus*, ſed potius; *duæ naturæ, Deus & homo*, id eſt

G Chriſtus. Si enim de alio diceret, non adderet, *filij vero non duo.* Nullus enim, Deus ſimul & homo vnus filius, niſi Chriſtus. Nec vero dixit fuiſſe, ſed eſſe duas naturas: quod enim mox adjectum eſt, non erat, ſed eſt: dixit enim, quia & anima & corpus, & addidit *Filij vero non duo, neque dij*: & non addidit, *fuit.* Et ideo non ob hoc adiecit & hoc ipſum eſt, quaſi vt non ſint duæ naturæ, nec enim hic ideo deeſt (quod abſit) eo quod tanquam ſint duo Filij; ſed proprietas locutionum eſt, hanc particulam orationis in audientis intellectu relinquere. Si igitur duæ naturæ ſunt, Deus & homo (ſicut quidē Saluator plane confeſſus eſt) quomodo tu per quaſdam diabolicas verſutias; eius in contrarium, verba peruertis; dic mihi.

HÆR. Submerſim contra ea quæ dicta ſunt, per ordinem, te oportet, ſi tamen omnino aliquid habes opponere, & tunc iam interrogare, ſi ad hæc habeam rationes. Quid ergo apud eum vult ſignificare, *& ſi ſic Paulus, quod intus hominis & quod foris appellauit?*

RVST. Patienter accipe; hoc enim & facturus ſum. Poſtquam igitur dixit; *duæ naturæ, Deus & homo, quia & anima*

H *& corpus: Filij vero nō duo: nec dij*, addidit, *nec enim hic duo homines.* Non igitur duo dicendi ſunt homines de vno & eodem; nocebit namque & hoc non mediocriter pietatis myſterio, ſi dicamus; quia Deus & duo homines, Chriſtus; ſeu quia Verbum non homo factus ſit ſed homines facti ſunt: & eſt, per hoc, decem millia concludere incongrua ſimul atque blaſphema. Ante omnia quoniam tu duas naturas eſſe non dicens Domini Chriſti, duos homines dicis in eo; & negans duas Dei & hominis eſſe naturas: rurſus ſolumque hominem, authoritate Apoſtoli, duos eſſe homines contendis aſſerere; & Apoſtolo contraria dixiſſe Gregorium. Dictum vero eſt quod prædiximus, ab Apoſtolo atque à Patribus, quoniam quædam quidem ſunt quæ de vno & ſolo dicuntur & non etiam de duobus aut pluribus, quædam vero ſimiliter & de vno & non de

A ſolo: vt eſt quando dicit Dominus de corpore ſuo, quod templum ſit, quando illud à Iudæis quidem ſoluendum eſſe prædixit, à ſe autem reſuſcitandum: dicimur vero & nos, vel Filij vel ſancti Spiritus eſſe templum. Vides igitur hoc idem, & de eodem & de non eiſdem, ſed de alijs & alijs dici? Si igitur aliud eſt de duobus loqui, vel pluribus aliud vero de vno quidem, ſed tamen ſimiliter, & ſic tanquam de duobus: illic enim verborum ſimilitudo, non identitas rerum: Non enim ſine diſſimilitudine eſt ea quæ de vno eſt, & illa quæ de pluribus ratio. Inquit ergo Gregorius: quia etſi communi & ſimili ſermone Apoſtolus vſus eſt ſuper vno homine quaſi ſuper duobus, non tamen duo ſunt homines, is qui intus eſt & is qui foris. Sed & hoc ipſum non dubitare poſuit, ſed vt uti ſermone ſuſpenſo: non enim dixit, quia modis omnibus hoc dicat Apoſtolus, ſed ait: *ſi ſic Apoſtolus quod intus eſt hominis & quod foris eſt, appellauit.* Intendendum vero & quod ait: *Appellauit.* Non enim dixit, *confirmauit*, neque, *definit*, neque, *definyt*, ſed, *appellauit.* Ap-

B pellatio vero ſimilitudo ſermonum eſt, non autem omni modo neceſſarieque & ineuitabiliter identitas rerum. Non igitur de duobus intellexit hominibus, etſi, vt de geminis, *appellauit.*

HÆRET. Quid volumus ſermonem protendere? Non ait interim lectio quia in duabus naturis, ſed ex duabus: addidit enim, *aliud quidem & aliud ex quibus Saluator.*

RVSTIC. Interim permitte nos, per ordinem, quod olim quærebatur, abſoluere, & de hoc poſtea perquiremus. Prædictis igitur ſuperaddit etiam hæc: *Et ſi oportet breuiter dicere, aliud quidem & aliud ea ex quibus Saluator. ſiquidem non id ipſum quod inuiſibile et quod viſibile, & id quod intemporale & quod ſubtemporale; non alius vero & alius, abſit.* Et hic, quod dictum fuerat, repræſentat; quia ex duabus quidem ſubſtantijs, non ex duabus perſonis eſt Chriſtus; *aliud* enim *& aliud* naturarum magis eſt proprium, *alius vero & alius*, perſonarum. Signandum vero, quia non dixit, ex alio & alio, Saluator: ſed, *aliud & aliud ea ex quibus Saluator*: ne quis veſtrum ſuſpicetur, quia ex duabus quidem, ſed iam non duæ naturæ: dixit enim pluraliter, *ea ex quibus eſt Sal-*

C *uator.* Si igitur ex duabus naturis Saluator; ſunt vero hæc ipſa ex quibus Saluator; ſunt igitur duæ naturæ: non enim poteſt hic dici; alia quædam dixit ea ex quibus eſt, præter duas naturas. Non enim poſſibile eſt, ex alijs quibuſdam dici Chriſtum, niſi ex duabus naturis exiſtentibus: exiſtentibus vero dico non, præexiſtentibus vnitioni; abſit, ſed nunc vſque manentibus. Rurſus igitur ſermonem repetam. Lectio hæc, duas ex quibus eſt Saluator, hactenus vult eſſe claire naturas: quomodo igitur, tu (niſi ſatanæ verſutijs ſit contrarium vertere; quæ bene ſunt dicta conaris? Non iam duas inquis eſſe naturas eas ex quibus Saluator, quas & duas naturas & aliud atque aliud Patres eſſe dixerunt. Sicut autem dixit hic, *aliud & aliud ea ex quibus Saluator* pro eo dicere, *ex quibus eſt Saluator*: ſic & ſupra, *duæ naturæ Deus & homo*: ac ſi diceret, *duæ ſunt naturæ Deus & homo.* Intende vero & tenori lectionis huius, quia per ſingula nomina ſimiliter currit.

HÆR. Quid ad me? dicantur ad hoc tamen ſolum duæ naturæ, vt ex ipſis ſit; non tamen ad hoc, vt & in ipſis ſit Chriſtus, ne vnus ſecetur in duos.

D RVSTIC. Quotieſcomque ſermones verteris; minime nos pigebit opponere tuis falſitatibus veritatem: turpe eſt enim reuera & indecens, contra aſſerentem peruerſa, nos pro veritate frigidiores inueniri. Audi igitur iterum; & ſuadere adhuc amplius ex ijs quæ ſequuntur ita: *Hæc enim ambo, vnum commixtione, Deo quidem inhumanato, homine vero deificato, vel quomodolibet quis nominet.* Vide igitur lectionem, *ambo*, nominantem; quæ, tu, duo quædam dici non voles. Quis vſque adeo vecors ſit; imo, quis demens? quis impius, & ſine Deo; qui, *ambo*, eſſe non dicat, *duo* quædam? Simul quoque inſpice, quia (ſicut ſuperius diximus) ſimpliciter vnum naturæ ſit potius proprium quam perſonæ; ſicut, vnus perſonæ potius quam naturæ: veruntamen eo quod nonnunquam & præter acribiam dicantur talia, & alterne, ſaluo pio intellectu; ſicut Apoſtolus. ſic de vno homine, tanquam ſi de duobus, locutus eſt,

ille qui intus & qui foris homo; ſic iſte de duabus naturis E
tanquam quaſi de vna, non ait vnum eſſe Chriſtum, nec vnam eſſe perſonam, ſed ſimpliciter vnum quid: dicit enim, *ambo hæc vnum commixtione.* Non autem tibi blandiaris, quaſi omnino de vna natura ſe eloqui putauerit; alioqui & ego dicam, quia & hic non ſine additamento legitur *vnum*, ſed dicitur *vnum commixtione*, id eſt vnitione, non natura vnum.

HÆRET. Non mihi plura iam dicas, ecce non te ſuperabo ſermone: vbi mihi de cætero fugies? vbi poteris verti? Non ſolum enim vnum quid dixit, vtraque ſed & addit, *commixtione*: vbi commixtio; ibi omni modo, & vna ex diuerſis natura: vna igitur ex duabus, Domini Chriſti facta natura eſt.

RVST. Glorifico Deum, quia velut inuenta occaſione, omne venenum tuum promptiſſime vomuiſti. Rogo vero & ſpero, qui quanto vulnus tuum manifeſtius factum eſt, tanto celerius curabitur. Non dixit enim Sanctorum doctrina, naturarum permixtionem non dixit fermentationem, non dixit confuſionem: hæc namque omnia non iam ſeruant ea quæ vnita ſunt. Igitur ſi (quod F
abſit) confuſio facta eſt; non iam Deus eſt Chriſtus. Sed ipſe expoſuit quid dixerit, *commixtione*, dum ſuperaddit, *Deo quidem inhumanato, homine vero deificato*, non dixit, Deo quidem confuſo, homine vero conſermentato eſt enim, eſt reuera quædam commixtio ſaluam cuſtodiens differentiam commixtorum. Et hoc expoſuit ſufficienter olim ſanctus Cyrillus in primo Tomo contra Neſtorij blaſphemias, ſic dicens: *Nomen quidem commixtionis poſuerunt etiam ſanctorum Patrum nonnulli. Quoniam vero vereris ne forte, ne forſitan quadam putetur refuſio contigiſſe: quemadmodum in ordine eorum quæ inuicem liquida commiſcentur, liberem te ab huiuſmodi pauoribus. Sapuerunt enim ſic, nunquam abuſi ſunt vero verbo ad ſummam factam vnitionem eorum quæ ad alterutrum conuenerunt ſignificare ſtudentes. Conuenire autem dicimus ſecundum vnitionem indiſciſſibilem, & impermutabiliter habentem propria carnis, Deum Verbum. Inuenimus vero & ipſam diuinæ inſpiratam ſcripturam, non valde hoc verbum diſcutientem, ſed potius quaſi abuſiue ponentem atque ſimpliciter. Scripſit igitur ſacratiſſimus Paulus de aliquibus,*
ſed non profuit eis ſermo auditus, non mixtis fidē ijs G
qui audierant. *Nunquid ergo futuri erant circa æquum modum* Hebr 4.2
commixti ad alterutrum, ſicut certe vinum aquæ; & refuſionem quandam ſubſiſtentiarum, quæ eſt in inuicem, paſſuri ij de quibus erat ſermo, an potius vniti circa animam, ſecundum illud quod in actibus ſanctorum Apoſtolorum ſcriptum eſt; quoniam Act. 4.32.
multitudinis eorum qui crediderant, erat cor vnum & anima vna? *Sed arbitror hoc verum magis eſſe quam illud: eſto igitur extra pauores ſuper ijs; cauta enim nimis eſt mens Sanctorum.* Ecce, quod æque quæſitum eſt olim Neſtorio; ſanctus Cyrillus abſoluit. Patres in his quæ ſunt fidei cauti ſunt.

HAR. Ex ſynodicis eius (ſi tamen reuera potes) aliquid tale demonſtra: quæ enim in pugna, & contentione, & contradictione, non vtique circa acribiam dicta ſunt: multa enim puto in talibus, & magis diſpenſatiue dicta, ea vero quæ ſynodi vniuerſalis ſunt firmiſſima omnium ſunt, maxime quia oportet primum communia contemplari, & tunc propria ſcripta. Habeo namque & ego non pauca ex talibus proferre Scriptis.

RVST. Si ad ſatisfaciendum tibi non ſufficit circa hæc; huius Patris authoritas, me puta iſta dixiſſe, Nunquid Apo- H
ſtoli verba, quibus hæc demonſtrata ſunt, aut ſic ſanam expoſitionē poteris non probare? Veruntamen & in ijs obediam tibi; ſpero enim in nomine Domini, quia ſi tibi per omnia quæ quæſieris ſatisfiat omni modo etiam corrigaris. Ex ſynodica & vnitiua Epiſtola ſanctæ memoriæ Cyrilli, ad ſanctæ recordationis Ioannem Archiepiſcopum Antiochiæ, & ſynodum quæ ſub eo eſt. *Eos autē qui dicunt, quia confuſio aut fermentatio facta eſt Dei Verbi ad carnem, dignetur tua religioſitas condemnare: credibile namque eſt, quoſdam & hæc imitari in me: tanquam ſi hoc, vel ſapuerim vel dixerim. Ego autem tantum alienus ſum a ſententia huiuſmodi, vt & inſanire putem eos qui quolibet modo illud ſuſpicati ſunt, quod momenti obumbratio circa illam diuinā Verbi naturam contingere poſſit: manet etenim quod eſt ſemper, & mutatū nō eſt, ſed nec vnquā mu-*

tabitur,

A *tabitur, aut etiam permutationis erit ſuſceptibile; impaſſibile vero, ad hoc illud Dei Verbum confitemur vniuerſi.*

Hær. Et nos non impiam mixtionem dicimus, quam hic Doctor iſte accuſat, ſed piam, quam in verbis ſancti Gregorij, cum tota vniuerſali Epheſina ſynodo hic ipſe ſanctiſſimus Cyrillus accepit. Hæc vero pia mixtio, vnam naturam Chriſti effecit.

Ruſt. Licet ſufficiant quæ dicta ſunt; tamen propter pertinaciam tuam, vt ſcias quia non talis eſt huius lectionis intentio, cætera praeſcrutemur, quæ ſic ſe habent: *vtraque enim vnum; commixtione, Deo quidem inhumanato, homine vero deitato, vel quolibet modo quis nominet. Dico autem, aliud & aliud è conuerſo quam in Trinitate ſe habet: nam illic quidem alius & alius, & ſubſiſtentias non confundamus, non aliud vero & aliud, ſubſtantiam ne ſeparemus; vnum namque hæc tria, & idem deitate.* Clare in talibus verbis omnem veram comminuit hæreſim; monſtrans quia aliud & aliud in Chriſto quidem conuenit, in Trinitate vero tota ſancti minime, ſed potius alius & alius. Vides igitur, & duas

B naturas & aliud & aliud dici de vno eodem Domino Chriſto: alius vero & alius, vbi perſonæ ſunt tres; non quia Chriſtus quarta perſona ſit, dum certe ſine ipſo non iam tres, ſed duæ perſonæ ſint ſeu ſubſiſtentiæ. Sed quia ſicut in communi ſanctæ Trinitatis differentia, & numerus ſubſiſtentiarum & non naturarum eſt: ſic in Chriſto qui coadimplet Trinitatem; naturarum, non perſonarum eſt tam differentia quam etiam numerus. Si enim hic è conuerſo quam in Trinitate: quid aliud ſignat iſtud; *è conuerſo*, niſi quia ſicut ibi non vna perſona, ne ſubſtantias confundamus, ſic hic non vna natura; vt non confundamus naturas; Ex iudicio igitur ſanctæ & vniuerſalis ſynodi, confuſionem modis omnibus introducunt, qui vnam dicunt naturam Domini Chriſti ex diuinitate ac humanitate factam.

Hær. Duas naturas; &, *aliud & aliud ex quibus Saluator* dixit; non, in quibus Saluator: vos autem (ſicut ſynodus Calcedonenſis) non ex duabus, ſed in duabus eſſe dicitis.

Ruſt. Non dixit, fuiſſe, ſed eſſe duas naturas; non ſolum propter illa quæ olim dicta ſunt, ſed & propter quod

C nunc dictum eſt: non enim dixit ſic ſe habuiſſe in Chriſto, ſed quod ſic ſe vſque nunc, habeat: Inquit enim, *& è conuerſo quam ſe in Trinitate habet*; id eſt, vſque ad præſens: & nec dixit, *illic quidem, ſic ſe habuit è conuerſo: in Trinitate vero ſic ſe habet*; ſed communiter addit, *habet*, poſtquam dixerat, *è conuerſo*. Sicut igitur nunc vſque, illic ſubſiſtentiarum diſcretio, ſic & hic naturarum. Eorum enim quæ fuerunt & non iam ſunt, ad ea quæ ſemper ſic ſunt; quomodo ſecundum aliud & aliud & alius & alius erit alter è conuerſo; Si vero & hoc tibi difficile eſt; ex ſuperioribus iam monſtratum eſt, quia, *duæ naturæ Deus & homo*, ſic poſuit tanquam ſi diceret, *duæ naturæ ſunt, Deus & homo.*

Hær. Et vſque nunc duas naturas eſſe dicimus, ſed ad hoc vt ex eis ſit, non ad hoc vt in eis: hoc enim dicere eſt diuidere in duo?

Ruſt. Dic igitur, quæ ſunt iſtæ duæ; Certe manifeſtum eſt, quia diuinitas eius & humanitas eiuſdem. Si ergo in deitate & humanitate, in duabus Chriſtus: nam ſi non igitur naturis eſt Chriſtus hoc eſt, non eſt igitur ex duabus Naturis (quod abſit) qui ex deitate & humanitate eſt:

D aut (quod abſit) ex altera deitate & humanitate præter duas naturas, aut non ex deitate atque humanitate.

Hær. Et vnde mihi oſtendere potes; quia Chriſtus in diuinitate atque humanitate ſit?

Ruſt. Interim, quia non tantum fuiſſe quondam, ſolum, ſed nunc eſſe quoque naturas, dixit, demonſtrat & illud, quia dicit, *ambo enim vnum commixtione*. Idem vero eſt dicere; *hæc ambo*; & *hæc duo*. Sicut igitur quando dicit hoc vnum, non fuiſſe ſolum ſed etiam nunc eſſe intelligimus, ſic & quando ambo hæc non fuiſſe ſolum, ſed etiam eſſe intelligimus, ſi enim iam, non hæc ambo, igitur, iam non hoc vnum. Quare (quod abſit) non iam dicetur vnus Chriſtus, nec vna eius (ſecundum te) eſſe perſona: nec non etiam ipſe articulus, *hæc*, pluraliter dictus, non naturam, ſed naturas eſſe ſignificat; ambo vero illa duo, vnum

E eſſe. ſub vno vero omnia dicta ſunt, ſicut oſtendit dictorum lectio.

Hær. Non multa mihi, ſed illud (vt dixi) proba, quia in ijs ſit Chriſtus.

Ruſt. Et hoc tibi ex ſynodicis ſimiliter lectionibus comprobabo.

Hær. Prius, quæ ſunt reſiduæ teſtimonij S. Gregorij, perquiramus, clare (vt arbitror) vnam Domini Chriſti ſubſtantiam declarantia.

Ruſt. Seruetur tibi abſque præiudicio & iſte ſermo: hunc vero interim (dum adhuc, quæ dicta ſunt, memoriter retinemus) accipe ſynodicam lectionem, quia Chriſtus in diuinitate atque humanitate ſit.

Teſtimonium ſynodicum Ambroſij ſanctiſſimi Mediolanenſis Epiſcopi.

F *Sileant igitur inanes de ſermonibus quæſtiones, quia regnum Dei (ſicut ſcriptum eſt) non in perſuaſione humani verbi eſt; ſed in oſtenſione virtutis. Seruemus differentiam diuinitatis, & carnis. Vnus in vtroque loquitur Dei Filius, quia in eodem vtraque natura eſt: & ſi idem loquitur, non vno tamen ſemper loquitur modo. Intende in eo, nunc quidem gloriam Dei, nunc vero hominis paſſiones; quoniam vt Deus docet & diuina quia verbum eſt, vt vero homo loquitur humana; quia in mea ſubſtantia loquebatur.* Audiſti; *cuſtodiamus differentiam diuinitatis & carnis; vnus in vtroque loquitur Dei Filius; quia in eodem vtraque natura eſt.* Intende (quæſo) in vtroque eſſe eorum quæ dicta ſunt, Dominum Chriſtum, id eſt, deitate & humanitate; quorum & differentiam dixit oportere ſeruari. Et addit, *quia in eodem vtraque natura eſt.* Quid igitur vult id quod ait, *quia*, niſi ac ſi dicat; propter hoc in ijs eſt quia in eo ſunt hæc? Si enim Chriſto duæ naturæ, & in duabus naturis eſt Chriſtus. Propter hoc nec vno ſemper loquitur modo idem ipſe, quia non vna natura, ſed aliquando quidem tanquam Deus, eſt aliquando vero vt homo. *Quia in mea ſubſtantia loquebatur*, id eſt, quiuis qui in mea erat ſubſtantia loquebatur, ipſa vero temporis differentia, & Dei gloriam atque hominis paſſionum &, naturarum diſtin-

G ctionem pariter repræſentat, dum dicit, *nunc quidem hoc, nunc vero illud.*

Hær. Tu iſta dicis, nam ſynodus non ait quod in vtraque natura ſit Chriſtus, ſed quod ipſe quidem in vtroque loquitur, in ipſo autem vtraque natura eſt, & non dixit, *duæ*, ſed *vtraque* quod vero vtrumque, non continuo, duo.

Hæreticus à propria cōſcientia cōuictus.

Ruſt. Quouſque, ô tu homo, Deo diſcredis, qui per ſanctos locutus eſt Patres; & impudentiæ non parcens, deſperationis cæcitate etiam communes conceptiones ineuitis euertis: Quis dixit, quis audiuit vnquam hominum, vtrumque non eſſe duas. Conuinco vero te à tua ipſius conſcientia. Dic igitur anathema ei qui non credit, quod Chriſtus in vtraque natura & in Chriſto vtraque natura eſt, vt credamus tibi vel hoc, quia ex bona conſcientia loqueris? Quid eſt ergo, quod occaſiones & varietates verborum quæris? Dic anathema, & tunc (tanquam neſcientem) rationabiliter ſuadebimus. Quia vero dixiſti, quia in vtroque loquitur, & quia in mea ſubſtantia loquebatur; non dixit, quia in hoc ſiue in illo ſit, ſed quia in vtroq; loquitur,

H *vnus qui in vtroque eſt loquitur*. ſic hoc poſitum eſt in tantum, vt loquatur Filius Dei, Reddito vero verborum ordine, facilis eſt intellectus; tanquam ſi diceret, *qui in vtraque natura eſt Dei Filius*, & addidit, *loquitur*. Verumtamen idem rurſus deſignat illud incongruum quod tua verba conſequitur: ſi enim non eſt in vtroque, ſed loquitur in vtroque; loquitur igitur vbi non eſt. Quinetiam ſi non eſt ille in vtraque natura, eſt vero in eo vtraque natura; non eſt ille Dei filius in ijs quæ ſunt in eo. Et de nonnullis quidem talis ratio verax eſt; ego enim ſum in hoc mundo & in hoc loco, ſed non etiam vel mundus vel locus in me; de ijs autem quæ ad ſubſtantiam pertinent, neceſſaria conuerſio fit. Etenim, ſi Filius in diuina ſubſtantia; & in filio ergo diuina ſubſtantia: & ſi humanitatis natura in ipſo eſt; & ille in ipſa natura eſt: & ſi duæ ſunt in ipſo naturæ; & ille in duabus Naturis eſt.

Hær. Ego timeo idem velut in cōfeſſione fidei dicere,

A quod quilibet dicere poſſit diuidens atque ſeiungens; diuiſio enim in duo, vel in tria, aut certe in plura vltra fieri dicitur, & ideo non dico, *in duabus.*

R v s t. Similitudo ſermonum, idem non facit in rebus exiſtere: alioqui, tali modo, & illum qui dicit quia in eodem vtraque Natura eſt, poſſibile eſt ſuſtinere calumniam: econtrario enim quæ confunduntur in vnum aliquid confunduntur. Hoc vero eſt & ſermonum ſumma diuerſitas, ſeu magis aduerſitas, dicere quia vnus & idem in duab. Naturis eſt, & dicere quia in duabus aut in duobus quibuſdam diuiditur: qui enim diuiditur vel partitur, ſiue ſeparatur, non eſt vnus in illis in quibus ſeparatur: non enim poteſt vnus eſſe, & diuiſus eſſe, ſed poſtquam fuerat aliquando vnus, iam nunc non eſt vnus poſtquam ſeparatus eſt: Hoc ergo ſignificat impia Diuiſio vel Separatio. At vero vnum eundemque in aliquibus eſſe, hoc magis, cautius & tenacius inſeparabiliter vnum eſſe, eſt; qui enim in duabus eſt, & idem ipſe permanet, ille non ſolum partiri non poteſt, ſed & ſufficiens eſt vt in ſeipſo vnita cuſtodiat in quibus ſecundum ſubſiſtentiam, id eſt, ſubſtantiue eſt, id eſt, ea quibus abſque vlla medietate participat. Quare multo
B amplius & cautius non vnum dic mus Filium: quippe qui ſcientes eum in duabus Naturis exiſtere, fortiter atque incommutabiliter eum nouimus vnum, non vinciendum, vt ita dixerim, dualitate naturarum in quibus eſt, vt partiatur in duo, ſed & præualentem, in ſua ipſius indiruptibili vnitione, illas ipſas in quibus eſt ſeruare naturas.

H æ r. Argumentatio, mihi, & ingenij ſubtilitas, vt ita dixerim, videntur hæc verba. Ego autem ad illam ſanctiſſimam ſanctorum Patrum conuertar authoritatem, ex re vero (ſecundum tuas promiſſiones) exigam, vt quæ reliqua ſunt lectionis ſancti Gregorij, tandem aliquando iam recenſeam, quæ ita ſe habent: *Si quis dicit, tanquam in Propheta ſecundum gratiam inoperatum, & non ſecundum ſubſtantiam coniunctum & complaſmatum Verbum; ſit vacuus meliorū operationū, magis vero plenus aduerſa. Si quis non adorat hunc Crucifixum, anathema ſit & deputetur cum Dei-cidis. Si quis ex operibus perfectum factum, aut poſt baptiſma vel reſurrectionem ex mortuis, aſſimilatione dignum factum dicit, ſicuti Gentiles ſubinſcriptos inducunt; anathema ſit: quod enim cœpit,*
C *aut proficit, aut perficitur non Deus; vel ſi propter incrementum catamodice ita dicitur.* Ecce indubitanter anathematizati ſunt qui dicunt non ſecundum ſubſtantiam coniunctum Deum carni, & non complaſmatum. Si igitur, ſecundum ſubſtantiam in Chriſto Vnitio facta eſt, conſtat quia vnam ſubſtantiam fecit: non enim dixit teſtimonium ſecundum ſubſtantias coniunctum ſed ſecundum ſubſtantiam: Subſtantia vero vtique vna eſt, & non duæ ſubſtantiæ, vt dicitis vos. Memini vero & illud, quia vbi naturalis Vnitio dicebatur; dixiſti, quia interim non dixit Vnitionem ſecundum naturam, ſed naturalem. Ecce igitur hic non ſubſtantialem, ſed ſecundum ſubſtantiam ſpecialiter coniunctionem dixit; id eſt, Vnitionem: addidit vero, & complaſmari Deum carni, & Iudæos non homicidas, ſed Dei-cidas eſſe.

Iudæos Dei-cidas quidam dixiſſe.

R v s t. Non dicit nunc qualiter ad inuicem duæ naturæ conuenerint; ſed quomodo vna & ſola diuina natura humanitati conuenerit, ſed non è conuerſo etiam. Si vero improbabile id ſuſpicaris, huius particulæ principium intendamus, dicit enim: *ſi quis tanquam in Propheta dicit,*
D *ſecundum gratiam operatum.* Vides igitur propoſitionis principium, quomodo Deus carni copulatus, ſit, non quomodo deitas & humanitas ſine vnitate, id eſt, ab vna vnitionis (vt ita dixerim) parte. Perimit igitur ne dicatur ſimpliciter, ſecundum gratiam Deum coniunctum, & ſecundum illam gratiæ menſuram circa quam in Prophetis eſt operatus, probat vero ſecundum ſubſtantiam coniunctum: & neque vnitum dixit, ſed coniunctum; Coniunctio vero eorum eſt quæ non immediabiliter ſunt vnita. Quid vero ſit quod dicere volo, nitar clarius dicere non Deus Verbum, diuinam, naturam, ſed diuina natura per Dei Verbi perſonam, vnita dicitur carni: Si enim tota Trinitas incarnari voluiſſet, tunc forſan iuſte ipſa per ſemetipſam fuerat incarnata Natura: omnia enim quæ illi Naturæ ſecundum ſe & propter ſemetipſam adſunt,

Perſonarū SS. Trinitatis quænam ſint communia. & quæ propria.

E communia Trinitatis; & non propria vnius ſoliuſque perſonæ ſunt. Inhumanatio autem non, Trinitatis, communis, ſed propria eſt ſolius ſubſiſtentiæ Verbi: incarnatus eſt igitur & Deus Verbum, & natura eius: ſed ille quidem per ſemetipſum, & ſecundum quod eſt ipſe, illa vero non ita, ſed per perſonam. Igitur Deus Verbum, ſecundum ſemetipſum quidem vnitus eſt carni, vna enim perſona & vna ſubſiſtentia eſt facta cum carne: ſecundum Naturam vero coniunctus eſt potius quam vnitus, duæ enim manſere naturæ: & per comparationem, Verbum potius vnitum carni eſt, quam natura eius, & ob hoc iſtud, potius quam illud, vnitio eſt illud igitur magis coniunctio eſt, licet ſit & vnitio, hoc vero magis vnitio eſt quam coniunctio: nam quæcumque omnino Coniunctio nominatur, illic pene ſemper ſeruatur & numerus coniunctorum, ſeu etiam quantitas.

Naturarum coniunctio, perſonæ vero vnitio eſt in Chriſto.

H æ r. Mihi, multa incongruitate plenus videtur hic ſermo, nec enim differt dicere quomodo ad inuicem duæ Naturæ conuenerint, & quomodo diuinitas humanitati coniuncta ſit. Nam ſi vna eſt, à ſemetipſa minime differt: ſic igitur Verbum carni copulatum eſt, ſicut caro Verbo.
F Deinde quæ ruſſus differentia Verbi eiuſque Naturæ, vt ipſe quidem per ſemetipſum dicatur vnitus, illa vero vnita non per ſemetipſam ſed potius fuiſſe coniuncta.

R v s t. Intentius te audire quæſo quam prius, ſubtilior enim ſermo eſt, quam qui poſſit aliter comprehendi. Inhabitare etenim Deus dicitur à nobis, in carne, indiuiſe atque inceſſanter, non autem caro inhabitare Deum: & templum Dei dicitur caro, ſed nequaquam templum carnis Deus, & huiuſmodi vnitionem Deus, fecit, & non caro, caro autem paſſa eſt, & minime fecit. Paſſio autem non ſolum corporalium, & contriſtantium, malorumque dicitur, ſed & ſpiritualium, & ſuauium, & bonorum, ita vt & ipſa beatitudo, creaturarum paſſio nominetur: & vna quidem eademque vnitio eſt, ſed non vna definitio ſine ratio vnitionis. Si igitur oportet præſentare per imaginem, differentiam deitatis vnitæ carni, carniſque, deitati, dicimus ita. Contingit, vnius eiuſdemque viæ contrarias eſſe rationes, eadem namque eſt aſcenſus atque deſcenſus, ab hoc quidem principio, ad illud aſcenſus, ad hoc vero ab illo, de-
G ſcenſus, ſubiectum vero, idem: locus namque itineris idem eſt, etſi multoties & millies id quilibet pertranſeat. Sic igitur (vt verbi gratia & manifeſtandi cauſa dicamus) differt à deitate ad humanitatem, non ipſa vnitio, ſed ratio vnitionis ad eum quæ eſt è diuerſo: licet hic & illud diſcrepet, quia duarum naturarum vnitionem non ambæ fecere naturæ ſed ſola diuinitas. Quid enim & cooperari ad vnitionem valuit natura noſtra, quæ in Chriſto eſt, quæ ſumpſit ab ipſa vnitione principium? Forſitan vero & propter hoc, non ſecundum ſubſtantias, ſed ſecundum ſubſtantiam duæ ſunt coniunctæ ſubſtantiæ, quia non duarum, ſed vnius tantum, miraculum ipſa vnitio fuit. Non enim ſicut in Prophetis vel aliquibus alijs, diuina gratia manum porrigente, nobis tamen ſtudentibus & quodammodo cooperantibus vnimur Deo; tali modo illic, ſed longe ineffabiliterq; diuerſo.

H æ r. Rurſum compellor ambigens obijcere, quæ ſit differentia vel quod medium verbi, & naturæ ſiue ſubſtantiæ eius; vt ipſe quidem per ſemetipſum carni vniatur, natura vero eius non per ſemetipſam ſed ſecundum perſonā.

H R v s t. Quam vos dicitis cauſam, vt non inhumanaretur Pater & Spiritus ſanctus, dum vna Dei Verbi natura incarnaretur; quæ natura communis eſt Trinitati hanc nos dicimus cauſam, vt Deus Verbum inhumanaretur per ſemetipſum; Natura vero eius, ſecundum perſonam. Imo vero id quod nos dicimus, multo videtur facilius eſſe, quam quod dicitis vos. Si enim ſic vnita eſt humanitas atque diuinitas vt vna fieret natura, & omnino inhumanatus non eſt Pater nec Spiritus ſanctus, qui eiuſdem naturę ſunt & non alterius; quomodo impoſſibile ſit ſic inhumanatum fuiſſe Verbum vt non per ſemetipſum inhumanaretur eius natura?

H æ r. Sed omnia quidem quæ habet perſona, habet immediabiliter & natura, non autem quæ ſunt naturæ neceſſe eſt vt ſint etiam perſonæ.

R v s t. Sermo quidem iſte, & ante demonſtrationem

inco-

incongruentiſſimus videtur vniuerſis; veruntamen, propter inſenſatos, ex neceſſitate reſpondeo. Quaſi (vt inquis) nulla differentia eſt, nec aliquod medium perſonæ Verbi & naturæ ipſius! hoc quod nihil eſt, nil prohibet è conuerſo dicere: Igitur nulla differentia neque aliquod medium eſt à verbi natura ad eius perſonam. Quoniam vero indifferenter ſecundum eandem naturam ſe habent, non ſolum Pater ſed & ſanctus Spiritus; inhumanato Verbo eiuſque natura; inhumanati ſunt igitur (ſecundum te) & Pater & Spiritus ſanctus! Neceſſe eſt igitur circa veſtras blaſphemias, vt & genita & paſſa ſit tota ſancta Trinitas! Inſuper autem & caro (ſecundum te) trium erit perſonarum propter Trinitatem, aut Trinitas, vna perſona propter carnem, aut carnem neceſſe eſt naturam quidem habere perſonam vero non habere. Non igitur ex duabus naturis (ſecundum te) vnus Chriſtus, vnus Filius, vnus Dominus: hæc enim vnius & ſolius apud vos compoſitæ Perſonæ ſignificatiua ſunt: ſed ſolum, ſicut dicitis, vna eſt facta natura: omnis igitur ex veſtra argumentatione neceſſitas eſt, aut vnum eſſe Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum, & non vnam eius naturam ex duabus; aut eſſe vnā naturam, & non eſſe vnum Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum. Quid igitur veſtrum crimen aliis attribuitis; tanquam duas dicentes naturas, negant vnum Dominum vnum Chriſtum, vnum Filium: quod nobis inceſſanter confitentibus, & verbis & rebus; vos ſoli inceſſanter negatis, vnam dicentes naturam? Signandum vero & hoc, quia qui prius differentiam Verbi & eius naturæ eſſe negaueras, nunc dixiſti, omnia quæ habet perſona, haber immediabiliter & natura; non autem quæ ſunt naturæ, neceſſe eſt vt ſint etiam perſonæ.

HÆR. Confiteor eſſe aliquid differens, ſed hoc prohibet quidem quædam naturæ etiam perſonarum eſſe communia; non tamen ea quæ perſonæ ſunt, prohibet eſſe etiā naturæ. Et ideo perſona incarnata, facta eſt vna natura: facta vero vna natura nō eſt Trinitas incarnata. Ea enim quæ perſonæ ſunt, mox ſunt etiam naturæ, ea vero quæ ſunt naturæ, non continuo etiam perſonarum.

RVST. Si igitur ea quæ perſonæ ſunt (vt inquis) continuo etiam naturæ ſunt; quoniam duæ perſonæ, id eſt, Patris, & Spiritus ſancti, aliæ ſunt præter humanitatem Filij, altera igitur & natura ſecundum te, Patris, & Spiritus, præter humanitatis naturam quæ eſt in Chriſto. Natura igitur Patris & natura carnis duæ ſunt. Quia igitur, vna & ſola & ſimplex natura eſt Patris, & Spiritus ſancti, ipſa vero & Filij, ſecundum quod Deus eſt, Filij igitur naturæ ſunt duæ.

HÆR. Sed in ſolo Filio, cum humanitate vna eſt facta, in reliquis vero perſonis altera & altera, duæque naturæ ſunt

RVST. Ergo circa quiddam quidem ſuum facta eſt vna, ſecundum aliquid vero, minime: Hoc vero aliquid, ſiquidem Filij perſonæ idem eſt, manifeſte nobiſcum non iam vnam naturam, ſed vnum filium factum fuiſſe, & vnam eius confiteris perſonam. Si vero non eſt idem perſonæ, non erit ſimplex ſecundum te, ſed compoſita erit diuina ſubſtantia: cuius aliquid quidem factum eſt, vna natura cum carne; aliquid vero minime, vna cum carne natura. Igitur deitatem & humanitatem ad inuicem diſcernere non ſuſtinens, ipſam ſimplicem deitatem, & hoc ſecundum ſemetipſum diſcernes. Quia vero impium ſit, omnia Dei Filij diuinæ ipſius impartiri naturæ, ſi dubitas, oſtendetur: Nec enim carnis eius paſſiones, diuinæ Filij naturæ dicere licet, nec ea quæ Verbi ſiue reliquarum ſicut arbitror ſubſiſtentiarum ſunt propria. Cauſa vero hæc eſt; quia ea quæ perſonas exprimunt, ab inuicem diſtantia ſunt, ſimplex vero, ſecundum quod ſimplex eſt, nihil differens habet. Pater enim genuit quidem ſed non etiam genitus eſt, Filius vero genitus eſt, ſed minime genuit, Spiritus autem ſanctus procedit, & non è diuerſo. At vero diuina, id eſt, ſanctæ Trinitatis natura, quæ tribus ſubſiſtentiis eſt communis, nec genuit, nec genita eſt, nec procedit: nam ſi vnum horum, ergo & reliqua, id eſt, ſi genuit, & genita igitur eſt, & proceſſit. Et ſic quoque impium eſt, omnia Dei Filij, diuinæ eius impertiri naturæ. Nam cum ſit proprium filii Dei, nec gignere, neque procedere, hæc iam non referuntur ad eius naturam qui gignit atque procedit. Qui potius, ſi quid hoc eſt Patri gignere, quod non gigni neque procedere, & filio hoc

Deerat verſus in exemplari.

HÆR. Si non genuit diuina natura; quomodo in Nicæa ſanctiſſimi Patres. Filium ex Patris ſubſtantia genitum dicunt, inquientes; genitum ex Patre vnigenitum, id eſt, ex ſubſtantia Patris?

RVST. Non habet ſymbolum iſta: vnde nec in Conſtantinopoli ſancti illi Patres CL. hoc dixerunt. Veruntamen vel ſi det aliquis hoc ita poſitum; dictum eſt id pro eo quod eſt, genitum ex Patre vnigenitum, eiuſdem ſubſtantiæ exiſtentem cuius & Pater, non tanquam genitus ſit ab ipſa ſubſtantia: non enim ſubſtantiæ, ſed ſubſiſtentiæ Patris, eſt Filius, Deus Verbum: non enim Pater Verbi, communis trium ſubſiſtentiarum natura; ſed ſola ſubſiſtentia Patris. HÆR. Ergo ſecundum te, corrupit quod verum eſt, ſancta, & magna, & vniuerſalis ſynodus quæ in Epheſo facta eſt: poſuit enim ſymbolum, dicens ad locum ſic: *Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum ex Patre vnigenitum; id eſt, ex ſubſtantia Patris? Deum ex Deo, lumen ex lumine*; & reliqua.

RVST. Non oportet quando de Patribus ſermo eſt, ſic audacter fieri verba; alioquin & ego forte dixiſſem, ergo corrupit ſancta & vniuerſalis Conſtantinopolitana ſynodus (ſecundum te) ſymbolum Patrum. Sed oportet nos, ſanctis Patribus parentes, hanc partem derelinquere, & illud ſolum dicere, quia etſi verbis diſtat expoſitio, non tamen & ſenſibus. Igitur quando dicimus genitum ex ſubſtantia Patris; ſic intelligitur, (ſicut ſuperius diximus) quia euiſdem ſubſtantiæ eſt, aut ita diſtinguendum, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo eum eſſe, & lumen ex lumine. Et illud vero dico, quia in vna eademque Synodo Epheſina, vbi Chariſius propriam fidem confeſſus eſt, quæ etiam placuit ſynodo illi, non ſic poſuit hunc Symboli locum, ſed magis ſic: *Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitū Deum ex Deo*, &c. Arbitror vero hanc eſſe diſſonantiæ cauſam, eo quod à multis memoriter teneretur, & (dum quidam, nonnulla obliuiſcerentur) ſermonem commutarent pro altero alterum.

Audacter loquendū non eſt de Sanctis Patribus.

Chariſii ſymbolum.

HÆR. Firmius aliquid ſuper hoc audire velim; hæc namque dubia ſunt.

RVST. Sufficit tibi ad meæ expoſitionis adſtructionem; tuæ ratiocinationis ſenſum, magis autem ſuſpicionem, ſiue dementiam ſubruo: ſi enim cuncta quæ vniuſcuiuſque perſonæ ſunt (& maxime filii) oportet nos communi Trinitatis deputare ſubſtantiæ, ergo & paſſio Filii, diuinæ naturæ paſſio erit. Si vero dixeris, quia ſola illa quæ diuinitatis ſunt; ergo iam non vnum eſt, ſicut vna perſona Dei & hominis. Si enim & dum cuncta perſonæ Dei Verbi deputentur (vt iactitas) diuinæ naturæ, ipſa diuina natura non ſit vna perſona cum Verbo, quomodo humanitas eiuſdem Verbi (cuius propria, non deputantur diuinæ naturæ) vna cum ipſa ſit natura? Quod ſi & hoc concedamus, quia omnia quæ perſonæ ſunt deputari oportet communi perſonarum ſubſtantiæ, non eo quod primæ & ſecundum ſe ſubſtantiæ illius iſta ſint: alioquin ſecundum ſe, & genuit, & minime genuit, & genita eſt, & non eſt genita, & procedit, & non procedit, & inhumanata eſt, & minime inhumanata. Pater enim genuit, & genitus non eſt, Filius autem genitus eſt, & minime genuit. Spiritus autem ſanctus nihil horum, ſed procedit tantum & non è conuerſo. Nulla enim ratio eſt, cur (ſi ea quæ adſunt cuique perſonæ ac ſunt etiam naturæ earum) non etiam deſunt ipſi naturæ, quæ deſunt cuique perſonæ! Ac per hoc veræ dicentur affirmationes atque negationes circa idem, de vna eadem ſimplicique ſubſtantia, quod eſt nimis incongruum: ita vt magis demonſtretur ex iſtis, quia ea quidem quæ vniuſcuiuſque perſonæ ſunt propria, ipſius ſecundum ſe ipſum, & per ſemetipſum ſunt: quia hæc ſunt oppoſita, dum de eodem dicuntur, ea vero quæ de natura communi, non ita. Quia igitur & inhumanatio proprietas eſt perſonæ (dico autem, Filii) non igitur ipſa per ſemetipſam, & primo natura inhumanata eſt, & ſtant nobis quæ ſuperius dictæ ſunt demonſtrationes vniuerſæ: Dico vero & illud, quia quando di-

A xero, *Deus*, ſimpliciter, vniuerſam Trinitatem dico: quando autem Deus adiectum habuerit, *pater*, non iam Trinitatem, ſed vnam perſonam. Sic igitur cum dico, *ſubſtantia*, ſignifico id quod commune eſt Trinitatis: quando autem cum adiectione, *ſubſtantia Patris*, ſolam ſubſtantiæ illius perſonam.

Hær. Quid vero, quia ſancta ſynodus inquit, complaſmari Deum carni, & quia Dei-cidæ ſunt Iudæi, tanquam non homine occiſo, ſed Deo? Quomodo Deus complaſmatus eſſe & occidi dicitur, niſi quia vna natura eſt? ſi enim duæ eſſent naturæ, cum ſaluus eſſet numerus, & differentiæ & proprietates ſaluæ omni modo eſſent. Iis autem permanentibus, dicere oportebat quia occiſus eſſet homo, & non coextinctus Deus, & quia plaſmatus eſt homo, & non complaſmatus eſt Deus, ſed plaſmauit & ſuſcitauit templum, id eſt, hominem!

Ruſt. Magis nõ aduertis quæ dicta ſunt: id enim quod dicimus cum ſemper aut duo, aut amplius numero ſignificat. Si igitur Deus complaſmatus eſt carni, duo igitur quædam ſunt, Deus atque humanitas. Teſtis autem mihi ad

B hoc, eſt ſanctiſſimus Cyrillus in ſecunda quidem ad Neſtorium Epiſtola, inquiens ita: *Chriſtum vnum, & Dominum confitebimur: non tanquam hominem coadorantes Verbo, vt non inciſionis phãtaſia ſubintroducatur propter hoc quod dici- tur cum, ſed ſicut vnum, & eundem adorantes: quoniam non alienum eſt à verbo corpus eius, cum quo & ipſi conſidet Patri.* In tertia vero: *ſi quis audet dicere illum aſſumptum hominem coadorari oportere Deo Verbo, & conglorificari, & coappellari Deum tanquam alterum cum altero (hoc enim quod eſt, cum, ſemper quoties adijcitur, idipſum intelligere compellit) & non potius vna adoratione honorat Emmanuelem, & vnam ei glorificationem deputat, ſecundum quod factum eſt caro Verbum; anathema ſit.*

Hær. Compellor hæc ipſa clamare: quomodo Deus complaſmatus eſt? quomodo occiſus? quo autem modo non contraria ſibimetipſi dicit ſanctæ memoriæ Cyrillus, qui id quod eſt, cum ex ſua perſona feruenter abiurat, & hoc idem cum rurſus ſynodice approbat? Hæc ſunt quæ me præ omnibus mouent, vehementerque perturbant.

Ruſt. Arbitror quod pariter fateamur, quod filius Dei Deus Verbum, & conſubſtantialis exiſtens & indifferens

C ſecundum naturam, à proprio Patre; identidem eſt impaſſibilis ſicut ille, non tamen ob hoc omnino ab eo aliena ſunt quæ eius acciderunt propriæ carni: dico autem circa vnitionem. Quia igitur plaſmata quidem eſt caro, non deitas Verbi ſempiterna perſiſtens, erat vero inſeparabiliter carni vnitum Dei Verbum, ea quæ propria carnis ſunt propria faciens, diſpenſatiue complaſmari dicitur carnem, propriæ carnis impaſſibiliter ſignificans plaſmationem. Sicut enim genita ex Virgine ſacroſancta, eius carne, ipſe dicitur genitus, qui omnibus (ad id vt ſunt) præſtat geneſim, ſic plaſmata eius carne, ipſe dicitur complaſmatus: vt in eo quidem quod eſt, conſoluetur ratio naturarum, in eo vero quod eſt plaſmatus (quod dum proprium ſit primo loco, humanitatis, dicitur tamen etiam de Deo Verbo), vnitionis omnino inſeparabilis vnitas cuſtodiatur. Si igitur ſolam nobis vnitionem voluiſſet oſtendere, inculpabiliter vtique diceret, *plaſmatus eſt, vngenitus ſecundum carnem* ſiue *carne*: id eſt, ſecundum noſtram naturam. Si vero ſolam differentiam, immaculate dixiſſet, quia *Sapientia ædificauit ſibi domum*: id eſt, verbum carnem; nunc autem bene & breuiter vtrumque oſtendens, non principaliter & abſque omni medio plaſmari, ſed complaſmari decibiliter

D introduxit. Hær. Ecce de hoc quidem quid diceres, neſcio quomodo: quid autem de Dei-cidis dicturus es; id eſt, Iudæis? Ruſt. Item tibi denuo dicam: ſi enim ſemel Deus ea quæ carnis ſunt, in ſemetipſum propter noſtram ſalutem refert: non inconſequenter, ſicut complaſmari dicitur carni ipſe qui propriam carnem plaſmauit vt Deus; ſic illi qui eius occiderunt carnem, non conſequenter arbitror Dei-cidæ vocantur non quia purum & ſine carne occiderunt Deum, ſed quia ille homo quem occiderunt, Deus eſt: non enim purus erat homo, ſed perfectus tam in deitate quam etiam in humanitate idem ipſe. Si vero hoc tibi probabile non eſt; ſuſcipe vel aliam expoſitionem. Crimen, apud iuſtum iudicem non à pœna ſuſtinentis

deputatur, ſed ab intentione facientis. Quia igitur Deus quidem impaſſibilis eſt per naturam (quod vero attinet ad Iudæos dicentes; *Iſte eſt hæres, interficiamus eum, & nos habebimus hæreditatem*, circa Euangelium ſic voluerunt perimere Filium Dei, vt nec reſurgeret vlterius, neque vero eſſet omnino diuinitas eius) licet nullus eum potuiſſet extinguere: ii vero qui hoc ipſum quod eſt impoſſibile, intentione tamen propria vt facerent inſtituerunt; iuſte vtique Dei-cidæ vocantur, non à fine euentus: Quomodo enim hoc fieri poſſit dum quod ſtudetur ſit impoſſibile? ſed ab ipſo impetus ſiue inſtantiæ crimine. Forſan vero nec illud eſt incongruum dicere; quia ſibimetipſi occidit Deum, qui nec reputat eſſe illum vel qui vitam propriam ſic diſponit tanquam non ſit Deus: nullam namque de bonitate eius in vita futura fructificat vtilitatem; quippe tanquam ſi (quod ad illum attinet) non ſit: circa id quod dictum eſt, *dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus*: ſic enim dixit Apoſtolus Dei, illis qui poſt Baptiſma iudaizauerint ſicut prius, quia non ſimpliciter, ſed *ſibimetipſis rurſum crucifigunt Filium Dei.* Nec non autem hoc quoque dicimus, quia Sabellius, & Samoſathenus Paulus, perimunt (id eſt, abiurant) ſanctæ Trinitatis Subſiſtentias; & Arius conſubſtantialitatem, & Neſtorius Vnitionem; & vos differentiam; ne forte tali aliquomodo & hoc dicatur, non quia interemerunt vel occiderunt, ſed quia reſtituerunt Deum.

Hær. Si hoc ita intelligitur; cur contra Neſtorium hæc lectio aſſumpta eſt, dum certe quæ à te ante modicum dicta ſunt, Neſtorius non refugit? Ruſt. Iam quidem ſupradixi in principio vicini ſermonis, ea quæ ille omnino non recepit; id, quia per vnitionem dicantur de Deo Verbo quæ carnis ſunt; ſecundum vero ea quæ inferius dicta ſunt, videtur quodammodo non inutilis eſſe ad euerſionem Neſtorij dogmatum ſermo. Maledictionem namque oſtendit eorum qui non credunt quod adorandus ſit qui crucifixus eſt; non enim purus eſt homo, ſed Deus ſimul & homo: nec vero coadorans vt alter alteri, ſed ſicut vnus; quia vt vnus eſt adorandus eſt. Forſan autem & ſicut qui Deum paſſibilem dicunt, Deo-paſſiani vocantur (non quod paſſa ſit impaſſibilis ſubſtantia diuinitatis; ſed propter illorum qui ſic æſtimant, blaſphemiam; ne ſic Apollinariſtæ Dei-cidæ nominentur, qui ipſum Deum in carne conuerſum & ita mortuum arbitrantur. Et ſi hoc ita ſe habet quod dictum eſt, tale eſt: Si quis non adorat eum qui crucifixus eſt, anathema ſit & ſcribatur cum illis blaſphemis qui dicunt quod occiſus ſit Deus in ſua natura. Signandum vero & illud, quia vbi dixit, *coniungi* & *complaſmari*, non ait neque Deum, neque verbum, neque Chriſtum, neque Dominum. arbitror autem ob hoc, vt daret legenti intellectum, quia ſecundum perſonam plaſmatus eſt tanquam vnus; ſecundum naturam vero complaſmatus eſt tanquam habens alteram naturam cum qua complaſmatus eſt. Hær. Ego ab iſta frequentatione ſermonis ad alterum deductus intellectum, ſic intelligo complaſmari, quia id quod non eſt prius, niſi ſecundum materiam plaſmari dicitur, ſicut Adam ex luto plaſmatus eſt, quod autem iam prius eſt & perfecte eſt, quando non quidem fit, ſed vnitur, complaſmari dicitur. ſicut in domo, quæ olim prius ſunt, & quæ ad ipſam horam fiunt: vel ſicut in codice, cum ſumuntur quaterniones qui ante fuerant confuti, ſi quis dicat conſui; ſalua tamen pura dogmatis ratione quæ non ſolet eſſe per vniuerſa conueniens, ſicut & olim conſtitit inter nos. Ruſt. Mihi prodeſt & iſtud, Vt etiam id quod eſt, cum illic non vnum aliquod ſed plura; ita & hic. Hær. Vnde conſtat quod hæc ita ſe habeant; poteſne mihi hæc in ipſis ſatisfacere verbis an, vnde mihi iſta depromes?

Ruſt. Licet oportuerit vt ea quæ dicta ſunt, omnino ſatisfecerint tibi, tamen vel illa intende quæ in finem prædictis adiecta ſunt, dicit enim *quod enim cœpit, aut proficit aut perficitur, non eſt Deus; vel ſi propter incrementum quod paulatim fit, ita dicatur.* Quid ergo? dic mihi! nonne manifeſta eſt differentia naturarum? Quod enim cœpit, & profecit, & ad perfectionem peruenit, caro eſt; quod vero ſemper eſt, & ſecundum naturam & ſubſtantiam perfectiſſimum,

E *Mat. 21. 3. Marc. 12. 7. Luc. 20. 14.*

Occidunt Deum qui contemnunt vel non credunt. *Pſalm 52.*

Heb. 6. 6. F

G Apollinariſtæ Dei-cidæ

H

A

Deus eſt. quia igitur vęſanientes vt Arius, dicunt de Domino crucifixo, quia deitas eius non ſecūdum naturam & ſubſtantiam perfectiſſima eſt, ſed per donum vel mercedem honorem percepit à Patre: quippe quæ vertibilis ſit atque mutabilis. Contra obiecit ſanctiſſimus Gregorius. *ſi quis ex operibus perfectum.* Ad hæc vero, Pauli Samoſateni ſodales dicebant; quia poſt natiuitatem ex Virgine, nec non & poſt baptiſma, & vltra poſt reſurrectionem à mortuis profecit ad adoptionem: ij quidem ſtactam & mutabilem deitatem filij ſuſpicantes, illi vero hominem purum honorificatum à Deo, & deificatum propter operum meritum (vt ob hoc etiam Deus vocetur) non vt qui ante Mariam fuerit, & inhumanatus ſit. Hos duos Gregorius ſub vno contriuit, adiiciens hæc, *quod enim cœpit, aut proficit, aut perficitur, non eſt Deus, vel ſi propter crementum quod paulatim fit, ita dicatur:* id eſt, quod principium habet quando eſt, & quod non à natura eſt, ſed propter opera ſit perfectum, illud non eſt integerrime Deus, vel ſi ſub vno momento id accipiat mox vt creatur ab opifice Deo, vel ſi paulatim proficiat ſicut aliqui hominum.

Paulus Samoſatenus.

B

HÆR. Ergo, ſicut dicis, non contra Neſtorium dicta ſunt hæc, ſed contra Apollinarium, & Arium, & Paulum Samoſatenum. RVST. Sed quia Neſtorii dogma ad dogma Pauli habet quandam cognationem; propterea eadem contra vtroſque conueniunt. Iacet enim in Synodico codice inter alias Neſtorii blaſphemias, & hæc lectio: *Sed ſicut dicebamus Deum omnium creatorem, & Deum Moyſen, inquit enim,* Deum te poſui Pharaonis: *& Iſrael Filium Dei,* Filius *enim inquit* primogenitus meus Iſrael, *Et ſicut dicebamus Chriſtum Saul,* Non enim *mittam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt: & Cyrū identidem,* hæc dicit (*inquit*) Dominus Chriſto meo Cyro *& Babylonium ſanctum*, ego *enim inquit*, præcipiam eis, ſanctificati ſunt & adducam eos: *ſed cognominatio quidem nominum ſimilis, dignitas vero non eadem.* Ecce palam hic impius, ſicut Moyſen Deum, ſicut Iſrael filium, ſicut Saul & Cyrum Chriſtum, & Babylonium ſanctum, ſic & ipſum Dominum dicit non ſecundum naturam Deum, ſed vocabulo ſolo: non ſecundum ſubſtantiam, ſanctum & vnigenitum, ſed ſicut Babylonios, & Iſrael: differentiam vero eius ab aliis non vult eſſe ſecundum ſubſtantiam, ſed circa dignitatem, vt neſciens natura Deum.

Exo. 7. Exo. 4. 1. Reg. 24. Eſa. 45. 1.

C

HÆR. Si non eſt vna facta natura, quomodo tanquam non ſit differentia, Deus complaſmari dicitur? ſi vero vt dicis, eo quod Dei dicantur ea quæ circa carnem contigerunt, ſecundum veritatem dicuntur hæc, an mendaciter?

RVST. Quia quidem ſalua ſit differentia naturarū, olim audiuimus, ſanctæ memoriæ, Cyrillo ad Neſtorium dicente: *quoniam diuerſæ quidem quæ ad veram adunationem conuenere naturæ, vnus vero ex ambabus Chriſtus & Filius, non tanquam naturarum differentia interempta propter vnitionem, quæ immo perficientibus nobis vnū Dominum & Chriſtum, & Filium, deitate & humanitate.* Ecce aperte, vſque adeo non peremptā eſt differentia naturarum propter vnitionem, vt nec dicat ipſe ſingulariter, *quinimo perficiente nobis vnum Chriſtum Deitate & humanitate,* ſed pluraliter dicat, *perficientibus.* Si igitur deitatis & humanitatis differentia minime ſeruaretur, aut numerus non oportebat dicere, perficientibus hæc & illa: hæc autem quorum differentia ſalua eſt, non ſunt abſque vnitione. Quando igitur ad differentiam horum aſpicimus, neque ea quæ diuinitatis ſunt propria, carni tunc dabimus: neque enim conſempiternam illam dicimus Deo, nec deſcendiſſe de cælo, nec è diuerſo, ea quæ carnis ſunt propria ad Deum referimus. Quando vero ad horum reſpicimus vnitionem, Filium hominis dicimus deſcendiſſe de cælo, & ſempiternum & vnigenitum Deum in terra viſum, & cum hominibus conuerſatum ſecundum Scripturas. *Et, nemo aſcendit in cælum niſi Filius hominis, qui de cælo deſcendit.* Deus enim Verbum qui deſcendit de cælo, filius hominis eſt propter vnitionem ad id quod noſtrū eſt. Alioqui quomodo dicitur & eſt vnus Filius, niſi ſic? Rurſus qui aſcendit à terra in cælum, & locum mutauit ſecundum corpus duntaxat; vnigenitus Patris eſt ipſe ſermo qui incarnatus eſt ſempiternus, non enim purus ho-

D

mo eſt qui aſſumptus eſt. Igitur nec differentia peremit, vnitio, nec vnitionem differentia diſſipat. Si igitur Deus ſecundum ſuam plaſmatus fuiſſet ſubſtantiam; non vtique poterat complaſmari cum carne, ſed plaſmari tantummodo. Quoniam vero non propter ſempiternam naturā ſuam, ſed propter vnitionem de Deo id dicitur: & hoc vere dicimus, vera namque vnitio eſt.

E

HÆR. Non hoc ſignificat, ſed quia complaſmatus eſt, ſicut anima corpori, vt nulla differentia linqueretur, quæ numerum diuiſionemue dualitatis efficeret.

RVST. Licet prædixerim, quia non ſimpliciter de Deo fuerit ſermo, ſed indeterminate: Ex ſuperioribus enim de crucifixo dixit; & adiecit inferius, complaſmari. Ne autem diceres; quid, & cui complaſmatum eſt? ego adieci hoc nomen; quia, Verbum carni. Si vero (ſecundum te) in vnam naturam, diuinitas humanitaſque plaſmata eſt; non igitur bene dixit, *complaſmari*: id enim quod eſt cum, aut duas ſignificat plaſmationes, aut duo quæ complaſmata ſunt.

F

HÆR. Sed ego nbi denuo dicam; ergo idipſum ſuſcipiens? dico autem cum, & idipſum rurſus accuſans Cyrillus, eſt ſibimetipſi contrarius.

RVST. Non eſt ille magiſter ſibimetipſi contrarius: ſed id quod eſt cum, & id quod eſt ſimul, quando de naturis tantummodo dicitur, differentiam duarum pie ſignificat naturarum: & propter idipſum, quando id, vt de perſonis vel ſubſiſtentiis in Chriſto dicitur, impium eſt, mox enim duas ſignificat perſonas, & Filios, & Dominos, & Chriſtos. Quia vero ſic prohibuerit dici id quod eſt cum, manifeſte in ſuperioribus demonſtratum eſt. Quia vero iterum dicit, quod verbum cum carne aſſideat Patri, audi in ſecunda ad Neſtorium Epiſtola eiuſdē Cyrilli ſanctiſſimi, in qua, ſub vno, & hoc dicit & illud: *ſi Chriſtum vnum & Dominum confitebimur, non tanquam coadorantes hominem Verbo (vt non ſciſſionis phantaſia ſubintroducatur, ob id quod dicitur cum) ſed vt vnum & eundem adorantes, quia non eſt alienum à verbo corpus eius, cum quo & ipſi conſidet Patri, non tanquam duobus rurſum, conſidentibus Filiis ſed vt vno circa vnitionem cum propria carne.* Ecce, & de corpore dicens, inquit, *cum quo conſidet Patri!* Intende id quod eſt, *cum quo.* & rurſus, *cum propria carne*: Id vero quod prius dixit, *cum*, & id quod poſterius, *& con, & co,* idem eſt. Sed quotieſcunque quidem (vedixi) ſermo ſit de naturis, dicitur cum humanitate diuinitas & è conuerſo: Quando vero de filio; non licet dicere, *coadoratur Filio Dei filius hominis*; non enim coadorantur in ſancta Trinitate, niſi perſonæ tantummodo: diuinitas vero, ſicut miracula eſt operata per carnem, ſic adoratur per carnem, & adoramus omnes crucem, & per ipſam illum cuius eſt crux: non tamen crucem coadorare dicimus Chriſto, nec per hoc vna eſt crucis & Chriſti natura! Similiter adorare altare; coadorare altari, Trinitatem non dicimur, ſed potius per altare. Nec tamen rurſus; ſicut Patrem per filium, ita Verbum per carnem: abſit! non enim duæ perſonæ ſunt Chriſti. Cum carne vero, id eſt, per carnem (ſicut dictum eſt) cum qua conſidet Patri, & coadoratur.

G

Crucem adoramus omnes, & qua ratione Altaria adoratio.

HÆR. Quia adoratur quidem vnus Chriſtus, & conſidet Patri cum propria carne, dixit ſanctiſſimus Cyrillus; ſed vnde conſtat? quia in Græco, σὺν & μετὰ; idem ſit quod dicimus, *cum*, *vel con*.

H

RVST. Quia & ipſum, σὺν, id eſt, *cum*, Cyrillus ſanctiſſimus approbauerit, & abunde manifeſtum eſt: id eſt, quia non tantum in vniuerſali ſynodo, ſed & extra vbique contra diuerſos Epiſtula ſanctiſſimi Athanaſii ad Epictetum per omnia approbatur, in qua iacent inter alia, & hæc: *Dixit*, dorſum meum dedi ad verbera, & faciem meam nō auerti à confuſione ſputorum: *quæ enim pertulit id quod humanum eſt verbi, hæc, ipſum Verbum illud quod erat cum eo, in ſemetipſum referebat vt nos verbi Dei participare poſſimus.* Ecce audiſti, quia ea quod humanitatis ſunt paſſiones in ſemetipſum referebat! vbi autem coadeſſe & referre; illic irrecuſabiliter quantitas ſecundum naturam.

HÆR. Et vbi hanc Papæ Athanaſii Epiſtolam ſanctiſſimus Cyrillus probauit? RVST. Non ſolū teſtimonia ex ea poſuit in ſynodo, ſed & in Epiſtola ad ſanctū Ioannē, in qua dicit &

Epiſtola S. Athanaſii, ad Epictetum, à quibuſdā corrupta editur.

A igitur quaternio erit, Trinitas atque caro. Igitur aut oſtende non eſſe vnitatem noſtram naturam (id eſt, carnem non eſſe vnam) aut recipe, quia non ob hoc minime connumeretur perſonis natura diuina, quia vnitas Trinitatis eſt & Trinitas vnitatis: & reliquum tibi eſt, vt nobiſcum dicas quod non connumeretur natura perſonis.

HÆR. Et cur minime connumeratur natura perſonis? dic igitur cauſam?

RVST. Mihi nulla neceſſitas imminet oſtendere cur perſonis non connumeretur, ex quo perfectam meam demonſtraui victoriam, quia hoc verum ſit quod probaui: ſi autem vis nobiſcum cauſam perquirere, ſine præiudicio inquiretur. Arbitror autem quod ea quæ omnino ſub vna definitione non continentur, neque connumerentur: vt puta, ſi quis dicat: ego & tu vnum ſumus; eo quod homo ſim & ego, & tu: & ſumus homines duo, & ad Angelos vnum ſumus; eo quod rationales ſumus & nos. Et rurſus duæ naturæ ſumus propter differentiam; & iterum hoc idem ſumus cœlos creatura enim & illud eſt: & aliud

B præter illud, propter differentiam ſubſtantiarum. Arbitror igitur quod ea quæ connumerantur; & vnam quandam communem definitionem habere oporteat, & aliam quæ non communis: ſed cuiuſque ſit propria: ſic igitur & Domini Chriſti duæ naturæ, commune habent quod naturæ ſunt: proprium vero quod hæc quidem diuinitas eſt illa vero humanitas.

HÆR. Si eſt definitio eius; non eſt incomprehenſibilis deitas. Et illud vero me mouet, quomodo vnam habeat definitionem communis trium perſonarum diuina ſubſtantia, ac indiuidua vnius ac ſolius perſonæ natura, vel certe, carnis Chriſti ſubſtantia: hæc enim videntur eſſe impoſſibilia.

RVST. Non ſuperflue (vt apparet) cauſam quærere olim refutabamus quæ ſic in longa atque difficilia verba nos abſtrahit. Quare non me vlterius tale aliquid oportet adiicere, vt non ſuperflue ad multiloquium pertrahatur.

C HAER. Patienter (quæſo) & abſque præiudicio! ſatis fieri enim mihi ſuper his volo; forſitan enim modis omnibus ſatisfactionem cómoditas conſequetur. RVST. Quod mihi videtur, forſan vero non irrationabiliter; dicam ſaluis tamen abſque præiudicio iis quæ iam dixi; nec enim tale aliquid adiecissem, niſi hac conditione propoſita. Definitur ergo diuinitas, non ſecundum quod diuinitas eſt, ſed ſecundum quod natura eſt. Quid eſt quod volo dicere? Non quo diuinitas, ſed quo natura. Aliud eſt per ſe quærere, quid ſit deitas; & aliud, quomodo ſe habeat ad tres perſonas ipſa diuinitas. Vt exempli gratia, dico; aliud eſt quærere quid ſit homo, aliud quomodo: id eſt, vtrum æqualiter vniuerſi participemur communi ſubſtantia, an minime: & rurſus ſecundum proportionem; vtrum ſic nos communi humanitate, vt Pater & Filius & ſanctus Spiritus vna deitate atque communi. Quod igitur nunc quærimus, de proportione eſt, vna vero duarum naturarum definitio, ſecundum quod naturæ ſunt; quia id quod æqueac ſimiliter & completiue (ad id vt ſit quidque) participatur à perſonis; ſubſtantia eſt: quæ vero hoc ipſo participant; perſonæ ſunt quæ ab inuicem proprietatibus dif-

D ferunt. Subſtantia vero communis ipſius diuinitatis, quam in verbo indiuiduo côtéplamur; natura eſt; ſimiliter etiam carnis natura indiuidua non eſt, licet in indiuiduo eam contemplemur. Natura enim nunquam eſt indiuidua; non enim definitio indiuidua eſt, circa quam dicimus animal rationale, quod tactui ſubiacet. Apud Medicos autem dicuntur homines, natura differre pro temperamento; vt (verbi gratia) calidior & frigidior: nos autem non ſic dicimus naturam; quare, ſecundum hoc, nihil diſtat communis definitio duarum naturarum Domini Chriſti. Ergo quia vtraque ſimiliter natura dicitur; & rurſus vtraque non eadem, ſed differt vniuſcuiuſque definitio: duæ igitur ſunt naturæ Domini Chriſti, & harum nulla connumeratur Trinitati, vt quaternionem (quod abſit) efficiat.

HÆR. Ego arbitror quoniam natura illa quæ commu-

E nis dicitur, vel certe ſpecies humanitatis, nihil eſt niſi nomen tantummodo: eſſe vero vniuſcuiuſque noſtrum, in indiuiduis ſubſiſtentiis eſt: illud vero in ſolis rationibus & intellectibus & ſubtiliſſimis ſpeculationibus, ſeu magis mentis phantaſiis eſt; cæterum, re ipſa non ſubſiſtit: in Deo autem, oportet omnia & prime ſubſiſtere; id eſt, & naturam & perſonas: quare neque ſecundum communem definitionem ſunt duæ naturæ.

RVST. Mihi contra hoc nullus eſt ſermo; ſufficit enim mihi, quia ſubſtantia humanitatis aſſumptæ ſubſiſtentiarum Trinitatis minime connumeratur ad hoc vt quaternitas efficiatur ex eis. Cur autem; neſcio cauſam & confiteor me ignorare.

HAER. Sed cur connumeratur caro, Trinitatis naturæ; vt duæ (ſicut inquis) efficiantur; quæ non connumeratur Trinitatis perſonis? Ergo nec huic connumeratur: & non iam duæ ſunt naturæ Chriſti, ſed vna!

RVST. Puto quod neque eſſe velis carnem! neceſſe eſt enim, aut vnam hanc eſſe, aut nec vnam; dum vero nec vna ſit, nihil eſſe, dum vero nihil ſit, neque eſſe, vt enim mi-

F nime tribus perſonis connumeretur: repercutimur eo, ne quaternitas fiat. Rurſus: vt nec naturæ vni Trinitatis congeminetur, perfecta carnis videtur eſſe negatio: ſi enim vna eſt; alteri vni connumeratur. Verum illud affirmo, quia nec hic neceſſe eſt à me exigi cauſam: etenim & omnes ſancti Patres, & vos ipſi naturæ diuinitatis, connumeratis carnem! ex duabus enim naturis dicitis Chriſtum. Quod ſi diuinitati non connomeratur humanitas: non ſolum in eis eſſe ſed & ex ipſis eſſe, dicere non debemus. Non igitur ex duabus eſt. Sed & Ambroſius, male (ſecundum vos) inquit: *Vnus in vtroque loquitur Dei filius, quia in eo vtraque natura eſt*: & Gregorius dicens: *duæ naturæ Deus & homo, quia & anima & corpus*: & Cyrillus dicens: *duarum enim naturarum vnitio facta eſt: & quia diuerſa quidem quæ ad vnitionem veram conuenere natura, vnus vero ex ambabus Chriſtus & filius, non tanquam naturarum differentia interempta propter vnitionem, ſed potius efficientibus nobis.* Et hæc vniuerſalis ſynodus Epheſina firmauit & Celeſtinus ac Xiſtus Papæ Romani approbauerunt: ſimiliter vero & quaſdam voces eorum quæ de Domino dicta ſunt; & communificari

G tanquam ſuper vna perſona, & diuidi tanquam ſuper duabus naturis.

HÆR. Nouimus hoc! connumerantur naturæ vt ex ipſis ſit, non ad hoc, vt in ipſis: nam & quæ dicuntur æquiuocata; eo quod ſolo nomine ac non etiam definitione participent; connumerantur adinuicem; vt canis pictus, & verus: nemo enim vnum dicet hunc atque illum, ſed omnimodis duos.

RVST. Gloria domino Chriſto, quia confeſſus es interim, quod quolibet modo veruntamen connumerentur naturæ; vnde erit ſermo: hoc autem conceſſo; non iam neceſſe eſt demonſtrationes repetere cæterorum. Iam enim ſimul oſtenſum eſt, quia duarum eſt vnitio naturarum, & quia duæ ſint naturæ, & quia non ſit interempta differentia naturarum, & quia efficerent, & vnus in vtraque (quoniam in eodem, vtraque natura eſt) & quia duæ naturæ, Deus & homo, ſed & illud neceſſario dico; quia ſi humana natura diuinæ non connumeratur, non eſt ex duabus naturis vna per vnitionem facta natura domini Chriſti; ſed ipſa vna ſempiterne exiſtens, ipſa ſola nunc vſque ita eſt

H ſicut erat. Si vero compoſitio aut explicatio, vel concurſus factus eſt, ex æquo illi ... naturæ quæ ex compoſitione (vt dices) facta eſt, completiua humanitas eſt: quare ex æquo licet diuina quantitatis eſt particeps. Si igitur vna eſt diuinitatis natura; vna eſt etiam carnis: ſi vero media hæc, media etiam illa: & ſi nulla iſta, nulla eſt illa. Quare, & quod ex nullo (ſecundum vos) factum eſt, aliquid eſſe non poteſt.

HAER. Habes vnde oſtendere, quod non ſolum Trinitatis natura communis, à natura carnis quæ verbo vnita eſt, differat; ſed & ipſum Verbum, ad ſerui formam, habeat aliquam diſtinctionem; an non;

RVST. Et hoc oſtenderetur procedente ſermone; quoniam noſtra quidem natura quæ Deo Verbo vnita eſt, nec altera perſona nec alterius eſt perſonæ; veruntamen

altera

A altera præter Verbum, eſt caro; altera vero natura, non altera perſona: In Chriſto enim, non ſolum de communi ad reliquas de diuinitate perſonas, & propria eius carne, alterum & alterum communiter dicitur à Patribus; ſed & proprie de Deo Verbo & aſſumpta carne, quod alterum ſit atque alterum. Intende (quæſo) ſubtiliter veritatem; neque vitæ ad vitam ducentis anguſtia difficultatis labore perterreat: non enim diximus quod aliud ei, & alia carnis perſona ſit; ambo enim hæc, vnius & ſolius perſonæ ſunt: ſed quia & præter Deum Verbum (qui vna perſona eſt illarum ineffabilium perſonarum) altera eſt humana natura; ita vt Deus Verbum, perfecta quidem ex ſempiterno perſona ſit; caro vero, licet perfecta natura, perſona vero nequaquam! Rurſus dico: non alteram perſonam, dixi, & iterum alteram perſonam; ſed alteram ſubſtantiam & naturam. Alterum namque definitur euidenter Dei Verbum, & alterum, eius humanitas: non alter & rurſus alter; ſed ille quidem, à carne alter, illud vero, alterum & non alterum. Oſtendimus enim & ex

Carnem Chriſti non eſſe perſonam.

B lectione ſynodica Gregorium dicentem; *duæ naturæ Deus & homo, quia & anima & corpus* Vides igitur quod de hac ipſa loquatur domini Chriſti perſona, cum enim dixiſſet, *duæ naturæ Deus & homo*; adiecit, *quia anima & corpus*: hæc vero vnius perſonæ ſunt. Et rurſus; *Filij vero non duo!* Vides quod non de tota Trinitate ſed de Verbo ſolo dixerit, *Deus.* Et iterum poſt modicum; *aliud & aliud ex quibus Saluator.* Intendis quod de ſolo dixerit Saluatore! Et rurſus; *ambo enim vnum*: & de vno; *Deo quidem inhumanato*: non autem tota Trinitas inhumanata eſt. Deinde adiecit & hæc: *dico autem aliud & aliud, è conuerſo quam in Trinitate ſe habet; nam illic quidem alius & alius, vt non ſubſiſtentias confundamus; non aliud vero & aliud.* Vides, quod non de tota Trinitate ſit ſermo communis ſed proprius de Filio ſolo! Nam de Trinitate quidem dicens; *illic quidem alius & alius*, dixit: de Filio vero ſolo; *aliud & aliud, è conuerſo quam in Trinitate ſe habet*, inquit: Alterum igitur, Deus Verbum, præter propriam carnem. Proponatur vero prædictum teſtimonium; & quæ dicta ſunt, manifeſta erūt.

C Hær. Si & non connumeratur natura perſonis; ſed tamen potius numerus puro numero connumeratur: quare duæ & duæ, quatuor ſunt? nam quomodo aliter, vnus Trinitatis dicitur Chriſtus, non ſimplex nec abſque carne exiſtens, ſed in vnam perſonam compoſitus; dum certe duas ſimplices & abſque carne, & incompoſitæ ſunt?

Rvst. Numeri nomen, abſque rerum nomine tunc profertur quando rei quidem ſimilitudo communis adiacet numero alicui: ſicut vnicuique trium eſſe perſonam: etſi non eandem perſonam: quomodo enim pium ſit, non diſtinguere in Trinitate ſubſiſtentias? Sed hoc diximus; quia ſicut pater, perſona eſt: ſic & filius, & ſanctus ſpiritus: hi enim tres perſonæ, tres quædam res ſunt, ergo quando dicimus: *hi tres*: ſi nos interrogaret aliquis, *qui?* poſſumus reſpondere; *perſonæ*: quando autem dicimus: *hi tres*: interrogati: *qui tres?* ambigimus reſpondere: *perſonæ*: propter indecentem ſermonum compoſitionem; ne videamur dicere: *hi perſona*: vel, *hi tres perſona.* Quia igitur res quidem adiacent, nomen vero tale quod his tribus commune ſit, interim poſitum non eſt; hos quidem tres di-

D cere licet: & ſi interrogati, *qui tres*: dicere continuo apte non inuenimus. Quando vero ſimpliciter dicentes prius: *hi tres*: interrogamur, *qui tres?* adiiciamus mox apte: *perſonæ.* At in illo veſtro quaternione, nulla res communis & æque coaptabilis quaternario numero inuenitur & non ſolum in verbis, ſed etiam in rebus impoſſibile ſequitur: quare, nec numerum eſſe poſſibile eſt, eo quod res nulla ſubiaceat communis. Quod & in illud oſtendit, quia perſonæ apud Latinos: *hæ perſonæ* dicuntur: & non *hæc perſona*: id eſt, per hoc quod apud Grammaticos fœmininum genus vocatur, non per illud quod neutrum. Paracletus vero ſimiliter maſculine, dicitur, & Latine & Græce. Sed de filio quidem, & de ſancto ſpiritu inuenimus dici, ita vt poſſimus, *duo*, dicere & interrogati, quos duos dicamus reſpondere, *Paracletos.* De patre vero id nondum dicere audeo, eo quod hic ſermo nec ſcriptus

E ſit, nec ab vlla quatuor ſynodorum nominatim dicatur: quod & pater, paracletus nominetur. Si vero id concedatur: interrogati *qui tres?* reſpondere vtique poterimus: quia *tres Paracleti*, ſicut tres perſonæ & tres ſubſiſtentiæ.

Hær. Si propter conſolationem, paracletus dictus eſt: & pater, paracletus eſt: conſolatur etenim animas iuſtorum, & mingit dolores, ſicut ſcriptum eſt: *memor fui Dei, & conſolatus ſum*, ſed & ipſum quod Dominus inquit, *& ego rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis, ſpiritum veritatis*: oſtendit non duo tantum ſed tres eſſe paracletos: alius enim, non duorum ſed trium dicitur: alter vero, duorum: quare in Trinitate: & tres paracleti dicuntur.

Pſal 76.4. Iohan.14. 16.

Rvst. Hæc ambia ſermonum apud diuinas ſcripturas minime obſeruatur, neque à ſanctis patribus, eo quod nec digna ſit, quæ hominum ſunt adinuentiones etiam & in ſynodo iacere oſtendit, *aliud & aliud ex quibus Saluator*: de duobus ergo dicens: *aliud*, dixit, *& aliud.* Nec non & teſtimonium ſanctæ memoriæ Athanaſij, quod illic approbatum eſt, ita dicit: *aut quomodo Chriſtianos volunt nominari, qui dicunt in hominem ſanctum (quaſi in vnum Prophetarum) veniſſe verbum: & non ipſum hominem factum, accepto autem ex Maria corpus: ſed alterum Dei verbum ante Mariam & ante ſecula filium exiſtentem patris. aut quomodo Chriſtiani eſſe poſſunt, qui dicunt alium eſſe filium, & alium Dei verbum?* Ecce indiſcrete ſuperius quidam poſuit increpans eos qui *alterum* dicunt: inferius vero eos qui *alium & alium.* Maxime vero

Grammatica elegantia non ſemper ab ſeruatur in ſcripturis.

F Gregorij teſtimonium, crebro hunc ſermonem repetit dicens: *non alius vero & alius: abſit: ambo enim vnum commixtione.* Ecce: &, *ambo*, dixit: id eſt, non tria: ne forte ſuſpicaretis, quia velut de tribus loqueretur: de Deo, de anima, de corpore; maxime, eo quod ſubſequatur: *è conuerſo quam ſe in Trinitate habet: illic enim alius & alius, vt non ſubſiſtentias confundamus: non aliud vero & aliud* &c. En, & de Trinitate, *alius*, inquit; & de Chriſto, *non alius & alius*; & non ait, *non alter & alter*: dum certe felicis ſanctæ memoriæ iaceat lectio dicens ita; *& non homo à Deo aſſumptus, vt alter ſit præter illum; non enim hominem*

G *ſuſcepit Dei Filius vt alter ſit præter illum?* Ecce, indiſcrete poſitum in ſancta & vniuerſali ſynodo Epheſina oſtenſum eſt, *aliud & alterum*: vel potius, *alius atque alter.*

Hær. Ecce interim tu quoque confeſſus es: quia ſi tres demonſtrauerimus eſſe Trinitatis naturas, clare, hos qui duas in Chriſto naturas dicunt, conſequatur vt naturarum quaternitatem inducant: ſi igitur demonſtrauerimus tres in ſancta Trinitate naturas (quoniam omnimodo, patris & ſancti ſpiritus, duæ naturæ ſunt) connumeratis per adiectionem duabus (ſicut vos creditis) naturis filii circa irrecuſabilem numeri computum, quaternitatis colitura conſequi veſtram confeſſionem demonſtramus.

Rvst. Nec hoc neceſſe eſt (quod interim ſine præiudicio dictum ſit) niſi forte ſi tres naturæ ſint Trinitatis, vt non ſit vna communis. Nam ſi eſt vna quidem communis, tres vero propriæ: æquiuoce iam natura nominatur: altera namque intelligitur illa quæ ſingillatim idem eſt vnicuique perſonæ, & altera quæ nullius eſt ſingillatim, ſed

H communis eſt tribus: illa namque vna in tribus: hæ vero tres in vna ſpeculabuntur. Si igitur duas dicentes Chriſti eſſe naturas, communem Trinitatis connumeramus noſtræ: id eſt, ei quæ in Chriſto eſt humanæ ſubſtantiæ: nullo modo introducemus quaternionem: non enim tres illi coæquantes, quatuor facimus: ſed vnam & ſolam vni & ſoli, coniungentes, tantummodo duas facimus, inſuper etiam ſi fuerit propria verbo natura vt eidem perſonæ idem ſit, quam coaduniantes humanæ duas eſſe dicamus: non tamen conſequenter quaternitas: quia aliter diceretur natura, quæ etiam perſona ſit (quoniam & per omnia, cum ea eſt, idem) & aliter caro quæ natura ſolummodo eſt, & non perſona; pariter atque natura hæc eadem. Sed nec adiiciemus (ſi ita ſit) naturam quæ etiam perſona eſt, naturæ quæ etiam perſona eſt. nec ob hoc dicimus duas, ſed coaptabimus vnam quidem naturam quæ etiam perſona eſt, al-

teram

A teram vero quæ non etiam perſona eſt, ſed natura tantummodo: id eſt diuinam condicimus naturam, quæ ipſa eſt & perſona: humanam vero naturam quæ ſolum natura eſt & non etiam perſona: & ſic dualitatem efficimus naturarum.

HÆR. Ergo vt dicis multo magis quatuor (ſecũdum te) erũt Trinitatis: imo potius (vt dicitis) quaternitatis naturæ, ſi eius quod ſunt naturæ: quatuor enim dixiſti: multo magis efficit differentiam naturarum, non ſolum enim quia altera & altera verbi & hominis eſt natura, ſed etiam naturæ altera definitio: neque idem ſecundum ſpeciem: veluti quis dicat, aut genus vnum erit, quid vnum. Quare multo magis diſtat ad efficiendum quartum, id quod modis omnibus differt: ſi tamen (ſecundum vos) differentiam etiam ſecundum numerum, quantitas ſequitur. Quando igitur amplius naturæ differunt, tanto magis efficiunt numerum: & tanto euidentius quaternio inducitur. Omnis igitur neceſſitas eſt aut humanitatis naturam dualitatem minime facere cum copulatur Dei verbi naturæ: aut quaternionem perficere, connumeratam Trinitatis naturis.

RVST. Sed illud intende, quia quantælibet ſint naturæ, Trinitas manet: à perſonis enim tribus, & non à naturis nominatur.

B HÆR. Nec à naturis ſolum, nec à perſonis ſolum: ſed magis à numero ſic vocata eſt. RVST. Sed numerus nihil eſt, cui res nulla ſubiacet. HÆR. Sed ſubiacet etiam res: naturæ enim quatuor ſunt: & a numero naturarum vocari debet veſtra quaternitas! Quanquam & ſi res communis, quatuor naturis nulla ſubiacet: ipſum nomen mihi naturæ ſufficiet: nam connumerantur æquiuoca; licet aliud ſit æquiuoca aut vnius nominis, connumerari: aliud ipſas res; vt canis marinus atq; terrenus: non vt duo canes, ſed vt duo connumerantur æquiuoca. RVST. Concedentes dicimus omnino ſit ergo (vt tu dicis) & à naturarum & à perſonarum pariter numero Trinitas ſic vocanda. Sicut igitur Trinitas nomine dicitur, niſi tres perſonæ eædemque naturæ ſubſiſtant: ita non dicitur quaternio vnquam, niſi, quatuor extiterint non tantum naturæ, ſed etiam perſonæ. Nos vero: etſi quatuor (vt dicis) naturas: non quatuor tamen perſonas, ſed tres aſſerimus ſolum: Non igitur quaternitatis culturam inducimus. HÆR. Magis vero & vobis ipſis aduerſantes Trinitatem quaternitatemque pariter colitis. Trinitatem quidem perſonarum, quaternitatem vero naturarum. Sicut n. ſi ſolæ tres perſonæ eſſent, vt ſolę tres naturę nihilominus Trinitas eſſet: & ſi quatuor aut perſonę aut naturę; quaternitas: ſic, etſi Trinitas quidem perſonarum, naturarum

C vero quaternitas: Trinitas ſimul eſt atque quaternitas.

RVST. Sed nos, etſi confiteamur (quod abſit) tres ex ſempiterno eſſe naturas, non tamen ſecundum quod naturæ ſunt, ſed ſecundum quod perſonæ adoramus & colimus.

HÆR. Si tres naturæ ſunt Trinitatis, & altera carnis: quatuor fiunt; quod ſi & non colas quaternitatem, ſit tamen ſecũdum tuam confeſſionem quaternitas prodeſſe tibi nihil poterit. Imo: & quod vis eligemus quaternitas eſt: & male facis, in diuinis rebus non colere atque adorare quod & eſt & eſſe confiteris: aut non eſt: & impie agis, confitens & aſſerens eſſe quod non eſt. Deinde ſi duas naturas ſic eſſe aſſeris, vt qui communem Trinitatis connumeras propter carnis, aut vt hanc illi, igitur dualitatem coles.

RVST. Quoniam id quidem quod aſſumptum eſt, proprium per diſpenſationem factum ſit aſſumentis manifeſtum eſt: non tamen commune trium, Quod & ſi quartum ſit aliquid, neque tamen conſempiternum, nec abſque initio, nec increatum, neque per ſe, & ex ſua ſubſtantia eſt:

D ſed per vnitionem eſt id quod eſſe glorificatur: illa vero tria: & coæterna, & conſubſtantialia, & abſque inchoatione, increata ſunt ob hoc, etiamſi ad exiſtendum quartum quis, aliquid eſſe id quod humanum eſt dicat: non tamen, quartum ſimiliter erit neque ad adorandum, neque ad colendum, neque ad glorificandum! Aliud eſt enim, quod tanquam alterum quiddam (quippe quod creata eſt) his quæ increata ſunt, ſecundum quantitatem facit additamentum, eo quod non hoc idem, ſed alterum quiddam ſit & aliud, tanquam conſubſtantiale & conſempiternum coadorari quid illud & glorificari, & pariter coli. Inſuper nec adoratio & cultura, veluti ſub numero offertur: nec enim tres culturæ, aut tres adorationes ſunt Trinitatis: Quare neque quatuor, neque duæ: vel ſi (vt dixi) vnius aut etiam trium, proprium ſit aliquid alterum. Nec enim tabernaculum in eremo, nec arca nec templum, nec altaria, Deo (ab antiquis) coadorabantur, & concolebantur: & neque vna eſt Dei & horum facta natura. Nec adiecit numerum adorabili & colendæ Trinitati, eo quod Trinitas quidem coadoretur, hæ vero creaturæ non coadorentur Trinitati, ſed per eas Trinitas adoretur. Quid enim? dic mihi! nonne ſcriptum eſt: *Et adorate ſcabellum pedum eius?* Hoc vero eſt terra! adoratur enim corpus quod de terra eſt: non vt per ſemetipſum aut propter ſemetipſum adoretur, vt Deus: ſed vt per corpus & per carnem ſiue humanitatem, Deus, verbo qui inhumanatus eſt, coadoretur. Certe enim & per fimbriam veſtimentorum operatus eſt in illa, quæ ſanguine fluebat: & nullos tamen dicit, vnam naturam eſſe veſtimentorum & verbi: & actu ſaluauit multos: & vocem mittens à proprio ore, quatriduanum ſuſcitauit Lazarum. Per quod igitur operatur: dum per hoc & ipſo adoratur & colitur, complacet colentibus ſe. Necnon & clauos quibus confixus eſt, & lignum venerabilis crucis, omnis per totum mundum Eccleſia abſque vlla contradictione adorat: & non ſolum quæ duæ naturæ ſunt Deus & crux: ſed & illud ſanctum ferrum (præter illud venerabile lignum) alia eſt natura, & altera rurſus ipſa Domini caro. Et, ſi (vt dicis) tres naturæ ſunt Trinitatis: hæ vero proprium numerum habent, & omnia hæc adoramus vniuerſi & nullus vnquam Chriſtianorum dixit quia quaternionem colimus aut quinionem vel ſenionem: quæ enim ſegregantur & propria Deo fiunt, per quæ & colitur & adoratur: illa iam velut organa & coadiuuantia infirmitatem noſtram, ſunt ad propinquandum Deo: & ad id vt ſint quidem, quantitatis non amittunt proprietatem; ad colendum vero & adorandum & venerandum, non iam connumerantur quæ creata ſunt creatori, alterum namque eſt, per hoc coli illud: & alterum ſecundum naturam & ſempiterne & maxime proprie colendum aliquid illud eſſe.

Pſal. 98. 5. Chriſti corpus adoratur quia vnitũ verbo.

Clauos & crucẽ Chriſti venerabilem, adorat, omnis, per totum mundum Eccleſia.

E

F

HÆR. Ergo ne, non modis omnibus quicquid confitendum eſt, illud & adorandum, vel colendum ſiue venerandum in ſancta Trinitate?

RVST. Dixi iam, quoniam non per omnia & modis omnibus ſimiliter, Verum & illud adiciam, quia nec dualitatem naturarũ in Trinitate confitemur aut colimus: vna enim carnis natura, non totius eſt Trinitatis, ſed vnius perſonæ Dei verbi: In Trinitate vero illa connumerantur, quæ vel ſimiliter vel æqualiter, trium ſunt perſonarum.

G Quod ſi nos dualitatem, & vos ergo compoſitam colitis Trinitatem; aut compoſitam ſimul ac ſimplicem: nam ſimplicem dicitis, patris & ſpiritus ſancti naturas ſiue perſonas: Chriſti vero compoſitam. Amplius; vnus Deus in Trinitate & vnus colitur Chriſtus. Tres perſonæ vnus Deus eſt: duæ naturæ, vnius Chriſti, ſunt: quatuor autem naturæ, dum Deus ſint nec Chriſtus: vnde poterunt coli dum vel in tribus vel in duabus nil niſi aut vnum aut vnus colatur? Vt autem non ſermones amplius prolongentur; demonſtremus vnam ſolam & non tres ſanctæ Trinitatis eſſe naturas, ſed tres tantum perſonas ſiue ſubſiſtentias. Si enim & tres naturæ; & vna; idem vero eſt natura atque perſona: & vna erit (quod abſit) Trinitatis perſona! Si vero natura quidem & vna, & tres; perſona

H vero non vna, ſed tantummodo tres; nec ſecundum naturam ſiue ſubſtantiam, nec ſecundum perſonam ſiue ſubſiſtentiam vnus erit Deus. Secundum quid ergo, Trinitas vnus eſt Deus?

HÆR. Nos, ſic tres ſubſtantias & naturas dicimus Trinitatis, vt tamen earum conſubſtantialitas ſalua ſit: & vna igitur & tres ſubſiſtentiæ atque naturæ ſunt, & vnus Deus non ſecundũ tres, ſed ſecundum vnam ſubſtantiam & naturam glorificatur. RVST. Ergo (ſecundum te) & vnus Deus & tres Dei! Si enim propter ſubſtantiam naturamque vnam, vnus eſt: propter tres ſubſtantias ſiue naturas, tres (ſecundum te) dii ſunt. Sed & multo amplius tres erunt quã vnus Deus, & proprie quidem (quod abſit) tres erunt dii, improprie autem Trinitas vnus Deus, circa errorem

A Paganorum: vnum enim Deum eſſe, ob hoc ſcripſerunt cuncti patres atque Doctores, quia vna eſt eius ac ſola ſubſtantia ſiue natura. Si igitur vna quidem Trinitatis ſubſtantia eſt, & natura tantum, tres autem non tantum perſonæ ſed & naturæ atque ſubſtantiæ: multo magis, tribus exiſtentibus vniuerſis, & nullo indiuiſo tres erunt & dij.

HÆR. In tantum tres naturæ ſunt Trinitatis, vt oſtendamus quod vnaquæq; perſona propriam habeat ex ſempiterno naturam, quæ alteri minime ſit communis: hoc vero manifeſte probabitur, ſi id vel de vna, ex eis perſona fuerit demonſtratum. Si enim tres, æquales & per omnia ſimiles ſunt; quicquid habet vna perſona, habebit & altera. Si igitur oſtenderimus vnumquemlibet ex eis habere ſic propriam naturam, vt alteri nulli communis ſit; pariter eſtis etiam de reliquis, abſque vlla contradictione conuicti. Eſſe vero propriam Dei verbi naturam patres affirmant, dicentes: *Confitemur vnam naturam Dei verbi incarnatam.* Si igitur hanc vnam illam communem magis eſſe credamus; incarnata iſta (quæ totius Trinitatis, communis eſt) neceſſario inducetur

B Trinitas incarnata, quia vero id impium eſt (quippe ſanctis ſcripturis & patrum doctrinæ contrarium) manifeſtum eſt, quia vna natura quæ inhumanata eſt, ſolius eſt filij. Prædictum vero ſermonem patrum, nec vos poteritis abnuere. Flauianus enim qui quondam fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & quem ſuſcipitis; ita ſcripſit in illo libello propriæ fidei, quem imperatori Theodoſio deſtinauit, qui & in Chalcedonenſi ſynodo ſuſceptus eſt.

Flauiani Conſtantinopolitani liber de propria fide.

RVST. Nequaquam neceſſe eſt, vt ij qui confitentur vnam naturam Dei verbi incarnatam (ſi hoc de communi ſanctæ Trinitatis natura dicatur) inhumanationem ſanctæ Trinitatis inducant: maxime quando per explanationem ſermonis, ſignantiſſimum Dei verbi nomen adijciunt. Sicut enim quando dicunt patres Deum verbum incarnatum & inhumanatum; etſi commune nomen Dei tribus perſonis indifferenter prædicatur, non tamen ob hoc eos conſequitur quod incarnata ſit Trinitas: licet pater & filius, & ſpiritus ſanctus vnus ſit Deus; & ob hoc, qui incarnatus eſt, dicatur & Deus, & vnus Deus, & ſolus Deus, & Deus verbum. Sicut igitur Deum eſſe vel vnum Deum eſſe, licet vniuſcuiuſque perſonæ commune ſit; non tamen quando Deū

C confitemur incarnatum, ſeu virginem Dei parturicem, conſequitur nos (quod abſit) inhumanatam dicere Trinitatem, ſed vnam ex illis perſonis: id eſt, ex illa Trinitate quæ Deus eſt. Sic quando vnam naturam Dei verbi dicimus incarnatam; non nos conſequitur, ipſam cum propria natura incarnatam dicere Trinitatem, ſed magis vnam illarum perſonarū quæ in illa natura ſunt confitendæ. Et ſicut ne videamur (dum Deum dicimus incarnatum) Trinitatem dicere incarnatam, non pro qualibet cautela tres dicimus Deos: ſic neque ob hoc ne forte videamur vnam naturam Dei verbi incarnatam dicentes, Trinitatem dicere incarnatam, non dicimus pro quacumque cautela tres in Trinitate eſſe naturas. Si enim Deus dicitur incarnatus, & rurſus minime incarnatus: quando hoc quidem de filio dicitur, illud vero de patre, & ſpiritu ſancto, & non in duos Deos, vnus Deus vel ſeparatur vel diuiditur ſiue diſcernitur: quid conſequetur incongruum, ſi de eodem Deo (id eſt; de vna eademq; natura) dicamus, quia & incarnata eſt in filio, & non eſt incarnata in patre & ſpiritu ſancto? Nam vos quoq; in eo quod

D dicitis quamlibet naturam ſiue ſubſtantiam eſſe communem; non poteritis hanc conſequentiam refutare: illam namque ſubſtantiam, nec incarnatam denegare in filio poteritis, nec aſſirmare quod in patre & ſpiritu ſancto inhumanata ſit. Erit igitur vna eadem ſimplexque natura, & incarnata, vt filij: & non incarnata vt patris & ſpiritus ſancti! Quare non neceſſe eſt, ob hoc propriam filij eſſe naturam, quia vna Dei verbi natura dicitur incarnata. quippe cui, etſi eſſet aliqua non communis, hoc idem tamen de illa natura communi rectiſſime diceretur. Non igitur ob hoc demonſtratum eſt, propriam eſſe ſolius filij naturam; nec igitur cuiuslibet & alterius ex Trinitate, perſonæ. Inſuper, vos potius quaternitatem inducere demonſtramus, qui eam quæ dicitur Epheſina ſecunda ſynodus non poteſtis abnuere, quia Dioſcorum condemnare non vultis.

E Ille enim cum tota illa nefaria ſynodo, approbauit Eutychis hæretici vocem illic inter monumenta deponentis: *quia confiteor duas naturas fuiſſe ante vnitionem, poſt vnitionem vero vnam naturam confiteor.* Si igitur ante inhumanationem, duæ naturæ fuerunt; id eſt, vna patris, altera ſpiritus ſancti (nec enim poterunt aliter trium tres eſſe naturæ) duæ vero tunc & Chriſti naturæ ante vnitionem: quatuor igitur naturas circa veſtras rationes: etſi non eſſe nunc vſque, tamen ante vnitionem fuiſſe inducitis; & ex quaternitate præexiſtente, ſanctam Trinitatem poſtea factam inducitis. Inſuper has præexiſtentes (vt dicitis) vnitioni naturas: ſiquidem permanere nunc vſque dicitis quaternitatem (ſicut inquitis nobis) vos magis veraciter, impie colitis: quia quod conſequitur ex his quæ dicuntur à vobis, vos ipſi non poteritis abnuere! Si vero non ſunt vſque hactenus duæ determinatæ, aliquando veſtra quaternitas eſſe deſierit. & nos quidem demonſtrauimus, quia neque tres naturæ ſint Trinitatis; neque (ſi eſſent) nos quaternitatis credulitas ſequeretur. Vos vero qui hoc tanquam conſequens ponitis, vincemini ex veſtra væſania: quæ ſi vobis diſplicet, ante omnia ergo anathematizate Dioſcorum.

Dioſcorus Eutychianus.

F HÆR. Nos interim non de cauſis ſingularum colloquimur perſonarum, ſed de fide vniuerſaliter diſceptamus. Hoc vero negotium illi ſeruabimus tempori, quando de Diodoro, & Theodoro, & Iba, & Theodoreto diſputabimus, cauſas perſonarum, quæſtioni de fide miſcentes. Igitur, etſi tres dicimus (pro perſonarum diſtinctione) naturas in ſacroſancta Trinitate; vnam tamen communem ſubſtantiam confitemur, ſecundum quam conſubſtantialem dicimus Trinitatem; & nec audire quaternitatem contenti ſumus.

RVST. Sed iſta communis ſubſtantia indiſcrete, etiam natura patribus appellantur: quæ ſolis tribus perſonis communis eſt, & alia illic præter hanc non eſt tanquam propria vnicuique perſonæ. Vel ſi creaturarum naturis comparata tantummodo, hæc ipſa propria dicitur vniuſcuiuſque perſonæ; vt quando dicimus, ſicut & ſancti patres, quia Deus verbum filius Dei, non impropriam perſulit naturam. Inſuper; ſi idem eſt natura atque ſubſiſtentia, quatuor naturas & ſubſtantias introfertis!

G Si vero alterum, vt re & nomine apparet; quanto differt tanto magis connumerata numero perſonarum, redundat in quatuor; niſi forte noſtris rationibus te dedas, quia tum poſſet eſſe quaternitas, ſi hæc carnis natura non tantum ſubſtantia, ſed eſſet quoque perſona. Nunc autem quæ mentis inſpectione diuerſa eſt, eo quod non ſit etiam perſona, non connumeratur Trinitati illi quam ſuæ illis determinat ratio; quia illis perſonæ tres ſunt, hæc vero non perſona eſt, ſed natura tantummodo ſiue ſubſtantia.

HÆR. Sed hæc natura Trinitatis, in tribus illis naturis eſt: & idcirco, etiamſi altera eſt præter illas, per ſingula tamen omnibus illis connumerari non poteſt, quia in illis exiſtens, & in ſemetipſa eas habens, nihil eſt præter illas: Trinitas namque vnitas; & vnitas, Trinitas.

RVST. Quomodo ergo ante vnitionem, duas dicitis filij Dei naturas, ſi propriæ illi connumeratur iſta communis? Quam enim omnino Dominus habuit alteram naturam ante inhumanationem, niſi eam quæ ante ſecula eſt eſſentiam ſuam?

H HÆR. De diuinitate Chriſti & carne, hoc dicimus: dico autem duas ante vnitionem, non tanquam communem hominum naturam coniugans Deo: nam ſi hoc eſſet: quo modo non etiam nunc duæ fuiſſent, dum certe nihilominus hominum quiſque homo ſit ſolum: excepto illo tantummodo qui inhumanatus eſt, nec quaſi prius vna fuerit caro & poſtea vnita ſit verbo: hæc enim qui dicit, hæreticus eſt. Sed quia intellectu præcognoſcentes duas naturas, deinde admonentes vnitionem, vnam continuo effici dicimus: ergo id quod dicimus ante vnitionem vel poſt vnitionem, non diſtinctionem temporis, ſed ſpeculationis ſignificat ordinem, eo quod pariter horum nequeamus deprehendere intellectum, ſed præſpeculemur compoſitioni ſimplicia. Eſt namque impoſſibile, vt alter rerum naturæ ſit ordo, & alter ſpeculationis quæ eſt circa

Idem eſt ordo naturæ & cognitionis.

intel-

A intellectum: ſicut in oratione, cum literæ natura priores ſint multo tamen ſunt adinuentæ poſterius.

R v s t. Speculatio hæc ſecundum quam dicis duas naturas intelligi: ſiquidem nunc vſque verax eſt, vt exiſtentibus rebus incumbens: ſunt igitur duæ naturæ veraciter, quas veraci intellectu conſpicimus! Si autem ſemper falſa, nec ante vnitionem duas naturas confiteri debetis Si vero ante vnitionem quidem quondam vera, nunc autem de cætero falſa, erat igitur Domini caro (quod abſit) ante vnitionem: quæ ſit animata anima rationali fuiſſe credatur, præextitit igitur ſecundum vos prius purus homo, & poſt hæc vnitus eſt verbo! Ex duabus ergo perſonis, & ex duobus Chriſtis, ex duobus filiis, ex duobus Dominis, vnum Chriſtum blaſphematis exiſtere! Hæc vero modis omnibus abdicanda ſunt: ex præexiſtentibus enim per ſeſe perſonis vnitio ſecundum ſubſiſtentiam fieri nequit. Si vero & poſt inhumanationem aliquando duæ naturæ ſubſtiterunt, quam ergo aliam dicitis vnitionem, qua facta iam duæ non ſint? Sed & omnia quæ dicitis contra nos qui nunc vſque duas dicimus eſſe naturas, conuertite contra voſmetipſos: vſque tunc enim B eaſdem naturas dicitis extitiſſe, quas nos in perpetuum dicimus permanere!

H æ r. Autumo quod quidam noſtrorum melius dicant. quoniam non indiuidua illa humanitas Chriſti vnitioni præextitit, ſed communis humana natura ex qua illa eſt caro.

R v s t. Sed ad alia inconſequentia vos ducit hic ſermo. Nec enim vel poſt vnitionem, communis noſtra natura vnum quid per vnitionem facta cum Deo eſt, ſed illa indiuidua quæ aſſumpta eſt, non enim patres hoc de illa, ſed de hac dicunt: nec poſſibile eſt, communem naturam, efficere nunquam perſonam per ſemetipſam. Inſuper nec in ſemetipſa illa ſubſiſtit, ſed intellectu rationalium tantummodo, qui fit ex indiuiduis eius à quo & eſſe accipit, ſicut & ea quæ omnium genera vel ſpecies eſſe dicuntur apud ſeculi ſapientes: ſi enim & eſſet anima, & tamen non eſſet rationalis, non erat communis creaturarum natura, ſiue quod dicitur genus atque ſpecies! Nihilominus autem qui dicit ante vnitionem quidem duas, poſt vnitionem vero iam minime, ſed potius vnam, indiffe- C renter omnino et ipſis rebus quæ duæ fuerunt, vnum quiddam perfici vult, alioquin id quod dicitur iam minime non habet locum. Nunc autem communem naturam cunctis hominibus, non dicitis vnam factam cum verbi natura, ne forte omnes homines in communi natura videantur idem Chriſto eſſe, aut ſit (quod abſit) tota Trinitas incarnata. Sed vnum quid indiuiduum, id eſt, vna & ſola caro, & vna & ſola anima: in vnam perſonam Deo verbo vnita eſt, & in vnam ſolamque ſubſiſtentiam.

H æ r. Sed prius intelligendæ ſunt duæ naturæ, & poſt hæc, continuo, vnitio amouenda eſt, & ideo non dicendum eſt Chriſtum in duabus ſed ex duabus eſſe naturis.

R v s t. Ergo (ſecundum te) vnitio vnitarum naturarum duarum peremptio eſt!

H æ r. Non naturarum, ſed dualitatis peremptio eſt, vnitio, ita vt duæ iam non ſint duæ, ſed vnum quiddam ſecundum vnitionem,

D R v s t. Si (vt inquis) dualitas interempta eſt, erat ergo ante interemptionem, & ante vnitionem: ſuper quod ſi eaſdem complexiones de dualitate quam de ipſis duabus naturis voluero facere, ſupradicta denuo conſequentur incongrua: nihil namque interimitur niſi quod prius fuit. Quare, ſi interempta eſt, erat ergo dualitas, & omnia illa quæ prædiximus incongrua ad medium veniunt!

H æ r. Ante dualitati præextitit vnitio, vt nec poſſet eſſe hæc ipſa, & de hoc dico, interemit, poteſtate, non actu: nondum enim erat perfecte dualitas.

R v s t. Ergo non exiſtentem, ſed adhuc futuram peremit! Dic igitur quid cuiuſque naturæ imperfectum fecerit vt minime dualitas eſſet! Ego enim nec imminutionem diuinæ naturæ vos ſuſpicor dicere, & humanæ inæſtimabilem ineffabilemque profectum: quo ergo modo eſt imminuta dualitas, dum ſit additum rei? quomodo ſubſtantiarum quantitas eſt præcluſa, dum nullus ſubſtantiarum defectus euenerit? Si vero & (vt ais) connumerantur æquiuoca, quomodo duæ filii poteſtate naturæ, duabus E actu patris videlicet ac ſpiritus ſancti connumeratæ, quatuor non erunt? Si vero nunquam non duę naturę fuerunt, diuinitas & humanitas Chriſti, quomodo ex duabus naturis dicitur, qui ea iſtis eſſe confeſſione depromitur?

H æ r. Quid enim (dic mihi) nonne omnia duarum perfectarum perſonarum Dominus habet? Sicut ergo præcluſit vnitio ne eſſet dualitas perſonarum, ſic etiam ſubſtantiarum.

R v s t. Sed noſtra natura in Chriſto, non etiam perſona eſt! non enim in ſemetipſa & ſecundum ſe ipſam ſegregatum habet eſſe ſuum, ſed in verbo ſubſiſtit: & ideo, nec ex duabus perſonis ſicut ex duabus naturis dicitur, quia verbum hominis perſonam ſibimetipſi vnierit: quia vero humanam naturam ſibimetipſi vnierit, & qui in Epheſo & reliqui ſancti patres docent, & de his omnibus ſuperius ſufficienter oſtendimus.

H æ r. Non negamus duas eſſe naturas, ſed nec vnam propter vnitionem, hoc enim circa naturam eſt illud vero ſecundum vnitionem. Quare duæ ſunt circa ſpeculationem, non ſecundum rem. F

R v s t. Si verax eſt ſpeculatio hæc, duæ naturæ ſunt & circa ipſam rem: ſi vero dicis non eſſe veram, ecce negaſti duas eſſe naturas.

H æ r. Quid igitur eſt quod diſtat inter impia ſerentes & pia, circa id quod duæ naturæ dicuntur? Nam ſi (puta, ille quilibet homo purus, & Deus pater) duæ naturæ ſunt, quid differt ſeu ſic, ſiue ſic, duas naturas dicere, dum ſicut de puro dicimus Deo & de homine nodo, ſic vos de Chriſto loquamini, quia duas naturas dicitis?

R v s t. Multa ſunt quæ in primis quidem communiter videmur cõfiteri cum impiis, adiectione vero, determinata iam fiunt: & per ſe quidem vel ſi ſuſpecta ſunt, nondum tamen & impia, nec è contra rurſus, quæ accuſari e toto nõ queant. Dicit ergo Apollinarius, vnum Chriſtum, vnũ filium vnam eius perſonam, & ſubſiſtentiam, dicit & Neſtorius duas naturas. Et hi quidem ſermones, nondum quales ipſi ſint produnt, in additamento autem ſermonum, cognoſcimus qui ſint. Nam Apollinarius quidem vnum dicit, quaſi & conuertibilis deitate ſit, & imperfectus humanitate: Neſtorius vero duas male quidem coniungens, ſecundum ęquiuocationem; namque, ſecundum authoritatẽ, ſecundum appoſitionem, ſecundum habitum male vero etiã diuidens ſeparatiſque naturas in duas ſubſiſtentias & perſonas, & filios & Dominos. Ergo, quando dicimus duas naturas ſi nihil pręcedit neq; ſubſequitur quod vnitionẽ ſignificare ſufficiat, habebit occaſionẽ veſtra ſuſpicio: ſi vero hoc, & antequã dicamus duas naturas, & poſtea, dicimus quia vna eſt duarum naturarũ perſona, vna ſubſiſtentia inſeparabiliter, indiuiſe inconuertibiliter, quid vltra remanet quod ſuſpectum ſit calomniari volentibus.

Apollinarii hæreſis.

G

H æ r. Hoc reprehendo, quia non poſt duas vnitionẽ, ſed poſt vnitionem, duas dicitis naturas, cum deberetis prius quidem confiteri duas naturas, poſtea vero vnitionem, & vnã naturam de reliquo. Hoc ſignificat, ex duabus quidem: quia poſt hæc vnitio, in duabus autem, quia duæ poſt vnitionem.

R v s t. Si & duæ naturæ confitendę ſunt Et vnitio amouenda, non video quare non ex duabus & in duabus, recte dicamus ſi enim te id quod eſt delectat vſque adeo, dicere non vnum Chriſtum in duabus naturis, ſed in duabus naturis vnum Chriſtum, vt non prius nominantes Chriſtũ: poſt hæc, eũ, duabus naturis (vt dicitis) partiatis. Sed prius dicentes, duas naturas, tunc vnum Chriſtum nominetis. Et illud vero ſimiliter obſeruate, vt non dicatis vnum Chriſtum ex duabus naturis, ſed potius dicatis ex duabus naturis vnum Chriſtum. Sed nunquam Chriſti Eccleſia intẽdit vaniloquiis talibus; etenim dũ præextiterit ex infinito diuinitas filii, tamen, nonnunquam poſt carnem nominatur, vſq; adeo veritas, verborũ ordine nullũ præiudicium patitur & maxime hic vbi ſimul duæ naturæ, ſimul vnitio. In ſancta enim ſynodo Epheſi inter alia teſtimonia (magis vero ante alia) iacet ſancti Petri, quod ita ſe habet: *vnde &*

H

Veritas nullũ præiudicium patitur ordine verborum. *Ioan* 1.

A *Euangeliſta veraciter dicit:* verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: *tunc vtique, ex quo Angelus virginem ſalutauit, dicens:* Aue, gratia plena, Dominus tecum: *ecce, ex quo ſalutatio Angeli, & nunc eſt vnitio celebrata.* Quia vero nonnunquam prænominatur caro, & poſtea deitas, oſtendit exinde ſanctiſſimi Gregorij lectio, dicens ita: *Ne decipiant homines, nec ipſi decipiantur, hominem Dominicum, ſine mente credentes, magis autem Dominum noſtrum & Deum: nec enim ſeparamus hominem à diuinitate.* Ecce aperte ponitor in principio verbi prius quidem nominans hominem, & poſtea Dominum & Deū; & rurſus hominem & diuinitatem. Et poſt pauca iterum habet: *Paſſibilem carne, impaſſibilem deitate: circumſcriptum corpore, incircumſcriptum ſpiritu: eundem terrenum & cœleſtem, viſibilem & intellectualem, capitalem & incapitalem, vt toto homine eodemque Deo totus homo reformetur, qui ceciderat ſub peccato.* Ecce, quoties ordine permutato, prius eum paſſibilem deinde impaſſibilem nominauit: poſt hæc circumſcriptum & tunc incircumſcriptum: & poſt, plura talia adiecit: vt, *toto homine eodem & Deo.* Synodus autem Chalcedonenſis, poſtquam dixerat, *in duabus naturis:* adiecit, dicens: *indiuiſe, inſeparabiliter, inconuertibiliter agnoſcendum.* Et non ait, agnoſcendos, vt duos: ſed vnum, agnoſcendum. Et rurſus:
B *Sicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus nos docuit, & patrum nobis tradidit ſymbolum.* Si vero (vt dicis) vna eſt facta natura; ergo non ex duabus ſed ex tribus naturis dicere debebatis: quippe qui etiam talem vnitionem verbi ad humanitatem dicitis, qualem caro habet ad animam. Quid enim veſtra conceſſione vicinius, anima habet ad carnem; quam hæc, ad deitatem; vt ſit Dominus, ex duabus & non tribus?

H Æ R. Simpliciter nobis reſpondete! duas naturas ad hoc dicitis ſubſtitiſſe, vt efficerent vnum Chriſtum; ad hoc, vnum Chriſtum: vt duæ naturæ ſubſiſterent? Sed duæ naturæ, & in alijs pridem ſubſiſtentiis ſubſtiterunt! ſi igitur non ad hoc vt ipſæ ſubſiſterent, ſed vt Chriſtus eſſet, duæ naturæ fuerunt; non iam degunt duæ naturæ, ſed illud tantum propter quod & ſubſiſterunt & vnitæ ſunt duæ naturæ, ſed vnus! Igitur non duæ naturæ Chriſtus confitendus!

R V S T. Mira dementia; ob hoc non ſubſiſtere arbitrari, naturas, eo quod idcirco ſubſtiterint vt in Chriſtum concurrerent; dum nihil plus ſit neceſſe ſubſiſtere, quam ea quę
C ob hoc ſubſtiterunt vt Chriſtus extaret; & illud potius ſit fatendum, quod vnita ſubſiſtant, quæ vt vnirentur extiterant. Quin potius diuinitas; nec vt vniretur, ſubſtitit (ex ſempiterno eſt, enim) ſed humanitas illa quæ ſimul mox vnita eſt, vt cœpit exiſtere: ergo (ſecundum te) Chriſti humanitas iam non eſt humanitas; quæ, vt vniretur, ſubſtitit! Quare, manifeſtum eſt, duas naturas vnitas ſubſiſtere. Quis igitur niſi captus mente iam dicat, quia; quæ propter quiddam ſubſtiterunt, aut ipſa iam non ſunt, aut non tot; ſed illud ſolum propter quod ſubſtiterunt, dum nihil vtrorumque peremiſſet vnitio, licet vnum immenſe exaltauerit; &, hoc, dum perfectiſſimum ſit vtrumque ſecundum propriæ naturæ rationem. Hoc vero ſimile eſt, ac ſi aliquis dicat; quia ob hoc hæ litteræ factæ ſunt, vt eſſet hic ſermo; quare non ſunt iam hæ litteræ, ſed ſolus hic ſermo? At vero; hoc, quid erit inſanius?

H Æ R. Quidquid aliud dicere velis (vt ad propoſitum reuertamur) quaternionem nos inducere, quaternitatem colere minime poſſumus.

D R V S T. Imo vero; quia fuiſſe quaternitatem inducitis ex rationibus veſtris, ineuitabiliter doceo: & oportebat quidem, inordinate tibi ſuper hoc iactanti ſermones non dare reſponſum. Sed ne hi qui ita vt tu, væſaniunt, dicere placeat; nō nobis eſt ad omnia ſatisfactum: & illud aduciam; quia tres dicitis ſanctæ Trinitatis eſſe naturas. Si nihil omnino diſtant; vnde illas tres eſſe cognoſcitis, qui diuinitatis & humanitatis tantum diſtantes duas eſſe abnuitis? Nos enim tres eſſe ſubſiſtentias ob hoc confitemur, quod non in eo quod quid eſt ſecundum naturam, ſed in eo quod qualiter ſit vnumquodque proprietatibus diſtinguatur. Nam pater quidem genuit, & genitus non eſt, & ex aliquo alio non eſt, ſicut ex eo ſunt alii: Filius vero genitus eſt, & nihil conſempiternum genuit: & ſpiritus ſanctus à patre procedit, & nihil conſempiternum procedit vel genitum eſt ab eo! Quidam vero antiquorum, & hoc proprietatibus adiecerunt;
E quia ſicut ſpiritus, cum patre, filium ſempiterne non genuit, ſic nec procedit ſpiritus à filio ſicut à patre: ego vero, quia ſpiritus quidem filium non genuerit ſempiterne, confiteor (nec enim duos dicimus patres) verum vero à filio, eodem modo quo à patre procedat, nondum perfecte habeo ſatisfactum. Quoniam vero, ad id quod nunc quæritur nihil attinet; ſignandum quidem eſt, ſed tranſeundum.

H Æ R. Et ego nunc interim, de his ipſis loqui non arbitror vtile: ad tuam vero contra nos obiectionem, tibi breuiter reſpondebo; imo vero temetipſum tibimetipſi faciam reſpondere. Quibus diſtare dicitis vt tres ſint credanturq; perſonæ: his eas differre dicimus, vt tres ſint credanturque naturæ. R V S T. Sed multo magis differunt Chriſti naturæ, quas duas eſſe non vultis: quam tres perſonæ: quas vultis etiam tres eſſe naturas!

H Æ R. Cur ergo non ſunt & quatuor perſonæ tanquam duæ omnino perſonæ ſunt filii? R V S T. Quia humanitas Domini Chriſti non eſt perſona; licet differat ratione: ſed quod attinet ad Deum verbum, ſola natura eſt; non enim (veluti quis dicat) ſua ipſius, ſed Dei verbi eſt illa caro, vt ſæpius dixi. H Æ R. Quid igitur à perſona minus habet humanitas? animæ aliquid rationalis, an carnis, an quantitatis?

F R V S T. Hæc non veſtra contra nos, ſed aliorum contra nos ſimul & vos quæſtio eſt. Non eſt igitur nobis neceſſitas hanc ſubtruere loquentibus contra vos; maxime quia ſuperius eſt oſtenſum, quod Deus verbum non perſonam noſtram ſibi vnient ſed naturam. Veruntamen in ſermone quem de definitionibus contra vos ſimul Neſtorianoſque conſcripſit demonſtratum eſt, quod natura quidem, communem (ſicut dici ſolet) ſpeciem repræſentet; perſona vero, ſit concurſus eorum quæ deſcribunt ſubſiſtentiam rationalem. Indiuiduam vero ſubſiſtentiam eſſe circa proportionem, velut fundamentum in quo incumbunt quæ circa ſunt, reliqua (ſicut ipſum nomen oſtendit) & tanquam maxime propriam cauſſam, in qua vniuerſa quæ accidentia nominantur; vt color, vt mores, vt habitus & diſpoſitiones, & quæ iis ſunt ſimilia, & proprietates confluunt ipſæ: interempto enim primo ſubiectu eorum quæ circa ſunt indiuiduorum, nihil vltra eſſe poſſibile eſt, à maxima vero cauſſa vt ſit vnumquodque, id vero eſt in quo incumbit ipſa totietas, nominatur: id eſt; ab illo ſubiecto quod tanquam fundamentum eſt iis quæ circa ſunt, tota conſiſtentia ſubſiſtentia nominatur. Sed quia ſecundum redditam rationem,
G ſolent & irrationabilium ſubſiſtentiæ nominari; quin etiam inſenſibilium & inanimatorum; hæc vero vniuerſa, perſonæ, proprie non ab omnibus dicuntur, ideo adieci, hanc ſubſiſtentiam eſſe rationalem. Quoniam vero aliqui rurſus volunt, & ſpecies & genera ſubſtantialium quæ dicuntur, ſubſiſtentias appellare; ideo adiectum eſt, hanc ſubſiſtentiam rationalem & indiuiduam eſſe.

H Æ R. Et quid pertinet hoc ad propoſitam quęſtionem? quæſiui enim, cur perfectus homo perſonam habeat non perfectam; & hoc audire omnino deſidero!

R V S T. Hoc enim & dictum eſt; ſed quia minime aduertiſti; audi cur humanitas Domini perfecta quidem natura ſit non vero per ſemetipſam habens quoq; perſonam; & cur non duæ Chriſti perſonæ, ſed vna ſolaque ſit: cauſſa enim (ſicut & tu in ſermonis initio; licet ad aliud quid intendens, dixiſti.) Verbum Deus eſt, carnis aſſumptæ; in quo quaſi in fundamento illa aſſumpta natura quæ eſt ſerui for-
H ma, incumbit: ad hoc aſſumpta, vt filius Dei qui ſempiternus eſt Deus, pro noſtra ſalute homo in diebus vltimis fieret.

Nec enim homo, de virgine originem habere potuiſſet, niſi nos per eum Deus ineffabiliter ſecundum ſubſiſtentiam ſibi vnitam redimere cumplaceret: vnitum vero, ex quo eius quodlibet ſubſiſtere inchoauit in vnam perſonam, vnamque ſubſiſtentiam, ſicut ſæpius diximus.

Igitur, etſi in imaginatione mentis, ſiue ſpeculatione tenuiſſima, intellecta humanitas Domini Chriſti, videtur & ſubſiſtentia eſſe & perſona (nec enim habet aliquid minus, præter alias ſubſiſtentias rationales & indiuiduas) ſed tamen intellecta per ſemetipſam, hoc

eſſe

Reſpondendum eſt hæreticis ne dicant, ſibi non eſſe ſatisfactum.

Simpliciter dicendū eſt eodē modo

Ruſtici Diaconi

A eſſe videtur, ſed non iam ſicut vnita ſermoni: igitur non veritas rei, ſed mētis, huc cogit putari defectus, quaſi obliuio vnitionis exiſtens. Quando vero id quod humanum eſt, nō quaſi in ſemetipſo manens, ſed per vnitionem proprium factum, ſubſiſtentiæ Dei verbi recommemoratam mens fuerit; non poteſt id pro perſona ſuſcipere: quoniam neq; propriæ ſubſiſtentia nominatur, cuius altera circa intellectum res ſubſiſtendi cauſſa (id eſt, verbum) eſt quid ſempiternum. Nam ſi homo ſubſiſtentia eſſet; nō oportebat vt eum ſolus Deus verbum in ſemetipſo ſuſciperet, & quod noſtrū eſt (vt ita dixerim) in ſemetipſo fundaret, ſed potius vt aut præexiſtens homo proprium faceret Deum verbum, & ſtabiliret atque fundaret ſibimetipſi quod Dei; aut magis vt præexiſtens vterque ad inuicem conueniret, & vnus Chriſtus, vnus filius, vnus Dominus, vnaque perſona & ſubſiſtentia & præexiſtente apud ſe puto vnoquoque non fieret. Nunc autem è diuerſo factum eſt; non ergo habet perſonam quod noſtrum eſt.

B HÆR. Ergo ſi hæc vnita non eſſent; omnimodo duæ poſſent eſſe perſonæ: quia & Deus verbum nihil minus habet à perſona (ſicut enim Deus pater, ita & Deus verbum vna perſona eſt) & rurſus nihil habet minus à tota perſona, homo perfectus ex conſubſtantiali nobis carne, & rationali (ſecundum nos) anima conſtans, horumque vnitione ſubſiſtens.

RVST. Etſi omnis homo indiuiduus perſona eſt; non tamen hæc cauſa eſt, vt perſona ſit idem, quæ eſt vt homo ſit. Sed vt ſit quidem homo, hæc cauſa eſt; quod ſit animal rationale de terra: vt autem ſit perſona; hæc cauſa eſt, eo q; ſit ſubſiſtentia rationalis indiuidua. Sed (vt diximus) illa humanitas, non in ſemetipſa ſed in verbo habet ſubſiſtentiæ rem: nec enim propter hoc vt ſua ipſius ſeparatim eſſet ſicut nos; ſed vt verbo vniretur, & eius eſſet proprium indumentum & inæſtimabile (vt ita quis inquiat) inſtrumentum, & vt Deus eſſet homo; creata eſt noſtræ cauſſa ſalutis: illa igitur cauſſa magis in ſubiecto eſt, quam ſubiectum. Sicut igitur (verbi gratia) in homine puro ſubſiſtendi carnem, cauſſa eſt anima immortalis; qua ſeiuncta, caro in ſua non manet eſſentia, ſed ad non eſſe properat inceſſanter: quippe quod omnino exterminari, quolibet corrumpatur modo neceſſe eſt. Et rurſus nunc animæ hominum

C defunctorum, abſque corpore ſunt & perfectæ perſonæ ſunt; ſicut ait Dominus Sadducæis: *quia Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, non eſt Deus mortuorum, ſed viuentiū.*

Matt. 22, 32. Omnes enim viuunt illi: & non ait, *Deus animæ illius, & illius;* ſed, *Deus illius.* Et non dixit; *non eſt Deus animarum mortuarum, ſed, viuentium;* Deum eſſe ſimpliciter dixit, & perfecto exiſtente Abraham, & Iſaac, & Iacob. *Et adiecit: omnes enim viuunt ei;* & non dixit: *omnium enim animæ viuunt ei.*

HÆR. Hoc inquit; non quod anima perfecta perſona ſit; quaſi per hoc vnum, integer Abraham ſit, & Iſaac, & Ia-

Rom. 4, 17. cob: ſed *quoniam Deus vocat ea quæ non ſunt, tanquam quæ ſunt:* ſicut ſcriptum eſt.

RVST. Non intercipias importune ſermonem: vbi enim fit, de reſurrectione, memoria; illic neceſſarie immortalitatem repræſentat animarum: non vt eorum quæ non ſunt, & à Deo vocantur tanquam ſint, eo quod ea quæ nōdum ſunt Deus futura eſſe prænoſcat; ſed vt eorum quæ ſunt: nullus enim ſapientum dicere audebit, quia commoriantur corporibus animæ, vt ob hoc nec Abraham ſit,

D nec reliqui, niſi in præſcientia Dei. Quod ergo dicere volui: ſicut extra corpus, etſi non eſt animal perfectum ſecundum naturam, tamen rationalis animæ perſona perfecta eſt; & rurſus, poſtquam corpus reſurrectione receperit, nihilominus perfecta hominis eſt perſona: ſic quodammodo in Chriſto, ante inhumanationem quidem perfecta erat Dei verbi perſona, & poſt hoc perfecta Chriſti perſona eſt, & vna ſola perſona Deus ſimul & homo; & cauſa vt ſit illa humanitas eſt Deus verbum; & hæc, comparatione verbi, non eſt vt ſubiectum, ſed vt accidens. Sicut enim inſtrumentum per quod noſtram ſalutem fieri oporteret, & ſicut ſuper incumbens ei, quod vtitur illo vt diximus. Sicut igitur quando circa Apoſtolum dicimus: *Caput mu-*

1. Cor. 11. *lieris vir, & caput viri Chriſtus, & caput Chriſti Deus:* & neque

E virum duo capita habere dicimus: neque duo aut tria capita mulierem; id eſt, virum & Chriſtum, aut virum & Chriſtum & Deum; quia vir ad mulierem quidem comparatus caput eſt; ad Chriſtum vero iam non caput, ſed aliquid aliud: & rurſus Chriſtus ad virum quidem comparatus caput eſt: ad Deum vero, nequaquam (nec enim verbum, caput eſt patris; neque natura quæ ex nobis eſt) ſic quodammodo (prout eſt poſſibile, ſimilitudinibus incomparabilia explanare) humanitatis ſubiectum iis comparatum quæ ſibi omnino ſpecialiter accidunt, proportionem ſubſiſtentiæ oſtendit: Deo autem verbo collatum; ſicut aliquid eorum quæ inſunt ſubſiſtentiæ, non ſecundum perſonalem ſubſiſtentiam reperitur. Et ſicut ibi dum vir caput ſit mulieris, & Chriſtus viri ſit caput; tamen in ordinis conſequentia, ſolum eius caput eſt vir, dum certe per excellentiam gloriæ Chriſtus ſolus (quippe vt Deus) circa id quod proprie ſummum eſt, ita & hic eſſe apparet circa ea, quæ acciderunt naturæ noſtræ; & humanitas illa ſubſiſtentia eſſe videtur: ſecundum vero ſummam ſubſi-

F ſtentiæ proprietatem, ſolum verbum (à quo, de reliquo, vna & ſola ſubſiſtentia, vere totus eſt Chriſtus ſeu certe, ea quæ in Chriſto ſunt, nominatur. Si quis tamen hæc legitimemor ſit, nos proportionem proportioni (prout eſt poſſibile comparare: non, multis perſonis, vnam Chriſti ſolamque perſonam: alioquin cur & tanta ſunt dicta?

HÆR. In veritate; quia, in incomparabilibus, vel modicam ſimilitudinem adhibere difficile eſt.

RVST. Sed & quod maius eſt, dico: illic enim forſan dicat (vt arbitror) aliquis impudentia fretus: duo vel tria eſſe capita mulieris (& forſan non impie, licet inconuenienter) hic vero duas perſonas impoſſibile eſt inueniri: nam ſi illic ad vnum & idem, aut ad aliud & aliud re comparata, duo capita eſſe putentur (vnumquodque enim, vniuſcuiuſque caput eſt) hic ſimiliter erit: nec enim ſic accidentia circa carnem ſatni, ſicut verbo comparantur; ſed carni quidem abſque mediatione, Deo vero non ita: non enim quaſi non incarnato. Mulieris autem caput, & abſque mediatione Deus eſt: Eccleſiæ enim caput Chriſtus. Figuraliter autem Eccleſia ſponſa eſt; & figuraliter, caput mulieris vir. Et vt ſimpliciter dicamus ac breuiter, quia & ego confiteor, quod exemplum non omnino ſit aptum; ſed aſſumpſi hoc, non vt demonſtra-

G tionis, ſed vt explanationis gratia: ſi quis vero aptiorem ſimilitudinem repererit; dicat, me facile complacente & voluntarie ac libenter. Ne forte autem ſit hoc quoque præſtantius dicere: quia ſicut vniuerſus orbis (dico vero orbem terræ) licet plerumque etiam ſolus, tamen totus dicitur mundus; & rurſus, cum toto cœlo & omnibus elementis, vnus & ſolus dicitur mundus; ſic dicatur & de illa ſolaque perſona. Si vero ob hoc aliquas duas Chriſti ſubſiſtentias dicere credis (dico autem, non vt naturas, ſed vt perſonas) quia in ſubtilibus ſpeculationibus & puris intellectibus per ſemetipſam contemplata humanitas Chriſti, videtur eis, quia poteſt & vt perſona & vt ſubſiſtentia cogitari ad accidentia ſua; quomodo vos ipſi negatis, duas Domini Chriſti eſſe naturas; qui non in ſubtilibus intellectibus vel imaginationibus mentis intelligi ſolum, ſed & in ipſa re ſubſiſtere humanam in Chriſto naturam negare minime quitis; quam, non ſolum illa quæ noſtra eſt ſed & illa quæ veſtra ſynodus Epheſina per ſanctorum patrum lectiones

H teſtatur: & præcipue beatiſſimi Cyrilli Alexandriæ præſulis Epiſtolæ prædicant? Non enim quod nos dicimus de perſona; hoc vos poteritis reobiicere de natura, cuius definitio longe abeſt à definitione perſonæ. Sunt enim Chriſti naturæ (vt ſuperius dictum eſt) & diuinitas ſanctæ Trinitatis communis, & humanitas communis omnibus nobis in indiuiduo contemplata: perſona vero atque ſubſiſtentia Domini Chriſti, quæ horum vnitione celebrata eſt. In iis vero ſubſtantiis, totum dicimus eſſe vnum ſolumque filium Dei Dominum noſtrum Chriſtum, quem in duabus confitemur eſſe naturis. Eſt autem non minus manifeſte ex ſynodicis ſanctorum patrum doctrinis colligere, quia non ſunt tres naturæ ſanctæ Trinitatis, ſed vna ſolaque. Si enim tres eſſent ſanctæ Trinitatis na-

A tis naturæ; eſſet omni modo (vt tu quoque dixiſti) & filii vna & indiuidua diuina natura. Hæc vero idem foret per omnia, & non diſcerneretur vllo modo à Dei verbi ſempiterna perſona: nihil enim plus vel minus, aut quolibet modo alterum, aut aliter vllatenus cõtineret. Quare, quicquid de filio; id eſt, de Deo verbo (hoc eſt autem dicere de perſona ipſius Chriſti) ſeu tanquam ante inhumanationem, ſiue poſt hæc recte dicimus, & de natura eius orthodoxe dicerentur: & quicquid de perſona filii dicere deuitandum eſt, de eius filii natura à patribus dici vetaretur. Sicut igitur nullus patrum dixit alicubi, aliquando in propria paſſum filium non eſſe perſona: ſic nullus eorum dicere ſuſtineret, in propria filium paſſum non eſſe natura. Nunc autem econtrario fit: prædicant enim filium Dei propria quidem paſſum eſſe perſona; negant vero iidem ſancti patres, in propria eum pertuliſſe natura. Ex iis igitur neceſſarie ſequitur; & perſonæ filii, eiuſdem, non eandem eſſe naturam, demonſtratum eſt: quia ſi eſſet ſic propria ſolius filii Dei natura, vt non eſſet ei hæc ipſa communis cum patre & ſpiritu ſancto; conſequens eſſet, ex neceſſitate, naturam eius idem eſſe perſonæ ipſius: quod quia minime ſequitur, conſtat quia non eſt natura ſolius filii propria, tanquã quæ

B non ſit & patri commu[nis] & ſpiritui ſancto: non igitur tres naturæ ſunt Trinitatis.

Habr. Et vnde mihi demonſtrationes adhibebis, quia filius Dei Deus verbum, in propria quidem perſona paſſus eſt, vel quodcunque ſuſcepit eorum quæ carni contigerũt; in propria vero natura non pertulit?

Ruſt. Patienter auſculta, & continuo oſtendetur: ſoluminodo ſermoni dem finem. Hæc igitur demonſtratio, non ob hoc ſolum veritatis proficit dogmati quia vnam & ſolam ſanctæ Trinitatis naturam commendat; ſed & per ſemetipſam cauſa victoriæ eſt, dum concludit, quia non debet Chriſti vna credi natura, ſicut inferius declarabitur. Nunc autem teſtimonia ex ſynodico ſanctorum patrum codice proferantur, atque directa noſtræ collocutionis recognoſcatur intentio.

Lectio ex Epiſtola ſanctæ memoriæ Cyrilli ad Neſtorium, quam & Epheſina ſancta & vniuerſalis ſynodus omnium Epiſcoporum interlocutionibus roborauit.

C *Hæc nos ſequi oportet & verba & dogmata, intelligentes quid hoc quod eſt incarnari, & hoc quod eſt inhumanari ſignificet, id quod ex Deo eſt, verbum: non enim dicimus quod verbi natura transformata, facta ſit caro: ſed nec quia in totum verſa ſit hominem qui eſt ex anima & corpore: ſed illud potius, quia carnem animatam anima rationali vniens verbum ſibimetipſi ſecundum ſubſiſtentiam, ineffabiliter atque inexplicabiliter factus ſit homo; & vocatus ſit filius hominis, non ſecundum ſuam voluntatem & vel beneuolentiam, ſed nec vt ſola aſſumptione perſonæ. Et quia diuer ſæ quidem ad vnitionem veram conductæ naturæ vnus vero ex ambabus Chriſtus & filius (non quaſi naturarum differentia interempta propter vnitionem: quin potius perficientibus nobis vnum Dominum & Chriſtum, & filium, diuinitate atque humanitate, per ineffabilem & inenarrabilem ad vnitionem concurſum) ſic dicitur dum certe ante ſæcula habeat ſubſiſtentiã, & ex patre ſit natus, natus ſecundum carnem ex muliere, non tanquam propria eius natura, in ſancta virgine principium ſortitus ſit exiſtendi: nec vero quaſi indiguerit neceſſario propter ſeipſam natiuitate ſecunda poſt illã quæ*

D *eſt ex patre. Eſt enim vanum ſimul & imperitum, vt dicatur is qui ante omne ſæculum ſubſtat & conſempiternus eſt patri: indigere, ad id vt ſit, ſecundo principio. Quoniam vero propter nos & propter noſtram ſalutem, vniens ſibimetipſi ſecundum ſubſiſtentiam quod humanum eſt proceſſit ex muliere: ob hoc ipſum dicitur genitus eſſe carnaliter: non enim prius ex ſancta virgine natus eſt homo communis & iam poſt hæc verbum deſcendit in eo: ſed ex ipſa vulua vnitus carnalem dicitur ſuſtinere genituram, vt ſuæ carnis ſuſficans geneſim. Sic eum dicimus & pati, & reſurgere: non tanquam Deus verbum in propria natura ſuſtulerit vel clauorum transfixiones vel alia vulnera: impaſſibile eſt enim quod diuinum eſt quia & incorporeum. Quia vero id quod eius proprium factum eſt corpus pertulit hæc rurſus paſſus dicitur ipſe pro nobis: erat enim impaſſibilis in corpore patiente. Circa æquum vero modum, & in* E *Moyſe intelligimus: immortalis enim ſecundum naturam, & incorruptibilis, & vita, & viuificans Dei verbum. Quia vero proprium rurſus eius corpus, gratia Dei (ſicut dixit Paulus) pro omnibus guſtauit mortem pati pro nobis, non veniens in mortis experimentum, quod attinet ad eius naturam (dementia eſt enim hoc dicere aut ſapere) ſed quia (vt dixi nuper) caro eius guſtauit mortem; ſic & reſuſcitata eius carne, rurſus eius reſurrectio dicitur, non tanquam qui in vllam corruptionem (quod abſit) inciderit.* Et poſt pauca. *Hoc affert vbique integerrimæ fidei ſermo; ſic inuenimus ſanctos patres ſapuiſſe; ſic præſumpſerunt Deiparam eam ſanctam virginem dicere: non quia verbi natura ſiue diuinitas eius, principium ſubſiſtendi ſortita ſit ex ſancta virgine, ſed tanquam genito ex ea ſancto corpore animato rationaliter, cui & ſecundum ſubſiſtentiam ſermo vnitus gigni dicitur ſecundum carnem.*

Habr. Si ſuper tanta quæ ante dixiſti, inſuper teſtimonia profers veſtro dogmati profutura; & nos parati ſumus glorioſorum teſtimonia magiſtrorum iam pridem excreta diffundere; quippe qui debemus ipſa potius ſequi, quam F proprias concluſiones intendere.

Ruſt. Nos interim in præſenti nondum protulimus vllum teſtimonium ex codicibus aliis; per quod in duabus naturis eſſe Chriſtus euidentiſſime demonſtratur, ſed ex ſynodicis ſolis, quæ refutare non potes; ad demonſtrandum tantummodo vnam ſolamque eſſe naturam ſiue ſubſtantiam ſanctæ Trinitatis: quæ, etſi propria filii Dei à patribus dicitur (non ad excluſionem patris & ſpiritus ſancti, ſed omnium quæ creaturæ ſunt atque facturæ) nihilominus vero, & illius ſubſtantiæ hominis quam creauit ſimul ac ſumpſit. Et ad oſtendendum, quia propria illa natura non dicitur verbum, & temporaliter genitum, neque paſſum, neque ſuſtuliſſe aut plagas, aut fixuras clauorum, aut alia vulnera; neque mortuum eſſe (quod attinet ad eius naturam) nec reſurrexiſſe; verumtamen verbum ex ipſa vulua vnitum, genituram carnalem dicitur ſuſtuliſſe, vt propriæ carnis genituram ſuſficans: ſimiliter & reliqua quæ humana ſunt, quoniam quod eius proprium factum eſt corpus, iſta ſuſtinuit. Rurſus ipſe dicitur pati pro nobis; erat namque impaſſibilis in corpore patiente. Igitur nunc interim ex vniuerſalibus & communiter confeſſis ſynodicis inchoantes; quæ à te obiecta ſunt ſoluimus, & quæ oportebat G firmauimus: alia vero minime attigimus: interim ne illa quæ ad aliud opus pertinent, commiſcentes operemur confuſionem, verumtamen & illarum lectionum diſcuſſio poteſt ad alteram collocutionem ſine præiudicio reſeruari.

Habr. Velim & illud ediſcere, quomodo putes hanc demonſtrationem, eis qui ea quæ veſtra ſunt ſapiunt, præſtare victoriam: eo quod probet, quoniam non debeat vna per vnitionem credi natura Domini Chriſti: hoc enim te eſſe dicturum promiſiſti ſuperius.

Ruſt. Bene ad memoriam reuocaſti: dicam & hoc. Si vna per vnitionem natura Domini facta eſt: quicquid dicitur de verbo, de filio, de Chriſto; & de iſta natura dicetur: & rurſus quicquid de illa natura (vt dicitis) dicetur; vtique & de iis omnibus prædicabitur, & hoc non circa alium modum. Sicut igitur abominabile eſt dicere, quia Deus verbum in natura propria paſſus eſt; ſic (ſi forte præſumitis) fugite dicere, quia paſſus eſt in ſeipſo vel perſona ſua, vel ſubſiſtentia. Aut ſicut dicitis, *non in experimentum veniens mortis, quod attinet ad eius naturam*: hoc transferte dicentes, *quod pertinet ad ſuam perſonam & ad ſeipſum filium, mor-* H *tuus non eſt.* Quoniam vero ex iis dicere adiacet, quoniam verbi natura ſubſtantiaque pertulit: ſic à vobis dicatur, non paſſam ſubſiſtentiam verbi, neque perſonam, neque ipſum filium, neq; hunc vnigenitum, neque eũdem Dominum, vel ipſum Chriſtum: ſed eos qui hæc dicunt, duos filios introducere non poteſtis abnegare qui nouit, quia talia dicens Neſtorius, tanquam duorum prædicator accuſatus eſt filiorum: inquit enim (propter quod & damnatus eſt) ita: *Ego hunc bimeſtrem, & trimeſtrem non dico Deum.* Et rurſus: *non oportet lactis nutrimentum de Deo.* Et in Epiſtola ſua ad ſanctiſſimum Cyrillum, dixit; *ſanctam virginem* patricem Chriſti, non Dei: *Manifeſtum vero eſt, quia*

A *David filius, non erat Deus verbum.* Et rurſus quidem, corpus diuinitatis filij templum, & templum ſecundum ſummam quandam & diuinam coniunctionem vnitum, ita vt & propriificaret ea quæ huius erant diuina natura, bonum eſt confiteri & Euangelicis traditionibus dignum. Et rurſus in iis quæ mox ſequuntur, idem Neſtorius negat id quod confeſſus eſt hic, adiecit enim continue & hæc: *Propriificationis autem nomine deputare & carnis proprietates (generationem dico, & paſſionem, & mortificationem) aut errantis (frater) circa Paganos vel Gentiles, eſt mentis: aut per ea quæ ſunt vaſanis Apollinaris & Arii vel aliarum hæreſum, ægrotantis, quinimo & aliquid grauius, & ab illis: neceſſe eſt enim propriificationis nomine tractos & lactis nutrimenti participem per propriificationem facere Deum verbum, & augmenti quod paulatim euenit conſortem & in paſſionis tempore facti terroris & indigum Angelici adiumenti.*

Hær. Et quid præcipue culpatis in iis: vos, qui, naturarum proprietates, ipſamque dualitatem nunc vſque adſeritis ſaluas? ſi enim ſecundum veritatem dicta ſunt hæc nec trimeſtris dicendus eſt Deus, nec lacte nutritus, nec recenti tempore natus ex virgine, nec ipſus filius & Dauid, neque paſſus, neque mortificatus carne, nec creuiſſe paula-
B latim, nec alias in ſemetipſum carnis excepiſſe proprietates per propriificationem diſpenſatiuam.

Ruſt. Dico quid reprehendimus, non nos primi, ſed cum patribus ſanctis. Prius quidem tanquam per tranſitum dico, peſſime dixit: quia ea quæ ſunt templi diuinitatis natura propriificat, non enim Trinitatis natura ſed vna perſonalibus naturæ exiſtens, propria facit ea quæ ſunt carnis. Secundo vero, quia quoquomodo ſignificans, quia Deus verbum ſuificat propria carnis, & dum hoc explanare debuerit, hoc ipſum magis, in iis quæ dixit poſtea, denegauit. Si enim (vt inquit) Deus ſuificat ea quæ carnis ſunt, per propriificationem diſpenſatiuam, oportet magis, propriificationis nomini deputare & carnis proprietates: generationem dico, & paſſionem, & mortificationem & alia. Ille vere, hoc iam minime approbat, ſed & (ſibimet ipſi contrarius) vt hæreticum & gentile, vt aliquid adhuc deterius, id accuſat. Cur namque omnino, qui inhumanatus eſt Deus, ea quæ proprii templi ſunt propria ſibi fecit, ſi non habent etiam dici de eo, ad admirationem charitatis eius circa nos: quid enim maius eſt, fieri illa verbi pro-
C pria, an dici? Naturarũ vero proprietates ſaluas eſſe fatentes, nos ſimiliter dualitatem illarum nihilominus affirmamus: quia ſicut earum diſcretio eſt ſalua, ſic & vnitio. Vnde quæ non ſunt ſecundum naturã propria verbi eius ſunt circa vnitionem, etiamſi hoc multoties millies recuſauerit impius. Proprietates enim ſaluæ ſunt quidem in vnam vero perſonam, ſubſiſtentiamque concurrunt. Idcirco non tantum vt impium Neſtorium, ſed & vt ſibimetipſi contrarium, in ſynodo Valerianus increpat dicens: *Omnibus conſpicua eſt contrarietas reuerendi Neſtorii: non ſolum fidei ſanctorum patrum qui in Nicæa conuenerunt, & Epiſtolæ Deo amiciſſimi & ſanctiſſimi Archiepiſcopi Cyrilli diſſentiens, ſed neque ſibi conueniens.* Similiter vero ad eundem Neſtorium ſcripſit Celeſtinus ſanctiſſimus Papa, dicens. Legimus ergo Epiſtolarum tenorem, & eos libros quos illuſtri viro filio meo Antiocho reddente, ſuſcipimus: in his quidem nobis veſtigatus, deprehenſus & tentus, quodam multiloquio habebaris, dum vera inuoluis obſcuris (rurſus vtraque confundens) vel confiteris negata vel niteris negare confeſſa.

Hæreticorum dicendi ſcribendique character.

D Hær. Quæ dixiſti de propriificatione & vnitione, vere orthodoxa ſunt, & Neſtorii verboſitatibus ex aduerſo & quaſi è regione contraria: in reliquis autem, puto quod illi eadem pertuleris quem magnopere accuſaſti.

Ruſt. Abſit, ô calumniari edocte! incumbentes enim rationi prædictæ, adhuc quę veſtra ſunt amplius ſubruemus, & noſtram rectam fidem probando monſtrabimus. Si enim qui dicit unũ ipſum Deum verbũ qui conſubſtantialis eſt patri, qui vnigenitus. quique iis quæ per eum facta ſunt non poteſt comparari (genitum ſecundum carnem, inhumanatum ex virgine) non lacte nutritum, non creuiſſe, non factum eſſe bimeſtrem atque trimeſtrem, non paſſum, non mortuum non reſurrexiſſe. Si ergo (inquam) qui hæc dicit, duos filios producit & Chriſtos, igitur qui dicit, eundem Dominum non habere ſecundum deitatem principium ex virgine, neque lactatum ſecundum ſuam naturam, neque creuiſſe, neque factum fuiſſe bimeſtrem atque trimeſtrem neque paſſum, neque mortuum, neque reſurrexiſſe, nec cætera, adiciens vtique ſecundum propriam naturam, duas naturas modis omnibus introducit. Sicut igitur iuſte abominamur ea quæ ſuperius diximus, ſic ea quæ nunc ſunt dicta competenter amplectimur; quia ſicut illa ſubruunt patrum terminos, ſic iſta recipiunt, vt de iudicio veſtro damnaomini. In eo enim quod abominamini, ac perſecutioni ſubiicitis eos qui dicunt vel qui putantur dicere: quia alter eſt Deus verbum, & alter homo aſſumptus ab eo, qui ex virgine natus eſt, qui eſt plaſmatus in virgine, qui eſt vnus ex nobis qui in ſummam & ineffabilem quandam coniunctionem Deo verbo vnitus eſt ex ipſo conceptu: in eo ergo quod contra eos qui talia dicunt, omnino feruenter inſurgitis, & quaſi latrantes illos indeſinenter anathematizatis: ita vt ſi quis fauere talibus voleos fuerit viſus, nulla pœna apud vos putetur indignus, tanquam paruum dicens hominem Chriſtum, aut quaſi duos filios euidenter inducens: Vos tamen ipſi & communicantes vobis, alteram dicentes humanam Chriſti naturam & alteram eiuſdem diuinam, & hoc audientes à patribus eſſe confeſſum quos ſequi prætenditis, tamen duas naturas Domini Chriſti poſt vnitionem abominamini confiteri. Videmini ergo mihi, quia in die iudicii damnabimini ex ipſius Neſtorii condemnatione. Nam ſi omnino iuſte odiſtis Neſtorium vos, tanquam qui per talia verba duos introduxerit filios, quare, vos de naturis hæc ipſa dicentes, duas, naturas non fatemini vos prædicare. Et certe vos non hæc ſolum dicitis de naturis: ſed & pluraliter eas ſæpius nominatis, vel etiam pares confitemini eos qui eas ita nominauerunt, quod Neſtorius, de Chriſti vel filii vel Domini nomine feciſſe non ſcribitur. Quomodo igitur vos qui hæc dicitis de naturis: ita cæcamini, vt ea quæ confitemini non dicatis? Quomodo vero & Neſtorio maledicitis, tanquam qui duos Chriſtos induxerit, eo quod talia de Deo verbo & homine prædicauerit? Et vt compendioſe dicamus. hoc argumentum contra vos inſuperabile inuenitur, quamcumque huius partem volueritis inſpicere. A nobis igitur, Neſtorius iuſte damnatur: at vero à vobis iniuſte, cum quo damnata eſt veſtra ſententia. Quare & nos quando Neſtorium damnamus: contra vos promulgamus anathema: & vos ipſi quoties illum damnatis, recurrit in vos, & quando id iaculamini contra nos, vt contra Neſtorianos (quippe calumniantes, & omnino odientes) & quando à nobis contra veſtros hæreſiarchas (dico vero Apollinarium, Eutychen, & Dioſcorum) talis procedit calculus, è contra vos eidem ſententiæ irrecuſabiliter crebroque ſuccumbitis.

Catholici ab hæreticis afflicti.

Hær. Ego illi ſynodo communicare non poſſum quæ dicit quod præter Trinitatem ſit inhumanatio Domini. Dicatur enim in ea quæ vocatur definitio, de ſymbolo 150. Patrum, de Patre enim & filio & ſpiritu ſancto, quæ perfecta ſunt docet, & Domini inhumanationem fideliter accipientibus repræſentat. Vtique enim qui de filio quæ perfecta ſunt docet, de inhumanatione eius, non extra & præter Trinitatem tanquam de quarto aliquo, ſed illic repræſentat: ii vero, poſtquam dixerunt de patre, & filio, & ſpiritu ſancto: tunc alterum quendam Dominum eiuſque inhumanationem ſubintroduxerunt.

Ruſt. Olim demonſtratum eſt quia non eſt quartum quomodolibet introducere extra, & extra de ſanctæ Trinitatis conſubſtantialitate facere, ac de verbi Dei inhumanatione ſermonem, ſed tu omnino ea quæ probata ſunt minime aduertiſti. Dixit enim ſynodus Epheſina: *Quia è conuerſo ſe habet in Saluatore quam in Trinitate: illic enim alter & alter, vt non ſubſiſtentias confundamus, non vero aliud & aliud: abſit vnum enim, tria. & idem in diuinitate: in Domino vero aliud & aliud quibus Chriſtus: ſiquidem hoc illi non idem eſt.* Multum ergo ad veritatem cæcamini, nec illa vultis accipere, quæ manifeſtius Epheſina quam Calcedonenſis ſynodus approbauit. Aliud eſt enim de Trinitatis communi ſubſtantia, & aliud de propriis vnitis loqui perſonæ, & hoc de ſerui, quæ illic inconſubſtantialis eſt forma.

A

H Æ R. Quis habet accipere ſynodum, quæ Leonis approbat tomum, dicentem de verbo & carne: ſuper alia, & hæc? *vnum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit iniuriis.* Quid ergo? dic mihi, non iniuriatus eſt Deus carne? non, verbum per carnem miracula operatum? Quid autem vult ſeparatio iſta, vt dicat hoc quidem illud, hoc vero illud?

R V S T. Deus quidem verbum, quia iniuriatus ſit carne: minime denegamus: ſed non ſuccumbit iniuriis: id eſt, iniuriarum paſſionumque non inferior, ſed potior fuit: caro eius non iniuriata eſt ſolum, ſed & ſuccubuit contumeliis, & paſſa eſt: nam ſicut exiſtens natura paſſibilis, & mortua eſt, & ei dominata eſt mors, quæ ſeruit Deo. At vero Deus verbum inhumanatus, pati quidem propter vnitionem dicitur, proprificans ea quæ ſunt paſſibilis naturæ, per ſuſficationem diſpenſatiuam (vt & antea iam dixi) non autem paſſus eſt ſicut caro. Nam ſi impaſſibilis, ſimpliciter paſſus eſt: ſuperflue eſt impaſſibilis: ad quid enim aliud impaſſibilitas proficit, niſi, vt id quod eſt impaſſibile, minime patiatur? Si igitur in Deo nihil ſuperfluum, neque inutile, ſed perfecta & decora ſunt vniuerſa & apta: claret vtique, quia & impaſſibilitas eius non eſt inutilis: non igitur paſſus eſt.

B Verbum in Chriſto patiebatur non ſimpliciter ſed ſuſficans & proprificans quæ erant humanitatis: Scholaſtici Theologi appellant, communicationem idiomatũ: D. Thom. 3 part. q. 2. art. 6 in corp. art.

H Æ R. Sed miſericordia pertulit, qui propria natura non eſt paſſus, quare, circa hoc, & iniuriis ſuccubuit ſecundum quod paſſus eſt? Quomodo igitur dicitis cum Leone: quia *hoc quidem coruſcat miraculis, illud vero ſuccumbit iniuriis.*

R V S T. Et ſanctiſſimus Leo, de propria ipſius Dei verbi natura, inquit, quia *coruſcat miraculis*: de carne vero, quod reliquum eſt, & tu nunc confeſſus es, quia Deus verbum propria natura non pertulit? cur igitur eadem contitens pariter, & accuſas? Non enim dixit: *iſte quidem coruſcat miraculis, ille, vero ſuccumbit iniuriis*: vt ſuſpicionem daret, quaſi de duabus perſonis loqueretur: ſed hoc quidem tanquam de duabus naturis, aliud enim & aliud ea ex quibus Saluator, ſiquidem non eſt idem, intemporale, et quod ſub tempore eſt.

C

H Æ R. Non ſolum de propria Dei verbi natura, ſed & de ipſo verbo ait (& hoc frequenter) quia non fuerit paſſus: verumtamen & dicere quia verbi natura non paſſa eſt; hoc idem eſt dicere, quod verbum minime paſſum ſit nihilo namque impaſſibilior eſt, vt ita dixerim, verbi natura ab eo cuius natura eſt. Eadem igitur natura, impaſſibilis manens noſtri miſeratione paſſa eſt.

R V S T. In Dei bonitate contrarium nihil eſt: quare, miſerationis impaſſibilitatem eius non ſoluit. Si vero Deus verbum ſempiterne impaſſibilis, & nunquam perpeſſus: nuper propter miſericordiam, qualiter vos dicitis, pertulit, maius & infinite maius damnificatus eſt, quam lucratus: Lucratus: enim eſt nos, creaturam ſuam, & propterea amiſit impaſſibilitatem ſubſtantiæ? vos igitur valde erratis, ſic aliquid laudantes in Deo vt rurſus aliquid blaſphematis. Non indiget Deus laude veſtra, vt ſubdole eius miſericordiam exalteris ad impaſſibilitatis eius præiudicium, nos competenter ſuperexaltamus miſericordiam eius, ſalua inconuertibilitate eius. Eos enim qui dicunt vertibilem aut mutabilem filium Dei: anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia, ſicut ſynodus Nicæna definiuit. Quinimo non inconuertibilitatis ſolum: ſed & potentiæ eius, quod abſit, additio eſt, ſi aliter creaturam ſuam ſaluare non potuit, niſi ſuam proprietatem creator amitteret: aut conſilii vituperatio. ſi potuit quidem & hoc non amittere & illud ſaluare, ſed, dum poſſet quod eſt melius, elegit quod deterius erat. Sic ergo, illa quæ nobis proſunt, laudemus in Deo, vt ea quæ digna ſunt, non feramur, hoc vero ex Manichæorũ cognatione deſcendit ad vos, ipſorum namque eſt, paſſibilem cogitare Deum, & omnem bonam naturam, eſſe ſolius boni Dei: & quia præcedens Deus futurum vt periclitaretur proprium regnum, ſi princeps tenebrarum prior iniiceret ei prælıũ, propter hoc miſit de ſubſtantia ſua commiſcendos cum illa ſubſtantia nequam, vt regnum proprium præmuniret: & ex bonarum malarumque poteſtatum mixtione, mundum factum eſſe blaſphemant. Sic & vos dicitis, quod non aliter nos ſaluauerit

D

Manichæorum hæreſis & blaſphemia in Deum.

Deus, niſi pro nobis ipſe paſſibilis factus.

E

H Æ R. Memini te dixiſſe, quod illa humanitas Deo comparata, ſit magis vt accidens quam ſubiecta ſubſtantia. Quomodo igitur iam duæ ſint Chriſti ſubſtantiæ dum quando accidens, additamentum non fiat ſubſtantiæ, ſed quantitatis?

R V S T. Hoc non de ſubſtantia, ſed de ſubſiſtentia dixi. Ad diuinam vero ſubſtantiam ſiue naturam, caro collata: nihilominus ſubſtantia & natura, eſt. Demonſtratum eſt enim, quia & patres qui dicunt, *duæ naturæ, Deus & homo*; & vtramque naturam & ambas non dicerent hæc; niſi eas ad inuicem compararent. Et vos ipſi vero, idem facitis ex duabus ſubſtantiis & naturis: & inſuper ex duabus quoque ſubſiſtentiis Chriſtum eſſe dicentes. Quod autem culpare Leonem ſanctiſſimum voluiſti, dicentem: *hoc quidem illud, illud, vero aliud*: ſuſcipe de Epheſina ſynodo lectionem quam ſuperaddiderunt iam poſtquam venerunt vicarii ſanctiſſimi Celeſtini Papæ Romani: ex iis demonſtrantes quomodo debeat 318. ſanctorum patrum ſymbolum declarari ex teſtimonio ſanctæ memoriæ Attici. *Et hoc omnia ſuſcipit, non natura deitatis ſed aſſumptione carnis*: illa quidem, *in propria impaſſibilitatis inuiolabilis ætibus permanens: illa vero, omnia patiens, vtriuſque.* Ecce: *illa quidem*, de diuina natura loquens ait. *illa vero de corpore* inquit aſſumpto, quo pertulit filius Dei ſicut & idem Dominus inquit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam vero non poſſunt occidere.* Et rurſus. *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.*

F

Attici Conſtantinopolitani.

Matth. 10. 28

Matth. 26. 41.

H Æ R. Quid ad illud dicere poteris, quia maior vnitio Dei ad humanitatem facta eſt, quam ſit carnis ad animam in homine quocumque communi? Per mortem ſiquidem anima ſeparatur à corpore: Deus vero ab anima illa & illo incontaminato corpore, inſeparabilis eſt in perpetuum: ſi igitur ex minore vnitione vna natura fit: multo amplius ex maiore; vna vero hominis eſt natura: multo amplius igitur diuinitatis & humanitatis vna natura eſt.

Maior fuit vnio verbi cum humanitate, in Chriſto, quam ſit animæ cum corpore in nobis.

R V S T. Ante demonſtrationem habes obſtupeſcere, admirando enim ego tecum confiteor, quia & maior vnitio eſt in Domino Chriſto, & quæ multo maius effecit: & vnam tamen naturam minime fecit: tanto enim vnitio deitatis & humanitatis quæ in Domino Chriſto facta eſt, & ipſe effectus vnitionis illam quæ fit in homine ſuperexcellit quanto longius à ſe diſtantia vniuit: multum namque, & quantum, dici non poteſt, ſuperat, vt deitatis & humanitatis, vel ſolum vna poſſit eſſe perſona: quam, vt ex anima & carne non ſolum vna perſona ſit, ſed & fiat vna quoque natura. Deus enim infinite, & quantum dici non poteſt ſuperat creaturam: & tantum quod diſtat, vicit vnitio ineffabilis in vnam perſonam ducens, tam longe naturæ terminis ſeu rationibus ſeparata. Anima vero, paruum quid carnem excellit, conſeruæ enim ſunt vtraque & creaturæ. & ex nihilo factæ à creatore. Si vero Dei virtus infinita non eſſet: minime, tanta ex nihilo conſtare feciſſet: ab eo enim quod nullatenus eſt, diſtant omnia infinite. Si igitur Dei quidem virtus infinita eſt, noſtræ autem ſubſtantiæ finita: magna illa & ſuperefulgens vnitio eſt, quæ valuit inter illa, tantum diſcrepantia, vnam perſonam facere. Sicut enim ſuperexcellit virtus eius qui montem ſuſpendit ad cœlum, & illum coniungit, ſi poſſit vel contingat id fieri, vltra illius qui glebam monti coniungit: ſic vnitio quæ in Chriſto eſt facta: eam quæ per ſingula in communibus hominibus fit. Verumtamen & illud inquiro quia non neceſſe eſt, à maiore vnitione maius aliquid effici, alioquin quanto amplius aliqua vniuntur, tanto potentiore vi vniuntur: ſed ea quæ confunduntur, vltra ea quæ minime confunduntur, amplius vniuntur: vt humenta. Rurſus anima quia minime confunditur corpori: non tamen maior eſt eorum quæ confunduntur vnitio, vnitione rationalium animarum ad propria corpora: hanc enim ſolus facit Deus: illæ vero ſubiacent etiam nobis. Super hæc vero indefinite aſſumpta eſt maior: Reſponſio vero ſufficiet: etſi definite dicatur. veluti ſi quis dicat * inopinabilior: mirabilius eſt enim ſic fieri vnam perſonam & non vnam naturam, quam illo modo vnam perſonam vnamque naturam.

G

H

* Hic deeſt non.

H Æ R. Dic mihi breuiter: in Chriſto humana natura,

ſecun-

A ſecundum ſubſtantiam filius Dei eſt, an non? & Deus verbum ſecundum naturam: Filius Dei genitricis, an non? Si quidem ſecundum naturam, clarer quia ambo vna natura eſt: ſi vero non ſecundum naturam: igitur & ſolute per gratiam, & duo filii erunt: dum Deus verbum quidem ſecundum naturam filius patris ſit: & ſecundum gratiam matris: homo vero ſecundum naturam quidem, matris; at vero per gratiam, patris; & ſicut neque hic illius, ita neque iſte illius.

RVST. Si duo ſola eſſent quæ proponeres; nec ſic quidem tibi ſimpliciter quod proſecutus es dederam: veruntamen hoc dico, quia ſecundum perſonam & ſubſiſtentiam filius Dei Deus verbum, Dei genitricis eſt filius: & ſimiliter (quinimo quod dicere idem eſt) quia ſerui forma ſecundum ſubſiſtentiam & non ſecundum ſubſtantiam & naturam filius Dei eſt. Et ſicut, ſi eſſet (vt ante dixiſti) vna natura, ſic nunc vna ſubſiſtentia, & vnus ac ſolus eſt filius.

B HÆR. Quoniam longus ſermo nobis non ſolum laborem & defectum, ſed & faſtidium infecit: quod intellectus valde confundit: ſi videtur, reliquam collocutionem in alium diem (ſi Deo dictum placuerit) referemus. Veruntamen & hæc in noſtris mentibus reuoluamus: multa namque apud temetipſum ſilentium tenentis diſcuſſio: & memoriam, & intellectū, & doctrinæ perfectumq; præſtabit.

Exhortatio ad reſipiſcentiam ab hæreſi.

RVST. Ne quæſo protrahas tempus conuertendi ad Deum, incertus eſt enim finis humanus: & præcipue diebus noſtris, quando implacabilis vbique bacchatur interitus, & ignis gehennæ intranſmeabilis eſt. Ne amicitias hominum verearis, & vt non inimicitias incurras cœleſtium poteſtatum: ne affinium multitudinem: vt annumereris omnibus à ſeculo ſanctis. Ne hanc veſtem, vt in duas Chriſtum. Ne hos temporalium flores, vt fulgeas ſicut ſol in regno Dei. Non huius mundi diuitias, vt vitam hæreditate capias infinitam in perpetuo & inenarrabili gaudio. Non ſeculi fruitiones: & erit tua eſca ſancti ſpiritus manna: non tranſitorias dignitates, vt poſſis regnare cum Chriſto. Efficere excelſiorum particeps intellectum eleuans, ſuſpende

C teipſum à ſecularibus curis: & tunc comprehendes talium vilitatem! Guſta de dulcedine Dei, & ſenſum capies amaritudinis mundi. Appropria, & vide ſpiritale lumen: & eruetis à carnalis confuſionis tenebris. Exuſcita temetipſum, & exili ad altiorum munditiam: & diſcernes abominationes mundanæ ſordidinis. Rumpe Satanicæ captiuitatis vincula, ne perdas acquiſitam baptiſmate libertatem. Fuge participationem contaminatiſſimi dæmonis, vt in temetipſum renoues adoptionem Dei. Repugna diabolo cupienti te perdere & acquieſce Deo valenti ſaluare. Cogita dilectionem Dei; cogita fruitionem regni cœlorum; cogita futuri iudicij nimis terribilem diem; cogita illud ipſius Domini Chriſti iudicium quod à recto non poteſt detorqueri; cogita inſuſtentabilia gehennæ tormenta: cogita indormitabiles vermes: cogita intranſmeabilem & infinitam flammā. Cogita illic inutilem pœnitentiam, infructuoſa lamenta, ſurdos vlulatus, improficuas pluuias lachrymarum dum potes irrecuſabiliter impigre conuerte te ad veritatem. Nō erit tibi nec hic excuſatio, nec ſatisfactio apud Deum, ſi perſiſtis in malis: maxime dum cuncta ſoluta ſint quæ à vobis obiecta ſunt. Licet ſufficeret tibi vnica authoritas ſynodi vniuerſalis, quæ numero ſuperat vniuerſas, quæ toties, cunctarum Eccleſiarum conſona ſententia confirmata eſt, tam per Encyclicas Epiſtolas (regnante Leone) quā per libellos ſacerdotum ferian duorum millium & quingentorum, imperante Iuſtino poſt ſchiſma Petri Alexandrini & Acacii Conſtantinopolitani. Nō te perturbet ea quæ nuper exorta eſt perturbatio vniuerſalis Eccleſiæ: ſed potius confirmer ad fidem: Si enim recta fides noſtra non eſſet: iis temporibus proficere potius quam perturbari potuerat, leges ſcripturas diuinas: & inuenies, præſens tempus, incredulitatis eſſe atque diſceſſionis à fide: vnde magis ad conuerſionem correctionemque feſtinare debes: vt & à præſentibus & futuris malis erut dignus effectus, infinitis Dei bonis fruaris in regno cœlorum. Quod nos impetrare contingat gratia & largitione patris, & filii, & ſpiritus ſancti.

D Conciliorum authoritas ſufficit ad renunciendas hæreſes.

HÆR. Si, quæ dixi, ſubtilius velis inſpicere; profecto reperies, quia ego non ſecundum quod vnam perſonam & ſubſiſtentiam dicitis, duos vos introducere filios monſtraui; ſed ſecundum quod duas dicitis Chriſti (poſt vnitionem quoq;) naturas: ac per hoc (niſi meas enodaueris quæſtiones) quantumlibet vnū filiū prædices, duos tamen inducis. E

RVST. Si pater cuiuſcumque, carnalis: & Epiſcopus ſit eius & doctor: non ſolum ſecundum carnem ſed etiam ſecundum ſpiritum, pater eſt eius: & licet, circa aliud & aliud, aliter atque aliter pater ſit; non tamen duorum circa vnum pater eſſe dicitur filiorum. Nam vosipſi; licet vnam per vnitionem dicatis, deitatis carniſque naturam; non circa idē vel eundem, patrem eius dicitis conuenire: vt natura ſit filius Dei, circa quam naturaliter eſt filius hominis: nec enim ſimplicem iam nunc Chriſti integri naturam, ſicut ante incarnationem (niſi forte ſecundum ſolam deitatem) dicere poteritis, quam dicitis ex duabus inconfuſis exiſtere. Aut ergo tua obiectio communiter erit. nobis vobiſque contraria: & non poteſt vobis aduerſum nos adferre victoriam, quæ nec contra illos ſe expedit, qui duos filios introducunt: aut ſi illos vna nobiſcum ſuperare deſideras: idem reſponde illis, quod audis à nobis. Vincere igitur: vt dupliciter vincas, & iam quæ in te & illam quæ in illis eſt, falſitatem. Alioquin ſi conſequitur nos inducere duos filios: & vos conſequetur, ex duobus filiis introducere vnum: impoſſibile vero eſt, ex duobus filiis fieri vnum. F

HÆR. Apertius cupio audire quæ dicis. RVST. Reſponde ſi potes: ſecundum quid, ſit filius Dei Deus verbum, ſecundum ſimplicem deitatis ſubſtantiam, quæ infinite incarnationi præextitit: an (ſicut dicitis) ſecundum compoſitam deitatis humanitatiſque naturam? HÆR. Secundum ſimplicem diuinitatis ſubſtantiam.

RVST. Homo autem, vel humanitas, ſiue caro: ſecundum ſimplicem deitatis naturam, an (ſicut dicis) ſecundum compoſitam, filius eſt eiuſdem?

HÆR. Non ſecundum ſimplicem, ſed ſecundum compoſitam.

RVST. Quomodo ergo (circa veſtra deliramenta) duo filii non ſunt, Deus & homo: ſi Deus quidem filius Dei, non ſecundum compoſitam ſed ſecundum ſimplicem: homo vero, filius Dei eſt, non ſecundum ſimplicem ſed ſecundum compoſitam naturam? Ecce tuis captus es nodis. G

HAER. Sed vna eademque eſt ſimplex atque compoſita. RVST. Sed etſi ſic eſſet, inciſus inerat differentia, quia non ſe ſimpliciter habet ſimplex atque compoſita: nec ſimpliciter idem eſt, quod ex vna perfecta, ei quod ex duabus eſt atque perfecta.

Finis eius quod ad nos peruenit.

D. MARTINI EPISCOPI DVMIENSIS, FORMVLA HONESTÆ VITÆ, SIVE DE QVATVOR virtutibus Cardinalibus, Liber vnus.

EX TRITHEMII LIBRO DE SCRIPTORIBVS ECCLEſiaſticis.

H *MARTINVS Epiſcopus Dumienſis cœnobii rector quondam & Abbas, vir tam in diuinis ſcripturis quam in ſecularibus literis eruditus, veniens a partibus Orientis in Galliam, Sueuorum populum doctrina & miraculis ab Arriana impietate ad rectam fidem conuertit, regulas Orthodoxæ fidei conſtituit, monaſteria condidit, Eccleſias reformauit, ſcripſit ad Mironem regem Galliciæ de quatuor virtutibus quas Cardinales appellant, inſigne volumen quod prænotare volui:*

Formulam honeſtæ vitæ.	*lib. 1.*
Glorioſiſſ. & tran.	
Epiſtolarum moralium.	*lib. 1.*
Et quædam alia quæ non vidi.	

Clarus

A

Claruit ſub Teudemiro rege Sueuorum, imperium Conſtantinopolitanum gubernante Iuſtiniano Auguſto, anno Dom. 540.

Ante Trithemium tamen plures egerunt de Martino Dumienſi, vt S. Iſidorus in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum cap. 22. & lib. de viris illuſtribus cap. 35. (conſule notas ſcholiaſtis in hunc locum) Sigebertus de viris illuſtribus cap. 118. & 119. & alij, ex quibus tanquam è vetuſtioribus & purioribus fontibus haurire poterat res geſtas Martini. Adito quoque annales Eccleſ. fuiſſe poſtmodum Epiſcopum Bracharenſem, conſtat. Vnde in Concilio Toletano 10. Honorifica iſta mẽtione cohoneſtatur, & appellatur ſanctus & ſanctiſſimus eccleſiæ Bracharenſis Epiſcopus glorioſæ memoriæ Martinus. Et quia ſanctitatis gloria fulſit, Gallæcia & Luſitaniæ pars eius natalem diem inter alios ſanctos celebrat 13. Kalend. April. vt author eſt Ambroſius Morales lib. 12. Chronicorum Hiſpaniæ cap. 62. Vide quoq; Garſiam à Loayſa in collectione Hiſpanicorum Conciliorum.

Ex Bellar. de ſcriptorib. Eccleſiaſticis.

B

MArtinus Dumienſis monaſterii Abbas, ac deinde Eccleſiæ Bracarenſis Epiſcopus: vixit circa annum Domini 572. nam præfuit Concilio ſecundo Bracarenſi, quod habitum eſt Era, 610. id eſt, anno Domini 572. ſed videtur anno ſequente obiiſſe, vt notat Card. Baronius: ſcripſit *collectionem Canonum ex Græcis Synodis*, qui extant in tomis Conciliorum poſt ſecundam Synodum Bracarenſem. Scripſit *etiam de quatuor virtutum Cardinalium differentia, & alia*, quæ extant, meminit huius Martini S. Iſidorus in Catalogo Script. Eccleſ. cap. 22. & in lib. de viris illuſtribus c. 35.

QVatuor virtutum ſpecies multorum ſapientum ſententiis definitæ ſunt, quibus animus humanus componi ad honeſtatem vitæ poſſit. Harum prima eſt prudẽtia: ſecunda, magnanimitas: tertia continentia: quarta iuſtitia. Singulæ ubi in officiis quæ ſubſunt, annexæ ſunt, ac bene moratum virum efficiunt.

De prudentia. CAP. I.

C

Prudentiæ officia.

Quiſquis prudentiam ſequi deſideras, tunc per rationẽ recte viues, ſi omnia prius exiſtimes & perpenſes, & dignitatem rebus non ex opinione multorum, ſed ex earum natura conſtituas. Nam ſcire debes, quia ſunt quæ videantur eſſe bona, & non ſunt: & ſunt quæ videantur non bona eſſe, & ſunt. Quæcunq; autem ex rebus tranſitoriis poſſides, non mireris, nec magnũ exiſtimes quod caducum eſt: nec apud te quę habes, tanquam aliena ſeruabis, ſed pro te tanquam tuã diſpenſes & vtaris. Si prudentiam amplecteris, vbique idem eris: & prout rerum ac temporum varietas exigit, ita te accommodes tempori: nec te in aliquibus mutes, ſed potius aptes: ſicut manus quæ eadem eſt, & cum in palmam extenditur, & cum in pugnum aſtringitur. Prudentis proprium eſt, examinare conſilia, & non cito facili credulitate ad falſa prolabi. De dubiis non definias, ſed ſuſpenſam teneas ſententiam. Nihil inexpertum affirmes, quia non omne veriſimile ſtatim verum eſt: ſicut & ſæpius quod primum incredibile videtur, non continuo falſum eſt. Crebro ſiquidem faciem mendacii veritas retinet. Crebro mendacium ſpecie veritatis occultitur. Nam ſicut aliquando triſtem frontem amicus, & blandam adulator oſtendit: ſic veriſimilitudine coloratur veritas, & vt fallat vel ſurrepat, coloratur. Si prudens eſſe cupis, in futurum

D

Prudent fu|tura reſpicit.

proſpectum intende: & quæ poſſunt contingere, animo tuo cuncta propone. Nihil tibi ſubitum ſit, ſed totum ante conſpicies. Nam qui prudens eſt, non dicit: Non putaui quidem hoc fieri: quia non dubitat, ſed expectat: nec ſuſpicatur, ſed cauet. Cuiuſcunque facti cauſam require: cum initia inueneris, exitus cogitabis. Scito te in quibuſdam debere perſeuerare, quia cœpiſti: quædã vero nec incipere, in quibus perſeuerare ſit noxium. Prudens fallere non vult, falli non poteſt. Boni eſt viri, etiam in morte neminem fallere. Opinione tua iudicia ſint. Cogitationes vagas & inutiles, & velut ſomnio ſimiles, non recipies: quibus ſi animus tuus ſe oblectauerit, cum omnia diſpoſueris, triſtis remanebis: ſed cogitatio tua ſtabilis & certa ſit ſiue deliberet, ſiue quærat, ſiue contempletur, non recedat à vero. Sermo quoque tuus non ſit inanis, ſed aut ſuadeat, aut

E

moneat, aut conſoletur, aut præcipiat. Lauda parce, vitupera parcius. Nam ſimiliter reprehẽſibilis eſt nimia laudatio, vt immoderata vituperatio. Illa ſiquidem adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt. Teſtimonium veritati, non amicitiæ reddes. Cum conſideratione promitte: plenius quæ promiſeris præſta. Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur. Præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nam qui nil de præterito cogitat, perdit vitam: qui nil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Proponas in animo tuo futura mala & bona: vt illa ſuſtinere poſſis, & iſta moderari. Non ſemper in actu ſis, ſed interdum animo tuo requiem dato: & requies ipſa plena ſit ſapientiæ ſtudiis, & cogitationibus bonis: nam prudens nunquam otio marcet. Habet autem aliquando remiſſum animum, nunquam ſolutum. Accelerat tarda, perplexa expedit, dura mollit, exæquat ardua. Scit enim quid qua via aggredi debeat. & diſtincte cuncta videt. Conſilium peritorum, ex apertis obſcura æſtimat, ex paruulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota. Non te moueat dicentis authoritas, nec quis, ſed quid dicat, intendito. Nec quam multis, ſed qualibus placeas, cogita. Id quære quod inuenire poſſis. Id diſce, quod potes ſcire. Id opta, quod optari corã bonis poteſt. Nec altiori te rei imponas, in qua tibi ſtanti tremendum, aſcendenti cadendum ſit. Conſilia tibi ſalutifera aduoca. Cum tibi alludit vitæ proſperitas, tunc te velut in lubrico retinebis, ac ſiſtes: nec tibi dabis impetus liberos, ſed circumſpicies quo deundum ſit, vel quouſque.

Prudens.

Otium honeſtum.

F

Expetenda.

De magnanimitate. CAP. II.

Magnanimitas vero; quæ & fortitudo dicitur, ſi inſita animo tuo, cum magna fiducia viues liber, intrepidus, alacer. Magni animi hominis bonum eſt, non vacillare, conſtare ſibi, & finem vitæ intrepidus expectare. Nil aliud magnum in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens. Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, Non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit: & cum illum in poteſtate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuiſſe. Scito enim, honeſtum & magnum genus vindictæ eſſe ignoſcere. Neminem ſuſurro appetas, neminem ſuffodias, palam aggredere: non geres conflictum niſi indixeris, nam fraudes & doli imbecillum decent. Eris magnanimus, ſi pericula nec appetas, vt temerarius: nec formides, vt timidus, nam nil timidum facit animum niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia. Menſura ergo magnanimitatis eſt, nec timidum eſſe hominem, nec audacem.

G

Vindicta.

De Continentia. CAP. III.

Continentiam vero ſi diligis, circumcide ſuperflua, & in arctum deſideria tua conſtringe. Conſidera tecum, quantum natura poſcat, & non quantum cupiditas expetat. Si continens fueris, eo vſque peruenies, vt te ipſo contentus ſis. Nam qui ſibi ipſi ſatis eſt, cum diuitiis natus eſt. Impone concupiſcentiæ tuæ frænum & modum, omniaq; blandimenta quæ occultam voluptatem trahunt, reiice. Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem. Obſerua ne in conuiuio, aut in qualibet vitæ communitate, quos non imitaberis, damnare videaris: nec præſentibus deliciis inhærebis, nec deſiderabis abſentes. Victus tibi ex facili ſit: nec ad voluptatem, ſed ad cibum accede. Palatum tuum fames excitet, non ſapores. Deſideria tua paruo redime: quia hoc tantum curare debes, vt deſinant: atque quaſi ad exemplar compoſitus diuinum, à corpore ad ſpiritum, quantum potes te feſtina reducere. Si continentiæ ſtudes, habita non amœne, ſed ſalubriter: nec dominum eſſe velis notum à domo, ſed domum à Domino. Non tibi aſcribas quod non eris, nec quod es: nec maius quam es videri velis. Hoc magis obſerua, ne paupertas tibi immunda ſit, nec parſimonia ſordida; nec ſimplicitas neglecta, nec lenitas languida: & ſi tibi res exiguæ ſint, non tamen ſint anguſtæ. Nec tua defleas, nec aliena mireris. Si continentiam diligis, turpia fugito antequam accidant: nec quenquam alium vereberis

Continentiæ modus.

H

Victus ratio.

plus

A Turpia fugienda. plus quam te. Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. A verbis quoque turpibus abſtineto, quia eorum licentia impudentiam nutrit. Sermones vtiles magis quam facetos & amabiles ama, rectos potius quam obſecundantes. Miſcebis interdum ſeriis iocos, ſed temperatos, & ſine detrimento dignitatis ac verecundiæ. Nam reprehenſibilis riſus eſt, ſi immodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter fractus. Odibilem quoque hominem facit riſus, aut ſuperbus, aut clarus, aut malignus & furtiuus, aut alienis malis euocatus. Si ergo ipſos iocos exigis, hoc quoque cum dignitate ſapientiæ gere, vt te nec grauent tanquam aſperum, nec contemnant tanquam vilem. Non erit tibi ſcurrilitas, ſed grata vrbanitas. Sales tui ſint ſine dente, ioci ſine vilitate, riſus ſine cachinno, vox ſine clamore, inceſſus ſine tumultu: quies tibi non deſidia erit. & cum ab aliis luditur, tu ſancti aliquid honeſtique tractabis. Aſſentatio. Si continens es, adulationes euita: ſitque tibi tam triſte laudari à turpibus quam ſi lauderis ob turpia. Lætior eſto, quoties diſplices malis, & malorum de te exiſtimationes malas, veram tui laudationem aſcribe. Difficillimum continentiæ opus eſt, aſſentationes adulatione repellere, B quarum ſermones animum voluptate reſoluunt. Nullius per aſſentationem amicitiam merearis; neq; ad tuam promerendam, per hanc aditum pandas. Non eris audax, nec arrogans: ſubmittes, te non proiicies, grauitate ſeruata, admonebeis libenter, & reprehenderis patienter. Si merito obiurgabis aliquis, ſcito quia profuit: ſi immerito, ſcito quia prodeſſe voluit. Correptio. Non acerba, ſed blanda timebis verba. Eſto vitiorum fugax ipſe: aliorum vero neque curioſus ſcrutator, neque acerbus reprehenſor, ſed ſine exprobratione correptor, ita vt admonitionem hilaritate præuenias: & errori facile veniam dato. Nec extollas quenquam, neque deiicias. Dicentium eſto tacitus auditor: audiendum promptus receptor. Requirenti facile reſponde, contendenti facile cede: ne in iurgia execrationeſque diſcedas. Si continens es, animi tui motus corporiſque obſerua, ne indecori ſint. Nec illos ideo contemnas quia latent: nam nil differt, ſi nemo videat, cum tu ipſe illos videas. Mobilis eſto, non leuis: conſtans, non pertinax. Alicuius rei ſcientiam habere te, nec ignotum ſit, nec moleſtum. Omnes tibi pares facies: C ſed inferiores ſuperbiendo non contemnes. Superiores, recte viuendo non metuas. In reddenda officioſitate, neque Officioſitas. negligens, neque exactor appareas. Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Seuerior eſto in iudicio quam in ſermone, vita quam vultu: cultor clementiæ: deteſtator ſæuitiæ: bonæ famæ neque tuæ ſeminator, neque alienæ inuidus. Rumoribus, criminibus, ſuſpicionibus minime credulus vel malignus, ſed potius his qui per ſpeciem ſimplicitatis ad nocendum aliquibus ſubrepunt, oppoſitiſſimus. Ad iram tardus, ad miſericordiam pronus: in aduerſis firmus, in proſperis cautus & humilis: occultator virtutum, ſicut alii vitiorum. Vanæ gloriæ Sermonis decorum. contemptor & bonorum, quibus præditus es, non acerbus exactor. Nullius imprudentiam deſpicias. Rari ſermonis ipſe, ſed loquentium patiens. Seuerus, non ſæuus, ſed hilarem non aſpernens. Sapientiæ cupidus & docilis: quæ noſti, ſine arrogantia poſtulanti impartire: quæ neſcis, ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impartiri. Non conturbabit ſapiens mores publicos, nec populum D in ſe vitæ nouitate conuertet. Iuſtitiæ poſt hæc virtus eſt.

De iuſtitia. Cap. IV.

Quid eſt iuſtitia, niſi naturæ tacita conuentio, in adiutorium multorum inuenta? Iuſtitia non noſtra conſtitutio, ſed diuina lex eſt, & vinculum ſocietatis humanæ. In hac non eſt quod æſtimemus quid expediat: expedit tibi, quicquid illa dictauerit. Quiſquis ergo hanc ſectari deſideras, Beneficus. Deũ time prius & ama, vt ameris à Deo. Amabilis eris Deo, ſi in hoc illum imitaberis, vt velis omnibus prodeſſe, & nulli nocere. Et tunc te iuſtum virum appellabunt omnes, ſequentur venerabuntur, & diligent. Iuſtus enim vt ſis, non ſolum non nocebis, ſed etiam nocentes prohibebis: nam nil nocere, non eſt iuſtitia, ſed abſtinentia alieni eſt. Ab his ergo incipe, vt non auferas, vt ad maiora proueharis, & E aliis ablata reſtituas. Raptores quoque ipſos ne aliis timendi ſint, caſtiga & cohibe. Ex nulla vocis ambiguitate controuerſiam nectes, ſed animi qualitatem ſpeculare. Nihil tibi intereſt an * firmes, an iures. De fide & religione ſcias * al confirmes. agi, vbicunque de veritate tractatur, nam * ſi iureiurando Deus inuocetur, & non inuocatus teſtis eſt, tamen non tranſies veritatem, ne iuſtitiæ tranſeas legem. Quod ſi aliquando coarcteris vti * mendacio, vtere non ad falſi, ſed ad veri cuſtodiam: & ſi contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, ſed potius excuſaberis: quia vbi honeſta cauſa eſt, iuſtus ſecreta non prodit, tacenda enim tacet, loquenda loquitur: atque illi aperta & ſecura tranquillitas, vt dum alii vincantur à malis, vincantur ab illo mala. Hæc ergo ſi ſtudere curaueris, lætus & intrepidus curſus tui finem expectabis: proſpicies hæc triſtia huius mundi hilaris: tumultuoſa, quietus; extrema, ſecurus.

** Caute lege, non multum intereſt inter ſimplicem aſſertionem, & iuramentum. Et hoc ſane opus eſt religionis, aliud non. Forſan hyperbolice ita loquutus eſt quod vir probus atque perfectus eſt eſt, non non, niſi maior neceſſitas*
F *neceſſitas contentus eſſe debet, vt Chriſtus monet in Euangelio.*

** Caute iſta lege, nam certum eſt mendacium quantumuis officioſum, nunquam eſſe licitum. Vide S. Thomam 2. 2. q. 110. art. 3. & Sixtum Senenſem lib. 5 bibl. annot 107.*

De menſura & moderatione prudentiæ. Cap. V.

His ergo inſtitutionibus obſeruatis, quatuor virtutum ſpecies perfectum te facient virum, ſi menſuram rectitudinis earum æquo viuendi fine ſeruaueris. Nam ſi prudentia terminos ſuos excedat, callida & pauida commiſceris, inueſtigator latentium, & ſcrutator qualiumcunque noxarum oſtenderis: notaberis timidus, ſpecioſus, attentus: ſemper aliquid quærens, ſemper aliquid timens, ſemper aliquid dubitans: & ſubtiliſſimas ſuſpiciones ſuas ad animi tui apprehenſionem impingas: monſtraberis digito aſtutia plenus, verſipellis, & ſimplicitatis inimicus, contemplatorque culparum, & poſtremo vno nomine vocaberis à cunctis, ma- G lus homo. In has ergo maculas prudentia immenſurata perducet: quicunque in illa mediocri lance perſiſtit, nec obtuſum in ſe aliquid habeat, nec verſutum.

De moderanda fortitudine. Cap. VI.

Magnanimitas autem ſi ſe extra modum ſuum extollat, faciet virum minacem, inflatum, turbidum, inquietum: & in quaſcunque excellentias dictorum, actorumque neglecta honeſtate feſtinum, qui momentis omnibus ſupercilia ſubrigens & beſtiarius etiam quieta excitat, alium ferit, alium fugat. Sed quamuis audax ſit impugnator, tamen multa extra ſe valentia ferre non poterit. Sed aut miſerum appetit finem, aut ærumnoſam ſui memoriam derelinquit. Menſura ergo magnanimitatis eſt, nec timidum eſſe hominem, nec audacem.

De modo temperantiæ. Cap. VII.

Continentia deinde his terminis te aſtringat: caue ne H Temperantiæ mediocritas. parcus ſis, ne ſuſpicioſe & timide manum contrahas. Ne in minimis quoque ſpeculum ponas. Nam talis & tam circumciſa vilis putabitur integritas. Hac ergo mediocritatis linea continentiam obſeruabis, vt nec voluptati deditus, prodigus & luxurioſus appareas: nec auara tenacitate ſordidus, aut obſcurus exiſtas.

Qualiter ſit moderanda iuſtitia. Cap. VIII.

Iuſtitia poſtremo eo mediocritatis tibi itinere regenda eſt, vt nec ductu * iugiter leui atrum notam ſemper animi ra- * al turpi-ſcienti. tionem negligentia ſubſequatur. Dum neque de magnis, neq; de minimis errantium vitiis corrigendi curam geris, ſed neq; licentiam peccandi, aut alludentibus tibi blande,

A

Iuſtitiæ modus.

aut illudentibus proteruè permittis, neque rurſus nimia rigiditate & aſperitate, nil veniæ aut benignitati reſeruans, humanæ ſocietati durus appareas. Ita ergo iuſtitiæ regula tenenda eſt, vt reuerentia diſciplinæ eius, neque nimia negligentiæ communitate deſpecta vileſcat, neque ſeueriori atrocitate diuturna, gratiam humanæ amabilitatis amittat.

Concluſio præmiſſorum.

Si quis ergo vitam ſuam ad vtilitatem non tantum ſibi, ſed multorum inculpabiliter componere deſiderat, hanc prædictarum virtutum formulam pro qualitatibus temporum, locorum, perſonarum atque cauſarum ſequatur: eo mediocritatis limite conſiſtens, quo per abrupta altitudinis non præcipitet, aut ruentem corporis deſidiæ iniuriam, aut efficientem patiatur ignauiam.

B

MARTINI EPISCOPI DVMIENSIS DE MORIBVS.

LIBER VNVS.

Omne peccatum actio eſt. Actio autem omnis voluntaria eſt tam honeſta quam turpis: ergo voluntarium eſt omne peccatum. Tolle excuſationem, nemo peccat inuitus. Educatio & diſciplina mores faciunt: & id vnuſquiſque ſapit, quod didicit. Itaque bona conſuetudo excutere debet, quod mala inſtruxit. Nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe vitioſum eſt: quia facta cernuntur, animus vero non videtur. Nulla autem laus eſt, non facere quod facere non poſſis. Quid homini eſt inimiciſſimum? homo. Libenter feras, quod neceſſe eſt: dolor patientia vincitur. Expecta quo nunquam pœniteas. Non quam multis placeas, ſed qualibus ſtude. in hoc tantum incumbe, vt libentius audias, quam loquaris. Multos vitam differentes mors incerta præuenit. Itaque omnis dies velut vltimus iudicetur. Triſtitiam ſi potes, ne admiſeris: ſin minus, ne oſtenderis. Amicos ſecreto admone, palam autem lauda. Verba rebus non perſonis æſtimanda ſunt. Oratorem te puta, ſi tibi ante omnes, quod oportet, perſuaſeris. Vt licentioſa mancipia animi, imperio coerce linguam, ventrem, & libidinem. Quod tacitum eſſe velis, nemini dixeris. Si tibi non imperaſti, quomodo ab alio ſilentium ſperas? Ridiculum eſt, aliquem odio nocentis, innocentiam perdere. Monſtro ſimilis eſt auaritia ſenilis. Quid enim ſtultius eſt, quod dici ſolet, quam via deficiente viaticum augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudet te fortius naſci quam viuere? Quid dulcius, quam habere amicum cum quo audeas vt tecum omnia loqui? Magnarum virium eſt negligere lædentem. Quid ſis, intereſt; non, quid habeas. Nondum es fœlix, ſi te turba non deriſerit. Si vis beatus eſſe, cogita hoc primum contemnere, & contemni. Priusquam promittas, deliberes: & cum promiſeris, facias. Id agis, ne quis merito te oderit: & ſi nullos inimicos tibi facies iniuria, multos facit inuidia. Solitudinem quæret, qui vult cum innocentibus viuere. optimus ergo animus, & pulcherrimus cultor Dei eſt. Abſtinebis ab alieno matrimonio. Præſtabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus æquitatem. Deuitabis crudelitatem, & miniſtram crudelitatis iram. Non aliter viuas in ſolitudine, aliter in foro. Nihil petas, quod negaturus fuiſti: nihil negabis, quod petiturus fuiſti. Pacem cum hominibus habebis, cum vitiis bellum. Hoc habet omnis affectus, vt in quod ipſe inſanit, in id putet etiam cæteros furere. Maximum in eo vitium eſt, qui non melioribus vult placere, ſed pluribus. Vis omnibus eſſe notus, prius effice vt neminem noueris. Bonum eſt non laudari, & eſſe laudabilem. Stultum eſt, timere quod vitare non potes. Male opinantur de te homines, ſed mali. Malis diſplicere, eſt laudari. Male de te loquuntur homines, ſed ne autem loqui neſciunt: non quod merearis, ſed quod ſolent ipſi. Homines de te mala loquuntur? Si merito: non quod loquuntur moleſtum eſt, ſed quod non mentiuntur. Si immerito? innocentia mea nunc maxime gaudeo? apparet enim illos vera obiecturos, ſi poſſent. Non es in patria tua? Patria tua eſt, vbicunque bene es: illud enim per quod bene eſt, non eſt in loco, ſed in homine. Nihil magnum, niſi magno animo deſpicias. Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit. Quid eſt dare beneficium? Deum imitari. Honeſtius eſt, cum iudicaueris, amare? quam cum amaueris, iudicare. Diſſenſio ab alio incipiat, à te autem reconciliatio. Succurre paupertati amicorum, immo occurre. Amicos ſecundæ res parant, aduerſæ certiſſime probant. Peiora ſunt tecta odia, quam aperta: Itaque ſe minus loquax inimicus offendit, quam tacitus. Mira ratio eſt, quæ non vult prædicari, quod gaudet intelligi. Ignoſci amat, qui quod odit, oſtendit. Eleemoſyna non tam accipientibus quam dantibus prodeſt. Et ſpes præmij, ſolatium ſit laboris. Quæ eſt maxima egeſtas: auaritia. Pecuniæ imperare oportet, non ſeruire. Nullum conſcium peccatorum tuorum magis timueris, quam temetipſum: Alium potes effugere, te autem nunquam. Quis eſt pauper? qui ſibi videtur. Quia multis timetur, multos timet. Infœlicem finge, ſubinde fœlicitatem. Vera fœlicitas innocentia eſt. Nequitia ipſa ſui pœna eſt. Mala conſcientia ſæpe tuta eſt, ſecura nunquam. Libidinis iniuriis continebit, qui eterni cogitabit. Beneficij accepti nunquam oportet obliuiſci, dati, protinus. Inhoneſta victoria eſt, ſuos vincere. Satis eſt peccantem, potuiſſe punire: Inimicitias tarde ſuſcipe, amicitias exerce moderate. Simultates depone. Imago animi, ſermo eſt. Qualis vir, talis oratio. Magna res eſt vocis & ſilentij temperamentum. Qui æquo animo malis immiſcetur, malus eſt. Neminem laudaueris, neminem etiam accuſaris, ſemper puta, te cum diis teſtimonium dicere. Vitium, eſt, omnia credere: vitium, nihil credere. Vtendum eſt diuitiis, non abutendum. Nullum putaueris locum ſine teſte. Excuſationem quærere vitium. Fortior eſt qui cupiditatem vincit, quam qui hoſtem ſubiicit. Eſt difficillimum ſeipſum vincere. Iniquè iraſcitur, qui ſuis iraſcitur. Amare ſic incipe, tanquam non liceat deſinere. Magnarum rerum etiam ſi ſucceſſus non fuerit, honeſtus eſt ipſe conatus. Nobilitas animi, eſt generoſitas ſenſus: nobilitas corporis, generoſitas animus. Honeſtior eſt, quem ſenectus ad otium retulit, quam quem in otio inuenit, & tunc incipit laborare. Turpe ſpectaculum præbet animus æger. Nunquam ſit triſtis facies tibi in commodo alterius. Homo ſum: quomodo deuitabo ſecundarum rerum inuidiam? Si fœlicitatem iactaueris, cum multis dines eris. Quomodo optime potentiam tuebor? impotentia occaſionis. Locum tenet innocentiæ proximum confeſſio. Vbi confeſſio, ibi remiſſio. Ita ſeueritas in vitio eſt. Boni iudicis eſt diſpenſare, non tantum quid damnandum ſit, ſed quatenus. Proximus iuſtitiæ modus ſeueritas. Quietiſſimam vitam agerent homines in terris, ſi hæc duo verba à natura omnium rerum tollerentur, meum & tuum. Qui paupertatem timet, timendus eſt. Vires tuas amici magis ſentiant beneficiis quam iniuriis. Pecunia non ſatiat auaritiam, ſed irritat. Homo ſemper indigens pecunia, ſcit eum eius moribus conuenire. Mihi crede, non potes diues eſſe & felix. Amibus ſi eque pnus quam lingua vtere. Quicquid dicturus es, antequam aliis, dixeris tibi. Nihil intereſt inter iratum & inſanum, niſi vnus dies: Alter non ſemper iraſcitur, alter ſemper inſanit. Facillime bonus fueris; ſi ea vitaueris quæ vituperaueris. Cum alienos timueris, te ipſum vereberis: ſæpe ſine aliis eſſe potes, ſine te nunquam. Si bene te inſtruxeris, pudeat deteriora facere. Quod perſuaſeris, erit diuturnum: quod coegeris, erit in occaſione. Alteri ſemper ignoſcito, tibi ipſi nunquam. Tantum adiectionem adiicies, quantum ex voluptate abſumeris. Stultum eſt ſomno delectari, & quaſi mortem, imitari. Bonis nocet, qui malis parcit. Multi cum aliis maledicunt, ſibi ipſis conuitium faciunt. Nihil turpius, quam quod obiicit alteri, ſibi obiiciendum. Vt licentioſa mancipia animi, imperio rege linguam, libidinem, ventrem: cupiditatemque comprime: ſi non potes, paululum

Marginal notes (left): Conſuetudo. — C — Mortis cogitatio. — Auaritia. — Quid ſit felicitas. — D — Fama.

Marginal notes (right): E — Vitæ diuitiæ. — Odium. — Auaritia. — F — Conſcientia. — Credulitas. — G — Meum & tuum. — Amicus. — H

A lulum remitte. Sæpe ea quæ ſanari ratione non poterant, ſanata ſunt tempore. Qui propter pecuniæ amorem & libidinum moritur, oſtendit ſe nunquam ſui cauſa vixiſſe. Turpia ne dixeris: paulatim enim pudor per verba diſcutitur. Sic habita, vt potius laudetur Dominus quam domus. Conſuetudinaria res eſt innocentia; non damnatio, ſed cauſa hominem turpem facit. Merito damnari, pœna eſt: damnatio immerita damnantis eſt calamitas. Si aliquid cogitaueris, cito apparebit conuerſantibus. Videri vis ab omnibus? nunquam bonæ honeſtatis ſimulatio longa eſt. Quod de alienis tractas, ex tuis iudices. Multi ſunt obligandi, pauci offendendi: nam memoria beneficiorum facilis eſt, iniuriarum tenax. Obiurgationi ſemper aliquid blande admiſce: facilius enim penetrant verba quæ molli vadunt via, quam aſpera. Nemo enim ſe mutat, quia mutari ſe deſperet. Quotiens ſcribens aliquid dicturus es, ſcito morum tuorum te hominibus chirographum dare. Qui in ſeruos iraſcitur; & crudelis eſt, ſatis oſtendit poteſtatem aduerſus alienos ſibi defuiſſe. Qui neſcit tacere, neſcit loqui. Facilius eſt pauperi contemptum effugere, quam diuiti inuidiam. Bonus fruitur bona conſcientia.

B Malis hominibus tutiſſimum eſt, cito fugere. Nulla puſilla domus, quæ multos amicos capit. Scire vti paupertate, maxima felicitas. Acuit intentio, frangit animum remiſſio. Nunquam ſcelus ſcelere vincendum eſt. Bonus vir eſt qui eo perduxit affectu animum, vt non tantum peccare non velit, ſed etiam non poſſit. Regnantibus, peius multo periculum, quam his qui iudicantur: hi enim ſingulos timent, illi vniuerſos. Nunquid fortis fortem ſe gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmum? Nunquid diues in opibus ſuis gloriabitur, cuius ſpem fur vel tyrannus abrupit? Nunquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnunquam indignis & miſerabilibus ſeruiens? Diabolus aliquando ſe gloriabatur interfectorem tuæ miſericordiæ, nunc intergemiſcit ſocios tuæ beatitudinis. Fugienda ſunt omnibus modis, & abſcindenda igni ac ferro, totoque artificio ſeparanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente, à ciuitate ſeditio, à domo diſcordia, à cunctis rebus intemperantia. Dixit quidam, amicorum omnia eſſe communia, & amicum ſeipſum eſſe

C alterum: duorum temporum maxime habendam curam, & eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſimus, poſt Deum veritatem colendam, quæ ſola homines diis proximos facit.

Turpiloquium. — *Iracundia in ſeruos.* — *Fugiendi.*

IOANNIS CLIMACI OPVSCVLVM, CVI TITVLVS, CLIMAX, SIVE SCALA PARADISI.

Ambroſio monacho Camaldulenſi interprete.

D

Ex Bellar. de ſcriptorib. Eccleſiaſticis.

IOANNES Climacus Monachus religioſiſſimus, ſcripſit *librum triginta graduum*, quibus aſcenditur in perfectionem, vnde ipſe nomen Climaci inuenit. Exiſtimant aliqui recentiores illum floruiſſe anno Dom. 340. ſed non putamus id eſſe verum, tum quia nemo veterum hoc dicit, neque ex ipſius libro id colligi poteſt; tum quia in eo libro fit mentio ſancti Abbatis Sabbæ, qui tempore Iuſtiniani Imp. obiit anno Domini 532, vt refert Card. Baron. tom. 6. Annalium.

Vita Ioannis Climaci, ſub compendio à Daniele humili Monacho conſcripta.

E

QVænam hunc virum diuinum ciuitas tulerit, atque ante cæleſtis militiæ glorioſam exercitationem educauerit; non facile dixerim, cum id mihi non ſatis diligenter exploratum ſit. Quænam vero modo ipſum ferat, æternisque & immortalibus delicijs paſcat; longe ante nos Paulus expreſſit. Eſt enim & ipſe penitus cæleſtis illius Hieruſalem effectus municeps, in qua Eccleſia primitiuorum eſt; quorum, inquit, conuerſatio in cœlis eſt: *vbi ſpiritu purgatiſſimo atque ab omni materia remoto, diuina inſatiabiliter hauriens, pulchritudines inuiſibiles contemplans, digna ſudorum præmia recipit, laborumque mercedem quietiſſimam refert. Nam cæleſtis regni hæreditate potitur, cum illis iam in æternum tripudiat, iungitque lætitiam cum iis, quorum pes ſtetit in directo. Quonam vero modo beatitudinem iſtam ſibi comparauit, iam dicere inſtituam. Hic cum per ætatem corpoream, ſedecim ferme eſſet annorum, ſeipſum obtulit Chriſto, ſacrificium gratum atque acceptabile, monaſticæ vitæ iugo colla ſubiiciens in monte Syna, eo (puto conſilio, vt ipſa viſibilis loci commemoratione admonitus, ad inuiſibilem Deum facilius dirigeretur & aptius perduceretur. Atque peregrinationem vt intellectualium adoleſcentularum magiſtram imprimis adamauit, per quam, turpi & noxia confidentia omni reiecta, humilitate honeſtiſſima aſſumpta, dæmonem illum à quo nonnunquam vt nobis ipſis placeamus nobiſque confidamus inducimur, à ſe penitus eliminans, ab ipſo quoque cordis aditu reiecit. Inclinans vero ceruicem, & confidens in Domino, ac ei qui ſe ſuſceperat patri veluti optimo cuidam gubernatori ſe totum permittens, altiſſimos atque ſæuiſſimos vitæ præſentis fluctus ſine periculo traiiciebat. Adeo vero perfecte mundo proprijſque voluntatibus mortuus erat, vt inexpertem rationis ac voluntatis animam quandam habere videretur, atque proprietate naturali omnino liberatam. Idque, cum ante hanc cæleſtem ſimplicitatem, mundana ſapientia non fuerit imperitus, ſane mirabile eſt. Philoſophiæ enim tumor, à Chriſti humilitate (vt plurima alia) longe remotus eſt. Decem igitur & nouem annos ita conuerſatus eſt, ac beata ſubiectionis exemplar omnibus factus, cum is qui illum exercuerat ſenior ſanctus migraſſet ad Chriſtum, & ipſe ad vitæ ſolitariæ ſtudium egreditur, illius orationibus vt armis potentiſſimis fretus ad deſtructionem munitionum Sathanæ. Quinto autem ab eccleſia lapide, palæſtræ ſuæ domicilium conſtituit, loco cui Tholas nomen eſt. Ibique quadraginta annos ſumma animi magnanimitate & alacritate tranſegit; ardentiſſimo amore ac diuinæ charitatis igne ſemper æſtuans. Iam vero quis poſſit, quantos illic pertulit labores, digne aut verbis aut plauſib. proſequi? Quomodo enim id efferri in lucem poterit, cum omnis eius labor, clam & ſine arbitro exactus ſit? Veruntamen ex primitijs quibuſdam & velut pignoris occaſionibus, beatiſſimi viri ſanctum vitæ inſtitutum audiamus. Edebat quidem ex omnib. quæ ſibi per profeſſionis ſuæ votum edere licebat. ſed modice omnino, vt ex hoc faſtidium atque elationis cornua ſapientiſſime diſtringeret: breuitate quidem victus, inſanam gulæ rabiem penitus affligens, atque illi propemodum clamans,* tace, obmuteſce: *& ex omnibus, modica guſtando, tyrannidem vanæ gloriæ ſub iugum mittens. Solitudine præterea & raro hominum congreſſu, fornacis huius flammam (luxuriam ſcilicet) adeo extinxit, vt omnino obſtructa ſedaretur, nullaſque moleſtias irrogaret. Cupiditatem vero (quam idolorum venerationem Apoſtolus eſſe definiuit) miſericordia Dei rerumque exiguitate fortiſſime fortiuſque ſuperauit. Acediam vero, animæque deſidiam (quam merito iugem animæ mortem dixerim) mortis memoria iugi, pietatis exercitatione deuitauit. Cumque nullius mortalitatis affectione teneretur, æternorumque ſolum ſenſu paſceretur, noxia triſtitia liber euaſit. Iracundiæ vero tyrannidem in ſeipſo per obedientiæ gladium occiderat. Raro præterea congreſſu corporis, taciturnitate ſermonis, vanæ gloriæ ſanguiſugam araneæ ſimillimā mortificauit. Quid etiam vitij ſupremam diligentiſſimamque emundationem (ſuperbiæ ſcilicet) proſequar: quam cœpit quidem per obedientiam manſuetudinem nouus hic Beſeleel, perfecit vero cæleſtis Ieruſalem Dominus, præſentia ſua adueniens, humilitatemque aduerſus illam exaltans, quaſi ſine, diabolum eiuſque conformem claſſem deſtrui poſſibile non eſt. Vbi vero, in huius coronæ contextu, ponam lachrymarum illum fontem: rem quidem raram, & quæ in nullis non facile inuenitur, quarum hodie ſupereſt ſecreta officina,*

Gal. 4. — *Monaſterium in Sina.* — F — *Philoſophiæ tumor ab humilitate Chriſti, longe remotus eſt.* — *Tholas.* — G — *Sobrietas Climaci.* — *Pſal. 5.* — H — *Acedia, eſt animæ mors iugis.* — *Lachrymæ Climaci.*

A ſpelunca breuiſſima in extremitate quidem ad radicem montis poſita, tantumque ab aliis atque omni alia cellula remota, quantum ad obſeruandas gloriæ inanis [illegible] ſatis eſſe videbatur? Ad cælum vero [illegible] quæ, genuflexionibus, ſuſpiriis, ſingultibus, precibusque, & huiuſmodi reliquis quæ ab his fieri ſolent qui gladio charitatis punguntur, & quibus offenduntur oculi perſtringens ſomnumque tantum capiebat quantum ſufficeret, ne poſſe [illegible] ad formandum animi intellectusque ſubſtantiam, ne per enormitatem vigiliarum contabeſceret. Ante ſomnum vero vt plurimum orationibus vacans, libellos etiam conſcribere ſolitus erat, quo ſolo opere, acediæ languorem à ſe fugabat. Porro curſus eius omnis, perpetua erat oratio, amorque incomparabilis ad Deum: hunc enim die noctuque, mundiſſimo caſtitatis ſpeculo intuens, ſatietatem vllam capere nolebat: immo vero vt magis proprie eloquar, non poterat. Huius aliquando diuini patris vitæ imitator cupiens, eiusque diſciplinis imbui, atque ab eo vera Philoſophiæ elementa percipere, quidam ex his qui iuxta eum ſolitariam degebat,

Moyſes, Ioannis Climaci diſcipulus.

Moyſes nomine, plerosque ſanctorum Patrum precatores exhibuit, per quos, vt ſe in diſcipulum ſuſciperet, ſuppliciter precibus orauit. Igitur illorum precibus fretus, à ſancto viro quod optauerat, ſuſceptus eſt. Hunc aliquando ſanctus pater præceperat, vt quodam ex loco pinguis glebæ materiam comportaret, pro [illegible] hortulorumque

B cultura. Perueniens igitur Moyſes ad denotatum ſibi locum, quod iuſſus fuerat, impigre exequebatur. Sed cum iam meridianum tempus adeſſet, & ſolis incendio, fornacis in morem locus ille igneſceret (erat enim menſis Auguſtus) videns Moyſes, & ex tranſmiſſione fatigatus aliquantula requie opus ſibi eſſe decernit, atque ſub cuiuſdam ſaxi vmbra ſeipſum demittens obdormire cœpit. Sed clementiſſimus Deus fideles ſeruos ſuos in nullo contriſtari permittens, ne tam periculo ſubiaceret Moyſes, conſueta illorum miſericordia hoc modo præoccupat. Magnus his pater noſter Ioannes cum in cellula ſua degeret, ſibi ipſi & Deo vt conſueuerat vacans, in ſomnum quemdam [illegible] incidit; videtque per viſum, virum quemdam auguſtiore facie & habitu ſe excitantem, ſomnumque ſibi exprobrantem, ac dicentem: Tune Ioannes ita ſecure obdormis, & Moyſes periculo proximus eſt? Ille itaque euigilans, oratione ſtatim armatur pro diſcipulo ſupplicans. Quem poſtmodum ad veſperam reuertentem, interrogat num aliquid ſibi aduerſum atque inſperatum contigiſſet? Tunc ille: Saxum (inquit) mira magnitudine, paruum abfuit quin me demoliretur & penitus contereret, cum ſub illo profunde obdormirem; niſi vocem

C tuam me audire exiſtimans ex loco, concito ſaltu, timore plenus exſiluiſſem. Quo facto continuo ſaxum illud è rupe auulſum ac terræ affixum conſpexi. Quo audito, vir Dei, verè mente humilis, nihil quæ ex his quæ viderat & audierat diſcipulo annunciauit; ſed altis clamoribus & intimis charitatis vocibus hymnum dicens, gratias vberrimas retulit Deo. Erat enim vir ſanctus etiam vulnerum medicus. Monachum enim quemdam Iſaac nomine, quem aliquando graui

Iſaac Monachus.

carnis æſtu [illegible] incendio. [illegible] vndique mœrore circumfuſus, [illegible] bellum ſuggerebat & [illegible] patefecit. Eius itaque fidem & humilitatem vir Dei admiratus; blande his vocibus conſolatur dicens: Itemus, inquit, ambo ad orationem fili, & nimium clamans & miſericors [illegible] non deſpice [illegible] ſtrat. Quod cum factum fuiſſet, necdum oratione completa, [illegible] preno in faciem infirmo fratre proſtrato, voluntatem timentium ſe fecit

Pſal. 144.

dominus, vt ex hoc prophetam ſuum [illegible] Serpenſque carnis effugit, flagellis [illegible] oratione [illegible]

Serpens carnis.

Porro qui hactenus fuerat æger, liberatum ſe [illegible] conſpiciens, omniaque iam huiuſmodi [illegible] obſtupuit

D valde, Deoque & præcipuo eius famulo gratias retulit. Cum vero præterea hic venerandus pater verbo gratiæ ad ſermonem affluentem [illegible] ſatiaret, ac doctrinæ flumina largiſſime profunderet, maligni quidam homines inuidiæ facibus inflammati, [illegible] quanta ex illius doctrina gignebatur cohibere volentes, loquacem illum ac nugacem vocare cœperunt. Quod ille animaduertens, cun-

Philip. 4.

ctaque in eo qui ſe confortabat Chriſto poſſe edoctus, noluit ſolum per ſermonem exhortationem, eos qui ad ſe vtilitatis ſuæ cauſa

1 Tim.

veniebant erudire volens, ſed multo potius per ſilentium & propriam Philoſophiam, vt ſicut ſcriptum eſt, abſcinderet quærentibus occaſiones, vſque ad certum temporis [illegible] doctrinæ fluenta comprimere. Satius eſſe [illegible] exiſtimans hoc interim detrimento affici ſuo [illegible] taſſe per ſilentium amplius profecturi erant, quam [illegible] ne illorum malitia & maliuolentia excreſceret. Quocirca & illi [illegible] humilitatem ac modeſtiam viri, conſiſque quod ſibi eiuſmodi vtilitatis fontem obturauerant,

Silentii laus.

quantoque detrimento omnes [illegible], ad virum ſupplices ad-

E veniunt, doctrinæque ſermonem communi voto cum aliis expoſcunt. Ceſſit igitur ſtatim, vt qui contradicere non norat, & denuo priorem ſtatus arripuit normam. Cum igitur ita bonis omnibus excelleret, vt ſimilis inueniri non poſſet, vno ſimul omnes voto vnoque affectu, tamquam nouum quemdam Moyſem inuitum illum ad fratrum magiſterium & regimen aſſumpſerunt, lucernam (vt ita dixerim) ſuper principalem candelabrum eleuantes; nec tamen ſunt talium iudices, nec ſpe ſua fruſtrati ſunt. Aſcendit enim & ipſe ad montem, ſacratamque caliginem ſubiens, Dei manibus conſcriptam legem ſuſcipit, Deique contemplatione fruitur, & intellectualibus gradibus ſcandens, verbo Dei aperuit os ſuum, & ſpiritum attrahens eructauit verbum bonum de bono theſauro cordis ſui.

Matth. 5. Exod. 19. Pſal. 44. Matth. 12.

Sic igitur impleuit finem viſibilis vitæ in principatu Iſraeliticarum monachorum, in hoc ſolum à Moyſe differens, quod ſupernam Hieruſalem ſanctam ſortitus eſt conſcendere. Ille enim neſcio quomodo, etiam terrena fruſtratus fit. Atteſtantur autem his quæ diximus, quotquot per eum ſpiritus ſancti eloquia & gratia potiti ſunt, plurimique ex his eius gratia ſaluati ſunt hodieque ſaluantur. Teſtis optimus ſapientiæ huius ſalutis [illegible] ſapientiæ nouus Dauid. Teſtis item & paſtor noſter optimus Ioan-

F nes, à quo magnus ille exoratus de Synai monte ad nos vſque cognitione deſcendens, velut nouus aliquis Dei ſpeculator, ſuas à Deo tabulas inſcriptas oſtendit nobis: extrinſecus quidem actiuæ vitæ, intrinſecus vero contemplatiuæ doctrinam continentes.

Epiſtola Ioannis abbatis Raychu, ad Ioannem abbatem montis Synai, cognominatum Climacum.

DOmino ſingulariter mirabili, æquali angelis, patrique etiam, & doctori eximio, Ioanni abbati Montis Synai, Ioannes peccator, abbas Raychu in domino ſalutem. Agnoſcentes nos à perfectione longius remotos, tuam diſcuſſionis gratiam ſingularem [illegible], ac virtutibus cæteris ornatam obedientiam, in ea præſertim parte, in qua te cum talento tibi à Deo tradito lucrari conuenit, huiuſmodi ſupplicatione vtimur, Prophetici illius dicti memores: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: ſeniores tuos, & dicent tibi. Quocirca tibi, veluti communi omnium patri,

Monachorum [illegible]

Deut. 32.

G cunctiſque in exercitatione luctæ ſeniori, mentiſque acumine ac virtutibus omnibus & perfectione doctrinæ prædito, per noſtras literas procidimus, virtutumque tuarum culmen exoramus, vt nobis imperitis ac rudibus ea præſcribas, quæ in diuina ſpeculatione, ſicuti ille olim Moyſes, in hoc ipſo monte vidiſti, ac veluti tabulas quaſdam diuinitus ſcriptas librum ad nos à te dimittas; atque vt doctrinam nouo Iſraeli proponas, iis ſcilicet qui perfecte atque integre de ſpirituali Ægypto atque vitæ huius mari exierunt. Sicut igitur & eloquii lingua inſtar virgæ ſtatim mirabilia in mari geſſiſti, ita nunc quoque exoratus, ne declines monaſticæ perfectioni congruentem, vt in ventura ſæcula magiſter, [illegible] in ſalutem & conſolationem omnium, qui ſanctam hanc atque euangelicam conuerſationem elegere. Neque aſſentandi gratia iſtud à nobis dici arbitreris. Noſti quippe, ô ſanctiſſime pater, iſtiuſmodi adulationem alieniſſimam eſſe à propoſito atque inſtituto noſtro. Sed illud nos di-

Monachiſmus, ſancta & euangelica conuerſatio.

cere exiſtimamus, quod [illegible] omnes videant, & intelligunt, & dicunt. Libenter confidimus in Domino te ſuſcipere atque complecti, quos ſperamus inſculptos tabulis venerandos apices, quibus hi veraciter ducantur, qui ſine errore ſequi eos cupiunt ac veluti quandam ſcalam vſque ad cæleſtia erectam, eoſque qui cupiunt

H aſcendere innocuos illæſoſque perducentem tranſcendentes libere, & abſque vllo impedimento ſpiritualia nequitiæ & mundi, Rectores tenebrarum, & principes aeris. Nempe enim, ſi Iacob ille paſtor ouium cum eſſet, adeo terribilem ſcalam in viſione conſpexit, multo profecto magis rationabilium pecorum magiſter non viſione ſolum, ſed veritate quoque aſcenſum ad Deum tutum, & errore omni liberum oſtendet. Vale in Domino chariſſime, ac nimium venerande pater.

Epheſ. 6. Geneſ. 28.

A

Epiſtola Ioannis Climachi. Ioannes Ioanni gaudere.

ACcepi conuenientiſſimam honeſtiſſimo tuo atque impaſſibili inſtituto mundoque & humili cordi, quam ad nos pauperes & virtutibus inopes ſcripſiſti, venerandam epiſtolam tuam, summo vero præceptum ac vires noſtras excedentem iuſſionem. Tuum enim erat reuera, tuæque ſanctæ animæ proprium, nobis rudibus verbo & opere imperitiſſimis doctrinæ atque correptionis præcepta præſcribere. Familiare enim tibi ſemper fuit, nobis per teipſum proponere bonitatis exempla. Sed nos (vt id fateamur quod veriſſimum eſt) niſi metus & periculum eſſet ne iugum ſanctæ obedientiæ (quæ virtutum omnium mater eſt) à nobis excuteretur, nunquam profecto ea quæ ſupra vires noſtras ſunt, tentare auſi fuiſſemus. Oportebat enim, ô admirabilis pater, conuenienſque erat, hæc te ab illis potius quærere, qui ea iamdudum calluiſſent. Nos enim in diſcipulorum adhuc ordine annumerandi ſumus. Quoniam vero Dei veri patres noſtri veraciſque ſcientiæ magiſtri obedientiam definiunt vt in rebus quæ ſupra vires ſunt, nihil diſcernendo imperanti præcipientibus, imbecillitatem noſtram per oblitis, ea quæ ſupra nos ſunt audacter tentare aggreſſiſſemus. Non quidem vt aliquid, quod tibi profuturum ſit, nos dicturi putauimus, aut certe aliquid explanaturi, quod ipſe longe melius non noris, quam nos, ô diuinum ſacrumque caput. Mihi enim perſuaſum eſt (puto autem quod & prudentium ſingulis) mundiſſimum tuæ mentis oculum, ab omni terrena & tenebroſa paſſionum conſperſione, liberè & abſque vllius obicis retardatione diuinam intueri lucem, atque ab ipſa omnino illuſtrari. Ceterùm (vt dixi) mihi obedientia vocante reformidans, & veluti metu ad obediendum compulſus timore ſimul ac deſiderio tuæ ſanctæ iuſſioni obtemperare inſtitui, vt gratus, obediens, atque pictoris optimi inutilis filius, exili & admodum tenui ſcientia mea gracilique oblatione, ſolo atramento ſimpliciter viuentia eloquia adumbrans. Tibi vero committens, ô magiſtrorum ſumme & congregationis princeps, iſta & ornare & clarius differere, atque ea quæ deſunt implere, tanquam ſeruatori ſpiritalis legis. Hunc tamen ſane conatum noſtrum non ad te miſimus ad te tanquam tibi futurum emolumento. Abſit id penitus (hoc enim eſſet ex trema dementiæ, cum ipſe in Chriſto idoneus ſis non ſolum alios, verum etiam & noſipſos moribus ſacris & doctrinis erudire), ſed illum vocatæ à Deo congregationi, quæ vna nobiſcum abs te (doctorum optime) inſtituitur tranſmiſimus. Quorum precibus, quaſi quibuſdam ſpe intellectualibus manibus imperitis male leuatus, tanquam talem velum explicans, atque optimo gubernatori noſtro Chriſto veri gubernacula promittens, voto omnibus fretus iuſſione tua, hunc ad illos ſermonis iam initium facio. Obſecro autem omnes, quotquot in manus liber iſte venerit, vt ſi quid in illo vtile fortaſſis inuenerint, id optimi præceptoris noſtri eſſe non ingrate intelligant. Nobis vero ſolius conatus remunerationem à Deo donari intentiſſima oratione depoſcant. Non hi quæ dicuntur intendentes. Sunt enim reuera viliſſima, atque omni ignoratione & ſimplicitate plena. Sed propoſitum & alacritatem vt illius ex Euangelio viduæ ſuſcipientes. Neque enim numero & laborum multitudine Deus mercedem reddit, ſed alacri propoſito atque feruentiſſima voluntati. Epiſtola finis.

Obedientia vera.

B

C

D. IOANNIS CLIMACI DE INANIS VITÆ FVGA. GRADVS PRIMVS.

D

CVm ſummæ incomprehenſibilis atque incircumſcriptæ bonitatis Deus noſter & Rex ſit, (Eſt enim conuenientiſſimum, vt ad Dei ſeruos loqui inſtituentes, à Deo ipſo ſumamus orationis exordium) cunctas ad ſe conditas rationales creaturas, liberi arbitrii dignitate honorauerit. Alii quidem amici illius ſunt. Alii vero fideles ac legitimi ſerui. Quidam penitus inutiles. Alii vero ab ipſo prorſus alieni. Nonnulli vero quamuis imbecilles, tamen aduerſarii. Et amicos quidem Dei propriè (O ſacrum caput) nos ruſticiores eſſe arbitramur eas quæ circa illum ſunt intellectuales incorporeaſque ſubſtantias: Fideles autem ſeruos eos, qui ſanctiſſimæ illius voluntati obtemperauerunt, & impigre ac infatigabiliter obtemperant. Porro inutiles ſeruos, quotquot diuino baptiſmate dignati, pacta & conuenta cum illo legitime non obſeruauerunt. Alienos vero adeo atque inimicos intelligimus, quoſcunque à recta fide deuiaſſe cernimus. Hoſtes autem ſunt ii, qui præcepta Dei non ſolum repulerunt, atque à ſemetipſis abiecerunt, verum eos quoque validiſſime oppugnant, qui ea perficere contendunt. Quamuis igitur ſingulis, quos modo memorauimus, proprius & peculiarius debetur ſermo, nobis tamen imperitis ad præſens de omnibus proſequi vtile non eſt. Age iam, age ad eos, qui nos pio violentiſſimæ charitatis iure ſubegerunt, & fideliter coegerunt fideliſſimos Dei indignam manum noſtram per obedientiam indiſcuſſam extendentes, & ab illorum ſcientia ſuſceptum verbi Dei calamum ſubtriſti & perlucidæ humilitati intingentes, huncque in illorum lenibus & candidiſſimis cordibus, velut in chartis quibuſdam immo vero ſpiritualibus tabulis condentes diuinaque eloquia pingentes, hoc orationis noſtræ initium ſumamus. Omnibus qui voluntate & libero arbitrio vtuntur, Deus communiter proponitur, omnibus vita, omnibus ſalus, fidelibus & infidelibus: iuſtis, iniquis: piis, impiis: vitioſis, vitiis carentibus: ſecularibus, monachis: ſapientibus, rudibus: ſanis, imbecillibus: iuuenibus, prouectioribus, non aliter quam infuſio lucis, & ſolis aſpectus, temporumque viciſſitudines. *Neque enim eſt perſonarum acceptio apud Deum.* Impius eſt homo, igitur rationalis mortaliſque naturæ ſponte vitam fugiens, creatoremque ſuum qui ſemper eſt, veluti non eſſe exiſtimans. Iniquus eſt, qui legem Dei ad intellectum ſuum malum violenter intorquet, & cum ſit contentiæ hæreſeos Deo ſe credere putat. Chriſtianus eſt, qui Chriſtum, quantum homini poſſibile eſt, imitari nititur verbis & operibus, & tota intentione animi in ſanctam Trinitatem recte atque incomprehenſibiliter credens. Dei amator eſt, qui naturalium omnium rerum, & earum quæ per leges ſine peccato permittuntur particeps, bona quæ poteſt operari non negligit. Continens eſt, qui in medio tentationum & laqueorum verſatur, moreſque tranquillos turbiſque ac tumultibus liberos viribus omnibus imitari & aſſequi contendit. Monachus eſt ordo & ſtatus angelicus in corpore materiali & ſordido conſummatus. Monachus eſt, qui ſolum ad Deum acie mentis intentus, illum ſemper orat in omni tempore, & loco & re. Monachus eſt, perpetua naturæ violentia, ſenſuumque vigilantiſſima & indefeſſa cuſtodia. Monachus eſt caſtificatum corpus, expiatum os, animuſq; ſemper diuino lumine irradiatus. Monachus eſt afflictus & mœrens animus, qui iugi mortis memoria, ſiue vigilans, ſiue obdormiens ſeipſum ſemper exercet. Mundi derelictio, eſt ſpontaneum odium abnegatioque naturæ ex deſiderio fruendi rebus, quæ ſupra naturam ſunt, tanquam ex ſua ſtirpe progenitis. Quicunque præſentis vitæ commoda ſponte alacriterque relinquunt proſus, aut futuri regni gratia, aut ex peccatorum multitudinis memoria, aut ſola diuinæ charitatis cauſa iſtud faciunt. Porro ſi quis nulla ex prædictis intentionibus duce id facit, huius irrationabilis eſt renunciatio, veruntamen finem curſus qualemcunque inuenerit agonotheta noſter optimos approbat. Imitetur is qui peccatorum ſuorum onus deponere feſtinat eos qui extra ciuitatem ante ſepulchra ſedent, nec deſiſtat effundere feruidas & igneas lachrymarum guttas, cordiſque tacitos mugitus, quod ipſe quoque venientem videat Ieſum, lapidemque noſtræ cæcitatis à corde remouentem, & Lazarum animum ſcilicet peccatorum vinculis liberantem, miniſtris angelis iubentem: Soluite illum vitiorum nodis, & ſinite ad beatam placidamque tranquillitatem ire. Sin vero alias fecerit, nihil omnino proficiet. Quicunque ex Ægypto egredi Pharaonemque cupimus effugere, proſus Moyſe aliquo ad Deum ac poſt Deum mediatore nobis opus eſt; qui pro nobis medius inter actionem & contemplationem ſtans, manus extendat ad Deum, vt hoc duce directe traiiciamus mare atque amalech, vitiorum principem fugemus.

Liberum arbitrium.

E

F

Actor. 1.

Chriſtianus.

G

Monachus quid ſit.

H

Ioan. 11.

Exod. 17.

Seducti igitur ſunt qui ſibiipſis confidentes, nullo ſibi

A duce opus eſſe arbitrati ſunt, & illi quidem qui ex Ægypto egreſſi ſunt, Moyſen; qui vero ex Sodomis fugerunt, angelum Dei habuere ducem. Atque hi quidem qui ex Ægypto profecti ſunt, eos ſignificant, qui animarum ſuarum morbos per medicorum curam & diligentiam ſanare cupiunt. Qui vero ex Sodomis fugere, illos deſignant, qui miſeri immunditiam corporis exuere votis omnibus deſiderant. Quocirca angelis etiam videlicet æquali (vt ita dixerim) adiutore homine opus habent.

Nam ſecundum vulnerum putredinem peritiſſimo etiam artifice & medico egemus. Summa reuera violentia, indefeſſiſque, & iugibus laboribus illi opus eſt, qui in cœlum aſcendere cum corpore nituntur, idque maxime in principio renunciationis ſuæ, donec mores noſtri aſſueti voluptatibus, & cor noſtrum hactenus ſine doloris ſenſu, in amorem Dei, caſtitatiſque ſanctificationem per intentiſſimum luctum conuertantur. Labor enim reuera & ingens labor ſummaque amaritudo proponitur, eis maxime qui negligentius affecti ſunt, quo macello & voracitati aſſuetum carnis noſtrum animum ſcilicet ſpeculationis & caſti-

B tatis ſtudioſum per ſimplicitatem & profundam iræ extinctionem cautiſſimamque diligentiam efficiamus. Confidamus tamen quotquot vitiis pulſamur, etiam ſi nondum ſatis virium contra hæc adepti ſumus. Fideque firmiſſima infirmitatem noſtram & animæ languorem Chriſto ſupplici confeſſione offeramus, & omnino ipſius adiutorium vltra merita noſtra reportabimus, ſi tamen noſmetipſos iugiter in humilitatis profundum deiecerimus. Non ignorant, qui ad honeſtiſſimum iſtud duramque & arduum, ſed leue certamen accedunt, quod in ignem inſilire pergunt, ſiquidem diuini amoris ignem in ſeipſis habitare cupiunt.

1. Cor. 11. *Probet vero ſeipſum vnuſquiſque, & ſic de pane illius* cum amaritudinibus comedat, & de calice illius cum lachrymis bibat, ne ad iudicium ſibiipſi militet. Si non omnis qui baptiſma conſequitur, ſaluus eſt, ſilebo reliqua. Cuncta abnegabunt. Omnia deſpicient. Omnia irridebunt, vniuerſa ex-

Fundamentum pietatis. cutient, qui fundamentum optimum iactare pergunt. Porro fundamentum optimū triplex eſt, tribuſq; columnis fulcitur: Innocentia, ieiunio, & pudicitia. Omnes qui in Chri-

C ſto infantes ſunt, ab his tribus incipiant, atque infantes per ætatē ſibi ad exemplū ſumant. Nihil in illis inuenitur callidum, nihil durum, nihil ſimulatum; Non auiditas inſatiabilis, non venter inexplebilis, non ardens in corpore libidinis commotio. Cæterum ſecundum eſcarum incrementa fere etiam libidinis incentiua ſuccreſcunt. Odioſum ſane periculique pleniſſimum eſt, ab ipſo ſtatim conflictus congreſſu flacceſcere luctantem. Eſt enim futuræ necis non obſcurum argumentum. Erit nobis omnino perutile, forte & va-

Incipiendum magno animo. lidum renunciationis initium arripere, etiam ſi poſtmodum molleſcere contingat. Anima enim quæ viriliter pugnare cœperit, mutumque debilitata ceſſerit, antiquæ virtutis & ſtudij memoria quaſi ſtimulo quodam & flagello vulneratur, atque ex hoc nonnunquam plurimi priſtinum vigorem receperunt, prioreſque pennas reſumpſerunt. Quoties igitur anima ſeipſam prodiderit caloremque amabilem, ac beatiſſimum amiſerit, inquirat diligenter, qua ex cauſa id ſibi contigerit, atque aduerſus illam bellum omne ac ſtudium ſummis viribus reſumat. Neque enim poterit

D per aliam portam illum reuocare, niſi per quam egreſſus eſt.

Qui cum timore initium renunciationis accepit, timiamati ardenti ſimilis fortaſſe videatur, quod initio quidem ab odoris ſuauitate cœpit, poſtmodum vero in fumum deſiit. Qui vero ob mercedis ſpem, mola aſinaria profecto eſt, quæ ſemper ſimiliter mouetur. Qui autem ex diuina charitate ſeculo abrenunciat, ab ipſis ſtatim initiis ignem promeruit, qui fortaſſis in ſyluam iniectus, rogum ſemper vehementiorem vlterius exuſcitat. Sunt nonnulli qui ſupra lapides lateres ædificant. Sunt item alij qui ſuper terram columnas erigunt. Et ſunt alij qui cum modicum itineris pedibus fecerint, cum calefactis iam artubus & neruis, ocius poſtmodum proficiſcuntur.

Mat. 24. *Qui legit intelligat*, quid ſermo iſte ſignificet. Tanquam à Deo & rege noſtro vocati curramus alacriter, ne ſi forte pauco tempore vixerimus, in die mortis infructuoſi inue-

E niamur, & fame pereamus. Ita Deo & domino noſtro placere ſatagamus, vt regi ſuo milites. Nam poſt militiam tunc demum à nobis diligentiſſima ſeruitus exquiritur. Metua-

Conſpectus peccatoris. mus dominum, ſicut metuimus beſtias. Vidi enim viros furari cupientes, qui cum Dei metu à ſcelere non reuocarentur, canum latratibus perterriti ſtatim reuerſi ſunt, quodq; Dei timor non fecerat, id canum metus effecit. Diligamus dominum, ſicut amicos colimus; vidi enim ſæpe nonnullos qui cum Deum ſuis ſceleribus ad triſtitiam prouocaſſent, nullam reconciliationis curam habuerunt. Cum vero charos ſuos in aliqua vel leuiſſima re irritaſſent, omni induſtria, omni intentione, omni afflictione, omni confeſſione delicti per ſeipſos, per cognatos, per amicos, per munerum largitionem contra moliti ſunt, vt illos in antiquam charitatem reuocarent. Prorſus vero in ipſis abrenunciationis initiis non deficiamus in laboribus, non ſine labore & violentia & amaritudine virtutes operamur. Cum autem iam proficere cœpimus, ſine mœrore vel certe cum minimo mœrore exercemur. At vero cum mortalis ſenſus noſter penitus fuerit abſorptus, atque ab alacritate noſtra ſuperatus,

F tunc iam eas omni eas gaudio & ſtudio & deſiderio & diuinæ charitatis flamma perficimus. Quanto ſunt laudibus digniſſimi, qui ab ipſis confeſtim initiis cum gaudio & alacritate ſumma virtutes omnes arripiunt, & Dei mandata perficiunt: tanto ſunt miſerabiles æſtimandi, qui cum in hac exercitatione diutius vixerint ægre adhuc & cum labore eas ſubeunt, ſi tamen vel tandem ſubeunt.

Ne illa quidem renunciationum genera vituperemus,

Multi caſu videntur ad religionem accedere. aut condemnemus, quæ caſu fiunt. Vidi enim quoſdam fugientes cum procedenti regi inuiti occurriſſent, repente in illius obſequium atque inter illius milites aſcribi, regiamq; aulam vna ingredi atque inter illius conuiuas annumerari meruiſſe. Vidi ſemen in terram de agricolæ manu negligenter lapſum, fructum lætiſſimum ac plurimum tuliſſe. Sicut econtra etiam vidi nonnunquam in taberna medicorum quendam alterius conſpiciendi neceſſitatis cauſa aduenisse, ibique medici ſolertia & comitate deprehenſum, luminibus ſuis iniectam amiſiſſe caliginem.

Sicque fit vt in pleriſque ea & firmiora ſint, & magis rata quæ inuitis accidunt: quam quæ illis ex ſua ſententia prouenerunt. Nemo pondus multitudinemque peccatorum

G attendens, indignum ſe monaſtica profeſſione dicat, nec ſe ita decipiat, vt ſeipſum humilem exiſtimet, ſi vt fruatur voluptatibus, arduam virtutis ſemitam ingredi detrectat, prætendens occaſiones in peccatis. Nam vbi putredinis plurimum eſt, ibi maxima medicorum arte opus eſt, vt ea putredo omnis depuretur. Qui enim ſani ſunt, medicorum tabernas non adeunt. Si vocante nos terreno, & mortali rege, & in ſuum obſequium militare nos iubente, nihil moraremur, neque occaſiones quæreremus, ſed omnibus dimiſſis illi ſumma alacritate pareremus: attendamus nobiſipſis caueamuſque diligenter, ne forte rege regum & domino dominantium & Deo Deorum vocante nos ad cœleſtem hunc ordinem, per noſtram deſidiam & negligentiam obtemperare recuſemus, & poſtmodum ante tribunal illud horrendum inexcuſabiles inueniamur.

Fieri quidem poteſt, vt is qui ſeculi negociis & ferreis curis ſe deuinxit, incedat, ſed tamen non libere. Nam & hi quorum pedes ferro compedita ſunt, ſæpe incedunt, &

H ſemper offendunt vulneraque ſuſcipiunt. Is quidem qui ſine vxore in mundo degit ſoli negotiis obligatus, ei ſimilis eſt, cui ferreis nexibus manus circumligatæ ſunt. Ideoque ſi ad ſolitariam vel monaſticam vitam currere voluerit, non prohibetur.

Qui vero vxori coniunctus eſt, ei qui vinctas habet manus & pedes ſimilis videtur. Audiui ego quoſdam in mundo negligenter permanentes dicere ad me.

Quomodo poſſumus coniugibus vna cohabitantes, curiſque rei publicæ circumuallati, vitam monaſticam arripere? Ad quos ego: Omnia, inquam, bona quæ facere poteſtis facite, maledicta in nullum faciatis, nemini mentiamini, furto abſtinete, contra nullum eleuemini, neminem oderitis, eccleſias & collectas frequentate, indigentibus miſericordiam præſtate, neminem ſcandalizetis, alienis parietibus ne propinquetis, contentiq; eſtote vxorum veſtrarum

A

Supplicium æternum.

ſtipendus. Iſta ſi feceritis, non longe eritis à regno cœlorum. Cum gaudio & metu ad egregium iſtud certamen accingamur, inimicos noſtros nulla ratione formidantes: intuentur enim illi, & ſi non videantur à vobis, animarum noſtrarum vultus. Et ſi illos viderit formidine contrahi vel immutari, contra nos acerbius armantur. Intelligunt enim verſutiſſimi timorem noſtrum. Magno igitur animo aduerſus illos arma capiamus: contra eum enim qui alacriter pugnat, nullus oppugnando præualet. Mira diſpenſatione dominus rudibus adhuc militibus ſuis belli temperauit, ne initio ſtatim prælij magnitudine deterriti ad ſeculum redirent. Quocirca gaudete in Domino ſemper omnes ſerui Dei, hoc in vobis ſignum primum ſuperne aduerſum vos pietatis & charitatis, quodque ille vos vocauit agnoſcentes. Et hoc item facere Deus ſæpius agnoſcitur. Cum enim fortes animas viderit, ab exordiis ſtatim bello vehementiori pulſari permiſit, eas celeriter coronari cupiens. Abſcondit dominus à ſecularibus ſtadii difficultatem, immo vero facilitatem. Si enim hanc nouiſſent, nunquam profecto abrenunciaſſet omnis caro. Da labores iuuentutis tuæ Christo, & in ſenectute gaudebis

Dando Christo iuuentus.

ſuper pacatiſſimæ quietis opibus, ea quæ iuuentute congregauerimus, cum in ſenectute poſtea debiles fuerimus, nos nutriunt & conſolantur. Laboremus iuuenes ardentes, curramus ſobrie & vigilanter, mors enim incerta ho-

B

Dæmonum impietas.

ris omnibus imminet. Hoſtes reuera nequiſſimos habemus, acerrimos, verſutos, callidos, validiſſimos, nunquam dormientes, inuiſibiles, omni materiæ impedimentu liberos, ignem in manibus tenentes, templumque Dei per flammam, quæ in eis eſt, incendere omni ſtudio deſiderantes. Nemo cum iuuenis eſt, inimicos ſuos dæmones audiat, dicentes: Noli carnem tuam ita atterere, ne morbos & ægritudines incurras, vix enim reperietur hac præcipue ætate, qui hanc mortificare delegerit, etiam ſi ſe

Mortificatio.

multis & lautioribus cibis priuauerit. Hæc enim ſane eſt dæmonis aſtutia; idque niſibus omnibus contendit, vt ingreſſum certaminis noſtri mollem negligentiæ pleniſſimum faciat, fineque poſt medium initio conſentientem. Ante omnia iſtud inquirent qui Chriſto fideliter ſeruire cupiunt, vt loca, mores, ſeſſiones, ac ſtudia quæ ſibi ex patrum ſpiritualium ſententia, & ex cognitione propria competere præuiderint, & eligant. Neque enim omnium eſt in cœnobiis degere; atque eorum maxime qui gulæ illecebris pulſantur. Neque rurſus omnium eſt vitæ ſolitariæ quietem ſe-

C

Diligenda vitæ ratio. Triplex monachorum genus.

qui, & eorum in primis qui ad iracundiam prochuiores ſunt. Vnuſquiſque diligenter inſpiciat cui ſtatui aptior ſit. In tribus maxime principalibus ſtatibus monaſtica continetur vita. In anachoreſeos: in vnius vel duorum contubernio.

Prou. 4.

In Cœnobij cum tolerantia, commonitione.

In anachoreſeos vel ceſſionis certamine & ſolitudine: *Ne declines*, inquit, Eccleſiaſtes, *ad dexteram vel ad ſiniſtram, ſed via regia ingredere.*

Eccleſ. 4.

Medius enim prædictorum ſtatuum aptiſſimus plurimis fuit. *Væ enim ſoli* (inquit) *quoniam ſi in accidiam ciderit,* aut ſomnum, aut deſidiam, aut deſperationem, *non eſt in hominibus qui illum erigat*: vbi vero *ſunt congregati duo vel tres nomine meo, ibi ſum in medio eorũ, ait dominus.* Quis ergo

Matth. 18.

eſt fidelis & prudens monachus? Qui feruorem ſuum ſeruauit inextinguibilem, & indies vſque ad finem vitæ ſuæ ignem igni adiicere, feruorem feruori, deſiderium deſiderio, ac ſtudium ſtudio, nunquam deſiit.

D

De vacuitate affectionum.

Gradus II.

QVI Deum in veritate diligit, qui futuro regno perfrui veraciter quærit, qui pro peccatis ſuis veraciter dolet, qui reuera ſuppliciꝰ memoria tangitur, qui reuera tremorem mortis aſſumpſit, nihil iam in præſenti ſeculo diliget, nullius rei cura angetur, non pecuniarum, non prædiorum, non parentum, non mundanæ gloriæ, non amicorum, non fratrum, non vllius omnino terrenæ ac mortalis rei. Sed omnem huiuſmodi affectum, omnem harum

E

rerum curam ab ſe excutiens & execrans, præterea & carnem ſuam odio habens, nudus, ſecurus, impiger Chriſtum ſequitur, in cœlum ſemper aſpiciens, atque inde adiutorium expectans, ſecundum Dauid verba, dicentis: *Adhæſit anima mea poſt te.* Alteriuſque memorabilis viri ſententiam dixit: *Ego autem non laboraui te ſequens & diem aut requiem hominis non deſideraui Domine.* Confuſio ſane maxima eſt his omnibus, quæ prædicta ſunt omiſſis, poſt vocationẽ qua non homo, ſed Deus vocauit nos, alicuius alterius rei curam gerere, quæ nobis in hora vltimæ neceſſitatis, videlicet obitus noſtri prodeſſe non poſſit. Hoc enim eſt quod dixit Dominus *conuerſi retro nec inuenit aptum regno cœlorum.* Non ignorans dominus lubricum noſtri tyrocinii, quodque facile ſi ſecularium contubernio & familiari congreſſu vtamur, rurſus ad ſeculum conuertimur, ad quendam qui ſibi dixerat: *permitte mihi vt abeam & ſepeliam patrem meum*, ait: *ſine mortuos vt ſepeliant mortuos ſuos.* Solent dæmones cum iam ſeculo abrenunciauerimus, nobis miſericordes ac pios ex ſecularibus præponere, atque vt illos beatos, nos contra miſeros exiſtimemus ingerere, qui omni eiuſmodi virtute deſtituti ſumus. Ea vtique intentione inimici nobis iſta ingerunt, vt per adulterinam humilitatem nos aut ad ſeculum reuocent, aut ſi permanſerimus monachi, in deſperationem præcipitent.

Pſal. 62. Ierem. 17.

Lucæ 9.

Lucæ 9.

F

Sunt qui ſeculares homines elationis cauſa deſpiciant & nihil exiſtiment. Sunt item & qui vt deſperationis præruptа diffugiant & ſpem ampliorem ſibi acquirant, abſentes eos ſimiliter contemnunt. Audiamus quid adoleſcenti illi qui cuncta fere mandata impleuerat, dixerit dominus: *Vnum deeſt tibi, Vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus*, & teipſum pauperem conſtitue, alienſque miſericordiæ indigentem. Si prompte & celeriter currere volumus, intentius inſpiciamus quomodo omnes in ſeculo manentes & viuentes dominus mortuos dixerit, dicens ad quendam: *Sine ſeculares ſepelire mortuos ſuos ſeculariter mortuos.* Nihil adoleſcentem illum quo minus baptiſma ſuſciperet impediuere diuitiæ. Quam igitur inanes ſunt qui dicunt quod baptiſmatis gratia Dominus illi diuitias vendere præcepit? Sufficiat nobis vt gloriam profeſſionis noſtræ certius nouerimus, huiuſcemodi teſtimonium. Qui in mundo degunt vigiliiſque & ieiuniis & laboribus aliiſque afflictionibus ſeipſos conterunt, cum ad vitam monachorum veluti ad quandam probationis officinam vel ſtadium accedant. Priorem exercitationem ſuam adulterinam & fictam non vlterius arripiant. Vbi plurima variaque virtutum germina ab his qui degunt in ſeculo plantari & ex inani gloria tamquam ex cloaca & cœno irrigari, & ex oſtentatione circumfodi, atque ex laudibus humanis ſtercorari, quæ tamen tranſlata poſtmodum in deſertum ſolum atque ſeculi hominibus inuium, omniſque inanis gloriæ cœnuſlenti aqua vacuum, confeſtim exſiccata ſunt. Neque enim ſolent aquis proximæ arbores in duris & in aquoſis exercitationum locis fructum afferre. Si quis mundum omnino odit, hic triſtitiam effugit. Porro ſi quis qualibet viſibilium rerum affectione mordetur, triſtitia nondum liberatus eſt. Quomodo etiam non contriſtabitur, ſi eo quod diligit priuetur? In omnibus quidem igitur vigilantia nobis & ſobrietate opus eſt, ſed hoc ante omnia vigilantiſſime attendere & cauere debemus. Plurimos in ſeculo aſpexi præ ſolicitudinibus & curis occupationibuſque & vigiliis mundanis, proprii corporis inſanos motus effugiſſe eos ipſos, tamen cum exuti curis omnibus vigiliis ad monaſticam conuolaſſent, turpiter eo miſerabiliter corporis commotione ſordidatos. Attendamus nobis ipſis, ne forte dum anguſtam & arduam viam nos pergere aſſerimus, latam & ſpatioſam teneamus, noſque ipſos ſeducamus. Anguſtam viam tibi indicabit ventris afflictio: pernoctatio ſtabilis, aquæ menſura, panis inedia, ignominiæ ſalubre, & purgatiuum poculum, ſubſannationes, irriſiones, ludibria, abſciſſiones propriarum voluntatum: offenſionum tolerantia, contemptus noſtri, quæ murmuratione toleratio, vim ſibi in tolerando contumelias inferre, iniurias fortiter perpeti, detrahentibus non indignari, contemnentibus non ſuccenſere: condemnantibus humilitatem exhibere

G

H

A & iucunda ſe exhibituros, ea ſane intentione, vt curſum noſtrum optimum præpediant, ſicque inde iam ad ſuam voluntatem pertrahant. Sit autem noſtra ſeceſſio ad eas partes quæ humiliores ſint & minus celebres, & ab omni

Gen. 12. conſolatione ſeculi remotiores. Abſconde quantum potes, nec præ te feras ingenuitatem & claritudinem generis, ne aliter in ore, aliter in rebus affectus mutemaris. Nullus ita ſeipſum peregrinationi expoſuit, vt magnus ille patriarcha cui dictum eſt. Egredere de terra tua & de cognatione tua: & de domo patris tui, cum profecto in barbaram atque alterius linguæ terram vocaretur. Cuius tamen peregrinationem mirabilem, qui pro magnis viribus imitari ſtuduerũt, eos nonnunquam Dominus inſigni gloria affecit, & ſi hanc diuinitus, conceſſam gloriam conueniat per humilitatis clypeum fugere & declinare. Quotiens nos dæmones peregrinationis alicuius vt magnæ virtutis gratia laudant, totiens illius qui de cœlis ad terras propter nos peregrinatus eſt, intentiſſima cogitatione meminerimus, inueniemuſque nos ipſos in ſeculum ſeculi tantę propter nos aſſumptę peregrinationi non poſſe ſatisfacere. Grauis eſt & omnino vitabilis ad propinquorum vel etiam extraneorum aliquẽ

B immoderata affectio, cum ea nos ad ſeculum ſenſim poſſit attrahere ignemque compunctionis noſtræ penitus extinguere: Sicut impoſſibile eſt vno oculo in cœlum, altero in terram aſpicere, ita fieri non poteſt, vt in his anima non periclitetur, qui corpore & cogitatione ab omnibus & propinquis, & extraneis non ſe peregrinum fecerit. Labore ingenti, & fatigatione, mores graues & optimos acquirimus, & quos multo temporis labore quæſiuerimus, fieri poteſt vt vno momento temporis amittamus. Corrum-

1. Cor. 15. punt enim mores bonos colloquia mala ſecularia ſimul & turpia. Qui poſt abrenuntiationem cum ſecularibus verſatur, ſiue iuxta illos commanet prorſus, aut in eoſdẽ laqueos incidet: aut cor in eiuſmodi cogitatione inquinabit: aut certe ſi non inquinatus fuerit, eos qui inquinantur iudicans atque condemnans & ipſe inquinabitur.

DE SOMNIIS.

QVod noſter cognitionis intellectus imperfectus ſit, atque omni ignorantia repletus occultari non poteſt. Guttur enim cibos, auris autem intelligentias diiudicat. Et-

C iam imbecillitatem quidem oculorum manifeſtat ſol: ignorantiam vero animæ patefaciunt verba. Veruntamen charitas vel etiam ad ea quæ vires noſtras ſuperant diſſerenda nos cogit. Reor igitur & ſi certe ſtatuere non audeo, conſequens eſſe etiam de ſomniis hic pauca inſerere, vt huius quoque fallaciæ malignorũ non ſimus penitus ignari: Somnium eſt animi motus in immobilitate & quiete corporis. Phantaſia eſt oculorum ſeductio, inſopita mente. Phantaſia eſt animi exceſſus vigilante corpore. Phantaſia eſt ſpeculatio parum loco ſubſiſtens. Cauſa ob quam in hoc nobis de ſomniis dicendum eſſe arbitrati ſumus, aperta eſt. Cum enim relictis domibus, & propinquis noſtris, diuinæ charitatis cauſa nos ipſos peregrinationi expoſuimus: tunc iam dæmones in ſomniis nos perturbare moliuntur. Propinquos nobis ſubinſinuant aut plorantes, aut morientes, aut noſtri cauſa languore aliquo vel etiam detrimento fatigatos. Qui igitur ſomniis credit, ſimilis eſt ei, qui poſt vmbrã ſuam currit & eam apprehendere nititur. Dæmones inanis gloriæ in ſomniis prophetice quæ futura ſunt vt aſtutiſ-

D ſimi nobis iniiciunt, atque ea nobis per ſomnium prænunciant, vt cum impleta fuerint, quæ per quietem vidimus ſtupore maximo detineamur. Et quaſi iam propheticæ gratiæ proximi cogitatione tumeſcere incipiamus. In his qui ſibi credũt, dæmon ſæpe propheta fit. Porro iis, qui ſe ſpernunt, ſemper mentitus eſt. Spiritus enim cum ſcit quæ intra hunc aerem ſunt, videt omnia, & cum intellexerit moriturum aliquem, id per viſum leuioribus prædicit. Nihil futurorum ex præſcientia nouerunt, namque & venefici mortem nobis prædicere vtique poſſent. In Angelum lucis ſe transfigurantes & in martyrum ſpeciem ſæpius transfigurantur, accedenteſque ſeipſos nobis per ſomnium oſtendunt, excitantes vero elatione & gaudio præcipitant. Hoc autem tibi erit deceptionis ſignum: Cruciatus & iu-

E dicia & ſeparationes per viſum nobis Angeli oſtendunt, atque expertectos trementes mœſtoſq; relinquunt. Cum in ſomno dæmonibus credere cœpimus, tunc iam & vigilantes ab ipſis illudemur. Qui ſomniis credit, per omnia reprobus eſt & ſtultus. Qui vero eis nulla ratione credit, hic reuera philoſophus eſt habendus. Solis eis crede, qui tibi cruciatum & iudicium denuntiant. Quod ſi te deſperatio conturbat & iſtud eſt à dæmonibus.

De obedientia.

Gradus IV.

NVnc iam nobis ad Chriſti pugiles ac pietatis athletas procedens ſermo deinceps apertiſſime occurrit. Omnem quippe fructum præcedit flos, omnemque obedientiam peregrinatio aut corporis aut voluntatis. In his enim duabus virtutibus veluti in aureis pennis ad cœlum impigre ſe ſancti viri anima ſuſtollunt. De qua ſpiritu ſancto af-

Psal. 54. flatus quidam fortaſſe cõcinit. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Per actiuam & per

F contemplationem & humilitatẽ. Ne ipſum quidem fortiſſimorũ bellatorum habitum negligenter prætereundum exiſtimemus: Vt illi clypeũ teneant fidei, ſcilicet ad Deũ, atq; ad exercitationis ſuæ magiſtrũ, per ipſum, vt ita dixerim, omnem infidelitatis, omnemque præuaricationis cogitationem repellentes. Gladiumque ſpiritus aſſidue vibrent, voluntates ſuas omnes ſibi propinquantes necaturi. Loricaſque ferreas, patientiæ ſcilicet ac manſuetudinis ſe induant, per quas omnem contumeliam ac aculeum, ſermoniſque iaculum repellant. Habeant & galeam ſalutis orationis patris ſpiritalis præſidium. Stent præterea non vinctis pedibus, ſed alterum quidem ad miniſteria prætendant, alterũ vero fixum in orationibus atque immobilem teneant. Obedientia eſt animæ propriæ perfecta abnegatio, per corpus certius oſtenſa. Aut forte verſa vice, obediẽtia eſt mortificatio membrorum in viuente animo. Obedientia eſt inexaminatus atque indiſcuſſus motus, ſpontanea mors, vita curioſitate carens, ſecurum periculum, immeditata ad Deum excuſatio, metus mortis contemptio tuta nauiga-

G tio, confectum dormiendo iter. Obedientia eſt ſepulchrũ voluntatis, & excitatio humilitatis: nihil reſiſtit, nihilque diſcernit mortuus in bonis, aut his quæ videntur mala. Nã qui pie animam ſuam mortificauerit, ſecurus pro omnibus rationem reddet. Obedientia eſt diſcretionis depoſitio inter diuitias diſcretionis. Initium quidem mortificationis vel membrorum corporis vel animæ voluntatis labor eſt. Medium vero interdum labor, interdum requies. Finis autem iam omni motus perturbatione, omnique laboris ſenſu vacat. Tunc demum labore & dolore fatigari deprehenditur, viuens hic beatus mortuus, cum ſe animaduerterit voluntati propriæ obtemperaſſe, metuens ſcilicet propriæ voluntatis onus. Quicunque ad intellectualis congreſſionis ſtadium exire conamini, quicunque iugum Chriſti tollere ſuper ceruices veſtras cupitis, & ſarcinam veſtram alterius collo imponere ſatagitis, quicunque venditiones veſtras ſponte ſcribere curatis, vt pro illis in æternam libertatem conſcribamini, quicunque aliorum manibus ſublati & natantes mare hoc magnum traiicitis: ſcitote

H quod breuem quandam & aſperam viam pergere conamini, in qua vnus & ſolus latet error quem Græci [illegible], nos ſuimet moderationem dicere poſſumus, cum ſcilicet quiſque ſibi idoneus ad ſe regendum & moderandum videtur. Quem qui effugerit, ad ea quæ honeſta & ſpiritualia ſunt, ac diuinæ maieſtatis oculis gratiſſima, ferè ante veniet quàm ire cœperit. Obediẽtia eſt n. nunquã ſibi, ne in his quidem quæ videntur optima vſque ad conſummationẽ vitæ credere. Cum igitur ceruicem noſtram in Domino inclinare atq; alteri credere deſiderio acquirendæ humilitatis ac propriæ ſalutis inſiſtimus, ante huius militiæ ingreſſum, ſi qua in nobis eſt calliditas & prudentia, gubernatorem cautiſſime examinemus & diſcernamus, atque (vt ita dixerim) tentemus, ne forte nautam pro gubernatore, languentem pro medico, vitioſum pro vitiis carente, poſtremo infeſtum pelagus pro placidiſſimo portu ignari deligamus, nobiſque ipſos paratum, promptumq; naufragiũ con-

Intellige vt illud Pauli: Omne quod non eſt ex fide, id eſt, conſcientia bona peccatum eſt.

A ſtituamus. Cum vero pietatis & obedientiæ ſtudium fuerimus ingreſſi minime iam optimum inſtitutorem noſtrum in aliquo penitus diiudicare licebit, etiam ſi in illo (homo enim eſt) modica aliqua delicta animaduertimus. Si vero al as fecerimus, nihil nobis obedientia prodeſſe poterit. Neceſſe omnino eſt, vt qui fidem certam & immobilem ad magiſtros ſuos habere cupiunt, eorum recte facta profundo corde hauriant, eaque indelebiliter memoriæ commendent, vt cum dæmones infidelitatem aduerſus eos vllam noſtris cordib. inſerere conati fuerint, ex his quæ memoria tenemus, illorum ora obſtruamus. Quanto enim fuerit in corde vindior fides, tanto corpus ad officia omnia & miniſteria promtius occurrit. Qui vero per infidelitatem offenderit, lapſus eſt. Omne enim quod fidei caret fundamento, peccatum eſt. Cum tibi cogitatio ſuggeſſerit, vt prælatum aut diiudices aut damnes, ab ea nõ ſecus quam à fornicatione deſiſtes. Neque protſus huic ſerpenti requiem præſtes, non locum, non ingreſſum, non initium, loquere ad huiuſmodi draconem, atque eum his verbis inceſſe: O malignißime ſeductor, non ego ducem meum iudicãdum ſuſcepi: ſed ille me, non ego illius, ſed ille mei iudex eſt. Arma quidem iuuenum, Pſalmorum cantus: murum vero orationem: lauacrum autem mundiſſimas lacrymas eſſe patres definiunt. Beatam vero obedientium confeſſionem,

B quã ſine vitioſorum nemo Deum videre merebitur. Qui ſubiectus eſt atque alterius paret imperio, ipſe aduerſus ſeipſum ſententiam fert. Nam ſiquidem propter Deum perfecte obedient, etiam ſi non perfecte obtemperare videatur, omni iudicio ſe exuit. Quod ſi in quibusdam ſuam implere voluntatem voluerit, etiamſi obedire viſus fuerit, ipſe ſibi onus ſuit vel addicit. Quem tamen ſi prælatus arguere non deſtitit, rectiſſime omnino fecit, ſi autem tacuit, neſcio quid inde dixerim. Qui in ſimplicitate Domino ſubiciuntur, felicem curſum peragunt, dum non per ſuperſtitioſas cauillationes in ſe dæmonum verſutias irritant. Ante omnia vero culpas noſtras præclaro iudici noſtro ſoli confiteamur, omnibuſque ſi ita ille iuſſerit confiteri, parati ſimus. Nam in lucem eductus vulnera nunquam in deterius proficient, ſed ſanabuntur. Cum in cœnobium quoddam deueniſſem aliquando, animaduerti iudicis, paſtoriſque optimi terribile iudicium. Nã dum illic moram traherem, contigit quendam ex latronum ordine ad monaſticæ conuerſationis gratiam venire. Quem optimus ille paſtor, peritiſſimusque medicus per dies VII. quiete omni perfrui iuſſit, vt monaſterii ſtatum, normamque omnem perſpiceret.

C Poſt diem vero ſeptimum ſeorſum accitum paſtor interrogat: Num ſibi cenſeret optimum, cum illis vna habitare. Cum vero illum ſibi cum omni ſynceritate annuentis voce reſpondiſſe cerneret, rurſum: Quid in ſeculo iniquum operatus eſſet, interrogat. Poſtquam ergo illum ſibi prompte & rationabiliter omnia confeſſum vidit, iterum ad illum tentandi gratia, dicebat: Volo, inquit, vt hæc omni cœtu fratrum aſtante confitearis & detegas. Ille re vera ſua deteſtans ſcelera, omnique confuſione calcata indubitanter id ſe facturum pollicitus eſt. Et ſi vis, inquit, etiam in Alexandriæ ciuitatis medio id faciam. Deinde collectis in Eccleſia paſtor omnibus ouibus ſuis (erant autem in numero CCXXX.) cum cõſummarentur diuina myſteria (erat enim dies dominicus) lecto Euangelio inferri iam reum illum nihil contra querentem iubet, quibuſdam illum ex fratribus trahentibus, modiceque verberantibus, vinctum

D poſt terga manus aſperrimoque cilicio amictum, conſperſumque cinere caput præferentem, adeo, vt, ex ipſo aſpectu omnes ſtupefacti, protinus exorto gemitu ingenti proclamarent ac mugitum redderent. Neque enim quiſquam illorum quid fieret ſciebat. Cum vero iam Eccleſiæ ianuis appropinquaret, magna illum & terribili voce compeſcuit, ſacrum illud caput clementiſſimi iudicis: Sta, inquiens, es enim indignus vt huius loci limen attingas. Tum ille paſtoris voce percuſſus, quæ ad illum ex intima veri medici, ſapientiſſimaque ratione ſonuerat, videbatur enim ſibi (vt nobis poſtea ſub iureiurando firmabat) non vocantis hominis, ſed terribilis tonitrui vocem audiuiſſe, tremebundus & omnino pauore turbatus in faciem protinus corruit. Dum vero iaceret humi & pauimentum madefaceret lacrymis, permittitur ab admirabili medico, qui cuncta

E ad illius ſalutem moliebatur, formamque ſalutis ac certiſſimæ humilitatis omnibus dari cupiebat, cuncta quæ geſſerat ſingulatim & per ſpecies dicere. Ille vero cum horrore ingenti omnia ſingulatim confeſſus eſt, quæ audiens omnis cœtus penitus exhorreret. Non †tamen quæ per † corpus præter naturam, † ac ſecundum naturam in * irrationabilibus & mutis animantibus deliquerat, verumetiam veneficia & homicidia, &c. quæ audire aut ſcripturæ tradere fas non eſt, omnino nihil reticens. Confeſſum igitur, ſtatim tonderi, fratribuſque aggregari permiſit. Ego vero ſancti illius admiratus ſapientiam, ſeorſum interrogaui illum ſecretius. Cuius rei gratia tam peregrinam iudicii formam exhibuiſſet. Ille autem vt verus medicus, duarum, inquit, rerum gratia. Primum quidem vt confidentem per præſentem, temporalemque confuſionem æterna confuſione liberarem quod & factum eſt. Neque enim ex pauimento ſurrexit, ô Iohannes, quin peccatorum omnium remiſſione potitus eſt. Neq; vllo huius rei ſcrupulo velim mouearis. Nam vnus ex fratribus, qui illic aderant mihi procerum quendam ac terribilem ſe vidiſſe aſſeuerauit, conſcriptam chartã & calamum tenentem: & cum frater ille humi proſtratus, peccatum confitens pronunciaret; hoc ille calamo

*† ſolum. † ſecundũ. † ſed & contra. * In rationalibus & etiam in irrationabilibus*

F delebat: & merito ſane, dixi, inquit, *pronunciabo aduerſum me iniquitatem meam Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* *Pſal. 31.* Secundũ ſane, quia habeo nonnullos qui peccata quidem necdum confeſſi ſunt. Quocirca iam & illos ad confeſſionem hoc exemplo prouoco, qua ſine nullus remiſſione potietur. Et alia igitur plurima admiranda & memorabilia in illo digniſſimo, ſemperque memorando & grege & paſtore perſpexi, ex quibus plurima nobis reſerare animus eſt. Permanſi enim apud illos tempus non modicum, illorum aſſidue conuerſationem ac viuendi genus explorans. Stupens quomodo terreſtres illi cœleſtes Angelos imitarentur. Charitatis quidem omnes inuicem indiſſolubili vinculo conſtringebantur, & quod eſt omnino mirabilius, nulla apud illos inepta confidentia, nullus ocioſus ſermo deprehendi poterat. Obſeruabant vero id cautiſſime vt in nullo fratris vulneraretur conſcientia. Quod ſi quis inter eos quenquam odiſſe inuenirentur, hunc paſtor vt damnatitium ad ſeparatum huiuſmodi reis monaſterium veluti in exilium mittebat. Maledixerat aliquando vnus ex illis proximo ſuo, quem protinus pater ſanctus eliminari iuſſit, æquum non eſſe aſſerens in monaſterio viſibilem atque inuiſibilem diabolum perpeti. Vidi ego apud ſanctos illos res maxime ſane vtiles atque admiratione digniſſimas, fratrum cœtum in vnum collectum, Chriſtique charitate de-

G uinctum in vtraque vita actiua ſcilicet & contemplatiua mirabilem, adeo enim ſeipſos ſinguli diuinis rebus exercebant, vt fere nihil opus haberent à patre admoneri, ſed ſe inuicem vltro ad diuinam euigilationem excitarent. Nam ſi quando contingeret, vt eorum aliquis abſente abbate quiſquam maledici aut alias noxii vel ocioſi ſermonis loqui cœpiſſet, occulto nutu latenter eum frater alius grauitatis admonens, illum à cœpto ſermone retrahebat. Quod ſi ille fortaſſis minus animaduerteret, iam qui admonuerat proſtrato ante illum toto corpore abibat. Si quid vero neceſſario loquendum erat, omnis illorum collocutio iugis erat mortis collocutio, vel admonitio, æternique iudicii conſideratio. Non præteribo ſilentio coqui monaſterii illius admirabilem, ſingularemque virtutem. Cum enim illum animaduerterem in tam frequenti, perpetuoq; miniſterio, iugiter ſecum habitare,

H gratiamque poſſidere lacrymarum, oraui ſupplex vt mihi quonam modo meruiſſet iſtiuſmodi gratiam reuelare dignaretur. Qui tandem precibus fatigatus meis, ita reſpondit: Nunquam me hominibus ſeruire arbitratus ſum, ſed Deo: & indignum meipſum quiete omni iudicans, ex huius ignis contemplatione ſempiterni incendii iugi memoria compungor. Aliud iterum ſingulare virtutis illorum genus referre placet. Nam ne ad menſam quidem ſedentes à ſpiritali opere ceſſabant. Cæterum ſigno quodam, nutuque incognito occulte in animo orationis ſemetipſos, beati illi viri admonebant. Neque vero ad menſam ſolum reſidentes, hoc eos facere animaduerteres, verum & cum

A ſibi obuiarent, cum ſimul conuenirent, id faciebant. Porro ſi quo ipſorum in aliquo vnquam deliquiſſet, vides fratres alios notis omnibus ab illo flagitare, vt ſibi curam reddendæ patri rationis relinqueret, atque ab illo debitam increpationis vehementiam perpeti ſineret. Quod tamen diſcipulorum opus maximus ille vir cum exploraſſet leuiore iam increpationis genere vtebatur, ſciens eum qui corripiebatur inſontem eſſe. Neque tamen quis proprie deliquiſſet, inquirebat, ne aliquando apud illos locum inueniret aut ocioſi ſermonis aut ſcurrilitatis memoria. Si quis autem ex illorum numero aduerſus fratrem contendere vnquam cœpiſſet, prætereuns alter aduoluebatur illorum genibus, ſicque iracundiæ motum mitigabat. Quod ſi ſ ruare illos iniuriæ memoriam ſenſiſſet, rem protinus ad eum referebat, qui poſt abbatem ſecundus monaſterii in regimine præerat, eoſque ante occaſum ſolis in gratiam reuocare nitebatur. Sin vero illi obdurati amplius exaſperarentur aut cibum ſumere vſque ad reconciliationem non permittebantur, aut certe monaſterio expellebantur. Laudabilis ſane, memorabiliſque diligentia, ex qua fructus vberrimus gignebatur atque naſcebantur. Plurimi apud ſanctos
B illos viros deprehenſi ſunt actu & ſpeculatione, diſtrictioneq; & humilitate mirabiles. Videres in eis terribile quoddam, angelicumque ſpectaculum, ſenes canicie verendos, auguſtiore facie infantium in morem ad obediendum ſemper paratos, huc illucque diſcurrere, gloriamq; ſibi maximã per humilitatem comparare. Vidi illic viros L. fere annos in obedientiæ certamine egiſſe, à quibus cum addiſcere orarem quam ex labore iſto conſolationem, quem profectum inueniſſent. Alii quidem in abyſſum humiliationis iam ſe perueniſſe dicebant, per quam bellum omne ſemper excluderent ac ſuperarent. Alii ſeorſum omnem laboris & doloris in maledictis & contumeliis ſe perfecte exuiſſe dicebant. Vidi alios ex illis æterne memorandis viris, angelico aſpectu, venerandaque canicie ad profundiſſimam innocentiam, ſimplicitatemque ſapientiæ plenissimam, ſumma alacritate propoſiti, Deique adiutorio quæſitam non irrationabilem quandam & inſipidam vt in ſeculi ſenibus contin-
C git, quales deliros vocare ſolent, perueniſſe extrinſecus quidem mites totos, blandos, placidos, lætos, nihil fictum, nihil negligens, nihil adulterinum in ſuis verbis aut moribus habentes, rem quidem quæ in paucis inuenitur. Interius vero in Anima Deum ipſum ac prælatum inſanorum in zootem ambientes, mentiſque aciem aduerſus dæmones & vitia audacem, firmiſſimamq; intendentes. Deficiet me vitæ meæ tempus, ô ſacrum caput & Deo dilecta congregatio, ſi voluero beatorum illorum virtutes & ad cœlum vſque pertingentem vitæ ſanctitatem enarrare. Sed tamen exiſtima nos tutius in illorum ſudoribus ac laboribus ſermonem hunc noſtrum exornare, quo acrius ad huiuſmodi gratam Deo imitationem excitemini, quam propriis, vilibuſque monitis. Nam abſque vlla controuerſia id quod deterius eſt à præſtantiore adornatur. Illud autem in primis rogo, vt nihil nos fictum ſcribere exiſtimetis. Solet quippe infidelitas corrumpere vtilitatẽ. Igitur ad ea quæ cœpimus

Iſidorus.
D rurſus accingamur. Vir quidã Iſidorus nomine, Alexandriæ ciuitatis primarius, in ipſo cœnobio ante hos annos ſeculo abrenũciauit, quẽ & ipſe illic videre merui. Hũc paſtor ille mirabilis ſuſcipiens, aſpectuq; ex ipſo aſperũ quendã & intractabilẽ, ſuperbũq; ac ſeculi dignitate tumidũ, coniiciens humana arte dæmonũ ſaltũ ſapientiſſime detexit, aitque ad Iſidorum: Si reuera Christi iugum tollere decreuiſti, volo vt ante omnia te obedientiæ laboribus exerceas. Cui ille ſicut, inquit fabro ferrũ ſubiectũ eſt, ita & ego ô ſanctiſſime meipſum obedientiæ expono. Quo ille reſponſo, gratiſſimoq; exẽplo curatus, continuo Iſidoro exercitij manus admouit, vt ferro, volo, inquiens, frater ante monaſterii ianuã excubias, omniumq; ingredientiũ & egredientiũ prouolutus genibus dicas. Ora pro me pater quoniã peccator ſum. Sic

Receptio nouitiorũ.
autẽ ille obediuit ſicut Angelus Domino. Itaq; cũ VII. annos ille peregiſſet, atq; ad profundiſſimã humilitatem, cõpunctionemq; perueniſſet. Voluit pater poſt incõparabilẽ viri tolerantiam, cuius ſuperiori tempore aptum documentum dederat, hunc fratribus connumerare. Et vt reuera dignissimum etiam ordinatione honorare, verum ille pluri-

E mis multorum & meipſius precibus apud patrem egit, vt ibidem illum ſineret, ſicut hactenus fecerat degere, curſumque ſuum perficere intelligens, neque obſcure his verbis ſignificans finem ſuum iam vocationis diem imminere. Quod & factum eſt. Nam cum in ipſo ordine illum permanere magiſter permiſiſſet, poſt decimum diem per abiectionem & ignominiam glorioſiſſime migrauit ad Christum. Poſtque ſeptimum dormitionis ſuæ diem ianitorem quoque monaſterii aſſumpſit. Dixerat enim ei beatus ille, pollicituſque fuerat, quod ſi poſt exceſſum ſuum confidentia ad dominum frui mereretur, inſeparabilis ille ſibi comes fieret, idque celeriter. Quod & factum eſt, vt certiſſime nobis meritorum eius & perfectæ obedientiæ, ſacræque ac diuinæ humilitatis eſſet indicium. Interrogaui ego enim, cum adhuc ſupereſſet, magnum hunc præclarum virum, quam exercitationem mens eius habuiſſet, cum ad portam moraretur. Neque abſcon-
F dit à me cum prodeſſe mihi cuperet, memorabilis ille ac dulciſſimus pater: Initio, inquit, hoc exiſtimabam quod pro peccatis meis eſſem venditus. Vnde cum amaritudine ſumma & violentia & ſanguine prouoluebar omnium pedibus, impleueram vix annum cum ſine mœrore iam ac triſtitia id faciebam, mercedem à Deo tolerantiæ expectans. Implero autem rurſus anno alio, toto affectu Humilitas. cordis indignum meipſum exiſtimare cœpi conuerſatione monaſterii, patrumque aſpectu & contubernio, diuinorumque participatione ſacramentorum, indignum item qui in alicuius faciem intenderem. Quocirca defixis in terra luminibus, nec ab oculis diſcrepante animo, intrantes atque exeuntes vt pro me orarent, deprecabar. Cum ad menſam aliquando conſediſſemus, ſummus ille magiſter inclinans ſuum ſanctum os ad aurem meam, vis, inquit, tibi oſtendam in extrema profundaque canicie diuinum ſenſum atque prudentiam? Cumque id ſummis precibus orarem, aduocat ex proxima menſa quendam Laurentium nomine, qui XL. fere & VIII. annos in monaſterio degerat, ſedenſque erat ſacrarij preſbyter. Qui cum veniſſet atque abbati genibus flexis aſtaret ab Sacrarii presbytero benedicit abbas. illo quidem benedicitur. Sed cum ſurrexiſſet nihil illi penitus dixit, ſed ſic ante menſam ſine cibo ſtare permanſit. Erat autem tunc prandii initium. Itaque prolixam ho-
G ram atque fortaſſe duas immobilis ſtetit, adeo vt ipſe quoque erubeſcerem. Neque enim in illius faciem intueri præ Patientia maxima. verecundia poſſem. Erat enim canus totus, octogeſimumque iam agebat ætatis annum. Manſit autem ſine reſponſo vllo vſque ad refectionis finem. A qua cum ſurgeremus, mittitur iam à ſancto illo, vt memorato Iſidoro diceret XXXIX Pſalmi initium. Non omiſi ego, vt ſum verſutiſſimus, quin ſenem illum tentarem. Itaque cum eum poſtea interrogarem, quid aſtans cogitaſſet, Christi, inquit, imaginem paſtori impoſui, neque enim ab illo hoc penitus præceptum exiſſe, ſed à Deo, exiſtimaui. Quare ô Pater Ioannes, non coram menſa hominum, ſed coram altari diuino aſtare me putans orabam. Nullamque penitus malignam cogitationem aduerſum paſtorem admittebam, pro ſyncera in illum fide mea & charitate, dictum eſt enim, *charitas non cogitat malum.* Sed & illud ſcito pa- 1. Cor. 13.
H ter, quod cum quis innocentiæ ac ſimplicitati ſe omnino dediderat, nullum maligno contra ſe aut tempus aut locum dabit. Reuera autem qualis erat ille iuſtus rationabilium pecorum pater, ac per Deum paſtor, talem etiam habebat à Deo ſibi traditum monaſterij diſpenſatorem, pudicum & moderatum, vt quis alius; mitem vero, vt admodum pauci. In hunc aliquando ad cæterorum vtilita- Inuectio abſq. cauſa. tem magnus ille inuectus eſt abſque vlla cauſa, iuſſitque de Eccleſia proiici intempeſtiue ſane. Ego cum ſcirem eum eius criminis quod ſibi pater obiiceret, inſontem, ſeorſum magno illi diſpenſatoris commendabam innocentiam. Ad quem & ille ſapientiſſime. Scio, inquit, Pater, Simile. ſed ſicut crudele eſt ex ore famelici oſtantis manibus panem rapere, ita & ſeipſum & operarium lædit, qui animas ſuſcipit regendas, niſi illis coronas, quantas illum ſuſtinere poſſe nouit, horis ſingulis prouidere ſatagit, ſiue per contumelias, ſiue per ignominias, ſiue per obiectiones, ſiue per ludibria. Tria enim maxime cauenda com- A igere coronas ſubditorum.

oui-

A mittit. Primum quod ipſe increpationis mercede priuatur. Secundum, quod aliis ex alterius virtute prodeſſe poſſet id agere omittit. Tertium vero quod eſt grauiſſimum quod ij nonnunquam qui videntur eſſe probatiſſimi & laboris patientiſſimi, ſi ad tempus negligantur, atque iam vt virtutibus prælato non compiantur; ſiue probris atque iniuriis afficiantur, ea quæ in eis inerant modeſtia & tolerantia deſtruentur. Nam & ſi bona & frugifera, pinguiſque terra eſt, conſueuit tamen aquæ, id eſt ignominiæ defectus illam infructuoſam, ac ſylueſtrem efficere, ſpinaſque fornicationes & noxiæ ſecuritatis in ea germinare: Hoc non ignorans magnus ille Apoſtolos Timotheo ſcribit: *Inſta, increpa, argue illos opportune importune.* Ego cum illi ſpectatiſſimo duci adhuc reſiſterem, infirmitatemque ætatis huius allegarem, veque plurimi fere fruſtra increpiti, immo & fortaſſe non fruſtra à grege abrumperentur. Ita ſurſum obiectioni meæ, ſapientiæ domicilium occurrit: Anima, inquit, quæ propter Deum paſtori fide & charitate deuincta eſt vſque ad ſanguinem ſuſtinens, nunquam recedet. Et maxime ſi antea ab ipſo in ſuis vulneribus fuerit adiuta, ſolatioque & beneficiis affecta, memor illius, qui dixit: *Neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque creatura vlla à charitate Christi nos ſeparare poterit.* Quæ autem illa colligata & ſolidata agglutinataque non fuerit, mirum valde, ſi non fruſtra in loco moram facit. Non enim veræ, ſed fictæ obedientiæ annexa eſt. Nec ſane magnus ille vir ſpe ſua fruſtratus eſt, ſed direxit & perfecit atque obtulit Chriſto immaculatas hoſtias. Audire libet ſapientiam Dei, admirandamque in vaſis fictilibus inuentam. Admirabar ego illic præſens nouiter ex ſeculo venientium fidem & tolerantiam atque in ignominiis & contumeliis & aliquando etiam perſecutionibus inſuperabilem patientiam, quas non tantum ab abbate, ſed ab his quoque qui longe inferiores erant perpetiebantur. Itaque ædificationis gratia quemdam ex fratribus ſollicitatus ſum, qui anno X V. in monaſterio egerat, Abbacyrum nomine quem maxime affici iniuriis fere ab omnibus videbam. Nonnunquam vero etiam à miniſtris ex menſa fugari. Erat enim frater ille naturaliter linguæ aliquantulum incontinens, dicebam itaque ad illum: Quid eſt frater Abbacyre, quod te quotidie à menſa expelli video ac nonnunquam dormire incœnatum? Quid ad hæc reſpondit? Crede mihi pater, probant me patres mei vtrum monachus eſſe cupiam, non autem vere id faciunt, quam ego patris aliorumque intentionem non ignorans, leuiſſime ac ſine vlla moleſtia omnia tolero. Et ecce X V. iam annum ego iſtud cogitans ſicut & ipſi, quando monaſterium intraui, dixerunt mihi quod vſque ad X X X. annum renunciantes probare ſolerent. Et recte quidem pater Ioannes. Sine probatione enim aurum non perficitur. Hic igitur egregius Abbacyrus ſecundo anno poſtquam ad ouem eram migrauit ad Dominum in monaſterio hoc, patribus cum deficeret, dicens: Gratias ago Domino & vobis patres, quod me ad ſalutem meam tentaſtis iugiter, hac enim ex cauſa immunis à tentatione dæmonum hactenus manſi. Quem etiam tanquam confeſſorem & cum his qui illic obierant ſanctis digniſſime æquiſſimus paſtor ſepeliri iuſſit. Detrimento non minimo afficio probitatis æmulos, ſi virtutem certamenque Macedonii, qui primus erat monaſterii diaconus, monumento ſilentii ſepeliam. Hic dilectus Domini aliquando imminente Epiphaniæ ſanctæ ſolennitate, abbatem ante duos dies obſecrat, vt ſe propriæ neceſſitatis gratia ad Alexandriam proficiſci ſineret. Citius tamen ſe ob diei feſti miniſterium & præparationem rediturum ſpondens. Igitur infeſtus bonis omnibus diabolus, diacono impedimento fuit, vt dimiſſus ab abbate ad monaſterium die ſacroſanctæ ſolennitatis non rediret. Igitur poſt diem vnum peractæ feſtiuitatis, reuertentem abbas amouit à monaſterio, atque in vltimo incipientium conſtituit ordine. Suſcepit bonus patientiæ diaconus, fortiſſimuſq; tolerantiæ Archidiaconus patris verbum, ac ſententiam adeo abſque mœrore, vt quaſi non ipſe, ſed alius videretur increpatus. Igitur cum in tali ordine dies X L. peregiſſet, rurſus illum ad priſtinum gradum reduxit ſapientiſſimus pater. Quem item poſt vnum diem Archidiaconus obſecrat, vt ſe in eadem ignominiæ

1. Tim. 4.

B

Rom 8

C

D

Feſtum Epiphaniæ tempore Climaci.

E humilitate reſtitueret, deliquiſſe ſe graue quoddam atque infandum in ciuitate; aſſerens autem ſanctus hunc non vera proſequi, ſed humilitatis gratia hoc inquirere, vt ſit parere honeſto deſiderio Vidiſſes caniciem venerandam degere in incipientium ordine, ſyncere omnes vt pro ſe orarent, deprecantem. Cecidi enim, aiebat in fornicationem inobedientiæ. Mihi tamen humili reſeruit hic magnus Macedonius, cuius rei gratia hanc propoſiti humilitatem ita ſponte accurriſſet. Nunquam enim, inquit, ita me bello omni leuigatum ſenſi diuinique luminis dulcedinem in me ipſo vidi. Atqui naturæ Angelorum eſt non cadere, vt aiunt quidam, forte non valentium: hominum vero cadere, ruſumque cum hoc contigerit ſurgere: dæmonum vero cum tamen ſemel ceciderint, nunquam penitus reſurgere. Is autem cui monaſterii diſpenſatio tradita erat, hoc mihi enarrauit: Iuuenis, inquit, cum eſſem, atque in cura animalium degerem, contigit vt in grauiſſimam animæ ruinam præcipitarer, mihique conſuetudo erat nihil vnquam in cordis fouea tectum ſeruare. Igitur apprehenſa cauda (quam finem operis appello) medico mox facinus meum denudaui. Qui ſerena facie ſubridens, leuiterque maxillam meam feriens, abi, inquit, fili miniſteriumque tuum, vt prius exequere, nil penitus metuens. Ego itaque fide firmiſſima roboratus, paucisque diebus ſanitatis meæ certior factus, viam meam gaudio ſimul & tremore plenus currebam. Habet omnis creaturæ ordo, vt aiunt quidam, differentias plurimas. Itaque quoniam & in illo fratrum cœtu erant profectuum, ſententiarumque differentiæ, ſi quos forte pater ſanctus oſtentationi ſtudere denotaſſet, cum ſeculares ad monaſterium veniebant, hac eos arte curabat. Contumeliis illos in cōſpectu aduentantium afficiebat, miniſteriaque illis ignobiliora iniungebat: Quo illi increpationis genere ita ſanabantur, vt iam ſi qui ex ſeculo ad monaſterium veniſſent, adſpectum eorum curſu fugerent. Eratque iucundum ſpectaculum videre ipſam perſequentem, homines quia fugientem. Noluit me Dominus ex eo monaſterio abſque viatico orationum ſancti cuiuſdam viri demigrare. aſſumpſitque inde ſeptimo die antequam proficiſcerer virum per cuncta mirabilem, Mennam nomine, ſecundum poſt abbatem in monaſterii regimine qui annos iam quinquaginta & nouem egerat in monaſterio, omnemque cœnobii adminiſtrationem executus fuerat. Tertia igitur die celebrantibus nobis pro dormitione tanti patris, officium conſuetum, ſubito locus ille vbi ſancti viri corpus iacebat, miri odoris fragrantia impletus eſt. Permiſit igitur magnus ille loculum, in quo repoſitum erat corpus, detegi, quod cum factum eſſet, vidimus omnes ex illius precioſiſſimis plantis veluti ex duobus fontibus vnguenti manare ſuauitatem. Tunc ad omnes monaſterii magiſter conuerſus, videtis, inquit, vt fatigationem eius ac laborum ſudores quaſi reuera vnguentum precioſiſſimum oblati, ſuſceptique Deo ſunt. Multas quidem & alias huius beatiſſimi Mennæ virtutes nobis loci eiuſdem patres referebant. Dicebant vero & iſtud quod volens aliquando inſignem illius pater monaſterii probare patientiam, reuerſum ad monaſterium proſtratumque abbati & benedictionem ſecundum conſuetudinem ſuſcipere orantem à veſpera vſque ad collectæ horam ita illum humi iacere proſtratum permiſit. Tunc vero iam illum benedicens & veluti oſtenſionis gratia cuncta facientem, ac impatientiſſimum obiurgans erexit tandem. Sciebat enim ſanctus quam id fortiter ferret, quocirca & iſtud ad cunctorum ædificationem ſpectaculum edidit. Huius vero ſancti Mennæ diſcipulus, qui magiſtri omnia pleniſſime nouerat, & de his certiores nos reddere ſolebat. Cum illum curioſius interrogarem, an ante abbatem ita proſtratus ſomno depreſſus fuiſſet, aſſeuerabat illum ſic humi iacentem, pſalterium omne ceciniſſe. Non omittam ſermonis noſtri coronam & præſenti illuſtrare ſmaragdo. Moui ego aliquando quibuſdam ex illis fortiſſimis ſenibus de ſolitariæ vitæ quiete quæſtionem, illi vero ſerena ac ſubridenti facie, læto atque placidiſſimo geſtu aiunt ad me: Nos, ô pater Ioannes, terreni cum ſimus, terræ etiam propius vitæ inſtitutum cœpimus: illud conuenire indicantes, vt pro menſura infirmitatis noſtræ etiam bella

F

G

S. Mennæ virtutes.

H

Benedictio Abbatis.

ſubi-

A ſubiremus, ſatius eſſe exiſtimantes cum hominibus luctari, qui, aliquando quidem efferantur, aliquando vero manſueſcunt & reſipiſcunt, quam cum dæmonibus; qui aduerſum nos ſemper armantur & ſæuiunt. Alius vero ex illis iuſſis ſempiterne memorandis viris, cum me in Domino plurimum diligeret, meque familiariſſime vteretur, mihi ſemel placidiſſime dixit: Si reuera ſapientiſſime [illegible], effectum virtutemque verborum eius qui dixit, *Omnia poſſum in eo qui me confortat*, ſi Chriſtum tota animi intentione complexus es, ſi Spiritus ſanctus caſtitatis rore vt olim in virginem ſuperuenit iterum, ſi virtus patientiæ obumbrauerit tibi, accinge ſicut vir lumbos tuos obedientiæ linteo, & à quietis cœna conſurgens, in ſpiritu contrito fratrum pedes laua; ſummo vero abiecta mente fratrum pedibus aduoluere. Statue in cordis tui ianua ſeueros ianitores & vigiles. Tene inſuperabilem atque immobilem mentem in corpore huc illucque diſtracto. Exerce in membris agilibus ac mobilibus intellectualem quietem. Atque id quod miraculis excedit omnia; eſto in medio tumultuum imperturbatus animo. Reſtringe inſanam linguam, ne ad contradicendum facile deſiliat. Pugna aduerſus hanc tibi dominam dies ſeptuagies ſepties. Affige in animæ ligno (quam crucem dicimus) mentem videlicet mentem, vt per alternos malleorum ictus, & crepitus percuſſa ludibriis & maledictis, irriſionibus atque iniuriis, [illegible] inflexa & in nullo læſa ſeu diſſoluta perſeuerans, tota lenis & plana immobilisque perſiſtat. Exue te voluntatibus tuis, vt confuſionis armatura atque [illegible] ſtadium pietatis ingredere. Indue quod rarum & difficile inueniri poteſt ad certaminis magiſtrum ſtabilem vel immobilem fidei loricam, quam nulla iam infidelitas diſſoluere & violare poſſit. Contine freno pudicitiæ tactum impudenter proſilientem. Reprime perpetua meditatione mortis, oculum, ne horis ſingulis magnitudines ac pulchritudines corporum curioſius intueri velit. Refrena iugi tui ipſius cura curioſum animum, qui dum ſui negligens eſt, fratrem ſemper condemnare vult; omnemque dilectionem & miſericordiæ affectum ad proximum ſyncere ſemper oſtende. In hoc enim manifeſtiſſime pater vere cognoſcent homines quod Chriſti diſcipuli ſimus, ſi in vnum congregati *dilectionem habuerimus ad inuicem*. Irriſiones horis ſingulis vt aquam viuam bibe. Huc huc, aiebat amicus optimus, accede, hic nobiſcum vna morare. Nam cuncta quæ ſub cœlo ſunt perſcrutans iucunda & læta ſanctus Dauid, nouiſſime omnium hæſitans vel exultans aiebat: *Ecce nunc quid bonum aut iucundum*, &c. Nihil ſane aliud, *quam habitare fratres in vnum*. Quod ſi nondum huiuſmodi patientiæ & obedientiæ tam præclaro bono digni ſumus, reliquum eſt vt infirmitatem agnoſcentes noſtram, procul à certaminis ſtadio in ſolitudine ſedeamus, atque huiuſmodi athletas beatos confiteamur, eiſque patientiam imprecemur. Victus ſum fateor verbis optimi patris ac præſtantiſſimi magiſtri, qui ipſius Euangelica, & Prophetica authoritate, ac longe amplius ſynceriſſimi amoris [illegible] pugnauerat. Ex quo factum eſt vt ſanctæ obedientiæ abſque vlla controuerſia iam palmam [illegible] adſcriberem. Vnam adhuc [illegible] illorum beatorum virtutem memorabo, ac veluti ex paradiſo exiens ad ineptam [illegible] & inutilem ac ſpinoſam orationem noſtram remeabo. Ad orationem plerumque ſtantibus nobis animaduertit Pater Sanctus quoſdam inuicem colloquentes, quos ante fores Eccleſiæ ſtatuens iuſſit, vt per ſeptem dies cunctis ingredientibus & exeuntibus proſternerentur, atque clerici ſiue presbyteri fuiſſent.

Conſiderans ego quendam ex fratribus ad pſallendum attentius aſtantem, atque in principio maxime hymnorum veluti ad quoſdam nutibus ſuis & facile loquentem, rogabam vt mihi quid ſibi motus ille & nutus ille vellet, aperiret. Qui prodeſſe mihi cupiens, nihilque abſcondere decernens, ego, inquit, pater Ioannes cogitationes meas & mentem atque animum colligere à principio collectæ conſueui, & eis quaſi conuocatis acclamare, venite adoremus & procidamus Chriſto regi ac Deo noſtro. Eum vero qui parandæ fratribus refectioni præerat, cum curioſius inquirerem, hoc facere animaduerti. Ad cuius latus cum appenſum cingulo breuem libellum conſpicerem, didici eum quotidie cogitationes ſuas in eo notare, haſque omnes nuntiare paſtori ſolitum. Non ſolum autem illum, ſed & alios quamplures id facere ibidem proſpexi. Erat enim, vt comperi, patris ſancti mandatum. Expulſus eſt aliquando à Patre vnus ex Fratribus, qui apud illum proximum ſuum, vt nugis & loquacitati deditum criminatus fuerat. Qui ad monaſterii ianuam ſeptem dies perſeuerans orabat vt ingreſſu, ſimul & venia potiri mereretur. Quod cum didiciſſet ſtudioſus animarum cuſtos, nihilque omnino ſex illis diebus illum comediſſe exploraſſet, hoc illi denuntiat, vt ſi habitare omnino in monaſterio vellet, ſtatuendum ſe ſciret in pœnitentium ordine. Cum igitur hoc libenter amplecteretur pœnitens, iubet eum paſtor ad ſeparatum, peccata lugentibus monaſterium deduci, quod & factum eſt.

Quoniam vero ſe occaſio, vt dicti monaſterii mentionem faceremus, pauca de illo neceſſario dicenda ſunt. Locus erat vno tantum lapide à magno monaſterio diſtans, carcer appellatus, omni mortali conſolatione deſtitutus. Non illic vnquam fumi vapor apparebat, non vinum, non oleum, ad cibum non aliud quicquam præter panem & minuta olera. In hoc ſi qui poſt ſupernam vocationem deliquiſſent, ita eos claudebat pater, vt procedere inde nuſquam valerent. Non quidem omnes ſimul, ſed ſeorſum ſingulos, aut certe multum, duos ſimul, ibique tandiu morabantur, quo ad eum Dominus de ſingulorum remiſſione certiorem faceret. Conſtituerat autem illis, qui præeſſet loco, magnum & ſingularem quendam virum Iſaac nomine, qui perpetuam fere orationem ab his qui ſibi ſeruandi tradebantur, exigebat. Erant illis etiam ad acediam vitandam plurima palmarum folia. Hæc vita, hic ſtatus, hoc propoſitum eſt faciem Dei Iacob requirentium. Eſt quidem præclarum labores ſanctorum admirari, imitari vero inſtituta ſalutem præſtat. Porro illorum conuerſationem velle quempiam repente totam imitari, irrationabile eſt ſimul & impoſſibile.

Quoties reprehenſi mordemur atque angimur, tangat nos memoria noſtrorum delictorum, donec violentiam noſtram, quam vult à nobis perpeti, intuens Dominus, & peccata noſtra & angentem cor noſtrum dolorem vna deleat & in gaudium conuertat. *Secundum enim multitudinem dolorum meorum in corde meo inquit: conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Tempore idoneo non obliuiſcamur eius qui dicit ad Dominum: *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.* Beatus qui propter Deum quotidie maledictis & contumeliis laceſſitus ſibi vim facere: hinc enim cum martyribus tripudiabit, & Angelis parem confidentiam & gloriam merebitur. Beatus monachus qui ſe ipſum omni ignominia omnique abiectione dignum horis ſingulis exiſtimat. Beatus qui voluntatem ſuam ad finem vſque mortificauit, ſuique ipſius curam omnem atque diligentiam ſpirituali magiſtro permiſit, nam ad dexteram Crucifixi conſtituetur. Si quis increpationem ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam, à ſe repulerit, hic ſaluti ſuæ renuntiauit. Qui vero hanc cum labore ſiue ſine labore ſuſcipit, cito ſuorum delictorum veniam & remiſſionem percipiet. Deo autem quam ad patrem tuum habes fidem ſynceramque charitatem ſanctimonius oſtende. [illegible] hunc occulte [illegible] integerrimeque diligendum, vt ibi poſthac vberiori beneuolentia & familiaritate iungamur. Is qui ſerpentem omnem ſemper prodere paratus eſt, certiſſimum de ſe fidei argumentum dedit, qui vero illum in ſui cordis latebris occultat, adhuc vagus errat.

Si quis amorem ſiue propriam dilectionem, quam ad fratres habet, explorare cupit, hinc inde certior fit, cum ſe in fratris delictis lugere ſuperius proſpexerit, rurſuſque in illius profectibus & gratiis lætari. Is qui dum loquitur verbum ſuum [illegible] firmare volens [illegible] diabolicis morbis ægrotat.

Quod ſi cum ſuis æqualibus [illegible] loquendo id facit, fortaſſe aliquando maiorum increpatione curabitur. Sin vero in maio-

Margin notes (left): A — Vita cœnobitarum hic eremitica tutior. — Phil. 4. — Excellentia vitæ in monaſterio. — B — Rom. 15. — C — Pſal. 132. — D — Cogitatio[nes] ſuas
Margin notes (right): E — annotare, & confiteri. — Locus pœnitentium. — F — Carcer monaſterij. — G — Pſal. 93. — Pſal. 70. — Patiens contumeliarum. — Beatus monachus qui ſic. — H — Vera charitatis indicia.

A maiorum & ſapientiorum ſermone contra ſententiam pertinax in ſua opinione perſeuerat, humana arte nunquam ſanari poterit. Qui in verbo humilis non eſt, nunquam profectò erit in opere. *Nam qui in modico infidelis eſt, in magno quoque infidelis erit*, (Luc. 10.) neque cuiuſquam cedes authoritati, fruſtraque laborabis, neque ſancta obedientia quicquam ſibi præter iudicium reportabit. Si quis conſcientiam ſuam mundiſſimam in Patris ſpiritalis ſubiectione ſeruauit, hic iam mortem vt ſomnum, imo vero vt vitam quotidie intrepidus expectat, certiſſime ſciens obitus tempore ſui ipſius non à ſe, ſed à patre rationem eſſe requirendam. Si quis in Dominò nulla vi impulſus à patre miniſtrationem ſuſcipit, atque in ea præter ſpem & expectationem ſuam lapſus in aliquo fuerit, non ei qui dedit arma, ſed ſibi qui ſuſcipit ruinæ cauſam imputet. Suſcepit enim arma ad pugnandum contra inimicum: conuertit autem ea in cor. Quod ſi coactus id fecit, infirmitatemque ſuam iniungenti miniſterium prædixit, bono animo ſit, nam & ſi ceciderit non morietur. Neſcio quomodò me pene fugerat. ô amantiſſimi, & hunc vobis appònere ſuauiſſimum virtutis panem. Vidi enim illic obedientes in Domino, qui ſeipſos (B) iniuriis & contumeliis atque ignominiis quotidie afficerent, vt cum illi ſibi ab aliis irrogarentur hoc exercitio pati inuenirentur tanquam aſſueti, non angi ignominiis. (Rixæ & contumeliæ.) Anima quæ ſemper confeſſionem delictorum meditatur, hoc veluti freno à peccatis coercetur. Nam quæ confiteri detrectamus, ea velutì in tenebris ſine vllo metu perpetrari conſueuimus. (Confeſſio.) Quotiens abſente patre eius nobis faciem fingimus, ipſumque nobis aſtare putamus, congreſſumque omnem aut ſermonem aut cibum aut ſomnum, aut aliud quodlibet eiuſmodi quod ſibi ingratum fore putamus, fugimus & auerſamur, tunc reuera obedientiam liberam & minime adulteram nos arripuiſſe ſciamus. Nam pueri ſegnes & ignaui ex magiſtri abſentia lætantur, quam ardentes & induſtrii ſummum detrimentum ſibi arbitrantur. Interrogaui quendam ex illis probatiſſimis patribus, quomodo obedientiæ virtus humilitatem poſſidet. Qui ait etiam ſi mortuos ſuſcitet gratus obediens, & ſi lacrymarum poſſideat donum etiam ſi à bellorum fremitu permaneat (C) liber, omnia penitus ſpiritualis patris precibus conſecutum ſe arbitrabitur, atque ita ab inani tumore permanebit liber. Quando enim in illa re efferri, atque gloriari poterit. quam non ſuo ſtudio vel merito, ſed ſolo patris adiutorio ſe egiſſe conſtanter tenet. Non nouit ſolitarius huiuſmodi virtutis munus. Quippe plus in illo iuris habet inanis tumor, cum ſibi ſuggerit proprio illum labore ac ſtudiis virtutes parturiiſſe. Cum is qui ſubiectus eſt duos euaſerit laqueos, manebit deinceps ſeruus Chriſti perpetuus obediens. (Sordidi humores. Tentationes variæ.) Contendit dæmon obedientiæ deditos, hunc quidem ſordidis inquinare humoribus, hos vero duros corde, & præter morem ſolitum turbulentos aridoſque & fructuoſos gulæ deditos, adque orationem pigros ſomnolentoſque & tenebris plenos efficere, vt eos ita affectos veluti qui ex obedientiæ virtute nil proficiant, imo vero etiam retroeant ab inſtituto certamine retrabat. Neque enim eis in mentem venire permittit, quod dum iſta quæ videntur optima nobis ſingulari Dei diſpenſatione ſubtrahuntur, materia nobis profundiſſimæ humilitatis datur. Repulſus eſt ſæpenumero quorumdam tolerantia huiuſmodi deceptionis auctor, cum poſt paululum adhuc iſto loquente, alius Angelus poſt modicum aſtans alteru nos modo ſeducere nititur. (D) Vidi populos obedientiæ deditos facile compungi, placidos eſſe, cõtinentes ſtudioſos, feruentes, quos Patris præſidium bello ſeruauerat immunes. (Seducti ſpê vitæ ſanctioris.) Quibus aſtantes dæmones eos iam eſſe idoneos qui ad ſolitudinem properarent ſuggeſſerunt, veluti per eam poſſent ad faſtigium ſummæ ac planiſſimæ quietis euadere, his illi perſuaſi ac ſeducti atque è portus fida ſtatione ad pelagi profunda tranſeuntes, tempeſtate ingruente ſolatio gubernatoris deſtituti, ſordido ſalſoque mari miſerabiliter abſorpti ſunt. Neceſſe eſt enim conuerti mare & turbari atque efferari vt tunc materiam omnem quam perturbatio & vitiorum flumina in ipſum deduxerunt, omnemque putredinem & herbam per eadem rurſus in terram deiciat. Inueniemus, ſi diligentius inſpiciamus poſt feros fluctus maris maximam tranquillitatem ſequi ſolere. (E) Qui patri ſpiritali, nunc quidem obedit, nunc vero inobediens eſt, is ei comparandus eſt, qui oculis ſuis modo collirium, modo calcem imponit. vnus eam, inquit, ſi ædificet & alius deſtruat, quid niſi labores acquiſierunt. (Eccl. 34.) Noli ô fili atque Domino obediens ſpiritu elationis decipi, neque peccata tua veluti ex perſona alterius magiſtro denuncies. Neque enim licet abſque verecundiæ rubore æterna confuſione liberari. Aperi, denuda, detege medico vulnus tuum. (Confeſſio peccati.) Dic, age, noli confundi. Meum vulnus eſt pater, mea plaga, cuius mihi cauſſa fuit non alterius ſed mea negligentia. Nemo huius auctor extitit, non homo. non ſpiritus, non corpus, non aliud quicquam, niſi deſidia mea. Eſto dum confiteris habitu, ſpe, cogitatione, vt condemnatus reus dimiſſis in terram luminibus atque ſi fieri poteſt magiſtri aut medici pedes: vt Chriſti pedes lacrymis riga. Solent nonnunquam dæmones nos vt aut non confiteamur hortari, aut certe vt hoc veluti ex alterius perſona faciamus, ſiue vt alios quoſdam peccati noſtri inſimulemus auctores. Sicut certum eſt, conſuetudo plurimum valet, & cuncta ex ea pendent, eamq; ſequuntur, omnino longe amplius ea valebit in bonis, cum potentiſſimum habeat adiutorem Deum. Noli ô fili annis plurimis laborans laſſeſcere, donec in teipſo beatiſſimam inuenias requiem. (F)

Quod ſi te ipſum in initio toto animo ignominiis expoſuiſti, ne indignum putes adiutori ac magiſtro tuo tanquam Deo vultu animoque dimiſſo culpas tuas confiteri. Vidi enim reos quoſque miſerabili omnino habitu, vehementiorìq; confeſſionis & ſupplicationis vi duritiam ac ſeueritatem emolliiſſe iudicis, illiuſque iracundiam in miſericordiam conuertiſſe.

Quocirca Ioannes quoque Domini præcurſor, antequam baptiſmi lauacra donaret, ab accedentibus confeſſionis humilitatem requirebat: (Matth. 3) Nun quidem vllo eorum, ipſe indigens? ſed eorum ſaluti modis omnibus conſulens Nec metu vllo, aut magna admiratione teneamur, ſi etiam poſt confeſſionem oppugnamur; præſtat enim cum inquinatione carnis, quam cum elatione mentis habere conflictum. Noli citius accurrere neque eloneris facile, cum enarrari audis ſolitariorum atque anachoretarum patrum vitas, tu enim protomartyris militia incedis. (Tutus eſt [illegible]) Neq; ſi cadere in conflictu contingat, fraterna ex acie excedendum eſt. Nam tunc maxime indigemus medico, cum vulnera ſuſcepimus. Is enim qui adiutorio ſubnixus pedem in lapidem offendit, ſi adiutorio deſtitutus eſſet, non offenderet ſolum, ſed omnino moreretur.

(G) Quoties lapſis lapſi ceciderimus, ocius dæmones, atque acrius inſtant, ac veluti rationabilem, immo vero irrationabilem occaſionem nacti, tunc iam nobis quietem ſolitudinis ſuggerunt, ea intentione vt ruinæ noſtræ ruinam etiam adiiciant. Cum ſe medicus de virium ſuarum impotentia excuſat, tunc ad alium neceſſario eundum eſt. Nam ſine medici peritia pauci curantur. Quis ille erit qui aduerſetur ita diſſentientibus nobis eam nauem, quam gubernator optimus ac peritiſſimus regit, ſi naufragium incidat omnino perituram ſi gubernatore deſtituta eſſet: Ex obedientia humilitas, ex humilitate vero placida animi tranquillitas naſcitur. Quippe in humilitate noſtra memor fuit noſtri Dominus: & redemit nos de inimicis noſtris.

(Pſal. 135) Nihil igitur dicere prohibet ex obedientia tranquillitatem naſci, per quam finis humilitatis acquiritur. Hæc enim illam inchoat, ſicut Moyſes legem; perficit autem filia matrem, ſicut Maria ſynagogam. Supplicio te vera omni digni apud Deum ſunt illi ægroti, qui medici peritiam vtiliter experti, antequam perfectæ reddantur ſanitati, hunc deſerunt, alterumque illi præferunt. Noli eius manus fugere, qui te obtulit Domino. Neque enim alium ita vt illum in via tua reuereberis. (H)

Nequaquam tutum eſt imperito & gregario militi ad gladiatorum certamen deſcendere: Ita ne monacho quidem tutum eſt, animæ ignaro, rudi adhuc perturbationum, neque in his antea exercitato ad ſolitudinem contendere: Ille enim in corpore. hic vero in anima periclitabitur. Boni enim (inquit ſcriptura) ſunt duo ſuper vnum. Hoc eſt, bonum eſt filio vna cum patris adiutorio per ope- (Solitudo [illegible] Eccl. 4.)

A tationem ſancti Spiritus aduerſus anticipationes ſuas, vitioſam conſuetudinem pugnare. Qui cæcum duce paſtore, gregem viæ ignarum ductore, infantem patre ſuo, ægrotum medico, gubernatore nauem deſtituit, fraudat, vtriſque periculum parat. Qui vero ſine Patris auxilio contra Spiritus nequam pugnare nititur; ab illis occiditur. Hi quidem qui ad medicorum tabernas in initio adueniunt dolores ſuos, qui vero ad ſubiectionem accedunt, eam quæ in ſe eſt humilitatem notent. Nam illis quidem dolorum leuigatio, iſtis vero ſuæ reprehenſionis adiectio certiſſimum ſignum ſanitatis eſt. Sit tibi conſcientia ſubiectionis ſpeculum & ſatis eſt. Hi quidē qui in ſolitudine patri ſubiecti ſunt, dæmones tantum aduerſarios habent; qui vero in congregatione ſunt, dæmonibus atque vna hominibus colluctantur. Et priores illi quidem exigui conſpectu præceptoris diligentius illius mandata cuſtodiunt, ſequentes vero nonnunquam per illius abſentiam ea paululum tranſgrediuntur. Verum ſi ſtudioſi laborumque patientes fuerint, per offenſionum tolerantiam illam copioſiſſime ſupplent, coronaſque duplices referunt. O-

(Qui ſint in periculo.)

B mni cuſtodia ſeruetis vosmetipſos. Portus enim manibus repletus eas facile conterere ac demoliri ſolet, atque maxime illas quæ ab iracundia veluti à verme aliquo latenter perforatæ fuerint.

(Iracundia vermis.)

Dum ſub magiſtri manu ſumus, ſilentio ſupremo ignorantiam ſemper prætendentes hos ipſos aſſuefaciamus. Vir enim tacitus philoſophiæ filius: plurimam ſemper ſcientiam poſſidet. Vidi eum qui ſubditus erat verbum ex ore magiſtri rapuiſſe, deque eius ſubiectione deſperaui animaduertens illum ex eo ſuperbiam potius quam humilitatem acquiſiſſe. Omni vigilantia proſpiciamus, omni diligentia obſeruemus, omnique cuſtodia prouideamus, quando aut quomodo miniſterium orationi præferendum ſit. Neque enim ſane id ſemper faciendum eſt. Attende tibi ipſi, quando in conſpectu fratrum tuorum aſtas, vt non velis eis iuſtior videri in vllo penitus. Duo enim mala facis, dum & illos ex hoc tuo falſo ac ficto ſtudio conturbas, & tibi ex omni loco arrogantiam & ſuperbiam conquiris. Eſto animo ſtudioſus ac ſolicitus, neque id penitus corpore fingens, non habitu, non ſermone, non ſigno, iſtudque ſi proximum tuum ſpernere ac minimum vel minimi exiſtimare quiueris. Quod ſi hactenus ad id pronus extiteris, eſto fratribus tuis per omnia ſimilis, neque per elationem diſſimilis.

(Hypocryſis malum.)

C Vidi plerumque improbum diſcipulum cum de magiſtri virtutibus coram hominibus quibuſdam gloriantem, qui tamen dum ſibi ex aliena fruge gloriam venaretur, acquiſiſſe, ignominiam potius retulit, cunctis ad illum conuerſis ac dicentibus: Et quomodo arbor bona ramum infructuoſum tulit? Non tunc nos patientiæ deditos, aut virtuti exiſtimemus, cum patris obiurgationem fortiter tulerimus; ſed cum à cunctis hominibus contempti, ac verberibus etiam affecti, conſtanter tolerauimus. Patrem enim idcirco toleramus, quia reueremur, illique pro impenſa nobis cura debitores ſumus. Bibe ſumma alacritate obiurgationes atque irriſiones, à quouis homine tibi propinatas non aliter, quam aquam vitæ. Potare enim te quærit ſalubri potione, & per quam omnis animi laſciuia & luxuria purgetur. Nam huiuſmodi reuera hauſtu orietur intima & profunda caſtitas in anima tua, luxque Dei candidiſſima ex corde tuo non deficiet. Nemo cum ſub

(Matth. 7.)

(Bibere irriſiones.)

D ipſo viderit fratrum coetum requieſcere, in mente ſua inde cautus glorietur. Fures enim iuxta ſunt. Recolens recoles quid Dominus dixerit, Cum omnia feceritis quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Porro qua iudicij ſublimitate labores noſtros Deus examinet, in exitus noſtri tempore ſciemus. Cœnobium eſt terreſtre cœlum. Idcirco quaſi angeli miniſtrantes Domino affici in corde ſtudeamus. Nonnunquā hi qui in eiuſmodi cœlo ſunt, corde fere lapidei fiunt. Nonnunquam vero per compunctionem molliuntur, vt per huiuſmodi duritiam elationem fugiant, & per lachrymas labores conſolentur. Modicus ignis plurimum ceræ mollit. Modicumque contingentis ignominiæ omnem ſæpe cordis feritatem, omnem duritiam, omnemque cæ-

(Luc. 17.)

(Cœnobiũ.)

E citatem repente molliuit, obdulcauit, deleuit, niſi aliquando duos latenter obſidere, certantiumque gemitus, ac labores obſeruando auſcultare: ſed alter imitandi ſtudio id faciebat; alter vt cum tempeſtiuum cerneret, iſta cum exprobatione publicaret ac Dei famulum à ſacra iſta exercitatione retraheret.

Noli præter rationem ſilere, ne ex tui ſilentii improbitate aliis turbationis & amaritudinis author fias. Neque moribus tardus inceſſuque celer ſis, alioquin turbulentis & inſanis deterior eris. Vidi, vt ait Iob, huiuſmodi nonnunquam morum tarditate, interdum vero etiam ex dexteritate animas parere & perire malitiæque varietatem admiratus ſum. Qui in fratrum medio conſiſtit, non tam ex Pſalmorum modulatione quam ex oratione lucrari poterit. Nam ſæpe ex alterius vocibus & modulationibus ne virtutem intellectumque Pſalmis conſequi poſſimus impeditur. Certa tota animi intentione, mentemque ſemper inquietam ac vagam infatigabiliter contine, teipſum ad teipſum colligens. Neque enim ab his qui obedientiæ legibus viuunt orationē ſine vllo cogitationum ſtrepitu quietam requirit Deus. Noli triſtari aut mœrore vllo

(Non ſilendum nimium.)

(Modulatio intellectũ impedit.)

F affici, ſi dum ætas ſubtiliſſime inimicus irrepſerit, animique intentionem clam vt fur auerterit, ſed bono animo eſto dum ſemper lubricam reuocas mentem. Angelis enim ſolis datum eſt huiuſmodi non patere furibus. Qui ſibi ipſi latenter perſuaſit nunquam ſibi ab huiuſmodi conflictu recedendum vſque ad extremum ſpiritum, imo ſi mille mortes vt ita dixerim, animæ & corporis immineant nihil huiuſmodi facile incurret. Nam cordis hæſitatio & infidelitas, locorumque motatio offendicula ſemper atque calamitates parare conſueuerunt.

Qui enim proni ac faciles ad migrationem mutationemque locorum ſunt, improbi omnino iudicantur. Nihil ita boni operis fructus conſueuit obtundere, vt locorum crebra mutatio. Si ignotum tibi hactenus medicum ſiue medicinæ oſtenderis tabernam, eſto vt prætericos viator, cunctorumque illic degentium clam experimentum ſume. At ſi ex opificibus & miniſtris quidquam auxilii & emolumenti in tuis ægritudinibus te accepiſſe perſenſeris, maxime vero in tumore animæ, quem euacuare quæris tunc iam ſecurus accede, teque ipſum vende illic humilitatis auro, ſub obedientiæ chirographio & adminiſtrationis literis, teſtibuſque angelicis horum in conſpectu diſrumpe atque conſcinde propriæ voluntatis chartam. Nam

(Loci mutatio.)

G ſi huc illucque circumeas, fœdus iam & pretium, quo te Chriſtus emerit, violas. Admoneat te iugiter ſepulchri memoria. Nemo è monumento progreditur ante communem reſurrectionem omnium. Sin vero exierint aliqui conſidera quia & mortui ſunt. Quod nos vt ne patiamur, Dominum intenti oremus. Cum ſenſerint fragiliores quique ac ſegniores grauia ſibi imperari, tunc orationes præferre contendunt, cum vero leuiora, tunc ab hac velut ab igne diffugiunt. Sunt nonnulli qui poſtquam adminiſtrationis officium ſuſceperint, pro conſultatione & quiete fratrum requiſiti, illo ſe abdicant, atque id ei concedunt. Sunt item qui ex pigritia id faciunt. Sunt qui ex inani gloria facere id volunt. Et ſunt qui ex alacritate animi. Si te rapuit quodlibet genus viuendi videſque in eo, animæ oculum abſque profectu perſiſtere, diſiungi ab inſtituto quam celerius ſatage. Verum is qui probatus eſt æque in omnibus probatus eſt, ſicut etiam econtra. Maledicta in ſeculo atque iniuriæ multa ſæpe difficilia fecerunt,

(Memoria ſepulchri.)

H Ita & in religioſis congregationibus gulæ illecebra, ruinam omnem & negligentiam atque contemptum operantur. Hanc tu rabidam dominam ſi ſubigere volueris, omni in loco placidiſſimam quietem acquirere valebis. Illa vero ſi tibi dominetur; extra monumentum omni in loco periclitaberis. Dominus quidem illuminat cæcos obedientium oculos ad contuendas magiſtri virtutes. Idemque eos excæcat ne defectus videant, econtra vero bonis omnibus infeſtus dæmon facere conatur. Sit nobis ô fili forma optimæ ſubiectionis argentum: quod viuum dicitur, quod quamlibet in omnia voluatur, manet tamen omni ſordium commixtione liberum. Qui ſolicito ac ſtudioſi ſunt, ſeipſos cautiſſime attendant, ne dum negligentiores quoſque iu-

(Gulæ illecebra.)

A

Secundo autem dixit Abi, vende facultates tuas, & Domino da, & tollens crucem tuam persiste in conuentu & cœnobio fratrum, & omnino thesaurum habebis in cœlo.
Matth. 10. Deinde dicit & tertio; Assume in animo tuo inseparabiliter & tota intentione verbum illud: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. In intimis visceribus reconde, absensque si fieri potest, eum exercitationis tuæ in Domino ducem ac magistrum quære: quo in omnium mortalium
Iniuriosos ut lac bibere Fornicari *Matt. 16.* natura sit asperior aut grauior, sub quo perseuerans iugiter obiurgationes & irrisiones quotidie, vt mel & lac bibe. Ad quem frater ille inquit: Si huiusmodi negligens fuerit, quid facio pater? Et si fornicari, inquit, illum videris, noli discedere, sed ad templum conuersus dic: Amice ad quid venisti? Tunc aspicies tumorem tuæ mentis dissipari, excandescentiamque mitescere. Contendamus totis viribus omnes qui Dominum metuimus, ne in virtutis gymnasio nequitiam nobisipsis acquiramus, malitiamque & acerbita-
Odiosi dæmonibus monachi. tem & astutiam, per quæ cursus impeditur noster. Solet enim id contingere, nec mirum. Quandiu enim homo aut priuatus, aut nauta, aut agricola fuerit, non vsque adeo aduersus inimicos regis armantur. At cum illum à rege sigillum accepisse viderint, scutumque & gladium & arcum & frameam, vesteque indutum militare, tunc maxime aduer-

B

sus eum infrendunt dentibus ac modis omnibus necare contendunt. Quocirca non dormiamus, vidi plerumque infantes pueros simplicitate ac decore mirabiles, sapientiæ & eruditionis atque vtilitatis acquirendæ gratia ad magi-
Mala educatio. stros proficisci, nihilque inde eruditionis consequi, nisi tantum fastum & nequitiam ex reliquorum contubernio. Qui sensum habet, intelligat. Impossibile est, vt qui artem aliquam totis animis addiscunt, non illa quotidie proficiant, verum alij quidem ex his profectum suum agnoscunt alij Dei dispensationem ignorant. Optimus ille trapezita est, qui quotidie vespere lucrum, ac detrimentum omnino computat. Quod scire manifestius non potest, nisi
Annotare in tabulis delicta. Patientia horis singulis in tabulis omnia denotet. Nam cum calculi singulis horis ponuntur, totius diei ratio postmodū clarius agnoscitur. Quoties exprobratur & contemnatur stultus, dolet atque angitur, volensque arguenti citius silentium imponere, veniam prostratus postulat; non humilitatis gratia, sed vt ille exprobrare desinat. Cum obiurgaris, tace, ac suscipe animæ cauterium, immo vero castitatis luminaria. Cum cessauerit medicus adurere, tunc demum

C

vt tibi ignoscat, suppliciter obsecra. Nam in illo feruore increpationis fortasse pœnitentiam non suscipit. Quicunque in congregationibus degimus, aduersus omnia quidem, sed contra hæc duo præcipue vitia horis singulis pugnare debemus aduersus insaniam ventris atque iracun-
Edacitas & iracundia cœnobitis superanda. diam. Hæc enim in turba fratrum proprijs materijs abundant. Solet Diabolus eis qui in subiectionis humilitate viuunt, virtutum quas sequi non possint desiderium immittere, similiter & in solitudine viuentibus, aliena & ad se nihil pertinentia suggerere. Euolue diligenter & explica subditorum reproborum mentem, inuenies illic vagam & variam intentionem, sollicitudinis desiderium, ieiunii enormitatem, orationis insuperabilis affectum, summum gloriæ contemptum, memoriam mortis indelebilem, perpetuæ compunctionis imaginem, iracundiæ omnimodam sedationem, altissimi silentij castitatisque excelentissimæ studium. Quibus rebus cum ex dispensatione Dei initio carent, nonnulli decepti frustra acceptis studijs desilierunt. Ista enim idcirco ante tempus inimicus eos fecit in-

D

quirere, ne perseuerantes eum tempestiuum esset, eis fruerentur. Contra his qui solitariam vitam delegerunt, seductor astutus obedientium gloriam ingerit, hospitum ac peregrinorum curam ministrationemque: Fraternitatis studium, contubernij familiaris dulcedinem, infirmantium obsequia, &c. quæ sui studij non sunt, vt istos quoque sicut & priores versutus ille instabiles faciat. Paucorum reuera est solitudinem, vt dignum est, prosequi, eorum solummodo qui ad laborum tolerantiam atque ad auxilium bellorum diuina consolatione recreantur. Pro qualitate autem nostrarum passionum subiectiones quoque discernamus, ac prompte eligamus. Si te ad libidinem ac lasciuiam
Libidinosus. Iratus. pronum animaduertis, is te pater exerceat qui ventri indul-

E

gere non norit, non qui miraculis coruscet, paratusque sit semper ad suscipiendos peregrinos. Porro si elata ceruice es, seruidus atque inclemens, non mitis ac blandus moderetur. Non eos inquiramus qui futura prænoscunt ac præuident, sed ante omnia penitus humiles, nostræque ægritudini ac morib. atq; habitationi congruentibus. Imitatare iustum illum Abbacyrum, cuius antea mentionem fecimus, & hic enim optimus ac præclarus ad prompte ob-
Signum habitantis spiritus. *Luc. 1.* temperandum modus est, si semper ita tecum repures. Tentat te pater, neque vnquam penitus salueris. Si cum iugiter à Patre obiurgaris, ampliorem in eum fidem & charitatem assumis, habitat in anima tua Spiritus sanctus inuisibiliter, & obumbrabit tibi virtus altissimi. Noli ergo gloriari ac letari, si contumelias & ignominias fortiter toleras, sed luge magis, quod aliquid omnino dignum contumelia egisti, patrisque animam contra te commouisti. Rem dicturus sum mirabilem, sed vide omnino ne hæsites, cuius habeo sententiæ patronum Moysen: Expedit in Deum magis pec-
Offendere ducem & præfectum. care, quam in Patrem nostrum. Nam si Deum ad iracundiam prouocauerimus, dux noster illum reconciliare nobis poterit. Si vero ducem ipsum perturbauerimus, nullum iam qui nobis illum propitium faciat, habebimus.

F

Quæ vtraque mihi in vnum recurrere videntur. Inspiciamus diligenter & discamus sobrieque ac vigilanter attendamus quid quo tempore seruandum sit. Nonnunquam
Quando obiurgatis silendū est. Quando respondendū. enim cum à pastore incusamur, gratifice tolerare ac tacite debemus, nonnunquam vero facti nostri rationem reddere. Mihi quidem in his omnibus silendum videtur, quæ nobis vllam ignominiam afferant, lucri enim tempus est, in his vero quæ in personam alterius redundant rationē reddendam ob vinculum charitatis atque insolubilis pacis. Quicunque ab obedientia desilierunt, hi ibi postmodum vtilitatem eis enarrabunt. Tunc enim in quo cœlo stabant, agnouerunt. Is qui ad placidissimam animi quietem atque
Maledicta singulis diebus patienda. ad Deum currit, die omni qua maledicta non sustinet, ingens detrimentum se sustinuisse arbitratur. Sicut enim arbores, quæ à ventis agitantur, altioribus semper radicibus nituntur; ita, & qui in obedientia degunt, validas atque inconcussas animas possident. Qui in solitudine residens agnouit imbecillitatem suam, migransque seipsum obedientiæ vendidit, hic cæcus cum esset, sine labore respexit ad Christum. State, state, dicam iterum state fratres currentes athletæ audientes, quid de vobis ille Sapiens clamet:
Psal 5. Sicut aurum in fornace Dominus, immo vero in cœnobio probauit eos, & sicut holocausti hostia accepit illos in finibus suis.

G

* *Recte illud accipe. hyperbolice enim ita loquutus videtur. Intelligere enim videtur, grauius peccare monachum inobedientem, quod obstinatia sua Prælatum, seruum & Deum offendat cum scandalo tertius turbans quam si simplex aliquod peccatum ex imbecillitate perpetrasset, solum aduersus diuina præcepta* [illegible] *sua pedibus.*

De accurata pœnitentia, Gradus V.

POenitentia est reuocatio baptismatis. Pœnitentia est secundæ vitæ conuentio ad Deū. Pœnitens est humilitatis emptor. Pœnitentia est corporeæ consolationis perpetua & iugis repudiatio. Pœnitentia est seipsum semper condemnans cogitatio, securaque cuiusque sui cura. Pœnitentia est spei filia, infidelitatisque & desperationis abnegatio. Pœnitens est reus confessione liber. Pœnitentia est reconciliatio Domini per bona opera peccatis repugnantia. Pœnitentia est conscientiæ emendatio. Pœnitentia est

H

voluntaria earum rerum omnium quæ affligant, toleratio.
Psal. 56. Pœnitens est cruciatuum sibi semper opifex. Pœnitentia est valida ventris afflictio, animęq; in sensu firmissimo iugis reprehensio. Concurrite & accedite, venite, & narrabo vobis omnes qui Deum irritastis. Congregamini, & videte quanta ad ædificationem ostendit Deus animæ meæ. Præferamus ordine atque honore eorum narrationem, qui per ignominiam serui atque operarij venerabiles sunt. Audiamus, obseruemus, faciamus quicunque præter spem ruinā vllam passi sumus Surgite, & sedete qui per ruinam scelerū iacetis. Attendite fratres mei, verba mea. Inclinate autem vestram qui Deum rursus vobisipsis per veram cōuersionē

A reconciliare cupitis. Cum audiſſem ego imbecillis magnũ
quendam eſſe & peregrinum ſtatum, atque humilitatem
Carcer Monaſterij. eorum qui ſeparatum illud monaſterium (quod carcer ap-
pellatur) incolebant, quodque illi luminari luminarium,
de quo ante mentionem fecimus, adiacebat, obſecraui iu-
ſtum illum, vt me illuc viſendi gratia perduci faceret. Ceſſit
precibus meis ſummus vir, nolens animam meam in vllo
contriſtari omnino. Cum igitur perueniſſem ad pœniten-
tium monaſterium, immo vero ad religionem fugientium,
1 Cor. 2. vidi reuera (ſi dicere id audeam) quæ negligentis oculus
non vidit, auriſque deſidioſi non audiuit, & in cor pigri hõ-
minis non aſcenderunt res & verba quæ Deo vim inferre
poſſent, habitus & ſtudia quæ ipſius clementiam celerrime
Vigiliæ. flecterent. Quoſdam enim ex reis illis vidi noctibus totis
vſque mane ſub diuo ſtare peruigiles, pedeſque immobi-
les tenere, cumque ſomno miſerabiliter depreſſi agitaren-
tur, vim naturæ inferre, nullamque ſibiipſis requiem om-
nino indulgere, ſed ſeipſos increpare, ignominiiſque &
Suſpiria. contumeliis afficere atque excitare. Alios miſerabiliter in
cœlum intuentes, & illic adiutorium eum gemitu & ſuſpi-
Orationes B riis & vocibus inuocantes. Alios in oratione exiſtentes, ac
reorum in morem vinctis poſt terga manibus humi luridas
facies ſuas inclinantes, indignoſque qui ſe in cœlum aſpi-
cerent vociferantes, nec quicquam ad Deum dicere oran-
do præcogitationum & conſcientiæ hæſitatione præſu-
mentes, neque quomodo vel vnde orationem facerent,
præſumentes, ſolamque animam tacitam mutamque men-
Cilicium Cinis Tunſio pectoris. tem Deo offerentes, tenebris ac deſperatione plenam. Nõ-
nullos in pauimento ſtrato cilicio & cinere ſedentes, ac
faciem genibus operientes, frontemq; in terram colliden-
tes.

Lachrymæ. Alios iugiter pectora tundentes, animamque ſuam ac
vitam ſuſpirio ingenti reuocantes. Ex his alii quidem paui-
mentum madefaciabant lachrymis, alii vero quia lachry-
marum imbres non haberent, ſeipſos miſerabiliter lamen-
tabantur. Plurimi, vt fieri in mortibus ſolet, ſuper anima-
bus ſuis vlulatum diræ vocis emittebant, anguſtiam cordis
ferre non valentes. Alii ex intimo corde rugiebant, atque
intra os gemitus ſonum cohibebant. Interdum vero cum
ſe continere non poſſent, repente exclamabant: Vidi ego
C illic nonnullos habitu & cogitatione & actu quaſi à ſemet-
ipſis exceſſiſſent, ac ſtuporem mentis incurriſſent, veluti
æneos quoſdam ſummo ex mœrore effectos, totos tene-
bris obitos, & ad omnia vitæ huius velut inſenſibiles fa-
ctos. Mentem quippe iam in humilitatis abyſſum demer-
Extatici. ſerant, ac mœroris igne oculorum lachrymas fixerant.

Alios itero mœſtos ſedere, atque in terram fixis obtuti-
bus ſtare perſpexi, caputque aſſidue mouere & leonum in
morem ex imo corde rugitum ac gemitum emittere. Ex his
alii pleni ſpe remiſſionem omnimodam inquirentes ora-
bant. Alii ex ineffabili humilitate indignos ſe remiſſione iu-
dicabant, nec omnino poſſe Deo rationem reddere clama-
bant. Quidam hic excruciari, vt illic miſericordiam conſe-
querentur à Domino ſupplices poſcebant. Plerique ex cõ-
ſcientiæ onere attriti ac depreſſi, ſatis ſibi ex intimis eſſe di-
cebant, ſi vel ſuppliciis eximerentur, regnoque non poti-
rentur.

Vidi illic animas humiles contritas & præ graui pon-
dere incuruatas ac deiectas, quæ vocibus illis ſuis ad Deum
emiſſis lapides quoque ipſos ad compunctionis ſenſum e-
D mollire potuiſſent. Ita enim defixis in terram luminibus
aiebant: Nouimus ſane, nouimus, omnibus iam pœnis atq;
cruciatibus nos eſſe digniſſimos. Et merito quidem, neque
enim idonei iam ſumus qui pro debitorum noſtrorũ mul-
titudine ſatisfacere poſſimus, etiam ſi orbem vniuerſum, vt
Humilis cogitatio. Pſal. 6. pro nobis lugeat conuocauerimus. Illud ſolum oramus,
illud deprecamur, id tota animi intentione ſupplicamus
neque in ira tua arguas nos, neque in furore tuo corripias
nos, neque iuſtiſſimi iudicii tui legibus excrucies nos, ſed
parcius & miſericordius. Satis enim nobis eſt ingenti illa
tua ac terribili comminatione, ſuppliciiſque illis occultis,
ignotis atque inauditis liberari. Neque enim vt pœnis om-
nino liberemur, petere audemus. Qua n. facie, quo animo
id audeamus, qui profeſſionem noſtram violamus, eamq;
poſt priorem clementiſſimamq; remiſſionem ſordidaui-
mus? Illic profecto ò dulciſſimi amici, illic verba Dauid re- E
bus ipſis cerneretis impleta, ærumnis affectos homines, at-
que vſque in finem vitæ incuruatos, totiſque diebus mœ-
ſtos incedentes, & ex putrefactis corporis partib. fœtorem
exhalantes, qui quaſi ſine vlla carnis cura degerent oblitui- Pſal. 101.
ſcebantur comedere panem ſuum, potumque aquæ cum
gemitu miſcebant, & cinerem cum pane manducabant. Exclamationes.
Adhæſerunt illorum oſſa carni, ipſique vt fœnum exarue-
rant, nec quicquam apud illos audiuiſſes, niſi hæc verba;
Væ væ me miſerum, me miſerum. Iuſte, iuſte, parce, parce
Domine. Nonnulli miſerere dicebant. Alii vero ritius mi-
ſerabilius clamabant: Ignoſce, ignoſce Domine, ſi poſſibi-
le eſt. Vidiſſes in illis æſtuantes linguas inſtar canum ex ore
procedentes. Ex his alii ſub ardentiſſimo ſolis æſtu ſeipſos
cruciabant. Alii contra acerrimo frigore ſe affligebant.
Quidam modicum aquæ deguſtantes ne omnino ſiti exa-
reſcerent ita quieſcebant. Nonnulli cum panis exiguum
quid accepiſſent, reliquum manu longius proiiciebant, in-
dignos ſe qui rationali cibo veſcerentur aſſerentes, quippe
qui irrationabiliter egiſſent. Quem apud illos locum riſus
habere poterat? Quem ocioſus ſermo? Quem iracundia?
Quem furor? Nec enim quod in hominibus iracundia eſ- F
ſet, ſciebant, adeo luctus furorem omnem penitus extinxe-
rat. Vbi apud illos contradictio? Vbi feſtiuitas? vbi confi-
dentia? vbi corporis obſequium & cura? vbi vel veſtigium
inanis gloriæ? vbi deliciarum expectatio? vbi tenuis vini co-
gitatio? vbi pomorum deguſtatio? Vbi feruentis ollæ ſola-
tium? Vbi gulæ vlla illecebra? Horum enim omnium apud
illos ſpes nulla erat. Non terrenæ cuiuſquam rei cura ange-
bantur. Non iudicare vllum omnino hominum didice-
rant. Nihil horum penitus in illis inueniſſes. Cæterum iugi-
ter ad Dominum clamabant, ſolaque orationis vox audie-
batur. Alii enim pectus valide manib. cædentes; quaſi iam
ad ipſam aſtarent cœli ianuam ad Dominum dicebant: A-
peri nobis iudex ianuam. Aperi nobis, ex quo illam nobiſi-
pſi per peccatum clauſimus. Clamabat alius: Oſtende fa-
ciem tuam tantum, & ſalui erimus. Alius econtra: Appare
his qui in tenebris & vmbra mortis ſedent humilibus tuis.
Alius rurſus: Cito anticipent nos miſericordiæ tuę, quia Pſal. 79. Luc. 1.
pauperes perimus, quia deſperauimus, quia nimium defe- Pſal. 78.
cimus. Pſal. 113.

Nonnulli autem aiebant: Putas ne apparebit Domi- G
nus vltra ſuper nos? Alii vero: Num pertranſiit anima no-
ſtra debitum intolerabile? Alii, Putas ne adiiciet Dominus
vltra conſolari in nobis? Putas illum audiemus dicentem
nobis, qui ſumus in vinculis inſolubilibus carcere, & qui in
inferno pœnitentiæ ſedemus, laxamini. Putas ne clamor
noſter ad aures Domini ingreſſus eſt. Cuncti vero ſedebant
ſemper ante oculos ſuos mortem attendentes ac dicentes:
Quid putatis contingent? Quænam erit illa ſententia? Quis
finis noſter? Putas erit reuocatio? Num ſupereſt vlla ſpes
veniæ mœſtis humilibus reis. Num valuit oratio noſtra in-
gredi ante conſpectum Domini? Aut merito repudiata eſt,
abiecta atque confuſa? Aut ſi forte intrauit quantum pere-
git? Quantum placauit Deum? Quantum profecit. Quan-
tum operata eſt? Emiſſa quippe ex immundis corporibus &
labiis, parum virium habere potuit. Putas omnino reconci-
liauit iudicem? An ex parte? An vulnerum vel medietas de- Angeli cuſtodes.
leta eſt? Quippe maxima cum ſint plurimis & laboribus &
ſudoribus & doloribus indigent. Putas appropinquaue-
runt nobis Angeli cuſtodes noſtri? An adhuc longius à no-
bis ſtant? Niſi enim illi appropient nobis, inutilis & infru- H
ctuoſus eſt omnis labor noſter.

Neque enim habet vim confidentiæ oratio noſtra, neq;
munditiæ pennas, vt ingredi ad Deũ poſſit, niſi hanc è pro-
ximo aſſumant Angeli, qui nobis præſunt, eamq; offerant.
Domino. Nonnunquam vero hæſitantes huiuſmodi ad in-
uicem dicebant. Num fratres aliquid proficimus? Num
petitione noſtra potiemur? Num iterum ſuſcipit? Alii vero
ad iſta reſpondebant: Quis nouit, vt dixerunt Niniuitæ,
fratres noſtri, ſi forte pœniteat Deus atque ab ingenti illa
pœnitentia nos liberet? Tamen quod noſtri muneris eſt
non negligamus. Et ſi quidem ille aperuerit, bene eſt. Si ve- Ione 3.
ro alias benedictus Dominus iuſte excluſit nos: Veruntamen
perſeueremus pulſantes, vſque ad finem vitæ noſtræ.

A Forſitan improbitati noſtræ ac perſeuerantiæ cedens aperiet, benignus quippe & miſericors eſt. His atque huiuſmodi ſeipſos exhortantes atque excitantes aiebant: Curramus fratres, curramus, curſu enim opus eſt & vehementi curſu, quoniam cœtu noſtro decoro atque optimo excidimus. Curramus, neque huic carni noſtræ ſordidæ atque nequam parcamus fratres, ſed occidamus illam ſicut prius occidit nos. Sic beati illi rei faciebant. Genua illis ex perpetuo orationis vſu obcalluerant. Oculi defecti atque defatigati intus pro[...]e receſſerant, pilis omnibus ciliorum amiſſis. Genæ ardentium feruore lachrymarum aduſtę videbantur, facies marceſcentes ac pallidæ ſquallebant, nihilque à mortuis in comparatione differebant. Pectora tunſionum ictibus dolebant, ſaliuamq; ſanguinis ex pectoris illiſionibus emittebant. Vbi electi viſus? Vbi indumenti munditia & firmitas? Omnia ibi diſciſſa erant & ſordida ac pediculis operta. Quid autem eſt eorum qui à dæmonibus arripiuntur, ſi illis conferatur afflictio? Quid mortuos plangentium amaritudo? Quid mœror in exilio degentium? Quid parricidis reorum pœna? Nihil ſane eſt illorum pœna ſuppliciumque quo inuiti afficiuntur, ſi voluntariæ iſtorum pœnæ conferantur. Sed quæſo fratres ne ea quæ
B dicta ſunt fabulas exiſtimemus. Rogabant nonnunquam iſti magnum illum iudicem paſtorem dico, inter homines Angelum, vt ferrum ac torques collo ac manibus imponeret: pedeſque patientium conſtringeret ligno, nec eos prius inde ſolueret, quam ſepulchrum ſuccederet. Immo vero nec ſepulchrum quidem. Neque enim profecto hanc quoque beatorum illorum reuera mirabilem ad Deum charitatem atque pœnitentiam abſcondam: Quoties ad Dominum profecturi & incorrupto tribunali iudicis ſiſtendi erant, felices illi regionis pœnitentium ciues, hoc per eum qui ſibi præerat adiurantes ab magno illo ſummis precibus petebant, ne ſepultura humana dignarentur, ſed brutorum inſtar, aut fluuialibus vndis traderentur, aut in campum proiecti beſtiis deuorandi permitterentur. Quod etiam nonnunquam fecit illorum precibus obtemperans diſcretionis lucerna, iubens illos omni pſalmodia omnique honore priuatos proiici. Cum vero extrema illorum hora aduenifſet, terribile omnino miſerandumque ſpectaculum cerneres. Nam cum eum qui ſe præcedebat, efflare iam animam ſenſiſſent, ſocii adhuc ſenſu integro vigente, circumſtabant illum ſiti æſtuantes & lugentes ac deſiderio pleni, miſerabili omnino habitu mœſtioreque
C ſermone capita ſua commouentes, efflantem iam animam interrogabant, miſericordiaque flagrantes aiebant ad illum: Quid eſt frater? Quonam modo tecum agitur? Quid dicis? Quid ſperas? Quid ſuſpicaris? Percepiſtine ex labore tuo quod quærebas? Aut non valuiſti? Perueniſti ad portum, aut nondum potitus es ſpe tua? Accepiſti certam aliquam fiduciam, an adhuc incerta ſpe fluctuas? Conſecutus es libertatem, an agitatur, ambiguaque cogitatio? Senſiſti aliquam in corde tuo lucem, an tenebroſa adhuc & ignominiæ confuſione plenum eſt? Vlla ne tibi vox intrinſecus facta eſt, dicens: Ecce ſanus effectus es, aut dimittuntur tibi peccata tua, aut fides tua te ſaluum fecit? Illam ne tibi adhuc vocem audire videris, quæ dicitur: Conuertantur peccatores in infernum? Et ligatis manibus & pedibus mittite illum in tenebras: & tollatur impius, ne videat gloriam Dei? Quid ais frater? Dic nobis, oramus, vt & nos ſci-
D re poſſimus, quid nam illic nos maneat: Tuum quippe tempus iam clauſum eſt, aliudque de cætero in æternum non inuenies. Ad hæc quidem alii dormientium; Benedictus, aiebant, Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Alij vero illud gementes dicebant; forſitan pertranſibit anima noſtra aquam intolerabilem. Quod nondum confidentes aiebant, ſed conſiderantes quam ſit pauendum illud, terribile incertumq; iudicium. Alij vero etiã mœſtius quiddam reſpondebant ac dicebant. Væ animæ illi quæ non ſeruauit profeſſionẽ ſuam integrã & immaculatam, hac enim hora tamen ſciet, quid illi præparatum ſit. Quæ ergo omnia cum apud illos audiſſem & vidiſſem, parum abfuit quin deſperatione abſorberer, cum meam intuerer malitiam & negligentiam eamque ſanctorum illorum afflictioni compararem. Quænam vero

Non parcenae carni.

Caro quæ occidit occidatur. Caute carnem concupiſcentias intellige.

Mirare hæc.

Mirandum.

Priuari mortuos pſalmodia.

Luc. 7.
Pſal. 9.
Matth. 22

Pſal. 123.

Ibidem.

E qualiſve erat eius loci facies & habitatio, tota tenebroſa erat, informis, fœtida, ſordida, ſquallida. Carcer enim & condemnatio rectiſſime appellabatur. Ipſa deniq; vel ſola loci contemplatio perfectæ pœnitentiæ ac luctus magiſtra erat. Sed ea quæ aliis difficilia atque impoſſibilia videntur, eiſque virtute ac ſpiritalibus diuitiis ſe excidiſſe meminerunt, grata ſunt & amabilia, ſitque eorum perfacilis aſſumptio. Anima enim quæ priori confidentia priuata, ſpe conſequendæ beatæ tranquillitatis excidit, ſigillumque caſtitatis aperuit, diuitiiſque gratiarum ſpoliata, & diuina conſolatione deſtituta eſt, pactumque & placitum Domini violauit extinxitque iam in ſe decorum lachrymarum ignem quoties horum memoria tangitur, quæ ſuam negligentiam ſe amiſiſſe retinet, acerrimo dolore compuncta & vulnerata, non ſolum quos prædiximus labores, cum omni ſtudio & alacritate ſuſcipit, verum etiam ſeipſam mactare per exercitationis magnitudinem contendit, ſi tamen in illa charitatis ac timoris Domini ſcintilla vlla derelicta eſt. Huiuſmodi profecto erant beati, hoc enim ſecum in animo voluentes, virtutiſq; qua exciderant altitudinem conſiderantes, memorati ſumus (aiebant) dierum antiquo-
F rum, ignitique illius ſtudii noſtri. Alii ad Dominum clamabant: Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, quas oſtendiſti animæ noſtræ in fortitudine tua? Memor eſto opprobrii & laboris ſeruorum tuorum. Alius vero: quis me ponat, aiebat, ſecundum menſem dierum meorum priorum, in quibus me cuſtodiebat Deus, quando lucebat lucerna lucis eius ſuper caput cordis mei: Sicque priores omnes virtutes ſuas memorabant, atq; iſta inſanorum more plorabant dicentes: Vbi eſt orationis puritas, vbi huius certiſſima fiducia? Vbi dulces lachrymæ in amaritudine? Ecce, vbi ſunt Vbi intimæ munditiæ & caſtitatis ſpes? Vbi beatiſſimæ ac placidiſſimæ quietis expectatio? Vbi ſyncera ad paſtorem fides? Vbi orationis illius in nobis efficacia & virtus? Perierunt iſta omnia, & quaſi nunquam viſa ſint, defecerunt, vtque nunquam fuerint, ita deleta ſunt & perdita. Iſta cum gemitu & lamentatione proſequentes, ita demum alii vt à dæmonio arriperentur orabant. Alii vt in morbum inciderent precibus à Domino poſcebant. Plurimi oculos amittere, miſerandumque omnibus ſpectaculum fieri optabant.
G Nonnulli paralytici fieri, & languorem corporis contrahere, ſolum ne futura ſupplicia experiri cogerentur cupiebãt. Ego autem, ô amici, neſcio; quo pacto diutius inter lugentes verſatus ſum, totoque animo in illorum admiratione ſuſpenſus meipſum cõtinere non potui. Sed vt ad id, vnde aberraràt, redeat oratio, cum triginta dies in cuſtodia illa perſeueraſſem, impatiens in magnum illud cœnobium, ad magnum patrem reuerſus ſum, qui vt me aſpexit immutata facie, totumq; veluti attonitũ, agnouit ſapientiſſimus immutationis cauſam, & ait ad me: Quid eſt pater Ioannes? Vidiſti ne laborantium certamina? Ad quem ego: Vidi, inquam, pater, vidi & admiratus ſum, feliciores q; exiſtimaui, qui poſt lapſum ita lugent, quam qui nunquam lapſi ſunt, & ſeipſos non ſic deflent. Illis enim ruina ſua cauſa fuit beatiſſimæ ac tutiſſimæ reſurrectionis. Tum ille: Sic (inquit) eſt, ac protinus adiecit veraciſſima illiꝰ lingua; Erat hic ante decem annos frater quidam nimium ſollicitus atq; ſtudioſus, taliſq; operarius, vt cum ego illum cernerem ita ſpiritu feruentem, tremere cœperim, illique à diaboli inuidia nimium metuere, ne forte dum vehementius curtit, offenderet ad lapidem pedem ſuum, quod fere eis euenire ſolet,
H qui celerius vadunt. Quod & factum eſt. Cum vero profundo veſpere regrederetur ad me, nudat vulnus, quærit emplaſtrum, petit cauterium, perturbatur vehementius. Cum vero medicum aſpiceret, ſe vti durius nolentem (erat enim miſeratione dignus) proiecit ſe in pauimentum, apprehendit pedes, multiſque illos lachrymis vbertim rigans, petiit ſe ad eam quam vidiſti cuſtodiam damnari, impoſſibile eſſe clamans illuc non proficiſci. Quid multa? Egit vi ſua vt clementia medici in duritiam verteretur, quod in languentib. perrarũ eſt, atque omnino mirabile, aduolat ocyus pœnitentes, additurque illis ſocius ad luctum promptus atque mœroris particeps. Igitur doloris gladio percuſſus in corde, quem diuina charitas acuerat, octauo poſtquam eo peruenerat die migrat ad Dominum, id

Pſal. 88.

Imprecationes pœnitentium.

Diſcretione neceſſaria impenguntur.

A

petens ne ſepultura frueretur. Quem ego vt ſane digniſſimum & hæc retuli, & in patrum ſepulchro ſepeliui. Idcirco & poſt ſeruitutis ſeptimam octauo die liber euaſit. Nec defuit quin id certiſſime cognoſceret, non illum ante à ſordidis & vilibus pedibus meis reſurrexiſſe, quam ſibi Deus propitius ignoſceret. Nec mirum ſane, ſumpta enim in corde illius meretricis fide, eadem & ipſe ſpe & confidentia lachrymis pedes meos inutiles rigauit. Omnia vero poſſibilia eſſe credenti Dominus prædixit.

Matth. 9

Vidi impuras animas corporum amoribus ad inſaniam vſque feruentes, quæ ea amoris experimento ſumpta occaſione pœnitentiæ, eundem amorem tranſtulerunt ad Dominum, omnique protinus timore relecto in Dei charitatem inexplicabiliter amplectendam incitatæ ſunt. Quocirca pudicæ illi meretrici non dixit, quia timuit ſed quia dilexit multum, potuitque facile amore amorem repellere.

Luca 7.

Non autem ignoro (admirabiles viri) fore, vt iſta quibuſdam videantur incredibilia, alijs vero ad credendum difficilia, nonnullis etiam deſperationem patientia, quæ modo enarraui beatiſſimorum illorum certamina.

B

Porro vir fortis ex his ſtimulum magis, igneumque iaculum ſumpſit, zelique conceptum feruorem in corde ferens abijt. At qui illo alacritate minor eſt, cognita imbecillitate ſua, atque ex hac cognitione & reprehenſione ſui facile humilitatem poſſidens, poſt primum cucurrit neſcio an apprehenderit: vir autem negligens, iſta quæ dicta ſunt, ne audiat quidem, ne forte id modicum quod interim operatur omnino deſperans diſſipet, compleaturque, in illo quod Dominus dicit: Ab eo autem qui non habet alacritatem, & ipſum quod habet auferetur ab eo.

Luca 8.

Fieri non poteſt, vt qui in lacum cecidimus iniquitatum, inde vnquam emergamus, niſi nos in abyſſum humilitatis pœnitentium deijciamus.

Humilitas duplex.

Alia adhuc peccantium conſcientiæ reprehenſio, & alia quæ perfectis per Dei operationem prouenit diues ac lætifica humilitas. Alia eſt triſtis mœrentium humilitas. Ne quæſo hanc tertiam verbis inuenire ſtudeamus, alioquin inaniter erremus.

Signum humilitatis.

Quæ vero humilitatis ſignum eſt ignominię perfecta toleratio, lugenti quoque nonnunquam præcedens conſuetudo violenter dominatur.

C

Nec mirum, iudiciorum atque ruinarum ratio obſcura eſt atque tenebroſa, nullaque hanc anima facile animaduertit, difficillime enim comprehendi ac diſcerni poteſt, quænam nobis per noſtram negligentiam, quænam per diuinam derelictionem, qua nonnunquam Deus humanam animam prouidentiſſima diſpenſatione deſerit, quænam per auerſionem Dei nobis ruinæ contingant. Verum id mihi quidam aſſeuerauit, eas quæ per diuinam prouidentiam contingunt celeri conuerſione ſolere aboleri, neque enim permittit nos Deus illis diutius teneri. quibus noſtri profectus gratia ad tempus traditi ſumus.

Spiritus mœroris.

Quicunq; lapſi ſumus, ante omnia ſpiritui mœroris reſiſtamus, ipſe enim orationis tempore aſſiſtens, priorisque confidentiæ nos admonens, orationem noſtram impedire nititur. Noli turbari ſi quotidie laberis, neque reſilias: ſed ſta viriliter, prorſus enim reuerebitur tolerantiã tuam cuſtos tuus Angelus.

Recens vulnus curatur.

Dum adhuc recens atque in ſanguine eſt vulnus, facile curari ſolet. Nam quæ dura & neglecta atque obducta vetuſtate ſunt, difficillime ſanantur, ingentiq; labore & ferro & cauterio & igni viſibili vt curari poſſint indigent. Plurima ſunt, quæ tempore fiunt inſanabilia, Deo tamen omnia ſunt poſſibilia.

D

Dæmonum perſuaſio.

Antequam corruamus clementem eſſe dæmones ſuggerunt, poſt ruinam vero durum & inimitem dicunt. Noli ei credere, qui poſt grauiorem lapſum in minimis defectibus ingemiſcenti, dicit: Vtinam id non feciſſet. Nam iſtud quidem nihil eſt. Sæpe enim parua munera ingentem iudicis iram mitigarunt. Qui reuera reatus ſui pœnam dat, is omnem diem qua non luget ſe amiſiſſe arbitratur, etiam ſi qui fortaſſis bona alia in illo fecerit. Nullus eorum, qui ſe pœnitentiæ lamentis attriuit, in exitu ſecurus fieri expectet, Nam quod incertum eſt, id ſatis firmum non eſt.

Pſal. 38.

Dimitte mihi per certam ſecuritatẽ vt refrigerer, antequam hinc incertus abeam. Vbi ſpiritus Domini, ibi nexus ſoluti ſunt. Iidemque ibi humilitas profunda & inuiolabilis. Nam qui ſine his duobus hinc proficiſcuntur, non ſe fallant, vincti ſunt: qui ſeculo ſeruiunt ſoli huiuſmodi certis ſecuritatibus & maxime priore alieni ſunt.

E

Nonnulli tamen per eleemoſynam & pietatis opera currentes, lucrum ſuum in exitu cognoſcunt. Qui ſeipſum pœnitentiæ lamentum aut caſum aut querimoniam non facile agnoſcit. Canis ſi à fera vlla mordeatur, aduerſus ipſam vehementius accenſus, animatur, ex dolore vulneris, incomparabili ferocia inſaniens. Caueamus ne forte non ex munditia, ſed ex falſa confidentia ſeipſam conſcientia deſiſtat reprehendere. Id erit ſolutionis delictorum certiſſimum indicium, ſi ſemper quiſque debitorem ſe exiſtimet.

Non deſperandum.

Nihil Dei miſerationibus æquale aut maius eſt, atque ideo qui deſperat ſibiipſi mortem conſciuit: dignum item diligentis atque accuratæ pœnitentiæ eſt, ſi omnibus inuiſibilibuſque tribulationibus atque etiam pluribus dignos nos non eſſe, conſtanter teneamus. Moyſes cum Deum vidiſſet in rubo, rurſus in Ægyptum, id eſt, ad ſeculi tenebras, ad faciendos lateres intellectuales fortaſſe Pharaonis redijt. Verum rurſus ad rubum, immo vero ad montem Dei pronus regreditur. Qui intelligit quid ſibi hæc velit ſpeculatio, nunquam omnino deſperabit.

Iob. 1.

Magnus ille Iob ex diuite pauper effectus eſt, ſed rurſus illi opes duplicatæ ſunt. In his qui negligentes ſunt, grauior omnino poſt vocationem ruina eſt, quæ ſpem placidiſſimæ tranquillitatis conſequendæ obtundit, beatumque & maxime optabile exiſtimare perſuadet poſſe omnino vel ex hac fouea reſurgere.

F

Attende, quæſo, diligentius, attende. Neque enim penitus per quam viam aberrauimus, per eandem reuertemur, ſed per aliam longe breuiorem. Vidi duos eodem modo eodemque tempore currentes, ex quibus vnus erat ſenior, laboribus excellens, alter diſcipulus, atque is ſene celerius cucurrit, priorque ingreſſus eſt in humilitatis monumentum.

Contra Origenem.

Caueamus omnes, ſed in primis qui cecidimus, ne impii Origenis morbo cor noſtrum ægrotare incipiat. Is enim ſceleſtus doctrinæ morbus, cum nimiam Dei clementiam præferat, voluptatum amatoribus maxime acceptus eſſe conſueuit.

Pſal. 38.

In meditatione mea, immo vero in pœnitentia mea exardeſcet orationis ignis, omnem adurens materiam, finis tibi & forma & exemplar & imago ad pœnitentiam ſint ſancti illi rei, quos paulo ante memorauimus, atque ita in omni vita libris omnino opus non habebis. donec tibi illuceſcat Chriſtus filius Dei, & Deus in reſurrectione ſtudioſæ & accuratæ pœnitentiæ. Amen.

G

De memoria mortis, gradus VI.

OMne verbum præcedit cogitatio, mortis autem & celerum membra fletum præcedit & luctum. Quocirca & in hoc opuſculo in ſuo ordine ponuntur. Memoria mortis eſt quotidiana mors, memoria vero exitus iugis per horas ſingulas gemitus.

Formido mortis.

Formido mortis, naturæ eſt proprietas, quam intulit obedientię peccatum. Timor autem mortis, peccatorum, quæ nulla pœnitentia deleuerit, certum argumentum eſt. Formidat Chriſtus, non tremit mortem, vt duarum naturarum proprietates apertiſſime oſtendat.

Simile

Sicut cibis omnibus panis vilior eſt & magis neceſſarius, ita præſtat omnibus operibus mortis cogitatio.

Memoria mortis.

Memoria mortis his, qui fratrum in medio verſantur, labores & exercitationes parit. immo vero ignominiæ dulcem appetitum, eis vero qui ſolitudine ab omni tumultu remoti degunt, deponere curas omnes perſuadet, & orationi perpetuæ inſiſtere, mentemque diligentiſſime ſeruare, quæ ſane virtutes omnes huius & matres ſunt & filiæ.

H

Sicut ſtannum, ſi argento propius admoueatur, quomodolibet aſpectu ſimillimum ſit, manifeſtiſſime agnoſcitur, ita & his qui diſcernere nouerunt, aperta & manifeſta eſt naturalis & ea quæ præter naturam eſt & exitus formido.

Id autem veriſſimum eorum, qui toto corde mortis meminerunt, argumentum eſt. Si ſponte totius creaturæ affectionem abnegent, voluntatem proprium omnino derelinquant. Probatus ille quidem eſt, qui mortem diebus ſingulis expectat: ſed ille ſane ſanctus, qui hanc horis ſingulis deſiderat. Non omne mortis deſiderium probabile aut bonum eſt.

Mortis deſiderium.

Sunt enim qui iugiter conſuetudinis violentia adacti, peccant, mortemque cũ humilitate optãt. Sunt item qui penitere nolunt, & eam ex deſperatione ad-

uocant.

A

nocant. Et ſunt qui per operationem ſancti ſpiritus, ſuum è corpore exceſſum quærunt. Hæſitant nonnulli religioſi cuius rei gratia cum tantum nobis beneficii & emolumenti conferat mortis memoria, ipſius præcognitionem à nobis abſcondent Deus, non aduertentes, quod mirabiliter Deus ſalutem noſtram moliatur. Nemo enim ſi præſciſſet mortem ſuam, ad baptiſma ſiue ad monaſticam vitam protinus accederet, ſed omnes dies ſuos in iniquitatibus conterens, ad ipſum iam exitum ſuum ad baptiſmum & ad pœnitentiam ſe conferre feſtinaret, ſed cum per longam temporis moram, vitiis iam eſſet aſſuetus, migraſſet vtique ſine vllo emendationis fructu. Caue qui luges, ne vnquam canem illum ſuſcipias, qui miſericordem Deum pollicetur. Agit enim hoc, vt abs te interim luctum ac ſecuriſſimum expellat metum. Tunc vero ſolum clementiam eius tibi pollicere, cum te deſperatione abſorberi videris. Qui mortis diuinique memoriam iudicii ſemper in ſeipſo continere cupit, curiſque ſecularibus diſtrahendum ſe exponit, is ei ſimilis eſt, qui dum natat plaudere manibus ambabus vult. Memoria mortis valida & efficax, ciborum abſcidit appetitum, quibus per humilitatem exciſis paſſiones ſimul exciduntur. Cordis indolentia excæcauit animum, ciborum autem multitudo exiccauit fontes. Sitis & vigiliæ attriuerunt cor, attrito autem corde exilierunt aquæ. Dura gulæ deditis quæ diximus videntur, & negligentibus incredibilia: potens vir exercitatus tentabit alacriter, & cum periculum fecerit, ſubridebit: in his vero quæ adhuc inquirit, mœſtior abibit. Sicuti perfectam charitatem ſine lapſu eſſe patrum authoritas diffinit, ita & ego perfectum mortis ſenſum ſine timore eſſe denuncio. Plurimæ quidem ſunt actiuæ mentis operationes, puta intentio charitatis ad Deum, memoria Dei, memoria ipſius præſentis Dei, ſecundum illius verba qui dixit: Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, memoria ſanctarum intellectualiumque virtutum, memoria exitus occurſúſque ſiue cruciatus. A magnis quidem cœpimus, in his vero quæ præter lapſum ſunt deſinimus. Monachus quidam Ægyptius mihi aliquando narrauit, quod cum in intimo corde memoriam mortis penitus fixiſſet, velletque aliquando neceſſitate vrgente carnis huius luto ſolatij quiddam indulgere, ab huiuſmodi memoria veluti à quodam iudice prohibitus ſit. Quodque mirabilius eſt, cũ vehementer vellet hanc memoriam expellere à ſe, non potuerit. Alius quidam hic iuxta commanens, loco qui Collas dicitur, ex huiuſmodi ſæpe cogitatione repente obſtupeſcebat, ac animo deficiens veluti inſenſibilis fiebat, repertuſque à fratribus nõnunquam ab eis, vt qui fere efflaſſet animam baiulabatur. Non omittam etiam ſolitarii illius, qui in Choreb habitabat, referre hiſtoriam. Hic cum diutius negligentiſſime vixiſſet, nullamq; animæ ſuæ curam penitus haberet, morbo tandem comprehenſus, ad extrema deductus eſt. Cúq; iam corpore perfecte migraſſet, poſt vnam horã in ſeipſum rediit. Orauitque nos omnes, vt inde protinus abſcederemus, & cellæ aditu lapidibus obſtructo, permanſit intus annis xij. nulli omnino quicquam loquens, nec aliud quicquam præter panem & aquam deguſtans. Sedens autem ea tantum quæ in exceſſu viderat, attonitus voluebat, atque in his adeo fixo ſemper erat cogitatu, vt nunquam iam vultũ immutaret, ſed ſemper ſic attonitus perdurans vim lachrymarum feruentius tacitus profunderet. Cum vero iam morti eſſet proximus, rupto ac patefacto aditu ingreſſi ſumus. Cumque ab illo doctrinæ verbum ſupplices inquireremus, hoc ab illo tantummodo audiuimus: Ignoſcite mihi. Nemo, qui reuera mortis memoriam agnouerit, peccare vnquam poterit. Nos vero nimium mirati ſumus, intuẽtes eum, qui pridie ita negligens fuiſſet, repente mutatum, ac beatiſſima transformatione alterum effectum. Illo igitur in proximo cœmiterio ſepulto, cum poſt dies aliquot ſacras illius reliquias requireremus, non inuenimus, Domino in hoc quoque nos certiores faciente, ſollicitæ illius & accuratæ laudabiliſq; pœnitentiæ, atq; omnibus fiduciã præſtante, qui etiam poſt ſummam vitæ negligentiã ſeipſos emendare norunt. Sicuti abyſſum quidam infinitũ eſſe diffiniunt, locum enim ſine fundo eam vocant, ita & mortis intenta cogitatio ineffabilem & incorruptam caſtitatem atq; operationem parit. Quod firmatur facto huius quẽm modo memorauimus iuſti. Huiuſmodi ſane timorem timori iugiter adiiciunt, nec vnquam deſinunt quoad ipſa quoque officium virtus conſummatur. Et hoc autem cum bonis eius reliquiis donum Dei eſſe nobiſipſis perſuademus. Qui ad ipſa quoque monumenta nonnunquam proficiſcentes, duri quodammodo ac ſine lachrymis perſiſtimus, cum vero ab huiuſmodi ſpectaculo remoti ſumus, ſæpius cõpungimur. Qui ad omnia mortuus eſt, is mortis memoriam tenuit; qui vero adhuc ad aliquid afficitur, hic vacare ſibipſi non poterit, ſuis ſe inſidiis appetens. Ne velis verba omnes certiores facere tuæ ad illos dilectionis, ſed à Deo poſtula, vt hanc illis ſecretius reuelet, alias non ſufficiet tempus, vt illud affectibus & compunctioni impartiri poſſis. Noli falli ſtulte operarie, vt tempore tempus reparari præſumas. Neque enim ſufficit dies quæque vel ſui ipſius debitum Domino perſoluere. Non eſt (ait quidam) non eſt præſentem diem pie pertranſire, niſi hanc eſſe vltimam totius vitæ noſtræ exiſtimemus. Et quod ſit mirabilius, certe Gentiles quidam tale aliquid locuti ſunt. Nam & ſummam Philoſophiam, mortis meditationem eſſe diffiniunt.

Mortis dies cur ignotus.

Simile.

B

Gulosi.

Perfecta charitas.

Psal. 15.

C

Mortis recordatio.

Solitudo.

D

Mortis memor non peccat.

E

Mortuus mundo.

F

Omnis dies extrema putetur Platonicè.

De luctu, gaudii opifice. Gradus V I I.

LVctus ſecundum Deum, eſt mœror animæ. afflicti cordis affectus, ſemper id quod ſitit ardentiſſime inquirens, quo non potitur, ſummo id cum labore perſequitur, atque poſt ipſum anxie mœrens vlulat. Vel ita: Luctus eſt ſtimulus animi, omni affixione & affectione nudatus, atque ad ſeruandum cor a ſancta triſtitia immobiliter fixus. Compunctio, eſt iugis conſcientiæ excruciatio, quæ per intellectualem confeſſionem igniti cordis refrigerium molitur. Confeſſio, eſt obliuio naturæ, ſiquidem ex hoc oblitus eſt quidam comedere panem ſuum. Pœnitentia, eſt voluntaria & læta totius corporeæ delectationis vel conſolationis repudiatio. Proprium illorum eſt, qui in beato luctu proficiunt continentia labiorumque ſilentium, eorum vero qui iam profecerunt, non iraſci, iniuriaſque omnino obliuiſci. Eorum vero qui perfecti & conſummati ſunt, profunda animi humilitas, ignominiæ ſitis, vexationumque iniuris aduenientium ſpontanea eſuries, peccantium non condemnatio, ſed vltra vires miſeratio. Suſcipiendi ſunt primi, ſed laudabiles ſecundi: ſed illi beati, qui eſuriunt afflictionem, & ignominiam ſitiunt, quoniam cibo inſatiabili ſaturabuntur. Qui luctum acquiſiſti, illum viribus tene. Solet enim, niſi firme ſolidetur, auolare à tumultibus cuiuſq; corporeis ac delitus fugatus, maxime vero facile à multiloquio & ſcurrilitate diſſoluitur, non ſecus quam ab igne cera. Maior ac potentior baptiſmate poſt baptiſma (& ſi audax dictu id videatur) fons lachrymarum eſt: illud enim præcedentia delicta noſtra purgauit, illud vero poſteriora. Atq; illud quidem omnes ab infantia acceptum inquinamus, per hoc autem & illud repurgamus. Quod niſi diuino munere datum eſſet omnibus, rariſſimi omnino qui ſaluarentur inueniri potuiſſent. Mœſtitia & gemitus ad Dominum clamant, timoris autem lachrymæ legatione funguntur. Porro illæ quas ſancta charitas effundit, ſuſceptas atque exauditas eſſe preces noſtras indicant nobis. Sicut humilitati nihil æque congruit vt luctus, ita nihil reluctatur vt riſus. Continens pro viribus beatæ compunctionis beatam lætificamq; triſtitiam retine, neq; in ea operari vllatenus ceſſes, quoad ſublimem te, atque ab humanis contagiis purum Chriſto Domino ſiſtat. Perſcrutari ne deſinas, atque in teipſo imprimere abyſſum ſempiterni ignis, crudeles miniſtros ſeuerum crudelemque iudicem nemini tunc ignoſcentem, inferni ignis chaos, infinitum, ſubterraneorum terribiliumque locorum ac voraginum terrificos deſcenſus, atque eorum omnium imagines, vt ſi qua eſt in anima noſtra luxuriæ laſciuia, ingenti tremore percuſſa tranſeat in incorruptam ac perpetuam

Psal. 101.

G

Non iraſci.

Approbate aduerſa, perfecti eſt.

Scurrilitas.

Lachrymæ legationes ad Deum.

H

Iudicii recordatio.

* *Certe lego nam vel loquitur de charitate patria, vel de finali charitate ex dono perſeuerantia, vel quod magis remundare confirmatis in gratia*

* *Reuera audax hyperbole, niſi intelligat eſſe maiorem & potentiorem non virtute & efficacitate ſanctificandi, ſed vſus frequentia, & vt ſic dicamus aſſidua reiteratione.*

A castitatem & per gratiam luctus igne omni clarius illuceſcat. Sta in orationis prece tremens, nec aliter quam reus iudici aſſiſtens, vt & interiori & exteriori habitu fauorem iuſti iudicis concilies. Neque enim animam patitur deſpicere viduam ſibi anxie aſtantem, moleſtiaſque inuiolabiliter patientem. Si quis animæ lachrymas poſſedit, huic omnis locus aptiſſimus eſt ad luctum. quod ſi ſolis adhuc exterioribus occupatur, loca moreſque eligere ac diſcernere non deſinat. Sicut theſaurus occultus eo qui in foro propoſitus eſt, & inuiolabilior eſt, & minus fures ſolicitat, ita & ea quæ prædiximus intelligamus. Noli eis eſſe ſimilis, qui mortuos ſepeliunt, qui nunc quidem ſuper eis lugent, nunc ipſorum gratia inebriantur, ſed eſto vt vincti ad metalla damnati, qui horis ſingulis à carnificibus cæduntur. Is qui modo lugere, modo delitiis & riſui ſolui deprehenditur, ei ſimilis eſt, qui canem voluptatis cum pane lapidat, qui hunc quidem perſequi actu videtur, reuera autem ſibi aſſidere hortatur. Eſto ſubtriſtis oſtentationis inimicus, ac iugiter ad cordis tui cuſtodiam attonitus. Metuunt quippe ſeueram triſtitiam dæmones haud ſecus, quam canem fures. Non eſt fratres eadem noſtra, quæ ad nuptias vocatio. Prorſus enim vt noſipſos lugeamus vocati huc à Deo ſumus. Quidam dum lachrymas profundunt in illo ipſo beato tempore, vt nil omnino cogitent, ſibipſis vim faciunt.

B Improbe id quidem, non enim intelligunt, lachrymas abſque cogitatione & intentione animi profuſas, brutæ non rationabilis naturæ eſſe proprias: ex cogitatione lachrymæ procedunt. Pater enim cogitationis, rationalis animus eſt. Cum in lectulo decubas, ſit tibi ipſe iacentis habitus figura in ſepulchro clauſi, minuſque dormies. Ipſa quoque menſæ delibatio lamentandæ ſortis vermium illorum te admoneat, minuſque delitias requires. Sed & in ipſo aquæ potu flammæ illius ſitim ne obliuiſcaris, atque ita vim naturæ omnino facies. Quoties vero præceptor noſter honorificans nos contumelia, & terrore & ignominia affecerit, ſubeat mentem noſtram terribilis illa iudicis ſententia, ſicque inſitam nobis irrationabilem triſtitiam & amaritudinem, manſuetudine & tolerantia, veluti gladio ancipiti, omnino iugulabimus. Tempore (vt ait Iob) areſcit mare, ſic & tempore & tolerantia quæ dicta ſunt fiunt in nobis & perficiuntur. Memoria æterni ignis tecum ſingulis noctibus dormiat, tecumque euigilet, nec vnquam tempore pſalmodiæ dominabitur tibi negligentia. Ipſum quoque indumentum tuum te ad exercitium luctus hortetur. Omnes enim qui mortuos lugent, nigris veſtibus operiuntur. Si igitur non luges, propter hoc luge. Sin vero luges propter hoc maxime te lamentis affice, quod ex honorabili & tranquillo ordine teipſum per tua ſcelera in humiliorem & laborioſum deiecisti.

C Sicut in cæteris omnibus, ita & in lachrymis iudex quoque noſter optimus atque æquiſſimus naturæ vires omnino diiudicat. Vidi modicas guttas inſtar ſanguinis cum labore effundi, Vidi & fontes abſque labore perfluere. Ego denique mœrentium dolorem ac gemitum pluris æſtimaui, quam lachrymas, puto quod & Deus ſic iudicet. Non conuenit lugentibus theologiæ ſermo, nam ex eo maxime ſolui illorum fletus conſueuit. Is enim qui de theologia diſſerit in ſolio doctori pompam præferenti, qui autem luget in ſilentio vel cilicio & ſterquilino ſedenti comparatur. Atque hoc eſt, vt reor quod Dauid maximus interrogantibus reſpondit: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena, id eſt,

D vitioſa? Sicut creatura motum aliquando ex ſe gignit, nonnunquam vero aliunde ſuſcipit, ita & de compunctione quoque ſentiendum eſt, Quoties anima vel etiam cunantibus, vel ſtudioſe operantibus, nobis, in lachrymas vi ſecretæ compunctionis excitata, in ſolo fletu requieuerit curramus ſolicite, Dominus enim non vocatus aduenit, ſpongiamque diuini mœroris & refrigerii piarum lachrimarum aquas nobis clemens porrigit, quibus deleantur ſcelera chirographi noſtri. Serua eam vt pupillam oculi tui, donec ſponte abeat. Longe enim maior eſt huiuſmodi compunctionis vis, quam eius quam ſtudio noſtro & labore acquiſiuimus. Non qui quando vult luget, is gratiam luctus adeptus eſt: ſed hic magis, qui in quibus vult luget: ne is quidem, qui ſicut vult luget. Nonnunquam enim luctui, qui

E ſecundum Deum eſt, inanis gloriæ miſcentur ingratæ lachrymæ. Quod tunc fieri pie & prudenter animaduertimus, tum lugere noſmetipſos, & tamen malignari viderimus. Compunctio proprie eſt animi dolor, omni elatione carens, nec vllam ſibi omnino conſolationem indulgens, ſolamque reſolutionem ſuam horis ſingulis meditans, conſolationemque Dei, quæ humiles monachos viſitat, vt aquam frigidam expectans. Quicunque toto cordis ſenſu luctum poſſederunt, hi vitam quoque ipſam ſuam, vt laborum pleniſſimam, lachrymarumque & dolorum iugiter materiam ſibi miniſtrantem oderunt, corpuſque ſuum vt inimicum auerſati ſunt. Quotiens in his qui ſecundum Deum lugere videntur, ſuperbiam aut iram deprehẽderis, horum ſcito lachrymas, non ex eis eſſe quas compunctio ſalubris elicit. Quæ enim ſocietas, inquit, lucis ad tenebras? Solet adulterina compunctio elationem gignere: ea vero quæ laudabilis & probata eſt, conſolationem. Sicut ignis ſtipulam inflammat, & conſumit, ita caſtæ lachrymæ ſordes omnes & viſibiles & inuiſibiles conſumunt. Lachrymarum rationem plerique patrum non patere & eſſe obſcuriſſimam, atque ad inueniendam difficillimam definiunt, idque in his potiſſimum qui rudes imbuuntur. Ea multis

F namque eas & variis occaſionibus gigni, puta ex natura, ex Deo, & afflictione vituperabili; itemque ex laudabili, ex inani gloria, ex fornicatione & dilectione, ex mortis memoria aliiſque plurimis. Verum omnibus his lachrymarum modis diuino timore diſcuſſis & cognitis ex iugi noſtræ reſolutionis memoria mundiſſimas, & ab omni fraudis ſuſpicione alienas lachrymas nobis comparare ſtudeamus. Neque enim eſt in eis elationis furtiuæ ſuſpicio, ſed emundatio magna profectuſque charitatis in Deum peccatique abolitio & candidiſſima, & ab omni perturbationum ſtrepitu remota, ac feliciſſima requies. Eos ſane qui lugent, nonnunquam ab optimis lachrymis inchoaſſe, & in deteriores deſiniſſe, nec nouum, nec mirum eſt, ſed à contrariis aut etiam naturalibus in ſpirituales transferri lachrymas, & ſingulare eſt & laudibus reuera digniſſimum. Hoc autem problema manifeſtius obuerunt, qui circa inanem gloriam proniores ſunt. Noli antequam perfecte emundaueris, lachrymarum tuarum imbribus credere. Neque enim habet fidem vinum ſtatim è torcularibus expreſſum.

G Omnes quidem lachrymas noſtras, quas ſecundum Deum profundimus, eſſe mirum vtiles, nemo eſt qui refragetur. Quænam vero ſit vtilitas earum, in tempore noſtræ migrationis agnoſcemus. Qui ea iugi luctu in Deum proficit, is epulari quotidie & feſta celebrare non deſinit. Qui vero corporaliter epulari non deſinit, hunc ſempiternus luctus recepturus eſt. Non enim rei eſt in carcere lætitia, ita ne monachis quidem vera in terra ſolennitas. Atque idcirco fortaſſis honeſtus ille fletus emaculator ingemiſcens aiebat: Educ de cuſtodia animam meam, vt exultem iam de tua ineffabili luce. Eſto ſicut rex in corde tuo ſublimis, in humilitate reſidens, & riſui iubens: Vade, & vadat, dulci fletui: Veni, & veniat, ſeruoque & tyranno corpori: Fac hoc, & faciat. Si quis beato gratioſoque luctu ſe veluti ſponſali indumento veſtire curauit, hic ſpecialem animæ cognouit riſum. Quis putas erit huiuſmodi, qui tempus ſuum omne tam pie ac religioſe in monaſtica conuerſatione conſumpſit, vt nullum diem, nullam horam, nullum momentum aliquando perdiderit, quod nõ in diuino ſeruitio religioſiſque operibus expenderit, id apud ſe iugiter ac ſolicite reputans, poſſibile non eſſe eundem diem bis in vita conſpicere? Beatus quidem is monachus, qui cœleſtibus ac intel-

H lectualibus virtutibus defigere animi obtutus valet. Sed ille ſane abſque fletu ruinæ eſt, qui ex mortis ſcelerumque memoria, genas ſuas viuentium aquarum perpetuis imbribus rigat. Facile autem adducor, vt credam priorem illum ſtatum per hunc ſecundum profeciſſe, atque ad illam felicitatem perueniſſe. Vidi ego mendicos ac pauperes importunos, facetis quibuſdam verbis ipſa quoque regum corda ad miſericordiam inclinaſſe. Vidi item pauperes, ac virtutibus inopes, nõ vrbanis quidem, ſed humilibus, tenebraſque ac hæſitationem teſtantibus verbis, ex profundo corde ad cœleſtem regem ſumma improbitate atque perſeuerantia clamantes, inuiolabilem illius naturam atque cle-

mentiam

Marginal notes: Tremat orans. — Inebriari in gratiã mortuorum. — Lugere. — Dormiens in lecto, mortuo ſimilis. — Patientiæ methodus. — Nigræ lugentium veſtes. — Doctor põpas præferens. — *Pſal.* 130. *Pſal.* 136. — 2. *Cor.* 6. — Lachrymæ multiplices. — *Pſal.* 141. — *Matth.* 2. — Tempus irreuocabile. — Verbis orãda ſimplicia.

A mentiam violaſſe. Qui lachrymarum ſuarum gratia in animo inflatur, eoſque qui non lachrymantur damnat, is ei ſimilis eſt, qui ab imperatore contra inimicos ſuos accipit arma, hiſque ipſis ſemetipſum necat. Non indiget Deus lachrymis noſtris, ô ſocij, neq; hominē ex cordis anguſtia lugere vult, ſed magis ex inſigni ad Deum charitate, in hilaritate animæ lætari. Peccatum remoue, & ſuperfluæ iam erūt ſenſibilibus oculis fuſæ mœſtæque lachrymæ. Neq; enim cauterio opus eſt, ſi vulnus deſit. Non erant in Adam ante præuaricationem lachrymæ, ſicut nec poſt reſurrectionem iam destructo peccato erunt. Siquidem tunc aufugit dolor & triſtitia & gemitus. Vidi in quibuſdam luctum, vidi item in alijs, eo quod luctu indigerent luctum: his autem & ſi luctus non deſit, tamen & qui illum non habent ita afficiuntur, per quam hanc animi decoram caſtitatem inuiolabiles furibus permanent. Atq; hi ſunt, de quibus dictum eſt: Dominus ſapientes facit cæcos. Solent enim ipſæ quoque lachrymæ leuiores quoſdam nonnunquam attollere, quocirca quibuſdam diuina diſpenſatione ſubtrahuntur, vt dū ſeipſos priuatos viderint, ſtudioſius eas requirentes miſeros ſeipſos agnoſcant, gemitibuſque & mœrore ac dolore animi profundaq; triſtitia & hæſitatione ſe conterant, quæ omnia lachrymarum vices implere ſolent, & ſi ab ipſis nimium viliter nihil æſtimentur. Inueniemus nonnunquam, ſi obieruemus diligentius, ridiculum quiddam dæmones in nobis moliri. Nam cum ſaturitate diſtenti fuerimus, cōpungunt nos; rurſum cum ieiunauerimus obdurant, vt ſeducti lachrymis parenti vitiorum gulæ ac delitijs noſipſos exponamus. Quibus obtemperandum non eſt, ſed omnino contra faciendum. Equidem ipſam compunctionis vim conſiderans ſtupeo, quonā modo ea, quæ luctus & mœror dicitur, gaudium intrinſecus & lætitiam, velut mel & fauū comeſta poſſideat. Quid igitur ex hoc nobis innuitur? Id profecto, quod propriè Dei donum huiuſmodi compunctio eſſe pro confeſſo habeatur. Eſt tunc in anima iucunda voluptas, Deo latenter mœſtos & contritos corde conſolante. Verum vt occaſio efficaciſſimi luctus doloriſque perutilis non deſit, hiſtoriam omnino miſerabilem ad ædificationem animarum referre libet: Stephanus quidam hoc

C in loco habitans, ſolitariam & quietam vitam adamauerat. Hic cum annos plurimos in monaſtico certamine egiſſet, ieiunijſque maxime & lachrymis eſſet ornatus, alijſque præterea virtutum priuilegijs floreret, cellulam ad radicem montis, in quo ſacram illam diuinamque viſionem ſpeculatus olim fuerat Helias, ſibi conſtruxerat. Hic igitur tam venerandus moribus, intentione maioris laborioſiſque pœnitentiæ profectus eſt ad Anachoretarum locum, cui Fides, nomen erat. Quo in loco cum annos aliquot arctiſſimo vitæ inſtituto peregiſſet erat enim hic locus ab omni conſolatione mortali penitus remotus, omnibuſque ferè hominibus inuius (ſeptuaginta enim fere milibus paſſuum ab omni humana habitatione diſiuncta erat) rurſus extremo vitæ tempore rediit, cupiens in cellula ſua priore ſancti illius montis habitare. Erant autem ibi duo ex Palæſtina diſcipuli admodum religioſi, qui etiam pridie obſeruabant cellulam ſenis. In qua cum paucos egiſſet dies languorem incurrit, ex quo & mortuus eſt. Igitur ante vnum exitus ſui diem repente animo obſtupuit, apertiſque oculis ad dexteram atque ad ſiniſtram partem

D lectuli circumſpiciebat, & quaſi rationem quidam à ſe exigerent, cunctis qui aſtabant audientibus, aiebat aliquando quidem; ita ſane, Sic reuera eſt, ſed pro hoc tot annis ieiunaui. Aliquando vero: Non certe, ſed mentimini, hoc non feci. Deinde rurſus; Ita vere eſt, hoc ita eſt, ſed fleui, ſed miniſtraui. Ac rurſus: Vere me accuſatis. In quibuſdam etiam aliquando aiebat: Ita ſane, & quidem ad hæc quid dicam non habeo, ideo miſericordia eſt. Erat profecto ſpectaculum horrendum ac terrificum, inuiſibile illud ſæuiſſimumque iudicium, in quo etiam (quod terribilius eſt) & quod non fecerat illi obijciebant (me miſerum) quietis ac ſolitudinis ſectatori, in nonnullis vero peccatorum ſuorum quid ad hoc reſpondere poſſet ſe non habere dicebat, qui iam fere quadraginta annos monachus fuerat, & lachrymarū gratiam habuerat. Væ, væ, vbinā erat Ezechielis vox, quā illis obijceret: In quacumque hora ingemuerit peccator, ſaluus erit. Et illud: Quia in quo te inuenero, in eo te iudicabo dicit Dominus. Vere nihil huiuſmodi reſpondere potuit. Cuius rei gratia illi gloria, qui ſolus agnouit. Quidam vero mihi veraciter affirmauerunt, quod hic, dum eſſet in eremo, leopardum quoq; ex manu ſua nutriebat. Hic ipſe tamen cum adeo infeſte ratio à ſe exigeretur, carne ſolutus eſt, quod iudicium, quis terminus, quæ ſententia, quis rationis eius finis fuerit, incertum penitus relinquens. Sicuti vidua, quæ viro ſuo fuerat orbata, ſi filius ſibi ſit vnigenitus, illi ſoli vnitur, eiuſque poſt Dominum ſolatio potitur, ita anima ſi lapſa fuerit, nullo alio ſolatio exitus ſui tempore tam ſecure nititur, vt abſtinentiæ labore ac lachrymis. Huiuſmodi nunquam concinet, neque in hymnis ſecum iubilabit, hæc enim luctum interimunt, & perimunt. Quod ſi tu per ea luctum tibi conſtituere ſtudes, adhuc carere abs te remotiſſima eſt. Luctus quippe certus fixuſq; dolor eſt animæ peritæ præcurſor beatiſſimæ tranquillitatis, in pleriſque præcaptans & immundans conſumenſq; omnium vitiorum ſyluam. Quidam honeſti huius boni probatus operarius, illa mihi de ſe narrauit. Cum, inquit, ſæpius ſtudioſe inſtituerem aduerſus inanem gloriam

F ſiue iracundiam ſiue ventris ſaturitatem omnino bellum gerere, luctus ratio ſubclamans mihi intrinſecus atteſtabatur: Noli inani gloria efferri, nam recedam abs te. Similiter quoque in alijs perturbationibus dicebat. Cui ego aiebam: Nunquam tibi ero inobediens, donec me Chriſto Domino ſiſtas. Luctus quidem profunditas conſolationem aſpicit, cordis vero munditia illuſtrationem ſuſcipit. Illuſtratio ineffabilis eſt quædam efficacia, quam ignorè intelligimus, & inuiſibiliter aſpicimus. Conſolatio, eſt refrigerium afflicti animi, infantis in morem in ſeipſo vagientis, ſimulque grate & iucunde ſubridentis. Suffragio eſt animæ quæ in mœrore ceciderit innouatio, afflictas lachrymas in eas quæ ſunt pacatiſſimæ mirabiliter transferens. Lachrymæ ſolent metum excludere, vbi vero timor excuſſit timorem, continuo ſerena lux gaudij illuxit. Cum autem indeficiens id gaudiū deſierit, flos ſanctę charitatis orietur. Humilitatis manu aduenientem gaudium abs te vt indignus abijce, ne forte dum nimium facilis ad ſuſcipiendum es, lupum pro paſtore ſuſcipias. Noli propere ad contemplationem currere in alieno tempore, vt hæc humilitatis mæ pulchritudinem inſequens tibi in ſeculum ſeculi caſtiſſimo iungatur amplexu. Principio quidem infans cum agnoſcit patrem, gaudio penitus impletur: ſi vero ille certa ratione peregre profectus fuerit atque iterum redierit, gaudij ſimul & mœroris infans plenus efficitur. Gaudij quidem, quia eum quem cupierat videt; mœroris, quia tanto tempore honeſta illa pulchritudine priuatus eſt. Abſcondit ſeipſam infantis mater, quem ſi ſe viderit anxie inquirere, gaudio afficitur, ſicque illum ſoſtius ſibi adhærere iugiter, affectumque ſuum altius infanti imprimit, eumque ad ſe ardentius amandum inuitat. Qui habet aures audiendi audiat, ait Dominus. Non augenis ſpectaculorum ordinandorum cura is reus, in quem fuerit lata ſententia: ita ne is quidem qui attentius luctui ſtudet, delitijs aut gloria aut furore aut iracundia, vndecunque capietur. Luctus eſt pœnitentis animæ certus & fixus dolor, quotidie dolores doloribus adijciens.

H Iuſtus & ſanctus Dominus, qui & eum qui ratione ſectatur quietem, ratione compungit, & eum qui ratione ſubditur quotidie lætificat. Qui bonum alicuius non legitime arripit, hic luctu priuatum ſe intelligat. Abijce abs te eum, qui in profundiſſimo luctu ad te accedit canem, Deumque tibi inclementem & immiſericordem ſuggerit. Nā ſi diligenter obſerues, inuenies illum cum ad peccatum te hortatur clementem & miſericordem, atque ad ignoſcendum facilem Deum tibi polliceri. Exercitatio aſſiduitatē gignit, porro aſſiduitas in ſenſum infirmiſſimum deſinit. Quod autem in ſenſu ſit, difficile auferri poteſt, etiam quodlibet magnum atque electiſſimum vitæ inſtitutum arripueris, id quaſi externum & nothum exiſtimare debes, niſi cor afflictum mœrenſque poſſideas. Oportet enim veteres maximeque neceſſe eſt, vt qui poſt ſalutare lauacrum inquinati ſunt, igne cordis infatigabili ac miſeratione Dei manus ſuas (vt ita dixerim) pice excutiant. Vidi ego apud quoſdam ſupremum terminum luctus, ſanguinem enim eos

præ

Marginal notes: Cōtemnēs alios ſi lachrymis. — B — Lachrymę poſt ſaturitatem. — Compunctio donum Dei. — Hiſtoria. — 3. Reg. 19. — Fides anachoritarum locus. — Viſio ante mortem. — Ezech. 18. — E — Inanis gloria. — G — Luc 8. — Sanguinolenta ſputa.

A *Pſal. 101.* præ afflicto & percuſſo corde profundere ex ore conſpexi; recordatuſque ſum eius qui dixit: Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum. Illæ quidem lachrymæ, quas metus gignit in ſeipſis cuſtodiam poſſident: quæ vero ex charitate prodeunt antequàm ipſa perficiatur in quibuſdam facile fortaſſis auolant, niſi forte ignis ille ſempiternæ memorandus operis tempore cor penitus incendat. Et eſt ſane mirabile quomodo id quod vilius & indignius eſt: certius atque ſecurius ſit ſuo in tempore. Sunt materiæ quæ fontes no-*Geneſ. 9.* ſtros exiccant, ſunt item quæ in ipſis & cœnum & feras beluas pariant. Per priores quidẽ illas, Loth filiab. ſuis nequiter congreſſus eſt: per feras vere diabolus cecidit. Ingens in hoſtibus noſtris verſutia, ſumma nequitia eſt vt virtutum materias, materias viciorũ & humilitatis authores, materias ſuperbiæ opifices faciant. Solent nonnunquam ipſæ etiam ſedes noſtræ & locorum ſpecies animum noſtrum ad compunctionem excitare. Doceant te hoc Ieſus & Helias & Ioannes ſoli apud ſe orantes. Animaduerti plerunque in ipſis quoque ciuitatibus mediiſque tumultibus moueri B nobis lachrymas eã profecto arte dæmonum, vt putantes quidam nihil ſe ex his tumultibus lædi, ſæculo appropinquare non metuerent. Verbum vnum nonnunquam diſſoluit lectum, minimi vero ſi vnum quoque verbum rurſus illum reuocare, poſtquam auolauerit, poſſit. Non accuſabimur ò ſocii, neque nobis crimen dabitur in ſeparatione animæ à corpore, quod non miracula egimus, quod non de theologia diſſeruimus, quod non contemplationi operam dedimus, ſed ob hoc maxime rationem omnino Deo reddituri ſumus, quia lugere vnquam deſtitimus.

De iræ vacuitate & manſuetudine. Gradus VIII.

SIcut aqua, ſi paulatim igni adiiciatur flammam penitus extinguit: ita & veri luctus lachrymę omnem flammam iracũdiæ ac furoris extinguere cõſueuerunt. Quocirca nos quoque iſta conſequenter ſuo ordine ſubiiciemus. Iræ vacuitas inexplebile, eſt ignominiæ deſiderium: ſicut cõtra in his qui inani glorię ſtudẽt, infinitus eſt laudis appetitus. Iræ vacuitas, eſt naturæ ſuperatio abſque vllo iniuriarũ ſenſu, ex C *Manſuetudo.* certaminibus & ſudoribus proueniens. Manſuetudo, eſt animi immobilis ſtatus inter vituperationes & laudes eodem modo perſeuerans. Initium quidem iræ vacuitatis, eſt labiorum ſilentium in perturbatione cordis, medium autem, ſilentium quoque ipſarum cogitationum in animi tenuiſſimo motu: finis vero eſt inter immundorum ſpirituum flatus ſtabilis ac fixa tranquillitas. Ira eſt toleratio occulti odii, memoria ſcilicet iniuriarum alte animo impreſſa. Ira eſt deſiderium, quo eum qui nos irritauit affligi cupimus. Iracundia, eſt ſubita cordis excandeſcentia, nec diuturna. Amaritudo eſt iniucundus atq; inſuauis motus in animo conſidens. Furor, eſt morum inconſtans motus animique turpitudo. Sicut cum ſol apparuerit, fugantur tenebræ, ita cum afflare cœperit ſuauiſſimus humilitatis odor, omnis amaritudo, omniſque furor ex animo exterminatur. Quidam cum ſint nimium ex furore mutabiles, negligentiores ad hunc ſanandum curandumq; fiunt, non intelligentes miſeri quid ſcriptura ſacra commemoret dicens: *Simile.* *Prou 28.* Momentum furoris eius ruina eſt illi. Velox eſt motus molæ vno ſæpe momento, amplius triticum animæ, & fructum vitæ conterens atque demoliens, quam faceret die alias integro. Quocirca prudenter & toto animo attendenD dum eſt. Ea ſæpe flamma, quam ſubito vehemens ventorum flatus accenderit, fructum cordis amplius adurit & perimit, quam ea quæ & lentius exiccata eſt, & diutius viget. Ne iſtud quidem vos latere debet amici, quòd ad tempus iniqui ſe dæmones aſtu ſubducunt, vt dum maxima vitia veluti minima negligimus, iam inſanabiliter ægrotemus. Sicut lapis acutus angulis aſper, ſi aliis lapidibus contundatur & collidatur, omne illud acumen amittit, ſolidaque eius aſperitas contrita diſſoluitur, fitque rotundus atque leuis: ita & anima dura atque ad iracundiam prona, ſi duræ & iracundæ viciorum multitudini admiſceatur, atq; cum eis vna degat, alterum à duobus ſuſtinet: aut enim ex tolerantiæ virtute proprium curabit vulnus, aut ſi iniuriis fatigata ceſſerit, ſuam penitus infirmitatem noſcet, quam E ſibi ignauia hæc fuga veluti ſpeculum, quiddam ante oculos ponet. Furibundus, eſt caducus voluntarius, qui dum anticipatur, inuitus cadens, colliditur atque diſrumpitur. Nihil minus pœnitentibus conuenit, quam concitatus furor. Quippe conuerſio, ſumma indiget humilitate, hic vero maximi timoris argumentum eſt, ſi is demum ſupremæ humilitatis terminus pro confeſſo habetur, vt eo etiam præſente à quo irritamur, ſereno illum ac tranquillo corde diligamus, is ſine dubio finis furoris erit, ſi ſoli dum degimus, aduerſus eum qui nos in aliquo læſerit, & verbis & geſtibus repugnantes vtamur. Si ſpiritus ſanctus animæ pax & diffinitur & eſt nihil æque vt furor eius à nobis præſentiam ſegregare poterit. Cum per multas atque diras furoris ſpecies agnouerimus vnam ipſius ſolamque progeniem (& ſi adulteram) vtilem tamen eſſe deprehendimus. Vidi enim nonnullos, qui cum vſque ad inſaniam excanduiſſent, diuturnamque adeo ac penitus in medullis inſitam iniuriarum memoriam euomuiſſent, per vitium illius cõmotionis fuiſſe liberatos, cum is qui eos læſerat prioris diuturnique doloris, illos vel pœnitentia vel ſatisfactione F curaſſet. Vidi item alios, qui irrationabili longanimitatis ſpecie ex ſilentio memoriam illatæ iniurię in intimis recondiderunt, eoſque inſanis deteriores atque infeliciores eſſe iudicaui, quippe per atramentum columbæ candorem demoliti eſſent. Summa igitur aduerſum ſerpentem iſtum cura & diligentia pugnandum eſt, & ipſe enim naturam habet adiutricem non ſecus quam turpis concupiſcentiæ cohibet. Vidi nonnullos iracundiæ furiis ſuccenſos, præ amaritudine animi cibum à ſe omnino reiecisse, qui tamen ex hac irrationabili continentia venena venenis adiecerunt. Vidi item, alios cum veluti rationabilem cauſam furoris nacti eſſent, gulæ illecebris ſeipſos addixiſſe, ac veluti ex fouea in præcipitium corruere. Alios item aſpexi prudentiores, qui peritorum more medicorum, vtriſque commixti ex æquabili & moderata conſolatione maxima emolumenta conſecuti ſunt. Nonnunquam moderata melodia furorem optime lenit & mitigat, ſæpe vero ea quæ immoderata eſt & importuna cum voluptate coniungitur. Ea igitur ſic demum optime vtemur, ſi tempora aptiſſime ad normam dirigamus. Cum ſederem aliquando cuiuſdam neceſG ſitatis cauſa iuxta quorundã ſolitariorum cellulam, audiui illos perdicum more intus ſumma amaritudine & furore apud ſe contixantes, atque in eius perſonam qui ſe læſerat, tanquam is præſens eſſet, petulantiſſime inſilientes. Quos ego ne vltra in ſolitudine ſederent pie & fideliter monui, ſi nollent ex hominibus dæmones fieri. Vidi ruſſus alios corde laſciuo ac lubrico eſcarum nimietate diſtendi, qui mites ſe eſſe & blandos, atque (vt ita dixerim) amatores fratrum ſimulantes, perſonam ſibi ſanctitatis & honeſtatis imponerent, quos vt ſolitudinem ſectarentur hortatus ſum, veluti ferramentum quoddã luxui & eſcarum nimietati inimicum, ſi nollent ex rationali in beſtiam naturam miſerabiliter decidere. Cum vero quidam mihi vtriſque ſe miſerabilius efferri dicerent, eos ego ſuæ voluntatis arbitrium ſequi prorſus inhibui, eorumque præceptoribus hoc amice ſuggeſſi, vt hunc aliquando, nonnunquam vero illum ordinem eos ſequi permitterent, dum illi per omnia rectoribus atque gubernatori ceruice ſubmiſſa perfecte obtemperarent. Is etenim qui voluptatibus ſtudet, ſeipſum fortaſſis aut alterum ſuorum morum diſcipulum corrumpere ac perdere ſolet: iracundus vero lupi in morem gregem totum ſæpe perturbat, animaſq; plurimas humilians vulneH rat. Graue quidem eſt oculum cordis præ furore turbare, *Pſal. 6* ſecundum Pſalm. teſtimonium dicentis: Turbatus eſt à furore oculus meus, longe vero grauius & labiis etiam animi impetum exprimere, grauiſſimum autem ac totius monaſticæ & Angelicæ diuinęque conuerſioni alienum atque omnino inimicum, manibus quoque furori ſuos facere. Si feſtucam alterius ſanare vis, vel magis tibi velle videris, noli pro ſcalpello trabem hanc velle recidere atque retundere. Trabs quippe ſermo durus eſt geſtuſque indecorus, ſcalpellum vero manſueta doctrina mitiſque reſponſio. Argue *1. Tim. 4.* enim, inquit, increpa, obſecra, non autem etiam percute. Si vero & hoc fieri oporteat, raro omnino ne tunc quidem

A per teipſum facere debes. Si diligentius inſpiciamus, animaduertemus pleroſque ex his, qui iracundiæ facibus exagitantur, promptè ieiunare, vigilare, quietē ſolitudinis ſectari. Eſt enim ea verſutiſſimi dæmonis intentio, idq; ſummopere inquirit, vt velut per rationabilem occaſionem pœnitentiæ & luctus, eas materias, quæ morbo huic incrementa dare poſſint, ſequendas illis perſuadeat. Si lupus vnus (vt antea diximus) gregem totum auxilio dæmonis perturbare poteſt, & vnus profectò ſapientiſſimus frater, velut vter oleo repletus, Angeli adiutorio fretus, fluctuum rabiem in ſerenitatis tranquillitatem conuerteret, nauemque ſeruabit illæſam, ac pro magnitudine iudicij, quod prior ille promeruit, mercedem à Deo referet, profectus forma omnibus factus. Initium beatæ tolerantiæ eſt, in amaritudine & dolore animæ, ignominias ſuſcipere: medium vero, eas tolerare ſine mœrore: finis autem & conſummatio, ſummam illas laudem exiſtimare. Gaudeas prior, valeas ſecunde, ſed tu felix ac beatus tertie, quippe qui in domino exultas. Notaui miſerandum omnino ſpectaculum in his, qui iracundiæ inſeruiunt; quod illis latenter B ea elatione contingit: indignati enim eo quod ira fuiſſent ſuperati, rurſus iraſcebantur. Admiratuſque ſum cum intuerer illos, ruina ruinam vlciſcentes, ac peccato peccatum perſequentes, miſeratus ſum, dæmonumq; verſutiam ſtupens, parum abfuit quin de mea ipſius vita deſperarem. Si quis ſeipſum tumore & iracundia, nequitiaque & ſimulatione facile ſuperari perſpiciens, contra hæc manſuetudinis & tolerantiæ ancipitem gladium educere inſtituit: hic profectus velut ſullonium ſalutarem officinam fratrum monaſterium ingredi laboret, atque eorum qui maxime duri immitesque ſunt, ſiquidem hæc vitia perfectè exuere cupit, vt illic ex contumelijs & ignominijs, dum fratrum vexationibus extenditur atque intellectualiter pulſatur, fortaſſis vero etiam ſenſibiliter calcibuſque tunditur & conculcatur, ſordes quæ animæ illius veſtes macularent, diluat. Ipſi te plebeia vox perſuadeat, probrum & contumeliam lauacrum eſſe viuorum animæ. Solent enim ſeculares, cum aliquem in faciem ignominijs & contumelijs reſperſerint, gloriantes ad alios dicere: Laui illum. Quod profectò verum eſt. Alia in his qui adhuc rudes imbuuntur ex fletu, C eſt iracundiæ necatio, & alia in his qui perfecti ſunt, commotionis commoda ceſſatio. Quippe prior illa lachrymis veluti freno quodam ligata eſt, hæc velut ſerpens à beata tranquillitate velut à gladio quodam acutiſſimo necata eſt. Vidi ego tres vna monachos iniurijs affectos, ex quibus vnus mordebatur quidem iniuria, atq; perturbabatur, ſed tamen ſilentio premebat iracundiam; alius vero gaudebat quidem ex lucro ſuo, ſed eius qui ſe maledictis inſectatus fuerat peccato angebatur: tertius vero proximi tantum damna ſecum voluens, vim ardentium lachrymarum perfundebat. Eratque ſuaue ſpectaculum, timoris & mercedis & charitatis operatio aſpicere. Sicuti corporum febris cum vna ſit, nō vnam, ſed plures habet ſui occaſiones ardoris, & furor atque commotio, fortaſſis vero & aliarum ſpecies perturbationum noſtrarum plurimas ac varias occaſiones & cauſas habere noſcuntur. Quocirca poſſibile non eſt, tantam rerum varietatem eodem modo diffinire, ſed magis conſilium ex animo meo do, vt pro ſolicito ægrotantiū ſtudio quiſque medicinæ compendium inquirat ſua. Primum itaq; remedium erit, vt quiſque cauſam ſui doloris D agnoſcat. Cauſa quippe cognita contra hanc medicamenti etiam auxilium ex prouidentia Dei ſpiritualiumq; virorum diligentia ſuſcipiemus. Qui nobiſcum in domino vna ingredi cupiunt, noſtro exemplo admoniti in illud propoſitum nobis intellectuale iudicium ingrediantur, prædictaſq; turbationes ſiue cauſas quodammodo ſubobicere ſimul examinent. Vinciatur iam tyrannus iſte manſuetudinis nexibus, flagelloque longanimitatis verberatus, atque à charitate pertractus ſiſtatur tribunali rationis, atque vt conuenit examinetur & ita diſcutiatur. Dic nobis ô ſtulte & turpiſſime genitoris tui, & eius quæ te male peperit appellationem, filiorumque tuorum, & ſceleratiſſimarum filiarum, præterea & eorum qui te debellant & necatum ſunt nomina edicito. Ille vero ſic interrogatus, ita reſpōdere videbatur: Plurimæ generationes meæ ſunt, nec vnus mihi pater

eſt. Matres vero meæ ſunt, inanis gloria, cupiditas, gaſtrimargia, nonnunquam vero & fornicatio. Qui autem me genuit, faſtus appellatur. Porro filiæ meæ, memoria iniuriarum, inimicitia, diſceptatio, & odium. Aduerſariæ vero meæ, quibus nunc vinctus teneor quæ his obiectæ ſunt, manſuetudo & iniraſcentia. Ea autem quæ mihi inſidiatur, humilitas dicitur. Quis vero illam genuerit, loco ſuo illam interrogate. E

De memoria iniuriarum. Gradus IX.

SAnctæ quidem virtutes Iacob ſcalæ comparantur, vitia vero nepharia ei quæ cecidiſſe legitur ex Petri ſummi Apoſtoli manibus catenæ. *Gen. 28. & 12.* *Petrus ſummus Apoſtolus.* Et illæ quidem ſimul nexæ, atque altera ad alteram tranſmittentes in cœlum ſuſtollunt amatores ſuos, vitia vero ſe inuicem gignere atque arctiſſime complecti conſueuerunt. Quocirca cum iam audierimus implacabilem furorem, progeniem ſuam memoriam iniuriarum appellantem, de ea nunc iuuante nos tempore loquamur. Memoria iniuriarum eſt furoris complementum, *Memoria iniuriarū.* peccatorum cuſtos, iuſtitiæ odium, virtutum perditio, venenum animæ, F mentis aſſiduus vermis, orationis confuſio, deprecationis excisio, charitatis alienatio, clauus infixus animæ, iniucundus ſenſus, qui in amaritudinis ſuauitate diligitur, iuge peccatum, nunquam dormiens iniquitas, horis ſingulis admiſſa malitia. Eſt iſtud quoque tenebroſum ac moleſtiſſimum vitium. Dico vero iniuriarum memoriam, vnum ex his quæ generantur, nec gignunt, ſiue etiam gignunt, atque ideo plura de illo loqui volumus. Qui iracundiam ſedauit, is huiuſmodi memoriam peremit. Dum enim viuit pater filios generare non ceſſat. Qui charitatem poſſidet, iracundiam à ſe fugauit. Qui autem inimicitias exercet, importunos ſibi labores congregat. Charitatis menſa diſſoluit odium, & dona mundiſſima emolliunt animam. Menſa neglecta mater confidentiæ, & per feneſtram charitatis ventris ingluuies ingreditur. Animaduerti odium, vinculum fornicationis diuturnum dirrupiſſe, memoriamque iniuriarum illic iam mirabiliter & præter ſpem perſeueraſſe. Mirandum ſane ſpectaculum, dæmonem à dæmone ſanari conſpicere: ſed hoc fortaſſis eſt ex diſpenſatione opus Dei, non dæmonum. Longiſſime à charitate valida & naturali remota eſt memoria iniuriarum, eique facile appropiabit fornicatio, G vulcaſque latenter in columba corruptionem. Ideo quem morte iniuriarum memoria, aduerſus dæmones id magis patiatur: & quem delectat blandum inimicitiarum venenatumque odium, corpori ſuo ſemper infeſtus, inimicus ſit. Amicus ingratus ac doloſus, caro eſt: & ſi fouentur, amplius lædit. Solet ſcripturas diſſerere memoria iniuriarum, atque ad propriæ affectionis ſenſum ſancti Spiritus eloquia violenter attrahere. *Scripturam detorquet iracundus.* Confundat huiuſmodi Ieſu oratio, quam ſi iniuriarum memoriam ſeruemus, cum illo dicere non poſſumus. *Oratio Chriſti.* Si poſt ingentem luctam huiuſmodi peruerſitatem omnino deſtruere non valeas, ſaltem verbis & corporis habitu inimico tuo te pœnitere ſignifica, vt vel hanc ad illum ſimulationem diuinus veritus, perfectè tandem illum diligere cogaris, à conſcientia veluti ab igne quodam aſſidue admonitus.

Hac vero putredine ac peſte tum demum perfectè te curatum intellige, *Quis iniuriæ oblitus.* non cum pro eo qui te contriſtauit oraueris, non cum illum muneribus affeceris, non cum ad menſam tuam eum perduxeris: ſed cum cognita illius aliqua calamitate, ſiue corporali, ſiue ſpirituali, quaſi ipſe eam perpeſſus fueris, ita te angi dolore atque illacrymari perſpexeris. Monachus ſolitarius, qui hanc ſeruat in ſemetipſo H memoriam, aſpis nidificans eſt, lethale virus ſecum vbique circumferens. Memoria paſſionum Ieſu huiuſmodi curabit animam, *Correctio iracundi.* dum in illius clementiam ac tolerantiam intuens, valide confuſa erubeſcit. Ligno putrido intrinſecus gignuntur vermes, & mitiſſimis moribus quietiſque adulterinæ cohæret iracundia. Qui hanc eijcit, remiſſionem reperit: qui vero illi agglutinatus eſt, miſeratione priuatur. Laboribus ſe quidam ac doloribus, vt veniam mererentur, expoſuerunt: hos tamen vir, qui iniurias obliuiſcitur, facile anticipauit. Siquidem illud veriſſimum eſt quod dicitur: *Matth. 6.* Dimittite celerius, & copioſe dimittetur vobis. Veræ ger-

A manæque pœnitentiæ certum argumentum eſt, obliuio iniuriarum: qui vero inimicitias tenet, & ſe pœnitere exiſtimat, ſimilis eſt ei, qui ſe in ſomnis currere putat. Vidi iniuriarum memores, dum ſe huiuſmodi ſalutari obliuione admonerentur, verba ſua reueritos ab hoc quieuiſſe vitio & peſte. Nemo huiuſmodi obtenebrationem ſimplex eſſe ac tenue vitium exiſtimet. Solet enim ad ipſos quoque ſpirituales ſæpius oſtendi.

De detractione. Gradus X.

NVllus reor prudentium & rectè ſentientium ex odio & iniuriarum memoria detractionem naſci refragabitur. Quocirca & poſt maiores ſuos, velutì in ſerie conſtituta eſt. Detractio eſt proles odij, tenuis languor, pinguis & occulta ac latens ſanguiſuga, quæ charitatis omnem conſumit ac demolitur ſanguinē, dilectionis ſimulatio, cordis ſordes ac duritiam parans, caſtitatiſq; exterminatio. Sicuti quædam ſunt adoleſcentulæ, quæ mala ſine vllo verecundiæ rubore operantur, nonnullæ vero, quæ grauiora his, clam ac verecundius faciunt, ita & in paſſionibus ignominiæ fieri videas. Huiuſmodi vero adoleſcentulæ ſunt,

B ſimulatio, nequitia, mœror, memoria illatæ iniuriæ, cordiſque detractio, quæ alias ſuggerere videntur, & ad alis inrentæ ſunt. Audiui detrahentes quoſdam, eoſque protinus increpatione coercui. Qui cum mihi ſatisfacere vellent,

Pſal. 100. hoc ſe ex eius charitate & cura, cui detrahebant facere, dixerunt. Ego vero eis; quieſcite, inquam, atque ab huiuſmodi charitate ceſſate, ne ille mentiatur, qui ait: Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Si te dicis diligere, clam, ora neque obiurges, hunc quippe charitatis modum Deus libentiſſime ſuſcipit Neque iſtud cogitare obmittas, ſi te à iudicando peccantem ſobrium omnino ſeruare cupis, quod & Iudas in choro diſcipulorum fuit, & latro in homicidarum numero: mira tamen in vno temporis momento vtriſque facta eſt retributio & commutatio. Si quis detractionis ſpiritum ſuperare cupit, non peccanti fratri, ſed ſuggerenti dæmoni cauſam ſceleris aſcribat. Nullus enim eſt, qui in Deum peccare velit, & ſi omnes non coacte, ſed ſponte peccemus. Vidi aperte peccantem, atque occulte pœnitentiam agentem, & quem vt nequiſſimum iudicaueram, inueni pudicum ac ſobrium apud

C

Detractor corripiendus. Deum exiſtimari, cum illum per conuerſionem & pœnitentiam ſibi propicium feciſſet. Noli eum vereri, qui apud te proximo detrahit, imo vero dicito ei: Quieſce frater, ego in his quæ grauiora ſunt quotidie delinquo? illum ergo

Matth. 7. quomodo damnare poſſum. Hoc enim vnico medicamento duo iſta lucraberis, quod & teipſum & proximum

Iudicare. curabis. Eſt inter reliquas quæ ad remiſſionem peccatorum ducunt, & iſta admodum compendioſa via ſcilicet à iudicando abſtinere. Siquidem id veriſſime dicitur: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Alieniſſimus eſt ab aqua ignis, ita & iudicare ab eo qui pœnitere cupit, etiamſi in ipſo animæ à corpore digreſſu quempiam peccare videris, ne tum illum quidem damnare audeas. Incertum eſt enim hominibus iudicium Dei. Iti magnis quidem delictis aperte lapſi ſunt, maiora vero clam operati ſunt. Seducti ſunt ergo, qui libenter aliorum mores corripiunt, fumum pro

Matth. 7. ſole amplectentes. Audite me, obſecro, audite peſſimi alienorum iudices. Si verum eſt, vt eſt profecto veriſſimum,

D quod in quo iudicio iudicaueritis iudicabimini. proculdubio in quibus cauſati fuerimus proximum, in eadem quoque ipſi incidemus, ſiue ſpiritalia illa fuerint, ſiue corporalia? neque aliter fieri poteſt. Qui celeres nimiumque diligentes proximi iudices ſunt, hoc idcirco patiuntur, quia nundum peccatorum ſuorum fixam ac perfectam memoriam curamque ſuſceperunt. Nam ſi quis amoto proprij amoris velamine mala ſua diligenter inſpiciat, nullius iam rei alterius in hac vita curam geret, id apud ſe reputans tempus ſibi ſufficere non poſſe, quo ſeipſum lugeat, etiam ſi centum annos vixerit, etiamſi totum Iordanem fluuium in lacrymas verſum ex oculis ſuis manare perſpexerit. Noui luctum, nec vllum in eo detractionis aut condemna-

Cogitans ſua, aliorū peccata nō videt. tionis veſtigium inueni. Aut itaque peccare nos dæmones vrgent, aut cum non peccauerimus iudicare peccantes, vt per hoc ſecundum primum illud homicidæ inquinent. In

E

Memor iniuriæ. hoc ſcito eos qui memoriam illatæ ſibi iniuriæ ſeruant, atque inuidos aperte dignoſci, quod doctrinam & opera virtuteſque proximi libenter & facile vituperant & calumniantur, ſpiritu odii miſerabiliter præcipitati ac demerſi. Vidi quoſdam clam ac ſine arbitris ſcelera penitus horrēda perpetrare, qui quod putarent ſe eſſe mundiſſimos, eis qui publice leuia admittunt aliqua, grauiſſime imminebant. Iudicare, eſt impudens direptio diuinæ dignitatis, condemnare autem, animæ propriæ interitus. Sicut elatio ſola abſque alio vitio comite perdere ſe habentem poteſt: ita & iudicandi vitium, & ſi ſolum in nobis fuerit, perfecte nos

Luc. 18. *Simile.* perdere valebit. Siquidem & Phariſæus ille, ex hoc ſolo condemnatus eſt. Bonus & probus vuæ lector matura acina comedens, acerba legere nunquam patietur: porro grati viri ac prudentis animus quotquot in aliis virtutibus inſpexerit, ſtudioſiſſime notabit: inſipiens vero querelas

Pſal. 63. defectuſque perſcrutabitur, de quo & dictum eſt: Scrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes ſcrutationes. Neque ſi oculis tuis peccatum videris, condemnes, neque illis credas: ſæpius enim falluntur & ipſi.

F

De loquacitate. Gradus XI.

DIximus in præcedentibus breuiter, quam ſit periculi plenißimum, vtque eos quoq; qui ſpirituales videntur nonnunquam ſubrepit iudicare proximos, immo vero iudicari atque à lingua cruciari: nunc vero cauſſam iam & ianuam, per quam ingreditur & egreditur, conſequens eſt paucis eloqui, ſuoque loco ſtatuere. Loquacitas, eſt inanis gloriæ ſedes, per quam ſeipſam iudicare atque in publicum producere ſolita eſt. Loquacitas, ignorantiæ eſt certum argumentū, detractionis ianua, ſcurrilitatis dux, mendacii opifex, compunctionis deſolatio, acediæ author ſiue euocatrix, ſomni præcurſor, intentæ fixæque cogitationis diſſipatio, cuſtodiæ exterminatio. Contra vero taciturnitas in cogitatione mater eſt orationis captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris obſeruatio, cogitationum diligens inſpectio, ſpecula hoſtium, carcer luctus, lacrymarum amica, memoriæ mortis operatrix, ſuppliciorum pictor, iudicii indagatrix, ſagax mœroris ſubminiſtratrix, inimica fiduciæ,

G quietis coniunx, ambitioſæ doctrinæ aduerſatrix, ſcientiæ adiectio, ſpeculationis opifex, ſecretus in Deum profectus, oculus aſcenſus. Qui peccata cognoſcit, continet linguam ſuam, qui vero loquax eſt, nondum ſeipſum, vt oportet, agnouit. Studioſus ſilentii appropiat Deo, ipſique iugiter in abdito cordis aſſiſtens illuſtratur ab eo. Ieſu ſilentium

Ioan. 19. admirationi & reuerentiæ Pilato fuit. Virique quieta & ſilens vox profligauit inanem gloriam. Verbum dixit Petrus,

Amariter. *Pſal.* 38. & fleuit amariter, quia illius immemor fuit, qui ait: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Alteriuſque dicentis: Melius eſt è ſublimi cadere in terram, quam ex lingua cadere Plura, quidem de his ſcribere nolo, & ſi plures me huius vitii aſtutiæ id facere hortentur: Audiui tamen aliquando virum quendam, cuius apud me plurimum valebat authoritas, cum de ſolitudinis quiete loqueretur aſſerentem, loquacitatem ex vno horum penitus gigni, aut ſcilicet ex peruerſione, & iniqua intemperantiæque conſuetudine. Lingua enim membrum corporis cum

Loquacitas potens. ſit etiam quo iam erudita fuerit eius conſuetudinem requirit. Aut rurſus in his qui in certamine ſunt maxime vero

H et inani gloria nonnunquam vero ex ingluuie ventris Quocirca plurimi ſæpe cum frænarent ventrem violentiam ac debilitate quadam, & linguam & eius verboſitatem concluſerunt. Qui curam ſui exitus geſſit, circuncidit verba, & qui poſſidet animi luctum, vt ab igne, ita fugit à loquacitate: Qui diligit ſolitudinis quietem, clauſit os ſuum Qui vero proceſſionibus gaudet, hunc vitium hoc cella perturbat. Qui altiſſimi diuinique ignis flagrantiam ſenſit, is non ſecus quam apis fumum, omnem fugit hominum cœtum. Apem quippe fumus exagitat, huius vero propoſito cœtus hominum eſt contrarius. Paucorum reuera eſt æquam nullus aggerum molibus ſeptem ſuis meatibus arcere, ſed multo paucorum eſt incontinens edomare os.

A

De mendacio. *Gradus XII.*

EX lapide quidem ac ferro excutitur ignis, ex loquacitate vero ac iocoſis mendacium naſcitur. Mendacium eſt charitatis exterminatio, periurium vero Dei abnegatio. Nullus recte ſentientium parum eſſe mendacij peccatum exiſtimat. Quippe contra nullum vitium terribilior ſententia Spiritus ſancti vſus eſt. Sicut ait Dauid ad Deum: Perdes omnes qui loquuntur mendacium; quid iam illi paſſuri ſunt, qui iuramentis mendacia coniungunt & conſumunt? Vidi nonnullos mendacijs gloriari, eiſque ſe honeſtari putare, qui cum iocis ocioſoque ſermoni ridicula nonnulla ſubtexerent, audientium luctus miſerabiliter demoliti ſunt. Quoties dæmones ab huiuſmodi facetiarum auditu, velut à peſtilentiali morbo ſtatim poſt inchoationem grauis ac moleſti authoris nos fugere velle perſpexerint, tunc iam gemina nos iſta cogitatione illaqueare nituntur, nobis ita ſuggerentes: Noli contriſtare fratrem talia narrantem, aut certe noli teipſum cæteris aſtantibus meliorem diuinarumque rerum ſtudioſiorem iudicare. Exi citius, nec moram vllam ibi feceris. Sin alias, in oratione tua ridiculoſarum rerum tibi imagines finges. Neque inde fugias ſolum verum & iniquum cœtum religioſa ſeueritate diſſolue mortis atque iudicij mentionem in medium adducens. Eſt quippe præſtantius ex hoc fortaſſe modicum inani gloria reſpergi, vt plurimis ita inuentaris vtilitatis author, quam per ignauum & improbum ſilentium tibi pariter & aliis detrimenti cauſa fieri. Simulatio, mendacij mater eſt, ſæpe vero etiam materia. Quippe quidam ſimulationem nihil aliud eſſe definiunt, quam mendacij meditationem atque opificem agglutinatum ſibi atque connexum habentem iuſiurandum. Qui timorem Domini poſſidet, alieniſſimus eſt à mendacio, iudicem habens incorruptum conſcientiam ſuam. Sicut in perturbationibus reliquis damni differentiam agnoſcimus, ita & in mendacio quoque. Aliter enim ille iudicatur qui per ſupplicij timorem, aliter qui nullo propoſito mentitur. Alius deliciarum mentitur cauſa. Alius voluptatis gratia. Alius vt aſtantibus moueat riſum. Alius vero vt inſidietur fratri, eumque detrimento aliquo afficiat. Ex cruciatibus principum deletur mendacium, ex lacrymarum vero multitudine in finem perimitur. Diſpenſationem allegat, qui mendacium ſoggerit, & perditionem animæ ſæpe iuſtitiam exiſtimat. Raab ſe imitari argumentatur qui mendacia confingit, per quæ perditione ſua aliorum ſalutem ſe moliri dicit. Ait quidam: Cum à mendacio mundi fuerimus, tum ſi ita aliquando neceſſe ſit tempore admoniti ipſum cum timore ſubeamus. Neſcit puer mendacium, ita nec anima quidem quæ fuerit ab iniquitate omnino aliena. Qui vino exhilaratus fuerit, & ſi nolit, vera in omnibus dicet. Qui vero compunctione fuerit inebriatus, mentiri non poterit.

Pſal. 5.

B

C

De acedia. *Gradus.* *XIII.*

VNus & hic nonnunquam ex loquacitatis ramis eſt, vt iam in prioribus diximus, patriaque progenies, acedia eſt. Quocirca congruum illi ordinem in nequiſſima cathena diſtribuimus. Acedia eſt animi remiſſio, mentis reſolutio, neglectio vitæ monaſticæ, profeſſionis odiū, è cellula item prodire hortatur, ſonitū aliquem, aut fragorē pedumq; ſtrepitum excitans. Qui ſeipſum luget, acediam neſcit, hæc ſeculares beatos dicit. Deum vt inclementē & immiſericordem calumniatur, eſt pſalmodia inualida, in oratione imbecillis, in miniſterio ferrea, in opere manuum impigra, in obedientia, improba. Vir bene ſubiectus alienus eſt ab acedia; & per ea quæ ſenſibilia ſunt, ad intellectualia proficit. Cœnobium acediæ reſiſtit, viro autem ſolitario, hæc indiuidua in æternum comes eſt, neque illum ante mortem deſeret, quotidieque dum vixerit illum oppugnabit. Hæc anachoritæ cellulam intuita ſubriſit, atque appropinquans iuxta ſibi tabernaculum fixit. Mane primo languentes medicus viſitat, acedia vero monachos circa meridiem. Hoſpitum ſuſceptionem acedia ſuggerit, atque per laborem manuum eleemoſynas fieri precatur. Viſitare infirmos hortatur alacriter, illius admonens qui in euangelio dixit: Infirmus eram & viſitaſtis me. A mœrore aliquo affectos ac puſillanimes vt proficiſcantur, inducit, conſolari puſillanimes, ipſa puſillanimis ſuggerens. Ad orationem ſtantes neceſſariæ cuiuſpiam rei admonet, omnemque mouet artem vt inde nos aliqua, veluti rationabili fune ipſa nos irrationabiliſis attrahat. Tribus horis horrorem, dolorem capitis ſebremque ac vertiginem acediæ ſpiritus fecit. At vbi hora nona ſuperuenit, conualuit modice, menſa vero poſita à ſtratu exilit, & cum orationis tempus remeauit, rurſum corpus grauari cœpit, in oratione aſſiſtentes iterum ſomno demerſit, importuniſque oſcitationibus verſum ex ore diripuit. Vitia quidem perturbationeſque reliquæ, vna aliqua virtute ſingulæ euacuantur: Acedia vero monacho mors eſt, quam in ſe iugiter continet. Virilis ac robuſta anima mortuam exſuſcitauit mentem: acedia vero deſidia totas virtutum opes ſimul diſſipauit. Cum ſit hoc vnum ex octo vitiis principalibus omnino grauiſſimum, quod in illis fieri conſequens eſt, in iſto quoque faciamus, & illud tamen præterea addamus, niſi agatur pſalmodia, non apparet acedia, conſummataque ſynaxi aperti ſunt oculi. Acediæ maxime tempore violenti elucent. Nihil enim æque vt acedia monacho tot coronas parat. Si conſideres diligentius, inuenies eam ſtantes pedibus oppugnare laſſitudine, ſedentibus vt ſuper pariete ſe reclinent perſuadere. Vinciatur & hic tyrannus à peccatorum memoria, cædatur ab opere manuum, trahatur à futurorum bonorum intenta cogitatione, aſtanſque vt conuenit, interrogetur. Dic nobis ô tu remiſſe & diſſolute, quis te male genuit, aut qui ſunt nepotes tui, quive te oppugnantes, vel qui ſit interfector tuus? Ille vero percunctantibus ita reſpondeat: Qui vero mihi per ſolitudinis quietem cædunt, cum his vna dego. Ego in his qui vere obedientes ſunt, non habeo vbi caput reclinem. Quæ mihi nomen dederunt, plurimæ ſunt. Interdum enim inſenſibilitas animæ, quandoq; vero irreminiſcentia quædam atque obliuio cœleſtium, nonnunquam etiam immenſa laborum magnitudo. Stirpes vero meæ locorum mutationes ſunt, quæ meum ſunt, inobedientia ſpiritalis patris, futuri iudicij obliuio. Nonnunquam vero etiam profeſſionis derelictio. Porro aduerſariæ meæ à quibus nunc vinctus teneor, pſalmodia operi manuum coniuncta mortiſque memoria. Quæ vero me penitus necat, oratio eſt adiuncta futurorum bonorum firmiſſimæ ſpei. Quis vero orationem genuerit ipſam interrogate.

D

E

Matth. 25.

Acedia mors eſt.

F

G

De Gula. *Gradus XIV.*

DE gula loqui inſtituentes ſi nunquam alias, nunc maxime contra noſipſos philoſophari propoſuimus. Mirum enim, ſi quis vnquam hanc liber euaſit, niſi forte qui ſepulchrum habitauerit. Gaſtrimargia, eſt ſimulatio ventris: cum enim ſatiatus fuerit, indigere ſe clamat & cum diſtentus atque diſruptus, vociferatur eſuriem Gaſtrimargia, eſt ſaporum variorumque liquaminum opifex, ſuauitatis fons. Obſtruxiſti venam & aliunde prorumpit, hac quoque aggeribus obruta via, ſibi aliam viam fecit. Extinxiſti flammam, & aliunde reuixit. Iſtaque rurſus extincta ſuperatus ab alia es. Gaſtrimargia eſt oculorum ſeductio, modica ſuſcipiens, & vniuerſa ſimul abſorbere ſuggerens. Aduerſus Gaſtrimargiam ſæpe inanis gloria inimicitias gerit, & ſuper infelici monacho quaſi venali mancipio inuicem pugnant. Hæc illum vt ieiunium ſoluat, impellit. Illa vt virtutem abſtinendo prodat, modis omnibus vrget. Sapiens monachus vtrumque vitabit, & ſuo tempore alterum altera arcebit, & à ſe penitus abiiciet. Carnis igne creſcente illam puniamus, atque in omni tempore, & loco, abſtinentiam ſeruemus. At cum ſedatus extinctuſque fuerit, quod quidem dum in vita ſumus fieri vix poſſe puto, tunc iam opus noſtrum atque abſtinentiam celemus. Vidi nonnunquam illuſione dæmonum ſeniores aliquos benedictione ſua iuuenes non ſibi ſubditos ad potandum vinum atque ad remittendum abſtinentiam reliquam hortari. His ſi fuerint probatæ vitæ atque authoritatis, habuerintq; teſtimonium in Domino,

H

A
Euagrius.

obtemperandum eſt moderate tamen: ſi vero negligentiores ſint, huiuſmodi illorum benedictionem non curemus. Atque potiſſimum ſi adhuc carnis ardoribus infeſtamur. Putauit EVAGRIVS ſapientiſſimum ſe omnium alacritate ſenſus fieri, ſed fraudem paſſus ſibi mentitus eſt miſer, inſipientiumque inſipientiſſimus ex hoc ipſo oſtenſus eſt. Quod vt in pleriſque alijs, ita & in hoc quoque animaduerti poteſt. Ait enim quondam cum varios delicatoſque cibos anima concupiſcit, pane anguſtetur & aqua. Simile enim quiddam dicere videtur, ac ſi puero præciperet vt ſcalarum gradus omnes vno paſſu repente conſcenderet. Quã nos ipſius irrationabilem ſententiam vertentes ita dicimus: Cum varios delicatoſque cibos anima concupiſcit & quærit, naturæ proprium aliquid videtur inquirere. Quocirca ſumma induſtria contra huiuſmodi callidiſſimam inſidiatricem vigilandum eſt, alioqui grauiſſimum contra nos excitabit bellum, ruinæque laqueos parabit.

Abſtinendũ à calidis.

Primum itaque abſcindamus à nobis eos cibos qui impugnare poſſunt, tum vero etiam calidos, ne oleum flammæ adijciamus. Deinde vero ſuaues quoque ac delicatos, ſi fieri poteſt, cibos corpori indulgeamus, qui facile repleant, & maxime leues vileſque & exigui ſunt, vt ex repletione facili inexplebilem eius auiditatem faciemus. Per exiguitatem vero, leuitatem atque vilitatem celeri digeſtione ſecuta, cito reſpirare poſſimus animo, atque à calore tanquam à flagello liberari.

B

Si diligentius intueamur, animaduertemus quotquot ſunt ex rebus ſpirantibus cibi, eos omnes ſuo calore in nobis incentiuum excitare libidinis.

Cibi ſpirantes.

Ride eum ſpiritum qui tibi poſt cibum vt conſuetam refectionis horam differas improbe ſuggerit, cum enim noua hora ſuperuenerit priorem abnegauit concordiam. Alia inſontibus, alia reis continentia conuenit. Illis enim corporis motus in ſignum eſt, iſti vero vſque ad mortem & finem aduerſus hoc inexorabiliter atque irreconciliabiliter ſe habent. Ac priores illi iugum quidem per animi moderationem ſeruare volunt, ſequentes vero DAVID per animæ mœrorem perpetuamque compunctionem ſibi placere ſtudent. Tempus lætitiæ & conſolationis perfecto quidem viro eſt, cum nulla rerum mortalium angitur cura, ei vero qui adhuc in certamine eſt colluctationis, tempus, vitioſo autem feſtiuitas feſtiuitatum, celebritasq; celebritatum. Inſomnia ciborũ & dapum in corde, gulæ deditorum, iudiciorumq;, & cruciatuum in corde lugentium.

C

Eſcarum ſatietas fornicationis eſt mater. Afflictio autem ventris, caſtitatem parit. Qui leonem blanda demulcet manu, nonnunquam illum manſuefacit. Qui vero corpus obſequijs fouet, ipſum amplius efferauit. Gaudet Iudæus ſabbato, diem feſtum facit. Monachus vero gulæ deditus ſabbato die & dominico. Ante tempus computat paſcha, & ante plurimos dies aſcas parat.

Paſcha optant monachi.

Secum voluit attonitus famulus ventris, quibus cibis epulabitur, Dei autem ſeruus quibus gratiis ditabitur. Mox vt aduenit hoſpes, in charitate totus ex gulæ concupiſcentia mouetur, detrimentumque ſuum conſolationem fratris exiſtimat. In aduentu quorundam vinum bibere ſtatuit, & dum virtutem abſtinentiæ ſibi videtur occulere, vitij ſeruus efficitur. Contine ventrem, ne ipſe ab eo tenearis, tuncque incipias cum rubore confuſionis continere. Norunt qui dixerunt, qui in ſecretam foueam inciderunt, vitia autem eunuchi hoc experti non ſunt.

Eunuchi.
D

Ventrem cogitatione ſempiterni ignis circuncidamus. Quidam enim cum huic obtemperaſſent, poſtremo membra ſua abſciderunt, duplicemque mortem ſibi conſciuerunt. Animaduertimus ſi inquiramus diligentius, naufragia noſtra omnia ab iſto fieri. Mens ieiunantis cum ſobrietate orat intemperantis autem impletur immundis imaginibus. Ventris ſaturitas exiccauit fontes: ſin vero ille ſiccetur, pariet latices. Qui ventri dum obſequitur fornicationis ſpiritum vincere vult, is ei ſimilis eſt, qui oleo incendium extinguere nititur. Si affligatur venter, humiliabitur cor: ſin autem ille foueatur ſuperbit cogitatio.

Vẽter ſatur ſuperbit.

Conſidera teipſum prima diei hora, meridie, & veſpere antequam ſumas cibum, atque ex hoc addiſces ieiunij vtilitatem. Exultat namque mane atque appropinquat cogitatio. Sexta vero cum aduenerit, aliquanto remiſſior fit. Circa vero ſolis occaſum, prorſus humiliatur.

E

Afflige ventrem & omnino frenabitur lingua. Quippe multitudine eſcarum hæc neruos accipit. Pugnans pugna aduerſus ventrem, & ſobrietati propter hunc maxime ſtude. Nam ſi modicum laboraueris, cõtinuo erit Dominus adiutor tuus & cooperabitur tibi. Laxi & emolliti ventres capaciores fiunt, ſin autem negligantur, minus capient. Qui ventrem ingurgitat, dilatauit inteſtina. Qui vero aduerſus hunc pugnat, contraxit ac reſtrinxit illa, his autem reſtrictis nil opus eſt pluribus cibis, tuncque iam naturaliter ieiunantes efficimur. Sitis nonnunquam ſedauit ſitim, fame vero famem abſcindere & durum eſt & impoſſibile. Si quando te vicerit, hunc doma laboribus. Quod ſi per infirmitatem id fieri non poteſt, vigilijs aduerſus rurſus pugna. Si grauantur oculi opus manuum arripe. Si vero non adſit ſumnus, noli id tangere. Nam poſſibile non eſt Deo & mammonæ, hoc eſt, Deo & operi manuum mentem aſſiſtere.

Matth. 6.

Neque illud te lateat quod plerunque dæmon ſtomacho inſidet noſtro, facitque vt homo nunquam ſatietur, etiamſi vniuerſam comederit Ægyptum, totumque Nilum biberit.

Inexplebilis gula parens libidinis.
F

Poſt cibum gulæ iniquus ſpiritus abſcedit, fornicationiſque in nobis ſpiritum immittit. Illique quid fecerit nuncians: apprehende, inquit illum, occupa & conturba, nam ventre diſtento non multum in deiiciendo laborabis. Qui cum venerit, continuo ſubridet, ſomnoque deuinctis noſtris manibus & pedibus omnia quæcunque voluerit facit atque animam corpuſque contaminabit phantaſiis, inquinationibus, obſcœnique liquoris egeſtionibus. Et eſt ſane mirandum ſpectaculum, videre incorpoream mentem fœda corporis colluuione maculari atque obſcurari, eademque rurſus per carnis huius luctum emundari, atque in tenuiſſimam naturæ ſuæ redire ſubſtantiam. Si anguſtam duramque viam pergere Chriſto promiſiſti, reprime ventrem. Hunc enim ſi foueas atque diſtendas, pacta & conuenta cum Domino tuo irritaſti. Intende animo vt audias dicentem: Lata & ſpacioſa eſt via ventris quæ ducit ad perditionem fornicationis, & multi ſunt qui ingrediuntur per eam. Et quam anguſta ianua atque arcta eſt via ieiunij, quæ ducit ad viam caſtitatis, & pauci ſunt qui per eam ingrediuntur.

Matth. 7.

G
Cogitatio immenſa.

Princeps eſt dæmonum qui cecidit Lucifer, & princeps vitiorum concupiſcentia gulæ. Cum ad menſem epulis inſtructam diſcumbis, procedat in medium iudicij mortiſque memoria, vix enim vel ſic parum concupiſcentiæ obſiſtes. Dum calicem bibis, memento item aceti & fellis Domini tui; prorſuſque aut continebis, aut certe per gemitum ſaltu humilior eris. Noli errare, nunquam à Pharaone liberabis, neque ſupernum paſcha celebrabis, niſi ſemper amaritudines & azyma comederis. Amaritudines ſunt ieiunij violentia & afflictio. Azyma vero ſenſus minime inflatus.

Pſal. 34.

Imprimatur omnino reſpirationi tuæ ſermo ille dicentis: Ego autem cum mihi dæmones moleſti eſſent i.e. & hu. m.a.m. & o.m. in ſinu animæ meæ adhæſit.

Ieiunium.

Ieiuniũ eſt naturæ violentia, circunciſio ſuauitatis faucium, incentiuorũ omnium abſciſſio, malarum cogitationum amputatio, inſomniorum liberatio, orationis munditia, inſigne lumen animæ, mentis cuſtodia, obcæcationis ſolutio, compunctionis ianua, ſpiritum humile, læta contritio, loquacitatis abdicatio, quietis occaſio, obedientiæ cuſtos, ſomni leuatio, ſanitas corporis, tranquillitatis author, peccatorum remiſſio, paradiſi porta & delitiæ.

H

Interrogemus vt alios ita & hunc, imo vero præ alijs omnibus hunc noſtrorum hoſtium nequam præceptorem, vitiorum ianuam, ruinam Adam, Eſau perniciem, interitum Iſraelitarum, Noe turpitudinem, Gomorrheorum proditorem, Loch crimen, filiorum Hely exterminatorem, inquinationum ducem, vnde gignatur, quinam ſint eius nati, quis item ſit à quo conteratur, & à quo in finem perimatur.

Qui gula perierunt.

Dic nobis o mortalium hominum nimium violenta domina, quæ omnes auro inexplebilitatis emiſti, vnde tibi introitum in nobis paras? quidve poſt ingreſſum tuum parare conſueniſti? & quiſnam ſit tuus ex nobis exitus? quonam modo ſcilicet abs te liberamur? illa vero agitata contumeliis nobis ita tyrannice cruenta feroxque reſpondit: Quid me maledictis inceſſitis, qui mihi eſtis obnoxij, aut quomodo ſeparari à me ſtudetis, quæ naturæ connexa

A

Stirps gulæ.

ſunt? Ianua mea natura ciborum eſt, conſuetudo vero inexplebilitatis mihi cauſa eſt. Porro materia perturbationis meæ, conſuetudo quam dixi, atque indolentia animę mortiſque irremiſcentia. Stirpium vero mearum nomina quomodo quæritis addiſcere? Dinumerabo eas, & ſuper arenam multiplicabuntur. Primogenitorum tamen meorum eorum qui huiuſmodi ſunt appellationes audite. Filius primogenitus meus fornicationis incentor eſt, ſecundus ab illo eſt obdurationis author, ſomnus eſt tertius. Mare cogitationum, inquinationum fluctus, profunduſque ſecretarum atque ignotarum immunditiarum ex me procedunt. Filiæ vero meæ ſunt deſidia, loquacitas, confidentia, ſcurrilitas riſum mouens, contradictio, ceruicis duritia, tarditas ad audiendum, inſenſibilitas, captiuitates, elatio atque tumor, temeritas, mundi amor, oratio immunda, cui ſuccedunt fluctus cogitationum nonnunquam vero calamitas quoq; præter omnem ſpem & expectationem, quas neceſſario ſequitur omnibus acerbior & grauior. Oppugnat quidem me, ſed non ſuperat peccatorum memoria, inimicitias per omnia contra me gerit mortis intentaq; cogitatio, nihil vero in hominib. eſt quod me perfecte deſtruat.

B

Qui paracletum poſſidet, interpellat aduerſum me, illeque exoratus non permittit me operari vitioſe. Qui vero nullum illius guſtum ſuſceperunt omnino dulcedinis ac ſuauitatis meæ rapiuntur illecebris.

De incorruptibili caſtitate. Gradus XV.

A gula ad origem.

AVdiuimus modo veſaniam gulæ concupiſcentiam ſuam eſſe progeniem libidinis & fornicationis pugnam aſſerentem. Quod ſane mirum non eſt, docet enim nos hoc ipſum vetus ille noſter pater Adam. Nam niſi gulæ illecebris ſuperatus fuiſſet, nunquam quid eſſet coniunx agnouiſſet.* Qui igitur primum mandatum ſeruant, in ſecundum non incidunt præuaricationis malum, ſed permanent, filij Adam modicum quid ab Angelis minorati, atq; iſtud ne immortale maneat malum (vt ait vir ille ſummus, cui cognomen Theologia dedit:) Caſtitas eſt incorporeæ naturæ familiaritas, caſtitas eſt Chriſti iucundum diuerſorium, terreſtriſque clypeus cordis. Caſtitas exceſſiua naturæ abnegatio, corporiſque mortalis atque corruptibilis re-

C

uera ad incorpoream ſpiritualemque ſubſtantiam contentio. Caſtus ille eſt qui amore amorem excluſit, ignemque igne ſpiritus extinxit. Pudicitia generale virtutum cognomen omnium eſt. Pudicus eſt ille, qui in ſomnis quidem nullum motum, nullamque ſtatus ſui mutationem ſentit.

Pudicus qui.

Pudicus eſt ille qui & in ſomnis quidem perfectã ſemper inſenſibilitatem in corporum ſpecie & varietate poſſedit. Hæc regula huiuſmodi finis eſt perfectæ conſummatæque caſtitatis, vt ita animata ſicut inanimata intueamur, atque ita rationalibus vt brutis corporibus afficiamur. Nemo ex his qui ſe ſtudio caſtitatis exercent, ſuis hanc laboribus aut ſua induſtria ſe acquiſiſſe putet. Nam poſſibile non eſt, vt quiſpiam naturam ſuam vincat, vbi denique natura ſuperata eſt, illic is qui ſupra naturam eſt aduenisse cognoſcitur.

Initium caſtitatis.

Nam ſine vlla controuerſia id quod deterius eſt à potétiore deſtruitur. Initium quidem caſtitatis eſt, cogitationibus ſordidis non acquieſcere, atque per interualla temporum obſcœno liquore illo ſimpliciter & abſque vlla imaginis illoſione reſpergi, medium vero naturalibus motibus

D

ex repletione ciborum aduenientibus abſque imaginibus inquietari, ita tamen vt ad fluxum vſque illi non perueniant. Finis autem mortificare corpus, iam antea mortuis cogitationibus ſordidis.

Caſtus quis.

Felix tenera eſt qui ad omnem calorem corporis atque aſpectum perfecte inſenſibilis affectus eſt, non qui carnis lutum ſine ſorde ſeruauit huiuſmodi caſtus eſt, ſed qui huius membra animæ perfecte ſubijcit. Magnus quidem & ille eſt, qui nulla ex tactu paſſione mouetur. Maior vero qui nullo aſpectu vulneratus eſt, atque cogitatione ſupernæ pulchritudinis igneum ſpectaculum vicit. I qui per orationem immundam carnem à

Ignea facies mulieris.

* *Caute lege, nam etiam ſi Adam non peccaſſet, reuera cognouiſſet vxorem ſuam, ſed forſitan loquitur auctor de cognitione, quæ fit ex concupiſcentia, & fomite peccati in libidine exardeſcente.*

E

ſe abigit, pugnanti leoni comparatur. Qui autem reluctando fugat, ei ſimilis eſt qui adhuc perſequitur inimicum ſuum. Porro qui huius impetum omnino redigit ad nihilum, is & ſi carne ſuperſtes, iam tamen ex aceruo ſurrexit. Si iſtud veræ caſtitatis certum argumentum eſt, immobilem in eis phantaſmatibus quæ per ſomnum videmus perſiſtere, is perfecto erit luxuriæ finis ſi vigilans quiſpiam ex immundis cogitationibus fluxum patiatur.

Quomodo vincendum turpe profluuium.

Qui ſudoribus ſuis ac laboribus aduerſus huiuſmodi aduerſarium pugnat, is ei ſimilis eſt qui inimicum ſuum papyro ligauit. Qui vero continentia ac vigiliis pugnat, ei ſimilis eſt qui cathenis hunc torquibuſque deuinxit. Porro is qui altiſſima humilitate & vacuitate iracundiæ ſitique depugnat: is ei comparatur, qui occidit inimicum atque in arena occuluit. Arenam vero intellige humilitatem. Neque enim vitiorum gregem paſcit, ſed terra & cinis eſt. Alius qui eſt ex certaminibus, alius vero qui eſt ex humilitate profunda, alius item qui ex diuina reuelatione tyrannum vinctum tenet atque captiuum, atque ex his alius quidem lucifero, alius magnæ fulgentiq; lunæ, alius vero ſplendidiſſimo ſoli comparatur. Omnium tamen conuerſatio in cœlis eſt. Ex

F

Aſtu vulpes.

auroræ quippe candore, lux prodiit, ex luce vero ſolis iubar accenditur. Ita & in his quos modo memorauimus intelligendum eſt. Somnum vulpes ſimulant vt auem fallant, dæmon vero & corporis pudicitiam fingit, vt animã perimat. Nec credas in vita tua luto carnis tuæ, neque tibi ipſi omnino, fidas, donec Chriſto Domino obuiam pergas. Noli confidere ſi per continentiam non laberis, nihil enim comedebat quidam & de cœlo deiectus eſt.

Abrenunciatio.

Abrenuntiationem quidam doctiſſimi viri pulchre ita diffiniunt. Aiunt quippe illam inimicitiam eſſe aduerſus corpus atque aduerſus gulæ concupiſcentiam inexorabile bellum. In his quidem qui rudes imbuuntur lapſus corporis ex deliciis maxime fieri ſolet, in mediocribus

Cauſæ lapſus carnis.

vero etiam ex elatione animi. Porro in his qui perfectione proximiores ſunt, ſolummodo ex condemnatione cõtemptuq; ſuperbo proximi. Quidam eos beatos dixerunt eunuchos, qui ita ſunt geniti tanquam violentiſſima carnis dominatione liberatos. Ego vero eos maxime beatos dico, qui ex quotidiana pugna eunuchi fiunt. Hi e-

G

Ruere non ſponte.

nim ratione veluti gladio quodam abſcindere ſe ac mutilare ſolent. Vidi quoſdam non ſponte ruere, vidi item alios ſponte ruere velle, nec poſſe, eoſque his qui quotidie corruunt infeliciores exiſtimaui, vt qui non poſſent fœtorem etiam appetere. Miſerabilis quidẽ & ille qui corruit, ſed ille longe miſerabilior, qui alteri ruinæ cauſa fuit. Duorum enim lapſuum alteriuſque voluptatis onus ipſe ſuſtinet. Ne velis fornicationis ſpiritum diſceptando vel contradicendo in fugam conuertere. Ille enim perſuadere probabiliter nouit. Quippe qui aduerſum nos naturaliter pugnat. Qui ſua induſtria carnem ſuam vincere vel debellare vult, in vanum currit. Niſi Dominus domum carnis deleuerit, domumque animæ ædificauerit, fruſtra quiſpiam hanc ieiunando ac vigilando deſtruere nititur. Offer ante oculos

Pſal. 126.

Domini carnis naturalem infirmitatem, & tuam humiliatus imbecillitatem agnoſcens, prorſus ſuſcipies in intimis caſtitatis donum.

Donũ caſtitatis à Deo

Eſt in his qui libidinis vtuntur ardoribus iugis corporeæ coniunctionis appetitus (vt mihi quidam retulit, qui hoc fuerat expertus) poſtea quam reſipuerat, & iam continentiſſime viuebat.

H

Appetitus iugis rei veneree.

Immundus ſane ſpiritus, inuerecundus, impudicus, immanis eſt & atrox, qui dum cordis ſenſum impudenter occupat, facit quoque vt is qui impugnatur in corpore dolorem ſentiat, atque in morem fornacis vratur, Deum denique non timet,

Vsi in fornacis morem. Cæcitas ardentis libidine.

æterni ſupplicij memoriam nihil extimat, orationem execratur, mortuorum reliquias ac ſi lapides intuetur inanimatos, atque in ipſa nepharıæ actionis conſummatione infelicem hominem mentis impotem ac totius rationis expertem facit, iugique concupiſcentia inebriat. Cuius niſi breuiati eſſent dies, non eſſet ſalua omnis anima, luto iſto ex ſanguine limoque ſordido concreto veſtita. Nec ſane mirum. Omne enim quod factum eſt, cognationem ſuam auidiſſime appetit, vt puta ſanguis ſanguinem, vermis vermem, limus limum. Et caro igitur appetit carnem: tametſi nos qui ne noſtræ vim inferre,

A

Geneſ. 28.

ac cæleſte regnum concupiſcere ſatagimus, arte & aſtu, ſeductorem ludere ac fallere conamur. Beati ſane ſunt qui hoc pugnæ genus experti nõ ſunt. Nos quoq; vt ab huiuſmodi periculo immunes ſimus, Deũ ſuppliciter oremus. Qui n. in huiuſmodi foueã lapſi ſunt, ab aſcẽſu & deſceſu ſcalę illius, quam vidit Iacob, longe remoti ſunt; his vero qui eiuſmodi ſunt vt ſurgere poſſint, ſudoribus, doloribus, afflictionibus, laboribus, fame, ſiti, ac ſumma rerum omnium penuria opus erit. Aduertamus diligenter, & videbimus ipſos ſpirituales inimicos noſtros, vt fit in bello viſibili, & in ipſo prælio & pugna, quam aduerſus nos inſtruũt, ſingulos munus aliquod ſubire proprium. Quod ſane mirum eſt: Animaduerti in his qui tentantur caſus caſibus crudeliores.

Luc. 8.

Qui habet aures audiendi, audiat. Conſuetudo eſt dæmoni eos maxime qui in certamine ſunt conſtituti, quique ſolitariam vitam delegerunt, toto malignitatis ſuæ impetu, omni ſtudio, & arte, omnique tentatione & aſtu, ad ea vitia, quæ præter naturam ſunt, impellere, eiſque inde amplius oppugnare.

B

Sodomia.

Vnde & ij qui nunquam cum fœminis degunt, cum nulla huiuſmodi concupiſcentia vtuntur, ſe beatos dicunt, ignorantes miſeri quod vbi maior intentus eſt, illic minore opus non eſt. Duabus reor ex cauſis homicidæ illi atque miſerrimi in his quæ præter naturam ſunt, maxime oppugnare nos miſeros atque vaſtare conſueuerunt; & quia ruinæ materia vbique prompta ac parata ſit, & quia huic ſceleri ſupplicium grauius debetur. Nouit quod dictum eſt iuuenis ille, qui prius onagris imperans ad extremum à ſpiritualibus ac ſæuiſſimis onagris miſerabiliter deiectus atque illuſus eſt: & qui pridie cœleſti nutriebatur pane poſtremo tanto ac tam ſingulari munere priuatus eſt. Quodque mirabilius eſt, poſt pœnitentiam ſuam amariſſime ingemiſcens

Antonius.

præceptor noſter Antonius, Columna, inquit, magna cecidit, neque tamen ruinæ illius referens modum. Sapientiſſime ſane, nouerat enim fornicationem eſſe, quæ corporaliter ſine alterius corporis iunctione admitterentur. Eſt quippe in nobis mors quædam ac ruinæ pernicies, quam in nobis ac nobiſcum ſemper circumferimus, in iuuentute maxime, quam equidem ſcripturæ tradere auſus non ſum.

Epheſ. 5.

C

Continuit enim manum meam is, qui ait: Quæ enim in occulto à quibuſdam fiunt, turpe eſt dicere & ſcribere & audire. Hanc meam, nec meam, inimicam amicam carnem, mortem quidem Paulus appellauit Infelix ego homo, inquit, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Caro ancilla.

Rom. 7.

Alius vero Theologus, vitioſam, & ancillam & nocturnã eam vocat. Aiuuebam aut addiſcere cuius rei gratia talibus aduerſus illam appellationibus vtitur. Si ergo (vt prædictum eſt) caro mors eſt, profecto qui hanc vicit omnino non moritur. Et quis oro ille homo eſt, qui viuet & non videbit mortem inquinationis carnis ſuæ?

Pſal. 88

Quærendum cenſeo quis maior ſit, ille qui cum mortuus eſt reſurrexit: an qui omnino mortuus non eſt. Nonnulli ſecundum beatum dicunt ſed ij profecto falluntur. Nam Chriſtus cum mortuus fuiſſet, reſurrexit. Qui autem primum beatum putant, nullam volunt ineſſe morientibus Imo vero cadentibus deſperationem.

Author fornicationis.

Clementiſſimum Deum eſſe immanis ille inimicus fornicationis author dicit, huic vitio quippe naturali facile ignoſcere. Si vero fraudes dæmonum obſeruemus diligentius, inuenimus eos poſt fœdam actionem, iuſtum illum iudicem durum atque inclementem appellare.

D

Nam prius quidem vt nos ad peccatum hortarentur, clementiam illius ſuggerebant, poſt lapſum vero illius inuiolabilem iuſtitiam ſuggerunt, vt nos in deſperationem præcipitent. Cum vero mœrori deſperatio coniungitur, nos ipſos miſeros agnoſcere & dicere aut accuſare vel vlciſci pro culpa non poſſumus; hac vero amota & extincta, rurſus qui nimiam Dei clementiam ſuggerebat tyrannus inſequitur. Quia incorruptibilis atque incorporeus Deus eſt, idcirco maxime caſtitate atque integritate corporis noſtri delectetur. Aiunt quidam nullare, ita vt fœtore, dæmones delectari, Itaque vitio nullo ita delectantur, vt inquinatione corporis noſtri:

Non ſunt corporei dæmones fœtore

Caſtitas hominem Deo maxime familiarem, & quantum poſſibile eſt, homini ſimilem facit. Mater quidem dulcedinis terra perfuſa rore caſtitatis autẽ mater eſt, quies obedientiæ coniuncta.

E

Nonnunquam, corporis beata illa immobilitas: quam ex quiete acquiſiuimus non inconcuſſa permanet, ea vero quæ ex obedientia peruenit vbique probabilis, firma, atque immota perdurat.

gaudere poſſint, aut quouis alio [illegible]cate corpore affici: ſed quia capiunt nos immundos & peccatores, & Deo inuiſos

Vidi plerunque ſuperbiam humilitatis authorem, venitque in mentem ille, qui dixit: Quis agnouit ſenſum Domini?

Rom. 11.

Ruinę foueam faſtus ac ſuperbia gignit: ruina volentibus ſæpe fuit humilitatis occaſio. Qui concupiſcentia gulæ ſatietate fornicationis ſpiritum vincere vult, is ei ſimilis eſt, qui oleo extinguit incendium.

Peccatum vſu non extinguitur.

Qui vero ſola continentia bellum hoc ſedare vel ſuperare nititur, ei ſimilis eſt, qui vna manu natans, pelago liberari contendit. Sic ergo humilitas continentiæ coniuncta. Nam ſine illa prior hæc inutilis agnoſcitur. Is qui ſe vno quodam vitio amplius vrgeri conſpicit, contra ipſum, & ſolum ante omnia ſeipſum, armet: & maxime ſi hoſtis inteſtinus ſit. Niſi enim iſte profligatus fuerit, nihil nobis reliquos viciſſe proderit. Cum vero Ægyptium hũc nos quoque percuſſerimus omnino, Deum in humilitatis rubo intuebimur. Senſi ego aliquando cum tentarer, gaudium quoddam irrationale, & conſolationem animæ, lupum iſtum ad me fallendum excitaſſe; pueriliterque natiuum fructum me, non corruptionem, tenere putabam.

F

Si omne peccatum, quodcunque homo peccauerit, extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat (quod idcirco ita dictum eſt, quia ipſius carnis ſubſtantiam fluxu inquinare conſueuit) quid eſt quod in aliis peccatis reliquis ſeductos homines conſueuimus dicere, cum vero quempiam fornicatum fuiſſe audiuerimus, cum dolore dicimus, ille cecidit?

1. Cor. 6.

Seduci & cadere.

Fugit hamũ celeriter piſcis, ita & animus voluptati deditus auerſatur ſolitudinis quietẽ. Quotiens aliquos ſibi inuicem turpi & nephario vinculo diabolus ligare voluerit vtraſque partes diligenter explorans, illic ignem immittere incipit, vbi concupiſcẽtiæ flammam facilius excitare poſſe aduertit. Nonnunquam ij qui circa voluptatem proni ſunt, compati, miſereri, ac facile compungi videntur; qui vero caſtitati ſtudent, non ſic talia poſſident. Vir quidam ſcientiſſimus problema terribile quæſiuit ex me. Quod inquiens peccatum omnibus grauius eſt, homicidio, Chriſtique abnegatione, exceptis?

G

Cumque illi reſpondiſſem in hæreſim labi. Et quoniam, inquit, modo catholica Eccleſia hæreticos quidem, cum hæreſim priorem toto animo repudiauerint atque anathematizauerint, ſuſcipit ad ſanctorum myſteriorum communionem, vt idoneos & admittit, eum vero qui in fornicationem lapſus fuerit confitentem atque peccatum ipſum omnino deſerentẽ introrſus ſuſcipiens, per annos aliquot eum à venerandis immaculatiſque myſteriis ex traditione apoſtolica ſeparare permittit?

Grauis fornicationis pœna.

Hac ego ambiguitate percuſſus ſtupui, ambiguumque illud permanſit ambiguũ. Perſcrutemur & diligenter metiamur atque obſeruemus, quæ nobis dum pſallimus iucunditas ac ſuauitas ex fornicationis ſpiritu, quænam vero ex ſpiritualibus eloquiis atque ex eorum virtute & gratia obueniat. Noli ô iuuenis tibi ipſi occultus & ignotus eſſe. Vidi enim quoſdam dum ex animo pro ſuis charis ac dilectis orarent, ex huiuſmodi memoria in nequitiæ concupiſcentiam præcipitatos, charitatis legem ſe implere putauiſſe.

Orate pro charis.

Fit nonnunquam, vt ex ſolo tactu corpus inquinetur. Nihil quippe ſenſu iſto grauius, nihil periculoſius. Admoneat te is qui matris manu pallium circundedit, atque ab iis, quæ vel naturalia vel præter naturam ſunt à proprio atque alieno corpore comprime manum.

Tactus periculum.

H

Nemo, vt reor, omnino ſanctus dicitur, niſi prius lutum hoc in ſanctificationem traduxerit, ſi tamen traduci poteſt. Cum in lectulo decumbimus, tunc maxime ſobrij ac vigilantes ſimus, tunc enim mens exuta corpore, cum dæmonibus luctatur, & ſi inueniatur voluptatibus addicta, libenter in proditionem labitur.

Cogitatio in lecto.

Memoria mortis tecum ſemper quieſcat, tecumque ſimul euigilet, ſolaque ſemper ruminanda oratio Ieſu. Nullum enim adiutorium in ſomno his præſtantius atque efficacius inuenies. Sunt nonnulli qui ſola ciborum cauſa huiuſmodi bella aduerſum nos excitari, atque obſcœni humoris profluuium fieri putant atque aſſeuerant, ego autem extrema fatigatos ægritudine, & ad ſummum ieiunantes valide huiuſmodi aſpergine

fœdari

A

fœdari cognoui. Interrogaui aliquando promptiſſimum quendam ac diſcretionis gratia ornatum monachum, quid de iis ſentiendum eſſet, mihique admodum lucide beatus ille reſpondit: Eſt, inquit, quidem in ſomniis quædam ſeminis emiſſio, quæ ex ciborum multitudine & requie eſt. Et alia quæ ex ſuperbia contingit, cum ſcil. diutius mundi à fœda hac reſperſione perſtiterimus; & per hoc in ſuperbiam efferimur. Fit rurſus plerunque cum iudicamus atque condemnamus proximum. Horum, inquit, generum contingere etiam infirmis poſſunt, fortaſſis & omnia. Porrò ſi quis ſeipſum prædicta omnibus cauſis mundum eſſe conſpicit, hic ex huiuſmodi tranquillitate beatus eſt. Qui vero ex dæmonum inuidia id patitur, Deo id fieri ad tempus permittente: fit vt per hanc calamitatem quæ ſine peccato eſt, altiſſimam tuto poſſideat humilitatem. Nemo nocturna phantaſmata, quæ in ſomniis viderit, per diem ſecum voluere ac retractare velit. Id enim dæmones idcirco moliuntur, vt ex huiuſmodi ſomniis vigilantes inquinent. Aliam quoque hoſtium noſtrorum audiuimus aſtutiam: ſicut cibi qui corpus lædunt, poſt annum ſiue diem infirmitates in nobis gignere conſueuerunt, ita nonnunquam & in eis cauſis fit, quæ animam inquinant. Vidi quoſdam cum delicatius viuerent, non ſtatim oppugnari. Vidi item alios cum mulierib. cibum v-na ſumere ac degere continuò nunquam cogitatione pulſari, qui tamen hac fiducia decepti ac negligentiores facti, cum in cellula ſua pacem atque ſecuritatem eſſe putaniſſent, continuo in interitum præcipitati ſunt. Cuiuſmodi autem iſte interitus ſit, qui ſingulatim in his ſolis & in corpore & in anima contigit, is qui expertus eſt, nouit; qui vero expertus non eſt, ſcire non poteſt: Quo in tempore ſummum nobis adiutorium præſtabit cilicium & cinis, totiſque noctibus ſtatio immobilis, panis deſiderium, ardens lingua modiceque irrorata, ſepulchrorum habitatio, atque ante omnia humilitas cordis, & ſi fieri poteſt, pater ſpiritualis aut frater ſollicitus cautuſque ſenſu ad auxilium adhibeatur. Miror enim ſi quiſpiam ſolus ex huiuſmodi pelago nauem ſeruare integram poſſit. Eidem verò ſceleri non eadem ſemper debetur pœna; neque idem indifferenter à quocunque admittitur ſed ex eodem lapſu centuplum alius quam alius puniri merebitur. Intelligitur autem hæc differentia ex locis, profectibus, moribus, aliiſque plurimis. Mirabile mihi quidam ſupremumque caſtitatis inſinuauit culmen. Quidam alebat cum pulchritudinem atque venuſtatem intueretur corporum, ex ea admonitus magnifice glorificauit opificem, atque ex ſolo huiuſmodi ſpectaculo in amorem Dei, fontemque lacrymarum excitatus eſt. Eratque ſtupor ingens, videre quod alteri fouea ruinæ fuiſſet, id alteri coronarum cauſa præter naturam fieri. Huiuſmodi vero ſi ſemper hoc ſenſu atque actione perdurat, ante communem reſurrectionem iam in incorruptionem tranſiit. Eadem regula & in melodiis & canticis vtemur. Nam ij quidem qui Deum diligunt in hilaritatem diuinamque dilectionem atque in lacrymas & ex mundanis & ex ſpiritualibus canticis excitari ſolent; contra autem qui voluptatibus addicti ſunt, vndique ſibi perditionis materiam colligunt. Quidam, vt ſupra iam diximus, in remotioribus locis oppugnari amplius ſolent. Quod mirum non eſt, habitant enim illic libentius dæmones: quippe qui à Domino in deſertis atque abyſſis ad ſalutem noſtram relegati ſunt. Solitarium acerrime oppugnant nequitiæ ſpiritus, vt ex deſperatione profectus, è deſerto ad ſeculum reuocent. A nobis ſi in ſeculo degimus, diſcedunt: vt dum illis nos minime oppugnari perſpiciamus, ſecularibus rebus iam ſecuri immoremur, vbi ſane oppugnamur, illic profecto aduerſus inimicum pugnamus, nam niſi oppugnetur à nobis, ipſe quoque amicus noſter efficitur. Dum vero alicuius neceſſitatis gratia in ſeculo verſamur: manu Domini protegimur, fortaſſis per orationem ſpiritualis patris, ne Dominus per nos blaſphemetur, nonnunquam vero id fit per indolentiam noſtram: quod his quæ dicuntur, aegerrimus in ſeculo diutius aſſuefacti occalluerimus, ſiue quod dæmones ſponte ſeceſſerint, nobiſque elationis ac tumoris

Cauſæ profluuij turpis.

B *Venatio improuiſa.*

C *Culmen caſtitatis.*

D *Dæmones in deſertis.*

E

locum reliquerint, quo vno vitia omnia impleuerit. Audite aſtutiam aliam, atque verſutiam ſeductoris huius, omnes qui caſtitatem exercere atque ſeruare delegiſtis. Enarrauit mihi quidam ex iis qui fraudem hanc experti fuerant, quod is fornicationis ſpiritus, ſeipſum ad finem vſque ſubducit, ſummamque monacho interim religionis reuerentiam ſuggerit, fortaſſis vero etiam lacrymarum flumina; per id maxime tempus quo cum mulieribus ſedet ac loquitur; ſuadetque vt eas de memoria mortis; de iudicij die, de pudicitia admoneat, vt per hos ſermones, fictamque religionis ſpeciem ad lupum tanquam ad paſtorem infelices ac miſeri accurrant, factaque iam fiducia & conſuetudine, demum tunc infœlix monachus in flagitij ruinam præcipitatur. Solerter quæſo fugiamus, caueamuſque eum fructum vel videre, vel audire quem vltra guſtare non inſtituimus. Miror enim ſi Dauid ſublimi illo Propheta nos ipſos fortiores arbitremur, quod fieri non poteſt. Nempe adeo ſublimis ac ſingularis caſtitatis laus eſt, vt eam plerique patrum impaſſibilitatem appellare auſi ſint. Aiunt quidam poſt peccati guſtum impoſſibile eſſe, quenquam caſtum nominari. Ab his ego longe diſſentiens ita diffinio, & poſſibile eſſe & facile ei qui ſylueſtrem & infrugiferam oleam, indecoram ac frugiferam velit inſerendo conuertere. Nam ſi corpore ille virgo fuiſſet, cui cœlorum creditæ ſunt claues, iuſte fortaſſis iſti, prudenterque diſcernerent; ſin vero, ille eos confundit, qui & ſocrum habuit, & caſtus fuit, & regni claues à Domino ſuſcipere meruit. Varius ac multiplex eſt fornicationis ſerpens, eoſque qui concubitum nunquam experti ſunt, vt ſolummodo experiantur ac deſinant, importune ſollicitat, eos vero qui iam experti ſunt ex memoria obſcœni facti, vt iterum experiri velint infelix hortatur. Plurimi ex prioribus per ignorantiam mali huius minus impugnantur, at qui iam ſceleris hoc periculum fecerunt, perturbationes infeſtius & bella patiuntur, veruntamen contra nonnunquam contingit. Quotiens ex ſomno pacifici quidam & tranquilli exurgimus, ſcilicet nos Angeli latenter conſolantur, idque tamen maxime fit, cum in ſumma orationis ac ſobrietatis intentione obdormierimus. Plerumque vero etiam ex iniquis ſomniis & viſionis læti ſomno expergiſcimur. Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum & perturbatum in me ſicut Cedros libani, & tranſiui per continentiam: & ecce non erat, vt prius furor eius, & quæſiui eum dum humiliaſſem cogitationem meam, & non eſt inuentus locus eius, aut veſtigium. Qui corpus vicit, is etiam naturam ſuperauit; qui vero naturam ſuperauit, is profecto ſupra naturam effectus eſt. Porro is cui contingit modicum quid minus quam Angeli habet: vt non dicam nihil. Mirum non eſt ab incorporeo & omni materia remoto eum qui ex corpore & materia conſiſtat, oppugnari; atque etiam vinci; ſed illud ſane mirum atque admiratione digniſſimũ, ſi is qui corpore indutus eſt cum hac inimica & inſidioſiſſima materia pugnans, incorporeos hoſtes in fugam conuertat ac ſuperet. Summam circa nos Deus in hoc quoque prouidentiam gerens, procacitatem fœminæ quaſi freno quodam, pudore reſtrinxit. Nam ſi hæc ad marem ſponte accurreret, non fuiſſet ſalua omnis caro. Plerique patrum diſcretionis gratia maxime inſignes aliud eſſe diffiniunt primum impetũ, aliud in cogitando moram, aliud conſenſum, aliud captiuitatem, aliud luctam, & aliud eam quæ paſſio ſiue perturbatio in animo dicitur. Impetum enim illi beati eſſe aiunt ſermonem ſimplicem ſiue imaginem cuiuſcunque rei cordi recenter iniectam. Moram vero cum quis ei imagini ſiue cum paſſione aliqua ſiue præter paſſionem immoratur. Conſenſum vero nutum atque inclinationem animæ ad eam imaginem cum voluptate. Captiuitatem vero violentem inuiti cordis abductionem ſiue iugem ad quæcunque ingreſſum atque optimi noſtri ſtatus exterminium. Luctam vero eſſe diffiniunt, cum pari virtute pugnatur, & ſponte ſua quiſque vel ſuperatur vel vincit. Paſſionem autem eam propriam eſſe dicunt, quæ tempore longiore in animo vitioſius incedit, eumque iam ſui conſuetudine in ſuum habitum tranſducit, adeo vt ſua ſponte propriaque iam voluntate ad eam currat. Ex his omnibus gradibus prior quidem ſine peccato eſt, ſecũdus non

Calliditas dæmonis.

F *Socrus Petri.*

Pſal. 36.

G

Pudor muliebris frenũ.

H *Impetus.* *Mora.* *Conſenſus.* *Captiuitas.* *Lucta.* *Paſſio.*

A ita, ſed cum aliquo peccato eſt; tertius vero pro certantium colligitur ſtatu: porro lucta vel coronæ, vel ſupplicij cauſa eſt. Nempe captiuitas aliter orationis tempus iudicatur: aliter item in mediis atque in omnibus malis cogitationibus extimatur. Sed paſſio ſane in omnibus abſque vlla controuerſia vel dignæ pœnitentiæ, vel futuro cruciatui ſubſtātia ſubiecta eſt. Itaque qui primum illum impetum ſine vllo paſſionis ſenſu auerſatur extrema illa omnia penitus abſcidit. Eſt apud diligentiſſimos & maxime diſcretos patrum, alia quoque horum ſubtilior ratio & notio, quam perariſmum quidam appellari dicunt, id eſt, ſubtiliſſima animi quædam latenſque ſubreptio, quæ flatus inſtar tenuis ſine vlla temporis mora, dictoque omni & imaginatione celerius paſſionem patienti inſinuare conſueuit. Nullum hoc ſpiritu celeriorem, nullum occultiorem inuenies, quippe qui tenui mora abſque vlla conſenſus immoratione, abſque tempore, abſque attactu, apud quoſdam vero abſque notione vlla aduentum ſuum animo indicat. Si quis igitur huiuſmodi ſubtilitatem per gemitum comprehen-
B dere potuit, hic nos inſtruere iam, ac docere poterit, vt ſolo oculo, ſimplicique aſpectu, & tactu manus, audituque cantici cuiuſdam, præter intentionem omnem atque cogitationem fornicari anima, latenti voluptate poteſt: Aiunt quidam ex cogitatione fornicationis, ad actum nephariũ corpus deduci, alij contra ex corporis ſenſibus ini-
Vnde ſit turpis cogitatio. quis cogitationes gigni aſſeuerant. Atqui priores quidem illi, hac ratione nituntur, quod niſi mens, atque animus occurrerent, nunquam ſequi poteſt corpus, eſſe enim id ſub ditione animi. Sequentes vero corporalis vitij malignitatem ita pro affirmatione ſenſus ſui allegant, vt dicant nonnunquam ex venuſtiſſimo aſpectu vel tactu manuum, vel olfaciendi ſuauitate vel ſuauiſſimæ vocis auditu, cogitationibus nequitiæ aditum patere ad cor. Sed de his qui in Domino poſt doceat. Sunt enim iſta his qui diſcretionis actione imbui cupiunt, nimium & neceſſaria & vtilia. Nam eis quidem qui in ſimplicitate ac rectitudine cordis operantur, nulla horum ratio habenda eſt. Neque enim eſt omnium ſcientia, neque rurſus eſt omnium beata ſimplicitas certa ac tuta contra
C hoſtiles nequitias lorica. Nonnulla quidem vitia ex intimis progrediuntur ad corpus, quædam vero contra per corporis ſenſus ad animam penetrant. Atque hoc vltimum ſecularibus maxime, primum vero illud eis qui ſolitariam vitam delegerunt, quod eis materiæ non adſint, contingere videas. Ego de hoc illud interim dixerim: Quæres apud malos prudentiam, & non inuenies. Quoties intenti us aduerſus fornicationis ſpiritum impugnantes, hunc ex corde per ieiunij lapidem atque humilitatis gladium excruciatum eiecerimus, tunc iam corpori noſtro velut vermis quidam inſidens, improbos quoſdam ac irrationabiles motus miſer ille pelliciens nos inquinare conatur. Quod illi maxime perpeti ſolent qui inanis gloriæ ſpiritum ſequuntur. Dum enim ſe hac peſte liberatos gloriantur, nulla etiam cogitationum nequam aſſiduitate pulſari, in morbum illum prolapſi ſunt. Atque quod id verum ſit, cum ſe iſti ad ſolitudinis quietem contulerint, ſeipſos diligenti inquiſitione diſcutiant, inuenient profecto cogitationem quandam in cordis abditis, veluti ſerpentem in ſterquilinio delituiſſe, quæ proprio illos ſtudio atque alacritate virtu-
D tem intimæ caſtitatis acquiſiſſe ſuggerit. Non intelligunt
1. Cor. 4. miſeri illud Apoſtoli: Quid habes quod non acceperis; Vel gratis, vel a Deo, vel ex alterius opere, & oratione. Inſpiciant ergo iſti diligenter, atque omni ſtudio prædictum colubrum ea cordis ſui latebris ſumma humilitate mortificatum abſtrahant, vt ab ipſo liberati, poſſint & ij fortaſſe aliquando tunicas pelliceas exuere, triumphalemque caſtitatis hymnum: vt illi caſtiſſimi infantes, Deo canere, ſi tamen exuti non inueniantur illorum humilitate nudi. Obſeruat & hic ipſe ſpiritus longe amplius cæteris, tempora, & cum corporis habitu aduerſus ipſum orare non poſſumus, tunc maxime nos impurus oppu-
Ceremoniæ orantium. gnare nititur. Conuenit illis qui nondum veram cordis orationem poſſederunt, corporeæ exercitatio orationis, videlicet manuum extenſio, tunſio pectorum, gemituum, ſingultuumque ſyncerus ac iugis in cœlum conſpectus, perpetua genuum curuatio. Quæ omnia dum nonnunquam propter præſentes facere non poſſumus; tunc ma- E
xime nos oppugnant dæmones. Cum necdum mentis ſoliditate orationiſque ſecretiſſima virtute, contra hoſtes noſtros inſurgere valemus, neceſſario fortaſſis illis cedimus. Exi cito, ſi poſſibile eſt abſcondere modicum ſecretius, eleua animæ aciem ſi potes, ſin vero, vel exterioribus luminibus in cœlum aſpice; extende in figuram crucis immobiles manus, vt per ipſam quoque formam & habitum orantis Amalech confundas & ſuperes. Clama Exod. 17.
ad eum qui ſaluare te poteſt, non in ſapientia ornatuque verborum, ſed in ſimplicitate atque humilitate ſermonis, ante omnia iſta ſemper exordiens: Miſerere mei, quoniam Pſal. 6.
infirmus ſum. Tunc experieris altiſſimi virtute atque inuiſibiliter inuiſibiles per inuiſibile perſequeris auxilium. Qui ſic pugnare aſſuefactus eſt cito ac ſolo nutu animi perſequi hoſtes ac fugare poterit, ſed prioris illius laboris hoc extremum in remunerationem datur Dei operantis & merito ſine. Cum aliquando in congregatione quadam eſſem, notaui ſolicitum atq; ſtudioſum fratrem, dum à malis cogitationibus moleſtiam pateretur, nec inueniret illic locum F
idoneum orationi, ad naturæ neceſſaria ſimulata neceſſitate exiſſe, atque illic aduerſus hoſtes validiſſima oratione confligere. Cum vero loci indignitate permouerer; Cur, inquit, loci huius q minus idonei te facies mouet? Perſequebantur me immundæ cogitationes, ego in loco immundo vt mundarer ſordibus oraui. Omnes quidem dæ- Taubacis.
mones primo intellectum noſtrum obnubilare contendunt, atque ita demum ea quæ ſibi amica ſunt, ſuggerunt. Niſi enim mentis noſtræ claudantur oculi, theſaurum noſtrum furari non poterunt. Sed fornicationis ſpiritus multo cæteris velocius inſtat. Hic denique cum nōnunquam principem mentem tenebris obduxerit, ea homines facere inducit, quæ ſoli amentes operantur. Quæ cū poſt aliquod interuallum temporis mente reſipiſcente agnoſcimus, nō eos ſolum qui viderunt, ſed nos ipſos quoque erubeſcimus, turpes actus noſtros vel habitus recolentes, prioremque noſtram obcæcationem obſtupeſcimus. Denique plures ſæpe ex huiuſmodi diſcretione ab hac peſte quieuerunt. Auerſare totis viribus eum hoſtem, qui te poſt actum fœdum orare vel religioſe agere vel vigilare prohibet, me- G
mor eius qui dixit. Idcirco autē quod mihi moleſta ſit anima mea, anticipationibus violenter oppreſſa, faciam vltionem eius ex inimicis eius. Quis eſt qui corpus vicit? Qui contriuit cor, qui ſeipſum abnegauit. Nam quomodo non Pſal. 76.
conteretur is, qui voluptati mortuus eſt? Eſt inter vitioſos, alius vitioſior alio; videaſque nonnullos ipſas quoque ſordes, ac ſcelera ſua ſuauiter & cum voluptate confiteri. Solent immundæ turpeſque cogitationes à ſeductore cordis, fornicationis ſpiritu ſuſcitari. Quarum tamen medicina continentia eſt, atque eas nihil exiſtimare. Quonam autem more & modo meum hunc amicum vinciens in morem cæterorum diiudicem neſcio. Prius enim quam illum vinciam, ſoluitur; & antequam diiudicem, cum illo in gratiam redeo; & antequam puniam, flector. Quo illum vinciam; Corpus vinci difficile.
quē vt amem à natura ſuſcepi? Quomodo ab eo liberabor, cui in ſeculum colligatus ſum? Quomodo mecum etiam ſurgentem deſtruam? Quomodo incorruptibilem oſtendam, qui naturam accepit corruptibilem? Quid illi rationa- H
bile dicam, qui per naturam mille rationibus ac perſuaſionibus mentitur. Si enim ipſum ieiunio vinciam: rurſus illi, proximum iudicans trador;ſi & iudicare deſiſtens hunc ſuperem elatus corde in eundem præcipitor. Eſtque cooperator & hoſtis, adiutor atque aduerſarius, auxiliator ſimul & inſidiator. Si foueatur, oppugnat, ſi affligatur, debilior fit, laſciuit per quietem, rurſus verbera, & flagella non ſuſtinet. Si illum contriſtem, periclitor; ſi foueam, per quem virtu-
tes acquiram nō habeo. Quid ſit circa me Sacramenti: quæ- Corpus.
nam ſit meæ concretionis ratio, quomodo mihi & amicus ſim & inimicus: quis videat? Quis intelligat? Dic tu, dic mihi ô coniunx mea: ô natura mea, neque enim de te ab alioquam abs te diſcere curabo, quomodo ex te vulneratus maneam, quomodo poſſum naturale periculum effugere, quando iam bellum aduerſum te gerere Chriſto pollicitus ſum, quomodo tuam tyrannidem ſupe-

rem,

A reum, ex quo vim tibi inferre delegi. Illa vero aduerſus ſeipſam (vt ita dixerim) reſpondens, ita dicere videbitur. Non tibi id loquar, q ipſa non noſti: ſed q ſimul ambæ cognouimus. Ego in me ipſa dilectione glorior matre. Exterioris quidem incendii genitrix, & cauſa in primis eſt cura nimia atq; immodica requies. Porro interioris flammæ, motuſque cogitationum ex præcedēte requie actibuſque præteritis occaſio gignitur. Ego cum iniqua concepero, pario ſceleraq; ſimul vt nata fuerint per deſperationem generant mortem. Si meam tuamque profundam infirmitatem noris, penitus meas vinxiſti manus. Si gulæ concupiſcentiā fregeris; meos obligaſti pedes, ne gradi in anteriora poſſint. Si obediētiæ collum ſubmittas, a me diſiunctus es. Si poſſideas humilitatem, amputaſti caput meum.

De auaritia, Gradus XVI.

PLurimi ſapientiſſimi doctores poſt præfatum tyrānum hanc auaritiæ millecipitem ſpiritū ſtatuere conſueuerūt. Itaq; ne inſipientes nos ſapientium immutemus ordinem, eandem regulam terminūque ſecuti, pauca prius de morbo ipſo, ac ſic poſtmodū de ipſius curatione loquemur: *(B — Auaritia.)* Auaritia ſiue cupiditas eſt idolorum veneratio, infidelitatis filia. infirmitatū occaſiones præfert, ſenectutis eſt vates, terræ ſiccitatem præcinit, venturæ famis proſpiciendum ſuadet. Auarus eſt Euāgeliorum irriſor, tranſgreſſorque volūtari⁹. Qui charitatem poſſidet, pecunias ſpargit. Qui vero vtrāque rem ſe tenere dicit, ipſe ſe fallit. Qui ſemetipſum luget, *(Luc. 21.)* etiam corpus abnegauit. Nam ſi ad id ſe tempus vacet neq; illi parcet. Ne dixeris, pauperum gratia pecunias congrego. Duobus enim minutis cœleſte regnum venit. Hoſpitalis & auarus ſibi inuicem obuiauerunt, poſtremuſque priorem indiſcretum appellauit: Qui vicit hoc vitium, amputauit curas, qui vero illo deuinctus eſt, nunquam orabit pure. Auaritiæ initium, eleemoſynas prætēdit, finis vero eſt odiū pauperum. Dum cōgregat quiſque, miſericors efficitur; at cum fuerit pecunia cum copia, contrahit manus. Vidi nunnullos pecuniis pauperes, qui prioris ſuæ paupertatis obliti, in conuerſatione pauperum ſpiritu diuites effecti ſunt. *(C — 2. Theſ. 3. Act. 20.)* Monachus cupidus nūq patet acediæ, horis enim ſingulis illud Apoſtoli voluit: Qui otioſus eſt, nec māducet. Ac rurſus: Manus iſtæ miniſtrauerūt mihi & his qui mecum ſunt. Nuditas rerum omnium, curarum eſt depoſitio, ſecuritas vitæ, viator omnibus impedimentis liber, mœroris alienatio, mandatorum fides. Nudus monachus mundi totius eſt dominus. Deo enim curam ſui credidit, & per fidem omnes poſſidet ſeruos. Non dicet homini neceſſitatem ſuam, ſed quæ afferuntur quaſi de manu Domini ſuſcipiet. Nud⁹ operarius totius mortalis affectionis inimicus, quæ ſibi adſunt quaſi nō ſint, ira ex ſtimat, & ſi apprehendit. Anachoreſis omnia arbitrabitur vt ſtercora, ſin vero cōtriſtetur in aliquo, nōdū quæ ſit vera nuditas, agnouit. Vir nud⁹ puriſſimā orationem emittit, Qui vero cupidus eſt, materiæ imagines in oratione verſat. Qui in ſancta ſubiectione durant, à cupiditate longiſſime remoti ſunt. Quid enim iā habeant propriū qui ipſum quoque corp⁹ ſuum alieno imperio expoſuerūt? Huiuſmodi vno hoc tantum detrimento affici cōſuerunt, q ad migrādum prompti ſemper ac parati ſunt. Vidi plerūque monachos in loco ex aliqua materia ſibi tolerantiam acquiſiuiſſe, quibus tamen eos ego beatiores cenſui, q prop- *(D)* ter Dominum virtutē illam ſectantur. Qui ſuperna guſtauit, facile terrena contemnet. Qui vero ſine guſtu illorū eſt. terrenis lætatur poſſeſſionibus. Is qui ſine ratione nuditatē hanc ſequitur duabus ex partibus læditur. Nam & præſētibus abſtinet, & futuris priuatur, Caueamus ergo ô monachi ne auibus infideliores videamur. Illæ enim non ſolicitæ ſunt, neque congregant. Magnus & ille quidem eſt qui pecuniis gratis renunciat, ſed ille profecto ſanctus eſt, *(Auaro iracundia non deeſt.)* qui voluntati ſuæ abrenuntiauit. Nam alter quidem centuplum ſiue per pecunias ſiue per gratias accipiet, alter autē ſempiternam vitam hæreditario iure poſſidebit. Neq; fluctus vnquam deerunt mari, neq; auaro iracundia & mœror deeſſe poterunt. Qui auaritiæ materiam contempſit, hic lite omni & cōtrouerſia liber euaſit. Qui vero poſſidere amat, pro acu etiam vſq; ad mortem contixabitur. Fides conſtans reſcindit curas, porro mortis memoria corpus ipſum *(E — 1. Tim. 6.)* quoque abnegauit. Non fuit in Iob vllū auaritiæ veſtigium, atq; priuatus omnibus ſine turbatione perſtitit. Merito radix malorū omnium & eſt & dicitur auaritia. Hæc enim & ſcelera & furta, inuidias, cædes, diuortia, inimicitias, procellas, iniuriarū memoriam, crudelitatē, mala deniq; omnia inuenit. Modica ignis ſcinulla ingentē ſyluam pleraque ſuccēderunt, vna virtute quaſi nullis mortaliū rerū afficimur, vniuerſa vitia illa diffugiunt. Porro huiuſmodi virtutem experimentum guſtuſque Dei parit, & cura ſolicita reddendæ à uobis in fine rationis. Non ignorat qui intētius legit matris malorum rationē. At enim in ſua nequam & execrabili ſtirpe ſecundā ſuam eſſe progeniē lapideam inſenſibilitatē. Sed prohibuit me proprium illi ordinem diſtribuere ſerpēs iſte multiceps idolorum ſeruitus: qui neſcio quo pacto tertium ordinem apud patrum diſcretiſſimos in octo principalium vitiorum catena ſortitus eſt. Quem nos cū mediocriter tetigerimus, loqui iā de inſenſibilitatē volumuſ, quippe quæ tertia ab ea dicitur, quæ ſecunda in ordine generationis eſt. Poſt quæ rurſus de ſomno & vigiliis, præterea etiam de puerili atque ignaua formidine paucis diſſerem⁹. *(F)* Hi enim morbi propriè illorum ſunt, qui adhuc rudes imbuuntur.

De inſenſibilitate, Gradus XVII.

INſenſibilitas & in corporibus, & in ſpiritibus eſt mortu⁹ ſenſus ex diuturno languore in inſenſibilitatem deſinens. Indolentia eſt quæ in habitum tranſiuit, præſumptionis germen, alacritatis impedimentum, fortitudinis laqueus compunctionis ignoratio, deſperationis ianua, obliuionis mater, quā cum genuerit, ipſius filiæ ſuæ fit filia, timoris excluſio. Indolens eſt ſtultus Philoſophus ab ſeipſo dānatus expoſitor ſibimet, cōtrarius locutor, cæc⁹ vidēdi magiſter de ſanitate vulneris diſputat, atq; in fricando exaſpare nō deſinit. Cōtra morbum loquitur, & quæ ſunt noxia māducare nō ceſſat. Aduerſus ſeipſum orat, & protinus ad op⁹ ſuum proficiſcitur. Id dum perficit ſibi ipſi indignatur, nec verborum ſuorum pudet miſerum. Os cōtra vitium ornat, & corpus pro vitio luctatur, de morte philoſophatur, quaſi non ſit moriturus ita viuit. De ſeparatione corporis & animæ ſeuerius admonet, & quaſi ſempiternus futur⁹ ſit dormitat. De continentia diſputat, & pro gulæ concupiſcentia *(G)* certat. Cū de futuro iudicio legit, ſubridere incipit. De inanis gloriæ fuga meditatur, & eadem in ipſa lectione capitur. De vigiliis dū loquitur & ipſe ſomno protinus immergitur. Orationem collaudat, & eam non ſecus quam flagellum vitat. Obedientiam ſummis laudibus effert, primuſque ipſe contra eam agit. Eos qui nulla mundi affectione cōpediuntur extollit, nec erubeſcit ipſe pro vili pāno contendere atque pugnare. Intus amaricatur, atque in ipſa amaritudine rurſus iraſcitur, nec ſentit dum ruinā adiicit ruinæ. Saturat⁹ pœnitentiam agit: modicumque progrediens rurſus ſaturitate diſtenditur. Silentium beatum dicit, ipſumque per loquacitatem laudat. De manſuetudine admonet, & in ipſa doctrina nonnunquā iraſcitur. Cū reſipuerit, ingemit, atq; cogitatus caput rurſus perturbatione corripitur. Vituperat riſum, ac ſubridens de gemitu docet. Semetipſum vt inanis gloriæ cupidū in pleriſque accuſat, & per ſui vituperationē ſibi gloriam quærit: affectu libidinis in faciem reſpicit, & de pudicitia diſputat. Deſerti & quietis ſectatores ipſe i ſęculo degēs collaudat. Miſericordes glorificat, & pauperes exprobrat. Sēper ſui accuſator eſt, & tamē reſipiſcere non vult, ne *(H)* dicam non poteſt. Vidi ego huiuſmodi plurimos cum de exitu æternoque iudicio verba fieri audirent, illacrymari, & cum adhuc eſſent in oculis lacrymæ, ad menſam ſolicite accurrere. Admiratuſque ſum quomodo luctū quoq; hæc pernicioſa & male olens domina captiuare potuit, ingēti inſenſibilitate captiuata vel roborata. Sed lapide horus & præcipitis inſanæq; ſimul & fatuæ dominæ vulnera, & dolos, q̄ ſatis viſū & pro tenui cognitione & facultate mea denudaui, neq; diu aduers⁹ illā verbis pugnare cōſilii eſt. Porro ſi quis in Domino eſt, qui experimento ſuo poſſit vulnerib. afferre remedia, non illum pigeat id exequi. Ego enim imbecillitatem in hoc meam ingenue confiteor, quippe qui

A ab huiuſmodi peſte forte detineor. Nam neque fraudes illius & artes à meipſo potuiſſem deprehendere, niſi hanc ſumma vi tenuiſſem, eáque diligenter examinans quæ prædicta ſunt confiteri feciſſe, timoris Domini & infatigabilis orationis illã duplici flagello cædens. Quocirca & hoc dicere videbatur violēta illa & nequiſſima domina. Hi qui mihi fœdere deuincti ſunt, mortuos vidētes, rident in oratione ſtantes lapidei toti & duri tenebriſque pleni ſunt, ſacramq́; intuentes menſam quaſi ad guſtandum communem panē, cum venerint affecti ſunt. Ego cum aliquos compūgi video irrideo. Cuncta quæ ex affectus alacritate gignuntur bonā is qui me genuit pater necare me docuit. Itaq; ſtupore percuſſus atque inſanæ ſermonibus territus, interrogabam q́ eſſet eius genitoris nomen. Illa vero ad me Ego, inquit nō tantum vnam natiuitatem habeo, ſed innumerabilis quodāmodo inſtabilis ratio meæ conceptionis eſt. Ea vero quæ detinetur à me nunquam liberabitur. Inſiſte ingentibus vigiliis. Iudicium ſempiternū infatigabili ſtudio meditare, ita tibi forſan parumper cedam. Intuere diligentius occaſionē ex qua tibi nata ſum, & aduerſus matrem meam conſtanter
B certa. Neque enim vna mihi indifferenter eſt mater: Inter ſepulchra frequenter ora, eorumq́; indelebilem imaginē in corde tuo pinge. Hanc enim niſi ieiunii ſtylo tibi deſcripſeris, me in æternum vincere non poteris.

De ſomno, oratione, Pſalmodia in conuentu.
Gradus XVIII.

SOmnus eſt naturæ ex parte conſtantia, imago mortis, ſenſuum feriæ. Vnus quidem eſt ſomnus, habet autem plurimas ſicut & concupiſcentia occaſiones, ſiue cauſas Fit enim, verbi gratia; ex natura, ex cibis, ex dæmonib. fortaſſis vero ex ſomnio immoderatoq; ieiunio, ex quo dū caro laſſeſcit, ſeipſam iam per ſomnū conſolari quærit. Sicut immoderatus potus ex conſuetudine pendet, ita & de ſomno ſentiendum eſt. Quocirca in initiis renunciationis, contra hoc vigilantiſſime pugnandū eſt. Perdifficile eſt enim longam conſuetudinem curare. Obſeruemus diligentius &
C inueniemus cum inſonuit ſignū ſpiritualis tubæ, viſibiliter quidem congregati fratres; inuiſibiliter vero conuenire inimicos, atque hos quidem cum experrecti fuerimus aſtare lectulo, noſque vt iterum decumbemus lectulo hortari. Expecta, inquiunt, dum compleantur principales hymni, ſicque demum in Eccleſia proficiſceris Alii cum ad orationem aſſiſtere cœperimus, nos in ſomnum præcipitant Alii præter conſuetudinem ventrē immoderate ſtimulant. Alii vt inuicem colloquamur, hortantur Alii mentem noſtram in turpes cogitationes pertrahunt. Alii ſuper parietē reclinare nos vt debiles admonent. Nonnunquam vero oſcitare etiam immodice faciunt. Nonnulli totum orationis tēpore riſum nobis mouent, vt per hunc ad indignationem contra nos Deus prouocetur. Alii per ſummam deſidiam feſtinare nos in verſuū pronūtiatione impellunt. Alii cōtra pſalmodiam protrahere, voluptatis cauſa hortantur Nonnunquam vero ori etiam aſſidentes noſtro ita illud claudunt, vt vix aperiri poſſe videatur. Is qui dum orat, Deo ſe aſſiſtere intimo cordis affectu exiſtimat, vt columna perſtabit immobilis, nec ab vllo horum irridetur quos modo
D prædiximus Verus obediens mox vt ad orationē ſtare cœperit, illuſtratur totus, nonnunquam vero exultatione perfunditur. Eſt enim huiuſmodi pugil præparatus, & per integerrimum puriſſimumque miniſterium iam antea ignitus. Omnibus quidem poſſibile eſt cum multitudine orare, pluribus vero cum vno ſolo vnanime fratre conuenientius orant, paucorum vero valde eſt ſolitaria oratio Si cum multitudine pſallas purgatiſſimam & ab omni materia remotā orationem offerre nō poteris. Cæterum pro exercitatione mentis ea quæ canuntur eloquia tunc ſpeculare, vel rurſus dum vt verſum proximus finiat, expectas intentius ora. Nihil dum oras immiſcere orationi decet, ſiue illud inutile ſit & otioſum, ſiue vtile neceſſariū. Sed orationi & operi diſtribuenda ſunt tempora. Quod manifeſte docuit is q magnū Antonium erudiuit Angelus. Probat quidē aurum fornax, ſed ſtudium & charitatem in Deum, monachorum probat orationis intentiſſima qualitas.

De Vigiliis. *Gradus* XIX.

TErrenis quidem ac mortalibus regib⁹, qui aſtant alii expediti ac nudi fere ſint, alii faces, alii clypeos, alii gladios tenent; eſt autem ingens atque incomparabilis primorū ad ſequentes differentia. Quippe alii proprie cognati regis eſſe atque familiariſſimi ſolent, hi vero ſerui & miniſtri, & iſta quidē ita ſe habent: Age vero iam nos quoq́, quonam modo in veſpertinis diuiniſque conuentibus & orationib⁹ E
Deo & regi noſtro aſſiſtimus ſolertius inſpiciamus. Quidam enim in veſpertinis pernoctationibus expeditiſſimi ab omni cura nudi, puras ad orationem extendunt manus. Alii cum pſalmorum modulatione aſſiſtunt in hac. Alii lectioni magis incūbunt Quidam propriis manuū ex infirmitate viriliter aduerſus ſomnū repugnant. Nonnulli mortis meditatione ſe exercent, ex huiuſmodi conſideratione compunctionem ſibi acquirere ſtudentes. Ex his omnibus primi & poſtremi diuinis excubiis inſiſtunt, ſecundi vero monaſticæ vitæ propiores ſunt, tertii vero inferiorem ambulant viam. Verum deuotione & virtute offerentium Deus munera ſuſcipit & æſtimat. Vigilans oculus expiauit mē- F
tem, immodicus ſomnus obtudit & excæcauit animam. Peruigil monachus fornicationis inimicus, ſomniculoſus vero contubernalis eius eſt. vigiliæ incendiū libidinis frangūt, atq; à ſomniis liberant. Suffuſus lacrymis oculus terreruinq́, cor ad ſui cuſtodiam erectum cogitationes cautiſſime obſeruat, cibos fornacis in motam conſumit, paſſiones edomat, linguam reſtringit & reprimit fugatque phantaſmata. Vigilans monachus piſcatur cogitationes, eaſque per tranquillitatem noctis faciliſſime & cōſiderare & capere poteſt. Dei amator monachus mox vt ſonus tubæ increpuerit, ad orationem vacans, lætus & hilaris dicit; Euge euge: negligens vero, væ mihi, væ mihi. Menſæ præparatio gulæ deditos arguit, orationis autem exercitatio Dei amatores. Probat prior ille, dum inſtructam conſpicit menſam, geſtit lætitia. Sequens autem mœſtior fit ſomnus multus obliuionis opifex, vigiliæ vero memoriam emundant. Diuitias G
agricolæ ex area & torculari colligunt. Monachi vero ſuas opes & ſcientiam veſpertinis maxime nocturniſque orationibus, & animi exercitationibus congregant Somnus multus iniquus eſt ſocius, & dimidium vitæ negligentibus, ſiue amplius diripit improbus monachus in collocationib. vigil & fabulis, cum autem orationis hora superuenerit ſomno illi grauantur oculi. Mollis & laſciuus monachus in loquacitate probatus, vbi lectio illata fuerit, aſpicere præ ſomno non valet. Cum nouiſſima tuba inſonuerit, mortuorū erit reſurrectio, ita cum ſermo otioſus perſonare cœperit dormientium, erit euigilatio. Amicus fallax ſoporis tyrannus, nonnunquam poſtquam ſatiati fuerimus cædit, fameque & ſiti nos acriter oppugnat, opus manuum cum orare pergimus ferre nobiſcum ſuggerit. Aliter quippe vigilantium orationē demoliri nequiuit. Primus hic rudibus oppugnando ſubrepit: ſiue vt eos initio negligētiores faciat, ſiue vt ſpiritu fornicationis viam paret Quouſque ab eo liberi ſimus, cum multitudine pſallere nō deuitemus Sæpe enim fit vt aſtantium oculus veriti dormitare erubeſcamus. Inimicus eſt leporibus canis: ita & ſomno inanis gloriæ ſpi- H
ritus. Finita die venditor, monachus vero pſalmodia finita reſidēs computat lucrum. Permane poſt orationem ſobrius ac vigilans; tuncque cateruas dæmonum aſpiciens: Nam q à nobis in oratione expugnati fuerint, poſt orationē iniquis nos phantaſiis circumuenire moliuntur. Reſidens obſerua diligentius, inſpicieſque eos qui cōſueti ſunt primitias animæ diripere. Fit nonnunquam, vt in ſomniis ex aſſiduitate exercitii laudabilis, pſalmorū meditemur eloquia. Plerúq; vero dæmones ea ſuggerūt nobis, vt nos ad ſuperbiam eleuent. Tertium genus dicere nolebam, niſi me quidam coegiſſet. Anima quæ verbum Dei quotidie ſine intermiſſione meditatur, ſolet per ſoporem quoque in eodem morari, eſt enim hoc ſecundum primi proprie remuneratio: qua, ſcilicet ſpiritus phantaſmata, euitantur.

De ignaua formidine. *Gradus* XX.

QVi in cœnobiis, ſiue conuentibus virtutem arripit, nō valde conſueuit oppugnari formidine, qui vero in

A notioribus locis ſolitarius degis, caueat ne vnquam ſibi formido dominetur, cenodoxiæ germen, & infidelitatis filia formido puerilis eſt mos in vetula ab inani gloria appreſſa anima. Formido eſt fidei conuerſio in expectatione earũ rerũ quæ non videntur. Timor, eſt præmeditatũ præuiſumq; periculum: Siue ita timor eſt ſenſus tumultus cordis, qui de incertis calamitatibus iugiter agitatur indignans. Timor eſt certæ confidentiæ ac ſecuritatis priuatio. Superba anima eſt formidinis ancilla, ſibiipſi fidens, ſonituſque & vmbras rerum quarumlibet metuẽs. Hi quidem qui amant nec dolent, formidine omnino carent; qui vero formidoloſi ſunt, lugent & deſperant, ſtuporem mentis plerunq; patiuntur & merito ſane: Iuſtus enim cum ſit Deus, ſuperbos deſerit, vt relicti nõ extolli doceantur. Cuncti quidem formidoloſi ſunt, qui inanem gloriam ſequuntur Non autẽ ideo omnes quoq; qui carent formidine ſunt humiles. Nam & latrones & qui ſepulchra violant, nulla formidine trepidant In quib^9 locis conſueuiſti expaueſcere, ad ea non te pigeat noctu proficiſci. Nam ſi his quæ praua ſunt cedas: conualeſcet recẽ
B puerilis iſta & ridiculoſa perturbatio. Dum vero ad ea proficiſceris, orationis arma accingere. Et cũ perueneris extẽde manus & Ieſu nomine cæde inimicos. Nulla enim neq; in cœlo, neq; in terra ſunt arma potiora. Liberatus ea peſte liberator. tuũ collauda. Nam ſi illi gratias referas, in æternũ proteget te. Nunquam poteris ventrem ſubito implere, ita ne formidinem quidem ſtatim vincere valebis Pro mẽſura
Iob. 4. luctus formido citius vel ſerius recedit. Inhorruerunt pili carnis meæ, inquit Elyphas, dæmonis aſtutiam enarrans. Aliquando quidem anima nonnunquam vero corpus ante formidare incipit, alterumq; alteri paſſionẽ nõ communicat. Quotiens formidine concepta in carne, ictus improb^9 in animam erumpere non poteſt. iuxta eſt infirmitatis hu^9 liberatio. At cum per contritionem cordis inſperata omnia prompte expectamus: tunc reuera formidine ſumus liberati. Non tenebræ, non locorum ſolitudo, dæmones contra nos roborant; ſed animæ ſterilitas, plerumque vero etiam diſciplina diuina nobis diſpenſatione permiſſa. Qui verus ſeruus eſt Domini proprium ſolumque Dominum
C timebit; qui autem necdũ metuit, vmbram ſuam ſæpi^9 extimuit. Inſtante quidem inuiſibiliter ſpiritu terretur corpus, aſtãte vero Angelo exultat humilium animus. Quocirca ex affectu huius præſentiam agnoſcentes ocyus ad orationem recurramus. Nam vt nobiſcum oret noſque adiuuet clementiſſimus cuſtos ad nos aduenit.

De Cenodoxia. Gradus XXI.

SOlent plerique dum de vitiis diſputant inanem gloriam ſeorſum definire à ſuperbia, vnde & octo eſſe principalia & primaria vitia dicunt. Theologus vero Gregorius aliique plurimi doctores ſeptem iſta eſſe tradiderũt, quos ego maxime ſequor. Quis enim inanem gloriã deuicit, & ſuperbus fuit? Ea vero eſt ambarum ad inuicem differentia quæ eſt naturaliter pueri ad virum & tritici ad panem: hoc enim principium eſt, illud finis. Nunc igitur de initio plenitudine paſſionũ, nephario ſcilicet tumore, tempore admoniti, paucis loquamur. Qui enim de his lõgiſſime philoſophari nititur, is ei ſimilis eſt, qui de ventorum pondere incaſſum
D curioſe quærit. Cenodoxia eſt ſpecie quidem immutatio naturæ, morumq; peruaſio, & obſeruatio querelæ: qualitate vero laborum diſſipatio, ſudorum perditio theſaurorum inſidiæ, perfidiæ alumna, ſuperbiæ præcurſor, in portu naufragiũ, in area formica. Quæ & tenuis eſt, laboribus omnibus & fructibus inſidiatur. Expectat formica dũ perficiatur triticum. Cenodoxia vero dum congregentur opes. Gaudet illa vt furetur, hęc autẽ vt diſſipet: Gaudet deſperationis ſpiritus, cum videt multiplicari vitia Cenodoxia vero cum virtutem multiplicari videt, Prioris ianua multitudo vulnerum: ſecũdæ vero diuitiæ laborum. Obſerua diligenter, & vſque ad mortem & ſepulchrum inuenies hãc nefariam labẽ quotidie veſtib^9. vnguẽtis, pompis, aromatibus & aliis florere. Lucet omnibus affatim ſol, omnibuſq; ſtudiis Cenodoxia arridet. Verbi gratia, ieiuno, inaniter glorior, ſi latẽdi cauſa ſoluo ieiuniũ, tanquã prudens iterum glorior. Si ſplendide veſtitus, vincor ea peſte. Si vilius induar, denuo glorior. Si loquar, hac ſuperor. Si taceam, iterũ ſuperatus ſũ. Quocunq; hũc tribulũ ieceris, erecto perſiſtit aculeo. Eiuſmodi vero glorioſius eſt fidelis idolorum cultor, qui Deum quidem colere & venerari videtur, hominibus vero non Deo placere ſtudet. Omnis autem huiuſmodi eſt, qui oſtentationi obſequitur. Eius vero ieiunium abſque effectu mercedis erit, eius item improba oratio, vtraque ad hominum laudem captandam operatur. Monachus inaniter glorians, duabus ex partibus læditur. Corpus enim per afflictionem conterit, nec vllam inde mercedem recipit. Quis nõ rideat Cenodoxiæ operarium, qui dum ad pſallendum ſtat, ab ea exagitatus interdum in oculis omnium deflet? Abſcondit Deus nonnunquam ab oculis noſtris etiam quę poſſidemus bona, vir autem laudator, immo vero ſeductor per laudes oculos aperit noſtros. His autem apertis à nobis euanuere diuitiæ. Adulator eſt dæmonum miniſter, ſuperbię dux, cõpunctionis exterminator, bonorum demolitor, erroneus
Iſaia 3. F ductor. Qui enim beatos nos dicunt, inquit ille, nos ſeducunt. Sublime eſt quidẽ illatas contumelias fortiter, libenterque perferre, ſanctum vero ac iuſtum laudes abſque læſione tranſire. Vidi lugentes, dum laudarentur, iracundiæ facibus ſuccendi, & veluti in mundo paſſione paſſionẽ cõmutare. Nemo quæ ſunt hominis nouit, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt. Erubeſcant igitur & obmuteſcãt, qui nos beatos in faciem dicere nituntur. Cũ audiens q te vel proximus vel amicus tuus maledictis inſectatus ſit abſentẽ ſiue & præſentem, tunc oſtende charitatis opus, atque illũ ipſe collauda. Magnum quidem eſt laudes hominis ab anima excutere, ſed longe maius auerſari dæmonum laudes. Non ille humilitatẽ oſtendit, qui ſeipſum deiicit, & vilem dicit; quid enim mirum ſi ſeipſum toleret. ſed qui ab alio probris reſperſus charitatem in illum integram atque inuiolabilẽ ſeruat. Animaduerti cenodoxiæ dæmonẽ dũ cogitationes fratri ſuggereret, alteri quoque prius eas reuelaſſe. vt cum ab eo quæ in corde ſuo verſarentur, audiret, hunc veluti præcognitorem ac beatum diceret. Ipſa quoque corporis mẽbra carpere, repentinoſq; corpori tremores excitare cõſueuit impurus hic ſpiritus. Nõ illum audias, cum tibi vt epiſcopatum vel monaſterii principatum ſuſcipias ingerit. Eſt enim laboris immodici canẽ à macelli menſa amouere. Solet cum viderit aliquos vel modicum in quietis propoſito ac tranquillo ſtatu profeciſſe, mox vt relicta eremo ad ſeculum proficiſcantur hortari Abi inquiens in ſalutem animarum pereuntium. Alia Æthyopum eſt: & alia ſtatuarum
G forma, ita & alius modus eſt inanis gloriæ eorum qui in ſeculo morantur; alius eorum qui in deſertis degunt. Secularium aduentus præuenit inanis gloria, leuioreſq; monachos aduenientibus obuiã progredi hortatur, eorumq; prouolui pedibus. Itaque cum ſit ſuperbia pleniſſima humilitatem ſimulat, mores, habitum, inceſſumque moderando componit, ſubmiſſaque loquitur voce, atque ad manus peruenientium vt aliquid accipiat reſpicit. Dominos ac patres & primarios appellat, & qui poſt Deum ſint vitæ illorum cauſa. Ad menſam reſidentes abſtinere hortatur, & inferiores abſque miſericordia exagitat. Eos qui in pſalmodia negligentiores eſſe ſolent, fortiores facit. Mutiſque & ſine voce venuſtatem vocis adiicit, ſomniculoſoſq; vigilantes efficit, adulatur ei qui pręeſt canoni, primatumque ſibi largiri affectat. Et dum hoſpites abſcedant, patrem illum & magiſtrum nominat. Eos qui honorati ſunt, ſuperbos facit, & qui deſpecti iniuriæ memores oſtendit. Cenodoxia nonnunquã pro honore miniſtrauit ignominiam ſuis enim diſcipulis irata confuſionem illis maximam induit. Cenodoxia
H feruidos, iracundia mites in conſpectu hominum & manſuetos fecit. Hæc naturalibus bonis & donis vt plurimum inſilit, & per ea infelices trahit vel ſternit. Vidi dæmonem, ſocium ac fratrem ſuum perturbaſſe atque effugaſſe. Nam cum aliquando frater iraſceretur, aduenientique interea ſeculares hoſpites; ex iracundia in Cenodoxiam tranſlatus eſt miſer, ſimul enim vtrique ſeruire non poterat. Is qui ſeipſum Cenodoxiæ vẽdidit, ad duplicẽ viuit vitam. nã inter monachos habitu degens, in ſeculo mẽte & cogitatione verſatur. Si ad ſupernam gratiam feſtinamus accurrere, ſupernã gloriam deguſtare ſtudeamus. Qui enim illam deguſtauerit, terrenam om- *Dæmon, à dæmone expulſus.*

nem

A tiem protinus contemnet: mirot enim ſi quis abſque illius guſtu hanc poſſit aſpernari. Sæpe fit vt qui ab inani gloria prædati ac vaſtati fuimus conuerſi poſtmodum illam acrius vaſtemus. Vidi quoſdam operarios ſpirituale exercitium ex inani gloria cœpiſſe, abiectoque poſtmodum noxio vitioſoq; principio (correcta intentione) laudabili fine, quod minus recte cœperant, conſummaſſe. Qui in prærogatiuis naturalibus; puta acumine, peritia, lectione, pronunciatione, ingenio, cæteriſque omnibus quæ nobis ſine noſtro proueniunt, extollitur, hic nunquam eis quæ ſupra naturã ſunt bonis potietur: qui enim in modico infidelis eſt, in multo quoq; infidelis erit. Eiuſmodi vero, eſt ſeruus inanis gloriæ. Plerique vt ſupernã tranquillitatem, diuitiaſque gratiarum ac miraculorum perpetrationẽ & virtutem prænoſcendi adipiſcantur, corpora ſua incaſſum contriuerunt: ignorantes miſeri quod non labores, ſed ſumma humilitas huiuſmodi munera pariat. Qui munera ꝓ laboribus exigit, hic periculoſum iecit fundamentum: qui vero ſeipſum debitorem extimat, is inſpiratas gratiarum opes repente ſuſcipit.

Qui naturalibus donis gloriatur, nõ potietur ſupernaturalibus.

Humilitas parit gratiã miraculorum.

B *Lucæ. 16.* Caue ne proditori vnquam obtemperes, cum te quaſi pro audientium vtilitate virtutes propalare ſuggerit. Quid enim proderit homini ſi mundo vniuerſo ꝓfit, ſibi vero ipſi detrimentum faciat? Nihil æque vt humilis nec vlla ſimulatione fucatus habitus intuentes ædificare poterit. Fit enim & aliis viaticum, nunquam extolli; quo quid maius ad vtilitatem rationem eſſe poſſit, non video. Notauit quidam ex his qui videre acutius poterant, narrauitque quod videtat, Cum ſederem (inquit) in cœtu quodã, aduenientes ad me, Cenodoxiæ & Superbiæ dæmones iuxta me ex vtraq; parte ſederunt: & vnus ex his quidam digito ſuo illo nouiſſimo pulſauit latus meum, hortans vt aliquid quod ad contemplationem pertineret, ſiue opus quodlibet in Deſerto à me geſtum loquerer. Quem cum à me expuliſſem dicens, *conuertantur retrorſum & erubeſcant qui mala cogitant mihi*: protinus is qui à ſiniſtris erat, ad aurem mihi dixit; Eya bene feciſti, magnuſque effectus es, quippe qui imprudentiſſimam matrem meam viceris. *Pſalm 6.* Ad quem ego rite ſequentes Verſus aſſumens dixi: *Auertãtur ſtatim erubeſcentes qui dicũt mihi, Eya bene fecisti.* Eundem ego cum interrogaſſem quomodo inanis gloria ſit ſuperbiæ mater, ita reſpondit: Laudes, inquit animam eleuant & inflant; porro cum anima ad elationem venerit, iam tũc illam ſuperbia aſſumens in cœlum vſque attollit, & vſque ad abyſſos deiicit.

C Quædam gloria eſt quę à Domino prouenit: *Ego (inquit) eos qui me glorificant, glorificabo*: eſt & alia quæ ex diabolico apparatu & fraude proficiſcitur; *Væ enim inquit, cum vos benedixerint omnes homines.* *1 Reg. 2.* *Lucæ 6.* Priorem apertiſſime cognoſces, vbi illam vt detrimẽtum exiſtimans omni conatu aduerſatus fueris: & quocunque proficiſceris conuerſationẽ tuam occultaueris. Secunda vero cum vel parum aliquid, vt ab hominibus inſpiciaris, operatus fueris, fingere eam quæ in nobis non eſt virtutem, ſcelerata ſuggerit. Sic enim, inquit, *ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* *Matth. 5.* Plerumque Dominus, inanis gloriæ cupidos in illius odium per aliquem contingentem ſibi ignominiam traduxit. Cuius odij initium eſt oris cuſtodia, amorque vilitatis & ignominiæ. Medium vero intellectualium omnium inanis gloriæ ſtudiorum amputatio. Finis vero (ſi tamen vllus eſt abyſſo finis) ea omnia coram multitudine ſtudioſe ac ſine vllo doloris ſenſu quærere, quæ ad ignominiam pertinent noſtram.

D Noli confuſionem tuam abſcondere, quaſi id veritus ne tibi videaris offendiculum ponere. Iam vero etiam ſecũdum culpæ & erroris ſpeciem, nõ eodem forſaſſe medicamine ſemper vtendum eſt. Quoties nos gloriam aduocauerimus ſiue cum inuocata ab aliis tamen ad nos præmiſſa peruenerit, ſiue cum ad inanem gloriam ſtudioſe aliqua facere tentamus; luctus noſtri meminerimus, ac noſtræ ſecretioris ac trepidæ orationis, prorſuſque illius improbitatem obruemus, atque in reuerentiam transferemus; ſi tamen vere orationis nobis cura eſt. Sin autem, vel mortis noſtræ conſiderationem citius arripiam*. Si vero ne id quidem poſſumus, vel eam confuſionem metuamus quæ gloriam inanem ſequitur (qui enim ſe exaltat, humiliabitur) non in futuro tantum ſeculo ſed etiam in præſenti; quoties nos laudatores (imo vero ſe-

Spiritualis medicina contra inanem gloriã.

E ductores) laudare cœperint; citius iniquitatem noſtrarum multitudo memoriæ occurrat, inueniemus noſipſos indignos his quæ in noſtram laudem dicuntur vel geruntur. Sunt inter inanis gloriæ ſtudioſos, qui in quibuſdam petitionibus ſuis exauditi à Deo debeant: quorum Deus ideo anticipare orationes & preces conſueuit, ne per orationes ſtudium id quod petierant accipientes, ſuperbiores fiant. Non valde ſolent, qui ſimpliciores ſunt, in venenum iſtud incidere: Cenodoxia quippe, eſt ſimplicitatis amiſſio, fictaque inſtitutio. Vermis plerunq; dum excreuerit, natis alis in ſublime ſubuectus eſt: & conſummata inanis gloria, ſuperbiam peperit, quæ malorum omnium dux, princeps & conſummatio eſt.

Superbia eſt omnium malorum conſummatio.

De ſuperbia, Gradus XXII.

SVperbia, eſt Dei abnegatio, inuentio dæmonum, aſpernatio hominum, condemnationis mater, ſterilitatis augmentum, laudum progenies, diuini adiutorij expulſio, ſtuporis præcurſor, lapſuum miniſtra, caſus materia, iracundiæ fons, ſimulationis ianua, firmamentum dæmonum, delictorum cuſtos, duritiæ & crudelitatis artifex, compaſſionis & miſericordiæ ignoratio, amarus exactor, immitis iudex, Dei aduerſatrix. Initiũ ſuperbiæ, finis eſt inanis gloriæ. Mediũ vero deſpectio ꝓximi, & laborũ ſuorũ impudẽs diuulgatio: laudis amor, ex corde reprehẽſionis odiũ. Finis autem, eſt abnegatio diuini adiutorij, propriique ſtudij elatio, & confidentia, dæmoniacus mos.

Superbia deſcr.

F Audiamus attentius omnes, qui foueam iſtam cupimus effugere. A gratiarum actione plerunque hæc peſtis teterrima ſolet incrementa ſuſcipere: neque enim initio improbe Deum abnegare ſuggerit, ſed tum demum vbi quendam Deo gratias orare agentem, ſenſuque ſuperbe gloriantem viderit, Teſtatur id apertiſſime Phariſæus ille, qui dixit: *Deus gratias ago tibi.* *Luc. 18.* Vbi ruina contigit, ibi antea ſuperbia tabernaculum fixerat. Prius enim illud, hoc ſubſequens inducit. Audiui inſignẽ quendam & honorabilem virum dixiſſe duodecim eſſe paſſiones ignominiæ; è quibus ſi vnam harũ (elationem dico) voluntate diligas, ſola ea reliquarum vndecim locum implebit. Altum ſapiens monachus, contradicit vehementer; humiliter autem ſentiens; contradicere neſcit.

Superbiæ modum & exitum.

G Non ſuſtinet cupreſſus in terram inclinari; neque monachus elatus corde, obtemperare. Vir excelſo corde dominari appetit: aliter enim petire vtcunque non poteſt; imo non vult. *Superbis Deus reſiſtit*: quis iam illos miſereri poteſt? *Iac. 4.* Immundus apud Deum eſt omnis elato corde; quis iam huiuſmodi mundare poterit? Diſciplina quidem ſuperborum, lapſus eſt, ſtimulus, dæmon, derelictio autem ſtupor. Et in illis quidem prioribus homines ab hominibus ſæpe curati ſunt extremum vero curari ab hominibus non poteſt. Qui reprehenſionem ab ſe excutit, hoc ſe morbo laborare ſignificat; qui vero illam admittit, peſtis eius vinculo ſolutus eſt. Si abſque alio vitio hoc ſolo cœleſtis quidem de cœlo corruit, quærendum an forte humilitate ſola ſine virtute alia poſſibile ſit in cœlum conſcendere. Superbia eſt diuitiarum, virtutis, ſuum atque perditio. *Superbia. Pſal. 17.* Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret. Idcirco penitus, quia ſuperbia id fecerũt. Clamauerunt ad Dominũ, & non exaudiuit eos; ideo omnino, quia cauſas contra quas orabant, non abſciderunt.

H Superbiẽtem fratrem probatiſſimus quidam ac diſcretiſſimus ſenior ſpecialiter corripuit. Ad quẽ ille cæcutiens, ait: Ignoſce pater, neq; inaniter glorior, neque ſuperbus ſum. Tunc ſapientiſſimus ſenior ad eum: Et quonã, inquit, modo fili declarare manifeſtius potuiſſes te hoc morbo laborare? Talibus itaque plurimum cõfert ſubiectio deuota, craſſius atque ignobilius inſtitutum vitæ virtutumque clariſſimorum patrum, earum quę naturam excellere videntur intentiſſima lectio. Fortaſſe vel ſic erit huiuſmodi languentibus aliqua ſalutis ſpes. Pudor eſt alieno ornamẽto gloriari, extremæq; dementiæ de donis extolli. Quæcunq; tibi ante natiuitatem fuere virtutum bona, eis ſolis gloriare. Nam quæ poſt generationẽ tibi Deus largitus eſt, vt ipſam quoq; natiuitatem. Quas ergo virtutes præter mentem acquiſiſti, illæ ſolæ tuæ ſunt. Mentem enim tibi largitus eſt Deus. Et quæ extra corpus exegiſti certamina, ex tuo ſolo ſtudio fuerunt.

Scito per ironiam eũ loquutum.

runt.

A rant. Corpus quippe non tuum eſt, opificium, ſed Dei. Noli confidere quo ad ſententiam ſuſcipias. Cum videas quendam qui poſtquam introduct° in thalamum fuerat atq; diſcubuerat, ligatis manibus & pedibus in exteriores religari tenebras. Noli elata ceruice gloriari, luteus cum ſis. Plurimi enim qui ſancti atque omni materiæ pudore fuerant liberi, de cœlo deiecti ſunt. Cum in ſuis operariis locum cœperit dæmon, tūc iam ipſis in ſomnis aut per viſum in figura ſancti Angeli vel martyris alicuius apparēs, myſteriorum reuelationem vel gratiarum munera largitur, vt per hunc modū ſeducti miſeri, perfecte demū ſenſu integro & ſanitate mētis excidant. Etiam ſi mille mortes pro Chriſto pateremur, ne ſic quidem ſatisfacere aut debitum noſtrum implere poſſemus. Alius quippe eſt Dei, alius ſeruorum ſanguis (ſecundum dignitatem dico) non ſecundum ſubſtantiam. Nunquam nos ipſos diſquirere & diiudicare deſignamus, iugiter probatiſſimorum patrum qui ante nos luminarium in modum ſplenduerunt, vitam ac mores intueamur, noſq; ad illorum comparationē ſtudioſius examinem°; tunc ſane tunc nos ipſos ne veſtigium quidē diligentioris cōuerſationis attigiſſe inueniem° ſed ſeculari adhuc inſtituto immorari.

Matth. 11

B Monachus proprie eſt animi oculus omni elatione carens, immobiliſque corporis ſenſus. Monachus eſt qui hoſtes ferarum in morem prouocat & irritat, cum illi ab ipſo fugiant. Monachus eſt iugis exceſſus mentis, ac mœror vitæ. Monach° eſt qui ita virtutibus affectus eſt, vt eſſet voluptatibus alius. Monachus eſt lux cordis, oculos iugiter irradians. Monachus eſt humilitatis abyſſus, ſpiritum oēm præcipitans & ſuffocans. Superbia eſt ſaltus obliuionem peccatorū ingerens. Nam illorum perpetua memoria humilitatis eſt opifex. Superbia eſt animæ ſuprema inopia, dū illa diuitias imaginatur, lucemq; eſſe in tenebris exiſtimat. Non ſolum non permittit hæc execrabilis peſtis in anteriora progredi, ſed etiam ex altitudine deiicit. Superbus eſt punicum malum interius putridum, exterius vero decorem præferens. Superbus monachus dæmone opus non habet, ipſe enim ſibi iam & dæmon & hoſtis & inimicus eſt. Alieniſſimæ ſunt à luce tenebræ & ita ſuperbus à virtute omni alienus eſt. Sunt in ſuperborum cordibus blaſphemiæ verba, in animab° autem humilium cœleſtia dona. Soleto execratur fur, ſuperbus vero, mites aſpernatur.

Superbia.

C Neſcio quo pacto ſeipſos plerique ſuperbi latuerunt & cum ſe putarent eſſe impaſſibiles, in exitu paupertatem ſuam cognouerunt. Qui hac labe deprehēſus fuerit Domini auxilio illi opus eſt. Vanū eſt enim illi ſal° hominis. Deprehēdi enim ſeductricē hāc ſine capite mecum adueniſſe matris ſuæ humeris inie-ctam, ambaſque obedientiæ vinculo illaqueans viriliterq; flagello verberans, qualiter in me eſſent ingreſſæ dicere cogebam. Itaque cum crederentur, aiebant: Nos neque initiū habemus, neque natiuitatem; principes enim & genitrices ſumus omnium vitiorum. Oppugnat autem modice in nos cōtritio cordis ex ſubiectione intimum ſumens. Nullius imperio ſubiici patimur, ideo in cælis quoq; ſeditiones mouemus. Nos (vt totum ſimul audias) omnium quę ſunt contraria humilitati genitrices ſumus, cuncta quippe quæ illi ſuffragantur, nobis aduerſiſſima ſunt. Nos ignominias, obedientiam, iniraſcentiam, obliuionem iniuriarum, & miniſteriū ſequi ſæpe conſueuimus. Porro ſtirpes noſtræ ſunt, ſpiritualium lapſus, iracundia, detractio, amaritudo, clamor, furor, blaſphemia, hypocriſis, odium, inuidia, contradictio, ſuo quam alterius malle regi moderamine. Obedientia vnū

D & ſolum eſt, in quo conatus omnes virium noſtrarum deficiunt. Idq; tibi concte dicimus. Si teipſum coram Domino ex intimo cordis affectu ſemper accuſes, nos vt araneas contemnes. Nam vt vides, ſuperbiæ eſt equus cenodoxia quam conſcendi, ſed ſancta humilitas & ſuipſius iugis accuſatio, ridebunt & equum & aſcenſorem eius, triumphaleq; carmen ſuauiſſime canentes: Cantemus, inquient, Domino gloriæ, e. h. e. e. & a. proiecit in mare, & humilitatis abyſſum.

De ineffabilibus cogitationibus blaſphemiæ.
Gradus. XXIII.

SÆuæ radicis & matris ſæuiorem eſſe progeniem in ſuperioribus audiuimus, videlicet nephariæ ſuperbiæ ſceleratam filiam blaſphemiam. Idcirco neceſſe eſt eam in medium adduci. Neque enim quiuis eſt inimicus, ſed hoſtibus omnibus immanior & grauior. Et quod durius eſt, non facile ſpirituali medico enunciari aut confitendo denudari poteſt. Quocirca plurimis nonnunquam deſperationis & diffidentiæ cauſa fuit, omni illorum conſumpta ſpe non ſecus quam à verme conſumitur lignum. Iſte igitur ſceleratiſſimus & ſæpe alias ad ſanctam ſynaxim & ad ipſam horrendam ſacrorum myſteriorum horam blaſphemare Domini, & in ipſa qua conſummantur ſacra ſolet. Ex quo maxime manifeſte colligimus, non eſſe animam noſtram, quæ illa intus verba locuta ſit impia & non ferenda, ſed dæmonem, DEI bonorumque omnium aduerſarium, qui de cœlis deiectus eſt, quod illic quoque dum ſe per ſuperbiam extollit; in Deum quoq; blaſphemias & contumelias iaculari viſus eſt. Nam ſi mea ſunt turpia illa & ſcelerata verba, quid eſt quod donum cœleſte ſuſcipiens adoro? Quomodo poſſum vna & benedicere & maledicere? Plurimos ſeductor iſte animarumq; corruptor in ſtuporem & amentiam ſæpe deducit. Nulla enim alia cogitatio ita difficilis vt iſta enunciari poteſt. Quocirca & multis plerumque conſueuit euenire. Nihil enim ita dæmones cogitationeſque contra nos roborat vt eas inconfeſſas in corde nutrire atque occulere.

E

Horrenda myſteria.

Adoratur euchariſtia.

F

Nemo ſibi verborum blaſphemiæ cauſam imputet. Cordis quippe cognitor Dominus nouit noſtra non eſſe huiuſmodi verba & inuenta, ſed hoſtium noſtrorum. Ebrietas offendendi cauſa eſt, & ſuperbia cogitationum indecentium, atqui is quidem qui offendit, non quia offenderit, ſed quia ebrietatis cauſa id paſſus eſt, omnino punietur. Cum ad orationem ſtamus, immundæ illæ infandæq; cogitationes nobis importune obſtrepunt. At cum orationem finiuerimus, protinus excedunt. Neq; enim oppugnare eos ſolent, qui aduerſum illas non dimicant. Non ſolum autem Deum & diuina omnia impius ille ſpiritus blaſphemat, ſed & turpiſſima quędā & teterrima verba in nobis intellectualiter loquitur, vt aut orationē deſeramus, aut noſipſos in deſperationem deiiciamus. Plurimorum quidem intercepit orationem multos à ſacrorum myſteriorum communione ſeparauit, quorū corpus mœrore tabeſcit, alios per ieiuniū domuit nequam hic & inanis tyrannus, nullamq; eis requiē conceſſit. Idque non ſolum in ſeculi hominibus, verum eis quoque qui monaſticam vitam ſubierunt fecit, nullam eis iam ſalutis ſpem reliquam improbiſſime ſuggerens, infidelibuſque omnibus & ipſis quoq; gentilibus miſerabiliores eſſe denuncians. Qui blaſphemiæ ſpiritu ſe perturbari ſentit, atque eo liberari cupit, pro certo habeat non ſuam animam huiuſmodi cogitationum eſſe cauſam, ſed impurum illum ſpiritum qui aliquando Domino dixit: Hæc omnia tibi dabo ſi procidens, adoraueris me. Idcirco nos quoque contemnentes ipſum, & quæ ab illo dicuntur nihil exiſtimantes, ſecum ſic intrepide dicamus: Vade poſt me Satana, d. d. m. e. & i. ſ. ſermo autem doluſque tuus in caput tuum conuertetur & in verticem tuum blaſphemia tua deſcendet, in præſenti & in futuro ſeculo. Qui præter hunc modum aduerſus blaſphemiæ ſpiritum pugnare vult, is ei ſimilis eſt, qui manibus ſuis coruſcationē continere nititur. Nam quomodo vel cōprehendere vel reſiſtere aut reluctari aduerſus eum poterit, qui repente in cor venti inſtar pertranſit, habet quę verbum momento velocius, confeſtimq; euaneſcit. Nam hoſtes quidem reliqui inſiſtunt, perſtant, moraſque trahunt, tempuſque aduerſum ſe pugnantibus præbent, hic autem ſimul cum apparuerint abſcōdit ſe, ſtatimque vt locutus eſt mentem pertranſiit. Solet plerumque in ſimpliciorum atque puriorum mentibus huiuſmodi dæmon immorari, quod hi maxime vehementius cæteris concuti & perturbari conſueuerunt. Quibus ſane non dicimus id ex ſuperbia aliqua propria, ſed ex dæmonū inuidia & calliditate contingere. Deſinamus tandem iudicare & condēnare proximum, & cogitationes blaſphemiæ non metuemus. Id enim huius & occaſio & radix eſt. Sicut quis in domo incluſus, audit exterius prætereuntium verba, nec tamen cum eis ipſe colloquitur, ita & anima quæ in ſe ipſa degit dæmonis blaſphemias auſcultans quas per illā tranſiens loquitur, non turbatur. Qui hunc ſpiritum deſpicit, liber euaſit, qui vero illi aliter reluctari nititur, tandem ſubiacebit. Qui

Confiteri cogitationes.

G

Matth. 7.

Simile.

H

A Ventos includere. bit: Qui enim verbis ſpiritum cõtinere vult, is ei ſimilis eſt qui ventos includere nititur. Monachus quidam ſtudioſus cum ab eo perturbaretur ad viginti annos, carnem ſuam ieiuniis & vigiliis macerare non deſtitit, cum vero nullam vtilitatem ſe inde cepiſſe ſentiret, profectus conſcriptam in charta perturbationem ac tentationem ſuam ſancto cuidam ac probatiſſimo ſeni obtulit, in faciem proſtratus, nec illum intueri valens. Vt autem legit ſenior ſubriſit, fratremque erigẽs dixit: Pone fili manũ tuam ſuper oculum meum. Quod cum feciſſet, ait illi ſenior: Super collum meum ſit frater hoc peccatum quotquot annis te oppugnauerit vel oppugnaturum ſit. Tu autem id obſerua, vt hoc iam flocci pẽdas & nihil æſtimes. Quibus verbis ita roboratus eſt frater, vt non antea cella ſenis excederet, quam huiuſmodi morbus euaneſceret. Hoc autem is qui expertus eſt mihi poſtea enarrauit, Deo gratias referens.

De manſuetudine & innocentia per gratiam quæſitis.
Gradus XXIV.

B PRæcurrit quidem ſolem matutina lux omnem vero humilitatem manſuetudo præcellit. Quocirca lucẽ ipſam audiamus, ita eas gradatim ordinantem: Diſcite, inquit, à Matth. 11. me, quia mitis ſum, & humilis cordis. Iuſtum ergo eſt & legitimum ante ſolem lucem illuſtrari, atque ita demum clarius ſolem intueri. Fieri enim non poteſt vt hunc intueatur, qui lucem antea non cognouerit, vt beatorum docet inſtitutio. Manſuetudo eſt animi incommutabilis ſtatus æque in honoribus ſe & ignominiis habens. Manſuetudo eſt in perturbationibus proximi, pro illo affectu ſommo atque Psal. 24. integerrimo orare. Manſuetudo eſt ſupereminens iracundiæ pelago ſcopulus. Manſuetudo eſt firmamentum patiẽtiæ, charitatis ianua, imo vero mater, diſcretionis argumẽtum. Docebit, inquit, Dominus mites vias ſuas, veniæ miIſaia 66. niſtra, confidentia in oratione, ſpiritus ſancti diuerſorium. Ad quem enim, inquit, aſpiciam, niſi ad manſuetum & quietum & trementem ſermones meos? Manſuetudo eſt obedientiæ adiutrix, fraternitatis dux, furentium frenum, Manſuetudo. iraſcentium retinaculum, gaudii indultrix imitatio Chriſti, C angelorum proprietas, dæmonum nexus, atque amaritudinis clipeus. In cordib⁹ manſuetorum requieſcit Dominus, anima vero turbulenta diaboli eſt ſedes: Mites hæreditabunt terram, imo vero dominabuntur ei, viri autem inſani ac furore præcipites ex terra ſua vaſtabuntur. Manſueta aniMatth. 5. ma ſimplicitatis ſedes, mens autem iracunda nequitiæ eſt opifex. Mitis anima capiet ſapientiæ verba, dirigit enim in iudicio manſuetos Dominus, imo vero in diſcretione. Anima recta contubernalis eſt humilitatis, iniqua autem Psal. 24. ſuperbiæ eſt adoleſcentula. Manſuetorum animæ implebũtur ſcientia, mẽtes iracundi tenebris iracundiæ vel ignorantiæ cohabitant. Iracũdus & ſimulator obuiauerunt ſibi, nec inueniri poterat ſermo rectus in diſcrepatione eorũ. Si cor prioris explices, inuenies inſaniam. Si vero ſecundi perſcruteris animum, aſpicies nequitiam. Simplicitas habitus eſt animæ varietate carens, totiuſq; peruerſæ intentionis ignarus, & qui nulla mala cogitatione moueatur. Nequitia eſt ſcientia, imo vero turpitudo dæmoniaca priuata veritate, & quæ plurimos latere videatur. Hypocriſis eſt & corporis & animæ contrarius ſtatus, adinuentionib. omnibus implectus. Innocentia, lætus ac ſerenus eſt animi ſtatus, omni adinuentione ac figmento liber. Æquitas eſt intentio curioſi-D tate carens, affectus integer, ſermo purus, neque vlla fictione vel præparationis arte fucatus, à nequitia remotus. Mundiſſima eſt natura animi in ea qua creata eſt animi puritate perſiſtens, atque ſecundum eam omnibus congrediens. Nequitia eſt rectitudinis peruerſio, intenſio ſeducta mẽtis diſpenſatio, perplexis verbis annexa iuramenta, profundũ cordis, fraudis abyſſus, aſſuetum tranſienſque in habitum mendacium, naturalis exinde tumor. humilitatis aduerſarius pœnitentiæ ſimulatio, fletus elongatio, confeſſionis inimicitiæ, propriæ ſententiæ voluntatiſque defenſio, lapſus artifex, reſurrectionis aduerſatio, contumeliæ riſus, fatua grauitas, ficta religio, dæmoniaca vita. Malus eſt diabolo & familiaritate coniunctus & nomine. Quocirca & Do-Matth. 6. minus illum ita appellandum monuit in oratione, quam

E ipſe inſtituit dicens: Libera nos à malo. Fugiamus a ſimulationis præcipitio & à verſutiæ lacu audiẽtes eius ſeorſum qui dixit: Quoniam qui malignantur exterminabuntur. Et ſicut olera herbarum cito decident. Huiuſmodi enim paſcua eſt dæmonum. Sicut Deus charitatis, ita æquitas quoque appellatur, atque ideo Sapiens in Canticis ait ad eum: 1. Iohan. Æquitas dilexit te. Rurſuſque Sapientis huius pater: Bonus Cant. 1. & rectus Dominus. Eoſque qui hoc cum illo appellantur Psal. 10. nomine ſaluari dicit. Ait enim: Qui ſaluos facit rectos corde. Et rurſum: Æquitatem animarum vidit & viſitauit faciem eius. Prima incrementi puerorum proprietas eſt ſimplicitas omni varietate libera, quam quoadque habuit ille Adam, non vidit animæ ſuæ nuditatem, neque carnis ſuæ turpitudinem. Bona quidem eſt ac beata illa ſimplicitas, quæ quibuſdam ineſt naturaliter longe tamen illa beatior & excellentior, quæ laborib. & ſudoribus ex malitia traducta eſt vel fuerit. Nam illa quidem à varietate multiplici ac perturbationibus protegitur atque illæſa ſeruatur, hæc vero altiſſimæ humilitatis & manſuetudinis genitrix & altrix eſt. Et priori quidem non minima debetur merces, ſequenti vero laudatiſſima & incomparabilis reddetur. Quicun-F que ad nos attrahere Dominum cupimus, ſimpliciter ad illum & abſque vlla fictione & varietate & malitia & curioſitate velut ad magiſtrum percipiendæ diſciplinæ cauſa accedamus. Simplex enim ille & integerrimus cum ſit, ſimplices eſſe vult & innocentes animas quæ ad ſe cõueniunt. Nunquam enim videas ſimplicitatem ab humilitate ſeparatam. Malignus eſt præuiſor mendax ex ſermonibus cogitationes, & ex habitu cordis intima ſe comprehendere exiſtimans. Vidi rectos malignari à malis didiciſſe, atque admiratus ſum quomodo proprietatem naturæ atq; priuilegium amittere tam cito potuerunt. Vt recti facile decidunt, ita difficile pueri transferri in rectitudinẽ poſſunt. Vere peregrinatio & ſubiectio laborumque cuſtodia ſæpe valuerunt mirabiliter inſanabilia plurima transferre & curare. Si ſcientia plurimos inflat, vide ne forte ſimplicitas & imperitia humilitate conſueuerunt. Verum documentum certuſque finis ac forma beatæ ſimplicitatis beatus Paulus ſimplex tibi erit: tantum enim tamque celerẽ profectum nemo vſquam vel vidit vel videre vnquam poterit. Monach⁹ ſim-G plex rationalẽ iumentum eſt obediens, quod onus ſuum ductori ſuo perfecte depoſuit, trahentem ſequitur vt vult donec mactetur, contradicere non nouit. Difficile diuites Matth. 19. ingrediuntur in regnum, ſtultique ſapientis in ſimplicitatem. Ruina ſæpe eos qui ex malis acutiores fiunt frugales facit, ſalutem illis atq; innocentiam inuitis largiens. Pugna & contende totis viribus ſtultam tuam ſapientiam decipere atque ita facie eos inuenies ſalutem & æquitatem in Chriſto Ieſu Domino noſtro Amen.

De victrice paſſionum omnium altiſſima humilitate.
Gradus. XXV.

QVi diuinæ charitatis propriæ ſanctæque humilitatis competẽter & beatæ caſtitatis veræ ac diuinæ illuſtrationis firmiter, timoriſque Domini ſine mendacio, & certa cordis fiducia ſine errore, ſenſum atq; affectũ & vim viſibili modo enarrare vult, eoſq; qui hactenus non guſtauerũt, huiuſmodi narratione ſe illuſtrare putet, ſimile aliquid ei facere videtur, qui eos qui mel nunquã guſtauerũt huiuſmodi illius dulcedinem verbis & exemplis docere nititur. Sed hic H ſane fruſtra deſudat, & incaſſum & ſuperflue loquitur. Nũquam enim id efficit quod vult. Prior autem ille aut imperitus eſt narrationis ſuæ, aut inani gloria vehemẽter illuditur. Adiecit ſermo Theſaurum includere in vaſis fictilibus, imo vero in corporibus reconditum, cuius neque agnoſci, neq; vllis verbis exprimi poſſit. Solus enim titulus ſupernæ incomprehenſibilis ingentem atque infinitum perſcrutandi laborem verbo quærentibus præſtat. Erat autem titulus huiuſmodi Sancta humilitas. Quicunque Dei ſpiritu aguntur, ii nobiſcum ad intellectuale hoc ſapientiſſimumq; concilium conueniunt. Scientiæ tabulas diuinitus ſcriptas & manibus intellectualiter ferentes, conuenimus & quæſiuimus ac diſcuſſimus venerandi tituli virtutem. Et alius quidem hanc eſſe dicebat recte factorum intentiſſimam obli-

uionem,

A uionem, alius vero extremum ſe omnium magiſque peccatis obnoxium exiſtimare. Alius mentis contagionem, qua ſcilicet imbecillitatem propriam infirmitatemque cognoſcit. Alius vero in irritationibus anticipare proximum, primumque iracundiam ſoluere. Alius gratiæ Dei & miſericordiæ agnitionem. Alius rurſum contriti animi ſenſum ac voluntatis propriæ abnegationem. Ego vero cum omnia audiſſem apud meipſum diligenter & vigilanter examinans beatiſſimum illius ſenſum per eruditum addiſcere non potui. Quocirca & omnium nouiſſimus velut canis cadentes micas ex mēſa probatiſſimorum beatiſſimorumque patrum colligens, de hac ſingulari virtute ita diffiniens dixi: Humilitas eſt animi gratia ſine nomine, ſolos apud eos nomen habens, qui illius experimentū cæperunt. Humilitas eſt ineffabilitatis diuitiarum Dei appellatio & donum.

Matt. 11. Diſcite enim, inquit, non ab Angelo, non ab homine, non à tabula, ſed à me, hoc eſt, à mea in vobis habitatione & illuſtratione & operatione, quia mitis ſum & humilis corde, & cogitatione & ſenſu, & inuenietis bellorum requiem & alienationem cogitationum animabus veſtris. Aliud eſt vitis huius in perturbationum adhuc tempeſtate ſpectaculū,

B aliud iam in verno fructuum tempore, aliud in æſtate vintum. Et ſi in vnam lætitiam & frugem vitis vnius ſpectacula iſta concurrant, vnde vera & propria ſigna & argumenta fructuum habent? Denique quoties in nobis ſanctæ huius vitis florem ceperit botrus, mox humanam omnem gloriam, & famam cum dolore execramur, iracundiamque & furorem à nobis penitus eliminamus. At cum iam ſpirituali ætate in animo profecerit hæc regina virtutum in nihilum, immo vero in execrationem cuncta quæ à nobis geruntur bona exiſtimamus, & in diebus ſingulis oneri noſtro nos adiicere per occultam diſſipationem arbitramur. Porro diuinorum copiam nobis indultorum munerum, vt qui hanc præter meritum noſtrum acceperimus additionem fore cruciatus amplioris ſuſcipiamus. Idcirco tunc quoque manet inuiolabilis mens noſtra, ſeipſam intra mediocritatis ſacculum tutiſſime cōtinens, furumque tantummodo ſtrepitum ac ludibria audiens, atque in his omnibus inuiolabilis permanens. Siquidem inuiolabile penetrale huiuſmodi eſt mediocritas. De florum itaque parturitione celerique

C profectu virtutis huius ſempiternæ fructificantis breuibus diſſeruiſſe ſatis eſt. Iam vero quod ſit huius virtutis perfectū præmium. Quicunque Domini familiares eſtis, ipſum interrogate. De quantitate igitur ipſius dicere non poſſum, rurſus de illius qualitate loqui, longe impoſſibilius cenſeo. De proprietate ergo eius vt initio inſtitueramus, dicere conemur. Solers & accurata pœnitentia luctuſque quib° omnis macula luctus diluitur, ſanctiſſimaque eadem humilitas, tantum inuicem differunt quantum à pane frumentum & farina. conteritur quippe prius animus & per efficacem pœnitentiam exterminatur, vnitur vero quodāmodo, atq; (vt ita dixerim) admiſcetur Deo per aquam integerrimi luctus, ex quo etiam igne Domini ſuccenſa ſolidatur in panē ſancta humilitas, fermento iam omni & tamenti falſi libera. Vnde & in vnam virtutem actionemque ſeipſam conglobans ſancta hæc conſtans tribus annulis catena, immo

Proprietas humilitatis vero cœleſtis iris, ſuas quodammodo proprietates habet, quodq; alterius ſignum eſſe dixeris, hoc alterius quoq; notionem eſſe reperies. Ideoque q̄ breuiter à me dictum eſt, curabo exēplis atq; authoritate firmare. Proprietas quippe honeſtiſſimæ huius atq; omni admiratione digniſſimæ tri-

D nitatis prima atque præcipua eſt, ignominiæ lætiſſima & iucundiſſima perpeſſio, q̄ anima vt morbos ſuos, & peccata maxima ſedet atq; cōſumat ſupinis manibus expectat atq; complectitur. Secunda vero eſt omnis iracundiæ victoria, atque eius extinctione ſeruata mediocritas. Tertius autem gradus optimus eſt. vt & bonis ſuis nunquam aliquis infideliter credat, iugiterque addiſcere deſideret. Finis quidem

Rom. 10. legis & prophetarum Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Finis vero immundarum paſſionum inanis gloria & ſuperbia omni non aduertētu. Quartum cum interemptrix ſit intellectualis iſta terra, contubernalem ſuum omni veneno mortifero ſeruat illæſū, vbi nulla hypocriſis appareat venenum, vbi detractionis rubigo, vbi ſerpens aliquis occultari in ea poſſit, quin ſtatim ea cordis cauernis & terra in lucem

E adductus occidatur. Non apparet in huius coniunctione odium, non detractionis ſpecies, non inobedientiæ vllus odor, niſi forte fidei ratio periclitetur. Tunc enim obtemperare perfidiæ, conſilium non fuerit. Qui huic velut ſpōſæ ſponſus vnitur, mitis, placidus, ad conpūctionem facilis, atq; miſericors eſt, ſuper omnia autē tranquillus, ſerenus, obtemperans, & fratri patiens, hilaris, vigil, impiger erit. Et quid me neceſſarium erit multa proſequi. Placida ſemper animi tranquillitate beatus erit. Si quidem in humilitate noſtra memor fuit noſtri Dominus, & redemit nos de inimicis noſtris. Monachus humilis non curioſe abdita requiret, ſuperbus vero iudicia quoque Dei curioſitate illicita diſcutiet. Quondam probatiſſimum & diſcretione maxime ornatum fratrem aſtantes dæmones, ita vt oculis eius ap-

Laus à dæmone. parerent viſibiliter, beatum illum prędicabant. Ad quos ille ſapientiſſime: Siquidē me in mentis ac animæ cogitationibus laudare deſtiteritis, ex diſceſſu veſtro magnum me exiſtimabo, ſin vero me laudare non deſinitis, ex laudibus veſtris fœditatem meam conijcio. Immundus quippe eſt apud Deū omnis ſublimis corde. Aut igitur abite, & magnus fa-

F ctus ſum; aut ſi placet laudate, & āpliorē veſtri cauſa acquirā humilitatem. Moxque illi ancipiti verbo ſtupefacti euanuerunt. Caue ne ſit anima tua canale huius vndæ vitalis, vt cum quidem emanet, nunc vero emanare deſinat, gloriæ & elationis ardore conſūpta, ſed ſit beatæ trāquillitatis fons, paupertatis fluuium ſemper ex ipſo gignens. Memento chariſſime, q̄ valles in ſeipſis frumentum, ſpiritualemq; multiplicāt fructum. Vallis eſt humilis anima inter medium mōtium, ſine arrogantia ſemper atque immobilis permanens. Nō ait ſcriptura, ieiunaui, non ait vigilaui, non habui requiem, ſed humiliatus ſum, & ſaluauit me celeriter Dominus. Pœnitentia quidem ſuſcitat, luctus vero cœlum pulſat, ſed ſancta humilitas aperit. Ego autem trinitatem in vnitate, &

Pſal. 114. in trinitate vnitatem dico atque adoro. Cuncta quidem quæ videntur ſol illuminat, omnia vero quæ gerūtur ratione roborat humilitas. Si non adſit ſol, plena ſunt tenebris omnia, & niſi adſit humilitas, noſtra omnia & fœtida & extrema erunt. Vnus in omni creatura locus ſemel aſpexit

G ſolem; & vna plerunque cogitatio peperit humilitatem: vno & ſole die mundus omnis exultauit & vna virtus hæc eſt, quam imitari non poſſunt dæmones. Aliud eſſe dicitur extolli, aliud non extolli, & aliud humiliari. Prior enim omnem diem iudicat, ſequens vero non iudicat: porro tertius cum indemnatus ſit, ſemper ſeipſum condemnat. Aliud eſt humilem eſſe, aliud conari eſſe humilem, & aliud laudare humilem. Prius illud perfectorum eſt, ſecundum veracium obedientium, tertium vero omnium fidelium. Qui in intimis humilis eſt, à labus non læditur, quod enim theſaurus non habet, hoc ianua non prodit. Solitarius equus nō nunquam currere videtur; at ſi gregi ſocietur, tunc ſuam agnoſcit tarditatem. Si iam in naturæ bonis cogitatio gloriari deſinat principij ſanitatis argumentum eſt. Sed quouſque fœtorem illum hauriat, vnguenti odorem ſentire non poterit. Non increpabit, non iudicabit, non dominari appetet non circumueniet is qui amori meo eſt deditus, quin ad mihi coniungatur, ait humilitas ſancta. Nam poſt coniunctionē meam ei iam lex poſita non eſt. Cuidam fortiſſimo athletæ Chriſti, qui ad hanc beatiſſimam virtutē feſtinabat, impuri dæmones laudem in corde ſubſeminabant. At ille diuina

H inſpiratione malignorum ſpirituū nequitiā pio & religioſo compendio vincere aggreditur. Deſcribit in cellulæ pariete altiſſimarum virtutum appellationes puta perfectę charitatis, Angelicæ humilitatis, mundiſſimæ orationis, incorruptibilis caſtitatis, & huiuſmodi virtutum reliquarum. Cum ergo illum cogitationes extollere cœpiſſent, dicebat illis: Eamus ad arguentem, adueniénſque relegebat appellationes illas, ſibiq; ipſi clamabat: Cum has omnes poſſideris, tunc ſcies q̄ longe adhuc à Deo ſis. Cum enim eas poſſideris, ſeruus eris inutilis, feciſti enim quod facere debuiſti.

Luc. 17. Quænam ſit ſolis huius virt° & ſubſtātia, dicere ipſi nō poſſumus, cæterum ex effectibus eius & proprietatibus, quæ ſit illius ſubſtantia, colligimus. Humilitas eſt protectio diuina, ex qua fit vt recta facta noſtra non videamus. Humilitas eſt vilitatis abyſſus furibus omnibus inuiolabilis. Humilitas eſt turris fortitudinis à facie inimici. Non proficiet

A *Pſal. 88.* inimicus in eo, & filius immo vere cogitatio iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidet à facie inimicos eius, & eos qui oderunt eũ in fugam conuertet. Sũt & aliæ magnifico huic profeſſori in animo proprietates, præter illas quæ ſupra demonſtratæ ſunt. Illæ enim vna excepta, diuitiarum intuentibus iudices ſunt. Agnoſce autẽ illas, nec decipieris. Cum ſanctam hanc ſubſtantiam in te ipſo eſſe perſpicias, in multitudine ineffabilis luminis, in amore orationis incredibili, anticipabit hæc innoxium cor, & aliena peccata accuſare neſcit. Præcurrit hanc quam diximus ſubſtantiã inanis gloriæ totius odium. Qui ſeipſum ex intimo animi ſenſu & affectu nouit, iam in terra ſeminauit, Nam niſi ita ſeminemus, fieri nõ poteſt vt floreat humilitas. Qui ſeipsũ agnoſcit, diuini timoris intimam notionem comprehendit, per quam ſolicite incedens, ad charitatis ianuã perueniet. Humilitas eſt regni cæleſtis ianua ſibi propinquantes introducens. De hac reor Dominum dixiſſe q ingredietur & ex hac
Ioann. 10. vita egredietur intrepide, & paſcua inueniet. & viriditatem
B in paradiſo. Omnes qui per aliam portam inhabitatũ venerunt, fures vitæ ſuæ ſunt & latrones. Nunquam diſquirere noſipſos deſinamus, ſi veraciter agnoſcere nos volumus. Quod ſi proximum noſtrũ vbique ex intimo affectu cordis meliorẽ nobis eſſe arbitramur, iuxta eſt diuina miſericordia. Impoſſibile eſt enim ex niue progredi flammã, ſed lõge impoſſibilius vt in eo qui alterius ſectæ & opinionis ſit humilitas propria fidelium ac religioſorum virtus oriatur. Plurimi noſipſos peccatores dicimus, & fortaſſe ita exiſtimamus, ignominia vero hoc probat. Nunquam deſiſtet is, qui ad tranquilliſſimum hunc portum feſtinat, mores, verba cogitationes, intentiones, quæſtiones, exquiſitiones, inſtituta, conatus, vota, orationes facere, intelligere & excogitare, quoad cooperãte Domino ab ignobilioribus inſtitutis in-
Luc. 18. *Rationes atque viæ quibus ad humilitatẽ peruenitur.* feſtiſſimo & procelloſiſſimo elationis pelago animę ſuę nauiculam liberet. Qui enim hac liber euaſerit, in omnib. reliquis peccatis facile vt publicanus ille ſatis faciet. Nonnulli quidem propter peccata præterita poſtea etiam q̃ remiſſione potiti ſunt, humilitatis materiam vſq; in fine retinuerint, peccatorum memoriam immaniſſimum colaphis cædẽtes. Alii rurſus conſiderantes Chriſti paſſionem, ſeipſos debitores cõſtanter eſſe tenent. Alii ex quotidianis defectibus ſemetip-
C ſos humiliant, & viliſſimos exiſtimant, plerique ex accidentibus tentationibus, morbis & lapſibus, gratiarum matrem ſibi familiariſſimam fecerunt. Sunt item nonnulli, qui tamẽ an modo ſuperſint diffinite non poſſum, qui ex ipſis Dei muneribus quantumlibet in eis profecerint, ſemetipſos humiliant, ſeque indignos eſſe huiuſmodi diuitiis exiſtimant, ſicque afficiũtur tanquã debitis ſuis quotidie adiiciãt. Hæc igitur humilitas, hæc beatitudo, hoc perfectũ cõſũmatumq; præmiũ eſt, quotiens aliquem audieris infra paucos annos altiſſimam acquiſiſſe tranquillitatẽ, noli hunc exiſtimare aliam, quam hanc beatam celeremque viam pedib⁹ ãbulaſſe Sacra eſt biga charitas atque humilitas, quippe illa exaltat: hęc exaltatos ne vnquã decidant tenet. Aliud eſt cõtritio, & aliud humilitas. Cõtritio ex ruina naſcitur, q enim cadit, conteritur, cadenſq; ſine confidentia in oratione laudabili cum verecundia aſſiſtit, ſpeique baculo vt confractus & colliſus nititur, ipſeque deſperationis carnẽ à ſe abigit.
D Cognitio eſt vera, & tuta proprię menſuræ comprehenſio, iugiſq; leuiorum quoq; peccatorũ memoria. Humilitas eſt doctrina intellectualis Chriſti, ſpiritualiter ab his qui digni fuerint, in penetralibus animæ recondita, verbiſque ſenſibilib. inacceſſibilis. Qui ſe dicit huiuſmodi vnguẽti fragrãtiam penitus ſenſiſſe, & cum laudatur, vel parum mouetur corde, aut vim verborũ intelligit, rapiturq; vel modice lau-
Pſal 113. dibus, hic non ſe fallat, ſeductus eſt. Quendam toto affectu animi audiui dicentem: Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Sciebat enim naturam non facile ab hac illæſam ſeruari poſſe. Abs te ergo, inquit, laus mea in Eccleſia magna futuro ſcilicet tẽpore. Prius enim quã illud adueniat, hãc ſine periculo ferre nõ poſſũ Si hic tandẽ huius & ratio & modus eſt ſupremæ ſuperbiæ, virtutes quæ non adſunt gloriæ cauſam ſimulare, id profecto erit altiſſimæ humilitatis argumentũ, culpas quæ itidem nõ adſint in quibuſdam rebus vilitatis cauſa vel gratia confingere. Quod fecit qui panem & caſeum ſumpſit in manibus abiectio-
E nis ſuæ gratia. Et ſanctus ille, qui veſte reiecta abſque vlla
... perita ... ... paſſione, quippe caſtiſſimus, ciuitatem circuiuit nu ... metuent huiuſmodi iam, neque curabunt hominum offenſam, cum iam per orationem, virtutẽ eam conſec... nt, vt omnes inuiſibiliter ædificent, cunctiſque ſatis faciant. Qui prius curat, ſecundo iſto ſe carere ſignificat. Vbi enim Dominus nos audire paratus eſt, ibi omnia facere toto valemus; præſtat enim contriſtare homines, q̃ Deũ. Gaudet quippe Deus cũ nos cõterendæ vaniſſimæ elationis cauſa propte videt ad ignominias currere Parat autem huiuſmodi cer-
Pauli à ſcla. tamina ſuperna peregrinatio. Magnorum enim reuera eſt pati, ſuis eſſe ludibrio. Non te ea quæ dicta ſunt perturbẽt. Nemo vnquam repente vno ſimul paſſu ſcalæ gradus omnes conſcẽdere potuit. In hoc cognoſcent nos Dei eſſe diſcipulos; non quia nobis dæmonia obtemperant, ſed quia no-
Luc. 10. mina noſtra in humilitatis cœlo conſcripta sũt. Nam ita fert vt ſterilitas defectuſque fructuum ciceronum ramos in altitudinem tollãt, at hi ſi incuruentur, fructum citius ferunt.
Matth. 13. Scit quid ſibi hoc velit qui prudentius conſiderat Habent
F aſcenſum apud Deum ſancti huiuſmodi gradus, triceſimũ, ſexageſimum & centeſimum. Atque in extremo quidẽ hi q beatam tranquillitatem conſecuti ſunt perſtant: in medio vero Chriſti milites fortes, primum autẽ conſcendere omnes poſſunt. Qui ſeipſum veraciter agnouit, nunquam profecto illuderetur, vt maiora ſe tentare velit, ſed pedem iã ſecurus beato huic itinero imponet. Metuunt minutæ aues accipitrem, ita & humilitatis ſtudioſi contradictionis ſonum, Abſque prædictionibus quidem & illuſtrationibus, ſigniſq; & prodigiis ſalute plurimi potiti ſunt: ſine humilitate autẽ
Humilitas neceſſaria. nemo vnquam cœleſtem thalamũ ingredietur. Illorũ enim hæc fida cuſtos, hanc vero illa in his qui leuiores ſunt ſæpe necauerunt Iſtud quoque cum humiliari nollemus diſpenſatione mirabili fecit Deus, vt nemo vulnera ſua clarius quã proximus poſſit intueri. Ex quo neceſſario fit, vt illi ac Deo non nobiſipſis ſanitatis noſtræ gratiam acceptam referam⁹.
Voluntas propria. Qui mente eſt humili, voluntatem ſuam ſemper vt ſeductricem deteſtatur, & in poſtulationibus ſuis ad Deum fide firmiſſima, quæ conueniant conſueuit addiſcere, atque his
G prompte obtemperare: non magiſtrorum cõuerſationẽ attendens, ſed Deo curam ſuam fideliſſime committẽs, q per
Num. 22. aſinam quoque Balaam vtilia & neceſſaria docuit, etiamſi omnia ſecundum Deum faciat, cogitet, loquatur, operetur huiuſmodi nec ſic quidẽ ſibi credat Humilis enim ſtimulũ & onus ſibi abiectũ portabit, ſi ſibiipſi credat, ſicut contra ſuperbus ſi alteri credat, mihi Angeli eſſe videtur, nunquam in peccatum labi. Audiui enim terreſtrẽ Angelum dicentẽ:
1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum, qui enim iudicat me Dominus eſt. Vnde iugiter noſipſos damnare & accuſare debemus, vt per vilitatem voluntariã lapſus non voluntarios abiiciamus & diluamus: ſin autem alias omnino in exitu noſtro à nobis horum exigetur ratio, Qui meritis ſuis minus aliquid à Deo poſtulat, omnino his
Luc. 18. quę ſupra ſe ſunt potietur. Teſtatur hoc publicanus ille, qui cum poſtulaſſet veniam, iuſtitiam retulit. Solum vt ſui meminiſſet à Domino popoſcit latro, paradiſumq; totum hæreditario iure poſſedit. Hoc antẽ in nobis non eſt, dũ ſponte
Luc. 23. peccamus, idq; pœnitentiæ illius ſignum eſt. Sciens Dominus exteriori habitu figurari animæ virtutẽ, ſumpto linteolo humilitatis nobis cõpendium oſtẽdit. Studiis aſſimilatur
H anima, & ad quæ gerit formatur, atq; ad ea figuratur. Principatus Angelorum cuidam ſuperbiæ materia fuit, cum tamẽ non ideo vt ſuperbiret illum accepiſſet. Alitee affectus eſt qui in ſterquilinio ſedet Atq; ideo fortaſſis magnus ille iuſtus extra ciuitatem ſedebat in ſtercore. Tunc enim perfectam conſecutus humilitatẽ, ex intimo cordis affectu dice-
Manaſſes. bat. Contẽpſi meipſum, & contabui. Exiſtimaui autẽ meipſum terram & cinerem. Inuenio Manaſſem illum inter homines cæteris amplius & perniti oſius peccaſſe, templumq; Dei ac religionem omnem prophano cultu idolorum inquinaſſe, pro quo ſi mundus totus ieiunaſſet, nullam ſceleribus eius dignam pœnitentiam inferre potuiſſet: valuit ta-
Pſal. 50. men humilitas inſanabilia eius vulnera curare, Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem (ait Dauid Deo) corporib⁹ pecudum immolatis non delectaberis. Sacrificium Deo & q ſequitur omnes intelligunt. Peccaui Domino: beata hęc

humi-

A 2. Reg. 12.

homilitas pro adulterio & homicidio aliquando clamauit, & protinus audire meruit: Abſtulit Dominus peccatum tuum à te. Viam quidem huius atque materiam, corporales labores eſſe ſancti & ſemper memorandi patres diffinierũt. Ego præterea obedientiam cordiſque rectitudinem eſſe dico, quæ naturaliter quoque tumori aduerſatur. Si ſuperbia ex angelis quoſdã dæmones fecit, humilitas prorſus ex dæmonibus angelos efficere poteſt. Quocirca qui ceciderunt, bono animo ſint, & reſurgere ſtudeant, Feſtinemus totiſq; virib. nitamur ad huius ſupremum verticem conſcendere, ſi minus vel illius humeris ſouehi. Quod ſi adhuc pigri ſumus vel vlnis eius excidamus. Quinam inde ceciderit mirabor, ſi quo ſempiterno munere potiri merebitur. Neruí huius ac vitæ ſunt non ſignorum manifeſtatio, ſed nuditas rerum omnium, inuiſibilis peregrinatio, ſapientiæ cauta occultatio, pronuntiatio varietate carens. eleemoſynæ quęſitio, nobilitatis abſconſio, confidentiæ relegatio, loquacitatis elongatio Nihil enim vt paupertatis ſtatus & mendicorum vita viuere, animam humiliare aliquãdo potuit. Tunc enim philoſophia noſtra amorq; ad Deum ſingularis oſtenditur, cum ſublimari poſſumus, & ſublimitatẽ cõſtantiſſime fugimus. Si quando contra vitium aliquãdo armaris, humilitatis maxime ſocietate & præſidio nitere, ſuper aſpidem enim & baſiliſcum aſcendet, conculcabit leonem & draconem i ſuper peccatum & deſperationem, diabolumq; & corporis draconẽ.

B Pſal. 90.

Humilitas eſt cæleſte inſtrumentum, quo ex abyſſo peccatorum in cælum animã leuare poteſt. Cum quidam huius aliquando pulchritudinẽ in corde ſuo fuiſſet intuit⁹, ſtupore cõprehenſus orabat vt eius, quiſnam genuerat, appellationem mereretur addiſcere. Ad quem illa clara ac nitenti facie ſerenum ſubridens: quoniam, ait, genitoris mei nomẽ addiſcere feſtinas, cum ſit ipſe ſine nomine, non tibi id dicam donec poſſideas Deum, Ipſi gloria in ſæcula. Amen.

De diſcretione. Gradus XXXI.

Diſcretio in his quidem qui rudes imbuuntur, eſt vera ſuorum intimorum profectuum recognitio, in mediis vero intellectualis ſenſus: bonum quod vere ac proprie bonum eſt, a naturali bono atque contrario ſine errore diſcernens. In his autem qui perfecti ſunt ſcientia, quæ per diuinã illuſtrationem in eis ineſt, talis vero iſta eſt, vt eſſet quæ in aliis obſcure inſunt ſuo lumine illuſtrare poſſit. Aut fortaſſe

C

vniuerſaliter hæc agnoſcitur, & eſt diſcretio diuinæ voluntatis vera certaque comprehenſio in omni tempore & loco quæ ſolis mundis corde & corpore & ore eſſe agnoſcitur. Is quidem qui tres hoſtes religioſa pietate deiecerit, ſimul etiam quinq; proſtrauit qui vero illos negligit, neutrum vincet. Diſcretio, eſt incontaminata conſcientia, & purgatiſſimus ſenſus. Nemo enim cum audierit vel viderit aliquẽ in cõuerſatione monaſtica ſupra naturã profeciſſe, ex ignorantia in infidelitatem incidat. Vbi enim Deus, qui naturæ ſupereminet, inhabitat: ibi iam res quoq; ſupra naturam fiũt. Tribus iſtis maxime generalibus modis, diaboli omne bellum in omnibus excitatur. Aut ſcilicet ex noſtra negligen-

Tentationum origo triplex.

tia, aut ex ſuperbia, aut ex dæmonum inuidia. Ex his primus quidem miſerabilis eſt, ſecundus vero miſerrimus, tertius autem beatus. Ad omnia poſt Deum, conſcientia noſtra, vt norma & regula vtamur, vt cum vnde flatus ventorum aduenerit nouerimus, aduerſus hunc iam pandere vela valeamus. In omnibus quæ ſecundum Deum operamur, tres nobis foueas dæmones parant. Ad primum quidem bonum, vt ne fiat impedire conantur Secundo vero, ſi in primo ſuperati fuerint, vt non ſecundum Deum fiat, moliuntur: quod ſi hac quoque intentione ſua fures iſti potiti non fuerint, tunc iam cum ſilentio conuerſati fuerimus, laudibus nos efferunt, & beatos dicunt Priori quidem illorum arti aduerſatur ſtudium mortiſque cura ſolicita: ſecundæ vero, ſubiectio & contemptus: tertiæ, ſeipſum ſemper accuſare, & aduerſum ſe conqueri. Hoc vero labor eſt ante nos, donec ingrediatur ignis Dei in ſanctuarium noſtrum. Tunc enim vitioſæ conſuetudinis iõ nobis neceſſitas vlla non eſt. Deus autem noſter ignis eſt conſumens motum omnem, & concupiſcentiæ ardorem, & obtenebrationem & præſumptionem & obcæcationem interiorem & exteriorem, viſibi-

D Laquei quibus dæmones ſuos illaqueare ſtudent.

Tria ſequuntur remedia contra hominis laqueos. Matth. 12.

lem & inuiſibilem. Contraria his dæmones facere conſueuerunt. Nam cum animam vicerint, mentiſque ubruderint ac peruerterint aciem, nihil iam erit id nobis miſeris vtile, non religioſi operis ſobrietas, non diſcretio, non agnitio, non reuerentia, ſed indolentia, inſenſibilitas, indiſcretio, viſuſque priuatio. Recognoſcunt manifeſtiſſime quæ diximus hi qui ex fornicatione reſipuerunt, quiq; ſe repreſſerunt à ſtulta confidentia, & qui ex imprudentia in pudoris ſenſum venerunt: quomodo poſt mentis reſipiſcentiam, poſt illius obcæcationis, imo vero mutilationis deſtructionem, verecundentur atque erubeſcant, vt ita dixerim, ſeipſus in his, quæ prius dum in ea obcæcatione degerẽt, vel gerebant, vel loquebantur, niſi prius in die animæ ſero factum fuerit, eamq; tenebræ impleuerint. Non furabuntur fures, nec mactabunt, nec perdent. Furtum, eſt ſubſtantiæ reiq; familiaris perditio. Furtum, eſt quod bonum non, id pro bono operari. Furtum eſt ignota animæ captiuitas. Mactatio animæ, eſt mors rationalis mentis, cum in indigna & nephatia opera inciderit. Perditio vero eſt, poſt conſummationem iniquitatis ſui cuiuſq; deſperatio. Nemo in præceptis euangelicis impoſſibilitatem querulus obiiciat Sunt enim animæ, quæ pluſquam præceptum fuerit illis per euangelium, fecerunt. Perſuadebit tibi id penitus is, qui plus quã ſeipſum proximum dilexit, ac pro eo animam expoſuit, & cum imperium Dei de hoc nõ accepiſſet. Confidant ac bono animo ſint humiles, quantumlibet perturbationibus & vitiis exagitentur. Nam & ſi incidant in omnes foueas, & ſi muſcipulis omnibus illaqueentur, omnique ægritudine ægrotent, cum tamen ſani facti fuerint, medici omnibus & luminaria & lucernæ & gubernatores fiunt, eoſque qui caſuri videbantur, per ea quæ experti ſunt ſeruant. Quod ſi quidam etiam præteritis vitiis adhuc vt ſubiguntur, & vel ſimplici verbo docere alios & inſtituere poſſunt, doceant, non tamen etiam principatum ſumant. Fiet enim fortaſſe, vt ſuos aliquando ſermones erubeſcentes, ipſi quoque operari incipiant, contingetque illis id quod in quibuſdam ſe in cœno volutantibus fieri perſpeximus. Qui quum luto & cœno prorſus ſordidati eſſent, quomodo ibi cecidiſsẽt prætereuntes docebant, hoc illis eorum ſalutis gratia narrãtes, ne & illi eadem via caderent. Quos tamen dum aliorum ſaluti conſulunt, & ipſos cœno ſaluauit omnipotens: ſin vero vitioſi aliqui ſponte ſeipſos voluptatib immergunt ſilentio doctrinam indicabunt, namq; cœpit Ieſus facere & docere. Irumane certe durumq; pelagus tranſimus, ô humiles monachi, plurimis & ſcopulis, vertigimb. & tumoribus & piratis & beluis & ſiphonibus, procelloſiſſimiſq; ventis & fluctibus plenum. Scopulum quidem in anima feram iracundiam repentinamq; intelligimus. Vertiginem vero eas res, quæ præter ſpem circundant mentem, eamq; ipſam in deſperationis profundum præcipitare ſtudent. Tumorem vero ignorantiam, quæ malum pro bono continet. Beluas aũt graue iſtud ac ſylueſtre ferumq; corpus. Piratas duriſſimos cenodoxiæ milites vel ſatellites, qui onus noſtrum virtutumque labores diripiunt. Fluctus vero inflatum tumentẽque ventrem, qui impetu proprio ad beluam tranſmittit. Syphones autem deiectam è cælo ſuperbiam, quæ nos & in cælum extollit, & vſq; in infernum præcipitat. Nouerunt omnes qui litteris eruditi ſunt, quænam ſit diſciplina rudiũ quæ mediocrium, & quæ magiſtrorum. Intẽdamus toto animo, videamuſq; ne forte in diſcendo diutius remorati adhuc in inſtitutis rudium inueniamur. Eſt enim confuſionis immodicæ, videre ſenem in ludum literarum proficiſci. Optimum in omnib. ac ſalubre alphabetum, videlicet obedientia, ieiunium, cilicium, cinis, lachrymæ, confeſſio, ſilentium, humilitas, vigiliç, fortitudo, frigus, labor, ærumna, contemptus, contritio, obliuio illatæ contumeliæ, fraternitatis amor, manſuetudo, fides ſimplex omnique curioſitate carens, curarum ſecularium abiectio, amabile parentum odium, totius rei mortalis repudiatio, ſimplicitas innocentiç coniuncta, ſpontanea vilitas. Porro finis proficientium actatio iſta, eſt inanis gloriæ & iracundiæ vacuatio, facilitas, meliorũ ſpes, quies, diſcretio, iudicii fixa & ſolida memoria; miſericordia, hoſpitalitas, modeſtia, correptio omni perturbatione libera, auarit ç repudiatio. Eorũ vero ſpirituũ & corporũ, quæ religioſe ac pie in Deo conſummantur, hic finis,

E

F

G

H

A hæc ratio, & lex eſt. Cor captiuatione ſuperius, conſummata & perfecta charitas, humilitatis fons, mentis peregrinatio, Chriſti inhabitatio, lucis & orationis inuiolabilis theſaurus, diuinæ illuſtrationis copia, mortis deſiderium, odiũ vitæ, fuga corporis, mundi interceſſor, Deo vim inferens, angelorum in miniſtrãdo ſocius, ſcientiæ abyſſus, myſteriorum domus, arcanorũ cuſtos, hominum ſaluator, dæmonũ Deus, vitiorum Dominus, dominator corporis, naturę procurator, peccato extraneus, beatæ tranquillitatis domiciliũ, imitator Domini per auxiliũ Domini. Non parua nobis vigilantia & ſobrietate opus eſt cum corpus morbis fatigatur. Cum enim nos humi dæmones iacere viderint, nec poſſe interim per imbecillitatem exercitatione contra eos uti, tũc acerrime nos oppugnare nituntur. Eos quidẽ qui in ſeculo ſunt, dũ infirmantur, nonnunquã etiam blaſphemiæ ſpirit⁹ conſequitur, eis vero qui à ſeculo remoti viuunt, ſiquidem rebus neceſſariis abundent, gaſtrimargiæ & fornicationis ſpiritus infeſtus eſt. Sin aũt in locis humana cõſolatione carentib. Deiq; bellatorib. congruis degant, acediæ atq; perpetui mœroris tyrannus eis allidet. Animaduerti fornicationis lupum, dolores languido B adiicientẽ, atq; inter ipſos dolores motus in eo turpes excitantẽ, eumq; obſcœni illius humoris egeſtione fœdantem. Erat aũt res maxime ſtupenda videre, inter duriſſimos aculeos doloris, carnem vigentem atque inſanientem. Propius autem accedens iacentes vidi, atque in ipſo ſuo lectulo ex diuina operatione & compunctione capientes conſolationem repellentes. Erant autem eo animo & ſic affecti, vt infirmitate ipſa liberari nunquam vellent: quippe qui per eam veluti per pœnam quandam ſalutarem animæ vitiis ſe exutos & liberatos cernerẽt. Itaque glorificaui Deum, qui lutum luto lauerat & emundauerat. Intellectualis mens intellectuali etiam ſenſu omnino amicta eſt. Hunc autem ſenſum, qui & in nobis eſt, & in nobis non eſt, requirere non deſinamus. Illo enim inuento & manifeſtato exteriores ſenſus omnino vim amittent ſuam, illiq; vnico obtemperabunt. Atque hoc eſt ꝙ nouerat quidam ſapiens, cum diceret: Et diuinum inuenies ſenſum. Vita monaſtica in intimo ſenſu cordis exerceatur, in operibus, in verbis, in cogitationibus, in morib. in omnibus deniq;. Sin vero aliter fiat, non monaſtica ſane erit, C ne dixerim Angelica. Aliud eſt prouidentia Dei, aliud adiutorium, aliud item illius cuſtodia, aliud miſericordia, aliud conſolatio. Primum enim illud in vniuerſa creatura declaratur, ſequens vero in ſolis fidelib. tertium deinceps in his qui veriſſime fideles ſunt, quartum in his qui ſibi ſeruiunt, extremum vero in his qui ſe diligunt, oſtenditur. Fit plerunque vt quod alteri medicina eſt, alteri venenum ſit. Nonnunquam vero eadem res, ſi eidem ſuo tempore offeratur, medicina eſt: ſin autem intempeſtiue, venenum efficitur. Vidi medicum ignauum & obtuſum, infirmum, confractum & colliſum affeciſſe contumeliis, nihilque ei præter deſperationem parauiſſe. Vidi item medicũ ingenioſum & peritiſſimum, inflatum cor per ignominiæ ferrum curauiſſe omneque id fœtoris putredine euacuaſſe. Vidi eundem infirmum aliquando pro purgandis ſordibus obedientiæ bibiſſe poculum, & moueri, ambulare neque dormire, aliquando vero animæ ægrotare, oculis, & quietem agere, atque in ſilentio perſeuerare. Qui habet aures audiendi audiat. Quidam neſcio qua ratione (neque enim exiſtimationes dona Dei comprehendere didici) naturaliter, vt ita D dixerim, ad continentiam & ſolitudinis quietem & caſtitatem & confidentiæ noxiæ abiectionem, & manſuetudinẽ, & compunctionem proni ſunt, quidam vero ipſam fere naturam ſuam his rebus aduerſiſſimam habentes, pro viribus tamen ſibiipſis vim facere perſiſtunt, qui & ſi interdum ſuccumbunt, eos tamen ego naturæ violatores libentius, quã priores illos ſuſcipio atque complector. Noli magnum ſapere ô homo, neque eis diuitiis extolli, quas ſine labore acquiſiſti. Præſcius enim dominus largitor munerum ſummi detrimenti & imbecillitatis atque perditionis tuæ, vel aliquantiſper te ſuis gratiis abſque vllo tuo merito muneribus ſeruare decreuit. Sequuntur nos rudimenta infantiæ naturæ, & educationes & ſtudia, ſiue obluctãtur quoq; cum virtutis conuerſationiſque monaſticæ incrementa capere cœpimus. Monachorum quidam lux angeli ſunt, conctorum autem mortalium lux monaſtica eſt diſciplina. E Certent ergo ſummopere per omnia fieri omnibus optima forma, neque vllam cuiquam dent offenſionem. Nam ex his quæ gerunt viuendi normam omnibus proponunt. Denique ſi lux vertatur in tenebras, tenebræ ipſæ, i. homines ſeculo addicti, quanto in putas præterea obtenebrabuntur? *Matth. 6.* Itaque ſi mihi obtemperare vultis, conuenit omnino vt nosipſos non variemus, neque in partes diuidamus infelicem animam noſtrã, ne aduerſus millia millium & decies totidem inimicos nobis pugnandum ſit. Neque enim poterimus omnes eorum aſtutias addiſcere vel omnino inuenire. Trinitate beatiſſima aduerſum tres potiſſimum armemur, ſin alias labores nobiſipſis plurimos præbebim⁹. Profecto ſi nobiſcum etiam fuerit qui cõuertit mare in aridam, noſter quoque Iſrael, videlicet mens, Deum videns, ipſe ſine fluctuum rabie tranſibit, videbitque Ægyptios in lachrymarum aquis ſuffocatos, ſin vero ille non habitet in nobis fluctuum illius ſonos, videlicet carnis huius ſtrepitum, quis ſuſtinebit? F Si exurrexerit in nobis Deus per actionem diſſipabuntur inimici eius. Et ſi per contemplationem illi appropinquauerimus, fugient qui & illum oderunt, & nos a facie illius. Sed & noſtro ſudore & labore nõ ſolo verbo diuina mandata addiſcere curemus. Non enim verba, ſed opera exitus noſtri tempore oſtẽdenda erunt. Qui theſaurum aliquo in loco latere audiunt, eum ſolicite inquirunt, atque ob ingentem acquiſitionis laborem, inuentum cautiſſime cuſtodiunt. Nam qui ſine labore diuitias adepti ſunt, eas item facile effundunt. Eſt quidem perdifficile eas perturbationes quibus diutius aſſueti ſumus, vincere; qui vero eis quotidie adiicere non deſinunt, aut de ſeipſis deſperauerunt, aut nihil ex renunciatione lucrati ſunt: non ignoro tamen Deum poſſe omnia, nihilque ei eſſe impoſſibile. Rem quidem me interrogauerunt ad iudicandum difficilem, & quæ oẽs ætatis noſtræ homines tranſcendat, in nulloque ex his libris, qui in manus noſtras venerunt, contineatur. Aiebant enim, quænam propriæ ſint principalium octo vitiorum germina, aut ꝙ ex tribus maxime principalibus, cuiuſuis quinq; reliquorum initium & propago eſſet. Ego in re tam ambigua ignorantiam meam ingenue confeſſus, hoc à beatiſſimis illis viris audiui. G Mater quidem fornicationis, eſt gulæ concupiſcentia, acediæ vero inanis gloria. Porro trium reliquorum, triſtitia origo eſt, ſicut & iracũdia, ſuperbiæ vero inanis gloria. Ego rurſus à ſempiterne memorandis illis addiſcere orabam, quænam ex his octo naſcerentur, & quid ex qua progenie originem traheret. Illi vero me blande ac placidiſſime abſque vllo elationis vitio edocentes, aiebant nullum ordinem aut prudentiæ rationem ineſſe in rebus ſtultis, ſed omnem potius peruerſionem, atque inconſtantiam; atque id mihi veris exemplis & rationibus perſuadebant beati illi plurima documenta adducentes in medium, ex quibus aliqua huic operi inſerimus, vt ex eis iam alia quoque planiſſime intelligere poſſimus: exempli cauſa, intempeſtiuus riſus aliquando quidem ex fornicatione, aliquando vero ex inani gloria naſcitur, cum ſcilicet apud ſeipſum intrinſecus turpiter quiſque gloriatur, nonnunquam vero ex deliciis gignitur. Multus ſomnus aliquando ex deliciis, aliquãdo ex ſomno vel ieiunio naſcitur, cum ſcilicet illi cum ieiunant extolluntur; aliquando vero ex acedia, aliquando ex H natura, etiã multiloquium aliquando ab inani gloria, aliquãdo à gaſtrimargia initiũ ſumpſit. Acedia vero aliquando ex deliciis, & ex contemptu Dei timoris oritur. Blaſphemia proprie quidem eſt ſuperbiæ germen nõnunquam vero etiam ex iudicando in eadẽ re proximũ, ſiue etiam ex improba dæmonum inuidia naſcitur. Duritia cordis interdũ à ſatietate, ſæpe vero etiam ab inſenſibilitate atque affectione vitioſa originẽ ducit. Hæc vero rurſus affectio & à fornicatione, & ab inani gloria, & ab auaritia atque à gaſtrimargia aliis quoq; plurimis oritur. Malitia rurſus à tumore ac iracũdia naſcitur. Hypocriſis inde potiſſimum incipit, ſi quis ſibi nimium placeat, ſeque ipſe moderetur, neque alterius viuat arbitrio. Porro his contraria à contrariis gignuntur. Et ne plura dicam, deficiet me quippe tempus, ſi per ſingula indagare voluero: proprię horum interemptrix vitiorũ prædictorũ humilitas eſt, quã qui poſſident, omnia vicerũt.

A Genitrix malorum omnium eſt voluptas malitiæ coniuncta. His qui detinetur, nõ videbit Deum. Nihil nobis illius abſtinentia prioris proderit, niſi à ſequenti etiam abſtineamus. Timoris domini exemplum à principum ſeruarumque metu capiamus. Cæterum affectus ad Deum, forma tibi ſit corporum amor. Nihil enim nos prohibet à contrariis reb. virtutum petere exempla. Acerrime declinat in malitiam præſens hæc generatio, totaque elatione & ſimulatione repleta eſt, quæ labores quidem corporis fortaſſe ad antiquorum patrum exemplar hactenus ſeruat, ipſorum vero gratiis omnino indigna iudicatur: cum certe (vt reor) nunquam alias ita indiguerit natura noſtra his gratiis vt nunc. Et merito ſane id patimur. Non enim laboribus Deus delectatur, ſed ſimplicitate & humilitate, atq; his ſe potiſſimum reuelat. Et ſi virtus Chriſti in infirmitate perficitur, non repellit domin⁹ humilem operarium. Quotiens aliquem ex athletis Chriſti corporaliter vexari viderimus, non inclementer vitio illius infirmitatis eius cauſam deputemus, ſed ſimplici magis & pura charitate, vt proprium membrum, vt militem ex bello vulneratum ſuſcipientes, obſequiis omnibus illum foueamus. B Quædam nobis infirmitates pro purgatione peccatorum, quædam pro humiliatione animi contingunt. Pius enim & clementiſſimus dominator noſter & dominus ſæpe cum quoſdam pigriores ad exercitationem viderit iam per infirmitatem veluti per leuiorem ac faciliorem exercitationem carnem eorum humiliat, interdum vero animam quoque ipſam à cogitationibus malis ac vitiis emundat. Cuncta quæ nobis ſiue viſibiliter ſiue etiam inuiſibiliter contingunt, aut bene aut vitioſe, aut medie ſuſcipimus. Vidi tres fratres damno ſimili affectos, atque vnus ex his indigne tulit, alius ſine mœrore pertulit, tertius vero inde ingens gaudium cepit. Vidi item agricolas, vnum ſemen in terra varia intentione iecisse. Alius quippe, vt opes ſibiipſi congregaret, id fecit: alius, vt creditoribus ſuis ſatis faceret: alius, vt donis honoraret dominum: alius, vt per decoram frugem & culturæ peritiam laudem ſibi à pertranſeuntibus viam aucuparetur: alius rurſus, vt inimicum C ſuum æmulum amplius excruciaret: alius vero, ne ocioſus ab hominibus exprobraretur. Hæ igitur agricolarum & ſeminis appellationes, ieiunia ſunt, vigiliæ, eleemoſynæ, miniſteria, atque his ſimilia. Porro intentiones illi prompte ac ſolerter in domino fratres examinabunt. Si enim aquam ex fontibus haurimus, nonnunquam etiam eam (quæ dicitur) ranam vna hauſimus: ita & cum virtutes exercemus, fit ſæpe vt vitia clam illis implicita & connexa ſimul arripiamus. Exempli cauſa hoſpitalitati gaſtrimargia, dilectioni fornicatio, diſcretioni aſtutia, prudentiæ nequitia, manſuetudini ſimulatio & tarditas & deſidia & contradictio, & ſui cuiuſque moderatio atque inobedientia ſilentio doctrinæ atque eruditioni tumor, gaudio elatio, ſpei pigritia, dilectioni rurſum condemnatio, quieti ſolitudinis acedia & torpor, caſtitati amaritudo, humilitati confidentia, atque his omnibus veluti commune collyrium, immo vero venenum inanis gloria connexa eſt. Non contriſtemur, quoties petentes aliquid à domino non cito exaudimur. Vellet enim Dominus, ſi id expediret omnes homines, vno temporis momento fieri impaſſibiles. Omnes qui petunt ali-D quid à domino, nec petitionis ſuę conſequuntur effectum, omnino propter aliquam iſtarum cauſarum id patiuntur, ſiue quia intempeſtiue poſtulant, vel quia indigne & cum inani gloria, vel quia ſi acciperent, in ſuperbiam ſe eleuarent, fierentque negligentiores, cum id quod petierant, adepti eſſent. Quia dæmones ac vitia vel perturbationes ad tempus aliquod, vel etiã iugiter ab anima diſcedant, nullus fere ambigit, vt puto: quot autem modis eorum huiuſmodi diſceſſio à nobis fiat, pauciſſimi ſciunt. Receſſerunt à quibuſdam vitia non ſolum fidelibus, verum etiam infidelibus, vno excepto: illud enim ſolum veluti primarium vitiorum omnium reliquerunt, vt impleret cæterorum locum. eum tale ſit, atque adeo noxium, vt è cælo præcipitare poſſit. Conſumitur prius materia diuino igni inflammata & cum ea à radicibus conſumpta animaque purgata fuerit, ſimul iam & vitia recedunt, niſi forte rurſus ea per materiale vitæ inſtitutum & negligentiam nobis attrahamus. Sponte dæmones excedunt, vt dum ſecuri dormitamus, infelicem animam repente inuadant atque diripiant. Non ignoro has belluas aliter quoque ſe ſolere ſubducere, E cum ſcilicet anima omnino vitiis aſſuefacta, eiſque conformis fuerit effecta, tunc enim iam ſibi ipſa inſidiatur, ipſaque hoſtis ſibi eſt. Documentum nobis aperiſſimum eius rei infantes ſunt, qui cum diutius matrum vberib. aſſuefacti fuerint, etiam cum nõ adſunt vbera, digitos ſuos ſugunt. Noui etiam quandam in anima tranquillitatem ex ſumma puritate & laudabili ſimplicitate conſtantem. Iuſtum enim adiutorium à Domino, q ſaluos facit rectos corde, eoſque dum non ſentiunt à malis liberat. Siquidem & infantes cum exuti fuerint ac veſtimentis nudati, nõ valde id agnoſcunt. Malitia quidem, aut vitium in natura naturaliter non ſunt, neq; enim creator eſt vitiorum Deus, ſed virtutes certe naturales plurimæ in nobis ab eo factæ ſunt. Ex quibus iſtæ abſque vlla contradictione ſunt, Eleemoſyna, & gentiles enim miſerentur. Charitas nam & mutæ animantes cum alterius orbantur illachrimari videntur: F Fides, omnes enim hanc in nobiſipſis gignimus: Spes, nam & cum baptizamur, & cum fœneramur & nauigamus & ſerimus meliora ſperamus. Igitur ſi, vt demonſtratum eſt, charitas in nobis naturalis virtus eſt, hæc vero vinculum atque impletio legis eſt, profecto non longe à natura virtutes ſunt. Erubeſcant ergo qui in iſtarum exercitatione virtutum imbecillitatem atq; impotentiam prætendunt. Supra naturam ſunt fateor, caſtitas, iracundiæ euacuatio, humilitas, oratio, vigiliæ, ieiunium, perpetuaq; compunctio. Ex his aliarum quidem homines, aliarum vero angeli, aliarum vero archangeli, aliarum Deus ipſe verbum, magiſter & dator eſt. In comparatione malorum, oportet nos quod leuius fuerit eligere, puta cum plerumque ad orationem aſſiſtimus, adueniunt fratres ad nos, neceſſeq; eſt è duobus alterũ contingere, aut ſcilicet oratio-G nem derelinquere aut fratrẽ à nobis abſq; reſpõſione triſtẽ dimittere. Sed maior eſt charitas oratione. Hęc enim particularis eſt, illam vero virtutes omnes continere pro confeſſo habetur. Cum veniſſem aliquando in caſtellum quoddã, ſiue ciuitatem, ſederemque ad menſam iuuenis adhuc duobus ſimul vitiis me oppugnari ſenſi, gulæ concupiſcentia atque inani gloria: metuens tamen inſaniſſimæ gulæ progeniem, inani gloriæ magis me ſuperandũ dedi. Cognoui ego gaſtrimargiæ ſpiritũ ſæpe in iuuenib. inanis gloriæ dæmonem viciſſe. Et merito apud eos quidem, qui in mundo ſunt radix omnium eſt auaritia, apud monachos vero gulæ concupiſcentia. 1.Tim.6. Sunt apud ſpirituales viros quædam plerumq; viliſſima vitia mira Dei diſpenſatione in eis relicta, vt per vilia illa quæ ſine peccato ſunt, ſeipſos ſemper valde accuſantes, humilitatis opes inuiolabiles acquirant. Fieri non poteſt, vt qui ſine ſubiectione viuit, humilitatẽ ſtatim in principio acquirat. Siquidem & is, qui artem aliquam inſtinctu proprio nullo docente didicit, vmbras atque imagines ſequitur. In duabus maxime generalibus virtutibus actiuam vitam patres diffiniunt. & merito, videlicet in humili abſtinentia & ſimplici obedientia, alia vero per hanc humilitatẽ ſeruant illæſam. Quocirca luctus quoque duplex eſt, quippe & qui peccatum iugulat, & humilitatem efficit. Piorum H quidem eſt omni petenti dare, magis vero piorum etiam nõ petenti tribuere: ab eo autem qui tollit à ſe aliquid non exigere cum maxime id poſſint, illorum tantummodo proprium eſt, quos nulla tangit perturbationibus & vitiis omnibuſque virtutibus noſipſos ſolicite inquirere non deſinamus, vbinam ſumus, in initiis, an in medio vel in fine. Cuncta aduerſum nos tentationum bella vel dæmonum, ex his tribus maxime cauſis conſtant, aut ſcilicet ex voluptatis ſtudio, aut ex ſuperbia, aut ex illorum inuidia. Extremi quidem ex his beati, medii prorſus infeliciſſimi, primi vero vſque in finem permanent inutiles. Eſt quidem ſenſus, immo vero habitus, qui ferre potens laborum potentiſſimus dicitur, à quo is q captus fuerit non iam formidabit, nec laborem vnquam auerſabitur. Hoc venerando habitu martyrum animæ detinebantur, cum ſupplicia fortiter perferrent ac facile contemnerent. Aliud eſt cogitationum cuſtodia, aliud obſeruatio animi. Quantum diſtat ortus ab occidente, tantum ſecunda priore ſublimior eſt & laborioſior. Aliud eſt contra cogitationes orare, aliud his contradicere & reluctari, aliud eas contemnere ac penitus ſpernere. Atque priori

A *Pſal. 69. Pſal. 118. Pſal. 79. Pſal. 38. Pſal. 28.*

illi quidem atteſtatur qui dixit: Deus in adiutorium meum intende, & his ſimilia. Sequenti vero qui ait: Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum contradictionis. Et rurſus: Poſuit nos in contradictionem vicinis noſtris. Tertii vero eſt teſtis ille qui cecinit: Obmutui & & humiliatus ſum, & non aperui os meum, & poſui illi cuſtodiam cum conſiſteret peccator aduerſum me. Et iterum: Superbi agebant inique vſquequaque, à contemplatione autem tua non declinaui. Medius quidem horum modus priore ſemper vtitur, quia non ſatis per ſe præparatus & inſtructus ſit. Prior autem nondum ita inſtitutus vt ſecundus inimicos repellere poteſt. Terti' autẽ penitus dæmones fugauit, abiecit & reſpuit. Impoſſibile eſt per naturã, vt res incorporea terminetur à corpore, ſed omnia tamen ei poſſibilia ſunt, qui Deum poſſederit. Sicut hi qui olfactus ſenſu integerrime vigent, eum qui clã habeat aromata ignorare nõ poſſunt, ita & anima puriſſima fragrantiã odoris, quam ipſa ex Deo acquiſiuit, fœtoremq; à quo ipſa liberata ſit, ſi ſit, in aliis agnoſcere cæteris ſine odoris ſenſu permanẽtibus ſolet. Non quidem omnes beata

B

tranquillitate pacificos fieri poſſibile eſt, cunctos tamen ſaluari & reconciliari Deo nõ eſt impoſſibile. Non tui alienigenæ illi dominentur, qui Dei diſpenſationes arcanas atq; ineffabiles ſiue viſiones quæ fiunt in hominibus curioſe inquirere volunt, Deumq; perſonarum acceptorẽ eſſe clam ſuggerunt. Eiuſmodi quippe elationis filii & agnoſcuntur & ſunt. Sæpe cupiditatis atque auaritiæ ſpiritus humilitatẽ ſimulat, ita & inanis gloriæ ſpiritus: ſic & voluptatis ad erogandas eleemoſynas hortatur. Si igitur vtriſque nos mundos ſeruemus in omni loco miſereri non deſinamus. Aiunt quidam dæmones obluctari dæmonibus, ego omnes eos noui noſtram inquirere perditionem, ſpiritualem omnem operationem viſibilem ſiue intellectualem præcedit propoſitum noſtrum optimumq; deſiderium, quæ ex cooperatione Dei in nobis fiunt. Niſi enim priora præceſſerint, ſecundum ſubſequi non ſolet. Si tempus omni rei ſub cœlo eſt (vt ait Eccleſiaſtes) inter homines vero noſtræ quoque conuerſationis ſacratæ res cõſtant, inſpiciamus diligẽtius,

C

ſi placet, & quid pro tempore fieri conueniat quæramus. Eſt enim omnino in his qui certãt tẽpus ſubiectionis, tranquillitatis, & tẽpus perturbationis ob certantium infantiã. Tempus lachrymarum, & tempus duritiæ cordis. Tempus ſubiectionis, & tempus imperandi. Tempus ieiunii, & tempus communicationis. Tempus belli inimici corporis, & tempus mortis concupiſcentiæ ſeruentis. Tempus hyemis, & tempeſtas animæ, & tempus ſerenitatis mentis. Tempus triſtitiæ cordis, & tẽpus gaudii ſpiritalis. Tempus docẽdi, & tẽpus audiendi. Tempus inquinationum fortaſſis ob elationẽ, tempus munditiæ propter humilitatẽ. Tempus luctationis, & tempus tutiſſimæ quietis vel remiſſionis. Tẽpus ſolitariæ quietis, & tempus neceſſariæ, nec diſſolutæ diſcretionis. Tempus infatigabilis orationis, tempuſque integerrimi & indiſſimulati miniſterii. Non ergo ante tẽpus quæ ſunt temporis propria quæram', mentis ſuperbia decepti. Non in hyeme calorẽ, neque in ſerente manipulos quæramus. Eſt enim tempus ſerẽdi labores, & tẽpus merendi ineffabiles gratias. Alioquin in tẽpore quæ ſunt propria

Omnia tempus habere.

D

temporis, non referemus. Quidam ante labores, quidam in ipſis laborib', pleriq; poſt labores, alii in ipſa morte ſacra laborũ ſuorũ præmia per ineffabilem Dei prouidentiã reportauerunt. Quærendũ quis horũ altero fuerit humilior. Eſt quædam deſperatio, quæ ex peccatorum multitudine, & conſcientiæ onere, atque intolerabili mœrore venit, dum anima multitudine vulnerum pluſquam ſubmergitur, atq; illorum pondere in deſperationis profundum præcipitatur. Eſt & alia, quæ ex ſuperbia nobis atq; elatione contingit, dũ ſcilicet noſipſos veluti indignos ea quę forte nobis accidit calamitate exiſtimamus. Hanc vero in vtriſque q diligẽter obſeruet, proprietatẽ inueniet, quod alter ſeipſum iam vitiis indifferẽter exponit, alter vero exercitatione deſperationi propior ſit quod abſurdũ atq; omnino incõueniens videtur. Sed horum alterum continentia bonæ ſpei coniuncta, alterum vero humilitas, ac nullum iudicare ſanare conſueuit. Minime vero admirari, ac vel vt in re noua perturbari debemus, cum aliquos videmus mala operari,

Deſperatio vnde ſæpe oriatur.

E

& bona ex ſe verba proferre. Nam & in paradiſo fortaſſe ſerpentem illum elatio cum extuliſſet, perdidit. Hæc tibi forma, hæc regula ſit in omni conatu tuo, omnique viuendi genere, ſiue id ſubiectum ſiue non ſubiectũ ſit, ſiue viſibile, ſiue intellectuale, an ſecundum Deum proprie ſit, verbi gratia, quoties rudes adhuc aliquid omni ſtudio agere nituntur, niſi ex eius actione plus humilitatis in anima accipiamus, quam prius habuerimus: non mihi videtur nos ſecundum Deum moliri, ſiue paruum, ſiue magnum ſit. Atque in nobis quidem infantibus ac rudibus hoc diuinæ voluntatis firmum ſignum eſt, in mediis vero fortaſſe ſit bellorum ſedatio ac diſceſſus. Porro in his, qui perfecti ſunt, diuini luminis abiectio & copia ſecundum Deum id eſſe quod inſtitult ſignificabit. Ea quidem quæ parua apud magnos ſunt, non ſunt vtique parua; magna vero apud paruos, non vſquequaque perfecta. Aer purgatis nubibus clariſſimum ſolis iubar oſtendit. Anima vero anticipationibus libera & remiſſione dignata, diuinam lucem protinus aſpexit. Aliud eſt peccarũ, aliud ocioſitas, aliud deſidia, aliud vitium, aliud ruina. Qui poteſt quęrere, in Domino id apertius quærat. Quidam mirabilia

F

operari eſſeque in ſpiritualibus gratiis conſpicuum præ omnibus beatum docunt, ignorantes plurima eſſe excellẽtiora, quæ idcirco tutiora ſunt ac ſine ruinæ metu, quod ſunt occulta. Is quidem qui perfecte purgatus eſt, ipſam, & ſi non ipſam animam proximi videt quomodo affecta ſit: qui autem adhuc imperfectus eſt, ipſam per corporis habitum conticit. Sæpe ignis exiguus totam ſyluam emundauit, ſic & minima cauerna totum nonnunquam laborem corrupit ac perdidit. Sæpe fit, vt requies per inimicitias vim animæ exuſcitet, nec tamen concupiſcentiæ ardorem excitet. Fit item nonnunquam, vt ingens carnis afflictio ipſos etiam fortaſſe motos moueat, vt non in nobiſipſis confidamus, ſed in Deo, qui carnem hanc incognite mortificat viuentem. Cum aliquos ſecundum Deum non diligere viderimus, id cautiſſime ſeruemus, vt confidentiam omnino fugiamus. Nihil enim ita charitatem ſoluere, odiumque conſueuit efficere, ſicut confidentia. Intellectualis ac valde decorus ac lucidus eſt animæ obtutus, omnẽque ſpeciẽ ſiue idæam poſt incorporeas ſubſtantias excellit.

G

Ex quo fit, vt vitioſi quoq; ſæpe aliarum animarũ cogitationes pro ingenti ad illas dilectione poſſint cognoſcere, idq; tum magis cum à carnis luto demerſi per ſordes nõ fuerint. Si nihil ita Dei purgatiſſimæ naturæ contrarium eſt, vt materia omnis, qui legit intelligat. Obſeruationes in ſecularibus quidem obſiſtunt diuinæ prouidentiæ, in nobis autem intellectuali ſcientiæ. Hi quidem qui ſunt imbecilles & infirmi ex corporis calamitatibus & periculis exterioribuſq; tentationibus à Deo ſe viſitari cognoſcant; qui vero perfecti ſunt, ex præſentia ſancti ſpiritus & adiectione gratiarum. Quoties quietis cauſa lectulo decubuerimus, adueniens immundus ſpiritus iniquus ac ſordidas cogitationes veluti ſpicula quædam iaculatur in nos, vt cum per deſidiam ad orationem non exurgimus, neque contra illum ocius armamur, in ſordidis obdormiamus cogitationibus, ſordidaque videamus ſomnia. Eſt è ſpiritibus vnus qui præcurſor dicitur, qui nos è ſomno ſurgentes protinus excipit primumque noſtrum cogitatum inquinare nititur. Da Domino primitias diei tuæ. Erit enim tota eius qui prior oc-

H

cupauerit. Memorabile verbum, atque auditu digniſſimum operarius quidam optimus locutus eſt. Ab ipſo, inquit, matutino tempore curſum totum meum diei ſcio. Multa ſunt pietatis ac perditionis itinera, quocirca ſæpe dum quis alteri aduerſatur, alii libentius & charius iungitur, amborumque intentio grata & accepta eſt apud Deum. Certant quidem aduerſum nos totis viribus dæmones, & in eis quæ nobis contingunt tentationibus indignum aliquid vel dicere vel facere ſuggerunt. Quod cum non potuerint efficere iam quietis nobis aſtantes, vt ſuperbam Deo gratiarum actionem referamus hortantur. Hi quidem qui ſuperna ſapiunt, ſi ſeparentur, ſurſum iterum per partes redeunt; qui vero infima infra rurſus eunt: eorum enim qui ſeparantur nullum prætere eſt medium. Vna ex creaturis in alio, non in ſeipſo vt eſſet accepit, mirũque ſane eſt quomodo extra eum in quo eſſe cœpit conſtare ſolet. Pias

Quid cuique agendum vbi ſurrexerit.

quidem

A quidem filias matres pariunt, matres autem Dominus cõdidit. Prædicta quoque regula in contrariis non inſipienter poſſumus. Formidoloſum ad prælium egredi Moyſes (immo per Moyſem Dominus) vetat, ne forte ſit error animæ nouiſſimus maior priore lapſu corporis atque pernicioſior, ac merito.

De eadem.

QVemadmodum ceruus ſolis aduſtus ardoribus latices deſiderat, ita apud monachos deſideratur diuinæ bonæ voluntatis comprehenſio, prætereaque & eorum mixtæ & contrariæ cognitio. De quibus multus reuera nobis eſt ſermo, atque ad interpretandum difficilis, vt ſcite poſſimus, quænam illa ſint noſtra opera, quæ ſine dilatione fieri, atque omni mora citius debeant, ſecundum eum qui dixit: Væ qui differt de die in diem. & de tempore in tempus: quænam rurſus moroſius abſque conſolatione: ſicut ille admonet qui ait: Cum gubernatione fit bellum: Et rurſus: Omnia honeſte & ordinate fiant. Non eſt facile vna minimarum rerum huiuſmodi ad iudicandum difficilis citius, iudicio non aberrante diſcernere. Nempe enim & diuinus Dauid, qui & ſpiritum ſanctum habebat in ſe loquentem, hoc ſæpius orare videtur, nunc quidem: Doce me facere voluntatem tuam dicens, quia tu es Deus meus: nũc vero; Deduc me in veritate tua. Et rurſum: Notam fac mihi viam Domine in qua ambulem, quoniam ad te ab omni cura & perturbatione ſeculari leuaui animam meam, & exaltaui. Quicunque reuera voluntatem Chriſti addiſcere volunt, ſuam prius voluntatem ſtudioſe mortificare debent; deinde vero fide atque innocua ſimplicitate orantes, patrumq; ſiue fratrum animas ſumma cordis humilitate ac ſine cogitationum hæſitatione interrogantes, quæ illi conſulunt, tanquam ex Dei ore ſuſcipiant, & ſi contraria ſuæ intentioni ſint quæ ab illis fuerint dicta, etiamſi hi qui interrogantur non valde ſpirituales ſint. Neque enim eſt iniuſtus Deus, vt animas decipiat, quæ ſe per fidem & innocentiam proximi cõſilio atque iudicio humiliter ſubmiſerint. Et ſi enim irrationabiles ac muti illi fuerint, à quibus petimus, is tamen qui loquitur immaterialis eſt atque inuiſibilis. Ingenti humilitate pleni ſunt, qui prędictam regulam nihil hæſitantes ſequuntur. Nam ſi quidã in Pſalterio ſuum impleuit problema, quantum putatis rationalem mentem atque intellectualem animam muto ſono eſſe excellentiorem? Plurimi vero cum necdum perfectum hoc & leue bonum, ideo quod ſibi nimium placerent, percepiſſent, ſed ex ſeipſis atque in ſeipſis quicquid Deo gratum & acceptum ſit niterentur comprehendere, vana valde & plurima de hoc nobis iudicia dictarunt. Quidam vero talia quærentes, cogitationem ſuam ab omni affectione remouerunt, & in vtriſque conſiliis ac voluntatibus animæ ſe collocauerunt, videlicet in annuente & contradicente, mentemq; ſuam omni voluntate propria mundatam, per ardentiſſimam orationem Domino ſiſtentes, ad certum diem agnitione voluntatis illius potiti ſunt, ſiue intellectuali mente cum mente noſtra intellectualiter loquente, ſiue intentione vna, perfecte ex anima deleta. Alij ex ea quæ conatum ſequitur vexatione & diſtributione hanc eſſe voluntatem Dei didicerunt, ſecundum eum qui ait: Voluimus venire ad vos & ſecundo, & impediuit nos ſathanas. Contra, alij rurſus ex inſperato Dei adiutorio hoc gratum Deo atque acceptum eſſe ſenſerunt, illud dicentes: Omni proponenti bonum Deus cooperatur. Is qui Deum in ſemetipſo per illuſtrationem poſſidet, in emergentibus & moroſioribus rebus ſecundo modo ſecundum tempus certior fieri à Deo non ſolet. Hæſitare vero in iudiciis ac diu in incertum nutare, animæ lumine carentis atque inani gloriæ deditæ certum argumentum eſt. Abeſt à Deo iniuſtitia, eoſque qui cum humilitate pulſant excludi non patitur. Intentio ſemper in omnibus apud Deum diſcutienda eſt, & in his quæ vrgent & in his quæ differri debent. Omnia enim quæ affectione vituperabili & inquinatione omni, munda, propter Dominũ proprie nec propter aliud aliquid fiunt, & ſi non ſint omnino optima, nobis tamen & optima imputabuntur. Nam earũ rerum quæ ſupra nos ſunt inquiſitio, nequaquam finem ſecurum atque tutum poſſidet. Arcanum eſt valde Dei circa nos iudicium, mira namq; diſpenſatione ſæpe voluntatem ſuam à nobis abſcondi Deus vult, ſciens quod ſi hanc didiciſſemus, non illi obtemperaremus, pluraque vulnera ſuſciperemus. Rectum cor varietate rerum liberum euaſit atque in innocentiæ nauicula tute nauigat. Sunt animæ quædã diuino amore & cordis humilitate fortes, quæ eas quoque actiones quæ ſupra ſe ſunt, alacriter aggrediuntur: ſunt item ſuperba corda, quæ hoc ipſum faciunt. Intentio eſt inimicis noſtris quæ ſupra vires noſtras ſunt, nobis ſæpe ſuggerere, vt dum illa perficere non poſſumus, mœrore ac anxietate animi fatigati ab his quæ poſſumus cadamus, riſumque maximum inimicis noſtris faciamus. Vidi imbecilles animas ac debilia corpora pro peccatorum multitudine ſuperiora ac maiora ſe certamina arripere, nec ea poſſe ſuſtinere. Quibus ego inquam, humilitatis, non laborum magnitudine Deus pœnitẽtiam metitur ac iudicat. Plerunque educatio ſupremorum malorum cauſa eſt, interdum vero & familiare peſſimorum contubernium. ſæpe tamen etiam peruerſa anima ipſa ſibi ad perditionem ſufficit. Qui à duobus illis ſegregatus eſt, à tertio quoque fortaſſe liberabitur: qui vero à tertio tenetur, reprobus in omni loco erit. Nullus enim cœlo certior ac tutior eſt. Ab his quidem qui aduerſum nos mala voluntate dimicant, ſiue infidelibus, ſiue non rectæ fidei hominibus, poſt primam & ſecundam correptionem quieſcamus, bis autem qui veritatem addiſcere cupiunt benefacere in æternum non laſſeſcamus, vtriuſque autem ad confirmationem noſtri cordis vtemur. Irrationabilis ille valde eſt, qui virtutes ſanctorum quæ ſupra naturam ſunt audiens de ſeipſo deſperat, immo vero illæ in altero à duobus te optime erudiunt: aut enim imitationem ſanctæ formæ excitant, aut ad tuiipſius agnitionem, & eius quæ in te eſt fragilitatis, demonſtrationem per beatiſſimam humilitatem te conuertunt. Sunt inter immundos ſpiritus reliquis nequiores, qui peccatum ſolos operari nos minime conſulunt, vt grauiori ſupplicio nos mulctandos pariant. Vidi conſuetudinem malam alterum ab altero didiciſſe, eumque qui docuerat in ſeipſum reuertiſſe, & pœnitentiam agere cœpiſſe, atque à malo quieuiſſe, ſed tamen pro mala diſcipuli actione inualida fuit ipſius pœnitentia. Summa reuera, ſumma eſt, atq; ad comprehendẽdum perdifficilis, malignorum ſpirituum nequitia, paucisq; perſpecta & cognita: ne paucis quidem (vt reor) tota cognita. Quomodo & delicatius viuentes & ſaturitate diſtenti vigilamus, tanquam maxime ſobrij ſimus: ieiunantes autẽ atq; in ærumnis degentes cum aliis compungimur, fame cõfecti in ſomniis tentamur, impleti vero ſine tentatione perſiſtimus, per inediam obtenebrati ſine ſenſu compunctionis efficimur, porro in potu vini hilares, atque ad compunctionem proni ac faciles ſumus. Ad hoc qui in Domino potens ac idoneus eſt, eos qui ſunt ſine lumine illuſtret. Nos enim hactenus ad huiuſmodi ſine lumine & minus idonei ſumus. Illud tamen dicimus, quod non ſemper ex dæmonibus huiuſmodi mutatio fit, ſed plerunque etiam ex concretione datæ mihi (neſcio quo pacto) ſordidæ atque illecebroſæ pinguedinis. Ceterum pro hac ad diſcernendum non facili prædictorum confidentia, ſyncerisſime ſemper deprecemur Deum. Et ſi quidem poſt orationem atque poſt eius tempus, eodẽ modo id quod fit operari inuenerimus, proculdubio ſciemus id non ex dæmonibus eſſe, ſed ex natura. Plerunque enim diuina prudentia per contrarias res nobis benefacere vult, elationem per omnia comprimens natura. Eſt quidem grauiſſimum, velle abyſſum iudiciorum Dei curioſe perſcrutari (nam in nauicula elationis curioſi nauigant) dicenda tamen aliqua ſunt ob multorum imbecillitatem. Interrogauit quidam aliquem ex his qui videre poterant quidnam ſit quod prænoſcens Dominus quorundam ruinas, eos maxime gratiis exornat. Ad quem ille, vt reliquos quoque ait ſpirituales viros cautiores faciat, liberumque oſtendat arbitrium, atque in iudicio inexcuſabiles eos qui lapſi ſunt faciat. Lex quidem vt imperfecta, attende (ait) tibiipſi, Dominus autem vt perfectiſſimus etiam correptionẽ fra-

Margin notes (left): Eccl. 5. — Prou. 14. — 1. Cor. 14. — B — Pſal. 110. — Mortiſicam da voluntas volenti Chriſti voluntatem noſſe. — C — D

Margin notes (right): E — Quare Deus de multis rebus ſuam nobis non aperiat voluntatem. — F — Aſtutia dæmonum in tentando. — G — H — Iudicia Dei non eſſe perſcrutãda curioſius. — Luc. 23.

A *Qualis debeat eſſe correctio fraterna.*

tris nobis mandauit dicens: Si peccauerit in te frater tuus, & quæ ſequuntur. Si munda eſt ergo reprehenſio tua atque humilis, immo vero admonitio, quod præcepit Dominus implere non negligas, & in eis quæ maxime poſſibilia ſunt. Quod ſi nondum ad hoc peruenisti, vel in legis exercere ſeruitio, noli mirari cum, videris etiam amantiſſimos tuos reprehenſionum tuarum cauſa inimicos tibi fieri. Dæmonum quippe inſtrumenta ſunt huiuſmodi leges, & maxime qui ſibi inimici ſunt. Tenet me vehemens admiratio, quomodo cum in virtutibus quidem omnipotentem Deum ſanctoſque Angelos adiutores habeamus, in contrariis autem malum & ſolum dæmonem paratius tamen ac velocius ad vitia flectamur. De his ergo diligentius loqui nec poſſum nec volo. Si cuncta quæ facta ſunt naturam ſuam ſeruent, ſicque vt facta ſint, permaneant, quomodo (vt ait magnus Gregorius) Dei ſum, & luto commiſceor. Sin autem creatura aliqua aliter quam facta fuerit conſtat, omnino cognationem ſuam inexplebiliter appetit. Omni arte (vt ita dixerim) omnique ſtudio quiſque vti debet vt lutum hoc à terra eleuans in Dei ſolio collocet. Nullus itaque difficultatem cauſetur aſcenſus. Via enim & ianua cunctis aperta eſt. Auditio quidem earum virtutum, quas geſſere ſpirituales patres, mentem atque animam ad æmulationem excitat: porro doctrinæ auditus ad imitationem huiuſmodi æmulos perducere ſolet. Diſcretio eſt in tenebris lucerna, errantium reditus, cæcutientium illuminatio. Diſcretus eſt ſanitatis inuentor morbique emendator. Duobus modis omnes qui parua quæque admirantur hoc perpeti ſolent, aut propter ſummam ignorantiam, aut ea intentione ſeruandæ humilitatis proximi opera magnificantes atque extollentes. Contendamus toto annixu non luctari, ſed etiam bellare contra dæmones. Nam qui luctatur nunc quidem vulnerat, nunc autem vulnera excipit; qui vero bellum gerit, ſemper inſequitur hoſtem. Qui vicerit vitia, dæmones vulnerat, ac per id quod ſe habere vitia ſimulat, inimicos fallit, perduratque inexpugnabilis. Quidam ex fratribus aliquando ignominia affectus eſt, & cum omnino corde motus non fuiſſet, in mente ſecretus orauit, atque ita in ignominiis lamentari cœpit, hac ficta perturbatione tranquillitatem ſuam ſapientiſſime abſcondens. Alius item ex fratribus cum primam ſeſſionem minime non cupit, hanc ſe appetere auidiſſime finxit. Illius vero caſtitatem quibus verbis eloquar, qui quaſi peccandi cauſa lupanar ingreſſus, meretricem ipſam ad pœnitentiam traxit? Cuidam item ſolitario, cum primo mane quidam vuæ botrum attuliſſet, iamq; is qui obtulerat profectus ab illo eſſet, ſummo quodam ac celeri impetu illum deuorauit abſque appetitu vllo, per hoc ſeipſum gulæ addictum dæmonibus indicans, atq; illos ludens. Alios item cum modicas amiſiſſet palmas, tota die ſe mœrentem finxit. Summa iſtis vigilantia opus fuit, ne forte dum hoſtes ludere nituntur, illis magis ipſi ludibrio fierent. Hi enim reuera illi ſunt, de quibus ait Apoſtolus: Vt ſeductores & veraces. Si quis corpus caſtum offerre Deo cupit, & cor mundiſſimum illi oſtendere, obſeruet omni ſtudio, vt non iraſcatur, atque continentiam cuſtodiet abſque his enim omnis labor noſter erit inutilis. Sicuti varia ſunt humanorum oculorum lumina, ita permultæ ſunt ac differentes, quæ in anima fiunt intellectualis ſolis illuſtrationes; alia namque eſt quæ per corporis lachrymas, alia quæ per animæ, alia item quæ per corporis oculos, alia quæ per intellectuales, alia quæ ex auditu verbi, & alia quæ ſua ſponte inquetur in anima lætitia, alia item quæ ex ſolitudine, & alia quæ ex obedientia naſcitur. Præter hæc omnia alia eſt ſingularis, quæ modo quodam proprio Chriſto per extaſim intellectuali lumine ſecrete atque ineffabiliter ſiſtit. Sunt virtutes, & ſint virtutum matres. Sapiens itaque magis vt matres acquirat contendet. Matrum quidem Deus ipſe in ſua actione eſt magiſter, filiarum autem plurimi. Caueamus ne forte deliciarum abſtinentiam multo ſomno ſuppleamus. Hoc enim inſipientium eſt opus, ſicuti econtra ; Vidi pietatis athletas cum caſu aliquo modice ventri indulſiſſent, citius totis noctibus ſtando miſerum fortiter cruciaſſe, tamque cum gaudio ſaturitatem fugere atque aduerſarij didiciſſe. Luctatur acriter auaritiæ ſpiritus cum his qui nihil poſſident. Cum vero

B

Quanta animi contentione reſiſtendum ſit diabolo.

C

Cor. 6.

D

deiicere inſtituto ſuo non potuerit, tunc iam occaſionem pauperum præferens expeditiſſimos mundanis rebus iterum implicari & impediri ſuadet. Quoties pro peccatis noſtris mœremus & triſtes ſumus, præceptum Domini ad Petrum ad memoriam reuocare non deſinamus, ignoſcendi ſcilicet ſeptuagies ſepties peccanti. Quod enim alteri mandauit, ipſe profecto magis implebit. Cum vero noſtris meritis extollimur, eius rurſus meminerimus qui ait: Qui totam legem ſpiritualem impleuerit, offenderit autem in vno, factus eſt omnium reus. Quidam ſunt nequam inuidorumque ſpirituum ſtatus, qui ſponte à ſanctis ſe ſubtrahunt, ne ſi illos his bellis quæ vincere non poſſunt inquietent, coronas eis inuiti miniſtrent. Beatos quidem eſſe pacificos nullus eſt qui refragetur, ego diſcordantes etiam beatos vidi. Duo quidem impuro ſe inuicem amore diligebant, quod cum animaduerteret vir prudens atque probatiſſimus, ſerendi inter illos odij ſe miniſtrum fecit: illi quidem apud hunc derogans; vt qui eum maledictis inſectaretur, & huic apud illum ſimiliter, valuitque ſapientiſſimus humano aſtu dæmonum nequitiam repellere, odiumque inter eos fornicationis vinculum ſoluit. Sunt qui mandati gratia mandatum excludant. Vidi enim iuuenes ſe inuicem caſtiſſimo amore ac ſecundum Deum diligentes, qui tamen dum aliorum conſcientiam inde lædi conſpicerent, conuenit inter eos, vt ſe ab inuicē ad tempus elongarent. Sicut contraria ſunt nuptiæ & funus, ita male ſibi conueniunt ſuperbia & deſperatio. Videas tamē ex dæmonum peruerſitate ſæpe conſtare vtraque ſimul. Sunt nonnulli ex ſpiritibus immundis, qui interpretationem diuinarum ſcripturarum nobis in exordiis enunciant. Hoc autem in illorum vt plurimū cordibus agere ſolent, qui inani gloriæ ſtudent, & illorū imprimis qui externæ ſapientiæ literis eruditi ſunt, vt illos ſenſim fallentes in hæreſes & blaſphemias deducant. Ex ea vero turbatione effuſaque ac turpi lætitia, quam enunciationis illius tempore in anima noſtra fieri ſenſerimus, dæmonum theologiam, immo vero matæologiam id eſt loquacitatē agnoſcimus. Ordinē quidem & initium, quidam vero ex his quæ facta ſunt finem etiam ab eo qui illa fecit acceperunt, virtus vero finem habet infinitū. Omnis enim ait Pſalm. conſummationis vidi finem, latum vero ac infinitum mādatum tuum nimis. Si quidem boni ac probati operarij ex vita actiua proficiunt in virtutem contemplationis. Si charitas nunquam deſinit, ſi Dominus cuſtodiet introitum timoris tui & exitum charitatis tuæ. Huius profecto poſſeſſio infinitus eſt finis, in qua proficere nonquam deſiſtemus, non in præſenti, non in futuro lumini ſcientiæ lumen adiicientes. Et ſi enim pleriſq; quod dicturi ſumus nouum videbitur, dicemus id tamen ſecundum eam quam prædiximus demonſtrationem. Equidem ò admirabilis pater, nec ipſas quidem intellectuales angeli. aſque ſubſtantias dixerim carere profectu. Sed eas quoque magis gloriæ gloriam & ſcientiæ ſcientiam ſemper adiicere diffinio. Noli mirari, ſi dæmones nonnunquā nobis vanas cogitationes ſuggerunt, eiſq; intellectualiter cōtradicunt. Ea eſt enim inimicis noſtris intentio, vt per hoc nobis perſuadeant ſe noſtras quoque intimas cogitationes agnoſcere. Noli amarus eſſe ac nimiū ſeuerus iudex, quoties aliquos videris docere magna & operari negligentius: ſæpe namque ſupplevit defectum operis vtilitas verbi. Nō omnes æqualiter omnia habemus. In quibuſdam enim ſermo vberior eſt opere, in aliis rurſus ſecundum primo maius eſt. Malum quidem Deus neque fecit neque creauit. Seducti ſunt ergo qui aiunt, vitia quædam in anima eſſe naturalia, ignorantes quod conſtantes naturæ proprietates nos conuertimus in vitia. Puta ſemen ineſt nobis per naturam, ob liberorū procreationem, nos illud in fornicationis turpitudinem tranſtulimus. Ineſt nobis à natura furor, vt illo contra ſerpentem vtamur, nos aduerſus proximos illo vſi ſumus. Ineſt nobis æmulatio, vt virtutes æmule-

E

Matth. 18.

Iacobi 2.

Matth. 5.

F

Inanis gloriæ ſtudioſos facile in hæreſes labi.

G

Pſal. 118.

*

H

Quomodo bono naturali abutamur.

* *Caute legiſta de profectu angelorum, nam certū eſt eos in eſſentiali beatitudine & ſcientia verbi non proficere, profecto quidem in accidentali gloria, & quibuſdam reuelationibus extra verbum. Vide S. Thomam 1. Par. q. 58. art. 1. & q. 117. art. 2. & Sixtum Senenſem lib. 6. Biblioth. annot. 165 & 299.*

mur.

A

mur, nos in malam partem æmulamur. Adeſt animæ per naturam gloriam deſiderare ſupernam. Adeſt illi ſuperbire, ſed aduerſus dæmones. Ineſt ſimiliter & gaudium, ſed vt in Domino, & de proximi proſperitate lætemur. Accepimus & ſeruare memoriam iniuriarum, ſed contra inimicos animæ. Accepimus ab illa cibi appetitum, non luxuriæ. Anima impigra & alacris, contra ſe dæmones prouocat, multiplicatis aduerſus eam bellis coronæ quoque multiplicantur. Qui non pulſatur bellis, prorſus non coronabitur. Qui in his caſibus qui contingunt non perturbatur, neque animo laſſeſcit, is vt fortiſſimus bellator ab Angelis glorificabitur. Tres quidem noctes in terra cum feciſſet penitus reuixit; qui vero tres horas vicerit non moritur. Si quando ex diſciplina diuina nobis diſpenſatione permiſſa, ſol ille iuſtitiæ poſtquam in nobis ortus fuerit, agnouit primum occaſum ſuum, poſuit omnino tenebras, & facta eſt nox. In ipſa vero iam pertranſibunt ad nos, hi qui prius receſſerant feri leonum catuli omneſque beſtiæ ſpinarum paſſionum, rugientes

B

vt rapiant eam quæ eſt in nobis ſpem, & quærentes ſibi a Deo eſcam ſiue per intentionem & voluntatem, ſiue etiam per actum. Ortus eſt iterum nobis ſol per obſcuram humilitatem, & ad ſeipſas beſtiæ congregatæ ſunt, atque in cubilibus ſuis, videlicet in cordibus voluptuoſis collocabuntur, & non in nobis. Tunc dicent inter dæmones: Magnificauit Dominus facere miſericordiam

Pſal. 125.

cum eis. Quibus nos reſpondebimus: Magnificauit Dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes, vos autem perſecutionem paſſi eſtis. Ecce Dominus ſedet ſuper nubem leuem animam videlicet ab omni concupiſcentia terrena exaltatam, & veniet in Ægyptum, ſed cor prius obtenebratum, & mouebuntur manufacta ſimulachra, & ſordidæ cogitationes mentis. Si Christus ab Herode corporaliter fugit, & quidem omnipotens; addiſcant improbi & temerarij non ſeipſos in medias tentationes immittere. Non des enim, inquit, in commotionem pedem tuum, & non dormitabit qui cuſtodit te Angelus. Connexus atque adiunctus eſt fortitudini faſtus, velut cipreſſo taxus arbor. Cura ſit nobis perpetua atque indefeſſa, ne tenuis quidem cogitatio aſcendat in mentem noſtram,

Pſal. 127.

C

quæ bonum nos vllum vel minimum habere ſuggerat. Quod ſi hanc proprietatem diligenter obſeruãtes inuenerimus mentem noſtram huiuſmodi cogitatione pulſari, tunc reuera nos in defectu adhuc eſſe intelligamus. Inquire etiam infatigabiliter vitiorum argumenta, tuncque plura ex his tibi ineſſe cognoſces. Quæ dum in morbis adhuc ſimus diſcernere ſiue per infirmitatem, ſiue quod nos ante profundiſſime occupauerint & penitus ſibi vendicauerint, non poſſumus. Propoſitum iudicat Dominus, in his vero quæ poſſibilia ſunt nobis actionem quoque clementer loquitur. Magnus ille quidem qui nihil quod factum poſſibile fuerit facere omiſit. Maior autem qui per humilitatem etiam quæ vltra vires ſuas ſunt agere conatur.

Vltra vires aliquid aggredi virtutis ſignum.

Pleruinque dæmones ea quæ leuiora ſunt & magis vtilia nos vertant. Quæ vero difficiliora, laborisque pleniora ſunt, ea magis arripere hortantur. Inuenio Ioſeph illum caſtiſſimum ideo beatum dici, quod peccatum caute declinauerit, non quod ſe impaſſibilem oſtentarit. Quærendum vero nobis eſt, quot quibuſve modis peccati declinatio coronis donetur. Aliud eſt enim vmbram fugere, aliud

D

ad ſolem iuſtitiæ accurrere. Obtenebratio cauſa ſit offenſionis, offenſio vero lapſus occaſio eſt, lapſus vero mortis. Sæpe hi qui per nimiam vini potationem obtenebrati ſunt, aquam bibentes ad ſobrietatem mentis reuocati ſunt; ita & qui obſcurati vitiis fuerant, per lachrymas reſipuerunt. Aliud eſt perturbatio, aliud effuſio, aliud excæcatio. Priorem illam ſanauit continentia, ſequentem quies ſolitaria, tertiam obedientia & Deus, qui propter nos obediens effectus. Nos ex duobus exemplis, eorum qui terrena, & infima purgare ſolent, duas conuenientiſſime purgationes eorum qui ſuperna ſapiunt colligimus. Et fullonum quidem officinam, exempli cauſa dicimus, cœnobium ſecundum Deum, quod ſordes & craſſitudines atque turpitudinem animarum diluit ac reſecat. Tingentium vero officina eſt Anachoreſis, his qui in cœnobij exercitatione laſciuiam &

E

memoriam iniuriarum & iracundiam depoſuerunt, iamque ex eo ad quietem ſolitudinis migrauerunt. Aiunt quidam quod in eadem delicta denuo incidere ex defectu contingat pœnitentiæ congruæ, ex qua prioribus malis emendatio inferri ſolet. Quærendum vero num omnis quoque qui in eadem peccata non incidit, digne etiam pœnitentiam egit. Inciderunt quidam in eadem delicta ſiue prioribus profunda obliuione ſepultis atque obrutis, ſiue quod ex voluptate nimium clementem Deum ſibi ſuggeſſerunt, ſiue quod de ſalute ſua deſperauerunt. Si qui vero me non minus clemẽter accuſare velit, id quoq; addiderim, quibuſdam hoc ideo contingere, quod inimicum iſtum iam vincere non poſſunt, ſe per conſuetudinis tyrannidem violenter ſubiugantem. Inquirendum quoque diligentius, quomodo anima cum ſit incorporea eiuſdem ſubſtantiæ ſpirituum ad ſe venientium naturam videre ſolita non ſit, num ſorte propter coniunctionem, quam ſolus ille nouit qui coniunxit? Interrogabat aliquando me quidam ſcientia maxime illuſtris his me verbis compellans. Dic oro, dic ſcire cupienti mihi quinam ſpiritus humiliare mentem, quiue exaltare in peccans ſoleant? Ego cum ad huiuſmodi conſultationem hæſitarem, meque id neſcire iuramento firmarem, demum me is qui diſcere venerat, inſtruxit ita paucis, dicens: Cum tibi diſcretionis fermentum dedero, de reliquis tibi cum labore inquirendum relinquam. Fornicationis & iracundiæ ſpiritus gaſtrimargiæ, item acediæ & ſomni mentis cornu extollere non fere conſueuerunt. Porro auaritiæ & principatus appetendi & loquacitatis ſpiritus, aliique plurimi malum malo adducere ſolent, idcirco iudicandi quoque ſpiritus his proxime accedit. Si quis cum ad ſæculares profectus fuerit aut eos ipſe ſuſceperit ex illorum ſeparatione triſtitiæ iaculum & non magis lætitiam ſuſceperit, vtpote impedimento & laqueo expeditus, hic aut ab inani gloria, aut à fornicationis ſpiritu illuditur. Ante omnia qua ex parte venti flatus impellat inquiramus, ne vela in aliam quam debuimus expandiſſe inueniamur. Exhortare ex charitate ſenes ſcientia & actione claros, qui corpora ſua in exercitatione contriuerunt, modicum ſibi quietis indulgere. Iuuenes continenter viuere coge, qui animas ſuas in peccatis contriuerunt, ſempiternum illis cruciatum ad memoriam reuocans. Poſſibile non eſt, quod & alibi diximus, ſtatim in ipſis conuerſationis initiis gulæ concupiſcentiam atque inanem gloriam à nobis omnino ſuperari. Non tamen erit nobis nimium velle per delitias inani gloriæ reſiſtere, ſuperata nanque inanis gloria iterum inanem gloriam gignit in eis potiſſime qui rudes adhuc ſunt. Immo per mediam aduerſus illam confligamus, veniet enim hora & nunc volentibus eſt, vt & hanc ſubiiciat Dominus ſub pedibus noſtris. Non eiſdem oppugnantur vitiis qui iuuenes & qui ſenes ad Dei ſeruitium accedunt. Sæpè enim diuerſis & penitus contrariis morbis laborant. Quocirca beata ſane eſt, & multum neceſſaria ſancta humilitas, qua & in minoribus & ſenioribus certiſſima ſimul pœnitentia efficitur. Non id perturbet, quod dicturus aduenio. Raræ quidem ſunt, tamen animæ rectæ, & ab omni malitia & nequitia, & ſimulatione & aſtu alienæ. Eis vero aduerſetur, maxime hominibus admiſta conuerſatio, cum poſſint (ſi ducem nactæ fuerint) veluti ex portu quodam quietis, in cœlum conſcendere, atque vitæ communis tumultibus & ſcandalis liberæ, ſine vllo horum experimento perſiſtere. Laſciuientes quidem homines, iniquos autem Angeli curare ſolent, ſuperbis vero ſolus Deus mederi poteſt. Et hoc nonnunquam fortaſſe ſit charitatis ſpecies, proximo cum ſe ad nos contulerit permittere in omnibus facere vt vult. Nobis tamen omnem hilaritatem oſtendentibus, inquirendum quomodo & quatenus & quando & an pœnitentia, vt mala ita & bona ſoluere ſit ſolita. Summa nobis diſcretione vtendum erit, vt nouerimus quando ſtare & in quibus & quatenus aduerſus vitiorum materias luctari debeamus, quando nos à colluctatione ſubducere. Præſtat o. interdum fugam potius ob imbecillitatem noſtrarũ virium eligere ne moriamur. Videamus atq; obſeruemus cautius, quo in tempore & quomodo per amaritudinem fel exinanire poſſimus, qui dæmonum extollant & humilient, qui obdurent & qui conſolentur, qui tenebras no-

Non abutendum diuina clementia.

F

G

Quomodo iuuenes à vitiis reuocandi.

H

Superbis ſolum Deum poſſe mederi.

ſtris

A ſtris mentibus obducant, & qui rurſus illuſtrationem ſimulent, qui tardos & hebetes, & qui contra aſtutos, qui triſtes & lætos nos efficiant. Non turbemur ſi initio ſtatim noſipſos procliues in vitia viderimus, in ſtadio noſtræ in hoc mundo conuerſationis. Oportet enim cauſas omnes prius moueri, atque ita demum caſtitatem nobis obuenire. Feræ enim vitiorum beluæ dum interim occulerentur non perſpiciebantur. Quoties caſu aliquo hi qui iam perfectioni propinquabant in aliquo tenui delicto ſuperati à dæmonibus fuerint, omni arte vtantur vt hoc rurſus centuplum diripiant. Sicuti venti aliquando per ſeueritatem ſumma criſpant æquoris terga, aliquando maris profundum turbare & vertere ſolent, ita & in tenebroſis malignitatis flatibus intellige. In his enim qui vitioſi hactenus ſunt, ipſum ſenſum quoque cordis intimum fluctibus iactare ſolent, in his vero qui iam profecerunt, mentis tantum ſuperficiem perturbant. Quocirca hi quoque citius tranquillitatem propriam incontaminatam perſtitiſſe ſentiunt. Perfectorum eſt agnoſcere ſemper in animo quænam ſit B conſcientia, quæ Dei, quæ etiam intentio exiſtat dæmonũ. Non enim contraria ab initio ſtatim dæmones ſuggerunt, ac ideo tenebroſa eſt reuera atque ad inueniendum perdifficilis.

Compendioſa ſupradictorum recapitulatio.

Fides firma abrenũciationis eſt mater, quid autem contrarium ſit liquet. Spes indeclinabilis reiiciendæ affectionis eſt ianua. Quid item contrarium ſit manifeſtum eſt. Charitas Dei peregrinationis materia eſt. Quid contrarium ſit item conſtat. Subiectionem genuit, ſuipſius reprehenſio appetituſque ſanitatis. Mortis meditatio continentiæ eſt mater, fixaque memoria aceti dominici & fellis. Pudicitiæ adiutrix eſt, ſolitudinis quies, inceptiuorumque confractio ieiuniorum. Cogitationum turpium aduerſatrix eſt, cõtritio animæ. Fides & peregrinatio, mors eſt auaritiæ. Miſericordia vero & charitas prodiderunt corpus. Oratio intentiſſima, & iugis acediam prodidit. Iudicij memoria, alacritatem præſtitit. Medicina furoris, ignominiæ dilectio, hymnorumque cantus atque miſericordia. Nuditas C rerum omnium, triſtitiam ſuffocat. Nulliſque ſenſibilium rerum affici, intellectualium ſpeculationem parit. Silentium, & ſolitudo inanis gloriæ ſunt hoſtes. Quod ſi fueris in medio, ignominiam arripe, nec pudeat te exhibere inhonorum. Viſibilem ſuperbiam ſanabunt mœſtus & abiectus habitus, inuiſibilem vero ſolus qui eſt ante ſecula curabit. Omnium ferarum venenatarum ſenſibilium interemptor eſt ceruus, intellectualium vero humilitas interfectrix eſt. Poſſumus ex naturalibus rebus cunctis intellectualia addiſcere. Sicut impoſſibile eſt vt ſerpens vetuſtatem ſuam exuat, niſi anguſtam cauernam prius ingrediatur; ita nos quoque anticipationes veteres & vetuſtatem animæ, veteriſque hominis niſi per anguſtam & arctam ieiunij & ignominiæ tranſeamus viam. Sicut impoſſibile eſt vt grauatæ nimis carnibus volucres in cœlum euolent, ita & qui carnem ſuam nutrit & fouet illuc aſcendere non poterit. Exiccatum lutum iam non porcis vſui eſſe vt ibi ſe voluent poteſt, ita & caro per abſtinentiam marcida effecta dæmonib. vltra non præbebit in ſe quieſcendi locum. Sicut D viridium lignorum multitudo, plerunque ſuffocat & extinguit flammam fumumque ingentem excitat, ita ſæpe immodica triſtitia fumo ac tenebris plenam animam efficit, lachrymarumque exiccat aquas. Vt ſagittarius cæcus reprobus eſt, ita & diſcipulus contradicens perdetur. Sicut probatum ferrum improbum acuere poteſt, ita fratrem læſus & alacer negligentiorem ſæpe ſeruauit. Sicuti volucrũ oua ſi foueantur in ſtercore viuificantur & in fœtum erumpunt, ita & cogitationes niſi ex cordis abditis productæ manifeſtentur in opus prodeunt. Sicut currentes equi curſu inuicem certant, ita & optima quæque ſocietas ſe inuicem excitat. Sicut nubes ſolem abſcondit, ita cogitationes malæ obtenebrant & perimunt mentem. Sicut is qui ſententia contra ſe lata ad damnationem proficiſcitur, nihil de ſpectaculis curat aut loquitur, ita ne ille quidem qui veraciter ſuget ventrem ſouebit aliquando. Sicuti pauperes cũ

E theſauros regios aſpiciunt, ſuam paupertatem amplius agnoſcunt, ita etiam magnificas patrum virtutes relegens mentem ſuam omnino amplius humiliat. Sicut ferrum etiam ſi nolit ad magnetem perfugit naturæ vi ſecretiſſima pertractum, ita & qui anticipationibus delictorum aſſueti in earum habitum tranſierunt, violenter ab eis opprimuntur. Vt oleum mare inuitum etiam tranquillum facit, ita & ieiunium nolentia quoque & reluctantia incentiua corporis extinguit. Sicut aqua anguſtiis concluſa in altitudinem tumens erigitur, ita ſæpe anima anguſtata periculis. Sicut is qui fert aromata etiam ſi nolit ex odore proditur, ita & qui Dei ſpiritum habet ex verbis ſuis atque humilitate propria agnoſcitur. Vt venti perturbant abyſſum, ita furor pluſquam reliqua exagitat mentem: Sicut quæ oculus non vidit ea ea auditu ſolo quis non nimium guſtare appetit, ita & virgines caſti corpore ingens inde leuamen habent. Sicuti fures cum arma regis aliquo in loco poſita viderint, non illuc facile aſcendunt, ita & qui cordi orationem coniunxit, non ſo. tuto ab intellectualibus latronibus violari F poterit. Sicut ignis niuem ex ſe non gignit; ita & qui in hoc ſeculo honorem quærit, nunquam cœleſti ac perenni honore potietur. Sicut vna ſæpe fauilla ingentem ſyluam conſumpſit, ita vnum repertur bonum quod magnorum delictorum ingentem multitudinem delere poſſit. Sicut ſine armis feras beluas perimere non poſſumus, ita nec ſine humilitate inirafcentiã acquirere. Sicuti per naturam viui abſq; cibo nõ poteſt, ita & ei qui ſaluari cupit, ad mortẽ vſq; vel ad breue momentũ negligere non licet. Vt ſolis radius domum per foramen ingreſſus cuncta quæ in ea ſunt illuminat, ita & timor Domini ſi fuerit in anima, cuncta ei peccata ſua etiam minutiſſima oſtendit. Sicuti hi qui dicuntur cancri capi faciliime poſſunt, eo quod aliquando ante, aliquando retro gradiuntur, ita & anima nunc quidem ridens, nunc lugens, nunc vero delitiis affluens, proficere vnquam non poterit. Sicut qui ſomno grauantur facile furibus patent, ita & qui ſecus mundum virtutes arripere graſſiuntur, à prædonibus facile violabuntur. Sicut is qui aduerſus leonem pugnat, ſi ab eo oculum aliorſum G deflectat confeſtim perit, ita & qui contra carnem ſuam pugnat, ſi hanc per quietem nimium fouerit. Sicut hi qui ſcalam putrem & fragilem aſcendunt ruere periclitantur, ita honor omnis & potentia & gloria quæ humilitati aduerſiſſima ſunt omnem ſe habentem deiiciunt. Sicut impoſſibile eſt vt qui eſurit non recordetur panis, ita fieri non poteſt, vt qui ſaluari cupit exitus ſui extremique iudicij obliuiſcatur. Quemadmodum aqua delet literas, ita & lachrymæ abolere peccata ſolent. Sicut hi quibus non adeſt modus iis, aliis literas delere ſolent, ita & animæ quibus deſunt lachrymæ per mœrorem & gemitum ſuumque triſtitiam peccata delent atque abſcindunt. Sicut ſtercoris copia multitudinem gignit vermium, ita multitudo ciborum lapſuum & malarum cogitationum atque ſomniorum operatur multitudinem. Sicut is qui compeditus eſt, ambulare non valet, ita & qui pecunias ſibi theſaurizant, in cœlum aſcendere non poſſunt. Sicut plaga recens facile curari poteſt, ita & diuturna animæ vulnera difficillima ad ſanandum ſunt, etiam ſi ſanari vnquam poſſint. Sicut impoſſibile eſt mortuum incedere, ita poſſibile non eſt eum qui deſperauerit ſaluari. Qui fidem rectam ſeruant, H nec à peccans deſiſtunt, hi vultui ſine oculis aſſimilantur. Qui fidem non habet, & bona quidem forte operatur, is ei ſimilis eſt, qui hauſtam aquam in perforatum dolium immittit. Sicut nauis optimo gubernatore freta in portum tutum Deo auxiliante ingreditur, ita & anima quæ paſtori optimo innititur, facile in cœlum conſcendit, etiam ſi mala plurima geſſerit. Sicut qui ſine duce eſt, etiam prudentiſſimus ſit, facile in via errabundus incedit, ita & qui ſuo arbitrio monaſticam viam pergit, etiam ſi in omni mundana ſapientia fuerit inſtructus, faciliime perit. Cum quis poſt grauia ſcelera corporis mala valetudine impeditus fuerit, viam ſanctæ humilitatis eiuſq; proprietatem ſecutus incedat. Aliam enim ſalutis viam non inueniet. Sicut fieri nõ poteſt, vt is qui longiſſima valetudine laborauit, vno momento ſanitatem acquirat, ita ne vitia quidem. Imo vitium aliquod protinus ſuperari poteſt. Cuiuſque virtutis ac vitij

A ſignum quantitatis tibi dennita, atque ita poteris noſſe profectum tuum. Sicut hi qui luto aurum commutant, detrimentum omnino patiuntur, ita & qui pro corporalibus ſpiritualia ſua in publicum efferentes enunciant, ſummis afficiuntur incommodis. Remiſſione quidem cito plurimi potiti ſunt, beatam vero tranquillitatem nemo repente poſſedit. Hanc enim vt acquirere poſſimus, tempore longo ac Dei adiutorio & ſingulari gratia nobis opus eſt. Solicite quæramus atque obſeruemus, quæ nobis in ſemente, quæ in herba, quæ in meſſe, feræ volucres inſidientur, vt laqueos illi, & pedicas conuenientes parare ac tendere poſſimus. Sicut iniuſtum ſimul eſt & indigniſſimum vt is qui febrem patitur ſeipſum necet, ita minime conuenit, vt quis ante extremum ſpiritum aliquando deſperet. Sicut turpe eſt atque inhoneſtum, vt patrem ſuum ſepeliens, mox vt à funere ſurrexit, ad nuptias proficiſcatur, ita eis quoque qui pro ſceleribus lugent inconuenientiſſimum eſt honorem atque gloriam in præſenti ſeculo ab hominibus quærere. Sicut alia eſt ciuium, alia reorum habitatio, ita omnium
B immutatus & varius eſſe debet pro culpis lugentium, atque inſontium ſtatus. Sicut eum militem, qui in prælio duriſſima in faciem vulnera ſuſcepit, imperator militia non abdicat, immo vero amplius in ea illum prouehit, atque maximis honoribus cumulat, ita & monachum, qui pericula plurima à dæmonibus perpeſſus fuerit, cœleſtis Imperator glorioſiſſime coronat. Senſus animæ proprietas illius, eius autem ſenſus peccatum eſt, collapſus. Senſus vero mali vel ſedationem vel imminutionem ex ſe gignit, ex qua rurſus conſcientia oritur. Conſcientia vero eſt ratio atque reprehenſio cuſtodis noſtri, qui ea baptiſmi tempore aſſignatus eſt. Atque idcirco non vſque adeo inuenimus eos, qui adhuc in animo illuminati non ſunt, pro malis operibus percuti. Sed multo leuius atque clementius quàm qui lumine accepto peccauerunt. Et diminutio quidé mali, mali abſtinentiam parit. Mali vero abſtinentia initium eſt pœnitentiæ. Porro pœnitentiæ initium initium ſalutis eſt. Initium autem ſalutis, propoſitum eſt bonum. Ex bono autem propoſito gignitur laborum toleratio, cuius item initium virtutes ſunt. Porro virtutum initium flos.
C Flos autem virtutis, initium bonæ actionis. Ex virtute aſſiduitas naſcitur. Aſſiduæ vero meditationes germen ac fructus eſt habitus. Ex coetem ea qualitas oritur, quæ timoris eſt genitrix. Timor autem gignit mandatorum Dei obſeruantiam; mandatorum cuſtodia, charitatis argumentum eſt; charitatis vero initium, humilitatis eſt copia; copia autem humilitatis tranquillitatem parit. Eius vero poſſeſſio, plenitudo charitatis eſt, ſiue Dei perfecta habitatio in his qui beatam tranquillitatem habentes, mundi ſunt corde. Ipſi enim Deum videbunt, ipſi gloria in ſecula, Math. 5
Amen.

De ſacra corporis & animæ quiete.

Gradus XXVII.

NOs quidem, cum ſimus veluti emptitij quidam ſerui atque immundiſſimis vitiis obnoxij, ex hoc ipſo dolos quoque & mores & imperia, etiam aſtutias eorum, qui infelicis animæ noſtræ dñi dominati ſunt, ſpirituum vel tantiſper nouimus. Alij vero ſunt, qui per operationem ſancti Spiritus, & quod his iam liberati ſint, artes omnes illorum
D probe callent. Alius enim eſt, qui ea dolore inſinuatus quietem ſanitatis conijcit. Et alius qui ex ſanitatis gaudio, & requie morbi mœrorem coniectura comprehendit. Itaque vt imbecilles trepidamus admodum de tranquilliſſimo quietis portu in hoc opere Philoſophari, non ignorantes canem quendam ſancti conuentus menſæ ſemper aſſiſtere; panemque ea ea videlicet animam diripere conari, quem cum ori ſuo appoſuerit iam inde curſu diſcedere atque illum ſecretius comedere. Quocirca ne cani huiuſmodi locum demus per noſtrum ſermonem, vtque occaſionem amputemus quærentibus occaſionem, nephas eſſe arbitrati ſumus his qui in ardore prælij ſumma animi virtute & conſtantia conſtituti ſunt, Imperatoris noſtri bellatoribus, modo de pace diſſerere. Id ſolum dicimus quod hi qui fortiter pugnant, tranquillitatis etiam & pacis coronis donandi ſunt. Cæterum ne quem fortaſſe contriſtemus, ſi ſermonem de hoc indiſcuſſum relinquamus, pauca ſi placet, veluti ſub diſcretionis forma nunc loquamur. Eſt quidem corporis quies morum ac ſenſuum cognitio ac moderatio, quies autem animæ eſt cogitationum ſcientia, atque finibus inuiolabilis intentio. Quietis amicus eſt fortis quidam & pertinax vigilque ſenſus ſemper in cordis ianuis excubans, cogitationeſq; accedentes aut necans aut remouẽs. Qui ſenſu cordis in imo quieſcit, quod diximus intelligit & recognoſcit. Qui vero adhuc infans eſt, hoc quia non guſtauit, ignorat. Quietis ſectator prudens verbis non indigebit, verba enim illuſtrantur operibus. Initium quietis eſt ſtrepitus omnes vt qui fundum animæ perturbant, amouere. Finis vero tumultus non metuere, ſed inter eos ſine vllo eorum ſenſu durare. Quietis amicus, qui progrediens non verbo progrediens eſt. Manſuetus eſt totius charitatis domicilium. Is difficile ad verba moueri & immobilis eſſe ad
F iracundiam ſolet. Quid autem huic contrarium ſit, ſatis conſtat. Quietis eſt æmulus is qui incorporeæ ſubſtantiæ proprietatem in fragili corporis domo (quod eſt omnino mirabile) concludere nititur. Obſeruat quidem murum quæ hic venatur beſtiola. Intellectualem vero dæmonem, quietis ſobrietatis intentio. Non tibi vile vel reijciendum hoc documentum. Sin vero alias nondum quid ſit quies, agnouiſti. Verum monachus profecto non ſic erit vt monachus alteri monacho adiunctus. Monabus enim ſumma opus habet vigilantia, & mente omni elatione vacua. Priori quidem ſæpe alter opem tulit, ſecundo vero cooperatur Angelus. Intellectuales virtutes ſpiritualiter quietis ſectatori ſimul aſtant: atque vna miniſtrant & in eo veluti in iucundo diuerſorio libentius inhabitant: Quid huic ſit contrarium tacebo. Dogmatum ingens eſt & alta profunditas: mens autem ſolitarij non abſq; periculo inſiliet in ea. Tutú non eſt cum veſte neque cum pallio aliqua Theologiam ſtringere. Cella ſolitarij concluſio corporis eſt, intuſque habet domicilium ſcientiæ. Is qui animi morbo laborans quietem ſolitudinis arripere nititur, ei ſimilis eſt qui ex naui in pelagus exiliens per tabulam ad terram peruenire quærit. Quicunque aduerſus carnem luctantur, his ſuo
G tempore quies erit, ſi tamen ducem nacti fuerint. Ei enim qui ſolus hanc perſequitur, angelica virtute opus eſt. Eſt autem mihi ſermo de his qui reuera quietem & corpore & ſpiritu ſectantur. Solitarius negligens mendacia loquetur, & per ænigmata ſe à quiete deſtitiſſe hominibus perſuadere quæret. Cum reliquerit cellam, dæmones culpat, lateque ſeipſum miſer quod dæmon effectus ſit. Vidi ego quietis ſtudioſos flagrãtiſſimos ſuum in Deum deſiderium inexplebiliter per huiuſmodi quietem impleuiſſe, & ignem igne, deſideriumque deſiderio genuiſſe. Solitarius eſt forma terreſtris Angeli, qui orationẽ ſuam charta deſiderij & ſolitudinis literis deſidia & torpore liberauit. Solitarius eſt qui reuera clamare poteſt: Paratum cor meum Deus. Solitarius quietus ille eſt, qui ait: Ego dormio, & cor meum vigilat. Claude ianuam cellulæ corpori, & linguæ ianuam locutioni, interioremque animi feneſtram ſpiritibus immundis. Serenitas quidem ac meridianus ſol nautæ patientiam arguit, neceſſariorum vero indigentia quietis ſolitarij tolerantiam oſtendit. Ille quidem indignans innatat Pſal. 107.
H vndis, hic autem acedia preſſus miſcetur multitudini. Ne timeas ſonituum ludibria, luctus quippe formidinem neſcit, neq; illa agitatur. Quorum mens veraciter orare didicit, hi Deo facie ad faciem tanquam regi ad aurem loquuntur. Hi autem quorum os orat, ei ſimiles ſunt qui regi coram omni ſenatu procedunt. Qui autem in ſeculo morantur, hi in medio totius multitudinis regem obſecrant. Si autem perire didiciſti, quod diximus non ignorabis. In ſublimi quodam loco reſidens, teipſum obſerua, ſi tamen id facere noſti, & tunc perſpicies quomodo, quando, qua ex parte, quot, & qui fures irrumpere ac furari botros veniant. Cum fatigata fuerit intentio, ſurgens orabit, & iterum reſideos viriliter priorem operationem tolerabit. Volebat quidem hæc expertus de his ſubtiliter diligenterque diſſerere, ſed timuit ne quando pietatis operarios negligentiores faceret, verborumq; ſtrepitu currentes atque alacres terreret. Qui de quiete ſubtiliter & diligenter & ſumma cum ſcientia diſſe-

rit, ad-

A rit,aduerſum ſe dæmones excitat. Nemo quippe alius horũ
turpitudines immiſericordiaſque ac nocendi artes ita in
apertum producere poteſt. Qui ſolitariam arripit quie-
tem profundum myſteriorum nouit. Non autem in illud
prius deſcendit quam fluctuum ventorumque tumultus
vel audierit vel viderit, vel eis etiam fortaſſe fuerit reſper-
ſus. Confirmat autem hoc quod diximus, magnus Apoſto-
lus Paulus, qui niſi in paradiſum velut in quandam ſecre-
tiſſimam quietem raptus fuiſſet, nunquam profecto arca-
na verba audire potuiſſet. Quieta auris accipiet à Deo gran-
dia. Idcirco & in Iob, quies hæc ſapientiſſima dicebat: Putas
ne ſuſcipiet auris mea ab eo ingentia? Solitarius quietus
eſt, qui ita omnes abſque odio fugit nolens intermiſſio-
nem diuinæ dulcedinis pati, ſicut alius prompte & feſti-
nans accurreret: Perge bonaque tua celerius diſperge (ven-
dere enim moram temporis habet) & da pauperibus mo-
nachis, vt tibi per orationum ſuffragia ad quietem ſolita-
riam concurrant, & tolle crucem tuam, eam per obedien-
tiam baiulans, onoſque amputationis tuæ voluntatis
fortiter tolerans, & tum veni ſequere me ad coniunctio-
B nem beatiſſimæ & placidiſſimæ quietis, & docebo te vir-
tutum intellectualium viſibilem actionem præclaramque
conuerſationem. Nunquam illi ſatiabuntur in ſecula ſecu-
lorum laudare conditorem, neque is qui cœlum quietis
fuerit ingreſſus, vnquam fatigabitur creatorem collaudare.
Non erunt de materia ſoliciti, quibus eſt natura agilis, &
omni materia libera, neque de alimento. Hi enim cum ex
materia per naturam ſint, materiam tamen omnem exceſ-
ſerunt. Non alentur priores vllo cibo, neque indigebunt
ſecundi poſſeſſione. Non erunt ſoliciti illi de pecuniis vel
poſſeſſionibus, neque iſti de vexatione ſpirituum nequam.
Non eſt cœleſtibus viſibilis vllius creaturæ deſiderium, ne-
que in terrenis ineſt concupiſcentia vllius aſpectus, quem
ſenſus attingat. Nunquam deſiſtent illi in charitate profi-
cere, ne iſti quidem quotidie cum illis profectu iſto con-
tendere. Non ſunt illis ignotæ profectuum diuitiæ, neque
iſtis Aſcenſionis amor incognitus. Non deſiſtent, quouſ-
que ad ipſa Seraphin pertingant, neque vnquam fatiga-
buntur, quoad Angeli fiant. Beatus qui ſperat, ter totidem
C beatus qui id futurus eſt quod ſperat, Angelus cum id con-
ſecutus fuerit quod ſperat.

Fructus eleemoſynæ.
1.Cor.12.

De differentia quietis.

SVnt in omnibus diſciplinarum ſtatibus, quod etiam
omnibus manifeſtum eſt, ſententiarum voluntatumque
differentiæ. Neque enim ſunt omnia perfecta ob defectum
ſtudij virtutiſque indigentiam. Sunt igitur qui per portum
iſtum, immo vero pelagus, ſiue magis fortaſſe profundum
ingrediuntur, quod ad continendum atque ad frenandas
anticipationes corporis imbecillioris ſint: alij quidem pro-
ni nimium ad iracundiam, cum ſint vt hanc cum multitu-
dine degentes miſeri ſoperare non poſſint: alij rurſus ideo
quod outis magis proprio atque conſilio, quam aliorum
ductu ex nimia elatione nauigare decreuerunt. alij quod in
medio materiæ conſtituti, materia abſtinere non poſſint:
nonnulli quidem vt ex ſecreto ſolitudinis ſtudioſiores fi-
ant, alij vt ſecretius & liberius pro culpis ſeipſos conteren-
tes verberent, quidam vt per hoc ſibi gloriam acquirant:
D ſunt item alij (ſi tamen eo dum venerit filius hominis, huiuſ-
modi inuenies ſuper terram) qui ob delitias ac ſitim diui-
næ charitatis & dulcedinis ſanctæ huic ſolitariæ quieti con-
iuncti ſunt, qui tamen hoc non prius fecerunt, quam om-
ni acediæ libellum darent repudij. Eius enim coniunctio
priori illi comparata fornicatio exiſtimatur, ſecundum
eam quæ mihi data eſt admodum tenuem ſcientiam, vt
architectus parum ſapiens ſcalam aſcenſionis fabricatus
ſum: videat autem vnuſquiſque quonam gradu conſiſtat,
an vt nutu ſuo viuat, an vt hominum gloriam captet, an
propter imbecillitatem linguæ ſiue ob iracundiæ incoti-
nentiam, ſiue ne cui rei vitioſæ afficiatur, dum opportuni-
tas ſit: ſiue vt pœnas reatus ab ſe exigant, ſiue vt ſtudioſi fi-
ant, ſiue vt diuinæ charitatis ignem ſuauiſſimum acquirant.
Erunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi. Septem quippe
ſunt hebdomadæ præſentis ſæculi, operationes quarum aliæ

Qui charitatem ſectatur fugit acediam.

acceptabiles, aliæ reprobæ ſunt. Octaus vero futurum po- E
tius ſeculum ſignificat. Cautius obſeruat ſolitarius mona-
chus ferarum beluarum horas, alioquin conuenientes la-
queos tendere non poterit. Si iam perfecte diſceſſi cui re-
pudium dem, labor iam neceſſarius non erit, ſin vero adhuc
procacius incumbit, neſcio quo pacto quieſcere poſſim.
Cur quæſo non tanta apud Tabeſiotitas quanta apud Scy-
thicam eremum fuere luminaria? Qui intelligit, intelligat,
ego enim id dicere nequeo, immo vero nolo. Degunt in
hoc profundo qui vitia imminuant. Item qui pſallendo
plurimum in oratione perſeuerent: & qui contemplatio-
ni intentius vacent. Secundum propoſitum ſcalæ modum
problema iſtud inquiratur. Qui capit, in Domino capiat.
Sunt animæ quædam negligentes immorantes in cœno-
bus, quarum deſidiæ cum materia facile ſuppeteret, in per-
ditione præcipitatæ ſunt. Sunt item qui negligentiam ſu-
am per aliorum contubernium & ſocietatem repulerunt.
Quod nõ ſolum in negligentioribus, verum ſtudioſis quo-
que ac ſolicitis ſæpe factum eſt. Eadem regula etiam in ſo-
litudinis vtamur quære dicentes, plurimos probabiles ſuſ-
cipiens reprobauit, ideo quod in antu ſuo mallent viuere F
voluptatis eos eſſe ſtudioſos deprehendens atque argu-
ens: alios item ſuſcipiens ex metu & perpetua cura iudicij ac
damnationis ſuæ ſolicitos ac feruentes fecit. Nullus qui vel
furore vel elatione vel ſimulatione vel iniuriarum memo-
ria perturbatur, ſolitariæ quietis veſtigium vnquam vel vi-
dere audeat, ne forte ſtuporem animi inde lucretur. Qui
vero his perturbationibus mundus eſt, ipſe iam quod ex-
pedit, agnoſcet, immo ne ipſe quidem vt reor, totum qui
ratione ſolitariam arripiunt quietem, ſigna & ſtudia & ar-
gumenta iſta ſunt, mens tranquilla, nulliſque agitata per-
turbationum fluctibus, caſtiſſima intentio, raptus ad De-
um, præſens ſemper cruciatuum memoria, mortis prope-
ratio, infatigabilis ac inſatiabilis oratio, cuſtodia inuiolabi-
lis, nulliſque prædonibus patens, fornicationis mortifica-
tio, totius affectionis mortalis ignoratio, mundi mors, ga-
ſtrimargię faſtidium, Theologię materia, diſcretionis fons,
promptæ lachrymæ ſemper atque in poteſtate: loquacitatis
exterminatio, & ſi quid huiuſmodi eſt quo ſibi contraria
atque infeſta ſolet eſſe multitudo. Porro eorum qui ſine ra- G
tione hanc ſubeunt, iſta ſunt diuitiarum inopia, incremen-
tum iracundiæ, armarium memoriæ illatæ contumeliæ,
charitatis imminutio, faſtus ac ſuperbiæ aſſumptio. Sciens
ac prudens tacebo reliqua. Quoniam vero ad id ſermo no-
ſter proceſſit, neceſſe eſt vt his quoque qui ſub obedientia
& ſubiectione viuunt hic loquamur, his enim mihi nunc
maxime ſermo eſt. Eorum qui legitime & caſte atque in-
contaminate ornatiſſimæ huic & pulcherrimæ virtuti con-
iunguntur, iſta eſſe argumenta à ſanctis patribus diffinitum
eſt, quæ ſuo quidem tempore perficiuntur, quotidie tamen
extenduntur & adiectionem profectumque ſuſcipiunt. Pri-
mitiuę humilitatis incrementum, furoris imminutio, exa-
nito enim felle quid aliud fieri poteſt? Charitatis aſſump-
tio, vitiorum alienatio, odij liberatio, quod ex reprehẽſio-
ne fit, imminutio laſciuiæ, ignoratio acediæ, ſtudij accumu-
latio, miſericordiæ dilectio, ſuperbiæ peregrinatio. Virtus
ſane omnibus optanda paucíſque proueniens. Cum fonti
aqua deeſt, iam non proprie dicitur fons. Quid ſequatur
intelligit qui mentem habet. Adoleſcentula quæ non ſer-
uauit thorũ, corpus inquinauit; anima vero quæ non ſerua- H
uit pactum, contaminauit ſpiritum, illam quidem ſequitur
vituperatio, odium, verbera & quod omnibus miſerabilius
eſt ſeparatio atq; diuortium; hanc vero ſequuntur inquina-
tiones, obliuio mortis, inexplebilitas ventris, oculorũ in-
continẽtia, inanis gloriæ operatio, ſomni inſatiabilitas, cor-
dis durities, inſenſibilitas, cogitationum horreum, captiui-
tas cordis, turbationis operatio, inobedientia, cõtradictio,
infidelitatis cor, nulla certa ſalutis fiducia, ſecurum multi-
loquium, vitioſa affectio, & quæ omnibus grauior eſt con-
fidentia, quodque omnibus miſerabilius eſt, cor abſque vl-
la compunctionis gratia, cui ſuccedit in eos potiſſimum,
qui non aduertunt, indolentia ſpirituum, ac mater lapſuum.
Solitariæ quietis æmulos, quandoque ex octo ſpiritibus,
ſubiectos vero tres præcipue oppugnant. Solitarius aduer-
ſus acediam pugnans ſæpe iacturam facit, tempus enim ora-

Vide num legendum ſit in antu.

Quæ fructifera ſit ſolitudo iis qui perturbationib carẽt, ipſam quærẽt, quamq; perturbationis.

A

A ſuo exē-plo inſtitutum probat.

tionis atque contemplationis aduerſus hanc excogitādo ac luctando conſumit. Cum aliquando in cella ſedens deſidia torperem, cellulamq; ipſam fere cogitarem deſerere, aduenientes viri quidam, vt ſolitarium ſummis attollebant laudibus, ac beatum prædicabant, eiuſq; negligentiæ ſpiritus ab inani gloria fugatus abſceſſit. Admiratuſque ſum quomodo ſpiritibus omnibus tribulus iſte aduerſetur. Aſpice horis ſingulis coniugis & contubernalis tui motus atque obreptionis momentaq; & euerſiones quomodo & quorſum vergant. Qui per ſpiritum ſanctum tranquillitatē acquiſiuit, ſolus non ignorat hanc ſpeculationem. Principale ſolitariæ quietis opus eſt, omnia negotia eius ſiue rationabilia, ſiue ſiue irrationabilia negligere. Nam qui aperuerit prioribus, in ſequentia etiam incidet. Impigra oratio ſecundum, & tertium operatio cordis furibus inuiolabilis. Poſſibile non eſt, vt qui literas non didicit, in libris ſe naturaliter exerceat, longe eſt impoſſibilius, vt qui prius illud adeptus non eſt, duo ſequentia rationabiliter arripiat. Cū mediū illud arripuiſſem intermedius effectus ſum, ac ſitientem me illuminabat. Et ecce rurſus erat in illis. Quid quidē in eo erat ante viſibilem formā princeps docere non poterat, neque enim permittebatur. Quomodo autem nunc eſt, vt diceret, orabam. In proprijs quidem, inquit, ſed nunc in iſtis. Et ego quænam inquam eſt dextra ſtatio, atque ſiniſtra ſedes? Impoſſibile eſt hæc aure perdiſcere. Ego autem quo me trahebat affectus, adhuc me inquam, ad tempus illud. Nondum ait venit hora, ob defectum ignis incorruptionis. Iſta ſiue cum luto hoc neſcio, ſiue abſque eo dicere non poſſum. Difficile ac durum eſt æſtiuo maxime tempore excutere meridianum ſomnum. Tunc enim & ſolum fortaſſe nequaquam reiiciendum eſt opus manuum.

B

Acediæ ſpiritus qua cura reiiciendus.

Noui acediæ ſpiritum præparare ac præire fornicationis ſpiritum ſolere, vt valide corpus reſoluens atque in ſomnum præcipitans valut per ſomnium inquinationes quieſcentibus inducat: Si illis omnino reſiſtas fortiſſime, oppugnabunt te omnino acriter; vt quaſi nihil proficientem à certaminibus reuocent. Nullum certius argumentum eſt quo dæmones à nobis victi ſint, ſi nos acerrime oppugnent. Cum procedis congregata cuſtodi. Solent enim aperta ianua incluſæ aues auolare, tunc vero nullum quietis inueniemus emolumentū.

C

Modicus pilus perturbat oculū, & modica cura demolitur quietem. Quies enim eſt depoſitio ſenſuum, curarumque rationabilium abnegatio. Is qui reuera quietem apprehendit ne ipſius quidem carnis ſibi geret curam vllam. Neq; enim mentitur qui ait: Qui mentem puram Deo cupit ſiſtere curiſque agitatur, is ei ſimilis eſt, qui pedes ſuos fortiter vinciens celeriter incedere nititur. Rari quidem ſunt qui ſæcularem philoſophiam ad ſummum eruditi ſunt, ego vero pauciores eſſe dico, qui veram quietis ſapientiam ſecundum Deum nouerunt. Qui Deum nondum nouit, quieti idoneus non eſt, plurimaque pericula ſuſtinet. Quies imperitos ſuffocat; nam cum dulcedinem Dei non guſtauerunt, in captiuationibus, & furtis, & mœroribus, & fatigationibus animi tempus conſumunt. Qui pulchritudinem orationis attigerit, fugiet turbas vt onager. Quis enim niſi hic dimiſit onagrum liberum ab omni conſortio hominum? Is qui paſſionem obſeſſus moratur in eremo, horum exercitationi totus incumbit. *Sicut & ſenex Sanctus Arſilaites Georgius*, quem & charitas tua non ignorat, cum aliquando formaret atque inſtrueret inutilem animam meam, & erudiret ad ſolitudinis quietem, me de huiuſmodi loquens edocuit.

D

Qui dæmones diuerſis horis maxime tentare ſoleant.

Notaui, inquit mane vt plurimū inanis gloriæ atq; concupiſcentiæ ſpiritus ſolere aduenire, meridie vero acediæ & iracundiæ & triſtitiæ, veſpere autem infelices ventris ſtercorum tyrannos. Melior eſt ſubditus pauper quam ſolitarius qui hic inde diſtrahitur. Qui ratione quietem arripit, neque ipſius lucra quotidie conſiderat, is aut non ratione & ſecundum quod conuenit quieſcit, aut elatione ſubripitur. Quies eſt perpetuo atque intermiſſimo cultu Deo iugiter aſſiſtere.

Sententia notanda.

Ieſu memoria fac vt ſpiritui tuo vniatur, tuncque agnoſces quæ ſit quietis vtilitas. Lapſus quidem ſubditio voluntas eſt propria, quieti vero ſolitarij orationis intermiſſio. Si aduentu fratrum ad cellam tuam gaudeas, ſcito ſeipſum acediæ vacare ſoli, non Deo. Exemplar orationis tibi ſit vidua illa Euangelica ab aduerſario ſuo diutius afflicta, quietis vero forma, magnus ille parq; Angelis ſolitarius Arſenius.

E

Memento qui in ſolitudine degis, Angeli huius ſolitarij inſtitutum, atque intuere quomodo ad ſe aduenientes ne id quod erat maius amitteret, inſalutatos plerumque remiſerit. Certum eſt dæmones perſuadere his qui irrationabiliter circuire ſunt ſoliti, vt ad eos ſæpius proficiſcantur, qui ſtudioſiſſime ſectantur quietem, vt horum cauſa operarios Dei vel parum impedire poſſint. Nota eos qui ſunt huiuſmodi ô chariſſime, neque vites religioſe & pie contriſtare negligentes. Fortaſſis ex hac ſalubri contriſtatione circuire deſinent. Caue enim ne prædictæ intentionis occaſione fruſtra & ſine cauſa animam contriſtes, quæ forte præ ſitis ardore haurire abs te aquam venit. In omnibus vero lucerna tibi opus eſt, vita quieſcentium, immo vero monachorum ſecundum conſcientiam ex intimo cordis ſenſu fiat. Is q rationabiliter currit, ſtudia ſua ac locutiones & cogitationes & inceſſus & motus, omnia ſecundum Deum fiunt ſtudioſiſſime atq; ex affectu cordis coram Domino operatur.

F

Quod ſi adhuc ſubripitur, nondum ſecundum virtutem operatur: Aperiam, ait quidam, in pſalterio propoſitionem meam, & conſilium ob defectum hactenus diſcretionis: Ego vero per orationem aperiam voluntatem meam, atque inde certum aliquid auditionis iudicium accipiam. Fides eſt orationis penna, quam niſi habent rurſus in ſinum meum reuertetur. Fides eſt animæ nihil hæſitans ſtatus adeo fixus, vt nulla aduerſitate motus agitetur, fidelis eſt non qui Deum omnia poſſe arbitratur, ſed qui credit omnibuſque potietur.

Virtus fidei quanta.

Fides eſt inſperatarum rerum indultrix, atque hoc latro ille felix oſtendit. Fidem genuit labor & rectum cor ex quibus ille quidem nihil hæſitantem efficit, hoc autem eiuſdem eſt author. Quieſcentium mater eſt firma fides; niſi enim crediderit quis, quomodo quieſcere poterit? Qui compeditus in carcere eſt, torquentis deterretur metu. Qui vero in cellula quieſcit, timorem peperit Domini. Non ita prior ille quæſtionem, vt ſecundus æternum iudicis iudicium metuit. Summo tibi metu opus eſt, clariſſime, in ſolitudine. Nihil enim perſequi & fugere acediam vt timor poteſt. Inſpectabit aſſidue reus quando iudex adueniat in carcerem, verus autem operarius quando vt exite vrgeat venturus ſit.

G

Alligatum eſt priori triſtitiæ pondus, ſequenti vero lachrymarum fons.

Patientiæ commendatio.

Si patientiæ quæſieris baculum, cito deſiſtent canes impudice agere. Patientia eſt infractus animi labor, nullis vel proximis rationabilius fragoribus agitatur. Patientia eſt vexationis quotidie expectata diffinitio. Patientia eſt occaſionum amputatio: ſuique ſibi eiuſque ſolicita vacatio. Non ita ſua alimento vt patientia operarius indiget. Si enim illud deſit, coronam accipiet; ſin vero hic non adſit, pernitiem referet. Patiens ante monumentum mortuus eſt, ſepulchrum enim cellulam ſuam fecit. Patientiam ſpes & luctus peperit, nam qui abſq; his duobus eſt, acediæ ſeruus efficitur. Scire debet paleſtrites Chriſti, quos hoſtes animus perſequi & quib. cominus cōgredi expediat. Luctatio quippe aliquando coronas miniſtrauit, aliquando vero luctæ declinatio improbos fecit. Sed hoc verbis edocere poſſibile non eſt. Neque enim eiſdem omnes neque modo afficimur, neque qualitas vna omnium eſt. Vnum ſpiritum obſerua vigilantius, nam ille & te infatigabiliter oppugnat, in ſtatu, in tranſitu, in ſeſſione, in motu, in accubitu, in oratione, in ſomno.

H

Plurimi ex his qui in ſanctæ quietis curſu aſſident, eam ſemper in ſeipſis operationem continent, quam pſalmiſta ſignauit. Prouidebam Dominum in aſpectu meo ſemper. *Pſal. 15.* Neque enim omnes panes ex cœleſti tritico ſpiritualis alimenti eiuſdem ſpeciei ſunt. Alij in eo ſe exercent quod Dominus ait: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Luc. 21.* Alij in eo quod rurſus ait: Vigilate & orate. *Matth. 28.* Alij iterum in eo quod ſcriptum eſt: Præpara in exitum tuum opera tua. *Prou. 24.* Alij in eo q dicitur: Humiliatus ſum & ſaluauit me. *Pſal. 114.* Pleriq; id ſemper inſpiciunt: Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ in nobis reuelanda eſt. *Rom. 8.* Quidam vero illud: Ne quando rapiat vt leo animam meam, & non ſit qui eripiat, intentiſſime cogitant. *Pſal. 7.* Omnes quidem iſti currunt, ſed vnus accipit brauium. Ex his ſine

labore, non ſolum vigilans, verum etiam dormiens is qui iam profecit operatur. Vnde nõnulli in ipſis quoq; ſomnis accedentes ad ſe dæmones ignominiis & contumeliis caſtigant, impudicaſq; mulierculas de caſtitate admonẽt. Ne ſis in expectatione aduenientium ſolicitus, neque te ad id antea præpares, ſimplex enim totus ac omni nexu liber eſt quietis ſtatus. Nulli qui turrim vel cellam quietis ædificare velit, id ante conatur q̃ ſedens per orationem computet an habeat proprietates perfectioni neceſſarias, ne forte poſtq̃ fundamenta iecerit, riſum inimicis faciat, operariis reliquis impedimentum. Inſpice diligẽtius aduenientem in te ſuauitatem: ne forte ab auaris medicis, imo vero inſidiatorib. ſubdole tibi præparata ſit. Noctu quidem plurimum orationi inſiſte, pſalmodię parum; die vero rurſus pro tuis viribus te parare ſatage. Solet lectio non mediocriter illum illuminare atq; colligere mentem, verba enim ſunt S. Spiritus, accedenteſq; ad ſe omnino dirigunt & moderantur. Sit tibi operanti lectio quæ informet actionem: nam ſi adſit operatio, ſuperflua iam erit lectio. Laboribus potius quam libris ſalubritatis verba intelligere ſatage. Noli antequã virtute ſpirituali præditus ſis, eos libros legere qui menti nocere poſſint. Nam cum verba reuera tenebroſa ſint, imbecillioribus tenebras obducunt. Vnus ſæpe calix, vini guſtũ dedit, vnuſq; ſermo ſolitarij, his qui guſtare poſſint, omnẽ illius interiorem actionem ſtatim patefecit. Immotum animæ oculum aduerſus elationem conſtanter tene, nihil quippe aduerſus ſpiritualia furta hac pernicioſius inuenies. Cum proceſſeris parcito linguæ, plurimos enim labores hæc ſubito ſpargere & diſſipare nouit. In eo te ſtatu exerce, qui curioſitatem neſciat: nihil enim ita quietem inquinare poteſt, vt curioſitas. His qui ad te veniunt, neceſſaria atq; vtilia propone, corpori ſcilicet atq; ſpiritui. Et ſi quidem illi ſapientiores ſint, ſilentio Philoſophiam noſtram indicemus; ſin autem fratres fuerint, eiuſdemq; nobiſcum ſtatus, moderate ianuam aperiamus. Præſtat tamen omnes ſuperiores nobis extimare. Cum vellem his qui iuniores adhuc erant corporis opus in collectis omnino interdicere, continuit me, qui arenam in pallio tota nocte ferebat. Sicut rationi dogmatis ſanctæ & increatæ, & adorandę ſanctæ Trinitatis opponuntur, quæ de diſpenſatione carnis vnius ex tribus perſonis eiuſdem laudatiſſimæ Trinitatis legimus, illa enim quæ ibi pluralia, in hoc ſunt ſingularia, & quæ illic ſingularia, hic pluralia ſunt, ita & alia ſolitudinis quieti, alia obedientiæ alia ſubiectioni ſtudia conueniunt. Quis agnouit ſenſum Domini? ait diuinus Apoſtolus. Ego autem dico, quis agnouit ſenſum hominis & corpore & ſpiritu quieti ſolitudinis dediti?

De Oratione virtutum matre,

Gradus XXVIII.

ORatio in qualitate quidem ſua coniunctio atque vnio eſt, hominis videlicet & Dei, ſecundum actionem vero conſtantia mundi, ornatus collectio, reconciliatio Dei, lachrymarum mater, earumque item filia, peccatorum propitiatio, tentationum pons, tribulationum interpoſitus paries, bellorum confractio, Angelorum opus, incorporearum omnium virtutum cibus, futura lætitia, infinita operatio, virtutum fons, gratiarum miniſtra, profectus inuiſibilis, nutrimentum animæ, mentis illuminatio, deſperationis amputatio, ſpei & fidei demonſtratio triſtitiæ ſolutio, monachorum diuitiæ, ſolitariorum theſaurus, iræ minutio, ſpeculum profectus, menſurarum indicium, ſtatus inſinuatio, futurorum reuelatio, clementiæ ſignificatio. Oratio eis qui recte orant, curia & iudicium & tribunal Domini ante futurum tribunal eſt. Exurgentes audiamus ſacram hanc virtutum reginam excelſa ad nos voce clamantem ac dicentem. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem animabus veſtris, plagiſque veſtris medicinam. Iugum enim meum ſuaue eſt, & peccata ſanat maxima. Quicunque regi noſtro aſſiſtere & colloqui proficiſcimur, non imparati curſum hunc faciamus, ne forte nos abſque armis & ſtola regio digna conſpectui à longe nos conſpiciens, miniſtris & famulis iubeat vt vinctos nos longe à facie ſua in exilium mittant, negligenteſque & interruptas orationes noſtras in faciem nobis exprobrent. Cum vultus Domini aſtare proficiſceris, ſit tibi tunica animæ filo omnificatiæ .i. obliuionis iniuriarum omnino conſuta. Alioquin nihil ex oratione ipſa lucraberis. Sit tibi totus orationis textus vnus, neque vlla varietate maculatus, vno enim verbo & publicanus ille ex Euangelio, & prodigus filius Deum ſibi reconciliauerunt. Vnus quidem eſt orantium ſtatus, ſed is ingentem ſane varietatem ac differentiam poſſidet. Alij nanque vt amicos & Domino illi familiarius aſſiſtunt pro aliorum iam non pro ſuo adiutorio vel preces illi vel laudes offerẽtes, alij diuitias & gloriam & confidentiam ampliorem ſibi dari quærunt, alij ab aduerſario ſuo omnino liberari expoſcunt, nonnulli vt dignitatem aliquam accipiant precantur, quidam vero perfectam debiti ſecuritatem, alij cuſtodiæ liberationem, alij criminum ſolutionem conſequi exoptant. Ante omnia, in orationis noſtræ chirographo gratiarum actionem ſynceram ſtatuamus, in ſecundo autem verſu confeſſionem & contritionem animi ex intimo affectu prodeuntem, atque ita demum regi noſtro poſtulationem indicemus noſtram. Optimus hic quem prædixi orationis modus eſt, ſicut cuidam ex fratribus ab Angelo Dei demonſtratum eſt. Si vnquam viſibili iudici obnoxius fuiſti, non tibi alia forma iam opus erit, quam imitari debeas dum orationi inſiſtis. Quod ſi neque ipſe reus extitiſti, neque alios examinari perſpexiſti, vel ex infirmorum precibus, quas medicis dum ſecandi vel vrendi ſunt fundunt huiuſmodi aliquid addiſce. Noli verbis excultioribus in oratione tua vti. Sæpe enim infantium ſimplicia & pura & balbutientia verba Patrem ſuum qui eſt in cœlis placauerunt. Noli conari multum loqui, ne mens tua ad inquiſitionem verborum diſtendatur. Vnius publicani ſermo placauit Deum, vnumque fidele verbum ſaluauit latronem. Multum in oratione loqui, mentem ſæpe imaginibus illuſit, intentionem diſſoluit. Parum autem aut vnum etiam verbum in oratione loqui, colligere mentem conſueuit. Cum in orationis verbo vel dulcedine perfundi vel compungi te ſentis, in ipſo perſiſte. Tunc quippe cuſtos noſter nobiſcum orat. Non confide, quantumlibet munditia polleas, ſed ſumma potius humilitate ad orationem attende, tuncque ampliorem confidentiam accipias, ſi totam virtutum ſcalam aſcendiſti, tamẽ propter remiſſionem peccatorum ora, audiens de peccatoribus clamantem Paulum: Quorum primus ſum ego. Condire obſonia oleum ſolet & ſal, orationem vero in ſublime leuare pudicitia & lachrymæ. Si omnem manſuetudinem & iræ vacuitatem indueris, nihil tu laborabis vt eruas de captiuitate mentem tuam. Quouſque orationem fixam certamque non poſſidemus: his qui infantes ad incedendum initio exercent ſimiles ſumus. Contende vt ad ſuperna feras, immo vero vt recludas intelligentiam in orationis verbis. Quod ſi debilitata per infantiam ceciderit, rurſus illam reducere cura, eſt quippe proprium mentis inſtabilitas, Dei vero proprium ſiſtere omnia poſſe. Si infatigabiliter certes, adueniet in te penitus qui mentis mari terminum per gyrum poſuit, dicet illi: huc vſq; venies & non tranſgredieris. Poſſibile non eſt ſpiritum ligare, ſed vbi conditor ſpirituum eſt omnino obtemperant. Si ſolem vnquam, ſicut oportet conſpexiſti, poteris illi quoque decenter colloqui, ſin autem quem non vidiſti veraciter interpellare poteris. Orationis quidem initium, eſt luctus in animo aduenientes ſolo & tacito mentis imperio ex ipſis initiis fugare, nedum vero cum in his quæ dicuntur vel cogitantur mens tota eſt, finis autem raptus ad Deum. Alia lætitia eſt, quæ in oratione contingit in congregatione degentibus, & alia quæ in ſolitudine orantibus prouenit. Illa nanque fortaſſe modicis fautaſiis luditur, hæc autem in humilitate tota plena eſt. Si te ſemper exerceas, vt mens tua nunquam longius euagetur, etiam in ipſa menſæ oppoſitione, prope te erit; ſit autem effrenis libere vagari pateris, nunquam tecum permanere poterit. Magnus quidam magnæ & perfectæ orationis operarius, volo ait, magis verba menti meæ dicere & reliqua. Sed hoc à pueris & iunioribus alienum eſt. Idcirco & nos cum qualitate & quantitatis multitudine, vt imperfecti obſecramus, per hoc n. poſtremum ad primum

A illud peruenitur. Qui dat, inquit, orationem mundam impigre oranti, & sordide, & cum labore. Aliud est orationis sordes, aliud exterminatio, aliud furtum, & aliud macula. Sordes est Deo assistere & iniquum cogitationes in animo versare. Exterminatio est ad curas inutiles captiuum pertrahi. Furtum est dum latenter & sine nostro sensu mens aliquo strepitu agitatur intrinsecus. Macula est qualiscunque impetus tunc nobis appropians. Quoties soli eo tempore non sumus quo ad orationem assistimus, formemus intrinsecus orationis impetum, sin vero non adsint laudum ministri, etiam exteriorem habitum ad preces componamus. Nam in his qui hactenus sunt imperfecti mens corpori sæpe configuratur, Omnes quidem, sed hi longe amplius. qui debiti remissionem accipere à rege cupiunt, Ingenti contritione indigent. Si in carcere sumus adhuc, audiamus dicentem Petro accingere obedientiæ linteo, & excalcia te voluntates tuas, atque his nodus & liber accede ad Dominum in oratione tua, solius eius voluntatem implorans, tunc suscipies Dominum animæ tuæ tenentem gubernacula, eaque tuto regentem. Surgens ab amore seculi & voluptatum labe, proiice curas, exue intelligentias abnega corpus. Nihil enim est aliud oratio nisi mundi visibilis & inuisibilis alienatio. Quid est mihi in cælo? Nihil nisi semper tibi in oratione absque vlla distractione adhærere. Nonnullis quidem opes in desiderio sint, aliis gloria, quibusdam mortalium quarumlibet rerum acquisitio, mihi adhærere Deo bonum est, atque desiderabile & ponere in eo spem tranquillitatis meæ. Fides orationis est penna, qua sine in cælum euolare non potes. Quicunque perturbationibus variis obnoxij sumus, oremus instanter Dominum. Omnes enim qui eiusmodi fuerunt, ex perturbationum tempestate in beatam tranquillitatem profecerunt. Et si non Deum vt Deum metuit iudex, tamen quia sibi molesta sit anima quæ per peccatum & ruinam viduata fuerat faciet vltionem eius ex aduersario illius corpore suisque inimicis spiritibus. Gratos quidem clemens negociator noster per celerem postulationis effectum ad dilectionem suam pertrahit, ingratas vero canum animas per esuriem perditionisque sitim, sibi assidere per orationem studium hortatur Ingratus enim canis cum panem tulerit, ab eo qui statim dedit abscedit. Noli cum in oratione perduras, dicere: Nihil profeci. Iam enim satis profecisti. Quid enim sublimius esse possit quam adhærere Domino, atque in hac cum illo iugiter perseuerare? Non sicut qui condemnatus est, pœnæ suæ sententiam metuit vt qui orationis curam solertius habet cum ad illam assistit, trepidat. Quocirca qui sapiens & acutus est, ex hac memoria maledictum omne, & iracundiam, & curam, & occupationem, & vexationem, & saturitatem, & tentationem, & cogitationem auersari potest & fugere. Præpara te ante per sempiternam animæ orationem ad assistendum precibus tuis, & cito proficies. Vidi quosdam obedientiæ virtute fulgentes, Deique memoriam pro viribus non negligentes prompte ad orationis studium occurrere, mentemque suam citu colligere, lachrymasque fortium in morem profundere. Erant enim præparati per sanctam obedientiam. Psalmodiam quidem cum multitudine, captiuitates & mentis cogitationes sequuntur, solitariam vero non ita, sed hanc quidem acedia oppugnat, illam vero alacritas adiuuat. Charitatem quidem militia ad imperatorem suum indicat bellum, monachi vero charitas ad Deum maxime quo tempore astat orationi deprehenditur. Statum tuum oratio tua manifestat tibi. Hanc enim monachi esse speculum, tradunt Theologi rectissime. Qui quodlibet opus incipit & orationis tempore adueniente adhuc in illo moratur, à dæmonibus illuditur. Intentio namque furibus est horam per horam à nobis furari. Cum vt pro anima aliqua ores postularis, noli deuitare, & si virtutem orationis non possides. Fides enim petentis etiam cum contritione oranti sæpe causa salutis fuit. Noli extolli cum pro alio oras si exaudiaris. Illius namque fides operata est atque præualuit. Solent pueri id quod à magistro didicerunt, ab eodem diebus singulis exigi; ita & mens omnis eam quam à Deo accepit virtutem in omni oratione iuste exigitur. Quocirca attendendum sollicite est, cum vigilantius orare cœperis, citius in iracundiam oppugnaberis. Hoc enim

Quæ vitiâ iucet orandum contingunt.

Quomodo fugienda superiora vitia inter orandum.

B

C

D

subtrahere vel suggerere moliuntur inimici nostri, vt priuemur orationis fructu Ad omnem quidem virtutem præcipue tamen orationem summo cordis sensu & affectu semper exercere debemus. Tunc vero aliquis sibi orat, cum iracundia superior euaserit. Ea quæ plurimis temporibus precibus ac lachrymis acquiruntur, solida sunt atque durabilia. Qui Deum possederit, non iam sibiipsi in orationе intentionem dictabit. Tunc enim spiritus pro eo interpellat gemitibus ineffabilibus. Omnem sensibilem phantasiam noli in oratione suscipere, ne forte stuporem atque amentiam incurras. Omnis petitio nostra quod suscepta fuerit certum iudicium maxime in oratione percipimus, Porro ad iudicium ambiguitatis liberatio est incertæque rei dignissima certissimaque atque immobilis informatio. Misericors esto vehementer si oratio reuera tibi cordi est. In ipsa enim centuplum accipient monachi, & quod sequitur in futuro. Ignis quidem adueniens in cor orationem excitatur, ea vero excitata atque in cælum assumpta, ignis in cœnaculum animæ descendit. Aiunt quidam meliorem esse orationem quam memoriam mortis, ego vnius substantiæ duas essentias collaudo. Equus probatus quanto vltra progreditur, feruere magis & cursui adiicere solet. Cursum, hymnorum cantum intelligo, equum vero virilem animum, huiusmodi vero de longe odoratur bellum, & præparatus iam ad omnia insuperabilis permanet. Durum est aquam ex sitientis ore diripere, sed longe est durius animam summo affectu compunctionis orantem priusquam perfecte consummetur oratio seipsum priuare iucundissimo isto nimiumque desiderabili statu. Noli ab oratione desilire quoad videas ignem & aquam diuina dispensatione cessauisse, neque enim huiusmodi tempus remissioni peccatorum fortassis vltra in omni vita tua inuenies. Qui orationis gustum cœpit, vno sæpe verbo incaonua emisso inquinauit mentem, atque in oratione assistens quem cupiebat nequaquam vt solebat. Aliud est crebrius corde speculari, aliud ipsum cor inspectare, mentis officio principis in mortem rationabiles hostias Christo offerentis. Nonnullos quidem, vt ait appellatus à Theologiæ cognomine, sanctus atque cœlestis ignis adueniens comburit, eo quod adhuc satis purgati non sunt, alios rursus per mensuram perfectionis illuminat. Idem enim & ignis consumens, & lux illuminans dicitur. Vnde & quidam ab oratione exeuntes veluti ex fornace ignis egrediuntur, sordis cuiusdam ac materiæ leuamen sentientes, alij vero veluti à luce illustrati atque duplici humilitatis amicti veste, inde procedunt. Qui vero absque his duobus effectibus ab oratione exeunt, corpore, non spiritu, audacter dixerim, orant. Si corpus per tactum appropinquans corpori immutatur actione, quomodo non immutabitur qui Dei corpori manibus innocentibus propinquatur? Possumus ad terreni regis similitudinem nostrum quoque cœlestem & clementissimum regem aliquando per nosipsos inspicere, aliquando per amicos, aliquando per seruos, nonnunquam etiam incognito modo militibus suis donatiua largientem: iam vero etiam qualitate tunicæ eius, in nobis humilitatis. Quemadmodum terreno regi execrabilis est is qui illi astat, & Domini sui inimicos alloquitur, ita eum quoque Dominus abominatur, qui in oratione existens immundas cogitationes recipit. Accedentem canem armis insequere, & si impudenter latret, non ei cedas. Pete per luctum & per obedientiam quære, pulsa per longanimitatem. Nam qui sic quærit, inuenit, & sic pulsanti aperietur. Obserua cautius vt non temere ac indifferenter pro fœmina in oratione tua ores, ne à dextris fortasse te prædator inuadat. Noli corporis actus, vt sunt, distincte ac per partes in oratione Deo confiteri, ne tibi ipsi insidiator fias. Noli illud orationi tempus deputare, dum tibi curis necessariis siue spiritualibus negotiis instandum est. Alioquin id quod præstantius est, tibi fur ille versutus eripuit. Qui baculum orationis iugiter tenet, non offendet, sed si offendere eum contigerit non penitus cadet. Quippe oratio pie Deo vim infert. Eius vtilitatem ex his quæ sinaxis tempore contingunt dæmonum impedimentis colligere possumus: Eius & fructum ex inimici profligatione cognoscimus. In hoc enim cognoui, quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus

E

Rom. 8.

F

G

1. Cor. 12.

Orationis effectus.

Oratio munda.

Luc. 11.

H

Orare pro fœmina.

Sinaxis.

Psal. 40.

A *Pſal. 118.* *Matth. 18.* ſuper me. Belli tempore clamaui, inquit Pſal. In toto corde meo videlicet corde & animo & ſpiritu. Vbi enim ſunt duo poſtremi congregati, illic Deus eſt in medio eorũ. Neque corporalia neque ſpiritualia omnia omnibus eodem modo inſunt. Quibuſdam enim celerius, quibuſdam vero moroſius pſallere profuit: Dum hi aduerſus captiuationem, illi aduerſus imperitiam pugnare ſe dicunt. Si contra inimicos tuos regem iugiter interpellaueris, cum ad te accedunt, confide, non laborabis. Ipſi ſua ſponte abs te diſcedent. Neque enim impuri & contaminao ſpiritus patiuntur inſpicere, dum coronam ex illorum impugnatione per orationem ſuſceperis. Præterea velut ab orationis igne verberati diffugient. Fortiſſimo ſemper ſis animo, Deumque magiſtrum habebis orationis tuæ. Noo poſſumus verbis diſcere, aſpicere. Naturam enim id ſequitur. Neque orationis pulchritudinem per alterius doctrinam addiſcere poterimus. Ipſa enim io ſeipſa Deum habet magiſtrum, qui docet hominem ſcientiam, datque orationem oranti, & benedicit iuſtorum animas Amen.

B

De beata tranquillitate animæ.
Gradus XXIX.

ECce nos quoque qui in profundiſſimo ignorantię lacu tenebroſiſq; perturbationibus & vmbra mortis huius corporis conſtituti ſumus ſumma improbitate & audacia de terreſtri cœlo Philoſophari incipimus. Habet firmamẽtum, habet ſtellarum pulchritudinem, beata vero tranquillitas virtutum ornamentum. Nihil enim aliud eiuſmodi tranquillitatem eſſe ego reor, niſi mentis intimum cœlum, *Tranquillus quis ſit.* verſutias dæmonum ludibria iam extimans. Ille igitur proprie tranquillus eſt & intelligitur, qui carnem quidem omnis corruptionis labe purgauit. Mentem vero ſupra creaturam omnem eleuans omnes illi ſubiicit ſenſus, atque vultui Domini animam ſiſtẽs ſupra virium ſuarum modum in illum ſe ſemper extendit. Quidam rurſus beatam hanc tranquillitatem eſſe diffiniunt, animæ reſurrectionem ante reſurrectionem corporis. Alij perfectam cognitionem Dei ab angelis ſecundam eſſe aiunt. Hæc itaq; perfectorum perfecta & infinita perfectio, ſicut mihi quidam qui illius guſtum ceperat, aperuit, ita ſanctificat atque à terrenis C omnibus rapit, vt plurimam iam carnalis vitæ partem poſtquam hunc cœleſtem portum occupauerit, veluti in cœlo per exceſſum mentis ad ſpeculationem attollat. De quo *Pſal. 46.* is qui bene fuerat expertus quodam in loco ait. Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. Hominem fuiſſe Ægyptium illum nouimus, qui quotiens cum aliquibus orabat, manus ſuas diutius in oratione extenſas non dimittebat. Eſt inter huiuſmodi beatos alius alio tranquillior. Alius enim fortiter aduerſatur atque odit iniquitatem, alius inexplebiliter virtutibus ditatur. Etiam & caſtitas tranquillitas dicitur, & merito ſane. Principium eſt enim communis reſurrectionis atque corruptibilium *1. Cor. 7.* incorruptionis. Tranquillitatem oſtendit qui ait: Senſum Domini poſſideo: Hanc item inſinuauit Ægyptius qui ſe ait non timere Dominum. Eam item ille oſtendit, qui vt ad ſe perturbationes & tentamenta redirent orauit. Quis ante futuram claritatẽ, ita vt Syrius iſte facta, hac tranquil- *Pſal 18.* litate dignus habitus eſt. Nempe celeberrimus inter pro- D phetas Dauid: Remittite mihi, inquit ad Dominum, vt refrigerer, hic autem Dei athleta, remitte, ait, fluent gratiæ tuæ. Tranquillitatem habet anima, quæ ita in virtutũ qualitatem atque habitum ſicut vitioſi in voluptatem traducta eſt. Si hic finis eſt gaſtrimargiæ ſe ipſum etiam noo appe- *Vera gaſtrimargia.* tentem auide ad cibum impellere: hic profecto finis erit continentiæ etiam eſurientem ſe continere, natura iam libera atque nulli rei penitus obnoxia. Si hic finis eſt libidinis, in ipſa muta animalia reſque inanimatas inſanire, iſte profecto caſtitatis finis erit, in omnibus veluti ea ſint ſine anima, ſenſus innocuos ſeruare. Si finis iſte auaritiæ eſt nũquam congregare deſinere vel ſatiari, hoc profecto finis nuditatis erit, neque proprio corpori parcere. Si is acediæ finis eſt quantalibet requie carere impatientia agitari, hic erit patientiæ finis, vt quantus in tribulatione quis ſit, requiem tamen ſe habere arbitretur. Si hoc eſt inanis glo- E riæ etiam culmen, cum nullus adſit, qui laudare poſſit, ingere ſimulationis opera, hæc profecto contrariæ rei ſpecies erit, ſi nunquam, etiam in conſpectu laudantium, noſtra intentio ab inani gloria ſurripiatur. Si eſt iracundiæ pelagus nemine præſente irritari atque efferari, ſane iſtud erit longanimitatis profundũ ſiue ſit præſens, ſiue abſens, qui maledictis inſequitur eadẽ animi tranquillitate durare. Si hæc ſpecies perditionis vel ſuperbiæ eſt, in vili atque humili habitu extolli, iſtud certe ſaluberrimæ humilitatis argumentum, in excelſis conatibus & recte factis humilem tenere mentem. Si hoc perfectæ vicioſitatis argumentum eſt, omnibus quæ dæmones inferunt protinus cedere: hoc erit beatiſſimæ trãquillitatis indicium, poſſe efficaciter dicere: Declinantem à me malignum non cognoſcebam, neque quo modo aduenit neq; cuius rei gratia, neque quomodo abſceſſit, ſed omnino ad huiuſmodi inſenſibilis ſum. Qui totus hoc ſtatu dignus habitus fuerit adhuc in carne degens, ipſum in ſe habitantem Deum in omnibus verbis & operibus & cogitationibus ducem & gubernatorem habet, vnde & quaſi diuinæ volontatis addito vocem quan- F dam per illuminationem interius percipit: atque humana omni doctrina celſior factus, dicit: Quando veniam & apparebo ante faciem Domini? Neque enim iam fero deliderij vim atque efficaciam, ſed quæro quam dediſti mihi ante carnis huius lutum immortalem pulchritudinem. Qui *Galat. 2.* eiuſmodi eſt (ne multa dicam) viuit quidem iam non ipſe, viuit autem in eo Chriſtus, vt ait qui bonum certamen certauerat, curſumque conſummauerat, & fidem ſeruauerat. Non conſtat ex vno precioſo lapide diadema re- *2. Tim. 4.* gni, neque conſummat iſta beata tranquillitas ſi vel vnam aliquam virtutem negligamus. Tranquillitatem intelliges tu quidem cœleſtis regis in cœlis regiam, multas vero manſiones eas quæ ſunt intra ciuitatem iſtam habitationes. Porro cœleſtis huius Ieruſalem murum, peccatorum remiſſionem intellige. Curramus, fratres, curramus rogo quatenus ingreſſu thalami regiæ aulæ potiri mereamur. Quod ſi ex aliquo vel onere vel anticipatione vel tempore ob calamitatem, non ferendam præoccupari fuerimus, vel manſionem aliquam circa thalamum ipſum occupare ſtudeamus. Sin vero adhuc tepeſcimus & remiſſi fuimus, vel intra mœnia ipſa modis omnibus inueniri curemus. Nam qui ante finem vitæ in ea non fuerit ingreſſus, G imo vero illa etiam tranſcenderit, in ſolitudine dæmonum & vitiorum commemorabitur. Idcirco etiam quidam orabat dicens: In Deo meo tranſgrediar murum. Et alius quaſi ex perſona Dei ait. Nonne peccata veſtra ſunt quæ ſepa- *Pſal. 17.* rant inter me & vos? Perfigamus, ô amici, medium ſepis *Eſaiæ 59.* parietem, quem male per obedientiam ædificauimus. Accipiamus hinc debiti ſolutionem, eo quod in inferno deſit q ſanare vel debita dimittere poſſit. Videamus ergo fratres & feſtinemus, ad hoc enim in militiã cœleſtis imperatoris aſcripti ſumus, quicunque enim per regenerationis lauacrum Dominum receperũt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri dicens. Vacate & videte & agnoſcite, quoniam ego *Ioan. 1.* ſum Deus tranquillitaſque & à vitiis redemptio. Ipſi gloria *Pſal. 45.* in ſecula ſeculorum, Amen. Suſcitat quidem à terra men- *Pſal. 112.* tem inopem, atque à ſtercore vitiorum erigit pauperem. Beata tranquillitas, quæ videlicet liberatio à vitiis cordiſque munditia eſt, laudatiſſima vero ſemperque veneranda charitas collocat cum principibus populi Domini, & ſedere facit cum ſpiritibus angelicis.

H

De vinculo fidei, & charitatis.
Gradus XXX.

NVnc itaque poſt prædicta omnia manent Fides, Spes, *1. Cor. 13.* Charitas, tria hæc, quibus reliqua omnia coniũguntur atque arctiſſime colligata continentur; maior autem ex his, charitas eſt. Deus enim rite appellatur. Equidem harum virtutum primam radium, ſecundum lucem, tertiam circulum intelligo. Ex quibus omnibus vnus ſplendor atque vna claritas efficitur. Denique prima facere omnia & condere poteſt, ſequens Dei miſericordiam circuit & confuſam facit, tertia vero nunquam excidit, neque vnquam currere deſiſtit, neque eum qui à beata inſania vulnera-

A tas fuerit, vltra quieſcere ſinit. Qui de charitate loqui inſtituit, de perfecto loqui nititur. Enimuero de Deo verba facere & anceps ſimul & periculoſum eſt, his qui parum cautè quid moliantur aduertunt. Sermo de charitate ſolis Angelis notus eſt, atque illis ipſis per efficaciam illuminationis eſt cognitus. Charitas Deus eſt, eius vero finem qui loqui inſtituit, cæcus cum ſit, in abyſſo metiri arenam cupit. Charitas quidem ſecundum qualitatem ſimilitudo Dei eſt; quantum in hominibus fieri poteſt, ſecundum efficaciam autem ebrietas eſt animæ: ſecundum proprietatem vero, fons eſt fidei, lõganimitatis abyſſus: aloſſinumque humilitatis pelagus. Charitas denique, perfecta eſt cuiuſque aduerſæ prauæque intentionis cogitationiſque depoſitio. Charitas enim non cogitat malum. Charitas & tranquillitas & filiorum adoptio ſolis nominibus diſtincta ſunt. Sicut enim lumen ignis, & flamma in vnam actionem conueniunt, ita de his quoque intelligendum eſt. Pro defectus illuſtrationiſque menſura timor ineſt animæ. Nam qui ſine timore eſt, aut charitate plenus, aut in anima mortuus eſt. Ex perfecta tamen charitate verus & ſanctus timor

B Domini naſcitur, ex quo rurſus Dei amor proficiſcitur. Nihil abſurdum vel iniquum facere videbimus, ſi ab humanis rebus, deſiderij, & timoris & ſtudij & zeli ſeruitutiſque & amoris Dei exempla ceperimus. Beatus qui tali in Deum feruet amore quali turpis atque veſanus amator in eam mulierem quam diligit flagrat. Beati qui ſic Dominum timent, ſicut rei & morte mulctandi iudicem ac tortorem metuunt. Beatus qui ita vera ſolicitudine ſolicitus erga Deum eſt, vt prudentes ſerui erga Dominum ſuum. Beatus qui in eo zelo virtutibus inuigilat, quo zelotypi erga vxores ſuas. Beatus qui ſic in oratione Dominica aſſiſtit, quemadmodum miniſtri qui regi aſtãt. Beatus qui ita Dominum vt homines iugiter placare adque obſequio tueri contendit. Non ita mater lactenti puero, vt charitatis Filius Domino, adhærere ſemper conſueuit. Is qui veraciter amat, eius quem amat ſemper ſibi proponit faciem, eamque intus ſumma cum voluptate complectitur. Nempe qui eiuſmodi eſt, non iam vel in ſomnis poteſt quieſcere, ſed tunc quoque eum quem deſiderat videt, atque cum illo vna im-

C moratur. Sicut in corporalibus, ſic in corporeis rebus fieri ſolet. Hoc iaculo quidam vulneratus dicebat de ſeipſo, id quod admiror equidem. Ego dormio propter neceſſitatem & cor meum vigilat per amoris magnitudinem. Id in ſignum tibi erat, ô virorum optime, quod cum interierint feræ beluæ à certo anima tunc maxime concupiſcit & deficit ad Dominum charitatis igne velut quodam ſpiculo percuſſa. Famis quidem efficacia & cauſa incerta ſimul & obſcura eſt, ſitis vero aperta atque manifeſta ardoremque ſolis omnibus manifeſtat. Quocirca & is qui Deum cupiebat aiebat: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Si facies eius quem diligimus veriſſime nos totos immutat ſerenoſque & lætos ac ſine mœrore efficit, quid actura eſt Domini facies inuiſibiliter in animam ab omni labe mundatam adueniens. Timor quidem quotiens ex intimo cordis prodierit affectu, liquefacere atque conſumere ſordes conſueuit. Confige enim inquit, à timore tuo carnes meas. Sed & charitas nonnullos quidem vaſtare ſolita eſt & conſumere, ſecundum eum qui dixit: Vulneraſti cor meum, quoſdam vero etiam exultare facit ac totos irra-

D diat. In ipſo enim ait, ſperauit cor meum & adiutus ſum, & refloruit caro mea, & geſtiente corpore vireſcit facies. Cum vero iam totus homo diuinæ charitati fuerit vnitus, atque fere, vt ita dixerim, commixtus: tunc etiam exterius in corpore veluti per ſpeculum quoddam claritatem ſerenitatemque animæ oſtendet. Eam gloriam conſecutus eſt Moſes ille Dei ſpeculator. Atque hi, qui huiuſmodi æqualem angelis gradum adepti ſunt, ſæpe cibi corporalis obliuiſcuntur, immo vero illum rarius appetunt. Nec ſane mirum, nam ſi ſæpe etiam contraria affectio cibi memoriam excluſit, reor eum qui hæc incorruptibilia guſtauerit, cum ſupra naturam factus ſit, nulla iam corporis imbecillitate detineri. Id enim veluti iam incorruptibile effectu per charitatis flammam expiatum eſt, qua ſcilicet omnis reliqua flamma perrupta atque extincta eſt, immo vero ne ipſum quoque oblatum ſibi cibum cum voluptate vlla ſuſcipere

omnino poſſe arbitror. Aqua quidem ſubterranea virgulti radicem irrigat, horum vero animas cœleſtis ignis, nutrire conſueuit. Incrementum timoris initium eſt charitatis, finis vero caſtitatis theologiæ argumentum eſt. Cuius Deo perfecte ſenſus vniti ſunt, hic ab eo verbis eius in ſecreto inſtruitur. Niſi enim illi Deo copulati fuerint, graue ac periculoſum eſt de Deo loqui. Subſtantiale quidem verbum caſtitatem perficit, præſentia ſua mortificans mortem, hæc autem cum mortificata fuerit, protinus Theologiæ diſcipulus illuminatur verbum Dei quod ex Deo eſt, caſtum eſt permanens in ſæculum ſæculi. Qui enim Deum non cognouit, ſcholaſtice loquitur. Caſtitas diſcipulum Theologũ facit, per ſeipſum aſſerentem Trinitatis dogma. Qui diligit Dominum fratrem ſuum dilexit, prioris enim demonſtratio, ſecundum eſt. Qui diligit proximum nunquam aduerſus illum obloquentes tolerabit. Qui ſe Deum dicit diligere, fratrique ſuo iraſcitur: ſimilis eſt ei, qui in ſomnis currit. Fortitudo charitatis eſt ſpes. Per hanc mercedem charitatis expectamus. Spes eſt incertarum diuitiarũ opulentia. Spes eſt indubitatus ante Theſaurum, Theſaurus. Hæc laborum requies. Hæc charitatis ianua eſt. Hæc deſperationis iugulatio. Hæc abſentium imago eſt. Spei defectus, exterminatio eſt charitatis. Simul atque illuxit ſpes, charitas apparuit. Huic annexi ſunt labores, ex hac pendent fatigationes, hac miſericordia circundatur. Spe ſubnixus monachus, acediæ iugulator eſt. Ex huius gladio illã triumphans. Spem parit diuinorum munerum experimentum. Nam qui hæc expertus non eſt, non ſine hæſitatione perſtat. Spem ſoluit iracũdia. Hæc enim illam confundit. Vir autem iracundus nunquam erit honeſtus. Charitas Prophetiæ indultrix eſt, charitas prodigia fieri præſtat, charitas illuſtrationis abyſſus eſt, charitas fons igneus eſt, qui quanto mundo magis ſitientẽ amplius exurendo conſumit. Charitas Angelorum ſtatus eſt, perfectuſque ſeculorum. Annuntia nobis ô decora inter virtutes vbi paſcis oues tuas, vbi moraris in meridie, illumina nos, irriga nos, deduc nos oramus. Iam enim aſcendere cupimus ad te, tu quippe dominaris omnium. Nunc autem in intimis penetralibus vulneraſti animam meam, nec poſſum continere flammam tuam, vnde cum te laudauero quo proficiſcar: Tu dominaris poteſtati maris, motũ autem fluctuum eius tu mitigas atq; mortificas. Tu humiliaſti, vt vulneratum ſuperbam cogitationem. In brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos, inexpugnabileſque facis amatores tuos. Quonam vero modo Iacob te ſcala innixam viderit addiſcere feſtino. Quæſo quænam ſit aſcenſus iſtius ſpecies auide ſciſcitanti loquere, qui modus quod compendium illius quos veluti aſcenſiones compoſitionis graduũ in corde ſuo diſpoſuit amator tuus. Quis præterea ſit horũ numerus, ſcire ſitiebam, quãtumcunq; curſus illius tempus ſit. Ductores enim annunciauit qui luctam tuam viſionemque didicerat. Cæterum clarius aliud noluit (immo vero non valuit) dicere. Ille vero veluti cœlo mihi viſa regina in auribus animæ meæ colloquens ait: Niſi ſolutus iſta craſſitudine ô feruens amator, ſpeciem meam cuiuſmodi ſit, addiſcere nõ potes, Scala vero virtutum ſpiritualem compoſitionem te doceat. In ipſius ego vertice formata ſum, ſicut de me magnus ille arcanorum cognitor aiebat. Nunc vero manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc maior autem omnibus eſt charitas.

E — *Spes quid.* — F — *Charitas quid.* — G — *1.Cor. 13.* — H

Intenta Concluſio.

HIs qui in libro vitæ nomina ſua aſcribi volunt, optimam curſus viam liber iſte apertius oſtendit. Hunc enim perlegentes inueniemus abſque errore ſequi ſe volẽtes ducere, atque ab omni lapidis offenſione ſeruare illæſos ſcalamque nobis à terrenis adusque ſanctorum erectam præferentem Deumque dilectionis ipſius culmini innixum indicantem. Quam ſcalam vt reor, ſupplantator ille vitiorum Iacob in cubili exercitationis quieſcens vidit. Cæterum aſcendamus quæſo prompte atque fideliter intellectualem hunc atque cœleſtem aſcenſum, cuius quidem initium eſt terrenorum omnium abrenunciatio, finis vero charitatis Deus.

A

Exhortatio ad aſcenſum Scalæ.

Eſa. 2. *Eph. 4.*

ASCendite, fratres aſcendite, aſcenſiones in corde promptè diſponentes eiuſq; memores qui ait: Venite aſcendamus in montem Domini Dei noſtri qui perfecit pedes noſtros ſicut cerui & ſuper excelſa ſtatuit, vt viuamus in via ſua. Currite obſecro cum illo, qui ait, feſtinemus donec occurramus omnes in vnitatē fidei & agnitionis Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, qui p viſibilem ætatem xxx. annorum baptizatus trigeſimum gradum in ſpirituali ſcala ſortitus eſt. Quippe charitas Deus eſt. Illi laus, illi imperium, illi fortitudo, illi omnium bonorum cauſa ineſt, fuitque & erit in infinita ſecula Amen.

B

S. P. N. IOHANNIS COGNOMENTO SCHOLASTICI, SIVE CLIMACIS: Ad abbatem Paſtorem; de paſtoris officio, Libellus: ſiue Libri qui Paradiſi Scala dicitur, Appendix.

IN inferiori quidem libro (ô admirabilis) ego te nouiſſimum poſui & ſubordinaui: in ſuperno autem & diuino, certus ſum, te nos omnes præcedere ſi tamen eſt verax qui dicit, quoniam erit nouiſſima prudentia prius dignitate. Paſtor quidem eſt rationalis qui perdita per malitiam, per propriam feſtinationem, ſolicitudinem, & ordinationem requirere, & in certa dirigere poteſt. Gubernator eſt etiam qui per virtutem intellectualem, ex Deo & propriis laboribus & doloribus accepit, quod non ſolum ex Implicatione & conturbatione, ſed ex ipſo Abyſſo nauem extrahere poteſt ac dirigere; Medicus eſt, qui corpus & animam ſine infirmitate poſſidet, & nullo emplaſtro indiget ſuper eis. Doctor & magiſter eſt ille vere, qui intellectualem conſcientiæ librum, digito Dei ſcilicet operationem illuminationis, ex ipſo ſuſcepit, atque portat & reliquis nō indigens ſaltus liberū eſt. Indecens eſt magiſtris exemplaribus ſcriptis docere diſciplinā & peccatoribus & deſcriptionibus antiquis tranſcribentibus comparari. Qui inferiores inſtruis deſurſum, ex alto doce, & inſtrue alterum diſciplina ſenſibili, habitu, & figura. Ne obliuiſcaris illius qui dicit *non ab hominibus neque per hominem* accepi doctrinam, neque doceo: non enim naturam habent qui deſurſum ſunt; de terrenis aliquando curare. Bonus gubernator ſaluat nauem, & bonus paſtor viuificabit & ſanabit marinas Oues, In quantum Oues inceſſanter proficientes ſine obſeruantia ſequuntur Paſtorem. Item, paterfamilias, pro eis reddet rationem. Lapidet verbo, qui paſtor eſt, quæ ex otioſitate & pigritia aut guloſitate, retro manent Oues. Eſt enim hoc boni Paſtoris argomentum, quando oues ex æſtiua caumatis dormitare, magis vero torporis ſecundum animam, inſpicit: tunc ad cælum intuens Paſtor, vehementius vigilet pro eis, quoniam in tempore illius caumatis ardentioris multæ cōſueuerunt à lupis deuorari. Verum licet iuxta morem & formam extrinſecam, in viſibilibus ouibus iſta fiant, & caput animę, in tēpore ſucceſſionis flammæ, deorſum ad terram inclinet (habemus enim dicentem: *Cor contritum & humiliatū Deus nō deſpiciet*: Tenebris & nocte viuorū apprehendente Gregem, ſtatue canem, id eſt, mentem) immobilē ante Deum, ad cuſtodiam nocturnā. Nihil vero indiſſonans aut inconueniens eſt, Canem intelligere, mentem tuam interemptiuam beſtiarum & ferarum. Bonus noſter Dominus, hanc naturæ proprietatem fecit, vt videns infirmus medicum, exultet, quamuis nil forte ab eo iuuaminis, aut profectus ſentiat. Poſſidebis & tu (ô amabilis) emplaſtra, potiones & ſpongias, phlebotomias, cauteria, vnctiones, experimenta dormire facientia, gladium, ligaturas, & beatam nauſeæ priuatiuam remediationem. Si vero horum penuriam & impotentiam habemus quomodo ſcientiam oſtendemus nunquā: non enim verbis, ſed operibus dantur mercedes. Emplaſtrum eſt ſanatio & maturatio viſibilium, paſſibilium & corporalium vitiorum. Potionis exhibitio, eſt ſanatio paſſionum interiorum & inuiſibilis cordis euacuatio. Raſorium, eſt ignominia mordens, & remouens & expurgans elationis putredinem. Collirium, eſt redargutio quæ conturbat, poſt modicum vero curat. Phlebotomia, proprie eſt imperatiua, & inſtitutiua, & dura correctionis inuectio, in ſalutem infirmantium facta; Spōgia, eſt (poſt chirurgicam phlebotomiam) per affabilia, manſueta, & lenia medici verba, curatio & refrigeratio infirmantis. Cauteriū, eſt interminatio & increpatio, in pœnitentiam. benigne & humane, per tempora data. Vnctio eſt, poſt cauterium, per verbū & leuem conſolationē, infirmanti ſuppoſita & ſuperinducta placatio Dormire faciens anodotum, eſt, onus obedientiæ recipere, & propter ſubiectionem, requiem & ſomnum abſq; ſomno, & cæcitatem ſanctam, et vt non videat bona ſua donare. Ligaturæ ſunt, admonitione & patientia, vana gloria reſolutos, & vacuos effectos, vſque ad mortem in odio ſui & amore virtutum ſtringere & firmare. Finis autem omnium, gladius, qui eſt terminatio & ſententia, ad inciſionem ſpiritualiter mortificati & putrefacti in corpore membri, ne & reliquis propriam ſcabiem tradat, & eos peſtilentia morbi corrumpentis inficiat. Beata vero, nauſeæ priuatiua remediatio in hominibus qui præſunt, & medicis, impaſſibilitas eſt: quoniam quidam in omni fœtoris diſſimilitate non nauſeant, & ad curationem ſiue otioſitate & pigritia adnituntur: hi vero omnem animam morientem, reſuſcitare valebunt. Et ſit hæc vna orationum eius, qui præeſt, quod omnibus ſecundum eorum dignitatem compatiatur, confœderetur, & afficiatur, ne quando; vt Iacob, & ipſe dilectum æque coætaneos & conſocios lædat. Hoc etenim pati ſolent, qui necdum quidem animæ ſenſus exercitatos perfecte poſſident ad diſcretionem boni medij & mali. Multa, Præſidentis confuſio eſt, quando aliquid orat donari, obedienti, quod adhuc nō poſſidet. Quemadmodū qui vultum Regis vident & hunc ſibiipſis conſtituerunt amicum & omnes miniſtros ipſius, & eis cognitos nempe, & ſi voluerint inimicos reconciliare Regi, & ad viſionem aſpectus eius reuocare & in iocunditatem gloriæ ipſius, facere poſſunt: ita & mihi videtur in ſanctis, amicis & ſummis & veris. Amici obedium & reuerentiam exhibent, æque vero & violentātur ab eis. Bonum eſt poſſidere amicos, bonū eſt poſſidere amicos ſed intellectuales: nemo enim alter vt intellectualis amicus ita poteſt nobis ad virtutem cooperari. Narrauit mihi quis diligētum Deum, & amicorū Dei, quomodo ſemper quidem, ſed & maxime in annuis & regus ſolennitatibus Deus ſuos famulos remuneret donis. Debet medicus perfecte exhaurire paſſiones, quibus quaſdam aliquo tempore (& præſertim furorem) valeat † ſimulare: niſi enim eaſdē ad ſummū abiecerit, ipſas nō poterit denuo impaſſibiliter ſubiicere. Vidi equum ſub fræno ductū & quiete pergentem, qui adhuc modicum erat indomitus, frænoque parūper demiſſo & relaxato, proprio domino machinabatur doloſe inſidiari: ſuper duobus Dæmonis, præſens propoſitio fieri atque contingere naturaliter habet. Qui quærere volunt laborioſe quærant, tunc cognoſcent, ex Deo, ſibi ſapientiam datā, quando vitia, incurabilia multis, curare potuerint. Non eſt mirabilis ille magiſter, qui pueros (faciliter dociles) ſapientes facit, ſed qui indiſciplinabiles & inſipientes, facit & perficit. Tunc enim & militantium generoſitas laudatur & innoteſcit, quando in reprobis equis vicerit & ſaluauerit equos. Si accepiſti oculos prævidendi fluctus; prædic his qui in naui ſunt, prudenter & manifeſte, alioquin, tu naufragij cauſſa inueniris; quoniam gubernationē tibi præ omnibus traditā & cōmiſſam negligis, ſine cura degēs. Vidi medicos infirmitatis cauſſas infirmo non præmemorantes; vnde, ex hoc ſibiipſis & infirmātibus laborem multum & contritionem conciliarunt. In quantum, qui præeſt, obedientiū, & eorum qui ſunt extra & à longe; multam viderit erga ſe fidem, in tantum ſeipſum debet decenter omni cuſtodia cuſtodire in omnibus quæ agit & loquitur; ſciens quoniam omnes in eum tanquam in exemplarem imaginem intuentur: & q̄ dicuntur

& ſiun-

Hominum ſpiritualiū variæ dignitates & tituli.

C

Conſcientię liber intellectualis. Paſtor quis ſit.

Gubernatoris cum Paſtore cōparatio.

D

Medici & Medicinæ ſpiritualis, ad corporalē Analogia.

E

Non verba ſed opera compenſantur Spiritualis medicinæ myſteria.

F

Paſtoris confuſio in quo reperiatur.

G

Deus præcipue in feſtis annuis & ſolennibus dat nobis dona ſua

† Forte melius, vt opinor, ſedare.

Paſtor, quis ſit admirandus.

H

Paſtor quo plus ei creditur ab aliis, eo cautius in omnibus ambulare debet.

A

In paſtore [illegible] imaginem omnes [illegible]. Veri paſtoris ſignum, charitas.

& fiunt ab eo, vt definitionem, & interminationem, & legem putant. Verum paſtorem charitas demōſtrat: per charitatem enim, paſtor crucifixos eſt. Rationib. verbis, ea quæ ſunt in aliis, tibi appropria, & in te transformans aſſimila; & non timebis tibi à multa reuerentia. Contriſta infirmantem ad tempus, ne infirmus longo tempore maneat, & langueat atque moriatur ex ſilentio maledicto. Multi ex ſilentio gubernatoris ſe bene nauigare ſuſpicabantur, donec in aſpera percuſſerunt. Paulum magnum audiamus, Timotheo ſcribentem; *Inſta (ait) opportune, importune*: *Opportune*, arbitror quidem quando & redargutionem libenter ſuſtinent: *Importune* vero; quando, qui redarguitur, ex redargutione mordetur; quia & nemine plerunq; ſitiente, fontes emanant aquas. Eſt enim, iis qui præſunt (vt ita dicam) contra reuerendum ex humilitate tepens: & vtilia & proficua obedientibus dicere ſæpius reticens: ſed ij, quod magiſtrorum eſt facere in diſciplinādis & docendis, non deuitent, & debita quoq; ie, & neceſſarias enunciationes & iuſſiones, eis ex ſcriptura ſignificare nitantur. Audiamus & diuinam ſcripturam in quibuſdam dicentem: *Abſ. inde eam, vt qui ſeram te ramo* [illegible]. Et, *Auferte malum ex vobiſmetipſis*. Et, *Noli orare pro populo iſto*. Et in Saulo ſimiliter. Iſta omnia, Paſtorem cognoſcere neceſſarium eſt, & in quibus, quomodo fieri debent; quoniam Deo nihil eſt verius. Si quis ſeorſim reprehenſus, non confunditur, & erubeſcit; iſte, & redargutionem coram multitudine, occaſionem etiam erubeſcentiæ faciet, & ſpontanee ſuam ſalutem in abominationem habebit. Recogita vero iſtud, quod à multis infirmis prudentibus vidi factum. Suam enim infirmitatem & debilitatem ſcientes, etiam nolentes medicos deprecati ſunt, quod eos ligarent & inuoluntarie mederentur, eo quod *ſpiritus quidem promptus eſt*, propter futuram ſpem, *caro autem infirma*, propter præanticipantes præſumptiones. Ego vero hoc videns, medicos, quod eis acquieſcerent, deprecatus ſum. Neque vniuerſis aduenientibus, qui dux eſt anguſtam & arctam viam dicere debet, ſed vnicuiq; iugum ſuaue, & onus leue; magis vero & annectere debet antidota. Equidem his qui duris ſunt grauati criminibus, & facile ad deſperationem appropinquant, ſecundum: Illis vero rurſus qui ad altum & elatum & reputatum ſapere ſuiipſorum, reputant & inclinantur, primum, conueniens antidotum eſt. Quidam iter longum peregre profecturi, ſcientiam habentes de via, interrogantes, rectam eandem eſſe & ſine periculo audierunt. Equidem ergo auditu ad iterationem docti, denuo fruſtrati, circa eiuſdem media aut perierunt, aut reuerſi ſunt impræparati ad tribulationes inuenti. Quemadmodum de his qui cum probo duce vadunt, & è conuerſo à me intelligitur, vbi amor diuinus cor tetigit, vbi verborum rigor non præualuit. Vbi gehennæ timor illuxit, ibi vniuerſorum laborum patientia extitit. Vbi regni ſpes notificatur, ibi omnium inferiorum contemptus firmatur. Oportet bonum militiæ ducem vniuſcuiuſque eorum qui ſub principatu eius ſunt, ſtationē & ordinē manifeſte ſcire. Forte enim ſunt quidam quaſi propugnatores, & ſingulares certatores in multitudine ſuper commilitones debentes in quiete ſedere. Non poteſt gubernator ſolus nauem ſine nautarum cooperatione ſaluare, neque medicus ſanare languentem infirmum poteſt niſi prius deprecatus ab eo, & per vulneris manifeſtationem conuertatur ad eum ex toto corde, & fide. Qui erubeſcunt medicos, vulnera fecerunt putreſcere; ſed & multi plerunque mortui ſunt.

Luc. 15. *1 Cor. 5.* *Hier. 11.* *& 14.*

B

C

D

Paſtoris vox ad gregis conſeruationem neceſſaria. In humilitate vel paſtoris elatione medium obſeruandum.

Paſcentibus ouibus paſtor non deſinat inſtrumento ſermonis vti, & maxime ad dormiendum venturis, quia nihil ſic timet lupus, vt reſonantiam inſtrumenti paſtoralis. Qui præeſt neque rationabiliter ſemper ſeipſum humiliare, neque inſipienter ſe ſemper exaltare debet, videns Paulum in ambobus pergentem dominus plerunque eorum qui ſub principante ſunt, in quibuſdam principantes defectib. occluſos conuelaunt: at ipſe quidem manifeſtans infidelitatem generat. Vidi eum qui præerat ex ſumma humilitate propriis filiis conſulentem, & vidi alium propriam ſapientiam ex elatione eis manifeſtare nolentem, & contra eos ironice proponentē. Rariſſime quidem quendam euentum vidi, vitioſos non vitioſis principantes paullatim eos erubeſcētes, quorum tenebant principatum, propria quoque vitia reſciderunt. Puto autem quod hoc effecit in ipſis meritum ſaluatoris, & vitioſitatis commiſſio, & conatus factos eſt in eis impaſſibilitatis occaſio. Attendendum ne forte ea aliquando, quæ ſunt portus in pelago, diſpergamus. Nouerunt quod dictum eſt, qui ad tumultus & turbationes exteriores, cum adhuc ſint inexercitati procedunt. Vt verum fatear, magnū quippe eſt quietem, & æſtum, & puſillanimitatem, & tranquillitatem ſuſtinere, & elationes & cōſolationes extra nauem cellæ nō quærere. Quemadmodum puſillanimi & negligentes nauigantium in tempore carentiæ ventorum & vacationis à nauigio, quærunt in aquis natationem. Maius vero & incomparabilius eſt non formidare tumultū, ſed in tumultibus, rumoribus, & querelis inconturbatus corde, & immobilis permanere, cum hominibus quidem corpore exterius, cum Deo vero interius cōmorari. Sit tibi, ô admirabilis, eorum qui ſunt extra magis iuſti conſiſtentia ſuppoſitio morum. Aliquis vero in terribili natura, & vere iudiciaria culpa reus aduenit, & damnat*. Aliquis vero innocens, & abſque noxa ad Dei operationem & ſeruitutem addictus eſt. Contrariæ enim omnino eorum actiones ſunt, & aduentus, & propriis cōſiſtentiis & eruditionib. indigēt. Igitur duarum cauſa rationum, ſeorſim ante omnia interrogetur qui noxius eſt: quales ipſius actiones ſecūdum ſpeciem fuerint, quibus confuſione purgatus & lotus, ſemper abſque confidentia extollentiæ, & cum fiducia maneat, & vt cognoſcat qualium vulnerum facti ſumus ſuſceptores, & ad noſtrā denuo charitatē ſuſcitetur. Neq; hoc te lateat, ô admirabilis, ſicut neq; à te ignoratas abſit. Dico aūt diſcerni & diiudicari debere conuictus, & conuerſationes, & habitus eorum qui ſunt innoxij apud Deum, quoniam multam varietatē & differentiam poſſident. Multotiens quis magnus infirmus eſt & humilior corde inuenitur: quapropter & leuius puniri à ſpiritualib debet iudicibus. Contrarium vero eſt manifeſtum. Non eſt æquum vt leo paſcat oues; & non eſt tutum quod qui adhuc vitioſus eſt, vinoſis principetur. Ridiculoſa contemptio eſt vulpes inter gallinas. Nil vero paſtore iracundo magis ridiculoſum & impudicum. Illa vero gallinas, hic vero rationales animas conturbat & perdit. Vide ne ſis diſcretus nummorū exquiſitor & exactor, & nō eris ergo Dei imitator. Habeto & ipſe Dei diſpenſatorem & ducem omnium tuorū intus & extra, quaſi quendam gubernatorē perfectū, & per illum recides tuam voluntatē, & efficieris tu ſine cura & ſollicitudine, & ſolo illius nutu ductus. Quærendū eſt hoc tibi & vniuerſis, ne quando ex aduenientium fide, & nō ex noſtra mundicia, gratia Dei diſpēſauerit plura per nos operari, quoniam multi etiam vitioſi præfato modo mirabilia operati ſunt. Si multi dicent mihi, ait in die illa: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus &c.* non eſt incredibile prædictum capitulum. Qui proprie Deum placat & inſenſibiliter ipſis qui fatigantur benefacere valet, duo ex hoc magna negocians, ſeipſum ab humana gloria, quaſi à rubigine illæſum ſeruans, & eos qui vniuerſam conſecuti ſunt, ſoli Deo gratias agere parans. Equidem his qui in curſu bene pficere, & generoſe iuueneſcunt, meliora & ſuprema præpara alimenta. His vero qui retro, aut morib. vel arbitrio, aut deliberatione, aut conſuetudine vadunt, tanquā puerilib. lac, quoniam tēpus eſt omnis cōſolationis. Plerunq; idē alimentū quibuſdā promptitudinē, aliis defectionē fecit. Attendendū eſt parantib. ad ſeminū transmutationē & ſuſceptionē, in tempore, perſona, qualitate, & quantitate. Quidā receptionis præſidentię iudicium pro nihilo reputātes, alias *irrationabiles* paſcere ſunt conati. Hi perplurimas nempe diuitias prius habebant, vacuis manib. ex hoc ſeculo migrauerint, has aliis ex ſubiectione diſtribuentes quemadmodū ſunt proprii & legitimi filii, & ſunt ex bigamia, & alii ex ancillis, & alii ex fornicario concubitu. Ita & in ſuccedentibus ex præſidentia plurima conſona eſſe noſcuntur. Suſceptio igitur præſidentiæ eſt animæ datio pro anima Chriſti in omnibus & per omnia. Nempe eſt ante conuerſationem factorum delictorum tantum & eſt poſt factorum ſolum, & eſt ſolummodo præceptorum propriorum pondus ſuſcipere propter indigentiam ſpiritualis virtutis & impaſſibilitatis impotentiam & penuriam: ſed & in ipſa propria & perfecta ſuſceptionū ſecūdū inciſio-

E

In aduerſis paſtorem eſſe conſtantem debet.

F

Paſtorē vitiis carere debent. Ira paſtorem non decet.

G

Matt. 7.

H

Præſidentię acceptio quid ſit.

A

ſtoris officium.

nem propriæ voluntatis ſubditorum portatus & pondus. Generoſus filius cognoſcitur in abſentia patris. Qui præeſt notet, & videat, & ſignet ei contradicentes & reſiſtentes, & coram aliquibus maioribus & ſenioribus eos grauiſſimis increpationibus increpet, vt ſaltem ſuper increpationibus & ignominiis mordeantur quoniam melius eſt quod vnius læſione multorum ſobrietas caſtigatio fiat. Sunt quidam qui ex charitate ſpirituali ſuper ſuam virtutem aliorum onera recipiunt, dicentium, memorantes, *maiorem charitatem &c.* Et ſunt alii qui licet virtutem ſuſceptionis aliorum quaſi ex Deo acceperint, tamen non libenter ſalutis fratris gratia ſeipſos omnibus ſubmittunt: ſed hos ego quaſi charitatem non poſſidentes miſerabiles dixi. De prioribus autem dictum in quodam reperi loco: *Si eduxeritis pretioſum à vili & indigno, quaſi os meum eris, & ſicut feciſti erit, &c.* Intende & iſtud obſecro, plerunque peccatum illius qui præeſt ſecundum meditationem peius peccato obedientis ſecundum operationem indicatur, quoniam leuius eſt militum peccatum, ſupra malum militiæ ducis conſilium.

Ioan. 15.

Hier. 15.

B

Admone obedientes corporalia quidem & luxurioſa delicta non ſecundum ſpeciem, reliqua vero omnia nocte & die ad mentem reuocare. Simplices quidem penitus ſimul eſſe, & ad inuicem eos exercitare ſtude. Teipſum in bonis his, qui ſub te ſunt, in formam propone. Eos vero qui prudentes ſunt nimis exerce ad Dæmones, omnium meditatio & intentio non te lateat, vt ſcias quomodo ſuper ſuis affectionibus adiacent. Intentio enim lupis eſt, per negligentes diſſoluere ſollicitos & feſtinos. Non differas pro omni negligente exorare Deum, non vt eis miſereatur: hoc enim tunc vſque eſt impoſſibile, non cooperantibus illis; ſed vt à Deo reſuſcitentur in ſollicitudinem & feſtinantiam virtuoſam. Infirmi quidem non ſimul cum hæreticis comedent, quemadmodum dicitur in regulis Patrum, ſed qui potentes ſunt in Domino. Si ab infidelibus fideles exhortantur, & volunt ire ad exhortationem, vadunt ad Dei gloriam. Ne cauſeris ignorantiam, etenim neſciens, & faciens digna plagis, vapulabit quia non didicit. Confuſio eſt paſtori formidare mortem. Ex quo enim obedientia hoc definitur, priuatio formidinis mortis. Quære, ô beate, ſine qua virtute nemo videbit Deum, & illam ante omnia acquire, & reſerua pro genitis. Ab vniuerſo eos aſpectu polluto, & fœmineis formis ex toto redimens ipſorum voluntatem mortifica, & in vilitatis & humilitatis amore firma. Sint omnibus qui ſunt ſub nobis in domino ſecundum corporales ætates, differentes inſtitutiones, conſiſtentiæ, & habitationes: quia non eſt conueniens aliquem reuertu à portu ante prouidentiam & experientiam legitimam. Mundanorum nemini, vt eum tondeamus, imponamus manus, ne quando quædam ouium ſine ſcientia introductæ, deinde in ſcientia perfectæ, pondus & æſtus non ſuſtinentes, in mundum currendo redeant, quod inducentibus, & ordinem recipientibus, vitæ ſine periculo eſſe non poteſt. Quis ergo talis eſt ex Deo diſpenſator qui ſuis fontibus & fatigationibus non egeat, ſed eiſdem ad aliorum purgationem vtatur, animas maxime & corpora ſordida ita expurgare non ceſſes, quatenus nun ſolum propriarum, ſed aliarum animarum coronas à bono agonum poſitore Ieſu fiducialiter quæras. Vidi Infirmum infirmitatem alterius infirmi ex fide inundantem, laudabili apud Deum inerubeſcentia pro illo vtentem, & in humilitate quidem tantum ſuam animam pro anima infirmi ponentem, & deinde per illius ſanitatem etiam ſeipſum vtique ſanantem. Et vidi ex elatione ſimiliter facientem, & cum increpatione audientem, *Medice cura teipſum.* Eſt euitare bonum, propter maius bonum; ſicut qui martyrium non ex formidine fugit, ſed propter eorum vtilitatem, qui ex dono ſaluantur. Eſt qui ſeipſum propter aliorum honorem ignominiæ tradidit, qui à multis tanquam amator concupiſcentiarum & delectationum reputatur, tamen vt ſeductor eſt & verax. Si is qui verbum & vtilitatem retinet, & hoc non tradit copioſe, abſque punitione non erit: quantum, ô amice, periculum putas ſuſtinebunt, & damnum eorum debere exiſtere, qui per operum cooperationem ſollicite valent collabo-

Cum hæreticis comedere non licet.

Mors, paſtori non timenda.

C

D

Luc. 4.

E

rare afflictis, & confatigari nolunt. Libera qui ex Deo es liberator. Salua qui es ex Chriſto Saluator, eos qui ducuntur ad mortem, & redime à Dæmoniis interimendos, non parcas. Nimirum hoc certamen magnum apud Deum eſt, ſuper hominum omnem & angelorum operationem atque contemplationem, te ipſum tanquam cooperatorem incorporearum & intellectualium virtutum oſtendere. Qui ex Deo data ſibi mundicia aliorum ſordes expurgat, & ex eis quæ ſunt in maculis immaculata Deo dona offerunt. Eſt enim iſtud & ſolum opus ſempiterne diuinorum miniſtrorum. Omnis enim qui in circuitu, ait, offertis animarum munera. Nihil enim ita erga nos eos qui nos plaſmauit benignitatem & bonitatem oſtendit, ſicut relinquere nonaginta nouem oues & errantem quærere.

Atende igitur tu, ô admirabilis, & omnem tuam feſtinantiam, charitatem, feruorem, ſollicitudinem, ſtudium, & apud Deum ſupplicationem, in valde errantibus & contritis oſtende, quoniam vbi magnæ cicatrices & infirmitates, ibi abſque dubio magnæ mercedes & retributiones dantur. Faciamus, ſeruemus, & intendamus, quoniam qui præeſt, iudicare debet quod iuſtum eſt, quia non ſemper quod iuſtum eſt iudicare debet propter infirmitatem. Vidi ego duos diiudicatos à ſapientiſſimo iudice, qui nimirum iniuſtum quaſi leuiorem promulgauit; alium vero tanquam furtem & boni animi quaſi iniuſtum condemnauit: quibus, ne cauſſa iuſtitiæ maius ſchiſma fieret, ſeorſum tamen & in ſecreto vnicuique propria & conuenientia dixit, & maxime in anima infirmanti. Ager quidem ſemper ouibus congruit: doctrina vero crucis Chriſti, & commonitio exitus ouibus rationabilibus apta & vberrima eſt, omnem ſcabiem ſanare valens. Cum viſitas eos qui bono animo ſunt, in aſſiſtentia infirmorum ſine cauſſa ignominiis affice, quibus per alterius memoriam & periculum, alterius plagam cures, & ſtabiles eſſe inſtruas reſolutos. Nunquam Deus confeſſionem audiens, eandem apparuit diuulgaſſe, ne propter propalationem confeſſus recideret, & exinde eos infirmitet & inſanabiliter properaret. Etſi præſcientiam quoque ex Deo participamus, non tamen nos his qui offendunt, culpas prædicemus, ſed magis eos per ænigmata ad confeſſionem exhortemur, quia fit eis ex confeſſione eorum apud nos non indulgentia parua. Abundantiori igitur ea confidentia, quæ prius ad nos erat, & cura poſt confeſſionem eos dignos habeamus, quia ex hoc magnifice erga nos in fide & charitate proficient, quibus & ſummæ humilitatis formam tenemur oſtendere, & ad nos etiam inſtruamus timorem habere. Vide ne quando tua humilitas ſit ſuper id quod neceſſarium eſt, & ſuper caput filiorum tuorum congreges carbones ignis, in omnibus amplius in te eſſe ſufferentem. Veruntamen in his quæ dicuntur, inobedientiæ ſuperintende, ne quando appareant arbores in agro tuo terram occupantes, in alterius vero fructificare valentes, quas per charitatiuam euulſionem ex conſilio tranſplantare penitus non deuitemus. Et quandoque quidem qui præeſt virtutem ſine periculo in locis indecentibus, ſc. ſuburbanis & concupiſcibilibus operatur. Igitur intendat ſuper omnium ſucceſſione & profectu, quia & Chriſto, non ſibi placuit, quoniam non omnis eritatio & aduerſatio prohibetur à Deo. Si medicus ſpiritualem quietem faciliter exequi valet, non tamen indiget quiete corporali ad curam infirmantiũ exequendam. Si vero quis prioris eſt expers, vtatur ſecunda, nempe donorum quæ à nobis ſunt. Nihil ita coram Deo placens eſt, & acceptum, ſicut ei rationales animas per pœnitentiam offerre. Vniuerſus mundus non poteſt vni animæ comparari. Ille quidem præterit, illa vero incorruptibilis & permanet, & eſt. Igitur, ô beate, non beatifices pecunias offerentes, ſed oblationem Chriſto Ieſu portantes oues rationales, hoc eſt quod facit holocauſtum immaculatum, quoniam teipſum nihil emiſti, quemadmodum intẽdere oportet illud. Quoniam *neceſſe eſt tradi filium hominis, væ aũt illi per quem tradetur.* Ita enim mihi & è conuerſo videtur, quoniam quidem multos prælectos prædeſtinatos ſaluari penitus oportet, ſed illis per quos poſt Deum facta eſt ſalus dabitur merces. O honorabilis, virtus ſpiritualis ante omnia nobis neceſſaria eſt, quatenus eis, quos in ſancta ſanctorum

Paſtoris officium erga errantes & contritos.

F

Confeſſio nemini diuulganda.

G

Pœnitente nihil Deo iucundius.

H

Matt. 14.
Luc. 22.

A ctorum inferre conari ſumus, & Chriſtum ſuper myſtica & occulta menſa quieſcentem eis oſtendere expetamus & fatigamus, maxime dum in atriis introitus exiſtunt. Cum videmus eos anguſtiatos & tribulatos à turba eos impedire volente, horum tanquam paruulorum manus apprehendẽtes, à turba cogitationum liberem⁹. Si vero quidam omnino ſunt paruuli vel infirmi, iſtos in humeris noſtris eſt portare neceſſe, & ſurſum exaltare, donec demum anguſti ingreſſus præterëant portam: quoniam ibi omnis ſuffocatio, & anguſtia fieri naturam habet. Ea propter quis de ea dixit: *His labor eſt ante me donec intrem in ſanctuarium Dei.* Dictum eſt quidem à nobis in precationibus: O pater patrũ; de illo patrẽ patrum, & Doctore doctorum, qualis erat à ſapientia, quæ deſurſum eſt, totus amictus, ſine hypocriſi, nõ fictus, non reprehenſiuus, arduus, diligens, temperatus, continens, caſtus, condeſcenſiuus, ſuauis, præclarus anima, & iocundus, quod vero mirabilius erat omnium, quoniam quos ſaluari velle videbat, hos ſuperabundantiori diligentia vtens, erudiebat arctius & diſtrictius corrigebat.

Pſal. 72.

B Quos autem aliquid velle, aut diligere vitioſe videbat, ita eos ſimiliter priuabat omni re, quam paſſibiliter affectabant, vt deinceps pariter omnes obſeruarent, in nullo eorum, ad quæ afficiebantur, oſtendere propriam voluntatem. Dicebat autem & hoc ille perpetuo, quia vere vtique melius & vtilius eſt aliquem ex manſione expellere, quam hunc ſinere facere propriam voluntatem. Quoniam quidem expellens, expulſum ſæpius humilem magis fecit, & ſuam eum erudiuit recidere voluntatem, qui vero ſecundum apparentiam in benignitate & condeſcenſione talibus indulgentiam donat, in tempore exitus facit ſe miſerabiliter maledici, ſicut qui eos magis ſeduxit, & non profectus vtilitatem fecit. Poſt complementum igitur veſpertinarum orationum, erat videre quendam magnum tanquam regem, ſedentem ſuper thronum, ex lignis quidem extrinſecus plexum, intrinſecus vero conſtructum ſpiritualibus chariſmatibus, quem circundabant quaſi apes ſapiẽtes. Bonum collegium & congregatio ſancta, & ſicut Dei, eius verbum audiebant, & præceptis obediebant: qui quidẽ huic duos, iſti vero tres, alii vero centum pſallere pſalmos ante ſomnum iniungebat. Illi vero totidem facere genu

Vtilius expulſio vtilior quam libera vitæ permiſſio.

C flexiones: iſti ſedendo dormire: alii determinatam legere lectionem: alii autem in oratione ſimiliter tantummodo ſtare. Conſtituit inſuper duos ex fratrib. viſitatores, qui locutiones & otioſitates viſitarent & receſſarent. Nocte vero vigilias importunas, & quæ non eſt fas tradere ſcripturæ non ſolum, ſed in ciſcio vnicuiq; Magnus proprium diſtribuit ordinem. Erat enim dieta omnium non ſimilis, neque vna, ſed diuidebatur vnicuique ſecundum ſuam conſiſtentiam. Alii quibus quidem magis ſiccam & aridam, aliquibus vero diſtribuebat bonus diſpenſationem amplius remiſſam & infirmam: & mirum, quod ordinabatur & iniungebatur, abſque murmuratione perficiebatur, ſicut ex ore Dei. Erat autem ipſi ſancto ſuppoſita abbatia, in qua potentes ex manſione ſtatuebat ad quietem, exiſtens circa omnia perfectus ne varies quæſo ſimpliciores in aſtutiis cogitationum, magis vero ſi poſſibile eſt, vanos in ſimplicitatem transmuta quod eſt ſuper opinionem. Qui ad ſummum eſt mundatus, quaſi diuinus iudex & arduitate vtetur ex ſumma impaſſibilitate, quoniam ſi impaſſibilitas defectus diiudicatoris percutit cor, non ſinit eum, ſicut ennuenit, imperfe-

Paſtoris prudentia in ſua domus diſpoſitione cernitur.

D ctiones punire & expurgare. Præ omnibus fidei Catholicæ, & in cedulis eudogmatum piorum hæreditatem filiis derelinque, non ſolum filios, ſed & tuam progeniem ad Dominum per viam orthodoxæ fidei ducas. Sanos corpore & iuuenes mortificare non parcas miſertus, vt in tempore exitus laudent te, & hymnum dicant tibi. Magnus Moyſes ſit in hoc tibi, ſapientiſſime, typus. Non enim poterat quamuis obſequenter minitantes à Pharaone liberare, donec cum lactucis agreſtibus azyma comederent. Azymum eſt anima non habẽs præſumptionem ſuæ voluntatis, quia hoc inflare illã & extollere poteſt. Azymũ vero ſemper humiliatur, lactucas autem agreſtes intelligimus duriciem & frigiditatem habens aliquando ex ſubiectione adhærentem & ſequentem & amaritudinem Quandoque propter ieiunii anguſtiam & laborem. Ego vero ò patrum pater, iſta ad

Per lactucas agreſtes quid nobis intelligendum. Azymum quid ſit.

E te mittens timui, audiens dicentem: Qui alium doces, tui ipſius cur non effectus Doctor? Nunc autem non ſolum dicens, finiam ſermonis curſum. Anima quæ eſt per munditiam iuncta Deo verbo alterius non indigebat ad doctrinam, verbum ſempiternum myſtice docens, & deducens in ſempiternam illuminationem, & perfectionem, ſuppſius bona fereos. Deo gratias.

INCIPIT COMMENDATIO S. IOH. CLIMACI ET SERMONIS HVIVS LIBRI,

EDITA A IOH. RAYTHV, ABBATE, commendans in ea ſcribentem exponendo fere totum ſermonem.

F *QVALE vtique deſcripſiſti, tale alicubi & tuum exponens ſanctiſſimũ, & mitiſſimum, & ſplendidiſſimum verticem ſumme doctus, nõ ſimpliciter verbo exiguo, ſed opere & experientia caſtiſſimum eius arbitrium & deliberationẽ ſciens, præſertim humilitate ferarum intemperiem, & manſuetudine coruſcãtem, inſtar magni illius legulatoris, cui patientiſſima natura adhærens, & in altitudinem ſemper progrediens, paulominus & illum dimiſiſti ſuperaſti, ſecundum caſtitatis dico & continentiæ certamen, dignam laudationem: per qua & maxime, ſicut non per alia, Deo approximare valemus, ſuper caſtiſſimi atque omnis impaſſibilitatis Doctores & adiutori, & transferentes per eadem aëra in cælum eos qui adhuc ſuper terram peregrinantur, & nauigant, quibus quaſi ſuper quendam ignis currum, ſecundum illum caſtitatis amatorem Heliam, aſcendens apparuiſti, factoſque diuini chori actor.*

G *In pedib. vigilantiæ & priuationis otioſitatis, non ſolum Ægyptium occidiſti, & in ſabulo humilitatis triumphum oſtendiſti, ſed etiam in montem ſurſum incurriſti, & Dominum per rubeſam, & ſpatioſam, & beſtiis inuiam & non acceſſibilem conuerſationem vidiſti, & diuinam vocem, & huius ſplendorem excelſe ſuſcepiſti, & calceamentum dico ad omne mortificatiuum conuelamen reſoluiſti, & caudam ſ. finem transformati ex angelo in draconem, apprehendiſti, & hunc quaſi in nido proprio, & in lacum inferiori, in Ægypto & tenebrefactione obſcurans, & caligines dediſti, & Pharaonẽ altum & ſuperbum viciſti, & Aegyptios plagaſti, & eorum primogenita, quod eſt magis triumphans alios occidiſti Propterea tibi Dominum ducatum ſuum. tanquam incommutabile credidit, quibus in ducatum præbens, deduc ſine formidine à Pharaone & ſordida luti laterumq́ factione ſeparaſti & liberaſti, & ſiſq́. Dei igni, & nubis caſtitatis omnem flammam extinguentis vitionem experientia omnis exhibuiſti. Non ſolum vero, ſed etiam rubrum & flammeum mare diſpergens diuiſiſti, in quo plurimi ſeculitatis naturam habentium, & tua virga & ſcientia paſtorali victores & triumphatores & ſubmergentes oẽs poſt eos perſequẽtes feciſti. Non tantũ vero ſed & poſt hæc Amalech elationis poſt maris victoriam obuiatores victoribus extendentem manum extenſione vincens expugnaſti, medius pro populo tuo à Deo tibi credito, & à Deo illuminato ſtans, inter actionem*

H *& theoriam viciſti geminis, ſuper impaſſibilitatis montem qui tecum ſunt induxiſti, ſacerdotes conſtituens circumciſionem tradidiſti. per quam non mundatos impoſſibile eſt videre Deum ad altitudinem ſurſum aſcendiſſe, omnem nebulam & caliginem & procellam repulſando, dico vero terræ nebuloſæ ignorantia & inſipientiæ tenebras, appropinquaſti luci multo amplius luce rubicundiore, venerabiliori, & clariori, dignum effectum eſt voce theologica & prophetica. Vidiſti & alicubi, & adhuc in hiis exemplis, quæ ſunt poſt iterum ſunt facienda: illa dico nouiſſimam ſecuturam illuminationem, de qua per vocem qua non videbit homo, audiſti. Et propter & in profundiſſimam humilitatis vallem alicubi in Choreb ex Dei inſpectione deuenisti, & vultum animæ & corporis glorificatum habens poſuiſti inſuper & tabulis cognitiua & ſcientifica aſcenſionis. Væ ſpeciei formationis vituli: mea enim congregationis eſt hoc Væ tabularum confractori. Deinde apprehenſa manu populi deſertum pernagaſti: quaſi vero & ſub flamma ignis propter æſtuante aliquando fontem lachrymarum aqua genuiſti per lignum. Dico autem* *Pſal. 9.*

carnis

A *carnis crucifixionem, cum vitiis & concupiſcentiis expugnans obuiantes gentes igne Dei, conſummans eas veniſti ad Iordanem. Nihil eſt enim prohibens Monachum hiſtoriam repulſare. Dauidis populum tanquam Ieſus. Ego autem dico hoc in ſermone, nempe priores aquas Marath ſalſuginis & mortificationis attribuiſti. Charitatis vero aquas alteras ſurſum deſuper ſtatuiſti in Eccleſiis bonorum tuorum intellectualium Iſraelitarum. Tandem lapides duodecim portari iubes, vt Apoſtolicæ perfectionis gradum & curſum in eis ſubinducens & ſuperædificans, aut octo alicubi gentium & paſſionum victoriam, & quatuor denuo virtutum generaliſſimarum aſſumptionem laudans, mortuum de reliquo ſterile mare feciſti penitus reuerti retrorſum, ad ciuitatem inimicis veniens, tubam in oratione perſonans, per ſeptenum hunc gyrum humanæ vitæ eandem confregiſti & viciſti, ita vt iam de cætero cantes contra pugnatorem immaterialem, & inuiſibilem inimicum. Inimici mei defecerunt, framea in finem vitiorum meorum ciuitates deſtruxiſti. Dicam conſilio, quod omnibus proprium & fortium eſt, deſcendiſti Ieruſalem viſione perfectæ pacis animarum, Chriſtum videns Deum pacis, compaſſus ſicut bonus miles, concrucifixus carni, vitiis, concupiſcentiis. Et conuenienter & ipſe factus es Pharaonis quaſi Deus, & eius vniuerſæ aduerſariæ virtutis. Ergo ſepultus es, & deſcendis in infernum theologiæ dico, & arcanorum myſteriorum redales, & bonum refundis odorem à cognatis & amicis multis virtutibus. Reſurgis quia, nihil eſt quod me prohibeat & hoc ſecundum ſermonis aſſequentiam dicere, quoniam & in cælo ibi exiſtis, in dextera Dei ſedens. O diuulgatum furtum, poſt victoriam tyrannorum reſurrexiſti & ipſe tertia die, vel forte vt magis propriè dicam poſt victoriam corporis, animæ & ſpiritus, aut poſt emundationem tripartitæ animæ, paſſionis iraſcibilis dico, rationalis, & concupiſcibilis. Ad montem Oliueti venis, & conueniens enim recidere & abbreuiare ſermonem, præſertim ad te mittens repletum ſapientia, ac ſupra nos omnes in ſcientia præhabentem. De quo Oliueti monte, arbitror quod quis pulchre in quodam loco perſonans, dixit:* Montes excelſi ceruis. *animalibus conſumentes beſtias venenatas. Cum eo igitur & ipſe currens, & ſimul ſequens ad montis firmamentum, & ad cælum perueniſti & ſurſum in cælum aſpexiſti. Nempe iterum ſermonis typum ad ſermonem adduco, nos diſcipulos benedicens, vidiſti ſurſum agentem propoſitam & confirmatam virtutum ſcalam, cuius ſecundum gratiam Dei tibi datam, vt ſapiens architectus fundamentum poſuiſti: magis vero & ipſam plenitudinem complementi, licet & nos indoctos ex humilitate perſuadens, noſtrum ſordidum os extollens, tu commodans apud tuum populum diuitias congregaſti: & non eſt mirum, quoniam ſolitum eſt Moyſi iuxta hiſtoriæ typum ſe voce tenuem, lingua impeditum vocare. Sed ille quidem perfectum forte participans myſterium, & ſermone doctum, & eloquentia facundum, & celerem Aaron. Tu autem ô ſecretorum Doctor, neſcio vnde adductum ad hoc feciſti pertingere ad fontem inaquoſum, & totum Aegyptum replentem ranis, magis vero pruinis. Sed, ô cæli curſor, quoniam non decet me incurſus ſermonem denuo relinquentem prætermittere imperfectum, iterum quæſitum tuæ pulchritudinis retexentes, ſicut diximus, quia monti ſancto appropinquaſti, & oculos in cælum ſurſum eleuaſti, & pedes ad Baſan adueniſti, & occurriſti & recurriſti, & exaltatum es & aſcendiſti ſuper Cherubim virtutum, & volaſti & aſcendiſti in iubilatione, debellans inimicum, & expugnans, & viam ante feciſti, & præceſſiſti ducatum præbens. Ex nunc vero magis ducatum præbe, & inſuper ante ſede omnibus nobis ad ipſum ſanctæ ſcalæ virtutem ſurſum currens, & iunctus charitati. Charitas autem eſt Deus. Conſummatori bonorum Deo gratias agamus. Amen.*

Pſal 103.
B

C

D

FINIS LIBRI.

INCIPIT CONTEMPLATIO SCALÆ CVM VITA S. IOANNIS CLIMACI.

E

IVXTA numerum ætatis Chriſti, ibi ſecundum carnem nobis aſcenſum fabricans quem pulchre, vere, atque perfecte ſpeculatus incedit. Sane perfectionis eius triginta annorum, triginta graduum ſcalam ædificauit. Cuius etiam proprium nos ſuſcipientes tempus, vtique legitimi & eadem non vadentes inueniemur: nondum vero adhuc pertingens paruulus eſt adhuc, & in omni teſtimonio cordis non acceptus inuenietur. Nos vero arbitrati ſumus ante horum triginta graduum intellectualis & diuinæ ſcalæ numerum, ſanctiſſimi conditoris ipſius, & ſapientiſſimi vitam præordinare, vt videntes labores, non ſimus ſcriptis increduli. Demum patris ſancti præcipientis epiſtolas, & obedientis præponentes ſcripturæ, ita qui ſunt in ipſa ſermones incipiemus.

F

D. IOANNIS ABBATIS RAYTHV, IN SANCTI IOANNIS, COGNOMENTO Scholaſtici ſeu Climaci Climacem Scholia.

ADEO *ipſo firmamentis &c.* Principium omnium, Deus eſt, vt creator, medium, vt prouiſor, finis, vt perfector: à quo debemus facere non ſolum principium ſermonis, ſed intentionis, & operis, vt noſtra propter ipſum, & in ipſo fiant. *Et amicos quidem Dei:* quorum experientiam habent qui humilia ſapiunt. Propter delectabile autem amicus dicitur, vt propter vtile & propter bonum, ſeruus: & hic quidem conditione, & creatione, vt filios, fide & conuerſatio, vt Paulus & Moyſes: *Per obedientiam indiſcuſſam* †: Obedientiam hic dicit indiſcuſſam, propter fidei plenitudinem & voluntatis propriæ perfectam mortificationem. *Subtriſti & perlucida humilitati*: Mœrentem ipſam humilitatem vocat, & tentationem & pœnarum ſupportationem, propter triſtium ſufferentiam, & aduerſitates, & pœnas, & preſſuras, & vtilitatis ſtudium, & caſtigationem corporis, & memoriam mortis: ſplendentem † vero eandem dicit, propter pacem intrinſecam, virtutum decorem, deſideria cæleſtia, ſpem æternorum, charitatem in Deum, & dignitatem quam ſuis poſſeſſoribus elargitur. Mœrens etiam eſt humilitas tepidis & negligentibus, qui in laboribus & doloribus propter Deum murmurant, anxiantur, & dolent: ſplendens vero, mortem, & aduerſitates, & martyria diligentibus propter Chriſtum, & vtilitatem tribulationum & dolorum & mortis ſufferre ſe cognoſcentibus, propter Spiritum ſanctum. *Spiritualibus tabulis*: dicit, propter firmum, ſolidum, & indelebilem Characterem: *Cordis*, propter mundum, caſtum, manſuetum & humile cor *Voluntate & libero Arbitrio*: Electio & voluntas arbitrii, differunt, quia voluntas, eſt poſſibilium & impoſſibilium, electio, tantum poſſibilium: deniq; quia Voluntas eſt maxime, finis; Electio autem, eorum quæ ſunt ad finem. *Omnibus vita.* Secundum rationem creationis & prouidentiæ factorum, dicitur Deus credentium vero obedientium & diligentium, excellenter dicitur vita, & ſalus, iuxta illud: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. *Impius eſt homo*: Definitio pii manifeſtatur in definitione Impii; & iniuſti definitio, in definitione Iuſti: licet qui eſt ſine Le-

Cap. 1. ad Grad. 1.
G

† Chriſtus [illegible]
† [illegible]
Humilitas quomodo [illegible]
† [illegible]

H

Quomodo differant electio & voluntas [illegible]

ge, vel

A

ge, vel Legis præuaricator, dicatur iniquus; Iniuſtus vero, Legis Naturæ, & ſcriptæ, & gratiæ, præuaricationem inſinuat. Impius eſt igitur, qui profitetur euangelicam & religioſam vitam & artem, & mundane, & reſolute, in deliciis, & reſolutionibus & delectationibus vitæ labẽtis, latam viã diligens conuerſatur. Impius eſt quoque, qui non profitetur Euangelicam vitam propter humanæ prudentiæ inſipientiam, iuxta illud: *Dixit inſipiens in corde ſuo*, &c. quia hic talis honorat & appretiatur Creationem potius, quam Creatorem.

Pſal. 13. a

Dei amator eſt: Differentiam oſtendit Dei dilectionis, & monachi: ſcilicet ſanctorum ſecularium & ordinis coniugatorum, & perfectionis Monachorum. Dicit ergo de ſeculari ſancto: Dei amator eſt, qui in mundo corporaliter viuens, non communicat auerſionibus quæ ſunt contra naturam, eum morum & ordinem qui eſt ſecundum naturam, ſed Dei voluntatem omnib⁹ præponit, vnitus Chriſti charitati. *Perpetua naturæ violentia.* In Natura rationali, affectiones & habitudines ſunt: ſcilicet, in iraſcibili, furor, ira, indignatio, liuor. In concupiſcibili, delectatio, deſiderium, triſtitia. Iſta igitur ſuperaſcendens, naturam omnino negauit.

B

Quicunque præſentis vitæ: Tres intentiones recedentium a mundo, tribus Abrenuntiationibus, & tribus Deo ſeruientium gradibus concordant, iuxta magnum Gregorium Theologum qui dicit *Tres vtique ego noui ordines ſaluandorum, ſeruitutis, mercedis: & filiationis.* Imitetur is qui &c. Hic iuxta illum magnum Senem, qui monumentum ſibi & ſuo diſcipulo fecit, vt ipſum ad luctum induceret, & exemplo & verbo doceret, iſte ſanctus loquitur & in præſenti ſpeculationis verbo oſtendit, quia luctus ſanctificat, operatur, & cuſtodit, & ennuntiator beatæ impaſſibilitatis exiſtit. *Quicunque ex Ægypto egreditur*: Oportet eum qui mundo abrenuntiat, perſeuerare in Cœnobio. Si vero non in Cœnobio abrenuntiat, tunc neceſſe habet, ſub magiſtro & patre ſpirituali informari ad mortificationem propriæ voluntatis, & morum directionem, & diſciplinam diſcretionis cogitationum & ſpirituum: Hoc enim probat & laudat per Moſis exempla & Iſraelitarum, & angeli, & Loth. Nã ſi quis, in artib. faciliter ſine magiſtro non dirigitur, multo magis in hac arte artium, magiſtro indigemus & duce.

Monaſticã profeſſori, eſt Ars Artium.

C

Humilitate igitur opus eſt, & præſertim orationibus patrum, abrenuntiantes ſeculo, indigent. Dicit igitur pater, quoniã abrenuntiantes, qui vitijs ſpiritualibus (vtputa, ſuperbia vanagloria, inuidia, acedia, elatione, & triſtitia) moleſtãtur, indigent præceptore & duce manſuetiſſimo, & miſericordi, qui parum indulgeat carni, vt non tanquam abſtinentes & ſtudioſi amplius extollantur: & comparantur iſti, egreſſis ex Ægypto, ſub Moyſe. Qui vero carnalibus vitijs (ſcilicet gula luxuria, auaritia) impugnantur, indigent duce homine abſtinẽte, auſtero, & incompaſſiuo, vitam angelicam, ſine carne, fere perficientem, qui per ieiunium & auſteritatem carnem caſtiget, & vitia mortificet: & aſſimilantur iſti, egreſſis de Sodoma, & ab angelo directis.

Mundi abrenuntiantibus oratio & humilitas neceſſaria.

Macello aſſuetũ Canẽ: Canẽ dicit, mentẽ vitioſam propter permanentiam in cogitationibus gulæ & luxuriæ a metaphora, Canis qui moratur in macellis, quia ſicut ille ſtercoroſa animaliũ inteſtina comedẽs non recedit, ita mens guloſa & fornicaria, nõ poteſt ab his vitiis ſtercoroſis abſtinere niſi (gratia Dei præueniente) in fatigatione, vigilijs, labore, dolore & luctu indeſinẽter, ſeipſã exercitans, violenter.

Mens otioſa, Cani lanario ſimilis eſt.

D

Nã ſicut amatorẽ macelli primo, poſtea amatorẽ eſcarum ponit: ita ſubiungit primo, amatorem caſtitatis; & poſtea, amatorem cuiuſcunq; viſitationis. Manifeſtum eſt enim, quoniam fornicatio opponitur caſtitati, ſicut amori viſitationis, amor eſcarum. Oportet igitur, mentem, amabilia Deo inſpicere, & diligibilia animæ ſecundum carnem, abnegare: & ita, deliberationem arbitrij pungere ad aſſumptionem caſtigantium carnem, & per amorem virtutum, affectiones vitioſas gladio ſpiritus necare. *Durum & arduum, ſed leue certamen*: Agonem dicit, propter caſtigationem carnis; *Durum*, propter cuſtodiam ſenſuum, *arctum*, propter antiquorum morum prauorum depoſitionẽ. *Durum*, propter mortificationẽ propriæ voluntatis; *leuem*, propter confidentiam in Deum, & donũ gratiæ, & profectum virtutum, & impaſſibilitatis munditiam. *Quod ex igneum inſilire*: Ignem intelligere tentationes diaboli, mũdi & carnis. *Cum amaritudinibus* †: exercitium laborioſum

† Vetus Interpres, eſt ... lacrimis ... agitationibus.

E

& amarum continentiæ, & mortificationis carnis, & voluntatis propriæ: in vero adiunge panem, fatigationem in vera humilitate, & abrenuntiationem, & luctam contra naturam & inuiſibiles Poteſtates. SI NON OMNIS *qui Baptiſma conſequitur ſaluatur*, Sed faciens & ſeruans mandata, neque omnis qui tondetur, ſed cuſtodiens. Monachis conuenientia! *Silebo reliqua* ſubaudi *non ſeruantes* vero, grauiora paſſuros: quia damnatio futura, amariſſima, & ad præſens, priuatio gratiæ, cæcitas mentis, carentia doloris, cordis inſenſibilitas, & impia auaritiæ idololatria, & paſſionũ ignominiæ cater. *Non obſcurum argumentum*: Argumentum eſt, quod ſemper ſimiliter ſe habet, vt fumus & cinis de igne: Signum vero, quandoque ſic, quandoque aliter, ſcuti percuſſio eſt ſignum pugnæ. Signum quoque, eſt de contingentibus & veriſimilibus, Argumentum vero de conſequentibus naturam.

Exod. 12. 8

Inter ſignũ & argumentum diſcrimen.

PER ALIAM *portam*. Dicit, qui nam ſenſuum, per quos mens ſine timore degens, per obliuionem & negligentiã, & diaboli inſidias captiuatur, vnde, per gratiam denuo ſenſus mortificans, ab inſenſibilitatis ſuæ carcere liberata reſurgit.

F

Qui ex timore: Quoniam intellectualis timoris operatio, duplex eſt, ideo dicitur timor duplex: ſcilicet purgatiuus & perfectiuus Hic vero, de purgatiuo, Pater iſte loquitur, cuius operatione compungimur, & ad odium omnium viſibilium & concupiſcibilium, & proprij corporis, & propriæ voluntatis incitamur, & ad agendum pœnitentiam, & mundum relinquẽdum animamur, & ſollicitudine & ſtudio implemur, ad ſeruiẽdum Domino ſine negligẽtia die ac nocte. Perfectiui vero eſt ſcientificare, viuificare, & illuminare animam & memoriæ, Deum oſtẽdere præſentem, & intelligẽtiæ, Dei veritatem & ſapientiam reuelare, & ſenſum habere, vt experiamur & ſciamus quomodo in ipſo ſumus, mouemur, & viuim⁹: Qui timore purgatiuo agitur, cõparatur (ait Pater *Thymiamati*, quia ex ſtudio ſpiritualis cõuerſationis vehementer incipit, & per tepiditatem in ſummum negligentiæ deſinit, *Mola aſinaria profecta eſt*: Qui autẽ, per ſpem, mercedem quærit, comparatur molendino aſinario, ſemper moto, & per delationẽ quæſtum faciente, & tributum aggregante, ſubiectionis pretioſum & venerabile opus.

G

Qui vero ex charitate diuina, ſi in agro inuenerit ſolliciũ atque feſtinum, per ignem charitatis ſuccenſus à promptitudine non relaxabitur, donec pertingat, ſecundum dicentem: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Domini. Sunt nonnulli qui ſupra lapides* †: Hinc de Abrenũciantibus dicit Sanctus quoniam ſunt quidã, ſupra petram, lateres ædificãtes, & hi ſunt qui magnarum virtutũ in prooemiis ædificationẽ ſine ſubiectione faciunt, & (quia certaminum humilium, & obedientiæ non habent experientiam) vt fragiles, imbecilles fiũt Qui vero ſuper terrã columnas, erigẽtes locãt ſunt qui vitam Anachoriticã, cõfeſtim, ex prooemiis, ante vitiorũ expurgationem ſequi volunt: nam ſine fundamento ſubiectionis exiſtentes, deijciuntur & ruunt Qui vero modicum pedeſtres ambulant, ſunt qui ſine tumore elationis, iugum obedientiæ ſumunt, & ſubiectionis iter tutum cum reuerentia pergunt. Iſti paulatim roborati, & calore Spiritus accenſi, infatigabiles & inexpugnabiles fiunt & pugnarum experientiam habentes, cum Dei adiutorio celeriter tranſeunt vſque in finem.

Pſal. 41.

* Vetus Interpres ſuper Petram.

Non ſine LABORE *& violentia*: quia conſuetudine profecta in habitum, & in naturam penè cõuerſa, vere violentia eſt eam amouere & tranſmutare. Sicut enim multi temporis vulnus, eſt quaſi incurabile factum, ita & multi temporis vſum & morem malignum, eſt graue relinquere.

Aſſueta relinquere difficillimum.

H

Hinc Dominus dicit, quoniam *Regnum cælorum vim patitur* *Sine mœrore*: propter augmentum in virtutibus, & commutationem ac liberationem à peccatis: *vel certe cum minimo*: † Modicum vero contriſta propter deſiderium perfectionis, & timorem quem habemus, ne cadentes iterum offendamus *Animarum noſtrarum vultus*: Faciem animæ hic dicit, virtutes eius. Etenim ex conuerſationis noſtræ exemplis, & ex noſtris immutationibus, & animalibus affectionibus, vident noſtram conſiſtentiam & diſpoſitionem, inimici noſtri Dæmones qui non ex ſeipſis noſtras cognoſcunt deliberationes & mentes: abſit! ſed ſolum ſuæ artis malignitates ſuperſeminant, & expectant vt ſciant cum quali affectione recipimus probationis eorum inſidias: Vnde nos, propter noſtram negligentiam & ſe-

† Vetus Interpres ſic, quamuis in ipſis Modicum contriſtis afficiamur.

Dæmones quomodo cogitationes hominũ cognoſcant.

gniti-

A

† Vetus Interpres, importunitatem.

gnitiem illos (cum non videant) facimus videre. *Abſcondit Dominus à Secularibus Stadij difficultatem* † Stadij importunitatem ait, iuxta acceptionem male intelligentium, quibus certatim agonis ſtudium videtur importunitas, quod vere neceſſaria eſt opportunitas: tamen eandem opportunitatem (apparẽtem, importunitatem) abſcondit Deus his qui ſunt in mundo, quoniam ſi reſpexiſſent ad importunũ eis, non vtique abrenuntiaſſet quis talium aliquando. Si enim, ſecundum Apoſtolum, *animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei*, ad Deum vero iungi charitate & dilectione, ſpirituale eſt: quomodo (ſecundũ mundum) abrenuntiaſſent, etiam abnegantes ſuas mammonæ diuitias, & confuſionis proprietates, niſi per compendium & circumuentionẽ ſanctam, eos traheret & vocaret? Etenim *caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt* IGNEM IN MANIBVS *tenentes*: Ignem tenent in manibus, vt per conſenſum & actus vitioſos, carnales & animales inclinent, & ſic, nos (corpus ſcilicet, & animum) ardeant. IN TRIBVS *maxime principalibus*: Authoritate ſacra & Euangelica (à tribus diſtinctionibus monaſticæ conuerſationis) verum virtutum medium declarat, ſolummodo in perfectis virtutibus quas Mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus docuit & perfecit, medium beatum eſſe inſinuans, & in admirationem deſinens, vbique vero à virtutum medio, vitioſos recedere, & ſibi noxia quærere dicit, quia ſine pugna & ſine labore, ſine vigilijs & ſine exercitio ſpirituali, cum amore ſui ipſorum, Chriſto ſeruire ſe ſimulant. Vnde nõ ſunt hi tales in nomine Chriſti congregati, qui voluntatem & intentionẽ Chriſti congregantis ignorant. *Vbi vero ſunt duo vel tres, &c.* Duo vel tres cõgregati in nomine Chriſti, actiui & cõtemplatiui & regentes & corpus & animã, mens, ratio & voluntas: vel, corpus, anima, & ſpiritus: vel rationabilis, concupiſcibilis, & iraſcibilis, per Spiritum ſanctum vnitæ ad omnem operationem diuini beneplaciti & mandati, *à dextris & ſiniſtris, per infamiam & bonam famam*

1.Cor. 2.

1.Cor. 15.

B

Matth. 18.

CAP. II.
2 Cor 6.
† Vetus Interpres habitudinem & affectionem.
Mortuus dicitur qui deſtituitur gratia Dei.

OMNEM *huiuſmodi affectum* † dixit quoniã electione affectionis (habitudinem dans Deo) ad eam, & naturalem & accidentalem, & artificialem habitudinem appoſuit & deuouit. Omnis enim habitudinis & affectionis depoſitio, contemptus, & vilitas, & pœnitentia integra, & humilis prudentia in exitu & reſolutione, beneficentia & viaticum noſtræ peregrinationis exiſtunt. *Sine mortuos ſepelire*, &c. Quemadmodum mortificatur mundo qui à proprietatibus mundi receſſit, ita moritur vitæ gratiæ, qui vitæ gratiæ præcepta non facit: & tanquam propter carentiam motus, & priuationem operis, animal mortuum dicimus, ita homo mortuus intelligitur, & eſt, & dicitur, ex eo quod mandatorum Chriſti perfectionem operari & imitari non vult, & adhærere vitæ æternæ quæ in mandato ipſi ſeſt, per voluntatum carnis abnegationem, tenuit. *Adulterinam & fictam* † Adulterinam dicit Secularium bonam conuerſationem, propter laudes & vanam gloriam, & propter vſum propriæ voluntatis, & conuerſationem tumultuoſam in curis vitæ, & rerum proprietatem: quoniam ea quæ Patrum conſilio & obedientia fiunt, & ea quæ eorum examinatione probantur & firmantur, recta ſunt & manentia, & Deo beneplacita, quia fiunt ſecundum voluntatem illius, qui dicit: *Et à meipſo facio nihil.* Nam quod ita fit (cum perfectum eſſe habeat) ab omni vanitate ſeruatur illæſum. *Plurimos in Seculo aſpexi, &c.* Hoc fit ſecundum induſtriam doli & fraudis illudentis Inimici, quoties detenti in vita ſeculari, quæ eſt multis peccatis & tumultibus plena, in qua recte eſſe & bene viuere videbantur, & ſecundum apparentiam proficere in virtutibus, illaqueati, ruunt miſerabiliter ſorditati. Contingit etiam hoc eis negligentia, irreuerentia, ingratitudine, & elatione, & ex correctiua permiſſione, & ex eo quod Paſtorem deuote non audiunt, ſed relinquunt. IMMVNDITIAM *Seculi*. † Concupiſcentias & delectationes carnis & mundi, & amorem materialium & amorem honorum & gloriæ, intellige. Non enim homo conditus eſt immundus, vel natura rerum, vel materia exiſtentium, ſed quia homo auertitur ſuis voluptatibus, ab eo quod eſt conueniens & honeſtum, quærens delectabilia & ſublimia, altus corde ſit, propter quod immundus eſt apud Deum. IMPORTVNVM. *Cordis ignem*. Ignis importunus eſt omnis amor carnalis, & omnis vitioſa concupiſcentia,

C

† Vetus Interpres, ſegnem & fictam.
Deo grata ſunt quæ patrum cõſilio geruntur.
Ioh. 8. 28.

Secularium probabiliter honorũ lapſus graues cum ad monaſticã vitã conuolarunt vnde eueniant.

D

† Vetus Interpres, immunditiæ mundum.

Ignis ſpiritualis, opportunus & importunus.

& delectatio. Opportunus ergo ignis eſt, amor Dei atque cognitio, & Spiritus ſancti incendium, & communicatio: & dicitur opportunus, quia omnia arbitrari facit vt ſtercora propter Deum, ſicut importunus dicitur qui fœdat & inquinat, & exterminat animam: *Delicijs omnibus & vitijs* * *abſtinendum*: Ab omnibus delicijs & malignitate hic dicit abſtinendum. Nam per delicias, carnis concupiſcentias, & vniuerſas mundi delectationes intellige: per malignitatem vero, iræ, & immunditiæ, & ſuperbiæ, & reliquas adinuentiones, PORTVS *enim & ſalutis, &c.* Salutis quidem, propter vigilias, conuerſationem humilitatem, ſobrietatem, & vitioſam ſollicitudinem, periculorum vero, propter puſillanimitatem, negligentiam, & tepiditatem propriæ voluntatis malam reaſſumptionem: quia propter iſta, in portu angelicæ vitæ Religioſi periclitantur, ſicut per obedientiam & reuerentiam, pace & ſalute fruuntur.

E

* Vetus Interpres, delitias & malignitatem.

PEREGRINATIO, eſt vera ſegregatio ab omnibus concupiſcentijs, voluptatibus, & malitijs: nam propter ſegregationẽ à vitijs, inſegregabilis fit à Deo, nam vitijs præſentibus, nil vtiliter conſummatur. *Omnem ſuorum alienorumque affectum*: Propriorum habitudinem dicit Sanctus, affectionem voluptatum ad ſeipſum, & ad propria, id eſt ad domeſticos & propinquos: *Alienorum* vero amicitiam omnem, & affectionem quorumcunque ſenſualem, & alijs omnibus quæ ſunt extra, ſiue de pecunijs, ſiue poſſeſſionib⁹. Vel, *propriorum*, dictum arbitror, de voluntatibus conferẽtibus ſecundum carnem. *alienorum* vero, de omnibus quæ ſunt extra, ſuperius dictis, à quibus alienatus, rationabilem & bene ſeueram ad ſalutem incedit viam. *Statim vt ſuſceperis flammam, curre.* Propter noſtram inconſtantiam & vertibilitatem, qua nos ipſos auertimus à gratiæ radio, dicimus, à Deo relinqui, quia ipſe, in ſuæ manſionis identitate immotus manens, & ſe nobis immittens & ingerens, æqualiter & continue & abſque perſonarum acceptione nos etiam trahens, mutationi non ſubeſt. Hinc noſter receſſus, ſua relictio dicitur, quia eius immobilitate, noſtræ auerſionis cauſſa monſtratur. *Flammam* igitur *ſuſcipiens*, id eſt, gratiæ accenſionem: *curre*, id eſt, cooperari ei ſtude, ex omni virtute: Non enim noſti quando extinguatur, ait, propter inexpectatum & inſufferẽs, & ad tranſmutationes procliue tuum ingenium. *Tunc iam cogitationes vanitatis*: * Quando quis extollitur, & exiſtimat ſe aliquid eſſe, perdit verũ eſſe: quia cũ nihil ſit, hoc credere & cogitare eſt ei à veritate recedere. Humile ſapere eſt in veritate eſſe Altũ ſapere, eſt in veritate non eſſe: quia vanitas mendaciũ eſt, & verũ eſſe habere non ſinit. Vanitatis autem cogitationes & elationis intentiones quæ, ſe ſuſcipientes, oſtẽtatores & amatores gloriæ faciunt non vxorem Loth, ſed ipſum ſequens fuge: Amor enim & affectio propriorum vxorem Loth conuertit in ſtatuam ſalis. Affectio eſcarum, priuauit primogenitis Eſau. Affectio propriæ voluntatis, extulit Luciferum in ſuperbiam, & præcipitauit in inferos cum ſequentibus eum. Affectio voluptatum, Iezabel interfecit, & Salomonem in idololatriam peruertit. Affectio pecuniarum, Iudam proditorem Chriſti fecit. Qui autem ab iſtis recedit, inuenit Abrahami vere peregrinantis vitam, & non coniugem, ſed ipſum Loth imitatur. *Corda enim quæ illic reuerſa ſunt.* Vide, ait Sanctus, quomodo, non ad res, fuit Iſraelitarum cõuerſio, ſed ad ſermones rerum tantum eorum intentio & affectio appropinquauit & errauit, & propterea condemnati fuerunt: Non enim in Ægyptum, ſed ea quæ erant in Ægypto, mens populi deſcendit. Time igitur & tu humilis, & Dei ſerue, ad cogitationes vitiorum habere conſenſum, ne etiam tu damneris per eas. *Et Moſes ille qui Deum viderat*: Ægyptus, Dei ignorantiam, & peccatum, & impietatem ſignificat, Moyſes autem, perfectos viros & Dei Prædicatores, qui cum talibus multas ſuſtinent tenebrefactiones qui ſæpe perfecti, ex ignorantia, peccato & impietate prauorum grauantur: & ſæpius exaggerati * conuerſatione malorum, quaſi quibuſdam anxietatis tenebris inuoluuntur, dum ex zelo Dominicæ laudis, ſuper carnalium offenſionem moleſtantur. Qui ad ſuos mittuntur eiſdem rationibus quibus in Nazareth. Dominus videbat: videlicet, ne forte dicerent, *Medice cura teipſum.* Et, ne

CAP. III.
Stationis peregrinatio.

F

Deus nulli ſubeſt.
Quomodo Deus hominem [illegible] quam.
* Vetus Interpres, Damonem, cogitationibus vanitatis laſſum, &c.

G

Re. 11. 16.
Amor propriorum perdit homines.

4. Re. 9. 33.

H

Perfecti ſæpe grauantur peccatis proborum.
* M. exaſperati.

dice-

A

† Contrarius eſt operibus noſtris.
Sap 2.
Matt 12. 48.

dicerent, quia aduerſarius nobis † eſt: &, ne dicerent, ſi ſigna feciſſet, credidiſſemus & nos ſimiliter: & ideo mittuntur & ipſi, quia fecit ibi Ieſus paucas virtutes. Cæterum, cum dicit, *quæ eſt mater mea*, & quæ ſequuntur, oſtendit, quod neque Chriſtum ferre neque partum illum ſuperadmirabilem parere, lucrum vel meritum haberet ſine virtute. Ideo demonſtrat quod nulla ex hoc vtilitas eſſet, niſi, omnia conuenientia, virtuoſe & ſumme faceret & adimpleret. Quinetiam, in hoc verbo, veram Matris humilitatem inſinuat populo, dum nihil altum ſapere aut imaginari ſuper tali tanto Filio demonſtrat. *Non quod propinquos noſtros & patrios agros:* Odium eſt abſcondita affectio, quæ aduerſatur his qui in aliquo nos contriſtant. Odium eſt alienatio ab eo quod mœſtum eſt aut auerſio contriſtantium. In nullo igitur horum, à monacho fit receſſus à domeſticis & propinquis, ideo dicit, nos, non vt obedientes. *Lætetur enim Dominus*, † *&c.* Deus amator hominum, humanatus eſt, vt nos à veneno mũdani & humani amoris liberaret. Eſt enim mundanus & humanus carnis amor, carcer, & catena, & infernus, & mors: quo, quis detentus propter virtutem, altitudinem & claritatem, charitatem & ſapientiam nec guſtare, nec videre, nec intendere, nec cogitare poteſt. Quare, gaudium Chriſti, eſt in noſtro perfecto receſſu à terreno & mundano & carnali amore. *Caue obſecro.* † Diabolus vt retrouertat Dei famulos ſub ſpecie bene rationabilis pietatis, oſtendit eis, vel in multa penuria & tribulationibus innumeris ſuos eſſe parentes, vel in multo periculo animæ & ignorantia conuerſari, & omnia eorum ſub quodam quaſi diuini Iudicii diluuio debere ſubmergi, niſi eiſdem vehementer afflictis, cum Arca conſilii vel fauoris cito ſubueniatur. Quare nunc iſte ſanctus dicit, *Vide*, *vide*, quia neque ſub ſpecie prædicationis, neque ſub obtentu corporalis ſubuentionis, tibi licet ad parentum amorem vel curam retrouerti: quia hoc quod tibi mundus vniuerſus, tuos paſſibiliter diligenti, aquis videtur eſſe repletus, caro reuelatur & ſanguis cum ſatana ſimul vt pereas & angelicæ conuerſationis portum male relinquas, *pollicentur nobis ſubdole:* Noſtri, & non noſtri ſunt, Parentes ſecundum carnem: qui noſtri ſunt, iuxta naturæ conditionem, non noſtri, ſecundum propoſitum & voluntatem ſeruitutis Dei: quorum cogitationes, ſunt frequenter contra nos à dæmonis, vt noſtræ fiant, quæ ſunt alii alienis. Ipſæ vero ſuſceptæ, per conſenſum ſiunt noſtræ quæ habuerunt originem ab alienis & inimicis dæmonis & parentibus, & punimur de eis. *Colloquia mala, ſecularia ſimul & turpia:* vetus Interpres, *Ornata, & inornata:* Exornata quidem mundana eloquia, ſapientia, & prudentia, quia, faſtu eloquentiæ, vanitatem inflant & elationem extollunt, incongrua, & apud ſeruos Dei inornata exiſtunt: Inornata vero ſunt mundana eloquia, laſciue & vitioſe, ac turpiter dicta, quæ etſi eleganter & ornate dicantur, tamen non mediocriter ſed maxime lædunt. Quare mundana eloquia penitus inutilia, quia vel temporalia & carnalia, vel ſuperba & erronea ſunt, & omnino vitanda & fugienda. *Somnium eſt animi* † *motus*, *&c.* Viſio eſt quædam, phantaſia, qua, quaſi in ſenſu & fere manifeſte viſum eſt. Somnium eſt, quod (dormiendo) in fantaſia imaginatum eſt. Corporis vero immobilitatem, pauſationem & quietem dicit, ſecundum quam quieſcunt dormientes, & corpus manet immotum, hoc quidem patiens, illud ſubſiſtens. Contemplatio, eſt non ſubſiſtens imaginatio, & apparitio quaſi repente viſa, & ad præſens reſoluta.

Odium, quid ſit.

† Vetus Interpres, gaudet & epulatur.

B

Illud interpretatus, opinor, quæ de Patre Prodigi narrat. Luc. 15. 32.

Carnalis amoris effectus.

† Vetus Interpres, vide, vide, ve, & Nulla rationabilis pietatis ſpecie licet Monacho ad Seculum retrouerti.

Gen 8.

C

† Vetus Interpres, mentis.

Somnii definitio.

Contemplatio quid ſit.

D

De ſomniis ex canonicis caracteribus magni Baſilii.

Fiunt, inquit, ſomnia ex diurnis & quotidianis animæ motibus. Nam dæmones nolentes, nos agere quod bonum eſt, multis machinationum induſtriis prohibent: poſtquam vero inceperimus, moliuntur ne ſecundum Dominum perficiamus illud. Sed etiam hoc fruſtrati, vinoſæ actiones memoriis deorſum nos inclinare tentant: & in iſto manifeſte conuicti, phantaſmatibus, nos, in ſomniis ad malignitatem agere conantur: per quæ ſuæ ipſorum imbecilitatis cognitionem exhibentes eis qui viriles ſunt & aduerſus ſe reſurgere parant, non apparentes tunc vſque inſidias venenantiũ Seductorum propalantes. *Qui vero eis nulla ratione credit:* Diſtinguitur modus in generationem & corruptionem, augmentum & diminutionem, alterationem, & localem mutationem, rectam, & obliquam, & circularem. A nullo horum, dormiens priuatur, niſi à locali motu, quamuis & quidam dormientes ambulare inuenti ſunt. Cum autem, multipliciter, ſomnia fiant, duabus tamen ſpeciebus Somniorum quandoq; attribuitur viſionis qualitas. Eſt enim, quando, & quæ nolumus, & quæ diligimus videmus eiſdem reformatis imaginatione, Angelorum miniſterio. Eſt vero amplius, quando diuina viſione mens noſtra rationalis informatur, & de præcognitione futurorum taliter docemur, vt patet de ſcripturis. At enim ſecundum hunc magnum veræ ſapientiæ amorem oſtendit qui ſpernit ſomnia atq; contẽnit: Multos n. errare fecerunt ſomnia.

Multiplex motus diſtinctio.

E

Anima propriæ perfecta Abnegatio: Abnegatio autem, eſt perfecta omnium rerum præſentium obliuio, & à propriis naturalibus voluntatibus verus receſſus. *Confectum*, *dormiendo iter:* Dormiens, quieſcit à curis, nec curat de aliquo, ita, qui vere obediens eſt (ſiue mari nauigans, ſiue incidens in latrones) de periculis non curabit, neque præcepta diſcernet: ſcit enim diligenter, quia in martyrium imputabitur eiquod ſupeuenerit periculum eo quod obedientiam, ſine humanæ prudentiæ diſcretione, compleuit. *Obedientia, eſt depoſitio diſcretionis:* quod præceptis (malis, apparentibus) obediat vere Obediens, ſicut, qui proiecit filium ſuum in furnum. *In diuitiis* vero *diſcretionis*, ſiue, *inter diuitias diſcretionis*, dicit, quia vere, virtutes diuinæ ſequuntur ſubiectionem & obedientiam non diſcernentem, quemadmodum ſubſequenter dicit: † *Et obedientia*, *humilitas*, *ex humilitate diſcretio*, *&c. Vel Anima voluntatis*: Voluntas naturalis, eſt appetentia rationalis atque vitalis, in ſolis naturalibus dependens: ea vero eſt de poſſibilibus & impoſſibilibus. Ex voluntate poſſibilium, eſt quæſitio & inſpectio; deinde conſilium, deinde diiudicatio & diſcretio, deinde affectio ad id quod diſcretum eſt iudicio, deinde arbitrium: deinde, poſt affectionem arbitrii, fit electio, quæ dicitur facultas voluntans poſt dilecti electionem, vel liberum arbitrium. *Quicunque ad intellectualis.* Quicunq; propriæ voluntatis ad ſummum complacentiam ſpreuit & abnegauit, iſte experientia didicit, obedientiam eſſe ſtadium intellectualis confeſſionis, & martyrii ſpiritualis pugnam, & Chriſti ingi patientiam, depoſitionem peccatorum. in libro vitæ inſcriptionem, pelagi fluctuantis transfretationem: Vnde ad aliquid perfectius tranſire non cogitabit ſine ea; quoniam autem conſueuit Malignus, his qui ſub obedientia ſunt, hanc inferre moleſtiam; videlicet vt ſeipſos paruipendant, eo quod non habent ieiunium, nec orationem mundam, neq; exercitium diligens, neq; alia ſpiritualia opera quæ ſunt in quieſcentibus; enumerat iſte Pater noſter ſanctus obedientiæ bona, ad quæ omnia alia bona comparata, ſunt nihil; quoniam obedientia adimplet horum omnium locum. Quæ cum perfecta fuerit, ipſa, in tempore proprio, ſecum omnia bona ſpiritualia portat, & ad variam introducit contemplationem, perfectionem, & quietem ſuos poſſeſſores. *Congreſſionis ſtadium*: ſtadium, eſt ſpiritualis luctæ profectus, & ſuauis odor bonorum operationum, in mortificatione voluntatum & ſenſuum carnis indeficiens ſtudium, & exercitatio humilis ad omne opus bonum, & meditatio præceptorum Dei, & imitatio paſſionis & mortis eius. *Quicunque iugum Chriſti*: Obedientiam intellige; quia ſicut per ipſam, à Chriſto Ieſu redempti & ſaluati ſumus, ita nos, per ipſam proprie & ſingulariter portamus iugum, ipſamque, Patres, martyrium dicunt, quia ſeruorum Dei fornax & exercitatio eſt, & ad ipſam comparata bona omnia quæcunque ſenſu proprio & voluntate fiunt, nihil ſunt. *Si vero alias fecerimus*: Alioquin, inquit, qui aliena peccata curioſe requirit & ſcrutatur, diſcernit, ſuſpicatur, & iudicat, & præſertim Præſidentis: non pœnitentiæ viam vidit, aut pœnitentiæ initium fecit, ſed elationis & præcipitiis viã tenet. *Nemo ſine qua viſuſorum*: Multi enim: ſine ſubiectione Deo placuerunt, ſicut Paulus Eremita & Maria Ægyptiaca, & alii multi: quomodo ergo, ſine ipſa, *Nemo Deum videbit?* Dicimus ergo, quod qui perfecte carnem ſpiritui ſubiicit, & conſcientiæ ſtimulum poſſidet iudicẽ, & ei obedit, nihil ſibi de propria voluntate relinquens, iſte diuinis præceptis factus obediens, antequam viſibilem obedientiam

Cap 4. Abnegatio quid ſit.

F

† Infra, hoc eodem cap. aliquam multo ante finem.

Naturalis voluntatis definitio.

Obedientiæ maxima commendatio.

G

Spirituale ſtadium quod ſit.

H

Obedientia Chriſti, noſtræ redemptionis & ſalutis principium extitit.

A

Obedientia duplex, intellectualis ſcilicet, & viſibilis.

pertranſeat, ad intellectualem pertingit, quæ multum excedit viſibilem. Si anima, corpus, & ſpiritus, literam, & gratiã Euangelii, Legem, & gloriam, gratiã. & hanc, illa ſubſtituit & commendabilem facit. Et habes illos qui circa magnum Antonium, per intellectualem obedientiam refulſeruot, & quaſi angeli per eandem Domino obediebant, ſolum cœleſtia ſapientes, quibus dignus non erat mundus. Præcedit ergo intellectualis obedientia viſibilem incomparabiliter: & ſicut Sol, ſuo ortu, ſtellas occultat, ita Intellectualis obedientia, viſibilem. Quare, qui intellectualem nõ poſſident, ſed adhuc vitiis moleſtantur, ſine viſibili, tanquam paruuli & ſub nocte vitiorũ proficere, vel ſaluari non poſſunt. Bene ergo dicit, *Sine qua nemo vitioſorũ videbit Dominum Ieſum Chriſtum:* Quoniam ergo obedientia intellectualis, diuina illuminatione perficitur, & conſcientiam poſſidet iudicem, videndum eſt, quid ſit conſcientia. *Conſcientia, eſt diuinæ ſcientiæ motus & operatio, cum noſtra & in noſtra ſcientia.* Conſcientia, eſt ſcintilla Diuini luminis, in homine condito ſubſeminata à principio, quaſi quædam cogitatio feruentior, & illuminatiua, verbum ſeu ſtationem lucis in ſe continens, & oſtendens ei bonum & malum: & hæc Conſcientia, vocatur lex naturalis. Hic eſt puteus Iacob, vt dixerunt Patres, quem, Philiſtini repleuerunt. Hic, in Euangelio, Aduerſarius dicitur, cui, quandiu in via ſumus, conſentire iubemur: conſentimus vero ei, cum eam cuſtodimus ad Deum, per fidem & obedientiam, & amorem Mandatorum, ad Proximum, per pietatem, patientiam, & humilitatem; Ad nos ipſos, per mortificationem ſenſuum, cuſtodiam cordis & linguæ, & odium corporis & omniũ viſibilium & propriæ voluntatis, Ad materias & vſum rerum, per temperantiam & ſobrietatem & earundem cuſtodiam fidelem, oſtendendo in eis, ſicut in rebus ſacris, Domini reuerentiam & ſeruitutem. *Qui ſubditus eſt;* Qui humiliter ſubditus eſt, non putabit ſe perfecte ſubditum eſſe aut obedire, quia obedientiæ opus immenſum eſſe intelligit, qui vero ex proprio ſenſu & voluntate aliquid facit, licet obedire appareat, tamen ipſe contra ſeipſum onus ſuum portat: vnde, ſi is qui tali præeſt, hunc non arguit, ſibiipſi & diſcipulo, cauſſa periculorũ eſt. Propterea, Pater dicit, *ſuper hoc, dicere quicquam non habeo,* quia verbo dubitatiuo, ipſum reum oſtendit iudicio *Ad confeſſionem, qua ſine nullam remiſſione, &c.* Quia confiteri ſimpliciter peccata, tenemur ex neceſſitate Diuini mandati, patet ex Apoſtolicis Traditionibus & regulis ab eis propoſitis Eccleſiæ Catholicæ, per Spiritum ſanctum: quorum Canones & inſtituta tenentes, Dei ſacerdotibus (iuxta eorũ præceptum) peccata confitentes indulgentiam & remiſſionem accipere efficimur digni: propterea, qua ſine, dicit Sanctus Pater, *nemo videbit Deum fratrũ vt in nullo, conſcientia vulneraretur:* Multis modis, fratris cõſcientia feritur: extollentia & elatione ſuperflua prudentia, ſeductione, infidelitate, mendacio, fraude, deceptione, contemptu, liuore, murmuratione, detractione, vindicta, & reliquis quæ pariuntur ex illis. *Vt in grauiſſimam Animæ ruinam præcipitaret:* Grauiſſimũ Animæ lapſum, non alium dicit, quã extraordinarie ipſum guſtaſſe; & furtiue ac latenter comediſſe ex his quæ animalia portabant, quod eſt peccatum grauiſſimum, & pene inexpiabile eſſe magnus Pater noſter Baſilius euidenter declarat in Procemius Regulæ ſuæ: vbi oſtendit quod tali culpa inquinatus, quaſi incorrigibilis erit. Vnde docet, quod talis mali commiſſio vſque ad linguæ ſolius guſtum eſt penitus (ſicut mortis obligatio) fugienda. Quia ergo iſte furtiue comedit, ſubinductum ſe in grauiſſimũ Animæ lapſum aſſeruit. *Statue in cordis tui ianua ſeueros ianitores:* Duros Hoſtiarios, dicit ſpeciales & generales Virtutes Animæ, ſcilicet, Fortitudinem, Prudentiam, Temperantiam, & Iuſtitiã. *Affige in Anima ligno, &c.* Lignum dicit mortificationem carnis & crucifixionem cum ſuis concupiſcentiis. Crucem vero Animæ, dicit mortificationem proprij ſenſus & propriæ voluntatis, per quam diabolum vincimus, & pacem imperturbabilem poſſideemus. Nullam enim vtilitatem cõſequimur de Crucifixione carnis, niſi figamus & confirmemus in ea mortificationem & crucifixionem proprij ſenſus & propriæ voluntatis. *Ad ineptam rurſus & inutilem ac ſpinoſam Orationem:* Non venuſta & noo proficua, & ſpinoſa eloquia ſanctus Pater dicit quæ ſua ſunt: ſcilicet, non venuſta ſecundum eloquentiam, propter ſimplicem & inordinatum modum dicendi: non proficua, ſecundum mundanam requiem, & commoditatem: Spinoſa; ſecundum aſperam narrationem & doram ſpiritualis vitæ Regulam, iuxta illud Euangelicum, *durus eſt hic ſermo Eſt quidem præclarum, laboris Sanctorum admirari.* Quoniam Deus bonus, amator hominum eſt; multas ſalutis iuſtitiæ vias oſtendit nobis, vt non periremus, ſed ſecundum ſuam magnam miſericordiam ſaluaremur: quia non fecit hominem Deus vt periret, ſed vt illi ſeruiret, & ſaluaretur; ideo vocationes hominum variæ, & donationes ipſius differentes. Hinc, alius, hoſpitalitatis amator, alius, quietis & remotionis ſolitariæ ſeruator, alius conſolatur & exhortatur afflictos, alius cuſtodit linguam, & ſilet: Iſte ſemel in hebdomade paſcitur; iſte comedit omni die. Quare, hæc omnia ab vno poſſe perfici impoſſibile eſt. *Donec violentiam noſtram quam velut à nobis perpeti.* Vim inferentes ſunt hi qui diuina charitate ſunt plagati. & vim Deo inferunt per orationem & opera virtuoſa & trahuntur diuino amore ad portandum iugum Chriſti cum corde humili & animo deuoto, qui ſeipſos violentant, ſecundum illud: Turbatus ſum & non ſum locutus. *Cum corruiſſem, rurſum reduxiſti me:* Id eſt † poſt lapſum. Nec vero intelligas lapſum à Deo ſeparantem, ſed lapſum qui (ſeruientibus & miniſtrantibus) ex negligentia, & ex obedientia imperfecta contingit. *Qui vero illum in cordis ſui latebris occultat, &c.* Sciendum eſt, quia non confeſſa peccata ſine formidine & timore aguntur. Auferre ergo confeſſionis conſcientiam, eſt aperire peccatis ianuam, & hæreſim ſeminare. *Cum is qui ſubditus eſt, duos enaſci re Loquitur.* Duo iſta, dicit inobedientiam & elationem. *Præter morem ſolitum turbulentos:* id eſt qui facile mouentur ad furorem & iram, inſtar molendini quod vi rotæ & aquæ mouetur. *Neceſſe eſt enim conuerti mare & turbari:* Maris ſimilitudinem inducit ad oſtendendam vitioſæ mentis paſſionem; quæ ſicut mare, à ventis intellectualibus, ſeu tentationibus & iniuriis & improperiis eorum qui ſub Præſidente ſunt, conturbatur & inflatur, & mouetur ab increpationibus quæ inducuntur ſuper eam, ad probationem & vtilitatem, à Fraternitate. Vitijs igitur interius tumultuantibus, & iraſcibilem commouentibus ad iram, & rationabilem confundentibus, nec ſinentibus quod eſt vtile conſpicere, & quod melius eſt tenere, velut expuens præaſſumptas ſordes mare mentis, monſtrat quas vitiorum flamma primo in ipſam conduxerant, tempore videlicet tranquillitatis, & bonæ conſiſtentiæ. Nunc igitur neceſſe eſt, mare turbari, quia, ex quo, humilitatis argumentum ex noſtra conuerſatione non ſumimus, tentationibus neceſſario immergimur, vt probemur & infirmemur, ac infirmati purgemur, ac perfecte humiliemur. Dicit ergo, neceſſe eſt, mare † quaſſari & turbari. *Ex obedientia, humilitas:* Obedientia enim, principium humilitatis, quoniam qui ſe ipſum non condemnat ſicut deficientem à virtutibus, ſub manu alterius eſſe non valet. Igitur, talis condemnatio contrahit & agit animam ad obedientiam: Obedientia autem, timore Domini firmata, generat humilitatem, humilitas vero perpetuo exulem facit elationem. Qui autem ab eadem eſt liber, & a reliquis eſt purgatus: quare domus impaſſibilitatis & munditiæ annuntiatur. Obedientiam igitur, humilitatem, & impaſſibilitatem, tribus adpropriat, ſcilicet Moyſi, Synagogæ, & Mariæ: quoniam ſicut mare rubrum tranſeuntes Iudæi, & ſuper victoria triumphalem laudem Deo canentes, eiuſdem laudis & victoriæ habuerũt Moyſen genitorem & actorem, & Mariam perfectricem (quidem ex communi vnam exiſtentem) ita & nunc dicit, in perſona Moyſi debere accipere, obedientiam, in Synagoga, humilitatem, & in Maria, impaſſibilitaté. Moyſes, aqua interpretatur, vel aſſumptus de aquis: Maria, interpretatur lux, quæ de Synagoga originem traxerat. Igitur, in aſſumpto, de aquis generatio & fœcundatio reliquorum, per obedientiam: Obedientia autem, humilitatis poſſeſſione donat; Humilitas autem, impaſſibilitatis lucem præſtat: Impaſſibilitas vero, ſuper victoriam, laudem perfecit, Canticum, pro liberatione ab intelligibili Ægypto peccati, in lætitia cantans. *Vidi vt aut ſeb:* habitum & illegitimæ naturali, & extrinſecæ compoſitioni morum, & apparen-

Intellectualis obedientia viſibili excellentior.

B

Cõſcientia quid ſit. Hanc inuidentes Paleſtini obſtruxerunt, implentes humo puteum quem foderant ſerui Abrahæ & Iſaac. Gen. 26. 15. & 18. Mat. 5. 25. Luc. 12. 58.

C

Confiteri peccata ſacerdotibus tenemur ex neceſſitate diuini præcepti.

D

E

Iob 6. Deus vult omnes ſaluos fieri.

Variæ hominum vocationes.

F

Pſal. 76.

G

H

tiæ ſi-

A

Hypocritarum laudes à turba pēdent.

tiæ fictæ honeſtatis, quibus occurrit turba, malitiæ varietas habet naturam colligari. Turbæ, quod apparet humile & morigeratum, & compoſitum ſecundum faciem, nominant & extollunt propter quæ ſuperbi hypocrytæ, & animoſi (dicit Sanctus) ex laudibus & elatione compunguntur, & pariunt lachrymas. Quæ conſiderans, quam maxime ſapienter & clare, Pater iſte, variam eſſe malitiam determinauit. Sane tardus quis & negligens exiſtens, aut in aliquo corporalium naturaliter idoneus apparens, complacuit multis, & de grauitate morum & honeſtate laudatus eſt: quemadmodum in aliquo corporalium, faceteni us, quis idoneus naturaliter apparens, complacuit multis. Itaque plerumque naturalis ſufficientia aut diminutio, virtus animæ reputata eſt: remiſſus & inſolens. Mitis & inordinatus, & ea quæ ſunt ſpiritus deſerens, ſollicitus, acidioſus, & triſtis, Orator, linguoſus, & vanus: Animarum ſaluator: A. dæmonis illuſus, Contemplator, & futurorum promiſſor eſt habitus apud ipſos, qui quod rectum & vitioſum eſt diſcernere neſciunt. Nimirum (quia exultat in laudibus) cæcus ignorat ſeipſum, & errat: falſo iudicia multorum attendens, animam ex elatione & vanitate compunget, & dolens contereтur, & lacrymas pariet. Quare, Pater malitiam ſic multiformem & variam eſſe mutatur. *Quæ ſibi ipſi latenter perſuaſit.* *Latenter*, in corde (ait) bonum propoſitum firmare ſtude, & non pompatice & apparenter os dilatando, loquans. Qui enim pompoſe ſe laudat, & in ſeipſo confidit & gloriatur, relaxatus à Domino caſtigatur lapſu: ſed mors animæ mille mortibus peior exiſtit. Si ergo mors eius, peccatum eſt quanta vigilia & ſollicitudo nobis aduerſus peccatum neceſſaria eſt. Igitur, qui nouit hæc, humiliter in ſpe & ſilentio ſeipſum roborabit, propter patientiam, ad perſeuerandum in ſtadio conuerſationis monaſticæ: & licet offendat & peccet, iterum penitebit, & à neceſſitudinis ſanctæ ſtadio nunquam recedet. *Si vero exierunt aliqui.* Subaudi, à monumento profeſſionis † Angelicæ vitæ, opere & affectu, obedientia Patrum reiecta. *Conſidera quia immortali morte mortui ſunt*, & ſeparati à Deo fuerunt, quod omni morte corporali eſt peius, in infinitum. *Cum ſenſerimus fragiliores quippe ac ſegniores, gratia.* &c. Quando igitur ad operationem manuum accedis, talem in teipſo reforma cogitatum, qui Chriſto miniſtras qui præcepto & exemplo ad opera (vſque ad mortem) te informat. Operans, lauda Deum tuum lingua, mente recogita, intentione glorifica. Nam qui in laboribus & operibus eſt infidelis & piger, in oratione erit multo magis piger, infidelis & remiſſus. Sane, Oratio nequaquam in corporis quiete dirigetur, ſed in labore & actu. Amus quietis. Orationis eſt exterminium, & diminutionem virtutum prædicat, Mandata negligere. Huic, pater oſtendit quod qui obſequium miniſtrationis (id eſt, operationis manuum) inceptum illud vt fratrem adiuuet & quietet, à fratre rogatus, derelinquit. Opera manuum, vult & intelligit eſſe cœleſtia & non terrena: ideirco, non propria, ſed communia ad vtilitatem indigentium vult eſſe. Reliqui vero, non ex charitate ſed vitioſe, quæ ſua ſunt male quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Sibiipſis attendant, quia aliud eſt quod ſumus, aliud quæ ſunt noſtra, aliud quæ circa nos, aliud quæ extra nos, & aliud quæ contra nos. *Plerique ex obedientium grege*, &c. Nunquam ſuſcipias eum, qui tibi ſubditus eſt, dicentem tibi ita mihi licentiam & poteſtatem ad talem operationem vel virtutem exequendam, & ita me ad id quod ſpirituale eſt permitte dirigere. Nam qui ita dicit, manifeſtum eſt, quia ſeductus propriam perficit voluntatem, & optimæ obedientiæ fœdera ſpernit, & deceptus & illuſus, meritum obedientiæ coram Deo perdit. *Sunt qui ſuſcepta imperio, &c.* Horum vnuſquiſque, in proprio tempore, laudabilis eſt. Nam ſecundus, iuxta initium diſciplinæ introductoriæ ad virtutes, melius facit, obediens inconſtanter: adhuc enim ex ordine probandorum eſt. Primus vero, quia iam perfectioni appropinquat, & tempore longo obedientiæ oſtenſionem exhibuit, voluntatem Patris ſentiens, bene facit non faciens quæ illum nolle nouit. Non enim vlterius, quaſi ſeruus, rationalem ſeruitutem oblationem offeret, ſed filius & amicus, voluntatem patris inueſtigans, beneplacentem voluntatem perficiet. *Poſſibile non eſt vt diabolus: &c.* Indignum & inconueniens eſt, ait, quod diabolus, ſuæ ipſius voluntati reſiſtat. Ille enim omnem hominem negligenter & vitioſe viuere vult, & ſuam voluntatem, magis quam Dei, perficere: Si & ergo aliquos tales inuenerit, non reſiſtet eis, quia ſi eis reſiſteret, ſuæ ipſius voluntati omnino reſiſteret. *Quod non iudicandi cauſa, &c.* Non ex ſuſpicione, ait, iudico, hoc dicens, ſed efficacem motum oſtendo vitij præceptoris nomine ſed non re, & paſſionem manifeſte oſtendo, iuuenis ſuperaſcendentis Seniorum & Maiorum virtutes. *At cum illum, à Rege ſigillum accepiſſe, &c.* Signaculum fidei, eſt Baptiſmus. Signa militiæ ſpiritualis, ſunt, pœnitentia & lacrymæ quæ hunc repurgant: Scutum vero eſt mundi fuga, odium omnis delectationis vitæ præſentis: Gladius eſt fides ad paſtorem: Enſis, abnegatio propriæ voluntatis: Arcus, oratio, per quam dæmones ſagittantur: Militare veſtimentum, humilitas, & virtutum quæ ex ea ſunt, amictus.

B

Lapſu caſtigatur qui in ſe, non in Domino confidit.

C

† al. Apoſtolicæ.

Quietis amor orationis eſt exterminium.

D

E

Eos qui negligenter, aut impie viuunt, nūquam diabolus oppugnat.

Militia ſpiritualis arma, quæ ſunt.

Secura que cuiuſque ſit cura. Quia de nullo terreno curat, ſed pro ſe ſibi ſollicita quomodo ſibi Deum reconciliet, & ſalutem perditam per peccatum inueniat, pœnitendo & lugendo feſtinat & pro ſe ſollicita, & pro ſe diiudicata, fit, quia omnia quæ ſunt mundi, & ſeipſum puniendo contēnit qui eſt Pœnitens, & vigilanter ab omni iudicio elongatus, ex vera cognitione ſuipſius, extremo iudicio ſe dignū cernit. Per ſe igitur cogitatio diiudicata eſt, quia aliquo alio ad diiudicationem non eget, ſed qui eſt pœnitens, ipſe ſui ipſius iudex & vindex eſt. *Ante quam corruamus*, &c. Delectabile & dulce nobis proponit dæmon exterius, vt trahat ad peccandum, peccati reatum fere nihil eſſe ſupponens: Deumque benignum & miſericordem eſſe ſuggerit, & aſſerit. In hoc eſt vere inimicus, quia intrinſecus, quod malū eſt, & amarum (mortem ſcilicet corporis & animæ) fraudulentus abſcondit: quam poſt lapſum, vt deſperare nos faciat, aduerſus nos inſultando proclamat, vltor effectus, qui fuerat (nos ſeducendo) proditione inimicus. *Sæpe enim parua munera*, &c. Nolunt dæmones quod intelligamus, quam amarum eſt peccare & Deum offendere: Idcirco cum nos viderint appropinquare ad aliqualem ſenſum infinitæ amaritudinis abſconditæ, in peccatis noſtris tunc inſtant & dicunt, quid teipſum conteris & deſperas? neque enim tale, vel tale peccatum (vt alii plurimi) perpetraſti. Oderunt nanque dæmones ſpiritum contritionis, & falſæ ſpei gaudium in nobis ſeminare contendunt, vt aliter in nobis ſpiritum contritionis extinguant. Tu vero non obedias eis: quia, ſicut parua dona furorem iudicis frequenter mitigāt, ita plerumque quæ à nobis reputantur parua delicta (cum fuerint ſæpius iterata) ſimul aggregata, Chriſtum noſtrum benigniſſimum Iudicem, iuſte contra nos in furorem ſurgere faciunt. *Moyſes, cum Deum vidiſſet*, &c. Signum conuerſationis perfectæ & virtuoſæ, eſt videre ignem in rubo; eſt enim inacceſſibilis multis. Sed tunc ardet ignis in rubo, cum mortificata caro pariter & voluntas, ea quæ ſunt ſpiritus, ſentiunt & diligunt. Sed plerumque humana fragilitas prolabitur ab altitudine ſpiritus, & ſuccumbit in pugnis. *Sed nunquid qui corruit non adiiciet?* Sed, vt Dauid & Petrus, conetur vt nō ſolum reſurgat, ſed altiora conſcendat. Oſtendit igitur Pater, exemplo Moyſi & Iob eſſe poſſibile poſt lapſum, etiam ad impaſſibilitatem redire, cuius ſpei fiduciam, diabolus, per negligentiam & otium colaphizat, dū in nobis opera (per quæ impaſſibilitas percipitur) explantat. *Attende quæſo, diligentius*, &c. ſcilicet oculis mentis & ſpiritus, quia ſenſuali delectatione ſeducti erramus, ſed via breuiori nos reuerti oportet: videlicet per humile ſapere, & per humile verbū, & cor contritum, & ſinceram confeſſionem & integram. Quoniā in humidis lignis, difficiliter ignis accenditur. Pœnitus in corde amante quietē & delectationes, ignis ſpiritus non ardebit: ſed in anima cōtrita & humiliata, quæ labores & delicias putat. *Luctus eſt ſtimulus Animi, aureus.* Hoc dicitur ad differentiā ſtimuli ferrei, qui pungit terrena & vitioſa diligentes per triſtitiā mortis, & eſt veneno mortifero plenus. Aureus vero ſtimulus, ſancta & lætificante triſtitia, & charitate diuina pungit, ad cœleſtia ſurſum ferens eos qui virtutes Chriſti & mandata diligunt, & fideliter ipſius mandata perficiunt. *Confeſſio, eſt obliuio naturæ*, &c. Eſt autem vera confeſſio, per diuinam ſci-

Gradus, v.

F

Pœnitens ſuipſius eſt iudex.

Dæmonum aſtutia, in alliciendis ad peccatū hominibus.

G

Dæmones oderunt ſpiritū contritionis. Spes falſa extinguit cōtritionis ſpiritum in nobis.

Exod. 3. 2. Conuerſationis perfectæ ſignū.

Pſal. 40. 9.

H

Vera confeſſionis definitio.

A

ſentiam acceſſus in Deum; ex quo obliuio propriæ naturæ fit in eo qui ſecundum Prophetam, obliuiſcitur comedere panem ſuum. *Sta in orationis prece*, &c. Quemadmodum ferro ligatus currere non valet, ita & mens, vitijs ſeruiés, orationis ſpiritualis locum videre non poteſt. Nam qui cum vitijs orationem exequi conatur, à vitioſis cogitationibus & ſeducentibus intellectibus captiuatur. Legitime ergo pugna contra immunditias; vt per munditiam, orationē inuenias. Et hoc ſcribe in corde tuo, quoniam amor delectationis & requiei eſt cauſſa ſeparationis à Deo. Cor etiam quod iſta amat, eſt creaturæ ſterquilinium & ſentina. Nam amaritudo quæ abſcondita eſt in eiſdem delectationibus & quiete, in tempore exitus inutiliter ſentietur. Cor vero diligens labores, contumelias, & dolores, porta aperta eſt, qua in tempore exitus paſcua inueniet. *Sicut creatura*, &c. Per ſe mot⁹, & ſemper motus eſt diuina prouidentia. alteratio motus, & faciliter motus eſt alteratio & motus creaturæ, qui non ſéper eſt motus. Dicitur autem compunctio cordis ex Dei gratia proueniens, alteratio motus, ad differentiam compunctionis ex ſtudio humano aduenientis, quæ eſt per ſe motus. *Illuſtratio † ineffabilis, eſt quadam efficacia*, &c. Non per luctum tantum, ſed patientiam tribulationum & tentationum probatur ſeruus Dei & per veram mortificationē omnium ſenſuum corporis & animæ, mundatur ab inquinamento vitiorum & per contemplationem & ſuſceptionem altarum Dei illuminationum, perfectus efficitur. Dominus enim *ex Syna venit*; id eſt, ex tentationibus & tribulationibus; *& illuxit nobis ex Seir*; hoc eſt. corporalibus laboribus & doloribus: *& requieuit ex monte Pharan cum millibus Cades*, id eſt, ex monte fidei, cum infinitis ſanctorum ſcientijs. *Sunt materiæ quæ fontes noſtros*, &c. Sicut deliciæ, gulæ, comeſſationes, vinum, mulieres, deliciarum vſus, & amor omnis ſenſualitatis & carnalitatis, quæ omnia non ſolum ſiccant lacrymas, ſed exterminant omne bonum. Fuge igitur, fuge, qui religioſus es, delicias, vinum, & mulieres, quæ ibi ſunt cauſſa peccati, *& apoſtatare faciunt ſapientes*. Nā & iuſtus Loth, Noe, Dauid, & Salomon, per iſta præuaricati ſunt. Sunt & aliæ materiæ, ſicut amor principatus & honoris, & deſiderium laudis, nominis ſcientiæ, & ſanctitatis, quæ vacuum ſapere in ſuperbiam extollunt, & ab omni virtute radicitus euellūt, & deorſum ad inferna proijciunt, per quæ & diabolus ruit. *Vt virtutum materias*, † *materias Virtutum*, &c. Matres virtutum, ſunt, Prudentia, Fortitudo, Tēperantia, Iuſtitia, quas aduerſarij dicuntur effici occaſionaliter matres malitiarum, nō conuerſione ſed abuſu, qui eſt vere caſus ab eiſdem. Sane nimietate & deficientia, à virtutum medio recedimus: ſicut, à prudentia, per verſutiam & inſipientiam: Fortitudine, per temeritatem & formidinem; à temperantia, per incontinentiam & ſeueritatem; à iuſtitia, per auaritiam & ſalſitatem, & per zelum iræ feruidum, & & falſam pietatem. *Doceant te, hoc, Ieſus*, *&c.* Elias, & Ioannes, ſunt perfectæ conuerſationis typus & forma. Qui ſeorſum orantes, & à mundo ſolitaria loca, & à ſecularium tumultibus ſegregata quærentes & colentes; docuerunt perfectionis amatores, locum & modum ad virtutum ſtudium, pariter optima & neceſſaria fore. Et oſtenderunt quomodo locus modo perfecte viuendi pulchritudinē dat & formam. Quare non modus ſolum (ſicut quidam ſimpliciter & male dicunt) ſed & locus, ad virtutis operationem neceſſarius eſt, qui maxime confert ſolatium & iuuanē perfectionem quærentibus. Vnde & noſter aduerſarius (dicit iſte pater ſanctus) plerumque mouet ad lacrymas ſeruos Dei, ex aliqua cauſſa in ciuitatibus & inter tumultus hominū conuerſantes, vt eos taliter decipiat, & mundo appropinquare faciat, ac, ex hoc, verborum & conuerſationibus, & operibus inquinentur. *Ira vacuitas, eſt Naturæ ſuperatio.* Naturæ victoriam dicit, iræ & furoris omnimodam depoſitionem, & cōcupiſcentiæ mortificationem: naturaliter enim habēt homines, iraſci & concupiſcere. *Iracundia, eſt ſubita cordis excādeſcentia* &c. Ira eſt manens triſtitia, & perſeuerans impetus ad vindictam. Vel, ira, eſt habituata malitiæ memoria, cum odio contriſtantis. *Furor, eſt morum inconſtans motus*, &c. Furor, eſt ebullitio & accenſio & euaporatio ad retributionem contriſtantis. impetuoſe præcipitans. *Quippe per atramentum Columbæ candorem demoliti eſſent*, &c. Qui ſecundum apparentiam longanimiter agit, & Chriſtum ſe diligere ſimulat, & (vſque ad tempus retributionis) per ſilentium ſe occultat, & expectat vt malum pro malo retribuat, quaſi per atramētum, colūbam exterminat, quia charitatē & puritatem, quę per columbam ſignificatur, per tenebroſam memoriam malitiæ & nigrum furoris liuorem, necat, cordis tranquillitate, & pace & longanimitate perdita, in qua Dei Spes quieſcebat, *Summa igitur aduerſum ſerpentem*, &c. Serpentem appellat, iram & furorem, propter cor durum, lethale, & malignum. Durum, quia furioſus, ou nc, iſtum nunc illum plagat, quia dum, ſe, vitio per conſenſum & opus prauum ſeruum exhibet, occaſionem conturbationis & ſcandali ſingulis diebus (aduerſario cooperante) reliquis præbet. Eſt autem ita paſſio væſana, ſcientiam habentes infatuans faciliter, feralem conſtituens animam, & omnem affabilitatem declinare faciens, & ex hoc dira lethalis & maligna: à qua mouetur veoto vehementi, & furioſus conturbatur à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. Caliginis euaporationes obſcurant aerem, & furiæ motus mētem iracundi, Obtenebrauit Solem nubes deorſum currēs & mentem cogitatio vindictæ. Leo, in venatione, frequēter caudam mouet, & furioſus, in cella, cogitationes iræ. *Alio, in his qui adhuc rudes imbuuntur, ex fletu*, &c. Qui nouiter introducti ſunt, quaſi quodam fræno, lacrymis & ſuſpirijs, & obedientia, in ſubiecta mente, omnem iram & furorem ſtringunt & ligant. Qui vero ſunt perfecti, beata impaſſibilitate, quaſi gladio ancipiti armati ſunt, & in ipſa occidunt & interimunt omnem iram, & furorem, & manent ab inſidijs de reliquo liberi. *Sancta quidem Virtutes, Iacob ſcalæ comparantur*, *&c.* Congrue, propter ſubleuatiuum & ſurſum ferens ad cœleſtia: malitia vero comparatur catenæ, propter graue & impediens omne bonum, & vinciens, & deorſum grauans, & trahens ad confuſiores mores & opera, & vna vni anſa coniungitur in catena, quia ex vna malitia contrahitur altera. Pulchre autem catenæ cadenti, à Petro Apoſtolorum vertice, malitiam comparet, quia, Dei gratia nobis poſſibile eſſe, declarat, per fidem feruentem & veram pœnitentiam (quæ ſignantur in Petro) eam à nobis abijcere, & ad virtutum libertatem redire. *Eſt illud quoque tenebroſum*, *&c.*. Hoc, inquit, vitium præcipue triſte & magis tenebroſum eſt, tam inter omnia gignentia & non gignentia, quam etiam genita vitia. Gignitur enim memoria malitiæ, ex furore: nam tumor cum furore, ipſam gignit, ipſa vero parit inuidias & homicidia: quare, dicit, eam, plus gignentibus, & non gignentibus, & genitis, habere triſtitiæ. *Quocirca, & poſt ſuos maiores &c.* Detractionis progenitores ſunt, iſta: ex furore, ira; ex ira, odiū, ex odio, memoria malitiæ; ex memoria malitiæ, detractio; ex iſtis, inuidia, & ſic tandem, homicidium. *Tenuis languor*, *&c.* quia, quaſi nullum delictum, apparet detrahenti, detractio, cum illa vere omnino eſt, & quaſi latens & abſcondita animæ perditio. *Sicuti quædam ſunt adoleſcentulæ*, *&c.* Iſtæ ſūt, gula, ebrietas, fornicatio, ſcurrilitas, vana gloria. *Specula Hoſtium* Quia non ſolum ab impugnatoribus cuſtodit, ſilentium in ſcientia, ſed neque, eos appropinquare ſinit. *Paucorum vere ea eſt.* *&c.* Materiæ obſtrictione à qua prohibetur, & per abſtinentiā, lingua ligatur: quod enim eſt cibus corpori bene habenti, hoc eſt tentatio animo virili & Deum diligenti. Ventus Aquilo, ſegetes nutrit & radicare facit, & tentationes probant & roborant corda virorum ſanctorum & animas. Nubes ſine aqua effugantur à vento, & vir linguoſus, Dei iuſtitiam à ſe repellit. *Qui, cum iocis otioſoque ſermonis*, *&c.* Scurrilitas, eſt ſermocinatio ioculatoria, & riſum faciens, in quam quis multiloquio frequenter præcipitatur. *Audientium luctus, miſerabiliter demoliti ſunt.* Audientes ſunt, qui ſunt in pœnitentia: eſt enim gradus exiſtentium in pœnitentia, qui dicitur plorantium, qui ſtante extra portas Eccleſiæ. Audientes igitur hos dicit Pater, lugentes ſcilicet ſuper commiſſis. Eſt igitur Apoſtolica traditio de diuiſione & ordinatione Pœnitentium, purgandorum, & Catechumenorum. Sunt vero pœnitentium quinque loca: Locus plorantium, cum Pœnitens ſtat extra ambitum Eccleſiæ, & procidens, cum fletu, ab ingredientibus, poſtulat orationē, ante ipſorum pedes proſtratus. Locus qui dicitur Audientiū, ante portas, quæ Baſilicæ dicū-

tur

Marginal notes (left): *Pſal. 105.* — Mens orantis, captiuatur à vitioſis cogitationibus. — Amor delectationis & quietis ſeparat à Deo. — B — † Vetus Interpres, Illuminatio. — Tribulationibus probatur ſeruum Dei. — Deliciæ exterminant lacrymas & omne bonum. — *Eccl. 19. 2.* — C — † Vetus Interpres, Matres. — Virtutum matres quæ ſunt. — Ad virtutē non ſolum modus, ſed & locus eſt neceſſarius. — D — Cap. 8 — ¶ I. Ira, eſt cordis turbatio. Ira, quid ſit. Furor quid ſit.

Marginal notes (right): E — Cor ſuperbi nomine malignum. — F — *Act. 15.* — Petrus Apoſtolorum vertex. — G — Cap. 1 — Detractio eſt inuidiæ filia. — Cap. 11. — H — Cap. 11. Scurrilitas quid. Audientes qui ſint. Plorantes gradus pœnitentium.

A

tur, ad audiendum Officium, vbi pœnitentes diuinum Officium audiunt: Subſequens ſtatio, quæ eſt Statio Eccleſiæ, intra ambitum Eccleſiæ, in poſteriori parte Ambonis. Vnde &, qui ibi eſt, in exclamatione quæ fit ad egreſſuros, & ipſe cum eis egreditur Conſiſtorium, ibique ſtatuitur, qui vſque ad complementum ſacri myſterij perſeuerant. Statio vero cum Fidelibus, fit participatio viuifici panis, & communicatio & libatio Calicis Domini. *Cum à mendacio mundi fuerimus, &c.* Eſt autem, inquit, quando tempus vocat eū qui in omnibus & vbique verax eſt & ſimplex, commutare aut verbum, mortem, aut ſuppoſitionem, habes Dauid, Abraham, Raab & Samuelem in vnctione Dauid. *Qui igitur primū Mandatum ſeruant*: Qui ex timore Domini agonizat & luctatur vt Deo placeat, iſte à timore carnali, & gula, & vanitate vitæ liberatus, conuerſationem habet in cœlo: quia ex certaminibus, humilitas; ex humilitate, diuina illuminatio; ex diuina autem illuminatione caſtitas aduenit homini, & ita manet regenerationis Chriſti fili*, liberatus à contagio præuaricationis Adę & à maledictione Legis, *paulominus ab Angelis* per mortē minoratus, vt taliter humilitatus odiret & reſcinderet peccatum, & eſſet ex virtute & gratia filius Dei. *Terreſtriſque Clypeus cordi*, id eſt, recōuerſiuum & repulſiuum dæmonum: ad differentiam Scuti paracelyti & angelici, manifeſtans, ex hoc, excellentiam futuræ gloriæ defenſionis Spiritus ſancti, & angelicæ dignitatis, quorum miniſtratione, quaſi inexpugnabili ſcuto protegimur, & munimur. *Non qui carnis lutum ſine ſorde ſeruauit, &c.* Poſt lapſum primi parentis, corpus corruptibile dicit, cuius membra ſpiritui ſubucit, qui ſenſibus vtitur ſecundum naturam & diuinam ſeruitutem, & in nullo Deum offendit, ſed ad ipſum aſpicit & imaginatur, & ſpeculatur æternas & manentes pulchritudines, quæ in regno illius ſunt. *Ex Aurora quippe candore, lux, &c.* In præſenti exemplo, vnum alterius conciliatiuum exiſtit: nam Aurora, lucis, lux, ſolis. Auroram vero dicit, humilitatem; Lucem dicit diuinam illuminationem; Solem dicit caſtitatem. Igitur, ex agonibus, humilitas, ex humilitate diuina illuminatio, ex eadem, caſtitas. Primam comparat Lucifero, ſecundam Lunæ plenæ, tertiam Soli. *Hi enim, ratione, veluti gladio quodam abſcindere ſe, &c.* Quia principia vitioſarum cogitationum viriliter expugnant, & ab omni delectatione, & conſenſu, & opere malo recedunt. *Miſerabilis quidem & ille qui corruit, &c.* Omnis qui verbo doctrinæ, aut exemplo operis, ſeu præcepto indiſcreto vel iniuſto, fratrem aut ſubditum in baratrū impellit & immergit, ſuipſius & proximi, corā Domino, reus eſt: vnde iudicabitur vtiq;, ſicut mortis author & actor. *Aduertamus diligenter, & videbimus ipſos ſpirituales inimicos noſtros, &c.* Sane intendamus, inquit, quomodo inimicus, contra vnumquemq; iuxta quod eum diſpoſitum videt, prælium ſtatuit: & in quo nos magis inclinabiles, & facilius poſſe capi cognouerit, in illo, ſuæ malignitatis laqueos tendit: vt puta, ſecundum conſuetudinem, aut ætatem, aut modum, aut locum, aut familiaritatis vſum, nec indecentes, ſed conſonas & poſſibiles faciliter adinuentiones & cogitationes immittit & caſus parat, quibus vnumquemque impugnet, & leuiter ſupplantet & perdat. *Hanc, meam nec meam, &c.* Meam, quidem, carnem dixit, tanquam Animæ coniunctam, & ab ea dilectam: *non me*, in vero ſicut militantem contra animam, & eiuſdem apparentē impugnatricem. Vnde Apoſtolus, propter ſcandala animæ euenientia per carnem & ex carne, eam mortem appellauit. Gregorius vero Theologus, libidinoſam, ſeruilē, & nocturnam vocauit corporalem generationem, vt concupiſcentię & libidinis & noctis opus, & ſpiritualis & liberæ generationis contrariam, ex infirmitate & originali contagione. Neq; ex hoc, caro accuſatur aut maledicitur; non enim ait, *corpus peccati*, ſed *corpus mortis*; videlicet, in ſeruitutem, à morte ſubactum, non autem mortem generans; quod quidem nō eſt malignitatis carnis, ſed lapſus quem ſuſtinuit, ænigma. Et ſicut, à Barbaris captiuatus, non eſt Barbarus: ita corp*, mortis corpus dicitur, quoniam à morte victum & detentum exiſtit, & ideo non mors, neq; mortis genitor corpus: quapropter nec ipſe poſtulat à corpore liberari, ſed à morte tali corpore. *Quærendum cenſeo, quis maior ſit, &c.* Non morientes, ſunt natura angeli: His aſſimilantur, qui Chriſti gratia, ſuæ naturalis excellentiæ caſtitatem ſeruauerint: moriens vero & reſurgens, Chriſtus. Ex quo, iſte ſanctus conſolatur reſurgentes poſt carnis mortem, propter humilem & promptam pœnitentiā & obedientiam eos beatificans: inſinuans ex hoc, quia nullus vnquam hominum omnino ſine peccato, quamuis quidam nobis appareant, vitia & peccata fugiſſe. Non enim eſt homo qui viuat, & non peccet. Quare concludit: qui beatificat eum qui ſecundum apparentiam eſt ſine peccato, fallitur, quia ſolus Chriſtus eſt ſine peccato, qui & mortuus eſt, & reſurrexit. Quis ergo eſt, qui peccati mortem effugit? quare nemo vſque eſt qui non offendat & peccet! Hi ſunt ergo qui beatificandi ſunt, qui per veram pœnitentiam reuocantur & renouantur. Videat ergo qui viam pœnitentiæ & religioſam elegit, quomodo ſecundum Deum viuat: quia ſi ſeipſum perfecte à curis & delectationibus & vitiis non mortificat, mendax effectus, quod promiſit negat, & à beatificandorum numero ſeipſum improbat omnino, ſi ſeipſum quam citius per veram confeſſionem & pœnitentiam non emendat. *Quid eſt quod in aliis peccatis ſeductus homo, &c.* Offendit quippe aliquis, & per ipſam viam qua peruerſus eſt, iterum redit ad Dominum. Abnegauit enim (vt ſic dicatur) per linguam, & per linguam rurſus confeſſus eſt: rapinam manibus commiſit, & manibus iterato diſperſit & dedit pauperibus, & in aliis ſimiliter. Qui vero fornicatur, non per illam viam qua cecidit, ſed per aliam reuertetur ad Dominum: quare propriè fornicatio, lapſus dicitur, & nō offenſio. Sane, quia monaſticæ conuerſationis, hoc vtique (videlicet virginitatem, habere & obſeruare) ſupra cætera ſupreme proprium eſt, quod & vult prædicatio nominis Monachi, & promiſſio: recte igitur, qui virginitatem corrupit, vere cecidit irritans quod promiſit. Quare propriè fornicatio, tum quia à naturæ integritate, tum quia à profeſſionis propria dignitate cadit, lapſus dicitur & non offenſio. Ad hoc, qui contra opinionem offendit, exiſtimando quoniam recte ſapit, † ſecundum ignorantiam percutitur plaga. Qui autem fornicatur, noſcens quia opus malum eſt, ſenſibus ex delectatione perceſſitur, & non ex ignorantia patitur. Et hæreſis quidem malum in anima ſola conſiſtit, fornicatio vero, ex electione arbitrij animæ, malo conſentiens, in corpore, corruptionis peccatum complenit. Quoniam vero nihil eſt naturale quod impugnet eum qui ab errore conuertitur, totaliter, ex conuerſione mundatur: qui vero ex fornicatione, tempore indiget, labore, & lacrymis, vt qualificatam & infuſam delectationem & plagam concupiſcentiæ auertat. *Auaritia ſiue cupiditas eſt idolorum veneratio.* Tria ſunt cauſſantia auaritiam amor concupiſcentiæ, amor gloriæ, & infidelitas duabus crudelior, & alia multa. Sane ſicut eſt impoſſibile, in idipſum ſimul conuenire vitam & mortem; ita eſt impoſſibile, pecuniam diligentem, habere charitatem. *Auarus eſt Euangeliorum irriſor, &c.* Audiens Auarus Euangelium dicens, *Vende omnia quæ habes, &c.* Sicut impoſſibile, perfectionis verbum ſubſannat: &, ſi omnes vendant, ſit, quis emet? Et audiens, *nolite cogitare de craſtino*, non credit, ſed voluntarie contradicit & præuaricatur. Si vero contriſtetur in aliquo tempus iuſtitiæ eſt, non quando mala patimur ſed quando mala facimus, dicimus, & cogitamus. Nos vero male tempus & ordinem commutamus, quia diligimus delicias & diuitias, & odimus paupertatem, & dolores, & labores, & tribulationes, & triſtitias, & paſſiones nō amamus ſuſtinere pro Chriſto, vt regnemus in æternum cum ipſo. *Non illum audias cum tibi, pr Epiſcopatum, &c.* Sane cordis confidentia & periculorum contemptus, ab vno iſtorum duorum penitus eſt: aut ex duritia cordis, aut ex multa fide ad Deum. Sed duritiam certe ſequitur ſuperbia, ſuperbiam ruina; fidem vero ſequitur cordis humilitas. Et humilitatis ſigna, humile & temperatum ſapere, & ſimplicitas cordis. Mens autem illuminata, & deliberatio ſancta & recta, cum gratia & dono diſcretionis, differentias ſpirituum cognoſcere faciunt: ſine iſtis vero, Arundo vento agitata vnuſquiſque reperitur, nec ſine duce & eiuſdē perfecta obediētia quis a Dæmonū illuſionibus & inſidijs liberent.

Cap. 13. Scholarū ad Gradum 13.

B

Angelorum miniſterio vt ſcuto, munimur.

C

D

E

F

Eadem via qua ... ad eum redditur.

† al. per ignorantiam peruertitur & plagatur. Hæreſis & fornicationis comparatio.

G

Fornicationis cura difficilis.

Cap. 14. ad Gradum 16.

Epheſ. 5.

Matth. 19.

H

Cap. 15. ad Gradum 15.

*Caute lege, nam mendacium nunquam eſt licitum. Vide notam ad Martinum Dumienſem in p. 4.

A

† melius peregrinantium: vt legit beatus interpres.

Atque ad manus † peruenientium, &c. Attende tibi, ô tu qui eleemoſynam ſuſcipis, vt nullo modo recipias, niſi ea quæ mittit tibi Deus ex laboribus & fructibus iuſtis: & hoc, cũ timore & tremore, tanquam de manu Dei, ad extremam tuam neceſſitatem. Quæ autem ſunt ex vſuris, & pugnis, & iniuſtitia, fraude, & rapina, & tyrannide tibi oblata, penitus deuita, ne & tu cum offerentib. damneris: & memento laboris, & afflictionis, & regularis iuſtitiæ patrum. & manibus tuis labora, vt iuſte viuas. Laborabis autem ſecundum Patrum regulas, ex obedientia, non tibi, abſque murmuratione, vt per opus patientiam acquiras, & charitatis mandatum impleas: vt & corporis & mentis puritatem, & ineſſabilem orationẽ inuenias, vt manuum tuarum opus & teipſum, oblationem offeras Deo, & ſalueris. quia beatius eſt dare quam accipere. Nam manibus, iuxta Apoſtolicam traditionem & naturaliter (vt dictum eſt) laborare, patientem, humilem, miſericordem, iuſtam, vigilem, & vere pauperem conſtituit mentem. Et hoc eſt quod docebit te, præcepta Dei, perfecte ſeruare: ſi in ſubiectorum & pauperum fratrum congregatione eis (tanquam Deo, & non tibi) ex obedientia & non ex propria voluntate fideliter labores: quia taliter, catholice & regulariter, & non vane & vitioſe Deo ſeruies. *Caue ne Proditori † vnquam obtemperes, &c.* In epiſtola ad virginem, ait ſanctus Athanaſius: Si manifeſtaueris vitam tuam, pariet hoc tibi vanam gloriam, & damnum patieris. Si autem animam inueneris tibi conſentaneam, pariter quæ Dei ſunt facientẽ, huic quoque ſoli, in myſterio, reuela: Ibi enim non eſt vana gloria, quia qui loquitur vt animam ſaluet, multam mercedem accipiet, ſe habentibus deſiderium audiendi, loquitur vt ſaluentur. *Superbia eſt Dei abnegatio:* Qui non ex ea quæ ſurſum eſt ſapientia, ſed ex ſeipſo aliquid ſe putat, direxiſſe, Deum negat, qui eum in omnibus protegens dirigebat, qua ex re cadit, à gratia derelictus, quam ſpreuit. Infernus, eſt ignorantia: perditio, eſt obliuio Dei: igitur ex ignorantia Dei, eſt amor proprius, ex eodem vero gula, luxuria, vana gloria & auaritia, & ex his vitia reliqua. Item ex ignorantia Dei eſt infidelitas, ex infidelitate eſt inobedientia, ex inobedientia; impatientia: ex impatientia, ſuperbia, quæ eſt inuentio dæmonum. *Deſinamus tandem iudicare & condemnare Proximum.* Ex infidelitate quidem, inobedientia, ex inobedientia, impatientia, ex impatientia, propria complacentia, de qua dicit Propheta: *Hæc vaſa illorum ſcandalum ipſis: oſtea in ore ſuo complacebunt:* ex propria complacentia, vana gloria, ex eadẽ. ſuperbia, ex ſuperbia, blaſphemia, quæ eſt ſenſuum exceſſus, licet in ſimplicibus, ſit blaſphemia ex dæmonum inuidia. Eſt etiam blaſphemia, ex iudicio proximi iudicium vero proximi, eſt ex eo quod diligit quis facere proprias voluntates, & ex negligentia orationis & extra, quæ ſunt ſigna ſuperbiæ. *Iuſtum ergo eſt & legitimum, ante Solem, Lucem illuſtrari. Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ.* humanata veritas: à qua primo illuminati, nõ ad perennem diem per ipſam introducimur poſt ipſius contemplationem, nos qui ſumus membra eius. Nam Mititas, à conturbatione furoris & iræ, humilitas à falſitate, vana gloria, & timore liberat mentem: *Reſurrectionis aduerſatio:* nam malignitas non permittit, per pœnitentiam reſurgere à ruina & lapſu peccati. *Senſum atque affectum & vim, &c.* Vnum eſſe ſenſum Animæ, ipſa nos Sacræ Trinitatis operatio docet, propter inobedientiam vero Adæ, diuiſus eſt in duas operationes. Huius vero ſpiritus operationem, vnam & ſimplicem à Deo fuiſſe factam, per Spiritum ſanctum conſtat: quam nemo hominum ſcire poteſt, niſi illi tantum qui (ſpe cœleſtium) ſeipſos & omnia prætereuntia & delectantia, non ſolum ſpernunt, ſed ex odio ſancto Euangelico abominantur & obliuioni tradunt: quibus tantum, gratia Chriſti & merito, diuinus ille ſenſus infunditur: ex quo & per quem mortui mundo, & in cælo conuerſari dicuntur. *Adeo ut ſermo, Theſaurum includere, &c.* Theſaurum iſtum diuinum humilitatis, ſecundum Apoſtolum, in fragilibus & corruptibilibus carnis vaſis Domini, aſſerit poſuiſſe, vt ſublimitas ſit virtutis eius, & non ex nobis, cuius theſauri qualitatem nullus ſermo valet explicare: ex qua qualitate, humilis appellatur qui humilitatem habet, quæ in principio, incomprehenſibiliter, theſauro circumpoſita eſt. Qua ex re ſecundum inſcriptionem & qualitatem omnibus ignotus eſt, multam vero & incomplebilem ſcrutationem & fatigationem exhibet his qui ſermone inſcriptionem diſcere quærunt. Non enim verbis, ſed ſimplici obedientia, & virtute, & abnegatione propria, & crucis baiulatione ad eam peruenitur. *Quicunque Dei ſpiritu aguntur:* Non ait, quicunque Spiritum Dei acceperunt per Baptiſmum, & poſtea tepide viuunt: ſed qui accepto Spiritu, ſicut filii cæleſtialiter conuerſantur, hi nobiſcum ingrediantur, &c. *Humilitas eſt animi gratia, ſine nomine, &c.* Non dicitur innominabilis, eo quod non habeat nomen, ſed eo quod affectionum & illuminationum & ſenſuum quorum humilitas perfectionem tribuit, experientia ſola eſt magiſtra, & nominationis cognitionem donat veram atque ſcientiam, qua ſibiipſis viles effecti, ſe coram Deo nihil eſſe ſentiunt & cognoſcunt. *Ego autem, Trinitatem in vnitate, &c. dico & adoro.* Sane, ſicut ſancta Trinitas perſonarum, eſt in vna diuinitate, & vna Deitas in tribus Perſonis: ita & pœnitentia, & luctus, & humilitas, ſunt inuicem cognatæ & coniunctæ. & in diuina gratia inſeparabiliter continentur, & gratia, vnum eaſdem facit & alterutrum coniungit, & mentem quam inhabitant, ad Deum ſurſum agunt. Hinc Sanctus dicit: *Ego autem dico & adoro, &c.*

E

Rom. 8. 14.

Trinitas cum diuina gratia par ſtan.

Exod. 14.

F

*V. Chorum.

Vnus in omni creatura locus, &c. Chorus, eſt rubri maris profundum quod in tranſitu filiorum Iſrael ſemel vidit Solem: & vna cogitatio, id eſt fixa mortis cogitatio, & meditatio æterni iudicii, & crucis & mortis Chriſti, multotiens peperit humilitatem. *Vno & ſolo die totus mundus exultauit, &c.* ſcilicet in die reſurrectionis Chriſti, vel natiuitatis eius. Alii dixerunt de die in qua egreſſus eſt Noe de Arca cum vxore & filiis & vniuerſis animalibus, & ſacrificiũ obtulit Deo. Spiritualiter vero ſic: rationes omniũ exiſtentiũ, in creatione productor, in ſolo homine videntur. ex intelligibilibus & ſenſibilib. factis. In die igitur priuationis huius à peccato, & reſurrectionis in gratia, exultat omnis creatura: quia omnium exiſtentium rationes, in ipſo, proprietatum ſuarum operationes, modum, & pulchritudinem perfectionis oſtendunt. *Prior enim, omnem diem indicat, &c.* id eſt, per ſuperbiam inobediens factus, omnia præcepta ſoluit. *Nam poſt coniunctionem meam, &c.* Ei qui coniunctus eſt humilitati, non eſt impoſita lex, quia ſecundum quod Abbas Iſaac ait humilitas non habet linguam, nec oculos, nec aures, ſed nec alias animæ potentias, & corporis membra quia neque mala facit, nec ab aliis facta ſentit aut cogitat, ſed tota pacifica & miſericors, omnium peccata vt propria plorat, & ſua ſolum ponderat, & aliorum culpas ponderare ignorat. Igitur libera, Legem tranſgrediens, ſola, Euangelium Chriſti gratiæ & veræ libertatis, ſeruat. *Sunt & alia, magnifice huic Poſſeſſori, &c.* Magnum poſſeſſorem, humilem, dicit: quia, qui humilis eſt, ex humilitate omnis monaſticæ & angelicæ conuerſationis perfectionem poſſidet, in cuius anima ſunt proprietates prædictæ omnes, quæ ſpiritualium diuitiarum ſignificatiuæ ſunt: vna tantum excepta, quæ eſt ſecundum illud quod humili placet, ſcilicet, abyſſus vilitatis & proprius deſpectus: quia hoc à videntibus eſt abſconditum: ipſe enim in ſolo vilitatis abyſſo quieſcit. *Humilitas eſt regni cæleſtis ianua:* Intellige de ingrediente monaſticam vitam: quia qui per humilitatem, imitatione Chriſti, ingreditur vitam monachorum, iſte bene per portam ingreditur in eam, & exibit de præſenti vita cum lætitia, & paſcua inueniet in Paradiſo. *Iuxta eſt, diuina miſericordia:* miſericordiã dicit, Gratiam quæ eſt effectiua Humilitatis in Anima *Ignominia vero hæc probat:* Sane qui pro nobis paſſus eſt Chriſtus, laborem poſuit in ſuis præceptis, vt vanitates maculantes purgentur, & mali mores & vitia, tribulationum patientia cõminuentur, & per humilitatem euomatur ſuperbia confeſſione, & intentione & opere: nimirum quia qui religioſam vitam promittit, & renuit mala pati, non per pœnitentiam Chriſtum ſequitur, ſed (amore proprio illuſus) opere negat quod verbo promittit. & non Chriſtum, ſed vitæ labentis concupiſcentiam & ſuperbiam imitatur. Vana enim gloria, & ſuperbia, ſeruire peccato per proſpera & delectantia (quaſi licita) faciunt, & noſtram tepidam taliter voluntatem illudendo inficiunt, & à bonis gratiæ ſteriles reddunt.

Gen. 8. 18.

Quomodo ſolus homo dicitur omnis creatura.

Humilibus lex non eſt impoſita.

G

Humilis magnus poſſeſſor dicitur.

H

Cur Chriſtus poſuit laborem in præceptis ſuis.

B

† Vel Exterminatori.

Cap. 26. ad gradum 22. Superbia quid ſit.

Cap. 27. ad gradum 23.

C

Signa ſuperbiæ.

Cap. 28. ad gradum 24. Ioan. 1.

Cap. 29. ad gradum 25. Animæ duplex operatio.

D

A

* melius (opinor) ♥ l quædam Arborum quæ dicuntur Cyan, &c.

dunt. *Natura fert, vt ſterilitas defectuſque fructuum Cicerorum,* * *&c.* Hypocriſis obſeruantiæ mandatorum Dei, eſt, quæ facit Monachum huic ſeculo conformari, in mundatis operibus extolli, & varie implicari: quare & ab Apoſtolo; qui talis eſt, non immerito otioſus appellatur & ſterilis. Qui autem mandatorum Dei fidelis operator exiſtit, humilibus fructibus plenus, deorſum incuruatus, longanimitatis ramos ad ſubſannationes & illuſiones & excuſſiones ſuſtinendas, omnibus tradit. Naturā igitur vincens qui humilis eſt, altum ſapere neſcit; ſed humilitatis ſpiritus actus illi ſe conformat qui ſemetipſum exinaniuit factus obediēs vſq; ad mortem, mortē autē Crucis. Hinc, ſanctus dicit, *quia arbores, &c* [Non eſt, in Creatura paruum & magnum ignē Natura videre: & non eſt, in Humilitate, materiæ ſpeciem aliquam penitus remanere:] In ſyncera humilitate, materiæ ſpecies non remanet, quia perfecta humilitas nihil diligit vitioſe: &, omnium quæ ſub cælo ſunt oblita; ſolum quę ſunt Dei ſapit & ſentit. *Si ſuperbia, ex Angelis, quoſdam Dæmones fecit &c.* Ex Dæmonis, Angelos, humilitas facere poſſe dicitur; ſi Dæmones humiliari valerent. Verum Dæmones impœnitentes & obſtinati manentes, non valentes humiliari, Dæmones manent. Nos vero cum ſimus homines, etſi ſimus cadentes, pœnitere & humiliari valemus. Quare confidamus, & quoties cadimus, per pœnitentiam iterum reſurgamus *Nerui huius ac viæ ſunt, &c.* Quod enim ſunt in animalibus, nerui, hoc ipſum ſunt, ad ciuitatem pergentibus, viæ. Sane, animalia, neque ſine neruis ſtarent; neque, ſine viis, homines ad ciuitatem pergerent. Huc idem (ait ſanctus) eſt paupertas & peregrinatio, ſimiliter humilitati, & reliquæ virtutes, ſine quibus humilitas ſtare non poteſt: quia ad ipſam pergens, ſine his ad eam non perueniet Nerui igitur & viæ ſunt, & non ſigna quæ numerat. *Is quidem qui tres hoſtes religioſa pietate, &c.* Octo malignitatis vitia eſſe nunc dicit, per quæ nos diabolus impugnat: ex quibus, qui tria deiecit, omnium victoriam obtinuit. Sunt igitur hæc illa tria, in quibus tea noſter Chriſtus in deſerto omnem victoriam compleuit, ſcilicet Gula, Auaritia, & Vana gloria, proſternens ea per abſtinentiam, humilitatem, & orationem, accipiens angelos miniſtros. *Niſi prius in die Anima, ſera fiat:* Sero & obtenebratio animæ, eſt negligentia, obliuio, & concupiſcentia. Etenim niſi per concupiſcentiam, in ignorantiam & obliuionem & inſolentiam inciderimus; ab operatione, quæ eſt ſecundum mandatum, non efficiemur ea ortes: niſi mens tenebreſcat, non dominabuntur ei vitia & paſſiones. *Perſuadebit tibi id, penitus, ſi qui &c.* de Abbate Leone dicit; qui ſeipſum, in mortem, pro quodam Fratre liberādo tradidit ſpontaneè: vel de militum Magiſtiano, qui in Corintho pro cuiuſdam virginis ſeruanda virginitate, martyrium elegit ſuſcipere. *Intellectualis mens, intellectualis etiam ſenſus, &c.* Intellectualem ſenſum & cognitionem habet; quem, in nobis & non in nobis exiſtentem, quærere non ceſſemus. In nobis eſt intellectualis ſenſus, ſicut cohærens & vnitus. Menti in omni homine: non in nobis vero, quemadmodum paſſionibus opertus in vitioſis exiſtens, & ſine operatione manet incognitus & nuſquam apparens. Hunc, Sanctus, ex toto corde quærere admonet; quia cum in nobis fuerit, vitia vniuerſa repellet: quem & diuinum dicit, quia per Chriſti mortem & baptiſmum & Spiritum ſanctum, quem effudit in nobis, reparatus eſt. *Pro purgandis ſordibus, ob. dienſia bibiſſe poculum:* Sordem dicit adoenire & in carne fieri ea immunditia delectationum: Oculum vero animæ dicit intellectum vitioſa affectione infirmatum & conturbatum. Sed hunc ſilentio adiuuari conſtat, eo quod multiloquium, calorem ſpiritus extinguit in anima, & fluxus facere, naturam habet.

B

Cap. 20. ad Gradum 26.

Matt. 4.

C

Multiloquium extinguit calorem ſpiritus.

D

Mat. 11. 15.

Hinc Sanctus dicit; *Qui habet aures audiendi audiat. Itaque ſi mihi obtemperare vultis:* Si (inquit) vultis mihi obedire, dicam vobis quomodo Dęmonum infinitas pugnas fugietis. Vita, ex morte, requies, ex paſſione & labore, & gloria, ex ignominia Chriſti, data & nata eſt hominibus. Vtiliter horum memoriam tenet, qui diuitias, delicias, & altitudines vitæ huius prætereuntis, & requiem, & delectationes, & concupiſcentias fugit, ſpernit & odit; & verecundias, tribulationes, & dolores quærit & diligit, vt Chriſtum imitetur, ſine cuius amore nemo ſaluatur. Delitiæ (fratres) reſuſcitant vitia, & gloria & requies carnis, omnes malignas cōcupiſcentias quæ variant & diuidunt homines à Deo & diaboli ſubdūt imperio. Qui autē odit eas, & abominatur, & fugit, non variatur neque diuiditur à via Virtutum, ſed imitatur Chriſtum, & ea tota affectione adhæret ei. *Trinitate beatiſsima:* Auxilio igitur & gratia Sanctæ Trinitatis, & compugnare & reſiſtere tribus generaliſſimis vitiis valebimus; amori gloriæ, amori concupiſcentiæ & delectabilium & amori pecuniæ & omnis cupiditatis: ſi tamen ad pugnam pertexerimus muniti tribus virtutibus, ſcilicet abſtinentia charitate & humilitate: nam carnalem amorem interimit abſtinentia; amorem gloriæ, humilitas; amorem pecuniæ, charitas, ſicut communicatiua necat. *Eſt quidem perdifficile ex perturbationes:* Vbicunque pręſumptio vel pręaſſumptio vel pręcaptio, ſiue in ſingulari, ſiue in plurali numero ſcribitur in hoc libro; præoperatorum vitiorum non voluntariam memoriam & paſſionem, ſiue per auditum, ſiue aliter aduenientem, dici. Vnde, præſumptio ſiue pręaſſumptio eſt, ea vitioſa operatione & conſuetudine nobis immiſſa & adueniens cum abſtractione tentatio. Et quoniam ex ante patratis culpis, mens & noſtra caro vehementer plerumq;, vt cicatricib. ſauciæ, earundē memorijs quaſi plagatæ putreſcunt, & ſub multis tentationib. miſerabiliter incuruantur: ideo Sanctus dicit; *eſt quidem perdifficile, &c.*

E

Vitia generalia, 3. Virtutib. expugnantur.

F

Timaru Domini exemplum: condeſcendit pater noſtræ infirmitati, & ex minimis, nobis, magna tradere conatur. erudiendo nos exemplo beſtiarum & amoris corporalis, ad poſſidendum diuinum timorem & amorem: & hoc quia perfecte Deum timere & amare non poſſumus propter noſtram prauitatem & infirmitatem. Si enim intelligeremus illud quod magiſter perfectionis dicit, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, ſed potius eum timete qui poteſt corpus & animam perdere in Gehennam:* Et illud, *diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo,* & quæ ſequuntur: non ijs vtique opus habemus. *Vidi item Agricolas.* In intellectuali Eccleſiæ vinea, monachus virtutes excolere vocatus eſt; quod non implebit, niſi cordis ſui agrum ab omni inquinamento expurget, ac eum cum timore cuſtodiat. *Malitia quidem aut vitium* Malitia, eſt falſum iudicium eorum quæ intelliguntur & ſentiuntur. Quod ſequitur † abuſus rerum. Malitia, eſt malignus vſus eorum quæ nobis in bonum à Deo data ſunt. Vitium eſt motus animæ, contra naturam, vel ad amicitiam irrationalem vel ad odium indiſcretum. *In duabus, maxime, generalibus virtutibus:* In abſtinentia humili & obedientia ſimplici: quarum, prima quidem concupiſcentias & delectationes interimit: ſecunda vero per mortificationem voluntatis interitum roborat. *Aliud eſt cogitationum cuſtodia:* Cuſtodia mentis eſt, reformatas & immiſſas in mente per inultum, † cogitationes potenter expellere: ſeruantia vero mentis eſt, ipſam omnino non receptibilem, à cogitationum inultu ſeruare, & in diuinis ſemper extendere & eleuare. Item, cuſtodia mentis eſt, agonibus & orationibus ſpecies cogitationum repulſare: ſeruantia vero mentis eſt, incaptiuabile cor, & incurabilis Chriſti Ieſu memoriæ. *Aliud eſt contra cogitationes orare:* hoc primum, eſt infirmorum & iuuantium: ſecundum eſt proficientium & † luctantium: Tertium; eſt perfectorum, & contemplantium, & inexpugnabilium. *Impoſsibile eſt per naturam.* Mens humana, naturaliter inſtabilis eſt & incorporea: quæ tunc à ſuo motu & varia ſeductione ſtabilitur & oecubi errando ſpargitur, cum Deo, per Spiritum ſanctum vnita copulatur: tunc enim omnia in Deo habet; qui vltimum vere concupitum, per requiem & contemplationem tenet. Vel ſic iterum intellige: Anima incorporea, à corpore connectitur, quod eſt, ſolius infinitæ ſapientiæ ac potentiæ opus & manifeſtatio ſuper humanam rationē & ſenſum ſed multo ineffabilius eſt, quomodo per Spiritum ſanctum Dominus in ea manet: quoniam, *qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Sæpe cupiditatis atque auaritiæ ſpiritus:* Suggerit Dæmon auaritiæ, non dare eleemoſynam; ſed per humilitatem, fugere vanitatem & nomen eleemoſynarii. Supponit enim, quod ex hoc hominum complacentiam fugies: ſicut vanæ gloriæ Dæmon, ad complacendum hominibus, pompoſe & apparenter dare incitat. Sic Dæmon luxuriæ: Luxurioſos enim, ad tribuendum eleemoſynā exhortatur

Matt. 10. 28.

Matt. 22.

Malitiæ definitio.

† V. l. etiam legit abyſſus.

Vitiū quid ſit.

G

† V. l. etiam legit, imaginationes.

† V l. agonizantium.

H

1. Cor. 6 16.

A

Melius, formoſis. Peccatum, quid ſit.

& inclinat, ſpecialiter virginibus, & corpore formoſis, vt familiaritate taliter habita, cum eiſdem in foueam ſuæ perditionis cadant. *Quærendum, quis horum, altero fuerit humilior:* Omnino ille qui poſt labores, remunerationes accipit, eſt magis humilis. *Aliud eſt, peccatum, aliud otioſitas.* Peccatum namque eſt ſpeciei, modi, ordinis, & dignitatis proprie corruptio: vel, peccatum, eſt diuinæ legis præuaricatio, & cæleſtium inobedientia mandatorum. Otioſitas, eſt non laborare & non operari opera Dei, ſicut illis dictum eſt. *quid ſtatis tota die otioſi?* Negligentia eſt, operari quidem, ſed inſolenter & indeuote. Vitium eſt, confirmatio & conuerſio per conſenſum & delectationem facta ad ea quæ nocent, & illicita ſunt. Lapſus eſt, cum ad infidelitatem aut libidinem & paſſiones, lubricat corpus. *Sæpe fit, vt requies per immunditias:* Sæpius ex naturæ fragilitate, aut infirmitates, aut ſenio, aut ex obedientia patrum, requies non amata à ſeruo Dei (aut Pater) recipitur, quæ mentis virtutem, inimicitia euigilet, & carnis libidinem non inflammat: ſicut multa carnis mactatio, non humiliter & diſcrete facta carnis motus incitat propter elatum ſapere, licet, humiliter ieiunantibus, hoc ipſum ex diuina prouidentia ſanctus Pater ſimiliter quandoque contingere dicat: vt perfecte humiliemur, & non confidamus

Mat. 20. 2.

B

in operibus noſtris. *Hi quidem qui ſuperna ſapiunt.* Sine virtute enim & ſine ſapientia, nemo ſaluari poteſt. Vnde omnis, qui ſalutis fit particeps, ſupernam hæreditatem actu ſeu contemplatione ſortitur: & aliud medium non eſt. Qui ergo neglecta diuina ſummitate, ſeipſos ad corporis affectiones inclinant, aut qui viriliter & hoſtiliter contra vitia & Dæmones pugnare recuſant: abſtracti & illecti à corporali quiete, per ſegregationem, à virtute deorſum pergunt. Quare æterni, regni poſſeſſio, ſolis qui ſuperna ſapiunt datur: nec eſt ſtatutum filiis hominum medium aliud ſalutis, quam per virtutem & ſcientiam ſuperna ſapere. † Quare nec inter morientes in vitiis & pecuniis, & migrantes ad Deum cum virtutibus & charitate, eſt ſtatuere, ad pœnitentiam Deum placandum, cohabitationis medium, ſed æterna vtriſque redditur manſio ſecundum operationes & merita. Quapropter Sanctus dicit: qui ſuperna ſapiunt, ſegregati à vitiis & corpore particulariter, à mente & affectu ad cæleſtia redeunt: qui vero ſunt deorſum, *id eſt*, qui

† Melius ſicut.

C

in peccatis & vitiis conuerſantur, ad Inferos, pœnarum loca deſcendunt, nec ipſis medium ad meritum amplius tribuetur. Dicit etiam, quod vnum creatorum in altero, id eſt, anima rationalis in corpore, accepit eſſe, & eſt: mirum, quia à corpore ſeparata anima ſ naturam habet in ſemetipſa perfecte conſiſtere; relinquens nobis inquirere, quare, Anima, peiori colligata eſt, quia & hoc ipſum cum prædicta ratione, quare anima cum carne ligata eſt, ſunt iſtæ: Primo vt per agonem & luctam contra viſibilia & concupiſcibilia, gloriam promiſſam hæreditet: & quaſi aurum in fornace, tribulationibus, & tentationibus, & doloribus cruciata, brauium virtutum accipiat. Sed & hoc fit ex ſumma Dei bonitate, qui diſponit vt non tantum ſuo dono & gratia accipiamus ſperata, quinimo & electione voluntaria & cooperatione liberi arbitrii noſtri, benigne noſtrum fieri voluit quod bonum & ſuum eſt. Secundo, vt, quod peius eſt (id eſt carnem) anima cogeret ſeruire ſpiritui, & omnibus ſenſibilibus ſuperpoſita, diſſolueret & deſtrueret omnem concupiſcentiam, & malignitatem, & ſuperbiam vitæ. Tertio, quod Deus eſt animæ, hoc anima eſſet corpori, omnem à ſe animalitatem & feralitatem repellens, &

Cur anima, carni alligata ſit.

D

quod Deo amicum eſt & beneplacitum quærens & tenens, nihil inconueniens & deforme aut inhoneſtum contra ſe præualere permitteret, & odiret ſuperbiæ malum, & altum ſapere fugeret, & humilibus conſentiret. *Tenet me vehemens admiratio:* Eo quod multo leuius eſt ad exequendum contraria corruptio quam virtus, zelabile quidem & promptum negotium eſt filiis hominum, Animalitas: & ideo dictum eſt eis: *Filii hominum vſque quo graues corde:* & iterum, *Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax.* Sane, nil ita leue, vt fieri malos etiamſi non fuerit ad malitiam nos quiſquam agens, hoc enim eſt quod maxime circumuenit bonitatem, malignitas, rarum negotium poſſeſſio boni, & ad bonum. Attendentes pauci, quamuis multum

Pſal. 115. [illegible] *monſtrate viã, pro*[illegible] *ſumus ad vitia.*

E

ſit quod aduocat & trahit ad illud. Et hoc eſt quod Aggeus Propheta dicit: *Interrogate Sacerdotes de lege, vtrum ſ*[illegible] *ſanctificata ſanctificet.* Et conſequenter oſtendens, quia difficulter eſt apprehenſibile bonum humanæ naturæ, tanquam ignis, in aquoſa & humida materia: parati autem ad mali participationem ſunt plurimi, ſicut ſtipula quædam, à ſcintilla ignis & vento accenſa & conſumpta. Soluit tamen Pater quæſtionem, ad myſteriorum ſecreta ſpeculanda, nos inducens. Ait ergo: Si omnia creata ſeruant & habent quod naturaliter acceperunt in creatione, quomodo homo, qui imago Dei inter creaturas eſt, carni corruptibili coniunctus eſt? ſubaudi, quia per liberum arbitrium honoratus, Deum inhonorauit, nec ſeruat quod accepit in cõditione & factura, ſed Dei aduerſario ſuum tradidit principatum, Deo inobediens factus: ideo lucratus mortem, vt odio habeat peccatum, & finem accipiat malum, & fit benignitas, punitio, quia, taliter, adhærere Deo, eruditur. Quia ergo, per peccatum, non ſum illud quod conditus ſum ideo concupiſcentia & ignorantia plagatus ſum, & inſatiabiliter appeto & concupiſco quod malũ eſt. Sed quia ſemel punitus ſum, & erudior quotidie flagellis, & hoc, ne damnationis æternæ iudicium incurram, & Dei verbum ad me (ſuam imaginem) venit vt ſaluaret imaginem, &

Agg. 2. 13.

F

carnem faceret immortalem, & gratiam & poteſtatem dedit, vt fierem & eſſem filius Dei & hæres: Excuſationem nõ habeo ſi ipſum non ſequor, ſi ad ipſum non aſpicio, ſi ad ipſum ex toto corde & affectu continue non aſpiro, quia ipſe eſt Deus verus & vita æterna. *Sicuti varia ſunt humanorum oculorum lumina.* Hic nouem differentias & varietates obumbrationis gratiæ ſpiritualis fieri à Chriſto in anima quæ Deum diligit, narrat. Primam vero dicit, quæ fit per lachrymas corporales in ſpiritu conturbationis: Secundam, quæ fit per lachrymas deuotionis & amoris ad Deum, quas ſpirituales vocat, & hoc fit in ſpiritu pietatis: Tertiam dicit quæ fit per oculos corporis quando per ea quæ videntur, ad cognoſcendum & laudandum factorem ſurſum agimur & leuamur ſecundum Apoſtolum: Quartam vero dicit eã quæ eſt per intellectuales oculos, quoniam noſter intellectus intelligentia intelligibilium illuminatur, & ex nullo exiſtentium, ſed ignote ſolum circa diuina mouetur. Illam vero quæ fit ex auditu verbi illuminationem, ex fide, in fidei guſtu factam dicit, cum manifeſtatione aliquali myſteriorum Dei: quæ vero eſt à ſe mota, in anima, exultatio, illa eſt, de qua Iohannes dicit, *Quia vnctio eius docebit nos de omnibus.*

9 Genera obũbrationũ Spiritus ſancti in anima quæ Deũ diligit.

1. Io. 2. 27.

G

Eam autem quæ ex remotione cogitationum eſt, diſcretionem dicit & ſeruationem, cum ſuſceptione diuinæ illuminationis & ſcientiæ. Eam vero quæ eſt ex obedientia virtutis & humilitatis, ſenſum intelligit eſſe, quem vitiis & mundo crucifixi, à Deo noſtro Ieſu Chriſto accipiunt, nouamque per extaſim Chriſto exhibet mentem ſupernaturalem abſtractationem in Deum, dicit, per fortitudinis diuinæ potentiam, factam: quæ ſymbolice in Manna abſcondito & Stella matutina figuratur, & hanc nemo nouit niſi qui accipit. *Sapiens itaque magis vt matres acquiras.* Matres virtutum dicit, Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam, Iuſtitiam, Fidem, Spem, miſericordiam, Obedientiam, Diſcretionem, Humilitatem, & Charitatem: Filias vero, eas quæ oriuntur ex his. *Quis non pulſatur bellis,* Qui vicerit Dæmonia plagantes & percutientes eum, viriliter eis reſiſtendo & repercutiendo eos atque plagando, licet plagetur, coronabitur. Plagas namque ſuſcipit qui tentatur, & plagas tribuit qui tentationes potenter impugnat & repellit: qui vero

Apoc. 2. 17. Apo. 2. 28. & cap. 22. verſ. 16.

H

conſentit, non tantum plagatur, ſed moritur, & non coronatur: qui vero non conſentit, ex virili reſiſtentia, plagat Dæmones. Quare propter anguſtias & labores quos ſuſtinet, coronabitur. *Tres noctes, in terra, cum feciſſet quidã:* Tres quippe, ſine vita in terra iecit in vniuerſo dies & tres noctes Chriſtus Deus noſter: qui vero, ad imitationẽ Chriſti peccatorum trium horarũ vicerit, non morietur. Horæ tres ſunt, inſultus tentationis & ſuggeſtionis, receptio, delectatio, & cõſenſus, quas virtuoſe vincẽs, nõ morietur. Vel horas tres dicit, iuuentutem, mediã ætatẽ, & ſenectutẽ, quas & vigilias tres Euangeliũ vocat. Vel cõcupiſcentiã carnis, cõcupiſcentiã oculorũ, & ſuperbiã vitæ, i. vanã gloriam, gulam, & auaritiã, quas, quis vincens, ſummatim omnia proſtrauit vitia.

A *Tria metuenda.* Dicebat vero Patrum quidam, Quoniam iſta tria timeo, Peregrinationem à corpore, præſentationem ad Deum, & iudicij ſententiam. *Si quando, ex diſciplina, diuina, &c.* Præuenit in benedictionibus gratiæ, ſeruos ſuos, amator hominum Deus, vt eos purget a vitijs, & perfectos virtutibus faciat. Quare dicit Pater, quia propter prauitatem, infirmitatem & ingratitudinem, diſpenſatiue relinquimur vt tentemur: quod Sol cognouit diluculo, id eſt, taliter nos intelligere fecit, hoc vtile nobis eſſe quia poſt multas obtenebrationes mentis & auaritias & crudeles vitiorum & Dæmonum pugnas, afflicti mœrentes & humiliati, iidem incitamur à gratia, & in nobis roborati firmamur. Cum vero cæleſti conuerſatione, per virtutum habitum, agiles & leues, à terrenis elongati fuerimus, tunc ſedebit Dominus & requieſcet in corporibus & animabus noſtris, & à perfecta in nobis habitatione omnis noſter conatus & omne noſtrum mortale ſapere abſorptum de medio tolletur, & tunc vere erimus filij Dei, regnum & ſacerdotium eius. *Quærendum vero nobis eſt, qu t, quibuſve modis:* In fuga fornicationis & omnium impugnantium caſtitatem, in fuga delectationum

B gulæ & omnium aduerſantium paupertati, in fuga honoris & omnium quæ ſunt oppoſita & contraria humilitati, & in fuga murmurationis, detractionis & iudicii, ſeruus Dei, poſſidet coronam. *Obtenebratio, ſit cauſa Offenſionis.* Ignorantia obſcurat, concupiſcentia offendit & ceſpitat, delectatio cui conſequitur, cadit & moritur, per opus vero & per viſum, fœtet. *Aliud eſt perturbatio.* Turbat concupiſcentia, diffundit auaritia & ſolicitudo mundana, excæcat voluntas propria. *Nam omnis quoque qui in eadem peccata non incidit, digne etiam pœnitentiam egit.* Pœnitet ſed non digne. Qui enim digne pœnitet, non iterat lapſum, ſed æqualiter à ſe omnem mortis repellit caſum. *Nobis tamen, omnem hilaritatem oſtendentibus:* qui enim ex puſillanimitate pœnitet, & à bono propoſito obedientiæ recedit vt ſolitarie viuat, hic bona congregata, ex pœnitentia tali reſoluit, quouſque ſentiat damnum ſui ſenſus ex miſericordia reuocatoris cadentium Ieſu Chriſti. Sane, qui ad meliora per magis perfectam pœnitentiam aſcendit, facta mala ſoluit: itaque & qui ad peiora

C progreditur, malis mala apponens, apoſtaſiæ & infidelitatis crimen incurrit. Vnde ſeruandum nobis eſt, quando & quomodo per amaram & aſperam aliquam inſtitutionem, a felle vitioſæ conuerſationis (quaſi poculo ſumpto) ſanemur, nec hoc quidem ſemper, ſed tempore congruo. *Maliſque ſenſibilium rerum affici:* Si quis ergo vere inuariabile mentis propoſitum, per orationem Deo vacantem & circa Dei intelligibilia eleuatum ſortitus eſt ab omnibus ſenſibilibus hic mortuus eſt, & delectabilium vitæ obliuionem poſſi-

Signum vero, illuſoriū conſtatium eſt. det. Viuit quippe Chriſto, qui ſenſibilibus mundus corruſcatio prænuntiat tonitrui ſonum, & ſuperbia annunciat aduentum vanæ gloriæ. Niſi fuerit anima inquinata ſuperbia, non illudetur Dæmonum phantaſiis. *Poſſumus, ex naturalib. rebus:* Id de ceruo & exemplo proprietatis ipſius dictū intellige, vt & de Serpentis exemplo quod ſequitur. *Niſi, per anguſtam & ar. lam ieiunij:* Qui vanæ gloriæ, gulæ & luxuriæ deſeruiunt, & Dei verba prædicant, ſunt ſicut meretrices admonentes alios de caſtitate. Sicut longinqua eſt ab iis qui quotidie fornicantur, caſtitas, ita & ab illis, ſpiritua-

D *Num. 24 20.* lium virtutum ſenſus & contemplatio. Qui continet ventrem, diminuit vitia, & qui vincitur ab eſcis, auget libidinoſas delectationes. Principium quidem gentium Amalech, principium autem vitiorum, gula: Ligna namque multa excitant flammam, ciborum vero multitudo luxuriam. Concupiſcentia eſcæ, peperit inobedientiam; & dulcedo guſtus, eiecit hominem de Paradiſo: ita & monachus guloſus frangit caſtitatis fœdus, & à pulchritudine contemplationis eiicietur.

Cap. 9 ad Gradum 17. *Non ignorantes, Canem quendam* Canem dicit vanæ gloriæ Dæmonem, qui ſua impudentia omnibus inſidiatur bonis, & corrodit curioſitate, & loquacitate, & ſuperfluitate, & oſtentatione, & malignitate, atque corrumpit animas imprudentium. *Quietis amicum, eſſe fortis quidam:* Quietis ſolitariæ amator egrediens de cella cum ſilentio manſuetudine, oratione mentali, & charitate, non progreditur verboq; à ſpirituali animæ conſiſtentia non recedit, licet videatur extra quietem ſolitudinis, corpore exire. *Obſeruat quidem, murem † quæ hunc venatur, &c.* Murem intelligibilem, dicit homicidam diabolum, quē intentio quieſcentis vigilātet obſeruat, ſicut Catus Murem. *Vt Monachum, alteri Monacho adiunctum:* Duos Monachos, hic Pater, ponit: vnum, ab hominibus deſolatum, qui corporaliter dicitur & eſt ſolitarius monachus, alium vero à proprijs voluntatibus & cogitationibus & vitiis ſeparatum, quem ſpiritualem monachum & ſolitariū nominat, ſicut, de iis quæ ſunt tantummodo animæ, ſolicitum, & monachum monacho, id eſt, ſoli Deo aſſiſtentē. Sane non ſic liberatur a lapſu, qui corporaliter eſt ſolus, ſicut monachus, prædicto modo, cum monacho habitans, quoniā ex octo malitiæ ſpiritibus, quinque principaliter, Solitarios impugnant; videlicet, Acedia, Triſtitia, Ira, Vana gloria, & Superbia: Tres vero obedientes, Gula, Luxuria, & Auaritia. *Solitarius, eſt forma terreſtris Angeli:* id eſt, ſecundum quod eſt poſſibile, eum ſequens, ab omni negligentia & puſillanimitate ſuam liberans orationem. Qui non gratiam Paracleti non accepit, non habebit Orationis permanentiam & perpetuitatem: cum vero Paracletus fuerit in homine tunc, ſedens & ambulans, dormiens & vigilans, laborans & quieſcens, ſolus vel cum ſocius, loquens & tacens orat. Angelus, eſt ſubſtantia intellectualis ſemper mobilis, arbitrio libera, Deo miniſtrans, in natura immortale quod eſt accipiens & habens: cuius ſubſtantiæ diffinitionem & formam, ſolus Creator nouit. *Cur, quæſo, non tot, apud Tabennenſiotas, &c.* quia maioris quietis, & amplioris remotionis, & nuditatis, & orationis, & ſilentii, Scythiotæ, & intelligibilis obedientiæ operatores & poſſeſſores fuerunt, viſibilis obedientiæ & vtilem & nocituram directionem, ſub ſenioribus, abſq; cœnobiorum tumultu, in quiete cum reuerentia & perfecta mortificatione tenentes vſque in finem. Licet ergo magnum ſit, quietis ſolitariæ Angelicum opus, & maioris profectus quam Cœnobia, vere purgatis à vitiis, nō vult hoc dicere propter magis infirmos, quos eadem conuerſatio liquefacit tanquam caminus plumbum: ineſt quippe infirmis vt plurimum lædentium appetitus, quare ſæpius recidiuant contraria ſumentes, quia non eſt paruulorum, cibus perfectorum. *Immo, ne ipſe quidem:* Ait, ipſe quidem, quid ſibi expediens eſt, cognoſcet, niſi ſtudiū perfectum habuerit obſeruantiæ mandatorum & virtuoſæ conuerſationis. *Mortis properatio*, id eſt ex promptitudine & bona voluntate, per imitationem noui hominis, mortificationem carnis & vitiorum monſtrare, nihilque commune habere cum mundo, ſed ſingulis horis deſiderare mori, *& eſſe cum Chriſto.* Impoſſibile eſt habitum veræ charitatis eſſe in eo qui diligit aliquid vitioſe; ſed neq; oratio, magis vero irritationis macula, & in oratione eius, augmentum iræ, & furoris & timoris, & elationis aſſumptio erit. Sciens ac prudens tacebo reliqua: ſubaudi, lapſus carnis, exceſſus mentis, & vexationes Sathanæ. *Exinanito enim fell.* id eſt, abnegata & mortificata & odio habita propria voluntate, fit diminutio vitiorum. *Cum medium illud arripuiſſem:* Non clare narrauit contemplationem Sanctus, eo quod noluit omnibus talia reuelare: dicit autem, exequens orationem vigilanter & ſine intermiſſione & pigritia, quod eſt medium trium operationum: *Intermedius effectus ſum:* In medius (inquit) effectus ſum, videlicet Angelicis & intellectualibus Ordinibus, quod eſt medium Dei & hominū. *At ſitientem me illuminabat;* & illuminatus fui ab eo (inquit) ſupernaturaliter. *Et ecce rurſus erat in illis:* Et ecce (inquit) iterum mens erat in illis ſuper ſpiritualib. & inuiſionib. diuinis, & in ea quæ eſt circa ipſum contēplatione, non valens, ad principe omnis Creaturæ Chriſtum Deum, propter inacceſſibilem lucem, ſurſum agi & extendi, ex hoc quod deſiderabam contēplari. *Quid quidem in eo erat an te viſibilem formā:* Interrogaui: vero à quondam Angelorum de Verbo ante aſſumptionē humanæ naturæ: à quo excluſus, iterum quæſiuit, quomodo nūc exiſtit? Et audiuit, *In proprio & non in iſtis:* à Principe viſionis, ſancto angelo, ſubaudi. *Et ego: quonam (inquam) eſt dextra Statuit &c.* Et iterū interrogauit, quæ eſt dextera, & throni? & audit rurſus; impoſſibile eſt, aure iſta doceri. Iterum deſiderio tractus, rogat adduci ad illud tempus perfectionis, in quo videat Verbum, ſicuti eſt: qui denuo audit, non eſſe viantis, hoc accipere & intelligere, niſi prius abſorbeatur quod mortale eſt a vita, & imperfectio noſtræ corruptionis

E *† V. I. Murem vel Talpam*

Malitiæ Spiritus quinque, infeſti Monachis.

Orationis permanentia & perpetuitas, eſt à Spiritu ſancto.

Angeli definitio.

F

Schythiotæ, Tabenneſiotis perfectiores.

G

H

A perficiatur ab igne Spiritusſancti omnia conſumente. Eſt autem hæc viſio relinquenda ad interpretandum, expertis. Præterea exequens medium, orationis quæ poſt virtutum habitum, vitiorum emundatione præmiſſâ mente perficitur; in medio virtutum & contemplationis factus ſum, inquit. Sunt enim Virtutes morales & purgati animi ſeu contemplatiuæ exemplares ſeu intellectuales, ſicut ſunt contemplationes immediatæ, mediatæ, & ſubiectæ; quibus ſunt conſonæ exiſtentium actiuæ, contemplatiuæ, vel intellectuales & tranſductiuæ. Eſt vero Virtutum moralium finis, pietas vel compaſſio: virtutem autem animi iam purgati ſeu contemplatiuarum, finis eſt irremiſſibile ad paſſiones & corporis depoſitio. Intellectualium vero ſeu exemplarium, Deiformitas & gratia. Virtutum igitur grados medius eſt, illuminatio & intellectualis explicatio: ita, & cognitionum mediarum, medium ſunt, contemplatiua & intellectualis. Igitur, *medium exequens, in medeis factus ſum*; inquit: id eſt: perficiens & tranſgrediens actiuas & morales Virtutes, & à vitiis purgatus, & à corpore elongatus, in mediis factus ſum cognitionibus, contemplatiuis & intelle-
B ctualibus: & illuminauit ſitientem, ille *à quo omne datum optimum & omne donum perfectum*: & purgauit me Virtus quæ talibus operationibus præſidet, & omnem ab anima caliginem perſequens illuminationis immiſſionibus inſatiabiliter me ſitientem circumfulſit. Et poſt iſta? Iterum erat in illis (ſubaudi medius) diuina illuminatio ſecundũ propoſitioné mentis. Et flammantes affectus, compellunt amantem interrogare à Principe viſionis, de veritatis viſione ſiue ſymbolis, & de Verbo ante aſſumptionem humanæ naturæ, & quæ conſequuntur ſicut ſuperius leguntur. *Cum præcedis congregata cuſtodi*: id eſt; os tuum, & cor tuum, in loquutionibus cuſtodi; cauens propalare virtutes quia, ore inutiliter, indiſcrete & vane aperto, Virtutes quæ mentem ad Deum exaltabant, perduntur & volant & diſparent: *Ori enim procaci appropinquat ruina*: Silentium vero eſt Virtutum cuſtodia; *Patientia, eſt vexationis quotidie excitata definitio*. Secundum menſuram humilitatis, datur patientia in tribulationibus & tentationibus, & ſecundum patientiam, alleuiatur onus tribulationum, & conſolationum, per eã pergens, participat, & ſecundum conſolationem magnificatur charitas eius ad Deum, & ſecundum charitatem, poſſidet gaudium. Sane patientiam peperit ſpes & luctus, qui vero ſine his duobus extitit, Acediæ ſeruus eſt ad omnia piget. Non enim qui talis eſt, poſſidet feſtinationem bonæ
C voluntatis, ſed in omnibus operibus ſuis anxiatur & impotens fit, & putat impotentiam, tædium, & diſtentum Acediæ, infirmitatem corporis eſſe; & ita, ſeipſum ſicut infirmũ excuſat, gulæ ſeruiens & otio, quoniam non habet feruoré boni deſiderij & feſtinantiam & ſtudium ſalutis animæ. *Vnum ſpiritũ obſerua vigilantim*. Vnus ſpirituum qui ſemper impugnat, eſt fornicationis Dæmon, maxime in incipientibus, & impugnantibus ſeu proficientibus, eſt Acediæ Dæmon. In iis autem qui appropinquant perfectioni, eſt Dæmon variæ gloriæ. *Nulli cui Turrim vel collem quietis ædificare, &c.* Turris ſignificat perfectionem virtutum cum ſcientia ædificatam, Quicunque ergo operatus Actiuam vitam, perfecte ad impaſſibilitatem habet aptitudinem, & diſpoſitus eſt ad acquiſitionem naturalium contemplatiuarum & diuinarum Veritatum & rationum, per quas perficitur perfecta ſcientia, & completur ædificatio turris, & quietis, & Virtutum Chriſtiformium.

Volo (ait) magis verba menti mea dicere, &c. Senſus animæ, eſt ineffabilis guſtus diuinæ conſolationis; qui cum charitatis pulchritudine fit. Quinque igitur verba ſenſu ſuo lo-
D quitur, qui (per Spiritum ſanctum ſenſificatus) ſecundum proprietatem dictarum virtutum illuminationes, diuina incendia, & perfectiones intelligit, participat & guſtat in iis quæ dicit. Quinque verba dicit omnis Doctor qui conuenientia ſingulis ſenſibus qui in nobis ſunt exemplo operis, & verbo doctrinæ remedia apponit. *In ipſa enim, centuplum accipient monachi*: id eſt, diuina dona. Quod vero eſt inde: videlicet gratiæ quæ per orationem miſericordibus monachis diſtribuuntur in eo quod eſt, id eſt, vita æterna & bona incorruptibilia quæ eis retribuentur, *Ego vinus Subſtantia duas, Eſſentias, &c.* Quaſi dicat, ego, differentes ipſas

Prou. 16. 18.
Silentium, eſt cuſtodia virtutum.
Patientia datur ſecũdum menſuram humilitatis.

Quinam Dæmones quos oppugnent.

Cap. 10. ad Gradum 1.

E exiſtentes, vinus dico eſſe operationis & ſubſtantiæ. *Quod videns ignem & aquam*: Ignem ardentem, ex Deo deuotionem: & aquam, lachrymas dicit. *Vno ſæpe verbo incantatus emiſſo*, propriæ commendationis & gloriationis. *Aliud eſt crebrius, corde ſpeculari*: Viſitari quidem, eſt, ad propriam conſiderationem ex compunctione ſuperueniente conuerti & contemplari. & congregare, & curam gerere de iis quæ ſunt ad Deum, in ſeipſo: Viſitare vero, eſt, aliorum, principatiue & ſacerdotaliter emũdare corda, & hoſtias acceptabiles multas Deo offerre, verbo, oratione & exemplo. Viſitare, eſt continue & fixe ſeipſum conſiderare, & ſine remiſſione inceſſanter conſpicere, & ſenſus atque potentias animæ & corporis principatiue congregare. & per indeſinentem orationem deuote Deo offerre. † *Corde, Animo & Spiritu*: Animam dicit, ſenſitiuas & vitales potentias, ſpiritum vero, deliberatiuas voluntates & intellectuales affectiones, Spiritus etiam, eſt anima rationalis & intellectualis, & totum ſimul, dicitur Spiritus.

† V. Cor, Anima, & Spiritus.

Explicant gloſſæ ſancti P. N. Iohannis Abbatis Raythu, ſuper textibus Climaci.

F

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI

Epiſcopi Pictauienſis

CARMINVM, EPISTOLARVM, EXPOſitionum Libri XI,

POEMATIS ET LIBRIS SINGVLAribus aucti nouaque rurſum editione illuſtrati

à

R. P. CHRISTOPHORO BROWERO Societ. IESV Preſbytero.

G

LECTORI CANDIDO S. D.

PVLSAVIMVS nuper adamatas olim Muſarum fores, quæ, annuente Chriſto, apperuerunt, non Thymbræo, aut Cinthio, quo Rectore, & Præſide, ſed Fortunato duce Epiſcopo; qui multorum præſtantium heroum res piè beneque geſtas, ne obliuio prorſus eas adimeret, pangendo ſeruauit; & Sanctorum cœlitum maieſtatem non pertimuit, quod de Iuuenco tradit B. Hieronymus, *mittere ſub metri leges*. Hic, licet nitidiore cultu in publico apparere debuit, præſtari tamen nulla lege, vel à me, vel ab aliis id potuit, vt à communi mortalium conditione eximeretur, eſſetq; quod dicitur, ab omni parte felix & fortunatus. Quare, cum & doctorum hominum ope, & meliorum librorum acceſſione, meoque nonnullo ſtudio, ornatiorem eius editionem fieri poſſe, perſuaſum eſſet lucubratiunculis aliquot ſubcenis operam hanc tentare placuit, & oſtendere iuxta Comicum. *Quod res, ætas, vſus, ſemper aliquid adportet noui*. Atqui in eo ſcilicet, inquiunt, bibliothecarum
H Fortunæ erant ſitæ vt obſcurus & ſemilatinus poeta, emendatior exiret & legeretur. Sic eſt:

Non omnes eadem mirantur, amantque

Nec in Atticis gymnaſiis, aut in Lyceo verſari vulgo, nec vbique de rerum cauſſis quæſtiones oriri contingit. *Multoque pars maior eſt*, ait ille, *Mileſias fabellas* reuolentium, quam Platonis libros, addo ego, Ariſtophanis, Plauti, & ceterorum id genus talibus & Erotopægniis ſeſe oblectantium, quam ſapientum Eccleſiæ Doctorum ſeueris Muſis, vel eruditis commentariis. Sed vincat tamen illa pars nu-

mero,

A meto, plauſu, fauore. Nos paucorum & eruditiſſimorum hominum iudicio contenti ſimus, qui Fortunatum, qua, Chriſtianum Poetam, qua Epiſcopum, & priſcę fidei egregium aſſertorem experti, legi, ponderari, non ſolum in fructu, ſed etiam in laude ponunt. Vale.

OPERVM INDEX.

CARMINVM, Epiſtolarum, & Expoſitionum Libri XI.
De Vita S. Martini, Libri IV.
De excidio Thuringiæ liber.
Ad Iuſtinum iuniorem Imp. & Sophiam Aug. liber, ex quo Trithemius duos fecit.
In perſona Rhadegundis ad Artachin, liber.
Cetera, quæ Trithemius recenſet, exceptis hymnis, operi primario inſperſi, facile ſuis quæq; titulis agnoſcuntur.
Ad Rhadegundem, quæ extant libro VIII. & XI. leguntur, nullum tamen in iis, vt Trithemius ſcribit, verſu hexametro.
Hodoeporicum viæ, non magna comprehenſione verſuum ad calcem libri XI. De itinere ſuo, Agnæ Abbatiſſæ, & Rhadegundi inſcribitur.

B

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI Vita.

CAP. I.

Nomen, genus & patria.

MAGNA quondam in Romana ac Itala gente nominum fuit ambitio; vt quæ ſimplice haud contenta, quo vel naturę proprietas vel imitatio ducebat, alterum ac tertium, nec raro quartum etiam adſciſceret. Et fuit tempus, cum id ita quidem eos facere, aut exemplum, aut ratio, inuitabat. Nam antiquitus vnum Romanis fuiſſe nomen, vt & cæteris pleriſq; mortalium Appianus eſt teſtis.
C Cauſas mutandi varias afferunt Varro, Iulius Paris apud Valerium, Priſcianus; quique horum veſtigia preſſere Emmanuel Aluarus & Carolus Sigonius. Traxiſſe etiam exemplum à Sabinis & Albanis, meminere Iubia, & Cl. Acundus. Cæterum Romana ſtante republica, ſi plura aſſumerent, eorum quod primo loco, prænomen vocabant; quod inde, id nomen erat ac propria nota gentis aut familiæ: hinc cognomen ſubiiciebant: & interdum quarto etiam loco agnomen. Aduertit id Plutarchus in Mario, quem ſequuti Soſipater, Donatus Diomedes Grammatici. Erudite & eleganter Iac. Sirmundus S. I. Præfatione in Notis ad Sidonium de propriis nominibus mediæ ætatis quo loco poni, & vnde ſumi ſolita, diſputat: Idq; multis exemplis efficere contendit, vt vbi vetus conſuetudo deflectere cœpit, plerumque etiam ſub ipſis Imperatoribus obtinuiſſe, vt inferioris æui homines id proprium nomen haberent, & verū, quod vltimo loco ponerent. Quo modo, qui Palladius rei ruſticæ ſcriptor hic tanquam proprio nomine celebratur, eum verius docet appellari Æmilianum; vt Iſidorus illum XVII. Originum nuncupauit: et quem Macrobium vulgo dicimus, Theodoſium appellandum eſſe. Ita C. Sollinum Apollinarem proprio nomine ſalutamus Sidoniū; & Venātiū Honoriū Clemētianū verius exprimimus Fortunatum.

Nomi nomen propriorum vſus in media ætate.

D Sed fallat forte an, qui iſtam hanc tam ſubtilem in hac memoria rationem ſequatur. Fortunati ſane nomen antiquis vſus vice proprii contriuit. Nec abſq; cauſſa tamen, aut de nihilo, vt reor equidem, viro explorata cæteroqui modeſtiæ, & minime ambitioſo, nominum ea multitudo ſumpta. Cum itaque de ortu ac genere ipſius, niſi quod ex Paulo diacono & libris hiſce colligitur, nihil admodum extet priſcis litteris compertum, in procliui ſit ſuſpicari, vel habuiſſe horum nominum gentem, aut certe vſurpaſſe eas

E ob cauſſas quas in proœmio ſuæ hiſtoriæ promit Appianus nempe ἐπιγονῶν ἐν ταῖς ἀρεταῖς, i. affectus, cauſſa vel recordatione virtutis. Valde quidem animus huc me ducit, vt ita de Venantii prænomine ſentiam. Venantii porro nomen tulere complures, & illuſtres, hac & ſuperiore ætate, vtriuſq; ordinis. Nam conſularibus faſtis inſerti duo: quorum alter cum Theodorico rege Gothorum, alter ſub Anaſtaſio Imp. conſulatum geſſit. Vt vero huius nominis Martyres, & Epiſcopos, taceam fuiſſe plurimos; ex omnib. in Gallia huius ſanctitas magni fuit, cui XIII. Octob. in Eccleſia honos ſemper eſt habitus. Momenta quædam in hoc ſunt, quib. perſuadeare, illius vt obſeruantia Fortunatum id nomen aſſumpſiſſe, credas. Vixit n. magna ſanctimoniæ fama apud Turones Venantius Bituricenſis; qui captus admiratione virtutum, quæ à S. Martino per id quoq; tempus colebantur, monaſterium baſilicę Martinianæ propinquum iniit: vt Greg. Tur. li. de vita PP. c. XVI & Francorum hiſt. li. X. c. XXXI. de gloria Confeſſ. c. XV. XVI. memoriæ tradidit. Fortunatum vero deſiderium cultus adhibendi S.
F Martino, opiſque impetrandæ, vt Italiam relinqueret, vel maxime pellexit, flexit etiam præſertim in Turones, vt Venantio Abbati iungi, & morum ſimilitudine, & conſuetudine vitæ ei ſociatus, nomine item æquiparari vellet. Igitur illud coniecturæ noſtræ ſit, quod in ea potiſſimum vrbe verſatus eſt, eamque Gallarum in partem profectus, in qua ob pietatis ac religionis præſtantiam viris mirabiliter emineret, idcirco vt virtutes, ita & nomen Venantii, fuiſſe æmulatum. At Fortunati vocabulum, ab Aquilegienſis Eccleſiæ martyre Fortunato ſumpſiſſe, duabus ex rebus conficere videor: tum quod Diuum illum magno in pretio habuiſſe cernitur: tum quod Aquileiæ Chriſtianis primum ſacris a Paulo illius Eccleſię Epiſcopo ſiue patriarcha videatur imbutus. Hinc libro IV. vitæ S. Martini libellum ſic ſuum affatur:

Aut Aquileienſem ſi forte acceſſeris vrbem,
Cantiani domini numinum venereris amicos,
Ac Fortunati benedictam martyris vrnam.
Pontificemq; optimum Paulum, ſupplex & adora:
Qui me primaeui conuerti optabat ab annis.

G Sic B. Cyprianum à Cæcilio presbytero inſtitutore ſuo & B. Auguſtinum ab Aurelio Epiſcopo prænomina mutuatos perhibent.

Ceterum id forte magis argumento, habuiſſe Fortunatum & antiquitatem generis, & gloriam auiti ſanguinis, quod de ſe ipſe teſtatur.

Per Cenetam gradiens & amicos Duplauenenſes,
Qua natale ſolum eſt mihi, ſanguine, ſede parentum,
Prolis origo patrum, frater, ſoror, ordo nepotum.
Quos colo corde, fide, breuiter peto, redde ſalutem.

Et libro ſeptimo poematum ad Lupum ducem.

Quod pater, ac genitrix, frater, ſoror, ordo nepotum,
Quod poterat regio, ſolus amore pio.

Quæ hominis profecto oratio eſt, modeſtia licet propria commendari, de genere tamen ſuo magnifice, vti par, & ſentientis & loquentis. De Honorii vero & Clementiani appellatione nil aliud habeo quidem in præſens ſuſpicari, quam inſtar eſſe gentilitiæ. quamquam ſi accuratius inquiro, facile verendum mihi intelligo, ne religioſius quam pro illius ſæculi conſuetudine, obſeruaſſe, aut nullus etiam in peruestigando fuiſſe videar; quandoquidem in illa orbis
H Romani conuerſione, gentium ac familiarum per Gothorum arma varie confuſis imaginibus, ipſa adeo quanta fuerunt Romanorum Coſſ. & Patriciorum ſtemmata ætatem haud tulere, nedum priuatorum & municipalium; quæ profecto manſere perquam obſcura. Sororem nihilominus ipſe ſuam ab obliuione vindicauit, nam lib. XI. vbi caſtiſſimam amicitiam, quæ cum Agne Pictauicolis Parthenonis antiſtita ei erat, exponere voluit, ita canit:

Te mihi non aliis oculis animoque fuiſſe,
Quam ſoror ex vtero tu Titiana fores.

Patriam Fortunato Italiam contigiſſe tranſpadanam, tā eſt teſtatum, quam ei natale ſolū fuiſſe proxime Cenetam & Taruiſium, eo puta loco, qui Duplauenis a Paulo in Longobar hiſtoria libr. II. cap. XIII. dicitur: ſiue caſtello id, ſiue vico nomen facias, vnde originem maiores eius

ſum-

A ſumpſere. Quippe huius generis aliquid inſinuare videtur, cum incolas vocat, amicos Duplauenenſes. Taruiſium vero, & Ceneta, ditionis Venetæ in marchia Taruiſina oppida ſunt, quorum in regione Italiæ xvii. Albertus Leander illuſtrem ac eruditam itius imaginem depingit. Abeſt autem Ceneta Serraualle in alpino emporio non ignobili Teumnum, mille paſſus, inter valles proficiſcentibus. Euerſamque Gothicis temporibus, fama eſt At Duplauenis, ſiue vici, ſiue caſtri literis veterum memoria excidit: adeoq; nomen propediem ſuum amittet, ſi in præſtantium hominum monumentis Duplabilis deinceps perperam quoq; legendum erit.

Capvt II.

Educatio, ſtudia, peregrinatio.

Ravennæ nutritus & doctus in arte grammatica ſiue Rhetorica ſiue etiam metrica clariſſimus extitit: verba Pauli diaconi ſunt lib. ii. c. xiii. Rauennæ nobilis vrbis B amplitudinem poſt inclinatum Rom. imperiū, cum Theodoricus Gothorum rex, Oduacro, Herulisque ſubactis, adamaſſet regia ſibi collocata, Valentiniani III. & Gallæ Placidiæ munificentiæ non concedens, magnificis eam remp. operibus ac belli paciſque inſtitutis ornare cœpit, vt Caſſiod. lib. i. variat. ep. vi. & in chronico, meminit. Eandem Theodorici erga homines liberalium artium ac doctrinarum ſtudioſos extitiſſe voluntatem, tum Caſſiodorus ipſe; tum alii præſtantes ingenio viri, documento ſint, qui vel è Rauennatum ſcholis prodierunt, vel aliunde ampliſſimis induſtriæ præmijs euocati, maxima cum laude circa Theodoricum verſati ſunt. In hoc tum fuit numero Arator Poeta, autore Hieronymo Rubeo Rauenn. hiſtor. lib iii. eloquentiæ laudibus & litterarum peritia comitiuam domeſticorum, vt teſtatur Caſſiodorus Lib. viii. epiſt. xii. promeritus: etſi ſæculi honores obſequio Chriſti tandem is poſthabuit; cum ſubdiaconus Eccleſiæ Romanæ, ſacros pangendo verſus, religioni magis ac pietati, quā profanæ poeticæ coloribus & figmentis indulſit. Atque ex huius equidem diſciplina & ſchola apud Rauennates tum efflorеſcen- C te, prodijſſe poetam hunc noſtrum, arbitror: cuius quæ de Aratore, & quam præclara opinio extiterit, hiſce verſibus ſuis non celauit. lib. i. vitæ S Martini.

Sex is apoſtolica qua geſta vocantur & actus.
Facundo eloquio vates ſulcauit Arator.

Aliunde quoq; ſatis operam dedit, vt conſtaret, Rauennæ plurimos hac ætate vixiſſe poetices & eloquentiæ ornamentis probe excultos. Lib. iv. vitæ S. Martini ad libellum.

——— precor inde require Sodales;
Si ſocius loqueris, veniam pietate mereris:
Porrigo materiam quibus hanc ego, vt ore rotundo,
Martini geſtis florentia carmina pangant.

Literis interea Fortunatus leuiter ita tinctus eſt, vt naturæ potius & ingenii, quam doctrinæ præſidiis, niti videatur. Qua re factum eſt etiam, vt neque togam prætextam publice geſti muneris inſigne, vnquam adeptus ſit, neque penulam docendi cauſa ſumpſerit, ſed excluſus ancipiti dubioque ſemper Italiæ imperio vitam ferme vel ſacris in presbyterij functionibus, aut peregrinatione conſumpſerit. Grammaticæ tamen & Rhetoricæ præcepta delibauit. D Et iuris quoque prius ſcientiam quam ex Italia diſcederet, attigit. Quæ non aliunde facilius, quam ipſo autore diſcimus.

Aſt ego ſenſu inops Itala quota portio linguæ!
Fece grauis, ſermone leuis, ratione pigreſcens.
Mente hebes, arte carens, vſu rudis, ore nec expers.
Paruula grammaticæ lambens refluamina guttæ,
Rhetoricæ exiguum prælibans gurgitis hauſtum,
Cote ex iuridica cui vix rubigo receſſit:
Quæ prius addidici dediſcens: & cui tantum
Artibus ex illis odor eſt in naribus iſtis.
Non prætexta mihi rutilat toga, penula nulla,
Iam mea nuda fames ſupereſt de paupere lingua.

Qui quidem verſus libro primo vitæ S. Martini leguntur. Philoſophiæ & Theologicarum rerum quam non peritiſſimus extiterit, ipſe ne diſſimulauit quidem. Laudarat Fortunatum B. Martinus Galliciæ Præſul & Apoſtolus, quod E poſt Stoicam, Peripateticamque cenſuram, Theologiæ ac Theoriæ ſe tirocinio rurſum in Gallijs nuncupaſſet, cui in epiſtola, quam nos ad librum v. nouam damus, agnoſcere ſe reſpondit, quid amor faciat: *cum & immerentes exornet.* Additque, Platonem, Ariſtotelem, Chryſippum, aut Pittacum vix famā & opinione ſibi eſſe notos. Hilarium vero, Gregorium, Ambroſium, & Auguſtinum ſe ne legiſſe quidem, vt fruſtra nimirum ij ſint, qui illum etiam ex poeta geometram facere contendunt, quando pro arte metrica, quod apud Paulum legebatur, accepêre geometricam, proclivi in mendum lectione: quin & perſpicuo argumento, intereſſe haud ſane parum, veteres, cuiuſmodi ſcriptores, emendate legi. Sed nihilo conſtat ſecius, Fortunatum, poſtquam in Gallijs aliquod otium, Francorum regumac procerum benignitate, nactus eſt, id magno, & alacri animo, diuinarum rerum cognitioni, ac ſapientiæ ſtudiis, tribuiſſe; harumque artium magiſtris, ceu vſque ab elementis inciperet, ſe dediſſe de nouo recoquendum. Loquitur F hoc de ſe ipſe, libri iii. epigram. xxii. quod Agricolæ iuniori condiſcipulo olim ſuo, & populi Cabillonenſi Epiſcopo, inſcripſit.

Cum mea terra manu meruit genitoris arari
Reddatur nati vomere culta ſui. Et.
——— bonus ore magiſter
Dilexit, coluit, rexit, honeſta dedit.
Ille pio ſtudio ſulcata noualia ſeuit,
Quod pater effudit, hoc mihi emendat.

Et quia Galliarum iam memini, quemadmodum ex Italia diſceſſerit, petieritque Gallias, narratione exponendum eſt. Duas equidem cauſſas eius demigrationis illum habuiſſe crediderim religionem & patriæ calamitoſæ motus; queis ceu mare ventis, ſic Gothorum alternis, Græcorumque armis, aſſiduè tum Italia, miſereque, iactabatur. Etenim Gothorum in Italia diutius imperium nō ſtetit, quam Iuſtiniani virtute, ac Narſetis manu, deuicti pulſique vrbibus, paſſim ceſſere reſque ad Exarchos cum imperio delata eſt; qui ſedem apud Rauennates habuere; vt Agathias & Procopius memoriæ produnt. Haud ergo defuit Fortunato cauſſa Rauennam deſerendi; quippe parum quietam vrbem, & minime meam, ob imperii pro quo tum dimicabatur, amplitudinem. Taruiſium vero patria, haud meliore G fuit conditione; vt quam à Gothis oppreſſam, ferunt domicilium olim, ſedemque parentis Totilæ fuiſſe; inibiq; Totilam in lucem editum educatumque poſtea oportunam quoque factam iniurijs Longobardorum, ſatis conſtat ex Paulo diacono, cum ea itidem regio Italię ab Alboino rege appetita, & barbaricis incurſionibus diuexata ſit, hoc eiuſdem ſæculi anno Chriſti quingenteſimo. Et Fortunatum aliquam multis obſcuro locis, de ſuo ex Italia diſceſſu ſic loqui, ceu dimotus eſſet & extruſus, nec ita ſponte ad exteros conceſſiſſet. Nam lib. vi. poem. x. ait.

Triſtius erro nimis patriis vagus exſul ab oris,
Quam ſit Apollonius naufragus hoſpes aquis

Septimo quoq; libro ad Lupum ducem ſcribens, idem deplorat.

Exſul ab Italia nono puto voluor in anno
Littoris Oceani contiguante ſolo.
Tempora tot fugiunt, & adhuc per ſcripta parentum
Nullus ab excluſis me recreauit apex.

Sed manifeſtior in eo religionis profeſſio eſt, qua relicto H natali ſolo, D. Martini amore, ſtudioque permotus, contendit in Galliam. Nam Rauennæ cum viueret, grauiterque ex oculis doleret baſilicam SS. Martyrum Pauli atque Ioannis forte opis petendæ iniit: atque iſtic, cum pictam alibi cerneret in pariete D. Martini effigiem, ſuſpenſumq; iuxta honoris cauſa lychnum, ſubijt remedij ſalutaris ergo tentare oleum ignis fomitem, eoque ceu collyrio quodam cœleſti, imbecilles inungere oculos. Fiduciam mox patroni beneficentia comitatur. namque

Vt tetigi, inquit ipſe, benedicta lumenolum,
Igneus ille vapor marcenti fronte receſſit,
Et præſens medicus blando fugat vnguine morbos.

Aderat ibi Fortunato tum Felix Taruiſinus, qui poſtea magni nominis ibic Epiſcop⁹ floruit. Is cum perinde oculis

A male ſanis dolore cruciaretur, olei eiuſdem liquore orbibus inſperſo, ſanitatem, quam optabat, ſancti Martini ope, mirabiliter item adeptus eſt. Hoc ergo maiore Fortunatus accendi deſiderio cepit B. Martinum in ſedibus iis Galliarum viſendi colendique, quo res geſta iam teſtatior, & genere ipſo facti illuſtrior euaſerat. Et meminit ipſe beneficii hiſce verſibus.

Qua mea Taruiſus reſidet ſi molliter intra
Il... ſtrem ſocium Feli cem quaſo require
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim.

Atque hic Felix ille Taruiſi pontifex eſt, quem Alboino Longobardorum regi infeſtis armis in Italiam aduentanti ſupplicem ad fluuium Plauem occurriſſe, Paulus li. II. c. IX. teſtatur: barbarique regis Chriſtiana manſuetudine ſic mitigaſſe pectus, vt pacem ab eo, & ſacri patrimonii incolumitatem impetraret.

*alias XII.

Capvt III.

Aduentus eius & commoratio in Germania ac Gallia.

B QVæ cauſæ Fortunatum vt Italiam deſereret impulerint, aperui: deinceps quando exceſſerit, & quibus vixerit locis, oſtendam. Patriam paulo ante reliquiſſe, quam Longobardi Italiam inuaderent, Paulus, quem ſæpe hic iam laudo, mihi teſtis eſt. Longobardorum autem arma primum in Italiam Chriſti Anno DLXVII. vel DLXVIII. Alboini auſpiciis illata. Quare non abſque ratione, Fortunati aduentum in annum Chriſti circiter DLXV. confero equidem. Veniſſe etenim ſub initium regni Sigeberti, aut etiam ſub finem regnare deſinentis patris Clotharii, haud pauca argumenta ſuppetunt. Primum omnium, Sigoaldus gratæ memoriæ amicus Fortunato in Auſtraſiæ regno contigit, qui à Sigeberto quacunque ducere peregrinum, & commeatus expedire, & præbere cuncta munifice iuſſus. Ad hunc lib. X. cum iam comitis honorem ac locum, Childeberti regis beneficio, qui Sigeberto patri tum ſucceſſerat, obtinuiſſet, Fortunatus ſic ſcripſit:

C
Finibus Italiæ cum primum ad regna venirem,
Te mihi conſtituit rex Sigebertus opem.
Tutior vt graderer tecum comitando viator,
Atque pararetur hinc equus inde cibus.

Ac ſatis quidem hi verſus diſerte loquuntur, primum principemque Sigebertum fuiſſe, qui ex Italia terra venientem exceperit: idque factum ab eo exordio regni ex illo diſcimus, quod Sigeberto & Brunichildi Athanagildi filiæ ex Hiſpaniis adductæ, epithalamium lib. VI. cecinit, & eiuſdem præcepta quoque regnandi dedit. Laudat etiam regem quod templum à Chlotario patre S. Medardo, paulo ante mortem extrui cœptum, ipſe faſtigio tolleret, ac conſummaret. nam lib. II. ait

En tua templa colit nimio Sigebertus amore,
Inſiſtens operi prom... tuo amore tuo.

D Adhæc, Nicetium quoque Treuericæ ſedis rara vitæ ſanctimonia prænobilem antiſtitem, Fortunatus inter primos in Mediomatricum regno coluit, & amicitia ſibi iunxit hunc vero Sigebertus, mox atque patrem abiiſſe è vita comperit, ab exilio reuocatum honori priſtino & loco reſtituerat. Memorat etiam ipſe Fortunatus in ...egia, qua Geleſuintæ maioris natu Athanagildi filiæ parentauit, ſe tum iam nuper aduenam ſpectaſſe ſponſum Geleſuintam apud Pictauos cum Chilperico regi nuptum collocaretur. Id vero Gregorius Turon li. IV. c. XXVIII. Sigeberti exemplo, & eodem ferme tempore actum, clare teſtatur. Carmina Fortunati ſunt ex lib. VI.

Hanc ego nempe nouus conſpexi prætereuntem
Molliter argenti turre rotante vehi.

Quibus autem itineribus ad Sigebertum venerit, vel ſcitè memorauero, quod videam orationem, qua iſſ Fortunatus expoſuit, partim ab aliis emendationis deſperatione, abiectam, partim etiam ſaltu, ceu ſalebroſa loca ſolent, præteritam: licet ergo ſcire, vt ipſius verbis loquar *De Rauenna progrediens, Padum, Athesim Brintam, Plauem Liquentiam Taliamentumque tranans: per Alpem Iuliam pendulus montanis anfractibus, Drauum Norico: Oenum Breonum: Lycum Boiaria. Danubium Alemania: Rhenum Germania tranſiens.* His vero in locis

E præſtantium hominum autoritate & magiſtratibus in regno Sigeberti clarorum amicitiis ſemet applicans, haud vulgarem & gratiam, & fauorem, horum vtique commendatione mox apud regem meruit. Enimuero cum Lupo & Gogone ducibus Auſtraſiæ, quos in opera reip. tum nemo, pauci claritudine faſtigii & nobilitate anteibant, familiariter vixit: Magnulphum Lupi fratrem in ſe quoque beneuolentiſſimum expertus. Hinc ad Lupum ipſe, li. VII. poem. VIII.

Cum peregrina meos tenuit Germania viſus,
Tu pater, & patriæ conſulturus eras.

Alibi quoque Sigiſmundi & Aregiſeli fratrum, quorum apud Rhenum beneficia ſenſerat, memoriam conſeruauit.

Poſt Italas terras, mittis mihi, Rhene, parentes,
Aduentu fratrum, non peregrinus ero.

F Iouinum autem, qui deinde Prouinciam Galliæ regionẽ cum imperio tenuit, amicorum haud poſtremum etiam in Germania coluit. Iam vero, quid memorem tot ſanctitate & virtutis doctrinæque præſtantia excellentes Epiſcopos Belgicæ Germaniæque, qui aditum ei ad familiaritatem vltro patefecerunt, hominiſque ingenio & integritate vitæ delectati, ornare eum ſtudiis officiis ambire, & ad poeticæ facultatem explicandam, quocunque excitare modo non deſtiterunt? Clara iam hæc omnia ſunt omnibus ferme librorum paginis, vt lucem alienam cum merito reſpuant, exemplis à me illuſtrari non debeant. Commoratum cum apud Rhenum & Muſellam viciniſque locis, tum rerum ac topotheſiæ notitia, quam ibi quæſiuiſſe conſtat, tum ipſius quoque carminum monumenta paſſim oſtendunt. Ad Dynamium Maſſilienſem Rectorem id vero longe omnium diſertiſſime verſibus expreſſit. lib. VI. poem. XI.

Maſſilia tibi, regna placent, Germania nobis,
Pulſus ab aſpectu, pectore vinctus adeſt.

G Mora tamen hæc, diuturna non fuit. ſiquidem Sigeberti iuſſu aut commendatione in B. Radegundis Thuringorum è gente reginæ & Chlotarii quondam coniugis veniſſe notitiam, facilis eſt ad coniiciendum via. Turones namque profectus ad D. Martini colendum ſepulchrum, cum ſe Gregorio vrbis Epiſcopo mirifice probaſſet, multoſque verſus eius rogatu vario argumento feciſſet, Rhadegundis denique factum eſt deſiderio atque precibus, vt eius in familiam aſcribi vellet, ſeque dicare pientiſſimæ reginæ obſequiis. Vnde lib. VIII. exordio ipſe de ſe ſcripſit

Martinum cupiens voto Radegundis adhæſi,
Quam genuit cælo terra Thuringa ſacro.

Sedem itaque deinceps & domicilium in Aquitania fixit, Eccleſiæque Pictauienſi aggregatus, breui tempore illic commendatione ingenii ac virtutis honorem meruit preſbyteratus. Actæ apud Pictauos vitæ teſtimonium hoc promit ipſe lib. XI. l.

Fortunatus ego hinc humili prece, voce, ſaluto,
Italia genitum Gallica rura tenent,
Pictauis reſidens, qua ſanctus Hilarius olim
Natus in vrbe fuit, notus in orbe pater.

H At Radegundis interea negotiis ſæpe interpellatus eſt: hæc enim regina, cum mortalibus rebus valere iuſſis, propter ſuam gratiam & regum affinium potentiam nullius muneris & conditionis non haberet poteſtatem, haud raro Fortunatum, nunc ad Francorum reges, modo ad Epiſcopos ſanctos, quoquo verſum ab ſe dimittebat; atque in eius ſapientia & conſilio plurimum ſancta fœmina acquieſcebat. Id ſcil. præ ſe non obſcure fert in epiſtola ſua ad Gregorium Turonenſem, cum poſt Muſellam, Moſam, Axonam, Sequanam, ait, ſe maxima tranſiuiſſe Aquitaniæ fluenta, Pyrenæis Iulio menſe niuoſis, appropinquantem. Atque hiſce peregrinationibus quacunque ſuſceptis, in amicitiam penitus plurimorum Galliæ pontificum, cum iam ante regum quoque gratiam & familiaritatem eſſet conſecutus, nulla alia re quam probitate vitæ, & elegantia ingenii: qua pleroſque eo petat Epiſcopos, ſtudio virtutum pari, dignitate inferiore. Ex quo accidit, vt Germano Pariſienſi celeberrimæ ſanctitatis antiſtiti longe omnium inter primos extiterit carus. Oſtendit id in poemate. *De itinere ſuo cum ad Germanum ei proficiſcendum erat & a Rhadegunde teneretur.*

A *Me vocat inde pater radians Germanus in orbe,*
Hinc retinet mater, me vocat inde pater.
Dulcis vterque mihi, voto amplectente, cohæſit,
Plenus amore Dei, dulcis vterque mihi.

Eodem ferme modo Felix Nannetum Epiſcopus magna opum & potentiæ fama vitæq; ornamentis, in Armoricis ei patronus contigit. Vixit autem Fortunatus in Britanniæ minoris ea regione, quæ Oceani litoribus vicina, nouem prope annis, incertum, quibus vitæ inſtitutis: religione tentus, an lucubratione poematum, aut monumentis ſanctorum hominum ad poſterorum memoriam conſecrandis. Habitationis maritimæ explorata apud eum indicia lib. III. ad Druconem diaconum.

Nos maris Oceani tumidum circumfluit æquor,
Te quoque Pariſius chare ſodalis habet.
Sequana te retinet, nos vnda Britannica cingit;
Diuiſos terris alligat vnus amor.

In epiſtola quoque ad Felicem Nannetum data, oſcitare
B ſe prope finitima pelagi iocatur: & Rhadegundem reginam ibi vna, in inſula quapiam, ſolitudinis & pietatis amore, vixiſſe cum ſuis, ea Felicis verba teſtimonio ſint, quibus Fortunatum dixerat, *maris carcere ipſius regina incluſum*. Inſulam diſerte libro primo poſuit, cum ex ea Placidinæ, matri, an olim coniugi, Leontii Burdegalenſis Epiſcopi, munera miſit. Et aſceticam eius generis ſectitaſſe Aquitaniæ optimos quoſq;, in Palladio Sanctonum Epiſcopo obſeruauit Gregorius hiſtoriæ li. VIII. c. XLIII. vbi eſt ſolemnem, ait, orandi cauſſa ſeceſſum fuiſſe, in aliqua maris inſula.

CAPVT LV.

Ingenii & animi dotes.

QVæ doctrinarum & artium fundamenta iecerit Fortunatus, oſtendimus antea. Succeſſit ea laboris inde contentio, vt acerrimis cum diuinarum rerum ſtudiis, præteritæ ætatis iacturam obmiſſe, non modo compenſaſſe dice-
C res. Minimum vero tribuiſſe Poeticæ apparet, cuius quam ab vſq; adoleſcentia facultatem conſecutus erat, hanc varie pro eblandientium voluntate, exprompſit. Scripſit amicorum rogatu poemata quamplurima: eaque ſine cura & meditatione, pleraque etiam ex tempore, quod aiunt. Vnde ingenii magnitudinem æſtimare cuiuis licet. Nam in illius tametſi poematis nec multa quidē optime, nec omnia præclare, pauca etiam terſe & fucate ſcripta reperiantur, ita tamen alicubi floridus & venuſtus eſt, vt veterum ingeniis, præſertim in topographicis concedere parum multos eorū quoq; ſuperare videatur. In illo enim genere, meo quidem ſenſu, [illegible], & rerum locorumq; picturam ſuo quodā flore & genio poetico adumbrat, natura hic vtique pluſquam arte conſecutus. Quod genus poetarum Plato philoſophus ita probat, vt arte vna qui ſe poetarum nomē tueri poſſe confiderent, eos diceret nihil vnquam egregium ac laude dignum effecturos. Itaque non immerito Pindarus Bacchylidi & Simonidi ſuis æmulis hac anteſtare ſe gloria-
D batur, quod ad poeticæ laudem ipſa eum natura duxiſſet, illi vero quicquid tandem eius laudis haberent, à magiſtris adepti eſſent; in quo certe poſuit tantum, vt ea maxime cauſſa ſe aquilæ, illos coruorum ſimiles eſſe pronunciaret, vt elegantiſſimus Muretus li. VIII. variarum c. I. obſeruauit. Quod autem in hoc poeta noſtro vitioſa, & vituperatione digna notent multa cenſeantque delicati huius æui critici, id eiuſmodi eſt, vt ſiue obtrectantium animos, ſiue leuitatē conſideres reprehenſionis, haud paulo minus qui reprehendunt, quam qui reprehenditur, vacare culpa facile intelligas. Quid n. mirum homines comptæ & calamiſtratæ veneres orationis omni ſtudio conſectantes, à Plauto, Tibullo, Propertio, diſcere, & ex Naſonis amoribus ſupellectilem adornare, atque adeo myrothecia ſua ex Apuleii aſini phaleris, vel Petronii fornice inſtruere malle, quam de Chriſtianis poetis, aut eccleſiaſticis, quamlibet grauibus, ſcriptoribus, vel ea quæ neſciunt cognoſcere, vel quæ male ſciunt, dediſcere? Amant enim & hi ſimiles labra lactucas: & eorum plurimi quantum à Catholicæ pietatis & ſolidæ doctrinæ ſtudiis deſciſcunt, tantum id genus ſcriptorum & poetarum lenociniis indulgent, quorum vſu E
tandem omnes in ſe ſentiant ingenui pudoris & honeſtatis igniculos obrui & extingui. Quam ſcabiem in Chriſtianorum hominum ſenſu noſtro ſæculo adhoc penitus implicari, ſane dedecus eſt minime ferendum. Nam quod rudium, & minus elegantium, reſuſcitanda lectione, perire ſibi, clamitant, elocutionis priſcæ nitorem, & illud ſuum litterarum lumen, his ſolœciſmorum quaſi obfuſcari maculis: eſt ea quidem oratio, fateor, hominum omnem doctrinæ fructum, papauere ac ſeſamo verborum æſtimantium, nec ſcopum alium ſibi ſtudiorum metamque proponentium, quam vnam dictionis Latinæ puritatem. At vero, qui pulcherrimarum rerum ſcientiam aucupantur, & præteritæ memoriæ fructum vndique delibant, hos ecquis tam præcipiti & inuida mente ſit, vt prohibeat, quo ne vel ſacris hiſce fontibus ſitim quandam explere ſuam, & velut ſuperiorum ſeculorum abſtergere ſenectam, & æui rubiginem, queant? Vt enim Baianæ aquæ & aciculæ non minus ſecreto in vſu & expetendæ ſunt, quia turbidiore latice, & offen-
ſantibus lapillis, & ferruginea fece, diffluunt, ſic Chriſtia- F
norum item poetarum monumenta non minus propterea ſalis habent & vtilitatis, quia plus in iis ſalebrarum inuenitur & neglecti cultus. Quin ſæpe adeo, vt illi turbida fontes ſalutarium aquarum, à corporibus morbos, ſic longe grauiores arcent, ſalubres hi, tametſi minus cultiſſimi poetæ, ab animis maleſanis, vitiorum ægritudines. Iam vero quæ iuſta tandem reprehendi iis cauſſa ſuppetat, qui quod ſæculi & ætatis ſapientem excuſationem habet, in hominibus non recte culpant? Vt taceam haud pauca fuiſſe à Chriſtianis poetis peccata non ignoratione, ſed voluntate. Quod ſi profani muſarum antiſtites intra ſpem veniæ ſtetere ſoli, quod cum reipſa delinquerent, ſtulta tamen opinione cenſerentur arte potius peccare quam inſcitia, quidni veniam mereantur magni Deoque cari viri, qui quo melius intelligerentur ab omnibus, conſuetudini magis quam arti, iuſtis de cauſſis, parentes, Deo placere, quam peccare maluerunt? Nec ſane metuendum vnquam fuit, ne Fortunatus claſſiariis illis excluſis, ſua pro veteribus, χάλκεα χρυσείων æs pro auro videlicet ſubiicere, & in poſterorum animis, ni-
mium quam conualeſcere vellet: ſiquidem ab omni prorſus editione, & oſtentatione ingenii tantum abhorruit, hos G
etiam vti carminum libros exire nunquam paſſus eſſet, ni cautio ambitus data fuiſſet. Quanta enim Gregorius Turonum Epiſcopus perſuadendi vi apud ipſum effecerit, vt vel priuatim ab amicis legi vellet, hac oratione expoſuit, qua actius ſe retinentē *ſub teſtificatione diuini myſterii & ſplendore virtutum beatiſſimi Martini* compulſum iuratumque addicere opus, profeſſus eſt. Quæ ſane viri tam rara modeſtia, & abſtinentia laudis, inſignem merito habet commendationem Chriſtianæ humilitatis. Illudque ingenui candoris non exiguum eſt argumentum, quod pleraque ſe poemata inter peregrinandum libris & cenſura deſtitutum, mala gelida an ebria, feſſum interdum de via & medios inter barbaros crapula & comeſſatione diffluentes, effudiſſe magis quam elaboraſſe fatetur: omninoque defuiſſe ſeceſſum & otium, condimenta verſuum. Qua de cauſa diſerte item ad Gregorium ſe mitti ſcribit, nugarum ſuarum eum amore
ſeduci; tantum profecto illud animoſi poetæ dictum ab eius ſenſibus aberat. H

Tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo.

Verum vt vmbra, ſic gloria comes interea ſequitur fugientem: nam vt nunquam id Fortunato in mentem venerit, Eccleſiæ tamen publicus vſus ob ſuauitatem & intimæ religionis guſtum, quem in hoc Poeta experiebatur, certe libenter fecit, vt hymnos eius ad grauiſſimas etiam ceremonias aſſumeret, iiſque tum piorum animos iucunde afficeret, tum Chriſto laudes grateſque diceret. Rarius autem ad meditandum verſus acceſſiſſe, vel illud indicio ſit, quod Sapphicos efflagitanti Gregorio ſcribit, carminum ſtudia multis ab annis ſe poſuiſſe.

Poſtquam bis denos loquar iſtud annos
Clara quod ſcripſit [illegible] tenenda
Lesbia virgo.

Quod ergo vigentis fuit æui, ad diuinarum rerū ſtudiis,

eruditen-

A erudiendis nobilium puellarum animis, plebi quoque Pictauienſi inſtituendæ dediſſe, vix habeo ambiguum. Sed ſanctorum quoque virorum in Gallia paſſim, hac & antegreſſa ætate florentium vitæ commentariis ſcriptitandis haud parum operæ tribuit. Eſt etiam vnde interpretet B. Radegundis & cæterarum virginum inſtituto, excoluiſſe monaſticen, & fortean D. Cæſaris Arelatenſis regulam ſecutum. Opus enim alibi feciſſe veterum anachoretarum more, & texendi fiſcellas calluiſſe artem, lib. XI. prodit, cum ſpecimen operis ad ipſam Rhadegundem tranſmiſit, cuius etiam ipſe in B. Cæſarii leges eximium ſtudium non ſiluit, lib. VIII. poem. IV.

Cum ipuente fide Chriſti Rhadegundes amore,
Cæſarij, lambit, regula quicquid habet.
Cuius Pontificis refluentia pectora melle
Colligit, & riuos inſatiata bibit.

In tanta vero morum ſimilitudine, & contubernio ferme virginum perpetuo, & reginæ obſeruantia, Fortunati animum à B. Rhadegundis ſenſu parum diſcrepaſſe, intellectu difficile non eſt; cum ipſe præſertim reginæ vitam &
B ſcta, plurimum conſilio ſapientiaq; ſua moderaretur. Iam pudicitiæ & caſtitatis etiam ſuæ tot Fortunatus habet teſtes, quot de virginitatis laudibus extant ab eo verſus egregie conſcripti. Cum autem cælites omnes omnium ordinum eximia veneratione & honore proſecutus eſt, tum B. Martinum illud Galliæ & Pannoniæ lumen inſignite coluit; effuſior paſſim, vbi res ferret, in huius ſancti laudes. Frequens itaq; Turones adut, & ipſius ſancti limen orandi cauſa triuit, magnaq; ei D. Martini potiſſimum nomine, cũ Gregorio Turonenſi amicitia vitæque ſocietas interceſſit. Diuorum vero hominum laudes eo cumulauit & cecinit impenſius, quod duceret eſſe pietatis opus, conſecrare monumentis egregia Sanctorum facinora, ad eorum imitationem accendere poſteros. lib. II. poem. VIII.

Nam pietatis opus victores texere libros
Admonet ingenium, res ratione duplex.
Vna quod eſt habilis, de magnis magna fateri,
Nam bona qui reticet, criminis autor erit.
Altera cauſa monet: quoniam ſu[illegible] amore,
Et meliora cupit, qui ſua facta legit.

C

Capvt V.

Opuſcula & libri ab eo ſcripti.

ATque hoc quidem conſilio ad ſcribendum Fortunatus animum appulit. At vero opera & monumenta, quæ reliquit, capitulatim digerere, & admetiri non librorum ſerie, ſed numero, id longe vero ſactu difficillimum in illa quinti ſeculi nocte, vna mecum facile quiuis æſtimet, quiſquis in hiſtoria veteri vel mediocriter æſtimat. Nam qui in illis Trittenhemii ſpecioſis elenchis & indicibus acquieſcunt, næ præconi quantum nimiũ liberali ſæpius auſcultant. Meoque iudicio pluſculum in hoc genere, quam præſtare poſſit, haud raro vir bonus ſibi credi poſtulat: id cum aliis equidem argumentis poſſem, tum ne longius abeam, vel ex hoc vno hic oſtendero, quod pleraq; poemata eaq; breuiſſima ſub librorum ſpecie digerit, genuinos etiam titulos auertit, ac deniq; pauca ex hoc opere luſtraſſe
D aut cenſuiſſe, ipſe ſe meminit. Mihi vero, vt dixi, quia conſtitutum non eſt, exprimere monumentorum quicquid Fortunati extare, vel coniecturis, vel exploratione etiã via, cognoſci poſſit, id ſolum hic profiteor, conquiſitis & comparatis editis, ſcriptiſq; exemplaribus, opus illud vndecim librorum, & quatuor vitæ S. Martini, cuius indicem ex vaticana bibliotheca, licet mendoſum & imperfectum, reuerendus Iacobus Saluator Solanus editioni Calaritanæ ſubiecit, à nobis ita iam publice proponi, vt perfectius & omnibus ſuis partib. abſolutius, ante hac exierit nunquam, cum multis & membris & verſibus, forte quoq; libris iam auctũ prodeat. Nam quod Calari apud Sardos anno Chriſti MDLXXIV. opera Nicolai Canyelles editum eſt, id cum ſit plurimis & poematis, & partibus aliis, mutilum, lectionem præterea deprauatiſſimam habet, & ad octauum modo librum peruenit. Venetum autem, quod apud hæredes Ia-

E cobi Simbenii anno Chriſti MDLXXVIII. iterum prodiit, nihilo emendatius, vel auctius, pœnitendas mendorũ retulit cicatrices. Vtrumq; tranſalpinis regionibus in tanta obſcuritate manſit, vt editũ necne foret, pauci habuerint exploratum: repertique ſint non indiligentes hiſtorici, qui hiſce præteritis annis iam vulgatos verſus etiam pro nõ vulgaris laudibus, palam eos tanquam theſauros irrepertos oſtenderint. Pariſienſe quidẽ exemplar omnib. editis adhuc numero librorũ merito anteſtat; quod legitur VIII. tomo bibliothecæ SS. Patrũ. Sed quid inter hæc noſtra, & illud interſit, vno coniectu oculorũ quiſquis eſt, cui cor quidẽ ſapit, mox deprehenderit: nam præter multorum epigrammatum & poematum iacturam ipſi inter ſe confuſi libri atq; diſtracti, laceros artus & vitioſe diſtortaq; lectionis paſſim veſtigia præ ſe ferunt. Quintus autem liber & decimus ita male iſtic accepti ſunt, vt deſiderari ferme videri poſſint. Cæterum quod nos in præſentia damus, corpus eſt tanquã anima eorũ, quæ Fortunatus vno velut ſyntagmate conplexus, Gregorio Turonẽſi inſcripſit ac conſecrauit. Addit his Paulus diaconus hiſt. lib. II. hymnos præcipuorũ feſtorum ab eo conditos. id quod eiſdem pene verbis in viris illuſtribus
F cap. XLV. repetit Sigebertus. Horũ etiam auſus eſt ſignare numerũ abbas Spanheimenſis, ad LXXVII. Sed venit interdum mihi in mentem vereri, quam vere iſtuc à Tritenhemio dictũ eſſet: nam in aliena laude & opera cõmendanda profuſior, quod pluribus debebat, vni adnumeraſſe, ſat habuit. Et n. cũ vniuerſi cenſeantur, quos vſus retinet eccleſiaſticus XCII. aut ſane nõ multo amplius, horũ ſi pauculos eximas inferioris ætatis & ingenii, plurimos ad ſuos relegare autores licet, paucos ad Fortunatum. H[illegible]dœporici quoq; Sigebertus meminit, an eius quod li. X. natiigii titulum gerit, haud plane liquet. Quod autem poema Suphię Auguſtę inſcriptũ Trittenhemius memorat, id ab eo, quod Iuſtino Imperatori inſcripſit, plane nõ diuerſũ eſt. At quod de partu virginis bene longũ Fabricius, primũ edidit, illud vt indicib. & aliis vulgatis libris eſt pręteritũ, ita Fortunato citra dubium, atteſtatione veterũ exemplariũ, eſt aſſcribendũ. Atq; hæc ferme carminum ſeries, quę deſiderari in pleno opere poterant. Proſa vero longe plura & pręſertim ſanctorũ hominũ vitæ monumenta conſcripſit, quorũ hodieq; bonam partem aut obſoleſcere, aut etiã abolitam eſſe nũc aduertimus. Multũ ſane eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcripto-
G res quàlibet diſſimulent, debent ſemperq; debebunt reuerendo & doctrina vitæq; innocentia iuxta præſtantiſſimo viro Laurentio Surio, cuius videl. immenſo labore tot tãque diſperſi & abſtruſi geſtarum rerũ commentarii in vnũ collecti & lucẽ aſpexerunt, & eos mox fudere riuos, quorũ ſcaturigine hortos plurimi ſuos, tacita quoq; fontis origine largiter irrigarunt. Is profecto ni faceret, quantum egregiorum operum & omnigenæ virtutis exemplorum, non ſolum Fortunati, in tenebris & ſilentio iaceret. Huius itaq; præſertim indicio, conſtat primo quidem Fortunatum S. Hilarii Pictauorum Epiſcopi vitam duobus libris, qui ad XIV. Ianuarii leguntur, ſcripſiſſe, ex illius tamen, nec qua ſolet vbertate: vt manus alienæ veſtigium agnoſcere queas. Extat ad eam vitam præfatio Paſcentio Pictauorũ Epiſcopo inſcripta, in qua pro inſita modeſtia ſe obnixe purgat, quod inter ingentia flumina Euphraten, puta S. Hilarii, & B. Hieronymi Nilum, ſiccos fuerit auſus curſus extendere ſuos. In Martioque menſe acta referuntur Albini Confeſſoris, quæ à Fortunato adhuc presbytero, olim edita, memorat Greg. lib. de glor. Confeſſ. c. XCVI. S. Germani vero
H Pariſienſis res geſtas, quæ in Maio recolũtur, ſermone certe luculento pro eius æui more executus eſt: ſimiliter & Maurilii Andegauenſis Epiſcopi ad XIII. Septemb. At Sancti Medardi Nouiomenſis Epiſcopi fama ſanctitatis clariſſimi etſi commentarium vitæ ſcripſit, is tamen ad poſteros peruenit minime ſincerus. Nec etiam tacuit Turonenſis li. de glor. Confeſſ. ca. XLV. S. Seuerini Burdegalenſis Epiſcopi memoriam a Venantio celebratam, ſed eius induſtriæ fructus, vt & complurium aliorum monumentorũ, adhuc manet obſcurus & incompertus. Neq; huius generis quin longe quiſpiam reperiat plurima ambigere quidem ſoleo, ſed hæc recenſuiſſe in præſentia ſatis mihi viſum fuit, tum ad excitanda ſtudia aliorum, quibus maius haud dubie ſup-

A petit inueſtigandi otium, tum vt etiam qui velint, intelligant, quam in vtriuſq; ſermonis laude Fortunatus habuerit facultatem, non quidem ad huius ætatis noſtræ guſtum, ſed illorum temporum lance, te æſtimata.

CAP. VI.

Extrema ætas Epiſcopatus & obitus.

HÆc ſane rerum capita ob vetuſtatem & teſtium idoneorum inopiam magna premuntur caligine, nec vt cætera quædam, perinde nobis allucent. Pictauis conſumpſiſſe Fortunatum extremam ætatem nemo ſit qui eat inficias. At pontificiam ibi ſedem adeptum Epiſcopi honore, ambigant, qui plurimum à Gregorio Turonenſi eum notarunt vocari presbyterum, eoque ſolum nomine vel in acta mitti, vel citari teſtem. Quibus nec calculum negare ſuum videntur veteres tituli operis præcipui, quod inſcribi ſolet, Fortunato presbytero Italico. Sed leuis hæc difficultas momento tollitur, ſi quis illos ſacrorum poematum libros, adhuc dum presbyter eſſet, ab eo ſcriptos, in memoriam reuocet; eaque in dignitate perſtitiſſe tum etiam, quando Gregorius Francorum res geſtas memoriæ prodebat. Ar-
B gumenta certe Epiſcopatus à Fortunato tandem poſſeſſi initi, hæc minime ſunt leuia vel contemnenda. Marouem namque epiſcopum Paſcentii ſucceſſorem multis liquet annis Pictauorum eccleſiam adminiſtraſſe, quippe qui, Sigeberto rege exorſus, eam quoque ſub Childeberto filio, & quamdiu Rhadegundes fuit in viuis, tenuit, vt Gregorius tradit lib. 9. c. 40. Interfuit vero Gregorius ipſe funeri B. Rhadegundis, Marouco non optime in parthenonem, quia diœceſi ſubtraheretur ſuæ, animato. Traho igitur eam quoque partem, vt ſæculo demum quinto exeunte, Fortunatum iniiſſe, & breuis æui pontificatum geſſiſſe, credam: ſiquidem Plato ſuffectus Marouco eſt Childeberti patrocinio, poſt B. Rhadegundis exceſſum, ipſo præſente Gregorio, vt libro 10 poem. 10. Fortunatus ſcripſit, at præſtantiũ ſcriptorum iudicio B. Rhadegundes ſub Chriſti annum DXC. vita migrauit: Serus ergo Fortunati epiſcopatus; quẽ ſucceſſiſſe demum Platoni, interpretatio haud difficilis eſt. Nec vero Genebrardi hic ego Chronologiam magni non facerem, ni imbecilla viderem eam niti ratione, ceu Gregorio magno hos carminum libros poeta dedicaſſet. Is n. vitam Fortunati ad Chriſti annum DCVI. exporrigit, hoc ipſo, quod dixi, fretus argumento. Sed vt propagaſſe conſ-
C que ætatem valde dubium non ſit, certius eſt tamen, Gregorio Turonenſi, quam magno Gregorio hoſce libros inſcriptos, atque adeo hoc in opere nullum cum Gregorio illo Romano actæ ſimul vitæ, extare veſtigiũ. Quo grauior etiam horum nimirum lapſus eſt, qui ſuis in faſtis, & ad Sigeberti viros illuſtres notis Fortunato attribuêre annum Chriſti DCCL. quorum ſcilicet ſententiam quoq; Xiſtum Senenſem in ſua bibliotheca ſequi, nõ pœnituit. At Chronologia eccleſiaſtica, quæ operæ non ſegnis Viennæ nuper exiit, ne tolerari hic quidem iam poteſt: nam poſtquam tẽporum rationes optimas ſecuta, Fortunatum anno DLXX. annumeraſſet, mox eundem Sancti Venantii Honorati nomine ceu à priore aut à ſeipſo diuerſum ſubiciens Xiſto autore, claruiſſe ait potius anno Chriſti DCC. Sed leuiora quidem hæc videantur, quam vt hoc à me loco commemorari debeant: niſi vt error errorem trahit, ſic quo ne ſerpat & iſte longius, vtilis etiam hæc cuiuſque generis cautio
D ſit. Cæterum Epiſcopatus apud Pictauos à Fortunato geſti clariſſima hæc teſtimonia ſunt: in primis illud Pauli diaconi. lib. 11. c. 13. *Nouiſſime in eadem ciuitate (Pictauorum) inquit, primum presbyter, deinde Epiſcopus ordinatus eſt, atque in eodem loco digno tumulatus honore, quieſcit.* Aimoinus etiam in Francorum hiſtoria lib. 2. cap. 13. *Ab Heſperiis in Gallias, ait, tranſiens Pictauis Epiſcopus ordinatur.* Diſertiſſime idem Baudomnia affirmat æqualis B. Rhadegundis, & Sanctimonialis ex Fortunati diſciplina, quæ acta vitæ B. Rhadegundis ab ipſo inchoata explens, Fortunatum appellat Epiſcopum & virum Apoſtolicum. Extat in Fabricii quoque notis ad poetas Chriſtianos ſyntagma vitæ Fortunati ex Lilio Giraldo, Petro Crinito, Tritenthemio, & aliis, neſcio, quibus collectum, vbi ob ſanctimoniæ famam & vitæ integritatem fertur in cœleſtium numerum relatus; cuius equidem traditionis fidem, cum hagiologia ſileant, nec documenta ſuppetant veterum literarum, ad autores relegare malim, quam iudicium interponere meum. Illud E
ſatis prædicatur ab antiquis, & res docet ipſa, virum egregiis fuiſſe pietatis & virtutum ornamentis. nec immerito ſcriptum à Trittenhemio: *Inter cunctos ſuæ ætatis doctores non minus ſanctitate conuerſationis, quam ſcientia eruditionis clarum effulſiſſe.* Id quod tanto eius ætati propior Paulus diaconus cum a Pictauienſibus ipſis coram didiciſſet, rogatu Aprœ ius loci Abbatis, hoc ei epitaphium ſcripſit, quo non illius magis doctrinam & pulchritudinem ingenii quam vitæ ſanctitatem extulit: & manifeſte Sanctum eum compellans, hoc ipſo quoque nomine eius patrocinium verſibus implorauit.

Ingenio clarus, ſenſu celer, ore ſuauis,
Cuius dulcia multi pagina multa canit.
Fortunatus, apex vatum, venerabilis actu,
Auſonia genitus hac tumulatur humo.
Huius ab ore ſacro ſanctorum geſta priorum
Diſcimus: hæc monſtrant carpere lucis iter.
F *Felix quæ tantis decoratur Gallia gemmis*
Lumine de quarum nox tibi tetra fugit.
Hos modico prompſi plebeio carmine verſus
Ne tuus in populis, Sancte, lateret honor.
Redde vicem miſero, ne iudice ſpernar ab æquo,
Et memini meritis poſce, beate, precor.

In catalogo Pictauienſium epiſcoporum, quem ex Bouchetii annalibus Aquitaniæ, publicauit Antonius Demochares, legitur vixiſſe S. Fortunatus, temporibus Iuſtini iunioris.

Imagines ſanctorum Auguſtanorum.

S. FORTVNATVS EX PRESBYTERO ITALICO

Epiſcopus Pictauienſis.

PAVLVS *ante annum, quam Longobardi Italiam inuaderent, Rauenna religionis cauſa ad S. Martini ſepulchrum profecturus, Auguſtam attigit. Quod cum a Paulo Diacono diſerte proditum, tum ex itineris ratione, quam Fortunatus ipſe deſcripſit, eſt intelligere &c. Auguſta S. Afræ reliquias præ cætero pietatis ſtudio,* G *veneratum non difficile, nec dubia coniectura ex verſibus ſub finem operis de S. Martini vita.* Sic ibi.

VARIORVM SCRIPTORVM DE FORTVNATO IVDICIA

& elogia.

Gregorius Turonenſis libro quinto hiſtoria Francorum

CAP. VIII.

SI quis tam ſtrenuus virtutes illius (loquitur de ſancto Germano) quas in corpore geſſit, ſollicite vult inquirere, librum vitæ illius, qui à Fortunato presbytero compoſitus eſt, legens cuncta reperiet. Item de gloria martyrum li. 1. c. 42. De templo S. Laurentii apud Brionas. Fortunatus presbyter multo plures ſcripſit verſiculos quos ego prætermiſi hos tantum pro teſtimonio veri ſcribens. H

Paulus Diaconus hiſtoria Longobardorum lib. II.

CAP. XIII.

FORTVNATVS natus quidem in loco qui Duplauenis dicitur, fuit, qui locus haud longe à Ceneteñſi caſtro vel Taruiſina diſtat ciuitate. Sed tamen Rauennæ nutritus, & doctus in arte Grammatica, ſiue Rhetorica, ſiue ẽt Metrica clariſſimus extitit. Hic cũ dolorem oculorum vehementiſſimũ pateretur, & nihilominus, Fœlix ipſius ſocius pari modo oculos doleret, vterque ad baſilicam beatorum Pauli & Ioannis, quæ intra eandem vrbem ſita eſt, pergere, in qua etiam altarium in honorẽ beati Martini confeſſoris conſtructum propinquam habet feneſtram, in qua lucerna ad exhibendum lumen eſt conſtituta, de cuius oleo mox

ibi

A ſibi iſti Fortunatus & Fœlix dolentia lumina tetigerunt, illico dolore fugato, ſanitatem quam optabant, adepti ſunt. Qua de cauſa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus eſt, vt relicta patria paulo antequam Longobardi Italiam inuaderent, Turonos ad eiuſdem beati viri ſepulchrum properaret, Qui ſibi, vt in ſuis carminibus refert, illuc properanti per * flumen Tiliamenti & Reunam, perque Oſupum, & Alpem Iuliam, perque Aguntum caſtrum Drauumque & Birrum fluuios, ac Breonem, & Auguſtam ciuitatem, quam Vindo & Lycus fluentant, iter fuiſſe deſcribit. Qui poſtquam Turonos iuxta votum proprium aduenit, Pictauis pertranſiens illic habitauit, & multoties ibidem ſanctorum geſta partim proſa, partim * metrali ratione conſcripſit. Nouiſſimeque in eadem ciuitate primum presbyter, deinde epiſcopus, ordinatus eſt, atque in eodẽ loco digno tumulatus honore quieſcit. Hic B. Martini vitam quatuor libris heroico verſu intexuit, & multa alia maximeque hymnos ſingularum feſtiuitatum, & præcipue ad ſingulos amicos verſiculos nulli poetarum ſecundus ſuaui & diſerto ſermone compoſuit.

* [illegible] * Metrica.

B

Hilduinus Abbas epiſt. ad Ludouicum Pium Aug. Sur. Tom. 5. in Octobri ad vitam S. Dionyſii.

GRegorio Turonenſi contemporalis exiſtens, vir prudens & Scholaſticiſſimus Fortunatus, qui plura & frequenter ad eum: ſcripſerat, hymnum rythmicæ compoſitionis pulcherrimum de iſto (Dionyſio Areopagita) glorioſiſſimo martyre compoſuerat, in quo commemorat eum à B. Clemente deſtinatum, ſicut in Latinorum pagina didicit: de natione autem eius & ordinatione epiſcopatus mentionem non facit, quia linguæ Græcæ penitus expers fuit.

Hincmarus præfat. ad vitam S. Remigii.

FOrtunatum virum religioſum metricis verſibus inſignem, qui à multis potentib. & honorabilib. in his Gallicis & Belgicis regionibus per diuerſa loca tunc vitæ ac ſcientiæ ſuæ merito inuitabatur, ait rogatu Ægidii quarti

C poſt B. Remigium iſtius ciuitatis epiſcopi, vitam illius Sancti ſcriptam vberius excerpſiſſe. & iſto compendio operi maiori velut lucem & vſum ademiſſe.

Aimoinus Monachus libro tertio hiſtoriæ Francorum. cap. XIII.

FOrtunatus, qui in Rhetorica Metricaque arte famoſiſſ habebatur, ab Heſperia in Gallias tranſiens, Pictauis epiſcopus ordinatur. Hic multorum vitas paſſionesque ſanctorum, partim proſa, partim metro compoſuit, ad amicos quoque ſingula diſticha elegans orator conſcripſit, vnde Sigeberto regi elegiacum miſit carmen, congratulans, & in nuptiis Brunichildis, Quem cum quidam conſors librum ad diuerſos ab eo ſibi familiares conſcriptum manibus intuliſſet meis, in eo facunditatem viri, dulcemque affabilitatem ſatis admiratus ſum.

Flodoardus hiſtor. Remenſ. eccleſ. lib. II. cap. II.

D FOrtunatus Italicus apud Gallias in metrica inſignis habebatur.

Sigebertus in Chronico ſuo ad annum DLXXV.

FOrtunatus poeta veniens ab Italia, claret in Gallia.

Vincent. Spec. lib. XXII. C. CXXVI. ex Hug. Floriac.

FOrtunatus vir egregius.

Ingenio clarus, ſenſu celer, ore ſuauis.

Qui ab Italia Turonos adueniens, actus B. Martini IV. libris, heroico contexuit metro. Verum inde aſſumtus, Pictauorum ordinatus eſt Epiſcopus. Scripſit autem etiam vitam B. Hilarii Pictauienſis, & vitam B. Maurilii Andegauenſis. Huius eſt illa ſententia breuis & vtilis:

Pauper in anguſto regnat habendo Deum.

legitur lib. 8. c. 4. v. 396.

B

Ioannes Tritthemius libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

FOrtunatus Epiſcopus Pictauienſis, natione Italus, vir in diuinis ſcripturis doctus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, & nitidus, carmine & proſa excellens, inter cunctos ſuæ ætatis doctores non minus ſanctitate conuerſationis, quàm ſcientia eruditionis clarus effulſit. Hic virtute ſancti Martini à dolore oculorum liberatus, pro agenda gratiarum actione, Turonis ad eius ſepulchrum venit, & Pictauos progreſſus, primo Presbyter, deinde epiſcopus ibidem ordinatus, magna doctrina & religione claruit. Scripſit eleganti carmine multa vtilia, & deuota opuſcula, de quibus ego tantum vidi ſubiecta.

Ad ſanctam Rhadegundem regis Turingorum vltimi filiam & regis Francorum captiuam, poſtea Pictauii Cœnobii abbatiſſam, verſu hexametro.

F

Excidium belli Turingorum lib. I. Conditio belli triſtis.
Ad Ioannẽ de Rhadegunde lib. I. Aonias auido, qui Iamb.
Ad Iuſtinum iuniorem lib. I. Gloria ſumma patria, natique.
Ad Sophiam Auguſtam, lib. Cui meritus compar fui.
In perſona Rhadegundis lib. I. Poſt patriæ cineres.
In laudem Martini epiſcopi lib. I. Lumen Apoſtolicum.
De Leontio venerabili epiſcopo lib. I. Inter quos genuit.
De eiuſdem laudibus lib. I. Agnoſcat omne ſæculum.
Hymnorum ſeptuaginta ſeptem li. I. Agnoſcat omne ſæculum,
De miraculis S. Martini lib. 4.
Vita S. Hilarij Pictauienſis lib. I. Hodœporicum viæ ſuæ lib. I.
Vita Sancti Maurilij Epiſcopi li. I. Epiſtolar. ad diuerſos. lib. I.

Carminum ad amicos lib. I. Rex regionis apex &c. Alia quoque multa compoſuit, quæ cum breuia ſint ſub librorum nomine nolui conſignare. Plura enim Epitaphia & verſus breues ſcripſit, quos vidi. Claruit ſub Iuſtino iuniore Aug. Domini. D. LXX.

G

Platina in Vita Ioannis Tertii Papæ.

Fortunatus vir ſingularis litteraturæ & eloquentiæ, Gallos ad mitiorem cultum redegit ſcriptis & exemplo. Ad Sigebertum enim eorum regem libellum de gubernando regno perſcripſit, ac beati Martini vitam eleganter compoſuit.

Petrus Crinitus libro quinto de Poetis Latinis.

VEnantius Honorius Fortunatus inter Chriſtianos poetas relatus eſt: & cum ingenio, atque moribus longe præſtaret, Rauennæ eruditus traditur, magnaque diligentia in Latinis literis inſtitutus. De hoc Fortunato referuntur permulta apud eos auctores qui de geſtis Gallorum annales compoſuerunt. Neque deſunt, qui ſcribant illum diu verſatum in Gallia, & ob egregiam eruditionem, optimumque ingenium pontificem Pictauorum factum. Plura

H ac varia opera edidit, quibus ingenii facilitatem, minimeque imparem doctrinam demonſtrat. Leguntur adhuc eius poemata & hymni complures, qui magnopere commendati ſunt à noſtris Grammaticis. Sed & libros quatuor fecit de geſtis diui Martini verſibus hexametris: præfatus, tali opere ſe imitari Chriſtianos poetas, vt Alchimum Prudentium. Iuuencum, Paulinum, & alios plures Idem Fortunatus maximo affectu, ſingularique beneuolentia proſequutus eſt Gregorium pontificem. Euphronium, atque Fœlicem, vt alios omittamus. In peruetuſtis exemplaribus additum eſt nomen Clementiani, quod ab his probari poterit, qui paulo accuratius antiquitatem perſcrutari voluerint.

A

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYteri Italici;

LIBER PRIMVS.

DOMNO SANCTO ET DOTE MERITORVM SACRIS ALTARIBVS ADSCITO pariter & educto Gregorio Papæ, Fortunatus.

ACVMINVM ſuorum luculenta veteris ætatis ingenia, eorum qui natura feruidi, curatura fulgidi, vſu attriti, auſu ſecuri, ore facundi, more feſtiui, præclaris operibus celebratura, ac poſteris ſtupore laudanda, reliquere veſtigia, certe illi inuentione prouidi, partitione ſerij, diſtributione librati, epilogorum calce iucundi, cola fonte proſlui, commate ſucciſo venuſti, tropis, paradigmis, periodis, epicherematibus coronati, pariter & cothurnati, tale ſui canentes dederunt ſpecimen, vt adhuc noſtro tempore quaſi ſibi poſthumi viuere credantur, & ſi non carne, vel carmine. Quibus licet * *ſors finem tulerit, tamen cum dicta permanent, vitalis memoria de mortuis aliquid mors reliquit, et totum vſquequaque ſepeliuit in tumulo, cum reſtat liberum, vt vel lingua viuat in mundo: hoc neſciens auara mors auferre cum funere, quod per ora viuentium defunctum videt currere ſi non pede, poemate. In hoc tamen melius ſuperata morte inuida, ſi ſermone ſenſerit, & mercede ſe bis victam. Sed ſicut hi quos clara lingua tacitat lux illuſtres, quorum dicta celari fuerat aperte damnum pati. & qui pompoſe facundiæ florulenta germina niſi miſiſſent in publicum, fecerant peculatum, merito famæ radios per quaque traxerunt, vt peragrantes mundum, quæcunque magni carmine loca innoteſcerent. Lux augeretur, ita ſi vir conſultus, ſi occulantur tacitis, quæ faſtidiri poterunt reuelati. Nec* * *tantum expr. brabile eſt neſcire quod horreat, quam* * *patere quod vitat, minoriſque diſpendii celat, vt videatur inſcitia, quam prolata: quia illic obſtat pudor, ne prodatur notitia, hic audacia proditur, vt ingerat notam. Vnde vir Apoſtolicæ prædicande papa Gregori, quia* * *viriliter flagitas, vt quædam ex opuſculis imperitia mea tibi transferenda proferrem, nugarum mearum admiror te amore ſeduci. Quæ cum prolata fuerint, nec mirari poterunt, nec amari. Præſertim quod ego* † *imperitus de Rauenna progrediens Padum, Athesim, Brintam, Plauem, Liquentiam, Tiliamentumque tranans per Alpem Iuliam pendulus, montanis anfractibus, Drauum Norico: Oenum Breonis: Liccam Boiaria: Danubium Alemannia: Rhenum Germania tranſiens, ac poſt Muſellam, Moſam, Axonam, & Sequanam Ligerim, & Garonnam Aquitaniæ maxima fluenta tranſmittens, Pyrenæis occurrens Iulio menſe niuoſis, pæne aut equitando, aut dormitando conſcripſerim. Vbi inter barbaros longo tractu gradiens, aut via feſſus, aut crapula brumali ſub frigore, Muſa hirriante, neſcio gelida magis an ebria, nouus Orpheus lyricus ſyluæ voces dabam, ſylua reddebat. Quid inter hæc extenſa viatica conſulte dici potuerit, cenſor ipſe menſura, vbi non vrgebat vel metus ex iudice, vel probabat vſus ex lege, nec inuitabat fauor ex comite, nec emendabat lector ex arte: vbi mihi tantundem valebat raucum gemere, quod cantare apud quos nihil diſpar* † *erat, aut ſtridor anſeris, aut canor oloris: ſola ſæpe bombicans barbaros leudos harpa* † *relidebat: vt inter illos egomet non muſicus poeta, ſed muricus, deroſo flore carminis poema non canerem ſed garrirem, quo reſidentes auditores inter acernea pocula ſalute bibentes inſana, Baccho iudice debacchantur. Quid tibi* † *affabre dictum ſit, vbi quis ſanus vix creditur, niſi ſecum pariter inſanitur? quo gratulatio magis eſt ſi vivere licet, poſt bibere: de quo conuiuam thy ſicum, non fatidicum licet exire, ſed fatuum, cum quantum ad mei ſenſus intelligentiam pertinet, quia ſe vigrans non explicat bruta anima ipſa tenuia ſunt ebria. Hinc eſt quod latens opuſculum & ſiminus videtur famoſum plus eſt liberum, quia de examinatione non habet quod tam trepidet priuatum, quam publicum. Vnde neceſſario anguſti ſenſus ingenium ſe menſuret cenſore quod eſt mittendum ſub iudice. Sed quoniam humilem impulſum alacriter accris renitentem ſub teſtificatione diuini myſterii, & ſplendore virtutum beatiſſimi Martini coniurans hortaris ſedule, vt contra pudorem meum deducar in publicum, me in meo friuolo arbitrio ſcabroſi operis ignorantiam conſitente quod aliis poſcentibus patefacere diſtuli, obediendo cedo virtutis, hanc ſaltem obtemperandi viciſſitudinem repenſurus, vt quia hæc fauore magis* † *delegantur, quam iudice, aut tibi tantum innoteſcentia relegas, aut intimorum auribus* † *amis aliter* † *quæſo vlulatura committas.*

B

* mors.

* tam. * pateſci.

* viriſtim.

C

† impos.

* diſparat. * relidens.

* ſalute.

D

LIBER PRIMVS.

I.

Ad Vitalem Epiſcopum Rauennenſem.

ANTISTES domini, meritis in ſecula viuens
Gaudia qui Chriſti de grege paſtor habes:
Cum te Vitalem voluit vocitare vetuſtas,
Nouerat æternum te metuiſſe diem.
Dignus Apoſtolica præfulgens mente ſacerdos,
Qui ſacer Andreæ tam pia templa locas.
Quam bene pro meritis domini conſedit in aula;
Per quem digna Deo eſt ædificata domus.
Sumpſiſti à domino culmen, cui culmina condis,
Qui tibi digna dedit, reddis honore vicem.
Emicat aula potens ſolido perfecta metallo,
Quo ſine nocte manet continuata dies.
Inuitat locus ipſe Deum, ſub luce perenni,
Greſſibus vt placidis intret amando lares.
Qui loca das populis, dominum quo ſemper adorent,
Vt capiant veniam, tu facis † eſſe viam,
Gratia mens, animus, bonitas, dilectio plebis,
Et gradus, & pietas, te dedit eſſe patrem.
Proſperitas ſe veſtra probat, quæ gaudia ſupplens,
Intulit egregios ad tua vota viros.
Dux nitet hinc armis; præfectus legibus illinc;
Venerunt per quos creſcere feſta ſolent.
Ne tibi deſit honor, populum Deus auxit opimum:
Qui vidit ſenſum hoc voluiſſe tuum.
Myſterium fidei compleuit vota petenti;
Felix cui dominus, quæ cupis ipſa vehit.
Plurima diuino celebres ſolemnia dono,
Atque Dei florens templa locando colas.

II.

De templo Domni Andreæ quod ædificauit Vitalis epiſcopus † *Rauennæ.*

QVISQVIS ad hæc ſanctæ concurris limina templi,
Si venias ſupplex, hic prece ſumis opem.
Quam ſacer Antiſtes Vitalis condidit arcem,
Culmine quæ cœlo eſt tempore ducta breui.
Fundauit, ſtruxit, dotauit; deinde dicauit,
Et meruit templi ſoluere vota ſui.
Quo veneranda pii requieſcunt viſcera Petri:
Qui meruit ſolus claue ligare polos.
Paulus Apoſtolica ſimul hac retinetur in aula,
Seductor quondam qui modo doctor ouat.
Hanc ſacer Andreas propriam ſibi vendicat arcem,
Et cum fratre pio participata regit.
Hæc ſua tecta replet Laurentius igne ſereno,
Cui pia flamma dedit luce perenne diem.
Vitali domus iſta placet, qui viuus arenis
Defoſſus meruit perdere mortis iter.
Sunt loca Martini, qui texit veſte tonantem,
Ne magis algeret ſe ſpoliare dedit.
Ecce Vigili arx eſt, quem ruſtica turba peremit.
Vnde mori voluit, mors magis ipſa fugit.
Incolit hæc pariter Maturus atque Siſennus,
Quos genus atque fides & tenet vna ſalus.
Sanctus Alexander, felixque Cecilia pollens,
Quos meritis omnes vna corona manet,
Hæc bonus antiſtes, Vitali vrgente, Ioannes,
Condidit egregio viſcera ſancta loco.
O nimium fœlix, æternum in lumen iture,
Cuius vita ſuo proficit † iſta Deo.

III.

De baſilica Domni Stephani.

GLORIA celſa pios Domini circumdat amicos,
Quorum diffuſum viuit in orbe decus.
Pertulit hic martyr pro Chriſto orientis in axe,
Ecce ſub occaſu templa beatus habet.
Fundatus virtute Dei de morte triumphans
Excepit lapides, cui petra Chriſtus erat.
Gens Iudæa ferox Stephanum quem perdere credis,
Et ſi carne tamen neſcit honore mori.

E

* delinbatur. * cantabiliter confabulatura.

Vitalis epiſcopus.

B. Andreæ ædes à Vitali conſtructa.

I

Dedicationis ...

† Rauennatis. B. Andreæ ædes ...

G

H

A Ille tenet palmam meritis, tu crimine pœnam,
Poſſidet ille polos, tu magis ima petis.
Hæc ſacra Palladius Leuitæ templa locauit,
Vt de ſibi ſciat non peritura domus.

à Palladio epiſcopo erectum.

IV.

De baſilica S. Martini.

EMicat aula decens venerando in culmine ducta
Nomine Martini ſanctificata Deo.
Cui vitæ merito fiducia tanta coruſcat
Vt populis tribuat quod pia vota rogant.
Extulit hanc Fauſtus deuoto corde ſacerdos,
Reddidit & Domino proſpera dona ſuo.

Fauſtus ſacerdos.

V.

In cellulam S. Martini, vbi pauperem veſtiuit, rogante Gregorio epiſcopo.

QVi celerare paras, iter huc deflecte viator,
B Hic locus orantem cautius ire docet.
Exul enim terris, cœli incola, ſæpe ſolebat
Clauſis Martinus hinc aperire polos.
Æde ſub hac habitans heremi ſecreta tenebat,
Per medios populos anachoreta potens.
Hic ſe nudato tunica veſtiuit egenum,
Dum tegit algentem, plus calet ipſe fide.
Tum vili tunica veſtitur & ipſe ſacerdos,
Proceſſitque inopi tegmine ſummus honor.
Qui tamen altaris ſacra dum myſteria tractat,
Signando calicem ſigna beata dedit.
Namque viri ſacro de vertice flamma refulſit,
Ignis & innocui ſurgit ad aſtra globus.
Ac breuibus manicis, fieret ne iniuria dextræ,
Texerunt gemmæ, qua caro nuda fuit.
Brachia nobilium lapidum fulgore coruſcant,
Inque loco tunicæ pulchra ſmaragdus erat.
Quam bene mercatur, qui dum veſtiuit egenum
Tegmine pro tunicæ brachia gemma tegit.
C Tu quoque qui cœlis habitas Martine precator,
Pro Fortunato fer pia verba Deo.
Imperijs parere tuis pie, chare, ſacerdos,
Quantum poſſe valet, plus mihi velle placet.

Vita S. Martini ab Seuero, & Sulpit. dialog. 2. c. 1.

VI.

De baſilica S. Martini.

QVi cupit æterne ſociari in ſede beatis,
Hos ſibi participes per pia vota facit.
Nec patitur differre diu, quod oportet agendo,
Cum bona quæ dederit, hæc ſua lucra putet.
Condidit ergo atuis delubra Leontius alma
Talibus officiis, intret vt ipſe polos.
Martini meritis & nomine fulta coruſcant,
Quem certum eſt terris ſigna dediſſe poli.
Qui lepræ maculas medicata per oſcula purgans
Pacis ab amplexu morbida bella tulit.
Hæc tamen ingenio ſunt ædificata perito,
Quo nihil egregius gloria laudis eget.
D Additus ad ſpecimen locus ipſe quod eminet aruis,
Elatoque iugo colle tumente patet:
Altius educto ſub ſe tenet omnia dorſo,
Et quæcunque petit deliciosa, videt.
A longe veniens oculo vicinus habetur,
Iungitur aſpectu diſſociante loco.
Quo feſſus rapitur viſu inuitante viator
Si pede defecerit, lumine tractus adit.
Quæ Placidina ſacris ornauit culmina velis
* Atque ſimul certant, hic facit, illa colit.

Leontius autor huius baſilicæ.

Structuræ ſitus & elegantia.

Plac. & Leo. * certantque ſimul

VII.

*In honorem baſilicæ S. Martini quam ædificauerunt Baſilius & * Baudegundes.*

* Baudegundis.

DIſcite mortales terris nihil eſſe quod obſtet
Cum ſacra templa Dei, flumine fixa manent.
Pulchra per anguſtos vt ſurgeret aula meatus,
Et ſi mons vetuit, præbuit vnda locum.
E Vt famularetur domini vaga lympha ſupernæ,
Curſibus antiquas ars noua ſubdit aquas,
Cum Baudegunde, quo mente Baſilius vna
Hoc renouans priſcum reddit, & auget opus.
Sic Martine tuus honor amplus vbique meretur,
Vt loca nulla negent, quo tibi feſta ſonant.
Talibus officiis pacatus opime ſacerdos
Quorum vota vides, redde benigne vicem.

VIII.

*De baſilica S. Vincentii * apud Garumnam.*

* vitra.

TEmpore vita breuis meritis fit longior almis
Auguſtoſque dies tendit honore fides.
Poſt finem ſine fine manet mens dedita Chriſto
Linquens turbam hominum ſtat ſociata Deo.
Hac ope ſuffultus Vincentius extat in æuum
Gloria martyrii cuius opima viret.
Vertice ſucciſo rapuit qui ex morte triumphum,
Et noua de terris proles ad aſtra volat.
Credidit vnde necem, ſancto dedit hoſtis honorem,
Percuſſorque magis morte perenne iacet.
F Vicerat ille miſer, hunc ſi iugulare nequiſſet;
Nam abſtulit vnde caput, contulit inde polum.
Huius amore nouo pia vota Leontius explens
Quo ſacra membra iacent, * ſtannea tecta dedit
Et licet emicat meritis venerabile templum
Attamen ornatum præbuit iſte ſuum.
Præmia ſuccedant operanti longa ſalutis,
Huius vt obſequiis culmina ſancta micent.

S. Vincentius martyr Aginnenſis.

Capite punitus.

* Stagnea. Leontius vius baſilicam ornat.

IX.

*De baſilica S. Vincentii * Vernemetis.*

* Vernimetum.

CVltoris Domini toto ſonus exiit orbe,
Nec locus eſt vbi ſe gloria celſa neget.
Sed cuius meritum ſcimus percurrere mundum,
Huius vbique viri ſurgere templa decet.
Ecce beata nitent Vincenti culmina ſummi
Munere Martyris qui colit aſtra poli.
Promptus amore pio, quæ papa Leontius olim
Condidit eximio conſolidata loco.
Nomine Vernemetis voluit vocitare vetuſtas
G Quod quaſi fanum ingens Gallica lingua refert.
Auſpicii præmiſſa fides erat * ante futura
Vt modo celſa domus ſtaret honore Dei.
Hic etiam ſanctus, Domini ſuffultus amore,
Virtutis ſummæ ſigna tremenda dedit.
Nam cum templa Dei præſul de more dicauit,
Martyris aduentu dæmonis ira fugit.
Redditur incolumis quidam de * parte maligna,
Cui vidiſſe pii templa, medella fuit.
Emicat aula potens diuino plena ſereno,
Vt merito placeat hic habitare Deo.
Nunc ſpecie ſuadente loci, ac virtutis honore
Euocat hic populos, hinc decus, inde ſalus.
Qui plebem accendit venerandæ conditor arcis
Talibus officiis præmia iuſta * metat.

Vernemetis etym on. * ante. Dedicatio baſilicæ miraculo illuſtratur.

* peſte.

* metas.

X.

De Domno Nazario martyre Chriſti.

H CVlmina conſpicui radiant veneranda Nazari,
Cuius membra ſolum, ſpiritus alta tenet.
Semine terrigeno terrenis vſibus exſors,
Immortale bonum, puluere natus homo.
Nil carnale volens, ſed Chriſti præmia poſcens,
Sanguine de proprio victima digna Deo.
Hæc tibi templa ſacer deuota Leontius offert.
Maiorem que ſuam hinc cupit eſſe domum.
Hic prius anguſto fabricata eſt machina gyro,
Quo neque tunc poterat plebs veneranda capi.
Deiectamque ſolo rurſus fundauit ab imo,
Et dedit hæc, quæ nunc amplificata placent.

S. Nazario ædem poſuit idem Leontius.

XI.

De baſilica Domni Dionyſii.

QVi cupis egregii ſtructorem noſcere templi,
Tam pia non patiar vota latere tibi.

A

Amelius Burdigalenſis epiſcopus.

Longius hinc olim ſacra cuius delubra fuiſſent,
Et plebs ob ſpacium ſæpe moueret iter.
Exiguam dederat hic præſul Amelius arcem,
Chriſticolam populum nec capiente loco:
Quo vitæ claudente diem dehinc prole graduque.
Venit ad hæredem hoc opus atque * locus.

Leontius itidem baſilicam hanc erigit. à Dionyſii Areopagitæ martyrium.

Fundauitque piam hanc papa Leontius aulam,
Obtulit & Domino ſplendida dona ſuo.
Quam venerandus habet propriam Dionyſius ædem
Nomine ſub cuius ſanctificata nitet.
Qui feruente fide Chriſti ſolidatus amore
Vertice ſuppoſito colla ſecanda dedit.
Membrorum contemptor erat, cupiendo coronam
Vile putans quidquid ferret amore Dei.
Vt moritura caro donum immortale pararet,
Vulnera dilexit, ſed caritura nece.
Hoſtili occurrens gladio, ſe miſit olympo;
Vnde mori voluit, vota ſalutis habet.

B

* facta.

Nec anguſta prius ſubtraxit fana ſacerdos,
Hæc niſi perficeret quæ modo * culta placent.
Aſſidue in priſco peragens cerimonia templo,
Donec rite ſequens conſolidaſſet opus.

XII.

De baſilica S. Bibiani.

S. Bibianus epiſcopus Sanctonẽ. Euſebius epiſcopus Sanctonẽ. Emerius epiſcopus * Sanctonũ.

DIgna ſacerdotis Bibiani templa coruſcant,
Quo, ſi iuſta petis, dat pia vota fides,
Quæ præſul fundauit ouans Euſebius olim
Ne tamen expleret, raptus ab orbe ſuo.
Cui mox Emerius ſucceſſit in arce ſacerdos,
Sed cœptum vt strueret, ferre recuſat onus.
Qui precibus commiſit opus tibi papa Leonti
Cuius ad hoc votum ſuggerit inſtat amor.
Vltro tale decus tibi ſe ſeruauit agendum,
Nec niſi tu fueras qui loca ſacra dares.
O meritum iuſti manſurum in luce perenni,
Per quem ſe cupiunt templa verenda coli.

C

Sacra ſepulchra tegunt Bibiani argentea tecta,
Vnanimis tecum quæ Placidina dedit.
Quo ſuper effuſum rutilans intermicat aurum,
Et ſpargunt radios pura metalla ſuos,
Ingenio perfecta nouo tabulata coruſcant,
Artificemque putes hic animaſſe feras.
Sed cui vos animo donaria tanta dediſtis,
Hic agat, vt vobis ſtet diuturna ſalus.
Nec dubitent, qui digna ferunt, ſibi magna rependi,
* Præmia dum propriis reddat opima Deus.

* Dum quoque propria reddit

XIII.

*De baſilica S. * Eutropii.*

* Eutropis

QVantus amor Domini maneat tibi, papa Leonti,
Quem ſibi tam ſancta templa nouare mouent.
* Eutropii illa etenim venerandi antiſtitis aula,
* Corruat, & ſenio dilacerata ſuo.

* Eutropis * corruerat

Nudataſque trabes paries vacuatus habebat,
Pondere non tecti ſed male preſſus aquis.

D

Nocte ſopore leui cuidam veniente miniſtro,
Inſtauratorem te docet eſſe ſuum.
Pro mercede tui meruit magis ille moneri;
O fœlix de quo ſit pia cura Deo
Nunc meliore via viruit renouata vetuſtas,
Et laſſæ fabricæ flos rediuiuus adit.
Ætas acceſſit, tamen hæc iuueneſcit honore,
Vnde ſenex fieret, iunior inde redit.
Hic * ſcalptæ cameræ decus interraſile pendet,
Quos pictura ſolet, ligna dedere iocos.

* ſculptæ. S. Eutropius Sanctonum epiſcopus.

Sumpſit imagineas paries ſimulando figuras
Quæ neque tecta prius hæc modo picta nitent.
Vrbis Sanctonicæ primus fuit iſte ſacerdos
Et tibi qui reparas iure priora dedit.
Cum ſua templa tenet ſanctus, habitando quiete,
Inſtauratori reddit * honore vicem.

* amore.

XIV.

De calice Leontii epiſcopi.

SVmmus in arce Dei pia dona Leontius offert,
Votis iuncta ſacris & Placidina ſimul.
Fœlices quorum labor eſt altaribus aptus,
Tempore qui paruo non peritura ferunt.

E

XV.

De Leontio Epiſcopo.

Leontius Galliis * digni...

INter quos genuit radians Aquitanicus axis,
Egregius meritis culmina prima tenes.
Ciuibus * ex Galliis ſupereminet alta poteſtas,
Tu potior reliquis & tibi nemo prior.
Præcedis multos, nulli minor, atque ſecundus,
Nec ſupereſt aliquid, quod dare poſſit, honor,
Qui cum te primum veſtiuit flore iuuentus,
Paruus eras annis, & grauitate * ſenex.

Ingenium. * Senex.

Verſus ad Hiſpanas acies cum rege ſereno
Militiæ creuit palma ſecunda tuæ.

Militia.

Cuius primitiæ tantò placuere relatu,
Vt meritis eſſet debitus iſte gradus.
Nec poterant ſubito tibi culmina celſa parari,
Hæc niſi digna tuum promeruiſſet opus.

F

Nobilitas maiorum.

Nobilitate potens præcellis papa Leonti,
Clarus ab antiquis ſi numerentur aui.
Nam genus & proaui, vel quid quid in ordine dicam,
Per proceres celſos currit origo vetus.
Tempora diffugiunt, & ſtat tamen aula parentum;
Nec patitur lapſum, te reparante, domus.
Nobilitas longos non inclinauit in annos;
Cui magis aſcenſum proles opima dedit.
Inclita progenies ornanit luce priores,
Hæredis radio ſplendet origo patrum.
De radice ſua reſtita eſt flore vetuſtas;
Quam merito veſtræ laudis obumbrat honor.
Quamuis non aliquis potior modo poſſit haberi,
Tu tibi præcedis amplificando patres.

Epiſcopatus ſummo vincit maiorum genus. Magnificentia & religio eius in templis erigendis, inſtaurandis Leontius ... ga ... clarus epiſcopus.

Emicat altus apex generoſa ſtemmata pandens,
Cuius apud reges voica palma patet.
Eccleſiæ nunc iura regis, venerande ſacerdos,
Altera nobilitas additur inde tibi.
Pontificalis apex quamuis ſit celſus in * vrbe,
Poſtquam te meruit, creuit adeptus honor.
Aula Dei & paſtor, vicibus ſibi præmia reddunt,
Illi tu ornatum, ſpem dedit illa tibi.
Munere diuino pariter floretis vtrique.
Tu mercede places, illa decore nitet.

G

Tertius à decimo huic vrbi antiſtes haberis,
Sed primus meritis enumerandus eris.
Templa vetuſta Dei reuocaſti in culmine priſco
Poſtque ſuum lapſum nunc meliora placent.
Flore iuuentutis ſenio fugiente coruſcant,
Et tibi læta fauent, quo renouante virent.
Vt tu plus ageres, incendia tecta cremarunt,
Et nunc laude tua pulchrius illa micant.
Nullaque flammicremæ ſenſerunt damna ruinæ,
Quæ modo poſt ignes lumine plena nitent.
Credo quod ex ſeſe voluiſſent ipſa cremari,
Vt labor ille tuus hæc meliora daret.
Poſt cineres conſumpta ſuos, tenueſque fauillas,
Sic ſolet & Phœnix ſe renouare ſenex.

H

Inſtaurata etiam ſacri eſt baptiſmatis aula,
Quo maculas veteres fons lauat vnus aquis.
Ecce beata ſacræ fundaſti templa Mariæ,
Nox vbi victa fugit ſemper habendo diem.
Lumine plena micans imitata eſt aula Mariam,
Illa vtero lucem clauſit, & iſta diem.

B. Mariæ ædes.

Nec ſolum hic, ſed vbique micant tua templa ſacerdos,
Inter quæ plaudens Sanctonus illa docet.
Qui loca das populis, vbi Chriſtum iugiter orent.
Vnde ſalus veniat, te facis eſſe viam.
Eccleſiæque domus creſcente cacumine pollet.
Et probat eſſe tuum, quod modo culta placet.
Feciſti vt libeat cunctos huc currere ciues,
Et domus vna vocet, quidquid in vrbe manet.
Ornaſti patriam, cui dona perennia præſtas,
Tu quoque dicendus, Burdegalenſe decus.

Patria Leontii.

Quantum inter reliquas caput hæc ſuper extulit vrbes,
Tantum pontifices vincis honore gradus.

A

* Garumnæ.
* arenis.

Inferiora velut ſunt flumina cuncta * Garumnæ,
Non aliter vobis ſubiacet omnis apex.
Rhenus ab Alpe meãs, neque tantis ſpumat * habenis,
Fortior Hadriacas nec Padus intrat aquas;
Danubius par eſt, qui longius egerat vndas,
Hæc ego tranſcendi; iudico nota mihi.

Corpus domini aſſeruatur in vaſis ſacris. * miniſterium.

Muneribuſque pijs dotaſti altaria Chriſti,
Cum tua vaſa ferunt viſcera ſancta Dei.
Nam cruor, & corpus domini libamina ſummi,
Rite * miniſterio, te tribuente, venit.
O fœlix, cuius ditat pia templa facultas,
Cui res iſta magis non peritura manet.
Non ærugo teret mordaci dente talentum,
Nec contra hæc fures arma doloſa mouent.
Et data res viuit, facit & bene viuere dantem,
Cum moritur terris, ducitur inde polis.
Hæc poſſeſſor habet, quidquid tranſmiſerit ante,
Sola tenet ſecum quæ prius ille facit.
Hæc tibi templa debunt, & vaſa ſacrata ſacerdos
Et quidquid reliquum vee numerare queo.

B

* columen.

Eccleſiæ * columen per tempora longa guberues
Et mercede pia fructus vbique metes.

[illegible] coniugis olim Leontii Auguſtale genus. * faſces.

Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre,
Quæ tibi tunc coniux, eſt modo chara ſoror.
Lumen ab Arcadio veniens genitore refulget,
Quo manet Auguſtum germen Auite tuum,
Imperii * faſtus toto qui rexit in orbe;
Cuius adhuc pollens iura ſenatus habet,
Humani generis ſi culmina prima requiras,
Semine Cæſareo nil ſupereſſe poteſt.

Placidinæ virtutes

Sed genus ipſa ſuum ſenſus, & moderamine, vicit;
Cuius ab eloquio dulcia mella fluunt.
Chara, ſerena, decens, ſolers, pia, mitis, opima,
Quæ bona cuncta gerit, quidquid honore placet.
Moribus ingenio meritorum luce coruſcans,
Ornauit ſexum mens precioſa ſuum.
Plurima cur referam, quantis ſit prædita rebus,
Quæ potuit votis nupta placere tuis?

C

S. Mariæ patrocinium

Augeat hæc vobis vitam, cui templa dediſtis,
Culminibuſque ſuis culmina veſtra tegat.

XVI.

Hymnus de Leontio epiſcopo.

AGnoſcat omne ſæculum
Antiſtitem Leontium
Burdegalenſe præmium,
Dono ſuperno redditum.
Bilinguis ore callido
Crimen fouebat inuidum,
Ferens acerbum nuntium,
Hunc iam ſepulchro conditum,
Celare ſe non pertulit
Qui triſte funus edidit,
Et ſi nocere deſut
Inſana vota prodidit.
Deceptus arte noxia,
Caſſata deflet crimina,
Dum quæ putabat triſtia,
Conuerſa ſunt in gaudia.

D

Exempla ſæua protulit,
Calcanda cuncto tempore;
Vt iam ſibi conſcriberet
Decreta viuo antiſtite.
Fucata res hæc contigit,
Vitanda caſto pectore,

ambitionis [illegible] defuit.

Superſtite vt præſumeret
Poſt fata quod vix * debuit.
Grauat ſacerdos ordinem
Qui epiſcopatum ſic petit;
Præcepta qui complectitur
Fugit honoris ambitum,
Hoc ſi cui ſit debitum
Coactus aſcendat gradum,
Non ſe petente callide
Sed dante Chriſti munere.

E

Ineptus eſt quis ipſe ſe
Præferre vult eccleſiæ:
Nam rem ſacratam ſumere,
Electio diuina ſit.
Karus ſacerdos ordinem
Hilarius non ambiit
Martinus illud effugit
Gregorius vix ſuſtulit.
Leges refutant ambitum,
Inuaſor omnis pellitur,
Quod reſpuunt prætoria
Viuet nefas eccleſia.
Maligna erant certamina
De ſede non tamen ſua:
Quæ nec pati deſiderat
Non infert mens improba:
Nec longiore tempore
Verſantur io hoc murmure;

Leontii reditus inopinatus.

Dum cogitant ſuccedere;
Redit ſacerdos qui fuit.

F

Orante plebe, protinus
Dum nemo credit, redditur.
Quæ confluunt per triſtia.
Maiora ſunt hæc gaudia.
Plauſu fauebat ciuitas,
Cui redit felicitas,
Orbata, quem defleuerat,
Patrem recepit anxia.
Quem vix putabat redditum
Præuenta voto proſpero,
Res mira quando cernitur
Solet ſtupere viſio.
Recolligit rector gregem;
Errore captum ſuſcipit,
Paſtoris arte cognita,
Gauiſa ſunt ouilia.
Sumpſit gradum quo tempore,
Regreſſus eſt eo die.
Quis non ſuperno munere

G

Hoc contigiſſe prædicet?
Tantum nec ante præmium
Plebi fuit, cum factus eſt,
Læta quantum tunc fuit
Quando recepit præſulem.
Venite ciues plaudite,
Et vota votis addite,
Quo facta ſunt miracula
Seruent eum cœleſtia.
Xhriſtus ſeuerio lumine
Circummolet, quem reddidit,
Vt trina creſcat gratia
Mercede, vita, gloria.
Ymnum canendo concrepet
Quiſquis Deo non inuidet,
Laus eius eſt qui præſulem
De mortis ore retrahit.

H

Zelante fido pectore,
Tam vera dici non pudet.
Hæc parua nobiliſſimo
Papæ damus Leontio.

XVII.

Ad Placidinam matrem Leontii epiſcopi.

MVnera parua nimis pia ſuſcipe quæſo libenter,
Quæ magis ipſa decens mutuis in orbe micas.
Fluctibus è medijs hæc vt daret, inſula vobis
Oceanus tumidis murmure præſtat aquis.
Quæ loca dum volui properans agnoſcere, Ponti
A Borea veniens reppulit vnda furens.
Proſperitas vt veſtra tamen te plena probaret,
Obtulit in terris, quod peteretur aquis.

XVIII.

*De * Biſſono villa Burdegalenſi.*

* Biſſonno.

EST locus, æſtifero quamuis ſit tempore feruor
Quo viret aſſiduo flore refectus ager.

A Reſpirant croceis depicta coloribus arua,
Flagrat odoriferis blandior herba comis.
Incola Biſſonnum vocat hunc de nomine priſco,
Millia ſeptem vrbs hinc Burdegalenſis abeſt.
Quo poſſeſſor amans prætoria grata locauit,
Partibus atque tribus porticus æqua ſubit.
Strauerat ipſa ſolo ſenio rapiente vetuſtas,
Perdiderat vultum forma decora ſuum.
*Hæc. * Hunc, meliore via, reuocat labor ille Leonti,
Quo præſente domus nulla ruina premit.
Nunc quoque proſperius velut aula ſepulta reſurgit,
Et fauet autori viuificata ſuo.
Reddidit interea priſco noua balnea cultu,
Quo recreant feſſos blanda lauacra viros.
Hic referunt nutriſſe lupos deſerta tenentes,
Intulit hic homines, expulit vnde feras.

XIX.

De Veregini villa Burdegalenſi.

B INTER opima feraz, qua voluitur vnda Garomnæ,
Vereginis ripis vernat amœnus ager.
Hic breuis aſcenſus lenī ſubit aggere cliuum,
Carpit & obliqua mole viator iter.
Altior à planis aruis minor eminet altis;
Necve humilis nimium, necve ſuperbit apex.
Colle ſedet medio domus ædificata decenter,
Cuius vtrunque latus, hinc iacet, inde tumet.
Machina celſa caſæ triplici ſuſpenditur arcu,
Quo pelagi pictas currere credis aquas,
Exilit vnda latens viuo generata metallo,
Dulcis & irriguo fonte perennis aquæ.
Quo ſuper accumbens celebrat conuiuia paſtor,
Incluſoque lacu piſce natante bibit.
Nunc renouanda venit papæ mercede Leonti,
Quem Dominum longo tempore culta cupit.

XX.

De Præmiaco villa Burdegalenſi.

QVAMVIS inſtet iter, retraharque volumine curæ,
At te pauca ferens carmina flecto viam.
C Captus amore tui nunquam memoranda tacebo,
Te neque prætereo prætereundo locum.
Qui cum digna loquar, ſi ſyllaba quarta recedat,
Præmiacum pollens præmia nomen habes.
Delitiis obſeſſus ager, viridantibus aruis,
Et naturalis gratia ruris ineſt.
Condita quo domus eſt, planus tumor exit in altum,
Nec ſatis elato vertice regnat apex.
Qua ſuper incumbens locus eſt deuexus in amnem.
Florea gemmato gramine prata virent.
Leniter appulſus quoties inſibilat Eurus,
Flexa ſupinatis fluctuat herba comis.
Hinc alia de parte ſeges flaueſcit ariſtis,
Pinguis & altricem palmes opacat humum.
Piſcibus innumeris non deficit vnda Garomnæ,
Etſi deſit agris, fruges abundat aquis.
Sed te quærebant hæc munera tanta Leonti:
Solus defueras, qui bona plena dares.
Nam quod pulchra domus, quod grata lauacra niteſcunt,
Conſolidatorem te cecinere ſuum.
D Vt tamen acquirant & adhuc fabricanda decorem,
Temporibus longis hæc tua dona regas.

XXI.

De Ægircio flumine.

LAVS tibi forte minor fuerat generoſe Garomna
Si non exiguas alter haberet aquas.
Lubricat hic quoniam tenuato Ægircius hauſtu,
Præfert diuitias paupere fonte tuas.
Denique diſſimilem ſi comparet vllus vtrumque,
Hic vbi fit riuus tu, puto, Nilus eris.
Te famulans intrat, ſed hunc tua regna refrenant
Gallicus Euphrates tu fluis, iſte latet.
Ægircii fluuii multiplex ingenium. Nam quantum Oceanum tumidus tu curſibus auges,
Iſte tuas tantum creſcere præſtat aquas.

E Torrida præſertim cum terris incubat æſtas,
Ac ſitiente ſolo triſtis anhelat ager.
Cum Titan radiis feruentibus exarat arua,
Et calor ignifero vomere findit humum,
Languidus arentes fugiens vix explicat vndas,
Et cum piſce ſuo palpitat ipſe ſimul.
Flumine ſubducto vacuatas lambit arenas,
Sedibus in propriis exul oberrat aquis.
In limo migrante lacu conſumitur amnis,
Terraque fit ſterilis, quo fuit vnda rapax.
Deficiunt vſto ſolatia cuncta rigore,
Nomine cum proprio triſtis & æger eget.
Forte viator iter gradiens non inuenit hauſtus,
Vnde alios recreet, qui ſitit ipſe ſibi.
Se cupit infundi fluuius, ſi porrigis vndas
Si tamen eſt fluuius quem madefactat homo,
Gurgitis impreſſas * labens tota ſignat arenas. * lambens
Atque retundantes orbita ſiſtit aquas.
Si venias equitando, viam ſub tempore cancri *inſidens
Vix tamen * inſidians vngula mergit, equi. *inſidens
Vidimus exiguum de limo ſurgere piſcem,
Qui retinente luto naufragus errat humo.
Nec fluuius nec campus adeſt, nec terra, nec vnda,
Piſcibus inhabilem nullus arare poteſt. F
Sola palude natans querulos dat rana ſuſurros,
Piſcibus excluſis aduena regnat aquis.
At ſi forte fluat tenuis de nubibus imber,
Vix pluit in terris, iam minet iſte minax.
Ingentes animos parua de nube reſumit?
Fit ſubito pelagus, qui fuat ante lacus.
Turbidus incedens vndis eget ipſe lauari,
Semper inæqualis, cui nihil, aut ſatis eſt.
Non ripis contentus, agit compendia curſus,
Quod de monte bibit per lata plena vomit.
Vertice torrenti rapitur quaſi morte tyrannus
Indignatus iter munera vaſtat agri.
Diſcurrit ſeges in fluuium * ſtat piſcis in agro, *ſed.
Ordine peruerſo meſſe natante iacet.
Quæ fuerant ouibus, donantur paſcua ranis,
Prata tenent piſces, & trahit vnda pecus.
Obtinet expulſus ſtabulum campeſtre ſilurus
Plus capitur terris, quam modo piſcis aquis. G
Sarcula quos foderent agros mala retia muſcent,
Figitur hic hamus, quo ſtetit ante palus.
Sors vna eſt, piſcis ſiccent, aut flumina creſcant,
Nunc reſidet limo, nunc iacet exul agro.
Sed cur triſte diu loquimur de gurgite paruo?
Vritur & verbis, nec recreatur aquis.
Sufficiat flagrare ſibi, cur addo vapores?
Atque bis æſtiuum creſcere tempus ago?
Vnica ſed tandem damus hæc ſolatia laudis,
Quod tribuit piſces euacuatis aquis.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESbyteri Italici,

LIBER SECVNDVS.

I. H

De cruce Domini.

CRVX benedicta nitet Dominus qua carne pependit.
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauat.
Mitis amore pio pro nobis victima factus,
Traxit ab ore lupi qua ſacer agnus oues.
Transfixis palmis vbi mundum à clade redemit,
Atque ſuo clauſit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit clauis confixa cruentis,
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens, ô dulce & nobile lignum;
Quando tuis ramis tam noua poma geris.

A

Cuius odore nouo, defuncta cadauera ſurgunt?
Et redeunt vitæ qui caruere die.
Nullum vret æſtus ſub frondibus arboris huius:
Luna nec in noctem, ſol neque meridie.
Tu plantata micas, ſecus eſt vbi curſus aquarum,
Spargis & ornatas flore recente comas.
Appenſa eſt vitis inter tua brachia, de qua
Dulcia ſanguineo vina rubore fluunt.

II.

In honorem ſanctæ crucis hymnus.

PAnge lingua glorioſi prælium certaminis,
Et ſuper crucis trophæo dic triumphum nobilem.
Qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.
De parentis protoplaſti fraude facta condolens,
Quando pomi noxialis morſu in * mortem corruit, *a morte.*
Ipſe lignum tum notauit damna ligni vt ſolueret.
Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat,

B

Multiformis proditoris arte vt artem falleret,
Et medellam ferret inde, hoſtis vnde læſerat.
Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis,
Miſſus eſt ab arce patris natus orbis conditor,
Atque ventre virginali carne factus prodiit,
Vagit infans inter arcta conditus præſepia,
Membra pannis inuoluta virgo mater alligat;
Et pedes, manuſque crura, ſtricta cingit faſcia.
Luſtra ſex qui iam peracta, tempus implens corporis,
Se volente natus ad hoc paſſioni deditus,
Agnus in crucis leuatur immolandus ſtipite.
Hic acetum, fel, arundo, ſputa, claui, lancea,
Mitte corpus perforatur, ſanguis, vnda, profluit,
Terra; pontus, aſtra, mundus quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis,
Nulla talem ſylua profert, flore, fronde, germine.
Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinens,

E

Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera,
Et rigor lenteſcat ille quem dedit natiuitas,
Vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite.
Sola digna tu fuiſti ferre * precium ſæculi *ſæcli pretium*
Atque portum præparare nauta mundo naufrago,
Quem ſacer cruor perunxit, fuſus agni corpore.

III.

*In honorem ſanctæ crucis * & oratorii domus eccleſiæ apud Turones.* *vel.*

VIrtus celſa crucis totum recte occupat orbem,
Hæc quoniam mundi perdita cuncta refert,
Quoque ferus ſerpens infecit felle venenum,
Chriſti ſanguis in hac dulce liquore lauat.
Quæque lupi fuerant raptoris præda ferocis,
In cruce reſtituit virginis agnus oues.
Tenſus in his ramis cum plantis brachia * pendens, *pandens*
Eccleſiam ſtabilit pendulus ipſe cruce.

F

Hoc prius in ligno reparans deperdita pridem,
Quod vetiti ligni poma tulere bibi.
Addita quin etiam virtutum flamma coruſcat,
Dona quod obſequiis crux parat ipſa ſuis.
Denique ſanctæ cruci hæc templa Gregorius offert,
Dum pallas operit, ſigna gerendo crucis,
Dona repente dedit diuina potentia Chriſtus,
Mox fuit & voti cauſa ſecuta pii.
Pallia nam meruit, ſunt quæ cruce textile pulchra,
Obſequiiſque ſuis crux habet alma crucea
Serica quæ niueis ſunt * agnina blattea telis, *agnina.*
Et textis crucibus magnificatur opus.
Sic tuo pontifici dedit hæc deuota voluntas,
Atque dicata cruci condita vela placent
Vnde ſalutifero ſigno tibi clare ſacerdos
Hoc cui complacuit, reddere magna valet.

IV.

Item de ſignaculo ſanctæ Crucis.

C

DiusapexCARNEEFFINGENSGENITal[illegible]alimi
VtraliterRaecoupingitſangVinegluten
LuciferaaaVtaanimanteſaFflulrillic
ConditurenIXanaadamſaetOriſadinsrat
ExiluitprorοPlaſmaſoloResnobilisuſu
DiuesinasbitrIotadianTiluminedabine
ExmembrisadaeuAafirtVmvirginishauae
CarneereatauriDehiNceopulatureidem
VtpanodiſsiacobEnelAeterneruntinhortO
SEddeiedeptiapepViirTemerabſleguteVR
SeRpensiaſuaſupOmisVcoatcaproprinAnS
InsAciarrieimorTiſaMreaaceldirilLiuC
GauiSurusobboceAeiiFluisafteloCatoR
NaſciPronobismiSetaRisetuleetEclanI
InerucEeonfigitAlimAlagmateiNuneriS
VnsſaluSNOBISLIGNOAGNISANGVIneueniT
IucundaſpeciesiNtepIabrueehiaerifrI
AffixarieteldanEErpaLmapiabilisinhaC
CaracatopopuasiNmirEaſuſaultibauſsV
ArborsuAVISAGRITECVMNOVAVITAparatuR
ElectaVtuisusieEeruCiaordiuePulcbrA

D

LumenSpesseurumGeneRisliquoesAbicrV
InmoRtaledeeusnEeeiVsrilactapaRastI
VnaOmnemuitamsiCenuXtuaeauſatigAuiT
ImBtecruenrapinVeliSdasuauirapotTuM
TRiatiaſummersoMundAstiuulneraelaVO
ArbordulciaagriRoraNsecorticeneeraR
RamiedecuinsuirAliaCrismarafragrant
EacellensculturDiuaorTuſulgidafructu
DelicioaaciboEtperpomAsuauisinumbra
EntegismagniGemmauseTuobilesignum
MutuaetarmaViriſuiirusIVaaraprecatu
PandebenigNauiamuinaaerfEtsillelamen
TummemotaDferopemnobiadgeRminedauid
InerucerEXFIXVSIVDEXCVMPRAEcerrorbi

G

H

V.

DE SANCTA CRVCE.

E xtorquethoesortedciuenia bileaſignum m
R uſticolaslandesniuentireddereflatu u
I nmequitegitireluiumplaſmabilenumen n
P ortioniuentumrutitiofauſtamedella c
E xcluſorenlpaetrinitaseffuſacreato i
C uiushonorium euiusgloriaegnaconeu c
R l l c
E h f o
D i m l
E i p l
N i l e
T g c s c
E h d y f
S u e i u
F m l g o
I p t n r
D i n t u c
E xfideimeritomagnumpiereddisabiſham m
I m x g o
D b e e u
E i r n e
C b u e t
V e e t q
S g l a r
A d a s e
R o m t a
M r e l n
A t n s
S r a h a
A c d o l
L e o n c
V e e o a
T m r a r r
I i d l u
S iepaterecigenitusics : sspiritusunus s

VI.

De ſancta Cruce.

SVLASASALVS
LASATASAL
SATRTAS
TRERT
RECER
ECICE
CIHIC
M THIHI M
VI HIMIH CV
IGV IMXMI. MEC
GVFERIHIMXVXMDOMINIME
VFERIHIMXVRVXDOMINIM
FERIHIMXVRCRVXDOMINI
VFERIHIMXVRVXDOMINIM
GVFERIHIEXVXEDOMINIME
IGV SEXES MEC
VI TSEST CV
M. QTSTQ M
VQTQV
AVQVA
MAVAM
SMAMS
ESMSE
MESEM
PMEMP
EPMPE
AREPERA
ODARERADO
ORODARADORO

Crux mihi certa ſalus, crux eſt quam ſemper adoro
Crux Domini mecum; crux mihi refugium.

A

VII.

Hymnus in honorem ſanctæ crucis.

VEXILLA regis prodeunt,
Fulget crucis myſterium,
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.
Confixa clauis viſcera,
Tendens manus veſtigia
Redemptionis gratia,
Hic immolata eſt hoſtia.
Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceæ,
Vt nos lauaret crimine,
* & Manauit vnda * ſanguine.
Impleta ſunt, quæ concinit
Dauid, fideli carmine,
* dicendo * Dicens; in nationibus
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora & fulgida,
B Ornata regis purpura,
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membra tangere.
Beata, cuius brachijs
Precium pependit ſæculi.
Statera facta eſt corporis
Prædam tulitque Tartari,
Fondis aroma cortice,
Vincis ſapore nectare,
Iucunda fructu fertili,
Plaudis triumpho nobili
Salue ara; ſalue victima;
De paſſionis gloria
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam reddidit.

VIII.

De Domino Saturnino.

IANVA celſa poli terra pulſante pateſcit,
C Et recipit natos, quos generauit humus.
Admiranda hoc eſt occaſio facta ſalutis,
Vt de morte ſua præmia lucis emant;
Saturninus enim cupiens ſe nectere Chriſto,
Carnali in habitu noluit eſſe diu.
* diſſolui. Vincula corpori * diſſoluere carceris optans,
Plenius vt Domino ſe ſociaret homo.
Tempore maturo cum iam ſpes eſſet adulta,
Sumpſerunt precium vota beata ſuum.
Saturninus Toloſæ epiſcopus. Eius res geſtæ. Dumque ſacerdotio frueretur in vrbe Toloſa,
Et populis Chriſtum panderet eſſe Deum:
Oſtendens verbis, addens miracula factis,
Vt quod ſermo daret conſequeretur opus.
Gentiles animas rapiens de fauce tyranni,
Subdebat regi, qui dedit arma ſibi.
Martyrium. Sed vitiata malis, & plebs infecta venenis,
Curari effugiens, ægra iacere volens,
Comprendit male ſana virum; ad capitolia duxit,
Atque ſuo medico vulnera plura dedit.
Pro pietate dolum, pro melle venena rependens,
Contra tutorem noxia bella mouet.
D Subligat indomiti Sanctum & veſtigia tauri,
Et ſtimulat, fieret ne fuga tarda feri.
Peſſima mens hominum diri noua beſtia monſtri,
Nec tauri indomiti ſufficit ira tibi.
Naturæ rabidæ feritatem adiungere noſti,
Quod per ſe neſcit, te ſtimulante furit.
Turba cruenta, nocens, huius te vulnere perdis,
Et ſi non illi, parcere diſce tibi.
* Hinc. * Hic ferus, impatiens mox curua per auia raptus,
Paſſim membra pij fundit in vrbe viri
Sepultura. Tum mulier collegit ouans, & condidit artus,
* Vna ſed * Sola vna famula participante ſibi;
Hæc fuit inſignis rapiendæ cauſa coronæ,
Gloria martyrij ſic celebrata nitet.

Ante ſepulchra pii dantur modo dona ſalutis, Miracula.
Et corpus lacerum corpora multa fouet.
E
Dic vbi mors inimica iaces? vbi victa recumbis,
Quando vides ſancti funere vota dari?
Quem male credebas obitu finiſſe ſalutem,
Dat vitam multis, & tenet ipſe ſuam.
Hunc captiua cubas, qui te regnare putabas,
Inuadendo peris, teque furendo necas.
Te tua pœna premit, tua te fera vincula torquent,
Quos dare vis gemitus, ipſa ferendo gemis,
Martyr ouans cœlos retinet, tu liuida, triſtis
Mors, inimica tibi Tartara nigra colis.
Florigera nunc ſede manet ſine fine beatus,
Inter odoratos thure * calente choros. * thure adoleſque.
Non aliquas metuit placato iudice cauſas,
Præmia, ſed miles victor habenda petit,
Digna triumphantem, quæ reſtat palma, ſequetur;
Pro te Chriſte mori eſt gloria, vita, quies.

IX.

De Launebode qui ædificauit templum S. Saturnini.

LAVDIBVS humanis reliquorum corda reſultent, F
At mihi de iuſtis commemorare vacet.
Nam pietatis opus victores texere libris, Encomia ſibi agere ſanctorum.
Admonet ingenium res ratione duplex;
Vna quod eſt * habilis, de magnis magna fateri, * habilem.
Nam bona qui reticet, criminis autor erit.
Altera cauſa monet, quoniam * ſucceſſus amatur, * ſucceſſus amore.
Et meliora cupit, qui ſua facta legit.
Saturninus enim martyr venerabilis orbi;
Nec latet egregij palma beata viri.
Qui cum Romana properaſſet ab vrbe Toloſam, Saturninus Roma Toloſam miſſus.
Et pia Chriſticoli ſemina ferret agri.
Tunc veſana cohors, Domini comprehendit amicum,
Inſtituitque pii membra terenda trahi.
Implicitus tauri pede poſteriore pependit, Certat pro fide.
Tractus in obliquum dilaceratus obit.
Hac ope de terris animam tranſmiſit Olympo;
O fœlix cuius funere mors moritur.
Sed locus ille quidem quo ſanctus vincula ſumpſit, Vinculorũ locum Launebodes tẽplo illuſtrat erecto.
Nullius templi fultus honore fuit.
Launebodes enim poſt ſæcula longa, ducatum
Dum gerit, inſtruxit culmina ſancta loci. G
Quod nullus veniens Romana gente fabriuit,
Hoc vir barbarica prole peregit opus.
Coniuge cum propria Berethrude clara decore,
Pectore quæ blandi clarior ipſa nitet.
Cui genus egregium fulget de ſtirpe potentum,
Addidit ornatum vir venerando Deum.
Quæ manibus propriis alimonia digna miniſtrat,
Pauperibus tribuens ſe ſatiare cupit.
Indefeſſa * ſpem Chriſti per templa requirit, * fidem.
Iugiter excurrens ad pietatis opus.
Nudos veſte tegit, ſitienti pocula profert;
Se magis æterno fœmina fonte replet.
Proficit hoc etiam, quidquid gerit illa marito,
Anxia pro cuius vota ſalute facit.
Dux meritis in gente ſua qui pollet opimis,
Celſus vbique micans nobilitatis ope.
Sed quamuis altum teneat de ſtirpe cacumen,
Moribus ipſe ſuos amplificauit auos. H
Ergo pari voto maneant in ſæcula iuncti,
Et micet ambobus conſolidatus amor.

X.

Ad clerum Pariſiacum.

CORTVS honorifici decus & gradus ordinis ampli,
Quos colo corde, fide, religione patres;
Iam dudum oblitis deſueto carmine plectri
Cogitis antiquam me renouare lyram.
En ſtupidis digitis * ſtimularis tangere chordas, * ſtimulaſſis.
Cum mihi non ſolito currat in arte manus.
Scabrida nunc reſonat mea lingua rubigine verba,
Exit & incompto raucus ab ore fragor.

A Vix dabit in veteri ferrugine cuttis acumen,
Aut fumo infecto ſplendet in ære color.
Sed quia dulcedo pulſans quaſi malleus inſtat,
Et velut incude cura relîſa terit.
Pectoris atque mei ſuccendins igne caminum,
Vnde miniſtratur cordis in arce vapor;
Obſequor hinc, quia me veluti fornace recocto
Artis ad officium veſter adegit amor.
* clerus. Celſa Pariſiaci * cleri te uerentia pollens,
Eccleſiæ genium gloria munus, honor.
Pſalmodia cleri Pariſienſis. Carmine Dauidico diuina poemata pangens,
Curſibus aſſiduis dulce reuoluit opus.
Inde ſacerdotes, Leuiticus hinc micat ordo:
Illos canicies, hos ſtola pulchra tegit.
Illis pallor ineſt, rubor his in vultibus errat,
Et candent rutilis lilia mixta roſis.
Illi iam ſenio ſed & hi bene veſtibus albent,
Vt placeat ſummo picta corona Deo.
S. Germani Pariſienſis elogium. In medio Germanus adeſt antiſtes honore,
Qui regit hinc iuuenes, ſubrigit inde ſenes.
* canentum Leuitæ præeunt, ſequitur grauiaurdo * ducatum,
Hos gradiendo mouet, hos moderando trahit.
Ipſe tamen ſenſim incedit, velut alter Aaron;
Non de veſte nitens, ſed pietate placens.
B Non lapides, coccus, cidarim, aurum, purpura, byſſus
Exornant humeros, ſed micat alma fides.
Iſte ſatis melior veteri quam lege ſacerdos,
Hic quia vera colit quod prius vmbra fuit;
Magna futura putans, præſentia cuncta refellens.
Antea carne carens, quam caro fine ruens.
Sollicitus, quemquam ne deuoret ira luporum,
Colligit ad caulas paſtor opimus oues.
Aſſiduis monitis ad paſcua falſa vocatus,
Grex vocem agnoſcens currit amore ſequax,
Miles ad arma celer, ſignum mox tinnit in aures,
Erigit excuſſo membra ſopora toro.
Aduolat ante alios, myſteria ſacra requirens,
Vndique quiſque ſuo templa petenda loco:
Pariſienſis populi pietas & hymnodia. Flagranti ſtudio populum domus it rigat omnem,
Certatimque monent quis prior ire valet.
Peruigiles noctes ad prima crepuſcula iungens
Conſtruit angelicos turba verenda choros.
Greſſibus exertis in opus venerabile conſtans,
Vim factura polo cantibus arma mouet.
Stamina pſalterij lyrico modulamine texens,
Verſibus orditum carmen amore trahit.
C Hinc puer exiguis attemperat organa cannis.
* ſenis Inde * ſenex largam ructat ab ore tubam.
Cymbalicæ voces calamis miſcentur acutis,
Diſparibuſque tropis fiſtula dulce ſonat.
Tympana rauca ſenum puerilis tibia mulcet,
Atque hominum reparant verba canora lyram.
Leniter iſte trahit modulos, rapit alacer ille,
Sexus & ætatis ſic variatur opus.
Triticeas fruges feruens terit area Chriſti,
Horrea quandoquidem conſtruitura Dei.
Voce creatoris reminiſcens eſſe beatos,
Quos dominus, vigiles dum redit ipſe, videt.
In quorum meritis, animo, virtute, fideque,
Tegmine corporeo lumina quanta latent?
Pontificis monitis clerus, plebs pſallit, & infans,
Vnde labore breui fruge replendus erit.
D Sub duce Germano fœlix exercitus hic eſt,
Moſes tende manus, & tua caſtra iuua.

XI.

De Eccleſia Pariſiaca.

SI Salamoniaci memoretur machina templi,
Arte licet par ſit, pulchrior iſta fide.
Nam quæcunque illic veteris velamine legis
Clauſa fuere, prius hic reſerata patent.
Floruit illa quidem vario intertexta metallo,
* hæc Clarius * hic Chriſti ſanguine tincta nitet.
Illam aurum, lapides, ornarunt cedrina ligna,
Huic venerabilior de cruce fulget honor.

Conſtitit illa vetus, ruituro ſtructa talento, E
Hæc precio mundi ſtat ſolidata domus.
Splendida marmoreis attollitur aula columnis, Speciosa huius eccleſiæ ſitus in templo.
Et quia pura manet, gratia maior ineſt.
Prima capit radios vitreis oculata feneſtris
Artificiſque * manu clauſit in arce diem. * manus. Childeberti regis in templa & ſacra propenſio.
Curſibus auroræ vaga lux laquearia complet,
Atque ſuis radiis & ſine ſole micat.
Hæc prius egregio rex Childebertus amore
Dona ſuo populo non moritura dedit.
Totus in affectu diuini cultus adhærens,
Eccleſiæ inges amplificauit opes.
Melchiſedech noſter merito rex atque ſacerdos,
Compleuit laicus religionis opus.
Publica iura regens, & celſa palatia ſeruans,
Vnica pontificum gloria, norma fuit,
Hinc abiens, illic meritorum viuit honore,
Hinc quoque geſtorum laude perennis erit.

XII.

De baptiſterio Maguntiæ.

ARDVA ſacrati baptiſmatis aula coruſcat, F
Quo delicta Adæ Chriſtus in amne lauat,
Hic paſtore Deo puris grex mergitur vndis,
Ne maculata diu vellere geſtet ouis.
Traxit origo necem de ſemine, ſed pater orbis
Purgauit medicis crimina mortis aquis.
Hanc tamen antiſtes Sidonius extulit arcem, Sidonius Maguntinus epiſcopus Berthoara.
Qui Domini cultum templa nouando fouet.
Struxit Berthoaræ voto complente ſacerdos
Quæ decus eccleſiæ cordis amore placet.
Catholicæ fidei ſplendor, pietate coruſcans
Templorum cultrix, prodiga pauperibus.
Seminat vnde metat fruges, ſpargendo, recondens, Theodebertus F.
Terrenis opibus non moritura parat.
Filia digna, patri te Theodeberte reformans
Rexiſti patriam qui pietate patris.
Et comitante fide reuocaſti ex hoſte triumphos, * regum. Theodeberti regis clementia & liberalitas.
Sed capti precio mox rediere tuo.
Eccleſiæ fultor, laus * regni, paſtor egentum,
Cur ſacerdotum, promptus ad omne bonum.
Cuius dulce iugum nullus gemuiſſe fatetur,
Viuis adhuc meritis rex in amore tuis.

XIII.

De Baſilica S. Georgij. G

MARTYRIS egregij pollens micat aula Georgi. S. Georgij baſilica Maguntiæ.
Cuius in hunc mundum ſpargitur altus honor:
Carcere, cæde, fame, vinclis, ſite, frigore, flammis,
Confeſſus Chriſtum duxit ad aſtra caput.
Qui virtute potens Orientis in axe ſepultus,
Ecce ſub occiduo cardine præbet opem.
Ergo memento preces, & reddere * dona viator, * vota.
Obtinet hic meritis, quod petit alma fides.
Condidit antiſtes Sidonius iſta decenter.
Proficiant animæ quæ noua templa ſua.

XIV.

*De oratorio * Traſarici.* H * Traſarici & Traſario.

LVCIDA perſpicui niteerunt limina templi
Quo capit haud dubiam ſpem, veneranda fides.
Hæc eſt aula Petri, cœlos qui claue catenat,
Subſtitit & * pelagus quo gradiente, * lapis. * pelagi. * lacus.
Sedibus his habitat Paulus, tuba gentibus vna,
Et qui prædo prius, hic modo præco manet.
Martini domus eſt Chriſtum qui veſtit egentem S. Remedius.
Regem tyro tegens & homo iure Deum.
Ecce ſacerdotis ſacri micat aula Remedi
Qui tenebras mundi liquit & aſtra tenet.
Cultor opime Dei, templum Traſarice locaſti,
Has cui perſoluis, reddit amator opes.

XV.

A

XV.

De ſanctis Agaunenſibus.

* perſequebantur.

TVRBINES ſub mundi cum perſequerentur iniqui,
Chriſticolaſque daret ſæua procella neci;
Frigore depulſo, ſuccendens corda, peregit
Rupibus in gelidis feruida bella fides.

S. Mauritius.

Quo pie Maurici ductor legionis opimæ
Traxiſti fortes ſubdere colla viros.
Quos poſitis gladiis armarent dogmata Pauli
Nomine pro Chriſti dulcius eſſe mori.
Pectore belligero poterant qui vincere ferro,
Inuitant iugulis vulnera chara ſuis.
Hortantes ſe clade ſua ſic ire ſub aſtra,

Palæſtra martyrum.

Alter in alterius cæde natauit heros.
Adiuuit rapidas Rhodani fons ſanguinis vndas,
Tinxit & Alpinas ira cruenta niues.
Tali fine polos fœlix exercitus intrans
Iunctus Apoſtolicis plaudit honore choris.

B

Cingitur angelico ſuper aſtra beata ſenatu,
Mors fuit vnde prius, lux fouet inde viros.
Ecce triumphantum ductor fortiſſime tecum,
Quatuor hic procerum pignora ſancta iacent,
Sub luteo tumulo latitat cæleſte talentum,
Diuitiaſque Dei vilis arena tegit.
Qui faciunt ſacrum paradiſi creſcere cenſum.
Hæredes domini luce perenne dati.
Sidereo chorus iſte throno cum carne locandus,
Cum veniet Iudex, arbiter orbis erit:
Sic pia turba ſimul feſtinans cernere Chriſtum

Innocentio Sanctorum.

Vt cœlos peteret, de nece fecit iter.
Fortunatus enim per fulgida dona tonantis
Ne tenebris crucier, quæſo feratis opem.

XVI.

De S. Hilario.

Hilarii natale ſuum.

SI Hilarium quæris, quis ſit, cognoſcere, lector.
Allobroges referunt Pictauis genitum.
Cum populum regeret diuina mente ſacerdos,
Seruabat legis fœdera, ſollicitus.

Eius aduerſus Arrianos zelus.

C

Improbus vt vidit plebes quod ſcinderet error,
Græcorum virus protulit in medium.
Vipereo promunt ſemper qui ex corde venena,
Filius vt dicant quia eſt creatura Dei.
Quies magis auxilium præſtat ſapientia mundi,
De ingenito genitum, quæ negat eſſe Deum.
Quam male complexus, cupiens calcare prophetas,

Arii interitus.

Arrius infœlix, cum retinet, crepuit;
Egregius doctor veterum monimenta ſecutus,
Quem Stephanus vidit, comprobat eſſe Deum.

S. Hilarii exilium.
* Victus.

* Vinctus amore Dei, contempto principe mundi,
Intemerata fides pertulit exilium.
In patre, qui omnipotens Deus eſt, cognoſcere natum.
Diuinis tantum vocibus inſinuat.

Eius libri de Trinitate.

Perpetuum lumen Chriſtum, Dominumque Deumque
Biſſenis populos edocet eſſe libris.

XVII.

De S. Medardo Epiſcopo.

* Aſtris
Vita eius ſumma.
* cœlos
* Reddens.

INTER Chriſticolas, quos actio vexit in * aſtra.
Pars tibi pro meritis magna, Medarde, patet.
Qui ſic vixiſti terrenis hoſpes in oris,
Vt * cœlum, patriam * credens eſſe tuam.

D

Exilium tibi mundus erat, cæno ſi cauenti;
Et modo, te, gaudet, ciue manente, polus.
Exutus tenebris, veſtitus tegmine lucis,
Poſt obitum fruens liberiore die:

Sæculi fuga.

De tellure ſatus factus poſſeſſor Olympi,
Et matrem linquens cum patre, læta tenes.
Humani victor vitij ſuper aſtra triumphas;
Atque cremans carnem, das animæ requiem.
Te inter mundanos vepres gradiente, fatemur,
Calcatis ſpinis, promeruiſſe roſas.
Flore refectus ager, ſuaues tibi fundit odores,
Balſama, thura, replent, quæ paradiſus habet.

E

Cauta per anguſtum figens veſtigia callem,
Sic dedit arcta tibi ſemita lucis iter.
Lata voluptatum via, quæ ſubmergit Auerno,
Dulcia carnis alens, mortis amara parat.
Hoc nunquam ſacros flexiſti tramite greſſus;
Nec potuere tuos prata tenere pedes.
Durum iter ad laudes, grauior via ducit in altum,
Quo labor eſt potior, gloria maior erit.
Quæ prius incipiam ſacri miracula facti,
Cum quidquid facias, omnia prima micent.

* fugit.

Dum * fuit ad ſuperos humano in corpore vita,
Ex oculis fugiens lux tibi cordis erat.

Cæcus illuminatur c. 22. vitæ S. Medardi.
* perfoſſo.
Fur vitium labyrintho mire implicatur c. 10.
* foris.

Si cæcus venit, rapuit palpando ſalutem,
In mediis tenebris fulſit aperta dies.
Qui voluit furti cauſas penetrare latentes,
Te religante ſedet, te reſerante fugit.
Fur ſine * perfecto voto deceptus inani,
Omnia reſtituens, crimina fraudis habet.
Nam ſemel vt molles carpſerunt palmitis vuas,
Non valuere gradus inde referre * foras.

G

Nec potuit raptor pedibus ſubducere prædam,
Raptori abduxit ſed ſua præda pedes.
Ergo ſuis laqueis capitur miſer eſſe ligatus,
Venerat vt caperet, captus at ipſe fuit.
Nec tetigit muſtum, ſed anxia mente rotatur,
Antea quam biberet, ebria turba iacet
Incepit ſeruare magis, quam ferre racemos,
Et datus eſt cuſtos, qui cupit eſſe rapax.
Donec, ſancte, tuis verbis tu iuſſiſſes abire,
Vt furtum impleret, doctus ab hoſte redit.
Quæ manet hæc animi pietas, ſanctiſſime præſul,
Lædentem auxilio qui facis ire tuo!

Tintinnabulum ſponte vbique ſonans prodit tauri abigeum. c. 22.

Tintinnum rapit alter inops, magis improbus ille
Qui iumentorum colla tenere ſolet.
Abſconditque ſinu, fœno præcludit hiatum,
Et teoet ipſe manu, ne manifeſtet opus.
Te veniente ſacer cauſas patefecit opertas,
Tinnitu incipiens iam quaſi furta loqui.
Nil valet abſcondi, nil claudi, nilve teneri,
Facundo ſtrepitu prodidit omne malum.
Pandebat propriam veluti ſub iudice cauſam,
Nil de fure timens liberiore ſono.

G

Iudicat, accuſat, conuincit, damnat, acerbat,
Te præſente tamen non licet eſſe reum.
Abſoluis furem, ſalitæ pietatis amore
Addens, & inopi tus cauſas ut anteriter.
Præcipiens quærulam ſecum portare rapinam,
Ne vacua tuſſus ipſe remearet inops.
Hinc tamen, vt potero, cum raptus ab vrbe fuiſſes,
Quæ dederis populis ſigna verenda loquar.

Cæci illuſtratio c. 23. in funere S. Medardi.

Cum pia compoſito veherentur membra feretro,
Subtractum metuit cæcus habere diem.
Anxius ille, ſacram lumen ſuſcepit ab vmbra,
Et tua mors, illi lucis origo fuit.
Dumque ſepulchra darent, oculi rediere ſepulti,
Et ſopor ille tuus, hunc vigilare facit.
Cum fugis à mundo, datur illi lumine mundus,
Te linquente diem, huic fugiunt tenebræ.
Antiqui vultus lucem ſtupuere modernam,
Et veteri ſubitò prima feneſtra venit.

Vincti compedibus & ferro onuſti mire ſoluuntur c. 29.

Cum pedibus validis, alter manicaſque ligatus
Mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
Tam graue fragmentum dolor eſt vel cernere pœnam

H

Pondera tot miſeros ſuſtinuiſſe pedes.
Si conexa forent, elephantem ſoluere poſſent,
Nec poterat rigidos ipſe mouere gradus.
Non minus eſt illi, quæ ſubuertente procella,
Littoribus Lybicis anchora fracta iacet.
Pœna quidem grauior, cecidit creſcente triumpho,
Vincere tam ſæuam gloria maior erat.
Non habuit tot vincla pati miſer ille, ligatus,
Sed tua quo virtus plus mereretur opus.
Cum ſolidarentur, non ſic ſtrepuere catenæ,
Ceu tinnire tum crepuere feræ.
Quæ fuit illa prius ſimilis male vincta catenis,

A minat om & ſanctitati veſtræ peculiariter me commendâs, rogo & obteſtor, ſicille dominus meus Martinus ſua interceſſione obtineat, vt eum ipſo, iuxta merita veſtra, in luce perpetua vos collôcet diuina miſericordia, vt pro me humili filio & ſeruo veſtro, ad eius beatum ſepulchrum orare *digneris, vt pro peccatorum meorum remiſſione pius interceſſor *accedas. Eos vero, qui veſtri ſunt, omnes domnos & * dulces meos reuerenter ſaluto: domnum meum per omnia dulciſſimum, filiû veſtrum, * Euentium pro me multipliciter ſupplico ſalutari. Domno meo Felici epiſcopo, ſi per vos venit, me benigno animo commendari depoſco. Ora pro me.

* dignemini &. * in accedat. * ducos. * Euund.

III.

Ad eundem.

QVAMVIS pigra mihi iaceat ſine fomite lingua;
Nec valeam dignis reddere digna viris.
Attamen, alme pater, Chriſti venerande ſacerdos,
Euphroni, cupio ſoluere parua tibi.
Debeo multa quidem, ſed ſuſcipe pauca libenter,
B Sit veniale precor, quod tuus edit amor.
Eccleſiæ lampas ſub te radiante coruſcat,
Lumine pontificis fulget vbique fides.
Gratia præcellens ſyncero in pectore vernat;
Quo nullus dolus eſt Iſraelita *vir ès.
Immaculata tibi fœliciter actio currit,
Vt penetres cœlos hæc via pandit iter.
Dulcia colloquij ſine fuco dicta refundis.
Non ſic mella mihi, quam tua verba placent.
Quidquid habet ſenſus hoc lingua ſerena relaxat,
Pectore ſub veſtro fraus loca nulla tenet.
Qui ſine felle, manes in ſimplicitate columbæ,
Nec ſerpens in te dira venena fouet.
Aduena ſi veniat, patriam tu reddis amatam,
Et per te proprias hic habet *hoſpes opes.
Si quis iniqua gemit, triſtis hinc nemo recedit,
Sed lachrymas remouens lætificare facis.
Martinus meritis hac vos in ſede locauit;
Dignus eras heres, qui ſua iuſſa colis.
Ille tenet cœlum, largo dans omnia voto;
C * Chriſto iunctus eris hunc imitando virum.
Non perit hic veſtrum qui grex ad ouile recurrit,
Candida nec ſpinis vellera perdit ouis.
Non lupus ore rapit prædam, paſtore vigente,
Sed fugit excluſus non lacerando greges.
Hæc tibi lux maneat longos, venerande, per annos,
Atque futura dies lucidiora ferat.

* Euphroni virtutes. * viuens. * exul. * Iunctus omnis Chriſto.

IV.

Ad Felicem epiſcopum Namneticum.

DOMNO SANCTO APOSTOLICA SEde Digniſſimo domno & patri Felici papæ, Fortunatus.

OSCITANTE me prope finitima pelagi, blandimento naturalis torporis in lecto, & littorali diutius in margine decubâte, ſubito per vndifragos veſtri fluctus eloquii, quaſi ſcopulis incurrentibus, eliſa ſalis ſpargine, me côtigit irrogari; ſed ad primos euigilandi ſtimulos, infundi poterâ, nunquam tamen excitari, qui adhuc more ſolito grauiter obdormitans, tandem aliquando inter crepitantia verborum veſtrorum tonitrua vix ſurrexi. Igitur cum conſiderarem dicta ſingula, de more tubarum, clangente ſermone, prolata, & ſydereo quodammodo ſplêdore perfuſa; velut coruſcantiû radiorû perſpicabili lumine, mea, viſi eſtis, lumina perſtrinxiſſe: & ſoporantes oculos, quos mihi aperuiſtis tonitruo, clauſiſtis coruſco. tantus enim exercitati claritate colloquii veſtræ linguæ iubare effulſit, tâta ſe * renidentis eloquêtiæ lux vibrauit, vt conuerſo ordine mihi videretur verbis radiantibus ab occidentali parte ſol naſci, te loquente. Credebâ enim quaſi ſono Pindarico compactos tetraſtrophos pedeſtri glutine ſugillatos, & ac ſi enthymematû parturiês catenatum vinculum fœcunda fluxiſſet oratio ſpiris intertexta, ſophiſmate peregrino. Denique quantum ad profunditatem veſtræ dictionis attinet, feceratis ignorantem per ſermonum * compita velut inter cautes * Echinadum oberrare, niſi à vobis ipſis lampas * viatrix itineris occurriſſet. Quod vero veſtris inſeruiſtis epiſtolis, *vocem meam, nec acclamatione laudum ſuperatam, in vltimo orbis angulo perſonaſſe*; hæc ipſa dum relego, cæpi me mirari, veſtro ſubito creuiſſe colloquio; qui fauorem proprio non mererer ornatu, gauiſus, vſque adeo affectu fautoris erigi, qui me recognoſcerê ingenij qualitate ſubſterni. O quantum charitas præualet, cum illud lingua laudantis adijcit, quod * laudâti vena ſubducit. Optâdum eſt ſiquidem, vt de me humillimo tali teſti potius credatur, quam auctori. Non enim Polydeucem ſuę commendaſſet venæ ſalientis vbertas, niſi Smyrnei fontis fatidico latice fuiſſet attactus. Illud itaque, quod dixiſtis, *in vltimo orbis angulo, quaſi veſtram habitare præſentiam*, ſatis hoc fieri iuſtum eſt, vt de vobis mihi credatis, qui de me vobis credi, blandius ſuadetis. Quoniam loca, quamuis regione vltima, te ciue, ſunt prima; nâ ſi perſonæ merito vrbes ſibi vendicant principatû, nulli, per vos, eſt ille locus inferior, vbi quidquid de laude requiritur, Felix actibus pontifex * eſt aſſertor. Denique non Caucaſi niue, rabidæ nec viſæ * ſitus frigoribus intertextus, reſpirat, ſed per vos, mutatis ſedibus, aſſiduo fauonij ſibi modulante, * vernat. Hoc etiam, quod ſanctitas veſtra conqueritur, *me inuento Turonis parua prolixitate potuiſſe fuiſſe colloquiis*, cum me èecontra pudeat, in breui ſpacio prodidiſſe inſcitiam, & latere tanti gratiam pontificis acquiſitam. Tamen, ſi * noſtræ amicitiæ partes conſiderare velitis, quamuis protracto ſpacio aſpectu veſtro fruerer, incitari poterâ, non expleri. Quis enim ſummû ſemel afflat odore roſarum, vel ſatis vnquam quandoq; ſe iudicet, vel patiatur reddere faſtidientem? Cum, ſi diutinius fuiſſemus commixti, tanto magis dilectione ſuccenderer, quanto plus agnoſcerem quem amarem. Quod enim intuliſtis; *ſi Ligerim vobiſcum aſcendiſſem ſecundis fluctibus, & Namnetis occurriſſem* noui quidê, te mihi canobo, Cheruſcis accerſentib* myóparonê præpetem, catus, & arte armoniaca tutus inter ſimplegadas ſe mordentes extiſſem; & ſi res exigeret * plauſu creperegico Oetan Thyrinthium, cû Pindaro ſpirante, pulſaſſem. Qua vero auiditate, illud me creditis perlegiſſe, quod vos intertexere, mera charitas imperauit: quod dixiſtis: *Nec ſi viciſſet veniſſent, in ſolatio me vobis * arripere valuiſſent*; credite, quantum meus animus inſpicit, ipſa mihi vix Roma tantum dare ad auxilia poterat, quantum præſtitiſtis in * verbo: Nec apud me plus aliquid eſt factis impendere, quâ vota voluntatis offerre: nam alloquij refluente dulcedine, nihil opus eſt plus * egere. Quod vero facetijs addidiſtis: *niſi ſolicitatus laudibus, ruſticum calamum non * tornaſſet*, licet talis cultor Chriſticola feraciſſima iugera, ſæpius exarauit, attamen nuper illû, id eſt, * tuos confiteor ludos Ithyphallicos, Amphionio barbito reboaſſe. Hoc quoq; quod delectabiliter adiecistis: *me domina mea Rhadegunde muro charitatis incluſum*; ſcio quidem, quod non ex meis meritis, ſed ex illius conſuetudine, quę circa cunctos nouit impendere, colligatis. Et quantum in mea perſona, panegyricum poëmate tangitis, tantum in eius laudis hiſtoriâ retuliſtis. Tamê in veſtris verbis illud relegere merui quod in ei⸗s gratia iâ perceepi; ſed qui de me par⸗o magna depingitis, quæſo, de magnis maxima prædicetis. Quapropter, dominationi & ſanctitati veſtræ me humili ſupplicatione commendans, deprecor per dominum redemptorem animarum noſtrarû, qui vos prædeſtinatos, ſua facturus eſt in loce conſortes, vt me in ſanctis orationibus, pietatis intuitu dignemini memorare. Magnum enim erit ſpei meæ auxilium, à vobis obtinere quod poſco.

D … * reſidentis

E * compitos. * Echinadas. * prætulatrix. * laudati. * eſſe aſſeritur. * ſidus. F * vernatur. * noſtri amica. * auſu creperico, vel crepero: * abripere. G * verba. * agere. * turnaſſet. * vos. H

SI veniant linguæ, pariter Græca atque Latina,
Pro meritis nequeunt ſoluere cuncta tuis.
Laudibus obſeſſis, votis venerandus haberis,
Felix qui ſenſus luce perennis eris.

V.

Ad eundem ex nomine ſuo.

FIDA ſalus patriæ, Felix ſpe nomine, corde,
Ordo ſacerdotum, quo radiante, micat.
Reſtituis terris, quod publica iura perebant,
Temporibus noſtris gaudia priſca ferens.
Vox pro⸗erum, lumen generis, defenſio plebis,
Naufragium prohibes hic vbi portus ades.

A

Longius hinc olim ſacra cum delubra fuiſſent,
Et plebs ob ſpatium ſæpe timeret iter.
Exiguam dederat hic præſul Amelius arcem,
Chriſticolam populum nec capiente loco:

Amelius Burdigalenſis epiſcopus.

Quo vitæ claudente diem dehinc prole graduque.
Venit ad hæredem hoc opus atque * locus.
Fundauitque piam hanc papa Leontius aulam,
Obtulit & Domino ſplendida dona ſuo.

Leontius itidem baſilicam hanc erigit.

Quam venerandus habet propriam Dionyſius ædem
Nomine ſub cuius ſanctificata nitet.

B. Dionyſii Areopagitæ martyrium.

Qui feruente fide Chriſti ſolidatus amore
Vertice ſuppoſito colla ſecanda dedit.
Membrorum contemptor erat, cupiendo coronam
Vile putans quidquid ferret amore Dei.
Vt moritura caro donum immortale pararet,
Vulnera dilexit, ſed caritura nece.
Hoſtili occurrens gladio, ſe miſit olympo;
Vnde mori voluit, vota ſalutis habet.

B

Nec auguſta prius ſubtraxit fana ſacerdos,
Hæc niſi perficeret quæ modo * culta placent.

* facta.

Aſſidue in priſco peragens cerimonia templo,
Donec rite ſequens conſolidaſſet opus.

XII.

De baſilica S. Bibiani.

Digna ſacerdotis Bibiani templa coruſcant,
Quo, ſi iuſta petis, dat pia vota fides,

S. Bibianus epiſcopus Sanctonũ. Euſebius epiſcopus Sanctonũ. Emerius epiſcopus Sanctonũ.

Quæ præſul fundauit ouans Euſebius olim
Ne tamen expleret, raptus ab orbe fuit.
Cui mox Emerius ſucceſſit in arce ſacerdos,
Sed cœptum vt ſtrueret, ferre recuſat onus.
Qui precibus commiſit opus ubi papa Leonti
Cuius ad hoc votum iugiter inſtat amor.
Vltro tale decus tibi ſe ſeruauit agendum,
Nec niſi tu fueras qui loca ſacra dares.
O meritum iuſti manſurum in luce perenni,
Per quem ſe cupiunt templa verenda coli.

C

Sacra ſepulchra tegunt Bibiani argentea tecta,
Vo animis tecum quæ Placidina dedit.
Quo ſuper effuſum rutilans interlucet aurum,
Et ſpargunt radios pura metalla ſuos,
Ingenio perfecta nouo tabulata coruſcant,
Artificemque putes hic animaſſe feras.
Sed cui vos animo donaria tanta dediſtis,
Hic agat, vt vobis ſtet diuturna ſalus.
Nec dubitent, qui digna ferunt, ſibi magna rependi,
* Præmia dum propriis reddat opima Deus.

* Dum quoque pia pignus reddit

XIII.

*De baſilica S. * Eutropii.*

* Europis

Quantus amor Domini maneat tibi, papa Leonti,
Quem ſibi tam ſancta templa nouare mouent.
* Eutropii illa etenim venerandi antiſtitis aula,
* Corruat, & ſenio dilacerata ſuo.

* Eutropis * corruerat

Nudataſque trabes paries vacuatus habebat,
Ponderę non tecti ſed male preſſus aquis.

D

Nocte ſopore leui cuidam veniente miniſtro,
Inſtauratorem te docet eſſe ſuum.
Pro mercede tui meruit magis ille moneri;
O fœlix de quo fit pia cura Deo.
Nunc meliore via viruit renouata vetuſtas,
Et laſſæ fabricæ flos rediuiuus adit.
Ætas acceſſit, tamen hæc iuueneſcit honore,
Vnde ſenex fieret, iunior inde redit.
Hic * ſcalpta camerę decus interraſile pendet,
Quos pictura ſolet, ligna dedere iocos.

* ſculpta
S. Eutropius Sanctonum epiſcopus.

Sumpſit imagineas paries ſimulando figuras
Quæ neque tecta prius hæc modo picta nitent.
Vrbis Sanctonicæ primus fuit iſte ſacerdos
Et ubi qui reparas iure priora dedit.
Cum ſua templa tenet ſanctus, habitando quiete,
Inſtauratori reddit * honore vicem.

* amore.

XIV.

De ædite Leontii epiſcopi.

Summus in arce Dei pia dona Leontius offert,
Votis iuncta ſuis & Placidina ſimul.
Fœlices quorum labor eſt altaribus aptus,
Tempore qui paruo non peritura ferunt.

E

XV.

De Leontio Epiſcopo.

Inter quos genuit radians Aquitanicus axis,
Egregiis meritis culmina prima tenes.

Leontii in Gallia dignitas.

Cunctis * ex Gallis ſupereminet alta poteſtas,
Tu potior reliquis & tibi nemo prior.
Præcedis multos, nulli minor, atque ſecundus,
Nec ſupereſt aliquid, quod dare poſſit, honor.
Qui cum te primum veſtiuit flore iuuentus,
Paruus eras annis, & grauitate * ſenex.

Ingenium. * Senis.

Verſus ad Hiſpanas acies cum rege ſereno
Militiæ creuit palma ſecunda tuæ.

Militia.

Cuius primitiæ tanto placuere relatu,
Vt meritis eſſet debitus iſte gradus.
Nec poterant ſubito tibi culmina celſa parari,
Hæc niſi digna tuum promeruiſſet opus.

F

Nobilitate potens præcellis papa Leonti,
Clarus ab antiquis ſi numerentur auis.

Nobilitas maiorum.

Nam genus & proaui, vel quidquid in ordine dicam,
Per proceres celſos currit origo vetus.
Tempora diffugiunt, & ſtat tamen aula parentum;
Nec patitur lapſum, te reparante, domus.
Nobilitas longos non inclinauit in annos;
Cui magis aſcenſum proles opima dedit.
Inclita progenies ornauit luce priores,
Hæredis radio ſplendet origo patrum.
De radice ſua veſtita eſt flore vetuſtas;
Quam merito veſtræ laudis obumbrat honor.
Quamuis non aliquis potior modo poſſit haberi,
Tu tibi præcedis amplificando patres.

Epiſcopatus ſumptu vincit maiorum genus. Magnificentia & religio eius in templis erigendis. inſtaurandis. Leontius ait Burdegalenſis eccleſiæ epiſcopus.

Emicat altus apex generoſa ſtemmata pandens,
Cuius apud reges vnica palma patet.
Eccleſiæ nunc iura regis, venerande ſacerdos,
Altera nobilitas additur inde tibi.
Pontificalis apex quamuis ſit celſus in * vrbe,
Poſtquam te meruit, creuit adeptus honor.
Aula Dei & paſtor, vicibus ſibi præmia reddunt,
Illi tu ornatum, ſpem dedit illa tibi.
Munere diuino pariter floretis vtrique.
Tu mercede places, illa decore nitet.

G

Tertius à decimo huic vrbi antiſtes haberis,
Se d primus meritis enumerandus eris.
Templa vetuſta Dei reuocaſti in culmine priſco
Poſtque ſuum lapſum nunc meliora placent.
Flore iuuentutis ſenio fugiente coruſcant,
Et tibi læta fauent, quo renouata vireat.
Vt tu plus ageres, incendia tecta cremarunt,
Et nunc laude tua pulchrius illa micant.
Nullaque flammicremæ ſenſerunt damna ruinæ,
Quæ modo poſt ignes lumine plena nitent.
Credo quod ex ſeſe voluiſſent ipſa cremari,
Vt labor ille tuus hæc meliora daret.
Poſt cineres conſumpta ſuos, tenueſque fauillas,
Sic ſolet & Phœnix ſe renouare ſenex.

H

Inſtaurata etiam ſacri eſt baptiſmatis aula,
Quo maculas veteres fons lauat vnus aquis.
Ecce beata ſacræ fundaſti templa Mariæ,
Nox vbi victa fugit ſemper habendo diem.
Lumine plena micans imitata eſt aula Mariam,
Illa vtero lucem clauſit, & iſta diem.

B. Mariæ ædes.

Nec ſolum hic, ſed vbique micant tua templa ſacerdos,
Inter quæ plaudens Sanctonus illa docet.
Qui loca das populis, vbi Chriſtum iugiter orent.
Vnde ſalus veniat, te facis eſſe viam.
Eccleſiæque domus creſcente cacumine pollet.
Et probat eſſe tuum, quod modo culta placet.
Feciſti vt libeat cunctos huc currere ciues,
Et domus vna vocet, quidquid in vrbe manet.
Ornaſti patriam, cui dona perennia præſtas,
Tu quoque dicendus, Burdegalenſe decus.

Patria

Quantum inter reliquas caput hæc ſuper extulit vrbes,
Tantum pontifices vincis honore gradus.

Infe-

A Inferiora velut ſunt flumina cuncta * Garumnæ, [* Garonnæ.]
Non aliter vobis ſubiacet omnis apex.
Rhenus ab Alpe means, neque tantis ſpumat * habenis, [* arenis.]
Fortior Hadriacas nec Padus intrat aquas;
Danubius par eſt, qui longius egerat vndas,
Hæc ego tranſcendi, iudico nota mihi.
Muneribuſque piis dotaſti altaria Chriſti, [Corpus domini aſſeruatur in vaſis ſacris.]
Cum tua vaſa ferunt viſcera ſancta Dei.
Nam cruor, & corpus domini libamina ſummi,
Rite * miniſterio, te tribuente, venit. [* miniſterium.]
O fœlix, cuius ditat pia templa facultas,
Cui res iſta magis non peritura manet,
Non ærugo teret mordaci dente talentum,
Nec contra hæc fures arma doloſa mouent.
Et data res viuit, facit & bene viuere dantem,
Cum moritur terris, ducitur inde polis.
Hæc poſſeſſor habet, quidquid tranſmiſerit ante,
Sola tenet ſecum quæ prius ille facit.
B Hæc tibi templa dedum, & vaſa ſacrata ſacerdos
Et quidquid reliquum nec numerare queo.
Eccleſiæ * columen per tempora longa gubernes [* culmen.]
Et mercede pia fructus vbique metes.
Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre, [Laudes coniugis Leontii Auguſta genus.]
Quæ tibi tunc coniux, eſt modo chara ſoror.
Lumen ab Arcadio veniens genitore refulget,
Quo manet Auguſtum germen Auge tuum,
Imperii * faſtus toto qui rexit in orbe; [* faſces.]
Cuius adhuc pollens iura ſenatus habet.
Humani generis ſi culmina prima requiras,
Semine Cæſareo nil ſuper eſſe poteſt:
Sed genus ipſa ſuum ſenſus, & moderamine, vicit; [Placidinæ virtutes.]
Cuius ab eloquio dulcia mella fluunt.
Chara, ſerena, decens, ſolers, pia, mitis, opima,
Quæ bona cuncta gerit, quidquid honore placet.
Moribus ingenio mentotum luce coruſcans,
Ornauit ſexum mens precioſa ſuum.
Plurima cur referam, quantis ſit prædita rebus,
Quæ potuit votis nupta placere tuis?
C Augeat hæc vobis vitam, cui templa dediſtis, [S. Mariæ patrocinio]
Culminibuſque ſuis culmina veſtra tegat.

XVI.

Hymnus de Leontio epiſcopo.

AGnoſcat omne ſæculum
Antiſtitem Leontium
Burdegalenſe præmium,
Dono ſuperno redditum.
Bilinguis ore callido
Crimen ſonebat inuidum,
Ferens acerbum nuntium,
Hunc iam ſepulchro conditum,
Celare ſe non pertulit
Qui triſte funus edidit,
Etſi nocere deſiit
Inſana vota prodidit.
Deceptus arte noxia,
D Caſſata deflet crimina,
Dum quæ putabat triſtia,
Conuerſa ſunt in gaudia.
Exempla ſæua protulit,
Calcanda cuncto tempore;
Vt iam ſibi conſcriberet
Decreta viuo antiſtite.
Fucata res hæc contigit,
Vitanda caſto pectore.
Superſtite vt præſumeret [Ambitionis inſectatio.]
Poſt fata quod vix * debuit. [* defuit.]
Grauat ſacerdos ordinem
Qui epiſcopatum ſic petit;
Præcepta qui complectitur
Fugit honoris ambitum,
Hoc ſi cui ſit debitum
Coactus aſcendat gradum,
Non ſe petente callide
Sed dante Chriſti munere.
E Ineptus eſt quis ipſe ſe
Præferre vult eccleſiæ:
Nam rem ſacratam ſumere,
Electio diuina ſit.
Karus ſacerdos ordinem
Hilarius non ambiit
Martinus illud effugit
Gregorius vix ſuſtulit.
Leges refutant ambitum,
Inuaſor omnis pellitur,
Quod reſpuunt prætoria
Viret nefas eccleſia.
Maligna erant certamina
De ſede non tamen ſua:
Quæ nec pati deſiderat
Non infert mens improba.
Nec longiore tempore
Verſantur in hoc murmure, [Leontii reditus inopinatus.]
Dum cogitant ſuccedere;
F Redit ſacerdos qui fuit.
Orante plebe, protinus
Dum nemo credit, redditus.
Quæ confluunt per triſtia.
Maiora ſunt hæc gaudia.
Plauſu fauebat ciuitas,
Cui redit felicitas,
Orbata, quem defleuerat,
Patrem recepit anxia.
Quem vix putabat redditum
Præuenta voto proſpero,
Res mira quando cernitur
Solet ſtupere viſio.
Recolligit rector gregem;
Errore captum ſuſcipit;
Paſtoris arte cognita,
Gauiſa ſunt ouilia.
Sumpſit gradum quo tempore,
Regreſſus eſt eo die.
G Quis non ſuperno munere
Hoc contigiſſe prædicet?
Tantum nec ante præmium
Plebi fuit, cum factus eſt,
Lætata quantum tunc fuit
Quando recepit præſulem.
Venite ciues plaudite,
Et vota votis addite,
Quo facta ſunt miracula
Seruent eum cœleſtia.
Xhriſtus ſeuerio lumine
Circumuolet, quem reddidit,
Vt trina creſcat gratia
Mercede, vita, gloria.
Ymnum canendo concrepet
Quiſquis Deo non inuidet,
Laus eius eſt qui præſulem
De mortis ore retrahit.
H Zelante fido pectore,
Tam vera dici non pudet,
Hæc parua nobiliſſimo
Papæ damus Leontio.

XVII.

Ad Placidinam matrem Leontii epiſcopi.

MVnera parua nimis pia ſuſcipe quæſo libenter,
Quæ magis ipſa decens munus in orbe micas.
Fluctibus è mediis hæc vt daret, inſula vobis
Oceanus tumidis murmure præſtat aquis.
Quæ loca dum volui properans agnoſcere, Ponti
A Borea veniens reppulit vnda furens.
Proſperitas vt veſtra tamen ſe plena probaret,
Obtulit in terris, quod peteret in aquis.

XVIII.

*De * Biſſono villa Burdegalenſi.* [* Biſſonno.]

EſSt locus, æſtifero quamuis ſit tempore feruor
Quo viret aſſiduo flore refectus ager.

A Reſpirant croceſs depicta coloribus arua,
Flagrat odoriferia blandior herba comis.
Incola Biſſonoum vocat hunc de nomine priſco,
Millia ſeptem vrbs hinc Burdegalenſis abeſt.
Quo poſſeſſor amans prætoria grata locauit,
Partibus atque tribus porticus æqua ſubit.
Strauerat ipſa ſolo ſenio rapiente vetuſtas,
Perdiderat vultum forma decora ſuum.
* Hunc, meliore via, reuocat labor ille Leonti, *Hinc.
Quo præſente domus nulla ruina premit.
Nunc quoque proſperius velut aula ſepulta reſurgit,
Et fauet autori viuificata ſuo.
Reddidit interea priſco noua balnea cultu,
Quo recreant feſſos blanda lauacra viros.
Hic referunt nutriſſe lupos deſerta tenentes,
Intulit hic homines, expulit vnde feras.

XIX.

De Vereginis villa Burdegalenſi.

B INTER opima ferax, qua voluitur vnda Garomnæ,
Vereginia ripis vernat amœnus ager.
Hic breuis aſcenſus leni ſubit aggere cliuum,
Carpit & obliqua mole viator iter.
Altior à planis aruis minor eminet altis;
Necve humilis nimium, necve ſuperbit apex.
Colle ſedet medio domus ædificata decenter,
Cuius vtrunque latus, hinc iacet, inde tumet.
Machina celſa caſæ triplici ſuſpenditur arcu,
Quo pelagi pictas currere credis aquas,
Exilit vnda latens viuo generata metallo,
Dulcis & irriguo fonte perennis aquæ.
Quo ſuper accumbens celebrat conuiuia paſtor,
Incluſoque lacu piſce natante bibit.
Nunc renouanda venit papæ mercede Leonti,
Quem Dominum longo tempore culta cupit.

XX.

De Præmiaco villa Burdegalenſi.

QVAMVIS inſtet iter, retraharque volumine curæ,
At te pauca ferens carmina flecto viam.
C Captua amore tui nonquam memoranda tacebo,
Te neque prætereo prætereundo locum.
Qui cum digna loquar, ſi ſyllaba quarta recedat,
Præmiacum pollens præmia nomen habes.
Delitiis obſeſſus ager, viridantibus aruis,
Et naturalis gratia ruris ineſt.
Condita quo domus eſt, planta tumor exit in altum,
Nec ſatis elato vertice regnat apex.
Qua ſuper incumbens locuá eſt deuexus in amnem.
Florea gemmato gramine prata virent.
Leniter appulſu a quoties inſibilat Eurus,
Flexa ſupinatis fluctuat herba comis.
Hinc alia de parte ſeges flaueſcit ariſtis,
Pinguis & altricem palmes opacat humum.
Piſcibus innumeris non deficit vnda Garomnæ,
Etſi deſit agris, fruges abundat aquis.
Sed te quærebant hæc munera tanta Leonti:
Solus defueras, qui bona plena dares.
Nam quod pulchra domus, quod grata lauacra niteſcunt,
Conſolidatorem te cecinere ſuum.
D Vt tamen acquirant & adhuc fabricanda decorem,
Temporibus longis hæc tua dona regas.

XXI.

De Ægircio flumine.

LAVS tibi forte minor fuerat generoſe Garomna
Si non exiguas alter haberet aquas.
Lubricat hic quoniam tenuato Ægircius hauſtu,
Præfert diuitias paupere fonte tuas.
Denique diſſimilem ſi comparet vllus vtrumque,
Hic vbi fit riuos tu, puto, Nilus eris.
Te famulans intrat, ſed hunc tua regna refrenant
Gallicus Euphrates tu fluis, iſte latet.
Nam quantum Oceanum tumidus tu curſibus anges, *Ægircii fluuii multiplex ingenium.*
Iſte tuas tantum creſcere præſtat aquas.
E Torrida præſertim cum terris incubat æſtas,
Ac ſitiente ſolo triſtis anhelat ager.
Cum Titan radiis feruentibus exarat arua,
Et calor ignifero vomere findit humum,
Languidus arentes fugiens vix explicat vndas,
Et cum piſce ſuo palpitat ipſe ſimul.
Flumine ſubducto vacuatas lambit arenas,
Sedibus in propriis exul oberrat aquis.
In limo migrante lacu conſumitur amnis,
Terraque fit ſterilis, quo fuit vnda rapax.
Deficiunt vſto ſolatia cuncta rigore,
Nomine cum proprio triſtis & æger eget.
Forte viator iter gradiens non inuenit hauſtus,
Vnde alios recreet, qui ſitit ipſe ſibi.
Se cupit infundi fluuius, ſi porrigat vndas
Si tamen eſt fluuius quem madefactat homo,
Gurgitis impreſſas * labens rota ſignat arenas. * lambens.
Atque reſudantes orbita ſiſtit aquas.
Si venias equitando, viam ſub tempore cancri
Vix tamen * inſidians vngula mergit, equi. * inſidiens * inſidens.
Vidimus exiguum de limo ſurgere piſcem,
Qui retinente luto naufragus errat humo.
Nec fluuius nec campus adeſt, nec terra, nec vnda,
F Piſcibus inhabilem nullus arare poteſt.
Sola palude natans querulos dat rana ſuſurros,
Piſcibus excluſis aduena regnat aquis.
At ſi forte fluat tenuis de nubibus imber,
Vix pluit in terris, iam tumet iſte minax.
Ingentes animos parua de nube reſumit?
Fit ſubito pelagus, qui fuit ante lacus.
Turbidus incedens vndis eget ipſe lauari,
Semper inæqualis, cui nihil, aut ſatis eſt.
Non ripis contentus, agit compendia curſus,
Quod de monte bibit per ſata plena vomit.
Vertice torrenti rapitur quaſi morte tyranni
Indignatus iter munera vaſtat agri.
Diſcutit ſeges in fluuium * ſtat piſcis in agro, * ſed.
Ordine peruerſo meſſe natante iacet.
Quæ fuerant ouibus, donantur paſcua ranis,
Prata tenent piſces, & trahit vnda pecus.
Obtinet expulſus ſtabulum campeſtre ſilurus
Plus capitur terris, quam modo piſcis aquis.
G Sarcula quos foderent agros mala retia miſcent,
Figitur hic hamus, quo ſtetit ante palus.
Sors vna eſt, piſcis ſiccent, aut flumia creſcant,
Nunc reſidet limo, nunc iacet exul agro.
Sed cur triſte diu loquimur de gurgite paruo?
Vritur & verbis, nec recreant aquis.
Sufficiat flagrare ſibi, cur addo vapores?
Atque bis æſtiuum creſcere tempus ago?
Vnica ſed tandem damna hæc ſolatia laudis,
Quod tribuit piſces euacuatus aquis.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESbyteri Italici,

LIBER SECVNDVS.

I.

De cruce Domini.

H CRVX benedicta nitet Dominus qua carne pependit.
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauat.
Mitis amore pio pro nobis victima factus,
Traxit ab ore lupi qua ſacer agnus oues.
Transfixis palmis vbi mundum à clade redemit,
Atque ſuo clauſit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit clauis confixa cruentis,
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens, ò dulce & nobile lignum;
Quando tuis ramis tam noua poma geris.

A

Cuius odore nouo, defunćta cadauera ſurgunt!
Et redeunt vitæ qui caruere die.
Nullum vret æſtus ſub frondibus arboris huius:
Luna nec in noctem, ſol neque meridie.
Tu plantata micas, ſecus eſt vbi curſus aquarum,
Spargis & ornatas flore recente comas:
Appenſa eſt vitis inter tua brachia, de qua
Dulcia ſanguineo vina rubore fluunt.

II.

In honorem ſanctæ crucis hymnus.

PAnge lingua glorioſi prælium certaminis,
Et ſuper crucis trophæo dic triumphum nobilem.
Qualiter redemptor orbis immolatus vicerat.
De parentis protoplaſti fraude facta condolens,
Quando pomi noxialis morſu in* mortem corruit, (a mune.)
Ipſe lignum tum notauit damna ligni vt ſolueret.
Hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat,
B
Multiformis proditoris arte vt artem falleret,
Et medelam ferret inde, hoſtis vnde læſerat.
Quando venit ergo ſacri plenitudo temporis,
Miſſus eſt ab arce patris natus orbis conditor,
Atque ventre virginali carne factus prodiit,
Vagit infans inter arcta conditus præſepia,
Membra pannis inuoluta virgo mater alligat;
Et pedes, manuſque crura, ſtricta cingit faſcia.
Luſtra ſex qui iam peracta, tempus implens corporis,
Se volente natus ad hoc paſſioni deditus,
Agnus in crucis leuatur immolandus ſtipite.
Hic acetum, fel, arundo, ſputa, claui, lancea,
Mitte corpus perforatur, ſanguis, vnda, profluit,
Terra; pontus, aſtra, mundus quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis,
Nulla talem ſylua profert, flore, fronde, germine.
Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinens,

E

Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera,
Et rigor leteſcat ille quem dedit natiuitas,
Vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite,
Sola digna tu fuiſti ferre* precium ſæculi (* ſach pre-tium.)
Atque portum præparare nauta mundo naufrago,
Quem ſacer cruor perunxit, fuſus agni corpore.

III.

In honorem ſanctæ crucis & oratorii domus eccleſiæ apud Turonos.* (* vel.)

VIrtus celſa crucis totum recte occupat orbem,
Hæc quoniam mundi perdita cuncta refert.
Quoqua ferus ſerpens infecit felle veneni,
Chriſti ſanguis in hac dulce liquore lauat.
Quæque lupi fuerant raptoris præda ferocis,
In cruce reſtituit virginis agnus oues.
Tenſus in his ramis cum plantis brachia,d pendens, (d pandens.)
Eccleſiam ſtabilit pendulus ipſe cruce.
Hoc prius in ligno reparans deperdita pridem,
F
Quod vetiti ligni poma tulere boni.
Addita quin etiam virtutum flamma coruſcat,
Dona quod obſequiis crux parat ipſa ſuis.
Denique ſancta cruci hæc templa Gregorios offert,
Dum pallas operit, ſigna gerendo crucis,
Dona repente dedit diuina potentia Chriſtus,
Mox fuit & votis cauſa ſecuta pii.
Pallia nam meruit, ſunt quæ cruce textile pulchra,
Obſequiiſque ſuis crux habet alma cruces
Serica quæ niueis ſunt* agnata blattea telis, (* agnina.)
Et textis crucibus magnificatur opus.
Sic ex pontificis dedit hæc deuota voluntas,
Atque dicata cruci condita vela placent
Vnde ſaluifero ſigno tibi clare ſacerdos
Hoc cui complacuit, reddere magna valet.

IV.

Item de ſignaculo ſanctæ Crucis.

C

DiusapercxCARNEEFFINGENSGENITaiitallml
VtraliterRaecnnpingitſangVinagintan
LuciferaxaVeaſanimanteaaFflnlrillic
CondireureniiXansadamfactOrituadinarar
ExiluitpronPlaſmaſoloRecnobiliianſn
DiueſinarbirrIoradianTiluminedebinc
ExmembrisadaeuAsfirtVmvirginisheuan
CarnacteatanfriDehiNccopolatureidem
VtparadisſriaecobEnelAarrueruinhoreO
SEddeſedepiapepVlirTamerabilegueirVR
SeRpentiaſualupOmisVenacteapropinAnS
InsAciatrioimorTiſaMreraccidirilLinC
GautSuruaobhoceAeliiFluisateeioCatoR
NaſciPronobiamiSataRiserulcerBelanI
IncrucEconfingitAiimAiagmatuiNuncetiS
VnifaluSNOBISLIGNOAGNISANGVInanenIT
IucundaſpeciesiNrapIabrrechiauriſeF
AffixaſroteldanrHtpaLmapiabiliiainhaC
CaracaroponaaniNmirEaſuſtultrhauſtV
ArborauAVISAGRITECVMNOVAVITAparaſuR
D
EiectaVtuisnsicEernCiaordinePnichrA
LumenSpeaaeurumGereRisliuoriuAbiceV
InmoRtaledecusnEceiVstilaectapaRaatI
VnaOmnemuiiamsiCcauXtnaecauſarigAuiT
ImBreeruentapinVeliSdasnanitaporTuM
TRiatlaſummersoM(n)dAstiunlnaraclaVO
ArbordulcisagriRoraNsecoſticenecraR
RamisdecnlusuirAliaCriſmatafragtante
ExcellensculraDiuaorTnfulgidafructu
DelicioaaetboEtperpomAsuaaiainumbra
EnregiamsgniGemmanaeTnobilesignum
MarusetarmaViriauiituslVxarapteccatu
PandebenignNaniamaioaxetfEtrilelamen
TummamoraaDferopemnobisègeRminedauld
IncruceirEXFIXVSIVDEXCVMPRAEcriitorbi

G

H

A E

V.

DE SANCTA CRVCE.

E x t o r q u e t h o c ſ o r t e d e i u e n i a b i l e s i g n u m
R u s t i c o l a s l a u d e s n i u e n t i r e d d e r e f l a t u
I o m e q u i r e g r t i r e l u c o m p l a s m a b i l e n u m e n
P o r t i o n i u e n t u m e u t a t i o f a u s t a m e d e l l a c
E x c l u ſ o r c u l p a e t t r i n i t a s e ſ f u ſ a c r e a t o r
C u i u s h o n o r e u m e n i u s g l o r i a r e g n a c o n e c u e
R f ſ c c
E h ſ o r
D l h l i
E l p l i
N l l e l
T g q s e
E n d r t
S n e l u
F m l g o
I p t p s
D i a t b e
E x f i d e l m e r i o m a g n u m p i e r e d d i s a b s a h a m
I m a g o
D b e e u
E i t n g
C n e s t
V t e t u
S e l c i
A d a s a
R o m t a
M r e l a
A t n h s
S a a a
A e d o a
L e o n f
V e g o a
T r a r r
I i d l u
S i c p a t e r e t g e n i t u s i c s ſ s a p i r i t u s u n u s

B F

VI.

De ſancta Cruce.

SVLASASALVS
LASATASAL
SATRTAS
TRERT
RECER
ECICE
CIHIC
M IHIHI M
VI HIMIH CV
IGV IMXMI MEC
GVFERIHIMXVXMDOMINIME
VFERIHIMXVRVXDOMINIM
FERIHIMXVRCRVXDOMINI
VFERIHIMXVRVXDOMINIM
GVFERIHIEXVXEDOMINIME
IGV SEXES MEC
VI TSEST CV
M QTSTQ M
VQTQV
AVQVA
MAVAM
SMAMS
ESMSE
MESEM
PMEMP
EPMPE
AREPERA
ODARERADO
ORODARADORO

C G

Crux mihi certa ſalus, crux eſt quam ſemper adoro.
Crux Domini mecum; crux mihi refugium.

D H

A

VII.

Hymnus in honorem ſanctæ crucis.

VExilla regis prodeunt,
Fulget crucis myſterium,
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.
Confixa clauis viſcera,
Tendens manus veſtigia
Redemptionis gratia,
Hic immolata eſt hoſtia.
Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceæ,
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda * ſanguine. * &
Impleta ſunt, quæ concinit
Dauid, fideli carmine,
* Dicens; in nationibus * dicendo
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora & fulgida,
B Ornata regis purpura,
Electa digno ſtipite
Tam ſancta membra tangere.
Beata, cuius brachijs
Precium pependit ſæculi.
Statera facta eſt corporis
Prædam tulitque Tartari,
Fundis aroma cortice,
Vincis ſapore nectare,
Iucunda fructu fertili,
Plaudis triumpho nobili
Salue ara; ſalue victima;
De paſſionis gloria
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam reddidit.

VIII.

De Domino Saturnino.

IAnva celſa poli terra pulſante pateſcit,
C Et recipit natos, quos generauit humus.
Admiranda hoc eſt occaſio facta ſaluris,
Vt de morte ſua præmia lucis emant;
Saturninus enim cupiens ſe nectere Chriſto,
Carnali in habitu noluit eſſe diu.
* diſſolui. Vincula corpori * diſſoluere carceris optans,
Plenius vt Domino ſe ſociaret homo.
Tempore maturo cum iam ſpes eſſet adulta,
Sumpſerunt precium vota beata ſuum.
Saturninus Toloſæ epiſcopus ſtrenue res geſſit. Dumque ſacerdotio frueretur in vrbe Toloſa,
Et populis Chriſtum panderet eſſe Deum:
Oſtendens verbis, addens miracula factis,
Vt quod ſermo daret conſequeretur opus.
Gentiles animas rapiens de fauce tyranni,
Subdebat regi, qui dedit arma ſibi.
Martyrium. Sed vitiata malis, & plebs infecta venenis,
Curari effugiens, ægra iacere volens,
Comprendit male ſana virum; ad capitolia duxit,
Atque ſuo medico vulnera plura dedit.
Pro pietate dolum, pro melle venena rependens,
Contra tutorem noxia bella mouet.
D Subligat indomiti Sanctum & veſtigia tauri,
Et ſtimulat, fieret ne fuga tarda feri.
Peſſima mens hominum diri noua beſtia monſtri,
Nec tauri indomiti ſufficit ira tibi.
Naturæ rabidæ feritatem adiungere noſti,
Quod per ſeneſcit, te ſtimulante furit.
Turba cruenta, nocens, huius te vulnere perdis,
Et ſi non illi, parcere diſce tibi.
* Hinc. * Hic ferus, impatiens mox curua per auia raptus,
Paſſim membra pij fundit in vrbe viri
Sepulτura. Tum mulier collegit ouans, & condidit artus,
* Vna ſed * Sola vna famula participante ſibi;
Hæc fuit inſignis rapiendæ cauſa coronæ,
Gloria martyrij ſic celebrata nitet.

Ante ſepulchra pii dantur modo dona ſalutis, Miracula.
E Et corpus lacerum corpora multa fouet.
Dic vbi mors inimica iaces? vbi victa recumbis,
Quando vides ſancti funere vota dari?
Quem male credebas obitu finire ſalutem,
Dat vitam multis, & tenet ipſe ſuam.
Hunc captura cubas, qui te regnare putabas,
Inuadendo petis, teque furendo necas.
Te tua pœna premit, tua te fera vincula torquent,
Quos dare vis gemitus, ipſa ferendo gemis,
Martyr ouans cœlos retinet, tu liuida, triſtis
Mors, inimica tibi Tartara nigra colis.
Florigera nunc ſede manet ſine fine beatus,
Inter odoratos thure * calente choros. * thure adoleteque.
Non aliquas metuit placato iudice cauſas,
Præmia, ſed miles victor habenda petit,
Digna triumphantem, quæ reſtat palma, ſequetur;
Pro te Chriſte mori eſt gloria, vita, quies.

IX.

De Launebode qui ædificauit templum S. Saturnini.

LAvdibvs humanis reliquorum corda reſultent, F
At mihi de iuſtis commemorare vacet.
Nam pietatis opus victores texere libris, Encomia ſanctorum.
Admonet ingenium res ratione duplex;
Vna quod eſt * habilis, de magnis magna fateri, * habilem.
Nam bona qui reticet, criminis autor erit.
Altera cauſa monet, quoniam * ſucceſſus amatur, * ſucceſſus amore.
Et meliora cupit, qui ſua facta legit.
Saturninus enim martyr venerabilis orbi;
Nec latet egregij palma beata viri.
Qui cum Romana properaſſet ab vrbe Toloſam, Saturninus Roma Toloſam miſſus.
Et pia Chriſticoli ſemina ferret agri.
Tunc veſana cohors, Domini comprehendit amicum,
Inſtituitque pij membra terenda trahi.
Implicitus tauri pede poſteriore pependit, Certat pro fide.
Tractus in obliquum dilaceratus obit.
Hac ope de terris animam tranſmiſit Olympo;
O fœlix cuius funere mors moritur.
Sed locus ille quidem quo ſanctus vincula ſumpſit, Vinculorũ locum Launebodes téplo illuſtrat erecto.
Nullius templi fultus honore fuit.
Launebodes enim poſt ſæcula longa, ducatum
Dum gerit, inſtruxit culmina ſancta loci. G
Quod nullus veniens Romana gente fabriuit,
Hoc vir barbarica prole peregit opus.
Coniuge cum propria Betethrude clara decore,
Pectore quæ blando clarior ipſa nitet.
Cui genus egregium fulget de ſtirpe potentum,
Addidit ornatum vir venerando Deum.
Quæ manibus propriis alimonia digna miniſtrat,
Pauperibus tribuens ſe ſatiare cupit.
Indefeſſa * ſpem Chriſti per templa requirit, * fidem.
Iugiter excurrens ad pietatis opus.
Nudos veſte tegit, ſitienti pocula profert;
Se magis æterno fœmina fonte replet.
Proficit hoc etiam, quidquid gerit illa marito,
Anxia pro cuius vota ſalute facit.
Dux meritis in gente ſua qui pollet opimis,
Celſus vbique micans nobilitatis ope.
Sed quamuis altum teneat de ſtirpe cacumen,
Moribus ipſe ſuos amplificauit auos.
Ergo pari voto maneant in ſæcula iuncti, H
Et micet ambobus conſolidatus amor.

X.

Ad clerum Pariſiacum.

COrpvs honorifici decus & gradus ordinis ampli,
Quos colo corde, fide, religione patres;
Iam dudum obliti deſueto carmine plectri
Cogitis antiquam me renouare lyram.
En ſtupidis digitis * ſtimulatis tangere chordas, * ſtimulaſtis.
Cum mihi non ſolito currat in arte manus.
Scabrida nunc reſonat mea lingua rubigine verba,
Exit & incompto raucus ab ore fragor.

A Vix dabit in veteri ſerrugine cotis acumen,
Aut fumo infecto ſplendet in ære color.
Sed quia dulcedo pulſans quaſi malleus inſtat,
Et velut incude cura teliſa terit.
Pectoris atque mei ſuccenditis igne caminum,
Vnde miniſtratur cordis in arce vapor;
Obſequor hinc, quia me veluti fornace recocto
Artis ad officium veſter adegit amor.

* clerus.

Celſa Pariſiaci * cleri reuerentia pollens,
Eccleſiæ gentum gloria munus, honor.

Pſalmodia cleri Pariſienſis.

Carmine Dauidico diuina poemata pangens,
Curſibus aſſiduis dulce reuoluit opus.
Inde ſacerdotes, Leuiticus hinc micat ordo:
Illos canicies, hos ſtola pulchra tegit.
Illis pallor ineſt, rubor his in vultibus errat,
Et candent rutilis lilia mixta roſis.
Illi iam ſenio ſed & hi bene veſtibus albent,
Vt placeat ſummo picta corona Deo.

S. Germani Pariſienſis elogium.

In medio Germanus adeſt antiſtes honore,
Qui regit hinc iuuenes, ſubrigit inde ſenes.

* canentum

Leuitæ præeunt, ſequitur grauis ordo * ducatum,
Hos gradiendo mouet, hos moderando trahit.
Ipſe tamen ſenſim incedit, velut alter Aaron;
Non de veſte nitens, ſed pietate placens.
B Non lapides, coccus, cidaris, aurum, purpura, byſſus
Exornant humeros, ſed micat alma fides.
Iſte ſatis melior veteri quam lege ſacerdos,
Hic quia vera colit quod prius vmbra fuit;
Magna futura putans, præſentia cuncta refellens.
Antea carne carens, quam cato fine mens.
Sollicitus, quemquam ne deuoret ira luporum,
Colligit ad caulas paſtor opimus oues.
Aſſiduis monitis ad paſcua falſa vocatus,
Grex vocem agnoſcens currit amore ſequax,
Miles ad arma celer, ſignum mox tinnit in aures,
Erigit excuſſo membra ſopora toro.
Aduolat ante alios, myſteria ſacra requirens,
Vndique quiſque ſuo templa petenda loco.

Pariſienſis populi pietas & hymnodia.

Flagranti ſtudio populum domus irrigat omnem,
Certatimque monent quis prior ire valet.
Peruigiles noctes ad prima crepuſcula iungens
Conſtruit angelicos turba verenda choros.
Greſſibus exertis in opus venerabile conſtans,
Vim factura polo cantibus arma mouet.
Stamina pſalterij lyrico modulamine texens,
Verſibus orditum carmen amore trahit.
C Hinc puer exiguis attemperat organa cannis,

* ſenex

Inde * ſenex largam ructat ab ore tubam.
Cymbalicæ voces calamis miſcentur acutis,
Diſparibuſque tropis fiſtula dulce ſonat.
Tympana rauca ſenum puerilis tibia mulcet,
Atque hominum reparant verba canora lyram.
Leniter iſte trahit modulos, rapit alacer ille,
Sexus & ætatis ſic variatur opus.
Triticeas fruges feruens terit area Chriſti,
Horrea quandoquidem conſtruitura Dei.
Voce creatoris reminiſcens eſſe beatos,
Quos dominus, vigiles dum redit ipſe, videt.
In quorum meritis, animo, virtute, fideque,
Tegmine corporeo lumina quanta latent?
Pontificis monitis clerus, plebs pſallit, & infans,
Vnde labore breui fruge replendus erit.
D Sub duce Germano fœlix exercitus hic eſt,
Moſes tende manus, & tua caſtra iuua.

XL.

De Eccleſia Pariſiaca.

SI Salomoniaci memoretur machina templi,
Arte licet par ſit, pulchrior iſta fide.
Nam quæcunque illic veteris velamine legis
Clauſa fuere, prius hic reſerata patent.
Floruit illa quidem vario intertexta metallo,

* hæc

Clarius * hic Chriſti ſanguine tincta nitet.
Illam aurum, lapides, ornarunt cedrina ligna,
Huic venerabilior de cruce fulget honor.
E Conſtitit illa vetus, ruituro ſtructa talento,
Hæc precio mundi ſtat ſolidata domus.

Specularium vitreorum vius in templis.

Splendida marmoreis attollitur aula columnis,
Et quia pura manet, gratia maior ineſt.
Prima capit radios vitreis oculata feneſtris

* manus.

Artificiſque * manu clauſit in arce diem.
Curſibus auroræ vaga lux laquearia complet,
Atque ſuis radiis & ſine ſole micat.

Childeberti regis in templa & ſacra propenſio.

Hæc prius egregio rex Childebertus amore
Dona ſuo populo non moritura dedit.
Totus in affectu diuini cultus adhærens,
Eccleſiæ iuges amplificauit opes.
Melchiſedech noſter merito rex atque ſacerdos,
Compleuit laicus religionis opus.
Publica iura regens, & celſa palatia ſeruans,
Vnica pontificum gloria, norma fuit,
Hinc abiens, illic meritorum viuit honore,
Hinc quoque geſtorum laude perennis erit.

XII.

De baptiſterio Magantia.

F ARVA ſacrati baptiſmatis aula coruſcat,
Quo delicta Adæ Chriſtus in amne lauat,
Hic paſtore Deo puria grex mergitur vndis,
Ne maculata diu vellere geſtet ouis.
Traxit origo necem de ſemine, ſed pater orbis
Purgauit medicis crimina mortis aquis.

Sidonius Maguntiaci epiſcopus. Berthoara.

Hanc tamen antiſtes Sidonius extulit arcem,
Qui Domini cultum templa nouando fouet.
Struxit Berthoaræ voto complente ſacerdos
Quæ decus eccleſiæ cordis amore placet.
Catholicæ fidei ſplendor, pietate coruſcans
Templorum cultrix, prodiga pauperibus.
Seminat vnde metat fruges, ſpargendo, recondens,
Terrenis opibus non moritura parat.

Theoberti F.

Filia digna, patri ſe Theodeberte reformans
Rexiſti patriam qui pietate patris.
Et comitante fide reuocaſti ex hoſte triumphos,
Sed capti precio mox rediere tuo.

* regum. Theoberti regis clementia & liberalitas.

Eccleſiæ fultor, laus * regni, paſtor egentum,
Cur ſacerdotum, promptus ad omne bonum.
Cuius dulce iugum nullus gemuiſſe fatetur,
Viuis adhuc meritis rex in amore tuis.

XIII.

De Baſilica S. Georgij.

G MARTYRIS egregij pollens micat aula Georgi.

S. Georgij baſilica Maguntina.

Cuius in hunc mundum ſpargitur altus honor:
Carcere, cæde, fame, vinclis, ſite, frigore, flammis,
Confeſſus Chriſtum duxit ad aſtra caput.
Qui virtute potens Orientis in axe ſepultus,
Ecce ſub occiduo cardine præbet opem.

* vota.

Ergo memento preces, & reddere * dona viator,
Obtinet hic meritis, quod petit alma fides.
Condidit antiſtes Sidonius iſta decenter.
Proficiant animæ quæ noua templa ſua.

XIV.

*De oratorio * Traſarici.*

H

* Triſarici & Traſarici.

LVCIDA perſpicui nituerunt limina templi
Quo capit haud dubiam ſpem, veneranda fides.
Hæc eſt aula Petri, cœlos qui claue catenat,

* pelagi. * lacus.

Subſtitit & * pelagius quo gradiente, * lapis.
Sedibus his habitat Paulus, tuba gentibus vna,
Et qui prædo prius, hic modo præco manet.
Martini domus eſt Chriſtum qui veſtit egentem

S. Remedius.

Regem tyro tegens & homo iure Deum.
Ecce ſacerdotis ſacri micat aula Remedi
Qui tenebras mundi liquit & aſtra tenet.
Cultor opime Dei, templum Traſarice locaſti,
Has cui perſoluis, reddit amator opes.

A

XV.

De ſanctis Agaunenſibus.

* perſequebantur.

TVRBINE ſub mundi cum perſequeretur iniqui,
Chriſticolaſque daret ſæua procella neci;
Frigore depulſo, ſuccendens corda, peregit
Rupibus in gelidis feruida bella fides.

S. Mauritius.

Quo pie Mauritii ductor legionis opimæ
Traxiſti fortes ſubdere colla viros.
Quos poſitis gladiis armarent dogmata Pauli
Nomine pro Chriſti dulcius eſſe mori.
Pectore belligero poterant qui vincere ferro,
Inuitant iugulis vulnera chara ſuis.
Hortantes ſe clade ſua ſic ire ſub aſtra,

Palæſtra martyrii.

Alter in alterius cæde natauit heros,
Adiuuit rapidas Rhodani fons ſanguinis vndas,
Tinxit & Alpinas ira cruenta niues.
Tali fine polos fœlix exercitus intrans,
Iunctus Apoſtolicis plaudit honore choris.

B

Cingitur angelico ſuper aſtra beata ſenatu,
Mors fuit vnde prius, lux fouet inde viros.
Ecce triumphantum ductor fortiſſime tecum,
Quatuor hic procerum pignora ſancta iacent;
Sub luteo tumulo latitat cæleſte talentum,
Diuitiaſque Dei vilis arena tegit.
Qui faciunt ſacrum paradiſi creſcere cenſum.
Hæredes domini luce perenne dati.
Sidereo chorus iſte throno cum carne locandus,
Cum veniet iudex, arbiter orbis erit:
Sic pia turba ſimul feſtinans cernere Chriſtum
Vt cœlos peteret, de nece fecit iter.

Innocentia Sanctorum.

Fortunatus enim per fulgida dona tonantis
Ne tenebris crucier, quæſo feratis opem.

XVI.

De S. Hilario.

Hilarii natale ſuum.

SI Hilarium quæris, quis ſit, cognoſcere, lector.
Allobroges referunt Pictauis genitum.
Cum populum regeret diuina mente ſacerdos,
Seruabat legis fœdera, ſollicitus.

Eius ſtudium ſer Arrianos zelus.

Improbus vt vidit plebes quod ſcinderet error,

C

Græcorum virus protulit in medium.
Vipereo promunt ſemper qui ex corde venena,
Filius vt dicant quia eſt creatura Dei.
Quies magis auxilium præſtat ſapientia mundi,
De ingenito genitum, quæ negat eſſe Deum.
Quam male complexus, cupiens calcare prophetas,

Arii interitus.

Arrius infœlix, cum retinet, crepuit,
Egregius doctor veterum monumenta ſecutus,

B Hilarii exilium.
* Victus.

Quem Stephanus vidit, comprobat eſſe Deum.
* Vinctus amore Dei, contempto principe mundi;
Intemerata fides pertulit exilium.
In patre, qui omnipotens Deus eſt, cognoſcere natum.
Diuinis tantum vocibus inſinuat.

Eius libri de Trinitate.

Perpetuum lumen Chriſtum, Dominumque Deumque
Biſſenis populos edocere ſſe libris.

XVII.

De S. Medardo Epiſcopo.

* Aſtris
Vitæ eius ſummæ.
* cælum
* Reddens.

INTER Chriſticolas, quos actio vexit in * aſtra.
Pars tibi pro meritis magna, Medarde, patet.
Qui ſic vixiſti terrenis hoſpes in oris,
Vt * cœlum, patriam * credere eſſe tuam.
Exilium tibi mundus erat, cœnoſa cauenti;

D

Et modo, te, gaudet, ciue manente, polus.
Exutus tenebris, veſtitus tegmine lucis,
Poſt obitum frueris liberiore die.

Seculi fuga.

De tellure ſatus factus poſſeſſor Olympi,
Et matrem linquens cum patre, læta tenes.
Humani victor vitij ſuper aſtra triumphas;
Atque cremans carnem, das animæ requiem.
Te inter mundanos vepres gradiente, fatemur,
Calcatis ſpinis, promeruiſſe roſas.
Flore refectus ager, ſuaues tibi fundit odores,
Balſama, thura, replent, quæ paradiſus habet.

E

Cauta per anguſtum figens veſtigia callem,
Sic dedit arcta tibi ſemita lucis iter.
Lata voluptatum via, quæ ſubmergit Auerno,
Dulcia carnis alens, mortis amara parat.
Hoc nunquam ſactos flexiſti tramite greſſus;
Nec potuere tuos prata tenere pedes.
Durum iter ad laudes, grauior via ducit in altum,
Quo labor eſt potior, gloria maior erit.
Quæ prius inſpicias ſacri miracula facti,
Cum quidquid facias, omnia prima micent.

* fugit.

Dum * fuit ad ſuperos humano in corpore vita,
Ex oculis fugiens lux tibi cordis erat.

Cæcos illuminat c. 22. vitæ S. Medardi.

Si cæcus venit, rapuit palpando ſalutem,
In mediis tenebris fulſit aperta dies.
Qui voluit furti cauſas penetrare latentes,
Te religante ſedet, te reſerante fugit.

* perfecto.
Fur vitium labyrintho mire implicatur c. 10.
* foris.

Fur ſine * perfecto voto deceptus inani,
Omnia reſtituens, crimina fraudis habet.
Nam ſemel vt molles carpſerunt palmitis vuas,
Non valuere gradus inde referre * foras.

G

Nec potuit raptor pedibus ſubducere prædam,
Raptori abdidit ſed ſua præda pedes.
Ergo ſuis laqueis cœpit miſer eſſe ligatus,
Venerat vt caperet, captus at ipſe fuit.
Nec tetigit muſtum, ſed iniqua mente rotatur,
Antea quam biberet, ebria turba iacet
Incepit ſeruare magis, quam ferre racemos,
Et datus eſt cuſtos, qui cupit eſſe rapax.
Donec, ſancte, tuis verbis tu iuſſiſſes abire,
Vt furtum impleret, doctus ab hoſte redit.
Quæ manet hæc animi pietas, ſanctiſſime præſul,
Lædentem auxilio qui facis ire tuo?

Tintinnabulum ſonare vbique ianam prodit tauri abigeum. c. 12.

Tintinnum rapit alter inops, magis improbus ille
Qui iumentorum colla tenere ſolet.
Abſconditque ſinu, fœno præcludit hiatum,
Et tenet ipſe manu, ne manifeſtet opus.
Te veniente ſacer cauſas patefecit opertas,
Tinnitu incipiens iam quaſi furta loqui.
Nil valet abſcondi, nil claudi, nilve teneri,
Facundo ſtrepitu prodidit omne malum.
Pandebat propriam velut ſub iudice cauſam,
Nil de fure timens liberiore ſono.

G

Indicat, accuſat, conuincit, damnat, acerbat,
Te præſente tamen non licet eſſe reum.
Abſoluis furem, ſolitæ pietatis amore
Addens, & monitus cautus vt iret iter.
Præcipiens quendam ſecum portare rapinam,
Ne vacua tuſus ſpe remearet inops.
Hinc tamen, vt potero, cum raptus ab vrbe fuiſſes,
Quæ dederis populis ſigna verecunda loquar.

Cæci illuſtratio c. 23. in funere S. Medardi.

Cum pia compoſito veherentur membra feretro,
Subtractum metuit cæcus habere diem.
Anxius ille, facem lumen ſuſcepit ab vmbra,
Et tua mors, illi lucis origo fuit.
Dumque ſepulchra darent, oculi rediere ſepulti,
Et ſopor ille tuus, hunc vigilare facit.
Cum fugis à mundo, datur illi lumine mundus,
Te linquente diem, hunc fugiunt tenebræ.
Antiqui vultum lucem ſtupuere modernam,
Et veteri fabricæ prima feneſtra venit.

Vincti compedibus & ferro onuſti mire ſoluti tur c. 29.

Cum pedibus valdis, alter manicisque ligatus
Mox tetigit templum, ferrea vincla cadunt.
Tam graue fragmentum dolor eſt vel cernere pœnam
Ponderatot miſeros ſuſtinuiſſe pedes.

H

Si connexa forent, elephantem ſoluere poſſent,
Nec poterat rigidos ipſe mouere gradus.
Non minus eſt illi, quæ ſubuertente procella,
Littoribus Lybicis anchora fracta iacet.
Pœna quidem grauior, cecidit creſcente triumpho,
Vincere rem ſeuam gloria maior erat.
Non habuit tot vincla pati miſer ille, ligatus,
Sed tua quo virtus plus mereretur opus.
Cum ſolidarentur, non ſic ſtrepuere catenæ,
Ceu tinniuerunt, cum crepuere feræ.
Quæ fuit illi prius [illegible] male vincta catenis,

A

minationi & ſanctitati veſtræ peculiariter me commendãs, rogo & obteſtor, ſicut ille dominus meus Martinus ſua interceſſione obtineat, vt cum ipſo, iuxta merita veſtra, in luce perpetua vos collocet diuina miſericordia, vt pro me humili filio & ſeruo veſtro, ad eius beatum ſepulchrum orare * digneris, vt pro peccatorum meorum remiſſione pius interceſſor * accedas. Eos vero, qui veſtri ſunt, omnes domnos & * dulces meos reuerenter ſaluto: domnum meum per omnia dulciſſimum, filiũ veſtrum, * Euentium pro me multipliciter ſupplico ſalutari. Domno meo Felici epiſcopo, ſi per vos venit, me benigno animo commendari deposco. Ora pro me.

* dignemini &.
* ut accedat.
* duces.
* Euanuũ.

III.

Ad eundem.

QVAMVIS pigra mihi iaceat ſine fomite lingua,
Nec valeam dignis reddere digna viris.
Attamen, alme pater, Chriſti venerande ſacerdos,
Euphroni, cupio ſoluere parua tibi.
Debeo multa quidem, ſed ſuſcipe pauca libenter,

B

Sit veniale precor, quod tuus edit amor.
Eccleſiæ lampas ſub te radiante coruſcat,
Lumine pontificis fulget vbique fides.
Gratia præcellens ſyncero in pectore vernat,
Quo nullus dolus eſt Iſraelita * vir es.
Immaculata tibi fœliciter actio currit,
Vt penetres cœlos hæc via pandititer.
Dulcia colloquij ſine fuco dicta refundis,
Non ſic mella mihi, quam tua verba placent.
Quidquid habet ſenſus hoc lingua ſerena relaxat,
Pectore ſub veſtro fraus loca nulla tenet.
Qui ſine felle, manes in ſimplicitate columbæ,
Nec ſerpens in te dira venena fouet.
Aduena ſi veniat, patriam tu reddis amatam,
Et per te proprias hic habet * hoſpes opes.
Si quis iniqua gemit, triſtis hinc nemo recedit,
Sed lachrymas remouens læta ficare facis.
Martinus meritis hac vos in ſede locauit,
Dignus eras heres, qui ſua iuſſa colis.
Ille tenet cœlum, largo dans omnia voto;

C

* Chriſto functus eris hunc imitando virum.
Non perit hic veſtrum qui grex ad ouile recurrit,
Candida nec ſpinis vellera perdit ouis.
Non lupus ore rapit prædam, paſtore vigente,
Sed fugit excluſus non lacerando greges.
Hæc tibi lux maneat longos, venerande, per annos,
Atque futura dies lucidiora ferat.

* B Euphroni virtutes
* virtus.
* ausi.
* Iunctus eris Chriſto.

IV.

Ad Felicem epiſcopum Namneticum.

DOMNO SANCTO APOSTOLICA SEde Digniſſimo domno & patri Felici papa, Fortunatus.

OSCITANTE me prope finitima pelagi, blandimento naturalis torporis in lecto, & littorali diutius in margine decubãte, ſubito per vndifragos veſtri fluctus eloquii, quaſi ſcopulis incurrentibus, eliſa ſalis ſpargine, me cõtigit irrogari; ſed ad primos euigilandi ſtimulos, infundi poteiã, non tamen excitari; qui adhuc more ſolito grauiter obdormitans, tandem aliquando inter crepitantia verborum veſtrorum tonitrua vix ſurrexi. Igitur cum conſiderarem dicta ſingula, de more tubarum, clangente ſermone, prolata, & ſydereo quodammodo ſplẽdore perfuſa; velut coruſcantiũ radiorũ perſpicabili lumine, mea, viſi eſtis, lumina perſtrinxiſſe: & ſoporantes oculos, quos mihi aperuiſtis tonitruo, clauſiſtis coruſco. tantus enim exercitati claritate colloquii veſtræ linguæ iubare effulſit, tãta ſe * renidentis eloquẽtiæ lux vibrauit, vt conuerſo ordine mihi viderentur verbis radiantibus ab occidentali parte ſol naſci, te loquente. Credebã enim quaſi ſono Pindarico compactos tetraſtrophos pedeſtri glutine ſigillatos, & ac ſi enthymematũ parturiẽs catenatum vinculum fæcunda fluxiſſet oratio ſpiris intertexta, ſophiſmate peregrino. Denique quantum ad profunditatem veſtræ dictionis attinet, feceratis ignorantem per

D

* ſolidentis.

ſermonum * compita velut inter cautes * Echinadum oberrare, niſi à vobis ipſis lampas * viatrix itineris occurriſſet. Quod vero veſtris inſeruiſtis epiſtolis, *vocem meam, nec acclamatione laudum ſuperatam, in vltimo orbis angulo perſonaſſe*, hæc ipſa dum relego, cœpi me mirari, veſtro ſubito creuiſſe colloquio; qui fauorem proprio non mererer ornatu, gauiſus, vſque adeo affectu fautoris erigi, qui me recognoſcerẽ ingenij qualitate ſubſterni. O quantum charitas præualet, cum illud lingua laudantis adijcit, quod * laudãti vena ſubducit. Optãdum eſt ſiquidem, vt de me humillimo tali teſti potius credatur, quam auctori. Non enim Polydeucem ſuę commendaſſet venæ ſalientis vbertas, niſi Smyrnei fontis fatidico latice fuiſſet attactus. Illud itaque, quod dixiſtis, *in vltimo orbis angulo, quaſi veſtram habitare præſentiam*, ſatis hoc fieri iuſtum eſt, vt de vobis mihi credatis, qui de me vobis credi, blandius ſuadetis. Quoniam loca, quamuis regione vltima, te ciue, ſunt prima; itã ſi perſonæ merito vrbes ſibi vendicant principatũ, nulli, per vos, eſt ille locus inferior, vbi quidquid de laude requiritur, Felix actibus pontifex * eſt aſſertor. Denique non Caucaſi ritu, rabidæ nec viſæ * ſitus frigoribus intertextus, reſpirat, ſed per vos, mutatis ſedibus, aſſiduo fauonij ſibi modulante, * vernat. Hoc etiam, quod ſanctitas veſtra conqueritur, *me inuento Turonis parua prolixitate potitum ſe fuiſſe colloquiis*, cum me ècontra pudeat, in breui ſpacio prodidiſſe infamiam, & latere tanti gratiam pontificis acquiſitam. Tamen, ſi * noſtræ amicitiæ partes conſiderare velitis, quamuis protracto ſpacio aſpectu veſtro fruerer, incitari poterã, non expleri. Quis enim ſuauiũ ſemel afflat * odore roſarum, vel ſatiatum quandoq; ſe iudicet, vel patiatur reddere faſtidientem? Cum, ſi diutius mus fuiſſemus comminus, tanto magis dilectione ſuccenderer, quanto plus agnoſcerem quem amarem. Quod enim intuliſtis; *ſi Ligerim vobiſcum aſcendiſſem ſecundis fluctibus, & Namnetis occurriſſem*, noui quidẽ, te mihi canobo, Cheruſcis accerſentib * myóparonẽ præpetem, catus, & arte armoniaca tutus inter ſimplegadas ſe mordentes exijſſem; & ſi res exigeret * plauſu creperegico Octan Thyrinthium, cũ Pindaro ſpirante, pulſaſſem. Qua vero auiditate, illud me creditis perlegiſſe, quod vos intertexere, mera charitas imperauit: quod dixiſtis: *Nec ſi viciſſi veniſſent, in ſolatio me vobis * arripere valuiſſent*; credite, quantum meus animus inſpicit, ipſa mihi vix Roma tantum dare ad auxilia poterat, quantum præſtitiſtis in * verbo: Nec apud me plus aliquid eſt factis impendere, quã vota voluntatis afferre: nam alloquij refluente dulcedine, nihil opus eſt plus * egere. Quod vero facetijs addidiſtis: *niſi ſolicitatus laudibus, ruſticus calamus non * tornaſſet*, licet talis cultor Chriſticola feraciſſima iugera, ſæpius exarauit, attamen nuper illũ, id eſt, * tuos contigeret ludos Ithyphallicos, Amphionio barbito reboaſſe. Hoc quoq; quod delectabiliter adiecistis: *me domina mea Radegunde miro charitatis incluſum*; ſcio quidem, quia non ex meis meritis, ſed ex illius conſuetudine, quã circa cunctos nouit impendere, colligatis. Et quantum in mea perſona, panegyricum poetice tangitis, tantum in eius laudis hiſtoriã retuliſtis. Tamẽ in veſtris verbis illud relegere merui quod interius gratiam percepi; ſed qui de me parũ magna depingitis, quæſo, de magnis maxima prædicetis. Quapropter, dominationi & ſanctitati veſtræ me humili ſupplicatione commendans, deprecor per dominum redemptorem animarum noſtrarũ, qui vos prædeſtinatos, ſua facturus eſt in luce conſortes, vt me in ſanctis orationibus, pietatis intuitu dignemini memorare. Magnum enim erit ſpei meæ auxilium, à vobis obtinere quod poſco.

E

* compitos.
* Echinadas.
* præuiatrix.
* laudati.
* eſſe aſſeritur
* ſidus.

F

* vernarus.
* noſtri amici.
* auſu creperico, vel crepero:
* abripere.

G

* verbo.
* agere.
* tornaſſet.
* vos.

H

SI veniant linguæ, pariter Græca atque Latina,
Pro meritis nequeunt ſoluere cuncta tuis.
Laudibus obſeſſus, votis venerandus haberis,
Felix qui ſenſus luce perennis eris.

V.

Ad eundem ex nomine ſuo.

FIDA ſalus patriæ, Felix ſpe nomine, corde,
Ordo ſacerdotum, quo radiante, micat.
Reſtitutis terris, quod publica vota petebant,
Temporibus noſtris gaudia priſca ferens.
Vox procerum, lumen generis, defenſio plebis,
Naufragium prohibes hic vbi portus ades.

A

Autor apoſtolicus, qui iura Britannica vincens,
Tutus in aduerſis, ſpe crucis, arma fugas.
Viue decus patriæ, fidei lux, autor honoris,
Splendor pontificum, noſter & orbis amor.

VI.

Ad Felicem epiſcopum, de dedicatione Eccleſiæ ſuæ.

Dedicationis templorum celebritas.

CVM Salomon coleret generoſi encænia templi,
Iſraheliticos fecit adeſſe viros.
Leuitas, proceris, pueros, iuueneſque ſeneſque.
Vndique certatim regia pompa trahit.
Mactantur vituli, tauri iugulantur ad aras,
Et populi in votis gaudia cædis erant.
Nunc vero adſurgit, ritu placitura beato,
Tempore decurſo, iuſtior ara Deo.

* miniſtris *exuperat.

Proſpera quæ populis Felix modo feſta * miniſtrat,
* Exuperant rebus geſta priora nouis.
Conuocat egregios, ſacra ad ſolennia patres,
Quo ſtat vera ſalus, & fugit vmbra vetus.

B

Epiſcoporū poteſtas & munus.

* inulceret.

Docti claue Petri cœlos aperire perenni,
Ac monitis Pauli noſcere clauſa poli.
Ne lupus intret oues, nec morbus * vulneret agnos,
Hinc ſunt cuſtodes, inde medella gregis.
Quorum vox refluens, populo, de fonte ſalutis,
Vt bibat aure fidem, porrigit ore ſalem.

Epiſcopi dedicationi præſentes. Euphronius.

Inter quos medios, Martini ſede ſacerdos.
Euphronius fulget Metropolita ſacer;
Plaudens in ſancta fratrum coeunte corona,
Et ſua membra videns, fortior extat apex.
Lætius inde caput, quia ſunt ſua viſcera ſecum,
Eccleſiæ iuncto corpore creſcit honor.

Domitianus & Victorius. Marachařius * ſacerdotij.

Domitianus, item Victorius, ambo columnæ,
Spes in vtriſque manens pro regionis ope.
Domnulus hic fulget meritis; Maracharius inde,
Iure* ſacerdotij cultor vterque Dei.
En ſpectat, veniat quæ nunc memoranda per æuum
Votis plena pijs fulget in orbe dies.

C

In qua promeruit ſua gaudia cernere paſtor,
Officioque ſacro, reddere vota Deo.
Tempore qui longo aduentu pendebat in iſto,
Deſpiciens aliud, hoc erat omnis amor;
Omnia tuta timens, ſuſpecto in tramite vitæ,
Ne prius iret, iter, quam daret iſta Deo.
Sæpius occultans, ſuſpiria laſſa trahebat,
Cederet vt dominus hoc properare decus.
Anxius incerto curarum faſce laborans,
Dum votum ſpectat, pondera tempus erant.
Sed iam feſtus adeſt; ſoluatur ſarcina curæ,
Lætitiæ cumulus triſte repellat onus.
Proſpera dans populis, & gaudia larga, per vrbem
Felix felici cum grege, paſtor, age.

Ritus conſecrandi templa.

Hinc te pontifices circundant, inde miniſtri;
Cingit te totum, hinc honor, inde fauor.
Clerus ecce choris reſonat, plebs inde choraulis;
Quiſque tuum votum, qua valet arte canit.
Tarda fuere, tibi quia fit mora ſemper amanti,
Res ſublimis enim tarda; ſed ampla venit.
Nunc domini laudes, inter tua claſſica canta,
Et Trinitatis opem, machina trina ſonet.
Adde medullata in templis holocauſta ſacerdos,
Quo diuturna mices, hoſtia pura Deo.

D

VII.

In honorem eorum, quorum ibi reliquiæ continentur.

SIDEREI montes, ſpecioſa cacumina Sion,
A libano gemini, flore comante, cedri.
Cœlorum portæ, lati duo lumina mundi;
Ore tonat Paulus; fulgurat arce Petrus.

SS. Petri & Pauli apoſtolorum encomion.

Inter Apoſtolicas radianti luce coronas,
Doctior hic monitu; celſior ille gradu.
Per hunc corda hominum reſerantur, & aſtra per illum;
Quos docet iſte ſtylo, ſuſcipit ille polo.

* ille

Pandit iter cœli hic dogmate; clauibus * alter,
Eſt via cui Paulus, ianua fide Petrus.
Hic petra firma manens, ille architectus habetur.

E

Surgit in his templum, quo placet ara Deo.
Vno fonte, pares medicata fluenta rigantes,
Reſtinguunt auidam, dulce liquore, ſitim.
Fortia bella gerens, quiſquis cupit aſtra tenere,
Rex dedit hos proceres militis eſſe duces.
Gallia plaude libens; mittit tibi Roma ſalutem;
Fulgor Apoſtolicus viſitat Allobrogas,
A facie hoſtili duo propugnacula præſunt,
Quos fidei turres, vrbs caput orbis habet.
Hi radiant oculi precioſo in corpore Chriſti,
Lumine qui proprio cætera membra regunt.
Munere Felicis cœli cape Gallia fruges,
Pontificiſque tui vota beata cole.
Cuius caſtus amor dedit hanc in honore ſuperno,
Eccleſiæ nuptæ dote perenne, domum.

Nannetici templi deſcriptio.

Vertice ſublimi patet aulæ forma triformis,
Nomine Apoſtolico, ſanctificata Deo.
Quantum inter ſanctos meritum ſupereminet illis,
Celſius hæc tantum culmina culmen habent.

F

In medium turritus apex ſuper atria tendit,
Quadratumque leuans criſta rotundat opus.
Altius vt ſtupeas arce aſcendente per arcus,
Inſtar montis agens ædis acumen habet.
Illic expoſitos fucis, animantibus artus,
Viuere picturas, arte reflante putes.

* Stagnea.

Sol vagus, vt dederit per * ſtannea tecta colorem,
Lactea lux reſilit, cum rubor inde ferit.
Ire, redire vides, radio criſpante, figuras,
Atque lacunar agit, quod maris vnda ſolet.
Fulgorem aſtrorum meditantur tecta metallo;
Et ſplendore ſuo culmina ſydus habent.
Luna coronato quoties radiauerit ortu,
Alter ab æde ſacra ſurgit ad aſtra iubar.
Si nocte inſpiciat hanc prætereundo viator,
Et terram ſtellas credet habere ſuas.
Tota capit radios patulis oculata feneſtris,
Et quod mireris hic foris, intus habes.
Tempore quo redeunt tenebræ, mihi dicere fas ſit,
Mundus habet, noctem detinet aula diem.

G

Patroni eccleſiæ. S. Hilarius. * fudit. S. Martinus S. Ferreolus.

Dextera pars templi meritis præſulget Hilari,
Compare Martino conſociante gradum.
Gallia ſic proprios dum * fundit vbique patronos,
Quos hic terra tegit, lumina mundus habet.
Altera Ferreoli par eſt, qui vulnere ferri,
Munere martyrij gemma ſuperba nitet.
Obtulit hæc Fœlix, vt ſit magis ipſe ſacerdos,
Chriſte, tuum templum, qui tibi templa dedit.

VIII.

Ad eundem, in laudem eius, & regionis Armorici.

ILLVXIT feſtiua dies, me gaudia cogunt,
Vt quod plebs poterat, ſolus amore loquar.
Vltima quamuis ſit regio Armoricus in orbe,
Felicis meritis cernitur eſſe prior.
Miſerunt ſimiles Oriens, & Gallia ſortes,
Illa micat radiis ſolis, & iſta tuis.
Nam ſplendore nouo ſua munera quiſque miniſtrat,
Tu fers Oceano lumen, & ille rubro.
Denique ſi ſenſus clara pro lampade fulget,
Ingenium veſtrum luminis inſtar habet.

H

Felicis Nannetici præſulis.

Maxima progenies titulis ornata vetuſtis,
Cuius & à proauis gloria celſa tonat.
Nam quicunque potens Aquitanica rura ſubegit,
Extitit ille tuo ſanguine, luce, parens
Germinis antiqui venerabile culmen, in orbe,
Laudibus in cuius militat omne decus.
Flos generis, tutor patriæ, correctio plebis,
Eloquij flumen, fons ſalis, vnda loquax.
Semita doctrinæ, ius cauſæ, terminus iræ.
Cuius in ingenium huc noua Roma venit.
Illic quod poterat per plures illa docere,
Te contenta ſuo Gallia ciue, placet.
Ornamenta geris gemino fulgentia dono,
Et te concelebrant hinc opus, inde genus.

A

Sed qui terrena de nobilitate nitebas,
 Eccleſiam nunc ſpe nobiliore regis.
**adornatum *ornatum Pudicitia & caſtitas epiſcopi.*
Cuius * ad aratrum bone cultor iugiter inſtas,
 Vt iam multa Deo ſplendida dona dares.
Nupſiſti eccleſiæ, felicia vota iugaſti.
 Hanc qui matronam dote potente reples.
Cuius in amplexu ducis ſine crimine vitam,
 Altera nec mulier corde recepta fuit.
Hanc oculis, animo retines & corde pudico,
 Vnde tibi nupſit, caſtior inde manet.
*Eccleſiæ fœcunditas. *fundit.*
Illa tibi prolem peperit, ſed corpore virgo,
 Et populum gremio * fudit amata tuo.
Ecce tuos natos diuina ex coniuge ſumptos.
 Et modo te gaudent, quos patris vmbra tegit.
Proque ſalute gregis, paſtor, per compita curris.
 Excluſoque lupo tota tenetur ouis.
Inſidiatores remoues, vigil arte Britannos;
 Nullius arma valent, quod tua lingua facit.
Tu quoque ieiunis cibus es, tu panis egenti
 Quæ ſibi quiſque cupit, hic ſua vota videt.

B

Diuitias proprias in pauperis ore recondis,
 Largas mendici ventre reponis opes.
Tempore quo veniet Chriſtus, tunc omnia vobis.
 Iudicis in facie ſæculus iſte refert.
Sit tibi fixa, ſalus numeroſos ampla per annos,
 Perpetuus felix, * nomine, mente, fide.

IX.

Ad Felicem epiſcopum, de paſchate reſurrectionis Domini.

Veris deſcriptio.
TEMPORA florigero rutilant diſtincta ſereno,
 Et maiore poli lumine porta patet.
Altius ignìuomum ſolem cœli orbita ducit,
**Qui. *Oceanus.*
 * Qua vagus * Oceanus exit, & intrat aquas.
Armatus radiis elementa liquentia luſtrans,
 Adhuc nocte breui tendit in orbe diem.
Splendida ſyncerum producunt æthera vultum,
 Lætitiamque ſuam ſydera clara probant.

C

Terra fauens, vario fundit munuſcula fœtu;
 Cum bene vernales reddidit annus opes.
Mollia purpureum pingunt violaria campum,
 Prata virent herbis, & micat herba comis.
Paulatim ſubeunt, ſtillantia lumina florum,
 Arridentq; oculis gramina tincta ſuis.
Semine depoſito, lactans ſeges exilit aruis,
 Spondens agricolæ vincere poſſe famem.
Caudice deſecto lachrymat ſua gaudia palmes,
 Vnde merum tribuat dat modo vitis aquam.
Cortice de matris, tenera lanugine, ſurgens,
 Præparat ad partum turgida gemma ſinum.
Tempore ſub hyemis foliorum crine reuulſo,
 Iam reparat viridans frondea tecta nemus.
**Myrtha *acernus.*
* Myrta, ſalix, abies, corylus, ſiler, ylmus, * acer, nux.
 Plaudit quæque ſuis arbor amœna comis.
**apes.*
Conſtructura fauos, * apis hinc aluearia linquens.
 Floribus inſtrepitans, poplite mella rapit.
**auis.*
Ad cantus reuocatur * aues, quæ carmine clauſo,
 Pigrior hyberno frigore muta fuit.

D

Hinc philomela ſuis attemperat organa cannis,
 Fitque re percuſſo dulcior aura melo.
Principium quo viſitur Eccleſia.
Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi,
 Omnia cum domino dona rediſſe ſuo.
Namque triumphanti poſt triſtia tartara Chriſto,
 Vndique fronde nemus gramina flore fauent.
Legibus inferni oppreſſis, ſuper aſtra meantem,
 Laudant rite Deum, lux, polus, arua, fretum.
Qui crucifixus erat Deus, ecce, per omnia regnat,
 Dantque creatori cuncta creata precem.
Salue feſta dies, toto venerabilis æuo;
 Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet.
*Scripula. *puncta.*
Nobilitas anni, menſium decus, alma dierum,
 Horarum ſplendor, * ſcrupula * puncta fouens,
Hinc tibi ſylua comis, hinc plaudit campus ariſtis;
 Hinc grates, tacito palmite, vitis agit.

E

Si nihi nunc auium reſonant virgulta ſuſurro,
 Has inter minimus paſſer, amore cano.
Chriſte ſalus rerum, bone conditor, atque redemptor,
 Vnica progenies, ex deitate patris.
Irrecitabiliter manans de corde parentis,
Chriſtus Verbum.
 Verbum ſubſiſtens, & penetrare potens.
Æqualis, concors, ſocius, cum patre coæuus,
 Quo ſumpſit mundus, principe, principium.
Chriſti diuinitas.
Æthera ſuſpendis ſola congeris, æquora fundis,
 Quæque locis habitant, quo moderante vigent.
**merſiſſe.*
Qui genus humanum cernens * merſum eſſe profundo,
 Vt hominem eriperes, es quoque factus homo.
Nec voluiſti etenim tantum te corpore naſci,
 Sed caro quæ naſci pertulit atque mori.
Chriſti mors.
Funeris exequias pateris, vitæ autor, & orbis,
 Intrans mortis iter, dando ſalutis opem.
Triſtia ceſſerunt infernæ vincula legis,
 Expauitque chaos luminis ore premi.
Depereunt tenebræ Chriſti fulgore fugatæ,
 Et terræ noctis pallia craſſa cadunt.

F

Pollicitam ſed redde fidem, precor alma poteſtas,
 Tertia lux redit, ſurge ſepulte meus.
Non decet, vt humili tumulo tua membra tegantur,
 Neu precium mundi vilia ſaxa premant.
Indignum eſt, cuius clauduntur cuncta pugillo,
 Vt tegat incluſum, rupe vetante, lapis.
Lintea tolle, precor, ſudaria linque ſepulchro,
 Tu ſatis es nobis, & ſine te nihil eſt.
Solue catenatas inferni carceris vmbras,
 Et reuoca ſurſum, quidquid ad ima ruit.
Redde tuam faciem, videant vt ſæcula lumen,
 Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.
Sed plane impleſti remeans, pie victor, ad orbem,
 Tartara preſſa iacent, nec ſua iura tenent.
Chriſti deſcenſus ad inferos, Reſurrectio. Aſcenſio. Baptiſmi ceremonia à Felice, conuerſis gentilibus celebrata
Inferus inſaturabiliter caua guttura pandens,
 Qui rapuit ſemper, fit tua præda Deus.
Eripis innumerum populum de carcere mortis,
 Et ſequitur liber, quo ſuos auctor adit.
Euomit abſorptam trepide fera bellua plebem,
 Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues.
Hinc tumulum repetens, poſt tartara, carne reſumpta,
 Belliger ad cœlos ampla trophæa refers.

G

Quos habuit pœnale chaos, iam reddidit in te,
 Et quos mors peteret, hos noua vita tenet.
Rex ſacer ecce tui radiat pars magna triumphi,
 Cum puras animas ſacra lauacra beant.
Candidus egreditur nitidis exercitus vndis,
 Atque vetus vitium purgat in amne nouo.
Fulgentes animas veſtis quoque candida ſignat,
 Et grege de niueo gaudia paſtor habet.
**hac.*
Additur * ac Felix conſors mercede ſacerdos,
 Qui dare vult domino dupla talenta ſuo.
Ad meliora trahens gentili errore vagantes,
**raperet. *Heua.*
 Beſtia ne * rapiat munitu ouile Dei.
Quos prius * Eua nocens infecerat, hos modo reddit,
 Eccleſiæ paſtos vbere, lacte, ſinu.
Mitibus alloquiis agreſtia corda colendo,
 Munere Felicis, de vepre nata ſeges.
Saxones baptiſmo renati in Gallis.
Aſpera gens Saxo, viuens quaſi more ferino.
 Te medicante ſacer bellua reddit ouem.

H

Centeno reditu tecum manſure per æuum,
 Meſſis abundantis horrea fruge reples.
Immaculata tuis plebs hæc vegetetur in vlnis,
 Atque Deo purum pignus ad aſtra feras.
Vna corona tibi de te tribuatur ab alto,
 Altera de populo vernet adepta tuo.

X.

De domno Felice Namnetico, cum fluuium alibi detorqueret.

CEDANT antiqui quidquid meminere poetæ,
 Vincuntur rebus facta vetuſta nouis.
Includi fluuios ſi tunc ſpectaſſet Homerus,
 Inde ſuum potius dulce repleſſet opus.
Cuncti Felicem legerent modo, nullus Achillem,
 Nomine ſub cuius creſceret artis honor.

A Vigilantia in gregem.
Ictibus inualidis quamuis minitetur iniquus,
Tu quibus es nutus vulnera nulla timent.
Et licet incluſo lupus inſidietur ouili,
Te cuſtode gregis nil ibi prædo nocet.
Miſericordia.
Oblectas populos vultu ſine nube ſereno,
Cunctorumque animos gratia blanda fouet.
Si poſcat nouus hoſpes opem, tu porrigis eſcas,
Inuenit & proprios ad tua tecta lares.
Dum ſatias querulum, magis obliuiſcitur illas,
Quas habet in patriis finibus exul opes.
Qui ſua damna refert, gemitus ſubducis ab ore,
Gaudia reſtituens triſtia cuncta fugas.
Protegis hinc nudos, illic tu paſcis egentes,
Nil tibi reddit inops, reddit amore Deus.
Horrea præmittit, melius tua condita ſeruans,
Quas ſic diffundis, dat paradiſus opes.
Religio templorum.
Culmina templorum renouaſti Villice cultor,
Cum veniet Dominus, ſtat labor ecce tuus.
Commiſſum, video, non ſuffodiſſe talentum,
Sed magis optatum multiplicatur opus.
B
Longius * extentos peragas tam digna per annos,
* Extenſos.
Et maneat ſemper nomen opime tuum.

XV.

Ad eundem.

PASTOR opime gregis, cunctis tua pabula proſunt,
Qui ſatias animas, quam bene membra foues.
Sic auidos reddis conuiuas nectare lactis,
Vt ſcutella leuet, quod cocleare ſolet.

XVI.

Ad eundem.

CVRRIT ouis repetens, à te ſua paſcua paſtor,
Qui cibus eſſe ſoles, da mihi panis opem.

XVII.

De pictura vitis in menſa eius dictum.

VITIBVS intextis ales ſub palmite vernat,
Et leuiter pictas carpit ab ore dapes.
C
Multiplices epulas meruit conuiua tenere,
Aſpicit hinc vuas, inde falerna bibit.

XVIII.

De piſcibus in menſa eius.

RETIA veſtra pater, oneroſo piſce redundant,
Apparet Petri vos meruiſſe vices.

XIX.

Ad Charentinum Epiſcopum Colonię.

CHARENTINE decus fidei, deitatis amice,
Nomine de proprio chare perennis amor.
Pontificem pollens Agripina Colonis præfert
Frugiferis agris digne colone Dei.
Charentini beneuolentia & caritas.
Si videas aliquos quacunque ex gente creatus.
Quamuis ignotos mox facis eſſe tuos.
Quos ſemel affectu adſtringis pietate paterna
Vlterius nunquam diſſociare potes.
Nec ſubito veniens veluti fugitius recedit,
Sed conceſſa cito gratia, fixa manet.
D
Verba Dei complens, ſicut te diligis ipſum
1. Cor. c. 13
A te ita diligitur proximus omnis homo.
Vocis Apoſtolicæ ſectator dignus haberis,
Quæ charos animos propoſuit fidei.
Eiuſdem variæ dotes.
Tranquillus, placidus, mitis, ſine nube ſerenus,
Cui rabies mundi nil dominare poteſt.
Pectora cunctorum reficis dulcedine verbi,
Beneficia.
Lætificas vultu triſtia corda tuo.
Pauperibus cibus es, ſed & eſurientibus eſca,
Rite pater populi, dando ſalutis opem.
Aurea templa nouas, * precioſo fulta decore,
* ſpecioſo
Tu nitescere, vnde Dei fulget honore domus.
Maioris numeri quo templa capacia conſtent,
* numen.
Alter in excelſo pendulus ordo datur.
Sollicitat pia cura gregis, te, paſtor opime,
Nil lupus ab ſtabulis quo vigilante rapit.

Tempora longæuo teneas felicia tractu,
E
Et per te domini multiplicentur oues.

XX.

*De Igidio * epiſcopo Remenſi.*

ACTIBVS egregiis, venerabile culmen, Igidi,
* Egidio.
Ex cuius meritis creuit honore gradus.
* Rhemenſi.
Subtrahor ingenio, compellor amore parato,
Laudibus in veſtris prodere pauca fatens.
Namque reus videor tantis exiſtere cauſis,
Si ſolus taceam, quidquid vbique ſonat.
Sed quamuis nequeam digno ſermone, fateri,
Da veniam, voto me voluiſſe loqui.
Exiit in * mundum geſtorum fama tuorum,
* mundo.
Et meritis proprus ſydus in orbe micas:
Clarior effulges, quam lucifer ore ſereno,
Ille ſuis radiis, tu pietate nites.
Nil lupus inſidias cauto ſubducit ouili,
Egidij cura erga creditas oues.
Te paſtore ſacro peruigilante gregem.
Facundo eloquio cœleſtia dogmata fundis,
F
Eccleſiæ creuit te monitore domus.
Pontificis ſtudio correctio plebis haberis,
Ne tenebræ noceant, ſemita lucis ades.
Cunctorum recreas animos dulcedine verbi,
Qui ſatias epulis, paſcis & ore greges.
Præcepta implentur, non ſolo pane cibamur,
Delicias capimus, quas tua verba ferunt.
Vt gaudet corpus cui mitior eſca paratur,
Sic animæ gaudent ſi tua lingua ſonet.
Hæreſis ira cadit, forte te milite Chriſti,
Acquiris regi, qui dedit arma tibi.
Qui purgas ſpinis agros, ſermone colente,
Et mundata Deo ſurgit vbiq; ſeges.
Qui venit huc exul, triſtis, defeſſus, egenus,
Liberalitas & eleemoſynæ ſtudiū.
Hic recipit patriam, te refouente, ſuam.
* Qui doluit, tollis gemitus in gaudia vertens,
* Quo.
Exilium remoues, reddis amore lares.
Pauper habere cibum, meruit quoq. nudus amictum,
Inuenit hic ſemper, quæ bona quiſque cupit.
Conſultum tribuis generaliter omnibus vnum,
G
Qui populi pater es, tot pia rite * regis.
* geris.
Hæc tibi vita diu, domino tribuente, ſuperſit,
Atq; futura micet lucidiore die.

XXI.

Ad Hilarium Epiſcopum.

LVx ſyncera animi mihi ſemper dulcis Hilari,
Quamuis abſentem quem mea cura videt.
Cuius honeſtus amor tantum mea corda repleuit,
Vt ſine te nunquam mente vacante loquar:
Verſibus exiguis mandamus vota ſalutis,
Quæ dedit affectus ſint tibi * cara precor.
* grata.

XXII.

Ad Bertechramnum epiſcopum, cum eleuaretur in currum.

CVRRICVLI genus eſt, memorat quod Gallia rhedam,
Rheda Gallica.
Molliter incedens orbita ſulcat humum.
Exiliens duplici bijugo volat axe citato,
Atque mouet rapidas iuncta quadriga rotas.
Huc ego dum famulans comitatu iungor eodem,
Et mea membra cito dum veherentur equo.
Pontificiſque ſacri Berthechramni actus honore,
H
Comprendente manu raptus in axe leuor.
Qualiter implumes fœtus pia mater hirundo,
Confouet, & placide pennulis tenſa regit.
Sic bonitate potens, affectu diues opimo,
In proprium paſtor molle ſedile locat.
Nec ſolum amplectens pia mens, ſed diligit omnes,
Vnde magis populis vnicus extet amor.

XXIII.

*Ad eundem de opuſculis * ſuis.*

* eius.
ARVA ſuſcepi miſſis epigrammata chartis,
Atque cothurnato verbis rotata ſopho.

A
Berrechrini ſublime ingenium
Percurrens tumido ſpumantia carmina verſu,
Credidi in vndoſo me date vela freto.
Plana procelloſos tractauit pagina fluctus,
* Oceanus
Et velut * Oceanus fonte refudit aquas,
Vix modo tam nitido pompoſa poemata cultu,
Audit Traiano Roma verenda foro.
Quid ſi tale decus recitaſſet in aure ſenatus?
Strauiſſent blandis aurea fila tuis.
Per loca, per populos per compita cuncta videres,
Currere verſiculos, plebe fauente, tuos.
Sed tamen in veſtro quædam ſermone notaui,
Carmine de veteri furta nouella loqui.
Ex quibus in paucis ſuperaddita ſyllaba fregit,
* clodo. * gemit.
Et pede læſa ſuo muſica * clauda iacet.
Nunc, venerande pater, prece, voto, voce, ſaluto,
Commendans animum ſupplice corde meum.
Sit tua vita diu, cuius modulante camœna,
Cogimur optatis reddere verba iuuis.

B

XXIV.

** Ad Agricolam * Epiſcopum.*

* Agricoll.

PRæsvl honoris apex, generis, fideiq; cacumen,
Cultor agri pollens, paſtor opime gregis.
Cum mea terra manu meruit genitoris arari,
Reddatur nati vomere culta ſui.
Nam pater affectu dulci memorabilis orbi,
Me vobiſcum vno fouit amore duos.
Corde parens, paſtu nutrix, bonus ore magiſter,
Dilexit, coluit, texit, honeſta dedit.
Ille pio ſtudio ſulcata noualia ſeuit,
Quod pater effudit, hoc mihi ſemen ale.

XXV.

*Ad Felicem epiſcopum, Biturigenſem, ſcriptum in * turrem eius.*

* turre.

QVam bene iuncta decent, ſacrati vt corporis agni
Margaritum ingens, aurea dona ferant.
Cedant chryſolithis Salomonia vaſa metallis,
* ars.
Iſta placere magis ars facit atq; fides.
C
Quæ data Chriſte tibi, Felicis munera ſic ſint,
Qualia tunc tribuit de grege paſtor Abel.
Et cuius tu corda vides pietate coæquas
* Par viduæ.
Sareptæ merito, quæ dedit æra duo.

XXVI.

*Domino ſancto, atque Apoſtolicis actibus * prædicando domino, & peculiariter dulci in Chriſto patri Auito Papæ, Fortunatus humilis.*

* præconando.

OFficiis intente piis, pater orbis, Auite,
Gloria pontificum, noſter & almus amor.
Per quem plebs, regio, peregrinus, & hoſpes aluntur,
In quo cuncta capit, quæ ſibi quiſque cupit.
Ex opere immeritus merui pia dona patroni,
Ne minimam paſcens immemor eſſes ouem.
Qui trahis ore greges æterna ad pabula Chriſti,
* tul.
Qualiter hinc vtuant eſt quoque cura * tua.
Semper & abſentes præſens tua protegit alis,
Quo pede non curris, munere totus ades.
Muneribus veſtris aut Agnes, aut Rhadegundes,
D
Multiplici orantes fomite vocis agunt.
* Ad.
* In cœlos penetranda feras, pater alte, talenta
Quæ terrena ſuo tempore multa metis.
Per dominum, regemq; bonum, precor, aulice præſul,
Vt Fortunati ſis memor alme, tui.

XXVII.

Eiuſdem ad eundem.

PArvimvs iuſſis, ſacer ac venerande ſacerdos,
Et pater, imperiis dulcis Auite tuis.
Garrulitate leui potius ſtridente cicuta,
Quam placeat liquido noſtra camœna melo.
Sed tamen. vt veniam tribuas pietatis amator,
Intende obſequio, nec trutinato ſophum.
Munere pro magno modicus hæc paruula ſoluo.
* cui.
Penſetur vot s eſt * quia lingua rudis.

XXVIII.

Ad eundem. E

VIrtvtvm quid celſa fides mereatur honoris,
Summe ſacerdotum, dulcis Auite, probas.
Qui nectens animos cunctorum in amore beato,
Poſt te chare pater, pectora capta trahis.
Sed tamen inter eos tua quos dulcedo repleuit,
Promptus in affectu portio maior agor.
Lumen dulce meum, patriæ vigor, altor egentum,
Spes peregrinorum, ductor honorque patrum.
Si mea vox iugi reſonaret acumine carmen,
Laude minor loquerer, maior amore pater.
Maxima ſed noſtri datur hæc occaſio voti,
Vel memorare tuum nomen, opime, ſacrum.
Commendantur item veſtræ pietatis amori,
Agnes voce humili cum Rhadegunde pari.
Larga ſalutiferos vigeat tibi vita per annos,
Nam tua quæ fuerit, ſit mea, chare, ſalus.

F

XXIX.

** De domino Agerico epiſcopo Veredun.*

* Ad Agericum epiſcopum de Virodune. Virodunũ.

VRbs Vereduna, breui quamuis claudaris in orbe,
Pontificis meritis amplificata, places.
Maior in anguſto præfulget gratia gyro,
Agerice tuus quam magis auctus honor.
Plurima magnarum fudiſti ſemina laudum,
Quæ matura operis, fertilitate metis.
Tempore præſenti victum largiris egenis,
Vnde futura dies centuplicabit opes.
Dogmatis arcani referas penetralia paſtor,
Nec ſolum dapibus, paſcis & ore greges.
Templa vetuſta nouas, precioſius & noua condis,
Cultior eſt Domini, te famulante, domus. S. Agericus exigit tẽpla.
Egregios fontes ſacri bapriſmatis exples,
Tam pia diuino fonte repletus agis.
Candida ſyncero radiat hæc aula ſereno,
Et ſi ſol fugiat, hic manet arte dies. Baptiſteriũ.
Ad noua templa auidæ concurrunt vndique plebes,
Et tribuis populis plus in amore Deum. Populi frequentia in templis.
Te ſolamen inops meruit te nudus amictum,
Et ſolus cunctis potus & eſca, manes. Agerici dedius eleemoſynis.
Felix, qui meritis æternæ lucis amator,
Tempore tam modico non moritura paras. G

XXX.

De Agerico epiſcopo Veredun.

PHosbvs, vt elatum ſuſpendit in æthera currum,
Purus & igniferum ſpargit vbique iubar;
Effuſis radiis totum ſibi vendicat orbem,
Montes, plana replens, ima vel alta tenet. Innocentia & candor animi in S. Agerico.
Sic præſul ſplendore animi cum ſole coruſcas,
Ille ſuis radiis fulget, & ipſe tuis.
Agerice ſacer, cuius ſermone colente, Facundia.
Eccleſiæ ſegetis fertilitate placeor.
Terrenis ſterilis rebus, ſœcunde ſupernis,
Humana ſpernens, diues iture * polis. * polos. Monaſterio.
Illecebris mundi mundus laſciua repellens,
Nil cui luxuriat carnis amarus amor.
Lubrica culpa perit, neque mors de crimine gaudet, H
Cum tua delictis libera membra vides.
In templis habitando piis, ſic purus haberis,
Vt tua corda pater, ſint pia templa Dei. Integritas totius vitæ.
Eligit in tali Chriſtus ſe vaſe recondi,
Quam ſibi purgauit, poſſidet ipſe domum.
Non dolus in labiis, nec ſunt fera nubila mentis.
Synceris animis vernat in ore dies.
Doctiloquum flumen ſalienti fonte refundis,
Et ſenſus ſteriles, voce rigante, foues. Doctrina & ſcientia ſacrarum literarum.
Ardua cœlorum pandis myſteria terris,
Per quem plus Dominum ſcit, timet, orat, amat.
Dogmate diuino, præſul facunde, triumphas,
Dans paſtor monitus, ne premat, error oues.
Deliciis reficis quas, cœlum, arua, vnda miniſtrat,
Et ſatiat populos hinc cibus, inde fides. Manifeſtatia.

A Sumis pauper opem, triſtis ſpem, nudus amictum,
Omnia quicquid habes, omnibus eſſe facis.
Hi tibi longa ſalus maneat; licet inde futura,
Atque diu, paſtor, pro grege vota feras.

XXXI.

Ad virum venerabilem Amphionem presbyterum.

VIR pietate calens, blanda dulcedine vernans,
Cuius in aſpectu mens precioſa micat.
Amphion, mihi chare pater, venerande ſacerdos,
Atque meo ſemper corde tenendus amor,
Quem prius vt merui cognoſcere lumine vultus,
Conſpexi ſenſus lumeo ineſſe tibi.
Qui quemcunq; nouum videas, facis eſſe propinquum, (Summus morũ Amphionis ſplendor. Prudentia.)
Si genus ignores, ſit tibi mente parens.
Prouocat alloquium cunctos iucunda * voluptas,
Cogis & vnanimes iugiter eſſe tuos.
B Ingenio viuax, ſenſus moderamine firmus,
Pondere conſilij fixus vbique manens.
Qui bene cauta geris maturæ fræna ſenectæ,
Cui quem præſtet honor, ſcis moderare gradum.
Promptus ad omne decus, larga bonitate redundas,
Cui ſe coniungit quiſquis in orbe venit.
Profluis humane, frugem venientibus offers,
Et tua ſit populis omnibus vna domus.
Verbis quippe ſuis, quem Papa Leontius * effert, (* offert.)
Iudicio tanti credimus iſta viri.

XXXII.

Ad Paternum abbatem, de codicis emendatione.

PARVIMVS tandem iuſſis, venerande ſacerdos,
Nomuiis officium iure, Paterne geris.
Qui propriis mentis ornans altaria Chriſti,
Tam prece, quam voto, das placitura Deo.
Supplico, cede tamen ſi quid me forte fefellit,
Nam ſolet iſte meas error habere manus.
C Obtineat ſupplex modo pagina miſſa ſalutis.
Hæc quoq; cum relegis, me memorare velis.

XXXIII.

Ad Draconem diaconum.

ALTARIS Domini, pollens bone Drueco miniſter,
Hinc tibi feſtinus mando ſalutis opus.
Nos maris Oceani tumidum circumfluit æquor,
Te quoque Paniſius, chare ſodalis habet.
Sequana te retinet; nos vnda Britannica cingit,
Diuiſos terris alligat vnus amor.
Non furor hic pelagi, vultum mihi ſubtrahit illum,
Nec Boreas aufert nomen amice tuum.
Pectore ſub noſtro tam ſæpe recurris amator,
Tempore ſub hyemis quam ſolet vnda maris.
Vt quatitur Pelagus, quoties proflauerit Eurus,
Stat neque ſic animus, te ſine, chare, meus.
Blanda ſerenato tempeſtas pectore feruet,
Atque ad te varia mobilitate trahit.
Sed memor eſto mei, votumque repente perendi,
D Vt pariter paribus det ſua dona Deus.
Humanam mentem Chriſti quo gratia ditet,
Ac domino noſtro, ſenſus, & ora, vacent.

XXXIV.

Ad archidiaconum Meldenſem.

SI mihi vel veſtros licuiſſet cernere vultus,
Munere pro tanto plurima verba darem.
Direxit nobis muſtum tua chara voluntas,
Et dulces animos dulcia dona probant.
Quem non vidiſti, promptus ſatiare paraſti,
Quid facias illi, qui tibi notus adeſt?
Det tibi larga Deus, qui curam mente fideli,
De grege pontificis, magne miniſter, habes.

XXXV.

Ad Ioannem Diaconum.

E PIGNVS amicitiæ ſemper memorabile noſtræ,
Verſibus exiguis, chare Ioannes, habe.
Vt cum me rapiunt loca nunc incognita forſan,
Non animo videar dulcis abeſſe tuo.
Anthemium patrem per te, venerande ſaluto,
Cuius in affectu conſolidatus agor.
Hilarium pariter nobis in amore tenacem,
Inſero carminibus quem mea corda colunt.
Perpetuo maneas meritis felicibus æuo,
Hæc quoque cum relegis me memorare velis.

XXXVI.

Ad Anthemium Diaconum.

SVSCIPE verſiculos Anthemi pignus amantis,
Quos tibi ſyncero pectore fudit amor.
Cum tua blanditus retineret lumina ſomnus,
Laſſaque feciſſet membra iacere thoro. F
Dum dubito, pecco, nolens vexare quietum:
Sic mea culpa tui cauſa ſoporis erit.
Diſcedo tacitus, veluti fur, indice nullo,
Nec dixi amplecteos, frater amate, vale.
Non licuit mandata animo committere charo,
Nec tenuit verbis hora vel vna tuis.
Teſtificor Dominum, mihi fortiter eſſe moleſtum,
Quod ſic * diſcedo, ne tua dicta fero. (* abcedo.)
Sed cui plura volens poteram tunc dicere præſens,
Nunc faciat paucis pagina miſſa loqui.
Hæc tamen ante Deum, rogo te, mihi munera præſtes,
Omnibus vt ſemper carus vbique mices.
Nemo mihi veſtem, donaria nemo miniſtret,
Quod dulcedo monet, hoc mihi nemo neget.

XXXVII.

Ad Sindulphum Diaconum.

FRATER amore Dei digno memorabilis actu,
Pectore * fixe meo frater amore Dei. (* fore.)
Carpe libenter iter, quod ducit ad ætheris aulam, G
Altius vt ſurgas, carpe libenter iter.
Fer patienter honus, ne te pia ſarcina laſſet,
Vnde manet requies, fer patienter honus.
Subdere colla decet, quia ſunt iuga dulcia Chriſti,
Quo mereamur opem, ſubdere colla decet.
Qui ſua rura colit, ſolet horrea plena tenere,
Nec ieiunus erit, qui ſua rura colit.
Per mare nauta volat, quo multa pecunia creſcat,
Mercibus vt placeat per mare nauta volat.
Non timet ille necem rabie turbante * procellæ, (* procellas.)
Vt lucretur opes, non timet ille necem.
Miles ad arma venit quærens per vulnera palmam,
Vt redeat victor, miles ad arma venit.
Præmia ſume libens, mihi tu quoque care ſodalis,
Vnde triumphus erit, prælia ſume libens.
Quiſquis amore venit, nelcit ſe ferre laborem,
Nemo labore tacet, quiſquis amore venit.
Carmina parua ferens tibi debita reddo ſalutis.
Des meliora precor, carmina parua ferens. H

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESbyteri Italici

LIBER QVARTVS.

I.

*Epitaphium * Eumeri epiſcopi ciuitatis Namnetica.* (* Eumerijſt humeri.)

QVAMVIS cuncta auido rapiantur ab orbe volatu, (Beatitudo æternat.)
Attamen extendit vita beata diem.

Nec

A

Nec damnum de fine capit, cui gloria viuit.
Æternumque locum miſſus ad aſtra tenet.
Hoc igitur tumulo requieſcit Euemerus almo,
Per quem pontificum ſurgit opimus honor.
Stemmate deductum fulget ab origine culmen.
Et meritis priſcos creſcere fecit auos.
Emicuit populus geminum memorabile donum,
Inde gradu, iudex, hinc pietate pater.
Dulcis in eloquio, placidus moderamine ſacro,
In cuius ſenſu perdidit ira locum.
Alterius motus patienti pectore vicit,
Vt leuitas læſit, hoc grauitate tulit.
Si quis ab externis properauit ſedibus hoſpes,
Mox apud hunc proprios ſenſit habere lares.
Hic habitare volens patriis rudis exul ab oris,
Oblitus veterem, huius amore, patrem.
Gaudet & arriſit probat is, ſe cernere flentem,
Alterius lachrymas mox facit eſſe ſuas.
Partitus cum ventre vices pietate magiſtra,
Vnde tulit luctus, mox ibi vota dedit.
Pauperibus diues cenſum transfudit egenis,
Ante bonus tribuit, quam peterentur opem.

Euemerus nobili genere ortus. Ex iudice fit epiſcopus. Eloquens & anima fuit manſueto. Liberalis. Patriæ deſertor ob Christi amorem. Aliorum cõmiſerans mala. Ieiuniis orationique deditus. In pauperes & ægros beneficus.

B

Semina iactauit centena pinguia fructu,
Cui modo de reditu meſſis adulta placet,
Vnica cura fuit cunctos vt viſeret ægros,
Ipſe quibus medicus vixit & ipſe cibus.
Extulit eccleſiæ culmen, quod reddidit vnum,
Venit ad heredem * quod cumularet, opus.
Felix ille abijt, Felicem in ſede reliquit,
Heredis meritis viuit in orbe pater.

Eccleſia apud Nannetes exuſta.

** qui.*

Felicem reliquit ſucceſſorem.

II.

Epitaphium domini Gregorij epiſcopi ciuitatis Lingonicæ.

POST quam ſydereus diſrupit Tartara princeps,
Sub pedibus iuſti mors inimica iacet.
Hoc veneranda ſacri teſtatur vita Gregori,
Qui modo poſt tumulos intrat honore polos,
Nobilis antiqua decurrens prole parentum,
Nobilior geſtis nunc ſuper aſtra manet.
Arbiter ante ferox, dehinc pius ipſe ſacerdos,
Quos domuit iudex fouit amore patris,
Triginta & geminos pie rexit ouile per annos,
Et grege de Chriſti gaudia paſtor habet.
Si quæras meritum produnt miracula rerum,
Per quem debilibus fertur amica ſalus.

Mors à Chriſto ſubiugata. Gregorius clara fuit maiorum proſapia.

C

In ſæculo iudicis officio relicto, creatur epiſcopus. Præfuit 32. an claruitq; miraculis.

III.

Epitaphium domini Tetrici epiſcopi ciuitatis Lingonicæ.

PALMA ſacerdotij venerando Tetrice cultu,
Te patriæ ſedes, nos peregrina * tenet.
Te cuſtode pio nunquam lupus abſtulit agnum,
Nec de fure timens paſcua carpſit ouis.
Sex quaſi luſtra gerens & per tres inſuper annos,
Rexiſti placido paſtor amore gregem.
Nam vt condirentur diuino corda ſapore,
Fudiſti dulcem iugiter ore ſalem.
Summus amor regum populi decus, arma * parentum,
Eccleſiæ cultor nobilitatis honor.
Eſca inopum, tutor viduarum, cura minorum,
Omnibus officiis omnia paſtor eras.
Sed cui præbebat * varie tua cura medelam,
Funere rectoris plebs modo triſte gemit.
Hoc tamen, alme pater, ſperamus; dignus in aſtris,
Qualis honore nites, hic pietate probes.

** tenent. Tetrici ad gregem ſuũ affectio. Anni Epiſcopatus 33. Facundia in prædicando.*

** poſtetum. Virtutũ cumulus ſumma.*

D

** variam. Mortui deſiderium.*

IV.

Epitaphium domini Galli epiſcopi ciuitatis Aruernæ.

HOSTIS inique, Adam paradiſo fraude repellis,
Ecce Deus famoſos præſtat adire polos.
Inuide ſic tua mors hominum meliora parauit,
Tu expellis terris, hic dat & aſtra ſuis.
Teſtis & antiſtes Gallus probat iſte beatus,
Nobilis in terris diues eundo * polos.
Qui Chriſti auxilio fultus nec adultus in annis,
Se maiora petens, odit amare lares.

B. Gallus prænobili & vetuſta [illegible]

** polis. Puer pæne relicta patria & patẽtibus Monaſticen amo-[illegible]*

E

Effugit amplexus patrios, matremque relinquit,
Qui monachum regeret, quæritur abba parens.
Illic tyro rudis generoſo cœpit ab æuo.
Militiæ domini belliger arma pati.
Quintiano demum ſancto erudiente magiſtro,
Pulchrius eſt auro corde probatus homo.
Inde * palatinam regis translatus in * aulam,
Theodorice tuo vixit amore pio.
Mox vbi deſtituens terras petit aſtra magiſter,
Ceſſit diſcipulo cura tuenda * gregis.
Pontificatus enim moderans ita rexit habenas,
Paſtor vt officiis, eſſet amore pater.
Manſuetus, patiens, bonus, æquus, amator, amandus,
Non erat offenſæ, ſed locus hic veniæ.
Si qua ſuperuenit, facta eſt iniuria virtus,
Vnde furor poterat inde triumphus erat.
Plebem voce fouens, quaſi natos vbere nutrix,
Dulcia condito cum ſale mella * rigans.
Hoc opus exercens præſciuit dona futuri,
Se paſtore nihil poſſe perire gregi.
Sic pater eccleſiam regit in quinquennia quinque,
Bis terdena tamen luſtra ſuperſtes agens.
Hinc meliore via, ſanctum ad cœleſtia vectum,
Non premit vrna rogi, ſed tenet * vlna Dei.

*Inde à Quintiano inſtitutus. * palatium. * aula. Transfertur in aulam Theodorici regis, &c. * gregem. Fit Aruernorum epiſcopus. Magnaque virtutum mutatio effulſit. Dono eſt propheta prædicans. * dabat. Præfuit an. 25. Vixit ann. 60.*

F

** aula.*

V.

Epitaphium Ruriciorum epiſcoporum ciuitatis Lemouicinæ.

INVIDA mors rapido quamuis minitaris hiatu,
Non tamen in ſanctos iura tenere vales.
Nam poſtquam remeans domuit fera Tartara Chriſtus
Iuſtorum meritis ſub pede victa iaces.
Hic ſacra pontificum toto radiantia mundo,
Membra, ſepulchra tegunt, ſpiritus aſtra colit.
Ruricij gemini flores, quibus Anniciorum,
Iuncta parentali culmine Roma fuit.
Actu, mente, gradu, prænomine, ſanguine nexi,
Exultant pariter hic ſuus, inde nepos.
Tempore quiſque ſuo fundans pia templa patroni,
Iſte Auguſtini, condidit ille Petri.
Hic probus, ille pius, hic ſerius, ille ſerenus,
Certantes pariter, quis cui maior erit.
Plurima pauperibus tribuentes diuite cenſu,
Miſere ad cœlos, quas ſequerentur opes.
Quos, ſpargente manu, redimentes crimina mundi,
Inter Apoſtolicos credimus eſſe choros.
Felices, qui ſic de nobilitate fugaci
Mercati, in cœlis iura ſenatus habent.

Mors iuſtis non dominatur.

Ruriciorũ genus ex Anicianis proſapia.

G

Fundant templa. Ampliſſimoſq; cẽſus in pauperes diſtribuit.

VI.

*Epitaphium * Exotri epiſcopi ciuitatis Lemouicinæ.*

** Exoch.*

QVAMVIS pontificem premeret tremebunda Senectus,
Attamen hæc voluit plebs ſupereſſe patrem.
Aut ſi naturæ mutari debita poſſent,
Pro paſtore ſuo grex properaſſet iter.
Sed quia non licuit, populum ſpes conſulat illa,
Hunc quod pro meritis vexit ad aſtra fides.
Immaculata Deo conſeruans membra pudore,
Exotios meruit iam ſine fine diem.
Pectore ſub cuius regnans patientia victrix,
Fluctibus in tantis, anchora, ſenſus erat.
Felle carens, animo placidus, dulcedine paſtus,
Neſcijt offenſis ira referre vices.
Templorum cultor, recreans modulamine ciues,
Vulneribus patriæ fida medela fuit.
Qui tria luſtra gerens in pontificatus honore,
Pergit ad antiquos, plebe gemente, patres.
Non decet hunc igitur vacuis deflere querelis,
* Poſt tenebras mundi, quem tenet aula poli.

Exoch amara apud ſuã plebem grata.

Pudicitiam adprime coluit.

H

Patientiæ laudibus & moderatione ira excellens. Aſsiduus in eccleſia cantu & pſalmodia. [illegible] an. 15.

** Quem lætum ſummi nunc tenet aula poli.*

VII.

Epitaphium Calacterici epiſcopi ciuitatis Carnotenæ.

ILLACHRYMANT oculi, quatiuntur viſcera fletu,
Nec tremuli digiti ſcribere dura valent.

A

Dum, modo, quæ volui viuo, dabo verba ſepulto,
Carmine vel dulci cogor amara loqui.
Digne tuis meritis Chalacterice Sacerdos,
Tardè note mihi, quam cito chare fugis?
Tu patriam repetis, nos triſte ſub * vrbe relinquis.
Te tenet aula nitens, nos * lachrymoſa dies.
Ecce ſub hoc tumulo pietatis membra quieſcunt,
Dulcior * ac mellis lingua ſepulta iacet.
Forma venuſta, decens animus, ſine fine benignus
Vox ſuauis legem præmeditata Dei.
Spes cleri, tutor viduarum, panis egentum,
Cura propinquorum, * promptus ad omne bonum.
Organa pſalterij cecinit modulamine dulci,
Et retigit * laudans plectra beata Dei.
Cautere eloquij bene purgans vulnera morbi,
Quo paſcente, fuit fida medella gregi.
Sex qui luſtra gerens, octo bonus inſuper annos,
Ereptus terræ iuſtus ad aſtra redis.
Ad paradiſiacas epulas te ciue reducto,
Vnde gemit mundus, gaudet honore polus.
Et quia non dubito, quanta eſt tibi gloria laudum,
Nec debes fleri talis, amice Dei.
Hæc qui, ſancte pater, pro magnis parua ſuſurro,
Pro Fortunato, quæſo, precare tuo.

*orbe. *tenebroſa. *&. Chalacterici pietas. Facũdia & doctrina. Liberalitas ceteræque virtutes. *totus. Vox eius in Pſalmodia ſuauis. *Laudis. Seuerus in correptione. Deceſſit anno xxxviii.

B

VIII.

Epitaphium Chronopij Epiſcopi Petrocorica.

SI terrena ſacer quondam tibi cura fuiſſet,
Carmine plus lachrymas, quam modo verba darem.
Sed quia tu mundus, nec ſunt tibi crimina mundi,
Nos gaudere mones, qui ſine morte manes.
Antiſtes pietate calens, venerande Chronopi.
Membra ſepulchra tegunt, ſpiritus aſtra tenet.
Ordo ſacerdotum cui fluxit vtroque parente,
Venit ad heredem pōtificalis apex.
Hunc tibi iure gradum ſucceſſio ſancta parauit,
Vt quaſi iam merito debitus eſſet honor.
Nobilis antiquo veniens de germine patrum,
Sed magis in Chriſto nobilior merito.
Sic vultu ſemper placidus, ſeu mente ſerenus,
Pectore ſyncero fons ſine nube fuit.
Cuius ab eloquio nectar per verba fluebat,
Vinceres vt dulces ore rigante fauos.
Nudorum tu veſtis eras, algentis amictus,
Quiſquis ad tua tecta fugit, tectus & ipſe redit.
Diuitias omnes inopum ſub ventre locaſti,
Vnde tibi ſemper viua talenta manent.
Eſuriens epulum, ſitiens te ſumere potum,
Cernere te meruit triſtis, & exul opem.
Impleſti proprijs viduatam ciuibus vrbem,
Videruntque ſuos, te redimente, lares.
Quam lupus ab ſtabulis tulerat, frendente rapina,
Te paſtore, * gregi reddita plaudit ouis.
Templa exuſta celer reuocaſti in culmine priſco,
Hinc tua ſed cœlis ſtat ſine labe domus.
Ipſe bis octono vixiſti in corpore luſtro,
Nunc tibi pro meritis * ſtet ſine fine dies.

Chronopius excellēs pietas fuit. Parentes eius in Epiſcoporū ordinem adſciti. Clara maiorum eius familia.

C

Suauitas morum Et eloquẽtia in eo rara. Animus in pauperes propenſiſſimus. Pietas eius in ciues. Eccleſiæq; cura non inferior. *gregis. Vixit ann. xxx. *eſt.

IX.

D

Epitaphium Leontij Epiſcopi Anterioris ciuitatis Burdegalenſis.

VLTIMA ſors ſubito grauiter properauit hiare,
Paſtorem rapiens, qui fuit arma gregis.
Hoc recubant tumulo venerandi membra Leonti,
Quo ſtetit eximium pontificale caput.
Quem plebs cuncta gemens confuſa voce requirit,
Hinc puer, hinc iuuenis deflet, & inde ſenes.
Defenſoris opem hic omnis perdidit ætas,
Et quantum coluit, nunc lachrymando docet.
Nemo valet ſiccis oculis memorare ſepultum,
Qui tamen in populo viuit amore pio.
Egregius nulli de nobilitate ſecundus
Moribus excellens culmine primus erat.

E

Hic pietate nous cunctis minor eſſe volebat,
Sed magis his meritis & ſibi maior erat.
Quo præſente viro meruit diſcordia pacem
Expulſa rabie corda ligabat amor.
Eccleſiæ totum cóceſſit in ordine cenſum,
Et tribuit Chriſto, quod fuit ante ſuum.
Ad quem pauper opem, precium captiuus habebat
Hoc proprium reputans, quod capiebat egens.
Cuius de terris migrauit ad aſtra facultas,
Et plus iſte Deo, quam ſibi vixit homo.
Cordis in amplexu retinens, & pectore plebem,
Diceret vt populum ſe generaſſe patrem.
Namque ſuos ciues placida ſic voce monebat,
Confiteteris vt hunc ad ſua membra loqui.
Ingenio vigilans, diues quoque dogmate Chriſti,
Et meruit ſtudio multiplicare gradum.
Largior in donis abſens ſibi iunxit amantes,
Et quo non fuerat munere, notus erat.
Principibus carus huiuſque amor vnicus vrbis
Feſtinans animis omnibus, eſſe parens.
Luſtra decem pollens, ſeptem quoq; vixit in annos,
Mox vigente die raptus ab orbe fuit.
Sed quis cuncta canat, cum tot bona ſolus habebat,
Nunc vno in tumulo plurima vota iacent.
Hæc tibi parua nimis, cum tu merearis opima,
Carmina * Theodoſius præbet amore tuus.

F

* Theodoſius.

X.

Epitaphium Leontij ſequentis ciuitatis Burdegal.

OMNE bonum velox, fugitiuaque gaudia mundi,
Proſperitas hominum quam cito rapta volat?
Malueram potius tua carmina ferre ſalutis,
Peruerſo voto flere ſepuchra vocor.
Hoc recubant tumulo venerandi membra Leonti,
Quem ſua Pontificem fama ſub aſtra leuat.
Nobilitas altum ducens ab origine nomen,
Quale genus Romæ forte ſenatus habet.
Et quamuis celſo flueret de ſanguine patrum,
Hic proprijs meritis creſcere fecit auos.
Regum ſummus amor, patriæ caput, arma parentum,
Tutor amicorum plebis, & vrbis honor.
Templorum cultor, tacitus largitor egentum,
Suſceptor peregrum diſtribuendo cibum.
Longius extremo ſi quis properaſſet ab orbe,
Aduena mox vidit hunc ait eſſe patrem?
Ingenio vitax, animo probus, ore ſerenus,
Et mihi qualis erat? pectore flente loquor.
Hunc habuit clarum, qualem modo Gallia nullum,
Nunc humili tumulo culmina celſa iacent.
Placabat reges, recreans moderamine ciues,
Gaudia tot populis, heu, tulit vna dies.
Luſtra decem felix & quatuor inſuper annos
Vixit, & atrore lumine raptus obit.
Funeris officium magna ſolamen amoris.
Dulcis adhuc cineri, dat Placidina tibi.

G

XI.

*Epitaph. Victoriani Abbatis * Monaſterij Agaunenſis.*

H

*de monaſterio Aſanæ.

QVISQVIS ab occaſu properas huc, quiſquis ab ortu,
Munus in hoc tumulo quod venereris, habes.
Reſpice ditatum cœleſti dote talentum,
Cuius ſemper habet pectoris arca Deum,
Religionis apex, vitæ decus, arma ſalutis.
Eximius meritis Victorianus adeſt.
Dignum opus exercens, qui fructificante labore
Cunctis, non ſoli vixit in orbe ſibi.
Plurima per patriam monachorum examina fundens
Floribus æternis mellificauit apes.
Lingua potens, pietas præſens, oratio iugis
Sic fuit, vt iam tum totus ad aſtra foret.

A Plura ſalutiferis tribuens oracula rebus,
Sæpe dedit ſignis vita beata fidem.
Bis ſenis rexit patrio moderamine luſtris
Rite Deo placitas paſtor opimus oues.
Calle ſequens recto ſacta per veſtigia Chriſtum,
Nunc fruitur vultu, quem cupiebat amor.

XII.

Epitaphium Hilarij Presbyteri.

OMNES vna manet ſors irreparabilis horæ,
Cum venit extremus lege trahente dies.
Sic furit ira necis, neq; nos fugit orbita mortis,
Puluere facta caro non niſi puluis erit.
Hæc tamen inſignes animas ſpes optima paſcit,
Quod qui digna gerit de nece nulla timet.
Hoc iacet in tumulo venerandus Hilarius, actu,
Corpore qui terras, & tenet aſtra fide.
Nobilitas Hilarij — Vir bonus, egregia de nobilitate refulgens,
Inter honoratos germinis altus apex.
B Coniugiū. — Connobio iunctus ſimili, ſed coniuge rapta,
Stans in amore Dei, non fuit alter amor.
Doctrina. — Vtilis in proprijs, doctus moderamine legis,
Cuius iudicium pondere libra fuit.
Æquitas. — Iuſtitiam tribuens populis examine recto,
Vendita res precio non fuit vlla ſuo.
* Euantia. — Funeris officio lachrymans * Euentia charo,
* ſepulchra. — Contulit hæc genero membra * ſepulta ſuo.

XIII.

Epitaphium Seruilionis.

* inhoſpita. — QVAMVIS longa dies, breuis hic, & * hoſpita lux eſt,
Sola tamen neſcit vita beata mori.
Hoc igitur tumulo Seruilio clauſus habetur
Nobilis, & merito nobiliore potens.
Ipſe Palatinam rexit moderatus aulam,
Commiſſæque domus creſcere fecit opes.
Presbyter inde ſacer manſit venerabilis orbi,
Seruitioque Dei libera vita fuit.
C Orphanos hic patrem, viduæ ſolatia deflent,
Vnde magis cœlis gaudia vera tenet.
Pontificem genitum videt huic de munere Chriſti,
Raptus ab orbe quidem lætus ad aſtra redit.

XIV.

Epitaphium Præſidij.

VITA breuis hominum, ſed non breuis illa piorum,
Dum migrante die proſpera tenent.
Qui metuere magis de carcere carnis euntes
Poſt tenebras mundi luce perenne frui.
Ex quibus hic recubans meritis Præſidios almis,
Carne tenet tumulum, ſpiritus igne polum.
Pectore de proprio Chriſti reſponſa rigando,
Multorum extinxit ſoore fluente ſitim.
Inuitans inſtanter oues ad paſcua Regis
Diſtribuit dulcem fratribus ore ſalem.
Nam quoties monachus peccati eſt vulnere fixus,
D Miſſus ad artificem certa medela fuit.
Ibat ad Abbatem famulans ſanctumq; magiſtrum
Diſcipulus humilis qui fuit ante tumens.
Talibus officijs intentus amore Tonantis
Inter & angelicos fulget honore choros.

XV.

Epitaphium Bobolem diaconi.

INNVMERIS hominum ſubiecta eſt vita periclis,
* Diacon. — Caſibus & varijs ſors inimica premit.
Quieſcēs omno — Nam recubando thoro Boho enim honore Diaconi,
Securi cerebro illiſa — Dum fruitur ſomno mors rapit atra virum.
perit in ſōs — Hoſtis in inſidijs ſecuro, cæde ſecuris
Percutiens cerebrum, fecit obire, dolo.

Dic tibi quid prodeſt ſcelus hoc peragendo nefande?
E Ille Deo viuit, tu moriture peris.
Martyris ille decus meruit; tu damna latronis;
Hinc ſibi palma placet, ſed tibi pœna manet.

XVI.

Epitaphium Attici.

QVAMVIS longa ſeni ducatur in ordine vita,
Cum venit extremum, nil valet eſſe diu.
Sed quia nemo fugit, niſi terram terra recondat,
Lege ſub hac, cunctos ſors rapit vna, viros.
Celſus in hoc humili tumulo iacet Atticus; ille — Atticus eloquens.
Qui dabat eloquio dulcia mella ſuo.
Impendens placidam ſuaui modulamine linguam
Pacificuſque ſuus ſermo medella fuit.
Cuius abundantem venerata eſt Gallia ſenſum, — In Gallia celebris.
Excoluitque ſenem ſemper honore patrem. — Tum ob generis nobilitatem,
Clarus ab antiquis, ſpes nobilitatis opimæ,
Sufficiens proprijs nulla rapina fuit. — F
Dogmata corde tenens plenus velut arca libellis, — tum ob doctrinæ ſapientiæq; præſtantiā.
Quiſquis quod voluit fonte fluente bibit.
Conſilio ſapiens, animo pius, ore ſerenus,
Omnibus vt populi eſſet amore parens.
Sic venerabilibus templis, ſic * ſapit egenis, — * fudit.
Mitteret vt cœlis quas ſequeretur opes.

XVII.

Epitaphium Arcadij iuuenis.

OMNE bonum velox fugitiuo tempore tranſit,
Quæ placitura videt, mors magis illa rapit.
Hic puer Arcadius veniens de prole ſenatus
Feſtinante die raptus ab orbe iacet.
Paruula cuius adhuc freno ſe vinxerat ætas,
Vt * tener & annis ſurgeret ipſe ſenex. — * teneris.
Eloquio torrens, ſpecie radiante venuſtus
Vincens artifices, & puer arte rudis.
Quo me forma rapis laudes memorare ſepulti,
Singula ſi memores; plus lachrymanda mones.
Sed quoniam nulla maculatus ſorde receſſit, — G
Nulli flendus erit, quem paradiſus habet.

XVIII.

Epitaphium Baſilij.

IMPEDIOR lachrymis prorumpere nomen amantis,
Vixque dolenda poteſt ſcribere verba manus.
Coniugis affectu, cogor dare pauca ſepulto,
Si loquor, affligor, ſi nego, durus ero.
Qui cupis hoc tumulo cognoſcere lector humatum
Baſilium illuſtrem mœſta ſepulchra tegunt.
Cuius blanda pio recreabat lingua relatu,
Et dabat eloquio verba benigna ſuo.
Hinc doctrina rigans, illinc dulcedo redundans
Ornauit radio lux geminata virum.
Regis amor, carus populis, ita pectore dulcis,
Vt fieret cunctis in bonitate parens.
Tranquillus, ſapiens, iocundus, pacis amicus, — H
Nullaque quo ſtabat ſemina, litis erant.
Hunc conſultantem legati ſorte frequenter
Miſit ad Hiſpanos Gallica cura viros.
Sufficienter habens, nunquam fuit arma rapinæ,
Non proprijs eguit, non aliena tulit.
Eccleſias ditans, loca ſancta decenter honorans,
Pauperibus tribuens, diues ad aſtra ſubit.
Annis bis denis cum Baudegunde iugali,
Iunxit in orbe duos vnus amore torus.
Qui tamen vndecimo loſtro cito raptus ab æuo,
Poſt finem terræ regna ſuperna petit.
Non iam flendus eris humana ſorte recedens,
Dum patriam cœli dulcis amice tenes.

A

IX.

Epitaphium Arachari.

PArtu terra ſuo fraudent non ſuſtinet illam,
Quæ dedit, hæc recipit, debita membra luto.
Hic vergente ſuo ſitus eſt Acharius æuo,
Sex qui luſtra [illegible] ctens, raptus ab urbe fuit.
Aracharius Palatinus.
Ipſe Palatina refulſit clarus in aula,
Et placito meruit regis amore coli.
Omnia reſtituit mundo, quæ ſumpſit ab ipſo,
Sola tamen pro ſe quæ bene geſſit, habet.

XX.

* *Epitaphium Brumachij.*

QVisquis in hoc tumulo cineres vis noſſe ſepulti,
Brumachius quondam fulſit in orbe potens.
Brumachius vir eloquens.
Quem ſenſit, eloquio, legati nomine functum,
Dum remeat patriæ, ſors inimica tulit.
B
Finibus Italiæ raptus, ſed * Frigia coniux
* Frigia Phrygia.
Detulit huc chari funus amore viri.
Legatus in Italia moritur.
Ceu viuum coluit, cui grata eſt vmbra mariti,
Coniugibus caſtis ipſa fauilla placet.
Ipſe quaterdenos permanſit in orbe per annos,
Annos natus 40.
Mox obit, & magnum parua ſepulchra tegunt.

XXI.

Epitaphium Auoli.

IRriguis Auolum lachrymis, ne flete, ſepultum,
Qui propriis meritis gaudia lucis habet.
Auoli excellens pietas.
Nam ſi penſentur morum pia geſta ſuorum,
Felix poſt tumulos poſſidet ille polos.
Et in pauperes benignitas.
Templa Dei coluit, latitans ſatiauit egentem,
Plenius illa metit, quæ ſine teſte dedit.
Nobilitate potens, animo probus, ore ſerenus,
* Própias opes miſeris ſat tribuendo dedit.
* Plebis amore placens, fundere promptus opes.
Non vſuræ auidus, licet eſſet munere largus.
Plus nihil expetiit quam numerando dedit.
Nil mercedis egens, merces fuit vna ſalutis,
C
Quod minus eſt precio, proficit hoc merito.
Luce perenne fruens felix cui mortua mors eſt,
Quem non pœna premit, vita ſuperna manet.

XXII.

Epitaphium Innocentum.

HOc iacet in tumulo non flenda infantia fratrum,
Quos tulit innocuos vita beata viros.
Vno vtero geniti, ſimili ſunt ſorte ſepulti,
Et pariter natos lux tenet vna duos.
Pædobaptiſmus.
Lotus fonte ſacro prius ille receſſit in albis,
Iſte gerens luſtrum ducitur ante Deum.
Nomine ſed primus vocitatus rite Ioannis,
Alter Patricius munere maior erat.
De cuius merito ſic plurima ſigna dederunt,
Felices animæ, quæ pia vota colunt.
D
Hic etiam felix genitrix requieſcit eorum,
Quæ meruit partu lumina ferre ſuo.

XXIII.

Epitaphium Iuliani.

COndita ſunt tumulo Iuliani membra ſub iſto,
Cuius in æternum viuere nouit honor.
Mercator quondam conuerſus fine beato,
Raptus ab hoc mundo crimine liber homo.
Collegit nimium, ſed ſparſit egentibus aurum,
Præmiſit cunctas, quas ſequeretur opes.
Sollicitus quemcunque nouum conſpexit in vrbe,
Hunc meruit veniens exul habere patrem.
Paſcere ſe credens Chriſtum ſub paupere forma,
Ante omnes apud hunc ſumpſit egenus opem.

E

Nec ſolum refouens, ſed dona latendo miniſtrans,
Amplius inde placet, quod ſine teſte dedit.
Felicem cenſum, qui fratris migrat in * aluum,
* aluo.
Et viuos lapides ædificare poteſt.
Extulit hunc tumulum genitoris honore Ioannis,
Qui modo diuinis fungitur officiis.
Qualiter hic viuo ſeruiret amore parenti,
Cum nati pietas ipſa ſepulchra colit?

XXIV.

Epitaphium Orientij.

NOn hic noſtra diu eſt fugienti tempore vita,
Quæ ſub fine breui vix venit, inde redit.
Ecce caduca volant præſentia ſæcula mundi,
Sola fides meriti neſcit honore mori.
Clauditur hic pollens Orientius ille ſepultus,
Orientius vir Palatinis officiis illuſtris.
Cui Palatina prius maoſit aperta domus.
Conſiliis habilis, regalique intimus aulæ,
Obtinuit celſum dignus in arce locum.
F
Vir ſapiens, iuſtus, moderatus, honeſtus, amatus,
Virtute clarus multiplici.
Hoc rapuit mundo, quod bene geſſit homo.
Sexaginta annis vix implens tempora lucis,
Coniuge Nicaſia qua tumulante, cubat.
Nicaſia eius coniux.
Cuius caſtus amor colit ipſa ſepulchra mariti,
Nec placitura homini, ſed dedit, eſſe Dei.

XXV.

*Epitaphium * Theodechildis reginæ.*

* Theodechildæ.

QVamuis ætatis ſeuo iam flecteret annos,
Multorumque tamen ſpes cito rapta fuit.
Si precibus poſſent naturæ debita flecti,
Plebs ageret lachrymis, hanc ſupereſſe ſibi.
Gaudia quanta inopum tumulo ſunt clauſa ſub iſto?
Votaque quot populis abſtulit vna dies?
Inclita nobilitas genitali luce coruſcans,
Theodechildæ ſanguis regius.
Hic properante die Theodechilda iacet.
Cui frater, genitor, coniux, auus, atque priores,
Culmine ſucciduo regius ordo fuit.
G
Orphanus, exul, egens, viduæ nudique iacentes,
Eleemoſynarũ præſtans ſtudium.
Matrem, eſcam tegmen, hic ſepeliſſe dolent.
Vnica res placuit, cumulo mercedis opimæ
Antea cuncta dedit, quam peteretur opem.
Occultans ſua dona ſuis, neu forte vetarent,
Sed quæ clauſa dedit, iudice teſte, docet.
Templorum domini cultrix, pia munera præbens,
Eius in templa munificentia.
Hoc proprium reputans quidquid habebat inops.
Vna mori ſors eſt; & terræ reddere terram;
Felix, cui mentis ſtat ſine fine dies.
Actibus his inſtans, terrena in luce relata,
Vixit annos 75.
Terquino luſtro vixit in orbe decus.

XXVI.

*Epitaphium * Vilithutæ.*

* Vilithutæ.

OMne bonum velox, fugitiuaque gaudia mundi
Monſtrantur terris, & cito lapſa ruunt.
H
Vt dolor acquirat vires, cum * perdit amantem,
* perdet perdat.
Ante placere facit, durius inde premit.
Heu lachrymæ rerum, heu ſors inimica virorum
* Dagaulfus Vilithutæ maritus.
Cur placitura facis quæ dolitura * rapis?
Vilithuta decens Dagaulfi cara iugalis,
Coniugis amplexu diſſociata iacet.
Corpore iuncta thoro, plus pectore nexa marito,
Lucis in occaſu vincula rupit amor.
Tempora cui poterant adhuc in flore manere,
Principio vitæ finis acerbus habet.
Sanguine nobilium generata Pariſius vrbe,
Vilithutæ genus & educatio. Ingeniũ.
Romana ſtudio, barbara prole fuit.
Ingenium mite torua de gente trahebat
Vincere naturam, gloria, maior erat.
Nunquam mœſta manens, pultu noua gaudia portans,
Nubila fronte fugans, corde ſerena fuit.

A Fudit ab ore iubar ſpecies redimita decore,
Forma corporis. Protulit & radios forma venuſta ſuos.
Stirpe ſua reliquas ſuperauit pulchra puellas,
Et crocea facie lactea colla tulit.
Et animi. Splendida conſpectu meliori pectore fulſit,
Digna micans animo nec pietate minor.
Cui quamuis nullus hac in regione propinquus
Obſequio facta eſt omnibus vna parens,
Eleemoſynæ fructus. Diuinis intenta bonis, alimenta miniſtrans,
Qua mercede magis ſe ſatiaſſe videt.
Hæc data poſt obitum faciunt quoq; viuere functam
Forma perit hominum nam benefacta manent.
Corpora puluis erunt, & mens pia floret in æuo.
Omnia prætereunt, præter amare Deum.
Orphana tunc auiæ, ſtudijs adoleuit opimæ,
Inque loco natæ neptis adulta fuit.
Tertius à decimo vt hanc primum acceperat annus,
Traditur optato conſociata viro.
Dagaulfi nobilitas. Nobilitas in gente ſui cui celſa refulſit,
Atque ſuis meritis additur alter honor.
B Dulcis ouans, alacris ſtudijs, ornata iuuentus,
Quod natura nequit, littera prompta dedit.
Tres meruere tamen iuncti ſupereſſe per annos,
Coniugioque ſuo corde ligante ſ.ui.
Ambo pares animo, voto, ſpe, moribus actu,
Vilſthota perit in partu. Certanteſque ſibi. mente. decore, fide.
Tempore iam certo eſt enixa puerpera prolem,
Damno læta ſuo, quæ pariendo perit.
Abripuit teneram ſubito mors inuida formam,
Annos quippe duos, luſtra gerendo tria.
Sic animum generans, anima ſpoliatur & ipſa
Spem peperit lucis, luce negante ſibi
Exemplum ſed triſte dedit ſecura parenti
Vnde redire ſolet, deficit inde genus.
Tertius eſſe pater cupiens, heu ſolus habetur,
* eſſe. Creſcere quo numerus debuit, * ipſe cadit.
Proleſque ſimul extinguitur. Nam* partus cum matre perit, naſcendo ſepultus,
* paruus. Natale trahens, natus in ore necis.
Plus fuerant ſoli, ſi tunc ſine prole fuiſſent,
Addita poſteritas abſtulit id, quod erat.
C Infauſtis votis genitus de funere matris,
Et genitrix nato mortis origo fuit.
Alter in alterius lætali ſorte pependit.
Inque vicem ſibi mox ambo dedere necem.
Sed ſenſit grauiora dolens pater, atque maritus,
Qui gemit, vno obitu ſe ſepeliſſe duos,
Pro via dum genito lachrymas iam ſoluit humato,
Vidit quod fleret, non quod haberet amor.
Triſtitiæ cumulum tribuit cui rapta iugalis,
Dans longas lachrymas tempore nupta breui.
Conſilium tamen illud habet de coniuge coniux,
Huic quia mercedis non va[...]atur opus.
Vilithotæ in Eccleſias & pauperes rara liberalitas. Nam quod ad ornatum potuit muliebre videri,
Eccleſijs prompte, pauperibuſq; dedit.
Hic, nulla ex illis rebus, peritura reliquit,
Vt modo præmiſſis diues haberet opes.
Quam bene diſtribuens, ſine ſe ſua noluit eſſe,
Nam quæ larga dedit, hæc modo plena metit.
Condidit ergo ſibi, quidquid porrexit egenti,
Et quos ſumpſit inops, hos habet illa cibos.
D Felices, quos nulla grauant de morte ſecunda,
Nec faciunt pœnis ſubdita membra feris.
*amarum Dulcibus illecebris qui non ſibi condit * Auernum,
Nec per carnem, animam vult ſepelire ſuam.
Sed caſta pietate manens, ſine crimine vitæ
Illius in luce hac, præmia lucis emit.
Tempore quam paruo lachrymas aut colligit amplas?
Aut cur vita nitet, gaudia longa capit
* Hac. * Hic de morte leuis dolor eſt; nam durius illud
Hic, quem viuentem Tartara nigra tenent.
Iudicij extremi h[...] p[...] [...]pot Infelix, quiſquis maculoſis actibus vſus.
* arte. * Ante redemptorem ſe laqueaſſe videt.
* Cõmo[...]et. Nubibus inuectus, cum venerit arbiter orbis,
Et tuba terribilis * mouerit arma polis.
His veniet Helias, illis in curtibus Enoch,
Ante cuiando ſuos; hinc Petrus; hinc Stephanus, E
Flore puellarum roſea ſtipante corona,
Inter virgineos prima Maria choros,
Hinc* Martha, hinc ſponſa Agnes, Tecla dulcis, Agatha, * mater.
Et quæcunque Deo virginitate placet.
Tunc ibi quis terror, cœli aſſiſtente ſenatu?
Quid dicturæ animæ iudicis in facie? Damnatorum conditio.
Mox aut pœna manet miſeros aut palma beatos,
Quiſque ſuæ vitæ ſemina facta metit.
Sunt dicturi alij; cadem[...]ons, & comprime corpus:
Sed iuſſi colles ferre ſepulchra negant.
Cogentur minimi quadrantem ſoluere nummi,
Nemo pedem remouet, quo ſua culpa trahit,
Spe vacui, paleæ ſimiles mittentur in ignes,
Paſcendis flammis, fit caro noſtra cibus.
Viuunt ad pœnas, æterno ardente camino,
Vt cruciet grauius mors mala non moritur.
Ne feſſi recreent animas longo igne crematas,
Porriget, heu, nullas flammiger amnis aquas.
Parte alia, meritis ſe'icibus * acta tenentes F
Fulgebant iuſti, ſol velut arce poli. * alta
Digni lumen habent, damnati incendia deflent, Beatorum ſtatus.
Illos ſplendor alit, hos vapor igne coquit. Ignis indicia. Splendor beatorum.
Res eſt vna quidem, duplici ſed finditur actu,
Nam cremat indignos, quo probat igne pios.
Æterna radiant paradiſi in luce beati,
Cum facie Chriſti regna tenendo ſui.
Gratia quanta manet vultus qui aſpexerit illos?
Quantus honor hominum, poſſe videre Deum?
Si nimis erigitur fragilem qui cernit amicum,
Qualiter exultet, qui videt ora Dei?
Lilia, narciſſus, violæ, roſa, nardus, * amomum. * Amomus.
Quidquid, odorifero germine, mittit Arabs.
Iudicis in vultu flore otia lumina vernant;
Sed ſuper hæc, domini ſuauior efflat odor:
Nam quantum obſcœno melior lux aurea plumbo,
Tantum thura Deo, cedit & omnis odor:
Quantum nocte dies diſtat, ſol lampade lunæ,
Factori cedunt, ſic, ſua facta ſuo.
Cum vero iuſti tanto ſplendore fruantur, G
Congaudent nimium ſe caruiſſe mori.
De tenebris migraſſe fauent, in luce perenni,
Et magis ad bona tot tardius iſſe dolent.
Tu quoque nec lachrymis vras pia facta iugalis, Paracleſis ad Dagaulfum.
Cui, modo creduntur, hic meliora dari.
Nam ſi deplores, meritis quæ viuit opimis,
Coniugis ipſe bonis inuidioſus eris. * iuncta.
Præſertim, quam ſenſu, animo, tibi corpore, * iunctam,
Cum Chriſto ſemper corde fuiſſe refers.
Poſt domini vultus, ad te ſi iuſſa rediret,
Fleret, in hunc mundum, ſe * reuocaſſe gradum. *reuocare.
Charius illa diem retinet, quem perdere neſcit,
Quam hunc quem timuit, ſine ſequente, ſibi.
Ne grauiter funus agas, cunctis natura quod offert,
Quod cum principibus participatur inops.
Nullum paupertas, non eripit ampla facultas,
Hoc commune ſimul, diues, egenus, habet.
Nam puer, atq; ſenex, niger, albus, turpis, honeſtus,
Debilis, & fortis, mitis, & aſper, obit.
Huc ſapiens, ſtolidus —— probus, improbus, omnis —Lacuna in MS.
Plenior exiguus, paruus, & altus adit. H
Tardius, aut citius, currit ſors iſta per omnes,
Diſſimili merito, mors trahit vna viros. * funere.
Non decet ergo graues pro coniuge * fundere fletus,
De cuius meritis te dubitare, negas.
Fœlices nimium hic qui ſine crimine præſunt,
Qui melius diſcunt viuere, poſt obitum.

XXVII.

Epitaphium Euphraſiæ.

SI pietatis opus nunquam morietur in * æuo, * æuum.
Viuis pro merito fœmina ſancta tuo.
Inclyta ſidereo radians Ephraſia regno,
Nec mihi flenda manes, cum tibi læta places.

A Terræ terra dedit, ſed ſpiritus aſtra recepit,
Pars iacet hæc tumulo, pars tenet illa polum.
Corpore depoſito leuiori vecta volatu,
Stas melior cœlo, quam prius eſſes, humo.
Carnis iniqua domans de te tibi * ſacra triumphans, (* ſacta.)
Ad patriæ ſedes ciuis opima redis.
Ardua nobilitas proauorum luce coruſcans,
Plus tamen es meritis glorificanda tuis.
Vir cui Namatius, datus inde Vienna ſacerdos
Coniuge defuncto conſociata Deo.
Exulibus, viduis, captiuis omnia fundens,
Paupertate pia diues ad aſtra ſubis.
Æternum mercata diem ſub tempore paruo,
Miſiſti ad cœlos, quas ſequereris, opes.
Sed rogo per regem Paradiſi gaudia dantem
Pro Fortunato ſupplice funde precem.
Obtineas votis hæc qui tibi carmina miſi,
Vt merear claudi quandoque claue Petri.

XXVIII.

B

Epitaphium Euſebiæ.

SCribere per lachrymas ſi poſſint dura * parentes, (* parentis.)
Hic pro pictura littera fletus erat.
Sed quia lumen aquis non ſignat nomen amantis,
Tracta manus ſequitur, qua iubet ire dolor.
Nobilis Euſebiæ furibundi iure ſepulchri,
Hic ubi ſcute lapis fulgida membra tegis.
Cuius in ingenio ſeu formæ corpore pulchro
Arte Minerua fuit, victa decore Venus.
Docta tenens calamos, apices quoque figere filo,
Quo tibi charta valet, hoc tibi tela fuit.
Dulcis in Euſebij iam deſponſata cubile,
Viuere ſed teneræ vix duo luſtra licet.
Vt ſtupeas iuuenem ſenſum ſuperabat anilem.
Se quoque vincebat non habitura diu.
Contentiurq; ſocer, cui nata, generq; recedit,
Hæc lethalis abit, ille ſuperſtes abit.
Sit tamen auxilium, quia non es mortua Chriſto,
Viues poſt tumulum virgo recepta Deo.

C

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI

Lib. Qvintvs.

I.

Ad Martinum Epiſcopum Galliciæ.

Domino ſancto atque Apoſtolico in Chriſti regis exercitu poſt ducem Paulum primipilo, Martino Epiſcopo Fortunatus.

D

FElics propulſa flatu recreabilis opinionis veſtræ noſtras aures aura demulſit, & molli blanditia lapſu, ſibilo crepitante, paradiſiaci horti odoramenta * ſaburrans, titanium florum nuntia nares ipſas aromate reſpirante ſuffiuit, ad modulanter indicans, quod ſicut ad orientem Edon à principio, ita decurſo ſæculo, alterum ad occaſum Deus plantaſſet Elyſium, in quo fortior Adam, id eſt, Martius Martinus inexpugnabilis accola Chriſti, fide ditior viueret, perpetuo ſeruante mandato, * ad quem non tam ad auram dominus reuiſendum, poſt meridiem pergeret, quam ipſe vir factus paradiſus, inter perſpicua cordis ſmaragdinas plateas, & vernantis operis * inumbratos corymbos, non quod ficus tegeret, ſed fructus ornaret, inambulantis in ſe beati redemptoris, adhæſura veſtigia coherceret, fide figente: vnde nec ad momentū pij conditoris laberetur præſentia, quia nec in atomo plaſma notare-

* Gloſſ. MS i. ſpirans odorans.

* vò ad de eſt aliquibus MSS.

* inumbrantes.

E tur in culpa, ſed per illas beatitudines, velut odori nemoris, illectus delicijs, & vernulam Dominus, & verna Dominum poſſideret; vtpote cum alternante ſibi concatenata dulcedine, nec iſte fugaretur * admiſſu, nec ille fraudaretur ampleau, hinc inhiantibus animis, medullis æſtuantibus, oculis ſuſpectis, palmis extentis, feruens magis, quam ſitiens. Præſtolabar, Epiſtolæ veſtræ magna, ſi vel parua nubecula madidanti vellere bibulus homectaret: deſiderij conſcius vota voto præueniens, ſi quid de vobis certiſſimè, vel per vndas mobiles fixa mihi littera nunciaret, ita vt ariditatem meam colloquij veſtri temperaturus imber ſic irrigaret, paginam deleret, quo tameo prouidentia diuina conſulta per filium veſtrum venerandum mihi Dominum, ſanctam charitatem refectam ſuſcepi cernens Epiſtolam, quæ vt vos noſtis, arte compacta, vt ego ſenſi, flore conferta, bibentem ſe potius, quam legentem ferret, per ſingulos apices pigmentato aſſamine inebriatura. Diues pauperi propinauit, & vt ita dixerim, quaſi falerni nobilis ipſo me prius odore pincernante, ſuppleuit; gemina dicendi fruge congeſta, condita ſale, melle perfuſa, permixta blanditie, cum vigore

* admiſſo.

F me peregrini poculi, quantum deſuetum, plus auidum; dum pars illicit, pars deterret; in ancipiti poſito conniua * teſticulo; nec ſuſtinente magna * bibere, conſentio dulcedini, qui certo virtuti. Hoc igitur fluente dono, venit ad me, fateor, per cana Ponti fons poculi; venit, pater optime, per ſalſum mare, quod ſitim reſtingueret; & venit oceanitide maſcente fluxu mera dulcedo; cuius liquor nō fauce tenus ſaperet, ſi arcana mulceret: quippe quod non carnem foueris tali potu: ſed ſpiritum. Vnde, vt verè proſequar; huius vua palmitis, nobis ſitim prorogat, dum propinat. Hac inopina fruge delapſa per gurgitem, primus iſte mihimet venit fructus è fluctibus; detulit puppis illa reliquis fortiſan alumen, mihi veſtri colloquij, certè lumen; commercium, tali diſcrepante mercatu, quod alijs illud ad pretium, hoc nobis * inemptum. Illinc reſtinguitur, hinc purgatur illud inficit, hinc niueſcit. Quid loquar de periodis, Epicherematibus, enthymematis, ſyllogiſmiſque perplexis, quo laborat quadrus Maro, quo rotundus Cicero; quod apud illos eſt profundum; hic profluum; quod illinc difficillimum, hinc in promptu.

* ruſticulo
* bibente.
* ineptum.

G Comperi pauſis punctis, quoniam quo volueris, * cola pampinoſæ diffundis propagines: quod vero libuerit, acuo commatis falce ſuccidis, vt cauti vinitoris ſtudio moderante, nec in hoc luxurians germinet vmbra faſtidium; & illuc, tenſa placeat propago cum fructu. Nam, quod refertis, in litteris poſt Stoicam, Peripateticamque cenſutam, me Theologiæ, ac Theoriæ tyrocinio mancipatum, agnoſco: quid amor faciat, cum & immerentes exornat. Cur tamen, bone pater, in me reflectis, quod tuum eſt; ac de me publicè profers, quod tibi priuatum eſt? cum prima ſint vobis nota, & ſecunda domeſtica: nam Plato, Ariſtoteles, Chryſippus, vel Pittacus, cum mihi vix opinione noti ſint, nec legenti Hilarius, Gregorius, Ambroſius, Auguſtinus; quos ſi vel in viſione noti fierent, dormitanti, nec ego vere ſentirem; eo quod copiæ artium apud vos velut in commune diuerſorium conuenerunt: ipſa vobis * tenacius, quæ ſunt cœlo propinquius, quia non oblectamini tam pompa dogmatum, quā norma virtutum. Vnde procul dubio cœleſtium * clientela factus es clientelarum.

* colæ. gloſſ. i. creſcentis.

Locus in ſilentſque MSS. corruptus.

* hærent.

* clienta ſeu cliens.

H Sed quid ego hæc ad te, ô dulciſſime pater, & verè Chriſti diſcipule, qui ad inſtar Samaritani vinum miſcens, & oleum ægroto decubanti, blandum mihi malagma porrexiſti: mercedem pij operis relaturus cum venerit, qui ſe ſtabulario æra penſare * debere repromiſit; cuſtodiens in vobis Pontifex ſumme, quod contulit ſciens ſuis oculis hoc placere digniſſimè, quod ipſam apud te vincit dignatio dignitatem. Quapropter ſacratiſſimæ, ſinceriſſimæ, atque amantiſſimæ Apoſtulicæ coronæ veſtræ plantas ſupra meum pectus ſtratus imponens; & vltimus ego membra ſubdita, vel pedum veſtrorū recubatorium faciens, ita veſtræ pietati auido deſiderio me commendans, depoſco in domino, vt inter peccatorem, & redemptorem mundi, alter quodammodo mediator accedens, leuigato delicto probe Pa-

* debiti.

A ter reprobum reconcilies poſt reatum. Et quia veſtræ fiduciæ pignus accepi, pietatis veſtræ filias, & famulas Agnem, & Radegundem vna mecum deuotè earum deſiderio mandato, commendo, communiter ſupplicantes, vt apud Dominum Martinum pro nobis verba faciens, tam fidus interceſſor accedas, qualis apud Dominum ipſe tum promptus extitit; cum cadauer exanimum non prius dimitteret, quam mors mortuum dimiſiſſet. Eſt enim ratio conſequens, vt per vos illinc nobis redeat, ſpes patrocinij, quia ad vos hinc prodijt pars patroni, coram domino ſupplicans. Pie pater, vt in *gratiam veſtram receptus, vel apud eos qui veſtri ſunt commendati, ſentiam tam oratione, quam carmine, te doctore regi, genitore diligi, duce progredi, tutore muniri. Præſentium vero portitorem famulum veſtrum, vere mihi bonum Bonoſum pietati veſtræ ſupplex accedens, nec prius relaxans pedes, quam du cis pater promiſeris, qua valeo prece, ſupplex commendo: qui interuentu ſanctorum, cum vobis ſoſpes occurrerit, abſentis vota præſens exſoluens, illud prius obtineam, vt quis quum primum B huc comeat, me celebris verbi veſtri gaudia feſtiua reſperga[u]it.

*gratia veſtra.

Martini meritis cum nomine nobilis heres,
Pro Fortunato quæſo precare Deum.

II.

Item ad eundem.

LVMEN Apoſtolicum cum ſpargeret vna triades,
Exciperetq; nouum mundus honore diem;
Vt tenebras animæ lux ſementiua fugaret,
Et claram hauriret mens oculata fidem;
Redditur, auulſis ſpinis, vrbs Romula princeps
Principis egregij vomere culta Petri.
Paulus ad Illyricos Scythicas penetrando pruinas
Dogmate feruenti frigora ſoluit humi.
Mattheus Æthiopes attemperat ore vapores,
Viuaq; in exuſto flumina fudit agro.
Bellica Perſidis Thomæ ſubiecta vigori,
Fortior efficitur victa tiara Deo.
C Lucida perſpicuo datur India Bartholomæo,
Andreæ monitis extat Achaia ſeges.
Ne moreris accelerans, Martini Gallia priſci
Excellente fide luminis arma capit.
Martino ſeruata nouo, Gallicia, plaude,
Sortis Apoſtolicæ vir tuus iſte fuit.
Qui virtute Petrum, præbet tibi dogmate Paulum,
Hinc Iacobi tribuens, inde Ioannis opem.
Pannoniæ vt perhibent, veniens è parte Quiritis,
Eſt magis effectus *Galliſueba ſalus.
In ſulcum ſterilem vitæ plantaria ſeuit,
Quo matura ſeges fertilitate placet.
Heliæ meritis alter redit imber ariſtis,
Munera roris habens ne premat arua ſitis.
Neu iaceant ſtupidis arentia iugere ſulcis,
Influit irriguæ fonte perennis aquæ.
Io ramis hereſis fidei pia germina fixit,
Quodque oleaſter erat, pinguis oliua viret.
Quæ ſtetit exilis viduatis frondibus arbor,
Iam parturita cibum floret honore nouo.
D Imponenda focis ſine ſpe ficulnea triſtis,
Præparat ad fructum ſtercore culta ſinum.
Palmitis vua tumens auium laceranda rapinis,
Hoc cuſtode bono non perit vua lacu.
Rebus Apoſtolicis detexit vinitor antes;
Arua ligone mouens, falce flagella premens.
Ex agro domini labruſcam excludit inertem,
Atque racemus adeſt, quo fuit ante frutex.
De ſatione Dei zizania vulſit amara,
Surgit & æqualis lætificata ſeges.
Martino ſeruata nouo, Gallicia plaude,
Sors tua Apoſtolicæ vir tuus iſte fuit.
Paſtoris ſtudio circum ſua ſepta recurrens,
Ne lupus intret oues, ſeruat amore gregis.
Sopportatore manu trahit ipſe ad pabula Chriſti,
Montibus inſtabilem ne voret error ouem.

Apoſtolorum in varias orbis partes legatio.
S. Petri.
S. Pauli.
S. Matthæi.
S. Thomæ
S. Bartholomæi.
S. Andreæ
S. Martini.
a tini alterius legione.
Eius patria.
*Galliſueba. Galliciæ incolas Sueuos conuertit.
Ad Rom. c. 11.
Diſtichon hoc vt ubi in MSS legebatur. ... ens naum accurate ſonet

Cuius vox refluens, plebi, de fonte ſalubri,
Vt bibat aure fidem, porrigit ore, ſalem.
Hoſti damna quidem, domino pia vota parauit,
Et commiſſa ſibi dupla talenta refert.
Vocem Euangelicam exſpectans operarius almus,
Vt ſibi dicatur; Seruule perge bone.
Quando fidelis enim mihi ſupra pauca fuiſti,
Supra multa nimis conſtituendus eris.
Ecce tui domini modo gaudia lætior intra,
Proq; labore breui magna parata tibi.
Auditurus eris vocem Martine beatam,
Sed Fortunati ſis memor ipſe tui.
Quæſo precare pater videam tua gaudia tecum,
Sic ſaceas regi, poſte pateote Petri;
Cum Radegunde humili ſupplex, *pia poſtulat Agnes,
Vt commendatæ ſint tibi, ſancte pater.
Et crecſcent choro per carmina ſancta ſororum
Complaceam domino, te duce mite, ſuo.
Atque aſcita ſibi ſeruetur ab vrbe *Geneſi
Regula Cæſarij præſulis alma pij.
Qui fuit antiſtes Arelas, de ſorte *Lirini,
Et manſit monachus, pontificale decus.
Sedulitate patris, proprias tuearis alumnas,
Vt tibi proficiant hæc bona ſi qua gerant.
Vnde illuſtre caput cingas diademate pulchro,
Et grates dignas pro grege paſtor agas.

E
Præmia Martinum quæ maneant. Matth. 25.
*piè. Commendat illi poeta Radegundem reginam.
*Geneſi. Regula S. Cæſarij.
*Lerini.
F

III.

Ad ciues Turonicos de Gregorio Epiſcopo Turonenſi.

PLAVDITE felice, populi, noua vota tenentes,
Præſulis aduentu, reddire vota, Deo.
Hoc puer *exortus celebret, hoc curua ſenectus,
Hoc commune bonum prædicet omnis homo.
Spes gregis ecce venit, plebis pater, vrbis amator,
Munere paſtoris lætificentur oues.
Sollicitis oculis, quem proſpera vota petebant,
Veniſſe aſpiciant, gaudia feſta colant.
Iura Sacerdotij merito reuerenter adeptus,
Nomine Gregorius, paſtor in vrbe gregis.
Martino proprium mittit Iulianus alumnum,
Et fratri præbet, quod ſibi dulce fuit.
Quem patris Ægidij Domino manus alma ſacrauit,
Vt populum recreet, quem Radegundes amet.
Huic Sigibertus ouans fauet, & Brunichildis honori,
Iudicio regis, nobile culmen adeſt.
Quo paſcente greges, per paſcua ſancta regantur,
Et Paradiſiaco germine dona metant.
Immaculata pij, qui ſeruet ouilia Chriſti,
Ne pateant rapidis dilaceranda lupis.
Peruigili cura, ſtabulum ſine labe gubernet,
Commiſſumq; gregem nulla rapina grauet.
Muniat incluſos precioſi velleris agnos,
*Et quos ſeruatos protegat ipſe vigil.
Florea diuino pingueſcat vinea cultu,
Et matura ſuo ſit ſpecioſa botro.
Fructibus æternis vt compleat horrea cœli,
Vnde animæ viuo fonte fluenta bibant.
Ne ſitis excruciet, digito quam Lazarus vdo
Ignem vt leuiret, tunc petebatur opem.
Sed magis in gremio Abrahæ vernante locandas,
Paſtor oues placido ducat ad aſtra ſinu:
Vt bene commiſſo ſeſe duplicante talento,
Introeant Domini gaudia vera ſui.
Lætus agat ſub claue Petri, per dogmata Pauli,
Inter ſydereos luce micante choros.
Fortis Athanaſius, qua clarus Hilarius adſtant,
Diues Martinus, ſuauis & Ambroſius.
Gregorius radiat, ſacer Auguſtinus inundat,
Baſilius rutilat, Cæſariuſque micat.
Quorum geſta ſequens, & dicta fideliter implens,
Perpetuæ vitæ participatus ouet.
Atque coronatus digna mercede laborum,
Obtineat miles regis in arce locum.

*exortus.
G
Gregorij Turonenſis primordia Epiſcopatus Ægidius Rhemēſis Epiſcopus Gregorij cōſecrauit. Sigebertus & Brunichildis patrini Gregorij.
*Atque ſoporantes.
H

A

IV.

In Natalitio Gregorij Epiſcopi cum antiphona, dicere rogaretur. In Miſſa dictum.

MARTINI meritis per tempora longa Gregori
 Toronicum foueas paſtor in vrbe gregem.
Concilijs ſacris ſis norma, & vita * piorum. * priorum
 Exemploque tuo creſcat adeptus honor.
Lumen Apoſtolicum populis tua lingua miniſtret,
 Et cœli donum, te radiante, micet.

V.

Ad eundem, de Iudæis conuerſis per Auitum Epiſcopum Aruernum.

DOMNO SANCTO ET MERITIS APOSTOLICO * *præconiando Domino, & in Chriſto patri Gregorio papa, Fortunatus.* * præconando.

B

INSTINAS, pater optime, ſeria curioſitate, ſyncera tamen dulcedine, carmine elingnem prolo-qui, & currere pigrum verſu pedeſtri, atque de laude laudabilis, & Apoſtolici viri Domni Auiti pontificis ex euentu occaſionis illatæ, & ſi non aliqua compte, ſaltem comiter prælibare: cum in me non inueneris, quod dictionis luculentia diligeres, ſed deleres, & vt ipſe meiſum conſcius, habeas apud nos non tam quod probes, quam quod reprobes: præſertim cum inſtans portitor per verba ſigillatim hianti fauce cadentia quaſi grauis exactor non in me tam fœnera ſoluere cogeret, quam penſaret. Sub quo, licet illum præceps iter impingeret, mihi interanhelanti vix liceret reſpirare, tamen præceptis veſtris licet implicitè expeditis paremus, deuoti potius quã placemus; vobis reputantes neſcio magis an tempori, quod illi hoc iniungitur, qui non habebat apud ſe nec modum, nec ſpacium. Sed obſequij illa morigeri ſeruitute deuoti quod à vobis in laude prædicti pontificis amore præcipitur, honore cantetur.

C

INVENERABILIAVS famulis operator opime,
 Condecet, vt ſemper laus tua, Chriſte, ſonet.
Inſpirans animum, votum effectumq; miniſtrans, Gratiæ vis & neceſſitas.
 Et ſine quo nullum præualet eſſe bonum.
Lumine perſpicuo fœcundans pectora vatum,
 Vt populis generent viſcera ſancta fidem.
Supra candelabrum poſiti, quorum ore coruſco
 Dogmatis igne micans, luceat alma domus.
Et velut eſt oculus, capitis qui dirigit artus,
 Sic pia paſtoris cura gubernet oues.
Pectora pontificum ditans virtute ſuperna,
 Tu Deus omnipotens ſumme, perennis apex.
Spiritus alme ſacri labijs infuſus Auiti,
 Per famulum loquens creſcat vt ordo gregi.
Qui non contentus numero, quem accepit ab illo, Aruernorum cum Iudæis ſimultas.
 Villicus hic domini dupla talenta refert.
Plebs Aruerna etenim biſido diſciſſa tumultu,
 Vrbe manens vna, non erat vna fide.

D

Chriſticolis Iudæus odor * reſilebat amarus, * reſilibat.
 Obſtabatque pijs impia turba ſacris.
Extollens ceruix Domini iuga ferre recuſans,
 Sic tumidis animis turget inane cutis.
Quos in amore Dei monitabat ſæpe Sacerdos,
 Vt de conuerſis iret ad aſtra ſeges:
Sed caligoſi recubans velaminis vmbra,
 Pectora tetra premens cernere clara vetat.
Venerat ergo dies, dominus qua eſt redditus aſtris, Chriſti aſcẽſus dies ſacer.
 Ac homo ſydereum pendulus iuit iter.
Plebs, * animante fide Iudaica templa reuellit, * armante. Aruerna plebs ſynagogam euertit.
 Et campus patuit, quo ſynagoga fuit.
Tempore quo Chriſti repedauit ad alta poteſtas,
 Ille quod aſcendit * gens inimica ruit. * ret.
Hic tamen antiſtes Moyſei lege rebelles,
 Alloquitur blandè, quos dabat ira truces.
Quid facis ô Iudæa cohors, nec docta vetuſtas? Auiti ad Iudæos oratio.
 Vt vitam renoues credere diſce ſenex.
Lactea canities ſapiat maiora iuuentæ,
 Senſum pone grauem, quo puerile fuit,
Non pudeat meliora ſequi vel tarda, veternus,
 Corpore deficiens, creſcat honore ſenex.

E

Eſt Deus, alta fides, vnus trinus, & trinus vnus;
 Perſonis proprijs ſtat tribus vnus apex.
Nam pater & genitus, quoq; ſanctus ſpiritus idem,
 Sic tribus eſt vnum ius, opus, ordo, thronus.
Legifer hoc reboat, patriarcha hoc * reddit Abraham, * credit. Geneſ. 18. Abraham in tribus vnum adorans myſterium. Trinitatis cõmendat
 Hinc pater eſt nobis, eſt quia noſtra fides.
Tres videt æquales, vnum veneratus adorat,
 Vnum voce rogat, tres quoque pelue lauat,
Sic * patruo ſimilis Loth ſuſcipit hoſpes euntes, * patruus. Geneſ. 19.
 Quos cibat in Sodomis, hi rapuere Segor,
Cum a domino dominus pluit igni, triſte Gomorræ;
 Filius & pater eſt à domino dominus.
Qui tuus, ipſe meus, ſtat conditor atq; creator;
 Huius plaſma ſumus, qui eſt trinitate Deus.

F

Vnius eſtis oues, heu cur non vniter itis?
 Sit, rogo, grex vnus, paſtor & vnus adeſt.
Rennuis? an recolis quod canna Dauidica pangit,
 Quodque prophetali virgine fœtus agit.
In cruce nam fixus palmis, pedibuſque pependit, Chriſti mors & reſurrectio.
 Sed corrupta caro non fuit ex tumulo.
Poſt triduum remeans, lauat nos vulnere longo,
 Quod redijt cœlis teſtis & iſta dies.
Crede meis, aut crede tuis conuicta ſenectus,
 Si fugis ac trepides * negligis iſta legens. * nec legis.
Protrahimus verbum breuitatis tempore longum,
 Aut admitte preces, aut rogo cede loco.
Vis hic nulla premit, quouis te collige liber.
 Aut meus eſto ſequax, aut tuus eſto fugax.
Redde colone locum, tua duc contagia tecum, Auitus Iudæos iubet ſolum vertere.
 Aut ea ſit ſedes, ſi tenet vna fides.
Hæc pia verba viris mitis dedit ore Sacerdos,
 Vt ſibi quo libeat, ſemita cordis eat.

G

Aſt Iudæa manus, ſtimulante furore, rebellis,
 Colligitur, rapitur, conditur inde domo.
Chriſticolæ vt cernunt cuneagmina Manzara iungi,
 Protinus inſiliunt, qua latet ille dolus.
Si fremerent gladijs, ſentirent iuſta, cadentes,
 Viuere quo poſſint aut daret alma fides.
Legati occurrunt vari mandata ferentes: Iudæi offerunt ſe fidei Chriſtianæ.
 Nos Iudæa manus iam tua cauſa ſumus.
Na pereant, acquire Deo, qui viuere poſſunt,
 Si mora fit, morimur, & tua lucra cadunt;
Tende celer greſſum, properes niſi præpete curſu,
 Funera natorum ſunt, ubi flenda, patet.
Fletibus hic victus, rapitur miſerando Sacerdos,
 Vt ferat afflictis rite ſalutis opem.
Perueniunt quo clauſa loco fera turba latebat;
 Quæ occurrens, lachrymis ingerit ore preces.
Mens eſt tarda * boni Iudaica iura tenenti. * boni.
 Lucem ſero videt, prætereunte dia.

H

Sic oculis cordis valum aſt ab origine tonſum,
 Cæcus vt ignoret quo via recta vocet.
Sed tandem ſequimur, paſtor, quo ſæpe monebas,
 Qui ſale tam dulci currere cogis oues.
Credentes iam crede tuos nec fallere falſis
 Nos lauacrum petimus, ſit tibi præſto lacus.
Senſimus effectu quod agebas ore precando,
 Quod per te hominem nos Deus ipſe monet.
Hinc trahit ad lucem, quos texerat vmbra negantes,
 Militiæque nouæ rex aperibat iter.
Agmina conueniunt quondam diuerſa ſub vno,
 Partibus & geminis fit Deus vnus amor.
Hinc oleum nitidum perfunditur vnguine vallus, Chriſmatis vſus. Pentecoſtæ die baptizati Iudæi.
 Aſperiuque ſacro fit gregis alter odor.
Ecce dies aderat, qua ſpiritus almus ab alto
 Miſſus, Apoſtolicis fluxit in ora viris.
Res ſacra ruricolis, vrbanos excitat omnes,
 Certatimque aditus ad pia feſta * ferunt. * terunt.

A

Fœtor Iudaicus gēti agnatus abſtergatur.

Abluitur Iudæus odor baptiſmate diuo,
Et noua progenies reddita ſurgit aquis.
Vincens ambroſios ſuaui ſpiramine rores,
Vertice perfuſo chriſmatis efflat odor.
Ingenti numero celebratur paſcha nouellum,
Ac de ſtirpe lupi progenerantur oues.

Cereorum vſus in baptiſmate.

Excepit populus populum; plebs altera plebem;
Germine qui non eſt, fit tibi fonte parens.
Vndique rapta manu lux cerea prouocat aſtra,
Credas vt ſtellas ire trahendo comas.

* veſtis.

Lacteus hinc * veſti color eſt, hinc lampada fulgor,
Ducitur, & vario lumine picta dies.
Nec feſtiua minus quam tunc fuit illa coruſcans,
Diuerſis linguis, quæ dedit vna loqui.

Auiti religionis ſenſus & conſolatio iacet hæc ſacra.

Quis togo pontificis fuit illic ſenſus Auiti?
Quam validus feruor, cum daret iſta Deo?
Inter candelabros radiabat & ipſe Sacerdos,
Diffuſo interius ſpiritus igne micans.
Dum ſibi, qualis erat, tam vera holocauſta ferendo,
Cum libat viuo hoſtia vina Deo.

B

Si Patriarcha placet quoniam natum obtulit vnum,
Qui tantos offert quam placiturus erit?
Moies non valuit fidei quos ſubdere noſtræ,
Qui Chriſto acquirit, quod ſibi munus erit?
Fudit aromaticum domitoi libamen ad aram,
Incenſumque nouum miſit ad aſtra Deo.
Obtinuit votum, quia iunxit ouile ſub vno.
Et grege de timeo gaudia paſtor habet.
Hæc inculta tibi reputa, pater alme Gregori,
Qui Fortunato non valitura iubes.
Adde quod exiguum me portitor impulit inſtans,
Et datur in ſpacijs vix geminata dies.
Nouimus affectu potius quod diligis illum
Hunc quem corde vides, ſemper & ore tenes.
Hoc tibi nec ſatis eſt, huius quod es ipſe relator,
Compellis reliquos plaudere voce ſibi.

Gregorius Turon. Auiti alumnus.

Non fuit in vacuum, quod te prouexit alumnum
Si cui mente fide, reddis amore vicem.
Annuat omnipotens, longo memoraliter æuo,
Vt tu laus illi, laus ſit & ille tibi.

C

Me quoque vos humilem pariter memoretis vtrinque.
Et pro ſpe veniæ voce feratis opem.

VI.

Ad Syagrium Epiſcopum Auguſtidunenſem.

Domino ſancto, & Apoſtolica ſede digniſſimo Domino Syagrio Papa Fortunatus.

TORPORE vecordis otij, quo mens ebria deſipit, diutina tabe morbeſcente bruteſcens, & velut ignaui ſoporis hebetante marcore ſuffectus, negotij indulgentis nulla mordente cura dormitans, cum videretur ſcilicet tam lectio negligi, quam vſus abuti neque nanciſceretur quicquam occaſionis ex themate, quod digereretur in poeſi; & vt ita dictum ſit, nihil velleretur ea vellere, quod carminaretur in carmine, intra me quodammodo meipſum ſilentio ſarcophagante ſepeliens; & cum nulla canens obſoleto linguæ plectro, æruginanuiſſem, tandem nec inopinato conceptiuo meo, ſed tamen, vt arbitror, veſtræ felicitatis ad me ſorte delato, quis? vnde? quidue * referat, dum percontor de filij calamitate, ſuæ neceſſitatis, meæ compulſionis, veſtræ mercedis cauſas indice * ſingultus vix laxante prorumpit. Quo, voce intercepta tam viſcerum mærore, quam luminum flumine, dum loqui non permittitur, ipſo ſilentio patrem lachrymæ fatebantur; quia dum anxius in verbo genitor pendet, nec exprimit, tacente faucis organo, pupilla fletibus loquebatur. * Tanta eſt in charitate natura, quod præualet vt parens ante ſe prodat affectu, quam labio. Fluebant igitur lumina, ac ſuggeſtionem ſuam blandito ploratu compunctam, vt etiam quamuis crudelem redderent lamenta clementem, irrigabant lachrymæ; tam ſemen miſeriæ, quam ſegetem miſericordiæ; vno fonte manabant * reſinæ roris, & muneris. Vnde & luctus, & merces, & vnus rigans oculis, alter bibens auribus, quod iſte torcularet in fletu, ille apothecaret in fructu. Itaque ſigno ſingulti fecit ſe intelligi mens captiui; & quaſi ſpecularitet traxit mæror in facie qui videbatur angor in corde. Vnde inter tacentes, cauſa rerum cognita, dum apud me * voluit hoc fari, quod * fieri; videbatur affectus mirè ſine lingua ſic loqui. Igitur cum me moueret lamentabilis concutis tam iactura quam patria, cum cernerentur vultus patris pietatis imbre perfundi, vt pene totus & ipſe in alieno affectu migrarem, lachrymantes oculi querelas mihi finxerunt ad vicem encauſti, & admirabili modo, aqua quæ delere ſolet, per fletus ſcripſit. Quis enim flenti non crederet, quem * lupus non genuit? quem non humanitas flecteret, quem partus tigridis non effudit? cum * lenteſcat blanditijs, curſus pardi, virtus apri, dens leonis, & moles elephanti. Qui tandem, ſedato querelarum ſtrepitu, doloris ſui * properum te deſignat antidotum; ſcilicet dum æger mente ſibi poſcit medelam; ſi ſe dignanter impendas, veſtra lingua ſit malagma, quo loquente, media per verba me miſcens mihi, de vobis credulis fidem feci homini, ex hoc per me te conſuli. Non flere teſtabat, tamen conijci; vtrumne pro redemptione dirigeré, quo ſoboles valeret; an quo duobus proficeret, de compendio cogitans, ne vilitate pretij depretiaretur ob merces captiui; illud certè metuens, ſi caperetur in nummo, * reſpiret in talento: præſertim cum deſiderem theſauros ex æquo te tuo fini cum martyre. Quid vero pro munere modicitas proferret & cum in electione cunctaret, venit in mentem letargico, dictum Flacci Pindarici, *pictoribus, atque poetis. Qualibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas*, conſiderans verſiculum, ſi quæ vult artifex permiſcet vterque, cur, etſi non ab artifice, miſceantur vtraque vt ordiretur vna tela ſimul poeſis, & pictura? Dehinc cum pro captiuo velim verſu ſuggerere, attendens quæ fuerint tempora redemptoris; quo tonos ſuæ ætatis anno Chriſtus abſoluerit; totidemque verſiculis texerem carmen, quot literis; hac protinus operis difficultate repulſus, aut magis incluſus, tam mero neceſſitate, quam litteratum epitome, quid facerem? * quo proditorem noua calculatione anguſtus mihi numerus anguſtius dilatauit? quia præfixo termino non erat, nec vbi prolixitas ſe excuteret, aut breuitas angularet, nec euagari propter deſcendentes verſus frenante repagulo, * orditura permiſit. In quo quippe exordio, ſuperceſcente apice, non licuit vel ſoluere, vel fila laxare, ne numerum tranſiliens erratica ſe tela turbaret. Hinc cura commoueor, vt duo per capita, duo ex obliquo, vnus vero per medium deſcendentes integri verſiculi, legerentur. Altera pars reſtiterat, quam inter omnes litteram meditullio conlocarem, quæ ſic reciperet omnem, vt offenderet neminem. Igitur huius telæ cum licia numero collegiſſem, vt texere cæpetam, & ſe, & me fila rumpebant, incipiens ego opere prope abſoluto ligari, atque mutata vice, dum captiui ſoluere lora cupio me catena conſtringo. Nam huius opuſculi quæ ſit, hinc cōijcitur difficultas, vbi eum volueris, ſi addis, creſcit linea; ſubtrahis, perit gratia; mutas, non conſonant capita; figis: nec fugis litteram. Itaque cum penderet hæc tela verſibus laqueata, vt ſi duo tranſirem, adhuc tria non fugerem; ego incautus paſſer, quaſi mentita per nubila incurri pantheram; quia quod cauere volebam, * hic pinna ligabat, aut magis, vt dictum ſit, velut plumis * illitis quinquifida viſcata tendebat. Inter hæc illud me commouet, quod tale non ſolum feceram, ſed nec exemplo ſimili trahente ducebar. His incertus, & trepidus, ipſa nouitate ſuſpenſus, vtrumne tentarem, quæ nunquam aggreſſus ſim an cautius reſpuerem, quam incautè proferrem, tandem, licet inuitus, loquor pœne, quæ neſcio; & tu me vincis amore, ne vincar ab opere. Ecce exiges à me, & quod in me vix inuenis, violentiam facis ei, qui tuus, non rebellis ēſt: extorques; nec repelleris. Amor, blandus, tyrannus eſt. Vt hoc pararem commercij per incertum pelagi rudis nauta vela ſuſpendi, affectu raptus; deferor per fluctus, & ſcopulos; vrges me præcipitem per ignota tranſire. Quid eſt, quod non ob-

tineas?

Margin notes (left column, beside the prose): D; * deferat.; * ſingultu.; * Tantum

Margin notes (right column): E; * res marſona.; * valuit.; * flere.; * lapis.; * lenteſcat.; * proſperum.; F; * reſpiraret.; * pro vbi quo.; G; * ordiēda.; H; * hac.; * in linea.

A

tincas? ſicut amas, ſic imperas. Habes igitur opus ſic vno textu quadratum, vt ſit legendo quinquifidum; & cum ſint triginta tres tatu verſus, quam litteræ, ad ſimilitudinem Chriſti carnalis ætatis, qua nos abſoluit vnus reſurgens, adhuc duo per capita, duo ex obliquo, vnus quoque per medium legitur in deſcenſu; vnde fit, vt ſe finito verſu littera non finiret; quia, etſi indirecto peruenit ad terminum, tamen curſus illi ſupereſt in deſcenſu, quia adhuc coniungitur in finali verſiculo. In meditullio autem parui huius opuſculi. illam fiximus litteram, quæ inter viginti tres numeratur per media; ac tantas ante ſe reſpicit, quantas & poſt ſe tranſilit; quia concurrentibus verſibus, & diuidit tota, & manet integra res diuiſa. Littera vero, quæ tingitur in deſcēdendi verſiculo, & tenetur in vno, & currit in altero, & vt ita dicatur, & ſtat pro ſtamine, & pro trama currit in tramite, vt eſſe poſſit in pagina. licia litterata. * Ne tamen cauſa nos oneret, quod velut * araneæ arte videamur picta fila miſcere, quod vobis compertum eſt in Moyſi Prophetæ libris, polymitarius artifex veſtes texuit, Sacerdotum. Vnde cum deſit hic coccinum, res eſt texta de minio. Verſus autem ex obliquo deſcendentes ab angulis, ratione ſtant, etſi poſitione ſucclinant. Qualiter autem connexi ſint ſinguli, vel quid contineant, ſatis eſt prudentiæ ſine indice rem probare. In ſumma, commendato me piæ beatitati, & exuberanti veſtræ dulcedini, tribuentes penſa, cum fidenti vicarietate ſeruitij.

* Ner. *arachne.

E

Th Pal. ad marg. Vicarietas.

Si placet hoc opere parieti conſcripto, pro me oſtiario pictura ſeruet veſtibulum: ora pro me.

B

F

AVGVSTIDVNENSIS OPVS TIBI SOLVO SYAGRI.

✠

DIVSAPEXADAMVTFECITDATSOMNIADONEC
AVVLSACOSTAPLASMATAESTEVANECIMPAR
FELICESPARITERDVPLOIDELVCISOPERTI
ORECORVSCANTESINTERPIARVRAIVGALES
RIPAEIOCVNDAENARIGRATAAVRAREDIBAT
TVRISDELICIAESATVRABANTVBEREFLATV
VNAFOVENSAMBOSFLOROSASEDEVOLVPTAS
NOTABONISREGIOPASCEBATNEMPEBEATOS
ATCVMTAMMAGNOPOLLERENTMAIVSHONORE
TOTAHOMINVMMIREPAREBATTERRADVORVM
OCCVLTVSMENDAXMOXEXERITARMAVENENI
SERPENSELATVSZELATORLARVEVSHOSTIS
ATROXINNOCVOSEVINCENSFELLENOCENTI
CONLISITSVASVQVOSGRATIADIVABEARAT
ETHOMODETERRATVMDENVODECIDITILLVC
REPTANTISQ:DOLOEOOISEXCLVDITVRORTV
HACNATIMORIMVRDAMNATALEGEPARENTVM
ATDEVSEXCELLENSAIEETDELVMINELVoMEN
ECAELISOLIODVMMVNERAPROVIDETVLTRO
CASTAECARNERVDIVIVAXINTROIITAGNVS
PRODIITINDESALVSMATVTINIVELVCERNA
INTACTAEPARTVLVXERVITEXCITAMVNDVM
APATREIVREDSHOMODEHINCCARNEVSALVO
VTNOSERIPERETVILISEDETRAHITAVCTOR
OREGISVENALECAPVTQVODDECRVCEFIXIT
TELOVOCEMANVSOLFACTVSVERBEREFELLE
ACTVHACSOLVISCAPTIVOSSORTECREATOR
SEROVERADATAESTVITALISEMPTIOMORTE
YMNOSVNDEDEOLOQVORABSOLVENTEREATV
ATVOSAETERNAESVFFVLTILAVDECORONAE
CALLORVMRADIIVOBISQVOFVLGEATETNOX
RVMPITELORAIV.GISETSVMITISARMADIEI
IISAVELIBERTASVOSLIBERATATQ:BEABIT

C G

forte A E I

D DS H

A

VIII.

*Ad Felicem Epiſcopum * Nannetteum.*

* Nanne-tecum.

SENTIO ſumme pater, lumen venerabile cunctis,
Orbis dulce caput mihi nomen amabile Felix,
Amplectens quem corde gero pietatis in vlnis,
Pondus ſuaue meum, nec onus grauat iſtud amantem,
Cur humilem me ſumme vocas loca viſere blanda,
Quæ te chare tenent, tecum modularer in illis?
Qua tua rura lauat vitrea Liger algidus vnda,
Caraci ſpecioſus ager deuexus in amnem,
Hinc vbi flumen aquis recreat, hinc pampinus vmbris.
Et crepitans Boreas tot * prata comata flagellat
Vber nempe ſolum, piſcoſo littore pulchrum.
Sed Fortunatum facies tua reddit amænum.

* Picta.

IX.

** Ad Gregorium Epiſcopum Turonenſem pro itinere.*

* Poſt itiner.

B

CVLMEN honoratum, decus almum, lumen opimum,
Paſtor Apoſtolicæ ſedis amore placens.
Amplectende mihi ſemper ſacer arce Gregori,
Nec diuulſe animo, vir veneriande, meo.
Gaudeo quod rediit Toronis antiſtes honore,
Lætificotque mihi te remeaſſe patrem.
Plaudimus inſtanter, communia vota tenere,
Ciuibus & patriæ te reuocaſſe diem.
Præſentem famulum mecum commendo Sacerdos,
* Optando longe vos moderare gregem.

* Optantes.

X.

Ad eundem.

OFFICIIS generoſe pijs, pater alme, Gregori,
Mente ſalutifera qui petis aſtra palam.
Et quicunque tuis monitis animatur inermis,
Militiæ ſacræ victor habebit opem.
Commendans humilem famulum me, ſoluo ſalutem,
Semper amore pio, vir benedicte, Deo.
Pagina ſi breuis eſt, non eſt breuis ardor amantis,
Nam plus corda colunt, quam mea verba canunt.

C

XI.

Ad eundem, pro libro præſtito.

CARMINA diua legens, proprioque è pectore condens,
Participans alijs, ſit tibi palma parens.
Hæc quoque quæ pridem tribuiſti paſtor ouili,
Grates perſoluens * debita laudo libens.
Vos tamen hinc maneant donaria celſa tonantis,
Qui ſacras inopi diſtribuiſtis opes.
Quæ cum percunctare queam, pro munere tanto,
Tunc magis ore meo gratia veſtra ſonet.
Præſentem famulum pro * munere ſumme Sacerdos
Commendo ſupplex, dulcis amore pater.
Cui ſua * concedas iuſtæ moderamina libræ,
Creſcat honore Dei palma futura tibi.

* debite.

* Prodomere Prodomere.

* concedens.

D

XII.

Ad eundem, pro inuitatione mulierum.

INVITANS pietate patris ſacer ire Gregori,
Qua domini Toronis paſcis honore greges.
Quo facet antiſtes meritis Martinus opimis
Quas prius obtinuit, has tibi * credit oues.
Nunc quoque per caulas & * florida paſcua Chriſti,
Rite gubernantes ducitis ambo greges.
Sed mihi vim faciens vellet modo frater honore,
Ad vos ne properem, nempe retorſit iter.
Sæpe rogans voto, mandato & miſſile verbo,
Et conuiuatum ſum * tibi pollicitus.

* ceſſit.
* florea.

* ſiue.

E

Vir bonitate placens, & paſtor pacis amator,
Fœdens ob ſtudium ſit veniale precor.
Vos quoque ſed genitæ propriæ venerando ſalutant,
Aſt ego commender, quæſo, beate pater.

XIII.

Ad eundem pro commendatione mulieris.

SVMME pater patriæ, ſpecimen pietatis opime,
Dulce caput Toronis, religionis apex.
Iugiter alta ſequens clementi corde Gregori,
Vnde animæ decus eſt hac ratione petens.
Quam commendaſti venientem, celſe Sacerdos,
Hanc redeuntem ad te, ſuſcipe more patris.
Sis quoque longæuus cunctorum care recurſus
Et mihi vel reliquis ſit tua vita ſeges,

XIV.

Ad eundem, de itinere ſuo.

IVGITER opto libens, ſacer amplectende Gregori,
Cernere vos oculis, quærere litterulis.
Dulce videre mihi, ac ſi deſit copia cerni,
Spes erit oranti vel dare verba patri.
Nuper ab aſpectu decedens concite veſtro,
Per glaciem vitreas me loquor iſſe vias.
Sed crucis auxilio, Martino operante patrono,
Perueni ad matres, ſaluus opime, pater.
Quæ vos multiplici veneranter honore ſalutant,
Aſt ego pro reditu vota ſalutis ago.

F

XV.

Ad eundem, Salutatoria.

SVMME Sacerdotum, bonitatis opima facultas,
Culmen honore tuo lumen amore meo.
Officijs venerande ſacris pietatis alumne,
Pignore amicitiæ corde tenende meæ.
Florens in ſtudijs, & ſacra in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura tuæ.
Te pater ergo precans, terram, freta, ſydera teſtor
Vt velis ore ſacro me meminiſſe tuum.

G

XVI.

*Ad eundem, pro pomis & * graffiolis.*

* graphiolis.

OFFICIIS generoſe pijs, ſacer arce, Gregori,
Abſens, ſis præſens munere; ſumme pater.
Qui mihi tranſmittis propria cum prole parentes,
Inſita cum fructu ſurcula, poma ſimul.
Det Deus omnipotens meritorum fruge repletus,
Mala legas auide quæ paradiſus habet.

XVII.

Ad eundem, pro commendatione puellæ.

CVM graderer feſtinus iter, pater alme Gregori,
Qua præceſſoris ſunt pia ſigna tui.
Quo fertur conuulſa iacens radicitus arbor,
Martini ante preces exiluiſſe comis.
Quæ fidei merito nunc ſtat ſpargendo medelas,
Corpora multa medens, cortice nuda manens.
Fletibus affuit hic genitor, genitrixque * puellæ,
Voce implendo auras & lachrymando, genas.
Figo pedem, ſuſpendo aurem, mihi panditur ore.
Vix per ſingultus vendita nata ſuos.
Quæro adhuc, queſtus perhibet, nullo indice furto,
Furti ex obiectu hanc pater ire iugo.
Se voluiſſe dare, & iurantes ordine reſtes,
Nomine quemque tenens, nec potuiſſet egens.
Non aderat iudex, erat accuſator adurgens,
Hic ego quid facerem, poſſe, vetante * ſacro?
Si pius hic, dixi, præſens Martinus adeſſet,
* Non permiſiſſet perdere paſtor ouem.
Sed tamen inualui, recolens te ſumme Sacerdos,
Spem præceſſoris qui pietate refers.

H
* Puella.

* Sacer.

* Nil.

A Diſcute, diſtringe, ac ſi ſit ſecus eripe dulcis
Et pater adde gregi hanc quoque redde patri.
Me ſimul officio famulum tibi chare ſubactum,
Protege perfugio, paſtor opime, pio.

XVIII.

Ad eundem pro commendatione peregrini.

VIR bone pro meritis adipiſcens culmen honoris,
Nobile præſidium, pontificale caput.
Quem gradus & genium fructu pietatis opimo
Dignius attollunt, amplificante Deo.
Vt nbi ſit famulatus memoratus amore benigno,
Fortunati humilis te pater orat apex.
Hic peregrinus item lætetur, ſumme Sacerdos,
Paſtorem & patriam te meruiſſe ſuam.

XIX.

B *Ad eundem Salutatorium.*

PASTOR honoris apex, venerabilis arce Sacerdos,
Et decus alme patrum religionis amor.
Gloria pontificum, meriti pia palma Gregori,
Aſſurgente gradu nobile, iure, caput:
Fortunatus opem tribui qui poſcit Olympi,
Per te chare pater, quo mereatur age.

XX.

Ad eundem Salutatorium.

VISITAT à vobis dignanter Epiſtola currens,
Me ſacer antiſtes, vir pietate, pater.
Hanc auidus capiens oculis, animoque recurro,
Soſpite te gaudens quod referebat apex.
* hoc. Longius * hinc veſtro ſub nomine Papa Gregori
Pagina me recreet miſſa ſalutis ope.

XXI.

C *Dominus ſanctis atque Apoſtolicis in Chriſto patribus Eccleſiæ pontificibus, pro commendatione peregrini Fortunatus.*

GLORIA pontificum, veneratio Chriſticolarum,
Norma Sacerdotum, culmen & orbis honor.
* amore. Qui loca perſpicitis propriæ mercedis * honore
Succurrendo viris, veſter vt extet apex.
Ecce venit præſens Italus peregrinus & hoſpes,
Cernens paſtores, ne, precor, erret ouis.
Qualiter ad patriam properet, ſolatia poſcit,
Inueniat munus vos, vagus, exul, inops.
Me Fortunatum proprium, pietate parentum,
Conciliate polo, quæſo precando Deum.

XXII.

Ad Aredium abbatem.

OPTO benigne pater verbo tibi ferre ſalutem,
Si minus hinc oculo cernere te valeo.
D Eſt etenim veſtri tantus mihi cultus honoris,
Vt pro me occurrat hinc tibi miſſus apex.
Quæſo beate tamen per dulcia pabula Chriſti,
Me quoq; commemores, cum dabis ore preces
Munera credo Dei tribui mihi, paſtor Aredi
Si Fortunati ſis memor alme tui.
Pro me etiam ſanctam genitricem chaſe ſalutans,
Cum redit iſte puer, redde loquentis opem.
Vos itidem genitæ propriæ, pater ample, ſalutant
Agnes amore pio cum Radegunde ſimul.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

LIB. SEXTVS. E

I.

De domno Sigiberto rege.

VER e nouo tellus fuerit dum exuta pruinis,
Se picturato gramine veſtit ager.
Longius extendunt frondoſa cacumina montes,
Et renouat virides arbor opaca comas.
Promittens grauidas ramis genitalibus vuas,
Palmite gemmato vitis amœna tumet.
Præmittens flores gracili blandita ſuſurro F
Delicioſa fauis mella recondit apes,
Progeniem reparans caſto fœcunda cubili
Artificis natos gignere flore cupit.
Nexibus apta ſuis pro poſteritatis amore
Ad fœtus properans garrula currit auis.
Semine quiſque ſuo ſenio iuueneſcit in ipſo,
Omnia dum redeunt, gaudia mundus habet.
Sic modo cuncta fauent dum proſperitate ſuperna
Regia Cæſareo proficit aula iugo.
Ordine multiplici fœlicem in ſæcula regem.
Vndiq; cinxerunt lumina tanta ducum.
Culmina tot procerum concurrunt culmen ad vnum;
Mars habet ecce duces, pax habet ecce decus.
Cunctorum aduentu feſtiua palatia feruent.
Coniugio regis gens ſua vota videt.
Vos quorum irriguis, fontis meat vnda, fauete,
Iudicio veſtro creſcere parua ſolent.

II.

De nuptijs Sigiberti regis, Brunichildis reginæ. G

FELICEM ſol pande diem, radijsq; ſerenis
Sparge comas, talamos ſyncero lumine completis!
Sigibertus ouans ad gaudia noſtra creatus
Vota facit, qui nunc alieno liber amore,
Vincula chara ſubit cuius moderante iuuenta;
Conoubium mens caſta petit, laſciua retundens,
Ad iuga confugit, cui nil ſua ſurripit ætas.
Corde pudicus agens, rector tot gentibus vnus,
Et ſibi fræna dedit, ſed quod natura requirit,
Lege maritali amplexu eſt contentus in vno.
Quo non peccat amor, ſed caſta cubilia ſeruans
Inſtaurat de prole lares, vbi luſerit heres.
Torſit amoriferas arcu ſtridente ſagittas
Forte Cupido volans, terris genus omne peturit. Cupido inducitur.
Nec pelagus defendit aquas, mox vilia corda
Subdit vulgus iners tandem dehinc ſenſus opimi,
Regis anhelantem placidis bibit oſſibus ignem,
Molliter incumbens, & inhæſit flamma medullis.
Regalis feruebat apex, nec nocte ſopora H
Cordis erat requies oculis, animoq; recurrens
Ad vultus quos * pinxit amor, mentemq; fatigans * finxit.
Sæpe per amplexum falſa ſub imagine luſit.
Mox vbi conſpexit telo ſuperante Cupido
Virginea mitem torreri lampade regem,
Lætus ait Veneri mater mea bella peregi,
Pectore flagranti mihi vincitur alter Achilles,
Sigibertus amans Brunichildæ carpitur igne,
Quæ placet apta thoro maturis nubilis annis
Virginitas in flore tumens, complexa marito
Primitijs placitura ſuis. nec damna pudoris
Suſtinet, vnde magis pollens regina vocatur;
Hoc quoq; virgo cupit, quamuis vere, vndia ſextis
Obſtet, amata viri, dextra leuiore repellit,

Ignoſcit

A Ignoſcitque ſibi culpas quas intulit ignis.
Sed modo læta veni, quoniam te vota requirunt.
Mox Venus ambroſio violas admiſcet amomo.
Demetit vngue roſas, gremioq; recondit auaro.
Et pariter leuibus fregerunt nubila pennis,
Et venere ſimul thalamos ornare ſuperbos.
Hinc Venus egregiam præponere cœpit alumnam,
Inde Cupido virum, nubentibus ambo fauentes
Et litem fecere piam: ſic deinde Cupido
Sigeberti encomiũ à cupidine. Matri pauca refert: tibi quem promiſimus hic eſt
Sigibertus, amor populi, lux nata parentum
Qui genus à proauis longo tenet ordine regum,
Et reges geniturus erit, ſpes gentis opimæ,
Quo creuit natale decus, generoſa propago.
Ac melior de ſtirpe redit, famamque priorum
Poſteritas excelſa fouet; hic nomen auorum
Extendit bellante manu, cui de patre virtus,
* Nablis. Quam * Nabis ecce probat, Thoringia victa fatetur,
* Proficiẽs * Perficiens vnum gemina de gente triumphum.
Nec Dietbeuberto pietas venalia pendit.
B * Perdidit iſta duos, ambobus ſufficit vnus.
*Sed dedit iſte duos pio. Cardinis occidui, dominans in flore iuuentæ,
Iam grauitate ſenes teneroſque ſuperuenit annis.
Legem naturæ meruit præcedere factis.
Quamuis parua tamen, nullum minor impedit ætas;
* Corrup locus. * Qui ſenſum maturè regit, generoſior hic eſt
Quiſquis in anguſto fuerit moderatior æuo:
Sic fouet hic populos ipſis intrantibus annis,
Vt pater, & tea ſit; nullum grauiter regit, omni
Nulla dies ſine fruge venit, niſi congrua præſtet.
Perdere plura putat, ſi non conceſſerit ampla;
Gaudia diffundit radiante lumine vultus;
Nubila nulla grauant populum ſub rege ſereno,
Pectore maturo culpas indulgẽt acerbas.
Vnde alij peccant, ignoſcendo iſte triumphat;
Doctus enim, quoniam prima eſt in principe virtus,
Eſſe pium; quia ſemper habet, qui parcere nouit.
* ipſe. Corrigit * in ſe prius quod poſcit vt alter emendet.
Qui ſibi cenſura eſt, reliquos bene lege coercet,
In quo digna manent, quicquid de rege requiras
C Solus amat cunctos, & amatur ab omnibus vnus.
Brunechildis encomium à Venere. Incipit inde Venus laudes memorare puellæ:
O virgo miranda mihi placitura iugali
Clarior ætherea Brunichildes lampade fulgens
Lumina gemmarum ſuperaſti lumine vultus,
Altera nata Venus regno dotata decoris,
Nullaque Nereidum de gurgite talis Hibero
Oceani ſub fonte natat, non vlla Napæa
Pulchrior, ipſa ſuas ſubdunt tibi flumina nymphas.
Lactea cui facies incocta rubore coruſcat.
Lilia mixta roſis, aurum ſi intermicet oſtro,
Decertata tuis nunquam ſe vultibus æquant.
Saphirus, alba adamas, cryſtalla, ſmaragdus, iaſpis.
Cedant cuncta nouam genuit Hiſpania gemmam,
Digna fuit ſpecies, potuit quoque flectere regem.
Per hyemes validas niuibus Alpemque Pyrenem,
Perque truces populos vecta eſt, duce rege, ſereno
Terrenis regina toris ſuper ardua montis,
Planum carpis iter: nihil obſtat amantibus vnquam
Quo iungi diuina volunt; quis crederet autem
D Hiſpanam tibimet Dominam Germania naſci,
* precioſa cõnexuit. Quæ duo regna iugo * precio connexuit vno?
Nun labor humanus potuit tam mira parare,
Nam res difficilis diuinis vtitur armis.
Longa retro ſeries regi hoc vix contulit vlli.
* ſuperantur. Difficili niſu * peraguntur maxima rerum.
Athanagildi regis encomiũ. Nobilitas excelſa nitet, genus Athanagildi,
Longius extremo regno qui porrigit orbi.
Diues opum quas mundus habet, populumque gubernat.
Hiſpanum ſub iure ſuo pietate canenda.
Cur tamen egregij genitoris regna renarrem,
Quando tuis meritis video creuiſſe parentes?
Tantum virgo micans turbas ſuperare videris
Fœmineas, quantum tu Sigeberte maritos.
Ite diu iuncti membris, & corde iugati,
Ambo pares genio, meritis & moribus ambo, E
Sexum quiſque ſuum precioſis actibus ornans;
Cuius amplexu ſint colla connexa ſub vno,
Et totos placidis peragatis luſibus annos.
Hoc velit * alterutrum, quicquid dilexerit alter; *alterutro
Æqua ſalus, ambobus eat, duo pectora ſeruet,
Vnus amor viuo ſolidamine iunctus aleſcat;
Auſpicijs veſtris cunctorum gaudia ſurgant.
Pacem mundus amet, victrix concordia regnet,
Sic iterum natis celebretis vota parentes;
Et de natorum teneatis prole nepotes.

III.

De Sigeberto rege, & Brunichilde regina.

VICTOR ab occaſu, quem laus extendit in ortum,
  Et facit egregium principis eſſe caput.
Quis tibi digna ferat: nam me vel dicere pauca
  Non trahit ingenium, ſed tuus vrget amor.
Si nunc Virgilius, ſi forſitan eſſet Homerus,
  Nomine de veſtro iam legeretur opus. F
Sigeberte potens, generoſis clare triumphis, Sigebertus rex victor Thuringiæ & Saxoniæ.
  Hinc noua te virtus prædicat, inde genus.
Cuius rapta ſemel ſumpſit victoria pennas,
  Et tua vulgando proſpera facta, volat.
Saxo, * Thuringi reſonant, ſua damna mouentes, * Thuringo reſonant
  Vnius ad laudes tot cecidiſſe viros.
Quod tunc ante aciem pedibus prior omnibus iſti,
  Hinc modo te reges vnde ſequantur habent.
Proſperitate noua pacem tua bella dederunt,
  Et peperit gladius gaudia certa tuus.
Plus tamen vt placeas, cum ſit victoria iactans
  Tu magis vnde ſubis, mitior inde manes.
Eſt tibi ſummus honor, ſed mens præceſſit honorem,
  Moribus & veſtris debitus extet apex.
Iuſtitiæ cultor, pietatis amore coruſcas,
  Quod te plus habeat, certat vtrumque bonum.
Lingua, decus, virtus, bonitas, mens, gratia pollent
  Ornarent cunctos ſingula veſtra viros.
Cunctorum cauſas intra tua pectora condis.
  Pro populi requie te pia cura tenet. G
Omnibus vna ſalus datus es, quali ordine ſacro
  Tempore præſenti gaudia priſca refers,
Catholico cultu decorata eſt optima coniux; Brunichildis ex Ariana fit Catholica.
  Eccleſiæ crenit te faciente domos.
Reginam meritis Brunichildem Chriſtus amore
  Tunc ſibi coniunxit, hanc tibi quando dedit.
Altera vota coles melius quia munere Chriſti,
  Pectora iuncta prius plus modo lege placent.
Rex pie reginæ tanto de lumine gaude,
  Acquiſita bis eſt, quæ tibi nupta ſemel.
Pulchra, modeſta, decens, ſolers, grata atque benigna,
  Ingenio, vultu, nobilitate potens.
Sed quamuis tantum meruiſſet ſola decorem,
  Ante tamen homini, nunc placet ecce Deo.
Sæcula longa micans chara cum coniuge ducas,
  Quam tibi diuinus conſociauit amor.

IV.

De Chariberto Rege.

INCLYTA magnarum proceſſit gloria rerum, H
  Et de rege pio ſpargit vbique decus.
Quem grauitate, animo, ſenſu, moderamine legum,
  Prædicat occiduus, ſol orienſque virum.
Qui quadripartitis mundi ſub partibus ampli
  Fructificante fide, ſemina * laudis habet. * lucis.
Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit,
  Diuerſis linguis laus ſonat vna viri.
Dilige regnantem celſa Pariſius arce
  Et cole tutorem qui tibi præbet opem.
Hunc modo læta, fauens auidis amplectere palmis,
  Qui iure eſt dominus, ſed pietate pater.
De Childeberto veteres compeſce dolores, Childeberti regis elogium.
  Rex placidus redijt, qui tua vota fouet.

A

Ille fuit mitis, ſapiens, bonus, omnibus æquus,
Non cecidit patruus, dum ſtat in vrbe nepos.
Dignus erat heres eius ſibi ſumere regnum
Qui non eſt illo laude loquente minor.

Charibertus Childeberti nepos & tutor liberorum patrui.

Charibertus adeſt, qui publica iura gubernans,
Tempore præſenti gaudia priſca refert.
In tantum patrui ſe prodidit eſſe ſequacem,
Vt modo ſit tutor coniugis iſte nepos.
Qui Childeberti retinens dulcedine nomen,
Eius natarum eſt frater, & ipſe pater.
Quæ bene defenſæ placido moderamine regis,
In conſobrino ſpem genitoris habent.
Maxima progenies, generoſa luce coruſcans,
Cuius ab excelſis gloria currit auis.
Nam quoſcunq; velim veterum memorare parentum,
Stirpis honorificæ regius ordo fuit.
Cuius celſa fides eduxit ad aſtra cacumen,
Atque ſuper gentes intulit illa pedes.
Calcauit tumidos hoſtes, erexit amicos,
Fouit ſubiectos, contexitque feros.

B

Cur tamen hic repetam præconia celſa priorum,
Cum potius tua laus ornet honore genus?

Charibertus pacis artibus floret.

Illi auxere armis patriam, ſed ſanguine fuſo;
Tu plus acquiris, qui ſine clade regis.
Quos prius infeſtis laſſarunt bella periclis,
Hos modo ſecuros pacis amore foues.
Omnia læta canunt felicia tempora regis,
Cuius in auſpicijs flo et optima quies.
Per quem tranquilla terrarum frugis abundat,
Deuotis populis eſt tua vita ſeges.

Chariberti natalis populo lætiſſimus.

Cum te naſcentem meruerunt ſæcula regem,
Lumine maiori fulſit in orbe dies.
Poſteritate noua tandem ſua gaudia cernens,
Creſcere ſe dixit prolis honore pater.
Qui quamuis eſſet ſublimi vertice rector,
Altius erexit te veniente caput.
Lætus io hæredis gremio ſua vota reclinans,
Floruit inde magis ſpe meliore ſenex.
Ante alios fratres regali germine ortus,
Ordine qui ſenior, ſic pietate prior.

C

Prædicat hinc bonitas, illinc ſapientia plaudit,
Inter vtrumque decus te ſibi quiſque rapit.

Chariberti indoles.

De patruo pietas, & de patre fulget acumen,
Vnius in vultu viuit vterque parens.
Quas habuere ambo laudes tu colligis omnes,
Et reperas ſolus lege fauente duos.
Semita iuſtitiæ, grauitatis norma refulges,
Et ſpeculum vitæ dat precioſa fides.

Sedatus animus.

Tranquillis animis moderatio fixa tenetur,
Qui portum in proprio pectore ſemper habes.
Tempeſtas nullo penetrat tua corda tumultu,
Ne ſenſu titubes, anchora mentis adeſt.
Conſtantes animos non ventilat aura ſuſurrans,
Nec leuiter facili mobilitate trahit.
Hinc bene diſpoſito comitatur gloria curſo,

Prudentia.

Quod ſe maturè mens moderata gerit.
Conſilium vigilans alta radice retractas,
Et res clauſa alijs, eſt manifeſta tibi.
Publica cura mouens, proceres ſi congreget omnes,
Spes eſt conſilij, te monitore, ſequi.

D

Hinc quoties fœlix legatio denique pergit;
Ingreditur cautè quam tua lingua tegit.

Patientia.
* Vitæ

Quod tam mirifico floret patientia cultu,
Eſt tibi Dauidicæ manſuetudo * lyræ.
Iuſtitiæ rector, venerandi iuris amator,

Iuſtitia.

Iudicium ſapiens de Salomone trahis.

Pietas.

Tu melior fidei merito; nam principis ampli

Grauitas.

Traiani ingenium de pietate refers.

* Fauij. ſunt ſcriptura.

Quid repetam maturum animum, qui tempore noſtro
Antiqui * Fabij de grauitate places.
Si veniant aliquæ variato murmure cauſæ,
Pondera mox legum regis ab ore fluunt.
Quamuis confuſas referant certamina voces,
Nodoſæ litis ſoluere fila potes.
Obtinet adueniens fructum, cui iuſta petuntur,

E

Fides.

Quem ſua cauſa fouet, præmia victor habet.
Cuius clara fides valida radice tenetur,
Antea mons migrat, quam tua verba cadant.
Spes promiſſa ſtat nullo mutabilis actu,
Pollicitata ſemel, perpetuata manent.
Illa domus propriore pondere tuta tenetur,
Quæ fundamento ſtat bene fixa ſuo.
Cum ſis progenitus clara de gente Sygamber
Floret in eloquio lingua Latina tuo.

Latini ſermonis perita.

Qualis es in proprijs docto ſermone loquella,
Qui nos Romanos vincis in eloquio.

Serenitas animi.

Splendet in ore dies deterſa fronte ſerenus,
Synceros animos nubila nulla premunt,
Blanda ſerenatum circundat gratia vultum,
Lætitiam populus regis ab ore capit.

Munificentia.

Muneribus largis replet tua gratia cunctos.
Vt mea dicta probes, plebs mihi teſtis adeſt.
O bonitas immenſa Dei quæ diuite cenſu
Quod famulis tribuit, hoc putat eſſe ſuum,

Boni publici cuſtodia.

Erigis abiectos, erectos lege tueris,
Omnibus in totum factus es omne bonum.

F

Protegat omnipotens pietatis munere regem,
Et dominum ſeruet, quem dedit eſſe patrem.
Ciues te cupiant, tu gaudia ciuibus addas,
Plebs placeat famulans, tex pietate regat.

V.

* De Theodechilde Regina.

* Ad Theudechildem reginam.

INCLYTA progenies regali ſtirpe coruſcans,
Cui celſum à proauis nomen origo dedit.
Currit in orbe volans generis noua gloria veſtri,
Et ſimul hinc frater perſonat; inde pater.

Genus.
Mores.

Sed quamuis niteat generoſa propago parentum,
Moribus ex veſtris multiplicatur honor.
Cernimus in vobis quicquid laudatur in illis,

* ornas.
* Theudechilde.

* Ornaſti antiquum * Theodechilda genus.
Mens veneranda, decēs, ſolers, pia, chara, benigna,
Cum ſis prole potens, gratia maior adeſt.

* Et Vitās.

G

* Euitans odij cauſas micat ampla poteſtas,
Quæ terrore minus, plus in amore venis.
Mitis ab ore ſonus, ſuauiſſima dicta reſultant,

Blandiloquentia.

Verbaq; colloquij ſunt quaſi mella faui.
Fœmineum ſexum quantum præcedis honore,
Tantum alias ſuperas & pietatis ope.

Liberalitas & eleemoſynæ ſtudium.

Si nouus adueniat, recipis ſic mente benigna,
Ac ſi ſeruitijs iam placuiſſet auis.
Pauperibus feſſis tua dextera ſeminat eſcas,
Vt ſegetes fructu fertiliore metas.
Vnde foues inopes, ſemper ſatiata manebis,
Et quem ſumit egens, fit tuus ille cibus.
Peruenit ad Chriſtum, quicquid largiris egeno,
Et ſi nemo videt, non peritura manent.
Cum venit extremus finis concludere mundum,
Omnia dum pereunt, tu meliora petis.

Eccleſijs benefacit.

Eccleſiæ ſacræ, te diſpenſante, nouantur,
Ipſa domum Chriſti condis, & ille tuam.
Tu fabricas illi terris, dabit ille ſupernis,
Commutas melius, ſic habitura polos.

H

Stat ſine fraude tuum quod mittis ad aſtra talentum,
Quas bene diſpergis, has tibi condis opes.
Quæ Domino viuis, ſummos non perdis honores,
Regna tenes terris regna tenendo polis.
Sit modo longa ſalus pro munere plebis in vrbe
Felix quæ meritis luce perennis eris.

VI.

De * Bertechilde.

* Berthilde.

MENS deuota Deo Berthilde corde coruſcans,
Pectore ſub cuius Chriſtus amore manet.
Deſpiciens mortale malum vitalia ſeruans
Vnde fugis terras, hinc petis aſtra magis.
Immaculata micans, neſcis contagia mundi,
Sordibus humanis libera membra geris.

A Digna pudicitiæ debentur præmia ſacræ,
Virgo dicata Deo hinc rapienda polo.
Ille tenet cœlos, cui tu complexa videris,
Quo tuus eſt ſponſus, hic eris ipſa ſimul.
Non cupis auro humeros, nec collum pingere gemmis,
Sed melius caſto pectore pura micas.
Mutaſti veſtem, mutaſti gentis honorem
Cum thalamis Domini ſponſa iuganda venis.
Quam meliore via metuiſti vota tenere,
Quando creati forma creata places.
Pauperibus largas das eſurientibus eſcas,
Neſcit habere famem, qui tua tecta petit.
Qui ſine veſte iacet, tegimen pietate miniſtras,
Vnde calet nudus frigora nulla timens.
Te redimente pia captiui vincula laxant,
Quæ ſoluis vinctos libera ſemper eris.
Diſtribuis cenſum nulli ſua vota negando,
Diuitiaſque tuas omnibus eſſe facis.
Colligis in cœlis, quicquid diſpergis in aruis
Semina nunc fundens poſt meliora metes.
B Quicquid habet mundus fugitiuo tramite tranſit;
Tempore tu modico ſemper habenda facis.
Hic tibi longæuus ſit vita ſuperſtes in annis,
Rurſus in æternum ſit tibi vera ſalus.

VII.

De Geleſuinta.

CASIBVS incertis rerum fortuna rotatur,
Nec figit ſtabilem pendula vita pedem.
* ſecum — Semper in ambiguo ſæclum rota lubrica voluit.
Et fragili glacie lapſibus aruit iter.
Nulli certa dies, nulli eſt ſua certior hora,
Sic ſumus in ſtatu debiliore vitro.
Dum greſſu ancipiti trahit ignorantia fallens,
Huc laterat foueæ, quo putat eſſe viam.
Neſcia mens hominum quid ſit necis atq; ſalutis
Lucifer an vita mors ſibi veſper erit.
His premimur tenebris ignari ſorte futuri,
Et vaga tam fragile hęc tempora tempus habent
C Toletum geminas miſit tibi Gallia turres,
Prima ſtante quidem, fracta ſecunda iacet.
Alta ſuper colles ſpecioſa cacumine pulchro,
Flatibus infeſtis culmine lapſa ruit.
Sedibus in patriæ ſua fundamenta relinquens,
Cardine mota ſuo non ſtetit vna diu.
* mors ſit. — De proprio migrata ſolo noua * meruit arena
Exul & his terris, heu, peregrina iacet.
Quis valet ordiri tanti præſagia luctus,
Stamine quo cœpit texere fleta dolor?
Cum primum algentes iungi peteretur ad arctos,
Regia regali Geleſuintha toro,
Fixa Cupidineis caperet vt frigora flammis.
Viueret, & gelida ſub regione calens.
Hoc vbi virgo metu auditúque exterrita ſenſit,
Currit ad amplexus Goiſuinta tuos;
Tunc matris collecta ſinu, male ſana reclinans,
Ne diuellatur ſe tenet vngue, manu.
Brachia conſtringens nectit ſine fune catenam,
Et matrem amplexu per ſua membra ligat.
D Illis viſceribus retinen filia poſcens,
Ex quibus ante ſibi lucis origo fuit,
Committens ſecura eius ſe faſce leuari,
Cuius clauſa vteri pignore tuta fuit.
Tum gemitu fit mœſta domus, ſtrepit aula tumultu,
Reginæ fletu plorat & omnis * homo.
* h[illegible]or. — In populi facie lachrymarum flumina ſordent,
Infans qui affectum neſcit, & ipſe gemit.
Inſtant legati, Germanica regna requiri,
Narrantes longæ tempora tarda viæ.
Sed matris moti gemitu ſua viſcera ſoluunt,
Et qui compellunt, diſſimulare volunt.
Dum nata amplexu genitrici nodata tenetur,
Prætereunt duplices, tertia, quarta, dies.
Inſtant legati hora regione reuerti:

Marginal notes, left: De Geleſuinta & Brunichilde ſororibus loquitur. — Goiſuinta mater Geleſuintæ. — * cuperet hoc. — Geleſuintæ abeuntis ex H[illegible] ſ[illegible] de ide[illegible]ſum.

E Quos his alloquitur Goiſuintha gemens.
Si feritate trucis premeretur captiua Geloni,
Forſan ad has lachrymas & pius hoſtis erat.
Si nec corde pius, cupidus mihi cederet hoſtis,
Vt natam ad precium barbara præda daret;
Si neque ſic animum velit inclinare cruentum,
Matri præſtaret quo ſimul iret iter.
Nunc mora nulla datur, precio neq; flectimur vllo
Qui nihil indulget ſæuius hoſte nocet.
Poſt vteri gemitus, poſt multa pericula partus,
Poſtq; laboris onus, quod graue fœta tuli.
Quæ genui, natæ matrem me non licet eſſe?
Ipſaque naturæ lex mihi tota perit?
Affectu ieiuna meo, lachrymoſa repellor,
Nec [illegible]aditum, nec dat origo locum?
Quid ra[illegible] differre dies, cum diſco dolores;
Solamenq; mali ſit mora ſola mei.
Quando iterum videam, quãdo hæc mihi lumina ludant?
Quando iterum natæ per pia colla cadam?
Vnde precor teneræ greſſum ſpectabo puellæ,
Oblectetve animos matris & ipſe iocus?
F Poſt cauſas, quas regna gerunt, vbi mœſta recliner?
Quis colat affectu, * lambat & ore caput?
Extenſis palmis, quis currat ad oſcula, vel quæ
Ceruici inſiliant pendula membra meæ?
Quem teneam gremio blando ſub faſce laborans,
Aut leuiore manu verberer ipſa ioco.
Nec te ferre ſinu, quamquam ſis adulta, grauares,
Quæ mihi dulce nimis & leue pondus eras.
Cur noua iura petas, illic vbi non ero mater?
An regio forſan non capit vna duas?
Quæ genuêre ergo, lacerentur viſcera luctu,
Gaudia cui pereunt tempora, fletus erunt.
Plorans perdam oculos, ducens mea lumina tecum,
Si tota ire vetor, pars mea te ſequitur.
Tum proceres famuli, domus, vrbs, rex ipſe remugit,
Quaq; petiſſes iter, vox grauis vna gemit.
Progrediere foras tandem, ſed turba moroſa,
Soluere dum properat, ſe properando ligat.
Hinc tenet affectus, rapit inde tumultus euntes,
G Sic per vtraſq; vices flebile feruet opus.
Alter abire monet, rogat alter amore redire,
Sic variante fide, hic trahit, ille tenet.
Diuiditur populus per regna nouella vetuſtus,
Stat pater, it genitus, ſtat ſocer, itq; gener.
Qui vidit ſtrepitum, patriam migrare putaret.
Et quaſi captiuum crederet ire ſolum.
Procedunt portis ferraco in ponte retento,
Protulit hoc fleto Geleſuintha caput.
Sic gremio Tolete tuo nutribar, vt ægra,
Excludar portis triſtis alumna tuis?
Quoq; magis crucier, prodens mea vulnera luctu,
Stas felix regio, cur ego præda trahor?
Antea clauſa fui, modo te conſidero totam,
Nunc mihi nota prius, quando recedo ferox.
Hinc te dinumero currens per culmina viſu,
En ego de numero non ero ſola tuo.
Crudeles portæ, quæ me laxaſtis euntem,
Clauibus oppoſitis nec vetuiſtis iter.
H Antea vos geminas adamas, petra vna ligaſſet.
Quam daret huc vllam ianua pando viam.
Vrbs pia plus fueras, ſi murus tota fuiſſes,
Me ire vt ne ſineres, cingeret alta ſilex.
Pergo ignota locis trepidans quidnam antea diſcam,
* Gentem, animos, mores, oppida, rura, nemus,
Quem precor inueniam peregrinis aduena terris,
Quo mihi nemo venis, ciuis, amice, parens?
Dic, ſi blanda poteſt nutrix aliena placere,
Quæ lauet ora manu vel caput ornet acu,
Nulla puella choro neque collactanea ludat,
Hic mea blanditiæ, hic mea cura iaces.
Si me non alter vel nuda ſepulchra tenerent,
Non licet hic * viui, hic mihi dulce mori.
Non fruor, amplexu neq; viſu plena recedo,
Quæ me dimittis dura Tolete, vale.

Marginal notes, right: Goiſuintæ matris oratio filiæ diſceſſum notantis. — * lambat ore. — Geleſuintæ ſponſæ diſceſſus. — Geleſuintæ abeuntis luctus. — * quas gentes. — * viuere.

A

Sic accenſi animi lachrymarum flumina rumpunt,
Fixus & irriguas parturit ignis aquas.
Hinc iter arripiunt genitrix, nata, agmina flentum
Nec piget * obſequium matri anhela ſequi.

* obſequii.

Deducit dulcem per amara viatica natam,
Implentur valles fletibus, alta tremunt.
Frangitur & denſus vacuis vlulatibus aer,
Ipſa repercuſſo murmure ſylua gemit.
Dat cauſas ſpatij, genitrix vt longius iret,
Sed fuit optanti tempus, iterque breue.
Peruenit quò mater, ait, ſeſe inde reuerti,
Sed quod velle prius, poſtea nolle fuit.
Rurſus adire cupit, via qua fert inuita matrem.
Quam proceres retinent, ne teneretur iter.
Hærebant in ſe amplexæ pariterque * replexæ,
Incipit hic gemitu Goiſuintha ſero.

* reflexæ. Matris & filiæ ſupremum vale.

Ciuibus ampla tuis, anguſta Hiſpania matri,
Et regio ſolis, tam cito clauſa mihi.
Quæ licet à Zephyro calidum percurris in Eurum,
Et de Thyrreno * tendis ad Oceanum.

* ſtirpe nott

B

Sufficiens populis quamuis regionibus amplis,
Quo eſt mea nata abſens, terra mihi breuis es.
Nec minus hic ſine te errans & peregrina videbor,
Inque loco proprio, ciuis, & exul ero.
Quæſo quid inſpiciant oculi, quem nata requirunt.
Quæ mea nunc tecum lumina ducis amor?
Tu dolor vnus eris quiſquis mihi luſerit infans,
Amplexu alterius tu mihi pondus eris.
Currat, ſtet, ſedeat, fleat, intret, & exeat alter,
Sola meis oculis dulcis imago redis.
Te fugiente errans aliena per oſcula curram,
Et ſuper ora gemens vbera ſicca premam.
De facie infantum plorantia lumina lambam,
Et teneras lachrymas inſatiata bibam.
Tali potu * vtinam, vel parte refrigerer vlla,
Aut plorata auide mitiget vnda ſitim.

* etiam.

Quicquid erit, crucior, nulla hic medicamina proſunt,
Vulnere diſtillo Geleſuintha tuo.
Qua rogo nata manu chara hæc coma pexa nitebit?
Quis ſine me placidas lambiat ore genas?

C

Quis gremio foueat, genibus vehat, ambiat vlna?
Sed ubi præter me non ibi mater erit.
Quod ſupereſt * gemebundus amor hoc mandat euntI,
Sis precor ô felix, ſed caue, * valde, vale.

* timebundus.
* vade.

Mitte auidæ matri, vel per vaga flabra ſalutem,
Si venit, ipſa mihi nutriet aura * boni.

* bonum.

Filia tum validis genitricis onuſta querelis,
Triſtis, inops animi, nec valitura loqui;
Clauſa voce diu, vix fauce ſolubile fandi,
Pauca refert, cordis vulnere lingua grauis.
Maieſtas ſi celſa Dei mihi tempora * vellet
Nunc dare plus vitæ, non daret iſta viæ.

* velit.

Vltima ſed quoniam ſors irreuocabilis inſtat,
Si iam, nemo vetat, qua trahit ira ſequar.
Hæc extrema tamen loquar & memoranda dolori;
Hinc tua non tua ſunt, Goiſuintha vale.
Oſcula ſic rumpunt, & fixa ori ora repellunt,
Dum ſe non poſſunt, aera lambit amor.
Hinc pilente petens loca Gallica Geleſuintha
Stabat fixa oculis triſtis euntе rota

D

E contra genitrix poſt natam lumina tendens,
Vno ſtante loco, pergit & ipſa ſimul.
Tota tremens, agiles raperent ne mula quadrigis,
Aut equus impatiens verteret axe rotas?
Sollicitis oculis circumuolitabat amantem,
Illuc mente ſequens, qua via flectit iter.
Sæpe loquebatur quaſi ſecum nata ſederet,
Abſentemque manu viſa tenere ſinu.
Prendere ſe credens, in ventum brachia iactat,
Nec natam recipit, ſed vaga flabra ferit,
Inter tot comites vnam ſpectabat euntem,
Sola videbatur, qua ſuus ibat amor.
Plus genitrix ſuſpenſa animo, quam filia curru,
Hæc titubans votis ibat, & illa rotis.

E

Donec longe oculo, ſpacioque euanuit amplo,
Nec viſum attingit, dum tegit vmbra diem.
Ipſa putat dubios natæ ſe cernere vultus,
Et cum forma fugit, dulcis imago redit.
O nomen pietate calens, ô cura fidelis,
Quamuis abſenti quid niſi mater eras?
Fletibus ora rigans, lamentis ſydera pulſans
Singula commemorans dulcia, dura, pia.
Mobilis, impatiens, metuens, flens, anxia, mater,
* Quod ſequeris lachrymis, augurat altus amor.

* Quid.

Illa tamen pergit, qua trita viam orbita ſulcat,
Quiſque ſuis vacuos fletibus implet agros.
Inde Pyrenæas per nubes tranſilit Alpes
Quaque pruinoſis Iulius alget aquis.

Geleſuintæ iter per Gallias.

Qua niue canentes fugiunt ad ſydera montes.
Atque ſuper pluuias exit acutus apex.
Excipit hinc Narbo, qua littora plana remordens,
Mitis Atax Rhodani molliter intrat aquas.
Poſt aliquas vrbes Pictauas attigit arces,
Regali pompa prætereundo viam.

F

Inclitus ille quibus vere amplus Hilarius oris
Et ſatus, & ſitus eſt ore tonante loquax.

S. Hilarius.

Thrax, Italus, Schyta, Perſa, Indus, Geta, Daca, Britannus.
Huius in eloquio ſpem bibit, arma capit.
Sol radio, hic verbo * genitalia lumina * fudit,
Moribus ille diem, mentibus iſte fidem.

* genitalia.
* fundit.

Hanc ego nempe nouus conſpexi prætereuntem,
Molliter argenti turre rotante vehi.
Materno voluit pia quam Radegundis amore,
Cernere feruenter ſi daret vllus opem.
Sæpe tamen miſſis, dulcis ſibi dulcis adhæſit,
Et placide coluit, quod modo triſte dolet.
Turonicas terras Martini ad ſydera noti,
Inde petit, lento continuante gradu.
Vigennæ volucer tranſmittitur alueus alno,
Turba comis rapidis, * alueus exit aquis.

* alactis.

Excipit inde repens vitrea Liger algidus vnda,
Quo neque vel piſcem leuis arena tegit.
Peruenit, qua ſe piſcoſo Sequana fluctu,
In mare fert, iuncto Rhotomagenſe ſinu.

G

Iungitur ergo thoro regali culmine virgo,
Et magno meruit plebis amore coli.
Hos quoque muneribus, permulcens, vocibus illos,
Et licet ignotos ſic facit eſſe ſuos.
Vtque fidelis ei ſit gens armata per arma,
Iurat, iure ſuo ſe quoque lege ligat.

Ritus inaugurandi data acceptaq; mutuo fide.

*Regnabat placido componens tramite vitam,
Pauperibus tribuens aduena mater erat.
* Quoque magis poſſit regno ſupereſſe perenni,
Catholicæ fidei conciliata placet.

*Quaque. Eius in pauperes amor & ad fidem Catholicam reditus.

O dolor, inſignis quid differs tempora fletus,
Lugubreſque vices plura loquendo taces?
Improba ſors hominum, improuiſo condita lapſu,
Tot bona tam ſubito ſorte volante voras.
Nam breue tempus habens, * conſorti nexa iugalis,
Principio vitæ funere rapta fuit.

* conſortia. Geleſuinthæ interitus.

Præcipiti caſu volucri præuenta ſub ictu,
Deficit, & verſo lumine lumen obit.
Infelix nutrix audito funere alumnæ,
Exanimum ad corpus vix animata volat.

H

Ipſa inter famulas incumbens prima fidelis,
Hæc tandem potuit clauſa dolore loqui.
Sic placidæ matri promiſi peſſima nutrix.
Te longe incolumem Geleſuintha fore.
Sic extincta meum mea cernunt lumina lumen,
Pallida ſic facies, qua roborante fuit.
Dic aliquid miſerans miſeræ mihi redde loquelas,
Quid referam ad matrem ſi remeare licet?
Hoc * ſupra tantos peregrina ſecuta labores,
Pro vice tale mihi munus alumna refers?

* ſuper.

Optabas pariter nobis vitam atque ſepulchra
Quæ tecum vixi, me ſine paſſa mori?
Ordo vtinam vitæ iuuenique ſenique fuiſſet.
Te ſtante incolumi me prius ire neci.

A
V.x paucas profert, vocem rapit alter ab ore
Nec valet vna loqui quod videt aula † gemit.
Interea vehitur tristi † lachrymoſa feretro,
Soluit & exequias obſequialis amor.
Ducitur, ornatur, deponitur, vndique fletur,
Conditur & tumulo ſic peregrina ſuo.
Naſcitur hic ſubito rerum mirabile ſignum,
Dum pendens lychnus lucet ad obſequium,
Decidit in lapidem, nec vergit, & integer arſit.
Nec vitrum ſaxis, nec perit ignis aquis.
Fama recens reſides germanæ perculit aures,
Affectuque piu ſic mouet ora ſoror.
Hanc rogo germanæ mandaſti chara ſalutem,
Scripta tuis digitis hoc mihi charta refert.
Sollicitis oculis ex pectabam vnde venires,
Non agis illud iter, quale precata fui.
Optaui Gallis te vt huc Hiſpania ferret,
Non te hic cara ſoror, non ibi mater habet.
Extremo obſequio non huc Brunichildis adiui,
Si tibi nil viuæ mortis honore darem.
B
Cur peregrina tuos non clauſi dulcis ocellos?
Auribus aut audis vltima verba bibi?
Officium triſti nihil impendi ipſa ſorori,
Membra, manus, faciem nec manus iſta regit.
Non licuit fundi lachrymas, nec ab ore reſorbi
Frigida, nec tepido viſcera fonte lauo.
Nutritas pariter, iunctas regionibus iſdem
Cur ad motus iter diuidis alte dolor?

Sicque relicta ſoror caſu laceratur ademptæ
Hæc vocat, illa tacet, nec repetita redit.
Germanæ validos audit Germania fletus
Quaque recurrit iter, queſtibus aſtra ferit.
Nomine ſæpe vocans te Geleſuintha ſororem;
Hoc fontes, ſyluæ, flumina, rura ſonant.
Geleſuintha taces, reſponde vt muta ſorori,
Reſpondent lapides, mons, nemus, vnda, polus.
Anxia, ſollicitans ipſas interrogat auras;
Sed de germanæ, cuncta ſalute ſilent.
Nuntius hic ſubito fluuios tranſcendit, & Alpes,
C
Mœrotiſque grauis tam cito penna volat.
Optandum fuerat, poſtquam loca cuncta repleſſet,
Tardius ad matrem hic dolor iret iter.
Sed quod fama refert, qui plus amat, & prius audit,
Ac dubium credit, dante timore fidem.
Mox igitur matris iaculans dolor attigit aures,
Anxia ſucciſo poplite lapſa † fuit.
Audita de morte, vna mors altera pulſat,
Et pene incolumi corpore funus erat.

Pallida ſuffuſo tunc Goiſuintha rubore,
Molliter hæc anima vix redeunte, refert.
Siccine me tenero natæ ſolabat amore,
Vt mea nunc grauius viſcera vulnus aret?
Si noſtrum iam lumen obit, ſi nata receſſit,
Quid me ad has lachrymas inuida vita tenes?
Errasti mors dura tumis cum tollere matrem
Ponere debueris, ſors tibi nata fuit.
O vtinam merſis creuiſſent flumina ripis,
Naufraga ſeu fuſis terra nataſſet aquis.
Alta Pyrenæi tetigiſſent ſidera montes,
Aut vitrea glacie ſe ſolidaſſet iter.
D
Quando relaxaui te Geleſuintha ſub Arcto,
Vt nec rheda rotis, non equus iſſet aquis.
Hoc ergo illud erat, quod mens præſaga timebat,
Non poſſe amplexu vellere nata meo.
Paruimus votis alienis iuſſa ſequentes,
Promiſſa exiſti non reditura mihi.
Hoc erat alius amor placida dulcedine natæ,
Quod tenens labiis vbera preſſa dedi.
Cur hinc lactis opem produxit vena mamillæ?
Cur alimenta dedi, nec habitura fui?
Sæpe ſoporantem furtiua per oſcula ſuxi,
Vt leue dormires viſcera ſuppoſui.
Optaſſe extremum de te quid proloit illud,
Luderet vt † gremio paruula neptis † aui.

Nec felix vota, aut infelix funera vidi,
E
Perdidit heu nimius hoc labor, illud amor.
Partitis lachrymis ſoror hinc, inde anxia mater,
Vocibus hæc Rhenum pulſat, & illa Tagum.
Condolet hinc Batauus, gemit illinc Bethicus axis,
Perſtrepit hoc Vachalis, illud Hiberus aquis.
Tot lachrymis ſtillaſſe ſat eſt, ſed ab imbre vaporis
Non reuelanda ſitim gutta miniſtrat opem.
Affectus ſi forte poteſt miteſcere, dicam
Non ea flenda iacet, quæ loca læta tenet.
Dicite ſi quid ei nocuit, quam tempore lapſo,
Mors iter rapuit, vita perennis alit.
Quæ modo cum Stephano cœleſti conſule pergit,
Fulget Apoſtolico principe clara Petro.
Matre ſimul Domini plaudens radiante Maria.
Rege ſub æterno militat illa Deo.
Conciliata placet, pretioſo funere fulget,
Depoſita veteri nunc ſtola pulchra regit.
Atque vtinam nobis illos accedere vultus
Cedat amore Deus per mare, per gladios.
F
Vitæ ſigna tenet, vitreo cum vaſe cadente
Non aqua reſtinxit, nec petra fregit humi.
Tu quoque mater habes conſultum voce tonantis,
De nata & genero nepte, nepote, viro.
Credite Chriſticolæ viuam, quia credidit illa.
Non hanc flere decet, quam paradiſus habet.

VIII.

De horto Vltrogothonis reginæ.

HIC ver purpureum viridantia gramina gignit,
Et paradiſiacas ſpargit odore roſas.
Hic teneræ æſtiuas defendit pampinus vmbras,
Præbet & vuiferis frondea tecta comis.
Pinxeruntque locum variato germine flores,
Pomaque veſtiuit candor, & inde rubor.
Mitior hic æſtas, vbi molli blanda ſuſurro
Aura leuis ſemper pendula mala quatit.
Hæc magno inſeruit rex Childebertus amore,
Carius iſta placent, quæ manus illa dedit.
G
De cultore trahit mellitum planta ſaporem,
Forſan & hic tacitos miſcuit ille fauos.
Regis honore nouis duplicata eſt gratia pomis,
Nare ſuauis odor, dulcis in ore ſapor
Qualiter ille hominum potuit prodeſſe ſaluti,
Cuius & in pomis tactus odore placet.
Felix perpetua generetur ab arbore fructus,
Vt de rege pio ſit memor omnis homo.
Hinc iter eius erat, cum limina ſancta petebat,
Quæ modo pro meritis incolit ille magis.
Antea nam vicibus loca ſacra * petebat amatus.
Nunc tamen aſſidue templa beata tenet.
Poſſideas felix hæc Vltrogotho per æuum
Cum geminis natis tertia mater ouans.

IX.

*Ad Cantum blandum villam; * de pomis dictum.*

VENIMVS ad Cantum felici tramite blandum,
Aredium lætor quo reperiſſe patrem.
Quod petit inſtigans auido gula noſtra barathro,
Excipiunt oculos aurea poma meos.
H
Vndique concurrunt variato mala colore;
Credas vt pictas me tetigiſſe dapes.
Vix digitis tetigi, fauce hauſi dente rotaui,
Migrauitque alio præda citata loco.
Nam ſapor ante placet, quam traxit naris odorem,
Sic vincente gula, naris honore caret.

X.

De Coco qui ipſam nauem tulerat, & iniuriam fecerat.

CVR mihi tam validas innectis cura querelas?
Heu mea vel tandem deſere corda dolor.
Quid renouas caſus? iam me mea ſarcina laſſat,
Quod iactare puto, cur duplicatur onus?

Tri-

Marginal notes:
† gemi. † lachrymata.
Lychnus ſubuerſus mire ardere pergit.
Brunichildis conſternatio audita morte ſororis.
Matris dolor ad famam extinctæ Geleſuinthæ. † ruit.
Hic ordo in Ms. col.
† gremiis. * auis.
Childebertus amans rei hortenſis.
* terebat.
* poma.

A Triſtius erro nimis, patriâ vagus exul ab oris,
*Apollonius. Quam ſit * Apollonijs naufragus hoſpes aquis.
Venimus vt Mettin, cocus illic regius inſtans,
Abſenti nautas abſtulit atque ratem.
De flammis ardente mano qui diripit eſcas,
Ille rati neſcit parcere tutus aquis.
Coci periphraſis. Corde niger, fumo paſtus, fuligine tinctus,
Et cuius facie a cacabus alter adeſt.
Cui ſua ſordentem pinxerunt arma colorem,
*Frixuræ. * Frixuriæ cucumæ. ſcafa, patella, tripes.
Indignus verſu, potius carbone notetur,
Et piceum referat turpis imago virum.
Res indigna nimis, grauis eſt iniuria facti,
Plus in ſcella coci, quam mea iura valent.
Nec tantum codex, quantum ſe cacabus effert,
*rates. Vt mea nec mihi ſit participata * ratis.
Sed tamen auxilium ſolito porrexit amore,
Villicus. Metenſiũ epiſcopus. Qui domini paſcens Villicus auget oues.
Præſtitit, & gracili * pauidus cum lintre cucurrit,
*placidus. Imbre, euro, fluuio, ſed madefactus ego.
B Iactaui reliquos, ſequerentur vt inde pedeſtres,
Nam ſi nemo foris, nemo nec intus erat.
Mergere mox habuit cunctos rapiente periclo,
Naufragij teſtis nemo ſuperſtes erat.
Sic vicinus eram poſtquam iactauimus omnes,
Ictibus vt crebris lamberet vnda pedes.
Obſequium dixi. temoue, modo nolo lauari,
*vada. Sed tamen inſtabat * lympha rigare pedes.
*Nautiacum. & Nauriacum. * Nauciacum veniens refero mea triſtia regi.
Riſit & ore pio iuſſit adeſſe ratem.
Quærunt, nec poterant aliquam reperire carinam,
Donec cuncta cohors regia fluxit aquis.
Reſtitit hic ſolus præſtans ſolatia Gogo,
Quod tribuit cunctis, non negat ille ſuis.
*extat. Dulcis, alloquitur comitem qui Pappulus * adſtat,
Vt quamcumque mihi redderet ipſe ratem;
Omnia perluſtrans vidit ſub littore lintrem,
Nec tamen hac poterat ſarcina noſtra capi.
*Nauriacum. * Nauita cum interea fecit me ſtare parumper,
C Ordinat & ſumptus, quos locus ipſe dedit.
Quamuis parua ferat, ſatis eſt, ſibi ſola voluntas,
Eſt nec parua quidem, quam dat amator opem.
Addidit & Comes mihi pocula, gratus amicus,
In quantum poterat rara parare merum.
Sic mihi iucundam dicenti Pappule proram;
*Comis. Felix viue, vale dulcis amice, * comes.

X I.

Ad Dynamium Maſſilienſem.

EXPECTO te, noſter amor, venerande Dynami,
Quamuis abſentem, quam mea cura videt.
Quæ loca te teneant, venientia flabra requiro,
Si fugias oculos, non fugis hinc animos.
Maſſiliæ tibi regna placent, Germania nobis;
Vulſus ab aſpectu pectore iunctus ades.
Quo ſine te tua pars hocuſque oblita remanſit,
Nec reuocas animo membra relicta tuo?
Si ſopor obrepſit, tibi me vel ſomnia narrent,
Nam ſolet vnanimes ipſa videre quies.
D Si vigilas, fateor, veniam tibi culpa negabit,
Nil vnde excuſes deſidioſus, habes.
Altera ſigniferi reuolutis menſibus anni
Solis anhelantes orbita laſſat equos.
Cum mea diſcedens rapuiſti lumina tecum.
Et modo nil ſine te cerno patente die.
Vel mihi verba dares, de fonte refuſa loquaci,
Vt faceret tecum pagina miſſa loqui.
Sed tamen vt tandem venias huc, charius hortor,
Et reuoces oculis lumen amice meis.

X I I.

*Ad * Dynamium.*

*Ad eundem. TEMPORA præcipiti quos inuidiſtis amori,
Officium voti quæ vetuiſtis agi.
Per Lyricos modulos, & fila loquacia plectris, E
Qua cytharis Erato dulce relidit ebur.
Ecce vaporiferum ſitiens a canis exerit aſtrum,
Et per hiulcatos feruor anhelat agros.
Hinc metuens ſaniem, ne quo iacularer ab igne, Miſſo ſanguine, venam item poeticam ſibi queritur obtundi.
Sanguine laxato brachia nexa gero.
Labitur inde cruor, nodo manus inde tenetur,
Et dextram innocuam vena ſoluta ligat.
Vt ſine temperie validis ſitis vrat amoris,
Cauſa meis votis obſtitit iſta grauis.
Neſcio quam proſit ratio perfuncta medelæ,
Me tamen inde nocet, quod reticere facit.
Scribere ſi digitis ſinerer, ſatis illa fuiſſet,
Nunc mihi prima tui cura, ſecunda mei.
Ex ſtudio ſtudiis retrahor, ſilet vnda camænæ;
Carne fluit latices, ne riget ore latex.
Muſicus ignis abeſt, algent in fonte ſorores,
Nam ſanguis latices hinc gelat, vnde rigat,
Si qua calens animo recitanda poemata pangam,
Scis ipſe hoc ſtudio quam grauet arte labor.
Nam cruor ablatus magis ocia lenta requirit, F
Quo neque frigus hiat, nec vapor vſtus * eat. *vrat
Secretumque petit, ne flabilis aura flagellet,
Quo recreans animum, ſtat viror, halat odor,
Aſt ego poſt habeo affectu mea ſeria veſtro,
Cura tui faciem, nam mea terga * tenent. *temet.
Poſt ſudorem habui modo nam dare membra quieti,
Ordine poſtpoſito tempora rumpit amor.
Dico pa um, propriam tibi dum volo ferre ſalutem,
Sed mea proſpicio, cum tua vota colo.
Nunc cape parua care, & pollens elne * clance Dynami, *claue lance die clance.
Clare decore tuo, chare fauore meo.
Partibus Italiæ adnecto mihi Rhenus, & Iſter,
Quem cecinere prius, quam daret ipſe locus.
Inſignem ſpecie, celſum lare, lege ſagacem,
Omnibus æqualem ſpe, ſale, pace. fide.
Incidit vnde mihi fateor te ſorte videndi,
Arctoi gelida ſub regione calor.
Pluſque libens vultus efferueo totus in illos,
Ad patriæ reditus quam peregrina cohors.
Viſibus atque tuis iſſem vel ocius, ac ſi G
Ad patris amplexus de Thelamone ſatus.
Vix quoque tam cupidus vario ſinu amite ſulcat
Ruſticus arte ſolum, nauita pluſtre fretum.
Ex illo celebrande cliens ſtat pars mea tecum;
Et venis huc animæ pars mediata meæ.
Antea corde mihi, notus, quam lumine viſus,
Quem mente adſtringo, ſineque tango manu.
Brachia qui nec dum circum tua colla cateno,
Quod digiti nequeunt, alligat illud amor.
Longius inde abſens, ibi ſed pertingo quod opto,
Quo pede non venio, pectore totus eo.
Nos licet obſtet Arar, Rhodanuſque natamus amore,
Nec vetat ire animum, qui vetat ire gradum.
Legi etiam miſſos alieno nomine verſus,
Quo quaſi per ſpeculum reddit imago virum.
Fonte Camœnali quadrato ſpargeris orbi,
Ad loca qua neſcis, duceris oris aquis.
Hinc quoque non aliquo nobis abolende recedis,
Quo fixus ſcriptis noſceris eſſe tuis.
Interiora mei penetrans poſſeſſor agelli, H
Felix perpetuo dulcis amice vale.
Spectans oris opem, melioraque ſyderis optans,
Currat vt affectus, ſtet tibi longa ſalus.
Sacris Theodon primo lare ſedis aplaudo,
Felici egregio quem dedit orbis honor.
Albino eximio. Heliæ, claroque Iouino,
Pro Fortunato redde ſalutis opus.
Hæc tibi Eliſi modulatus ſimplice cantu
Sed tonat * architypho barbitos inde Sopho, *arcitipho.

A

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

LIB. SEPTIMVS.

I.

Ad Gogonem.

ORPHEVS orditas moueret dum pollice chordas,
Verbaque percuſſo pectine ſila darent.
Mox reſonante lyra rexit dulcedine ſiluas,
Ad citharæ cantus traxit amore feras.
Vndique miſeruntvacua à cubilia damas,
Depoſita rabie tygris & * ipſa venit. (* ipſe.)
Sollicitante melo nimio philomela volans,
B Pignora contemnens feſſa cucurrit auis.
Sed quamuis longo ſpacio laſſauerat alas,
Ad votum veniens ſe recreauit auis.
Sic ſtimulante tua captus dulcedine Gogo,
Longa peregrinus regna viator adit.
Vndique feſtini veniant, vt promptius omnes (In hoſpites munificus & peregrinos.)
Sic tua lingua trahit, ſicut & ille lyra.
Ipſe fatigatos huc poſtquam venerit exul,
Antea quo doluit te medicante caret.
Eruis afflictis gemitus, & gaudia plantas,
Ne tamen areſcant oris ab imbre foues.
Ædificas ſermone fauos, noua mella miniſtras, (Facundiæ gloria pollet.)
Dulcis & eloquij nectare vincis apes.
Vbere fonte rigat labiorum gratia pollens,
Cuius ab arcano vox epulanda fluit.
Peruigili ſenſu diues prudentia regnat
Fomite condito cui ſalis vnda natat.
Qui fulgore animi radios à pectore vibras,
Et micat interior lux imitata diem.
Sed vicibus mundum modo ſol modo nubila complent,
C At tua ſemper habent corda ſerena diem.
Viſceribus promptis templum pietatis haberis,
Muneribuſque ſacris es fabricata domus.
Forma venuſta tibi proprio ſplendore coruſcat, (Formæ præſtantia.)
Vt mentis habitum vultus & ipſe probet.
Omne genus laudum ſpecie concludis in vna,
Nec plus eſt aliquid, quam tua forma gerit.
Principis arbitrio Sigeberti magnus haberis,
Iudicium regis fallere nemo poteſt.
Elegit ſapiens ſapientem, & amator amantem,
Ac veluti flores docta ſequeſtrat apes.
Illius ex merito didiciſti talis haberi;
Et domino mores, ſerue benigne, refers.
Nuper ab Hiſpanis per multa pericula terris
Egregio regi gaudia ſumma vehis.
Diligis hunc tantum, quantum meliora paraſti,
Nemo armis potuit, quod tua lingua dedit.
Hæc bona ſi taceam, te noſtra ſilentia laudant
Nec voces ſpectes qui mea corda tenes.
D Vera fauendo cano, neque me fallacia damnat,
Teſte loquor populo, crimine liber ero.
Hæc tibi longinquos laus ardua ſurgat in annos,
Hæc te vita diu ſeruet, & illa colat.

II.

Ad eundem, cum rogaretur ad cœnam.

NECTAR, vina, cibus, veſtis, doctrina, facultas,
Muneribus largis, tu mihi Gogo ſatis es.
Tu refluus Cicero, tu noſter Apicius extas
Hinc ſatias verbis, paſcis & inde cibis.
Sed modo da veniam, * bubula turgida me quieſco, (* bubla.)
Nam ſit his vteri, ſi ca o mixta tremat.
Hic vbi bos recubat, fugiet puto pullus, & anſer,
Cornibus & pennis non furor æquus erit.
Et modo iam ſomno languentia lumina claudo,
Nam dormire meum carmina læta probant.

III.

Item ad eundem.

E

QVAS mihi porrexit modo pagina miſſa querellas,
Immunem culpæ me loquor eſſe tuæ.
Nam cauſam * remur, tua plus præſentia læſit (* cauſſamur.)
Quo vos peccaſtis crimine, culpor ego.
Non tamen ex tali titulo dulcedo peribit,
Fructus amicitiæ corde colente manet.

IV.

Ad eundem.

NVBILA quæ, rapido perflante Aquilone, venitis,
Pendula ſydereo quæ mouet axe * rotam. (* rota.)
Dicite qua vegetet charus mihi Gogo * ſalutem, (* ſalute.)
Quid placidis rebus mente ſerenus agat.
F Si prope fluctiuagi remoratur littora Rheni,
Vt ſalmonis adeps † rete trahatur aquis. († hinc retrahatur.)
Aut ſuper vuiferæ Muſellæ obambulat amnem,
† Quod leuis ardentem temperet aura diem. († quo.)
Pampinus & fluuius, medios vbi mitigat æſtus,
Vitibus vmbra tegens, fluctibus vnda recens.
Aut Moſa dulce † ſonans quo grus, ganta, anſer, olorque eſt († dulciſonans.)
Triplice merce ferax, alite, piſce, rate.
An tenet herboſis qua frangitur Axona ripis,
Cuius aluntur aquis paſcua, prata, ſeges;
† Iſata, Sara, Chares, Schaldis, † Saba, Somena, Sura, († Eſara. † Saue. † Mettis. † Salsa.)
Seu qui † Mettin adit de ſale † nomen habens?
Aut æſtiua magis nemorum, ſaltuſque peterrans,
Cuſpide, rete feras, hinc ligat, inde necat?
† Ardennæ an Voſagi, cerui, capræ, Helicis vrſi († Ardenna an Voſagus.)
Cæde ſagittifera ſylua fragore tonat?
Seu validi bufali ferit inter cornua campum,
Nec mortem differt vrſus, onager, aper?
An ſua rura colens, exuſta noualia ſulcat,
Et rude ceruici taurus aratra gemit?
G Siue palatina reſidet modo lætus in aula,
Cui ſchola congrediens plaudit amore ſequax?
An cum dulce Lupo pietatis iura retractat,
Conſiboque pari mitia mella creant?
Quo paſcatur inops, viduæ ſolatia præſtent,
Patuus tutorem ſumat, egenus opem.
Quicquid agunt pariter, felicia vota ſecundent;
Et valeant Chriſti regis amore frui.
Vos precor, ô venti qui curritis, atque reditis,
Pro Fortunato nuntia ferte ſuo.

V.

De Bodegiſilo duce.

PECTORE de ſterili, ſi flumina larga rigarem,
Non te ſufficerem dux Bodegiſle loqui.
Inuaſit noſtram ſubito tua gratia mentem,
Vt modo plus veſter, quam meus eſſe velim.
H Quo primum placidos merui cognoſcere vultus,
Oris ab vnguento membra refecta gero.
Colloquio dulci ſatiaſti pectus amantis,
Nam mihi deuoro dant tua verba cibum.
Diſtribuunt epulas, alij, quæ corpora ſupplent,
Vnde animum ſaties, das magis ipſe dapes.
Non ſic inficiunt placidiſſima mella falernum,
Ceu tuus obdulcat pectora noſtra ſapor.
Qualiter oblectas, quos ſemper amare videris,
Horæ qui ſpatio me facis eſſe tuum.
Quæ tibi ſit virtus, ſi poſſem, prodere vellem,
Sed paruo ingenio magna referre vetor.
Exiguus titubo tantarum pondere laudum,
Sed melius gradior, quem tua facta regunt,
Maſſiliæ ductor, felicia vota dediſti, (Boni magiſtratus officia.)
Rectoremque ſuum laude perenne refert.

A Hic tibi conſimili merito Germania plaudit,
Cuius ad laudem certat vterque locus.
De bonitate tua lu eſt regionis vtræque
Te petit illa ſibi, hæc retinere cupit.
Iuſtitiam pauper nunquam, te iudice, perdit,
Nec poterit pretio vertere vera potens.
Non ligat immunem, non ſoluit pœna nocentem,
Nil perſona capit, ſi ſua cauſa neget.
Lumina cordis habes, animi radiante lucerna,
Et tuus æterna luce coruſcat apex.
Ingenio torrente loquax de fonte ſalubri,
Diuitiaſque pias ore fluente rigas.
Si videas aliquem defectum ſorte labore,
Nilus vt Ægyptum, ſic tua lingua fouet.
Qui patrias leges, intra tua pectora condens,
Implicitæ cauſæ ſoluere fila potes.
Aſſiduis epulis ſaturas veneraode catervas
Et repletus abit, qui tua tecta petit.
Si venis in campos ibi pleba paſcenda recurrit,
B Conſequitur que ſuas, te comitando, dapes.
Vo a feras cunctis per ſæcula longa ſuperſtes;
Et maneas populi ſemper in ore potens.

VI.

De Palatina filia * *Gallimagni vxore Godegiſili ducis.*

* Gallomagni. L VCIFER vt nitidos producit in * æthere vultus,
Clarior & læto nuntiat ore diem,
* æthera. Ornat euodo polum, terris quoque * lampada mittit,
* lampadem cat. Atque inter ſtellas, lumine regna tenet,
Sic tua diffundens radiantia lumina vultu,
Fœmineos vincis pulchrior ore choros.
† Aur. † Et tibi ſic cedit muliebris turba decore,
Vt ſolis radiis lumine luna minor.
Clara ſerenatos permutat forma colores.
Lilia nunc reparans, nunc verecunda roſas.
Credite, nam ſi quis vultu conſpexerit illos,
Hic relegit flores, quos dare verna ſolent.
Pingere non poſſunt, pretioſam verba figuram,
C Nec valet eloquium mirari efferre meum.
Gratior inceſſu, ſenſu reuerenda pudico,
Talis in ingenio, qualis in ore nitor.
Blandior alloquio placidis ſuauiſſima verbis,
Deſpiciamque lyram, ſi tua lingua ſonat.
Pectore perſpicuo ſapientia prouida fulget,
Ornatur ſexus te radiante tuus.
Coniuge peruigili oimte magis aula mariti,
Floret & egregia diſpoſitrice domus.
Iure quidem tu magna eſt, quæ eſt Galli filia magni,
Sed merito natæ creuit honore pater.
Non aliter poterat niſi munere clarior eſſe,
Quæ meruit celſo digna placere viro.
Eligit e multis quam charus amaret amantem,
Et iudex patriæ iudicat ipſe ſibi.
Ambo pares iuncti longos maneatis in annos,
Et quæcumque volunt gaudia veſtra, ferant.

D VII.

De Lupo duce.

A NTIQVI proceres, & nomina celſa priorum
Cedant cuncta Lupi munere victa ducis.
† agebat. Scipio quod ſapiens, Cato quod maturus † habebat
Pompeius felix, omnia ſolus habes.
Illis conſulibus, Romana potentia fulſit;
Te duce, ſed nobis hic modo Roma redit.
Ducis facundi dotes. Te tribuente aditum, cunctis fiducia ſurgit,
Libertatis opem, liberis lingua dedit
Mœſt tam ſi quis conſuſo in pectore geſſit,
Poſtquam te vidit, ſpe meliore manet.
Fundatus grauitate, animi, quoquo corde profundus,
Tranquilli pelagi ſundu ah ore ſalem.
Sed facundo magis plebi tua munera proſunt,
Tu condis ſenſus; nam ſalis vnda cibos.

Conſilij radix, fœcundi vena ſaporis, E
Ingenio viuax, ore rotante loquax.
Qui geminis rebus fulges, in vtroque paratus,
Quicquid corde capis, prodere lingua poteſt.
Pectore ſub cuius firmantur pondera regis,
Pollet & auxilio publica cura tuo.
Subdis amore nouo tua membra laboribus amplis,
Pro requie regis, dulce putatur onus.
O felix animus patriæ qui conſulit actus,
Et viuit cunctis mens generoſa viris.
Legati adueniunt, te reſpondente, ligantur,
Et iaculo verbi mox tacuere tui.
Lancea ſermo fuit, quoque vox armata loquentis,
Auſpicium palmæ te Sigebertus habet.
Reſponſum gentis ſenſu profertur ab illo,
Et vorum populi vox valet vna loqui.
Cuius ab ingenio ſortita eſt cauſa triumphum;
Aſſertoris ope, iuſtior illa fuit.
Nullus enim poterit proprias ita pandere cauſas,
Ceu tua pro cunctis inclyta lingua tonat. F
Nylus vt Ægyptum recreat, dum plenus inundat,
Sic tu colloquij flumina cuncta foues.
Iuſtitia florente, fauente te iudice leges;
Cauſarumque æquo pondere libra manes.
Ad te confugiunt, te cingula celſa requirunt, Autoritatis gratia.
Nec petis vt habeas, te petit omnis honor.
In cuius gremio nutritur adepta poteſtas,
Quo rectore datus creſcere nouit apex.
Quam merito retinet conceſſos ſemper honores,
Per quem digna magis culmina culmen habent.
Antiquos animos Romanæ ſtirpis adeptus,
Bella moues armis, tuta quiete tegis.
Fultus vtriſque bonis, hinc armis, legibus illinc,
Quam bene fit primus, cui fauet omne decus.
Quæ tibi ſit virtus cum proſperitate ſuperna,
Saxonis & † Dani gens cito victa probat, † Rhodani
† Bordaa qua fluuius ſinuoſo gurgite currit, † Borda a quo.
Hic aduerſa acies te duce cæſa ruit.
Dimidium veſtris iuſſis tunc paruit agmen, Militiæ decus.
Quam merito vincit, qui tua iuſſa facit.
Ferratæ tunicæ † ſudaſti pondere victor, G
Et ſub puluerea nube coruſcus eras. † ſudas ſub.
Tamque diu pugnas acie fugiente ſecutus,
Laugona dum vitreis terminus eſſet aquis.
Qui fugiebat iners amnis dedit ille ſepulchrum,
Pro duce felici flumina bella gemunt.
Inter conciues meruit te Gallia lumen,
Lampade qui cordis ſplendor vbique micas.
Sunt quos forma potens, ſunt quos ſapientia præfert,
Singula ſunt aliis, ſed bona plura tibi.
Occurrens dominis veneranda palatia † comples, † complens.
Et tecum ingrediens multiplicatur honor.
Te veniente nouo domus emicat alma ſereno,
Et reparant geruum regia tecta ſitum;
Nempe oculos recipit, cum te videt aula redire,
Quem commune ducum lumina lumen habent.
Principis auxilium, patriæ decus, arma parentum
Conſultum reliquis, omnibus vnus amor.
Admiranda etiam quid de dulcedine dicam? H
Nectare qui plenus conſtruis ore fauos.
Chara ſerenatum comitatur gratia vultum,
Fulget & interius perpetuata dies.
Qui ſatias eſcis, reficis ſermone benignus,
Sepoſitis epulis, ſunt tua verba dapes.
Quis tibi digna loqui valeat, quam voce † patente † potente.
Rex pius ornatum prædicat eſſe ſuum?
Sit tibi ſummus apex illo regnante per æuum,
Vitaque ſit præſens, atque futura colat.

VIII.

Ad eundem.

A ESTIFER Ignitas cum Iulius vrit arenas, Ab æſtuantis cœli effectis vim amoris erga Lupum ſa declarat.
Siccaque puluereo margine terra ſitit.
Languidior placidas vix pampinus explicat vmbras,
Mollior & glaucas contrahit herba comas.

A Summitis ſolus Phœbi regnante vapore,
Vix ſua defendit frigida tecta nemus.
Pabula faſtidiens fugit æſtu bucola ſaltus,
Ipſe nec afflictis paſcitur herbis, equus.
Longius expoſitam linguam canis ore flagellat,
Ilia laſſa trahens tritus anhelat ouis.
Forte viator iter, gradiens feruentibus horis
Vritur acceſis ſole premente comis.
Qui areſcente ſolo modico recreetur vt hauſtu,
Sæpius irriguas anxius optat aquas.
Arboris aut tremulæ viridante cacumine foſo,
Frondibus oppoſitis temperat vmbra ſitim.
Proſperitate noua ſi iam prope lucus opacet,
Et vitrei fontis ſibilet vnda recens,
Huc properans placidis homo lætus ſternitur aruis,
Voluit in herboſos & ſua membra thorus.
Vota * ſecunda tenens gemino refouetur amœno, * ſecuta.
Hinc leuat vmbra diem, hinc fugat vnda ſitim.
Carmina ſiqua tenet cantu modulante, recurrat
Prouocat & placidos blandior aura ſonos.
B Si ſibi forte fuit bene notus Homerus Athenis:
Aut Maro Traiano lectus in vrbe foro.
Vel ſi Dauidico didicit ſacra dogmata plectro,
Pſallit honorificum, fauce rotante, melom.
Tangitur aut digito lyra tibia, fiſtula, canna,
Quique ſuis Muſis carmine mulcet aues.
Sic ego curarum valido defeſſus ab æſtu,
Noſcens te ſaluum fonte refectus agor.
O nomen mihi dulce Lupi, replicabile ſemper,
Quodque mei ſcriptum pagina cordis habet.
Quem ſemel incluſum tabulis dulcedinis intus,
Non abolenda virum pectoris arca tenet.
Theſauros pietatis habens pretioſa voluntas.
Producens animo pura talenta ſuo.
Diuitias quas mundus habet, mens aurea vincit,
Gemmarumque decus corde micante refert.
Senſus aromaticus ſuaues diffundit odores,
Hoc tribuens animæ, quod bene thura ſolent.
Melle ſaporatum refluens à pectore verbum,
Et ſale conditum reddis ab ore ſophum.
C Poſt tenebras noctis ſtellarum lumina ſubdens,
Lucifer vt radiis ſic mihi mente nites.
Vt recreat mundum veniens lux ſolis ab ortu,
Illuſtras animum ſic tua verba meum.
Cum peregrina meos tenuit Germania viſus,
Tu pater & patriæ conſuliturus eras.
Quando merebar ouans placidos intendere vultus,
Mox geminata mihi fulſit in orbe dies.
Conſerui quoties veſtro ſermone loquelas,
Credidi in Ambroſiis me recubare roſis.
Omnibus vna manẽ, ſed plus tua gratia nobis,
Vinxit in affectu, me properante ſuo.
Nunc quoque pro magnis quis digna rependat honoris?
Materia vincor, eſt quia lingua minor.
Sicque per aſcenſum culmen ſupereminet altum,
Hinc meos vrget amor, hinc tuus obſtat honor.
Sed pro me reliqui laudes tibi reddere certent
Et qua quiſque valet te prece, voce, ſonet.
Romanuſque lyra, plaudat tibi Barbarus harpa
D Græcus Achilliaca, Chrotta Britanna canat.
Illi te fortem referant hi iure potentem,
Ille armis agilem, prædicet iſte libris.
Et quia rite regis, quod pax eſt bella requirunt,
Iudicis ille decus concinat, ille ducis.
Nos tibi verſiculos, dent barbara carmina * leodos, hedos.
Sic variante tropo laus ſonet vna viro.
Hi celebrem memorent, illi te lege ſagacem,
Aſt ego te dulcem ſemper habebo, Lupe.

IX.

Ad Lupum ducem.

OFFICIIS intente piis memorator amantis,
Prompte per affectum conſiliture tuum.
Charus abſentis nimium miſeratus amici,
Quodo latente loco ſigna requirit amor.
E Vnde meis meritis datur hoc, vt protinus eſſet
Spes Fortunati cura benigna Lupi?
Exul ab Italia nono puto voluor in anno:
Littoris Occeani contiguante ſalo.
Tempora tot fugiunt, & adhuc per ſcripta parentum,
Nullus ab excluſis me recreauit apex.
Quod pater, ac genitrix frater, ſoror, ordo nepotum,
Quod poterat regio, ſoluis amore pio.
Pagina blanda tuo ſub nomine miſſa benigno,
Nectarei fontis me * recreauit aquis. * reſtaurauit.
Nec ſolum à vobis me dulcis epiſtola fouit,
Miſſas adhuc io rem portitor inde venit.
Munera quis poterit rogo tot memor ore referre?
Affectum dulcem pandere lingua nequit.
Sed tibi reſtituat rex cuncta ſupernus ab alto,
Quæ minimo fuiſt, qui docet eſſe ſuum.

X.

Ad Magnulfum fratrem Lupi.

F QVAM cito fama volat pernicibus excita pennis,
Et loca cuncta ſuis actibus aucta replet?
Nam tibi cum Rhenus, mihi ſit Liger, ecce propinquus,
Hic Magnulfe decens magnus honore places.
Sic tuba præconis Sigimundi miſſa cucurrit,
Vt tua diffuſo ſint bona nota loco.
Quod tamen in breuibus vix ſignat epiſtola verbis,
Non quia cuncta canit, nec reticere cupit,
Iuridico imprimis pollens torrente relatu,
Sic regis, vt reuoces facta vetuſta nouus.
Cuius in officiis æqui cultoris aratrum
Semine iuſtitiæ plebs ſua vota metit.
Nemo caret propriis, alienis nemo recumbit,
Sic facis vt populum non vacet eſſe reum.
Sollicitudo tua reliquis fert dona ſalutis,
Et labor vnius, fit populoſa quies.
Æqualis concors vt ab omnibus alme voceris,
Legibus hinc iudex, hinc bonitate parens.
Da paucis veniam, quoniam mihi portitor inſtat,
Nam de fratre Lupi res monet ampla loqui.
G Sic tribuat dominus meritis reparetis vt illum,
Quem pariter tecum cordis amore colo.

XI.

Ad Iouinum rectorem Prouinciæ.

PROSAICO quoties direxit ſcripta relatu,
Nullaque de veſtro pocula fonte bibo.
Quem prius irrigua recrearas dicior vnda,
Nec modo Caſtaliis redditur hauſtus aquis.
Si me cura minor veſtri tenuiſſet amoris,
Iam fuerat lucrum, ſtringere colla manu.
Nunc magis, inde minus capio, quia diligo maius
Et cum plus cupiam, vota * negata gero. * nugata.
Qui tibi transfudit mea pectora pectore tuto,
Cur rogo non pariter lumina lumen habent.
Vel quod amice licet ſcriptis fero chare ſalutem,
Sed mihi qua reſeuet pagina reddat opem.

XII.

H *Ad eundem.*

TEMPORA lapſa volant, fugitiuis fallimur horis, Mortalitatis admonitu inuitat ad amandum & reſcribendum.
Ducit & in ſenium lubrica vita viros.
Fine trahit celeri ſine fune volubilis axis,
Nec retinet rapidas ad ſua frena rotas.
Cuncta mouens ſecum momenta & pondera rerum,
Donec meta auidos ſiſtere cogat equos.
Sic quoque diſſimiles ad finem tendimus omnes.
Nemo pedem retrahit, quo ſibi limes erit.
Imperiale caput regnum trahit, atque ſenatum,
Nec ſpectante die, cum venit hora rapit.
Quid ſunt arma viris? cadit Hector & vltor Achilles,
* Aiax in Clypeo murus Achæus obit. * Aiacis clypeo.
Quid ſatis eſt cupido gremio quod condit auaro?
Delinis ſoluis, Attalus auctus abeſt.

A

Quis non verſurus recubet, dum fine ſupremo
De Palamede potens atrox Vlyxe perit.
Forma venuſta fluit, cecidit pulcherrimus * Aſtur (*aſtris.)
Occubat Hippolytus, nec ſuperextat Adon.
Non agiles fugiunt, quo terminus inſtat eundum,
Nam cum fratre celer ſorte Quirinus abit.
Quid rogo cantus agit? modulis blandiuus acutis
Orpheus, & cytharæ vox animata iacet.
Docta receſſuris quid prodeſt lingua ſophiſtis,
Qui voluere loqui cuncta, rotunda poli?
Archita, Pythagoras Aratus Cato Plato, Cryſippus,
Tuba Cleantharum ſtulta fauilla cubat,
Quidve * poem poteſt Maro, * Lyſa, Menander, Homerus, (*poema. *Lyſa Mſs. an Lyſis? Naſo Georg. F.)
Quorum nuda, tabo membra ſepulchra tegunt?
Cum venit extremum, neque Muſis carmina proſunt
Nec iuuat eloquio detinuiſſe melos:
Sic dum puncta cadunt, fugiunt præſentia rerum,
Et vitæ tabulam teſſera rapta leuat.
Eſt tamen vna ſalus, pia, maxima, dulcis, & ampla
Perpetuo trino poſſe placere Deo.

B

Hoc valet, atque viget, manet, & neque fine peribit,
Hinc quoque poſt tumulum naſcitur almus honor.
Quod ſupereſt habitu meritorum flore beato,
Suauis iuſtorum * flagrat odor tumulo. (*fragrat.)
Granum, aura fluens quam ſpiret aroma Sabæum,
Vincens quæ pinguis balſama ſylua reflat.
Cinnama, * caltha, crocus, violæ, roſa, lilia, cedunt, (*caltha.)
Vt ſimilis nullus nare bibatur odor.
* Quid? quod morte magis virtus generatur in illis, (*Quis.)
Dumque ſepulchra tenent languida membra fouent.
Multorum dubiam ſolidant pia funera vitam,
Et redit ex tumulo viuificatus homo.
Nobilis vrna tegit pretioſa talenta tonantis,
Ac terris recubat quod ſuper aſtra volat.
Qui ſub amore Dei ſacro moderamine viuens,
Fit peregrinus humi, ciuis, eundo, poli.
Denique poſt illos qui fundamenta coruſcant,
Poſtque Petri ac Pauli limina prima fide.
Quis numerus tadiet ſanctorum ſparſus in orbe
Quanta columnarum gratia fuſa viget?

C

Per loca, per populos mundo ſua ſydera præſunt,
Quicquid ab Oceanis circulus ambit aquis.
Arctos, meridies, oriens, occaſus honorat,
* Lumina muneribus clarificata ſuis. (*lumina.)
De reliquo nihil eſt quodcumque videtur in orbe,
Nam tumor hic totus, fumus & vmbra ſumus.
Cur igitur meus trahitur data vita ſuſurro,
Nec Fortunato pauca Iouine refers?
Tempora lapſa vides, neque longa ſilentia rumpis,
Me quoque ne recrees ad mea damna taces.
Non ita rebar ouans, poſt quam Germania noſtros,
Contulerat viſus, vt reſiliret amor.
Credideram potius quantum ſe tenderet ætas,
Vt veſtri affectus ſe duplicaret opus.
Heu magis vt video, vota in contraria currunt,
Tempora longantur, ſed breuiatur amor.
An quantum ex oculo, tantum tibi corde recedo?
Et tam longe animo, quam ſumus ambo loco?

D

Non ego ſic refero, quoniam tibi pectore uector,
Prædicat hoc aliter, meus vbi dulce * ſonat. (*ſonet.)
Nam cui chara fides animum ſociauit amice,
Quod minus eſt oculis flagrat amore magis.
Et licet abſentem paries, locus, aula retentet,
Corde ſuo illic eſt, eſt vbi forma placens.
Proſpicit affectu, quem vultu non videt ipſo,
Et vox longinqua de regione ſonat.
Quid gerit, aut vbi ſit tacito dare verba videtur.
Intra ſe loquitur pectore clauſus amor.
Si volat aura leuis, putat inde venire ſalutes,
Hoc fragor aure refert, quod homo mente gerit.
Hinc tuus ergo cliens ego chare, colende, requiro, (Amoris honeſti imago.)
Abſentem faciunt quem loca, non animus.
Qui ſemper noſtro memoratus habens, in ore,
Scribimus & hæc dum, non ſine te loquimur.

E

Affectu, ſtudio, voto, tua brachia cingo,
Atque per amplexum pectora colla ligo.
Ingrederis mecum pariterque moueris amator,
Et quaſi blanda loquens, oſcula libo labris.
Ante oculos habeo, ſed chara refugit imago,
Hic quoque quem habeo non retinere queo.
Alternis vicibus modo vadis & inde recurris,
Vix fugis ex oculis, ecce figura redis.
Et cum terga dabis, facies mihi cernitur inſons,
Si pede conuerſus, fronte regreſſus ades.
Sæpe etiam videor dare te pia dicta relatu,
Illic forte taces, hic mihi verba refers.
Hoc de te minus eſt, quia prendi non potes abſens;
Nam velut illic es totus, & hic meus es.
Qualiter ambo ſimul paucis habitauimus horis,
Non fugit ex oculis, dum manet iſta dies.
Miſimus ô quoties timidis epigrammata chartis,
Et tua, ne recreet, pagina muta ſilet.
Quis rogo reddat eas taciti, quas perdimus horas?
Tempora non reuocat lux leuis, atque fugax.

F

Dic homo note meus? quid agis? quid amice recurris?
Si tua mira colis, cur mea vota neges?
Scribe vacans animo, refer alta poemata verſu,
Et quaſi ruris agrum me cole voce, melo.
Per thoraca meum ducas precor oris aratrum;
Vt linguæ ſulcus ſint ſata noſtra tuæ,
Pectoris vnde ſeges grauidis animetur ariſtis,
Pullulet & noſtro farre nouale ferax.
Nam mihi ſi loqueris; bone vir, pietatis opime
Exuperas labiis dulcia mella fauis.
Pluſque liquore placet, quam fert oleagina ſucco,
Suauius & recreat, quam quod aroma reflat.
Cum Aſpaſio pariter caris patre, fratre, Leone
Longa ſtante die dulcis amice vale.

XIII.

Ad Felicem ſocerum eius.

ARDVA Pierio cui conſtant culmina faſtu,
Vix humili valeo tangere clauſtra manu.

G

Sed quoniam patriæ fuit aula ſodalibus vna,
Affectu fidens pulſo benigne fores.

XIV.

De Mummoleno.

DVM mihi feſſus iter gradior prope noctis in vmbra,
Solis in occaſu iam fugiente die.
Cum ſuper vndarum viridantes gramine ripas
Paſcua conſpexi, paſtus & ipſe fui.
Huc oculis captus, voto ducente, trahebar,
Deflectenſque viam, proſperiora peto.
Mummolenus enim qui celſa palatia regis
Altis conſiliis creſcere rite facit,
Inter conciues merito qui clarior extat,
Quemque ſuper proceres vnica palma leuat.
Nobilitate potens, animo bonus, ore ſerenus,
Ingenio ſolers, & probitate ſagax.
Cui genus à proauis radiante luce coruſcat,
Moribus ipſe tamen vicit honore patres.

H

Huc ergo adueniens epulis expletus opimis,
Quem vidiſſe, mihi conſtitit eſſe cibum.
Fercula magna quidem dapibus cumulata benignis, (Menſa nõ temperantes habita in fruſtibus.)
Ac ſi colle tumens, diſcus onuſtus erat.
Vndique montis opus medium quaſi vallis habebat,
Quo meliore via piſcis agebat iter.
Ille natans oleum pro vndis, pro ceſpite diſcum
Incoluit, cui pro gurgite menſa fuit.
Attamen ante aliud data ſunt mihi mitia poma,
Perſica, quæ vulgi nomine, dicta ſonant.
Laſſauit dando, ſed non ego laſſor edendo,
Vocibus hinc cogens, hinc tribuendo dapes.
Mox quaſi parturiens ſubito me ventre tetendi,
Admirans vterum ſic tumuiſſe meum.
Intus enim tonitrus vano tumore fremebat,
Viſcera conturbans Eurus, & Auſter erat.

A Non ſic Æolis turbarunt arena procellis,
Nec vaga per pelagus puppis adacta tremit.
Nec ſic inflantur ventorum turbine folles,
Malleolis famulos quos faber vſtus habet.
Alter in alterius luctabat mole ſuſurros,
Et ſine me mecum pugna ſuperba fuit.
Sit tibi longa ſalus celſa cum coniuge rector
Et de natorum prole nepos auus.
Laudis honore potens, felicia tempora cernas,
Et valeas dulces concelebrare iocos.

X V.

De Berulfo comite.

DELITIAS Berulfe tuas ſpectando libenter,
Me fateor duplicem ſuſtinuiſſe famem.
Sic ego credebam quarta ſatiater vt hora,
Me nec ad octauam menſa benigna vocat,
B Per veſtras epulas didici ieiunia geſtans,
* Litania fuit prandia veſtra magis. *Letania.
Det tibi vota Deus, per quem modo læta notamus
Hæc quoque dum ſcribo, plus ſatiatus agor.

X V I.

* *De Condone Domeſtico.* *Condaoe.

TEMPORIBVS longis regalis diues in aula
Enituit meritis gloria * Condo tuis. *Conda.
Nam ſemel vt iuuenem vigili te pectore vidit,
Elegit ſecum ſemper habere ſenem.
Quis fuit ille animus? vel quæ moderatio ſenſus,
Cum fueris tantis regibus vnus amor?
Mens generoſa tibi, pretioſo lumine fulget
Quæ meritis proprijs amplificauit auos.
Floret poſteritas, per quam ſua creſcit origo,
Et facit antiquos ſurgere laude patres.
Nam ſi præfertur generis qui ſeruat honorem,
Quanta magis laus eſt nobilitare genus.
C Qui cupit ergo ſuum geſtis attollere nomen,
Ille tuum velox præmeditetur opus.
A paruo incipiens extiſti ſemper in altum, Condo perenni & inoffenſo curſu aulæ præcipitia longæuus ſuperat.
Perque gradus omnes culmina celſa tenes.
* Theodericus ouans ornauit honore tribunum, *Teudericus.
Surgendi auſpicium iam fuit inde tuum.
Theodebertus enim comitiuæ præmia ceſſit,
Auxit & obſequijs cingula digna tuis.
Vidit vt egregios animos meliora mereri,
Mox voluit meritos amplificare gradus.
Inſtituit cupiens, vt deinde Domeſticus eſſes,
Creuiſti ſubito, creuit & aula ſimul.
Florebant pariter veneranda palatia tecum,
Plaudebat vigili diſpoſitore domus,
* Theodoualdi etiam cum parua infantia vixit, *Theudebaldi.
Huius in auxilium maxima cura fuit.
Actibus eximiis ſic publica iura fouebat,
Vt iuuenem regem redderes eſſe ſenem.
Ipſe gubernabas, velut ſi tutor adeſſes,
Commiſſumque tibi proficiebat opus.
D Chlotharij rurſus magna dominatus in aula,
Quique domum ſimili iuſſit amore regi.
Mutati reges, vos non mutaſtis honores,
Succeſſorque tuus tu tibi dignus eras.
Tantus amor populi, ſolertia tanta regendi, Condonis rara apud omnes gratia.
Vt hoc nemo volens ſuum ipuiſſet onus.
Nunc etiam placidi Sigeberti regis amore,
Sunt data ſeruitijs libera dona tuis.
Iuſſit & egregios inter reſidere potentes,
Conuiuam reddens proficiente gradu.
Rex potior reliquis merito meliora parauit,
Et quod maius habet, hoc tua cauſa docet.
Sic tuus ordo fuit, ſemper matura mereri,
Vitaque quam ſenior, tam tibi creuit honor,
Quæ fuerit virtus, triſtis Saxonia cantat,
Los eſt arma truci non timuiſſe ſeni.

E Pro patriæ votis & magno regis amore,
Quo duo natorum funera cara iacent.
Nec grauiter doleas cecidiſſe viriliter ambos,
Nam pro laude mori, viuere ſemper erit.
Lætitiam vultus hilari diffundit ab ore,
Et ſine nube animi gaudia fida gerit.
Munificus cunctis, largiris multa benignus
Et facis adſtrictos per tua dona viros.
Sit tibi longa ſalus placidis felicior annis,
Atque ſuum reparet * proles opima patrem. *prolis.

X V I I.

*Ad * Gundoarium.* *Guntharium.

SI prodi verbis affectus poſſet amantis,
Carmina plura tibi pagina noſtra daret.
Sed quod ab ore loqui nequeo, quod pectore geſto,
Sit ſatis ex multis vel modo pauca dari.
Nam ſi reſpicias votum per verba canentis,
Malueram maius qui tibi parua fero.
F Aſpicimus ſenſum totum in dulcedine fuſum
Quo ſine nube doli corde ſerena micant.
Puro fonte rigans, nectar de fauce redundat,
Cuius verba libens, pectore, corde bibo.
Prouidus, expertus, vigilans, moderatus, honeſtus,
Condimentum animæ mens tua ſemper habet.
Reginæ egregiæ patrimonia celſa gubernas,
Quæ tibi committit, ſenſit vbique fidem.
Nemo piæ poterat reginæ charior eſſe
Quam qui pro meritis talis & ipſe fouet.
Gundari longo vigeas placiturus in æuo,
Coniuge cum propria luce perenne manens.

X V I I I.

Ad Flauum.

AD carum toties mea pergit epiſtola Flauum,
Sic monet officijs ſedula cura loqui.
Nunc quoque proſaico, modo mittens carmina verſu
G Blandior afflatu debita ſoluit amor.
Quin tibi pauca ferat, qui vult iter ire viator
Nemo mihi tacite prætereundus abit.
* Fœtus amicitiæ te vt pagina ſæpe requirit *Fotus.
Et ſi vir deſit portitor, aura placet.
Attonitis animis ego per vaga nubila prendo,
Nullaque ſuſcepto ſigna relata manu.
An tibi charta parum peregrina merce rotatur?
Non amor extorquet, quod neque tempus habet?
Scribere quo poſſis, diſcingat faſcia fagum,
Cortice dicta legi, fit mihi dulce tui.
An tua Romuleum faſtidit lingua ſuſurrum,
Quæſo vel Hebraicis reddito verba notis.
Doctus * Achæmenijs quæuis præſcribito ſignis, *& Ammonius.
Aut magis Argolico pange canora ſopho.
Barbara fraxineis pingatur runa tabellis,
Quodque papyrus agit, virgula plana valet.
Pagina vel redeat perſcripta dolatile charta,
Quod relegi poterit, fructus amantis erit.

X I X.

H *Ad Flauum & Euodium.*

QVAM bene conueniunt genitor quos ſuſtulit vnus,
Si ſimul hos vnum pectus vtroſque tenet.
Viſceribus iiſdem genitos Flauum Euodiumque,
Prorſus amore vno viſcera noſtra tegunt.
Alter in alterius mihi viſu viſus habetur,
Et fratris ſpeciem fratris imago dedit.
Vnius ex facie facies mihi nota ſecundi,
Sic ſpeculo ſimilem forma repreſſa refert.
Ergo pari voto paribus dans vota ſalutis,
Ambos inter ego tertius alter ero.
Hoc cupiens, vt quos charis amplexibus idem
Tres amor vnus habet, nos quoque charta liget.

A

XX.

Chariſſimo & omni gratia prædicando Sigiſmundo

FORTVNATVS, SALVTEM.

FIXVS amore tuo votis inhiantibus, adſtans,
Quæ tibi chare ſalus ſæpe requiro viros.
Quiſque viator adeſt properans Aquilonis ab axe,
Quamuis feſtinum, ſollicitando moror.
Seu priuata virum, ſeu publica cura citabit,
Hunc niſi percontet, nullus abibit iter.
Quam vegetus membris? quæ te loca chare coërcent?
Ordine diſpoſito cuncta requirit amor.
Si grauis arma tenens Italas terit hoſpes arenas,
Aut quæ Francus habet, pagina pandat, age.
Quid geris, oro refer, tamen vt quod longius opto,
Viuas pars animæ dimidiata meæ.

XXI.

*Ad Sigiſmundum & * Aregiſilum.*

* Alagiſilum.

B NOMINA amicorum mihi dulcis Epiſtola pandit,
Hinc Sigimunde nitens, hinc Aregiſle decens.
Proſperitas felix ventorum flamina fudit,
Quando mihi charos nunciat aura viros.
Teſtor vtrumque caput, tantum mea vota iuuantur,
Quantum fit florens læta ſub imbre ſeges.
Ne ſitiam rapidis æſtiuo tempore flammis
Nectarei fontis me recreaſtis aquis,
Poſt Italas terras mittis mihi Rhene parentes
Aduentu fratrum non peregrinus ero.
Tempore belligero pacis noua gaudia ſurgunt,
Hic quia venerunt quos meus optat amor.
Qui mihi feſtiuæ diei duplicaſtis honorem,
Sic veſter creſcat munere regis honor.

XXII.

Ad Boſonem Referendarium.

SIC regat omnipotens radiantia culmina regis,
Atque eius cauſas arma ſuperna regant.
C Sic dominum ac ſeruos diuina potentia ſeruet,
Et patriæ maneat hoc dominante ſalus.
Sic placido regi ſummus pius auctor ab alto,
Qui dedit ante Petro, porrigat ipſe manum.
Sic te longæui comitetur gratia regis,
Et florente illo gaudia fixa metas.
Hoc rogo quam citius veniat quicunque iubetur:
Ne grauet vltra animos hæc mora tarda meos.
Nam qui feſtinat, ſtatuit quod certa voluntas
Si votum acceleret, dulcius eſſe ſolet.
Illud enim nimium per verba precantia poſco,
Commendes domino te memorante meo.
Actibus excellens maneas per ſæcula fœlix
Et memor ipſe mei dulcis amice vale.

XXIII.

Ad Paternum.

NOMINIS auſpicio fulgent tua facta Paterne,
Munere qui proprio te facis eſſe patrem.
D Seruitij noſtri non immemor omnia præſtas,
Et tibi deuotis das pia vota libens.
Vt bona diſtribuas, modo qui tam promptus haberis:
Vnde magis præſtes, amplificentur opes.

XXIV.

Verſus in Gauatis.

QVI legis in pulchro circundata verba metallo,
Si veniás purus, hoc imitaris opus.
Nam velut argentum calida fornace probatur,
Sic ſe purgato pectore prodit homo.

XXV.

Ad conuiuam.

QVI venis ad charos conuiua fidelis amicos
Quod minus eſt epulis, plus in amore capis.

E Non hæc per pelagus peregrinus detulit hoſpes,
Sume libens patrij quod genuere lares.

XXVI.

Ad eundem.

QVAMVIS doctiloquax te ſeria cura fatiget,
Huc veniens feſtos miſce poëta iocos.
Sic tamen vt propriam rationem ſeruet honeſtas
Nam ſolet incautus ſermo mouere manus.

XXVII.

De breuitate vitæ.

VITA breuis hominum, fugiunt præſentia rerum
Tu cole quæ potius non moritura manent,
Erige iuſtitiam, cole pacem, dilige Chriſtum,
Expete delitias, quas ſine fine geras.

XXVIII.

Ad eundem.

F PELLIS Palatinas poſt multa negotia rixas
Viuere iocunde menſa benigna monet.
Cauſæ, iræ, ſtrepitus, ſileant fora, iurgia, leges,
Hic placeat requies, quam dat amica dies.

XXIX.

Ad conuiuam.

TE rogo pacificos animós ad prandia defer
Hoſtem quære alibi, ſi tibi pugna placet.
Delitijs medijs lites agitare recuſes
Arma tibi campus, menſa miniſtret olus.

XXX.

Ad eundem.

SI tibi magnanimus rigida virtute videris
Securè ad calices fortia bella refer.
G Qui venit huc noſtræ dapes cognoſcere menſæ
Commendet poſitos gratia ſola cibos.

XXXI.

Ad Galactorium Comitem.

SÆPIVS optatam fieri me remige nautam,
Curſibus vnditagis vt ratis iret aquis,
Flatibus aut rapidis per dorſa Garumnica ferrer,
Burdegalenſe petens vt celer actus iter.
Velaq; fluctiuagum traherent Aquilone ſecundo,
Me quoque littoreo redderet aura ſinu,
Qua pius antiſtes ſacra Gundegiſilus offert,
Culmine pro populi qua micat ara Dei.
Tu quoq; quo reſides meriti comes ample ſerenis,
Cara Galactori ſedula cura mihi.
Cui rite excellens rex Guntheramus honores
Maius adhuc debet, qui tibi magna dedit.
Cum tamen hoc vellem, timor obſtitit & * Hunus, ille
Qui cumulo rapidæ mons fremit albus aquæ:
Dulcedo inuitat, cumulus, & vnda repugnat,
H Sic vocat atque vetat hinc amor, inde pauor,
Plane hoc quod ſupereſt; ſoluat vel Epiſtola currens,
Littera quod facerem reddat amore vicem.
Maxime nunc igitur, te dulcis amice ſaluto,
Sperans à domino te ſupereſſe diu.
Cumque domo, ſocijs, antiſtite, coniuge, natis,
Viue comes cui ſint iura regenda ducis:
Pontifici ſummo commendet optime precatu,
Sic tua pars meritis ſit data dextra polis.
Si ſupereſt aliquid, hoc forte tributa redundant
Qui modo mitto apices, te rogo mitte pices.

A

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

Lib. Octavvs.

I.

De nomine ſuo ad diuerſos.

Onias auido qui lambitis ore camœnas,
  Caſtaliusq; quibus ſumitur arte liquor.
Quos bene fruge ſua Demoſthenis horrea ditſſt,
  Largus & irriguis implet Homerus aquis.
Fercula ſiue quibus fert diues vterq; miniſter
  Tullius ore cibum, pocula fonte Maro.
Vos quoq; qui nunquam morituras carpitis eſcas,
* aliter dic. Quas Paradiſiaco germine Chriſtus * habet.
B
Facundo tonitru penetrati, qui retinentur
  Nunc monitis Pauli, poſt ea clane Petri.
S. Hilarij laus. Fortunatus ego hinc humili prece voce ſaluto,
  Italiæ genitum Gallica rura tenent.
Pictauis reſidens, qua ſanctus Hilarius olim
  Natus in vrbe fuit, notus in orbe pater.
Eloquij currente rota, penetrauit ad Indos,
  Ingeniumq; potens vltima Thule colit;
Perfundens cuncta vt ce ſolis lumine terras
* fauens. Cuius dona * Sacæ, Perſa, Britannus, habet.
Chriſticola Scyticas liquauit amore pruinas
  Dogmate feruenti frigida corda calent.
Martinum cupiens, voto Rhedegundis adhæſi,
  Quam genuit cœlo terra Toringa facto.
B. Rhadegundæ vita & præconium. Germine regali pia neptis Herminefredi,
  Cui de fratre patris Hamalafredus adeſt.
Mens ornata bonis fugitiuos ſpernit honores,
  Sciens in ſolo firma manere Deo.
Abdicatio ſeculi. Regia lactineo commutans pallia cultu,
  Vilior ancillæ veſtis amata tegit.
C
Splendida ferraeo quondam ſubnecta ſuperbo,
  Nunc terit obſequio planta modeſta lutum.
Quæ prius inſertis onerata eſt dextra ſmaragdis
  Seruit inops famulis ſedulitate ſuis.
Humilitas Aulæ celſa regens quondam modo iuſſa miniſtrat
  Quæ dominando prius, nunc famulando placet.
Paupertate potens, & ſolo libera voto,
  Clarius abiecto ſta t ſidera loco.
Aurea fulcra tenens iam nunc ſit vilis honore
  Effugit extructum puluere fuſa thorum.
Si contemnatur, tunc nobilis eſſe fatetur,
  Et putat eſſe minor, ſi datur vllus honor.
Perfectio moruin. Parca cibo Euſtochium ſuperans, abſtemia Paulam,
  Vulnera quo curet dux Fabiola monet.
Melaniam ſtudio reparans, pietate Bleſillam,
  Marcellam votis æquiparare valens.
Obſequio Martham renouat, lachrymiſq; Mariam,
  Peruigil Eugeniam, vult patiendo Teclam.
Senſibus iſta gerit, quicquid laudatur in illis,
D
  Signare cognoſco, quæ prius acta, lego.
Omnia deſpiciens, & adhuc in corpore conſtans,
  Spiritus hic viuit, ſed caro functa iacet.
Terram habitans, cœlos intrat, bene libera ſenſu,
  Atque homines inter iam ſuper aſtra petit.
Lectio pia Cuius ſunt epulæ, quicquid pia regula pangit,
  Quicquid Gregorius Baſiliuſq; docent.
Acer Athanaſius, quod leni Hilarius edunt,
  Quos cauſæ ſocios lux tenet vna duos.
Quod tonat Ambroſius. Hieronymus atq; coruſcat,
  Siue Auguſtinus fonte fluente rigat.
Sedulius dulcis, quod Oroſius edit acutus,
  Regula Cæſarij linea nata ſibi eſt.
His alitur ieiuna cibis, palpara nec vnquam
  Fiecato, ſit niſi iam ſpiritus ante ſatur.

E
Cætera nunc taceam, melius quæ teſte tonante
  Iudicioque Dei glorificata manent.
Cui ſua quiq; poteſt ſanctorum carmina vatum
  Mittat in exiguis munera larga libris.
Se putet inde Dei dotare manentia templa,
  Quiſquis ei votis ſcripta beata ferat.
Hæc quoque qui legitis togo reddite verba ſalutis
  Nam mihi charta leuis, pondus amoris erit.

II.

De itinere ſuo cum ad dominum Germanum ire deberet, & a domna Rhadegunde teneretur.

Emicat ecce dies, nobis iter inſtat agendum,
  Debita perſoluens, emicat ecce dies.
Me vocat inde pater radians Germanus in orbe,
  Hinc retinet mater, me vocat inde pater,
Dulcis vterque mihi voto amplectente cohæſit,
  Plenus amore Dei, dulcis vterque mihi.
Carior hæc animo quamquam ſit & ille beato
  * Carior ille gradu, carior hæc animo. * Clarior.
F
Mens tenet vna duos æquali calce viantes
  Ad pia tendentes mens tenet vna duos.
Proficit alterutrum, quicquid bene geſſerit alter
  Viuus omne bonum proficit alterutrum
Sunt quia corde pares iuſſus non ire recuſo
  Obſequar ambobus, ſunt quia corde pares.
Nec tamen hinc abeo quamuis noua tecta videbo
  Corpore diſcedo, nec tamen hinc abeo.
Hic ego totus ero nec corde ac mente reuellor,
  Sic quoque dum redeo, hic ego totus ero.
Porrigat arma mihi cœleſtia mater eunti
  Vt ſibi plus habeat, porrigat arma mihi.

III.

Hymnus de natiuitate Domini.

Agnoscat omne ſeculum
  Veniſſe vitæ præmium.
  Poſt hoſtis aſperi iugum,
  Apparuit redemptio. G
Iſaias quæ cecinit
  Completa ſunt in Virgine
  Annunciauit angelus,
  Sanctus repleuit Spiritus.
Maria ventre concipit
  Verbi fideli ſemine
  Quem totus * mundus non capit, * orbis
  Portant puellæ viſcera.
Radix Ieſſæ floruit
  Et virga fructum edidit,
  Fœcunda partum protulit
  Et virgo mater permanet.
Præſepe poni pertulit
  Qui lucis autor extitit,
  Cum patre cœlos condidit
  Sub matre pannos induit.
Legem dedit qui ſeculo
  Cuius decem præcepta ſunt
  Dignando factus eſt homo
  Sub legis eſſe vinculo. H
Adam vetus quod polluit
  Adam nouus hoc abluit,
  Tumens quod ille deiecit
  Humillimus hic erigit.
Iam nata lux eſt & ſalus,
  Fugata nox & victa mors,
  Venite gentes credite,
  Deum Maria protulit.

IV.

In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti & Domnæ meæ Mariæ Matris eius. De virginitate.

Cvlmina multo polos radiantia lumine complent
  Lætanturq; pijs agmina ſancta choris.

A
Carmine Dauidico plaudentia brachia texunt: *credunturque.
* Creduntr & ſacro tripudiare gradu.
Cœtibus Angelicis hominum ſociata propago,
Reddit honorificum laudis amore ſonum,

Alternis vicibus diuina poemata pſallunt,
Atque creatori myſtica verba canunt.
Lucida ſydereo cœli ſtrepit aula tumultu
Laudibus & domini concutit aſtra fragor.
Patriarchæ. *palma. Prophetæ. Hinc patriarcharum reſonant modulamina vocum,
Inter quos Abrahæ eſt maxima * cura fide.
A quo acceperunt reddunt dehinc verba Prophetæ
Moſes ante alios dux, mare teſte, viros.
Inde fauent fratres & celſa caterua piorum,
Apoſtoli. Lumen Apoſtolicum præmeditante Petro.
Qui valet ex meritis cineres animare ſepultos,
Et reuocare diem, voce iubente, poteſt.
Hinc mercede pari ſequitur pius ordo ſenatum,
In quibus eſt Stephanus victor honore prior.
Martyres. *ſiti. Quos ſaxis, gladiíſque, fame, * ſite, frigore, flammis.
Ereptos terris iungit in aſtra fides.
Caſibus heu variis quos ſic tulit ira furentis,
Et ſi mors diſpar, lux tamen vna tenet.

B
Inde Dei genitrix pia virgo Maria coruſcat.
Virgines. *virgineaſque * Virgineaſque agni de grege ducit oues.

Ipſa puellari medio circundata cœtu
Luce pudicitiæ ſplendida caſtra trahit.
Per Paradiſiacas epulas ſua vota canentes
Iſta legit violas carpit & illa roſas.
Pratorum gemmas, ac lilia pollice rumpunt,
Et quod odoratum eſt flore comante metunt.
Euphemia illic pariter quoque plaudit Agathe,
Et Iuſtina, ſimul conſociante Tecla.
Hic Paulina, Agnes, Baſiliſſa, Eugenia regnant,
Et quaſcunque ſacer vexit ad aſtra pudor.
Felices quarum Chriſti contingit amore
Viuere perpetuo nomina fixo libro.
*Cæſaria. Has inter comites coniuncta * Ceſaria fulget
Temporibus noſtris Arelatenſe decus.
Cæſarii monitis luci ſociata perenni,
Si non Martyrii, virginitatis ope.
Quos Liliola refert æquatis moribus ambos
Et claram hæredem proxima palma manet.
Et quæcunque ſuos vigilans meditabitur actus,
His erit egregio participanda gradu.

C
B. Radegũdes eiuſque inſtitutum. Concipiente fide Chriſti Radegundes amore
Cæſaris lambit regula quicquid habet.
Cuius pontificis refluentia pectore mella
Colligit, & riuos inſatiata bibit.
Quantum fonte trahit, tantum ſitis addita creſcit
Et de rore Dei plus madefacta calet.
Nec ſibi ſed cunctis generaliter vnica viuens
Felix anguſtam pandit ad aſtra viam.

Sed tibi præ reliquis mater pia charior inſtat,
Eligit excelſo conſociare choro.
Res probat ipſa tamen, quoniam quæ filia conſtas,
Te matrem votis optat habere ſuam,
Agnes antiſtita Pictauii. Quamque ſuis gentibus charam nutriuit alumnam
Præficit ecce ſuo conſtituenda loco.
Et quæ te ſemper baculi moderamine rexit,
Prompta ſub imperio vult magis eſſe tuo.
Proficit illa ſibi, cum tu præponeris illi,

D
Illa ſubit votum, te potiente gradu.
Ecce diem feſtum tandem pietate tonantis
Quem precibus genitrix ſæpe rogabat, habet.
*Quam. Cuius reſpirant tacito præcordia pulſu,
Anguſtoſque animos gaudia larga replent.
Expectata nimis oculos ad tempora tendens,
Semine lætitiæ dona ſuperna metit.
Optat adhuc ſupplex, vnum, quod reſtat, honoris,
Vt placeas Chriſto conſocianda polo.
Qualiter hæc capias labor eſſe videtur agentis.
Sed labori iſte breuis fruge replendus erit.
Seruitio domini ſubdenda eſt ad iuga ceruix,
Nec graue ſed leue ſit, quicquid amore feres.

E
Non aliunde petas; in matre exempla require; Agnetem ad virginitatis honorem impellit exẽplo B. Cæſariæ. B. Mariæ Virginis.
Aſpicis ante oculos quod mediteris opus;
Cum qua feſtinas ſimul eſſe in luce perenni,
Condecet hic ſimili currere lege viam.

Sit tibi dulce decus veneranda Ceſaria præſens,
Præſule Cæſario non caritura tuo.
Illos corde ſequens, mandataque corpore comples,
Vt teneas flores, has imiteris apes.
Reſpice qui voluit naſci ſe ventre puellæ
Et domitu ſummi qua caro carne venit.
Spiritus intactam venerabilis attigit aluum
Virgineam cupiens inhabitare domum.
Hanc Deus ingrediens hominis, quæ neſciit vſum,
Sola ſuo nato conſcia virgo viro.
Concipiente fide nullo ſe ſemine * luſit, *luſit.
Et quo factus homo eſt; non fuit alter homo.
Virginitas felix, quæ partu eſt digna tonantis, Virginitas digna quæ pariat Deũ.
Quæ meruit dominum progenerare ſuum.
Templa creatoris ſunt membra pudica puellæ,
Et habitat proprius tale cubile Deus.

F
Quantum ſponſa poteſt de virginitate placere,
Ipſa * Dei genitrix non niſi virgo placet? *cui.
Sara, Rebecca, Rachel, Eſther, Iudit, Anna Noemi
Quamuis præcipue culmen ad aſtra leuent.

Nulla tamen meruit mundi generare parentem,
Quæ dominum peperit clauſa Maria manet.
Inteoierata Deum ſuſpendit * ab vbere natum, *ad vbera.
Et panem cœli munere lactis alit
Hoc ergo in ſponſæ nunc * viſcere diligit ipſe, *viſcera.
Quod prius in * matre legit honore ſacer. *matrem.
Pectora liberius penetrat ſibi cognita ſoli,
Et quo nemo fuit lætior intrat iter.
Hæc ſua membra putans, * quæ nulla iniuria fuſcat,
Quæ neque ſunt alio participata viro. *qua.
Mitis in affectu, pectus complectitur illud,
Promptus amore * colens quo alter amatur abeſt. *calens.
Cum ſua regna Deus pariter velit omnibus eſſe, Qui grata Chriſto ſit virginitas.
Hoc commune tamen Chriſtus habere fugit.
Per paradiſiacas epulas cupit eſſe cohæres,
Virgineam ſolus vult habitare domum.

G
Caſtra pudicitiæ melius rex ipſe tuetur,
Si ſibi non violet turba dicata fidem;
Ipſe voluntatem ſi viderit eſſe fidelem,
Proque ſuis famulis & Deus arma tenet.
Lorica, galea, clypeo, præmunit amantem, Chriſtus pudicitiæ vindex.
Et ſtabilit ſolidum mentis in arce gradum.
* Balliſta iaculans pro te mox exit in hoſtem, *Balliſtam.
Perdat vt aduerſos, qui tibi bella mouent,
Currit ad amplexus poſt prælia geſta triumphans.
Inſigens labiis oſcula caſta ſacris.
Blanditur, refouet, veneratur, honorat, obumbrat,
Et locat in thalamo membra pudica ſuo.

Syderei proceres, ad regia vota frequentes, Cælites virginibus fauent.
Certatim veniunt, adglomerando chorum.
Quo præter Cherubin, Seraphin reliquoſque beatos
Aligeros * comites, quos tegit vmbra Dei, *Angelicos.
Bis duodena ſenum concurſat gloria vatum
Attonitu, ſenſu, plaudere voce, manu.
His venit Helias, illis in curribus Enoch,
Et nati dono virgo Maria prior.
* Iuriſconſulti Pauli comitante volatu,

H
Princeps Romana currit ab arce Petrus. *Legis. Apoſtolicũ agmen & aliorum ſanctorum. Paulus. Petrus.
Conueniunt ad feſta ſimul ſua dona ferentes,
Hi quorum cineres vrbs caput orbis habet.
Culmen Apoſtolicum radianti luce coruſcum
Nobilis Andream mittit Achaia ſuum Andreas.
Præcipuum meritis Epheſus veneranda Ioannem, Ioannes
Dirigit & Iacobos terra beata ſacro. Iacobus vterque.
Læta ſuis votis Hierapolis alma Philippum, Philippus
Producens Thomam munus Edeſſa pium. Thomas
Inde triumphantem fert India Bartholomæum, Bartholomæus
Matthæum eximium Naddauer alta virum. Matthæus
Hinc Simonem ac Iudam lumen Perſida gemellum, Simon & Iudas
Læta relaxato mittit ad aſtra ſinu. Marcus.

A Laſtus

Et ſine rore ferax Ægyptus torrida Marcum.
Lucæ euangelica participante tuba.
Africa Cyprianum, dat Sicilia clara Quirinum,
Vincenti Hiſpana ſurgit ab arce decus.
Egregium Albanum fœcunda Britannia profert,
Maſſilia victor martyr ab vrbe venit.
Porrigit ipſa decens Arelas pia dona Geneſi,
Aſtris Cæſario concomitante ſuo.
Ipſe Pariſiaca properat Dionyſius vrbe,
Auguſtodunum Symphoriane venis.
Priuatum Gabalus, Iulianum Aruernus abundans,
Ferreolum pariter pulchra Vienna gerit.
Hinc ſimul Hilarium, Martinum Gallia mittit,
Te quoque Laurenti, Roma, beate tulit.
Fœlicem meritis Vicentia læta refundit,
Et Furtunatum fert Aquileia ſuum.
Vitalem ac reliquos, quos chara Rauenna ſepultat,
Geruaſium, Ambroſium, Mediolane meum.
Iuſtinam Patauium, Euphemiam huc Chalcedon offert.

B

Eulalia Emerita tollit ab vrbe caput.
Cæciliam Sicula profert, Seleucia Teclam,
Et Legio felix Agaunenſis adeſt
Europæ atque Aſiæ quis lumina tanta recurrat?
Vel tua quis poſſit pignora Roma loqui?
Vndique collectos diuerſis partibus orbis, (Sanctorum vndique concurrentium cœtus.)
Agminibus iunctis regia pompa trahit.
Intrant ſydereo vernantes lumine portas,
Excipit hos proceres vibs patefacta poli.
Incedit ſenſim tunc prætextata poteſtas,
Ordine patricio ſic potitura loco.
Nobilitas cœli diues cruce ſanguine Chriſti
Feſtinat feſtos concelebrare * chorus. (* thorus.)
Paupertas terræ ceu ſic cœleſte redundans,
Conſulibus tantis regia vota colit.
Vndique diſtincte * numeroſa ſedilia complent, (* nemoroſa)
Attonitique ſilent rege loquente patres.
Maieſtas arcana Dei tum pondere fixu

C

Alloquitur proceres, quos ſua dextra regit.
Hæc mihi pollicitum ſeruauit virgo pudorem, (Virginitatis laudes & labores Deus in ſanctorum cœtu memorans inducitur.)
Nec voluit placitam dilacerare fidem.
Sollicitis animis ſponſi veſtigia ſectans,
Et mea vota petens inuiolata venit.
Per tribulos gradiens ſpinæ caneſecit acume,
Sentibus in mediis neſcia ferre vepres.
Vipera, ſeps, iaculus baſiliſcus, * hemorrois, aſpis, (* emarro Metatheſi literarum.)
Faucibus horrificis ſibila torſit iners.
Inde ſagitta volans, hinc terruit arcus euntem,
Docta ſed inſidiis cautius ire ſuis,
Inter tot hoſtes nulli ſe ſubdidit inſons,
Vulnera ſuſcepit, ſed tolerando fugit.
Per tela, & gladios, tenuit mora nulla ſequentem,
Sed tam dura timis non niſi ferret amor.
Ad me aures, oculos, animos ſuſpenſa tetendit,
Cum terris iacuit, iam ſuper aſtra fuit.
Singultus, gemitus, curas, ſuſpiria, fletus,
Sæpius audiui non abolenda mihi.

D

Abſcondens aliis nulli confeſſa dolores,
Intellecta mihi murmura clauſa dedit.
Vidit forte meum quoties in imagine vultum,
Oſcula dans labiis lumine fudit aquas.
Peruigil incubuit. ſi forte alicunde venirem,
Marmore iam tepido frigida membra premens.
Hæc gelefacta meum ſeruauit in oſſibus ignem,
Viſceribus rigidis pectus amore calet.
Corpore deſpecto recubabat in aggere nudo
Seque oblita iacens * immemor ipſa fuit, (* me memor.)
Fletibus aſſiduis exhauſto humore genarum,
Siccatis oculis terra natabat aquis.
Et quia me viuens carnali lumine quondam
Cernere non potuit, miſit amata precem.
Nam mihi ſollicito nocturnis ſæpius horis,
Scripta ſuis lachrymis pagina lecta fuit.
Plena quidem variis tremulo ſermone querelis
Quod ſine me ſola mœſta iaceret humo.

E

Cuius ab ore fluens narido gutta liquore, (Virginis ſanctæ Dei ſollicitantis ſuo deſiderio.)
Hæc dedit in tremulis ſigna relata notis.
Strata ſolo recubo lachrymans neque cerno quod opto
Triſtis in amplexu pectore ſaxa premo.
Sponſo abſente manens tam dura cubilia ſeruo,
Nec mea, quem cupiunt, membra tenere queunt.
Dic vbi ſis, quem exſpecto gemens; qua te vrbe requiram?
Quave ſequar, nullis ſemita nota locis.
Ipſa venire velim, properans ſi poſſit in aſtris
Pendula ſideream planta tenere viam.
Nunc ſine te fuſcis grauiter nox occupat alis,
Ipſaque ſole micans eſt mihi cæca dies.
Lilia, narciſſus, violæ, roſa, nardus, amomum,
Oblectant animos germina nulla meos.
Vt te conſpiciam, per ſingula nubila prendo,
Et vaga per nebulas lumina ducit amor.
Ecce procelloſos ſuſpecta interrogo ventos,
Quid mihi de Domino nunciet aura meo:
Proque tuis pedibus cupio cæmenta lauare,
Et tua templa mihi tergere crine libet.

F

Quidquid erit, tolerem; ſunt omnia dulcia dura
Donec te videam, hæc mihi pœna placet.
Tu tamen eſto memor * quoniam tua vota requiro; (* quando)
Eſt mihi cura tui, ſit tibi cura mei,
Hæc referens auidis iactabat brachia palmis,
Si poſſit plantas forte tenere meas:
Cum decepta ſibi ſine me ſua dextra rediret,
Luminis inſtillans ora lauabat aquis.
Cum recubaret humo, neque victa ſopore quieuit,
Conſulturus ei ſæpe ſimul iacui.
Condolui pariter, lachrymarum flumina terſi,
Oſcula dans rutulis * mellificata fauis. (* melle rigata.)
Nunc igitur regnet, placidoque fruatur amore,
Quæ mihi iam pridem pectore iuncta fuit.
Adſenſu fremit aula poli, reſidente ſenatu, (Virginitas aſſumitur præmio in cælis)
Nomen perpetuo ſcribitur inde libro.
Traditur æternum manſura in ſæcula cenſum,
Virginis in thalamos fundit Olympus opes.

G

Inſeritur capiti radians diadema beryllis,
Ordinibus variis alba Smaragdus ineſt.
Alligat & nitidos amethyſtina vitta capillos,
Margaritato flexilis arte ſitu.
Sardonyche impreſſum per colla monile coruſcat,
* Sardia purpurea luce metalla micant. (* Sardi)
Dextræ armilla datur Chalcedone Iaſpide mixta,
Aut hyacinteo ſudat honore manus.
Bractea gemmatam cycladem fila catenant,
Sidereis donis * arta ſigilla tument. (* arte.)
Pulchra topaziacis oneratur zona lapillis,
Chryſolitha auratam fibula claudit acum.
Veſte ſuperpoſita bis torta purpura byſſo,
Qualem nupta Dei ferre puella poteſt.
His cumulata bonis thalamo regina ſedebit,
Atque polis ſobolem ſub pede virgo premet.
Cui tamen hoc opus eſt cum virginitatis honore;
Vt placeat ſponſo mens moderata ſuo.
Inconcuſſa grauem teneat patientia vultum, (Virginitatis comites virtutes. Patientia.)

H

Viribus ira ſuis ne labefacta ruat.
Neu faciles animos ventoſa procella fatiget,
Fluctibus in mediis anchora cordis agat.
Virtutum ſpeciale decus patientia fulget,
Qua gradiaris iter, Iob tibi ſigna dabit.
Quid loquar humilem quem gratia celſa decorat? (Humilitas.)
Et quantum ima petit ſurgit ad alta magis.
Quod diuerſa nimis diuiſa eſt cauſa duobus,
Qui iacet, ille ſubit, qui tumet ipſe cadit.
Hæc exempla quidem Ioſeph Pharaoque dederunt;
Tollitur ille lacu, mergitur iſte freto.
Eſt etiam laudis ſtipendia poſcere tantum, (Paupertas.)
Ne premat ipſa ſuum peſtis auara ſinum.
Contentus minimis ſi non maiora requirat,
Pauper in anguſto regnat, habendo Deum.
Saphira, vel mulier geminos largita minutos.
Illa tenendo perit, hæc ſua dando manet.

A O nimium felix quem non modo mollia frangunt,
Indice qui ſeſe membra labore terit.
Spernit opum laqueos, vnguenta, toreumata fluxa,
Vt cuſtos animæ ſit rigor ipſe ſuæ.
Temperantia Amor Dei. Hoc etiam recolens, quid poſſit parcior vſus,
Sobrietas Iudith vincere ſola facit.
Quid ue animum dulcem memorem, quem grata paſcit?
Cum intra ſe populos viſcera cara ferant.
Pacificus, gaudens, vnus complectitur omnes,
Stringit in affectu pectora cuncta ſuo.
O nimium felix florens bonitate voluntas,
Qua ſine nil populo, nec placet ara Deo.
Hoc opus; vt quotiens aliquo mens fertur amaro,
Firmet in aduerſis ſpes comitata fidem.
Aſpera ne frangant, tumidos neque proſpera reddant,
Sic mediocre tenens cautius itur iter.
Hæc bona ſumit homo, tribuat ſi gratia Chriſti,
Inſpirante illo, vel moderante gradum.
His ornata bonis radiantia lumina fundis;
Has retinens gemmas tu quoque gemma micas.
B Virginitatis encomium. Virginitas felix nullis æquanda loquelis,
Nec ſi centenos ſuppleat ore ſonos.
Quod prius eſt ſine ſorde nitet, venerabilis orbi
Naturæ proprium non vitiando bonum.
Corporis inlæſum ſeruans precioſa talentum,
Perpetuas retinens neſcia furis opes.
Caret partus & orbitatis incommodis. Non premit incluſo torpentia viſcera fœtu,
Aut graue facta iacet pignore mœſta ſuo.
Inter anhelantes animæ ſeu corporis æſtus,
In dubio pendens ſtamine feſſa ſalus.
Deformitas pregnantis. Quando ſuis iaculis vteri lætura tumeſcit,
Atque voluptatis morbida creſcit Hydrus.
Vltra hominis habitum tantum cutis effera turget,
Vt pudeat matrem hoc quod amore gerit.
Se fugit, & proprijs verecunda parentibus aufert.
Donec depoſitum ſarcina ſoluat onus.
Quis gemitum partus verbis æquare valebit?
Aut cui tot lachrymas carmine flere vacet?
Cum ſua ſecretum compago relaxat honeſtum,
Atque dolore graui viſcera ſulcis agit.
Victa puerperio membrorum porta pateſcit,
Exit & ad lucem fors ſine luce puer.
C Sin viuat genitus genitrix ſe oblita requirit,
Triſtis & ad natum lumina laſſa trahit.
Reſpicit expoſitum nec iam ſua mater alumnum,
Quæ vix dum peperit, hæc modo funus habet.
Nec mater meruit modo hæc, nec virgo vocari,
Hæc duo damna dolens ſe mala nupta gemit.
Nam valido fuerat matris ſpes rapta dolore,
Nec fletu nati ſe fouet illa ſui.
Non charas lacrymas infantis ab ore reſorbet,
Aut teneras voces lacte fluente rapit.
Q. ga. Triſtis decrepito damnat ſua viſcera luctu,
* Quod iacuit natus, heu dolet ille ſinus.
Quid ſi vita manet pueri, nec ſemper habenda,
Incipiat teneros, vt dare voce ſonos.
Imperfecta rudis colliſidens murmura linguæ
Cum matrem dulci fauce ſuſurrus alit.
Contingatque nefas, rapiatur pectore matris,
Aetas ad damnum creuit adulta ſuum.
D Triſte flagellatis genitrix orbata capillis,
Defuncti in labijs vbera ſicca premit.
Infundens lacrymas lamenta reſuſcitat ardens,
Et gelidum corpus fonte tepente lauat.
Dilacerat faciem, crinem aufert, pectora tundit.
Heu dolor amarus, ſic ſua membra ferit?
Si videt alterius natum, ſua pignora deflet,
Aequalemque ſuum triſtis obiſſe gemit.
Alter ſi ploret, currat, ſtet, gaudeat infans,
Ante oculos nati ludit imago ſui.
Quem ſemel effudit per cuncta momenta requirit,
Nec miſeræ matris pendet ad ora puer.
Quid ſi aliud grauius; moriatur & ipſe iugalis?
Quæ noua nupta fuit, iam viduata iacet.
De thalamo ad tumulum, modo candida, tam cito nigra:
Ante quibus caluit, frigida membra tenet,
E Conſtruit exequias, peruerſaque vota celebrans
Exornat tumulum, heu, ſpoliando torum.
Sæpe maritale repetit miſerando ſepulchrum,
Contemptaque domo funus amara colit.
Incumbit tumulo, ſolatia caſſa requirens,
Cuius membra prius, nunc ſuper oſſa premit.
Fletibus irriguis perituro carmine luget,
Funeris obſequio lumina perdit amor,
Quot mala plebeiæ veniant, quis pandere poſſit?
Vix bene reginæ, quæ viduata manet.
Non vero coniugium, ſed præfero virginis aluum,
Quod dat Apoſtolica Paulus ab ore tuba.
Inclita virginitas, cœlos quæ dote mereris,
Cum thalamis Chriſti conſocianda places. Virginitas coniugio anteſtat.
Funera nulla gemis, ſine limite gaudia ſumis,
Viuit amor ſemper, nec tibi Chriſtus obit.
Illic regna tenes; hic vincis, & integra fulges,
Omni tuta loco, ſanctificata Deo.
Hæc tibi, chara Deo, meritis venerabilis Agnes, F
Offero; quo * placeant, tu faciendo colas, * placeat.
Iudicis vt iuſſu munus tribuatur vtriſque;
Quando corona tibi, tunc mihi vel venia.
Opto per hos fluctus animas tu Chriſte gubernes,
Arbore & antenna velificante crucis.
Vt poſt emenſos mundani gurgitis æſtus,
In portum vitæ nos tua dextra locet.

V.

In laudem ſanctæ Mariæ Virginis & matris Domini.

Lingua Prophetarum cecinit de virgine partum;
Nuncia fert terris angelus iſta poli. Vaticinia de Chriſti D.N incarnatione.
Conſona vox hominum memorat hoc ferre puellam,
Quod daret abſque viri germine virgo virum, *Iſaiæ c. 11.*
Hoc euangelio concordans pandit Iſaias;
Quæ Deus inſpirat, hæc canit ipſe tuba.
Eloquio torrens, & rite profunda locutus,
Emanuel noſtrum, virgine dante canens,
Prædicens olim, vt de matre tonantis honore,
Radicis florem Ieſſea virgo daret. G
Virgo hæc virga fuit, de qua flos Chriſtus abortus,
Cuius odor viuax membra ſepulta leuat.
Laxus morte iacens, de cuius aromate tactus,
Poſtque diem [illegible] tum Lazarus ore reflat,
Hanc Ieremias vtero ipſo ſanctificatus
Monſtrans voce pari, ſic quoque vatis ait. *Ierem. 33.*
Ecce dies venient, & Dauid ſuſcito germen,
Et regnabit Rex, atque erit hic ſapiens.
Hoc germen iuſtum virgo eſt, & Rex ſuus infans,
Iudicium faciens arbiter, orbis herus. *Pſalm. 86.*
Pſalmographi plectro cantata eſt iſta virago,
Cum daret arte melos vox, lyra, chorda, chorus.
Mater Sion dicit homo, & homo factus in illa eſt,
Ipſe hanc fundauit, factus in ipſa & homo eſt.
Sic quoque qui fundauit eam, eſt altiſſimus ipſe,
Hæc Sion, mater virgo Maria fuit.
Qui tanquam ſponſus * thalamo procedit ab alto, *Pſal. 18.* * thalami aluo
Exultatque gigas Chriſtus, eundo viam.
O vteri thalamus, noua iunctio facta ſaluos,
Qua Deus atque caro nupſit honore nouo.
Quo Deus amplexus carnem eſt, caro iuncta cohæſit,
Stat Deus atque homo fit, Chriſtus vtrumque genus: H
Non Deus in carnem eſt verſus, Deus accipit artus.
Non ſe permutans, ſed ſibi membra leuans,
Cuius non poterat Deitas per ſperta videri,
Velamen ſumpſit, carne videndus homo.
Vnus in ambabus naturis, verus in ipſis,
Aequalis matri hinc, par Deitate patri.
Non ſua confundens, ſibi noſtra ſed omnia nectens,
Quem ſine peccato gignit vterque virum.
De patre natus habens diuina, humanaque matris,
De patre ſublimis, de genetrice humilis.
Quando incorporeus pie, corporis induit artus,
Aequalis matri fit minor inde Patri.

A Carnem, animam, oſſa, cutem, neruos, venas, femur, vngues:
† ſeruus vt aſſumêdo eſt. † Formam ſerui aſſumens, minor inde patri.
Sed redeo qua virgo tali mihi laude canenda,
Qualis o nulla fuit, nulla futura venit.
Quemque pluunt nubes iuſtum de rore ſuperno,
Hæc Saluatorem germine terra dedit.
Pſalm. 85. Iſai. 45 Hæc porta eſt clauſa, in quam intrat vir nemo, nec exit,
Ezech. 44 Ni dominus ſolus, cui quoque clauſa patent.
Luca 1. Cuius in aduentu exiliuit de ventre Ioannes,
Ioannes exultâs in vtero matris Infans perſonuit munere præco nouus.
Trans vterum matris, quaſi per ſpecularia cernens,
Materna & pueri membra feneſtra fuit.
Quando exultauit ventrem de ventre ſalutans,
Dum pede non potuit, motibus iuit iter.
Credo, & proſtratus iacuit, palmaſque tetendit,
Ante redemptorem paruula membra mouens.
Luc 3. Corrigiamque pedum quoniam eſt non ſoluere dignus,
Pronus adorauit, credo, tremente genu.
Nobilis Elizabeth, de qua canit alta prophetans,
Hæc operante Deo germina læta refert.
B O benedicta inter mulieres, vnde mihi hoc,
Me vt mater Domini viſitet alma mei?
Luc. 1. Hanc Gabriel vocitat benedictam in laude puellam,
Et merito extollit, quæ noua dona gerit:
Quæ genitura foret benedictum germine fructum,
Quem Hieremias voce tonante refert.
Ierem 31. Hic Deus eſt noſter, non abſque illo alter habetur,
Iſaa. 45 Poſt hæc in terris viſus homo eſt habitus.
Baruch. 3. Quem Daniel ſanctum ſanctorum prædicat vnum,
Daniel. 2 De monte exciſus qui angulus & lapis eſt.
Deut 18. De quo Moſes ait, DEVS excitat ecce prophetam
Vobis, ex veſtris fratribus orbis opem.
Si qua anima hunc non audierit qui exterminat illum,
De populo vindex ipſe propheta ſuo eſt.
Pſalm. 71 & 59. Dauid dixit: adorabunt hunc munere reges,
Seruibunt gentes, & Saba dona dabit.
Simeonis canticum. Accipiens Simeon manibus quem iuſtus vtriſque,
Decrepitus ſenio hæc pia verba dedit:
Nunc dimitte in pace tuum ſeruum auctor ab alto,
Viderunt oculi iam quia vota mei.
Quando ſalutare hic merui, tua verba ſecundum,
Ferre manu & viſu cernere iure DEVM.
C O ſacra virgo Dei talem generando Maria,
Per quem lumen habet plebs tenebroſa prius.
Iſaia. 9. In regione vmbræ mortis lux orta refulſit,
Admirabilis eſt conſiliarius hic.
Qui Deus eſt fortis pater, atque in ſecula princeps,
Imperij cuius pax ſine fine manet.
Rorarunt cœli nubes, iuſtumque pluerunt,
Quem ſaluatorem germine virgo dedit.
† diteſque Saban. Ægyptus, labor Æthiopum, † Sabaimque ſublimes,
Iſaia. 60. Ad quem tranſibunt, mente ſequendo Deum.
Eſt in quo tantum Deus, & non eſt Deus abſque hoc,
Hic Deus abſconſus, qui DEVS Iſrael eſt.
Iſaia 11. Cuius iuſtitia eſt lumborum cingulum & idem
Eius renis adeſt cinctoriumque fides,
Reguli & aſpidis auſa manus penetrare foramen.
Ablactatus agens, nec nocet vllus ei.
Aſtans in ſignum populorum, eiuſque ſepulchrum
Nobile adorandum gloria quanta tegit?
D Quem dominatorem terræ miſit Moabitis,
Iſaia. 16. Petra ex deſerti qui pius agnus adeſt.
De quo Zacharias, exulta filia Sion,
Zacharia c. 9. Iuſtus, Saluator, Rex tuus ecce venit.
Aſcendens aſinam ſuper, aut aſinæ quoque pullum,
Quadrigas perdens ex Effraim & equum,
Vnde & Michæas; & tu, inquit, Bethleem Ephrata,
Mich. c. 5. Paruulus in IVDA millibus ipſe manes.
Egredietur, qui dominatur in Iſrael, ex te,
Pſal. c. 11. Egreſſuſque potens eius ab initio.
Lumen ſanctorum in ſplendoribus, ex vtero quem
Ante & Luciferum progenuitque pater
Liuores ſanans noſtros liuore beato,
Et veteres maculas ſanguinis amne lauans.
Iſai. 53.

O virgo inſignis nobiſque medella monades, E
Quam Deus impleuit totius orbis ope. *B. Mariæ virginis præconia.*
Quæque creatorem meruiſti ventre tenere,
Et generale diem, concipiente fide.
Mundatura nouo partu de crimine mundum,
Atque ſacro fœtu progenitura Deum.
Humano generi genuit quos Eua dolores,
Curauit genitus, virgo Maria, tuus:
Peccati iaculo defixa in ſtirpe cicatrix,
Vlcera nulla gerit, nec ſua ſigna patent.
Succus amarus enim veteri de cortice ligni,
Stante redemptoris de cruce dulce ſapit:
Sub pomi ſpecie mors tunc de fronde pependit,
Nunc tuus eſt vterus, hinc cibus, inde ſalus.
Fructu ſancta pio renouaſti tempora rerum,
Lucidiorque dies, te generante, nitet.
Poſt tenebras ſolem reuocat tuus aluus in orbem,
Cum domini iubaris irradiauit apex.
In te habitans mundi lumen ſtatione coruſca,
Floruit interius per tua membra DEVS.
Nunc viuax fulgor penetrans & ad ima profundi.
Orbem alit, aſtra regit, tartara luce replet.
Cuius mundi vno eſt hæc machina tecta pugillo,
Clauditur in fibris caſta puella tuis. F
Supportans fabricata fabrum, atque humana Tonantem,
Virgula radicem, facta creantis opem.
Qualiter illa nouum texuerunt viſcera lumen,
Quod decus intus erat, qui ſuæ honor inde foras?
Gaudia quanta ſinus hilaris tuus ille vehebat,
Cum tua membra premens plus releuabat onus?
Tum genitrix de faſce leuis, de prole ſalubris,
Rem ſplendoris habens, lux neque pondus erat.
Auxilium de flore gerens, de fruge leuamen,
Spem, & cœli panem ſpica nouella gerens.
Cuius erat ſtella & ſol matutinus in aluo,
Infra arcam abſcondens fulgida luna iubar.
Anniculum portans agnum, antiquumque gigantem,
Deque tribu Iuda qui leo fortis erat.
Cornua producens vitulus ceu Rhinocerotis, *Chriſti domini cæco* [illegible] *typica*
Arduus, claris naribus alta fremens.
Regulus atque aſpis, cedunt cui cuncta venena,
Vipera, ſeu dipſas, ſeps, draco, cenchris, hydra.
Paruulus ipſe puer, perſona vetuſta dierum,
Egreſſus cuius ſtat ſine principio. G
Cuius diffuſa in labiis eſt gratia florens. *Pſal. 44*
Inſignis forma præ genitis hominum.
Cuiuſque eſt oriens ex alto nomen honoris,
Qui nos, lumen agens, viſitat in tenebris.
Qui venit de Edom, de Boſra veſte cruenta,
Pulcher, ſanguineus, candidus atque ruber. *Iſai. 63.*
Calcaturus erat qui ſolus torcular altum
In Cruce penſandus, membra cruore leuans.
Vnde ſibi miſta eſt ſtola candida, tincta rubore,
Quem poſt, anteue quem, non Deus vllus erit.
Cuius tranſcendit ſacra magnificentia cœlum,
Cuncta tegens palma, ſidera, rura, freta.
Quis te tunc ſenſus, Domini pia mater, habebat, *Apoſtrophe ad S. Dei genitricem.*
Quum tibi talis erat fœtus, honore nouus?
Præmia quanta vterum implebant, & gaudia pectus,
Cœlorum artificem, cum tua ferret humus?
O meritis radians dic virgo putaſne videbas
Angelicos curſus ire redire nouos?
Militiam cœli cum te ſeruare viciſſim, H
Sentires animo, ſæpe leuata manu. *Angeli in obſequio B. Mariæ quales.*
Quæ circa te acies, vel quando iter ire parares,
Millia præ greſſus concomitando tuos?
Quid Michael faceret ductor, ſub principe celſo,
Quid gereret Gabriel nuncius ille ſacer?
Qualiter aut Raphael occurſum impenderet almæ,
Te portante, Dei dum putat eſſe thronum.
Credo alter cuperet plantis ſubſternere palmas,
Ille excuſſa ala ſubdere viam.
Duceret iſte auras, ne te grauis vreret æſtus,
Ille leuans pinnas, verteret vt imber aquas.

A

Iſte ad frena manum retinens, ne ſarcina lapſet,
Neu pes offendat, pendula turba vetat.
Quot vigiles turmæ, cum te ſopor altus haberet,
Solaque dormitans tot vigilare dares?
Sidereo obſequio meritis digniſſima virgo,
Cum te diuinis cingeret ala choris.
Cuius honore mero ſol ipſe tremiſceret ortum,
Lunaque ſub pedibus quæreret eſſe tuis.
Artificique ſuo ſe machina ſubderet orbis,
Ac miraretur, per tua membra Devm.
O virgo excellens, vincens ſuper omnia matres,
Quam genus erexit, cui Deus alta dedit.
Cuius fructus adeſt, & flos non perdit honores,
Quæ nato es Genitrix, & tibi virgo manes.
Felix quæ generi humano ſub Tartara lapſo
Ad cœlos facta es ſcala, via, porta, rota.

Dei genitricis epitheta.

Aula Dei, ornatus Paradiſi, gloria regni,
Hoſpitium vitæ, pons penetrando polos.
Arca nitens, & theca potens gladii bis acuti,
Ara Dei Aſſurgens, luminis alta Pharos.

B

Celſa ſuper cedros, & vaſta cacumina montis,
Subque tuis plantis & rota ſolis adeſt.
Virgineo cœtu dux ſexu prima ſecundo,
Prælata aſtrigeris ſola puella choris,
Figmentum figuli ſuper omnia vaſa decorum,
Atque creaturæ fulgida maſſa nouæ.
Candelabrum pulchrum, verbi capiendo lucernam
Quam formam ſculpſit tam ſuper ſtria faber.
Omnis Ieruſalem ſanctam, ſpecioſa vetuſtas,
A facie templi vas in honore Dei.
Exuperans portas Sion ſplendore coruſco,
Stans merito fidei, gemma ſuperba throni.
Ore diem iaculans, radios à fronte ſagittans,
Luminibus rutulis, lumen honore rotans.
Sidereum ſpeculum, illuſtris domus omnipotentis,
Vultibus ex illis fulgura clara ferens.
Nomen honoratum, benedicta Maria per æuum,
Ad laudem artificis nobilis artis opus,

C

Dulcis & angelico precioſa puella relatu,
Omnes vltra homines dona decoris habens.
Inde rubore roſas, candore hinc lilia vincens,
Flos nouus è terra, quem polus arce colat,
Chryſtallum, electrum, aurũ, oſtrũ. cõcha alba, ſmaragdus.
Quo tua forma nitet, cuncta metalla iacent.
Nix premitur candore tuo, ſol crinis honore,
Palleſcunt radii, virgo decore, tui.
Lychnites hebes eſt, cedit tibi Lucifer ardens,
Omnibus officiis lampade maior ades.
Occulti in terris ſacramenti conſcia ſummi,
Et ſecreta poli ſunt patefacta tibi.

Fœcunda virginitas.

Dignus ager Domini, generans ſine ſemine frugem.
Et ne caſſa ſeges meſſe repleta places.
Sola ſine exemplo fœcunda, & libera nexu,
Ignara amplexus, mater opima ſinu.
Virgo intacta manens, fidei vbertate marita,
Inſcia coniugio fœta, negante viro.
Accipis, vt neſcis: ſic reddis, vt integra conſtes,
Nec violata paris, nec pariendo doles.
Et tamen eſt genitus Deus & homo, verus & vnus,
Spiritus atque caro Chriſtus, vtrumque genus.

* ſed.

D

In deitate patri æqualis, * vel corpore matri,
Et ſine peccato de genitrice caro.
Factor dans legem, factus ſub lege miniſter.
Ipſe pater mundi, filius ipſe tibi.
Vnde tuum mater generas natum atque parentem?
Hinc prolem. inde patrem: hoc Deus, illud humus.

a. Mariæ virginis cœleſtis honoro-
[illegible] eſu [illegible] [illegible] alio-

Cuius honore ſacro genitrix tranſcendis Olympum,
Et ſuper aſtrigeros erigis ora polos.
Conderis in ſolio felix regina ſuperbo,
Cingeris & niueis lactea virgo choris.
Nobile nobilior circumſiſtente ſenatu,
Conſulibus celſis celſior ipſa ſedes.
Sic iuxta genitum regem regina perennem,
Ornata ex partu mater opima tuo.
Occurrunt proceres, & gloria magna Ioannes,
Notus & ante Deum, quam pateretur homo.

E

Fratribus adſcitis, Paulus, reliquiſque beatis,
Doctor Apoſtolicus, fulgida palma Petrus.
Diligit has portas Sion ſuper omnia Iacob,
Pro patribus genitos quos in amore Devs.
Qui omnes ore ſuo ornati, ſuper aſtra coruſcant,
Si ſic diſcipuli, quid pia mater erit?
Hinc Patriarcharum numero ſociante prophetę
Conueniunt celſo munera ferre throno.
Martyrii hinc inde choros redimita coronis.
Principe cum Stephano ciuica turba poli.
Primitiæ florum, Bethlemitica paſſio lactans,
Quæ meruit naſcens viuere morte magis.
Italiæ mundique caput quos Roma retentat,
Vrbs vel Aleſandri aut Antiochenus ager.
Quos Hieroſolymis, aut quos Byzantion oris,
Quos Patra, quos Epheſus, Naddauer arce tenet.
Quos oriens, occaſus habet, quos Africa & Arctos,
Quoſque ſepultat humus. cingit & Oceanus,
Natio gens, populus, regiones, agmina, reges,
Vndique currentes ad noua dona patris.

F

Æthiopes, Thraces, Arabes, Dacus, Indus, Alanus,
Aurora & veſper, Perſa, Britannus adeſt.
Intrantes in regna Dei, pietate redempti,
Gaudia viſuri regis in arce poli.
Quos recipit ſacra porta Petri, quos ianua Pauli,
Poſtus ad Andreæ limen Achaia * petit.

* patet.

Mattheus Æthiopes, Epheſinos valua Ioannis,
Et quem quiſquis amat, hunc ſua porta rogat.
Horum ante aduentum te qualiter ornat amator,
Portauit quem vterus virgo beata tuus?
Dans tibi larga poli, cui tu domus arcta fuiſti,
Venit is pro hoſpitio reſtituendo thronum.
Componendo caput niueum diademate fuluo.
Et gemmis rutilam comit honore comam.
Annectens niueo precioſa monilia collo,
Fulgore & vario pectora pura tegens.
Quam ſpecioſum humeris imponit honoris amictum,
Splendore ardeſcens purpura tincta nitet.

G

O quoties coctum zonæ micat aura per aurum,
Pallida nec pallæ eſt fimbria, luce nitens!
Quis tibi digna canat, quantum decus exeat ore,
Aut de veſte tui gemma virore micet?
Quando ſtrata iacet pedibus precioſa ſmaragdus,
Quando pauimentis alba Topazus adeſt.
Quodque oculus non vidit agens, non audiit auris,
Ornamenta tibi hæc pia virgo oirent.
Cum regio ergo poli, totuſque exercitus aſtri
Te ornatam inſpiciet, laudibus ora mouent,
Incipiens Michael præconia ferre beatæ,
Cumque ſuis turmis, hæc tibi virgo refert.

b Virginẽ Mariam laudant angeli.

O decus excellens, ô fœmina forma ſalutis,
Partus fruge potens, virginitate placens.
Per quam eſt ſe naſci dignata redemptio mundi,
Et reparare genus, quod tulit Eua ferox.
Hanc tibi maret opem legionum millia mille,
Per claſſes reſonant carmine, voce, lyra.
Angelus inde tuos repetit paranymphus honores,
Qui tibi de cœlis nuncia ſancta vehit.

H

Dicens, ô felix imitari neſcia virgo,
Cuius & agnus ouis, conterit ora lupi.
Tartara diſrumpens, patriæ captiua reducens,
Et libertati poſt iuga preſſa refers.
Excipit has iterum ingeminans pars altera laudes,
Perſtrepit & cunctis vox reuoluta choris.

Sanctique cetera.

Incipit inde alios producere terra fauores,
Zachariæ genitus vox, tuba, præco, ſonus.
Cum Petro & Stephano ducibuſque in millibus amplis,
Agminibus: mixtis plauſibus alta canens:
O virgo inſignis, benedicta ad gaudia nata,
Auxilium terræ, fulgor honorque poli.
Ecce tuus florens vterus quæ præſtitit orbi,
Te * generante, fide nos paradiſus habet.

* pariente

Quid ſumus aut fuimus? quos merſerat Eva profundum.
De limo in cœlum nos facit ire ſinu.

A Laudibus his Domini genitrix fragor intonat aſtris,
Militiæque poli hæc tibi clangor agit.
Aſt ego ferre volens, videor ſubducere laudes,
Nam tibi quiſque cupit voce fauere ſacræ.

Poetæ penitatio.

Mens oret genitum, ſic matri digna loquatur,
Cuius amore pio viuis honore nouo.
Pulchra ſuper gemmas, ſplendorem ſolis obumbrans,
Alta ſuper cœlos, & ſuper aſtra nitens.
Vellere candidior niueo, rutilantior auro,
Fulgidior radio, dulcior ore fauo.
Suauior & roſeo nimium rubicundior oſtro,
Vincis aromaticas menos odore comas.
Cara, benigna, micans, pia, ſancta, verenda, venuſta,
Flos, decus, ara, amor, palma, corona, pudor.
Per quem omnes fines terræ meruere ſalutem,
Gaudet & orbs totus, pontus, harena, polus.
Hæc tibi qui, indignus quamuis corde, ore, ſuſurro,
Spes mihi ſis veniæ, quæ vehis orbis opem.

VI.

B

Ad Virgines.

Virginitatis eximia laus.

INter Apoſtolicas acies, ſacroſque prophetas,
Proxima martyribus præmia Virgo tenet,
Splendida ſidereo circumdata lumine pergens
Iungitur angelicis caſta puella choris.
Fruge pudicitiæ cœli dotanda talento,
Aeterni regis ducitur in thalamos.

Aureola virginum circumſcriptio.

Pulchra corona caput triplici diademate cingit,
Et gemmæ exornant pectora, colla, comam,
Induitur tenens ſuperaddita purpura membris,
Et candore niuis fulgida palla regit.
Floribus æternis oculos roſa, lilia, paſcunt,
Et paradiſiacus naribus intrat odor.
Vnde magis dulcis hortamur vt iſta requiras,
Quæ dedit Eugeniæ Chriſtus & alma Teclæ.
Virgo Dei fructus cœli, victoria mundi,
Vt ſemper regnes, has pete regis opes.
Sunt tibi Chryſolithis fabricata palatia gemmis,
Atque Smaragdineo ianua poſte viret.
Limina ſardonychæ variato lumine florent,
Et Hiacynthæus circuit ordo domum.
Aurea tecta micant, plebs aurea fulget in aula,

C Et cum rege pio turba coruſca nitet.
Ille puellarum locus eſt, quæ lucis amore,
Hic ſeruant domino corpore, mente, fidem.
Deſpice quod terræ eſt, & clara ſedebis in aſtris,
Chriſti vt ſponſa placens regna ſuperna colas.
Præſens vita nimis fugitiuo tempore tranſit;
Virginis integritas glorificanda manet.
Paupertas te parua rogat cum diuite Chriſto,
Vt venias noſtro dulcis alumna ſinu.
Quo patris auxilium domino obtentura preceris,
Atque tibi felix regna beata pares.
Vt pariter ſanctæ merearis iuncta Mariæ,
Gaudia perpetuo concelebrare choro.
Has quæcunque piis manibus ſuſceperis arras,
Non nuptura homini, ſed ſis amata Dei.

VII.

D

Ad Domnam Radegundem.

REGALI de ſtirpe potens Radegundes in orbe,
Altera cui cœlis regna tenenda manent.
Deſpiciens mundum meruiſti adquirere Chriſtum,
Et dum clauſa lates, hinc ſuper aſtra vides,
Gaudia terreni conculcas noxia regni,
Vt placeas regi læta, fauente polo.
Nunc anguſta tenes, quo cœlos largior intres,
Diffundens lacrymas gaudia vera metes.
Et corpus crucias, animam ieiunia paſcunt,
Salue, quam dominus ſeruat amore ſuus.

VIII. E

Ad eandem de violis.

TEmpora ſi ſolito mihi candida lilia ferrent,
Aut ſpecioſa foret ſuaue rubore roſa.
Hæc ego rure legens aut ceſpite pauperis horti,
Miſiſſem magnis munera parua libens.
Sed quia prima mihi deſunt, vel ſoluo ſecunda,
Profert qui violas fert & amore roſas,
Inter odoriferas tamen has quas miſimus herbas.
Purpureæ violæ nobile germen habent.
Reſpirant pariter regali murice tinctæ,
Et ſaturat foliis hinc odor, inde * color. * decor.
Hæc quod vtrumque gerit pariter habeatis vtraque
Et ſit mercis odor flore perenne decus.

IX.

Ad eandem de floribus ſuper altare.

* carente.

FRigoris hiberni glacie conſtringitur orbis,
Totaque lux agri flore * cadente perit.
Tempore vernali, Dominus quo Tartara vicit,

F Surgit * perfectis lætior herba comis.

* perfecta. * apertis ſuis.

Inde viri poſtes, & pulpita floribus ornant,
Hinc mulier roſeo complet odore ſinum.
At vos non vobis, ſed Chriſto fertis odores,
Has quoque primitias ad pia templa datis.
Texiſtis variis altaria feſta coronis,
Pingitur vt filis floribus ara nouis.
Aureus ordo crocis violis, hinc blatteus exit,
Coccinus hinc rubicat, lacteus inde niuet.
Stat praſino venetus, pugnant & flore colores.
Inque loco pacis herbida bella putes.
Hæc candore placet, rutulo micat illa decore;
Suauius hæc redolet, pulchrius illa rubet:
Sic ſpecie varia florum ſibi germina certant,
Vt color hinc gemmas, thura reuincat odor.
Vos quoque quæ ſtruitis hæc Agnes cum Radegunde,
Floribus æternis veſter anhelet odor.

X. G

Ad eandem pro floribus tranſmiſſis.

O Regina potens cui aurum & purpura vile eſt.
Floribus ex paruis, te veneratur amans.
Et ſi non res eſt color, * attamen ipſe per herbas, * eſt tamen.
Purpura per violas, aurea forma crocus
Diues amore Dei vitaſti præmia mundi,
Illas contemnens, has retinebis opes.
Suſcipe miſſa tibi variorum munera florum,
Ad quos te potius vita beata vocat.
Quæ modo te crucias, recreanda in luce futura,
Aſpicis hinc qualis te retinebit ager.
Per ramos fragiles, quos nunc præbemus olentes,
Perpende hinc quantus te refouebit odor.
Hæc cui debentur, precor, vt cum veneris illuc,
Meque tuis meritis dextera blanda trahat.
Quamuis te ſpectet paradiſi gratia florum,

H Illæ vos cupiunt iam reuidere fores.
Et licet egregio videantur odore placere,
Plus ornant proprias te redeunte comas.

XI.

Ad eandem, cum ſe recluderet.

MEos fœcunda Deo Radegundis, vita ſororum,
Quæ vt foueas animam mēbra domando cremas.
Annua vota colens, hodie claudenda recurris,
Errabunt animi te repetendo mei.
Lumina quam citius noſtris abſcondis ocellis,
Nam ſine te nimium nocte premente grauor.
Omnibus excluſis vno te tuneberis antro,
Nos magis includis, quos facis eſſe foris:
Et licet hic lateas breuibus fugitiua diebus,
Longior hic menſis, quam celer annus erit.

Tem-

A Tempora ſubducis, ceu non videaris amanti,
Cum vos dum cerno hoc mihi credo parum.
Sed tamen ex voto tecum veniemus in vnum,
Et ſequor hac animo, quo vetat ire locus.
Hoc precor, incolumem referant te gaudia paſchæ,
Et nobis pariter lux geminata redit.

XII.

Ad eundem cum rediit.

VNDE mihi rediit radianti lumine vultus?
Quæ nimis abſentem te tenuere moræ?
Abſtuleras tecum, reuocas mea gaudia tecum,
Paſchalemque facis bis celebrare diem.
Quamuis incipiant modo ſurgere ſemina ſulcis,
Hic egomet hodie, te reuidendo, meto.
Colligo iam fruges, placidos compono maniplos,
Quod ſolet Auguſtus menſis, Aprilis agit.
B Et licet in primis modo gemma & pampinus exit.
Iam meus Autumnus venit, & vua ſimul.
Malus & alta pirus gratos modo fundit odores,
Sed cum flore noua iam mihi poma ferunt.
Quamuis nudus ager nullis ornetur ariſtis,
Omnia plena tamen, te redeunte, nitent.

XIII.

Ad Gregorium Epiſcopum, pro infirmitate ſua.

VENIT ad ægrotum medici vox alma Gregori,
Vrbe ex Toronica, dum cubo rure thoro.
Concite presbytero recitante Leone ſereno,
Irem, vt Martini ſunt vbi feſta pii.
Tum, fateor, morbi graue debilitate laborans,
Febre calens ſummo, * iam rigor intus eram. (* non. … tus habetur.)
Hinc fragili nimium, forti languore, redacto,
Ilia laſſa leuans, halitus æger erat.
Ibat anhelanti vapor aridus ora perurens,
Ibat ab arcanis flatibus aura coquens.
Feruor eram totus, triſtis rogus igne caminos,
Febris & in fibris ſtabat aperta patens.
Donec Chriſtus opem ſudore vndante refudit,
Feruidus & gelidas ignis abegit aquas.
C Redditur ipſa ſalus, pater alme, ſaluo ſalutem,
Auxilium exilibus rogo paſtor oui.

XIV.

Ad eundem pro cauſa Abbatiſſæ.

REſpicit quale nefas intra pia ſepta ſynaxis?
Inconſulte dolor rumpere verba vetas.
Quale nec ante oculos, patulas neque polluit aureis,
Nec facerent vitio qui ſua fana colunt.
Tu tamen, alme pater, pietatis amore labora,
Vt facer antiſtes culmina cuius habes.
Vnde repræſentes Martinum in tempore ſacrum,
Cultibus atque fide dando ſalutis opem.

XV.

Epiſtola pro eadem re.

D COMMENDANS humilitatẽ meam copioſiſſimæ veſtræ dulcedini, & mitiſſimæ dominationi ſuggero, vt cauſa vniuerſalis Eccleſiæ talẽ vos habens baſidem, vt nullus ventorum turbo ſuccutiens, nulla procellarum propellens congeries poſſit illic inuenire quod quatiat, aut quod labefaciet, reperiat: in cauſa qua conſeruus meus presbyter præſentium portitor ad vos pro ſingulari præſidio cõfidens occurrit, ſicut ipſe ſingula poterit explicare. Memor ſis cõmendationis beatæ Domnæ meæ filiæ, vel iam matris veſtræ Domnæ Radegundæ pro loci ſui, vel perſonæ, totiuſq; regulæ ſtabilitate quod petiit, & verborum vel viſcerũ ſupplicatione commiſit, ita præcipiatis infatigabiliter laborare, qualiter ipſe vobis in retributione ſempiterna reſtituat, qui prouidet auxilium indigentibus. In cauſa * Iuſtinæ veſter Apoſtolatus paſtoraliter deſudet. (* Iuſtinæ.)

XVI.

Ad eundem ex nomine Iuſtinæ.

E ANTISTES Domini, bone paſtor & autor honoris,
Rite decus generis, quo eſt generoſa fides.
Iuſtinam famulam pietate memento, beate,
Per te & commender ſtirpe vel arce patri.
Hinc referens grates auiæ, quia reddita tandem,
Ad vultus neptis dulcis imago venit.
Iſta diu noſtris votis dans gaudia rector,
Inter auam & neptem tu mediator agas.

XVII.

Ad eundem ſalutatoria.

ALme beate pater, lumen generale Gregori,
Inter facerdotum culminis arce caput.
Reddo Deo grates de vobis proſpera noſcens,
Veſtris nunc ſcriptis lætificatus agens.
F Me quoque commendans humili prece voce ſaluto,
Iugiter officio quem mea corda colunt.

XVIII.

Ad eundem ſalutatoria.

SVmme pater patriæ celſum & generale cacumen,
Forte decus, generis Toronicenſis apex.
Lumen ab Aruernis veniens feliciter armis,
Qui inluſtrans populos ſpargeris ore pharus.
Alpibus ex illis properans mens altior ipſis,
Vis per plana ſedens qui pia caſtra tegis,
Ne noceant hoſtes, qui ſunt in ouile fideles,
Vnicus in campis publica turris ades.
Vir dare dulce caput, regioni chare Gregori.
Martini retinet quem ſacra ſella patrem.
Me Fortunatum humilem tu commendo patrono,
Sic tua vita diu hoc ſit in orbe Deo.

XIX.

Ad eundem ſalutatoria.

G SI qua mihi veniet quotiens occaſio dulcis,
Opto facer calamo ſoluere voto meo.
Summe pater patriæ toto venerabilis orbe.
Vndique chare mihi, fulgida cura Dei.
Commendans humilem tibi me facer arce Gregori,
Pro famulo proprio quæſo precare Deum.

XX.

Ad eundem.

SI ceſſent homines velociter ire per Auſtros,
Ad te chare pater carmina miſſa velim.
Nunc tamen eſt, quoniam gerulus mihi porrigo verbum,
Sed minus eloquio, quam quod amore colo.
Dulcis, optime, decus noſtrum, pie papa Gregori
Verſiculis breuibus ſoluo ſalus opus.
Sed memor ipſe mei commenda quæſo Tonanti
Sic te conſocium reddat honore * throno. (* throno.)

XXI.

Ad eundem.

H GVRGITIS in morem ſi lingua fluenta rigaret,
Turbine torrentis vel ſuperetur aquis.
Ad tua præcipue præconia ſumma Gregori
Dum non expleterem flumine, gutta forem.
Munificumque patrem æquaret nec Muſa Maronis,
Fers bone quanta mihi quis valet ore loqui?
Ac breuitate iacet famulum commendo ſubactum
Me fortunatum, ſit venale precor.

XXII.

Ad eundem pro villa præſtita.

TRAMITE munifico celebrauit pagina curſum,
Carmine dulcifluo quam tuus edit amor.

A
In qua ſorte loci facta eſt conlatio doni,
Qua Vigenna procax littore frangit aquas.
Lapſibus & tumidis dum fertur nauta carinis,
Iugera culta videt quando celeuma canit.
*repleto. Grates chare gero pietatis fruge * reperta,
Qui facis vnde decens multiplicetur apex.
*abit. *quem. Et ſine bis mea ſunt à te quæcunque tenentur,
Grex * habet omnis agris, * quod bone paſtor habes.

XXIII.

Ad eundem precatoria pro ipſo agro.

MVnifici reparans Martini geſta Gregori,
Texit vt ille habitu, nos alis ipſe cibo.
Diſcipulus placidum ſapiens imitando magiſtrum,
Ille vbi dux reſidet, miles habebis opem.
Vt chlamydem ille prius, ſic in partitis agellum,
Ille tegendo potens, tuque fouendo decens.
B
Ille ope me antiquum releuans, tu chare nouellum,
Fit diues merito paupere quiſque ſuo.
Quando repoſcetur, veſtris redit vſibus aruum,
*propriam Et domino * proprio reſtituemus agrum.
Vnde amplas refero grates, dulciſſime rector,
Et repero, pandens hæc tua, paſtor ouis.
Nec tantum reddo, quantum tibi debeo, præſul,
Pro Fortunato ſed rogo flecte Deum.

XXIV.

Ad eundem pro pellibus ſibi tranſmiſſis.

EGregio compacta ſitu, phalerata rotatu,
Atque Sophocleo pagina fulta ſopho,
Me arentem veſtro madefecit opima rigatu,
Fecit & eloquio, quod loquor, eſſe tuo.
Dulcis, chare, decens, facunde, benigne Gregori,
Atque pater patriæ hinc ſacer, inde care.
Muneribus, meritis animis & moribus æquis,
C
Omnibus officijs, vnde colaris, habens.
Me Fortunatum tibi celſo ſterno puſillum,
Commendo & voto ſupplice me tuum.
Cui das vnde ſibi talaria miſſa ligentur,
Pellibus & niueis ſint ſola tecta pedis.
Pro quibus à Domino detur ſtola candida vobis,
Qui datis hoc minimis, vnde feratis opes.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

LIBER NONVS.

I.

Ad Chilpericum regem, quando ſynodus Brinnaco habita eſt.

D
ORdo Sacerdotum venerandaque culmina Chriſti,
Quos dedit alma fides relligione patres,
Paruulus opto loqui regis præconia celſi,
Subleuet exigui carmina veſter amor.
Chilperici regis nouitas. *ades. Inclyte rex armis & regibus edite celſis,
Primus & antiquis culmina prima regens.
Rector * habes naſcendo decus, moderando ſed auges,
De radice patris flos generate potens.
Æquali ſerie vos nobilitando viciſſim,
Tu genus ornaſti te genus ornat aui.
Excepiſti etenim fulgorem ab origine gentis,
Sed per te proauis ſplendor honore redit.
Te naſcente patri lux altera naſcitur orbi,

E
Nominis & radios ſpargis vbique nouos;
Gloria fama. Quem præfert oriens Lybies, occaſus, & arctus,
Quo pede non graderis, notus honore venis.
Quidquid habet mundus peragraſti, nomine princeps
Curris & illud iter, quod rota ſolis agit.
Cognite iam ponto & rubro pelagoque ſub Indo,
Tranſit & Oceanum fulgida fama ſopho.
Nomen vt hoc reſonet, non impedit aura nec vnda
Sic tibi cuncta ſimul terra vel aſtra fauent.
Virtus. Rex bonitate placens, decus altum, & nobile germen,
In quo tot procerum culmina culmen habent.
Auxilium patriæ, ſpes & tutamen in armis,
Fida tuis virtus, inclytus atque vigor.
Chilperici etymon. Chilperice potens, ſi interpres barbarus extet,
Adiutor fortis, hoc quoque nomen habes.
Non fuit in vanum ſic te vocitare parentes,
Præſagium hoc totum laudis & omen erat.
Iam tunc iudicium præbebant tempora nato,
Dicta priora tamen dona ſecuta probant.
F
In te dulce caput, patris omnis cura pependit,
Inter tot fratres ſic amor vnus eras.
Agnoſcebat enim te iam meliora mereri.
Vnde magis coluit, prætulit inde pater.
Eius res geſta. Præpoſuit genitor, cum plus dilexit alumnum,
Iudicium regis frangere nemo poteſt.
Auſpicijs magnis creuiſti, maxime princeps.
Hinc in amore manens plebis, & inde patris.
Sed meritis tantis ſubito ſors inuida rerum
Perturbare parans regna quiete tibi.
Concutiens animos populorum, & fœdera fratrum,
Lædere dum voluit, proſperitate fauet.
Denique iam capiti valido pendente periclo,
Quando ferire habuit, reppulit hora necem.
Cum retineteris mortis circumdatus armis,
Eripuit gladios ſors operante Deo.
Ductus ad extremum, remeas de funere vitæ,
Vltima quæ fuerat fit tibi prima dies.
Noxia dum cuperent hoſtes tibi bella parare,
Pro te pugnauit fortis in arma fides.
Proſpera iudicium, ſine te, tua cauſa peregit,
Et redijt proprio celſa cathedra loco.
G
Rex bone, ne doleas, nam te fortuna querellis
Vnde fatigauit, hinc meliora dedit.
Aſpera tot tolerando diu modo læta ſequuntur,
Et per mœrores gaudia nata metis.
Multimodas per opes ſeminans tua regna reſumis,
Namque labore graui creſcere magna ſolent.
Victoria. Aſpera non nocuit, ſed te ſors dura probauit,
Vnde grauabaris, celſior inde redis.
Altior aſſiduis creſcis, non frangeris armis,
Et belli artificem te labor ipſe facit.
Fortior efficeris per multa pericula princeps,
Ac per ſudores dona quietis habes.
Nil dolet amiſſum, te rege ſuperſtite, mundus,
Qui ſe ſeruarunt debita regna gradu.
Conſuluit domui, patriæ, populoque creator,
Quem gentes metuunt te ſupereſſe virum.
Ne ruat armatus per Gallica rura rebellis,
*regis. Nomine victoris hic es & ampla * regis,
*Euthio. Quem Geta Waſco tremunt, Danus, * Eſtio, Saxo, Britannus,
Cum patre quos acie te domitaſſe patet.
*Suebus. Terror & extremis Friſonibus atque * Sueuis
H
Qui neque bella parant, ſed tua frena rogant.
Omnibus his datus es timor illo iudice campo.
Et terrore nouo factus es altus amor.
In te rector habet regio circumdata murum,
Ac leuat excelſum ferrea porta caput.
Tu patriæ radias adamantina turris ab Auſtro,
Et ſcuto ſtabili publica vota tegis.
Iuſtitia. Neu grauet hæc aliquis, pia propugnacula tendis,
Ac regionis opes limite forte foues.
Quid de iuſtitiæ referam moderamine, princeps:
Quo male nemo redit, ſi bene iuſta petit,
*in orbe. Cuius in * ore probo menſuræ libra tenetur,
Rectaque cauſarum linea currit iter.

Nec

A Nec mora fit, vero falſus nihil explicat error,
Iudiciiſque tuis fraus fugit, ordo redit.
Doctrina, & linguarum peritia. Quid? quoſcunque etiam regni ditione gubernas,
Doctior ingenio vincis, & ore loquax.
Diſcernens varias ſub nullo interprete voces,
Et generum linguas vnica lingua refert.
Erigit exiguos tua munificentia cunctos.
Et quod das famulo, credis id eſſe tuum.
Qualiter hinc eadem tua ſe præconia tendunt,
Laudis & hoc cumulo concutit aſtra fragor.
Cui ſimul arma fauent & littera conſtat amore,
Hinc virtute potens doctus & inde places.
Inter vtrumque ſagax armis & iure probatus,
Belliger hinc radias legifer inde micas.
De virtute pater, reparatur auunculus ore,
Doctrinæ ſtudio vincis & omne genus.
Poeſis. Regibus æqualis de carmine maior haberis,
Dogmate vel qualis non fuit ante parens.
Te arma ferunt generi ſimilem, ſed littera præfert,
Sic veterum regum par ſimul atque prior.
B Admirande mihi nimium rex, cuius opime
Prælia robur agit carmina lima polit.
Legibus arma regis, & leges dirigis armis,
Artis diuerſæ ſic ſimul itur iter.
Dicere ſi poſſit rector tua ſingula quiſquis,
Ornarent plures, quæ bona ſolus agis.
Sed tamen hæc maneant, & creſcant proſpera vobis,
Et liceat ſobole multiplicante frui,
Coniuge cum propria, quæ regnum moribus ornat,
Principis & culmen participata regit.
Prouida conſiliis, ſollers, cauta, vtilis aulæ,
Ingenio pollens, munere larga placens.
Fredegundis regina laus. Omnibus excellens meritis, Fredegundis opima,
Atque ſerena ſuo fulget ab ore dies.
Regia magna nimis curarum pondera portans,
Te bonitate colens, vtilitate iuuans.
Qua pariter tecum moderante palatia creſcunt,
Cuius & auxilio floret honore domus.
Quærens vnde viro duplicentur vota ſalutis,
Et tibi mercedem de Radegunde facit.
C Quæ meritis propriis effulget gloria regis,
Et regina ſuo facta corona viro.
Tempore ſub longo hæc re fructu : ſolis honoret,
Surgat & inde nepos, vt renouetis auus.
Ergo creatori referatur gratia digne
Et cole rex regem, qui tibi præbet opem.
Vt ſeruet cumuletque bonum, nam rector ab alto.
Omnia ſolus habet, qui tibi multa dedit.
Da veniam victor, tua me præconia vincunt,
Hoc quoque quod ſuperor, ſit tibi maior honor.
Paruulus o, to tamen ſic proſpera vota ſecundet,
Vt veniant terris hæc pia iura polis.
Aera temperie faueant tibi, tempora pace,
Frugibus arua micent, fœdera regna ligent.
Edomites omnes, tueans amore fideles,
Sis quoque Catholicis relligionis apex.
Summus bonor regis, per quem donantur honores,
Cui longæua dies conſtet & alma fides.
D Regibus aurum alii, aut gemmarum munera ſoluant,
De Fortunato paupere, verba cape.

II.

Ad Chilpericum Regem & Fredegundem reginam.

ASpera conditio & ſors irreuocabilis horæ,
Quod generi humano triſtis origo dedit.
Cum ſuadens coluber proiecit ab ore venenum,
Morſu & ſerpentis mors fuit Euan nocens.
Mortis origo, & mortalitas. Sumpſit ab ipſo ex tunc Adam patre terra dolorem,
Et de matre gemens mundus amara capit.
Præuaricando duo probro damnantur acerbo
Ille labore dolet, hæc generando gemit.
Mors venit inde vorax tranſmiſſa nepotibus ipſis,
Hæredeſque ſuos tollit origo nocens.

E Ecce hoc triſte nefas nobis genuere parentes,
Ceperat vnde prius, hinc ruit omne genus.
Primus Abel cecidit miſerando vulnere cæſus,
Ac fraterna ſibi ſarcula membra fouent.
Poſt quoque Seth obiit ſub Abel vice redditus idem,
Et quamuis redit, non ſine fine fuit.
Quid Noe memorem laudatum voce Tonantis,
Quem leuis arca tulit, nunc grauis arca premit.
Sic quoque Sem & Iapheth patrum iuſtiſſima proles,
Sancta & progenies tale cucurrit iter.
Quid patriarcham Abraham, vel Iſaac, Iacob quoque dignos,
Cum de lege necis nemo ſolutus adeſt.
Melchiſedech etiam Domini ſacer ore Sacerdos,
Iob quoque ceu geniti ſic abiere ſui:
Legifer ipſe iacet Moſes Aaronque ſacerdos,
Alloquiiſque Dei dignus amicus obit.
Succeſſorque ſuus populi dux inclytus Ieſus
Qui legis libris occubuere patres.
F Quid Gedeon, Samſon, vel quiſquis in ordine iudex
Mortem ſub Domino iudice nemo fugit.
Iſraelita potens Dauid Rex atque Propheta,
Eſt ſitus in tumulo cum Salomone ſuo.
Eſaias, Daniel Samuel, Ionaſque beatus
Viuens ſub pelago, ſtat modo preſſus humo.
Princeps clarè Petrus primus quoque dogmate Paulus,
Quamuis celſæ animæ, corpora terra tegit.
Semine ab humano cui nullus maior habetur
Vir Baptiſta potens ipſe Ioannes obit.
Enoch, Heliaſque hic adhuc ſpectat vterque,
Qui ſatus ex homine eſt & moriturus erit.
Ipſe creator ouans ſurgens cito Chriſtus ab vmbris, Ab ipſius Chriſti Domini morte.
Hic quia natus homo eſt, carne ſepultus humo.
Quis rogo non moritur, mortem guſtante ſalute?
Dum pro me voluit hic mea vita mori?
Dic mihi quid poterunt Auguſti & culmina Regum
Membra creatoris cum iacuere petris?
Brachia non retrahunt fortes, neque purpura Reges,
Vir quicunque venit, puluere, puluis erit.
Naſcimur æquales morimurque æqualiter omnes, G
Vna ex Adam eſt mors, Chriſtus & vna ſalus.
Diuerſa eſt merces, funus tamen omnibus vnum, Conſolatio ad Regem
Infantes, iuuenes, ſic moriere *ſenex. *ſenex.
Ergo quid bini facimus, nunc te rogo celſa poteſtas,
Cum nihil auxilii poſſumus eſſe rei:
Ploramus, gemimus, ſed nec prodeſſe valemus, Ab ineuitabili.
Luctus adeſt oculis, eſt neque fructus opis.
Viſcera torquentur, lacerantur corda tumultu,
Sunt cari extincti, flendo cadunt oculi:
Ecce vocatur amor, neque iam reuocatur amator,
Nos neque iam repetit, quem petra merſa tegit.
Quamuis clamantem refugit mors ſurda, nec audit;
Neſcit in affectum, dura redire pium.
Sed nolo atque volo migrabo cum omnibus illuc,
Ibimus hinc omnes, nemo nec inde redit.
Donec aduentu Domini caro mortua viuat,
Surgat & ex proprio puluere rurſus homo.
Cœperit vt tegere arentes curis vda fauillas,
Et viui cineres de tumulis ſalient.
Ibimus ergo omnes alia regione locandi, H
Ibimus ad patriam, quos peregrina tenent. A ſpe immortalitatis.
Ne cruciere igitur pie Rex, fortiſſime princeps,
Quod gemini pergunt, quo petit omnis homo.
Quale placet figulo vas fictile, tale paratur,
Quando placet figulo vaſa ſoluta ruunt.
Quod iubet Omnipotens, non poſſumus eſſe rebelles,
Cuius ad intuitum ſydera, terra tremiſcunt.
Ipſe creat hominem, quid dicere poſſumus, idem
Qui dedit & recipit, crimina nulla gerit.
Illius ecce ſumus figmentum, & ſpiritus inde eſt,
Cum iubet hinc imus qui ſumus eius opus.
Si iubet, in hora montes, freta ſidera mutat,
Cui ſua facta fauent, quid homo ſumus agit?
Rex, precor, ergo potens age quod tibi maxime proſit,
Quod prodeſt animæ cum deitatis ope.

A
Eſto virile decus, pacienter vince dolores,
Quod non vitatur, vel toleretur onus.
Quod trahimus naſcendo ſine hoc non tranſiit vllus,
Quod nemo immutat vel ratione ferat.
Chilpericum Reginam iubet conſolari.
Conſules Dominæ Reginæ & amantis amatæ,
Quæ bona cuncta capit te ſociante ſibi.
Materno affectu placare iubeto dolentem,
Nec ſimul ipſe fleas, nec lacrymare ſinas.
Te regnante viro, triſtem illam non decet eſſe,
Sed magis ex veſtro gaudeat alta toro.
Deprecor hoc etiam vitam amplam coniugis optans,
Conſul eas genitæ, conſul eas patriæ.
Talis erit populus, qualem te viderit omnis,
Deque tua facie plebs ſua vota metit.
Exemplo Iob. Dauidis.
Denique Iob natos ſeptem vno triſte ſub ictu,
Amittens, laudes retulit ore Deo.
Dauid pſalmographus genitum cum amiſit amatum,
Mox tumulo poſuit, prandia feſta dedit.
Machabeorum.
Fœmina bis fœlix pia mater Machabeorum,
Natos ſeptem vno funere læta tulit.
Prompta adiens Domino ſemper tibi gloria Rector.
Cum vis ſumme pater pignora mater habet.
B
Infantes à baptiſmo funere ſucciſi.
Vnde Deo potius refertur gratia noſtro,
Germine de veſtro qui facit ire polo.
Eligit & gemmas de mundi ſtercore pulchras,
De medioque luto ducit ad aſtra throno.
Meſſis veſtra Deo placuit, quam in horrea condit,
Dum ſpicis teneris dulcia grana metit.
Non paleas generas, frumenta ſed integra gignis,
Nec recremanda focis, ſed recreanda polis.
Præſertim qui ſic ſancto baptiſmate puri,
Hinc meruere rapi, ſonte lauante noui.
Stantes ante Deum velut aurea vaſa decoris,
Aut quaſi candelabris pulchra lucerna nitens,
Immaculatæ animæ, radiantes ſemper honore,
Viuorum retinent in regione locum.
Inque domo Domini plantati lumine vernant,
Candida ceu rubeis lilia mixta roſis
Iuſſerit & Dominus cum membra redire ſepulta,
Veſtibit genitos tuos ſtola pulchra tuos.
C
Aut palmata chlamys rutilo contexta ſub auro,
Et varijs gemmis frons diadema geret.
Vtentes niueam per candida pectora pallam,
Purpuream que togam fulgida zona ligat.
Tunc pater & genitrix medijs gaudebitis illis,
Cum inter ſidereos cernitis eſſe viros.
Eſt tamen omnipotens Abrahæ qui ſemen adauxit,
Vobis atque dabit Iob quod amore dedit.
Reſtituens numerum natorum germine digno,
Progenieque refert nobiliante fide.
Qui in ſolium Dauid Salomonis contulit ortum,
* nece.
Pro * vice germani cum redit ipſe patri.
Ille tibi poterit de coniuge reddere natum,
Cui pater adludat, vbere mater alat.
Qui medius veſtri reptans per colla parentum,
Regibus & patriæ gaudia longa paret.

III.

Ad eoſdem.

POST tempeſtates & turbida nubila cœli,
D
Quo ſolet infeſto terra rigere gelu.
Poſt validas hiemes, ac triſtia frigora brumæ,
Flamine ſeu rapidi rura grauante Noti.
Triſtibus læta ſuccedunt.
Succedunt iterum vernalia tempora mundo,
Grataque poſt glaciem prouocat aura diem.
Rurſus odoriferis renouantur floribus arua.
Frondibus arbores & viret omne nemus.
Dulce ſaporatis curuantur robora pomis,
Et, redeunte ſibi gramine, ridet ager.
Sic quoque iam Domini poſt triſtitia damna dolentes,
Vos meliore animo lætificate, precor.
Ecce dies placidi reuocant paſchalia Chriſti,
Orbs quoque totus item per noua vota fremit.
Gaudia plus faueant per celſa palatia regum,
Et per vos famuli feſta beata colant.

Omnipotens vobis noſtra addat morte ſalutem,
E
Atque diu patriam culmina veſtra regant.

IV.

† Epitaphium Chlodoberti.

FLERE monent populum crudelia funera regum,
* Super ſepulchrum domni Chlod.
Cum caput orbis humo mæſta ſepulchra regunt.
Hoc igitur tumulo recubans Cholodobertus habetur,
Qui tria luſtra gerens raptus ab orbe fuit.
De proauo veniens Chlodouecho celſa propago.
Chlodcharii que nepos, Chilpericique genus.
Quem de regina ſumpſit Fredegunde iugali,
Auxerat & naſcens Francia vota puer.
† Quem, patris & patriæ dum ſpes adoleſceret ampla,
† Quo.
Accelerante die ſors inimica tulit.
Sed cui nulla nocent queruli contagia mundi,
Non fleat vllus amor, quem modo cingit honor
Nam puer innocuus, viuens ſine crimine lapſus
Perpetui regni ſe fauet arce frui.

V.
F

Epitaphium Dagoberti.

DVLCE caput populi Dagoberte, perennis amore,
Auxilium patriæ, ſpes puerilis obis.
Germine regali naſcens generoſus & infans,
Oſtenſus terris, mox quoque rapte polis.
Belligeri veniens Chlodouechi gente potenti,
Egregio proaui germen, honore pari.
Regibus ano quis reſpondens nobilis infans,
Chilpericique patris vel Fredegunde genus.
Te veneranda tamen mox abluit vnda lauacri,
Hinc licet abreptum ſua tenet alma throno.
Viuis honore ergo, & cum iudex venerit orbis,
Surrecturus eris fulgidus ore nitens.

VI.

Ad Gregorium Epiſcopum pro metris Sapphicis.

POLLANTA eloquio peruenit epiſtola curſu,
Sed voluit voto tarda venire meo.
G
Nec tamen offendit, quamuis remorata requirit,
Quem tenet aſtrictum meote ligante virum.
Cum cupiam talem, qualis fuit ille Nazanzo
Gregorium vt repares dogmate, ſede parens.
Quæque iniunxiſti, pater, ecce poemata miſi,
Et mihi proficient, ſi tibi, chare, placent.
Hoc mandas etiam quo Sapphica metra remittam,
† vrguet.
Da veniam, Modici dum ſeges † vrget agri.
Dum meto, da ſpatium: tibi mox parere parabo,
Si ſaturer fructu, foris meliora cano.
Condere ſi valeo, cum metro mitto libellum,
† quod.
Quæ cape tu voto, † quo tibi dictat amor.

VII.

Ad eundem in ipſo metro.

COrde iucundo, calamo venuſto,
Litteras tuttis, cupiente voto
H
Blanda, conſcribens ſeriæ ſalutis.
Care Gregori.
Exigens nuper noua me mouere
Metra, quæ Sappho cecinit decenter,
Sic Dioneos memorans amores,
Docta puella.
Pindarus Graius, meus inde Flaccus
Sapphico, metro, modulante plectro,
Molliter pangens citharista, blando
Carmine luſit.
* Lyricos melodes.
Cur mihi iniungis * Lyricas melodas,
Voce qui rauca modo via ſuſurro,
Eloqui cordis mea dextra neſcit
Pollice dulci.
Qui vel hæc olim mihi ſi fuiſſent

A Qui vel hæc olim mihi ſi fuiſſent
Nota, prudentum docili Camœna
Per tot oblitus fueram benignam
Tempora Muſam.
Cum labor doctus ſit, vt iſta pangant,
Dogma nec quiſquam † ſapienter irrat. | ſapienter.
Et ſatis conſtet reſonare paucis
Metra poetis.
Non leue eſt nautæ rate transfretare
Vincere tot vaſtum pelagus natatu,
Vix procelloſo repetunt ſub Auſtro
Carbaſa portum
Arduum nobis iter, & profundum,
Quo iubes pergi, tamen ibo votis,
Si minus poſſum pedibus viare.
Ducor amore.
Præſtitit, paſtor, tua mi voluntas,
Codicem farſum tumido cothurno,
Quemque paupertas mea vix valebat
Tangere ſenſu.
B Regiis verbis humili repugnat,
Diuites verſus inopi recuſans
Et mihi Mopſo reſerare nolens
Docta ſophiſtis.
Diſputans multum variante miltho,
Quæque ſunt rythmis vel amica metris
Sapphicum quantum † tua me arua adornent † Tome An Tomus hæc forte exilii Naſonis.
Dulcis Epodos.
Multus autorum numerus habetur,
Plura dicentum modulo canoro,
Quæ volens iſto memorare metro
Nomina frango.
Maxime qui nunc reſolutus à te,
Poſtque bis denos loquor iſtud annos,
Clara quod ſcripſit citharam terendo
Leſbia virgo.
Scire qui vult hæc, Libycas arenas
Ante per littus numerare tentet,
Concta quam metris ratione cauta
Carmine cingat
C Nam moras feci, remoratus ipſe,
Pluribus cauſis modo hinc & inde
Nec vacans legi placida quiete
Dulce ſophiſtæ.
Scito nam paſtor, nec adhuc cucurri
Ordinem totum relegens libelli.
Sed ſatis, crede eſt, ſat eſt amanti
Sola voluntas.
Ergo, laxatus celeri volatu,
Ad patrem ſacrum, comitante voto,
Et ſibi noſtrum renouans amorem
Perge libelle.
Forte non poſſum piger ire greſſu,
Quo vocat blandus meus ille vultus,
Inuicem noſtram, rogo te, Libelle,
Redde ſalutem.
Si memor fili, pater ore dulci,
Hunc precans, qui nos, mare, & aſtra fecit.
Ac pius votis bene ſe colentem
Pectore ſeruet.
D Fœminæ caræ ſibi mente dextræ.
Quem colunt Agnes Rhadegundes idem.
Sicut expoſcunt, vice filiarum.
Sulue ſalutem.
Adde Iuſtinam pariter precantem,
Nempe commendans famulam propinquam.
Et refer, quantum ſibi cara profert
Neptis honorem.
Hæc tibi promptus prece, voce, mente,
Soluo vix implens, ego pauper arte.
Sed tamen largo, refluens amore
Care Gregori.

VIII.

Ad Baudovvaldum Epiſcopum.

E SVMME ſacerdotum bonitatis opima facultas,
Culmen honore tuo, lumen amore meo.
Officiis venerande ſacris, pietatis alumne,
Pignore amicitiæ corde tenende meo.
Florens in ſtudiis, & Sacra in lege fidelis,
Semper agens animæ dona futura tuæ.
Te pater ergo precans, terram, freta, ſidera, teſtor,
Vt velis ore ſacro me memor eſſe tuum.

IX.

Ad Sidonium Moguntiacenſem Epiſcopum.

REDDITA ne doleas felix Maguntia caſus;
Antiſtes redit, qui tibi ferret opem.
Ne mœrore graui lacrymans orbata iaceres In omnibus MSS hæc lacuna
Te meruiſſe fame——
Porrigit ecce manum genitor Sidonius vrbi;
Quo renouante loco priſca, ruina perit.
Iura ſacerdotii ſacro moderamine ſeruans,
F Per cuius ſtudium creuit & ipſe gradus.
Parturis aſſidue grauidos Eccleſiæ fructus,
Quamuis Apoſtolico vinctus amore regis.
Suſcipit heredes cœleſti germine natus,
Tali nupta viro quando marita placet, S. Sidonii, epiſcopi digne virtutes.
Te vigili cuſtode, lupus non diripit agnos,
Te paſcente gregem, non ouis vlla perit.
Cautus in toto per mitia paſcua ducis;
Toxica ne noceant, florea rura paras.
Sis cibus vt populi, placide ieiunia ſeruas;
Et ſatias alios, ſubtrahis vnde tibi.
Nudos veſte tegis, † captiuis vincula ſoluens, † captiuorum.
Depoſito reddens libera colla iugo.
Exulibus domus es, & eſurientibus eſca,
Felix cui Chriſtus debitor inde manet.
Te doctrina probum, prouidentia ſacra modeſtum
Fecit, & eloquio vincere mella tuo.
Templa vetuſta nouans, ſpecioſo fulta decore,
Inſeris hinc populis, plus in amore Deum.
G Vt plebem foueas, & Rheni congruis amnes,
Quid referat terris, qui bona præbet aquis?
Hic quod fana micant, & inſtaurata quod extant,
Viuis in æterno laude fluente tibi.
† Hac creſces longos meritorum fruge per annos, † Hic longos agas.
Et creſcente diu de grege vota, feras.

X.

Ad Rhagnemundum Epiſcopum.

SVMME pater patriæ, dulci mihi lumine Rucco. Rucco & Rhagne Tendiſcis forte idem
Interiora mei cordis amore tenens:
Quidquid amicitiæ veteris colleginus ambo,
Creſcat in affectum ſemper, optime, meum.
Nam mihi nulla meos obliuio tollit amantes;
Ante ſit extremum, quam mihi deſit amor.
Vnde, beate pater, properans dependo ſalutem,
Optans longinquo te ſupereſſe gradu.
H Hinc etiam genitæ reddont tibi pectore grates
Munere pro niueo, marmore de Pario.
Quæ quotiens epulæ diſco tribuuntur in illo,
In doni ſpecie te pietate vident.
Nam pro gemmarum ſerie tibi reddat honorem,
Cui data proficiunt, crux veneranda throno.

XI.

Ad Droctoueum Abbatem.

VIR venerande, facet meritis, & honore colende,
Droctouee mihi ſemper amore pater.
Qui de diſcipulis Germani iure beati
Norma magiſterii factus es ipſe ſui.
Cuius pontificis ſacra per veſtigia currens,
Deſpicis hunc mundum, dum cupis ire polo.

A Perge libenter iter cœli, manſurus in orbem,
Et pro me famulo, quæſo, precare Deum.

XII.

Ad Faramundum Referendarium.*

* Pharamodum.

DVLCIS amice mihi, memorabile nomen amantis,
Promptus in officiis vir Faramunde, bonis.
Si non ipſe aditu, te pagina miſſa ſalutet,
Soluat & obſequium, quod minus ipſe gero,
Commendeſque libens dominis me regibus, oro,
Et referas grates pro pietatis ope.
Impenſo affectu me pagina veſtra requirat,
Hoc remeante tamen, redde benigne vicem.

XIII.

Ad Lupum & VValdonem Diaconum.

B CORDE parentali iugi pietate colendi,
Hinc Lupe blande mihi, VValdo vel inde facer.
Vt bonitate pari ſimul eſtis honore miniſtri,
Sic mihi conſimili ſemper amore rati.
Quod valeo, facio, abſens dependo ſalutem.
Si non poſſum oculis, vos peto litterulis.
Pontifici ſummo nos commendare precamur.
Regibus & dominis ferte ſalutis opes.
Droctoueo, dulci clero, & conciuibus, oro
Quod præſens facerem, vos adhibete vicem.
Mummulus egregius veneretur, Cæſareuſque
Et Conſtantino me memorare meo.

XIV.

De baſilica ſancti Laurentii.*

C * De baſilica S. Laurentii trabe.

LAVRENTI merito flammis vitalibus vſte.
Qui feruente fide victor ab igne redis.
Vir delecte Deo, terreno in corpore quondam.
Tunc quoque ſydereus iam tibi ſenſus erat.
Qui potuiſti oculos tactu reuocare ſepultos,
Rurſus & in vacua fronte referre diem,
Luminis extinctas iterum accendiſſe lucernas,
Credimus hæc ſigno te faciente crucis.
Addita nunc etiam populis miracula præſtas,
Et fidei tribuis indubitanter opem.
Dum tua templa nouant, breuiori robore plebes,
Creueruntque trabes, creuit & alma fides.
Stipite contracto tua ſe mercede retendit,
Quantum parua prius, poſtea cæſa fuit.
Creſcere plus meruit ſucciſa ſecuribus arbor,
Vt didicit ſicca longior eſſe coma.
Vnde reciſa fuit, populis fert inde ſalutem,
Si venit intrepidus, lumina cæcus habet.
Tu leuita facer, pœna purgate fideli,
Vnde prius flammas, hinc modo lumen habes.
D * Viſa ita temporibus venerandi antiſtitis acta
* Viſta.
Sed tamen æterno ſunt memoranda die.

XV.

De domo lignea.

CEDE parum paries lapidoſo ſtructe metallo,
Artificis merito præfero ligna tibi.
Æthera mole ſua tabulata palatia pulſant,
Quo neque prima patet conſolidante manu.
Quidquid ſaxa ſablo, calces, argilla tuentur,
Singula ſylua fauens ædificauit opus.
Altior * innititur quadrataque porticus ambit,
* imminitor.
Et ſculpturata luſit in arte faber.

XVI.

Ad Chrodinum ducem.

INclyte dux meritis totum vulgate per orbem,
Quem nimis egregium ſplendida fama refert.
Non ego prætercam præconia celſa, Chrodine,
Ne videar ſolus magna ſilere bonis.

Itala terra tibi pariter Germania plaudunt, E
Laus tua cunctorum ſemper in ore ſonat
Clarus ab antiquis digno generoſior ortu,
Regibus & patriæ qui placiturus eras,
Tutoremque alii, nutritoremque fatentur.
Et fit certamen de pietate tua.
Vt habeant alii, nulli tua dona recuſas,
Tu tibi plus auges, quas bene fundis opes.
Cui poſſis præſtare, lubens exquiris, & optas,
Vt ſis apud cunctos, hoc facis eſſe tuos.
Es generale bonum, nulli grauis, omnibus æquus,
Iuſtitiæ ſocium nulla rapina tenet.
Mitis in alloquio, placidus, gratus atque modeſtus;
Omnia cui data ſunt, vt decus omne geras.
Gentibus adſtrictus, Romanis charus haberis,
Felix qui populis ſemper in ore manes.

F

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

LIBER DECIMVS.

I.

Expoſitio orationis * Domini.

* Dominicæ.

TANTA pietatis profunda miſericordia, filii dilectiſſimi circa genus humanum noſtri paruit Saluatoris, qua nos ereptos de concatenatis mundi naufragiis ad portum perpetuæ detulit libertatis, vt nec verbis exequi, neque lingua patefieri, neque ipſa valeant cogitatione pulſari, cui parum videbatur de limo * quem cōdidit, * quem cruore redemit, * quem baptiſmo renouauit, niſi ad ſalutis cumulū, mens noſtra ne lapſum ignoranter incurreret, *inſtrueretur etiam qualiter exoraret. Ne ſi non docuiſſet quemadmodū deberemus iuſtas voti preces offerre, eſſemus aut certe temerarii, aut erroris nube confuſi, & neſciendo, quæ petere oporteret magis admitteremus peccatum, quā purgaremus admiſſum, & vnde * ſperabamus poſſe venire ſuffragiū, videremur incurrere detrimentū, cum de oratione in condita fieret periculi plus cauſſa, quam voti. Inde retinentes eius myſteria: & quam multa ſint in breuitate collata, propter ædificationē Eccleſiæ paucis docemus explicare, quia tunc nobis melius placebunt auditu, cum patuerint intellectu. Itaque ad ipſum veniamus ſanctæ orationis ſermoné.

G *** quod * inſtrueret.

* Spectabamus.

Pater noſter qui es in cœlis.

ECce vox Domini prædicantis, de quo propheta dicit: *Nubes pluant iuſtum*, arcanæ ſcientiæ lumen effudit: & vt * noſtram ariditatem ſermonis imbre reficeret, velut fons aquæ ſalientis erupit. Quis enim tantū ſecretū myſterii cœleſtis hominibus reuelaret, aut hoc doceret vel præſumeret vel ſciret? Nunquid Abraham? Moſes, propheta vel angelus? imo * nullus niſi Vnigenitus, cui ſoli in maieſtatis plenitudine pater eſt notus: nam reliqui tantum meruerunt de Deo in terra cognoſcere, quantum ipſe de cœlo voluit miniſtrare. Filius enim, in quo pater eſt totus vnitate ſubſtantiæ, non confuſione perſonæ, ſubiectum habebat hoc noſſe, non alterius munere, ſed poteſtate naturæ. Ergo dicendo, *Patrem noſtrum eſſe in cœlis*, peregrinationem nobis ſignificat, dum ſumus in terris, iuxta illud. *Incola ſum ego in terra.* Vnde videtur inſtruere, vt ad excelſa iugiter animū eleuantes, ea Deo tribuente, feſtinemus peragere, quæ nos in æternæ vitæ beatitudinem placato patre, Chriſto duce, faciant introire, & promiſſa præmia ſic filii valeant obtinere: * veruntamen audito Deo *patre* nullus tam crudelis ſit filius, vt non feſtinet ad veri genitoris amplexus. Item congrue *Pater noſter*, quia homo renaſcendo per baptiſmū, effectus eſt Dei filius, qui per præuaricationē factus fuerat inimicus & perditus ergo cuius gratia fruitur iam patrem libere confitetur. Sed licet non ſimus de eo patre ſic filii quo

H * ſuſta. * in rauco glos cordem. * decſt Mat.

quibuſdā.

* vnde.

modo

A

modo perſona Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia ille de ipſius natus eſt ſubſtãtia, nos autem dignatus eſt creare de terra: attamen per gratiam vnigeniti nos effici meruimus adoptiui & ideo qui in Eccleſia Catholica ex aqua & ſpiritu ſancto naſcitur, inter Dei filios computatur, Item *Pater noſter* qui eſt in cœlis, in hac confeſſione & Deum veneramur, & mandata ſequimur, & fidem noſtram exponimus, & eos qui patrem in cœlis denegant, refutamus. Item dicendo, *Pater noſter*, habemus quod in ipſo diligere, & agnoſcendo Deum, habemus pariter quem timere debeamus. Timeamus ergo * quoniam iuſtus eſt: amemus quoniam pius eſt, ne quod ille ſolicite contulit, nos velimus perdere negligenter, & diuina beneficia noſtro ſint exceſſu calcata. Quiſquis ergo *Patrem* illum appellat, ſicut decet filium, ſic vitã immaculate diſpenſet, quia ipſe eſt filius qui non contribulat genitorem, non exaſperat cohęredem, fratris charitatem non violat, teſtamentum conditoris non diſſipat, ſequitur monita, feſtinat implere mandata, quod ſi recalcitrauerit, proiectus contumaciæ de poſſeſſione diſcedit, nec aliqua iam fronte hæreditatem repetit, quam admiſſi culpa damnauit. Vnde qui ad Deum patrem venimus, Chriſti fratres dicimur, ſi in peccati crimine non verſemur: nam amittit nomen filij, qui fuerit ſeruus peccati.

*quod.

B

Quod autem non ſingulariter *Pater meus*, ſed *Pater noſter*, dicimus, ad hoc pertinere cognoſcitur, vt nullus pro ſe tantum, ſed generaliter pro omnibus miſericordem Dominũ deprecetur, quatenus ab hoſte perfido cuncti pariter liberentur. Omnes enim, qui in Eccleſia conueniunt, eodẽ ſe muro concludunt, quoniã etſi multa membra ſunt, tamen in vno Chriſti corpore continentur, & ideo qui ſimul iunguntur in templo, ſeparari non debẽt nec in voto: quia ſicut in membris noſtris aſpicimus, qualiter humerus humero, manus manui, pes pedibus ſubueniunt, ita congruũ creditur vt monitis, orationibus, lachrymis nobis ipſis à nobis inuicem ſuccurramus: propter illud, *Inuicem onera veſtra portate*. Denique frequenter alter pro alterius crimine confidenter obtinet, qui pro ſe ſuggerere, confunditur ex pudore, quia in ſuo facinore verecundia nihil præſumet. Ergo vnuſquiſq; ſupplicet pro omnibus in commune, quoniam ſicut in ſe diuiſa domus non ſtabit, ſic vnita ruinæ non ſubiacet. Et bene auctor Dominus pacis ſic docuit, vt quidquid vnus peteret, omnibus videretur proficere. Itẽ bene *pater noſter* additur: quia niſi quis recte credat in Chriſto, non poteſt habere patrẽ in cælo: non eſt enim ipſe pater Ariano, Iudæo, Photino, Manichæo, Sabellio, & reliquis peſtibus veneno non praui cordis infectis, & peſſimæ cõfeſſionis falce ſuccisis, qui de filio, quem iniuſte Deo patri noſtro conati ſunt inæqualem facere, cæcati receſſerunt, ex patre ſuo diabolo * fructum carnis recipiunt. Et ideo nobis pater in cœlis eſt, qui recte filium confitemur in terris.

1. Cor. 12.

Gal. 6.

C

* furore carnis.

Sanctificetur nomen tuum.

VIgilanter conſiderãdum eſt quid in hoc vocabulo admonitio diuina ſignificet, dicendo *Sanctificetur nomen tuũ.* * non quod aliquid inueniatur ſuperius, quo Deus pater ſanctificari valeat, aut quaſi nos videamur aliquid illi orando præſtare, cum magis ipſe ſanctificet: *Sed ſanctificetur*, id eſt, benedicatur *nomen tuum* inceſſanter omnibus linguis, vniuerſis in locis, vtpote cuius dona ſunt, hoc ipſum, quod reſpiramus & viuimus *Sanctificetur nomen tuum* Deus cum omnium ſit elementorum concentu laudandus, & ſanctus, vt in nobis nomen eius ſanctificetur, id eſt, firmiter teneatur, optamus, & in ea, qua nos abluit baptiſmi ſanctitate, viuamus. Ergo in hoc tẽpore non nouam ſanctificationem requirimus, ſed quam incontaminatam percepimus, hanc vt ſine vitii macula conſeruemus. Nam in homine fructus bonæ conuerſationis ſanctificatio Dei eſt. Hoc quoque ordine *nomen eius recte ſanctificari dicimus*, vt ſi quis dono diuinitatis vitam videat nobis eſſe ſynceram, gratias largitori referat, & in noſtris operibus ſanctum nomen eius extollat: quoniam recte omnis laus illi redditur, à quo vota complentur. Itẽ *ſanctificetur nomen tuum*: quia ipſa oratione non continetur expreſſum, *in nobis ſanctificetur nomen tuũ*, videmur non tantummodo pro nobis optare, vt ſanctificetur nomen eius, ſed & pro illis, qui necdũ meruerũt ad baptiſmi gratiã peruenire, nã in Chriſti pleniſſima charitate docemur etiam pro inimicis orare, quia ipſe non amicos & fideles, ſed aduerſarios ſuos & culpabiles de mortis carcere liberauit.

* non quod inueniatur ſuperior, à &c. contemnation.

D

E

Adueniat regnum tuum.

DVbitari non licet, Dominum Deum ſemper & hic & vbiq; regnare, nec aliquando de regni ſorte ſanctam Trinitatem ſumpſiſſe principiũ, nec * habere ſine claudendum, cum reuera apud Deum ſtabilitate ſua tempora non mutentur, cui nec ſol occidit, nec nox in * vicem ſuccedit, ſed cum dicimus, *Adueniat regnum tuum*, non vt illi aliunde obueniat, id eſt, vt ei regnũ præſtet ſuperior perſona, ſed vt illud nobis adueniat per mediatorem Chriſtum, poſcimus repromiſſum, vt cũ illo regnemus liberi, qui in mundo ſemper * viuimus ſub lege peccati. Ipſe enim poſtulauit à patre dicens, *Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum*, & alibi: *Tunc iuſti fulgebunt, ſicut ſol in regno patris eorum.* Denique ob hoc euacuauit Tartaros, vt repleat cœlos. Ergo hac ratione precamur, vt *regnum tuum adueniat*: non vt ipſe quod poſſidet, hoc acquirat, ſed quod eſt nobis pollicitus, vt perſoluat. Poteſt & ſic intelligi, *Adueniat regnum tuũ*, id eſt, adueniat in corde noſtro regni tui ſinceratum deſiderium, vt poſſimus diaboli vincere blandimentum: tunc enim in nobis ſerpentina falſitate ſubdolus hoſtis non prçualet, quando nos conſtanter reſpicit diuini regni deſideria concepiſſe. Item regnante Chriſto, nõ poteſt in noſtris corporibus regnare peccatum. Item cum dicimus, *Adueniat regnum tuum*, admonemur, vt nil de terreni regni diuitiis exſpectemus, qui omnem ſpem in futuri regni facultate plantamus. Item, *Adueniat regnum tuum*, agnoſcitur his verbis eas increpare perſonas, quæ ſæculi iſtam vitam diutius volunt protrahere, cum omnes iuſti petant illud, vt feſtinanter veniat. Vel certe *Adueniat regnum tuum*, hoc eſt Chriſtus Dominus nobis adueniat, quem quotidie ſanctorum chorus venoranter exſpectat, in cuius promiſſione ſe confidunt iuſti regnare de cuius aduentu Apoſtolus ait: *Tunc rapiemur ſimul in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum domino erimus.* Sed videamus, qui rapientur cum beato Paulo in nubibus? nunquid homicidæ, luxurioſi, fallaces, ebrioſi, adulteri, rapaces, maledici? Tales enim niſi correpti ſint, non ſolum non poſſunt in illo * genere participari cum ſancto Apoſtolo cuius modo monita non ſequuntur, aut occurrere Chriſto, cuius * paterna præſumunt. Sed immo magis, ſi ſe à facie Dei in fiſſuris petrarum valerent abſcondere, ſuper ſe cadere montes optarent. Ergo adoremus quibus illud regnũ promittitur. *Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* In principio beatitudinum, humiles corde præpoſuit, ac per hoc excluſit ſuperbos ac tumidos: vbi dicit pauperes ſpiritu regnaturos. Deinde beati mites, beati qui lugent, beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: beati miſericordes, beati pacifici, beati mundo corde, & reliqua. Ecce illi inuitantur ad talem requiem, qui taliter deſudauerũt temporaliter in labore, Vere hoc eſt. indeficienter regnare, coronã beatitudinis iſtis ornatam floribus poſſidere, Deum ſine cõfuſione mereri cõſpicere, quo præſente, inueniat anima quod amauit. Nam ſi in hoc ſæculo & ad præſens regnare dicitur humana fragilitas, & paupertas quędã, ſi illi blandiatur de falſa proſperitate fugitiua fœlicitas: quanto magis illud regnum quęrendũ eſt, vbi ſemper liliorum roſarumque blandior * lux ardet, vbi pictura floris odoriferi nõ marceſcit, vbi loci fœcunditas neque nube premitur, neque ſole ſiccatur, vbi non finitur cum poſſeſſore poſſeſſio, vbi quæcunque deſiderat animus dat aſpectus, vbi iuſtus gemmas calcabit in plateis, quas modo reges nõ habent in coronis, vbi mortalitas trãſlata in immortalitatem cũ angelis ſorte ſimili gloriatur, vbi hominibus & Deo fit vna poſſeſſio, ibi deſideretur conſortium, vbi tantæ fœlicitatis gratia poſſidetur.

*habeat. * vice.

* ſeruimus. Ioan. c. 17. Matt. c. 13

F

1 ad Theſſal. c. 4.

G

* itinere. * aliquid deſiderari videtur in M S S Matth 5.

H

* lumen.

Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra.

QVod quidem ſic petitur, *vt fiat voluntas Dei*, non id fit * quia aliquis potuit reſiſtere eius voluntati, vt nõ faceret aliquando quod voluit omnipotens: nec ob id, † quia illum poteſt aliquid impedire, ſed vt in nobis impleatur eius voluntas. & operetur: quoniam aduerſario reſiſtente, nos voluntatem pius implere non poſſumus, niſi patroci-

Quid eſt * quod &c. totemaſce & Nunquid aut.

A *Ergone. quia illum *ipſius patrocinio. *luce.

mo eius vniamur. Si vero quæritur quæ ſit Dei voluntas, habes decem præcepta, quæ per Moſen Dei ſunt voluntate vulgata. Habes Dei filium, qui patris voluntatem ſciens, quæ erant abſcondita, reſerauit, & quæ obumbrantur, in *lucē transfudit. Itaq; voluntas Dei eſt agnita, excuſatio non erit ſuccurſura; nam qui de cœlo deſcendit ad terras, quid aliud ſuæ voluntatis eſſe voluit credi, niſi ſaluare? per redemptionem nos *doceret charitatis & humilitatis ornamenta ſequi: quoniam & ipſe hoc dignatus eſt facere ea charitate, nimia humilitate *ſincere. Deinde qui tēplū ſibi elegit in virgine, quid docet niſi dona pudicitiæ cuſtodire? qui iuſtitiam coluit, dolum in ore non habuit, miſericordiā præbuit, culpas *indulgentia laxauit, mundo corde ſemper inceſſit, quid aliud fecit, niſi quo nos poſt ſua veſtigia traheret verbis & exemplis? Ideoque orandū, vt ſi petere nolumus, ipſius voluntas operetur in nobis, iuxta Apoſtolum dicentem. *Qui in vobis operatur velle & perficere pro bona voluntate*, ſicut alibi Dominus noſter locutus eſt, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, alioquin homo Chriſtū per ſe inueniret. B. Paulus voluntatē habebat, ſed non ad Chriſtum veram; cuius per Eccleſias populum deuaſtabat, ſed quia redemptor dignatus eſt in perſecutore ſuo magis pius eſſe, quam iuſtus, vt ad meliora accederet, eum per cæcitatis amaritudinem caſtigauit, & corporale lumen obduxit; vt ei ſpiritales oculos aperiret, de quo dixit. *Ego illi oſtendam, quanta eum pro me pati oporteat.* Vnde ipſam bonam voluntatem pietas Chriſti contulit, non fragilitas humana *poſſidet. Audiamus ipſum Dominum Ieſum Chriſtum in infirmitate carnis poſitū, quid dixerit, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, veruntamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu.* Filius Dei dicit, *non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, Pater.* Et homo quare tam ſuperbus eſt, vt voluntatem ſibi ex ſe eſſe dicat ad bonū, & nō potius Dei munus eſſe teſtetur? Quod ſi bona voluntas ex homine eſt ſine Dei inſpiratione, dicat ergo Chriſtianus in oratione: fiat voluntas mea quoniam bona eſt; ſed abſit, vt hoc aliquis confiteri præſumat; imo magis deprecetur, vt fiat voluntas Dei in homine, non hominis voluntas, quæ bonum velle non habet, niſi Dominus inſpiret iuxta illud: *Deus meus, miſericordia eius præueniet me.* Ergo non hominis voluntas præuenit Deum, ſed Dei miſericordia præuenit hominem non volentem, quoniam ſicut ſcriptū eſt, *Deus eſt qui iuſtificat impium.* Itē *Spiritus, vbi vult ſpirat.* Igitur quare non vnuſquiſque recognuſcat tenebras ſuas, ne illuminatus tanquā lampas, quæ aliunde ſuccenditur, per vētoſitatem ſuæ ſuperbiæ extinguatur, & ſubducto ſplendore maneat in cæcitatis caligine, dum ſiquid bonum velle habet, ſui eſſe putet arbitrij & non *unde gratias ferat collatori, & ne audiat tandem quod dicitur, *Qui autem non habet, & quod habet, auferatur ab eo*: hoc eſt, in *quo per gratiā præuenitur, niſi Deo illud adſcripſerit, per ſuperbiā hoc amittet. Quoniam iuxta ſcripturam; *ipſa voluntas a Domino præparatur.* Audiamus in hac parte doctorem, vbi dixit: *Qui loquitur mendaciū, de ſuo loquitur.* Quare nō addidit, & qui loquitur veritatem, de ſuo loquitur: niſi, vt hoc exemplo conſtet quoniam cum veritatem aliquis loquitur, de Dei gratia, non de ſuo habuiſſe hoc bonum ſpecialiter agnoſcatur? Quoniam de noſtro ſolum habemus mendacium: nam cum ipſa veritas, Deus ſit, qui loquitur de Deo, vnde in homine mendace cauſa veritatis ſit, niſi ipſa veritas ſe miniſtret, hoc eſt, niſi in homine ipſam bonam voluntatem Deus veritatis inſpiret, qui & velle tribuit, & poſſe compleuit? Sed ſi quis obiiciat, q Apoſtolus ait: *Velle adiacet mihi*, cum ipſe dicat, *Deus qui in vobis operatur & velle & *perficere pro bona voluntate* Ergo ſi quis dicat, quia ipſam voluntatem Deus non inſpirat: Quantum ad hanc intelligentiam B. Paulus non diſcrepat ſentiendo diuerſa: abſit enim vt ille vir pacificus, qui vno eodemque locutus eſt ſpiritu in his dictis, Eccleſiæ generaſſet ſcandalum. Vnde doctor gentium; *velle ſibi adiacere dicebat*, quoniam non ſolum inſpiratus, ſed etiam vas electionis fulgebat, qui docuit dicens. *Deus eſt, qui in vobis operatur & velle.* Deinde quid habes, quod non accepiſti? ac ſi diceret, quid boni eſt in te niſi det ille, qui fecit te. Nam ſi bonam voluntatem Deus non confert, ſed ex te eſt, quod tu habes; ille mentitus eſt, qui dixit, *Quid habes, quod non accepiſti?* Vnde ſolle Dei voluntatem, mox agnoſco, ſi in per te ad bonum habes aliquam voluntatem, cum niſi à Chriſto velut lucerna illumineris, quotidie neſciendo, quid eligeret diuina poteſtas, excedis. Dicamus humiliter: quia nihil boni velle habemus, niſi ſingulis diebus Domino largiente ſumamus. Iuxta quod legitur. *Omne datum bonum & omne donum perfectum deſurſum eſt.* vt Domini Pauli teneant dicta concordiam, & nos, ſi omne bonum ad Dei referentes gratiam, fidelem conſequimur doctrinam. Nam quicunque Apoſtolo Paulo, id eſt, oculo Eccleſiæ cum beato Auguſtino eius ſequace conſonat, in eo ignorantiæ caligo non regnat. Quod autem de duabus vijs, id eſt, ſpatioſa & anguſta dicitur, vt quis per quam elegerit, gradiatur, per ſpatioſam quidem laxatis frenis liber incedis peccatis famulando. In anguſta vero conſideremus Apoſtolum dicentem, *vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, per Dominum Ieſum Chriſtum.* Et ideo non eligit aliquis, nec ad viam peruenit, niſi vocatus fuerit ab eo qui via eſt, vita, & veritas. Sed in hac via cum Apoſtoli verbis & præceptis Euangelicis excurramus, dicentes ad eos, qui tam ex Iudæis in Chriſto erant fide conuerſi, *ſi vos filius liberauerit, tunc liberi eritis.* Et *quidnam iſtud attēdite, ipſo Domino prædicante. *Si manſeritis in meo verbo vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Ac per hoc hortatur, vt ſequendo illud, quod dedit per gratiā, nos ad veram liberationem perducat. Vnde tūc homo perfecte in bonum, liberum poſſidebit arbitrium, quādo omnino non poterit ſeruire peccato. Item *Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra*, id eſt, ſicut in cœlis angeli, ita te homines veneremur in terris. Et quemadmodum illi concordia inculpabili caritate deuoti, in laude Dei vidētur iugiter inhærere, ita nos in ſuo timore & amore iubeat ſine labe purgare. Item, *Fiat voluntas tua*, id eſt, ſicut ſpiritus, qui de cœlis, & cœleſtia cogitat, & ita & caro, quæ de terra eſt, terrena non cupiat: ſed quæ ſunt ſpiritus, hæc intendat, & quaſi facta concordia, pariter ad cœlos aſcendat. Ergo *ſicut in cælo*, id eſt, in ſpiritu, *ita & in terra*, id eſt, in carne fiat Dei voluntas, vt iam poſt aduentum Chriſti non caro, quæ mater eſt criminis, ſpiritum feſtinet, ſicut Eua, decipere, ſed Adam, qui eſt in typo ſpiritus, carnem habeat famulantem, nec dominus ancillæ, ſed ancilla ſeruiat dominanti. *Sicut in cælo & in terra.* Homo ante baptiſmum carnalis eſſe deſcribitur, poſt baptiſmum ſpiritalis efficitur. Ideoque pro illis, qui adhuc ſine lauacro loti non ſunt, à nobis oratur, vt ſicut nos videmur facti eſſe cœleſtes, per baptiſmum, ita & illi, qui adhuc ab Eccleſia peregrini ſunt, tanto beneficio non fraudentur; ſed per munificentiam Domini nobiſcum dona ſimilia conſequantur. Quia & cum illi conſortes facti fuerint, nos facultatem nō amittemus, ſed augebimus. *Qualis ſit autem inuidia, vt homo non oret pro homine, ſicut Chriſtus, vt nos acquireret, ſuo ſanguini non pepercit? *Item fiat voluntas tua.* Voluntas patris erat, quod filius prædicauit, quod operatus eſt, quod paſſus & mortuus eſt, & reſurrexit, ſicut ait. *Non veni voluntatem meam facere, ſed voluntatem eius, qui miſit me patris.* Ergo orandum eſt, vt nos ſimiliter mereamur ducere, agere, ſuſtinere, & in ipſo reſurgere, vt poſſim* cū ipſo regnare. Item *fiat voluntas*, Deus incommutabiliter bonus, qui aliud nihil niſi ſemper vult bonum, quamuis nos moles impediat peccatorum. Ergo bene videmur optare, vt nobis ea contingant, quæ Deus vult, cum ſciamus eum bonæ voluntatis habere perfectionem, &c.

Ad Phil. 2 — B — Actor. c. 9 — *poſſidit. Matth. c. 26. — Pſal. 58. — Ro. 4 & 8. — C — *exinde. *quod. — Ioan. c. 8. — Rom. c. 7. *operari. — D — 1. ad Cor. 4. — E — Ioan. c. 8 *quando est. — F — G — *Quare. — Ioan. c. 5

Panem noſtrum cottidianum da nobis hodie.

H *quod.

CONſiderandum eſt, quam mirabiliter orationis huius ornatus ſit textus, vt nominatis æternis, temporalia peterentur. Nam tua iſta *quæ poſcimus, id eſt, *Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnū tuum, Fiat voluntas tua, &c.* propter æterna conſequenda hæc ſunt neceſſaria. Et hic incipiunt; ſed perfecta in futura vita poſſidenda credenda ſunt, & perpetua manebunt. Ergo *panem noſtrum da nobis*, quātus animæ & carni eſt neceſſarius, ſpiritualiter vel corporaliter. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo.* quæ ad præſentis vitæ opportunitates pertinere vidētur. Deniq; *nominis ei* ſāctificatio & regnū eius* in ſpiritu & corpore noſtro

poſt

A poſt reſurrectionem perfecta manebunt. Item *panem noſtrũ*, quiſquis ad veram ſalutem peruenire meruit, Chriſtum eſſe panem vitæ perpetuæ non ignoret, quia dixit: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Vnde iſte panis non eſt communis cum reliquo, quia ille corpora protegit, iſte nouit animas enutrire; & qui illum manducat, eſurit, qui autem iſto fruitur, nulla fame torquetur. Et ideo tanto magis iſte cibus quærendus eſt, quanto plus reficit epulatus. Quod vero *panem quotidianum petimus*, hoc inſinuare videtur, vt communionem eius corporis, ſi eſt poſſibile, omnibus diebus reuerenter ſumamus, quia cum ipſe vita noſtra ſit, nutrimento noſtro, peregrinos nos facimus, ſi ad Eochariſtiam tardi accedamus. Item dum dicimus *Panem noſtrum da nobis hodie.* cognoſcimus non nobis ſufficere, quod præterito die Deum rogauimus niſi & ei in præſenti oratione vacemus. Propter illud *ſine intermiſſione orantes.* Item hic aduertendum eſt, quod, poſtquam ad Chriſtum peruenimus, & mundum cum pompis ſuis reiecimus, non nobis neceſſe ſit, ad eſcam amplius, quam quotidianus vſus exigit: vt quæramus re vera eum, & aduentum Domini iugiter exſpectemus: nam impedimenta mundi, faciunt homines miſeros. Et ſciamus ei panem ſufficere, cui Deus non deficit, quod Heliæ habitanti in Eremo miniſtrauit.

Ioan. 6. *Hyperbaton hic cum vtidam ſermonis. quod & in MSS.*

1 ad Theſ. ſal. c. 5.

B

Et dimitte nobis debita.

BEne poſt eſcam quæſitã poſtulatur venia peccatorum, vt qui Dei cibo paſcitur, Deo viuat, ſi ei dimittãtur peccata; & congrue, ne ſe humana extollat ſuperbia quæ petendo veniam, videtur confiteri delicta; cum tamen ſi purgari deſiderat, ſæpius ad orationem recurrat. Conuenienter autẽ debita peccata dicuntur, quia & debentur, & requitẽda ſunt. Nam ſicut debitum à creditore requiritur; ita peccatum à Deo in die iudicii * neceſſario exigitur, niſi hic, dũ viuimus, per pietatem eius & indulgentiam iſta nobis exactio condonetur. Et merito remitti cuncta hic rogamus, vbi delicta committimus. quoniam in futuro, ſicut peccari non licet, ita non vacat pœnitere. Sed addendo.

** neceſſe eſt exigatur.*

Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

C QVipium ſe oſtendit & legẽ impoſuit, vt niſi qui peccãti culpas indulſerit, ſibi indulgentiã à Deo nõ expectet: propter illud, *qua menſura * menſi fueritis, remetietur & vobis.* Item *miſericordiam & iudicium cantabo tibi*, quoniam qui in nobis pius eſt, vult nos eſſe aliis miſeratẽs, Vnde merito de culpa vapulat qui magiſtri verba declinat. Summa eſt Eleemoſyna, alieni remittere, quod * tibi videatur peccaſſe. Itẽ *dimitte nobis debita*: quid ergo de baptiſmi fonte ſurgentes & corpore Chriſti communicantes, mox nobis dimitti peccata petimus? quia fragilitas noſtra conſeruare puritatem lauacri nõ poteſt, quod de fonte percipit, niſi dignetur Dei gratia cuſtodire. Et bene, *ſicut nos dimittimus debitoribus noſtris*, vt oſtenderetur, quia Deus pacis cum omnibus vult nos concordes eſſe.

** mẽſuſati. Matt. 7. Pſal. 100.* ** in te.*

Ne nos inducas in tentationem.

NVnquid Deus aliquem in laqueum tentationis inducit? aut ab inimico capiat ſupplantari? qui monet, ne * incidamus.

** incidamus.*

D

II.

AD SALVTAREM VIRVM ILLVSTREM *MVMVLENVM CONSOLATORIA, IN morte filiæ decennalis.

** deeſt in quibuſdam MSS.*

INter humanæ conditionis * ſubrepentia vulnera, quæ ſemper incerto tramine nutantium animorum, ac labentium temporum reddunt vota ſuſpecta, nihil eſt in aliquo magis quod cruciet, quam quenquam aut non videre, quod cupiat aut videre, quod perdat. * Nam trepidans animus in vtroque, non modico ſub faſce ſuccumbit, dum pendulus ſpectat diuturne, quod habeat, &, vt habere cœperit: mox amittat; ſic afflictus, donec impetret, eliſus ſi perdat, ſed grauius hoc iaculo res illa percellitur, cum inter ſpẽ, vel ſperata debet amittere: atq; ita illic ſpes * tenditur; hic damnatur illic dubius mœror an habeat, hic certus dolor eſt ſi relinquat. Habet hoc inſitum natura, præuaricatione protoplaſti parentis ad nos decurſa morte mulctata; vt ſæpe, quod vix acquiritur, mox linquatur: & ſerpentis inueterati dente radicem ſic perculit; vt nec arbor ſteterit, niſi in mortis ſtirpe fixa viuat. Miſit hoc poſteris hæreditas parentalis, vt * ſobiacentes morti, quæramus viuere morituri, vulnificauit cunctos infœlicis arboris acquiſitæ poſſeſſio, quæ blandientibus pomis * proli prius nocuit, quam nutriret. * Quod certe ſub epuli ſpecie mors intrauit, & hoc * ferali tactu læſit parẽtes, & poſteros illos * guſtus, nos * fuctus: quoniam virulentæ ſuaſionis poculum, quod pater male ſorbuit in prolẽ trãsfudit; & vt ita dictum ſit; quod à fonte manauit, in * riuos defluxit. Intulit hoc igitur illa mater de genere, ſed nouerca de crimine, infœlix cunctis Eua monades, quod certe ſola ſic extruxit; vt vniuerſa deſtrueret, quo veterata machinatione decipulæ, eidem virũ perderet & ipſa periret. Sed proles quid bonifaciet, ſi ſe in calumniam vel * mala parentis extendat? aut vt illum iterum detrahendo remordeat qui ſemel morſu perierat, cum ipſe ſibi ſufficeret ſuus lapſus, noſter occaſus. Itaq; puto incongruum, ſi illum * remordero, per quem * gratis inuenit gratiam, cuius * occaſu vitalis alimoniæ mors cæpit depaſci: cui dum oculorum apertio promittitur, lux fugatur, & diuinitate promiſſa, homo lapſus redit in terrã: hinc eſt quod prolem genitam nocens eſca traxit in prædam. Fecit illa captiuitas nos proſperis exules, aduerſis cõſortes, & tantum peregrinatio grauior, quantum mors durior. Naſcitur ab Adam vetere vſq; ad nouum hominẽ vita noſtra cum morte. Hinc ſe nec Abel exuit, nec Enoch effugit, nec Noe ſe ſubtrahit, qui diluuio mortem diſtulit, nõ mutauit: hoc patriarchæ non renuit, hanc legem legifer non auertit, propheta ſuſtinuit, & plus quã propheta ſuccubuit: Sara quoq; Rebecca, Rachel, Anna Eliſabeth, licet ſexus inferior, tamen hoc ſimul bibit amarum. Quis cõqueratur de reliquis, cum ipſe triumphator mortis pro parte, qua caro factus eſt, & morti ſubiectus eſt. Nec fuerat plenus homo, ſi non ſenſiſſet & tumulum. Nec Deus crederetur. niſi ſurgeret de ſepulchro. Hinc eſt quod loquor chariſſime, & * fideli dilectionis mihi voto connexe, eo quod tuos per apices natæ ſanctæ tranſitum conquerans, vix ſingultu rumpente, indicans calamo triſti decennalis ætatis irruente funere, pubertatis teneræ * floſculum marcuiſſe, cum pœne nuptiali retracta de limine, nõ ad pãtris votum thalamo datus, ſed tumulo: & diuerſo cantico non thoro traditur ſed ſepulchro. Ad cuius forte vota iam feſtinans familia feruebat, ſedule parentela excitabatur & patria. Mater erat prece ſuſpenſa, ipſa aſſurgebat cura nutricis iuncta pubertati roſea modeſtia & feſtiua arte ſui ſexus ornata; ſed, quo me rapit, formæ decor, ſe prodere tam cito fugax, quam caro mendax, cum defunctæ ſi prædicetur gloria accreſcant lamenta. Habuiſti igitur iſtud pater, ſed non tuum: reddidiſti potius commodatum: ploratur velut amiſſum, ſed conſideretur nõ perditũ, quod ad Chriſtũ redit intactum. An certe conquereris, quaſi ſolus iſta perpeſſus ſis, cum caſus hic vincat & reges. An felicior Auguſto? fortior Alexandro? fauorabilior Traiano? ſanctior es Theodoſio? cũ hoc habeat obitu ęquale, tam miles quam princeps. Patienter dolendũ eſt, quod habes commune cum mundo. Quantas autem fœminas ab ipſo primo complexu retraxit ad tumulum? & pertulerunt diſpendium agnito, viro non habito: quæ bis lamentandæ ſunt, antea pudorem perdere, & poſt ſic periiſſe. Vnde licet conquerans talem te tali caſu amiſiſſe ſobolem, nulli tamẽ nouum eſt; vt potuiſſet hoc vitare puella, quod venit per fœminam. Illud potius inſpice, vt iſta res funeris ſit virtutis: & ad illorum exempla te coæqua, qui dolore victo, ſurgunt ad palmam. Habes itaq; inter ipſa patientiæ culmina, primũ velut in ſpecula Iob, cenſuram, & normã: qui pro filiis Do-

** ſubrepentia.*

E ** cum.* ** tenetur.* ** iacentes.* ** prolem. * Quæ * guſtu, * fucto, * nos.*

F ** mali.* ** remorſero. * grates venit ingratũ. * occaſione.*

G ** fide.* ** floſcula.*

H

A mino ſic gratias retulit, tanquam ſi eam acceperit, cum abſtulit. Qui vir experientiæ, voluntati diuinæ tradidit totum, ne caderet. Quid vero Dauid? fortis licet Goliam ſubdiderit, non ſe velut frænum nutui cœleſti ſubſtrauit, cum filio amiſſo lauit, epulatus eſt, ne repugnaret intelligens vni cedere, qui cuncta formauit. Seruus fidelis timuit offenſam boni Domini prouocare, vel murmure, * cui vt iungeretur, diuinas ad nuptias, iugiter diſſluebat pius pater per lacrymas. Poteſtis autem conuicere, quod talem non tolleret niſi ſuis thalamis placuiſſet, vnde noſti abyſſum diuini conſilii? vel tuæ natæ qualis in corde concupiſcentia latitauit? Fortaſſis hoc antea elegit quod meruit, & illud prodit, quod optauit. Qua de re, vir optime, eſto tibi * iudex & * patere: * Nam ſi per charitatem te temperes, & te iudices, non offendis: præſertim cum te mitiget promiſſio redemptoris, & præconis Pauli vox ſimilata * tonitru, quia in ictu oculi reſurgere maturabunt ſepulti, & viuent ſub vmbra Chriſti de virginitate ſecuri.

* quem vt iungeret.
* viz.
* pater es
* hoc eſt.
* tonitrui &c.

Scripta videtur ad regiæ proceres & ſenatores.

III.

Item alia.

B DOMINIS illuſtribus cunctiſque magnificis omni deſiderio complectendis, ſeruientibus dominorum, ſi humanæ conſuetudinis illhuc ſe generaliter, per omnes, vnus vſus extendit, & ab antiquis ætatis ipſo tradente * generere, ad nos vſque naturali quodammodo lege peruenit, quod tritecei panis oblectante candore, vel ſuauitate paſcente poſt ad hordeaceæ frugis ariſtoſa cibana faſtidioſo nimium dente, nare, fauce, tranſitur: cum delectabilis eſcæ dulcedine permutante, ad contrarium pergere, ni fames vrgeat, auſteritas epulinon inuitat. Hinc eſt quod illuſtris ac magnifica celſitudinis veſtræ gratia copioſa quotidianæ diſciplinæ doctrina ſuperinundante refecta, & feruentis ingenii ſtudio lucubrante polita poſt illum, vt dixerim, deterſum eloquentiæ veſtræ nitorem & perſpicuæ * clarum exercitatione purgante, ad linguæ noſtræ rubiginoſam facundiam faſtidioſe veſtri ſenſus fulgida inclinat: cum tale ſcit, quod ſermonis noſtri rumores vacillantes audiatis, ac ſi poſt epulas coturnicis, aut Phaſidis, viris delicatiſſimis cibos ingeram peculales. Sed inter hæc vna ſpe præſumptionis videor animari, eo quod aliquatenus poſt regales delicias, eſca deſideretur ruralis, & ſæpe ruſticus offerat, quod animum potentis oblectat. Nam quamuis regum C conuiuiis auro intermicante, purpurata palla coruſcet, ſæpe tamen iucunditate placere menſa plus aſſolet, vel adumbrata foliis ordinatis ex palmite vel ſuperiecto hederæ corymbo criſpante. Itaque habet & de ſylua reductus paſtor quod profert, cui ſi deſint reliqua, tamen dignantem conuiuam vel de lacte diues inuitat. Quapropter dominationi & celſitudini tuæ, teſte domino loquor, profuſæ dulcedini veſtræ ſalutem venerabiliter ac deſiderantiſſime perſoluentes. Æterni regis clementiam deprecamur, vt dominis præcellentiſſimis feliciter regnantibus ac vniuerſæ poteſtatis officiis creſcentibus, ita fugitiuæ huius vitæ ſpatia producantur, vt illi piiſſimo tramite gubernando, & vos ſine macula fideliſſime ſeruiendo, creatoris ac redemptoris noſtri * deſideratum pariter intretis in regnum, ſperantes in Chriſto de veſtræ charitatis affectu, humilitatem D noſtram peculiariter omnibus ſanctis & domini famulis, ſed etiam dominis regnantibus, vel eorum fidelibus profluа dulcedine commendetis, hoc fiducialiter deprecantes, vt veneratorem veſtrum, portitorem præſentium hominem dominæ Radegundis matris veſtræ animæ ſanctæ, vel ea, quæ pro vtilitate ac neceſſitate prædictæ Dominæ ſuggerit, coram Chriſto & eius Angelis tam pro ſui reuerentia quam prece noſtra proprium habere dignemini, indubitabiliter ſotimamus, Vt quod pro cauſſa illius apud præſentes Dominos Reges impenditis, ab æterno rege, centuplicato munere, ſuis orationibus acquiratis.

* generet.
* delectiſſimi quidam Pleonaſtinus, vel ...
* clara.
* deſiderati in re...

Paramythia forte ad Mummolenum ſuper obitu filiæ

IV.

Item alia.

CELSITVDINIS veſtræ legatis tranſeuntibus, omni charitate refertas nos inſaturabili voto ſuſcepiſſe gratificamus epiſtolas: in quibus & quod erat noſtræ reuelationis conſultum de veſtri culminis incolumitate relegimus, E inſerendo commemorationem dulciſſimæ filiæ, quod eſt, de mœrore, patimur. Denique quibus fuit in viuente participata, lætitia iis ſimul communes lachrymæ neceſſe eſt in defuncta. Nec ratio ſuadet, vt ſola tibi priuilegium defendas in fletu, quæ habuiſti in cuius nos non pati ligaremur affectu quoniam licet formata veſtris eſt viſceribus proceſſiſſet tamen non minus adulta noſtris in pectoribus habitauit, quippe quæ producens partum ex vtero tranſmiſeras quaſi in * noſtrum gremium recepturum: vt cum à vobis eſſet etſi non corde, tamen corpore receſſura nobis velut in veſtra charitate fieret amplectendi. Hinc eſt, quod mater de illa genitalis cauſa contulerat, mihi totum velut adoptiuus amor explebat: quia cum vobis genita, nobis tamen erat renata. Equidem optaueram pro meritis * diuinus illa ſuperſtite vobiſcum loqui de gaudio magis, quam triſtis colloquio naſceretur ex fletu: ſed inuida rerum ſeries, * quæ illud celerius ſubripit, quod magis placere cognouerit, rem mihi deſiderabilem pene vno momento & offerre voluit, & auferre. Vel quare nobis rem attulit, quam ſubducere feſtinauit? Cum nil ſit in humana conditione crudelius, quam aut non videre quod habeas, aut videre quod F perdat. Sed quouſque ſuum mœrorem dolor importunus exacuit, ac præceps ſine fræno moderatæ conſolationis excurrit? cum intelligat hoc temperari debere, quod emendare nequiuerit, & æquanimiter tolerer, quod infectum facere non valet. præſertim cum in illa tot admiranda refulſerint, vt nec apud homines in ſermone defecerit, & apud Deum de opere præmia viuentis expectet. Nam præter reliqua bona, quæ cum illa laudanda ſunt, nec tamen clauſa iacent in tumulo, cum voluuntur per ora cunctorum, hoc vnum breuiter aſſero, ſi fides & perſecutio Chriſti martyrem facit, non habes in tali filia, quod deflere poſſis, quia illi & recte credere contigit & perferre, & licet * feſtina ſit in iuuentute ſors * debet tamen * eſſe ſecura innocentia de palma.

* noſtro gremio.
* eius
* quas
* feſtinaſſet
* debilia.
* eſt.

V.

INCIPIVNT VERSVS DE Oratorio Artanenſi.

QViſquis ad hæc properas venerandi limina templi,
    Dona precaturus, quæ dat amore Deus.
G Hæc in honore ſacri Gabrielis cuncta coruſcant,
    Qui pia iuſſa Dei rite miniſter agit.
Zachariæ veniens qui nuntia detulit aſtris,
    Eliſabeth datus eſt quando propheta potens.
Quique redemptorem è cœlo regem omnipotentem,
    Poſt ait, vt terris veritre Maria daret.
Qua ſacer antiſtes noua tecta Gregorius effert,
    Vt tibi cœleſtes reſtituantur opes.

VI.

Ad eccleſiam Toronicam, quæ per Epiſcopum Gregorium renouata eſt.

EMicat altithroni cultu venerabile templum,
    Egregium meritis, nobilis arcis apex.
H Quo propria tunica dum operit Martinus egentem,
    Geſtorum ſerte fulgida ſigna dedit.
Namque idem antiſtes ſacra dum myſteria tractat,
    Lumina gemmatum eſt viſus habere manu.
Ac de veſte ſuis quantum ſua dextra nuda
    Tantum membra ſibi gemma coruſca tegit.
Sanctus item Domini animam dum benediceret iram,
    De capite eſt viſus flammeus ire globus.
Quæ modo templa ſacer renouata Gregorius effert,
    Erte dat priſcus cultus honorque ſuus.
Fulgida præcipue nituerunt culmina templi,
    Poſtque viſus veteres præmicat aula rudis.
In ſenium * veniens melius reuireſcere diſcens,
    Diruta poſt caſum, firmius acta ſitu.
Martini auxiliis operando Gregorius idem,
    Reddidit ille nouus, quo fuit ille vetus.

* In ſenium que ruens.

A

S. Martini varia miracula deſcribit, quæ epigrammatum inſtar picturis ſuis quaſi reſpondiſſe videntur.

Clara ſupercilio domini delubra niteſcunt,
Alma licet merito ſunt quoque celſa iugo.
Inuida ſubruerat quam funditus ipſa vetuſtas,
Vt paries liquidis forte ſolutus aquis.
Quam paſtor ſtuduit renouare Gregorius ædem,
Nec cecidiſſe dolet, quæ magis aucta fauet,
Ambianis tremulum cernens Martinus egenum,
Dimidiæ chlamydis mox ope membra regit.
Sed coram angelicis turmis, ſe hac nocte ſilenti,
Pauperis in ſpecie Chriſtus habere refert.
O ſacer antiſtes, meritis referende ſub aſtris,
Vnde tegis nudum, hinc tua palla Deum.
Inter opima Deus figulus quæ vaſcula fecit,
Martinus meritis vas in honore nitet.
Leproſi maculas precioſa per oſcula purgans,
Cui quod ab ore dedit, pax, medicina fuit.
Vlcera morboſi curans ſic fauce beatus,
Quod Iordanis agit, tacta ſaliua facit.
Quam generoſa fides Martini in ſæcula, ciuia
Qui quocunque fuit, mors ibi perdit iter.

B

Denique cum extincto catechumenus ore iaceret,
Se ſuperextendens, effugat arma necis.
Sic viduæ genito laqueato deinde reducto,
Eſt vir vbi iſte Dei, non licet ire mori.
Fanaticam pinum ſanctus ſuccidere cogens,
Iuſtum ibi ſuppoſuit ruſtica turba premi.
Cæſa ſecure arbor, cum iam daret alta ruinam,
Ad crucis imperium eſt ire coacta retro.
Quis vigor hic fidei? validæ dum pondera pini
Quo natura negat crux facit ire viam?
Serpentis morſu tumidum ſuprema regentem,
Hic digitum vt poſuit, peſtis iniqua fluit.
Collecto morbo huc & ab vlcere pollice tracto,
Dumque venena cadunt, erigit ille caput.
Vnguentumque nouum digitis traxiſſe venenum,
Et tactu artificis ſic ſuperaſſe neces.
Dum latro extinctus falſo coleretur honore,
Voce * hac Martini cogitur vmbra loqui.

* hoc.

Publice ſe referens ſcelerum pro morte peremptum,
Se quoque nec iuſtum, ſed magis eſſe reum.

C

O vox ſancta loqui defuncta cadauera cogens,
Qui poſt facta iacens dat ſua verba cinis.
Pergeret in fluuium dum vipera lapſa natatu,
Et prope littorei tangeret ora ſoli.
Martini imperio liquidas reuocatur ad vndas,
Tranſactumque viæ laſſa recurrit iter.
Quantus amor Domini tali ſub corde calebat,
Quando venena potens ipſa retorquet aquis?
Martini meritis aliis quoque febre crematis,
Sudores refluos pagina ſicca dabat.
Vnde ſalutifero medicamine charta fouebat,
Atque graues ignes littera tinguet aquis.
Gratia quanta Dei huius ſermone rigabat,
Febre vbi ſuccenſis fons ſuus ibat apex.
Alme Deus rerum pie ſumme Gregorius arcis
Tu cui das ſedem, dat tibi templa ſacer.
Nam veteri fuerant hæc funditus eruta lapſu,
Tecta labore nouo quæ modo culta cluunt.
Iure poteſtatis cui tu bone conditor orbis
Hæc danti in terris culmina redde polis.

D

Victa vetuſtatis per tempora culminis * arcta
Diruit, vt melior ſurgeret * aula, ſolo:

* aſta.
* aura.

Quo ſacra Martinus domini myſteria tractans
A capite igniferum miſit in aſtra globum.
Nec tamen ipſa ruena miſerando fine iaceret,
Pontificem meruit, qui ſibi ferret opem.
Quæ rediuiua micans inſtante labore Gregori,
Decidua merito floret honore nouo.
Fundamenta igitur reparans hæc priſca ſacerdos,
Extulit egregius, quam fuerat prius,
Nunc placet aula decens patulis oculata feneſtris,
Quo noctis tenebris clauditur arce dies.
Lucidius fabricam picturæ pompa perornat,
Ductaque quæ fucis viuere membra putes.

Pictura hic expreſſa mentio, qua ædes ornantur.

E

Leproſum purgauit.

PAnnoniæ * regio miſit tibi, Gallia, fructum
Gignens cœleſtem terra maligna dapem.

* ſatio.

Martinum inluſtrem meritis, qui munere diuo
Culmen in ætherea ſede ſenator habet.
Qui lepræ maculas medicata per oſcula purgat.
Curat & infectum pura ſaliua virum.
Ad fluuium domini cui non fuit iſte labore,
Quod Iordanis habet, ſanctus ab ore dedit.
Qui iacet ipſe tibi te, paſtor, agente Gregori,
Fortunato adimat tot maculoſa reo.

Chlamys diuiſa.

DVm Chlamydem Martinus inops diuiſit egeno,
Chriſtus ea memorat ſe bene veſte tegi.
Diues paupertas, dominum quæ texit amictu,
Cui Deus occurrit, qui dedit aſtra faber.

Tunicam dedit.

NOſcere qui mauis Martini geſta beati.
Hic poteris breuiter diſcere mira viri.

F

Denique cum tunicam ſacer ipſe dediſſet egenti,
Ac ſibi pars tunicæ reddita parua foret.
Quod non texerunt manicæ per brachia curtæ
Viſa tegi gemmis eſt manus illa viri.
O nimium fœlix, cui contigit in vice lanæ.
Nobilium lapidum lumine membra tegi
Vt cum adhuc cinere aſperſus foret atque fauillis,
Artifice angelico gemmeus iret homo.

Mortuos tres ſuſcitauit.

QVid Deus in famulis operetur opimus amator.
Martini geſtis magna probare potes.
Ducere qui meruit de morte cadauera vitæ
Retulit atque diem, reppulit vnde necem.

Pinus exciſa.

DVm caderet Martinum arbor preſſura beatum,
Mox facit ipſe crucem, pinus abacta redit.
Quis non virtuti diuinæ commodet aurem?
Dum trabe conuerſa dant quoque ligna fugam.

G

Idola proſtrata.

IDola dum cuperet Martinus ſternere fulta,
Conterit hæc cœlis magna columna ruens:
Auxilium ad iuſti dignando militat æther;
Quanta fides, cuius currit ad arma polus?

Falſus martyr.

FOrte colebatur dum quis pro martyre latro,
Martini aduentu ſe probat eſſe reum.
Virtutis merito, fidei radiante coruſco,
Nec tacet extincti, nec latet vmbra rei.

VII.

Ad Childebertum Regem & Brunichildem reginam, de natalitio ſancti Martini Turonici.

PRæcelſis dominis famulus dum corde puſillus,
Fluminibuſque vagis per vada pergo rate.

H

Ecce ſuperueniunt venerandi in ſæcula ciuis,
Martini meritis luce perenne dies.

S. Martini quam clara orbe toto Chriſtiano veneratio.

Qui modo de Gallis totum mire occupat orbem,
Et virtus pergit, quo pede nemo valet.
Qui velut alta pharus lumen pertendit ad Indos,
Quem Hiſpanus, Maurus, Perſa, Britannus amat.
Hunc oriens, occaſus habet: hunc Africa & Arctos
Martini decus eſt, quo loca mundus habet.
Quique per Oceani diſcurrit marginis vndas,
Omnibus vt præſtet circuit orbis iter.
Per cinerem aſcendens, per dura cilicia cœlos,
Stat modo gemmatus, pauper in orbe prius?

S. Martini in cœlitum ordine gloria.

Quo patriarcharum decus eſt, radiantque prophetæ,
Quo eſt ſacra turba ſenum bis duodena patrum.

Ii 3 Inter

A

Inter Apoſtolicum numerum rutilante ſenatu,
    Quo ſedet ipſe throno, rex ſibi Chriſtus amor.
Quo excellit cum claue Petrus, cum dogmate Paulus,
    Fulget & in reliquis palma, corona, fides.
Quo loca Martyribus veneranti lumine florent,
    Atque libro vitæ eſt ſcriptus honore cruor:
Quo confeſſores gemmata palatia complent,
    Æternumque tenent aurea tecta diem.

a Rhadegūdis mons beata * manu & egregius

Stat quoque poſt lacrymas vbi nunc Radegundes opima
    Forſan & Eugenia hanc tenet illa * manum.
Hos inter Martinus habet diademata pulcher,
    Atque ſacris lumbis fulgida zona viret.
Cantat * Gregorius Chriſti de morte triumphos,
    Atque reſurgenti plaudit amore Deo.

Childeberto S. Martini honores gratulatur inter.

Hunc quoque Martinum colitis quem regna patronum
    Vos hunc in terris vos memor ille polis.
Vos * iter angelicas turmas canat ille ſub aſtris,
    Cui vos ante homines ſertis honore diem.
Nomina veſtra legat patriarchis atque prophetis,
    Cui hodie in templu diptychus edit ebur.

B

Reddat apoſtulicos proceres reliquoſque patronos,
    Quem vos hic colitis, vel pia feſta datis.
Pergat & ad Chriſtum pro vobis ille precator,
    Cui vos in templis vota precando datis.
Ante poli referat ſua hæc ſollemnia Regem,
    Dentur vt hinc vobis regna, ſalutis opes.

S. Martini patrocinium multiplex optat regiæ ſtirpi.

Deputet & Dominus veſtrum hunc eſſe patronum,
    Vt modo qui colitur, vos colat huius opis.
Qui dedit his habitans miracula plurima terris;
    Diſtribuat vobis hic quoque mira potens.
Cuius gemmata tunc dextera viſa beati,
    Vos ſimul & veſtras protegat illa manus.
Qui tunc promeruit reuocare cadauera vitæ,
    Hic quoque pro veſtra dona ſalute ferat.
Qui percuſſu homini abſtraxit de carne venenum,
    Noxia de vobis ipſe venena vetet.
Qui ſerpentis iter fecit reuocare retrorſum,
    Ipſe graues caſus hinc fuget ire retro.
Qui de peſte domum ſaluam dedit eſſe Lycontii,
    Hæc domos incolumis floreat huius ope.

C

Cuius opima chlamys tremebundum texit egenum;
    Eius apoſtolici vos regat ala viri.

Ad Brunichildem tranſfert vota ſaua.

Qui viduæ matri reuocauit ad vbera natum;
    Ipſe ibi hæc tribuat pignora mater, † ſua.
Vt Childebertus maneat cum prole nouella,
    Rex ſua regna tenens, & noua regna trahens.
De genita vt videas genitrix vt dulcius optas,
    Deque nuru chara quod tua vota rogant.
Vnde hic felices habeant ſua feſta fideles,
    Et Domini famulis ſitis honoris apex.
Quo tibi plus libeat Brunichildis habere patronum,
    Quando domui Dominus ſeruat in orbe pius.
Sic quoque te erudiat, regat, & ſic tramite ducat.
    Actibus ipſa piis vt ſibi iuncta mices.

VIII.

Ad eoſdem in laude.

Childeberti & prolis eius encomium.

SI præſtaretur præconia pandere regum,
    Non mihi ſufficeret nocte dieque loqui.
Qualiter hic populus dominorum pendet amore,
    Et veſtris oculis lumina fixa tenent.

D

Vos quibus & ſpeculum, & lux & dulcedo manetis,
    Charum ornamentum, his ſimul eſtis honos.
Præcipuum donum, placidum & placabile regnum.
    Ac veſtro in ſtatu eſt culmen in orbe pium.

Regni florens ſtatus.

Hiſque parentela & patria, & tutela coruſcat,
    Hic decus atque gradus, hic pietatis opus.
Hic tranquilla dies, hic ſpes iocunda fideli,
    Poſtque Deum, in vobis dona ſalutis habent.

Poetæ votū.

Hic ego cum populo mea vota & gaudia iungo,
    Quæ pius amplificans creſcere Chriſtus agat.
Præſtet cura Dei vos longa in ſede tueri,
    Cœleſti ac dono regna tenere diu.
Adquiratis adhuc noua, vel poſſeſſa regatis,
    Ac pie participes has foueatis opes.

E

Vt tibi quæ floret de nato & germine, meſſem
    Maturam videas mater honore micans.
Sic vt ex genito genitiſque nepotibus amplis,
    Altera progenies inclyta detur auæ.

Brunichildem alloquitur.

De Childeberti dulcedine, flore, ſalute,
    Fructum habeas genitrix, plebs ſua vota videns.
De nata atque nuru cumulet tibi dona creator;
    Cumque pio merito ſtes placitura Deo.
Hic quoque promereat te dicens dare verba ſalutis,
    Congaudens Dominis paruulus ipſe pius.
Proſpera ſint regum, populorum gaudia creſcant;
    Exultet regio, ſtet honor iſte diu.

IX.

De nauigio ſuo.

Moſella nauigat a Mediomatricis Antonnacum vſque quod aſſidet Rheno.

REgibus occurrens vbi Mettica mœnia pollent,
    Viſus & à Dominis ipſe retentor equo.
Muſellam hinc iubeor percurrere nauita remo,
    Accelerans tremulis pergere lapſus aquis.
Aſcendenſque ratem gracili trabe nauta cucurrit;
    Nec compulſa Nothis prora volabat aquis.

F

Interea locus eſt per ſaxa latentia ripis,
    Littore conſtricto plus leuat vnda caput.
Huc proram implicitam rapuit celer impetus actam,
    Nam prope iam timidas verure bibebat aquas,
Ereptum libuit patulos me cernere campos,
    Et fugiens pelagis ruris amœna peto.
Gurgite ſuſcipior ſubter quoque fluminis Ornæ, Orna.
    Quo duplicata fluens vnda ſecundat iter.
Inde per excluſas cautè rate pergimus vudas,
    Nec veluti piſcem me quoque naſſa leuet.
Inter villarum fumantia culmina ripis,
    Peruenio qua ſe voluere Sura valet. Sura.
Inde per extantes colles & concaua vallis,
    Ad Suram pronis labimur amnis aquis.
Perducor Treuirum qua mœnia celſa pateſcunt, Treuiris.
    Vrbs quoque nobilium nobilis æque caput.
Ducimur hinc fluuio per culmina priſca ſenatus Treuericæ columnæ ruinæ.
    Quo patet indicus ipſa ruina potens.
Vndique proſpicimus minitantes vertice montes
    Nubila quo penetrans ſurgit acuta ſilex.

G

Qua celſos ſcopulos prærupta cacumina tendunt,
    Hiſpidus & tumulis creſcit ad aſtra lapis.

Vitiferi colles moſellaniq.

Nec vacat his rigidis ſine fructibus eſſe lapillis,
    Denique parturiunt, ſaxaque vina fluunt.
Palmite veſtitos hic reſpicis vndique colles,
    Et vaga pampineas ventilat aura comas.
Cautibus inſertis denſantur in ordine vites,
    Atque ſupercilium regula picta petit.

Vinitorum Moſellanorū ſolertia.

Culta nitent inter horrentia ſaxa colonis,
    In pallore petræ vitis amœna rubet,
Aſpera mellitos pariunt vbi ſaxa racemos,
    Et cote in ſterili fertilis vua placet.
Quo vineta iugo caluo ſub monte comantur,
    Et tegit vmbroſus ſicca metalla viror.
Inde coloratas decerpit vinitor vuas,
    Rupibus adpenſis pendet & ipſe legens.
Delicias oculis habui, dapibuſque cibatus,
    Hæc iocunda tenens nauita regna ſequens.
Hinc quoque ducor aquis, qua ſe rate * Contrua complet, * Confluentes. MS. Tiliebi.
    Quo fuit antiquum nobilitare caput.

H

Tum venio, qua ſe duo flumina conflua iungunt,
    Hinc Rhenus ſpumans inde Moſella ferax.

Confluentes Piſcium feracitas

Omne per illud iter ſeruibant piſcibus vndæ,
    Regibus & Dominis copia ferueat aquis.
Ne tamen vlla mihi dulcedo deeſſet eunti;
    Paſcebar muſis, aure bibente, melos.

Voberū & cornuum cantus in rupe auditus.

Vocibus excuſſis pulſabant organa montes,
    Reddebantque ſuos pendula ſaxa tropos.
Laxabat placidos mox ærea tela ſuſurros,
    Reſpondit cannis rurſus ab alpe frutex.
Nunc tremulo fremitu, modo plano muſica cantu,
    Talis rupe ſonat, qualis ab ære meat.
Carmina diuiſas iungunt dulcedine ripas,
    Collibus & fluuiis vox erat vna tropis.

Quo

A Quo recreet populum, hoc exquirit gratia Regum,
Innenit & ſemper quo ſua cura iubet.
Antonnacenſis caſtelli promptus ad arces,
Inde † prope accedens ſarcina pergo ratis.
Sint licet hic ſpatiis vinea in collibus amplis,
Altera pars plani fertilis extat agri.
Plus tamen illa loci ſpecioſi copia pollet,
Alter quod populis fructus habetur aquis.
Denique dum præſunt Reges in ſedibus aulæ,
Ac menſæ officio prandia feſta colunt.
Retibus inſpicitur quo ſalmo faſce leuatur,
Et numerat piſces cum ſit in arce ſedens.
Rex fauet, immenſa reſilit dum piſcis ab vnda,
Atque animos reficit quod ſua præda venit.
Illuc fauſta videns, huc læta palatia reddens,
Paſcens ante oculos poſt fouet ipſe cibis.
Præſentatur item menſæ Rhenu aduena ciuis,
Turbaque quo reſidens gratificanter edens.
B Iſta diu dominus dominis ſpectacula præſtet,
Et populis dulces detis habere dies.
Vultibus ex placidis tribuatis gaudia cunctis,
Veſter & ex veſtris lætificetur apex.

X.

De oratorio † Artanenſi.

MAgna beatorum retinet hæc terra talenta,
Diuinis opibus diues habetur humus.
Pax dextra Angelico Gabrielis honore coruſcat,
Gaudia qui mundo detulit ore ſacro.
Quando æternalem concepit virgo ſalutem,
Dona redemptoris nuntius iſte ferens.
Læua eſt parte lapis tumuli, quem corpore Chriſtus
Preſſit morte breui, victor eundo Patri.
Hic quoque relliquiis micat ille Georgius almis,
Qui probus igne redit, nec pice merſus obit.
Suot etiam Coſmas, Damianus, & ipſe ſalubres,
Non ferro artifices, ſed medicante fide.
Eſt Iulianus item gladio iugulatus amico,
Plebs quem Aruerna colens arma ſalutis habet.
C Martinuſque ſacer, retinet quem Gallicus orbis,
Cuius Chriſtum operit dimidiata chlamys.
Se tunica ſpolians, nudum qui veſtit egenum,
Vnde datæ tibi ſunt alba, topazus, onyx.
Quæ meruere aliqui hoc in corpore cernere ſancti
Gemmarumque ſonus quod patefecit opus.
Adiunit hic meritis cum nomine Victor opimis,
Munere martyrii qui tenet alta poli.
Hic veteris virtute viri nota palma Niceti,
Vrbem Lugdunum qui fouet ore ſinu.
Horum paſtor opem, corde, ore Gregorius orat,
Viuat vt Altithrono vir ſine fine DEO.

XI.

Verſus facti † ſuper menſa in villa ſancti Martini ante deſcriptores.

CVM videam citharæ cantare loquacia ligna,
Dulcibus & chordis admodulare lyram;
Quo placido cantu reſonare videntur & æra,
Mulceat atque aures fiſtula blanda trupis.
D Quamuis hic ſtupidus habear conuiua receptus,
Et mea vult aliquid fiſtula muta loqui.
Ecce dies in quo Chriſtus ſurrexit ab imo,
Infernæ legis rumpere vincla potens,
Quando & vinctorum lachrymantia millia ſoluit,
Et renouant multos Tartara fracta viros.
Additur hic aliud, quod Martini aula beati
Emicat hæc, vbi nunc prandia feſta fluunt.
Qui valuit geſtis aures pulſare tonantis,
Obtinet & meritis, quod petit alta fides.
Qui pie reſtituit defuncta cadauera vitæ,
Atque Dei prompte præbet amicus opem.
Cui ſucceſſor ouans modo rite Gregorius extans,
Ille quod acquirit, hic regit ore, fide.

E Qui rogat hic præſens, alibi licet inſidet abſens,
Exhibet atque cibos paſtor in orbe bonus.
Nunc igitur celebrate diem ſolemniter omnes,
Quos Deus omnipotens huc dedit eſſe pares.
Quos ſibi Martinus collegit amore benignus,
Et facit ecce eſcas hic epulare ſuas.
Ergo ſub incolumi Childeberto ac Brunichilde,
Quos tribuit celſus regna fouere Deus.
Vos quos miſerunt populum moderare fidelem,
Et releuare inopes, ſi quis & extat egens.
Ac bona de dominis naſcendo & agendo benigna,
Sint quoque lætitiæ pabula veſtra fide.
Quos inuitauit Martini menſa beati,
Sumite gaudentes quod dat amore dies.
Quæ bonus antiſtes naſcendo Gregorius expers
Plandat, & hæc populis gloria veſtra canat.
F Cuius & hæc domus eſt à Chriſto exoret amator,
† Reges ac populos vt regat arce Deus.

XII.

Pro puella à iudicibus capta ad Gregorium Epiſcopum.

EXEMPLU Domini mihi vel venerabilis orbi,
Qui minimas non vis perdere paſtor oues.
Sollicitis animis curam per paſcua tendens,
Ne deſint caulis circuis ore greges.
Hic igitur gerulus genitam flens impie demptam,
Captiuam ſobolem tempore pacis habens.
Martinique pii ſucceſſor honore Gregori,
Qui pater es populi, hanc rogo redde patri.
Iugiter ille ſacris, meritis illuminat orbos;
Orbatam hanc patri redde videndo diem.

XIII.

Item pro eadem re ad Romulphum vel Rainulfum.

SI rapidis oculis te ſemper amice viderem,
Sic quoque vix auidum me ſaciaret amor,
Qui ſi præſentis non poſſum cernere vultum,
Te mihi vel ſcriptis chare ſaluto libens.
G Tunc etiam famulum commendo benigne verenter,
Et ſi iuſta petit, hunc tua lingua iuuet.
Qui tortus grauiter genitam ſibi luget abactam,
Per vos vt redeat filia, cauſa rogat.
Paupere vt audito dum eſtis medicina dolenti,
Et veſtris curis ſit pia cura Deus.

XIV.

Item pro eadem re ad Gallienum.

OFFICIIS experte tuis, moderamine ſolers,
Sollicitus ſtudiis, vtilitate comes.
More mihi ſolito dulcis tibi debita ſoluo,
Qui colo, deuinctus, reddo ſalutis opus.
Sit commendatus homo quem male torſit iniquus,
Perdidit & genitam heu miſer iſte ſuam.
Huic da iuſtitiam, de vulnere corporis emptam,
Et pie captiuam fac remeare ſuam.
Inter vtramque necem cui lex & filia deſit,
Vnus in ambabus rebus adeſto ſalus. H

XV.

Item pro eadem re ad Florentinum.

DVM pergit hinc quiſque viam, mea pagina curtat
Prodat vt eloquio † quid ſibi debet amor. † quod.
Nunc quoque chare mihi, bone ſemper, amice fidelis,
Pectore deuotus reddo ſalutis opus.
Commendo hunc etiam famulum dure ante redactum,
Tortus qui legem nec meruiſſe gemit.
Ille dolens grauius, quam vulnera corpore fixa,
Quod ſibi ſubducta eſt filia parua, rudis.
Audiat hanc vocem pietas miſerando benigne,
Quæ ſibi cum tribuis, hinc tibi magna dabis.

A

XVI.

Ad Epiſcopos in commendatione peregrini.

POntifices ſummi, fidei via, ſemita vitæ,
Quos dedit omnipotens luminis eſſe duces,
Cuſtodeſque gregis cœleſtis contulit agnus:
Vos bene paſtores, vt foueantur oues.
Ecce viator adeſt peragens inter inſcius illud,
Finibus Italicis heu peregrina gemens.
Exulis auxilium, errantis via, norma ſalutis,
Ad reditum patriæ ſitis honore patres.
Semina iactantes, mercedis vt ampla metatis,
Et redeat vobis centuplicata ſeges.
Fortunatus enim humilis commendet opimis,
Ac per vos Domino culmina ſancta precor.

XVII.

De Platone Epiſcopo.

PRouida diſponunt reges ſolatia plebi,
B Pontificem dantes quem probat alma fides.
Vt colat Hilarium, quem dat Martinus alumnum,
Et confeſſoris protegat ala potens.
Dirigat hic populum ſucceſſor, honore beato,
Et clerum Eccleſiæ qui moderetur ope.
Floreat arce decens rex Childebertus in orbe,
Cum genitis, populo, matre, ſorore, iugo.
Gaudia læta paret præſentia ſancta Gregori,
Et geminas vrbes adiuuet vna fides.
Qui modo diſcipulo Platone antiſtite ſummo
Sollemnem Eccleſiæ hic dedit eſſe diem.

XVIII.

Ad Armentariam matrem Domini Gregorii Epiſcopi.

FElix bis meritis ſibi Macchabæa, vel orbi,
Nobilitas generis nobilior genitis.
Quæ ſeptem cœlo palmas tranſmiſit ab aluo,
Martyriique decus protulit ille vterus.
Tu quoque prole potens recte Armentaria fœlix,
Nec minor ex partu, quam prior illa ſinu.
C Illa vetus numero maior, tu maxima cœlo:
Quod poterant plures, vnicus hoc tuus eſt.
Fortu clara tuo, genitu circumdata fructu,
Eſt tibi Gregorius palma corona nouus.
Me Fortunatum, humilem commendo verenter,
Ac mihi cœleſtem, quæſo, preceris opem.

XIX.

Sigoaldo, pro comitatu tuo.

Sigoaldus Fortunati ductor ex Italia adueniens.

FInibus Italiæ cum primum ad regna venirem,
Te mihi conſtituit rex Sigibertus opem,
Tutior vt graderer tecum comitando, viator,
Atque pararetur hinc equus, inde cibus.
Impleſti officium, cuſtos reuocaris amico,
Et mihi vel tandem iam mea cura redit.
Dic meus, vnde venis poſt tempora plurima, dulcis,
Magnus honore tuo, maior amore meo?
Promptus in affectu, Sigoalde benigne, clientum,
Et Fortunato nomen amice pium.
Rex Childebertus creſcens te creſcere cogat,
Qui modo dat comitis, det tibi dona ducis.
De Domino tali videant ſua vota fideles,
Curſibus & fiat proſpera vita via.

Ex comitis honore gradus ad Ducatum. Franc. inſuper

D

XX.

Ad Sigoaldum Comitem, quod pauperes pro rege pauerit.

ACtibus egregiis præconia fulgida fulgens,
Laus tua Chriſte ſonet, dum bona quiſque gerit.
Vnde genus hominum placeat, tu ſuſtine, miniſtra.
Nam niſi tu dederis, proſpera nullus agit.
Diuitibus largus, forte hinc & parcus egenis,
* Vt redimat diues, quando fouetur egens.

* ſe.

E

Dulciter iſta tui pia ſunt commercia regni,
Dum eſcam ſumit egens, diuitis auget opes,
Pauper ventre ſatur ſatiat mercede potentem,
Parua capit terris, præparat ampla polis.
Diuitibus plus præſtat egens, quam diues egenti,
Dat moritura cibi, ſumit opima Dei.
Dans terræ nummum, miſſurus ad aſtra talentum,
Et modicis granis ſurgat vt alta ſeges.
Dent, iactent, ſpargant, commendent ſemina Chriſto,
Hic dare nec dubitent, quæ reditura manent.
Da, ſi Chriſtus erit tibi theſaurarius inde,
Præſta inopi, quidquid reddere Chriſtus habet.
Hac animatus ope, expoſcens meliora Tonantis,
Nec dubitante fide, quod Deus iſta dabit:
Pro Childeberti regis florente ſalute,
Surgat vt in ſolio, qui fuit altus auo.
* Fiat vt hinc iuuenis validis robuſtior annis,
Ceu viguit proauus ſic ſit in orbe nepos.
Ergo ſuus famulus Sigoaldus amore fidelis,
Pauperibus tribuit, Regis vt extet apex.
Hinc ad Martini venerandi limina pergens,
Auxilium Domini dum rogat ipſe ſui.
Et dum illic moderans Rex pro regione laborat,
Vt precibus ſanctus hunc iubet, illud agit.
Denique procedens cupidus ſacra feſta tenere,
Pauperibus Chriſti præbuit ipſe dapem.
Diſpenſata placent alimenta per agmina Chriſti,
Paſcitur & populus, quem fouet arce Deus.
Plurima cæcorum refouetur turba virorum,
Eſt quibus interna lux Deus atque via.
Hinc alitur claudus, quem dirigit ordine Chriſtus,
Quique ſui Domini pendulus implet opus.
Quis referat tantos memorare ſub ordine morbos,
Occurrens pariter quos ſua cura fouet?
Vnde catervatim coeuntia milia paſcens,
Erogat, vt habeat, rex quoque cuncta regat.
Te Fortunatus comes hinc Sigoalde ſalutans
Regis* vt auxilium des meliora, precor.

Eleemoſynæ fructus & inſignis commendatio.

Ad precationem regem Childebertum.
* Creſcat.

F

Peregrinatio votiua ad limina S. Martini, pro rege ſalute.

Pauperum agmina à rege paſta.

* in.

G

XXI.

De prandio defenſoris.

PAſcale hic hodie donum memorabile floret,
Defenſor paſcit, quo comes ipſe fauet.
Deliciæ Domini, quas tempora vota miniſtrant,
Vndique conueniunt flumine, fruge, polo.
Childeberti etiam dominatio longa refulgens,
Te Sigoalde diu ſubleuet arce, gradu.
Sit regio fœlix fœlicis regis amore,
Atque boni comitis creſcat honore fides.

XXII.

Ad Galactorium comitem.

VEniſti tandem, quod debebaris amice,
Ante comes merito, quam datus eſſet honor.
Burdigalenſis eras, & cum defenſor, amator,
Dignus habebaris hæc duo digna regens.
Iudicio Regis valuiſti creſcere iudex,
Famaque quod meruit, regia lingua dedit.
Debet & ipſe potens, vt adhuc bene creſcere poſſis,
Præſtet vt arma ducis, qui tibi reſtat apex.
Vt patriæ fines ſapiens tuearis, & vrbes.
Adquiras vt ei, qui dat opima tibi.
Cantaber vt timeat, Vaſco vagus arma paueſcat
Atque Pyrenææ deſerat Alpis opem.
Aut quaſi grande loquor, facit hoc ſacer vnicus auctor,
A Domino erigitur paruus & altus homo.
De tyrone duces venit, & de milite princeps,
Vt reliquos taceam, Iuſtinianus erat.
Hoc & in Eccleſia, Chriſto tribuente refertur,
De exorciſta aliquo pontificalis honor.
Egregius merito Martinus teſtis habetur,
Qui fuit ante ſacer, quam ſacra iura daret.
Hoc agit omnipotens, totum qui condidit orbem,
Magnaque ſola putes, quæ facit ipſe potens.

Ex defenſore iudex.

H

Francia regum tunc hoſtes Vaſco & Cantaber.
Honorum gradus.

A

Lætior ergo precor maneas in culmine rector,
Maiora ſperans victatione ſagax.
Rege ſub hoc florens æternaque regna requirens.

. . . .

Deerit in omnibus MSS.

Iuſtitia ac pietas tecum comitata coruſcent,
Illa tuum pectus protegat, iſta latus.
Alta fides etiam, dilectio fida mi[c]eat,
Et Fortunato ſis comes amplus amor.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI Presbyteri Italici.

LIBER VNDECIMVS.

I.

Expoſitio Symboli.

B

SVmmam totius fidei Catholicæ * recenſeritis bus, in qua integritas credulitatis oſtenditur, & vnius Dei omnipotentis, id eſt ſanctæ Trinitatis æqualitas declaratur, & myſteriũ incarnationis filij Dei qui pro ſalute humani generis à patre de cœlo deſcendens, de virgine naſci dignatus eſt, quo ordine, vel quando pertulerit, quo modo ſepultus ſurrexerit, & in carne ipſa cœlos aſcendens ad dexteram patris conſederit, iudexque venturus ſit; qualiter remiſſionem peccatorum facto baptiſmate renatis contulerit, & reſurrectio tandem humani generis in eandem carnem in vitam æternam futura ſit, quia multa in ſymbolo paucis verbis complexa ſunt, mediocriter nobis ſermo temperandus eſt, ne aut breuiter dicendo non aperiant intellectum, aut prolixitate verbi generetur faſtidium. Itaque cum reſurgente Chriſto, & aſcendente in * cœlum, miſſo ſancto ſpiritu, collata eſt Apoſtolis ſcientia linguarum: adhuc in vno poſiti hoc inter ſe ſymbolum, vnuſquiſq; quod ſenſit dicẽdo, condiderunt: vt diſcedentes ab inuicem hanc regulam per omnes gentes æqualiter prædicarent. Denique ſymbolum græce, collatio dicitur, quia hoc ipſi inter ſe per S. ſpiritum ſalubriter condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicetur. Ergo cunctis credentibus, quæ continentur in ſymbolo ſalus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur.

* recenſentes ſentis. quo: MSS atque ita minus hoc est ruinatione.

C

* cœlo.

Credo in Deum Patrem omnipotentem.

PRæclarum in primordio ponitur * cœleſtis teſtimonij fundamentum, quia ſaluus * eſſe non poterit, qui recte de ſalute non crediderit; Apoſtolo prædicante, *Credere oportet accedentem ad Deum.* Item. *Corde creditur ad iuſtitiam:* &c. *Credidi. propter quod locutus ſum;* vel illud. *Iuſtus ex fide viuit* &c. *niſi credideritis, nõ intelligetis.* Ergo vel in rebus humanis nullũ op* incipitur, niſi labor omnis ad effectũ venire credatur. Vnde credendum eſt in Deum, à quo tã præſens vita, quam futura tribuitur. Deus autẽ appellatio eſt ſubſtantiæ ſempiternę, ſiue nominis diuini. Igitur Deus eſt ſine principio, ſine fine, ſimplex, incorporeus, incomprehenſibilis. *Patrẽ autẽ* cum audis, agnoſce quod habeat filium veraciter genitum; quomodo poſſeſſor dicitur qui aliquid poſſidet, & Dominus, qui alicui dominatur. *Deus ergo Pater,* ſecreti ſacramenti vocabulum eſt, cuius vere filius eſt verbum & ſpeculum, & character; & imago viuens patris viuentis, in omnibus patri ſimilis, eiuſdem naturæ, & in diuinitate genitus genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur, quomodo genuit filium? quod & angeli neſciunt, prophetis eſt incognitum. Vnde illud dictum eſt, *Generationem eius quis enarrabit?* quam ſecretam originem cum proprio filio nouit ipſe ſolus, qui genuit. Nec à nobis Deus diſcutiendus eſt, ſed credendus: qui

* fidelis. * eſſe poterit qui ſalute crediderit.
Heb. 11.
Rom. 10
Pſal. 115.
Rom. 1.
Abac. 2
Iſaie 7
D
Vulgati nõ credideritis, nõ permanebitis
Iſaie 53.

io nobis ipſis neſcimus quod ſapimus, quomodo ſapientiam ingenium, aut intellectus conſilium, aut mens noſtra generat verbum. Sed vt breuiter dicamus, ſufficit nos ſcire, quia lux genuit ſplendorem propheta teſtante. *In ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.* Et illud. *Hic Deus noſter, & non reputabitur alter ad eum.* & poſt: *In terris viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt.* Omnipotens vero dicitur, eo quod omnia poſſit, & omnium obtineat * poteſtatem; quia pater omnia creauit per filium.

E
Pſal. 109.
Baruch 3.
Vulg. H E O N E N æſtimabitur alius aductius eum.
Baruch 3.
* poteſtatum.

Et in IESVM CHRISTVM.

IEſus Hebraice Saluator dicitur; hoc nomen digne conuenit principi, qui populo ſe ſequenti poſſit ſalutem tribuere: cuius figuram Ieſus naue gerens, populum de deſerto in * patriam & terram repromiſſionis certum eſt induxiſſe. Et iſte de tenebris & terra ignorantiæ ſequentes ſe ad cœlos ducit. *Chriſtus* dicitur à chriſmatis vnctione, & hoc nomen pontificale eſt, vel regale quoniam reges vngebantur oleo corruptionis hic autem ab ſpiritu ſancto oleo exultationis diuinitus vnctus eſt: propheta dicente, *Spiritus ſanctus ſuper me propter quod vnxit me.* Ieſus ergo dicitur eo, quod ſaluet populum. Chriſtus, quod ſit vnctus pontifex in æternum. *Vnicum filium* ideo, vt nil in hoc intelligas terrenum ſiue corporeum, vbi de vno eſt vnus, de luce ſplendor, de corde verbum, de mente ſenſus, de forte virtus, de ſapientia ſapiens, de æterno natus, eſt * æternus; per omnia idem quod pater, hoc filius. Nam vnicus ideo, quia nec comparationem recipit cum reliquis creaturis, nec ſimilitudinem, quia omnium rerum ſummus ipſe creator eſt; homines autem filij Dei vocantur per gratiam; ille ſolus filius genitus per naturam. Huc vſque de Deitate Patris atque Filij textus ordo ſecutus eſt.

* in patriam decit non nullis MSS.
Iſaie 61.
F
* cogeternus

Qui natus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virgine.

ILle qui de patre ante ſecula natus eſt, poſtea de ſpiritu ſãcto cuius templum in Virgine fabricatum, eſt intelligendum. Nam ſicut in ſanctificatione ſpiritus nulla fragilitas extitit, ſic nec in partu eiuſdẽ, cauſa corruptionis apparuit. Qui in cœlis vn*, in terris vnicus, per portã virginis ingredi mundum dignatus eſt. Hinc plurima prophetæ de cõceptu virginis & de partu locuti ſunt. Vnum tamen exemplum pro breuitate proponemus, de quo Ezechiel dixit: *Porta, quæ reſpicit ad orientem, clauſa erit, & non aperietur, & nemo trãſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ipſe tranſibit per eam, & clauſa erit.* Hoc tamen notandum eſt, quia ſpiritus ſanctus eſt dominicæ carnis creator, Spiritus ſancti hinc maieſtas oſtenditur. Quod vero Deus maieſtatis de Maria in carne natus eſt, non eſt ſordidatus naſcendo de virgine, qui non fuit pollutus hominem condens de puluere. Denique ſol aut ignis ſi lutum inſpiciat, quod tetigerit purgat, & ſe tamen nõ inquinat: nec fuit Deo iniuriæ cauſa miſericordiæ, neque ſit incredibile, quod eſt ipſe natus de virgine, qui Adam de puluere & primam mulierem potuit de coſta formare.

G
Ezech. 44.

Crucifixus ſub Pontio Pilato.

HInc multa prophetæ: qualiter confixus in cruce, foratis pedibus, aceto vel felle aut vino myrrato potatus, ſpinis coronatus, lancea percuſſus, ſuper veſtem eius ſorte miſſa, & in conſpectu populi maligni manibus extenſis in die pependerit, prædixerunt: diligens lector inueniet. Tamen vt breuiter dicatur, in cruce ſuſpenſus eſt, vt nos à damnatione ligni vetuſti diſſolueret. Felle vero potatur, vt amaritudinem præuaricati pomi & nimis acidi, amputaret. Spinis coronatur, vt maledictæ terræ vetuſtũ crimen erueret. Lancea percutitur, vt per plagã lateris, aqua fluente vel ſanguine, baptiſmum vel myſterium martyrij promulgaret: & vt dicatur aliquid altius. In coſta Chriſtus percutitur, vt vulnus nobis infixum per * Euam, quæ de coſta viri formata fuerat, amputaret. Vt tamen ad hoc intelligendũ aliquantulum extendamur, ſicut dicit ſcriptura: cordis oculi aperti ſunt ad intelligendum, quid ſit altitudo, latitudo, ac profundum, quod eſt crucis ſignificatio. Et quare

H
* Heuam
Epheſ. 3.

Domi-

A

Dominus in patibulo ſe pati elegerit, quæritur. Ratio hæc redditur, Crux ſpecies tropæi eſt, quod deuictis hoſtibus ſolet fieri triumphanti: & quia Dominus tria regna ſibi ſubiecit, ſuſpenſus in * aere victoriam de cœleſtibus & ſpiritualibus nequitiis eſt adeptus: expandens autem manus ad * populum, palmam de terrenis. Quod vero ſub terra crux fixa eſt, oſtendit eum & de Tartaro triumphare. Et quia de aliis, breuitatis cauſa, præterimus plurima, ne generemus faſtidium, ſic pro honore ſanctæ crucis nobis hic ſermo diſtenditur, vt vobis ædificatio, & illi creſcat præconium. Ergo quia nec ipſa ſydera in conſpectu Dei pro humano crimine erat pura, & erat tota terra polluta, ideo ſuſpenſus eſt Chriſtus in † aere, vt ſimul terras & aſtra purgaret: aut quia ipſe dixerat: *Sicut M…ſes exaltauit ſerpentem*: ideo cruci ſuſpenditur, vt adimplerentur verba, quæ creator prædixerat, aut quia inter cœlum & terram grandis erat diſcordia, vt tolleret reconciliator, ſe mediante ſcandalum. In * aere ſuſpenditur, vt ſe in medio poſito inter cœlum & terram, & inter hominem & Deum pax rediret poſt odium. Aut ideo, quia ante grauis latro in cruce configebatur. Ergo ad hoc elegit Chriſtus principale ſupplicium, vt hominem abſolueret * originali peccato, quod erat principale tormentum. Aut ideo Deus in cruce ſuſpenditur, vt pro captiuitate noſtra pretium ſui corporis in ſtatera mercator penſaret. Aut ideo cruci figitur, quia mortui eram' per pomum & arborem, vt denuo crux & Chriſtus, id eſt arbor & pomum, per ipſam ſimilitudinem nos à morte liberaret. Pomum dulce cum arbore.

aera. populos.

Ioan. 3. * *aera.*

† *aera.*

B

* *origina-li peccatō*

Sub Pontio Pilato.

BEne hoc eſt additum, vt iudice cum tempore deſignato, non eſſe videretur, incertum. Sub Herode rege, qui eo tempore Tetrarcha erat, ad quem Pilatus miſit Dominum vinctum: & per hoc inter iudices pax prouenit poſt odium. Et * legatus Dominus magis legatarius, pax inter partes extitit, & iudices à liuore diſſoluit.

* *ligatus. ſed elegans alluſio an referatur ad... &c.*

Pſalm. 87
Matth. 11.

Deſcendit ad infernum.

HInc prophetæ plura dixerunt, vnde eſt illud dictum, *Vita mea in inferno adpropinquauit, Et factus ſum inter mortuos liber.* Et illud, *Tu es qui venturus es.* quod lector requirens inueniet. Sed deſcendens ad infernum, iniuriam non pertulit, quod fecit cauſa clementię, velut vt rex intrans carcerem non vt ipſe teneretur, ſed vt noxii ſoluerentur.

C

Tertia die reſurrexit.

Iona 2. & Matth 12.

DE reſurrectione eius iidem prophetæ plura locuti ſunt, quod & Ionas triduo in ventre ceti permanens deſignauit.

Aſcendit in cælum.

Epheſ. 4.

* *dominus*

HOc pſalmographus, propheta & Apoſtolus meminit, vnde illud dictum eſt. *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem.* Ergo poſt paſſionē * Chriſtus cœlos aſcendit, non vbi non erat Verbum Deus, qui ſemper in cœlis eſt, ſed vbi adhuc Verbum caro factum non ſederat: vnde videntes angeli carnis naturam cœlos intrare ſtupuerunt dicentes, *Quis eſt iſte rex gloriæ?*

Pſal 23.

D

Sedet ad dextram Patris.

In Mss. nō nullis ſequentia ſine titulo præcedentibus iunguntur.

NAm & ipſum ſedere myſterium eſt carnis aſſumptæ, & prouectum ſedis non diuina, ſed humana natura requirit: inde & hoc dictum eſt *Parata eſt ſedes tua Domine. Et. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* Et illud. *amodo videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei. Iudicaturus viuos & mortuos:* Aliqui, dicunt viuos, iuſtos, mortuos vero iniuſtos. Aut certe viuos, quos in corpore inuenerit aduentus dominicus, & * intelligamus mortuos iam ſepultos. Nos tamen * viuos & mortuos, hoc eſt animas & corpora pariter * iudicanda. Nam de aduentu Domini & Malachias ait: *Ecce venit Dominus omnipotens.* Et Daniel: *Ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis.* Et illud. *Sicut fulgor ab oriente, ita & erit aduentus filii hominis.*

Pſal. 92.
Pſal. 110.

* *deſideratur in quibuſdam Mss. hic.*
† *intelligamus.*

Credo in ſancto ſpiritu.

E

IN huius commemoratione, myſterium Trinitatis impletur, vnus pater, vnus filius, vnus ſpiritus ſanctus: vt hæc diſtinctio perſonarum, vocabula ſecernuntur, Pater, ex quo omnia, & qui non habet patrem, filius ex patre genitus, Spiritus ſanctus de Dei ore procedens, & cuncta * ſanctificans. Ergo vna diuinitas in Trinitate, quia dixit ſymbolum: Credo in Deum Patrem, & in Ieſum Chriſtum. & in ſpiritu ſancto, Ergo vbi IN præpoſitio ponitur, ibi diuinitas approbatur, vt eſt. Credo in Patre, in filio, in ſpiritu ſancto. Nam non dicitur, In ſancta Eccleſia, non dicitur, In remiſſione peccatorum, ſed * remiſſionē peccatorum credis.

Malach. 3.
Dan. 7.
† *iudicandos.*

* *ſignificās*

* *ſanctam eccleſiam, &c.*

Sanctam Eccleſiam.

SAncta, quia vna eſt Eccleſia ſine ruga. Sicut vna fides, vnum baptiſma in qua vnus Deus, vnus Dominus, vnus Spiritus ſanctus creditur. de qua, in canticis legitur. *Vna eſt columba mea:* nam Heretici congregant Eccleſiam, vbi ruga, & perfidiæ macula comprobatur.

Epheſ. 4.
Cant. 4.

Remiſſionem peccatorum.

F

NObis in hoc ſermone ſola credulitas ſufficit, nec ratio requiritur, vbi principalis indulgentia comprobatur Ipſe rex æternus à nullo diſcutitur, ſi quodcunque largitur. Nam ille, qui potuit hominem de luto facere, idem potens eſt omne lutulentum purgare: & valet innocentiam perditam reſtituere, qui ſepultos & membra perdita reuocat ad ſalutem.

Reſurrectionem carnis.

SVmma perfectionis concluditur, & caro ipſa, quæ cadit, reſurrectura erit, immortalis vt maneat. Licet, reſurrectio à paganis, & à quibuſdam Hæreticis non credatur. Tamen Iſaias dicit, *Surgent mortui & ſuſcitabuntur*: & Daniel ait. *Reſurgent tum, qui ſunt in terra puluere.* Chriſtus dicit. *Quod autem ſurgent mortui, non legiſtis?* &c: *Non eſt Deus mortuorum ſed viuentium.* Item Apoſtolus dicit, *Tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur.* Et ſcriptura dicit. *Poſt reſurrectionem erunt ſicut Angeli Dei.* Ergo nec hoc credentibus impoſſibile iudicetur: quia qui potuit hominem de terra componere, poterit hunc ex homine in Angelum transformare, & poſt hanc vitam temporalem, vitam æternam tribuere. Ergo moritur homo quaſi granum in ſulco, vt reſurgat cum ſpico, & multiplicetur cum fructu, aſſimuletur & Angelo: quod ipſe ſalutis auctor nobis tribuere dignetur, qui triumphato Tartaro cum Patre & ſancto ſpiritu glorioſo, * principatum tenens victor regnat in cœlo. Amen.

Iſaia. 26
Dan 12
Matth 22
1. Cor 15.

G

ſpicas & ... antiquæ * *princi-pāta.*

II.

Verſus ad Dominam Radegundem.

QVo ſine me mea lux oculis errantibus abdit,
Nec patitur viſu ſe reſerare meo?
Omnia conſpicio ſimul, æthera, flumina, terram,
Cum te non video, ſunt mihi cuncta parum.
Quamuis ſit cœlum, nebula fugiente, ſerenum,
Te celante mihi, ſtat ſine ſole dies.
Sed precor, horarum ducat rota concita curſus.
Et breuitate velint ſe celerare dies.
Conſultum nobis ſanctiſque ſororibus id ſit,
Vt vultu releues, quos in amore tenes.

H

III.

Ad eandem de natalitio Abbatiſſæ.

MAter opima. decens voto lætare beato,
Gaude, natalem filia dulcis habet.
Hanc tibi non vterus natam, ſed gratia fecit,
Non caro, ſed Chriſtus hanc in amore dedit.
Quæ ſit in æterno tecum, tibi contulit auctor,
Perpetuam prolem dat ſine fine Pater.
Felix poſteritas, quæ nullo deficit æuo,
Quæ cum mater ſimul non moritura manet.

Agnes ſub qua antiſtita viuit Rhadeg.

A Sit modo feſta dies ſancto Radegundis honore.
Agnen hanc vobis ſignus in orbe dedit.
Gaudia diſtenſos pariter celebretis in annos,
Et per vos populus vota ſuperna colat.
Virgineoſque choros moderamina ſancta docentes,
Perpetuæ vitæ diſtribuatis opus.
Hinc longinqua ſalus teneat vos corpore vinctas,
Rurſus in æterno lumine iungat amor.

IV.

Ad eandem, vt vinum bibat.

Si pietas & ſanctus amor dat vota petenti,
Exaudi famulos munere larga tuos.
Fortunatus agens, Agnes quoque verſibus orant,
Vt laſſata nimis vina benigna bibas,
Sic tibi det Dominus, quæcunque popoſceris ipſum,
Et tibi ſicut amas, viuat vterque rogans.
B Suppliciter petimus, ſi non offendimus ambo,
Vt releues natos mater opima duos.
Non gula vos, ſed cauſa trahat, modo ſumere vina
Talis enim potus viſcera laſſa iuuat.
Sic quoque Thimotheum Paulus tuba gentibus vna,
Ne ſtomachum infirmet, ſumere vina iubet.

Radegundes ab hydropoſia precibus abducitur.

Vina modicè vſus.

V.

Ad Abbatiſſam de Natali ſuo.

Dulce decus noſtrum Chriſti ſanctiſſima Virgo,
Agnes quæ meritis immaculata manes.
Sic tibi complacuit hodiernum ducere tempus,
Vt mihi inexpletam diſtribuiſſes opem.
Nec dare nunc dominæ modulamina dulcia linguæ
Cui dum verba refers, paſcitur ore meo.
Abſtinuiſſe cibis etiam vos ipſe probaui,
Et quaſi pro vobis eſt mihi facta fames.
Audio, ſomnus iners radiantes preſſit ocellos,
C An nimias noctes anticipare velis?
Cui non ſufficiant hæc tempora longa quietis,
Cum prope nox teneat quod duplicata dies.
Nubila cuncta tegunt, nec luna nec aſtra videntur,
Si ſis læta animo, me nebulæ fugiunt.
Gaudia vera colat, quæ nos hæc ſcribere iuſſit,
Et tecum faueat ducta ſub arce poli.

VI.

Aliud ad eandem.

Mater honore mihi ſoror autem dulcis amore,
Quam pietate, fide, pectore, corde colo.
Cœleſti affectu, non crimine corporis vllo,
Non caro, ſed hoc, quod ſpiritus optat, amo.
Teſtis adeſt Chriſtus, Petro Pauloque miniſtris,
Cumque piis ſociis ſancta Maria videt,
Te mihi non aliis oculis animoque fuiſſe,
Quam ſoror ex vtero tu Titiana fores,
Ac ſi vno partu Mater Radegundis vtroque,
Viſceribus caſtis progenuiſſet, eram.
Et tanquam pariter nos vbera chara beatæ,
Pauiſſent vno lacte fluente duos.
Heu mea damna gemo, tenui ne forte ſuſurro
Impediant ſenſum noxia verba meum.
D Sed tamen eſt animus ſimili me viuere voto
Si vos me dulci vultis amore coli.

Fortunatii caſtimo pudicitia.

Caſtus amor.

VII.

Ad eandem.

Quæ charæ matri, quæ dulcia verba ſorori,
Solus in abſenti cordis amore loquar?
Quas locus excludit, mens anxia voce requirit,
Et ſimul, vt videat, per pia vota rogat.
Te peto chara ſoror, matri pietate benigna,
Quod minus impendi, tu famulare velis.
Illa decens tecum longo mihi viuat in æuo,
Et tribus in Chriſto ſit precor vna ſalus.

E Nos, neque nunc præſens, nec vita futura ſequeſtret,
Sed tegat vna ſalus, & ferat vna dies.
Hic tamen, vt cupio, vos tempora longa reſeruent,
Vt ſoror & mater ſit mihi certa quies.

VIII.

Ad eandem.

Acceſſit votis ſors iucundiſſima noſtris,
Dum meruere meæ ſumere dona preces.
Profecit mihimet potius cibus ille ſororum,
Has ſatias epulis, me pietate foues.
Qua probitate micans partes componis vtraſque,
Me recreas animo, has ſaturando cibo.
Paſcunt membra dapes, animam dilectio nutrit,
Quæ, cui plus opus es dulcior eſca venis.
Audiat omnipotens, & te pia vota petentem,
Vt tibi perpetuos fundat in ore cibos.
F Sæcula longa ſimul cum matre ſuperſtite vernes.
Et veſtro fræno ſtet chorus ille Deo.

Agape ſanctimonial. Pictauienſium.

IX.

Ad eandem pro Eulogiis tranſmiſſis.

Sollicita pietate iubes cognoſcere ſemper,
Qualiter hic epulis, te tribuente, fouer.
Hæc quoque prima fuit hodiernæ copia cœnæ,
Quod mihi perfuſo melle dediſtis holus.
Nec ſemel aut iterum, ſed terque quaterque cucurrit,
Cuius me poterat paſcere ſolus odor.
Portitor ad tantos miſſus non ſufficit vnus,
Laſſarunt toties qui rediere pedes.
Præterea venit miſſus cum collibus altis,
Vndique carnali monte ſuperbus apex.
Deliciis cunctis, quas terra vel vnda miniſtrat,
Compoſitis epulis hortulus * vnus erat.
G Hæc ego nunc auidus ſuperaui cuncta guloſus,
Et mons & hortus ventre tenetur iners.
Singula nec refero, quis me tua munera vincunt,
Ad cœlos victrix & ſuper aſtra voles.

* iterum.

X.

De eadem re.

Multiplices epulæ concurrunt vndique fuſæ.
Quid prius excipiam, me bonus error habet.
Carnea dona tumens, argentea gauata † perfert,
Quo nimium pingui iure natabat holus.
Marmoreus defert diſcus, quod gignitur hortis,
Quo mihi mellitus fluxit in ore ſapor,
Intumuit pullis vitreo ſcutella rotatu,
Subductis pennis, quam graue pondus habens!
Plurima depictis concurrunt poma caniſtris,
Quorum blandifluus me ſaturauit odor.
Olla nigella nimis dat candida pocula lactis,
Atque ſuperba venit, quæ placitura fuit.
Hæc dominæ matri famulans, hęc munera natæ,
Iunctus amore pio certius ipſe loquor.

* profert.

H

XI.

Aliud de floribus.

Reſpice delitias, felix conuiua, beatas,
Quas prius ornat odor, quam probet ipſe ſapor.
Moliter adridet tutulandum copis florum.
Vix tot campus habet, quod modo menſa roſas.
Albent purpureis vbi lactea lilia blattis,
Certatimque nouo flagrat odore locus.
Inſultant epulæ ſtillanti gemine ſultæ,
Quod mantile ſolet, cur roſa pulchra tegit?
Complacuit melius ſine textile tegmine menſa,
Munere quam vario ſuauis inumbrat odor,

Eruuit

A Enituit paries viridi pendente corymbo,
Quæ loca calces habet, huc roſa preſſa rubet.
Vbertas rerum tanta eſt, vt flore ſereno,
Mollia ſub tectis prata virere putes.
Si fugitiua placent, quæ tam cito lapſa recedunt,
Inuitent epulæ nos, paradiſe, tuæ.
Dædalicis manibus nitiut textura ſororis,
Tantum digna fuit mater habere decus.

XII.

Aliud pro eulogiis transmiſſis.

MVnera direxi, ſed non mea, crede Fatenti,
Ad te quæ veniunt, ſunt tua dona magis.
Melle ſuperfuſas cunctorum porrigis eſcas,
Cuius ab ore prius dulcia mella fluunt.
Copia quanta mihi maneat de munere veſtro,
Credite, dum ſpargit iam gula victa cibos.
Sed mihi da veniam venerando corde benigna,
Quod præſumpſit amor, ſit veniale mihi
B Nunc Chriſtum pro me choris ille verendus adoret,
Nec peccatorem me mea culpa grauet.

XIII.

Pro Caſtaneis.

ISta meis manibus fiſcella eſt vimine texta,
Credite mi charæ mater & alma ſoror.
Et quæ rura ferunt, hæc ruſtica dona miniſtro,
Caſtaneas molles, quas dedit arbor agris.

XIV.

Pro lacte.

ASpexi digitos per lactea munera [a] preſſos,
Et ſtat picta manus hic vbi crama rapis.
Dic, rogo, quis teneros ſic ſculpere compulit [b] vires,
Dædalus an vobis doctor in arte fuit?
O Venerandus amor, cuius faciente rapina,
Subtracta ſpecie venit imago mihi.
Spes fuit, hæc quoniam tenui ſe tegmine rupit,
Nam neque ſic habuit pars mihi parua dari
C Hæc facias longos Domino tribuente per annos,
In hac luce ſimul matre manente diu.

[a] fixos.
[b] vngues.

XV.

Aliud pro lacte.

QVid tam dulce darent mihimet materque ſororque,
Quam modo quod tribuunt congrue lactis opem.
Sicut Apoſtolico præcepit dogmate Paulus,
Cum infirmis animis lac iubet ipſe dari.
Sollicitam mentem geritis de nomine noſtro,
De vobis ſemper ſit pia cura Deo.

XVI.

Pro prandio.

NEſciui, fateor, mihi prandia laſſa parari,
Sic animo merear poſſe placere tuo.
D Nec poterant aliqui vultu me auellere veſtro,
Si non artificis fraus latuiſſet inops.
Quis mihi det reliquas epulas, vbi voce fideli
Delicias animæ te loquor eſſe meæ?
A vobis abſens colui ieiunia prandens,
Nec ſine te poterat me ſaturare cibus.
Pro ſummis epulis auido tua lingua fuiſſet,
Repleſſent animum dulcia verba meum.
Ordine ſed verſo medicus fera vulnera gignit,
Et fallax artem decipiendo probat.
Quem nunquam ſaturat, quidquid mare, terra, miniſtrat,
Credebat ſolo me ſaturare meo.
Sed modo da veniam, quæſo, pietate parata,
Alterius facinus nec mihi conſtet onus.

XVII.

De munere ſuo.

COmpoſui manibus proprijs hoc munus amoris, E
Sed tibi vel dominæ ſit rogo dulce meæ.
Quamuis exiguo videantur inepta paratu,
Creſcant affectu, quæ modo parua fero.
Si bene perpendas apud omnes ſemper amantes,
Muneribus paruis gratia maior ineſt.

XVIII.

Pro prunellis.

TRanſmiſſas epulas quæ pruna nigella vocantur.
Ne, rogo, deſpicias quæ mihi ſylua dedit.
Si modo dignaris ſyluestria ſumere poma,
Vnde placere queam, dat meliora Deus.
Hoc quoque non metuas quod ramo vmbrante pependit,
Non tellus fungos, ſed dedit arbor opes.
Non ego crudelis, qui Matri incongrua præſtem, F
Nec dubites puros ſumere fauce cibos.

XIX.

Pro aliis deliciis & lacte.

INter multiplices epulas ieiunia mittis,
Atque meos animos plura videndo cremas.
Reſpiciunt oculi medicus quod non iubet vti,
Et manus illa vetat, quod gula noſtra rogat.
Attamen ante aliud cum lactis opima miniſtras,
Muneribus vincis regia dona tuis.
Nunc cum matre pia gaudens ſoror eſto, precamur,
Nam nos lætitiæ menſa benigna tenet.

XX.

Pro ouis & prunis.

HInc me delitiis, illinc me paſcitis herbis,
Hinc oua occurrunt, hinc mihi pruna dantur,
Candida dona ſimul præbentur, & inde nigella.
Ventri vtinam pax ſit, ſic variante cibo.
Me geminis ouis iuſſiſtis ſero cibari, G
Vobis vera loquor. quatuor ipſe bibi.
Atque vtinam merear cunctis parere diebus,
Sic animo, ceu nunc hoc gula iuſſa facit.

XXI.

De abſentia ſua.

SI me non nimium pluuiatilis aura vetaret,
Dum neſciretis, vos repetiſſet amans.
Nec volo nunc abſens vna detenter vt hora,
Cum mea tunc lux eſt, quando videtur amans.

XXII.

De conuiuio.

PEr pietatis opus, per, qui plus imperat aſtris
Per, quod mater amat, frater & ipſe cupit.
Vt, dum nos eſcam capimus, quodcunque ciberis
Quod ſi tu facias, bis ſatiabor ego:

XXIII.

De eadem re.

DEliciis variis tumido me ventre tetendi, H
Omnia ſumendo lac, holus, oua, butyr.
Nunc inſtructa nouis epulis mihi fercula dantur,
Et permixta ſimul dulcius eſca placet,
Nam cum lacte mihi poſuerunt inde botyrum,
Vnde prius fuerat, huc reuocatur adeps.

XXIV.

Verſus in conuiuio facti.

INter delitias varias mixtumque ſaporem,
Dum dormitarem dumque cibarer ego.

A Os apetiebam, claudebam ruſus ocellos,
Et manducabam omnia iura videns.
Confuſos animos habui, mihi credite charæ,
Nec valui facile libera verba dare.
Nec digitis poteram calamo neque pingere verſus,
Fecerat incertas ebria muſa manus.
Nam mihi vel reliquis ſic vina bibentibus apta,
Ipſa videbatur menſa natare mero.
Nunc tamen vt potui matri, pariterque ſorori,
Alloquio dulci carmina paruus dedi.
Et ſi me ſomnus multis impugnat habenis,
Hæc, dubitante manu ſcribere, traxit amor.

XXV.

De eadem re.

BLANDA Magiſtra ſuum verbis recreauit & eſcis,
Et ſatiat vario deliciante ioco.

XXVI.

De munere ſuo:

B SI non compleſtis, quod hic completa vocatur,
Hæc rogo ſuppliciter ſuſcipe ſumme libens.
Nec parua ſpernas,* non tu mea vota requiras,
Munere in auguſto cernitur amplus amor.

> *nec magnum magna.

XXVII.

Ad eaſdem de itinere ſuo.

CASIBVS innumeris hominum momenta rotantur,
Inſtabilique gradu pendula vita meat.
Ipſa futura timens titubans mens anxia tenim,
Ventura ignorat quid ſibi lux pariat.
Nam me digreſſum à vobis Egomundus amator,*
Illa ſuſcepit, qua bonitate ſolet.
Hinc citus excurrens Cariacæ deuehor aulæ,
Tunc * Illacenſi perferor inde loco.
Hinc ſacer Antiſtes rapuit me Domitianus,
Ad ſancti * Albini gaudia feſta trahens.
Inde relaxatus per plura pericula, * ſeſſa,
C Puppe ſub exigua fluctus & imber agit.
Quo grauis incumbens Aquilo ſubuerterat amnem,
Et male curuatos extulit vnda ſinus.
Nec ſua commotos capiebant littora fluctus,
Inuadunt terras æquora fuſa nouas.
Paſcua, rura, nemus, ſegetes, viburna, ſalictum,
Vinibus iratis, vna rapina tenet.
Huc mihi commiſſi per confraga murmura Ponti,
Flatibus horrendis laxa fremebat hyems.
Surgebatque cadens per aquoſa cacumina puppis,
Aſcendeos liquidas monte cauante vias.
Quo rate ſuſpenſa modo nubila nauta tenebat,
Gurgite ſubducto rurſus ad arua redit.
Fluctibus infeſtis pelagi ſpumante procella,
Aſſidue rapidas prora bibebat aquas.
Æquora lambebant inimica pace carinam,
Triſtius amplexu nos occitura ſuo.
Sed mora nulla vetat varias memorare querelas,
Poſt referenda ſimul murmura, corde tego.
Hoc mihi præcipue diuina potentia præſtet,
D Vt cito fœlices vos reuidere queam.

> *Egomundus.
> *Balladii Tanciliacēſi
> *Albeni, & Alceni.
> *Ieſſum.
> Tempeſtas in flumine poeticè repræſentata.

XXVIII.

Aliud de itinere ſuo.

PASSIM ſtricta riget glacies concreta pruinis,
Nec leuat afflictas flexilis herba comas.
Terra iacet cruſtata gelu ſub cortice duro,
Mollis & arboreas nix tegit alta comas.
Profluuia cruſtatum ſtruxerunt flumina murum,
Et denſata grauem veſtit vnda cutem.
Mole ſua frænantur aquæ, ſe lympha ligauit,
Obice ſub proprio vix ſibi præbet iter.
Fluminibus medijs nata eſt criſtallina ripa,
Nec capimus ſubter, nec ſuperitur iter.
Aſperius tumuit glacies, Aquilone fremente,
Cui dabit illa viam quæ ſibi pugnat aqua.

> Conglaciatur terra & aqua periphraſis.

E
VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESbyteri Italici,

DEINDE EPISCOPI PICTAuienſis de vita ſancti Martini,

LIBRI QVATVOR.

Prologus Fortunati Presbyteri in vitam ſancti MARTINI.

DOMNO SANCTO, ATQVE APOSTOlico piiſſimo in Chriſto & peculiari patri Gregorio Papæ, Fortunatus.

F APVD pietatis animum, quod opere minus inſcribitur, dilectionis intuitu dilatatur. Nam ΕΠΙΧΕΙΡΗΜΑΤΑ, ΛΕΞΙC, ΔΙΑΙΡΕCΙC, ΠΑΡΑΙΝΕCΙC & reliqua oratoribus & dialecticis permittantur, apud quos cæteræ artes perplexis forent artibus. * Iſta ſatagent ſuis affectare ſirmatibus, quæ ſoliti ſunt adſuere vel proferre .... Vos * date pietatis & caritatis animo * veniam, poſtpoſita pro parte metrica periti cenſura. Quia quicquid in his vel ſtropha veterum, vel præſentium ſophiſma plerumque diſſertat, totum nobis ni præſtabis quod minus nouimus; quod in opere meſſium, id eſt in ipſa meſſe, vt præſens explicare portitor poterit, nec expedire licuit, nec tentare ſingula. Quapropter ſanctæ coronæ, ac dulcedini veſtræ, me peculiariter & inſtanter commendans, & vt pro humili tuo iugiter dignens exſpectans, ſuggero. Cum iuſſeritis autem, vt opus illud, Chriſto præſtante, intercesſionibus Domni Martini, quod de ſuis virtutibus explicuiſti, verſibus debeat digeri, id agite vt ipſum mihi relatum iubeatis tranſmitti. Nam pietate G Domini concedente, quod de vita eius vir diſertus Domnus Sulpitius ſub vno libello proſà deſcripſit, & reliquum, quod Dialogi more ſubnectit, primum quidem opus à me duobus libellis, & dialogus ſubſequens alijs duobus libellis, complexus eſt; ita vt breuiſſime, & iuxta modulum paupertatis noſtræ in quatuor libellis, totum illud opus verſu, inter hoc bimeſtre ſpacium, audax magis quam loquax, nec efficax, curſim & impolite inter friuolas occupationes ſulcaũ. Quos libellos Domno meo, & pio Domno Martino, ſi ipſe commeatum obtinet, in quaternionibus quos direxiſtis ipſi per vos oblaturus coniunctim & confeſtim tranſcribendos curabo; Illud certe poſtulans, vt eius à vobis pietas reparata pro nobis humilibus, & ſuis peculiaribus intercedere non deſiſtat. Date pater dulcis veniam, quia lituram tantam in meſſe ſcribenti pluuia ſuperlapſa ſuffudit. Ora pro me Domne ſancte, & mihi dulcis pater.

> *data.
> *venia.

H *Præfatio in eoſdem libros.*

NAVTA rudis tumido cum vult dare vela à profundo,
Atque procelloſas neſcius intrat aquas.
Rauciſono latrante ſalo cum perſtrepit æquor,
Et vaga tetrico murmurat vnda freto,
Exiliens pelagus colles vbi voluit aquoſos.
Planaque dorſa maris mobile rupe timet.
Naufragij cumulos capiens per confraga, Pontus,
Qua crepitat rapidus monte natante liquor.
Certatim implicitam quatiunt vada cærula cymbam
Cum liquidi campi penſile tranſit iter.
Si fera creſcat hyems, vt ſpumis verberet auras
Et mare cæruleum tollat ad aſtra caput.
Fluctibus excuſſis per nubila nauita currit,
Intrat & aerias pendula prora vias.

A

Pars ſubit vna ratis, pars altera vergit arenis,
Nutat & in dubio lubrica libra freto.
Nunc ſurſum inſpicitur pelagi furibunda ruina,
Pontus & iratas deſuper armat aquas.
Nunc quoque proſiliens Zephyri, pelagique repulſis
Fluctibus eximiis euolat acta ratis.
Afficitur tremulis temerarius arbiter vndis,
Et ſtupet implicitas, quas petat arte vias.
Attonitus, ſtrepitus, hebetans, vagus, anxius, anceps,
Confuſo ingenio mox ope nauta caret.
Iamque gubernaclum amittens ratione gerendi.
Pondere victus aquæ neſcius arte iacet.
Sic ego de modicis minimus venerabilis Agnes,
Cum Radegunde ſacra quas colo ſorte pia.
Tendere pollicitum quia cogor ad ardua greſſum.
Imperiis tantis viribus impar agor.
Fluctuat ingenium cui non natat vnda camenæ,
Senſus arenoſus non rigat ore lacus.
Nam cælum meritis Martinum ad ſidera notum
Cum ſint vota, mihi non valet arca loqui.

B

Poſcendum eſt vobis, ne naufraga prora laboret,
Flatibus ille ſuis, ſed mea vela iuuet.
Credere tunc potero ad portum mea carbaſa ferri
Aſpirante fide, ſi ſua labra fauent.
Ferte precantes opem, & de verbo poſcite verba,
Si fons ille rigat, riuulus iſte meat.
Vos date quod vobis cum fœnore reddat alumnus,
Addam vt theſauris parua talenta ſuis.

C

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESbyteri Italici,

DE VITA S. MARTINI.

LIBER PRIMVS.

ALtithronus poſtquam repedauit ad æthera Chriſtus,
Carne triumphali victricia ſigna reportans,
Inclytus inferni ſpoliato carcere diues,
Tartarei reprimens feralia iura Tyranni,
Et ſtygis omnipotens adamantina clauſtra reuellit,
Sede ferâ populi longa caligine tecti,
Captiuum retrahens portis bipatentibus agmen
Millibus ereptis. ergo eſt vt redditus aſtris,
Et patris in ſolio ſedit ſua dextera dextræ,
Quæ conuerſatus dedit ad miracula terris,
Multa Euangelici reſerante volumine libri,
Hebraicus cecinit ſtylus, Atticus, atque Latinus,
Proſaico digeſta ſitu, commune rotatu.
Primus enim docili diſtinguens ordine carmen,
Maieſtatis opus metri canit arte Iuuencus.
Hinc quoque conſpicui radiauit lingua Seduli,
Paucaque perſtrinxit florente * Orontius ore,

*Orentius.

D

Martyribuſq; piis ſacra hæc donaria mittens,
Prudens, prudenter, Prudentius immolat actus.
Stemmate, corde, fide pollens Paulinus & arte,
Verſibus explicuit Martini dogma magiſtri.
Sortis Apoſtolicæ, quæ geſta vocantur, & actus,
Facundo eloquio vates ſulcauit Arator.
Quod ſacra explicuit ſerie genealogus olim,
Alcimus egregio digeſſit acumine præſul.
Aſt ego ſenſus inops Italæ quota portio linguæ,
Fæce grauis, ſermone leuis, ratione pigreſcens,
Mente hebes, arte carens, vſu rudis, ore nec expers,
Paruula Grammaticæ lambens refluamina guttæ,
Rhetoricæ exiguum prælibans gurgitis hauſtum,
Cote ex iuridica, cui vix rubigo receſſit.
Quæ prius addidici dediſcens, & cui tantum
Artibus ex illis odor eſt in naribus iſtis.

E

Non prætexta mihi rutilat toga, penula nulla.
Iam mea nuda fames ſupereſt de paupere lingua,
Scilicet inter tot ſanctorum culmina vatum
Fulmina doctorum, & gemmantia prata loquentum,
Nullo flore virens ego tendam texere ſertum,
Mellis & irrigui hæc, auſtera abſinthia *miſcam!

* miſceam.

Quod tamen vt facerem, fieri res illa coegit,
Quo minus ipſe reus pro crimine redderet amplo,
Conuenienter enim ratio quia vera popoſcit,
Huius pontificis ſolui præconia verbis,
Cuius cauſa fuit hac me regione venire.
Ergone dignus ero Martini geſta beati
Pannoniæ geniti quâ clara Sabaria vernat
Attrectare manu, trepida vel pangere lingua?
Non eget ille meis tenebris, quia luce coruſcans
Gallica celſa Pharus, fulgorem extendit ad Indos.
Qui puer in teneris vix pubeſcentibus annis,
Frigore ſub gelido terras criſpante pruina:
Cum vndas triſtis hyems freno glaciale ligaſſet,
Et vaga libertas fluuiorum incluſa lateret,

F

S. Martinus aſpera hyeme pauperē veſtit Ambians. Sulp vitæ, lib. c. 2.

Aſperitate gelu de ſe ſibi vincula nectens,
Plus aqua frigidior tunica veſtita rigoris,
Occurrenti igitur portæ Ambianenſis egeno,
Qui ſibi reſtiterat, clamydis partitur amictum,
Et feruente fide membris algentibus offert.
Frigoris iſte capit partem, capit ille teporis
Inter vtroſque inopes partitur feruor & algor,
Et noua mercandi fit nundina; frigus & æſtus
Vnaque paupertas latis eſt diuiſa duobus.
Hac ſe veſte tamen tectum obtulit ipſe creator,
Martinique chlamys texit velamine Chriſtum:
Nulla Auguſtorum meruit hunc veſtis honorem,
Militis alba chlamys plus eſt quam purpura regis,
Prima hæc virtutum fuit arrha & pignus amoris.

Militiā Iuliani Caſ. deſerit Sul. vitæ lib. c. 3

Poſt fera barbaries peteret cum Gallica clauſtra
Ac prope Vangionum premeret loca feruidus hoſtis,
Militiæ ſanctus cuncta emolumenta recuſat.
Hic cum Cæſareas fremuit Iulianus in iras;
Imperat, vt clauſum teneat cuſtodia tuſtum;
Ac veniente die primus properaret in agmen.

G

Quo tamen ante aciem ſacer ire fatetur inermis.
Venerat ergo dies belli, pacem expetit hoſtis;
Atque orante viro cecidit furor omnibus armis;
Innumeraſque acies ſolus ſine ſanguine vicit.
Hinc loca latronum incedens, ratus ire per Alpes,

A latronib. captus vnū ex iis conuertit, c. 4.

Vinctis poſt tergum manibus, deductus ab vno,
Tempore ſub mortis hoſtis compendia tractans,
Credit latro Deum, dum prædicat iſte, colendum;
Et dare qui voluit mortem, capit ore ſalutem
Ducitur ille ferox à religione ligatus,
Atque ſuus prædo Martini præda fit vltro.
Quam bonus ille iſti, ſed plus pius hic fuit illi,
Seruantur ſimul, ille fide, hic corpore viuens
Ambo valent, dum nemo cadit, ſic viuit vterque.
Hinc loca prætereuns pulcherrima Mediolani,

Dæmonem fugat

Florea rura terens, per amœna vireta viator,
Obuius occurrit, vetus, & temerarius hoſtis;
Mentitus ſpeciem humanæ ſub imagine formæ,
Falſiloquax pereunte fide, male doctus in arte,
Quod peteretur iter, quærit: cui comminus ille
Huc properare refert, qua ſe Deus ire vocaret:

H

* tendes.

Cui ferus hoſtis ait: quocunque accedere * tentes,
Tecum pergo nocens, vota in contraria currens.
Voce prophetali ſanctus cui protinus infit.
Eſt meus adiutor, Dominus, mala nulla verebor,
Ne timeam timidum, timor eſt. Deus arma timentum,
Tutus in aduerſis gradior, rectore ſuperno.
Inſidiis via nulla patet ſub tegmine diuo.
Hæc ait, & validi transfixus cuſpide verbi,
Dæmon abeſt; ſic vmbra fugit, quam Chriſtus obumbrat.

Matrem conuertit.

Interea matrem gentili errore reſoluens
Illa iſtum mundo, hic illam generauit Olympo,
Decrepitamque ſenem ſancto facit amne renaſci,
Et meliore ſinu generant ſua viſcera matrem.
Dogmaque ſacrilego quod fuderat Arrius ore,

Ab Arrianis infeſtatur.

A

Tempeſtate graui totum populauerat orbem,
Per magis Illyricum male naufraga lingua natabat.
Hinc quoque cœperunt naſci noua prælia iuſto,
Fortior vt fieret reparatis belliger armis.
Ad virtutis opus per multa pericula creſcens.
Vir pius ergo ſagax, fideique fidelis athleta.
Sparſa venena hæreſis reprimens dum dimicat hoſtis,

Arianis aduerſus vapulat.

Suppliciis lacerus, flagris datus, vrbe repulſus,
Nam patris ac geniti æqualem vel flaminis almi,
Vim genus, & ſpecimen, virtutem, lumen, honorem,
Vnum velle trium ſua per tormenta fatetur.
Dulcia membra viri per amara flagella cauantur,
Et Chriſti iuuenem veterata piacula torquent
Sed grauior fit pœna leuis per nomen amantis.

B. Hilarij inſigne præconium.

Et quia ſummus apex fidei, virtutis, honoris,
Hilarius famæ radios iaculabat in orbem,
Rite Sacerdotis penetralia iura gubernans,
Buccina terribilis, tuba legis, præco tonantis,
Pulchrior electro, ret cocto ardentior auro,
Largior Eridano, Rhodano torrentior amplo,

B

Vberior Nilo, generoſo ſparſior Hiſtro:
Cordis inundantis docilis ructare fluenta,
Fontibus ingenij ſitientibus pectora rorans,
Mens Euangelij bis bini plena libelli,
Quatuor ore ſuo manans noua flumina mundo,
Ornatum Eccleſiæ, pollens diadema coruſcum
In membris Chriſti capitis velut infula fulgens,
Pectore belligerans, adamantinus arte topazus;
Ad virtutis opus mens inconcuſſa palæſtris,
Gemmifer eloquiis, radiantior ore lapillis.
Doctor Apoſtolicus, vacuans ratione ſophiſtas,
Dogmate, luce, fide, informans virtute ſequaces.
Hoſtibus hic quoniam grauis inſuperabilis eſſet,
Ducitur exilio, quia longa ſilentia tendit,
Regis & auxilio perit hic ſua præmia miles.
Cuius in abſceſſu errori vaga Gallia cedit,
Et regio titubat tanta ſe turre mouente.
Hoc vbi præpropere Martinus comperit inde

C

Conſtituit cellam ſub vertice Mediolani,

Monaſterio ſibi Mediolani ſtructo ab Auxentio Martinus pellitur.

Expulit vnde virum totum Auxentius ſuctor iniquus.
Hinc prius exul adit, qua Gallinaria turget
Inſula, frugis inops, paſcens radicibus herbæ.

In Gallinaria inſula Helleborũ ſumit.

Ergo venenatum elleborum mox ſumpſit ab ore:
Incipit inde mori, queis viuere credidit eſcis,
Sed praue virus agens oratio ſola fugauit,
Et viuente viro intra ſe ſua mortua mors eſt.

S. Hilario iungitur Pictauis. Sulp. c. 5.

Rurſus vt Hilario redeundi eſt facta facultas,
Excurrit properus ſua per veſtigia iuſtus
Excipit hic cupidum cupiens & amator amantem,
Fitque monaſterium Pictaua comminus vrbe.
Iungitur inde ſacro cathecumenus ore docendus,
Atque abſente viro, rapuit graue funus amicum.
En ſubito Martinus adeſt, qui defuit abſens,
Ecce redit pietas, redit & ſimul arca ſalutis.

Catechumenũ ſuſcitat à mortuis.

Ergo vbi conſpexit gelidum de febre cadauer,
Flet, gemit, accurrit, dolet, eiulat, vritur, angit,
Conſpiciensque fidem cella omnis iuſſit abire.
Excluſitque foras foribus, ſine teſte relictus;
Tunc ſuper algentis corpus proſternitur ardens

D

Iudicis exactor, reuomant vt Tartara functum.
Interea geminis ſpacio remorante ſub horis,
Ecce redit facies, ſaliunt per membra vapores,
Stat rubor inde genis, oculos pupilla repingit;
Rurſus & inſertus renouat ſpecularia viſus,
Vena tumet riuis animato fonte cruoris
Paulatim aſſurgit, fabrica titubante, columna:
Erigiturque iacens pariter domus, & ſuus hoſpes,
Ipſe iterum poſt ſe viuens idem auctor & hæres,
Qui rediuiuus, ait, ſe iudicis ante tribunal,
Ductum damnandum, Martino orante reductum.

Sulp. c. 6. vitæ.

Lupicini demum celerans dum præterit agrum,
Comperit heu famulum crudeli funere raptum
Elidendo ſuum fera per ſuſpendia collum;
Acceſſitque vbi ſic miſera pendula præda iacebat,
Expulit hinc cunctos ſolus ſolita arma requirens:

E

Incubuit ſuper exanimis pallentia membra,
Et premit arca ſacri, ne hunc deprimat arca ſepulchri,

Laqueo eliſum reuocat in vitã.

Mox tamen ore precem vt viuentis miſit in aurem,
Mors pede verſa retro, prædam fugitiua reliquit,
Euomuitque vorax auida de fauce rapinam;
Protinus exiliit lento conamine functi,
Iam leuior ſe terra mouens animata calore;
Languida colla leuans, oculoſque ex morte ſoporos
Vix reſerans, grauido vigilantia lumina viſu
Mortis odore, & adhuc remanente in naribus illis,
Sed præſtante manu totos ſimul erigit artus;
Et ſtetit intrepidis membrorum machina plantis;
Viuificatus enim, greſſum meditando rediſcens,
Reddidit obſequium vitæ pro munere ſancto,
Vſque ad veſtibulumque domi illum ducere tendens.
Defunctum eripuit ſubito qui ex limine mortis,
Pro mercede manens, hæc compenſatio iuſto.
Gloria Chriſte tibi, facis hæc qui mira per orbem.

Sulp. vitæ c. 7.

Accidit vt Turonum præſul peteretur ad vrbem,

F

Nec tamen educi poſſet de limine cellæ;
Ruricius quidam ſimulata febre iugalis,
Obtinet egreſſum Sancti ad veſtigia ſupplex;
Vrbibus ex reliquis noua conciliabula currunt,
Lætificata ſimul ſanctam ſe ferre rapinam,
Ne tamen effugiat, iuſtum cuſtodia vallat.
Interea paucis tunc obſiſtentibus, inſons
Eligitur, trahitur, iactatur, & arce locatur;

Martinus [...] cet obnitẽ[s] rapitur ad epiſcopat[um] Turonicæ eccleſiæ. *Pſal.* 8.

Æmulus vnus erat, Defenſor epiſcopus, obſtans,
Ne Martinus oues paſtor curaret alendas.
Nec mora, iudicio domini lectore canente
Verſiculo Pſalmi, Defenſor ſponte notatur.
Ex ore infantum & lactentum perfice laudem,
Nunc defenſorem qui ſic bene deſtruis, inquit.
Mox fragor aſtra petit, clamor vagus atria complet,
Et docet ille fauor de Defenſore reatum,
Addictuſque vir eſt, ſe iudice, reſte propheta.

Monaſteriũ conſtituit. Sulp. vitæ c. 8

Inde monaſterium ſibi condit rupe ſub alta,
Vir monachus perſtans in pontificatus honore.
Plurima conueniunt vbi ſancta examina fratrum,

G

Ergo aderat proprius locus, & celeberrimus olim

Aram latro[ci]nis, marty[ri]s ſpecie culti demo[l]itur.

Ampla vetuſtatis cum tempora tranſiluiſſent,
Martyris eſſe pium ſpargebat opinio cultum:
Quo iacet exorans tumulo ſalit vmbra ſepulchri,
Læua ex parte loquens meritis res ipſa ſiniſtra:
Imperat vt nomen fateatur imago, vel actum,
Latronem ſe voce refert, pro crimine cæſum;
Nil cum Martyribus ſe participare beatis.
His quia palma manet, nam ſe male pœna teneret,
Omnibus auditur, Martino cernitur vni;
Iſta ſuperſtitio tali ſub ſorte vetatur,
Sic altare ſimul remouetur, larua fugatur.

Sulp. vitæ c. 9.

Poſt iter arripiens comitatu relligioſo
Exequiis ſubito gentilibus obuius exit,
Dum putat inde vehi cultu ſimulacbra prophano,

Pompã funebrẽ crucis ſigno ſi[ſt]it loco.

Pingit in aduerſos ſignum crucis; illa cucurrit
Ante virum ſua b. lla gerens pietatis amica.
Obuia turba riget, greſſuque carorpuit ægro,
Atque immota gradu, vertigine rapta rotatur.
Additur illud onus, deponunt colla cadauer,

H

Nec iam ferre valent, & mors in pondere creſcit.
Tunc ſacer inſpiciens opus hoc eſſe exequiarum,
Iuſſit abire procul digitis crucis arma repingens,
Vnde ligauit iter miſeratus, & inde reſoluit,
Vna eademque manu mandata per aera mittens,
Hoc mirum faciens de ſuſpitione Sacerdos.

Sulp vitæ c. 10. Arboris ruinæ ſe opponit.

Protinus antiquum cupiens exurere fanum
Iuſſit & acclinem propius ſuccidere pinum.
Obuia congreditur cui ruſtica concio pugnax
Ne ſuccidatur res nata, & debita flammis,
Proinde paciſcuntur hac lege eacidere pinum.
Si martinus eam valeat retinere ruentem.
Annuit hoc populus, hoc ſpondet ſponte ſacerdos,
Mollia ſubduntur rigido ſub ſtipite membra
Et ſuſpectatur pini peritura ruina,
Interea rapidis ſonat icta bipennibus arbor,

A

Atque ſubincrepitans caſura cacumine nutat,
Paulatim inclinans iam victa ſecure ruebat,
Turbati monachi ſpectant extrema magiſtri,
Credentes ramis transfigere viſcera iuſti;
Vir tamen intrepidus perſtat pinoque cadenti
Obtulit arma crucis, cumulans ſua bella triumphis;
Extimuit fugitiua virum repedabilis arbor,
Et ruitura procul ſuſpendit in aera lapſum.
Excutiens retro verſa, comas, ſine more caducum
Continuit ſaltum, ſeſe per inania librans.
Contra naturam ſucciſa & curua repugnans.
Mox petit illud iter, qua non ſua pondera torquent.
Hinc ad ruricolas vertigo infeſta rotatur,
In montem exiliens vindex vt puniat hoſtes,
Reſque parata neci fuit vltro facta ſaluti,
Fit fragor in partes, monachique per gaudia deflent.
Gentiles ſtupidi noua per miracula pallent,

* Indicio. * repulſo.

* Iudicio ligni eſt hominum mollita voluntas
Expent arma crucis conuerſa errore * relicto
Et timor hic pini Martinum fecit amari,

B

Maiorem generans fructum, cum decidit arbor.

Sulp vita c. 11.

Hinc ubi et alterius ſuccendere culmina fani,
Vicinamque domum cum flammea ligna vorarent,
Viribus ardor agens totis laxatus habenis.

Fanis demoliendis nata incendium extinguit

Obuius ipſe volat, qua tunc globus igneus ibat,
Scandens tecta domus; huic verba precantia mittit,
Mox tota in ventos reuoluta incendia feruent
Et contra Boream Vulcanius ardor anhelat.
Seditione mouent elementa domeſtica rixas,
Aduerſis Zephyris videas pugnare fauillas,
Hinc furor Auſtralis premit, hinc velocibus alis
Flamma volans, Boreas mordebat in aera pennas,
Obluctata diu tandemque euicta per auras,
Quas armare ſolent, fugiebant, flamina flammas
Conditione noua, ſatis hæc res mira per orbem.
Flabra timent ignem, timet ignis ligna vorare,
Atque auidæ flammæ ſua nutrimenta paueſcunt;
Paulatimque foci ſe languida ligna reſorbet,
Vrere qui ſolet à ſe ipſo conſumitur ignis.

C

Martinique fides ſine nubibus intulit imbres.

Sulp. vita c. 12.

Rurſus vt hinc aliud cuperet ſubuertere templum,
Ruſtica turba vetat diuelli fana prophana,
Vnde repulſus adit loca proxima, ſed biduano
Contectus cinere, & ſetis ieiunia ducens,
Numinis auxilium ad templa imminuendo precatur

Ab angelis iuuatur in euertendo fano.

Militiæ angelicæ coram duo protinus adſunt
Syderei proceres haſtas & ſcuta tenentes,
Comminus his ſanctum compellant vocibus vltro.
Præſidiis, Martine, tuis delabimur aſtris,
Squallidus ipſe ſedes, ſed ſit tua cura tonantis;
Suffragiiſque tuis cœli fremit arduus axis,
Belliger & totis conſpirat Olympus in armis,
Vt cœpta efficias per nos tibi militat æther,
Mittimur à Domino gemini tua caſtra regentes,
Hac pro parte duces melior qua cauſa laborat.
Nunc age rumpe moras, neu ruſtica turba rebellet;
Arma miniſtra vides, noſtrum eſt ſuperare ſuperbos.
Irrue, ne trepides, ope noſtra, ad templa ruenda
Nec titubare decet, fauor eſt tibi numinis almi.

D

Tunc ſacer aggrediens properus diſſoluere templum
Idola extinxit, fana exuit, obruit aras;
Totaque ſublimis iacuit ſub puluere moles,
Ruſticitas inimica prius fauet ipſa ruinæ,
Inſtat & excidio quæ defendebat iniquum,
Idola eiciens, numen confeſſa tonantis,
Vno eodemque ictu hoc reſpuit, eligit illud.

* Eduorum * vellet. Sulp. vita c. 13.

Poſt * Heduorum dum templum diuellere * tentat
Obſtant inculti cultores ruricolares,
Ne colerent melius, ſua ſi cultura periret;
Ex quibus audaci nixu male fortior vnus,

Gladio ſe ferienti obiicit.

Aggreditur gladio caput obtruncare ſacratum,
Cui nuda ceruice pater ſeſe obtulit vltro.
Aſt vbi mente ferox totas collegerat iras,
Exacuens rabiem, ſed cordis acumine tonſus,
Actius inſiliens totos ſuſpenderat artus:

E

Bis furor armatus iugulis ruiturus in ictum,
Iam grauius feriens quantum alte educitur enſis,
Aſtrictis capulo digitis dum temperat vngues,
Noxius, horrifica meditatus vulnera dextra,
Mortis amicus, amans facinus, crudeliter ſuſus.
Iam ferro incumbens, capiti mucrone reducto,
Sternitur ipſe ſolo, qui ſic pendebat in ictum;
Ac reſupinus humi, qui pronior ibat in auſum:
Mittit & ore precem cum membra ſuperba iacerent.
Iuſto ſtante cadens, quo credit ſtare cadente.
Dum vice diuerſa ſtat inops, ruit ille ſuperbus.

Sulp vita. c. 14. Culter de manu excutitur noxii.

Rurſus opus peragens, idola euertit, & ecce,
Vir quidam tractans Martini de nece, cultrum,
Dum rapit, eripitur rapienda rapina rapaci,
Excuſſumque fugit ſine more volatile ferrum.
Iam leuiore via, neque poſt comparuit vſquam.
Sic cultro ablato, manibus latro extitit inſons;
Redditur & mitis, poſtquam ſit nudus ab armis,
Nec furor ante animi periens niſi tela periſſent,

F

Inuita hæc pietas, quæ perdidit vnde noceret.
Sæpe beatus item, contradicentibus ipſis
Agricolis, præſtante fidei ſe orante, iubebat.
Vt male culta ſuis caderent ſera fana miniſtris,
Sic quoque pontificem ſoliti impugnare rebelles,
Dum templa euertunt, ipſi ſunt arma beato,
Hoſtilique manu Martini bella geruntur.
Partibus atque ſuis alieno milite vincit.
Tunc etiam fuerit curatio quanta patrono,
Quanta medelifero manauit gratia tactu,
Laudibus in tantis muta eſt facundia mundi,
Quem cunctis vidiſſe fuit meruiſſe ſalutem,
Eſt ſatis ipſe ſuus generoſus teſtis & auctor.

Sulp. vita c. 15.

Qui quondam ingrediens Treuirorum mœnia mitis
Qua reſoluta diu per viſcera fluxa, rigebat
Tabida paralyſis gelido languore puella.
Flatibus extremis quaſi iam de funere viuens,
Cuius erant oculi vigilis cuſtodia mortis,
Funeris exequias reddentia lumina membris,
Soluere feſtinans animatæ vincula carnis,

G

Spiritus arcano vix mobilis ibat anhelo,
Fine trahens dubio perituram naribus auram.
Pes, manus, ora, genæ recubabat, imago ſepultæ,
Nec tumulata quidem, ſed portio tota ſepulchri,
Cuius amore pio patris examinata ſenectus,
Dilacerata genis, niueis male compta capillis,
Cum impatiens ageret, nec adeſſet cura medelæ
Comperit vt ſanctum aduectum dignanter ad vrbem,
Aduolat inde ſenex vetulis iuueniliter armis

Treuiris in magno episcoporum & populi conuentu ſanat puellam paralyticam.

Impiger exiliens, curſu ſua tempora vincens.
Pontificum vallante choro, populoque frequente,
Irruit in medios clamoribus inuerecundus;
Nam dolor inſignis non reſpicit atria pudoris.
Corruit ergo ſenex ſancti ad veſtigia pronus,
Genua, manus, plantaſque per oſcula mollia lambens
Vix gemitu laxante, loqui ſic incipit æger.
Vir Martine Dei populari nate ſaluti.
Vir cunctis bonitate parens, tibi ſuggero luctus,
Ne miſeri pereant lachrymæ pietatis amicæ.

H

Quem mea cauſa trahit loca tam longinque venire,
Vt labor iſte viæ tribuat compendia vitæ;
Eſt mihi nata domi de umbens vulnere morbi,
Exequijs vicina ſuis ſine ſorte medelæ,
Quæ quondam incolumis ſtabat mea ſola voluptas,
Obſequijs intenta pijs, placabilis, in qua
Vita meam hæc mihi dulcis erat, ſolando ſenectam;
Ecce perit, ſecumque trahit mea viſcera læto,
Caniciemque patris miſeranda in Tartara ducit.
Ire ſed ipſe prior cuperem, ſi forte liceret.
Quænam vita ſeni, vel quo mihi vota parenti,
Spe pereunte patris cum nomine prolis ademptæ;
Qua nubente viro per dona futura nepotum,
Aridus in ramis poteram reuireſcere prolis;
Cum magis hæc reputem præſentis damna ſalutis
Me ſpectante, rapi natam mea lumina lucis,
Ordine depoſito melius cui cauſa placeret,

A

Vt ſeni illa patris oculorum clauderet orbes,
Vnde ſacer dignare auidam ſuſpendere mortem,
Atque miniſter opis rapiendæ occurre puellæ:
Si mora ſit, mea cauſa perit, ſuccurre duobus:
Nam me cura necat, ſi illi curatio ceſſat.
Qua ſacer erubuit confuſus voce ſacerdos;
Indignum ſeſe tali virtute miniſtrum.
Sed pater inſtabat, compellens vocibus iiſdem
Debitos inſanis medicus venis, exere curas:
Sentiat aduentum medici purgatio morbi,
His impulſus adit, qua laſſa puella iacebat.
Turba aſtante foris faceret quid paſtor ouili,
Hinc ſua bella gerens orator ad arma recurrit,
Sternens membra ſolo; ſenſu ſuper aſtra reducto.
Hinc vbi conſurgens, faciem reſpexit alumnæ,
Illico vox rediit peregrinos ædibus hoſpes.
Et rediuiua ſuæ cecinerunt organa linguæ;
Paulatimque artus liquor vt penetrauit Oliuæ
Viuificata pedum geminis ſtetit arca columnis,
Et fundata ſuo viguerunt culmina greſſu.

Olei benedicti liquore curat.

B

Sulp. vita c. 16.

Poſt quoque Tetradii famulus proconſulis expes,
Mancipium alterius ſub hoſpite dæmone factus
Dentibus vt rabies alienis frenderet armis,
Nec ſua ſed hoſtis fieret ſe milite pugna
Quem Dominus famulum ſupplex purgare precatur,
Sed duci ad ſanctum vetuit ferus hoſpes & hoſtis,
Tetradius rurſus iuſti veſtigia lambens,
Supplicat vt pergant vbi ſæuus latro latebat,
Sed ſacer ipſe domum gentilis adire recuſat:
Spondet Tetradius humilis cum faſcibus altis
Si eripiat hoſti famulum, ſe credere Chriſto.
Impoſita ergo manu pueto, fera larua recedit,
Et mala iucundum paſtorem beſtia fugit,
Tetradius pariter catechumenus eſſe meretur,
Atque ſalutiferi baptiſmatis amne nouatur,
Sic puer & dominus maculis purgantur ademptis,
Iſte hoſtis laqueis, erroribus ille ſolutis,
Ille carens animæ pœnis, hic carnis erinnis.
Liber vterque manens gemino micuere triumpho:
Conditio famuli, libertas facta patroni;
Accipit iſte fidem, eum de illo perfidus exit.

Tetradii Treuerici proconſularis famulus liberatur a dæmone.

C

Nec longo ſpacio ſub eodem tempore ſanctus
Forte domum ingrediens in limine ſubſtitit ipſo.
Terribilem referens ſe cernere dæmonis vmbram,
Arreptoque coco vexat fera bellua prædam,
Dentibus armatis lacerans ſe, ſiue ſodales;
Terga dabant ſocii, nec quiſquam ire obuius audet,
Vix loca tuta fugæ capientes præpete ſaltu,
Hoc ſatis eſſe ſuum vel ſe ſubducere morſu
Martius ergo chalybs Martinus belliger armis,
Nec pede diffugit, nec ſiuit abire fugacem,
Peſtem ſtare iubens, acuit, qui fauce molares.
Cui digitos vir Sanctus in os cum mitteret, inſit,
Si potes, ecce vora oblatam lupe noxie prædam.
Quam peteres alibi datur vltro dentibus eſca.
Quo dicto fauces geminæ reuocantur vtrinque,
Ne violet digitos ſuſpendit bellua rictus,
Et manibus tangi timuit, qui dente voraret,
Qui dum intra obſeſſum pœnis ageretur acerbis,
Nec tamen ob digitos exire per ora liceret,
Fœda miniſterii fœdus veſtigia linquens,
Sordibus egreditur, qua ſordibus eſt via fluxus,
Tale iter arreptum ſic te decet ire viator.

Sulp. vitæ c. 17.

Demoniacum item alium Treuiris curat.

D

Hinc cum barbariem ſparſiſſet fama per vrbem
Prouectumque trucem crudelia fœmina ferrent,
Paſtor adeſſe iubet quendam ex grege dæmonis, illi
Imperat, vt prodat, ſi nuncia vera vagarent,
Tortus vt ore reus velut ſub iudice miſſus
Greſſibus humanis aduectus larua, fatetur,
Hanc famam in populos biſquino dæmone fuſam,
Vt cogente metu Martinus abiret ab vrbe;
Barbara tempeſtas tranquilla lege quieſcit,
Formidanda tibi nulla eſt irruptio gentis;
Nec cauſam armorum verearis, pacis amator.
Martino præſente aditum fallacia perdit;

Sulp. vitæ c. 18.

Cacodæmones falſa rumi ſerentes redarguit.

Mendax vera refert, & certum nuntiat error
Inſatiata malis, quæ ſic fremit ore cruento,
Beſtia bella mouens reuocauit munera pacis.

E

Inde Pariſiacam ſacer intrans concite portam,
Obuiat in faciem leproſum verſus euntem;
Qui ſibi diſpar erat, nec iam à ſe cognitus, ibat,
Vir maculis varius, cute nodus, vulnere tactus,
Tabe fluens, greſſu æger, inops viſu, aſper amictu,
Mente hebes, ore putris, lacerus pede, voce reſtrictus
Induerat miſerum peregrino tegmine pallor.
Improuiſus enim hunc ſanctus ſua ad oſcula traxit,
Aſtringenſque virum fuſo medicamine laxat.
Nam ſimul vt tetigit benedictus ore ſaliuas,
Effugit Vnguiferum languoris ſarcina tactum,
Merſa figura redit, faciem cotis adoena veſtit,
Ad ſpeculum remeat peregrina fronte character,
Et deleta diu deſcribitur oris imago,
Virtutum quam celſa fides vbi concite ſancti
Pacis ab officio perierunt prælia morbi,
Complexu res dira fuit languoris iniqui
Peſte cadente, nouam geſſerunt oſcula pugnam,
Inclyta religio Martini cuius honore,
Fœdera fida fides formoſat fœda fidelis.
Fœlix religio ſancti pede, lumine, tactu,
Illuſtris luſtrante viro loca luſtra, liguſtra,
Vrbes, rura, domus templa, oppida, mœnia, villas,
Quæque viri inſignis tam inſignia ſigna mereris,
Cuius ab ore ſacro magnalia cætera vincens,
Leproſi ad curam Iordanis in oſcula fluxit,
Et fontem fluidæ maculæ lauat vnda ſaliuæ.

Sulp vitæ, c. 19.

Leproſum Pariſiis oſculo ſanat.

F

Finis libri primi.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESbyteri Italici,

G

DEINDE EPISCOPI PICTAuienſis de vita ſancti Martini,

LIBER SECVNDVS.

PENDVLA iam dudum laxaui carbaſa pinu,
Dum pelagus componit iter, dum nauta reſumit,
Et reſtricta ſemel leuius ſe ſarcina ducit,
Me quoque iam primi finita parte libelli
Ad curſum leuis aura vocat; paro lintea ventis,
Spiritus altiuolans imple mea vela * ſecundans
Ne trepidam claſſem contraria flabra flagellent,
Martinum mea prora vehat, ſancta emptica nautæ,
Dulcis apex, ſpes fida ratis, leue pondus amantis
Mercis onus ſuaue eſt, & ſine hæretur in vlnis
Qui tetigit * quodcunque manu, vel tactus ab * illo eſt
A digitis ſalit alta ſalus, fluit vnguen ab vngue.
Fimbria quin etiam quod nobilis attigit vnquam
Sparſit abundantem modica de veſte ſalutem,
Fontis & huius aquæ reſtricta eſt vnda cruoris,
Siccauitque ſuo refluamina fluxa fluento.
Sumens æger opem per furta ſalubria fili:
Dum neſcit medicus, finit diſcrimina morbus.
Arbiter Arborius, vir præfectorius idem,
Quartano genitam grauiter cruciante camino,
Plurima dum faceret neque cura mederet alumnæ;
Miſſa beata viri reſtrinxit epiſtola febrem,
Quæ ſuper impoſita charta recubante puella,
Mox ſudoris aquas vbi littera ſicca rigauit,
Febris ab internis extracta eſt arida membris,
Axe ſerenato madidans ſine vellere nimbi,
Rore atramenti reſtincta eſt flamma camini;

* ſecundus.

* quocunque.
* villo.
Sulp lib. vitæ c. 19.

H

Fimbria eſt & quicquid cilicio detractum, id ſanitati vim habet.
Sulp. vitæ cap. 20.
Arborii filiā contactus liberat à febribus.

A

Iſraelitarum veluti Moyſiticus alter,
Ne vapor excutiat protendit pagina nubem.
Quam mirum artificem dantem per ſcripta ſalutem,
Sic operabatur præſens vbi nouerat ipſe.
Quæ patre ab Arborio Martino offertur opimo,
Conſecranda manu qua ſaluificata ſit ipſa.
Quam bene bis ſanam cum virginitate puellam,
Reddit ipſe patri proprio pater ille ſuperno.
Sic meruit geminam ſolo curante medelam;
Dum charam ſobolem morti ſubduxit vtræque.

Arborius filiã Deo vouet virginẽ.

Paulinique oculum tetra caligine merſum
Impoſitis manibus radius penetrauit acutus,
Atque ſerena dies deterſa nube refulſit,
Lumen & emicuit facies non luſca gemellum,
Martini digitis oleo manante lucernæ
Cuncta ſalutifero ſuperans collyria tactu.

Sulp. vitæ cap. 12.

Paulini oculum ſanat tactu penicculi. vitæ, c. 22.

Ipſe etiam caſu ſcalarum vertice lapſus
Dinumeranſque cadendo gradus, capite, ore, reliſis,
Attritus membris deſcendens ſaltibus amplis.

B

Multorum medicus quamplurima vulnera portans,
Dum cellæ recubat grauiter ſub nocte ſopora.
Peruigilis Domini venit angelus aere fuſus,
Vlcera quæque viri tractans dum ſingula palpat,
Tangens membra manu, ſolidat veſtigia greſſu,
Excutiturque lues fugitiuo rabida ſaltu,
Et ſudibus laceros redit cutis vna per artus,
Craſtinus incolumi proceſſit corpore comptus,
Angelicamque fidem teſtes præſentia fecit
Nec perferre pium longinqua flagella decebat.
Quando flagellari grauiter non pertulit vllum.

Ipſe Martinus lapſu ſaucius curatur ab angelo.

Prætereunda mihi neque ſunt hæc maxima rerum.
Maximus Auguſtus nece regis maximus armis
Imperium nactus ciuili clade ſuperbus,
Dum tegit inſolitas frænorum infrænus habenas.
Pontificum cui tunc adulatio laxa fauebat,
Principis & nutu, cleri cum circulus ibat;
Martino veniente, tamen rex ipſe precatus.
Vt ſanctum ad menſem habeat, qui ſæpe repulſus
Tandem promeruit fieri conuiua beati,

Sulp. vitæ, c. 23.

Maximo cũ epiſcopi adulantur. Martinus apoſtolicam retinet autoritatem.

C

Imperio plaudente ſimul ſedet, vrbe fauente,
Conuiuam cœli quod terrena excipit aula.
Conueniunt proceres, præfectus, conſul, honores,
Certatim, acciti regalia feſta colentes,
Principe poſtpoſito mirari acta ſacrati.
Auguſti obſequiis fremit vndique concitus orbis.
Diuitias pariter producens delitiaſque,
Quas habet Indus, Arabs, Geta, Thrax, Perſa, Apher, Hiberus.
Quod fert meridies, arctos, occaſus, & ortus.
Quod Boreas Aquilo, Libs, Circius, Auſter, & Eurus
Quod Geon & Phiſon, Tigris, Euphrateſque redundant
Rhenus, Arar, Rhodanus, Tibris, Padus, Hiſter, Orontes.
Quod mare, terra, polus, piſce, alite, fruge miniſtrat,
Emblema, gemma, lapis, toreumata, thura, falerna,
Gazaque Creta, Samos, Cyprus, Colophona, Sareptis,
Lucida perſpicuis certantia vina lapillis,
Vix diſcernendis Cryſtallina pocula potis,
Inde calix niueus variat per vina colores,
Hinc mentita bibunt patera fucante falerna,

D

Hinc abacum picto bombycina flore decorant
Arte laborata, vel qualia penſat aragne,
Serica purpureis ſternuntur vellera villis,
Inlita blatta totis: aurumque internicat oſtro.
Totaque permixtis radiant velamina gemmis.
Inde pari pariter rutilant ætare miniſtri,
In cunctis varius habitus, nitor omnibus vnus,
Quod valet ore loqui potuit ſub principe ferri.
Ordine Cæſareo Martino hæc pompa paratur,
Qui modicis contentus erat ſatiandus in vno,
Accubat interea princeps, ſimul ordo ſenatus.
Presbyter inde toto veneranda adclinat in vlna.
At iuxta regem ſella ſacer aſſidet arta
Porrigit hinc regi mox pocula prima miniſter
Qui ſancto iubet ante dari, quo poſſit ab ipſo
Auguſtus calicem excipere & potare ſecundus.

Martinus patera oblata vt bibit ore, parumper
Diuino ſitiens potius ſe fonte rigari,
Principe poſtpoſito, partem libaminis imam.
Preſbytero tribuit,* noſcens quod dignior eſſet,
Miratur princeps, proceres, conuiua, miniſtri
Iudicioque ſuo ſe penſauere minores.
Illico percurrit res geſta, palatia complens.
Hoc quod apud ſanctum fuit ordine preſbyteratus,
Auguſtus conuiua minor, vox vna per vrbem
Martinum feciſſe canit, ſub principis ora
Indicis in minimi menſa quod nemo valeret.
Erubuitque aliud hinc dicere turba, ſatelles.
Si quid enim voluit pro ſupplice forte precari
Induperatori, Martinus, & imperat ipſi.
Qui tamen Auguſto prædixit ſorte futura
Proſpera quæ meteret, quæ mox contraria ferret.
Motibus Italiæ pugnante Valentiniano,
Maximus vt cecidit poſt bella ſecunda tyrannus,
Qui graue ſuccubuit Aquileia protinus vrbe,
Martini dictis & verbo libra pependit.

E

Martinus presbyterũ præfert imperatori.

Maximo futura prædicit.

F

Cœtibus Angelicis viſus ſæpe atque locutus
Miſcuit humanas turmis cœleſtibus aures,
Voce ſalutatus, vel nutibus ipſe ſalutans,
Aligeros proceres tenuata per aera lapſos,
Mitibus alloquiis ageret quid ſæpe* mouerent.
Quid cœlo expeterent terrena ſede parentem
Et conſanguineum quaſi longa in ſæcula ciuem.
Voce requirentes, & amore perenne vocantes.
(Quid faceret terris anima hæc tam libera culpis?)
Vt ſubeat cœlis peregrinus & hoſpes ab aruis.

Sulp. vitæ c. 24.

Angelorum gaudet alloquio.

**monerent.*

Dæmonicas etiam ſpecies, falſaſque figuras,
Quaslibet in formas ſe verteret inficiator
Perſpicuas habuit penetralis acumine viſus
Martinique oculos neque falſa fefellit imago,
Nam quamuis varia tegeretur larua figura,
Sancto nuda fuit cum non ſe abſconderet vmbra.
Et quod à perfidiis illuſio nulla valebat,
Prenſus in arte ferox iaculabat probra beatum:
Et cum fraus ceſſat hoſtis, conuitia iactat.

Dæmonum ſpectris vexatur.

G

Tempore nam quodam cornu bouis ecce cruentum,
Ipſe cruentus habens, infert ad tecta ſacrati
Irruit in cellam, cauſamque exponit iniquam.
Quo virtus Martine tua eſt? Hoc aſpicis, inquit,
Vnum namque tuum nuper hac cæde peremi,
Et mihi præda iacet peculi capta miniſtro,
Iniunctumque nefas ſceleris hos armiger implet.
Damno creſco tuo congaudens vbere fletu,
Protinus his dictis fratres ſacer aduocat omnes
Et pater ore refert quicquid ferus indicat hoſtis.
Sollicitus ne quid lupus abripuiſſet ouili.
Perquirunt ſocios monachi numerumque recenſent
Sed grege de niueo modicus neque defuit agnus.
Conductus mercede tamen deeſt ruſticus vnus.
Ligna trahenda focis nemorum vectore bubulco;
Quo propero iubet ire gradu, cauſamque requirit,
Semianimum inueniunt miſſi ſuprema gementem,
Indicat atque necem, dum adbuc ſuper halitus errat,
Quod ſua laxato taurus foret inguina cornu
Explicataque fide, vitam cum voce reliquit.
Nec Sanctum hoc errare facit, quod fecerat error.

Dæmon homines interemptos a ſe homini iactat.

H

Additur hinc etiam rerum mirabilis ordo,
Mille nocendi artes, dum perfidus exerit hoſtis,
Nunc Iouis in faciem, nunc ſe mentitus, Anubem,
Sæpe habitu Veneris, ſæpiſſime fronte Mineruæ
Sedulus inſidiis ſancto ſua ſeria rumpens.
Diuerſis formis vt terror creſceret, offert,
Et varius generet ſpecie variante timorem,
Qui virtute nequit, ſuperatus vt arte rebellet.
Sed tamen intrepidus perſiſtit inania temnens,
Semper in aduerſos iaculans crucis arma beatus,
Belliger hoc clypeo hoſtilia tela retudens,
Qua penetrante acie, ſe machina falſa reſoluit.
Sæpe etiam in ſanctum vacuos acuere tumultus
Inficiatores, falſo minitante flagello.
Sed fremitus fragilis per inania cymbala tinnit,

Dæmon varias aſſumit falſaſq; deorum ſpecies.

Oppoſi-

A Oppoſitiſque minis interritus ipſe reſiſtis.
Nec fundata decet contra euacuata moueri,
Hinc quoque lætiferi ſuffuſus felle veneni
Perfidus, horribilis, trux, lubricus, inuidus, anguis,
Ore cruentatus Martinum prouocat armis,
Martinum appetit calumniis. Cur habeat monachos oneroſo crimine preſſos.
Cur maculoſa cohors habitet pia ſepta magiſtri,
Ne rea turba malis violet conſortia iuſti.
Morbida neu reliquos vitij contagia fricent,
Qui male polluerint lauacri venerabilis vndam,
At ſua perdiderint baptiſmata crimine merſi,
Nec via ſit veniæ, perijt quibus orbita lapſis,
Cum ſemel in foueam vix eſt reuocare ruentem,
Ac neque reſtitui vaſtato in corpore florem
Nec redeat miſeris vltra indulgentia Chriſti.
Tunc Martinus ait hæc contra dæmonis iram,
Perfide decipiens quia non tua cõmmoda cernis,
Hoſtis iniquæ tibi, tibi iam noxa pereunte,
Si nunc pœniteas, ſi nunc reſipiſcere velles,
Præcipitare animas vt iam per crimina nolles,
B Nec tua ſentirent alienæ tela ruinæ,
Demoni ſi pœniteat poſſit promittit veniam. Erroreſque tuos damnare, vltime, iudex.
De pietate Dei fidens, promittare poſſim
Vt tibi tam miſero miſereri Chriſtus haberet.
Et cito donaret ſcelerata piacula culpæ.
Ob hoc arce poli deſcendit ad arua redemptor,
Perdita vt eriperet, peritura nec ipſa perirent,
Immaculatus enim maculas detergere venit,
Vulneribuſque ſuis curaret vt vlcera mundi.
Funeris ordo ſui, noſtræ fuit arra ſalutis
Sputa, flagella, chlamys, fel, acetum, lancea, claui,
Crux pia, mors, tumulus, lapis inferus, vmbra, tyrannus,
Victa ſimul triduo premit, & redit auctor ad aſtra,
Deſcenſuſque ſuus meus eſt aſcenſus in altum,
Nec peccatoris mortem magis eligit vltor.
Quando ſuis pœnis nobis dedit arma ſalutis.
Sic pius indomitam peſtem manſueſcere tentat,
Promiſitq; e lupo bona paſtor ouilia reddi.
* reſeratur. Quanto magis homini * reſerari præmia Chriſti,
Propter quem ipſe Deus homo fit, iacet atque reſurgit.
C O pietas & celſa fides, præſumptio dulcis,
Quæ promittit opem deceptori & perituro,
Explicuit votum, ſi non valet ire iuuandum,
Cui minus in poſſe eſt, ſatis eſt oſtendere velle;
Nam totum impendit, qui non abſcondit amorem.
Sulp. vita. c. 21. Hinc clarus placidus adoleſcens moribus expers.
Martinum amplectens patrem, & ſua cuncta relinquens,
Tempore quique breui micuit virtute, fideque
Cum prope pontificem habitacula conſtituiſſet,
Ac ſua complures peterent conſortia fratres,
Huic ſe tunc monachus ſocians Anatolius addit.
Anatolii monachi hypocriſis detegitur. In commune pius humilis cenſura ſodalis,
Qui rudis ingenij verſuto illuſus ab hoſte,
Poſt ait, ad ſeſe quod cœlitus Angelus iret,
Ac reſerare ſibi myſteria clauſa tonantis,
Et cito ſyderea volitans ſua nuncia penna,
Atque remiſſa viri reſponſio nubila tangat,
Inter ſe & Dominum memorans iter eſſe propinquum,
Ac ſibi contigui iactat confinia cœli,
* ſciendo. Se ſecreta Dei * noſcendo iam eſſe prophetam;
D Sed Clarum, vt credat, nec opinio falſa mouebat;
Tunc ſine more furens Anatolius aſſerit audax,
Quo ſibi de cœlo dominus tranſmittat amictum,
Induat & veſtem delatam nocte ſilenti,
Vt ſignis ſtupeant cuius modo verba cauillant,
Eleuat hinc varium monachorum turba tumultum,
Et ſuſpenſa tenet ſpectatio vana ſodales;
Interea medias quaſi nox tranſcurrerat horas,
Et rota flexa æquo gyrabat cardine metam.
Fit ſubito ſtrepitus, quatitur locus arma mouentur,
Et concuſſa ſimul vario fremit aula ſuſurro,
Murmure rauciſono frangente lepore loquelas;
Credas pugnaces volitare per aſtra phalanges,
Et videas rapidas diſcurrere turbine turmas,
Hic vbi concuſſis redierunt ocia turbis,
Motaque tempeſtas tranquilla ſilentia ſumpſit, E
Aduocat ex Monachis conſeſtim Anatolius vnum,
Cominus & tunicam oſtendat iactantior albam,
Qui vacuo tumidus falſo vmbrabatur honore,
Candidus exuuiis, ſed nigri dæmonis arte;
Inde ciet reliquos; occurrit Clarus & ipſe,
Palpat mollitiem veſtis candore niuali,
Serica confingunt tenuato ſtamina filo,
Nec contacta manu diſcerni vellera poſſunt,
Ducitur interea monachis nox peruigil hymnis,
Et compacta choris Dauidica canna reſultat;
Vt eo tam altithronus velamina viſa reuelet.
Tam ſpumabat equis auroræ auriga rubores,
Sol quoque luciſluas circumflectebat habenas,
Atque renata dies reuocabat in arua labores,
Mox Clarus monachum Martino oſtendere tendit,
Noſcens pontificem phantaſmata nulla latere.
Cum ſancti ante oculos vario fuit vna figura.
Decipulamque ſuam deceptor perdit in illum.
Cœperat his demens Anatolius ergo reniti,
Interdicta ſibi Martini * occurrere ouili, F
Dum tamen inuitis traheretur paſſibus hærens, * occurrat.
Tegmina falſiloqui vaneſcunt alba nigelli,
Et male deſtituunt monachum vaga pallia nudum;
Nec ſtat imagineis ſimulatilis vmbra figuris,
Territa Martini ſic nomine larua refugit.
Hoſtis iners maiora ſuis dehinc viribus audens,
Perfidus & totiens eliſus, nec ſibi credens,
Debilis arma mouens & degener arduus tentans.
Vt ſua laus fieret vel ſollicitaſſe potentem,
Creſceret & titulis fortem pulſaſſe ſagittis,
Denique cum ſanctus recubaret in aggere fuſus,
Inſinuando preces Domini pro plebe ſacerdos,
Conſtitit ante oculos deformis forma rebellis,
Sulphurea ſub luce micans radiatilis vmbra,
Lumine mentito tenebroſus, & atra vorago,
Fulgidus exuuiis regali veſte ſatelles,
Tectus bracteolis vacuo diademate pulcher,
Ordine gemmarum numeroſa luce coruſcus, Dæmon ſe pro Chriſto obiicit in imagine S. Martino.
Falſa veſte potens, cui calceus illitus auro,
Latior, & tumido iactans ſe pompa triumpho,
Cuius ad aſpectum ſanctus habet ora repreſſa; G
Mutuaque ambo diu tenuere ſilentia faſtu;
Mirans ille virum dum deſpicit iſte ſuperbum.
Quem prior alloquitur reus, & temerarius hoſtis,
Quæ dudum. Martine cupis penetrante precatu,
Iam pia vota tenes ego ſum tua gloria Chriſtus,
Exigis vt veniam validos recreare labores,
Et ſudata tuis vt ſolers bella * triumphis, * trophæis.
Debita militiæ dare oportet munera regem,
Deſcenſurus enim ad terras huc dirigo greſſum,
Vt tua ſollicitus requieſcant pectora curis.
Hic ſacer intrepidus nolens reſponſa referre,
Deſpicit, & reticet, tractat, neque verba relaxat.
Mens ſolidata manens, rimans alta, atque profunda,
Cardine nec tremulo, vento neque flante rotatur,
Lubricus hinc repetit mordacia ſibila ſerpens:
Credere quid dubitas, proprio quod lumine cernis?
En ego ſum Chriſtus, tecum qui confero voces,
Et loquor hæc ſecreta palam dignando futura. H
Nec de me trepides. teſtis mihi fulgida lux eſt;
Spiritus vt verax Martini ignium acumen,
Ac patefecit iter ne clauſa venena laterent,
Hoſtis & anguinei poſſet diſcernere fraudem,
Libertate potens ſanctus ſermonibus, inquit,
Non ita ſe Dominus venturum dixit in orbem;
Se neque purpureum, nec ſic diademate fuluum,
Pandit Apoſtolicis, voce inſinuante columnis,
Cum ſua * carnalis raperetur ad aſtra figura, * carnalis.
Atque pijs plantis ſtrauerunt flamina * pennas, * pinnas.
Cum pede preſſa ſacro ſeruirent aera regi,
Angelicis vectus manibus celer æthera calcans,
Ingrediens tenetas, neque frangens greſſibus auras,
Pendula planta volans, cum nubila ſcinderet intrans,
Remige pennigero qua non facit * ala ſigillum, * aula.

A Da veniam quia te cecinit rea lingua relatu,
Fer pietatis opem miſero, miſerando miſertor,
Rector vt altithronus cum venerit arbiter orbis,
Tum memor obtineas delicti obliuia noſtri,
Inter me ac Dominum mediator adeſto benigne,
Quem ſua culpa ligat, tua vt interuentio ſoluat,
Spes Fortunati ſit fida ſalutis egeni,
Suppliciter humilem tibi ſe ſtrauiſſe patrone,
Qui lepræ maculas medicans per oſcula purgas,
Mortis & extremæ reuocas in origine finem.
Carnis adhuc fragilis quondam ſub imagine conſtans,
Nunc opus vt mites pietas tua commodet aures,
Nam prece poſſe vales apud illum, cuius haberis,
Quod peto tu poteris quia totum præſtat amicis,
Sic tibi quæque petis tribuat præſentia regis.

B

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

DEINDE EPISCOPI PICTAUIENSIS De vita ſancti Martini.

LIBER TERTIVS.

H ACTENVS in bibulis fixa ſtetit anchora terris
Ocia lenta trahens, & inerti dente quieſcens,
Leniter alludens dum ſibilat aura ſoporem
Et nos vmbra tegit viridanre crepidine ripæ,
Ecce ſerena dies rutilata crepuſcula profert,
C Et pelagus rate nauta petit; iam ſoluo rudentes,
Litus arundineum linquens, leuo carbaſa ventis,
Ante per Adriacas ſpumas dare vela videbar,
Turbine captus aquæ, per murmura rauca fragoris
Cum duce Sulpitio, bene cuius ab ore venuſto,
Martini ſacros dulcis ſtylus edidit actus.
Quos ego ſub geminis claudo pede curro libellis
Infimus egregij contexens geſta patroni.
Rurſus in Oceani videor mihi tendere fluctus.
Maius iter gradiens, vbi ſe vada glauca reſidunt,
Et creſcit terrore timor, rate, nube, profundo.
Dum tamen alta peto, reſonet mihi Gallus in aure
Geſta beata viri, qua mitigat vnda tumorem,
Et ſermone viam releuet ſale fabula dulcis.
Deſeror, ecce, freto; fugiunt & littora viſum.
Remiget hic Gallus, Martinus vela gubernet,
Flamina Chriſtus agat, portum quibus vnda reducat,
Nunc quoque geſta ſacri, dum oaugo nauta loquatur. Dialog. ii. vitæ S. Martini c. 3.
Menſibus hibernis dum Boſphorus alligat vndas,
Et liquidos campos vetat imber arare carinis,
Oceanuſque negat commercia ferre Britannis.
D Cum ſata ſub rigido ſua germina frigore celant,
Ac penetrante gelo riget vnda, & herba liqueſcit,
Aſtitit ante fores orans * veſtem æger egenus, * veſte.
Lingua ligata gelu ne ſolueret ore loquelas,
Vt tegeretur inops; ſacer imperat ergo miniſtro, Nudum propria veſte in eccleſia tegit.
Ipſe remota petens populi caret arte tumultu.
Comperit vt ſanctus nihil accepiſſe trementem,
Exuitur tunica, algentemque obtexit amictu,
Quam ſine teſte dedit latitans, & abire coegit;
Ecce miniſter adeſt rugitans procedere ſanctum,
Sed ſacer ante monet veſtiri tegmine nudum,
Hoc memorante pio, ſtupidus hebet Archidiacon.
Quid faceret, nudum dum non ibi cerneret vllum,
Noſcere nec poterat, reſidente antiſtite nudum?
Qui tunicæ interius non aſpiciebat amictum,
* Amphibali exterius dum membra obtecta laterent; * Amphibole.

Angit in ancipiti quod hoc ænigma beati,
Quæſtio tanta ligat, neque problema ſoluit egeni,
Tunc ait ipſe ſacer, mihi tegmen defer abollæ;
Nec pauper * deſit, qui veſtibus indiget illis, * deerit.
* Succenſus grauiter tegmen fert vile miniſter, * ſuccenſens.
Ante pedes iactans; ait, en ſine paupere veſtem;
Induitur ſanctus hirſuta bigerrica palla,
Vix cui digna foret ſtola lactea, & aurea fulua,
Proceſſit tum ſummus honor, ſed pauper amictu,
Deſpectus tunica cœleſti in ſede ſenator, Dialogi ii. c. 2.
Interea populis cerimonia ſancta retractans,
Cum holocauſta ſacræ manibus benediceret aræ,
Protinus à capite emicuit globus ignis amici, Globus ignis inſidet capiti ſacrificantis.
Lambens colla, comaſque, & flammis benigna volabat,
Tactu mollis, honore potens, ſplendore coruſcans,
Crinem ornans, meritum prodens, pro tegmine fulgens,
Præbuit obſequium, minus impendente miniſtro,
Geſta occulta index in lucem lumine mittens.
O diues pauper, tunica contente nec vna,
Qui nec habes aliam, neque vis retinere vel ipſam,
Dum ſupereſſe putas veſtitum ſimplicis vſus, F
Cui grauis eſt vel palla leuis dum clamat egenus
Tegmine pro nudi cupiens procedere nudus.
Nec partiris opem, ſed totum cedis egenti
Hæc tua ſola putans petitus ſi nulla negaſſes.
Vt magis eſſes inops, inops dum cuncta dediſſes,
Nec puduit verecunde pater, ſine veſte ſedentem;
Sed nihil erubuit pietas impenſa fidelis,
Nec minimam retinens, fieret quo maior honore,
Eſt mihi velle loqui ſpecioſa negocia nudi.
Sed rapiunt auidum reliquarum inſignia rerum.
Dum recubaret homo fluitans Euantius æger, cap. 3.
Feſſus & extremus cum iam ſuperhalitus iret,
Pontificem precibus celer euocat vt properaret,
Et via cœpta ſacri fieret ſibi vita reducti,
Nec cunctatur iter Martinus adire viator. Euantius à morbo curatus aduenıente ad ſe Martino.
Vix medio ſpacio emenſus gradiente ſenecta,
Ante ſalutis opem miſit quam viſus adeſſet,
Atque medela ægro data nunciat ire beatum.
Significans etiam curſor medicina ſequentem G
Dum pede tardat heros, præceſſit cura volatu,
Aduentuſque pii fert aura ſalubris odorem,
Vt cito ſuccurrant, vnguenta per aera tranant,
Sol veluti radiis dat longius ore calores,
Sic Martinus opem, & quo non eſt, exhibet arte.
Ad miranda nimis res eſt vbi peſte fugata,
Antea quam medicus pulſum tenet, exilit æger.
Obuius occurrens ſancto, obſequiumque rependit.
Duxit & ipſe domum, qui ſe ſibi luce reduxit.
Nunc alacer ſaltu recubans paulo ante grabato,
Interea miris Euantius actibus expers,
Supplicat incolumis * Domini vt mora craſtina tardet, * domui
Hoſpitis & tanti tenet vna diecula vultum, Puer lethali ſerpentis ictu percuſſus mire à veneno liberatur.
Sed mora tum fuit hæc occaſio danda ſalutis,
Illico percutitur puer atro dente chelydri,
Membraque percuſſi diſtenderat ira veneni,
Cum ſpatium vitæ mors importuna negaret,
Flebile & in toto regnaret corpore virus.
Expoſuit, puerum ante pedes Euantius almi,
Omnia confiſus Martinum poſſe mereri; H
Sanctus enim tactu mox ſingula membra pererrat,
Atque manu medica morientis viſcera palpat,
Inde ſuper vulnus, qua beſtia fixerat ictum
Vt poſuit digitum, fluit vndique vena veneni,
Et repedauit iter, dederat qua vipera virus.
Hinc ſacer inſpiciens collecta tabe tumorem,
Pollice ſubducto, quam fuderat vlcere ſerpens
Cuncta veneni vis per hiatum vulneris exit.
Sanguine concreto ſtillans velut vbere captæ.
Turgida plaga necem vomuit de vulnere filans.
Concretam ſaniem vena ſaliente relaxans,
Effert virus iners refluente canale liquorem
Et data letiferum reuocat retro fiſtula riuum,
Expugnante fide morſus vim perdidit anguis.
Et quia non perimunt, perierunt arma veneni.

Stat

A

Stat puer incolumis, remanet, neque pallor in ore,
Miratur famulum dominus ſtupet & domus omnis,
Currere ſeruitio, quem crederet ire ſepulchro.
Hinc pius antiſtes loca ſingula more requirens,
Hiſpidus occurrit thedæ fiſcalis amictu.
Quo iumenta, ſacri dum pallia pendula cernunt,

Dialog. II. c. 4. Martinus veſtium horrore terrens iumenta cæditur.

Feruida ſubductum rapuere per inuia currum.
Demiſſis auriga rotis, & miles habenis,
Martinum flagris, & fuſtibus vrget iniquis,
Sed de cæde viri pecudis datur vltio triſtis;
Ipſe tamen patiens, iaculorum grandine preſſus,
Atque flagellantum dum debacchatur erinnys,
Vulnera nulla refert manibus, nec ab ore ſuſurros.
Hinc grauius cruciat cædente ignobilis ira.
Hic quia dum tolerat, ſe irrideri putat alter,
Et magis iſte furit, dum ſuſtinet ille libenter,

Siſtitur cum iumentis theda.

Interea ad thedam redeunt graſſante querela.
Dum ſatiat vindicta famem lymphatis iræ,
Mulas ire mouent qua publicus aduocat agger,
Voce premunt & fuſte dolant, lacerantque flagello.
Sed neque compulſæ rapiunt iuga, lora quadrigæ;

B

Fixa manent, nec feſſa mouent velut ærea ſigna,
Ceu liquefacta nouo ſe glutine terra ligaſſet;
Aputre vt credas animalia puluere nexa,
Agnouere viri ſe numinis arte teneri,
Accurrunt celeres, inquirunt nomen euntis,
Martinum inueniunt à ſe crudeliter actum,
Confuſe flentes rubicante pudore reclini,
Ante pedes ſancti ſternuntur, & ore precantur,
Vt veniam errori tribuat, ſinat ire ligatos.
Quos tamen ante ſacer prædixerat eſſe retentos,
Rem probat, vlcus amat, veniam dat, abire perorat,
Quos virtus vinxit, pietas mollita reſoluit,
Ore pependit iter, verba arctant, verba relaxant,
Et iuga, fræna, rotas, mulas, auriga recepit.

Dialog. c. 3. Apud Carnotū oppidum infantem ſuſcitat mortuum.

Carnotus hinc etiam dum prætereunda veniret,
Ethnica per campos paſſim obuia turba fluebat,
Excita amore ſacri, licet hoc non crederet ipſi,
Ad ſpeculare nouum concurrens vndique viſum,
Cum necdum his Chriſti radiaret honore character,
Nec ſacra verbigenæ flueret ſuper vnda tonantis.

C

At Martinus ouans, Domino reſerante profunda,
Senſit adeſſe locum quo fertile ſurgeret aruum,
Incipit alloquiis fera pectora cultor arare,
Ore ſacer nitido dumoſa noualia purgans,
Proſcindens iterans bis terque quaterque reſulcans,
Paulatim ad fructus ſtupidos animauerat agros;
Hinc rudibus populis Chriſti noua ſemina iactat,
Senſibus humanis lactantia germina ſurgunt,
Leniter & rigidis coaleſcunt gramina ſulcis.
Quid faceret ſanctus turbis coeuntibus amplis,
Meſſe in tam multa veniens operarius vnus,
Excolit, includit, ſerit, inſerit, alligat, ambit,
Interea mulier defuncto pendula nato,
Brachiis diſtendens offert ante ora cadauer,
Funeris increpitans miſero fera cantica planctum,
Dum dolor ad lachrymas trahit hæc, vix explicat ore,
Fortis amice Dei toto venerabilis orbe,

D

Quem ſemper lamenta mouent pietate propinqua,
Ardens quid cupiam, corpus tibi nunciet algens,
Ecce obiit miſeræ mihi filius vbere raptus,
In quo mater eram; nec ſpes neque reſtitit hæres;
Occubuit genitus, cecidit domus: & mihi fructus,
Nulla remanſerunt vteri ſolatia duri,
Nec ſupereſt quod dulce vocem, quo feſſa reclinem,
Vbere quod recreem, totus perit ordo parentis.
Qui reſtas precor, affer opem medicamine verbi,
Redde genus, nec ſit matris mihi nomen inane;
Ni ſoboles redeat, ſecum mea funera ducat.
Adiuuat hanc populus clamans, ſacer, annue votis,
In cunctis vox vna tonat miſerere precanti.
Tunc pius antiſtes genibus profuſus in imis,
Sternitur ante oculos, Domini pro plebe ſatagens.
Vt mereretur ouem, per quam grex plurimus eſſet,
Annuit omnipotens famulo dans culmen honorum.

E

Mox bonus ore, preces orator miſit in aures.
Ordine depoſito, poſtquam ſe oratio complet,
Erigitur ſenior, ſimul infans viuificatur;
Porrigiturque ſuæ populo ſub teſte mamillæ.
Fit fragor, & populi noua pectore vota voluunt.
Mirantes hominem læte mutaſſe vigorem,
Et qui in morte manet, morti ſua iura tuliſſe,
Inde cateruatim Chriſtum Dominumque, Deumque,
Confeſſi exorant fieri ſe lege beatos,
Fit ſubito in campos populus cathecumenus omnis.
Non templa expectat, nec clauſtra dicata ſacelli,
Eccleſiæque typum campus generoſior explet,
Quodque ſolet tectis, pratis adhibetur apertis,
Vnica mors pueri ſic vitæ parturit agmen,
Dumque vnus terræ redit, plebs aſtra recepit;
Sub duce Martino fœlix exercitus hic eſt.

B. Martinus impoſitione manus ... cathechumenos in campo, quod alias in Eccleſia fieri mos erat. Dialog. II. c. 6.

Dum regeret princeps data iura Valentinianus,
Romuleis opibus mundo famulante ſuperbus,
Tum pia cauſſa ſacrum ad comitatum compulit ire,
Quem pia præſenſit ſe poſci talia Cæſar,
Quæ nollet præſtare, viro iubet arce repelli,
Et vetat à foribus penetrare palatia iuſtum

F

Inſtat ad hæc vxor, cui tunc erat Arrius autor,
Sed ſacer vt vidit tali ſe fraude repelli
Hinc aula excluſus, redit arma domeſtica ſumens,
Contegitur ſetis, reſpergitur atque fauillis,
Ordine miles agens, remouet potumque cibumque,
Nocte dieque vacans orandi iugiter vſu.
Septimus ergo dies aderat, quo ſanctus amore,
Fortia caſtra mouens; his deſudabat in armis.
Angelus aſſiſtens iubet ire palatia iuſtum,
Fretus in auxilio Martinus pergit ad arcem,
Limine nullus obeſt; ad principis ora penetrat;
Qui ſanctum inſpiciens, quod adeſſet, frenduit ore;
Atque aſtante pio, ſolio neque ſurgit ab alto;
Regalem ſellam mox ignibus ardor oberrat.
Et vaga flamma natat, qua molle ſedile coruſcat,

Valentinianus Imp. Martino aſſurgere cogitur flammis è ſella pulſus.

Vndique fuſa furens ſed culpæ Cæſaris vltrix,
Ceruicis duræ ſoluens ardore rigorem,
Inde flagella coquunt, hinc regem incendia cædunt;
Vapulat, & rapidis flammis auguſta poteſtas;

G

Hinc celer exilit rapiens ſe Cæſar & ardens,
Martini genua amplectens, pedibuſque volutans,
Sicque ſuperbum hominem ſe agnoſcere pœna coegit,
Viſa regna probans, & celſa cacumina curuans,
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens.
Nec ſpectare preces patitur reuerentia iuſti,
Præſtitit ante tumens quam ſupplex danda rogaſſet;
Regia rite parans conuiuia ſæpe beato,

Valentinianus munera reſpuit.

Obtulit inde fauens obeunti munera princeps;
Paupertate potens ſed repulit omnia ſanctus,
Donaque deſpiciens, meruit plus principe ab ipſo,
Tantum maius habens, quantum minus ambit auarus,
Omnia ſunt ſoli, qui nulla requirit habendi.

Dialog. II. c. 7.

Hinc quoque Romuleam regeret cum Maximus arcem,
Vir capiens apicem per publica geſta triumphis:
Sæpius hic ſanctum per celſa palatia duxit,

H

Hoc toto ſermone loquens de luce futura:
Qui ſit honor iuſtis, laus, gloria, palma, corona,
Nec regina pedes ceſſat lachrymoſa rigare,
Sternens membra ſolo, ſuſpendens gaudia voto:

Maximi vxor famulatur Martino prandenti.

Inde precatur ouans conuiuia vt ipſa pararet,
Obtinet hoc bonitas quod non valet alta poteſtas,
Ipſa manu ſellam poſuit menſamque parauit,
Dans manibus lymphas, rurſus regina miniſtrat
Læta modeſta ſuis palmis quas coxerat eſcas.
Quo reſidente ſacro, ſtetit illa immobile planta:
Fercula ſubducens, & pocula porrigit ipſa,
Vna miniſtra viro ſuffecit ad omnia ſoli,
Cœnula finitur, ſed adhuc regina ſatagit,
Fragmina, reliquias, cruſtas, & fruſta recondens,
Omnia præponens hæc imperiabilis eſcis,
Hoc Martinus agit, quo clauſos carcere laxet,
Exilio ductos laribuſque reducat auitis,
Sed tibi, ſancte pater, minus eſt Auguſta quod explet,

A Hoc magis, obſequiu creuit regina peracto.
Dial. . li. me. 8.
Eſt locus in Turonum fine,& confine Biturgum,
Incola quem vicum vocitauit Claudio magum,
Manſio forte fuit Martino prætereunti,
Eccleſiæ Domini qua ſecretaria pollent:
Virgineuſque chorus ſancto abſcedente requirunt,
Virgines ... ſtramina lambunt veſtigia S. Martini.
Quo ſteterat, aut ſedit, iacuit, genua atque reflexit,
Lambunt cuncta ſimul vel ad oſcula ſingula ducunt,
Diuiſere ſibi veneranda ſtramina lecti,
Atque leues paleas virtutis pondere penſant,
Quam tetigit ſtipulam ſancti is nominat manus.
Denique poſt fragilis confregit fortia culmus.
Stramine in quo Martinus cubuerat ſuſpenſo energumenus.
Nam grauiter quendam tabies inuaſerat hoſtis,
Et truculentus agens erroris ſpiritus iret,
Dum rapiendo rotat veſano cardine prædam,
Hunc ſuſpenſa viri collo feſtuca fugauit,
Immanemque hoſtem palearis ariſta remouit.
Tibia fruge ferax laruam iaculata, ſagittat,
Et ſtipula exilis, quaſi dura phalarica fixit;
Nec ſic vllius ferri expauiſſet acumen,
B Spicula nec tantum timuiſſet miſſa per arcum,
Lubrica pennigero venientia tela volatu,
Parthica ſeu timidum ſi transfodiſſet arundo,
Plaga vt vicino grauius laceraſſet ab ictu,
Stramina ſic metuit trepidans adamantinus hoſtis,
Ac velut ex ſtipulis coqueret ſe flammia caminus,
Vix ſtetit incolumis, fugiente volucriter vmbra,
Deſerit & prædam lupus ingens & leo frendens,
Dialog. li. II. c. 9.
Inde reuertenti Treuirorum ex vrbe beato,
Obuia forte datur medio fera buccula campo;
Quam dæmon dorſo incumbens agitabat anhelo,
Pendulus aerio quatiens auriga flagello,
Peſtifer arte noua curſo boue nempe verendo,
Vacca in Treuiris à dæmone vexata ... tatur
Cornigeri pecudis propulſor mulio triſtis,
Exagitatur iners, reſidens per terga bubulcus;
Hic vbi millimodas animalis adegerat iras,
Ibat vbique ferus furibunda iuuenca miniſtro,
Sub tortore graui per curua, per inuia curſans,
Acceſſit propius ſancto furiatile cornu,
Elataque manu pecudem conſiſtere mandat;
C Quæ ſtetit affixo minus improba buccula greſſu;
Quem ſacer inſtantem mox vidit; comminus, inquit,
Perge ferox, fuge ſæue, redi male, cede cruente,
Innocuam pecudem deſiſte agitare nociue;
Tunc animalis enim liquit fera bellua tergum;
Et recipit proprium mitiſſima buccula ſenſum.
Sternitur ante pedes ſancti, veneranter adorans;
Flexit & ipſa genu, quæ non habet intellectum,
Contra naturam diſcernens geſta beati;
Obſequiumque dedit, meriti quæ neſcit honorem,
Inde magis humilis, quia libera colla gerebat.
Ante ligata tumens, à peſte ſoluta reclinis;
Quæ ſtet ore fremens, cecidit poſt vincula ſupplex,
Et ſine voce fauet armo iactata priore.
Tum ſacer antiſtes pecudem præcepit abire;
Moxque gregem repetit paſtoris voce reuincta
Id geſtum eſt illo ſub tempore, quando beati
Per medias flammas nec fimbria ſenſerat* ignis,
De minimis etiam referantur maxima rerum.
D Tempore nam quodam dum vicos ambulat almus,
Obuia venandi ſtudio volat agmen equorum,
Nare ſagace canum, fit præda, reperta frutetis:
Tranſiliunt campos equites & voce ſequuntur:
Intendunt leporem fugitiuum agitare Moloſſi,
Saltibus excuſſi, latratu & dente minaci,
Diffuſi excurrunt celeres in amore rapinæ,
Alter in alterius miſcent veſtigia ſaltus,
Canes ad illius imperium à lepore perſequendo deſiſtunt.
Iſte ſequax tacitus, petit hic clamoribus auras;
Hic frutice in vacuo deluſus odore rotatur,
Motibus arboreis ſaltu ſuſpenditur alter,
Captu ex vnius cunctorum ſpendet hiatus;
Sæpe ſuper leporem morſu deceptus inani,
Vnguibus intectis dum præda volubilis exit;
* beſtiola.
Ac ſe turba premit ſic lubrica* beſtola fugit,
Non erat interea quo calle lepuſculus iret,
E Mons, vallis, petra, ſylua frutex defecerat omnis,
Per patulos campos, fugienti tegmine nudo,
Poplite defecto, pede laſſo, nare reclina,
Totus ab ore canis per ſingula murmura pendens,
Senſit adeſſe tamen Martini ſigna beati,
Flexit iter trepidus hirſutas fraude per herbas,
Auribus acclinis, vagus, exagitatus, anhelus,
Corruit ante pedes titubans lepus, aduena, ſupplex,
Si non voce poteſt; flatu pro voce precatur;
Sic feta parua iacet Martini tegmine tuta,
Et recubat dulci defenſa ſub arboris vmbra;
Tunc ſacer ex ſolito miſeratus more ſalubri,
Imperat vt catuli ceſſent, ab eunte, fugace,
At ſacer ille canum mox ſermo cucurrit in aures;
Torpeſcunt habiles verbo ſiſtente Lyciſcæ,
Greſſibus inſtabiles pendentes ſaltibus ipſis,
Et redierе canes quaſi per veſtigia cancri;
F Effugit incolumis per aperta lepuſculus arua,
Et cane ſe poſito tutus terit alta viator;
Hic fugit, ille redit, nullus perit, ecce ſalutem,
Sic quoque beſtiolis pacem ſacer intulit ipſis;
Debilitaſque canum facta eſt pietatis imago,
Qui potius vetito didicerunt parcere morſu;
Dialog. li. II. cap. II. Sermo diui ſpiritali ſale conditus. Ouis euangelica. Adam eiectus de paradiſo.
Et quia defuerant homines, vbi mira faceſſit,
Nil de laude perit, miracula beſtia ſenſit.
Quanta etiam ſancti ſermonis gratia fulſit,
Qui cum nuper ouem vidiſſet vellere tonſam,
Hæc Euangelii dicens mandata peregit:
Namque duas tunicas geſtans, vnam obtulit inſons:
Et nudata ſuo de tegmine texit egentem.
Inſpiciens itidem ſanctus per rura ſubulcum,
Nudum pellicea tantum ſub veſte trementem,
Ecce Adam quondam paradiſi ſede repulſus:
Exul ab Elyſio, paſcit gregis ora ſuilli:
Depoſito veteris Adam carnalis amictu,
Adam nempe noui nos induere iuſtar oportet.
Virginitatis coniugii, & fornicationis diſcrimen in prati ſimilitudine oſtenſum.
Hinc iterum cernens vernantia prata beatus,
Pars paſtus, pars foſſus erat, pars floreus agger.
Sed ſue confoſſus, boue paſtus, flore comatus,
Comparat ergo tribus ſanctus tria nomina rebus:
Turpis adulterii ſpecies eſt foſſa carectis:
Dialog. li. II. c. 12.
Herbaque coniugii retinet detonſa figuram,
G Eſt par Virginibus violis quæ vernat imago,
Herbis Luxurians, fœno apta, & flore decora,
Digna Deo, gemmis grata, & radiantior oſtro.
Miles autem monachum profeſſus ſingula liquens,
Militem caſtrenſi documento ab vxoris deſiderio remouet.
Coniuge cum propria cuperet qua degere vitam,
Mutauit meliore via tranſcurrere metam,
Iure *ſacerdotis monitor hoc ordine diſcens,
* ſacerdotii.
Belligeratori valeat ne fœmina iungi,
Sola aciem melius componit maſcula virtus,
Debilior teneat murorum clauſtra caterua,
Et ſexus fragilis ſeſe intra ſepta recondat:
Hoc ſatis vt mulier, timeat res ipſa timori,
Miles ad arma potens pergat galeatus in agmen,
Loricæ triplicis ſquama radiante coruſcus,
Thoraca ex humeris, indutus, nixus in haſta:
Aſſuetus clypeo, tranſmittens vulnus ab arcu,
Hinc capulum vibrans, hinc torquens miſſile telum,
Ferratæ tunicæ riuos ſub pondere ſudans:
H His dictis mulcens iuuenem reſipiſcere cogit,
Coniuge poſtpoſita & tepetit heremita coronam.
Iugiter interea quia ſalſa, & ſancta canebat,
Ne ſerie recipi, neque poſſunt ſcripta teneri.
Quæ nam vita ſacri fuerit, quis ſingula curtat?
Quanta fides animi, quam celſa & pura voluntas,
Ad quem non ſolum homines longo orbe venirent,
Verum etiam cœleſtis honor viſebat amanter,
Angelicuſque chorus properabat ad ora frequenter,
Colloquiis placidis, vt feſſum animaret amicum,
Et quaſi complexum recreet per verba parentem,
Res probat iſta ſequens quæ geſta priora renarrat.
Concilium allectum fuerat ſynodale Nemauſum,
Quo ſacer antiſtes mediator adeſſe recuſat:
Ergo ratem ſcandens celerem parat ire per amnem,

Cœti-

A Dialog. li. 2. c. 13.

Cœtibus in mediis habitans eremita remotus:
Ipſe in puppe ſedens cunctos ſua prora ſequeſtrat,
Angelus ecce tamen Domini venit aliger alto.
Ipſa nempe die, qua ſe conuentus abegit:

Acta ſynodi Nemauſen. ſis ab angelo diſcit.

Quicquid pontifices celebrabant, ordine narrans,
Pro vice Martini peragens ſynodalia præſens,
Atque ſui cura longinqua per aera tranat:
Quem pendente via nec in aera penna fatigat,
Sed nata ala celer donec noua nuncia portet,
Quæ mandat Dominus nihil abſconſurus amico,

Percrebuit vt prius hæc. Dialog. II. c. 14. diſtin. Victoris Giſel.

Vtque * prius retulit ſacer hæc poſt cuncta probauit.
Nec frangunt prædicta fidem, neque prodita fallunt.
Accidit hinc demum foribus ſedente Seuero,
Compare cum Gallo, doctis & amore miniſtris,
Murmure multiuago compleuit cella beati:
Oſtia clauſa tenens diei geminante ſub hora,
Audiuere loqui, ſed quid, neſcire fatentur:
Senſerunt ſtrepitum, neque verba loquacia norunt,
Pars fuit hæc meriti, vel ſic ſenſiſſe ſuperna.
Agnita ſi non, ſunt ſatis eſt audita mereri.

B

Poſt ſacer egrediens cellam maiore Seuero,
Sulpitio poſcente diu quæ geſta fuiſſent,

B. Mariæ Agnetis & Teclæ fruitur adſpectu.

Vix motus precibus, tandem rem ex ordine pandit.
Inde cat hic Agnem, Teclam, Mariamque locutam,
Sanctarum exponens vultus, habitumque beatus,
Quæ facies, oculi, gena, pes, manus, area, figura,
Lumine tam puro vidit ſæpe ora ſororum.
Quis color atque decus, quæ forma & gratia quanta,
Et ſermone pari placidam dixiſſe ſalutem,
Hic petit ad fratres, illæ petiere ſorores; *
Sed redit iſte gradu, illæ nam rediere volatu.

Petrum & Paulum apoſtolos ſæpe videt.

Culmen Apoſtolicum, celſas & honore columnas,
Sæpe Petrum meruit, Paulumque videre licenter,
Dæmonicas etiam tolerans ſæpiſſime pugnas,
Nomine quemque ſuo increpitans cogebat abire;
Maxime Mercurium infeſtum referebat adeſſe,
Brutum namque Iouem, & hebetem memorabat haberi,
O ſinceri oculi nulla caligine preſſi,
Mens radiata ſopho, retinens ſine nube ſerenum;
Inſpicis aeriam carnali lumine Teclam.
Atque vides agnem redimita fronte corona.

C

Cernis & egregiam precioſa luce Mariam.

B. Virginis adſpectus.

Vidiſti templum Domini diademate fultum,
Vidiſti thalamum ſponſi ſuper omnia pulchri,
Compoſitum gemmis, auroque oſtroque decorum;
Qualis iaſpis erat pedibus laterique topazus.
Qui digitis anuli viridi fulgore venuſti?
Quales armillæ, dextra ardeſcente hiacyntho?
Quanta zona die lapidum radiabat honore?
Cycladis aut qualis cataclyſtis effora raſis?
Quæ palla ex humeris mixto chryſopraſo beryllis?
Quodue monile decens collo rutilabat in illo?
Forſan erat niueis amethyſtina vitta capillis
Sculptilis impreſſis, & in ſuribus alta ſigillis;
Luminis ac varios ſpargens diadema vitores;

S. Petri & Pauli quâlis appàritio.

Quæ frons, ora, oculi, facies, gena, pes, manus, vlna,
Inde repercuſſis florebant gramina gemmis.
Sic bone paſtor oui quæ fabula veſtra cucurrit.

D

Quid, rogo, quando Petrum ac Paulum tam ſæpe videbas,
Prima miniſterii radiantia vaſa superni,
Aures pulchra nimis gemmata, venuſta, coruſca,
Illa putas quanto radiabant ora ſereno?
Dogmata quæ Chriſti totum ſparſere per orbem,
Quæ dixere prius: tu es Chriſtus filius almi,
Altithroni que Dei dominantis & omnipotentis,
Ac ſuper hac petra fundata, eccleſia regnat,

Eccleſia ſuper petram fundata.

Quam nec flabra mouent; neque vertit turbo procellæ,
Nec trahit vndiuagam pluuialibus imber arenam,
Hæc quia vna tenet petra fundamenta ſalutis;
Contra quam portæ inferni nunquam arma valebunt.
Quid ſacer ille ſimul Paulus tuba gentibus ampla?
Per mare per terras Chriſti præconia fundens,
Europam atque Aſiam Libyam ſale, dogmate, complens;
Et qua ſol radiis tendit, ſtylus, ille cucurrit,
Arctos meridies, hinc plenus veſper & ortus:
Tranſit & Oceanum, vel qua facit inſula portum; E
Quaſque Britannus habet terras, atque vltima Thyle,
Buccina concrepuit regiones vna per omnes;
Dogmate tantorum Chriſti data munera pangit,
Hebræus, Græcus, Romanus, Barbarus, Indus
Iſraelita canit ſimul Atticus atque Quirinus;
Principibus geminis fidei ſub principe Roma,
Carnis Apoſtolicæ quo ſunt duo celſa ſepulchra.
Primus tenet terris, & vterque priora ſupernis,
Dogmatis ore pares, & ſedis honore curules;
Ambo triumphantes ſpargunt noua dona per orbem,
Vna nempe die quos paſſio ſancta beauit,

Paſſi & ſepulti Romæ apoſtoli Petrus & Paulus.

Et ſacra ſic geminus ſignauit tempora conſul:
Queis ſplendor paribus rutilabat ab ore coruſcus,
Lucifer in radiis premeretur vultibus illis,
Quippe nec ipſa micat tantum rota fulgida ſolis.
O dulces oculi, facies cernendo beatas, *Pſal. 86.*
Vidiſtis Sion ſpecioſas ordine portas.
Vidiſtis Sion retinas quater ordine portas.
Quas amat omnipotens vltra omnia culmina Iacob,
Gemmatum vario redimitas lumine valuas, F
Sculptas bracteolis, inſcriptas arte ſmaragdis,
Chryſolithis rutilas, niueas ſtillantibus albis;
Quicquid amor potuit, quo totum gratia fudit,
Omnicolorque decens & in omnibus vna topazus.
Per quas huic populi genus illud nobile regni,
Intrat ſyderеam meritorum greſſibus vrbem,
Et ſine fine manent conſcripti in ſæcula ciues,
Inter quos proceres, & culmina celſa potentum,
Patricius mixtus generoſis, conſulibuſque,
Proximus & regi reſides Martine ſenator.
Cui dedit arma fides, & cui fiducia rex eſt;
Miles amore cliens, & factus honore cohæres,
Qui potes ore mei veniam depoſce reatus:
Et vitiata tibi quod lingua remurmurat, audi.
Vt de fonte pio fluat indulgentia læſo,
Ac te orante ſacer redeat medicata cicatrix.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI, G

DEINDE EPISCOPI PICtauienſis De vita ſancti Martini.

LIBER QVARTVS.

POst mare fluctiuagum repetens ad littora portum,
Floribus albicomis dum lilia pollice carpo,
Vngue recido roſas & per violaria curro,
Ruris amœniferi varios ſitus inter odores,
Obripit inde ſopor; feſſus quoque colla reclino,
Fultaque gramineo iacuerunt membra grabato. H
Sed rediit, ecce, dies, & iam luceſcit, eundum eſt;
Dum matutino nos ore ſalutat hirundo,
Ac ſe nocte breui celerata crepuſcula rumpunt,
Quo torpore natent quamuis mea lumina, ſurgam;
Euigilanſque oculis detergam pollice ſomnum,
Et quod iter repeti Gallus vocat, ibo ſodales,
Fluctibus in trifidis ignarus nauta libellis,
Ac velut ambiguas inter Symplegadis vndas
Ionii Ægei, Maleique ſequace procella;
Me tamen in bibulis ne mergeret Auſter harenis,
Summa gubernauit Martini vita patroni,
Quam nitor ſcabridis indignus carpere verbis,
Ruſticus, arte rudis, tentans formare monile,
Quod nec lima polit, nec malleus addit acumen,
Non incude terit, fornaxque examinat igne,
Nec mordax gemino forceps titubauit obunco,
Sed magis incomptum profert mea lingua metallum;
Res tamen illis iuuat ſine qualibet vllius arte,
Quod per ſe pulchram præfert ſua gratia gemmam,

A

Attamen officii quæ reſtant debita ſoluam,
Et cui magna nimis modo debeo, parua rependo.
Carnotis interea genitam pater anxius ægram,
Dialog. Sulp. lib. ii cap. 2.
Ex vtero motam profert ſacro ore medendam,
Sex geminos grauiter hebetem ſine voce per annos.
Nec differt Martinus opem pietatis amicam;
Sternitur ergo ſolo, tacitus prece ſidera pulſans,
Corpore fuſus humi, volitans ſuper æthera ſenſu;
Senſit vt effectum fidei meruiſſe precatu,
Sanctificaturum ferri ſibi poſcit oliuum;
Infuditque ori benedictum fruge liquorem;
Atque tenens digito linguam miſerando puellæ,
Ipſe patris nomen geniale requirit alumnæ;
Muta puella ſacro oleo ſanatur.
Mox reſoluta mouet faucis lyra tinnula plectrum.
Atque inſueta canit camerati concha palati,
Dente reliſa cauo producens verba fritillo,
Reſponditque patris nomen pia filia dulce.
Ventre prius genita, hic viſa eſt quaſi voce renata,
Reddit adulta vetus lactantes ore ſuſurros,
Incipiens tenero proſcindere verba rotatu;

B

Motu pigra rudi decurrens lingua gradatim,
Implicito ſonitu rauca nouitate cicuta,
Donec plena ſuo cecinit ſymphonia flatu.
Tum genitor genua amplectens veneranda beati,
Vociferans & voce data, ſua gaudia plorans.
Lætitiæ voto reboat præconia Christo.
Dialog. lib. iii. c. Coniux Auitiani committit oleũ à S. Martino obtinet quod ſponte exundat.
Iudicis inde feri coniux ægra Auitiani,
Dirigit ad ſanctum morbi ſperando medellam,
Vas olei vitreum lance æqua dimidiatum,
Vnde ſalutifero depelleret vnguine morbum;
Mox ſuper ampullam fecit crucis ipſe ſigillum,
Surgit ad ora liquor ſpumanſque exæſtuat vnguen,
Vbertate noua vitrea ſub cortice obortum,
Et vaſe in ſicco generoſus naſcitur humor;
Currit in aſcenſum, qui vergere nouit ad imum,
Fluxibus & liquidis olei petit alueus altum,
Sed quem non genuit radix oleagina ſuccum,
* Syrabacha
Nec * Syrabacha dedit merito vi tutis adulto;
Creſcit & ad ſummum patulo qua cluditur ore,
Nec contentus agit liquor, vt vas expleat illud,
Nam cumulata olei mox defluit vnda ſuperne,
Nec ſeſe vrna capit; tanta eſt benedictio dextræ,
Exundanſque omnes pueri madefecit amictus.
Et digiti de fonte rigans manauit oliuum.

C

Aepoſtquam irrigue fluuiali more cucurrit,
Vas plenum fidei merito matrona recepit.
Vas olei vitreum lapſo non diſſilit.
Nec minus inde ſubit rerum admiratio facti,
Idem vas vitreum benedictum nobile reddens,
Cum puer incautus poſuiſſet in ore fen. ſtræ,
Vtpote carbaſeo venerans velamine tectum;
Lintea dum rettahit fluitancia neſcius alter,
Lapſa pauimento ampulla ſtat marmore tenſo,
Sed nec ſaxa vitrum perdunt, nec vaſa liquorem:
Integra ſeruatur volitans quaſi penſile pluma,
Aut ſubuecta leuis geminis deſcenderet alis;
Nullaque rima patet, nec facta in vaſe cicatrix.
Sic liquor interius facit exteriora tueri,
Et quem tutari decuit, ſua tegmine, texit,
Dialog. iii. c. 4.
Ne vitra depereant, olei cuſtodia ſeruat,

D

Incluſuſque humor proprium defendit amictum,
Ac fragmen fragile ſtatuit benedictio forte.
Cuius diſcipuli pariter dum comminus irent,
Et canis horrificus latratu inſiſteret amplo;
Vnus amore pio Martini in nomine, dicit,
Canis Martini nomine compeſcitur à latratu.
Præcipio, taceas; nec nos clamore fatiges;
Mox præciſa canis rabidi vox ore pependit,
Clamoremque vagum media de fauce reſorbet:
Et fragor ille ferox auido ſub gutture obhæſit,
Stans rictu ſtupido frenata voce moloſſus,
Cum furor vrgeret, quia ſe nec hiare liceret,
Sic redit incluſo tremula ſine voce ſuſurro,
Profuit & nomen ſancti quo defuit ore.
Dialog. iii. c. 5.
Ergo iter inceptum lento pede pergere tendam,
Dum licet ire viam, dum me vocat aura ſalubris,
Et trahit hora dies veſtigia tarda mouentem;

B

Moribus vt tumidus comes Auitianus agebat,
Terribili officio Toronos ſuffultus adiuit;
Agmina conueniunt, & longa catena reorum,
Accreſcente coma quorum caro tota fluebat.
Et conſumpta artum latabat brachia ferrum,
Confecta macie vix declarante figuram,
Pœnarum genus ipſe iubet plus more parari;
Deflentem videas populum ſpaciare per vrbem,
Induxitque nefas proceſſu ad triſte tribunal,
Vnde truces oculi ſpectarent membra cremari.
Comperit vt ſanctus feralia iuſſa ſatagi,
Tempore ſub noctis ſæua ad prætoria tendit,
Et pietatis iter ſolus parat ire viator;
Peruenit vt ſenior greſſo miſeranter anhelo,
Sternitur ante fores per limina dira benignus,
Qua recubat iudex torpente ſopore ſepultus.
Angelus interea penetrat mox aliger aulam.

F

Auitianus Martini aduentu per ſomnũ ab angelis co... à furore.
Intonat, & comiti dormitanti ore minaci:
Te ſopor hic retinet Martinus ſtat foris, inquit,
Tu requie frueris, & ſuſtinet ille labores:
Molliter ipſe thoro, iacet ille in marmore duro
Excutitur trepidus mox ex ſomno Auitianus,
Martinum exclamans, foribus recubare ſacratum:
Imperat & famulis, reſerent vt clauſtra beato,
Nec ſeruum Chriſti venerandum iniuria vexet,
Hinc famuli illudunt domino, crepitante cachinno,
Dicentes ſtupidi, ſe ſomnia vana videre:
Pro foribus nullum reſidere, vel eſſe, virorum.
Rurſus præcipiti premitur ſomno Auitianus;
Angelus inde virum violentior excitat vrgens:
Concutit & grauiter, nec cederet ipſe ſopori:
Territus hinc iudex, vltra neque credulus vlli,
Poſtpoſitis famulis celer ad ſua limina pergit:
Atque ibi Martinum reperit ſeu ſenſerat olim,
Tunc ferus alloquitur ſanctum, his vocibus, vltro:
Quid Martine mihi facis hoc venerande ſacerdos?
Non mecum æquali fateor certamine pugnas,
Abſoluendo reos venis, & me verbere torques,
An me pro cunctis pœnas abſoluere mauis,
Eligis aut facinus mea per tormenta paciſci?

G

Sub tortore nouo mutantur tempora cædis,
Pœna diuina reos cruciat, me nocte fatigas.
Serue Dei, patuit, quam ſit tibi celſa poteſtas,
Quando flagellatur grauiter te iudice iudex.
Hinc tamen ipſe probas, mecum ſit qualiter actum:
Cum per me venio, nec amicum, nec rogo ſeruum:
Non patitur differre moras quem pœna coercet:
Nil opus eſt verbis. tacito te, noſco quod optas:
Cede precor, diſcede loco, concede quod oro:
Nec tua me grauiter cito puniat vltio vindex,
Hæc ait. & propero pede diſcedente patrono,
Auitianus inops animi; vocat officiales:
Et reſerare iubet, tormenta, ergaſtula, clauſtra,
Cumque relaxaſſet, procul ipſe receſſit ab vrbe,
Et grauis ira fugit, ſibi ſit timor ipſe timori,
Ordine peruerſo & pacem fuga iudicis auget,
Ac ſine cæde lupum ſaluo grege paſtor abegit.
Quique monaſterio quotiens properaret ad vrbem,

H

Dialog. lib. iii. c. 6. Energumeni eius aduentum præſenſiſ.
Siue pedem cellæ foris adueniendo tuliſſet,
Agmina laruarum trepidabant ore rotatu,
Et cum neſcirent populi aduentare patronum,
Deſignabatur gemitu quoque dæmoniorum:
Propitiante ſacro pendentia membra videres,
In ſublime procul ſublata per aera duci:
Aſt alios pedibus ſuperactis, verrit in altum,
Et caput inferius veluti de nube ruentes,
Ne tamen his veſtes fluerent, verecunda tegentes,
Crimina vel merita edentes ſub iudice miſſi,
Et ſua præcipites examine facta fatentes:
* fatebatur. Dialog. lib. iii. c. 7.
Ille Iouem ſtolidum, hic ſe * fateatur Anubem,
Vaſa miniſterii ſe dæmonis eſſe nefandi:
Sed tortore pio feritas cruciata fugatur,
Nunc etiam Senonum pago quid geſſerit, edam.
Cum compacta gelu premeret ſata grando quotannis,
Cultoremque ſeges defraudaretur inanis,

A

Agrum grādine annali vexatum conſeruat.

Nec meſſoris opus flaueſcens ſpica rogaret,
Agricolæque manum tritura vetaret adempta,
Incola maturis totiens deceptus ariſtis.
Cum ieiuna ſuo torperent iugera ſulco,
Ac lapidata cibum populis ſeges ægra negaret,
Mittitur ad ſanctum legatio fida precato,
Vt remoueret humo furibunda procella flagellum,
Celſa viri quæ mox oratio ſola peregit.
Nam ſtatim atque preces fudit bonus ore ſacerdos,
Tempeſtate graues ſiccarunt nubila nimbos;
Et viduæ ſegetes ſe fertilitate maritant.
Quæque quater quinos per quos ſuper extitit annos,
Intemerata ſacri viguerunt dona patroni.
Vir tamen ipſe Dei vt ſublatus ad aſtra receſſit,
Oblitæ incubuit rediuiua procella rapinæ
Præſule ſubducto vaſtat fera clades agellum,
Ac male captiuas imber populatur ariſtas,
Defenſorque obit & mox prædam grando requirit,
Martini abſceſſu repetunt elementa flagellum.

B

Dialog. lib. iii. c. 8.

Vir quoque iuſtus item cum occurreret Auitiano.
Aſpicit inſtantem huic ſæui dæmonis vmbram,
Horrificam faciem truculentam corpore peſtem,
Quam procul intendens ſanctus flatu oris abegit:

Dæmonem Auitiani comitis ſimiliarem exſufflando fugat.

Iudex dum in ſeipſum putat exuflaſſe beatum,
Cur bone paſtor, ait, tua nos iniuria vexat,
Indignoſque facit deſpectio flatilis auræ?
Quem pater egregius reſponſo affatur amico.
Hæc tibi non facimus probroſi ſorte reatus,
Sed male quæ incubuit ceruici, flauimus vmbræ,
Mox tamen illa fugit ſubſellia larua ſatelles,
Et ceruice ſedens in vaſa ſedilia liquit,
Libertate noua ſurgunt colla Auitiani.
Exoneratus enim iudex reuocatur honori,
Mitior, atque fuit grauis implacabilis olim.

Dialog. lib. iii. c. 9.

Mirum aliud vico quod contigit Ambacienſi,
Idola turrito fuerant educta metallo,
Eximie ſaxis moles onerata politis,

Moles ingens idolis ſacra ſubuertitur oratione Martini.

In ſublime thronum procedens æde ſuperba,
Falſa ſuperſtitio deceptio vera precantum,
Grande opus ad facinus faciens nihil eſſe colentes;
Quod dum ſanctus ouans mandaſſet rite ruendam,

C

Humanis opibus neque hos auelleret vllus,
Tum ſacer antiſtes aſſueta per arma recurrens,
Peruigil inſiſtens nocturnis excubat horis,
Alloquiis Domini taciturna ſilentia rumpens.
Sed cum mane recens auroram ſpargeret orbi,
Tenderet & croceum per nubila Phœbus amictum,
Ecce repens oritur variante fragore procella,
Stridula ſydereo volitatu & multa tumultu,
Auxiliis fremebunda tuis Martine ſatagens,
Et tua caſtra mouent armata ferocibus auſtris,
Quæ fanum vt tetigit rapidæ vertiginis ictu,
Impulit ac fabricam furibundo impacta rotatu,
Idola comminuit, molemque in puluere ſoluit;
Altaque turrigero ceciderunt mœnia faſtu.
O ſacer antiſtes, dulce & memorabile nomen,

Dialog. lib. iii. c. 10.

Quis ſe non ſubdat tibi, pro quo & nubila pugnant?

D

Hæc quoque mira loquar parili virtute peracta.
Stabat celſa rigens informis forma columnæ.
Immanis habitu, tractu inſuperabilis amplo;
Quæ ſuper impoſitum ſimulachrum hoſtile gerebat,
Quam pios vt voluit, valuit neque ſoluere molem,
Rurſus ad orandi victricia ſigna cucurrit,
Belligere liciens ad ſe arma potentia cœlis.
Stratus humo recubans, precibus ſupra aſtra relatus,

Columnā profanam diruit.

Quo exorante diu, multoque in puluere fuſo,
Cœlitus eſt oculis deſcendere viſa columna,
Molliter aerio diſulcans nubila lapſu,
Quæ molem oppoſitam vt vibrato perculit ictu,
Fragmine diſſiluit compago ſoluta columnæ;
Laxaque diſperſo fregit ſimulachra metallo;
Et mentita nouo feriuntur numina telo,
Falſa quidem veram ſumentia numinis iram.
Quæ ſubuerſa ſuis genuerunt lucra ruinis
Ac reſoluta feris eruerunt templa fauillis.

E

Dialog. iii. c. 11.

Pandere quin etiam decet illud honore beati:
Pallida cum mulier ſtillante rubore cruoris,
Cuius ſe irriguo ſiccarunt viſcera fluxo,
Naufraga membra trahens ſecum vaga ſanguinis vnda,
Tempeſtate ſuæ pluuiæ defeſſa laborans,
Ipſa ſibi generans ſecreti turbinis imbres,
Fluctibus & propriis iam ſubmerſura ruebat,
Nec ſuper vllus erat portus ſibi norma ſalutis;
Cui ſemel vt tacta eſt benedicti fimbriis fili,
Nobilis ac ſummi palpanter ſtamina panni,

Mulier ſanguinis profluuio curatur veſtis attactu.

Exilit inde ſalos digitos prius vaguine complens,
Tranſit in arcanum fiducia tanta medellæ;
Protinus irrigui ſiccatur origo fluenti,
Prona etiam patulos damnantur fiſtula curſus,
Et reſtricta fluens redit in ſono vnda cruoris,
Aſſidui fluxus fugiens caua vena meatus,
Veſte ſacra medici ſolidantur glutine riui,
Et virtute viri ſenſerunt frena liquores,

F

Incolumiſque redit de furto fœmina fœlix,
Atque ſalutis opem medico ignorante reſumpſit,
O Martine ſacer, neſcis, & munera donas.
Inde procul greſſum celerans antiſtes abibat,

Dialog. iii. c. 12.

Obuius ecce venit ſerpens adnando per amnem,
Pectoris impulſu ſulcans vaga remige cauda,
Squammea terga mouens, ſpiris vada cærula findens;

Serpens ei paret.

Quem ſacer inſpiciens, ait, hæc in nomine Chriſti,
Impero dira tibi, pete curſum beſtia retro,
Quæ procul in fluuium ſinuamina lenta reflexit,
Atque retorſit iter mox ſarcina tanta veneni,
Inde petit bibulas ripæ vlterioris arenas,
Gurgite lapſa natans, totaſque renauigat vndas,
Obſequiis famulans, & vipera perdidit iras,
Imperiis iuſti nec iniqua venena repugnant.

Dialog. iii. c. 13.

Forte dies aderant paſchalia feſta gerentes,
In quibus antiſtes partem quoque piſcis edebat,
Addebatque bonus tum fercula reptile guſtu,
Sollicitat monachos ſi copia piſcis adeſſet,
Reſpondit, cui cura foret commiſſa miniſter,
Se toto piſcante die captura negaſſe.

G

Nil valuiſſe hamum ſetis ab arundine iactum.
Nec potuiſſe aliquam vel retia ducere prædam;

Martini iuſſu piſcatus ſuccedit.

Cui conſtanter ait, placido moderamine paſtor,
Perge modo ad fluuium, tibi nec captura negatur.
Artificem ſpes certa mouet, petit impiger amnem,
Implentur pariter monachorum examine ripæ,
Vt ſacra Martini ſpectarent dicta prophetæ,
Quem ſcirent non caſſa loqui, neque verba refelli;
Proiicit vt fluuio caſſem de puppe magiſter,
Molliter ac vitreo Ligeri trahit humida lina,
Mox ingentem eſocem modico ſub rete coercet;
Et trahitur cognatus aquis ad littora piſcis,
Non rete artificis, ſed Martini ore ligatus,
Vſibus & ſancti ſe præda natalis offert,
Tali morte magis vitæ pro munere curreus.
Nobile quin etiam ex præfecto Arborius effert,
Signum, quod vidit ſe teſte fidelis in vrbe,

Dialog. iii. c. 14.

Immaculata Deo cum dona imponeret aræ,

H

Et pater attonitus ceremonia diua ſacraret,
Munera vel Chriſti benediceret ore ſacerdos,
Impoſita altari rata corporis atque cruoris,
Emicuit ſubito manus alma decore ſuperbo,
Nobilium vario lapidum ſplendore coruſcans
Vndique viſa rotæ ſpargens radiabile lumen,
Brachia purpureis vibrantia fulgura gemmis,
Lumen & ad ſolis radians lux fulua metallis,

Martini ſacrificantis cernitur manibus ornamentum gemmis.

Credula quo potius fierent miracula rerum;
Vir ſimul ipſe potens ſe tunc Arborius inquit,
Gemmarum grauiorem crepitantem audiſſe fragorem;
Sic geminante fide iuſti via dextera fulſit,
Inque loco manicæ micuit tranſlata ſmaragdus.
O Martine decens lapidum velamine compte,
Quam noua palla tibi cuius textura coruſcans,
Trama topazus erat rutilans, & ſtamen iaſpis,
Et tunicæ inſignes currunt pro vellere gemmæ,
Quæ manus artificis cataclyſtica fila rotauit?

A

Quis fuit hic opifex, vbi lana hyacintina currit?
Quis potuit rigidas torquere ad licia gemmas?
Hæc venerando magis poterunt, quam fando referri.
Quid ſecreta petis nec in abdita luminis intras?
Eſt homo quod ſtupeas, vbi nectit gratia telas.
Hiſtoriæ nobis oritur hic longior ordo, *Dialog. III. c. 15.*
Sed breuiore via data per compendia curram.
Maximus imperij moderans quaſi rector habenas,
Præcipit Ithacium tum amorum iure tueri;
Nequis eum peteret damnandum lege forenſi,
Accuſatorem veterati Priſciliani,
Mittit ad Hiſpanos armata ſorte tribunos,
Reliquias hereſis, qui quærant, & bona tollant,
Inuentoſque pares capitali crimine damnent;
Sic tamen, vt cunctos occaſio ſæua feriret.
Pluribus ergo malis bonitas impulſa beati,
Leucadio pariter pro præſide prompta precatrix,
Occurrit Treuiros aliis quoque mota querelis,
Pontifices adeunt prædicti principis aurea,
Ne Martinus eat, ſynodi niſi pace recepta,
Sed ſacet aſſeruit Chriſti ſe in pace manere,
Qua prius abſtinuit ſanctus ſic cœtibus illis.

Martinus Treuiros adit Maximum exoraturus in cauſſa Leucadii præſidis Synodo immiſcetur, quæ ſanguinis cauſſam inconſulto tractat.

B

Pontifices iterum occurrunt ad Cæſaris aulam,
Cogat vt innocuum ſe participare nociuis.
Prouocat alloquio quem molliter induperator,
Vt ſociaretur reliquis communio iuſti;
His Theoniſtum etenim ſolum deſciſſe querelis,
Cui non complacuit communio noxia fratrum,
Hinc quia non valuit flecti vehementia ſancti,
Abripit ex oculis ſe principis alta poteſtas,
Mox percuſſores gladio minitante relaxat,
Qui ſemel offenſos iaculo figente trucident,
Competit vt ſanctus reſerandæ fraudis amictum,
Pollicitus regis ſe participare miniſtris,
Et pietate calens, deponit amore rigorem,
Mens rea cuius abeſt par fit communio culpæ.
Hinc ſe proripiens propere Martinus abegit,
Æſtat interea gradiens, grauiſ anxius augens,
Cur vel ad horale ſpatium conſenſit iniquis.
Inde iter emenſum per vaſta ſilentia ducens,
Progreſſis ſociis ibi ſe Andethanna propinquat.
Ecce viro inſigni ſacer obuius angelus adſtat,
Præſenti alloquio confeſſus publice vultus,
Atque reuelata facie ſic comminus infit;

Martinum pœnitet communicaſſe cum ſceleſtibus epiſcopis.

Angelus eum conſolatur.

C

Quam merito Martine loco compungeris iſto,
Nec properas exire aliter niſi iuſſa faceſſis,
Inter vtrunque nefas mercatus acerba doloris;
Nunc age conſtanter repara virtutis honorem,
Et tibi te reuoca trepidum, ne noxia frangant;
Gloria ne pereat, neu proſpera lubrica perdant,
Vtere more tuo te deinde rediſſe magiſter,
Fortis athletæ animos caſus non obruit vnus,
Acrius inſequitur hoſtem manus icta dolore;
Plagaque fixa ſolet mentes armare viriles;
Atque pudore recens creſcit * diro vlcere virtus,
Ac datur armigero victoria vulnere crebro,
Fraterno alloquio ſic angelus explicat ore,
Et vice germani moniti animauit amantem,
Tanta eſt cura Dei Martinum auellere lapſu,
Vlterius ſynodo nec ſe permiſcuit inſons,
Virtutiſque ſuæ damnis noua lucra parauit.

** de vulnere.*

Res probat ipſa tamen ſacro venerabilis actu,
Namque ad * pſeudoforum cellæ dum accederet æger,

D

*Dialog. lib. III. c. 16. * pſeudothyrum. Energumenum curat.*

Quem male vexabat nimium fera dæmonis ira,
Ingenioque graui torquebat iniquior vmbra,
Ante monaſterii qua lumina tangeret almi,
Martini faciem refugit ferus hoſpitis hoſtis,
Et benedicta viri terror fuit ora videri,
Non ſufferre valens res obſcuriſſima lumen,
Nec vaga conſtantem fugit infida corde fidelem,
Sæua bonum, furioſa pium, truculenta benignum,
Sic quoque nigranti retinetur ianua lucis,
Hæc medicina ſacri ſatis vnica, cuius opimum,
Hoſpitium vidiſſe fuit, meruiſſe ſalutem;
Sanctus in æde latet, foris exit origo medelæ,

E

Et cura ante datur, medici quam forma videtur
Nec ſatis eſt mirum dederit quid corpore præſens,
Nomine ſub cuius ſparguntur dona per orbem,
Nauta cum quidam Tyrrenum curreret æquor,
Fert iter ad Romam * quod velificante volatu,
Turbinis impatiens oritur violentia venti;
Exiliunt fluctus, feriunt caua vela rudentes,
Nutat pinus iners, rapiuntur ſigna Ceruchis,
* Læuis & antennæ coeuntia cornua frendent;
Artis inops ſtupidus reſilit de puppe magiſter,
Stant vndæ, armatura cadit, fragor æquoris vrget,
Prora bibit, dum nauta vomit; perit ars, iacet vſus;
Spes fugit, ira premit, rapitur lux, morſque minatur;
Caſibus in dubiis certi vergente ſalute,
Dum trepidant omnes, Ægyptius hæc ait vnus,
Qui nec dum Chriſti chariſmata ſenſerat exors,
Martini Deus eripe nos; mox dira procella,
Corruit, & pelagi tumor altus ad ima reſedit.
Sternitur vnda rati, liquidi ſtetit area campi.
Atque immota loci tacuerunt murmura ponti,
Gurgitis optati trabe curritur æquor amicum,
Littoris ora legunt flabris data vota ſecundis;
Atque petens portum, vadá, complet nauta celeuma,
Sic bene pro meritis famulo dat Chriſtus honores,
Cuius eunte fide, terras, mare, ſidera ſupplet.

Dialog. I. III. c. 17.

** qui.*

Ad nominis Martini inuocationem ſedata tempeſtas.

** Lenis.*

F

Pangere geſta liber reliquo veneranda relatu,
Indolis a patribus generoſe Lycontius olim,
Clarus honore, fide locuples, ab origine currens,
Cumque domum propriam lues exitialis adiſſet,
Cunctaque tabifluus penetraſſet acumine morbus,
Quo miſerabilium famulorum ſiue clientum,
Vna ſtrages erat diuiſa per vlcera languens,
Dicere quo poſſes proſtrata cadauera telis,
Res extrema etenim nil nobilitatis honorat,
Præſidii ſpes ſola manet Martinus in orbe.
Mittitur ad ſanctum veneranter epiſtola curſu,
Auxilium rogitans, hoc corde, hoc flagitat ore,
Ni cito ſubueniat, rapit omnia peſtis acerba,
Per ſpatium ferale trahens in tartara cunctos
Et graſſata diu quid agant contagia * perdunt;
Qui potes aſſer opem pendenti in morte cateruæ,
Deſperata ſalus ſolatia fida requirit;
Quæ prius vt ſenſit diuino illata flagello,
Sed nec poſſe timet facili exorare precatu,
Attamen excipiens votum miſerantis amici,
Septem nempe dies, totidem ſub ſydere noctes,

Dialog. III. c. 18. Lycontii ex vicariis domus, lue vexata.

** produat.*

G

Peruigil incubuit ieiunia nulla relaxans,
Continuata trahens per tempora multa precatus,
Nec prius abſiſtit, niſi ſupplicia illa Lycontii
Vota recepta daret, domuique medella rediret,
Et rediuiua ſalus fugitiuum expelleret vlcus,
Qui tamen vt didicit ſancti obtinuiſſe laborem,
Aduolat, & grates deuoto corde rependit,
Exceptaque domo ſua gaudia munere penſat,
Pro merito fidei donum vice centurionis
Iſraeli Dominus quem prætulit ore potenti,
Et prius hauſit opem gens æ, quam intraret in ædem,
Denique ſancto offert argenti pondera magna,
Ter tricena decem ſuper addita merce patroni;
Addit & has voces recreato pectore ſupplex;
Quid tibi celſe pater vitæ pro munere ſolutam?
Cum pretio non poſſit emi hæc lux, neque vendi.
Vnius aut animæ mercari vita valebit.

Orationibus S. Martini accipit incolumitatem.

Lycontius centum libras argenti offert B. Martino.

H

Cum vero illa meæ domui lues vna noceret,
Nec ſupereſſet opis reliquum quod redderet vllum,
Præſidio ecce tuo mihi nempe tot agmina viuunt,
Sexus & ætatis numeroſa caterua meorum;
Cum ſtupeam ſolidæ reuocata cadauera vitæ,
Et quibus obſequerer morientibus, ecce miniſtrant,
Nam ſtatim vt tua vox penetralis ad aſtra volauit,
Et viſa eſt meritis curuare cacumina cœli,
Quo vicina tibi fierent oracula Chriſti,
Expoſitæque preces ante ora fuere tonantis,
Ac recitata fuit pia vox dominantis in aurem,
Mox bonitas indulſit ope præſente medellam,

A
Corpora deſeruit membratim tabida clades,
Qui potuere mori ſubitæ rediere ſaluti,
Et viguerunt ſpe, pede, viſcere, lumine, voce,
Ac languor moritur viuentis in carne ſepultus,
Vnde pater modicum pro viuis ſume tributum,
Fœnore vel minimo tolerans dum debita ſoluo;
Sed neque ſuſcepit, neque repulit ille quod offert,
Quas libras captiuis redimendis aſſignat.
Ante monaſterii ſed quam bene limen adiret,
Captiuis tribui redimendis pondera iuſſit,
Sic vno ex caſu fert dona gemella beatus,
His libertatem dedit illis vnde ſalutem,
Vt modo captiuis duris laxantia pœnis,
Ac concordi animo cecinerunt gaudia plauſu,
Hoc idem eſt mirum, nneant ſi verba relatu,
Dialog. III. c. 19.
Occurrit cellæ cum quidam è fratribus algens,
Carbone iniecto ardebat fornacula ſancti,
Conſidet ergo celer rapiens quaſi lucra vaporis,
Nudatum caſu, parte tegenda corporis in ſpiritu deprehendit.
Inguine nudato, pede iacto, poplite panſo,
Vir ſacer incluſus de cella protinus inquit,
Quis foris in ceſtat nudus habitacula noſtra,
Corpore detecto, puro genu, & inguine nudo,
B
Quid fuit hoc, docti vos dicite, quæſo ſophiſtæ,
Martini ante oculos paries quaſi lintea luci,
Aut quaſi filo agiles contexit aranea telas,
Retia vel nexis per rara foramina filis?
Vnde hic tam tenuis ſtructura pareſcit hiulca,
An ſe laxa leuant, aut reddunt ſciſſa feneſtram?
Seu duri lapides lento ſe glutine ſoluunt,
An caſa materiæ vitreo ſe margine pandit?
An ſpeculare dedit quo ſanctus lumine tranſit?
An leuior paries reuoluto ceſſit in arcu?
Et ſtetit incolumis rapido ſuſpenſus in ictu?
Nobilis aut acies oculorum & marmora tranſit,
Clarior ac viſus per cuncta obſtacula pergit?
Penniger an clauſi volitauit ad ora miniſter,
Ac per opertum aperit, & in intia nuncius intret?
An quia lumen erat totum foris, intus habebat?
Carne ſedente, loco velox an ſpiritus ibat?
Pandite doctiloqui, comprehendite clauſa diſerti,
C
Qui numeris atomis, ratione, pede, ſtellis & ore;
Hic fugit ars oculos, niſi Chriſtum nulla videtis,
Quanta Dei virtus, Martini eſt gratia quanta,
Hac ope mirificus homo complet quod homo neſcit,
* quid Dialog. III. c. 20.
Explicat hac, fidei merito * quod & obſtet origo.
Quod ſupereſt etiam memoretur honore patroni,
Conſummanda ſuo properat quia pagina textu:
Forte ſacer reſidens per dura ſedilia ligno,
Proſpicit hinc claras pendenti rupe gemellas,
Dæmones cernit Brictionem æmulum in ſe concitantes.
Tegmine pullatas, triſti terrore ſonoras,
Fraude laborantes, iaculantes ſpicula fellis
Nequitiæ artifices rebus grauia arma ſiniſtris,
Voce venenata verba hæc anguina rotabant,
Quid valet ira tumeos, eia te Brictio monſtres,
Hoc iterum repetunt, donec male Brictio motus,
Irruptis foribus ſancto conuicia vergit,
Iurgia multa mouens turbata mente ſatelles,
Se meriti melioris ouans, quam ſanctus haberet.
Sic geſtu rabidus, neque ſe agnoſcebat amarus,
Vitæ geſta ſuæ temerarius arbiter inſtans,
Intolerabilium per inania bombica iactans,
Vento motus iners ſimulans ſolatilis vmbræ,
D
Excuſſa ceruice tigens leuitate rebellis,
Exagitans animum, pede iacto, pectore tenſo,
Irrationalis tumido gliſcente cothurno,
Nec ſe mente capax, ſenſu ſpaciante vacillans,
Inque ſacerdotem truculenter acerba redundans,
Sed quid in abiectum Martinum hæc turbida voluit?
Quid humili placido, tam dira, ſuperba minatur?
Martinus patienter fert obiurgationis infamiam
Cur animæ nimium dulci tot amara miniſtrat?
Non decet hæc audire pium, neque ferre benignum.
Errant hi grauiter qui melli abſynthia miſcent.
Ille tamen pietate calens nihil intulit hoſti,
Excipit iratum placatus amanter amarum;
Oblectans rapidum, & per mollia famina mulcens,
Et neſcit non eſſe pater ſine felle vel hoſti:

E
Qui tamen exorante viro, laruiſque fugatis,
Dum redit ad mentem furioſus Brictio pridem,
Pontifici occurrit voto, prece, corpore ſupplex
Sed bonitate pii celer indulgentia flexit.
Non apud hunc opus eſſe diu lachrymando rogari.
Aut prece multiplici veniam ſperare nocenti,
Qui magis expetiit culpas donare reatus,
Credidit & damnum, quicquid non præſtitit vltro;
Hæc ſua lucra putans dimittere debita noxæ,
Obuius occurrens quærenti munera pacis,
Iraſci nulli cupiens, ignoſcere cunctis,
Fœdera ſola ligans celer, & delicta relaxans,
Effugiens, ne quando ſibi daret vltio damnum.
Rem pietatis agens, ſatis eſt clementia vindex,
Quæ pia dona metens fieri non indiget vltrix,
Omnibus aucta bonis, cui dos, & gloria pax eſt,
Vir tamen ipſe ſacer pietatis ab agmine miles,
Fœdera ſemper amans, & pacis in arma triumphans,
Supplicis ad vocem miſerantia viſcera laxat,
Inque ſinu veniæ trepidum mulcendo reduxit,
F
Atque reum ſolita patria pietate recepit.
Martini laudes.
Hæc tua dulcis erant holocauſta, ſacraria, templa,
Hæc tibi diuitiæ, theſauri, regna, talcota,
Flos, odor eſca, ſapor, meta, cinnama, balſama, thura,
Hæc ſacer omnis erat, hæc toto, hæc vnica cura.
Chriſtum corde pio, Chriſtum meditarier actu,
Reddere nolle vicem, miſereri & parcere culpæ,
Criminis indultor, veniæ memor, ara reorum.
Spes miſerabilium, fuga laruarum, arma ſequentum,
Præda catenarum, errantum via, cura medentum,
Omnibus vna ſalus, amor omnibus, vnus amator,
Quis tibi digna loqui valeat, quem mundus honorat?
Quid pie vir ſatis eſt cui laudis debitor orbis?
Quæque referre volens neque totus id explicat axis.
Iugiter amplexu Chriſtum corde, ore, retentans,
Nec ſine te patieris dominum diſcedere quoquam,
Tecum ſemper habens vinctum pietate tonantem,
G
Aſtrictus precibus neque ſe ſoluebat amator,
Cuius amica fides tantum ſibi contulit arcis,
Vt ſolem radiis, & lunam curſibus æques,
Qui ſplendore nitens pulcher, quaſi lucifer axis,
Ab fulgore Dei vir fulgidus ipſe coruſcas,
Tegmine vir niueus, miro diademate fuluus;
Precatio ad S. Martinum.
Supplicis ergo memor, famuli exauditor opime,
Fortunati inopis trepidi ſibi forte reatus,
Morbida cui rabie circum ſua crimina latrant,
Et fera delicti penetraliter vlcera mordent.
Intercede, precor, veniam, vir adepte coronam
Eripe paſtor ouem, ne clauda vel extera reſtet;
Porrige celſe manum, rege greſſum, dirige ſenſum,
Exceſſuſque graues leuiori examine penſes;
Ac potius pietas diues miſerando precetur,
Mitis & exortes placident fomenta medelæ,
Mediatorem S. Martinum eſſe poſtulat.
Inter & ipſe Deum atque reum mediator adeſto,
Defixis genubus, renſis ad ſydera palmis,
Vocibus incluſis, animis penetrantibus auras
Obtineas meritis, iudex cum venerit orbis,
Tu quoque iuſſus eris dextro reſidere ſedili,
Arbiter in populos, tribuum pauor ante tribunal:
Qualiter effugiam flammis ſtridente caminum?
Tunc precor vt fragilem ſacro velamine celes,
H
Et tua me trepidum defendat ab igne lacerna.
Nam ſcio poſſe reum quemuis obi cedere Chriſtum,
Quem ſociat proprio manſura in ſecula regno;
Sis precor in domino famuli memor alme per ipſum,
Cuius erit tibimet lumen ſine fine videndum,
Da veniam dulcis, pie, blande, benigne patrone,
Condere dum volui, quia læſi carmine flores.
Sed tua laus nullo breuiabitur ampla relatu,
Quam Deus in terris, pariterque tetendit & aſtris,
Pone libelle modum tepido verecunde relatu,
Ad libellum proſopopeia.
Multiplices faciens diffuſo ſtamine rugas,
Nec bene fila ligans, nodo ſubit aſpera tela,
Hiſpida cameli rigido quaſi vellere texta,
Serica cum decuit Martini pallia duci,

Aus

A

Aut prætexta micans, auro ſub tortile nectit,
Vel toga permixtis hyacintina curreret albis,
Pingere ſeu variam roſa, lilia, gemma coronam,
Marcida lingua tacet, veniam tibi poſce libelle;
Contentus tantum, Turonum pete mœnia ſupplex,
Qua Martinus habet veneranda ſepulchra ſacerdos,
Cuius honor tumuli faciat ſua rura tueri;
Qui pietatis opem tribuat, nam largus vbique,
Scit nil eſſe meum, ſua ſed ſibi dona recurrunt;
Sic tamen vigebis, vt adhuc temetarius intres,
Inde Paraſiacam placide properabis ad arcem;
Quam modo Germanus regit & Dionyſius olim,
Si pede progrederis, veuerato ſepulchra Remedi,
Atque pii fratris complectere templa Medardi
Si tibi barbaricos conceditur ire per amnes,
Vt placide Rhenum tranſcendere poſſis & Hiſtrum,
Pergis ad Auguſtam, quam Vindo, Licuſque fluentant,
Illic oſſa ſacræ veoerabere martyris Afræ,

B

Si vacat ire viam, oeque te Baioarius obſtat,
Qua vicina ſedent Breonum loca, perge per Alpem,
Ingrediens rapido qua gurgite voluitur Oenus.
Inde Valentini benedicti templa require,
Norica rura petens vbi Byrrus vertitur vndis;
Per Drauum itur iter, qua ſe caſtella ſupinant,
Hic montana ſedens in colle ſuperbit * Aguntus,

* Aunnus.

Hinc pete rapte vias, vbi Iulia tenditur alpes,
Altius aſſurgens, & mons in nubila pergit,
Inde Foro Iulii de nomine principis exi.
Per rupes Oſope tuas qua labitur vndis,
Et ſuper inſtat aquis Reunatilia montis,
Hinc Venetum ſaltus campeſtria perge per arua,
Sob montana quidem caſtella per ardua tendens
Aut Aquileienſem ſi fortaſſe acceſſeris vrbem,
Cantianos domini nimium venereris amicos,
Ac Fortunati benedictam martyris vrnam.
Pontificemque pium Paulum cupienter adora.
Qui me primæuus conuerti optabat ab annis,

C

Si petis illud iter, qua ſe Concordia cingit,

S. Fortunatus Paulus epiſcopus. Felix Taruiſanus.

Auguſtinus adeſt pretioſus, Baſiliuſque;
Qua mea Taruiſus reſidet, ſi molliter intras,
Illuſtrem ſocium Fœlicem quæſo require,
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim,

* Cenedam

Per * Cenetam gradiens & amicos Duplauenenſes,
Qua natale ſolum eſt mihi, ſanguine, ſede, parentum,
Prolis origo patrum, frater, ſoror, ordo, nepotum;
Quos colo corde, fide, breuiter, peto, redde ſalutem.
Si Patauina tibi pateat via, pergis ad vrbem;
Hic ſacra Iuſtinæ rogo lambe ſepulchra beatæ,

S. Iuſtina.

Cuius habet paries Martini geſta figuris.
Quoue ſalutis opus celſo depende Ioanni,
Atque ſuis genitis ſociis per carmina noſtris

* Retinone

Hic tibi Brinta fluens, iter eſt * Retenone ſecundo,
Ingrediens Acheſim Padus excipit; inde phaſelo,
Mobilis vnde tibi rapitur ratis amne citato;
Inde Rauennatum placitam pete dulcius vrbem,

Rauennatum S. patroni.

Pulpita ſanctorum per religioſa recurrens,
Martyris egregii tumulum Vitalis adora,

D

Mitis & Vrcíſini, Pauli ſub ſorte, beati,
Rurſus Apollinaris pretioſi limina lambe,
Fuſus humi ſupplex, & templa per omnia curre.

* Expete.

* Et pete Martini loculum, quo iure ſacelli,
Iam deſperatum lumen mihi reddidit auctor,
Munera qui tribuit, ſaltem, rogo, verba repende.

SS. Pauli & Ioannis baſilica Rauennæ in qua miraculo ſanatus Venantius * feneſtra.

Eſt vbi baſilicæ culmen Pauli atque Ioannis,
Hic paries retinet ſancti ſub imagine formam.
Amplectenda ipſo dulci pictura colore;
Sub pedibus iuſti paries habet arte feneſtram,
Lychnus adeſt, cuius vitrea natat ignis in vrna,
Hunc ego dum propero, valido torquente dolore,
Diffugiente gemens oculorum luce * feneſtris,
Quo procul vt tetigi benedicto lumen oliuo,
Igneus ille vapor marcenti fronte receſſit,
Et præſens medicos blando fugat vnguine morbos,
Non oblita mihi mea lumina munera ſancti.
Nam redit ante oculos oculorum cura fidelis,

E

Et memor illud ero dum luce, & corpore conſto.
Promptius affectu, precor, inde require ſodales,
Si ſociis loqueris, veniam pietate mereris,
Porrigo materiam quibus hanc ego, vt ore rotundo,
Martini geſtis florentia carmina pangant;
Et claro ingenio texant ſpargenda per ortum.
Vir radians meritis licet, ille nec indiget iſtis,
Gratia cuius ouans, ac fama iter occupat orbis,
Arua capax, pelagus intrans ſuper aſtra coruſcans,
Diſtribuens miras populis pro ſtipe medelas,
Qui domino famulando ſuo capit omnia dono,
Et quo Chriſtus habet nomen, Martinus honorem.

F

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

LIBELLI SINGVLARES.

De excidio Thuringiæ ex perſona Rhadegundis.

LIBER.

Status euerſi Thuringici regni & proſapiæ regalis interitus.

CONDITIO belli triſtis, ſors inuida rerum.
Quam ſubito lapſo regna ſuperba cadunt.
Aula palatino quæ floruit antea cultu,
Hæc modo pro cameris mœſta fauilla tegit.
Quæ ſteterat longo felix culmina tractu,
Victa ſub ingenti clade cremata iacent.
Ardua quæ rutilo ortuere ornata metallo,
Pallidus oppreſſit fulgida tecta cinis.
Miſſa ſub hoſtili domino captiua poteſtas,
Decidit in humili gloria celſa loco.

G

Stans ætate pari famulorum turba nitentum
Funereo ſordet puluere functa die.
Clara miniſtrorum ſtipata corona potentum,
Nulla ſepulchra tenens mortis honore caret.

* crinibus * amethys id eſt amethyſtis Clades vniuerſæ gentis Thuringicæ.

Flammiuomum vincens rutilans in * curribus aurum
Strata ſolo recubat lacticolor * amati.
Heu male texerunt inhumata cadauera campum
Totaque ſic vno gens iacet io tumulo.
Non iam ſola ſuas lamentet Troia ruinas,
Pertulit & cædes terra Toringa pares.
Hinc rapitur laceris matrona reuincta capillis,
Nec laribus potuit dicere triſte vale.
Oſcula non licuit captiuo infigere poſti,
Nec ſibi viſuris ora referre locis.
Noda maritalem calcauit planta cruorem,
Blandaque tranſibat fratre iacente ſoror.
Raptus ab amplexu matris puer ore pependit,
Funereas planctu nec dedit vllus aquas.

H

Sorte graui minus eſt nati ſic perdere vitam,
Perdidit & lacrymas mater anhela pias.
Non æquare queo vel barbara femina fletu
Cunctaque guttarum mœſta natare lacu.

Rhadegundis proſapia.

Quiſque ſuos habuit fletus, ego ſola, ſed omnis
Eſt mihi priuatæ publicus ille dolor.
Conſoluit fortuna viris quas perculit hoſtis,
Vt flerem cunctis vna ſuperſtes ago.
Nec ſolum extinctos cogor lugere propinquos,
Hos quoque quos retinet vita beata fleo.
Sæpe ſub humecto conlidens lumina vultu;
Murmura clauſa latent nec mea cura tacet.

Hamalefredi nepotis accenditur deſiderio.

Specto libens aliquam ſi nuntiet aura ſalutem,
Nullaque de cunctis vmbra parentis adeſt,
Cuius in aſpectu tenero ſolabar amore
Soluit ab amplexu ſors inimica meo.
Ao quod in abſenti te nec mea cura remordet?
Affectum dulcem cladis amara tulit.
Vel memor eſto tuis primæuis qualis ab annis

A Hamalefrede tibi tunc Radegundes eram,
Quantum me quondam dulcis dilexeris infans,
Et de fratre patris nate benigne parens.
Quod pater extinctus poterat quod mater haberi,
Quod ſoror aut frater tu, mihi ſolus eras.
Prenſa piis manibus heu blanda per oſcula pendens
Mulcebar placido flamine parua tuo.
Vixerat in ſpatium quo te minus hora referret,
Sæcula nunc fugiunt, nec tua verba fero.
Voluebam tabidas inliſo in pectore curas,
Ceu reuocarer eis, quando, vel vnde, parens.
Si pater aut genitrix aut regia cura tenebat,
Cum feſtinabas iam mihi tardus eras.
Sors erat indicium quia te cito care carerem,
Importunus amor neſcit habere diem.
Anxia vexabar ſi non domus vna tegebat
Egrediente fores te pauitaſſe vocas.

Hamalefredus in Oriente degit.

Vos quoque nunc oriens & nos occaſus obumbrat,
Me maris Oceani, te tenet vnda rubri,
Inter amatores totuſque interiacet orbis,
Hos dirimit mundus quos loca nulla prius.

B Quę Rhadegundis affectu ſibi adiungit.

Quantum terra tenet tantum diuiſit amantem,
Si plus arua forent, longius iſſet iter.
Eſto tamen quo vota tenent meliora parentum
Proſperius quam te terra Toringa dedit.
Hinc potius crucior validis onerata querelis,
Cur mihi nulla tui mittere ſigna velis.
Quem, volo nec video, pinxiſſet Epiſtola vultum,
Aut loca quæ retrahunt, ferret imago virum.
Qua virtute atauos repares, qua laude propinquos,
Ceu patre de pulchro ludit in ore rubor.
Crede parens, ſi verba dares, non totus abeſſes,
Pagina, miſſa loquens pars mihi fratris erat:
Cuncti munos habent, ego nec ſolaria fletus;
O facinus; quæ dum plus amo ſumo minus!
Si famulos alij pietatis lege requirunt?
Cur ego prætereat ſanguine iuncta parens?
Vt redimat Dominus vernam ſæpe ipſe per alpes
Frigora concretas cum niue rumpit aquas.
Intrat in exciſis vmbratica rupibus antra,
Feruentem affectum nulla priora vetant.
C Et duce cum nullo pede nudo currat amator
Atque ſuas prædas, hoſte vetante rapit.
Aduerſas acies, & per ſua vulnera tranſit,
Quod cupit vt capiat, nec ſibi parcit amor.
Aſt ego pro vobis momenta per omnia pendens
Vix curæ ſpatio mente quiete fruor.
Quæ loca te teneant, ſi ſibilat aura requiro,
Nubila ſi volites pendula poſco locum.
Bellica Perſidis ſeu te Byzantion optat,
Ductor Alexandræ ſeu regis vrbis opes
An Hieroſolymæ reſides vicinus ab arce,
Qua eſt genitus Chriſtus virgine matre DEVS.
Quoque hæc nullatenus patefecit littera chartis,
Vt magis hinc grauius ſumeret arma dolor.
Quod ſi ſigna mihi nec terra nec æquora mittunt,
Proſpera vel veniens nuntia ferret auis
Sacra Monaſterii ſi me non clauſtra tenerent,
Improuiſa aderam, qua regione ſedes.

Pathos Rhadegundis exterie ab auſu amplificatum.

Prompta per vndifragas tranſiſſem puppe procellas:
Flatibus hybernis læta moueret aquis.
Fortior eluctans preſſiſſem pendula fluctus,
D Et quod nauta timet non pauitaſſet amans.
Imbribus infeſtis ſi ſolueret vnda carinam,
Te peterem tabula remige vecta mari.
Sorte ſub infauſta ſi prendere ligna vetarer
Ad te veniſſem laſſa natante manu.
Cum te reſpicerem, peregrina pericla negaſſem
Naufragii dulcis mox releuaſſes onus.
Aut mihi ſi querulam raperet ſors vltima vitam,
Vel tumulum manibus ferret arena tuis.
Ante pios oculos iſſem ſine luce cadauer,
Vt vel ad exequias commouerere meas.
Qui ſpernis vitæ fletus lachrymatus humares
Atque dares planctus, qui modo verba negas,
Quid fugio memorare parens, quid differo luctus,
De nece germani cur dolor alta taces? E
Qualiter inſidiis inſons cecidiſſet iniquis,
Oppoſitaque fide raptus ab orbe fuit

Germani fratris necem dolet.

Et mihi quare nouo fletus referendo ſepultos.
Atque iterum patiar dum lachrymando loquor.
Ille tuos cupiens properat dum cernere vultus,
Nec ſuus impletur, dum meus obſtat amor.
Dum dare dura mihi refugit, ſibi vulnera fixit,
Lædere qui timuit, cauſa doloris adeſt.
Percutitur iuuenis tenera lanugine barbæ,
Abſens nec fidi funera dira ſoror.
Non ſolum amiſi, ſed nec pia lumina clauſi,
Nec ſuper incumbens vltima verba dedi.
Frigida non calido tepeſeci viſcera fletu,
Oſcula nec caro de moriente tuli.
Amplexu in miſero neque collo flebilis hæſi
Aut fouit infauſto corpus anhela ſinu.
Vita negabatur, quia iam de fratre ſorori
Debuit egrediens halitus ore rapi.
Quid feci, vt non comes irem lecta pheretro, F
Non licet extinctum vel meus ornet amor?
Impia crede tuæ rea ſum germane ſaluti
Mors cui ſola fui, nulla ſepulchra dedi.
Quæ ſemel exceſſi patriam, bis capta remanſi,
Atque iterum hoſtes, fratre iacente tuli.
Tunc pater, ac genitrix, & auunculus, atque parentes,
Quos flerem in tumulo reddidit iſte dolor.
Non vacat vlla dies lachrymis poſt funera fratris,
Qui ſecum ad manes gaudia noſtra tulit.
Sic mi ſeræ dulces conſummauere parentes,
Regius hac ſerie ſanguis origo fuit.
Quæ mala pertulerim neque præſens ore referre,
Nec ſic læſa tuo conſulor alloquio.
Quæſo ſerene parens vel nunc tua pagina currat,
Mitiget vt validam lingua benigna luem.
Deque tui ſimilis mihi cura ſororibus hæc eſt,
Quas conſanguineo cordis amore colo,
Nec licet amplecti, quæ diligo membra parentum,
Oſculor aut auide lumen vtrumque ſoror.
Si velut opto manent, ſuperis rogo redde ſalutes,
Proque meis votis oſcula cara feras. G
Vt me commendes Francorum regibus oro,
Qui me materna ſic pietate colunt.
Tempore longæuo vitalibus vtere flabris,
Et mea de veſtro vernet honore ſalus.
Chriſte faue votis hæc pagina cernat amantes,
Dulcibus & redeat littera picta notis.
Vt quem tarda ſpes cruciat per tempora longa,
Hanc celeri curſu vota ſecuta leuent.

Ad Iuſtinum Iuniorem Imperatorem & Sophiam Augg.

LIBER.

GLORIA ſumma patris natique, ac ſpiritus almi,
Vnus adorandus hac trinitate Deus.

Trinitatis vnitaſque Dei fides & confeſſio

Maieſtas, perſona triplex, ſubſtantia ſimplex,
Æqualis, conſors, atque coæua ſibi.
Virtus vna manens eadem, tribus vna poteſtas,
Quæ pater, hæc genitus, ſpiritus ipſa poteſt,
Perſonis diſtincta quidem, coniuncta vigore,
Naturæ vnius par ope, luce, throno. H
Secum ſemper erat Trinitas ſine tempore regnans,
Nullius vſus egens, nec capiendo capax.
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
Qui das Iuſtinum iuſtus in orbe caput.
Rite ſuper reges dominantem vindicat arcem,
Cæleſti regi qui famulando placet.

Iuſtinus Cathedræ Petri adhærens merito eſt imperium adeptus.

Quam merito Romæ, Romanoque imperat orbi
Qui ſequitur, quod ait dogma cathedra Petri.
Quod cecinit Paulus, paſſim tuba millibus vna,
Gentibus & ſtupidis fudit ab ore ſalem.
Cuius quadratum linguæ rota circuit axem,
Eloquiique fide frigida corda calent.

A Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
Qui das Iuſtinum iuſtus in orbe caput.
Eccleſiæ turbata fides ſolidata refulget,
Et redit ad priſcum lex veneranda locum.
Reddite vota Deo, quoniam noua purpura, quicquid
Concilium ſtatuit Calcedonenſe tenet.
Hoc meritis Auguſte tuis & Gallia cantat,
Hoc Rhodanus, Rhenus, Iſter & Albis agit.
Axe ſub occiduo audiuit Gallicia factum
Vaſcone vicino Cantaberiſta refert.
Currit ad extremas fidei pia fabula gentes,
Et trans Oceanum terra Britanna fauet.
Quam bene cum Domino curam partiris amator.
Ille tuas cauſas, tu facis, ecce ſuas.
Dat tibi Chriſtus opem, tu Chriſto ſoluis honorem.
Ille dedit culmen, reddis & ipſe fidem.
Nil fuit in terris, quod plus daret ille regendi.
Nec quod plus reddas, quam valet alma fides.
Exilio poſiti patres pro nomine Chriſti,
Tunc rediere ſibi cum diadema tibi.
B Carcere laxati reſidentes ſede priori,
Eſſe ferunt vnum te generale bonum.
Tot confeſſorum ſanans Auguſte dolores,
Innumeris populis vna medela venis.
Thrax, Italus, Scytha, Phryx, Daga, Dalmata, Theſſalus, A-
Quod patriam meruit, nunc tibi vota facit. (fer,
Hæc tua laus princeps cum ſole cucurrit in orbem,
Quo genus eſt hominum, huc tuus intrat honor.
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
Qui das Iuſtinum iuſtus in orbe caput.
* Cui meritis compar nubens felicibus annis
Obtinet auguſtum celſa Sophia gradum.
Quæ loca ſancta pia colit, ornat amore,
Et facit hoc voto ſe propiare polo.
Cuius prima fides orientis ab axe coruſcans,
Miſit ad occaſum fulgida dona Deo.
Regina poſcente ſibi Radegunde Toringa,
Præbuit optatæ munera ſacra crucis.
Qua Chriſtus dignans aſſumpta in carne pependit,
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauit.
C Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor
Quod tenet auguſtum celſa Sophia gradum.
O pietas hoc vſque rigans de fonte benigno,
Cuius amor Chriſti fundit vbique fidem.
Ecce pari voto Auguſti certatis vterque,
Ipſa tuum ſexum * ſubrigis, ille ſuum.
Vir Conſtantinum, Helenam pia fœmina reddis,
Sicut honor ſimilis, ſic amor ipſe crucis.
Illa inuenit opem, tu ſpargis vbique ſalutem;
Implet & occaſum, quod prius ortus erat.
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
Quod tenet auguſtum celſa Sophia gradum.
Per te crux Domini totum ſibi vindicat orbem,
Quo neſcita fuit, hoc modo viſa teget.
Acceſſit genti maior fiducia Chriſti,
Quando ſalutis opem ſpes oculata videt.
Senſibus ô duplicata fides cum munere veſtrum
Plus animæ credant, quod cruce teſte probant.
Hinc Auguſta colens, quod Apoſtolus inſtat arare
In ligno, hic verbo lætificaris agrum.
D Hæc iam fama fauet, qua ſe ſeptentrio tendit,
Ortus, & occaſus militat ore tibi.
Illinc Romanus, hinc laudes Barbarus ipſe,
Germanus, Batauus, Vaſco, Britannus agit.
Pars tua cum cruce, ſit florens Auguſta per æuum,
Cui facis extremis creſcere vota locis.
Hanc proſtrata loco ſupplex Radegundis adorat,
Et veſtro imperio tempore longa rogat.
Atque rigans lachrymis, coniuncta ſororibus optat,
Vt hic veſtra fide gaudia larga metat.
Felix Iuſtino maneas cum principe coniux,
Ordine patricio cincta Sophia ſacro.
Romula regna regens tribuit ſua iura Senatus,
Teque ſibi dominam plebs trabeata colat.
Vota ſuperna Deus votis felicibus addat.

Iuſtinus ſublatis erroribus ſchiſmatis Chalcedonenſe Concilium aſſequitur, Iuſtini opera fidei Catholicæ profeſſio toto orbe vulgatur.

Epiſcopi ab exſilio reuocati, & ſedibus ſuis reſtituuntur.

* Hinc Trithemius ſuæ Sophiam Auguſtam.

Sophia S. Radegundi Crucis Dominicæ reliquias ex oriente mittit.

* ſurrigit. Iuſtinus Conſtantinum: Sophia Helenam refert.

Crucis miſſæ veneratio & cultus.

Crucem S. Radegundes adorat.

E Nec vobis pereat, quod Rhadegundis amat.
Aſſiduo cantu quæ puluere fuſa precatur,
Temporibus largis vt tibi conſtet apex.
Voto, animo, ſenſu, ſtudio bona ſemper agendo.
Sit tibi cura ſui, ſit memor illa tui.

Ad Artachin.*

*Artachin.

LIBER.

POſt patriæ cineres, & culmina lapſa parentum.
Quæ hoſtili acie terra Toringa tulit.
Si loquar infauſto certamine bella peracta,
Quas prius ad lachrymas fœmina rapta trahar?
Quid mihi flere vacet preſſam hanc funere gentem?
An variis vicibus dulce fuiſſe genus?
Nam pater ante cadens, & auunculus inde ſecutus,
Triſte mihi vulnus fixit vterque parens.
Reſtiterat germanus apex, ſed ſorte nefanda
Me pariter tumulo preſſit arena ſuo.
F Omnibus extinctis, heu viſcera dura dolentis,
Qui ſuper vnus eras Hamalefrede, iaces?
Sic Radegundis enim per tempora longa requiror,
Pertulit hæc triſte pagina noſtra loqui.
Tale venire diu expectaui munus amantis,
Militiæq; tuæ hanc mihi mittis opem?
Dirigis iſta meo nunc ſerica vellera penſu,
Vt dum fila traho, ſolet amore ſoror?
Siccine conſuluit valido tua cura dolori,
Primus, & extremus nuntius iſta, daret?
Nos aliter lacrymis per vota cucurrimus amplis,
Veneras, optandi dulcia, amata dari.
Anxia ſollicito torquebat pectora ſenſu,
Tanta animi febris his recreatur aquis.
Cernere non merui viuum, nec adeſſe ſepolchro,
Perferor exequiis altera damna tuis.
Cur tamen hæc memorem tibi care Artarchis alumne,
Fletibus atque meis addere flenda tuis.
Debueram potius ſolamina ferre parenti,
Sed dolor extincti cogit amara loqui.
Non fuit ex longa conſanguinitate propinquus
G Sed de fratre patris proximus ille parens.
Nam mihi Bertharius pater, ille Ermenefredus,
Germanis geniti, nec ſumus orbe pari.
Vel tu care nepos placidum mihi redde propinquum,
Et ſis amore meus quod fuit ille prius.
Meque monaſterii miſſa rogo ſæpe requiras,
At veſtro auxilio ſtet locus iſte Deo.
Vt cum matre pia vobis hæc cura perennis
Poſſit in aſtrigero reddere digna throno.
Nunc dum diſtribuat vobis felicibus vt ſit
Præſens larga ſalus, illa futura decus.

Finis III. Libellorum ſing.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI LIBRORVM XI.

INDEX. H

Indice Vaticano, in poematum & librorum ordine digerendo, vſi ſumus, dum propria Synopſis ſeſe offerret. Iam, quia in MSS. Seriem hanc capitulo & numero Latino exhiberi obſeruamus, Indicem & capitula ad finem operis, iiſdem libris auctoribus, repræſentamus; annotatis etiam iis, quæ noſtra editione nuper acceſſerant.

CAPITVLA LIBRI I.

I. Ad Vitalem Epiſcopum Rauennatem.
II. De templo Domni Andreæ, quod ipſe Vitalis ædificauit.

III. De Baſilica S. Stephani.
IV. De Baſilica S. Martini.
V. In cellulam S. Martini.
VI. De Baſilica S. Martini.
VII. In honorem Baſilicæ S. Martini.
VIII. De Baſilica S. Vincentij apud Garomnam.
IX. De Baſilica S. Vincentij Vernemetis.
X. De Domno Nazario martyre Chriſti.
XI. De Baſilica S. Dionyſij.
XII. De Baſilica S. Bibiani.
XIII. De Baſilica S. Eutropij.
XIV. De calice Leontij Epiſcopi.
XV. De Leontio Epiſcopo.
XVI. Hymnus de Leontio Epiſcopo.
XVII. Ad Placidinam matrem Leontij Epiſcopi.
XVIII. De Buſſono villa Burdegalenſi.
XIX. De Vereginis villa Burdegalenſi.
XX. De Præmiaco villa Burdegalenſi.
XXI. De Ægircio flumine.

Capitula libri II.

I. De Cruce Domini.
II. Hymnus in honorem S. Crucis.
III. In honorem S. Crucis, vel Oratorij Turonenſis domus.
IV. De ſignaculo S. Crucis, Acroſtichon.
V. De eodem.
VI. De eodem, quæ recens edita.
VII. Hymnus in honorem S. Crucis.
VIII. De S. Saturnino.
IX. De Launebode, qui ædificauit baſilicã S. Saturnini.
X. Ad Clerum Pariſiacum.
XI. De Eccleſia Pariſiaca.
XII. De baptiſterio Maguntiæ.
XIII. De Baſilica S. Georgij.
XIV. De Oratorio Traſarici.
XV. De Sanctis Agaunenſibus.
XVI. De S. Hilario.
XVII. De S. Medardo Epiſcopo.

Capitula libri III.

I. Ad Euphronium Epiſcop. Turonenſem epiſtola I.
II. Ad eundem epiſtola II.
III. Ad eundem verſus.
IV. Ad Felicem Epiſcopum Namneticum.
V. Ad eundem ex nomine ſuo.
VI. Ad eundem, de dedicatione eccleſiæ ſuæ.
VII. Ad eundem, in honorem eorum, quorum ibi reliquiæ continentur.
VIII. Ad eundem, in laudem eius, & regioni Armoricæ.
IX. Ad Felicem epiſcopum de Paſchate.
X. De Domno Felice Namnetico, cum fluuium alibi detorqueret.
XI. De Nicetio Epiſcopo Treuirenſi.
XII. De Caſtello eiuſdem ſuper Moſellam.
XIII. De Magnerico Treuirenſi epiſcopo. hoc nouum acceſſit.
XIV. Ad Villicum epiſcopum Mettenſem.
XV. Ad eundem.
XVI. Ad eundem.
XVII. De pictura viris in menſa eiuſdem.
XVIII. De piſcibus in menſa eiuſdem.
XIX. Ad Charentinum epiſcopum Coloniæ.
XX. De Igidio epiſcopo Remenſi.
XXI. Ad Hilarium Epiſcopum.
XXII. Ad Bertechramnum epiſcopum.
XXIII. Ad eundem de opuſculis ſuis.
XXIV. Ad Agræcolam epiſcopum.
XXV. Ad Felicem epiſcopum Biturigum.
XXVI. Ad Auitum epiſcopum Aruernæ.
XXVII. Ad eundem.
XXVIII. Ad eundem.
XXIX. De Domno Agerico epiſcopo Vereduni.
XXX. De Agerico epiſcopo Vereduni.
XXXI. Ad Amphionem presbyterum.
XXXII. Ad Paternum Abbatem, de codicis emendatione.
XXXIII. Ad Draconem diaconum.
XXXIV. Ad Archidiaconum Meldenſem.
XXXV. Ad Ioannem Diaconum.
XXXVI. Ad Anthemium Diaconum. ex MSS. ſuppletum.
XXXVII. Ad Sindulphum Diaconum totum reſtitutum.

Capitula libri IV.

I. Epitaphiũ Euemeri Epiſcopi ciuitatis Namneticæ.
II. Epitaphium Domni Gregorij ciuitatis Lingonicæ.
III. Epitaphium Domni Tetrici epiſc. ciu. Lingonicæ.
IV. Epitaphium Domni Galli epiſcopi ciuit. Aruernæ.
V. Epitaphium Roriciorum epiſcoporum ciuitatis Lemouicinæ.
VI. Epitaphium Exocij epiſcopi ciuitatis Lemouicinæ.
VII. Epitaphium Chalacterici epiſc. ciuit. Carnotenſis.
VIII. Epitaphium Chronopij epiſcopi Petrocorienſis.
IX. Epitaphium Leontij epiſcopi anterioris ciuitatis Burdegalenſis.
X. Epitaphium Leontij ſequentis epiſcopi ciuitatis Burdegalenſis.
XI. Epitaphium Victoriani abbatis monaſterij Agaunenſis. quæ tria antea ordine deſiderata.
XII. Epitaphium Hilarij presbyteri.
XIII. Seruilionis nouum.
XIV. Præſidij. iterum nouum.
XV. Epitaphium Boboleni Diaconi.
XVI. Epitaphium Attici.
XVII. Epitaphium Arcadij. nouum.
XVIII. Epitaphium Baſilij nouum.
XIX. Epitaphium Aracharij.
XX. Epitaphium Brumachij.
XXI. Epitaphium Auoli.
XXII. Epitaphium Innocentum.
XXIII. Epitaphium Iuliani. iam editum.
XXIV. Epitaphium Orientij.
XXV. Epitaphium Theodechildis reginæ.
XXVI. Epitaphium Vilithutæ.
XXVII. Epitaphium Euphraſiæ. recens.
XXVIII. Epitaphium Euſebiæ. & illud.

Capitula libri V.

I. Epiſtola ad Martinum epiſc. Galliciæ. q̃ tota acceſſit.
II. Ad eundem.
III. Ad ciues Toronicos, de Gregorio epiſc. Turonẽſi.
IV. In natalitio Gregorij epiſcopi.
V. Ad eundem, de Iudæis conuerſis per Auitum Epiſcopum Aruernæ.
VI. Epiſtola ad Siagrium epiſc. Auguſtodunenſem.
VII. Acroſtochis ad eundem.
VIII. Ad Felicem epiſcopum Namneticum.
IX. Ad Gregorium epiſc. Turonenſem, pro itinere.
X. Ad eundem.
XI. Ad eundem, pro libro præſtito.
XII. Ad eundem pro inuitatione.
XIII Ad eundem, pro commendatione mulieris:
XIV. Ad eundem, de munere ſuo.
XV. Ad eundem, Salutatoria.
XVI. Ad eundem, pro pomis & graffiolis.
XVII. Ad eundem, de commendatione puellæ.
XVIII. Ad eundem, pro commendatione peregrini.
XIX. Ad eundem, Salutatoria.
XX. Ad eundem.
XXI. Ad Epiſcopos pro commendatione peregrini.
XXII. Ad Aredium abbatem.

Capitula libri VI.

I. De Domno Sigiberto rege.
II. De nuptiis Sygiberti regis, & Brunichildis reginæ.
III. De Sygiberto rege, & Brunichilde regina.
IV. De Chariberto rege.
V. De Theodechilde regina.
VI. De Berthilde.
VII. De Geleſuintha.
VIII. De horto Vltrogothonis reginæ.
IX. Ad Cantum blandum villam de pomis dictum.
X. De Coco, qui nauem tulerat, & iniuriam fecerat.
XI. Ad Dynamium Maſſilienſem.
XII. Ad Dynamium.

A

Capitula libri VII.

I. Ad Gogonem.
II. Ad eundem, cum rogaretur ad cœnam.
III. Ad eundem.
IV. Ad eundem.
V. De Bodegiſilo duce.
VI. De Palatina vxore eius.
VII. De Lupo duce.
VIII. Ad eundem.
IX. Ad Lupum ducem.
X. Ad Magnulfum fratrem Lupi.
XI. Ad Iouinum Rectorem prouinciæ.
XII. Ad eundem.
XIII. Ad Felicem ſocerum eius.
XIV. De Mummuleno.
XV. De Berulfo Comite.
XVI. De Condone Domeſtico.
XVII. Ad Gundoarium.
XVIII. Ad Flauum.
B XIX. Ad Flauum & Euodium.
XX. Ad Sigiſmundum.
XXI. Ad Sigiſmundum & Aregiſilum.
XXII. Ad Boſonem Referendarium.
XXIII. Ad Paternum.
XXIV. Verſus in Gauatis.
XXV. Ad Conuiuam.
XXVI. Ad eundem.
XXVII. De breuitate vitæ.
XXVIII. Ad eundem.
XXIX. Ad Conuiuam.
XXX. Ad eundem.
XXXI. Ad Galactorium Comitem.

Capitula libri VIII.

I. De nomine ſuo ad diuerſos.
II. De itinere ſuo.
III. Hymnus de Natiuitate Domini.
IV. De Virginitate, mutilum, ſed maxima parte reſtitutum, cum ſequentibus omnibus poematiis.
C V. In laudem S. Mariæ Virginis & matris Domini.
VI. Ad Virgines.
VII. Ad Domnam Rhadegundem.
VIII. Ad eandem, de Violis.
IX. Ad eandem, de floribus ſuper altare.
X. Ad eandem pro floribus tranſmiſſis.
XI. Ad eandem, cum ſe recluderet.
XII. Ad eandem, cum rediret.
XIII. Ad Gregorium epiſcopum, pro infirmitate ſua.
XIV. Ad eundem pro cauſa Abbatis.
XV. Epiſtola pro eadem re.
XVI. Ad eundem ex nomine Iuſtinæ.
XVII. Ad eundem Salutatoria.
XVIII. Ad eundem Salutatoria.
XIX. Ad eundem Salutatoria.
XX. Ad eundem.
XXI. Ad eundem.
XXII. Ad eundem, pro villa præſtita.
XXIII. Ad eundem, precatoria pro agro.
D XXIV. Ad eundem pro pellibus ſibi miſſis.

Capitula libri noni, etiam omnia deſiderata antehac.

I. Ad Chilpericum regem in conuentu epiſcoporum Brinnaci.
II. Ad Chilpericum regem, & Fredegũdem reginam.
III. Ad eoſdem.
IV. Epitaphium Clodoberti.
V. Epitaphium Dagoberti.
VI. Ad Gregorium epiſcopum, pro metris Sapphicis.
VII. Ad eundem, in ipſo metro.
VIII. Ad Baudoualdum epiſcopum.
IX. Ad Sidonium Moguntinum epiſcopum.
X. Ad Rhagnemundum epiſcopum.
XI. Ad Droctoueum abbatem.
XII. Ad Faramundum Referendarium.
XIII. Ad Lupum & Waldonem Diaconum.
XIV. De Baſilica S. Laurentij. E
XV. De domo lignea.
XVI. Ad Chrodinum Ducem.

Capitula libri decimi quoque deſiderata.

I. Expoſitio Orationis Domini.
II. Ad Mummulenum epiſtola, vel ad Salutarem virum illuſtrem.
III. Alia.
IV. Alia.
V. De Oratorio Attanenſi.
VI. De Eccleſia Turonica.
VII. De Childeberto rege, & Brunichilde, & Natali S. Martini Pontificis Turonici.
VIII. Ad eoſdem.
IX. De nauigio ſuo.
X. De Oratorio Artannenſi.
XI. Verſus ſuper menſa, in villa S. Martini, ante deſcriptores.
XII. Pro puella à iudicib. capta, ad Gregorium epiſcopũ. F
XIII. Ad Epiſcopos in commendatione m peregrini.
XIV. De Platone Epiſcopo.
XV. Ad Armentariam matrem Gregorij Turonenſis.
XVI. Sigoaldo pro comitatu eius.
XVII. Ad Sigoaldum Comitem, quod pauperes pro rege pauerit.
XVIII. De prandio Defenſoris.
XIX. Ad Galactorium Comitem.

Capitula libri Vndecimi reſtituta.

I. Expoſitio Symboli.
II. Ad Domnam Rhadegundem.
III. Ad eandem, de Natalitio Abbatiſſæ.
IV. Ad eandem, vt vinum bibat.
V. Ad abbatiſſam, de natali ſuo.
VI. Ad eandem.
VII. Ad eandem.
VIII. Ad eandem.
IX. Pro Eulogiis tranſmiſſis.
X. Pro eadem re. G
XI. De floribus.
XII. Pro Eulogiis.
XIII. Pro caſtaneis.
XIV. Pro lacte.
XV. Aliud pro lacte.
XVI. Pro prandio.
XVII. Pro munere ſuo.
XVIII. Pro prunellis.
XIX. Pro delicijs & lacte.
XX. Pro ouis & prunis.
XXI. De abſentia ſua.
XXII. De Conuiuio.
XXIII. De eadem re.
XXIV. De verſibus.
XXV. De eadem re.
XXVI. De munere ſuo.
XXVII. De itinere ſuo.
XXVIII. Aliud de itinere ſuo.

Libelli ſingulares. H

1. De excidio Thuringiæ ex perſona Rhadegundis.
2. Ad Iuſtinum Iuniorem, & Sophiam Augg.
3. Ad Artachin.

QVod in veterum Scriptorum more fuit verſuum ſuorum numerum appendere, vel in vltima tera paginave adſcribere, vt ex præfatione in Pandectas, & Diog. in Laertij, Callimachi & Hebræorũ monumentis, & hagiographis libris ipſis obſeruarũt eruditi, id in antiquis Fortunati exemplaribus, præſertim, vbi poemata longius excurrerent, librarios diligenter fecisse, animaduertimus. Sed, quia tamen hæc verſuum & στίχων, vt vocabant, annotatio extra hagiographa vſurpari deſijt, & typographicum operis maiorem, quã ferrent haud dubie, moleſtiam eſſet allatura exemplo & more tam ſuſcepto, eam relinquere in medio maluimus, veterum accurata ſtudia laudaſſe contenti.

SILVVLA ENORMIVM, QVÆ CONTRA GRAMMATICÆ VEL PROSODIÆ

Canonem, aut peregrina, in Venant. Fortunat. lectione occurrunt.

A.

A Producit in Anachoreta, chariſmata ſatagens. ſatagi.
Admodulare pro ri.
Aeta, neutr. plur.
Aluus maſc. gen. cum Accio.
Aperibat.
Apothecaret.

B.

BEſtola pro beſtiola.
Butyr pro butyrum.

C.

CAligoſus pro caliginoſus.
Calces calx.
Candelabri pro a.
Caullare pro ri.
Celebratura pro celebranda.
Ceremonia plurale neutrum.
Certor pro certior fio.
Chrotta. teſtudo.
Cidarim. is.
Cbenta pro cliens. etiam Afranio. Auſonio. Sidonio.
Colophona, colophon.
Conlatura, id eſt, collata.
Conſtruiturus pro conſtructurus.
Conſulo, conſultum pro conſulari & conſolatio. Conſoliturus, id eſt, conſolaturus.
Cuncto. as. cum Actio & Ennio,
Curatura pro cura. Terent. Eunuch.
Cruminans, ventrem purgans.

D.

DEbaccho, pro or.
Dominare, pro ri.
Duces pro dux.

E.

EGregius comparatiue.
Emptica pro emporetica naui.
Epulare pro ri.
E corripuit ex Græco, in eccleſia, emblema, eremus, monaſterium, pſalterium, &c.
Et in aduerb. Verè, æque; & fatebatur, mereretur, petebatur, &c.
Es, in his ferme corripit, exemplo Prudentij. Clades. eſſes. petiſſes. fames. fruges. lues. proles. ſtrages. nites, &c.

F.

FAcetat.
Famulare pro ri.
Fodent pro fodiunt.
Formoſat.
Fouet pro foueat.

G.

GEnſum pro us.
Graphiolum. clabula.

H.

HElix. helice.

I.

IAculo as.
Inplicitet, implicata.
In præp. motu ad locum, plerumq; cum ſexto caſu.
Ingis, ingiter, &c. iugum coniux. prima.
Inſidus. Peritus. equus. i & is breui.

L.

LAmbiat pro lambat.
Leudus. cantilena.
Locupletus pro locuples.

M.

MEmorabiliter.
Mirari paſſiuè.
Miſcam pro miſcebo.
Monádes pro monas.

N.

NEceſſat.

O.

O——in toreuma. lib. 2. vitæ S. Martini; alias ei ν. & in idola breuis.
Orbs pro orbis. nam, & Varroni, Orbis & vrbs, cognata.

P.

PAſceris pro paſcis.
Peteger pro peregrinus.
Perferor, perfero.
Pilentis, pilentum.
Præconiandus vel præconandus.
Precanter.

Q.

QVo, paſſim pro vbi.

R.

RApienter, vt Accius. Cupienter. & alij Rarenter.
Repens, pro repente.

S.

SEnis & ſenes pro ſenex.
Seruibant, bunt.
Spaciare pro ri.

T.

TOpazus, a, um.
Torcular med. bre. contra quam Priſcianus.
Torcularet.
Triades pro Trias.
Tropis.

V.

VEſtibit, vt Virg. Veſtibat.
Vicarietas.
Vrguet pro vrget.
Vrguit pro vrſit.

Y.

Y. in Chryſopraſus bre.

Aliquammulta adhuc erunt, prudens Lector, ſed hæc vt occurrebant, ſic ad cautionem præſtandam ſufficere viſa.

CARMEN MONOSTICHON,

BEATI COLVMBANI ABBATIS,

EX CODICE MANVSCRIPTO Friſingenſi nunc primum ſuo auctori reſtitutum & editum.

AD LECTOREM.

SAnctus Columbanus vixit circa annum 614. Sygebertus de illuſtrib. ſcriptorib. cap. 60. ait, eú multa ſcripſiſſe, vel ad canendum digna, vel ad docendũ vtilia. Carmen eius cõtra auaritiam ad Hunaldum extat in Biblioth SS. PP. vbi hi duo verſus:

Viue Deo fidens, Chriſti præcepta ſecutus.
Sint tibi diuitiæ diuina dogmata legis.

In noſtro hoc monoſticho ſecundo & tertio loco impoſiti inueniuntur. Et hæc cauſa fuit, quare breue illud carmen etiam huic ſubiungerem. Sane pietatis plena ſunt hæc monoſticha. Quæ dum prælo adornantur, ecce tibi adſunt poëmata nonnulla S. Aldhelmi hoc ipſo anno 1601. à R. P. Martino Delrio Societatis IESV monitis illuſtrata, qui & hæc ipſa monoſticha ſimul edidit, ex membranis m. ſ. Abbatiæ S. Laurentij Leodicenſis: hoc titulo: INCERTI AVCTORIS MONOSTICHA. Delrius incerti auctoris nomen ſagaci cõiectura indagans putat eſſe S. Aldhelmi Occidentalium Saxonum Epiſcopi, qui obiit anno 709. Coniecturam hanc ducit ex verſu 21.

A

Octenas ſtudeas vitiorum vincere turmas.

Cæteri ſcriptores, *Septenas*, potius dicetét. S. Althelmo *peculiare eſt*, inquit Delrius, *octo vitia recenſere caſtitati contraria, quorum pugnam cum octenis virtutibus deſcripſit in carmine de virginitate Sanctorum*. Atq; ſe carmen S. Althelmi de laude virginum & octeno calculo vitiorum reperiſſe in m.ſ. ſubiunctum huic carmini monoſticho. De hac coniectura liceat cuiq; mea pace quod volet ſentire. Ego donec quid certius habeam, tribuo hoc carmen ſuo authori, S. Columbano: & quidem ex fide m.ſ. codicis Friſingenſis: vbi iſte titulus: INCIPIT LIBELLVS CVIVSDAM SAPIENTIS ET VT FERTVR BEATI COLVMBANI. In quo interea conquieſco. Neq; me mouet ille verſus: *Octenas ſtudeas*, &c. Quo non ab octo vitiis ſigillatim caſtitati oppoſitis, ſed ab octo principalibus mortiferis peccatis deterret. Et licet fere ab auctoribus numerentur ſeptem principalia vitia; tamen veteres octo numerarunt: teſtis Theodulphus Epiſc. Aurelianenſis in Epiſt. ad Clerum, quã ex m.ſ. Baron. tom. 9. an. 835. edidit, vbi hæc: *Confeſſiones dandæ ſunt de omnib. peccatis, quæ ſiue in opere, ſiue in cogitatione perpetrantur. Octo ſunt principalia vitia, ſine quib. vix vllus inueniri poteſt. Primũ gaſtrimargia, hoc eſt, ventris ingluuies: Secundo fornicatio: tertio accidia ſiue triſtitia: quarto auaritia: quinto vana gloria: ſexto inuidia: ſeptimo ira: octauo ſuperbia*, &c. *Debet ei etiam innuere, vt de octo principalibus vitiis faciat ſuam confeſſionem.* Ita etiam octo principalia vitia recenſent Euagrius ad Anatolium lib. de octo vitioſis cogitationib. & S. Nilus lib. de octo vitioſis affectionibus. De his ergo dicit S. Columbanus:

B

Octenas ſtudeas vitiorum vincere turmas.

Si videas diſcrepare collocationem noſtram ab editione Delrij præſertim à verſu 101. vſq; ad 140. ſcito me ex fide m.ſ. codicis Friſingenſis dediſſe.

MONOSTICHON CARMEN

BEATI COLVMBANI:

Vitam, acta, Scriptorum monumenta S. Columbani, ſume ex illis auctoribus quos percenſent Notæ ad Rom. Martyrologium, 21. Nouemb. quo die Eccleſia feſtum S. Columbani inter Sanctos ſolenni ritu celebrat.

C

HÆc præcepta legat deuotus,* & impleat actu, (*L. vt.)
Virtutum titulis vitam qui quærit honeſtam,
Vel homines inter cupiat præclarus haberi,
Vel morum meritis Cœleſtia regna mereri,
Atque Deo Chriſto ſocius ſine fine videri.
Impleat ipſa Dei, qui vult ſua vota venire.
* Viue Deo fidens Chriſti præcepta ſequutus.
* Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis.
* Diuitias, Domini faciet benedictio claras. (* non eſt in L. & repetitur 91.)
Corporis exſuperat vires prudentia mentis.
Omnibus eſt mundi melior ſapientia gazis.
Semper amanda quidem eſt rerum doctrina bonarum.
Optimus eſt animus Chriſti veſtitus amore.
Dæmonas aduerſus magna eſt oratio Virtus.
Vt moneas carum noli deſiſtere amicum.

D

Morbi cauſa mali nimia eſt quæcunque voluptas.
* Tu date ne claudas palmas, & prendere pandas. (* L. In dare ne. * & prende ne pergas.)
Semper in ore tuo reſonent bona verba ſalutis.
Ne rogo vindictam tua mens meditetur amatam.
Sint tibi pacifici magna dulcedine mores.
Ne tua pœniteat, caueas victoria tenet
Fer patris imperium, dum verbis exit in iras. (hic verſus in L.)
Quiſque dies vitæ eſt velut vltimus ecce putandus.
Quod dare non *poſſis, noli promittere verbis. (* L. cogites.)
* Qui prodeſſe poteſt, non eſt fugiendus amicus. (* & hic repe infra verſ. 109.)
Octenás ſtudeas vitiorum vincere turmas.
Te ferat ad cœlum quadriga repleta * ſalutis. (* L. virtutum.)
Lingua ſuos habeat frenos in corde ligatos.
Vir bonus eſſe nequit, niſi qui * fiet omnibus æquus. (* L. fuit.)
Qui ſcelera abſcondit, veniam non * forte meretur. (* L. ne forte mereatur.)
Qui bona deſueſcit, mox hic conſueſcit iniqua.
Non tu quæſo iocis lædas nec carmine quenquam.

* Sæpius auditu inſtrueris, quam voce fruaris. (* L. Sis a fructu qui voce ſalutis.)
Sit ſeruus mentis Venter; ſit ſerua libido.
Non perdit pietas quidquid * largire videtur. (* L. largiri, forte largiris.)
Non opibus bona fama datur, ſed moribus almis.
Fac ne te merito verbis * irrideat alter (* L. derideat.)
Pro miſero miſerans lacrymis effunde ſodali.
Eripe, ſi valeas, non ſuggere tela furenti.
Sæpe nocet puero miſeratio blanda magiſtri.
Ignotum noto nunquam præponis amico.
Omnia quæ dicunt homines tu credere noli.
Non ſibi quis viuat Chriſto, ſed viuat vbique.
Non tua, ſed Chriſti quæras, qui diligis illum.
Non te, non mundum, Chriſtum ſed dilige ſolum.
Cum ſapiente loquens perpaucis vtere verbis.
Nil oculi proſunt, quibus eſt mens cæca videndi.
Diuitis opprobrium gemitus eſt pauperis ingens.
Plurima diſcenti ſemper ſapientia creſcit.
Iudicium reſtat cunctis certiſſime factis.
Adueniet Iudex cunctis qui iuſta rependat.

F

Inclyta perpetuam præſtat * patientia vitam. (* L. ſapientia.)
Te ſeruate magis faciet moderatio clarum.
Egregios faciat mentis conſtantia mores.
Conſilio facias, rogo, ſi tibi quidquid agendum,
Omnis quippe ætas aliquo ſub faſce laborat.
Vera quidem veterum iuuenis paradigmata rere.
Felix qui cauſam loquitur prudentis in aurem.
Tantum verba valent, quantum mens ſentiat illa.
Omnibus eſt locuples, qui rebus abundat * honeſtis. (* L. amicis.)
Non erit antiquo nouus anteferendus amicus.
Difficile inuenies verum fortaſſis amicum.
Moribus egregiis facias tibi nomen honeſtum.
Nemo quidem plures habuit, quam * perdit amicos. (* L. expedit.)
Cui prodeſt, ſocio qui non prodeſſe probatur?
Sola fides fidei dono * ditabitur almo. (* L. probabitur.)
* Leuis non animam torquentis cura fatiget. (* L. leuia nõ animi torquentis cura fatiget.)
Res * ſeuera quidem ſemper declarat honeſte. (* L. te vera.)
Quid peius, quam ſe vt iungat habitator iniquus?
Actibus, aut verbis noli tu adſueſcere prauis.
Eſt non eſſe quidem ſatius quam viuere praue.

G

Mens bona theſauros præcellit munere cunctos.
Vitam quippe tuam tota virtute tuere.
Omnia pro vita ſunt amittenda tuenda.
Præmeditata quidem leuius ſufferre valebunt.
Quæ ſubito adueniunt multo grauiora videntur.
Gaudia ſunt populi rector pius atque benignus.
Mors aliena monet propriæ nos mortis vbique.
Felix alterius * cuius documenta flagella. (* L. cui ſunt)
Præmia non capiet, ingrato qui bona præſtat.
Sit tibi carus homo, vt frater, Deus vt pater almus.
Omnis paulatim letho nos applicat hora.
Ante diem mortis nullus laudabilis extat.
Quælibet ex * fructu proprio cognoſcitur arbor. (* L. cognoſcitur arbor in orbe.)
Doctor erit magnus, factis qui quod docet implet.
Quod tibi vis fieri, hoc alij præſtare memento.
Pauperibus iuſtis cœleſtis gloria reſtat.
Quod tibi non optes, alij ne feceris vlli.
Æquum pondus habe, teneas & ſtatera * iuſtum. (* L. iuſta.)
Non tibi ſit modius duplex, nec ſtatera dupla.

H

Corripe prudentem: reddetur gratia verbis.
Si tu recta facis, ne cures verba malorum.
Vtile conſilium dominus ne deſpice ſerui.
Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus.
Cum quid peccatis, caſtiga te ipſe ſubinde.
Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.
Diuitias Domini faciet benedictio claras.
Æternam tribuit felix clementia vitam.
Vtere quæſitis opibus, fuge nomen auari.
Diſce, ſed à doctis; indoctos ipſe doceto.
Contra verboſos noli contendere verbis.
Sermo datur multis, animi ſapientia paucis.
Non læta extollant animum, non triſtia frangant.
Proximus eſto bonis, ſi non potes optimus eſſe.
Quanto maior eris, tanto tu cautior eſto.
Cumque alium cauſes, propriam prior inſpice vitam.
Plus tua, quam alterius damnabis crimina iudex.

A

Agrum grandine annali vexatum conſeruat.

Nec meſſoris opus flaueſcens ſpica rogaret,
Agricolæque manum tritura vetaret adempta,
Incula maturis totiens deceptus ariſtis.
Cum ieiuna ſuo torperent iugera ſulco,
Ac lapidata cibum populis ſeges ægra negaret,
Mittitur ad ſanctum legatio fida precum,
Vt remoueret humo furibunda procella flagellum,
Celſa viri quæ mox oratio ſola peregit.
Nam ſtatim atque preces fudit bonus ore ſacerdos,
Tempeſtate graues ſiccarunt nubila nimbos;
Et viduæ ſegetes ſe fertilitate maritant.
Quæque quatet quinos per quos ſuper extitit annos,
Intemerata ſacri viguerunt dona patroni.
Vit tamen ipſe Dei vt ſublatus ad aſtra receſſit,
Oblitæ incubuit redinita procella rapinæ
Præſule ſubducto vaſtat fera clades agellum,
Ac male captiuas imber populatur ariſtas,
Defenſorque obit & mox prædam grando requirit,
Martini abſceſſu repetunt elementa flagellum.

B

Dialog. lib. III. c. 8.

Vir quoque iuſtus item cum occurreret Auitiano.
Aſpicit inſtantem huic ſæui dæmonis vmbram,
Horrificam faciem truculentam corpore peſtem,
Quam procul intendens ſanctus flatu oris abegit:
Iudex dum in ſeipſum putat exufflaſſe beatum,

Dæmonem Auitiani comitis familiarem exſufflando fugat.

Cur bone paſtor, ait, tua nos iniuria vexat,
Indignoſque facit deſpectio flatibus auræ?
Quem pater egregius reſponſo affatur amico.
Hæc tibi non facimus probroſi ſorte reatus,
Sed male quæ incubuit ceruici, flauimus vmbræ,
Mox tamen illa fugit ſobſellia larua ſatelles,
Et ceruice ſedens in vaſa ſedilia liquit,
Libertate noua ſurgunt colla Auitiani.
Exoneratus enim iudex reuocatur honori,
Mitior, atque fuit grauis implacabilis olim.

Dialog. lib. III. c. 9.

Mirum aliud vico quod contigit Ambacienſi,
Idola turrito fuerant educta metallo,
Eximie ſaxis moles onerata politis,
In ſublime thronum procedens æde ſuperba,
Falſa ſuperſtitio deceptio vera precantum,

Moles ingens idolis ſacra ſubuertitur oratione Martini.

Grande opus ad facinus faciens nihil eſſe colentes;
Quod dum ſanctus ouans mandaſſet rite ruendam,

C

Humanis opibus neque hos auelleret vllus,
Tum ſacer antiſtes aſſueta per arma recurrens,
Peruigil inſiſtens nocturnis excubat horis,
Alloquiis Domini taciturna ſilentia rumpens.
Sed cum mane recens auroram ſpargeret orbi,
Tenderet & croceum per nubila Phœbus amictum,
Ecce repens oritur variante fragore procella,
Stridula ſydereo volitatu & multa tumultu,
Auxiliis fremebunda tuis Martine ſatagens,
Et tua caſtra mouent armata ferocibus auſtris,
Quæ fanum vt tetigit rapidæ vertiginis ictu,
Impulit ac fabricam furibundo impacta rotatu,
Idola comminuit, molemque in puluere ſoluit;
Altaque turrigero ceciderunt mœnia faſtu.
O ſacer antiſtes, dulce & memorabile nomen,
Quis ſe non ſubdat tibi, pro quo & nubila pugnant?

Dialog. lib. III. c. 10.

D

Hæc quoque mira loquar parili virtute peracta.
Stabat celſa ingens informis forma columnæ.
Immanis habitu, tractu inſuperabilis amplo;
Quæ ſuper impoſitum ſimulachrum hoſtile gerebat,
Quam pius vt voluit, valuit neque ſoluere molem,
Rurſus ad orandi victricia ſigna cucurrit,
Belligere liciens ad ſe arma potentia cœlis.
Stratus humo recubans, precibus ſupra aſtra relatus,
Quo exorante diu, multoque in puluere fuſo,

Columnā profanam diruit.

Cœlitus eſt oculis deſcendere viſa columna,
Molliter aerio diſulcans nubila lapſu,
Quæ molem oppoſitam vt vibrato perculit ictu,
Fragmine diſſiluit compago ſoluta columnæ;
Laxaque diſperſo fregit ſimulachra metallo;
Et mentita nouo feriuntur numina telo,
Falſa quidem veram ſumentia numinis iram.
Quæ ſubuerſa ſuis genuerunt lucra ruinis
Ac reſoluta feris creuerunt templa fauillis.

E

Dialog. III. c. 11.

Pandere quin etiam decet illud honore beati:
Pallida cum mulier ſtillante rubore cruoris,
Coins ſe irriguo ſiccarunt viſcera fluxu,
Naufraga membra trahens ſecum vaga ſanguinis vnda,
Tempeſtate ſuæ pluuiæ defeſſa laborans,
Ipſa ſibi generans ſecreti turbinis imbres,
Floctibus & propriis iam ſubmerſura ruebat,
Nec ſuper vllus erat portus ſibi norma ſalutis;
Cui ſemel vt tacta eſt benedicti fimbria fili,
Nobilis ac ſummi palpanter ſtamina panni,

Mulier ſanguinis fluxu curat per veſtis attactum.

Exilit inde ſalus digitos prius ſanguine complens,
Tranſit in arcanum fiducia tanta medellæ;
Protinus irrigui ſiccatur origo fluenti,
Prona etiam patulos damnantur fiſtula curſus,
Et reſtricta fluens redit in fonti vnda cruoris,
Aſſidui fluxus fugiens caua vena meatus,
Veſte ſacra medici ſolidantur glutine tiui,
Et virtute viri ſenſerunt frena liquores,

F

Incolumiſque redit de furto fœmina fœlix,
Atque ſalutis opem medico ignorante reſumpſit,
O Martine facet, neſcis, & munera donas.

Dialog. III. c. 12.

Inde procul greſſum celerans antiſtes abibat,
Obuius ecce venit ſerpens adnando per amnem,
Pectoris impulſu ſulcans vaga remige cauda,
Squammea terga mouens, ſpiris vada cærula findens;

Serpens ei paret.

Quem ſacer inſpiciens, ait, hæc in nomine Chriſti,
Impero dira tibi, pete curſum beſtia retro,
Quæ procul in fluuium ſinuamina leota reflexit,
Atque retorſit iter mox ſarcina tanta veneni,
Inde petit bibulas ripæ vlterioris arenas,
Gurgite lapſa natans, totaſque renauigat vndas,
Obſequiis famulans, & vipera perdidit iras,
Imperiis iuſti nec iniqua venena repugnant.

Dialog. III. c. 13.

Forte dies aderant paſchalia feſta gerentes,
In quibus antiſtes partem quoque piſcis edebat,
Addebatque bonus tum fercula reptile guſtu,
Sollicitat monachos ſi copia piſcis adeſſet,
Reſpondit, cui cura foret commiſſa miniſter,
Se toto piſcante die captura negaſſe.

G

Nil valuiſſe hamum ſeris ab arundine iactum.
Nec potuiſſe aliquam vel retia ducere prædam;

Martini iuſſu piſcatio ſuccedit.

Cui conſtanter ait, placido moderamine paſtor,
Perge modo ad fluuium; tibi nec captura negatur.
Artificem ſpes certa mouet, petit impiger amnem,
Implentur pariter monachorum examine ripæ,
Vt ſacra Martini ſpectarent dicta prophetæ,
Quem ſcirent non caſſa loqui, neque verba refelli;
Proiicit vt fluuio caſſem de puppe magiſter,
Molliter ac vitreo Ligeri trahit humida lina,
Mox ingentem eſocem modico ſub rete coercet;
Et trahitur cognatus aquis ad littora piſcis,
Non rete artificis, ſed Martini ore ligatus,
Vſibus & ſancti ſe præda natalis offert,
Tali morte magis vitæ pro munere currens.

Dialog III. c. 14.

Nobile quin etiam ex præfecto Arborius effert,
Signum, quod vidit ſe teſte fidelis in vrbe,
Immaculata Deo cum dona imponeret aræ,

H

Et pater attonitus ceremonia diua ſacraret,
Munera vel Chriſti benediceret ore ſacerdos,
Impoſita altari rata corporis atque cruoris,
Emicuit ſubito manus alma decore ſuperbo,
Nobilium vario lapidum ſplendore coruſcans
Vndique viſa rotæ ſpargens radiatile lumen,
Brachia purpureis vibrantia fulgura gemmis,
Lumen & ad ſolis radians lux fulua metallis,

Manus ſacrificantis cernitur nobilibus ornata gemmis.

Credula quo potius fierent miracula rerum;
Vir ſimul ipſe potens ſe tunc Arborius inquit,
Gemmarum grauium crepitantem audiſſe fragorem;
Sic geminante fide iuſti via dextera fulſit,
Inque loco manicæ micuit tranſlata ſmaragdus.
O Martine decens lapidum velamine compte,
Quam noua palla tibi cuius textura coruſcans,
Trama topazus erat rutilans, & ſtamen iaſpis,
Et tunicæ inſignes currunt pro vellere gemmæ,
Quæ manus artificis cataclyſtica fila rotauit?

A

Quis fuit hic opifex, vbi lana hyacinthina currit?
Quis potuit rigidas torquere ad licia gemmas?
Hæ venerando magis poterunt, quam fando referri.
Quid ſecreta petis nec in abdita luminis intras?
Eſt homo quod ſtupeas, vbi nectit gratia telas.

Dialog. III. c. 15.

Hiſtoriæ nobis oritur hic longior ordo,
Sed breuiore via data per compendia curram.
Maximus imperij moderans quaſi rector habenas,
Præcipit Ithacium tum amorum iure tueri;
Nequis eum peteret damnandum lege forenſi,
Accuſatorem veterati Priſciliani,

Martinus Treuirim adit. Maximum exorat ne in cauſa Leucadii perfidis ſynodo inuoluatur, quæ ſanguinis cauſam inconſulte mouebat.

Mittit ad Hiſpanos armata ſorte tribunos,
Reliquias hereſis, qui quærant, & bona tollant,
Inuentoſque pares capitali crimine damnent;
Sic tamen, vt cunctos occaſio ſæua feriret.
Pluribus ergo malis bonitas impulſa beati,
Leucadio pariter pro præſide prompta precatrix,
Occurrit Treuiros alijs quoque mota querelis,
Pontifices adeunt prædicti principis aures,
Ne Martinus eat, ſynodi niſi pace recepta,
Sed ſacer aſſeruit Chriſti ſe in pace manere,
Qua prius abſtinuit ſanctus ſic cœtibus illis.

B

Pontifices iterum occurrunt ad Cæſaris aulam,
Cogat vt innocuum ſe participare nociuis.
Prouocat alloquio quem molliter induperator,
Vt ſociaretur reliquis communio iuſti;
His Theoniſtum etenim ſolum deſciſſe querelis,
Cui non complacuit communio noxia fratrum,
Hinc quia non valuit flecti vehementis ſancti,
Abripit ex oculis ſe principis alta poteſtas,
Mox percuſſores gladio minitante relaxat,
Qui ſemel offenſos iaculo figente trucident,
Comperit vt ſanctus reſerandæ fraudis amictum,
Pollicitus regis ſe participare miniſtris,
Et pietate calens, deponit amore rigorem,
Mens rea cuius abeſt par ſit communio culpæ.

Martinum pœnitet communionis Ithacii cum ſententibus epiſcopis.

Hinc ſe proripiens propere Martinus abegit,
Æſtat interea gradiens, grauius anxius augens,
Cur vel ad horale ſpatium conſenſit iniquis.
Inde iter emenſum per vaſta ſilentia ducens,
Progreſſis ſociis ibi ſe Andethanna propinquat.
Ecce viro inſigni ſacer obuius angelus adſtat,
Præſenti alloquio confeſſus publice vultus,
Atque reuelata facie ſic comminus infit;

Angelus Martinum ſolatur.

C

Quam merito Martine loco compungeris iſto,
Nec properas exire aliter niſi iuſſa faceſſis.
Iotet vtrunque nefas mercatus acerba doloris;
Nunc age conſtanter repara virtutis honorem,
Et tibi te reuoca trepidum, ne noxia frangant;
Gloria ne pereat, neu proſpera lubrica perdant,
Vtere more tuo te deinde rediſſe magiſter,
Fortis athletæ animos caſus non obruit vnus,
Acrius inſequitur hoſtem manus icta dolore;
Plagaque fixa ſolet mentes armare viriles;
Atque pudore recens creſcit * diro vlcere virtus,

* de vulnere.

Ac datur armigero victoria vulnere crebro,
Fraterno alloquio ſic angelus explicat ore,
Et vice germani monitis animauit amantem,
Tanta eſt cura Dei Martinum ſoellere lapſu,
Vlterius ſynodo nec ſe permiſcuit inſons,
Virtutiſque ſuæ damnis noua lucra parauit.

D

Dialog. lib. III. c. 16.

* pſeudo-thyrum. Energumenum curat.

Res probat ipſa tamen ſacro venerabilis actu,
Namque ad * pſeudoforum cellæ dum accederet æger,
Quem male vexabat nimium fera dæmonis ira,
Ingenioque graui torquebat iniquior vmbra,
Ante monaſterii qua limina tangeret almi,
Martini faciem refugit ferus hoſpitis hoſtis,
Et benedicta viri terror fuit ora videri,
Non ſufferre valens res obſcuriſſima lumen,
Nec vaga conſtantem fugit infida corde fidelem,
Sæua bonum, furioſa pium, truculenta benignum,
Sic quoque nigranti retinetur ianua lucis,
Hæc medicina ſacri ſatis vnica, cuius opimum,
Hoſpitium vidiſſe fuit, meruiſſe ſalutem;
Sanctus in æde latet, foris exit origo medelæ,

E

Dialog. I. lib. c. 17.

Et cura ante datur, medici quam forma videtur
Nec ſatis eſt mirum dederit quid corpore præſens,
Nomine ſub cuius ſpargantur dona per orbem,
Nauita cum quidam Tyrrenum curreret æquor,
Fert iter ad Romam * quod velificante volatu,

* qui.

Turbinis impatiens oritur violentia venti;
Exiliunt fluctus, feriunt caua vela rudentes,
Nutat pinus iners, rapiuntur ſigna Ceruchis,
* Læuis & antennæ coeuntia cornua frendent;
Artis inops ſtupidus reſilit de puppe magiſter,
Stant vndæ, armatura cadit, fragor æquoris vrget,
Prora bibit, dum nauta vomit; perit ars, iacet vſus;
Spes fugit, ira premit, rapitur lux, morsque minatur;
Caſibus in dubiis certi vergente ſalute,

Ad nomine Martini inuocationem ſedatur tempeſtas.

* Lenis.

Dum trepidant omnes, Ægyptius hæc ait vnus,
Qui nec dum Chriſti chariſmata ſenſerat exors,
Martini Deus eripe nos; mox dira procella,
Corruit, & pelagi tumor altus ad ima reſedit.
Sternitur vnda tati, liquidi ſtetit area campi.
Atque immota loci tacuerunt murmura ponti,
Gurgitis optati trabe curritur æquor amicum,
Litoris ora legunt flabris data vota ſecundis;
Atque petens portum, vada, complet nauta celeuma,
Sic bene pro meritis famulo dat Chriſtus honores,
Cuius eunte fide, terras, mare, ſidera ſupplet.

F

Dialog. III. c. 10.

Lycontii ex vicariis domus lue vexata.

Pangere geſta libet reliquo veneranda relatu,
Indolis à patribus generoſe Lycontius olim,
Clarus honore, fide locuples, ab origine currens,
Cumque domum propriam lues exitialis adiſſet,
Cunctaque tabifluis penetraſſet acumine morbus,
Quo miſerabilium famulorum ſiue clientum,
Vna ſtrages erat diuiſa per vlcera languens,
Dicere quo poſſes proſtrata cadauera telis,
Res extrema etenim nil nobilitatis honorat,
Præſidii ſpes ſola manet Martinus in orbe.
Mittitur ad ſanctum veneranter epiſtola curſu,
Auxilium rogitans, hoc corde, hoc flagitat ore,
Ni cito ſubueniat, rapit omnia peſtis acerba,
Per ſpatium ferale trahens in tartara cunctos
Et graſſata diu quid agant contagia * perdunt;

* producat.

Qui potes affer opem pendenti in morte cateruæ,
Deſperata ſalus ſolaria fida requirit;
Quæ prius vt ſenſit diuino illata flagello,
Sed nec poſſe timet facili exorare precatu,
Attamen excipiens votum miſerantis amici,
Septem nempe dies, tandem ſub ſydere noctes,

G

Orationibus S. Martini accepit incolumitatem.

Peruigil incubuit ieiunia nulla relaxans,
Continuata trahens per tempora multa precatus,
Nec prius abſiſtit, niſi ſupplicis illa Lyconti
Vota recepta daret, dominique medella rediret,
Et rediuiua ſalus fugitiuum expelleret vlcus,
Qui tamen vt didicit ſancti obtinuiſſe laborem,
Aduolat, & grates deuoto corde rependit,
Exceptaque domo ſua gaudia munere penſat,
Pro merito fidei donum vice centurionis
Iſraeli Dominus quem prætulit ore potenti,
Et prius hauſit opem geniæ, quam intraret in ædem,

Lycontius centum libras argenti offert S. Martino.

Denique ſancto offert argenti pondera magna,
Ter tricena decem ſuper addita merce patroni;
Addit & has voces recreato pectore ſupplex;
Quid tibi celſe pater vitæ pro munere ſoluam?
Cum pretio non poſſit emi hæc lux, neque vendi.
Vnius aut animæ mercari vita valebit.

H

Cum vero illa meæ domui lues vna noceret,
Nec ſupereſſet opis reliquum quod redderet vllum,
Præſidio ecce tuo mihi nempe tot agmina viuunt,
Sexus & ætatis numeroſa caterua meorum;
Cum ſtupeam ſolidæ reuocata cadauera vitæ,
Et quibus obſequerer morientibus, ecce miniſtrant,
Nam ſtatim vt tua vox penetralis ad aſtra volauit,
Et viſa eſt meritis curuare cacumina cœli,
Quo vicina tibi fierent oracula Chriſti,
Expoſitæque preces ante ora fuere tonantis,
Ac recitata fuit pia vox dominantis in aurem,
Mox bonitas indulſit ope præſente medellam,

A

Corpora deſeruit membratim tabida clades,
Qui potuere mori ſubitæ rediere ſaluti,
Et viguerant ſpe,pede, viſcere,lumine,voce,
Ac languor moritur viuens in carne ſepultus,
Vnde pater modicum pro viuis ſume tributum,
Fœnore vel minimo tolerans dum debita ſoluo; \
Sed neque ſuſcepit,neque repulit ille quod offert,
Ante monaſterii ſed quam bene limen adiret,
Quas libras captiuis redimendis aſſignat.
Captiuis tribus redimendis pondera iuſſit,
Sic vno ex caſu fert dona gemella beatus,
His libertatem dedit illis vnde ſalutem,
Vt modo captiuus duris laxantia pœnis,
Ac concordi animo cecinerunt gaudia plauſu,
Hoc idem eſt mirum,uiteant ſi verba relatu,
Dialog. iii. c. 19.
Occurrit cellæ cum quidam è fratribus algens,
Carbone iniecto ardebat fornacula ſancti,
Conſidet ergo celer rapiens quaſi lucra vaporis,
Nudatum caſu,parte tegenda corporis in ſpiritu deprehendit.
Inguine nudato,pede iacto,poplite panſo,
Vix ſacer incluſus de cella protinus inquit,
Quis foris in ceſtat nudus habitacula noſtra,
Corpore detectu,puro genu,& inguine nudo,

B

Quid fuit hoc,docti vos dicite,quæſo ſophiſtæ,
Martini ante oculos panis quaſi lintea luci,
Aut quaſi filo agiles contexit aranea telas,
Retia vel nexis per rara foramina filis?
Vnde hic tam tenuis ſtructura pateſcit hiulca,
An ſe laxa leuant,aut reddunt ſciſſa feneſtram?
Seu duri lapides lento ſe glutine ſoluunt,
An caſa materiæ vitreo ſe margine pandit?
An ſpeculare dedit quo ſanctus lumine tranſit?
An leuior paries reuoluto ceſſit in arcu?
Et ſterit incolumis rapido ſuſpenſus in ictu?
Nobilis aut acies oculorum & marmora tranſit,
Clarior ac viſus per cuncta obſtacula pergit?
Penniger an clauſi volitauit ad ora miniſter,
Ac per opertum aperit,& in inuia nuncius intrat?
An quia lumen erat totum foris,intus habebat?
Carne ſedente,loco velox an ſpiritus ibat?
Pandite doctiloqui,comprehendite clauſa diſerti,

C

Qui numeris atomis,ratione,potentis & ore;
Hic fugit ars oculos,niſi Chriſtum nulla videris,
Quanta Dei virtus,Martini eſt gratia quanta,
Hac ope mirificus homo complet quod homo neſcit,
** quid Dialog. iii. c. 10.*
Explicat hac,fidei merito* quod & obſtet origo.
Quod ſupereſt etiam memoretur honore patroni,
Conſummanda ſuo properat quia pagina textu:
Forte ſacer reſidens per dura ſedilia ligno,
Proſpicit hinc claras pendenti rupe gemellas,
Dæmones cernit ſediſtionem æmulam in ſe concitantes.
Tegmine pullatas,triſti terrore ſonoras,
Fraude laborantes,iaculantes ſpicula fellis
Nequitiæ artifices rebus grauia arma ſiniſtris,
Voce venenata verba hæc anguina rotabant,
Quid valet ira tumens,etiam te Bricio monſtres,
Hoc iterum repetunt,donec male Bricio motus,
Irruptis foribus ſancto conuicia vergit,
Iurgia multa mouens turbata mente ſatelles,
Se meriti melioris ouans,quam ſanctus haberet.
Sic geſtu rabidus,neque ſe agnoſcebat amarus,
Vitæ geſta ſuæ temerarius arbiter inflans,
Intolerabilium per inania bombica iactans,
Vento motus iners ſimulans foliatilis vmbræ,

D

Excuſſa ceruice rigens leuitate rebellis,
Exagitans animum,pede iacto,pectore tenſo,
Irrationalis tumido gliſcente cothurno,
Nec ſe mente capax,ſenſu ſpaciante vacillans,
Inque ſacerdotem truculenter acerba redundans,
Sed quid in abiectum Martinum hæc turbida voluit?
Quid humili placido,tam dira,ſuperba minatur?
Martinus patienter fert obiurgatoris inſaniam.
Cur animæ nimium dulci tot amara miniſtrat?
Non decet hæc audire pium,neque ferre benignum,
Errant hi grauiter qui melli abſynthia miſcent.
Ille tamen pietate calens nihil intulit hoſti,
Excipit iratum placatus amanter amarum,
Oblectans rapidum,& per mollia famina mulcens,
Et neſcit non eſſe pater ſine felle vel hoſtis

E

Qui tamen exorante viro,laruiſque fugatis,
Dum redit ad mentem furioſus Brictio pridem,
Pontifici occurrit voto,prece,corpore ſupplex
Sed bonitate pii celer indulgentia flexit.
Non apud hunc opus eſſe diu lachrymando rogari.
Aut prece multiplici veniam ſperare nocenti,
Qui magis expetiit culpas donare reatus,
Credidit & damnum, quicquid non præſtitit vltro;
Hæc ſua lucra putans dimittere debita noxæ,
Obuius occurrens quærenti munera pacis,
Iraſci nulli cupiens,ignoſcere cunctis,
Fœdera ſola ligans celer,& delicta relaxans,
Effugiens,ne quando ſibi daret vltio damnum.
Rem pietatis agens,ſatis eſt clementia vindex,
Quæ pia dona metens fieri non indiget vltrix,
Omnibus aucta bonis,cui dos,& gloria pax eſt,
Vir tamen ipſe ſacer pietatis ab agmine miles,
Fœdera ſemper amans,& pacis in arma triumphans,
Supplicis ad vocem miſerantia viſcera laxat,
Inque ſinu veniæ trepidum mulcendo reduxit,

F

Atque reum ſolita patria pietate recepit.
Martini laudes.
Hæc tua dulcis erant holocauſta,ſacratia,templa,
Hæc tibi diuitiæ,theſauri,regna,talenta,
Flos,odor eſca,ſapor,meta,cinnama,balſama,thura,
Hæc ſacer omnis erat,hæc toto,hæc vnica cura.
Chriſtum corde pio,Chriſtum meditarier actu,
Reddere nolle vicem,miſereri & parcere culpis,
Criminis indultor,veniæ memor,ara reorum.
Spes miſerabilium,fuga laruarum,arma ſequentum,
Præda catenarum,errantum via,cura medentum,
Omnibus vna ſalus,amor omnibus,vnus amator,
Quis tibi digna loqui valeat,quem mundus honorat?
Quid pie vir ſatu eſt cui laudis debitor orbis?
Quæque referre volens neque totus id explicat axis.
Iugiter amplexu Chriſtum corde,ore,retentans,
Nec ſine te patiens dominum diſcedere quoquam,
Tecum ſemper habens vinctum pietate tonantem,

G

Aſtrictus precibus neque ſe ſoluebat amator,
Cuius amica fides tantum ſibi contulit arcis,
Vt ſolem radus,& lunam curſibus æques,
Qui ſplendore nitens pulcher,quaſi lucifer axis,
Ab fulgore Dei vir fulgidus ipſe coruſcas,
Tegmine vir niueus,miro diademate fuluus;
Precatio ad S. Martinum.
Supplicis ergo memor,famuli exauditor opime,
Fortunati inopis trepidi ſibi forte reatus,
Morbida cui rabie circum ſua crimina latrant,
Et fera delicti penetrabiter vlcera mordent.
Intercede,precor,veniam,vir adepte coronam
Eripe paſtor ouem,ne clauda vel extera reſtet;
Porrige celſe manum,rege greſſum,dirige ſenſum,
Exceſſuſque graues leniori examine penſes;
Ac potius pietas dites miſerando precetur,
Mitis & exortes placident fomenta medelæ.
Mediatorem S. Martinum eſſe ſibi poſtulat.
Inter & ipſe Deum atque reum mediator adeſto,
Defixis genibus,tenſis ad ſydera palmis,
Vocibus incluſis,animis penetrantibus auras
Ordineas meritis,iudex cum venerit orbis,
Tu quoque iuſſus eris dextro reſidere ſedili,
Arbiter in populos,trabuum pauor ante tribunali
Qualiter effugiam flamma ſtridente caminum?

H

Tunc precor vt fragilem ſacro velamine celes,
Et tua me trepidum defendat ab igne lacerna.
Nam ſcio poſſe reum quemuis tibi cedere Chriſtum,
Quem ſocias proprio manſura in ſæcula regno;
Sis precor in domino famuli memor alme per ipſum,
Cuius erit tibimet lumen ſine fine videndum,
Da veniam dulcis,pie,blande,benigne patrone,
Condere dum volui,quia læſi carmine florea.
Sed tua laus nullo breuiabitur ampla relatu,
Quam Deus in terris, pariterque retendit & aſtris,
Pone libelle modum tepido verecunde relatu,
Ad libellum proſopopœia.
Multiplices faciens diffuſo ſtamine rugas,
Nec bene fila ligans,nodo ſubit aſpera tela,
Hiſpida cameli rigido quaſi vellere texta,
Serica cum deceat Martini pallia duci,

Aus

A Aut prætexta micans, auro ſub tortile nexi,
Vel toga permixtis hyacintina curreret albis,
Pingere ſeu variam roſa, lilia, gemma coronam,
Marcida lingua tacet, veniam tibi poſce libelle;
Contentus tantum, Turonum pete mœnia ſupplex,
Qua Martinus habet veneranda ſepulchra ſacerdos,
Cuius honor tumuli faciat ſua rura tueri;
Qui pietatis opem tribuat, nam largus vbique,
Scit nil eſſe meum, ſua ſed ſibi dona recurrunt;
Sic tamen vrgebis, vt adhuc temerarius intres,
Inde Paraſiacam platide properabis ad arcem;
Quam modo Germanus regit & Dionyſius olim,
Si pede progrederis, venerato ſepulchra Remedi,
Atque pii fratris complectere templa Medardi
Si tibi barbaricos conceditur ire per amnes,
Vt placide Rhenum tranſcendere poſſis & Hiſtrum,
Pergis ad Auguſtam, quam Vindo, Licuſque fluentant,
Illic oſſa ſacræ venerabere martyris Afræ,
B Si vacat ire viam, neque te Baioarius obſtat,
Qua vicina ſedent Breonum loca, perge per Alpem,
Ingrediens rapido qua gurgite voluitur Oenus.
Inde Valentini benedicti templa require,
Norica rura petens vbi Burus vertitur vndis;
Per Drauum itur iter, qua ſe caſtella ſupinant,
Hic montana ſedens in colle ſuperbit * Aguntus, (* Aguntum.)
Hinc pete rapte vias, vbi Iulia tenditur alpes,
Altius aſſurgens, & mons in nubila pergit,
Inde Foro Iulii de nomine principis exi.
Per rupes Oſope tuas qua labitur vndis,
Et ſuper inſtat aquis Reunatilia montis,
Hinc Venetum ſaltus campeſtria perge per arua,
Sub montana quidem caſtella per ardua tendens
Aut Aquileienſem ſi fortaſſe acceſſeris vrbem,
Cantianos domini nimium venereris amicos,
Ac Fortunati benedictam martyris vrnam.
Pontificemque pium Paulum cupienter adora.
Qui me primæuis conuerti optabat ab annis,
C Si petis illud iter, qua ſe Concordia cingit,
Auguſtinus adeſt pretioſus, Baſiliuſque; (S. Fortunatus Paulus epiſcopus. Felix Tarviſinus.)
Qua mea Taruiſus reſidet, ſi molliter intras,
Illuſtrem ſocium Fœlicem quæſo require,
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim,
Per * Cenetam gradiens & amicos Duplauenenſes, (* Cenedam.)
Qua natale ſolum eſt mihi, ſanguine, ſede, parentum,
Prolis origo patrum, frater, ſoror, ordo, nepotum;
Quos colo corde, fide, breuiter, peto, redde ſalutem.
Si Pataiuma tibi pateat via, pergis ad vrbem;
Hic ſacra Iuſtinæ rogo lambe ſepulchra beatæ,
Cuius habet paries Martini geſta figuris. (S. Iuſtina.)
Quoue ſalutis opus celſo dependi Ioanni,
Atque ſuis genitis ſociis per carmina noſtris
Hic tibi Brinta fluens, iter eſt * Retenone ſecundo, (* Retenone.)
Ingrediens Atheſim Padus excipit; inde phaſelo,
Mobilis vnde tibi rapitur ratis amne citato;
Inde Rauennatum placitam pete dulcius vrbem, (Rauennatum S. papponi.)
Pulpita ſanctorum per religioſa recurrens,
D Martyris egregii tumulum Vitalis adora,
Mitis & Vrcſini, Pauli ſub ſorte, beati,
Rurſus Apollinaris pretioſi limina lambe,
Fuſus humi ſupplex, & templa per omnia curre.
* Et pete Martini loculum, quo iure facelli, (* Repete.)
Iam deſperatum lumen mihi reddidit auctor,
Munera qui tribuit, ſaltem, rogo, verba repende.
Eſt vbi baſilicæ culmen Pauli atque Ioannis, (SS. Pauli & Ioannis baſilica Rauennæ in qua miraculo ſanatus Venantius.)
Hic paries retinet ſancti ſub imagine formam.
Amplectenda ipſo dulci pictura colore;
Sub pedibus iuſti paries habet arte feneſtram, (* feneſtræ.)
Lychnus adeſt, cuius vitrea natat ignis in vrna,
Hunc ego dum propero, valido torquente dolore,
Diffugiente gemens oculorum luce * feneſtris,
Quo procul vt tetigi benedicto lumen oliuo,
Igneus ille vapor marcenti fronte receſſit,
Et præſens medicos blando fugat vnguine morbos,
Non oblita mihi mea lumina munera ſancti.
Nam redit ante oculos oculorum cura fidelis,
Et memor illud ero dum luce, & corpore conſto. E
Promptius affectu, precor, inde require ſodales,
Si ſociis loqueris, veniam pietate mereris,
Porrigo materiam quibus hanc ego, vt ore rotundo,
Martini geſtis florentia carmina pangant;
Et claro ingenio texant ſpargenda per ortum.
Vir radians meritis licet, ille nec indiget iſtis,
Gratia cuius ouans, ac fama iter occupat orbis,
Arua capax, pelagus intrans ſuper aſtra coruſcans,
Diſtribuens miras populis pro ſtipe medelas,
Qui domino famulando ſuo capit omnia dono,
Et quo Chriſtus habet nomen, Martinus honorem.

F

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI PRESBYTERI ITALICI,

LIBELLI SINGVLARES.

De excidio Thuringiæ ex perſona Rhadegundis.

LIBER.

CONDITIO belli triſtis, ſors inuida rerum. (Status euerſi Thuringici regni & prolapſæ regalis interitus.)
Quam ſubito lapſu regna ſuperba cadunt.
Aula palatino quæ floruit antea cultu,
Hæc modo pro cameris mœſta fauilla tegit.
Quæ ſteterat longo felix culmina tractu,
Victa ſub ingenti clade cremata iacent.
Ardua quæ rutilo nituere ornata metallo,
Pallidus oppreſſit fulgida tecta cinis.
Miſſa ſub hoſtili domino captiua poteſtas,
Decidit in humili gloria celſa loco.
G Stans ætate pari famulorum turba nitentum
Funereo ſordet puluere functa die.
Clara miniſtrorum ſtipata corona potentum,
Nulla ſepulchra tenens mortis honore caret.
Flammiuomum vincens rutilans in * crinibus aurum (* crinibus)
Strata ſolo recubat lacticolor * amati. (* amethys id eſt amethyſtis Clades vniuerſa gentis Thuringicæ.)
Heu male texerunt inhumata cadauera campum
Totaque ſic vno gens iacet in tumulo.
Non iam ſola ſuas lamentet Troia ruinas,
Pertulit & cædes terra Toringa pares.
Hinc rapitur laceris matrona reuincta capillis,
Nec laribus potuit dicere triſte vale.
Oſcula non licuit captiuo infigere poſti,
Nec ſibi viſuris ora referre locis.
Nuda maritalem calcauit planta cruorem,
Blandaque tranſibat fratre iacente ſoror.
Raptus ab amplexu matris puer ore pependit,
Funereas planctu nec dedit vllus aquas.
H Sorte grauis minus eſt nati ſic perdere vitam,
Perdidit & lacrymas mater anhela pias.
Non æquare queo vel barbara femina fletu
Cunctaque guttarum mæſta natare lacu.
Quiſque ſuos habuit fletus, ego ſola, ſed omnis (Rhadegundis proſapia.)
Eſt mihi priuatæ publicus ille dolor.
Conſuluit fortuna viris quas perculit hoſtis,
Vt flerem cunctis vna ſuperſtes ago.
Nec ſolum extinctos cogor lugere propinquos,
Hos quoque quos retinet vita beata fleo.
Sæpe ſub humecto collidens lumina vultu;
Murmura clauſa latent nec mea cura tacet.
Specto libens aliquam ſi nunciet aura ſalutem, (Hamalefredi nepotis accenditur deſiderio.)
Nullaque de cunctis vmbra parentis adeſt,
Cuius in aſpectu tenero ſolabar amore
Soluit ab amplexu ſors inimica meo.
An quod in abſenti te nec mea cura remordet?
Affectum dulcem cladis amara tulit.
Vel memor eſto tuis primæuis qualis ab annis

A Hamalefrede tibi tunc Radegundes eram,
Quantum me quondam dulcis dilexeris infans,
Et de fratre patris nate benigne parens.
Quod pater extinctus poterat quod mater haberi,
Quod ſoror aut frater tu, mihi ſolus eras.
Prenſa piis manibus heu blanda per oſcula pendens
Mulcebar placido flamine parua tuo.
Vixerat in ſpatium quo te minus hora referret,
Sæcula nunc fugiunt, nec tua verba fero.
Voluebam tabidas inliſo in pectore curas,
Ceu reuocarer eis, quando, vel vnde, parens.
Si pater aut genitrix aut regia cura tenebat,
Cum feſtinabas iam mihi tardos eras.
Sors erat indicium quia te cito care carerem,
Importunus amor neſcit habere diem.
Anxia vexabar ſi non domus vna tegebat
Hamalefredus in Oriente degit. Egrediente fores te pauitaſſe vocas.
Vos quoque nunc oriens & nos occaſus obumbrat,
Me maris Oceani, te tenet vnda rubri,
Inter amatores totuſque interiacet orbis,
Hos dirimit mundus quos loca nulla prius.
B Quæ Rhadegundis affectu ſibi adiungit. Quantum terra tenet tantum diuiſit amantem,
Si plus arua forent, longius iſſet iter.
Eſto tamen quo vota tenent meliora parentum
Proſperius quam te terra Toringa dedit.
Hinc potius crucior validis onerata querelis,
Cur mihi nulla tui mittere ſigna velis.
Quem, volo nec video, pinxiſſet Epiſtola vultum,
Aut loca quæ retrahunt, ferret imago virum.
Qua virtute atauos repares, qua laude propinquos,
Ceu patre de pulchro ludit in ore rubor.
Crede parens, ſi verba dares, non totus abeſſes,
Pagina, miſſa loquens pars mihi fratris erat:
Cuncti munus habent, ego nec ſolatia fletus;
O facinus; quæ dum plus amo ſumo minus!
Si famulos alij pietatis lege requirunt?
Cur ego prætercar ſanguine iuncta parens?
Vt redimat Dominus vernam ſæpe ipſe per alpes
Frigora concretas cum niue rumpit aquas.
Intrat in excisis vmbratica rupibus antra,
Feruentem affectum nulla priora vetant.
C Et duce cum nullo pede nudo currat amator
Atque ſuas prædas, hoſte vetante rapit.
Aduerſas acies, & per ſua vulnera tranſit,
Quod cupit vt capiat, nec ſibi parcit amor.
Aſt ego pro vobis momenta per omnia pendens
Vix curæ ſpatio mente quiete fruor.
Quæ loca te teneant, ſi ſibilat aura requiro,
Nubila ſi volites pendula poſco locum.
Bellica Perſidis ſeu te Byzantion optat,
Ductor Alexandræ ſeu regis vrbis opes
An Hieroſolymæ reſides vicinus ab arce,
Qua eſt genitus Chriſtus virgine matre Devs.
Quoque hæc nullatenus patefecit littera chartis,
Vt magis hinc grauior ſumeret arma dolor.
Quod ſi ſigna mihi nec terra nec æquora mittunt,
Proſpera vel veniens nuntia ferret auis
Sacra Monaſterij ſi me non claustra tenerent,
Improuiſa aderam, qua regione ſedes.
Pathos Rhadegundis eximie ab auſu amplificatum. Prompta per vndifragas tranſiſſem puppe procellas:
Flatibus hybernis læta mouerer aquis.
Fortior eluctans preſſiſſem pendula fluctus,
D Et quod nauta timet non pauitaſſet amans.
Imbribus infeſtis ſi ſolueret vnda carinam,
Te peterem tabula remige vecta mari.
Sorte ſub infauſta ſi prendere ligna vetarer
Ad te veniſſem laſſa natante manu.
Cum te reſpicerem, peregrina pericla negaſſem
Naufragii dulcis mox releuaſſes onos.
Aut mihi ſi querulam raperet ſors vltima vitam,
Vel tumulum manibus ferret arena tuis.
Ante pios oculos iſſem ſine luce cadauer,
Vt vel ad exequias commoueres meas.
Qui ſpernis vitæ fletus lachrymatus humares
Atque dares planctus, qui modo verba negas,
Quid fugio memorare parens, quid differo luctus,
E Germani fratris necem deflet. De nece germani cur dolor alta taces?
Qualiter inſidiis inſons cecidiſſet iniquis,
Oppoſitaque fide raptus ab orbe fuit
Et mihi quare nouo fletus referendo ſepultos.
Atque iterum patiar dum lachrymando loquor.
Ille tuos cupiens properat dum cernere vultus,
Nec ſuus impletur, dum meus obſtat amor.
Dum dare dona mihi refugit, ſibi vulnera fixit,
Lædere qui timuit, cauſa doloris adeſt.
Perculitur iuuenis tenera lanugine barbæ,
Abſens nec vidi funera dira ſoror.
Non ſolum amiſi, ſed nec pia lumina clauſi,
Nec ſuper incumbens vltima verba dedi.
Frigida non calido tepefeci viſcera fletu,
Oſcula nec caro de moriente tuli.
Amplexu in miſero neque collo flebilis hæſi
Aut fouı infauſto corpus anhela ſinu.
Vita negabatur, quia iam de fratre ſorori
Debuit egrediens halitus ore rapi.
Quid feci, vt non comes irem lecta pheretro,
F Non licet extinctum vel meus ornet amor?
Impia crede tuæ rea ſum germane ſaluti
Mors cui ſola fui, nulla ſepulchra dedi.
Quæ ſemel exceſſi patriam, bis capta remanſi,
Atque iterum hoſtes, fratre iacente tuli.
Tunc pater, ac genitrix, & auunculus, atque parentes,
Quos flerem in tumulo reddidit iſte dolor.
Non vacat vlla dies lachrymis poſt funera fratris,
Qui ſecum ad manes gaudia noſtra tulit.
Sic mi ſeræ dulces conſummauere parentes,
Regius hac ſerie ſanguis origo fuit.
Quæ mala pertulerim neque præſens ore referre,
Nec ſic læſa tuo conſilior alloquio.
Quæſo ſerene parens vel nunc tua pagina currat,
Mitiget vt validam lingua benigna luem.
Deque tui ſimilis mihi cura ſororibus hæc eſt,
Quas conſanguineo cordis amore colo,
Nec licet amplecti, quæ diligo membra parentum,
Oſculor aut tandem lumen vtrumque ſoror.
Si velut opto manent, ſuperis rogo redde ſalutes,
G Proque meis votis oſcula cara feras.
Vt me commendes Francorum regibus oro,
Qui me materna ſic pietate colunt.
Tempore longæuo vitalibus vtere flabris,
Et mea de veſtro vernet honore ſalus.
Chriſte faue votis hæc pagina cernat amantes,
Dulcibus & redeat littera picta notis.
Vt quem tarda ſpes cruciat per tempora longa,
Hunc celeri curſu vota ſecuta leuent.

Ad Iuſtinum Iuniorem Imperatorem & Sophiam Augg.

LIBER.

GLORIA ſumma patris natique, ac ſpiritus almi,
Vnus adorandus hac trinitate Deus.
Maieſtas, perſona triplex, ſubſtantia ſimplex, Trini vnius que Dei fides & confeſſio
Æqualis, conſors, atque coæua ſibi.
Virtus vna manens eadem, tribus vna poteſtas,
Quæ pater, hæc genitus, ſpiritus ipſa poteſt,
Perſonis diſtincta quidem, coniuncta vigore,
Naturæ vnius par ope, luce, throno. H
Secum ſemper erat Trinitas ſine tempore regnans,
Nullius vſus egens, nec capiendo capax.
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
Qui das Iuſtinum iuſtus in orbe caput.
Rite ſuper reges dominantem vindicat arcem, Iuſtinus Cathedræ Petri adhærens merito eſt imperium adeptus.
Cæleſti regi qui famulando placet.
Quam merito Romæ, Romanoque imperat orbi
Qui ſequitur, quod ait dogma cathedra Petri.
Quod cecinit Paulus, paſſim tuba millibus vna,
Gentibus & ſtupidis fudit ab ore ſalem.
Cuius quadratum linguæ rota circuit axem,
Eloquiique fide frigida corda calent.

A

Iuſtinus ſublatis erroribus & ſchiſmatis Chalcedonenſe Concilium exequitur. Iuſtini opera, fidei Catholicę profeſſio toto orbe vulgatur.

Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
   Qui das Iuſtinum iuſtus in orbe caput.
Eccleſiæ turbata fides ſolidata refulget,
   Et redit ad priſcum lex veneranda locum.
Reddite vota Deo, quoniam noua purpura, quicquid
   Concilium ſtatuit Calcedonenſe tenet.
Hoc meritis Auguſte tuis & Gallia cantat,
   Hoc Rhodanus, Rhenus, Iſter & Albis agit.
Axe ſub occiduo audiuit Gallicia factum
   Vaſcone vicino Cantaberiſta refert.
Currit ad extremas fidei pia fabula gentes,
   Et trans Oceanum terra Britanna fauet.
Quam bene cum Domino curam partitis amator.
   Ille tuas cauſas, tu facis, ecce ſuas.
Dat tibi Chriſtus opem; tu Chriſto ſoluis honorem.
   Ille dedit culmen, reddis & ipſe fidem.
Nil fuit in terris, quod plus daret ille regendi.
   Nec quod plus reddas, quam valet alma fides.
Exilio poſiti patres pro nomine Chriſti,
   Tunc rediere ſibi cum diadema tibi.

B

Epiſcopi ab exſilio reuocati, & ſedibus ſuis reſtituuntur.

Carcere laxati reſidentes ſede priori,
   Eſſe ferunt vnum te generale bonum.
Tot confeſſorum ſanans Auguſte dolores,
   Innumeris populis vna medela venis.
Thrax, Italus, Scytha, Phryx, Daga, Dalmata, Theſſalus, A-(fer,
   Quod patriam meruit, nunc tibi vota facit.
Hæc tua laus princeps cum ſole cucurrit in orbem,
   Quo genus eſt hominum, huc tuus intrat honor.
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
   Qui das Iuſtinum iuſtus in orbe caput.

*Hinc Trithemius ſu[illegible] nouum [illegible] Sophia Auguſta.

*Cui meritis compar nubens felicibus annis
   Obtinet auguſtum celſa Sophia gradum.
Quæ loca ſancta pio colit, ornat amore,
   Et facit hoc voto ſe propiare polo.
Cuius prima fides orientis ab axe coruſcans,
   Miſit ad occaſum fulgida dona Deo.

Rogatu S. Rhadegundis SS. Crucis reliquias ex oriente miſit.

Regina poſcente ſibi Radegunde Toringa,
   Præbuit optatæ munera ſacra crucis.
Qua Chriſtus dignans aſſumpta in carne pependit,
   Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauit.

C

Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor
   Quod tenet auguſtum celſa Sophia gradum.
O pietas hinc vſque rigans de fonte benigno,
   Cuius amor Chriſti fundit vbique fidem.
Ecce pari voto Auguſti certatis vtrimque,
   Ipſa tuum ſexum * ſubrigis, ille ſuum.

* ſurrigis. Iuſtinus Conſtantinum: Sophia Helenā refert.

Vir Conſtantinum, Helenam pia fœmina reddis,
   Sicut honor ſimilis, ſic amor ipſe crucis.
Illa inuenit opem, tu ſpargis vbique ſalutem;
   Implet & occaſum, quod prior ortus erat.
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque redemptor,
   Quod tenet auguſtum celſa Sophia gradum.

Crucis mag[illegible] veneratio & cultus [illegible].

Per te crux Domini totum ſibi vindicat orbem,
   Quo neſcita fuit, hoc modo viſa teget.
Acceſſit genti maior fiducia Chriſti,
   Quando ſalutis opem ſpes oculata videt.
Senſibus ô duplicata fides cum munere veſtrum
   Plus animæ credant, quod cruce teſte probant.
Hoc Auguſta colens, quod Apoſtolus inſtat arare
   In ligno, hic verbo lætificatis agrum.

D

Hæc iam fama fauet, qua ſe ſeptentrio tendit,
   Ortus, & occaſus militat ore tibi.
Illinc Romanus, hinc laudes Barbarus ipſe,
   Germanus, Batauus, Vaſco, Britannus agit.
Pars tua cum cruce, ſit florens Auguſta per æuum,
   Cui facis extremis creſcere vota locis.

Crucem S. Rhadegundes adorat.

Hanc proſtrata loco ſupplex Radegundis adorat,
   Et veſtro imperio tempore longa rogat.
Atque rigans lachrymis, coniuncta ſororibus optat,
   Vt hic veſtra fides gaudia larga metat.
Felix Iuſtino maneas cum principe coniux,
   Ordine patricio cincta Sophia ſacro.
Romula regna regens tribuit ſua iura Senatus,
   Teque ſibi dominam plebs trabeata colat.
Vota ſuperna Deus votis felicibus addat.

E

   Nec vobis pereat, quod Rhadegundis amat.
Aſſiduo cantu quæ puluere fuſa precatur,
   Temporibus largis vt tibi conſtet apex.
Voto, animo, ſenſu, ſtudio bona ſemper agendo.
   Sit tibi cura ſui, ſit memor illa tui.

Ad Artachin.*

*Artarchin.

LIBER.

POſt patriæ cineres, & culmina lapſa parentum.
   Quæ hoſtili acie terra Toringa tulit.
Si loquar infauſto certamine bella peracta,
   Quas prius ad lachrymas fœmina rapta trahar?
Quid mihi flere vacet preſſam hanc funere gentem?
   An variis vicibus dulce tuiſſe genus?
Nam pater ante cadens, & auunculus inde ſecutus,
   Triſte mihi vulnus fixit vterque parens.
Reſtiterat germanus apex, ſed ſorte nefanda
   Me pariter tumulo preſſit arena ſuo.

F

Omnibus extinctis, heu viſcera dura dolentis,
   Qui ſuper vnus eras Hamalefrede, iaces?
Sic Radegundis enim per tempora longa requiror,
   Pertulit hæc triſte pagina noſtra loqui.
Tale venire diu expectaui munus amantis,
   Militiæq; tuæ hanc mihi mittis opem?
Dirigis iſta meo nunc ſerica vellera penſo,
   Vt dum fila traho, ſolet amore ſoror?
Siccine conſuluit valido tua cura dolori,
   Primus, & extremus nuntius iſta, daret?
Nos aliter lacrymis per vota cucurrimus amplis,
   Venerat, optandi dulcia, amara dari.
Anxia ſollicito torquebar pectora ſenſu,
   Tanta animi febris his recreatur aquis.
Cernere non merui viuum, nec adeſſe ſepulchro,
   Perferor exequiis altera damna tuis.
Cur tamen hæc memorem tibi care Artachis alumne,
   Fletibus atque meis addere flenda tuis.
Debueram potius ſolamina ferre parenti,
   Sed dolor extincti cogit amara loqui.
Non fuit ex longa conſanguinitate propinquus
   Sed de fratre patris proximus ille parens.

G

Nam mihi Berthanus pater, ille Ermenefredus,
   Germanis geniti, nec ſumus orbe pari.
Vel tu care nepos placidum mihi redde propinquum,
   Et ſis amore meus quod fuit ille prius.
Meque monaſterio miſſis rogo ſæpe requiras,
   At veſtro auxilio ſtet locus iſte Deo.
Vt cum matre pia vobis hæc cura perennis
   Poſſit in aſtrigero reddere digna throno.
Nunc dum diſtribuat vobis felicibus vt ſit
   Præſens larga ſalus, illa futura decus.

Finis III. Libellorum ſing.

VENANTII HONORII CLEMENTIANI FORTVNATI LIBRORVM XL

H

INDEX.

Indice Vaticano, in poematum & librorum ordine digerendo, vſi ſumus, dum propria Synopſis ſeſe offerret. Iam, quia in MSS. Seriem hanc capitulis & numeris Latinis exhiberi obſeruamus, Indicem & capitula ad finem operis, iiſdem libris auctoribus, repræſentamus; annotatis etiam iis, quæ noſtra editione nuper acceſſerant.

CAPITVLA LIBRI I.

I. Ad Vitalem Epiſcopum Rauennatem.
II. De templo Domini Andreæ, quod ipſe Vitalis ædificauit.

III. De Baſilica S. Stephani.
IV. De Baſilica S. Martini.
V. In cellulam S. Martini.
VI. De Baſilica S. Martini.
VII. In honorem Baſilicæ S. Martini.
VIII. De Baſilica S. Vincentij apud Garomnam.
IX. De Baſilica S. Vincentij Vernemetis.
X. De Domno Nazario martyre Christi.
XI. De Baſilica S. Dionyſij.
XII. De Baſilica S. Bibiani.
XIII. De Baſilica S. Eutropij.
XIV. De calice Leontij Epiſcopi.
XV. De Leontio Epiſcopo.
XVI. Hymnus de Leontio Epiſcopo.
XVII. Ad Placidinam matrem Leontij Epiſcopi.
XVIII. De Biſſono villa Burdegalenſi.
XIX. De Vereginis villa Burdegalenſi.
XX. De Præmiaco villa Burdegalenſi.
XXI. De Ægitcio flumine.

Capitula libri II.

I. De Cruce Domini.
II. Hymnus in honorem S. Crucis.
III. In honorem S. Crucis, vel Oratorij Turonenſis domus.
IV. De ſignaculo S. Crucis, Acroſtichon.
V. De eodem.
VI. De eodem, quæ recens edita.
VII. Hymnus in honorem S. Crucis.
VIII. De S. Saturnino.
IX. De Launebode, qui ædificauit baſilicã S Saturnini.
X. Ad Clerum Pariſiacum.
XI. De Eccleſia Pariſiaca.
XII. De baptiſterio Maguntiæ.
XIII. De Baſilica S. Georgij.
XIV. De Oratorio Traſarici.
XV. De Sanctis Agaunenſibus.
XVI. De S. Hilario.
XVII. De S. Medardo Epiſcopo.

Capitula libri III.

I. Ad Euphronium Epiſcop. Turonenſem epiſtola I.
II. Ad eundem epiſtola II.
III. Ad eundem verſus.
IV. Ad Felicem Epiſcopum Namneticum.
V. Ad eundem ex nomine ſuo.
VI. Ad eundem, de dedicatione eccleſiæ ſuæ.
VII. Ad eundem, in honorem eorum, quorum ibi reliquiæ continentur.
VIII. Ad eundem, in laudem eius, & regioni Armoricæ.
IX. Ad Felicem epiſcopum de Paſchate.
X. De Domno Felice Namnetico, cum fluuium alibi detorqueret.
XI. De Nicetio Epiſcopo Treuirenſi.
XII. De Caſtello eiuſdem ſuper Moſellam.
XIII. De Magnerico Treuirenſi epiſcopo. hoc nouum acceſſit.
XIV. Ad Villicum epiſcopum Metteoſem.
XV. Ad eundem.
XVI. Ad eundem.
XVII. De pictura vitis in menſa eiuſdem.
XVIII. De piſcibus in menſa eiuſdem.
XIX. Ad Charentinum epiſcopum Coloniæ.
XX. De Igidio epiſcopo Remenſi.
XXI. Ad Hilarium Epiſcopum.
XXII. Ad Bertechramnum epiſcopum.
XXIII. Ad eundem de opuſculis ſuis.
XXIV. Ad Agræcolam epiſcopum.
XXV. Ad Felicem epiſcopum Biturigum.
XXVI. Ad Auitum epiſcopum Aruernæ.
XXVII. Ad eundem.
XXVIII. Ad eundem.
XXIX. De Domno Agerico epiſcopo Vereduni.
XXX. De Agerico epiſcopo Vereduni.
XXXI. Ad Amphionem presbyterum.
XXXII. Ad Paternum Abbatem, de codicis emendatione.
XXXIII. Ad Draconem diaconum.
XXXIV. Ad Archidiaconum Meldenſem.
XXXV. Ad Ioannem Diaconum.
XXXVI. Ad Anthemium Diaconum. ex MSS. ſuppletum.
XXXVII. Ad Sindulphum Diaconum totum reſtitutum.

Capitula libri IV.

I. Epitaphiũ Euemeri Epiſcopi ciuitatis Namneticæ.
II. Epitaphium Domni Gregorij ciuitatis Lingonicæ.
III. Epitaphium Domni Terrici epiſc. ciu. Lingonicæ.
IV. Epitaphium Domni Galli epiſcopi ciuit. Aruernæ.
V. Epitaphium Roriciorum epiſcoporum ciuitatis Lemouicinæ.
VI. Epitaphium Exocij epiſcopi ciuitatis Lemouicinæ.
VII. Epitaphium Chaleterici epiſc. ciuit. Carnotenſis.
VIII. Epitaphium Chronopij epiſcopi Petrocorienſis.
IX. Epitaphium Leontij epiſcopi anterioris ciuitatis Burdegalenſis.
X. Epitaphium Leontij ſequentis epiſcopi ciuitatis Burdegalenſis.
XI. Epitaphium Victoriani abbatis monaſterij Agaunenſis. quæ tria antea ordine deſiderata.
XII. Epitaphium Hilarij presbyteri.
XIII. Seruilionis nouum.
XIV. Præſidij. iterum nouum.
XV. Epitaphium Boboleni Diaconi.
XVI. Epitaphium Attici.
XVII. Epitaphium Arcadij. nouum.
XVIII. Epitaphium Baſilij nouum.
XIX. Epitaphium Aracharij.
XX. Epitaphium Brumachij.
XXI. Epitaphium Auoli.
XXII. Epitaphium Innocentum.
XXIII. Epitaphium Iuliani. iam editum.
XXIV. Epitaphium Orientij.
XXV. Epitaphium Theodechildis reginæ.
XXVI. Epitaphium Vilithutæ.
XXVII. Epitaphium Euphraſiæ. recens.
XXVIII. Epitaphium Eoſebiæ. & illud.

Capitula libri V.

I. Epiſtola ad Martinum epiſc. Gallicię, q̃ tota acceſſit.
II. Ad eundem.
III. Ad ciues Turonicos, de Gregorio epiſc. Turonẽſi.
IV. In natalitio Gregorij epiſcopi.
V. Ad eundem, de Iudæis conuerſis per Auitum Epiſcopum Aruernæ.
VI. Epiſtola ad Syagrium epiſc. Auguſtodunenſem.
VII. Acroſtochis ad eundem.
VIII. Ad Felicem epiſcopum Namneticum.
IX. Ad Gregorium epiſc. Turonenſem, pro itinere.
X. Ad eundem.
XI. Ad eundem, pro libro præſtito.
XII. Ad eundem pro inuitatione.
XIII. Ad eundem, pro commendatione mulieris.
XIV. Ad eundem, de munere ſuo.
XV. Ad eundem, Salutatoria.
XVI. Ad eundem, pro pomis & graffiolis.
XVII. Ad eundem, de commendatione puellæ.
XVIII. Ad eundem, pro commendatione peregrini.
XIX. Ad eundem, Salutatoria.
XX. Ad eundem.
XXI. Ad Epiſcopos pro commendatione peregrini.
XXII. Ad Aredium abbatem.

Capitula libri VI.

I. De Domno Sigiberto rege.
II. De nuptiis Sygiberti regis, & Brunichildis reginæ.
III. De Sygiberto rege, & Brunichilde regina.
IV. De Chariberto rege.
V. De Theodechilde regina.
VI. De Berthilde.
VII. De Geleſuntha.
VIII. De horto Vltrogothonis reginæ.
IX. Ad Cantum blandum villam de pomis dictum.
X. De Coco, qui nauem tulerat, & iniuriam fecerat.
XI. Ad Dynamium Maſſilienſem.
XII. Ad Dynamium.

Capitula libri VII.

A I. Ad Gogonem.
II. Ad eundem, cum rogaretur ad cœnam.
III. Ad eundem.
IV. Ad eundem.
V. De Bodegiſilo duce.
VI. De Palatina vxore eius.
VII. De Lupo duce.
VIII. Ad eundem.
IX. Ad Lupum ducem.
X. Ad Magnulfum fratrem Lupi.
XI. Ad Iouinum Rectorem prouinciæ.
XII. Ad eundem.
XIII. Ad Felicem ſocerum eius.
XIV. De Mummoleno.
XV. De Berulfo Comite.
XVI. De Condone Domeſtico.
XVII. Ad Gundoarium.
XVIII. Ad Flauum.
B XIX. Ad Flauum & Euodium.
XX. Ad Sigiſmundum.
XXI. Ad Sigiſmundum & Aregiſilum.
XXII. Ad Boſonem Referendarium.
XXIII. Ad Paternum.
XXIV. Verſus in Gauatis.
XXV. Ad Conuiuam.
XXVI. Ad eundem.
XXVII. De breuitate vitæ.
XXVIII. Ad eundem.
XXIX. Ad Conuiuam.
XXX. Ad eundem.
XXXI. Ad Galactorium Comitem.

Capitula libri VIII.

I. De nomine ſuo ad diuerſos.
II. De itinere ſuo.
III. Hymnus de Natiuitate Domini.
IV. De Virginitate, mutilum, ſed maxima parte reſtitutum, cum ſequentibus omnibus poematis.
C V. In laudem S. Mariæ Virginis & matris Domini.
VI. Ad Virgines.
VII. Ad Domnam Rhadegundem.
VIII. Ad eandem, de Violis.
IX. Ad eandem, de floribus ſuper altare.
X. Ad eandem pro floribus tranſmiſſis.
XI. Ad eandem, cum ſe recluderet.
XII. Ad eandem, cum rediret.
XIII. Ad Gregorium epiſcopum, pro infirmitate ſua.
XIV. Ad eundem pro cauſa Abbatis.
XV. Epiſtola pro eadem re.
XVI. Ad eundem ex nomine Iuſtinæ.
XVII. Ad eundem Salutatoria.
XVIII. Ad eundem Salutatoria.
XIX. Ad eundem Salutatoria.
XX. Ad eundem.
XXI. Ad eundem.
XXII. Ad eundem, pro villa præſtita.
XXIII. Ad eundem, precatoria pro agro.
D XXIV. Ad eundem pro pellibus ſibi miſſis.

Capitula libri noni, etiam omnia deſiderata antehac.

I. Ad Chilpericum regem in conuentu epiſcoporum Brinnaci.
II. Ad Chilpericum regem, & Fredegūdem reginam.
III. Ad eoſdem.
IV. Epitaphium Clodoberti.
V. Epitaphium Dagoberti.
VI. Ad Gregorium epiſcopum, pro metris Sapphicis.
VII. Ad eundem, in ipſo metro.
VIII. Ad Baudoualdum epiſcopum.
IX. Ad Sidonium Moguntinum epiſcopum.
X. Ad Rhagnemundum epiſcopum.
XI. Ad Droctoueum abbatem.
XII. Ad Faramundum Referendarium.
XIII. Ad Lupum & Waldonem Diaconom.
XIV. De Baſilica S. Laurentij. B
XV. De domo lignea.
XVI. Ad Chrodinum Ducem.

Capitula libri decimi quoque deſiderata.

I. Expoſitio Orationis Domini.
II. Ad Mummulenum epiſtola, vel ad Salutarem virum illuſtrem.
III. Alia.
IV. Alia.
V. De Oratorio Attanenſi.
VI. De Eccleſia Turonica.
VII. De Childeberto rege, & Brunichilde, & Natali S. Martini Pontificis Turonici.
VIII. Ad eoſdem.
IX. De nauigio ſuo.
X. De Oratorio Artannenſi.
XI. Verſus ſuper menſa, in villa S. Martini, ante deſcriptores.
XII. Pro puella à iudicib. capta, ad Gregorium epiſcopū. F
XIII. Ad Epiſcopos in commendationem peregrini.
XIV. De Platone Epiſcopo.
XV. Ad Armentariam matrem Gregorij Turonenſis.
XVI. Sigoaldo pro comitatu eius.
XVII. Ad Sigoaldum Comitem, quod pauperes pro rege pauerit.
XVIII. De prandio Defenſoris.
XIX. Ad Galactorium Comitem.

Capitula libri Vndecimi reſtituta.

I. Expoſitio Symboli.
II. Ad Domnam Rhadegundem.
III. Ad eandem, de Natalitio Abbatiſſæ.
IV. Ad eandem, vt vinum bibat.
V. Ad abbatiſſam; de natali ſuo.
VI. Ad eandem.
VII. Ad eandem.
VIII. Ad eandem.
IX. Pro Eulogiis tranſmiſſis.
X. Pro eadem re. G
XI. De floribus.
XII. Pro Eulogiis.
XIII. Pro caſtaneis.
XIV. Pro lacte.
XV. Aliud pro lacte.
XVI. Pro prandio.
XVII Pro munere ſuo.
XVIII. Pro prunellis.
XIX. Pro delicijs & lacte.
XX. Pro ouis & prunis.
XXI. De abſentia ſua.
XXII De Conuiuio.
XXIII De eadem re.
XXIV. De verſibus.
XXV. De eadem re.
XXVI. De munere ſuo.
XXVII. De itinere ſuo.
XXVIII. Aliud de itinere ſuo.

Libelli ſingulares. H

1. De excidio Thuringiæ ex perſona Rhadegundis.
2. Ad Iuſtinum Iuniorem, & Sophiam Augg.
3. Ad Artachin.

QVod in veterum Scriptorum more fuit verſuum ſuorum numerum appendere, vel in vltima cera pagina re adſcribere, vt ex præfatione in Pandectas, & Diogenis Laertij, Callimachi & Hebræorū monumentis, & hagiographis libris ipſis obſeruarūt eruditi, id in antiquis Fortunati exemplaribus, præfectum, vbi poemata longius excurrerent, librarios diligenter feciſſe, animaduertimus. Sed, quia tamen hæc verſuum & στίχων, vt vocabant, annotatio extra hagiographa vſurpari deſijt, & typographicis operis maiorem, quā ferrent haud dubie, moleſtiam eſſet allatura exemplo & more tam ſuſcepto, eam relinquere in medio maluimus, veterum accurata ſtudia laudaſſe contenti.

A

Octenas ſtudeas vitiorum vincere turmas.

Cæteri ſcriptores, *Septenas*, potius dicerẽt. S. Althelmo *peculiare eſt*, inquit Delrius, *octo vitia recenſ re caſtitati in xta, quorum pugnam cum octenis virtutibus deſcri ſit in carmine de virginitate Sanctorum*. Aitq; ſe carmen S. Althelmi de laude virginum & octeno calculo vitiorum reperiſſe in m.ſ.ſubiunctum huic carmini monoſticho. De hac coniectura liceat cuiq; mea pace quod volet ſentire. Ego donec quid certius habeam, tribuo hoc carmen ſuo authori, S. Columbano: & quidem ex fide m.ſ. codicis Friſingenſis: vbi iſte titulus: INCIPIT LIBELLVS CVIVSDAM SAPIENTIS ET VT FERTVR BEATI COLVMBANI. In quo interea conquieſco. Neq; me mouet ille verſus: *Octenas ſtudeas, &c.* Quo non ab octo vitiis ſigillatim caſtitati oppoſitis, ſed ab octo principalibus mortiferis peccatis deterret. Et licet ferè; ab auctoribus numerentur ſeptem principalia vitia; tamen veteres octo numerarunt: teſtis Theoduiphus Epiſc. Aurelianenſis in Epiſt. ad Clerum, quã ex m.ſ. Baron. tom. 9. an. 835. edidit, vbi hæc: *Confeſſiones dandæ ſunt de omnib. peccatis, quæ ſiue in opere, ſiue in cogitatione perpetrantur. Octo ſunt principalia vitia, ſine quib. vix vllus inueniri poteſt. Primum eſt gaſtrimargia, hoc eſt, ventris ingluuies: Secundo fornicatio: tertio accidia ſiue triſtitia: quarto auaritia: quinto vana gloria: ſexto inuidia: ſeptimo ira: octauo ſuperbia, &c. Debet ei etiam iniungi, vt de octo principalibus vitiis faciat ſuam confeſſionem.* Ita etiam octo principalia vitia recenſent Euagrius ad Anatolium lib de octo vitioſis cogitationib. & S. Nilus lib. de octo vitioſis affectionibus.

B

De his ergo dicit S. Columbanus:

Octenas ſtudeas vitiorum vincere turmas.

Si videas diſcrepare collocationem noſtram ab editione Delrij præſertim à verſu 101. vſq; ad 140. ſcito me ex fide m.ſ. codicis Friſingenſis dediſſe.

MONOSTICHON CARMEN

BEATI COLVMBANI:

C

Vitam, acta, Scriptorum monumenta S. Columbani, ſume ex illis auctoribus quos percenſent Notæ ad Rom. Martyrologium, 21. Nouemb. quo die Eccleſia feſtum S. Columbani inter Sanctos ſolenni ritu celebrat.

HÆc præcepta legat deuotus, * & impleat actu, [* L. vt.]
Virtutum titulis vitam qui quærit honeſtam,
Vel homines inter cupiat præclarus haberi,
Vel morum meritis Cœleſtia regna mereri,
Atque Deo Chriſto ſocius ſine fine videri.
Impleat ipſe Dei, qui vult ſua vota venire.
* Viue Deo fidens Chriſti præcepta ſequutus.
* Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis.
* Diuitias, Domini faciet benedictio claras. [* non eſt in L. & repetitur pa.]
Corporis exſuperat vires prudentia mentis.
Omnibus eſt mundi melior ſapientia gazis.
Semper amanda quidem eſt rerum doctrina bonarum.
Optimus eſt animus Chriſti veſtitus amore.
Dæmonas aduerſus magna eſt oratio Virtus.
Vt moneas carum noli deſiſtere amicum.

D

Morbi cauſa mali nimia eſt quæcunque voluptas.
* Tu dare ne claudas palmas, & prendere pandas. [* L. In dare me. * & prende ne pergas.]
Semper in ore tuo reſonent bona verba ſalutis.
Ne rogo vindictam tua mens meditetur amatam.
Sint tibi pacifici magna dulcedine mores.
Ne tua pœniteat, caueas victoria tenet
* Fer patris imperium, dum verbis exit in iras. [* hic verſus abeſt in L.]
Quiſque dies vitæ eſt velut vltimus eccè putandus.
Quod dare non * poſſis, noli promittere verbis. [* L. cogites.]
* Qui prodeſſe poteſt, non eſt fugiendus amicus. [* & hic repetitur infra verſus.]
Octenas ſtudeas vitiorum vincere turmas.
Te ferat ad cœlum quadriga repleta * ſalutis. [* L. triumphis.]
Lingua ſuos habeat frenos in corde ligatos.
Vir bonus eſſe nequit, niſi qui * ſiet omnibus æquus. [* L. ſciat.]
Qui ſcelera abſcondit, veniam non * forte meretur. [* L. ne forte mereatur?]
Qui bona deſueſcit, mox hic conſueſcit iniqua.
Nun tu quæſo iocis lædas nec carmine quenquam.

E

* Sæpius auditu inſtrueris, quam voce fruaris. [* L. S. a fructu qui voce ſalutis.]
Sit ſeruus mentis Venter, ſit ſerua libido.
Non perdit pietas quidquid * largire videtur. [* L. largiri, forte largita.]
Non opibus bona fama datur, ſed moribus almis.
Fac ne remerito verbis * irrideat alter [* L. deridet.]
Pro miſero miſerans lacrymis effunde ſodali.
Eripe, ſi valeas, non ſuggere tela furenti.
Sæpe nocet puero miſeratio blanda magiſtri.
Ignotum noto nunquam præponas amico.
Omnia quæ dicunt homines tu credere noli.
Non ſibi quis viuat Chriſto, ſed viuat vbique.
Non tua, ſed Chriſti quæras, qui diligis illum.
Non te, non mundum, Chriſtum ſed dilige ſolum.
Cum ſapiente loquens perpaucis vtere verbis.
Nil oculi proſunt, quibus eſt mens cæca videndi.
Diuitis opprobrium gemitus eſt pauperis ingens.
Plurima diſcenti ſemper ſapientia creſcit.
Iudicium reſtat cunctis certiſſime factis.
Adueniet Iudex cunctis qui iuſta rependat.

F

Inclyta perpetuam præſtat * patientia vitam. [* L. ſapientia.]
Te ſeritate magis faciet moderatio clarum.
Egregios faciat mentis conſtantia mores.
Conſilio facias, rogo, ſi tibi quidquid agendum,
Omnis quippe ætas aliquo ſub faſce laborat.
Vera quidem veterum iuuenis paradigmata tere.
Felix qui cauſam loquitur prudentis in aurem.
Tantum verba valent, quantum mens ſentiat illa.
Omnibus eſt locuples, qui rebus abundat * honeſtis. [* L. amicitia.]
Non erit antiquo nouus anteferendus amicus.
Difficile inuenies verum fortaſſis amicum.
Moribus egregiis facias tibi nomen honeſtum.
Nemo quidem plures habuit, quam * perdit amicos. [* L. expedit]
Cui prodeſt, ſocio qui non prodeſſe probatur?
Sola fides fidei dono * ditabitur almo. [* L. probatur.]
* Leuis non animam torquentis cura fatiget. [* L. leuis nō animi torquentis cura fatiget.]
Res * ſeuera quidem ſemper declarat honeſte. [* L. ſe vera.]
Quid peius, quam ſe vt iungat habitator iniquus?
Actibus, aut verbis noli tu adſueſcere prauis.
Eſt non eſſe quidem ſatius quam viuere praue.
Mens bona theſauros præcellit munere cunctos.

G

Vitam quippe tuam tota virtute tuere.
Omnia pro vita ſunt amittenda tuenda.
Præmeditata quidem leuius ſufferre valebunt.
Quæ ſubito adueniunt multo grauiora videntur.
Gaudia ſunt populi rector pius atque benignus.
Mors aliena monet propriæ nos mortis vbique.
Felix alterius * cuius documenta flagella. [* L. cui ſunt]
Præmia non capiet, ingrato qui bona præſtat.
Sit tibi carus homo, vt frater, Deus vt pater almus.
Omnis paulatim letho nos applicat hora.
Ante diem mortis nullus laudabilis exſtat.
Quælibet ex * fructu proprio cognoſcitur arbor. [* L. ē cognoſcitur arbor in orbe.]
Doctor erit magnus, factis qui quod docet implet.
Quod tibi vis fieri, hoc alij præſtare memento.
Pauperibus iuſtis cœleſtis gloria reſtat.
Quod tibi non optes, alij ne feceris vlli.
Æquum pondus habe, teneas & ſtatera * iuſtum. [* L. iuſta.]
Non tibi ſit modius duplex, nec ſtatera dupla.

H

Corripe prudentem: reddetur gratia verbis.
Si tu recta facis, ne cures verba malorum.
Vtile conſilium dominus ne deſpice ſerui.
Inter conuiuas fac ſis ſermone modeſtus.
Cum quid peccaris, caſtiga te ipſe ſubinde.
Vulnera dum ſanas, dolor eſt medicina doloris.
Diuitias Domini faciet benedictio claras.
Æternam tribuit felix clementia vitam.
Vtere quæſitis opibus, fuge nomen auari.
Diſce, ſed à doctis; indoctos ipſe doceto.
Contra verboſos noli contendere verbis.
Sermo datur multis, animi ſapientia paucis.
Non læta extollant animum, non triſtia frangant.
Proximus eſto bonis, ſi non potes optimus eſſe.
Quanto maior eris, tanto tu cautior eſto.
Cumque alium cauſes, propriam prior inſpice vitam.
Plus tua, quam alterius damnabis crimina iudex.

A Sis bonus atque bonis; læſus nec læde nocentem.
Qui prodeſſe poteſt, non eſt fugiendus amicus.
Cum fueris fælix, quæ ſunt aduerſa caueto.
Quæ culpare ſoles, hæc tu ne feceris ipſe.
Vita aliena tuæ tibi ſit * cathagita vitæ. [* L. cathegita. id eſt doctrina, magiſtra]
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Sit ſale iam Sophiæ ſermo tibi conditus omnis.
Magna quidem virtus noſtra eſt moderatio linguæ.
Crede Deo, & proprios tunc tu tibi dirige greſſus.
Lux, timor eſt Domini, cordis: hunc dilige ſemper.
In Domino ſperans nullus confunditur vnquam.
Vir prudens animo eſt melior, quam fortis in armis.
Corporis excellit vires ſapientia mentis.
Diuitias animo iniuſtas attendere noli.
Verbum dulce quidem tibi multiplicabit amicos.
Conuerti ad Dominum ne tardes tramite recto.
Doctrinis etiam variis non flexilis eſto,
Te via nam Domini teneat firmiſſima ſemper.
Iuſtitiæ & pacis placeant tibi verba loquendo.
B Pax precor alma tuo placeat tibi ſemper in ore.
Semper in ore tuo reſonent pia verba ſalutis.
Rex ſapiens populum melius defendit ab hoſte.
Inſipiens rector populum diſperſerit omnem.
Gloria magna quidem regi eſt ſapientia iuſta.
Iniuriaſq; tuas in fratrem vlciſcere noli.
Semper auarus amat mendacia, furta, rapinas.
Sufficiat rerum dederat tibi quod Deus ipſe.
Quid terrenus homo, puluis & terra ſuperbit?
Principium ſceleris proh dira ſuperbia conſtat.
Sit tibi cura tuæ, tota virtute ſalutis.
Vna dies, quales fuerint, oſtendit amicos.
Peccaſti ſolus ignoſcere tu tibi noli.
Quod tacitum cupias, tacito committe ſodali.
Inuidiam nimio cultu vitare memento.
Inuidiæ maculat famam mala peſtis honeſtam.
Nil ſine conſilio facias, ſic facta probantur.
Qui Domino credit, ſeruat mandata ſalutis.
Semper enim ſapiens metuit ſibi iudicis iram.
Inſtanter facias, ſors quæ tibi tradat agenda.
Cum homine iniuſto nolito manere frequenter.
C Nec redit vnda fluens, noſtrum nec tempus in annis.
Omnia finis edax deuaſtat gaudia mundi.
Qui pius & clemens, Dominus miſerebitur illi.
Infer nullatenus benefactis mente querelas.
Improperes nunquam, dederis munuſcula ſi qua.
Omnis pertractet primum mens verba loquelæ.
Corporis auxilium medico permitte fideli.
Dum poteris, benefac caro tu ſemper amico.
Sic nouus atq; nouum vinum veteraſcat amicus.
Rebus in aduerſis nunquam dimittis amicum.
Semper amicus amat, duratq; fidelis * amicus. [* L. vbique.]
Alma dies noctem ſequitur, ſic dona labores.
Tempora dum variant, animus ſit ſemper honeſtus.
Conſilio mentis quodque imminet ante videto.
Dum tibi vita viget, lacrymis mala crimina purges.
Noli iterare ſcelus, lacrymis dum diluis illud.
Luxuriis animo noli ſeruire malignis.
Qui modica ſpernit, minuit maiora per horas.
Tollitur ex numero ſanctorum perfidus omnis.
D Oderit inſipiens ſapientis verba magiſter.
Excitat in riſus fratres verboſus amatos.
Nil illo peius, ſceleri qui gaudet iniquo.
Cui ſecreta quidem credas cautiſſime cerne.
Corripe peccantem, noli & dimittere amicum.
* Corripere eſt melius notum quam perdere amicum. [* Abeſt in m. ſ. Friſing.]
Qui fratri ignoſcit, ignoſcit Chriſtus & illi.
Obſeruat ſapiens ſibi tempus * in ore loquendi. [* L. more.]
Inſipiens loquitur ſpretum ſine tempore verbum.
Multiloquax animam meritis denudat honeſtis.
Gloria quippe Deum Dominumq; eſt magna timere.
Radix eſt Sophiæ Dominum * de mente timere. [* L. ex mente.]
Aurum flamma probat; homines tentatio iuſtos.
Sperate in domino, & veniet miſeratio vobis
Dilige, qui cupias cæli bona gaudia, Chriſtum.
Felices faciet natos benedictio patris.

E Pauperis & miſeri mentem ne affixeris vnquam.
* Diligit in Sophia ſe ſemper Chriſtus amantem. [* L. Diligit omnipotens Sophiam ſibi ſemper amantem.]
Ne citus in lingua fueris, nec ſegnis in actu.
* Non erit innocuus falſus per fœmina teſtis. [* Abeſt in m. ſ. Friſ.]
Diuitias addit Domini benedictio plures.
* Iam magnum reddas modico tu munus amico. [* L. Id magno reddas modico tu munus amico.]
Semper amicus amat: amor eſt precioſior auro.
Diues erit, dure ſemper qui operatur in agro.
Otia qui ſequitur, veniet huic ſemper egeſtas.
Omnibus eſt opibus melior vir mente fidelis.
* Exſuperat numerus iuſtorum regna potentum. [* L. Exuberat numerus iuſtorum regna potentum.]
Ecce timens Dominum viuet felicibus annis.
Expectat lætus cæleſtia gaudia iuſtus.
Impius horrendas ſpectat pro crimine pœnas.
Corruit in præceps populus rectore nefando.
Præparat æternam mitis clementia vitam.
Qui bona ſectatur, prima bene ſurgit in hora.
Multorum profert ſapientis lingua ſalutem.
Hoſtibus in bello dominatur dextera fortis.
F Seruiet & ſegnis duro ſub faſce laborum.
Lingua placata ſibi multos acquirit amicos.
Pone tuis verbis vectes ſeraſque loquelis.
Qui præcepta Dei metuit, in pace moratur.
Nam bona perpetuam tribuet doctrina ſalutem.
Diligit hic natum, virga qui corrigit illum.

FINIS.

S. COLVMBANI ABBATIS EPISTOLA,

IN QVA DETESTATVR auaritiam.

COLVMBANVS HYBERNVS Hunaldo diſcipulo.

SVſcipe Honalde libens, & perlege mente ſerena
G Dicta Columbani, fidate voce monentis:
Quæ licet ornatu careant Sermonis honeſti,
Vota tamen mentiſq; piæ teſtantur amorem.
* Viue Deo fidens, Chriſti præcepta ſequendo, [* Hic in monoſticho eſt ſecundus.]
Dum modo vita manet, dum tempora certa ſalutis;
Tempus & illa volat, momentis labitur ætas.
Deſpice, quæ pereunt, fugitiuæ gaudia vitæ.
Non fragiles ſecteris opes & inania lucra,
Nec te ſollicitet circumflua copia rerum.
* Sint tibi diuitiæ diuinæ dogmata legis, [* In monoſticho eſt verſus 1.]
Sanctorumq; patrum caſtæ moderamina vitæ,
Omnia quæ dociles ſcripſerunt ante magiſtri,
Vel quæ doctiloqui cecinerunt carmina vates:
Has cape diuitias; ſemper contemne caducas:
In mentemq; tibi veniat tremebunda ſenectus,
Quam gelidæ tandem ſequitur violentia mortis.
Vltima iam ſapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes ſenio vires morboſq; frequentes,
Incertumq; diem lethi certoſq; dolores.
Multa ſenem fragilis vexant incommoda carnis.
H Nam macie turpi tabeſcunt languida membra.
Tunc genuum iunctura riget venaſque per omnes.
Illius in toto frigeſcit corpore ſanguis.
Sic baculo nitens artus ſuſtentat inertes.
Quid triſtes memorem gemitus, quid tædia mentis?
Somnus abeſt oculis, illum ſonus excitet omnis.
Quid tunc argenti, fului quid proderit auri
Improba congeries, multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia menſæ?
Quid meminiſſe iuuat tranſactæ gaudia vitæ?
Venerit extremi tandem cum terminus æui?
Hæc, dum vita volat, vigili qui mente retractat,
Spernit auaritiam, vanoſq; refutat honores.
Quid modo terrenis mentes intendere curis
Mortales cupimus? quid turpia lucra ſequuntur?

A Semper auaris eget, nec habet quod habere videtur.
Ille domi ſolus nummos abſcondit in arca,
Diuitias cumulans, dum ſe ſe neſcit amare.
Plus amat hæredem, ſeruat cui cuncta fidelis.
O nimium felix, parcus cui ſufficit vſus,
Corporis vt curam moderamine temperet æquo,
Non miſera capitur cæcaque cupidine rerum,
Nec maiora cupit, quam quæ natura repoſcit;
Non lucri cupidus nummis marſupia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula veſtes,
Paſcere non pingui procurat fruge caballos,
* voluit. Nec trepido tales * doluit ſub pectore curas,
Ne ſubitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.
Viuitur argento ſine, iam ſine viuitur auro;
Nodi naſcuntur, nudos quos terra receptat.
Diuitibus nigri reſerantur limina ditis,
Pauperibuſque pus cœleſtia regna pateſcunt.
Temnere diuitias monuit Saluator auaros.
B Quiſquis amat Chriſtum, ſequitur veſtigia Chriſti;
Nam breuis & fragilis moritur æ gloria carnis
Quicquid habet, rapidi velox fuga temporis aufert.
Pulchre veridici cecinit vox talia vatis,
Tempora dinumerans æui vitæque caducæ.
Omnia tempus agit, cum tempore cuncta trahuntur;
Alternant alimenta vices & tempora mutant.
Accipiunt alimenta dies noctéſque viciſſim.
Tempora ſunt florum, retinet ſua tempora meſſis,
Sic iterum ſpiſſo veſtitur gramine campus.
Tempora gaudendi; ſunt tempora certa dolendi:
Tempora ſunt vitæ; ſunt triſtia tempora mortis.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æſtas, autumnus, hyems, redit annus in annum.
Omnia cum redeant, homini ſua non redit ætas:
Hanc ſapiens omni ſemper reminiſcitur hora,
Atque domum luctus epulis præponit opimis.

C F I N I S.

D. ANDREÆ HIEROSOLYMITANI ARCHIEPISCOPI, IN S. Mariæ Deiparæ ſalutationem, Sermo.

SIXTVS SENENSIS LIB. IV. BIBLIOTH.

ANDREAS, *Hieroſolymitanus Epiſcopus, ſcripſit Græce ſermone in annunciationem Deiparæ Virginis, ac ſalutationem ex Luc. 1. luculentiſſimam orationem: quæ incipit; Adeſt hodie gaudium. Interprete Marco Hoppero. Cauſſini initio Catechiſmi, putat illum floruiſſe ſub Iuſtino 2. imp. 550.*

D Certum eſt in Indice Hieroſolymitanorum Antiſtitum quem texuit S. Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus in ſua Chronologia vſque ad Sophronium 62. eius ſedis Epiſcopum qui ſub Arcadio obiit nullum reperiri Andream. Equidem ſub Iuſtino Iuniore ſcimus ſediſſe Ioannem, qui ſucceſſit Marcario 2. ſucceſſionemque habuit Amos ſub Mauritio Imperatore, ſub quo mortuum Ioannem, *Euagrius lib. 6. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 23. prodit*, ad tempora igitur Sarracenica reducendus eſſet iſte Andreas ſi epiſcopus, & non presbyter Hieroſolymitanus fuit. At ſucceſſio Epiſcoporum Hieroſolymitanorum ſub Mahometano imperio interrupta, incerta, & obſcura.

E ADEST hodie gaudium omnium, priſtinam nobis noxam diluens: Adeſt, qui eſt vbique, vt gaudio omnia impleat. Quomodo vero adeſt; Nullus certe ſtipatus ſatrapis: non Angelorum ſecum ducens exercitum: non ſuam iactans expeditionem, ſed quiete ac ſubmiſſe id agens, quo tenebrarum principem lateat: quo prudenter illaqueato ſerpente, captoque Aſſyrio illo dracone, qui ſeruituti ſuæ humanam libertatem omnẽ ſubiecit ſpolia auferret. (*Luc. 11.*) Quoniam immenſa eius erga nos miſericordia, tantum condemnati opus, hominem dico, non ſuſtinuit, propter quem cœlos condidit, terram firmauit, aera expandit, maria dilatauit, ac omnem denique obtutui noſtro fabricam obiectam effecit. Propterea Deus ſuper terram, Deus ex cœlo, Deus inter homines, Deus in vtero virginis geſtatus, quem totum vniuerſum non caperet. Hinc humana natura gaudii præludia percipit ac diuini initium conſortii capit. Hinc à ſuo purgata peccato, cum immenſarum diuitiarum ſponſo nuptias celebrat.

F Hinc prior noſtra effigies nouam figuram conſequitur, ac ſenio quaſi confectus mundus, peccatorum ſenectam exuit: At cœlum lætetur deſuper, rorentque nubes iuſtitiã: (*Eſa. 45.*) ſtillent montes dulcedinem, & colles lætitiam, quoniam miſertus eſt Deus populi ſui. Hodie enim, quod ante omnia ſæcula abſconditum fuit, myſterium reuelatur, & in Chriſto tanquam capite omnia repetuntur. Hodie ſumma vniuerſi opifex potentia conceptum apud ſe iamdudum de rerum creatione conſilium ad finem perducit: quo quod de nobis iam ab initio omnis mali princeps inſtituit conſilium irritum faceret. Ob id ſane repodiant Angeli, congratulantur ſibi homines, ad quod vniuerſus reſtitutus orbis concurrit. Quæ mens, aut quæ hæc concipiat lingua; Non equidem vllus ſermo eloqui, vel auditus percipere poſſit.

(*Feſtum Annunciationis.*) Merito ergo præſens hoc feſtum magna nobis ſolennitate & lætitia hodie peragitur, quod pleniſſimam coinquinationis noſtræ expiationem concelebrat, quædam quaſi exiſtens vniuerſæ quidem creaturæ læta feſtiuitas, humano vero generi reſtitutio. Hæ igitur gaudii hodiernæ annunciationes, hæc Dei reconciliationis indicia, exoptatiſſimæque ſalutis læta vaticinia, vndenam & à quo, vel ad G quem pertingunt; Ex cœlo, à Deo & ad Virginem viro deſponſatam. (*Luc. 1.*) Quæ vero virgo? aut quiſnam vir ille? quæve hiſce nomina ſunt; Illi quidem Mariæ, huic vero Ioſepho: Ambo de ſtirpe Dauid. Quo rerum harum miniſtro, & vnde venerat? Archangelo Gabriele ex altiſſimis in huius ſtupendæ rei miniſterium demiſſo.

Decebat enim miniſtrum altiſſimi, ex altiſſimis ſuper terram deorſum volantem, inauditum illud atque ſui admiratione res admirandas cunctas longe ſuperans myſterium ſecum adferre. Quodnam illud? Domini ad nos deſcenſionem, illius incredibilis diſpenſationis manifeſtationem: diuini conſilii atq; decreti ab æterno abſconditi promulgationem confirmationemque. Vbi autem & quando cuiuſque gratia contigit iſta fieri? In Nazareth ciuitate Galileæ: menſe vi. à Ioanne concepto: vt venturum in vtero (*Luc. 1.*) exiſtentem prædicaret. Nam Gabriel è ſublimi per æthera ad terreſtria loca demiſſus, Nazareth conſtitit, & ad virginem accedens inſcrutabilis illius diſpenſationis indicium ei placide pro ſuo officio fecit. Hoc illud eſt diuinæ cum H humano genere reconciliationis myſterium. Huius hodie feſtum celebramus, Dei, inquam, cum hominibus coniunctionem, adoptionis noſtræ dignitatem: imaginis noſtræ reformationem: in melius emendationem, in cœlos exaltationem atque aſcenſionem. Quapropter magno hodie cuncta gaudio, ac vniuerſi cœleſtium poteſtatum ordines ſpirituales, ob Dei nobiſcum reconciliationem, nobis quoque placantur. Iucundiſſima enim ipſis eſt noſtra ad Deum reuerſio, & ad ſtatum meliorem ingreſſus atque reditus. (*Luc. 15.*) Quoniam valde ſunt noſtri cauſa ſoliciti atque benigni: ad eorum quippe miniſterium miſſi qui ſalutem ſortientur. (*Heb. 1.*) Lætentur itaque cuncta hodie, vniuerſa exultet natura: Cœlum enim apertum eſt: Terra regem vniuerſi clanculum excipit: Nazareth Eden hortum æmulata ipſius Eden conditorem ſinu ſuo complectitur. Miſerationum pa-

A ter humanam deformitatem vnico ſuo atq; vnigenito ubi Filio deſpondit: cuius Gabriel myſterii miniſter fit ac virginitatem acclamat: *Aue*, quo gaudium quod auia perdiderat, ſua Adam ex Dauide orta, per ſe recuperaret. Hodie pater omnis gloriæ humani generis calamitatem miſertus, corruptam in Adamo naturam propitiis oculis intuitus eſt. Hodie miſericordiæ largitor, viſcerum ſuorum optimorum abyſſum nobis reuelat, ac naturam noſtram miſericordia ſua inſtar marium perfundit, quæ multa aqua teguntur. Decebat quippe eum, à quo & per quem & in quo facta ſunt omnia, veterem noſtræ noxæ condemnationem miſericordia ſua commutare, propriaque ſua gloria glorioſam reddere corruptam in Adamo naturam, nec non veritate confundere fallax illud fallacis patris conſilium, cuius opus fuit prima tranſgreſſio, protoplaſti, inquam, delictum.

Nazareth hortus paradiſi interpretatur. — Luc. 1. — Pſal. 84.

Hinc nimirum magnus ille Rex Dauid in Pſalmis ſuis cecinit iam antea. *Miſericordia & veritas occurrere ſibi mutuo. Iuſtitia & pax ſe mutuo exoſculata ſunt?* Quid ob aliud hæc dicens? quam filii ſecundum patris beneplacitum, miſericordiam breui ſuper nos venturam, qua miſertus noſtri B miſericordiæ largitor, nobis eſt ſimilis factus, abſque omni tamen peccato quo tranſgreſſionem noſtram ipſe tolleret, ac lapſos nos à caſu erigeret, confractumque vas de nouo iam ab omni immune corruptione fingeret. Veritatem autem dixit eius, quæ non eſſet iuxta phantaſiam inter homines factam apparitionem. Non enim ſimulatam (quod videri alicui poterat) carnem à nobis aſſumpſit, ſed ſo ipſa rei veritate ſingulari ſimul erga genus humanum ſtudio, & ſecundum homines ex hominum ſubſtantia ſibi aſciuit, qui eſt altiſſimus, ac totam noſtram in ſemetipſo naturam ſanctificauit: nec diſpenſationem eam ſub ſpecie quadam finxit. Hanc ille carnis, inquam, veritatem cognouit, illæſa eius Deitate manente, ſtoicodæ prorſus alterationis.

Veram carnem aſſumpſit Verbum.

Quoniam igitur miſericordia & veritas, vt habent Prophetarum oracula, mutuo ſibi occurrere, merito ſane iuſtitia & pax mutuo quoque ſe exoſculatæ ſunt. Iuſtitia quidem, quæ eſt aduerſus eum, qui primos parentes decepit, prolata ſententia. Quando? & à quonam? Hodie, & à patre C altiſſimo: iuxta quam, qui natura ſua benignus eſt, iuſtiſſime decreuit, vt filius eius proprius vnigenitus in noſtræ ſimili comparens forma aduerſarium illũ condẽnaret. Pacem vero dico, quam deſuper ſubito Angelorum chorus, in ipſa ſtatim Ieſu nati filii, ſecundum carnem natiuitate vnanimiter concelebrauit dicens: *Gloria in altiſſimis Deo, ac in terra pax in hominibus bona voluntas.* Gloria, qua per Chriſtum genus humanum eſt glorioſum factum, ſupra cœlorum orbes euectum ac omnem ſupra principatum, & poteſtatem virtutemque elatum, vt habet magnus ille Apoſtolus. Pacem autem quam ipſemet, interponendo ſe, nobis reſtituit, coniunctis cum terreſtribus acſi cœleſtibus, ac nouam redeundi in cœlos ſemitam terrigenis gratuito donauit: Bonam autem voluntatem, qua ipſimet beneplacuit Patri, filium ſuum dilectum ad condemnatos nos mittere, vt probatam & acceptam Patri per ipſum ſalutem, quaſi conſentiens patri, in nobis expleret.

Luc. 1. — Epheſ. 1.

Hoc illud eſt cuius hodie feſtum celebramus: hoc Gabriel quoque demandatum ſibi officium exequutus, ac quidem inter Deum & homines toti reconciliationis pignora, rem equidem lætiſſimam, Virgini primus annunciet. D Nam miſerationum Pater, noſtri miſertus generis tranſgreſſionis noxa iam deperditi, manuum ſuarum operum recordatus eſt. Nec noſtrum penitus interitum videre ſuſtinens, primum quidem legem in tabulas lapideas ſcriptam per Moyſis manus tradidit. Poſtquam vero nihil ſcripta lex proficeret, viros diuino ſpiritu præditos miſit (Videntes & Prophetas appello) qui Dei vias omnes rectas docerent. Verum, cum illi, ad quos miſſi hi erant, obſtructis ſenſibus ſuis, nihil minus quam antea propriis affectus ſequerentur, nec ſi tamen nos fictionem ſuam Plaſtes ille deſpexit, ſed ex benigniſſimo mitiſſimoque ſinu ſuo ſuum eiuſdem ſecum maieſtatis, potentiæ & bonitatis filium ad indignos nos miſit, ad quos fines ſeculorum peruenere: ſanius fore exiſtimans, hoſtium ſuorum ſalutem perficere, quam tale ac tantum creationis ſuæ ſpecimen, ac perfectionis velut exemplar deſpicere. E

Filius patri æqualis.

Vni ergo ex præcipuis Angelorum, quem huius miniſterio myſterij præfeciſſet, talia vt puto, veræ maieſtatis ſuæ nuntius mandauit: heus inquiens, vade Gabriel Nazareth in ciuitatẽ Galilææ in qua puella Virgo habitat, deſponſata viro, cui nomen eſt Ioſepho, Virgini autem nomen eſt Mariæ. Vade, inquit, Nazareth. Cur nam? Quo gratioſiſſimum virginitatis decus, veluti roſam ſuaueolentem ex loco ſpinoſo ſibi omnipotens eligeret: tum etiam ob propheticam *Quoniam Nazaræus vocabitur.*

Quiſnam quem Nathanael poſtea, Dei filium & regem Iſrael prædicat. Cæterum conſueuit Gabriel circa Dei miniſtrando verſari myſteria, quemadmodum ex Daniele id cognouimus. Abi igitur Nazareth in ciuitatem Galilææ, quo cum cito perueneris, illud primum virgini nũcia, gaudii inquam, Euangelium, quod iam antea Eua amiſerat. Nec animam eius metu aliquo perturbes, nam gaudii non mœroris hoc indicium eſt: voluptatis, non triſtitiæ ſalutatio eſt. Quodnam vel fuit, vel contingat vnquam humano generi maius illo gaudium? dum diuinam naturam participat, & arcta cum Deo coniunctione vnum cum eo fit, ſecundum vnitatis adeoq; eſſentiæ rationem. Quid vero dignum magis admiratione, quã Dei videre deſcenſum ad vterum vſq; mulieris pertingentem: ô rem incredibilẽ! Deus inter membra mulieris, *cuius cælum thronus eſt, & terra ſcabellum pedũ eius.* Deus in vtero, qui patri ſuo coæuus cœlos inhabitat. Ecquid aliud præter exiſtimationem magis, quam Deum ſub hominis ſpecie apparere, vt tamẽ de propria deitate nihil ei decedat: Tu etiam vniuerſam videre naturam humanam cum Plaſte ſuo coniunctam, vt totus diuinus reddatur homo, qui primus ſub peccatum cecidit? Quid igitur Gabriel? Auditis his & cognito hoc mandato, diuina quidem voce ſibi denunciato, viribus autem eius longe ſuperiore exiſtente, inter metum & gaudium conſtitutus fuit. Nec enim fiduciam inde manifeſtam habens, nec tutum ſatis contradicere exiſtimans, diuinæ obſecutus voci ad virginem ſe demiſit. Cumque Nazareth iam perueniſſet, ad domum conſtitit: meditabundo nimirum ſimilis factus, ac ſecum quaſi hæſitans varijs proculdubio cogitationibus diſtrahebatur: talia puto apud ſe animo voluens: Vndenam Dei exequi conſilium aggrediar? veloci ne curſu ad thalamum contendam?

F — Iſai. 66. — Gabrielis cogitationes. — G

At animum virginis ſic terrebo? Tardius ergo accedam? Verum ceu animo furandi ingreſſus puellæ iudicabor. Pulſabone igitur fores? ſed quomodo? nec enim illud conſuetum Angelis eſt: nec quod corpore vacat, agere quicquam eorum poteſt, quæ vel apprehendunt vel apprehenduntur. Portamne prius aperiam? ſed & clauſa ea ingredi poſſum. Nomine eam vocabo? ſed territabo iuuenculam. Hoc ergo faciam: admittentis me conſilium, impetum moderabor. Intentio quippe eius eſt humanum ſeruare genus. Quod ſane conſilium, & ſi præter expectationem omnium quodammodo ſit, miſericordiæ tamen plenum eſt, reconciliationis ſymbolum. Quomodo autem ad Virginem accedam? aut quam aduentus mei cauſam primam dicam: num gaudii Euangelii, aut Domini mei inhabitationem, ac Spiritus inuaſionem: vel altiſſimi obumbrationem? ſic etenim Virginem exhilarabo. Indicabo ei ſtatim rem illam admirandam, accedam propius & ſalutabo eam, acclamabo ſubmiſſe, *Aue*, Cõmodus mihi liberioris ſermonis ingreſſus fuerit ſalutatio: Ipſum, inquã, *Aue* ceu pignus quoddam inſtituendi cum ea colloquii permittatur, mihi. Nam vnica hæc vox, Salue nullum apud puellam metus locum relinquet ac mentem eius penitus demulcebit. Ab ipſo igitur gaudii exordium ſumam, lætitiæ ſigna ſtatim ei annunciam. Decet enim laus ita præconiis reginam ſalutari. Hic etiam modus gaudium efficit: occaſio præterea commoda eſt. Hoc quoque mandatum animæ voluptatem inducit: Salutis hoc conſilium eſt & immenſi gaudij procemium.

H — Aue.

Hæc apud ſe animo voluens Archangelus, ad domum acceſſit. Ac ad Thalamum, in quo Virgo erat, cum perueniſſet, aperto clam oſtio ad eam ingreſſus eſt, & manſueta admodum voce Virginem compellauit dicẽs: *Aue gratioſa,*

A

Dominus tecum: Qui ante te, hodie vna tecum eſt, & ex te paulo poſt naſcetur. Illud quidem ab æterno, hoc vero ad tempus. Papæ, immenſam illam humanitatem: Papę, illam bonitatem.

Non fuit contentus gaudii ſigna prodidiſſe, niſi lætitiæ quinque auctorem in vtero Virginis deprædicaſſet.

Dominus tecum.

Hoc enim quod ait: *Dominus tecum*, ipſum adeſſe regem clare ſignificat: totum, inquam, eum in ipſa eſſe in corpus coactum, vt etiam nihil de propria eius gloria ceſſerit. *Aue gratioſa Dominus tecum.* Salue lætitiæ organum per quod delicti noſtri condemnatio expiata eſt, ac veri gaudii plena facta compenſatio eſt. Salue vere benedicta. Salue illuminata: Salue magnificum diuinæ gloriæ templum: Salue conſecratum regis palatium. Salue Thalame, in quo Chriſto humanitas deſponſata eſt: Salue electa Deo antequam nata fueris: Salue diuina cum hominibus reconciliatio: Salue Theſaure vitæ immarceſſibilis. Salue cœlum, ſolis gloriæ cœleſte tabernaculum: Salue Dei ager ampliſſime, quem nullus alius locus, niſi tu ſola, comprehendere poteſt: Salue ſancta virginalis tellus, ex qua nouus Adam ineffabili fictione formatus eſt, qui veterem ſaluti reſtitueret: Salue ſanctum Dei fermentum, quo tota generis humani maſſa conſperſa eſt, & ex vnico Chriſti corpore

B

ceu panis factus, in vnum, coiit incredibilis concretio.

Gen. 1.

Aue gratioſa. Dominus tecum, qui dicebat, fiat lux, fiat firmamentum, ac reliqua deinceps magnificæ creationis eius opera: Salua ſis immenſi gaudii genitrix. Salua ſis noua gloriæ arca, in qua Dei Spiritus delapſus quieuit: arca in qua nouæ ſanctificatio gloriæ. Qui ſuapte natura ſanctus, in vtero virginali, ceu naturæ officina, quoad incarnationem mirabiliter ſeipſum concluſit: non quidem vt quod eſſet, immutaret (mutari quippe non poteſt) ſed vt quod non erat, aſſumeret, humanitatis enim ſtudioſus eſt. Salue vena aurea, quæ eum fers, qui dulce Manna reddit, ac mel à petra ingrato Iſraeli elicuit: Salue Seraphica myſtici anthracis fibula: Salue contemplatiuæ cognitionis intellectuale ſpeculum, per quod celebres ſpiritus Prophetæ incredibilem Dei ad nos deſcenſionem myſtice adumbrauerunt. Salue dioptra perſpectiua, per quam qui in triſti peccatorum vmbra ſedebant, recipientes deſuper eum gloria venientem ortum iuſtitiæ ſolem, mirabiliter illuſtrati ſunt: Salue Prophetarum & Patriarcharum omnium ornamentum, necnon inueſtigabilium Dei oraculorum præconium veriſſimum.

Virginis Mariæ encomium.

C

Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Aevere quidem benedicta, nam benedixit te ſibiipſi Deus in tabernaculum. Quoniam paterna gloria ſuperabundantem hominem Chriſtum Ieſum eundem quoque Deum, perfectiſſimum in naturis ex quibus & in quibus conſtitit, ineffabili quodam modo in vtero tuo geſſiſti. Benedicta tu in mulieribus, quæ cœleſtem theſaurum, in quo alii omnes ſapientiæ & cognitionis theſauri ſunt reconditi, in tuto virginitatis tuæ velut promptuario liberrime complexa es. Vere tu benedicta; cuius venter, aceruus quidam areæ, quoniam fructum benedictionis, ſpicam immortalitatis, Chriſtum inquam, ſine ſeminantis ac coloni opera perfectiſſime produxiſti, meſſem copioſam infinita millia congratulantium ſibi de ſalutis noſtræ operario, adduxiſti.

Coloſ. 2.

Tu vere benedicta, quæ ſola quæ matribus omnibus digna es habita mater conditoris tui: Ac ita quidem, vt quæ matribus contingunt, ignorares, quippe quod ex te per partum prodiit, virginitatem tuam haud corrupit, nam qui formauit, idem quoq; communiuit caſtitatis tuæ ſignacula. Reuera benedicta tu, quæ ſola ſine viro concepiſti & in vtero eum geſſiſti, qui cœlos expandit, ac virginitatis tuæ terram cœleſtem reddidit. *Benedicta tu in mulieribus.* Quę ſola benedictionem es ſortita, quam Deus gentibus per Abrahamum promiſerat.

Gen. 12.

D

Vere tu benedicta, vt quæ benedicti pueri Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri mater es nuncupata. Propter quam Gentes acclamant: Benedictus qui venit in nomine Domini, & benedictum nomen gloriæ eius ſempiternum. Et implebitur gloria eius vniuerſa terra, fiat fiat.

Matt. 21.

E

Benedicta tu inter fœminas quam beatam omnes generationes prædicant, reges glorificant, quam Potentatus adorant, cuius in conſpectu ditiſſimi ex populo donalitant, quam & à tergo ſequentes & pereuntes virgines in regis templum comitantur. Benedicta tu in mulieribus, quã Eſaias Propheticis oculis conſpicatus propheteſſam & virginem nuncupauit: Lateram inſuper & locum viſionemque & libri caput idque ſigillo conſignatum manifeſte appellauit. Vere benedicta tu, quam Ezechiel Propheta verum ſolis ortum proclamauit, nec portam occluſam à ſolo Deo recluſam ac rurſus concluſam. Sola tu vere benedicta es, quam montem magnum, vir ille deſiderabilis Daniel vidit: Ac montem obumbrantem te, Abacuc ille admirabilis: Montem præterea Dei, & montem pinguem: montem quoq; iucundum, montem, inquam, quem Deo inhabitare placuit, quo propater tuus, & rex diuino afflatus ſpiritu cecinit.

Zach. 4.

Benedicta tu inter mulieres, quam Zacharias vir diuiniſſimus aureum ceu candelabrum ſeptem vidit lichnis ornatum, nimirum ſeptem illis ſancti Spiritus donis clarum &

F

lucidum. Vere tu benedicta, ſenſu intellectuque prædita, viuidi ſalutis noſtræ ligni Paradiſus, quæ ipſum horti Eden colonum, Chriſtum, inquam, Dominum intra te habes, figuris in te adumbratum: qui ineffabili quadam potentia fluminis inſtar viuiparum vterum tuum egreſſus, quatuor velut initus per Euangelium ſuum orbis faciem irrigauit.

Gen. 2.

Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Fructus, quo de comedens Adam protoplaſtus, euomuit veterem illam deuorationem, qua deceptionis eſcam ſumpſerat. Fructus, vnde non ex fonte defluit amarulentæ ligni deguſtationis quædam condulcoratio, humanam purgans naturam: qui fontes fluminum inſtar errantí in deſerto Iſraeli è petra elicuit, & aquas amaras in Mara dulces reddidit: panẽ inſuper pluit, nouum alimenti genus & inenarratum.

Exod. 15.

Benedictus fructus, qui ſteriles & amaras aquas per Eliſæum potabiles & fœcundas ſalis inſperſione effecit. Benedictus fructus ille qui ex incorrupto virginalis vteri ſurculo veluti perfectus mirabiliter matureſcens botrus enatus eſt. Benedictus fructus, ex quo fontes ſcaturiunt aquæ in vitam ſalientis æternam. Fructus, ex quo vitalis ille panis corpus, inquam, dominicum producitur, & immortalitatis calix, ſalutaris potu exhibetur.

4. Reg. 2.

G

Benedictus fructus, quem ſanctum omnis lingua celebrat, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, in triplicitate ſacroſanctæ quæ in trinitate eſt, Deitatis: Vnum & idem quod ad eſſentiam confitentes, proprietate vero eorum quæ peculiariter ſibi quiſque habet, in perſonas ſegregantes.

Phil. 2.

Benedicta tu inter mulieres. & benedictus fructus ventris tui. Hæc autem, inquit, turbata eſt ſuper oratione eius, & cogitabat apud ſe dicens: qualis eſſet illa ſalutatio. Turbata eſt, inquit. Num ex incredulitate aliqua mente fuit perculſa? abſit vt id dicamus, ſed pietate magis & reuerentia, propter inſuetum alloquium: magni proculdubio faciens vaticinium hoc quod ibi apparuiſſet.

Luc. 1.

Nec quemadmodum Zacharias antea in interiore templi parte incredulus extitit, vnde à genitalibus, ad formandæ vocis organa pœna ei tranſlata, cum modi imporeotia ſterilitatem commutauit, ſed velut omni vacans reprehenſione, & à qualicunque cum viro concubitu, vel etiam conſuetudine libera, cœleſtium rerum diligenti contemplatione aſſuefacta, animoque intenta, hanc mentis ſuæ perturbationem ex ſalutatione ſibi incuſſam ſenſit.

H

Conueniebat quippe eam meticuloſiorem (quod in muliere haud improbatur) exiſtentem, ſubito quidem animo hærere, ad ſe autem, ratione progreſſa, reuerſam, perpendentem ea quæ dicerentur, non leuiter, quod videri alicui poſſet, nec obiter aures loquenti præbere.

In muliere metus probatur.

Quare diſerte valde Euangeliſta adiecit dicens *Hæc autem cogitabat:* Ratiocinatrice nimirum puræ mentis facultate probans & examinans id quod cogitaret, ne quod diceretur ſibi temere arriperet. *Qualis nam illa, dicens, eſſet ſalutatio.* Veriſimile enim eſt ipſam, & de clara ſtirpe natam, & Dauidis filiam, haud ignaram diuinorum quæ in ſcripturis ha-

B. Virgo erudita.

A bentur oraculorum fuiſſe: vt cogitationes ſuas ſtatim conuerterit ad primæ parentis lapſum, in animo ſecum ſuo voluens deceptionis primæ caſum, ac reliqua huius generis à veteribus ſanctis hominum memoriæ relicta. Non ergo immerito Euangeliſta meditabundam illam fuiſſe ſcripſit.

Cæterum quo & ingenium quod ei eſſet, declararet: necnon cognitionis certitudinem firmitatemque poſuit etiam tanquam certum. Nondum enim honeſti iudicio ad rationis conſiderationiſve metam probato, haud conueniebat ceu ratam ſalutationem eam habere. Niſi quia animi illam perturbationem ſupprimere ſtudebat, verbum nullum fecerit, ſola autem quadam diſpoſitione, aliquantulum meditabunda, mentis commotionem quandam ſignificauit, motum decore pro ſermone vſa. *Qualis nam illa eſſet ſalutatio.* Quaſi diceret: Num ſola ego inter mulieres nouum naturæ modum inducam? Mene ſolam poſſibile eſt fœtum in vtero geſtare cum nullo congreſſam viro? Qualis nam hæc ſit ſalutatio? Quis illa aut vnde ingreſſus, qui nuncium hoc mihi apportauit? Hominemne eum qui mihi loquitur putabo? ſed corpore ceu vacans apparet: Angelum ergo eum cenſebo? Verum hominis inſtar loquitur. Quid, quod video, ſit ignoro, & ad ea quæ mihi dicuntur hæſito. Quid igitur Gabriel? Quamprimum puellæ terrorem cognouiſſet, nihil prorſus huiuſmodi cogitans, voce ſtatim ad eam emiſſa, inquit: *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum.*

Virginis cogitata.

B Prius itaque metum eius ademit, poſtea ſic ad fiduciam eam excitauit. Ne timeas inquiens, nacta es enim gratiam apud Deum, quam Eua perdiderat. Eo quod dicit, gratiam, ſoluit omnem ſententiæ ambiguitatem, & id quod antea videbatur ambiguum. Quod enim ſubiecit: *Inuenisti gratiam apud Deum.* Commode omnem excuſſit virgini metum: *Ne timeas Maria.* Non fraudulentus hic modus eſt: haud fallendi animo ad te venio: non impoſtor ſerpens rurſus tibi loquitur, non terrenus tibi nuncius adſum. Ex altiſſimis veni lætum tibi adportans nuncium: nec qualecunque lætum nuncium, ſed plenum gaudii lætum nuncium. *Ne timeas Maria.* Non fraudis hæc ſalutatio eſt, non triſtitiæ ſignificatio. *Dominus tecum*, qui vnus omnis

C gaudii largitor, & vniuerſi mundi conſeruator eſt. Tecum eſt, qui à ſinu patris auelli non poteſt: In tuo autem conceptus vtero eſt. Gratioſam te appellaui, vt myſterii quod in te eſt gaudium ſignificarem: Gratioſam te dixi, quod omne in ventre tuo gaudium receptum ſit: & quod ſtola tua vere ſit gratioſa diuinorum donorum ſplendore. *Dominus tecum*, acclamaui tibi, quo potentiam eius, qui in te eſt, manifeſtarem. Dominus enim & Deus, princeps pacis ipſe eſt & futuri ſeculi Pater, & tuus, nempe virginis filius, ac in vniuerſum omnium ſaluator. *Dominus tecum.* Gaudium & veritas tecum Dominus quidem legis, Gratiæ autem pater, ac veritatis fons. *Ne timeas Maria, Dominus tecum.* Omnis tati dominator: Patris luminum filius ab æterno ex ipſo genitus: temporali vero natiuitate ex carne tua progreſſus: Qui totus ſuperne in ſinu patris eſt, inferne autem totus tecum in vtero tuo eſt, ille ipſe tecum & intra te eſt: præueniendo namque te inſiluit, ac tuum ſuperingreſſus corpus eſt: In te adeo locum inuenit, qui loco ſecundum propriam naturam comprehendi nullo poteſt.

Iſa. 9.

D *Ne timeas Maria, nacta es enim gratiam apud Deum.* Gratiam, quam non accepit Sara: quam non ſenſit Rebecca: quam nec Rachel cognouit.

Inuenisti gratiam qua non digna eſt habita nobilis illa Anna, nec Phenenna, hinc è regione poſita: Quoniam hæ quidem matres ex ſterilibus factæ ſunt, amittentes vna cum virginitate orbitatem: Tu autem vt etiam mater ſis, virginitate tamen frueris quoque illæſa. Quapropter *ne metuas, inuenisti enim gratiam apud Deum.* Gratiam qualem non nactus eſt quiſquam ab æterno ſicut tu. Quæ etenim talis ſit gratia Dei, quæ ſummum fauorem mereatur? Nacta es itaque gratiam apud Deum. *Et ecce concipies in vtero, & paries filium, ac vocabis nomen eius Ieſum.* Papæ, rem admiratione dignam.

Primo quæſtionis ei dubium ſoluit: Poſtea mente

E quæ contineret, ſermone ſic aperuit: vide quoque quam ea breui peragat, pellit timorem, gratiam indicat, interpretatur conceptum, partum vaticinatur, nomen quo proles nata ſit appellanda ſubnexit.

Non vero finem hic verborum facit, ſed vt magnitudo quoque potentiæ declararetur infantis, ſubiecit ſtatim. *Is erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris ipſius, regnabitque ſuper domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

Vides qualiter virgini ademerit metum? Vides quantopere animum eius fiducia confirmet? Nam filium vocans altiſſimi & patrem pueri Dauidem nominans, erexit omnino mentem eius ſubito, quemadmodum quæ ſequuntur, declarant. Vide quoque virginis quantus intellectus ſit. Vt enim audiuit hæc, & eminentiſſimæ diuinæ voluntatis potentiæ cognouit conſtantiam, dixit ad Angelum: *Quomodo erit mihi iſtud, quandoquidem virum non cognoſco:* Rem mihi nouam (inquit) polliceris: Quæ ipſam ſuperant naturam mihi nuncias: Nuptias ego nullas expertus ſum, deſponſata enim ac nupta cum viro nondum fui, ſponſum futurum ego ſolum, at virum Ioſephum nondum cognoſco.

F Contubernalis eſt tantum, μνήστωρ, non etiam idem enim deſponſa ingreditur cubile. Vterus meus genitali ſemine vacat, nec cultus eſt. *Quomodo erit iſtud, quandoquidem virum non cognoſco.* Num enim inquit, me ſolam natura matrem ſine nuptiis declarabit? An ſola ego præter naturam naturæ incognitam generationem producam? Non ſunt peractæ nobis nuptiæ: virum non experta ſum, non enim cognoui Ioſephum: Tutor meus non maritus mihi cognitus eſt.

Virginis tutor Ioſephus.

Quomodo ergo iſtud mihi erit? Reſpondit illico Gabriel, & interrogationis huius craſſitatem ſublimitate contradictionis extenuauit, dicens: Quid ò beatiſſima hæc dicis? Cur talia fundis verba? Cœlitus ego aduenis nouum tibi conceptionis modum nuncians: non terrenus tibi loquor.

Dominum eſſe tecum dixi, & tu quomodo hoc mihi continget, ambigis? Hunc ego anteuertiſſe aduentum meum: & tuum ſubiiſſe vterum tibi nuncio, & tu de viro mihi diſſeris, ac terreno quodam partu, dicisque: *Quomodo iſtud mihi erit?* Quomodo erit tibi? cogita quomodo virga floruit: quomodo aquam petra ediderit, videnam ipſa fuit grauida? Quomodo rubi ignis arbuſta peruaſerit, vt tamen non cremaret eum: Si hiſce fidem habes, nec mihi diffidere debes.

G

Num. 17.

Exod. 3.

Qui enim tam hæc quam illa fecit, vnus & idem eſt, nempe qui in vtero nunc tuo geſtatur. Nouo itaque & præternaturali modo eius quo tu grauida es, pueri mater eris. Non ſicut Elizabeth, nec velut Anna quæ te peperit: Illæ enim virili perfuſæ ſemine matres factæ ſunt. Tu vero abſque viri opera filium paries ſine ſemine tibi conceſſum. Et ſi modum quo id fieri poſſit, ambigis, hunc quoque tibi aperte dicam; *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Non enim ex viri voluntate, nec ex voluntate carnis, qui naſcetur, proueniet. Non carnis interueniet voluptas matris Dei partui: Naturæ quippe terminos ſuperat. Et ſi naturali prorſus ratione deſtitutus eſt, eximiam igitur & naturali præſtantiorem ortus ſui rationem habet.

Luc. 1. Anna mater virginis Mariæ.

H

Non igitur paſſio vlla circa partum deorſum: quoniam nec circa generationem ſurſum ſubſecuta eſt. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi.* Vide qualiter Trinitatis manifeſtetur myſterium: Spiritum etiam ſanctum, dicens non alium quam Paracletum inquit. Per virtutem vero altiſſimi, aperte filium innuit. Nam voce hac, altiſſimi, Patris infertur perſona: hoc autem, obumbrabit tibi, illud dicere mihi videtur: quod vt puto Abacucantea (propheticis oculis intuitus) montem obumbrantem virgini nuncupauit: Tantum non ſpiritus potentiam ſubiungens, quæ obumbrarit eam: vmbraculum ineffabile, per ſe efficax in ipſa, pro incarnationis ratione, ſecundum quam inuiolabiliter corporis templum in libero à paſſionibus virginis vtero, omni expurgata materiali moleſtia & affectione, quemadmodum,

A dum, ex his quæ ſequuntur, patet. Ait enim : *Quapropter & quod naſcetur ſanctum , vocabitur filius Dei.* Nam qui ex ſancto Spiritu per ſanctum Patrem inſcrutabiliter, dum ante ſæcula eſſet , formatus eſt infans , merito ſanctus erit, & filius altiſſimi vocabitur, veluti altiſſimi prolatus ſermo coæuus. Oſtenſum igitur clare eſt virgini quidnam & vnde, qualeve quod in ipſa conceptum & ex ipſa proditurum eſſet Filius quippe Dei naſcetur.

Quo vero manifeſtius etiamnum certiuſque ei ſermonis huius vim declararet, Elizabetæ quoque conceptionẽ introducit. Ac ſi dicat: Quoniam qui matricem præter omnem ſpem prolificam in ſenectute reddere poteſt, nimirum virginem quoque grauidam præter rationem exhibebit palam. Vnde quoque infert: *Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*

His ergo auditis , maxime vero ſpiritus inhabitantis lumine mente illuſtrata, nec non animi mox quadam delectatione ob nuncium illud affecta, tota eſt quieta reddita : Et quemadmodum Scriptura Dauidem commemorat. B Grauoſa anima, in pulchritudine oculorum apparauit: Delectata quippe rem ob admirandam fuit, ac ſalutationem illam libenter agnouit. Fuit etenim gaudii ineffabilis plenum id quod ei dicebatur. Valde & adeo plane perſuaſit Gabriel. Virgini , vt reciperet libenter admirabile illud nuncium, eo quod ſubiiceretur. *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* Quid ergo inquit Euangeliſta? *Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum: tuum.* Vides intellectum, vides amictus honeſti excellentiam?

Poſteaquam enim cognouiſſet, edocta de conceptu, prolis generationem : quiſnam & cuius futurus eſſet filius quove eſſet nomine appellandus, & cui throno ſucceſſurus, quibuſve regnaturus ſit, ac denique regno eum , qui naſciturus eſſet, non fore, protinus lætitiæ nunciam vocem protulit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Illud nimirum palam dicens : Ecce prompta me expono, nec quod prohibeat id quicquam eſt. Parata eſt anima mea, & venter meus opportunus : nam intactus etiamnum eſt, C ſoli ſuo cuſtoditus conditori. *Ecce ancilla Domini.* Ad obediendum facilis, ad ſeruiendum parata, ad ſuſcipiendum prompta: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Poſtquam enim omnia (inquit) quomodo qualiterve ſint, opportune annunciaſti, vniuerſum illud perficiendum, gaudio & ſuprema gloria repletum eſt.

Ecce ancilla Domini , fiat mihi ſecundum verbum tuum. Euge, admirabilem diſpenſationem? Euge illius gratiæ? Vah libertæ illius & voluntatis & præſentiæ. Vere ſpiritus ſanctus cohabitauit virgini , & virtus altiſſimi obumbrauit ei, ſecundum præfinitum Dei conſilium & præcognitionem. Ac diſceſſit ab illa Angelus inquit. Quum commiſſum ſibi executus eſſet ſedulo miniſterium, diſceſſit ab ea Angelus. Verum Dominus non receſſit ab ea. Ille enim comprehenſibilis eſt, licet corpore vacet : hic vero comprehendi non poteſt, quantumuis in corpore & virginei vteri loco ſit concluſus. Ille præterea venientem prænunciauit ob ſalutem hominum ex virgine natum, hic vero noſtra aſſumpta ſub- D ſtantia in ſemetipſum transformauit, reſtituens naturæ ſecundam imaginem ac primam dignitatem , quam ob primorum parentum inobedientiam amiſerat. Quæ ſane ſurſus inducta conſedit in cœleſtibus ſupra omnem principatum, poteſtatem & virtutem, nec non ſupra omne nominatum tam in præſenti quam futuro ſæculo. Ei ſit gloria & imperium , & honor, & adoratio cum infinito Patre & ſacroſancto viuificanteque Spiritu , nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum,

Amen.

S. PATRIS NOSTRI ANDREÆ EPISCOPI CRETENSIS HIEROSOLYMITANI ORATIO HABITA IN venerabilem precioſæ & viuificæ crucis exaltationem. E

CRVCIS feſtum agitamus & fulgore collucet tota Eccleſiæ multitudo: Crucis feſtum celebramus, & lætitiæ ſplendore orbis facies refulget. Crucis feſtum celebramus, per quam tenebræ pulſæ ſunt, & lumen redditum. Crucis feſtum celebramus, & vna cum crucifixo in ſublime tollimur, vt terra cum peccato infra relicta ſuperna comparemus. Crux erigitur, & ſecum erigit humi abiectam hominum naturam. Crux erigitur, & dæmonum ferociam terret. Crux exaltatur , & fractæ aduerſariæ Satanæ vires decedunt, & eneruantur Crux exaltatur. Eccleſia conuentus celebrat. Crux exaltatur , & Ciuitates feſtum diem peragunt, F populique lætitia geſtiunt, Crucis ſiquidem meminiſſe, inſignis gaudii materia, mæroriſque imminutio eſt.

Sed quantum eſt crucis figuram aſpicere? Nam eam intuentem fortem efficit, atque à timore liberat. Talis eſt, tantaq; crucis poſſeſſio, & qui hanc poſſidet , poſſidet theſaurum. De auri me forſitan putatis loqui theſauro, aut margaritarum , aut lapidum pretioſorum Indicorum , quibus corporis ſui ſtudioſi, & nihil excelſi cogitantes ſeſe oblectant. Ego vero, id quod omnium bonorum pulcherrimum eſt, te ac nomine theſaurum iure appellauerim, in quo, & per quem, & in quem tota ſalutis noſtræ ſumma repoſita, & priſtino ſtatui reſtituta eſt. Si enim crux non foret, Chriſtus crucifixus non eſſet. Si crux non eſſet, vita ligno clauis ſuffixa non eſſet Si ea clauis affixa non eſſet, ex latere fontes immortalitatis ſanguinem & aquam, quæ mundum expiant, non fudiſſent; peccati chirographum diſruptum non foret, in libertatem aſſerri non eſſemus; ligno vitæ non frueremur; paradiſus non pateret, verſatilis romphæa è via Edem non ceſſiſſet, latro paradiſum non incoleret. G

Et quid his immoror; ſi crux non eſſet, Chriſtus in terra non fuiſſet? & ſi Chriſtus in terris non fuiſſet, non virgo, non ſecunda CHRISTI generatio fuiſſet; non humanitatẽ induiſſet DEVS; non fuiſſet partus , non præſepe , non faſciæ , non octauo die circumciſio , non exhibita parentibus obedientia; non ætatis progreſſus, non corporis incrementum , non apparitio , non baptiſmi vſus , non patrata miracula, non Iudas proditor , non Pilatus iudicans , non Iudæorum audacia in crucem agi indemnatum clamore poſtulans . Si CRVX non eſſet, mors proſtrata non eſſet, infernus non ſpoliatus, non enectus noxius ſerpens. Magna igitur & pretioſa res crux eſt. magna quidem, quia multa per ipſam bona effecta ſunt , & tanto plura , quanto magis Chriſti miraculis & cruciatibus potiores partes tribuendæ ſunt. pretioſa vero , quia DEI paſſio & trophæum crux eſt? paſſio quidem ob ſpontaneam in ipſa paſſionis mortem: trophæum autem, quia in ipſa diabolus ſauciatus, & cum eo mors deuicta eſt; atque inferorum clauſtra contrita ſunt , & communis vniuerſi orbis ſalus crux facta. H

Crux Chriſtianorum ſpes, deſperatorum ſeruatrix, tempeſtate iactatis portus , infirmorum medicatrix , perturbationum expultrix; ſanitatis reſtitutrix, interemptorum vita, lex pietatis , blaſphemiæ refrenatio . CRVX contra hoſtes arma, regni ſceptrum, diadema pulchritudinis, typus & exemplar non ſcriptum , virga potentiæ , firmamentum fidei, baculus ſenectutis, dux cæcorum, lumen eorum , qui ſunt in tenebris, inſipientium inſtitutrix , inſanientium magiſtra , peccati ruina, pœnitentiæ index, iuſtitiæ forma. CRVX ſcala in cœlum deducens, via ad virtutem adducens, vitæ conciliatrix, mortis ſolutio, corruptionis abalienatio , ignis extinctio , in DEVM fiducia , clauis regni cœlorum. CRVX cuſtos in nocte, in die turris, in tenebris manuductrix , lætitiæ frenum, triſtitiæ oblectamentum, reconciliatrix, ſupplicatrix? amicitiarum conciliatrix, patrona, propugnatrix, adiu-

A adiutrix. CRVX in tentationibus auxiliatrix, in periculis dans ſalutem, in mœſtitia ſolans, in neceſſitatibus opitulans, in mari gubernatrix, in calamitatibus refrigerium. CRVX noctu ſeruat dormientes, vigilat cum vigilantibus, laborantes adiuuat. CRVX languidorum vires, laborantium quies, eſurientium alimentum, ieiunantium robur, pugilum alipes, nudorum tegumentum, comes peregrinantium. Crux diuites modeſtos retinet, pauperibus proſpicit, viduas protegit, orphanorum auxilium & nutrix eſt. Crux Principum honor, Regum potentia, belli ducum victoria, caſtitatis ſignaculum, coniugii vinculum. Crux ciuitates cuſtodit, domos tuetur, amicitias conglutinat, ab inimicorum iniuria vindicat, hoſtibus reſiſtit, Gentes perſequitur, Barbarorum ſtimulus, pacis arbitra eſt. Crux charitatis gubernatrix, mundi reconciliatio finium deſcriptio, altitudo cœli, terræ profunditas, creaturæ coagmentatio, orbis apparentis longitudo, latitudo mundi, & vt paucis complectar, crux Chriſti paſſionum ſumma, B miraculorum nobis factorum corona.

Hæc & Chriſti gloria appellatur, & Chriſti exaltatio dicitur. Hæc & calix deſiderabilis intelligitur, & cruciatuum, quos pro nobis Chriſtus perpeſſus, concluſio. Quod vero Ioan. 13. Chriſti gloria ſit crux, audi ipſum dicentem: *Nunc clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo: & continuo clarificabit eum.* Et rurſus: *Clarifica me tu Pater claritate quam habui, antequam mundus eſſet, apud te.* Et iterum: *Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: & clarificaui, & iterum clarificabo*, Ioan 12. illam ſignificans gloriam, quæ tunc in cruce conſecuta eſt, elementorum ſcilicet immutationem, & commiſerationem? oportebat enim cum creatore & creaturas cõdolere. Quod autem exaltatio quoque Chriſti, crux ſit accipe? Quid ipſemet ait? *quando ego exaltatus fuero, tunc omnes traham ad me ipſum.* Vt & alibi dicit: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* quare? *vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam* Ibidem. Ioan. 3. Vides quod gloria & exaltatio Chriſti, crux ſit.

C Cognoſcere vis, quod vbi exaltatio, ibi & gloria conſequatur, audi DAVIDEM dicentem: *Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua.* Et iterum ESAIAM, quaſi in perſona CHRISTI: *Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc glorificabor.* Pſal. 107. Eſai 33. Quoniam igitur exaltatio eſt gloria, exaltatur autem crux hodie, glorificatur vtique & CHRISTVS. Sicut enim CHRISTI gloria crux, CHRISTVS ergo eſt altitudo crucis. Crux ergo hodie exaltatur, vt glorificetur CHRISTVS, non exaltatur CHRISTVS, vt crux glorificetur; ſed exaltatur crux, vt CHRISTVS glorificetur: glorificatur autem Chriſtus, vt nos ſecum exaltet. Exaltatur ergo Crux, & ſimul in altum piorum ſenſa erigit. Glorificatus CHRISTVS, & ſimul glorificat honorantes eum. Exaltatur crux, & dæmonum deprimit ſupercilium, glorificatur Chriſtus, & confundit mali auctorem ſerpentem. Exaltatur crux, & lapſos ſurrigit. glorificatur CHRISTVS, & eorum, qui per peccatum ceciderunt, emaculat ignominiam. Exaltatur crux, & ruunt idola. glorificatur Chriſtus, & terrore percellitur diabolus. Exaltatur crux, non ſolum propterea, quod in ea Chriſtus exaltatus fuerit, ſed quod manifeſta facta Iudæorum ſtoliditatem redarguat. Quando facta manifeſta? Sub Imperatoribus in Chriſtum credentibus, non, vt quidam prioribus ſæculis finxerunt, multis ub ſermonis phaleras in errorem inductis? ſed D diuina & ſyncera virtute, & omnino fidei viribus & ſoliditate; Dei ſiquidem repoſitus theſaurus erat. Poſtquam enim à morte in cruce, vitæ & mortis Dominus, tribus poſt diebus reuixit, inuidiæ ſtimulis agitati Iudæi & timore perculſi, ne quid ex venerabilibus, & ſacris paſſionis illius inſtrumentis, Iudæis quidem in vindictam, Chriſtianis autem in tutelam reſeruaretur, depoſitum theſaurum in ima terra defoderunt, crucem intelligo, & omnia quæ ad crucem pertinent, clauos, lanceam, & titulum à Pilato ſcriptum, crucique affixum.

Deinde cum Deus Chriſtianis regia ſceptra, & vniuerſum Romanorum Imperium tradidiſſet, eidem tunc placitum eſt, crucem pandere per piam mulierem, mulierem regiam, mulierem regali animo, filio tunc Chriſtianis imperante, & ſine difficultate, ac diuino, vt ita dicam, inſtinctu eam ſapientia inſtruere, vt partim quidem regia ſeueritate, partim vulgari perſuadendi ratione inſtaret? & omnia quæcunque inflexibilem IVDÆORVM mentem inflectere poterant, vt regiam perſonam decebat, adferret. Ceterum celerius quæritanti imperatrici communis obuenit theſaurus, DEO fœminæ donum illud ſpeciatius offerente: hanc, inquam, tanto hodie honore exaltatam DOMINI crucem, & cum hac omnia, quibus ſacroſancta illa mundoque ſalutaris paſſio peracta eſt: ob hoc igitur ferias hodie & feſtum agimus, quia olim occultatum ſanctum, manifeſtum hodie factum eſt; quia in abſcondito theſaurus ex terræ fodinis auri inſtar refulſit; quia terra obrutum nobiliſſimum Chriſtiani Imperii labarum, retectum eſt? quia ceſſauit dæmonum procella, cruce apparente; quia gladius à CHRISTO contra inimicos fabricatus ex terra conſpicuus factus eſt; quia ſuum ipſius ornatum hodie reſumſit Eccleſia? quia quam perdiderat drachmam, regale inuenit Imperium. Hæc CHRISTI crux eſt? Domini ſignum? ſalutis armatura, regia potentia: victoriæ trophæum, inter ſuperna & inferna medium, in fide conſtantium claſſis & ordo, faſtigium Apoſtolicum, ſpecula prophetica, martyrum corona, Chriſtum adorantium arrha.

Ex quo enim crux, CHRISTVS adoratur, ex quo crux, DEI filius agnitus eſt, ex quo crux, cum Patre filium adoramus? ex quo crux, Iudæorum res peſſum ierunt, Græcorum Religio extincta eſt, CHRISTIANORVM præualuit, aer expiatus eſt; ſanguine in aris effuſo liberati ſumus, cultum ſeu ſacrificium incruentum guſtauimus. Ex quo crux, à dæmonum nidore liberi ſumus, ſpiritualem odoris ſuauitatem ex vnguento effuſo percipimus? ex quo crux, fabuloſæ DEORVM genealogiæ euanuerunt? ex quo crux, Ieſu ſecundum humanam naturam, generationis myſterium cognouimus; ex quo crux, ſummum illud principium ex principio priore, principii experte, procedere didicimus? ex quo crux, fidem in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum edocti ſumus, & Græcorum inanes ac pernicioſas fabulas de DEORVM multitudine excluſimus. Ex quo crux, typicorum ſignorum vmbras diſpulimus, & in lucem veritatis, quæ eſt in gratia, reſtituti ſumus. Ex quo crux contemptui eſt mors, G obſtupuere dæmones, confracta ſimulacra, animalium ſacrificia ſublata ſunt, idolorum templa euerſa. Vbique ECCLESIÆ, altaria, pſalmodiæ, ſtationes totis noctibus, ſermones de rebus diuinis, baptiſmata, fidelium conſenſus, ſcripturarum cognitio, terræ deſpicientia, cœli acquiſitio, DEI communicatio. quid neceſſe multa dicere? ex quo crux, Angelorum ciues ſunt homines, & ipſum cœlum terrigenis patet, & Deus inter homines verſatur

Sed ô crux, Chriſti ac noſtra ſumma gloria. ô lignum nobile, in quo CHRISTVS extenſus eſt. ſtirps immortalitatis, ex qua CHRISTVS botrus vitalem nobis effudit potum. O crux, per quam dirupto peccati chirographo libertatis contractus deſcriptus eſt. O crux, plurimorum bonorum theſaure, paradiſum reddens, regnum tradens, peccata delens, recte factorum auctor. Te CHRISTVS in te crucifixus, lignum immortalitatis declarauit. Te CHRISTVS in te affixus viæ ad cœlum ducentis ſcalam H eſſe voluit, Te CHRISTVS in te pendens benedictionis largitricem fecit. Te CHRISTVS in te expanſus, eorum, qui catenis conſtricti, vinculis relaxandis præfecit. In te CHRISTVS voluntarie exaltatus, mundum ſecum exaltauit. In te Chriſtus pro nobis exaltatus, exaltatum æneum Gen. 49. ſerpentem publice notauit? non amplius ſerpens mordens, Num. 21. in via calcaneum obſeruat? non amplius æneus ſerpens Deut. 21. mordentium ſerpentum medetur morſibus, ſi aſpiciatur? non amplius maledictus omnis qui pendet in ligno. Quo modo & ratione? benedicto puero IESV, DEI filio, maledictionem in benedictionem commutante; non amplius execranda crux, cum maledictum cruci affixum, & à Chriſto ſublatum fuerit, ſubſtituta in locum eius benedictione.

Hæc CHRISTI crux omnibus nos bonis cumulauit. Hæc crux Domini, multis appellata eſt nominibus. Crux Pſal. 44. dicitur, virga directionis, regni, virtutis, hæreditatis. *Thronus tuus, Deus, in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga regni tui*

A *Pſal. 109.* *Pſal. 22.* *redemiſti virga hæreditatem tuam: virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion,* Baculus; *virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* lignum vitæ; Vitæ lignum eſt omnibus amplectentib. eam, vt quę in Domino firma ſit ac ſtabilis. lignum vbinam plantatum? Dauid edocet: *ſecus decurſus aquarum.* *Pſal. 1.* Qualium aquarum? A Deo inſpiratarum ſcripturarum. Scabellum. *Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.* *Pſal. 98* Locus: *ingrediamur in tabernacula eius, adoremus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Si dedero* *Pſal. 131.* *ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniero locum Domino tabernaculum Deo Iacob.* Hanc crucem, Patriarcha Iacob, cum permutatas olim manus nepotibus imponeret, ſymbolice præſignificauit. *Gen 48* Huius idem figuram exprimens, in virgæ apice Ioſeph adorauit. Crucis typus fuit eiuſdem Patriarchæ Iacob virga, cum tranſiuit Iordanem, ait enim: *In virga mea tranſiui Iordanem*: *Gen. 32.* Et paulo ante crucis ſignum oſtenſum eſt Abrahamo, inter media arietis cornua expreſſum, *Gen. 22.* quando typicum ſacrificium, crucifixi repræſentationem, per ouem myſtice peragebat.

B Crucis figuram geſſit & Iſaac, aſſumptis ſacrificii lignis, ſequens celeri pede patrem, qui ad eum ipſum ſacrificandum properabat. Crucis virtutem habuit virga Moſis in ſerpentem conuerſa, & transformans Ægyptiorum virgas; has quidem deuorans, illis autem flumen cruentans, ne biberent, & aliquando quidem ranas ex aquis ex improuiſo educens; aliquando vero locuſtas, & ciniphes, & tenebras palpabiles, & quæcunque ad Ægyptiorum plagas pertinent, efficiens. Crucis typum geſſit eadem Moſis virga, quando mare rubrum huc & illuc diuiſit, ita vt ipſæ aquæ vniuerſo populo muri inſtar eſſent. Crucis ſignum exhibuit columna ignis & nubis, quibus deducebat Deus errantem Iſraelem, & ex Ægypto profugum. Crucis figuram formabat & Moſes in monte manus in altum extendens, *Exod. 17.* cum oppugnante Ioſue alienigenam Amalec, ille quidem ab Aarone & Hur ſuffulciretur, Iſrael vero præualens vinceret. Crucis typum continebat & virga, quæ in deſerto percuſſit petram, aquarumque fœcundam reddidit. Quid vero Iſaias, qui lignea ſerra in partes diſſecabatur, an non crucis exprimebat typum? Omitto dicere Aggæum cruci- *4. Reg. 2.* fixum, & Siſaram clauo ſuffixum perſpicue crucem præde- *4. Reg. 6.* monſtraſſe. C Sed & Heliæ meloten auſim dicere crucis virtutem ſignificare, quando Iordanis vndas in duas partes diuiſas, ſicco pede tranſiuit. Eliſæi miraculum, quo loco ponemus, cum ligno aquæ immiſſo ex fluminis profundo ſecuris ferrum ſuſtulit, leui, id quod graue erat, attollens? Quid virga, quæ nuces progenuit, nonne clare crucem de- *Num. 17.* pingit?

Magna profecto res crux eſt, tot ſcripturæ locis teſtata & præfigurata, & ea quæ virtute illius quotidie patrantur miracula, prius deſcribere, & prædelineare conſueta. Adorare crucem, quia per ipſam Dominum cognouimus. Adoranda crux, quia in ipſa crucifixum benedicimus. Adoranda crux, quoniam per ipſam benedictionem accepimus, & à maledicto liberati ſumus. Adoranda crux, quoniam per ipſam, cum amarum ligni inobedientiæ euomuiſſemus cibum, ſuauitatem ſalutis guſtauimus. Benedictum lignũ, per quod Gentes benedictæ ſunt. Benedictum lignum, in D quo Deus corpore ſuo extenſus eſt & quid hoc admirabilius? Cernere Deum in cruce pendentem, & quidem inter latrones. Benedictum lignum, per quod latro paradiſum inhabitauit: & ligni eius amarum expulit edulium. Quid hoc mirandum magis? quia quem locum clauſit deceptus Adam, hunc aperuit latro, ad veri Dei agnitionem euectus, & à quo ille loco exterris factus eſt, huius iſte, inuitatus, adſcriptus eſt ciuis. O congruam permutationem! Egreſſus eſt fur, & loco eius ingreſſus eſt fur: ille quidem ob præuaricationem, hic vero ob agnitionem. ille ſeductus ab eo, qui illum ſupplantauerat; hic vero ſimul crucifixus cum eo, qui ipſum creatat.

Benedictum eſt lignum, ex quo arca fabricata eſt, mundum in diluuio ſymbolice conſeruans. Benedictum eſt lignũ, ex quo cũ latro comediſſet, deliciis cumulatus eſt. Benedictum lignum, ex quo cum Adam communis parens non comediſſet, mortem prius cum vita permutauit, vt qui B nimia præcipitantia lignum ſcientiæ deguſtaſſet, poſt illo ligno ſumpto, eius pinguedinem ſenſit, & reuocationem inuenit. Benedictum eſt lignum, per quod curuatur brachium ſuperbum, & ceruices inimicorum inflectuntur, & terga dat Barbarus, & fugit Scytha nemine perſequente. Quapropter mecum hodie vocem attollite, & cum Scriptura crucis theſaurum veneremur Scripturæ teſtimoniis. Theſaurum vero appello crucis, Chriſtum filium Dei, ad quem decentius eſt noſtra referre eloquia, dicendo: *Omnes gentes, quas feciſti, venient & adorabunt coram te Domine, & glo-* *Pſal. 85.* *rificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es ſolus Deus.*

ORATIO SECVNDA

S. PATRIS NOSTRI ANDREÆ ARCHIEPISCOPI CRETÆ HIEROſolymitani, in exaltationem venerandæ crucis.

F

MOVSAMVS hodie, chariſſimi, labia, vt Cinyram. Aſſumamus pſalterium & citharam. Pſallamus, Deo, pſallamus ſapienter, canamus ea, quæ ad exaltationis gloriam pertinent. Oſtendamus in quot Scripturæ locis, res & vox exaltationis reperiatur, videamuſque, ſi quo modo intelligere valeamus inde crucis exaltationem magnam & cœleſtem: eiuſque inuentionem non temere celebrari in Dei Eccleſiis, quæ ſunt in vniuerſa terra. Exaltatur ergo crux ex terræ receſſibus educta, quæ paulo ante propter inuidiam celabatur. Exaltatur crux, non vt gloriam accipiat (quam enim maiorem cõſequi poſſet gloriam, quam quod Chriſtus in ea fixus?) ſed vt glorificetur Deus, qui in ea adoratur, & per eam prædicatur. Exaltatur crux, vt cornu noſtrum ſecum extollat. Exaltatur crux, vt humiliet ſuperbum. Exaltatur crux, vt alliget fortem, & per nos vaſa eius diripiat. Exaltatur crux, vt oſtendat inanem eſſe Iudæorum inuidiam; ne theſaurus vitæ in terra defoſſus maneat; vt nos margaritam recipiamus, quam qui Dominum crucifixe- G runt, vel inuiti pateſecerunt.

Quoniam enim fieri nequibat, vt perpetuo lateret vitæ theſaurus, multifariam vero miſeri examinati, & à ſua ipſorum conuicti malitia non poterant perpetuo latere oculum, qui nunquam clauditur, quid facit Deus, qui in ipſo & per ipſum vniuerſi mundi ſalutem in medio terræ operatus eſt? Imperatrici quidem, vt paulo ante diximus, ardens immittit deſiderium, illis autem timorem incutit, qui totam illorum vitam conturbabat. Illi vero, cum viderent, fieri non poſſe, vt ab inquiſitione (crucis latentis) deſiſterentur, oſtendentes ſe ſua ſponte facere, quod faciebant inuiti, inprimis venerandum Domini ſignum manifeſtarunt. Illa autem tanquam ex aliquo proceſſit firmamento, nempe ex terrę penetralibus, inſtar ſolis, radios Dominicos emittens. Proceſſit itaque ex terræ adytis Domini ſignum, per quod inferorum concuſſæ cauernæ, abſoluerunt animas, quæ il- H lic detinebantur. Proceſſit tanquam ex cubili ſponſus, ex terrenis thalamis crux Domini, per quam Chriſto deſponſa, quæ ex gentibus Eccleſia, depoſuit multiplicem gentilium impietatem. Proceſſit intelligibilis illa fidelium margarita coronæ Chriſti, tanquam lampas, infixa, vt vniuerſum terrarum orbem irradiet. Proceſſit ornamentum Eccleſiæ, crux Domini, vt vniuerſam terreſtrem naturam e decoret. Proceſſit tanquam ex cuſtodis inſons, vt ſontes reuocaret; ex vinculis, quæ teneri & vinci nequit, vt vinctos vinculis exſolueret; ex tenebricoſis locis lucerna lucis, vt diſiecta ignorantiæ nocte lux cognitionis affulgeret.

Iure igitur Eccleſia cruci Domini gratulans veſte ſua amicitur, & ſponſæ oſtentans pulchritudinem diei huius cohoneſtat Præſentiam. Merito etiam ingens hæc multitudo hodie congregata eſt, vt & crucem hodie pateſactam

A contempletur? Chriſtumque ſimul in illa exaltatum ado-
ret, patefacta enim eſt, vt exaltetur, exaltatur vero vt ma-
nifeſtetur. Quænam? illa videlicet, quæ paulo ante in loco
Caluariæ abſcondebatur, nunc autem vbique adoratur.
Huic hodie diē feſtum dedicamus, huius gratia in vnum
cóuenimus, Hoc præſentis feſti caput eſt, & myſterii decla-
ratio. Sed iam tempus monet, vt exaltationem ipſius cru-
cis Scripturæ teſtimoniis confirmemus. Hoc enim paulo
ſuperius polliciti ſumus, etiamſi præcurrens oratio: ea quę
in medio erant, præteriit. Oportebat enim, oportebat, ab-
ſconditū & vitale illud lignū patefieri, & è ſublimi, inſtar ci-
uitatis ſuper montem ædificatæ, vel inſtar lucernæ ſuper
candelabrum elatæ, vniuerſo mundo demonſtrari.

Ea de cauſſa cum primi primitus Chriſtiani prima regni
ſceptra ſuſcepiſſent, cum triumpho totius ſimul Eccleſiæ,
velut ex excelſa quadam ſpecula, iuſſerunt eam in altum
extolli, & oſtendi toti cœtui. Et hoc eſt, quod nunc faci-
unt, qui clauum ſuſceperunt pontificium. In excelſum Ec-
cleſiæ locum conſcendentes, & hanc glorioſiſſimam & ma-
xime adorandam crucem in altum extollentes, eleuant, &
ſæpe in ſublime extendentes populis oſtendunt, tantum
non clamantes. Ecce inuentus eſt qui abſconditus fuerat,
Pſal. 43. ſalutis theſaurus. Ecce ſignaculum, in quo ſignati ſumus.
Ecce crux, per quam crucifixo cogniti ſumus. Ecce *cornu, in*
quo inimicos noſtros ventilabimus, in quo pedicas & plagas ini-
B mici ſine damno pertranſimus, quo confiſi ictus Dæmo-
num, infantium iacula arbitramur. Ecce hodie ante ocu-
Pſal. 98. los ex aduerſo vitam pendentem conſpicamur. Audiamus
ergo Prophetam dicentem: *Exaltate Dominum Deum no-*
ſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.
Canamus cum Dauide Dauidica modulamina: *Exaltare ſu-*
per cælos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua. Exaltare, qui
Pſal. 107. *iudicas terram, Exaltetur manus tua. Firmetur manus dextera*
Pſal. 93. *tua. Exaltetur manus tua, ne obliuiſcaris pauperum tuorum in fi-*
nem, ſed in beneplacito tuo exaltetur cornu noſtrum. Ingredia-
mur in ipſum Scripturarum paradiſum. Decerpamus &
mutuemus inde, tanquam flores, ea, quæ huic tempori
ſunt opportuniſſima. Accipiamus viæ duces Prophetas, qui
de crucis exaltione vaticinati ſunt.

Num. 21. Sit autem primus Moyſes famulus Dei & legiſlator, qui
C æneum illum ſerpentem exaltauit: non vt glorificaretur,
ſed vt publice notaretur, & vt inter æris rubiginem vitii-
que virus collatione inſtituta, veluti in iudicio, oſtende-
ret, æris cum malo conuenientiam. Exaltatus eſt igitur æ-
neus ille ſerpens, non vt præfiguratio vel figura crucis, ſed
vt typi anntypus, vel typus metaphorice acceptus. Eleua-
Exod. 17. uit & ipſe Moyſes aliquando manus, in figuram cruci-
fixi Chriſti, & eius, quæ nunc exaltatur, crucis. Stet Sol
contra Gabaon & Luna contra vallem Ailon, precatus eſt
Ioſue 10. quondam Ieſus conſumens Amalec: non tantum vt cru-
cis diem, qua tenebræ ſuper vniuerſam terram diffuſæ
ſunt. prænotaret, neque vt die illo confirmaret altitudi-
nem potentiæ Dei, & brachium aduerſus hoſtes eleuatum,
ſed vt & crucis exaltationem præſignificaret, & in eam e-
ius, qui Sol gloriæ eſt, aſcenſum præfiguraret. Adducit &
Abraham in figuram myſticæ victimæ ſacrificium. Sed
Gen. 22. continuo voci ex alto demiſſæ obtemperans arietem,
quem in planta Sabec viderat, in excelſo montis faſtigio
ſymbolice ſacrificauit, præfigurans crucis in altum ela-
tionem.

Daniel. 3. Suſtulerunt olim manus in altum Azarias & ſocii in Ba-
D bylonicæ fornacis igne precantes, & elatam in altum ignis
flammam extinxerunt manuum extenſione, crucem exal-
Iona 2. tatam adumbrantes. Eleuauit aliquando IONAS vocem,
manibus in crucis formam ſublatis, & ſtatim virtutem ex
alto attraxit, ſine noxa e bellua eiectus. Eleuauit aliquan-
Iudith 13 do celeberrima illa Iudith acinacem in Holofernis dor-
mientis caput, crucis præfigurans exaltationem, ſalutem-
que Iſraeli peperit. Eleuauit aliquando in lacu leonum
Dan 13 Daniel vocem ad Altiſſimum, crucis exaltationem
prædelineans, quando prandium Propheta Abacucei
attulit, momento temporis raptus. Et quænam ſententia
Hierem. Hieremiæ, ex perſona eorum, qui Dominum occiderunt,
11. dicentis: *Venite mittamus lignum in panem eius, & deleamus*
e terra vitam eius. Quid autem ille Iſaiæ ſibi voluit his ſi-
militer dicentis, alicubi quidem, *Tanquam ouis ad occiſionem* E
ductus eſt. Et, vt agnus coram tondente ſe obmutuit. Et, in humi- Iſa. 53.
litate eius iudicium eius ſublatum eſt, quoniam tollitur de terra
vita eius. Alicubi vero *& ipſe peccata multorum tulit.* Vbi niſi
in crucis ligno, in qua & panem cum affixiſſent, non prius
dimiſerunt quam in altum erexerunt, in teſtimonium ſpe-
ctatorum, & in figuram hodiernæ exaltationis. Hoc vero
quid aliud eſſe cenſebimus, quam crucis exaltationem &
oſtenſionem, ſicut & occiſionem ouis in crucem ſublatæ:
& affigentis peccata mundi, quo ipſo crucis exaltationem
perſpicue demonſtrat. Et ſatis quidem fuerit hactenus ad-
duxiſſe Scripturæ teſtimonia, quæ crucis exaltationem
prænunciarunt, ne forte multis oratio tædium & ſatieta-
tem afferat.

Nos vero Chriſtum in illa adorantes, intelligamus po-
tentiæ eius magnitudinem, & quanta per illam circa nos,
diuina diſpenſatione, ſint perpetrata miracula: ſicut dicit
diuiniſſimus Dauid: *Deus noſter Rex ante ſecula ſalutem ope-*
ratus eſt in medio terra. Quod autem in medio terræ Cal- Pſal. 73.
uariæ locus ſitus ſit, nemo dubitet, Neceſſe enim erat, vt,
quaſi in plani circuli deſcriptione, infigeretur in medio v-
niuerſæ terræ ſalutare lignum, vt velut alter è cœlo reſplen-
dens Sol, iuſtitiæ ille medio cœlo Sol inuectus, tanquam ex
quodam crucis firmamento, luciſluos ſuos radios, occi-
dens in cruce, vibraret illis, qui in terræ tumulis detine- F
bantur. Crux hæc & lignum aſpectabile eſt, & ſignum cre-
bro in Scriptura appellatur. Quid enim eſt, quod DAVID
ait: *Fac mecum ſignum in bonum.* Et, *Signetur ſuper nos lumen*
vultus tui Domine. Et, *Dediſti metuentibus te ſignificationem,* Pſal. 85.
vt fugiant a facie arcus, quam quod & ipſe Dominus in E- Pſal. 4.
uangelio clamat: Et *tunc videbunt ſignum filii Dei*, Et ante Pſal. 59.
hæc. *Signum quærit generatio iſta, & ſignum non dabitur ei, ni-* Matth 24.
ſi ſignum Iona Prophetæ. Quod & ipſum per crucem demon- Matth. 12.
ſtratur. Simeon autem, qui Deum vlnis tulit Virginem Luc. 2.
benedicens quando DEVM ſub imagine infantis excepit,
quid ſibi vult his verbis: *Hic poſitus eſt in ruinam, & in reſur-*
rectionem multorum in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur.
Cuius Crucem nomine ſigni perſpicue ſignificauit.

Quin & potentia crux nominatur. Quid enim dicit Da-
uid? *Notam feciſti in populis potentiam tuam.* Et brachium, *re-* G
demiſti in brachio populum tuum. Quod autem Chriſti vir- Pſal 76.
tus ſit crux, audi Paulum dicentem: *Verbum crucis pereunti-* Ibidem.
bus quidem eſt ſtultitia, nobis autem qui ſaluamur, virtus Dei 1. Cor 1
eſt. Audi & ipſum Chriſtum dicentem ad ad Moyſem, *In-*
durans indurabo cor Pharaonis, vt oſtendam in illo omnem virtu-
tem meam. Virtutem hic ſignificans eam, quæ per virgam
Moyſis non ſine crucis typo demonſtrata fuit, multorum
vtique mirabilium operum effectricem, per quam et ad-
miranda illa prodigia ſua demonſtrabat. Sic nos de cruce
ſentire & exiſtimare edocti ſumus. Sic populum fidelem
perpetuo adhortamus colere & venerari crucem. Per illam
enim quaſi per ſagenam captæ ſunt gentes, fides vbique
diſſeminata eſt. Hac enim Chriſti diſcipuli, tanquam ara-
tro, infœcundam hominum naturam coluiſſent, & vbe-
rem vberemque Eccleſiæ ſegetem effeciſſent, eorum,
qui in Chriſtum crediderunt, magnam meſſem repor-
tarunt. Hac confirmati Martyres, & huic procidentes,
verberarunt eos, qui feriebant. Per illam Chriſtus agnitus
eſt, & fidelium Eccleſia ſcripturam perpetuo euoluens,
eundem indocit Chriſtum DEI filium, & ipſum per ſe
Deum, & ipſum per ſe Dominum, magna voce claman-
tem: *Siquis vult poſt me venire, tollat crucem ſuam, & ſequa-* H
tur me. Per ipſam florent res CHRISTIANORVM, & in
omnem partem propagantur. Per ipſam regnum robo-
ratur, Reſpublica ſtabilitur, cadunt inimici, ſupercilium Luc 9.
barbarorum deprimitur, Iſmael interficitur, Dæmones
fulmine percelluntur. Quoniam in ipſa & per ipſam nos
ſaluos fore credimus, & in ipſa. omnis caro, ſicut ſcri-
ptum eſt, *videbit ſalutare Dei noſtri*, &, *videbunt Iudæi, in quem* Iſai 52.
confixerunt. Nos vero, qui in lumine eius ambulauimus, Zach. 12.
cum ipſa glorificabimur, & regnabimus ſimul cum Deo
circa Trinitatem cum Angelis choreas ducentes: quæ ado-
ratur in Patre, in Filio, & Spiritu ſancto, nunc & ſemper,
& in ſecula ſeculorum, Amen.

A

GREGORII TVRONICI HISTORIÆ FRANCORVM, LIBRI Decem.

IN QVIBVS OMNIBVS NON SOLum Francorum res geſtæ, ſed etiam martyrum cum infidelibus bella, & Eccleſiaſticæ cum hæreticis concertationes exponuntur.

GREGORII TVRONENSIS VITÆ BREVIARIVM.

B

GRegorius Colleto Galliarum tractu fuit exortus, Aruernica regionis indigena, patre Florentino, matre Armentaria procreatus; quod & Fortunatus ſcribit his verſibus: Forte decus generis Turonenſis apex, Alpibus Aruernis veniens mons altior ipſis. Et de Armentaria matre: Fœlix hu merito ſibi Machabæa, vel orbis, Nobilitas gentis nobilis genitrix: Quæ ſeptem palmas cœlo tranſmiſit ab alas. Martyrij iure decus protulit ille vterus: Tu quoque prole potens re de Armentaria fœlix, Nec minor ex partu quam prior illa ſuis. Illa tamen numero maior, tu maxima voto. Quod poterant illi, tu nicus hicce tuus. Tota clara tuo genti circundata fructu, Eſt tibi Gregorius palma corona nemus. Hic vero Gregorius vigilans primo hic in manus ei operā, vt ætas tulit, ſub patruo Gallo Epiſcopo: quo tempore Nicetius Lugdunenſis Epiſcopus, neſcio quid excelſum in ipſo conſpicatus, benedixit ei atque proſpera precatus eſt: poſtea factus eſt S. Auiti præſulis Aruernorum diſcipulus: & creſcente eius fama ex monacho ſucceſſor Euphronij virtutis & propheticæ ſpiritu in Epiſcopatu Turonenſi, anno 175. poſt tranſitum B. Martini regnante Sigiberto iam duodecimum. Compulit autem reluctantem plebs ad Epiſcopatū, cui ſe iā ſubducebat: niſi regis authoritas, & Brunechildis preces adduxiſſent. eum autem ordinauit Egydius Rhemenſis Archiepiſcopus, ſicuti ſcribit Fortunatus his verſibus: Quem patris Egydij domino manus alma ſacrauit, Vt populum recreet, quem Radegundis amet. Poſt adeptum vero præſulatum qualis & quantus

C

fuerit, colligi poteſt ex iis paucis quæ dicemus. Integritatem fidei defendit pro Catholicis contra Arianos, libri præſentis hiſtoriæ initio li. 5. ca. 43. li. 6. ca. 40. contra Chilpericum pro diſtinctione perſonarum l. 5. ca. 44. diſſerit cum Iudæo li. 6. ca. 5. diſputat cum Sadducæo de Reſurr. c. 13. li. 10. Prætextati nomine clerum defendit l. 5. c. 18. ciuilia bella componit ext. l. 7. legatus ad Guntheramnum vadit pro Childeberto l. 9. c. 20. calumniis Leudaſtis apud Fredegundam vexatur, quod tamen nihil nocuit: quoniam nomen eius Fauſtum inuocaretur in populorum omnium & præſertim languentium ſalute multa operatus eſt obtentu ſanctorum, quorum ſubinde reliquias ferebat. A latronibus aliquando deprehenſus reuocauit eos, & ad menſam inuitauit adeo mitis fuiſſe dicitur & humilis, tanta præterea ſanctitatis & puritatis tu, vt etiam in vita miraculis coruſcauerit. Apoſt. Petri & Pauli limina viſitans à beato Papa Gregorio cū maxima reuerentia & charitate, vt vere ſanctus ſuſceptus eſt, vt amicus ſingularis, & vnice ab eo dilectus: conſiderabat n. in eiuſmodi homine, qui erat ſtatura breuiſſimus, tantam gratiam cœlitus profluxiſſe. vnde à noſtro Gregorio dictū Papæ ferunt: Dominus fecit nos, & non ipſi nos: idem in paruis, qui & in magnis. Quibus audita maiori pontifex veneratione eum deinceps habuit Turonicamque ſedem nobilitauit. Scripſit autem ſimplici & aperto ſermone: de laude ſanctorum Martyrum lib.

D

vnum. De vita quorundam Confeſſ. l. 2. de miracul. S. Iuliani martyris l. 1. de mirac. ſ. Martini l. 4. hiſt. Franc. l. 10. Epitome eiuſdem l. 1. Chronicorum & eccleſiaſtica hiſt. l. 1. & præterea meminit l. 5. hiſt. c. 7. & 21. de gloria Conf. l. ſe vnum ſcripſiſſe de virtutibus Senochi Abbatis quas fecit ſuper infirmos. c. 95. teſtatur ſe dediſſe l. de mirabilib. S. Medardi, c. vlt. l. de mirac. B. Iuliani mentionem facit ſe reliquiſſe l. de vita & moribus Nicetij. In præf. l. de gloria ſcribit ſe priore libro inſeruiſſe aliqua de miraculis Domini ac ſanctorum Apoſt. reliquorumque martyrum: quia valde moleſtum erat vt ea quæ hactenus latuerant traderentur obliuioni. In ſecundo ait tractaſſe de virtutib. S. Iuliani. Quatuor vero inſequutos de virtutib. ſ. Martini. Septimum vero de quorundam fœliciorum vita. Octauum ſe tunc ſcribere de mirac. Conf. non quod ea lætitia mundialis erige et ad ſcribēdum, ſed quia depromit pudor vt ſileat, amor Chriſti impellit vt referat. l. 1. c. 45. hiſt. refert ſe l. de vita Hilydij Aruernorum Epiſ. exarraſſe l. 3. c. 12. l. alterum de virtutib. Quintiani. l. 5. c. 6. ait ſe componere tentaſſe libellos de virtut. S. Martini. l. 2. c. 21. fatetur ſe libellū de vita Abbatis Abrahæ reliquiſſe. Item c. 22. ſe coniunxiſſe præfationē ad librum quem de miſſis à ſe compoſitum edi derat Sidonius. Rurſus l. 5. c. 9. l. vitæ Caluppæ recluſi emiſiſſe: tum c. 10. vnum d. vita Patrocli. Demum ſub finem l. decimi & vltimi commemorat quanā ſcripſerit, primo decem hiſtoriarum, ſeptem miraculorum, vnū de vita patrum. In Pſalterium tractatum vnum. De curſibus etiam Eccleſiaſticis l. vnū. Quos omnes libros an. 21. ordinationis ſuæ perſcripſerit, quanquam ruſticiore ſtilo, adiurat tamē omnes quicunque legerint, exſcripſerint, aut verſibus reddiderint, vt ſūt ab ipſo traditi mutare ne præſumant. Cætera quæ cōpoſuit, ad notitiam lectionis noſtræ nondum venerunt. Claruit temporibus Mauritij Imperatoris anno Domini. DC. De quo Aloyſius plura tom. 3. eius feſtum in Martyrol. Iſuardi habetur. 17. Nouembr.

E

GRegorius Turonenſis Epiſcopus floruit imperante Mauritio, & ſancto Gregorio Papa aliquanto ſenior fuit: ſiquidē anno ſeptimodecimo inchoante Epiſcopatus Gregorii Turonici, Gregorius Papa creatus eſt: & anno viceſimo primo completo in Epiſcopatu ſuo Gregorius Turonicus obiit: cui ſuperuixit Gregorius Papa annis octo. Itaque Gregorius Turonicus obiit anno Dom. 195. Gregorius autem Papa anno Domini 569. Hæc ex Breuiario vitæ S. Gregorii Turonici, & ex vita S. Gregorii Papæ decerpta ſunt. Scripſit ſanctus Gregorius Turonicus: F

De hiſtoria Francorum, lib.	10.
De gloria Martyrum	1.
De gloria Confeſſorum	1.
De miraculis S. Iuliani	1.
De miraculis S. Martini	4.
Epitomen hiſtoriæ Francorum	1.

Alia præterea ſcripſiſſe dicitur, quæ vel non extant, vel certe ad notitiam meam non peruenerunt.

IN DEI NOMINE.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM, LIBER I.

G

SCripturus bella Regum cum gentibus aduerſas Martyrum cum paganis, Eccleſiarū cū hæreticis, prius fidem meā proferre cupio, vt qui legerit, me non dubitet eſſe Catholicum. Illud etiam placuit, propter eos qui appropinquāte mūdi fine deſperāt, vt collecta per chronica vel per hiſtorias anteriorū annorū ſumma, explanetur aperte, quot ab exordio mundi ſint anni. Sed prius veniā à legentibus precor, ſi aut in litteris, aut in ſyllabis Grammaticam artem exceſſero, de qua ad plene nō ſum imbutus, illud tantū ſtudens, vt quod in Eccleſia credi prædicatur, ſine aliquo fuco aut cordis hæſitatione retineā: quia ſcio peccatis obnoxiū, per credulitatē purā obtinere poſſe veniā apud noſtrum pium Dominum. Credo ergo in Deū patrē omnipotētem. Credo in Ieſum Chriſtū filium eius vnicū dominum Deum noſtrū, natum à patre, non factum: nō poſt tempora, ſed ante cunctum tempus ſemper fuiſſe cū patre: nec enim pater dici potuerat, niſi haberet filium: neq; filius eſſet, ſi patrem vtique nō haberet. Illos vero qui dicunt, Erat quādo non erat, execrabiliter renuo: & ab Eccleſia ſegregari côteſtor. Credo Chriſtum hunc verbum eſſe patris, per quem facta ſunt omnia. Hunc verbum carnem factū credo: cuius paſſione mūdus redemptus eſt. & humanitatem, non deitatem ſubiacuiſſe paſſioni credo. Credo eū die tertia reſurrexiſſe: hominem perditum liberaſſe: aſcendiſſe in cœlos: ſedere ad dexteram patris: venturum ac iudicaturum viuos & mortuos. Credo ſanctū ſpiritū à patre & filio proceſſiſſe, nō minorē, & quaſi ante non eſſet, ſed æqualem, & ſēper cum patre & filio coæternum Deum, cōſubſtantialē natura, æqualē omnipotētia, conſempiternum eſſentia, vt nunquam ſine patre fuiſſe vel filio, neq; minorē patre vel filio. Credo hanc trinitatē ſanctam in diſtinctione ſubſiſtere perſonarum, & aliā quidem perſonam patris, aliam filii, aliam ſpiritus ſancti. In qua trinitate vnam deitatem, vnam potentiam, vnam eſſentiā cōfiteor.

Finem ſeculi proximam credidere veteres vt docuimus fuſe annot. noſtris in Tertull. Apol.

H

Trinitatis fides.

A

Animæ immortalitas

fiteor. Credo beatam Mariam, vt virginem ante partũ, ita virginem & poſt partum. Credo animã immortalẽ, nec tamen partem habere deitatis. Et omnia quæ à trecentis decẽ & octo Epiſcopis Niceę conſtituta ſunt, credo fideliter. De fine vero mundi ea ſentio quę à prioribus didici. Antichriſtus vero primũ circumciſionẽ inducet, ſe aſſerens Chriſtũ: deinde in templo Hieroſolymis ſtatuã ſuam, & collocabit adorandã, ſicut dominũ dixiſſe legimus: Videbitis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto. Sed diem illam omnibus hominibus ignotam, ipſe dominus manifeſtat dicens: De die autem illa & hora nemo ſcit, neque angeli cœlorum, neque filius niſi pater ſolus. Sed & hic reſpondebimus hæreticis, qui nos impugnãt, aſſerentes minorẽ eſſe filium patre, qui hanc diem ignoret. Cognoſcant ergo hunc filium, Chriſtianum populum nuncupatum, de quo à Deo prędicitur: Ego ero illis in patrẽ & ipſi erunt mihi in filios. Si enim hæc de vnigenito filio prædixiſſet, nunquã ei angelos prępoſuiſſet: ſic enim ait: Neq; angeli cœlorũ, neq; filius, oſtendens, nõ de vnigenito, ſed de adoptiuo populo hæc dixiſſe. Noſter vero finis ipſe Chriſtus eſt, qui nobis vitam æternã, ſi ad eum conuerſi fuerimus, larga benignitate præſtabit.

Antichriſtus circumciſionem inducet & idololatriã.

B

Euſebij chronicõ.

De ſupputatione vero huius mundi euidenter Chronicæ Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi ac Hieronymi presbyteri proloquuntur, & rationem de omniũ annorum ſerie pandunt. nam & Oroſius diligentiſſime hæc inquirens, omnẽ numerum annorum ab initio mundi vſq; ad ſuum tempus in vnum collegit. hoc etiam & Victorius cum ordinem Paſchalis ſolennitatis inquireret fecit. Ergo & nos ſcriptorum ſupra memoratorum exemplaria ſequentes, cupimus à primi hominis conditione, ſi Dominus dignabitur ſuum cõmodare auxilium, vſque ad noſtrum tempus cunctam annorum congeriem computare. Quod facilius adimplebimus, ſi ab ipſo Adam ſumamus exordium.

Oroſius. Victorius.

Cap. 1. Gen. 1.

In principio Dominus cœlum terramq; in Chriſto ſuo, qui eſt omnium principium, id eſt, in filio ſuo formauit, qui poſt creata mundi elemẽta, glebam aſſumens fragillimam, hominem ad ſuam imaginem ſimilitudinemq; plaſmauit, & inſufflauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt in animam viuentem: cui dormienti ablata coſta, mulier Eua creata eſt. Nec dubium enim eſt quod hic primus homo Adam antequã peccaret, typũ domini noſtri redẽptoris prætuliſſet. ipſe enim in ſopore paſſionis obdormiens de latere ſuo dum aquam cruoremque produxit, virginem immaculatamq; Eccleſiam ſibi exhibuit, redemptam ſanguine latice emundatam, non habentem maculam aut rugam, id eſt lymphis ablutam propter maculam: in cruce extẽſam propter rugã. Hi ergo primi homines in amœna Paradiſo beate viuentes, anguis aſtu illecti, diuina præcepta tranſiliunt. Eiectique ab angelica ſede, mundi laboribus deputantur.

Adam typus Chriſti.

C

Cap. 2. Cain fratrẽ occidit.

Cognita autem à conſorte mulier concepit, peperitque duos filios. Sed dum Deus vnius ſacrificium dignanter ſuſcipit, alter inuidia inflammante tumeſcit, & in fratrem ſanguinis effuſionẽ primus fratricida conſurgens, fratrẽ opprimit, vincit, interimit. Et hinc cunctum genus in facinus execrabile ruit præter Enoch iuſtum, qui ambulãs in viis Dei, ab ipſo domino propter iuſtitiã aſſumptus, de medio peccantis populi liberatur, ſic enim legimus: Ambulauit Enoch cum Deo, & non comparuit, quia abſtulit eum.

Cap. 3. Enoch tranſlatio.

Cap. 4. Diluuium

D

Dominus ergo commotus contra iniquitates populi non in ſuis ſemitis gradientis, diluuium immiſit, cunctamque animam viuentem de ſuperficie terræ diluuio inundãte deleuit. Tantumque Noe fideliſſimum ac peculiarem ſibi, ſuique typi ſpeciem præferentem, cum ſua & trium natorũ coniugibus, poſteritatis reparandæ gratia, in arca reſeruauit. Increpant nos hic hæretici, cur ſcriptura ſacra dominum dixiſſet iratum. Cognoſcant ergo, quia Dominus noſter, non vt homo iraſcitur: commouetur o. vt terreat: pellit, vt reuocet: iraſcitur, vt emendet. Sed nec hoc ambigo, quod ſpecies illa arcæ typum matris geſſerit Eccleſiæ: ipſa namque inter fluctus & ſcopulos huius ſæculi tranſiẽs, nos ab imminẽtibus malis materno geſtamine fouens, pio amplexu ac protectione defendit. Ab Adã ergo vſque ad Noe, generationes decem: i. Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Enoch, Mathuſalẽ, Lamech, Noe. In his ergo decẽ generationibus inueniuntur anni mille ducenti quadraginta duo. Adam vero in terra Enachim ſepultum, quæ prius Ebron vocabatur, liber Ieſu Naue euidenter explanat.

Iraſci Deũ quid.

Cap. 5. Noemi ſoboles.

Habebat ergo Noe poſt diluuium tres filios, Sem, Chã, & Iafeth. De Iafeth egreſſæ ſunt gẽtes, ſimiliter & de Chã, & de Sem. Et ſicut ait vetus hiſtoria ab his diſſeminatum eſt genus humanum ſub vniuerſo cœlo. Primogenitus vero Cham, Chus. Hic fuit totius artis Magicę imbuẽte diabolo, & primus idololatriæ adinuentor. Hic primus ſtatunculã adorandam diaboli inſtigatione conſtituit: qui & ſtellas & ignem de cælo cadere, falſa virtute hominibus oſtendebat. Hic ad Perſas tranſit. Hunc Perſæ vocitauere Zoroaſtrem, i. viuentem ſtellam. Ab hoc etiam ignem adorare conſueti, ipſum diuinitus igne conſumptum vt Deum colunt.

Cham magus & idololatriæ repertor.

Cap. 6.

Cumque multiplicati homines diſpergerentur per vniuerſas terras, egreſſi ab oriente, Senaar gramineum repererunt campum. In quo ædificãtes ciuitatem, turrem quæ cœlos attingeret nituntur ſtruere. Quorum vanam cogitationem ſimul & linguã, ipſoſq; confutãs Deus, per mundũ late patentem in vniuerſa terra diſperſit: vocatumq; eſt nomen ciuitatis, Babel, hoc eſt cõfuſio, eo quod ibi cõfudiſſet Deus linguas eorum. Hæc eſt Babylonia à Nemroth gigante ędificata, filio Chus. Et ſicut Oroſii narrat hiſtoria, mira campi planitie in quadrũ diſpoſita eſt. Murus eius ex coctili latere infuſo bitumine, in latum habet cubitos quinquaginta, altitudinis cubitos ducentos, in circuitu ſtadia quadraginta ſeptuaginta. Vnum ſtadium habet aripennes quinque. Vicenæ quinæ portæ per vnum quodq; latus ſitæ ſunt, quæ faciunt centum. Harum portarum oſtia miræ magnitudinis, ex ære fuſili ſunt formata. Multa & alia de hac ciuitate idem hiſtoriographus narrat, addens, Et cum tanta fuiſſet honeſtas ædificii, attamen victa atque ſubuerſa eſt.

Turris Babel.

F

Cap. 7.

Primus autem filius Noe, Sem: de quo, generatione decima, natus eſt Abraham: i. Noe, Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Falec, Ragau, Saruch, Thare, qui genuit Abrahã. In his decem generationibus, hoc eſt, à Noe vſq; ad Abrahã inueniuntur anni DCCCCXLII. Eo tempore regnabat Ninus, qui ædificauit ciuitatem quam Niniuẽ vocauit: cuius in tribus manſionibus ſpatium amplitudinis Ionas propheta determinat. Huius quadrageſimo tertio regni anno, natus eſt Abraham. Hic eſt Abraham, initium fidei noſtræ: hic accepit repromiſſiones. huic ſe Chriſtus Dominus noſter naſciturum, ac pro nobis paſſurum in victimę cõmutatione mõſtrauit. ipſo in Euangelus ſic dicente: Abraham exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt. Hoc vero holocauſtũ in monte Caluariæ, quo Dominus crucifixus eſt, oblatũ fuiſſe, Seuerus narrat in Chronica, ſicut & hodieq; in ipſa Hieroſolymorũ vrbe celebre fertur. In hoc monte crux ſancta in qua redemptor affixus eſt, ſtetit, de qua & beatus ille cruor effluxit. Hic ergo Abraham accepit ſignum circũciſionis, oſtendens vt quod ille geſſit in corpore, nos portemus in corde, & dicẽte propheta: Circũcidite vos Deo veſtro, & circumcidite præputiũ cordis veſtri, & nolite ſequi Deos alienos. Et iterũ: Omnis incircunciſus corde, non intret in ſanctam mea. Hunc Abraham Deus poſt adiectam nomini ſyllabam, patrem multarum gentium nuncupauit.

Niniue.

G

Abrahæ ſacrificium in monte Caluariæ.

Cap. 8. Iſaac Iacob & Eſau

H

Is cum centum eſſet annorum, genuit Iſaac. Porro Iſaac ſexageſimo ætatis anno, nati ſunt filii gemini de Rebecca. Primus Eſau, qui & Edom, i. terrenus: qui propter gulã vendidit primogenita ſua. Ipſe eſt pater Idumæorum: de cuius generatione quarta, natus eſt Iobab, hoc eſt, Eſau, Raguel, Zara, Iobab, qui & Iob. Is vixit annos CCXLIX. octogeſimonono anno ab infirmitate liberatus eſt, poſt infirmitatẽ autem, CLXX. annis reſtituta in duplum omni facultate cum tot quot perdiderat filiis iocundatus eſt.

Iobi afflictio & proſperitas.

Cap. Iacobi generatio.

Secundus autem filius Iſaac, Iacob, dilectus Dei, ſicut ait per prophetam, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Hic poſt angelicam luctã vocatus eſt Iſrael, à quo Iſraelitæ. Hic genuit duodecim patriarchas, quorum hæc ſunt nomina: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Iſachar, Zabulon, Dan, Nephtalim, Gad, & Aſer. Poſt hos genuit Ioſeph de Rachel, cum eſſet nonageſimo ſecundo ætatis ſuę anno. Hunc cæteris filiis plus dilexit. Habuit ex ea & Beniamin vltimũ omniũ. Ioſeph autem XVI. ætatis annum habens, typum præferẽs redẽptoris, vidit ſomnia quæ fratribus retulit. Quaſi manipulos legens, quos ſuorum fratrum manipuli adorarent. Et

iterum,

A

iterum. Quaſi ſol & luna cum vndecim ſtellis procideret ante eum. quæ res magnum ei cum fratribus odium generauit. Vnde & inflammati inuidia, triginta eum argenteis Iſmaelitis in Ægyptum tranſeuntibus vendiderunt. Imminente autem fame, cum deſcendiſſent hi in Ægyptum, cogniti ſunt à Ioſeph, nec tamen ipſi Ioſeph cognouerunt. Ipſe tamen ſe his poſt multas fatigationes, & adducto Beniamin declarauit. de Rachel enim matre ſua natus & hic fuerat. Poſt hæc deſcendunt cuncti Iſraelitæ in Ægyptum, & per Ioſeph Pharaonis gratia vtuntur. Iacob autem poſt benedictos filios ſuos in Ægypto moritur, & in ſepulchro patris ſui Iſaac ſepelitur in terra Chanaan. Mortuo autem Ioſeph atque Pharaone, ſubijcitur cuncta generatio ſeruituti, quæ per Moyſen poſt decem plagas Ægypti liberatur, demerſo Pharaone in mari rubro.

Migratio in Ægyptum.

Cap. 10.

Et quoniam de hoc maris tranſitu plures multa dixerũt, viſum eſt, vt de ſitu loci illius vel ipſius tranſitu, aliqua huic inſeram lectioni. Nilus per Ægyptum, ſicut optime noſtis, decurrit, & ipſe eã impetu ſuo irrigat: vnde & Ægyptii Nilicolæ appellantur. Cuius nunc littora, multi locorũ perluſtratores, referta ſacris Monaſteriis dicunt eſſe. Super ripam vero eius non Babylonia, de qua ſupra meminimus, ſed Babylonia ciuitas collocatur: in qua Ioſeph horrea miro opere de lapidibus quadris & cemento ædificauit, ita vt ad fundum capaciora, ad ſummum vero cõſtricta ſint, vt per paruulum foramen ibidem triticũ iacteretur. Quæ horrea vſq; hodie cernuntur. De hac ciuitate rex ad perſequendũ Hebræos, cum exercitibus curruum, ac multa pedeſtri mano directus eſt. Ante dictus vero fluuius ab oriente veniẽs, ad occidentalẽ plagam verſus Rubrum mare vadit: ab occidẽte vero ſtagnum ſiue brachiũ de mari Rubro progreditur, & vadit contra orientẽ, habens in lõgo milia circiter quinquaginta: in lato autem decem & octo. In huius ſtagni capite Clyſma ciuitas ædificata eſt, non propter fertilitatẽ loci, cũ nihil ſit plus ſterile: ſed propter portũ, quia naues ab Indis venientes, ibidẽ ob portus opportunitatem quieſcunt. Vbi comparatę merces, per totam Ægyptum deportantur. Ad hoc ſtagnum per deſertum Hebræi tendentes, vſque ad ipſum mare venerunt, inuentiſq; dulcibus aquis caſtrametati ſunt. In hoc ergo arcto loco, tam ab eremo quam ab ipſo mari, conſederunt, ſicut ſcriptum eſt, Audiens Pharao, q conclusiſſet eos mare atque deſertum, nec eſſet eis via qua poſſent pergere, ad perſequendum eos direxit. Cumq; imminentibus his Moyſi populus acclamaſſet, ſecundum iuſſum diuinitatis proiecta virga ſuper mare diuiſum eſt, illiſq; per ſicca gradientibus, & vt ſcriptura ait: Muro aquarum vndiq; vallatis, in litus illud quod eſt contra montem Syna illæſi prorſus, demerſis Ægyptiis, Moyſe duce, tranſgrediũtur de quo tranſitu multa vt dixi narrantur, ſed nos quod à ſapientibus & certe illis hominibus qui in eodem loco acceſſerant, verum cognouimus, ea inſerere ſtuduimus paginæ. Aiunt n. ſulcos quos rotæ curruum fecerant, vſq; hodie permanere: & quantum acies oculorum videre poteſt, in profundo cerni. Quos ſi modicũ cõmotio maris obtexerit, illo quieſcente ruſum diuinitus renouantur vt fuerant. Dicunt alii q ad ipſam ripã, facto modico per mare circuitu, vnde ingreſſi fuerant, ſint reuerſi. Alii vero adſerunt, vnũ cunctis ingreſſum: nõnulli, vnicuiq; tribui ſuã patuiſſe viã, illud teſtimoniũ Pſalterii adducentes: Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones, quas nos diuiſiones ſpiritaliter, & non ſecundum literam intelligere oportet. Sunt n. & in hoc ſeculo, quod figuraliter mare dicitur, multæ diuiſiones. non n. æqualiter poſſunt per vnam viam ad vitã cuncti tranſire. Alii autem tranſeunt in horam primam, id eſt qui renati per baptiſmum, immaculati ab omni inquinamẽto carnis, perdurare vſq; ad vitæ præſentis exitum poſſunt. Alii ad horam tertiam, videlicet qui maiori ætate conuertuntur. Alii ad ſextam, qui luxuriæ feruorem coercent: & per has quaſque horas, ſicut Euangeliſta cõmemorat, ad operam dominicæ vineæ, ſecundum fidem propriam conducuntur. Hæ ſunt diuiſiones, quibus per hoc mare tranſitur. Illud vero quod ad mare vſque venientes, iuxta ſtagni tenentes reuertuntur, illud eſt quod Dominus ad Moyſen dixit: Reuerſi caſtrametentur è regione Phiahyroth, quæ eſt inter Magdalum & mare contra Beelſefon. Nec enim dubium eſt, quod

B

Horrea Ioſeph.

Nili natura.

C

Veſtigia curruũ Ægyptiorum.

D

Hoc ex Orig. in lib. cap 19.

Columna, typus baptiſmatis.

E

tranſitus ille maris, vel columna nobis typum geſſerunt noſtri Baptiſmatis, dicente beato Paulo Apoſtolo: Nolo vos ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes in Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari. Columna vero ignis, typum ſancti Spiritus prætulit. A natiuitate ergo Abrahę vſq; ad egreſſum filiorum Iſrael ex Ægypto, vel tranſitum maris Rubri, qui fuit Moyſi octogeſimus annus, ſupputantur anni numero CCCCLXII.

Tranſitus maris quã-do.

Cap. 11.

Per quadraginta annos Iſraelitæ eremo vtuntur, imbuuntur legibus, probantur, victibuſque paſcuntur angelicis. Deinceps enim poſt acceptam legem, tranſgreſſoque cum Ieſu Naue Iordane, terram Repromiſſionis accipiunt.

Cap. 12.

Poſt cuius tranſitum, dum præcepta diuina poſtponunt, ſæpe in alienigenarum ſeruitio ſubiugantur. Sed cum conuerſi ingemiſcunt, tribuente domino, per virorum fortium brachium liberantur. Poſt hæc per Samuelem, regem (ſicut reliquæ gentes habent) à domino poſtulantes, accipiunt primum Saul, deinde Dauid. Ab Abraham ergo vſque ad Dauid generationes XIV. id eſt Abraham, Iſaac, Iacob, Iudas, Phares, Eſrom, Aram, Aminadab, Naaſſon, Salmon, Obeth, Ieſſe, Dauid. Dauid autem genuit Salomonem de Berſabeæ, Is per Nathan prophetam, fratrem ſuum, & matrem in regno euectus eſt.

Saul rex eligitur.

F

Cap. 13.

Salomon elegit ſapientiam.

Defuncto autem Dauid, cum regnare cœpiſſet Salomon, apparuit ei Dominus, & quod peteret, vt indulgeat pollicetur. At ille terrenas diuitias poſtponens, ſapientiam magis expetiit: quod gratum domino fuit, ita vt ab eodẽ m audiret, Quia non quæſiſti regna mundi, nec diuitias eius, ſed poſtulaſti ſapientiam, ideo accipies eam: ante te non fuit tam ſapiens, ſic & poſt te non erit. Quod poſtea iudicium illud, quod inter duas mulieres de vno infante litigantes, intulit, cõprobauit. Hic Salomon ędificauit tẽplum nomini domini miro opere, multum ibi auri argentiq;, æris ac ferri ingerens, ita vt diceretur à quibuſdam, nunquam ſimile in mundo fuiſſe ædificium fabricatum. Ab egreſſu ergo filiorum Iſrael ex Ægypto vſque ad ædificationem templi, qui fuit annus ſeptimus regni Salomonis, inueniuntur anni CCCCLXXX. ſicut Regum teſtatur hiſtoria.

Templi ædificatio.

Cap. 14.

Poſt mortem autem Salomonis, diuiſum eſt per duritiam Roboæ regnum in duas partes. Reſiderunt duę tribus ad Roboam, quod Iuda appellabatur: ad Hieroboam autem, decem tribus, quod Iſrael vocabatur. Poſt hæc igitur ad idololatriam declinantes, nec prophetarum vaticinia, nec eorum interitus, nec cladis patriæ, nec ipſorum etiam regum eos excidio domuerunt.

Roboam.

G

Cap. 15.

Donec iratus contra eos Dominus, excitauit Nabuchodonoſor, qui eos in Babyloniam cum omnibus templi ornamentis captiuos abduxit: in qua captiuitate & Daniel propheta eximius, inter eſurientes leones illæſus, & tres pueri in medio ignium roruleuti, abiere captiui. In hac captiuitate & Ezechiel prophetauit, & Eſdras propheta natus eſt. A Dauid autem vſque ad deſolationem templi, & tranſmigrationem in Babyloniam, generationes quatuordecim: id eſt, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Aſa, Ioſaphat, Ioram, Ozias, Ioatham, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Ioſias. In his ergo quatuordecim generationibus, anni inueniuntur numero CCCXL. De hac vero captiuitate per Zorobabel liberantur: qui poſtea & templum & ciuitatem reſtituit. Sed hæc captiuitas typum illius captiuitatis, vt puto gerit, in qua anima peccatrix abducitur. Quã niſi Zorobabel, id eſt Chriſtus liberauerit, horribiliter exſulabit. Ipſe enim Dominus in Euangelio dicit: Si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Ipſe ergo ſibi in nobis templum, in quo dignetur habitare, conſtituat, in quo fides vt aurum, luceat: in quo eloquium prædicationis, vt argentum ſplendeat: in quo omnia viſibilis templi illius ornamenta, in noſtrorum ſenſuum honeſtate clareſcant. Bonę etiam voluntati noſtræ ipſe ſalubrem effectum indulgeat. Quia niſi ipſe ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Hæc vero captiuitas annis LXX. fuiſſe dicitur.

Tranſmigratio in Babyloniã.

H

Captiuitas Babylonica.

Cap. 16.

Reuerſi autem per Zorobabel, ſicut diximus, nunc contra Deum murmurantes, nunc poſt idola corruentes, vel abominationes quæ gentes exercent imitantes, dum Dei prophetas contemnunt, gentibus traduntur, ſubiugantur, interciduntur, donec ipſe Dominus patriarcharũ prophetarũ-

A

que vocibus repromiſſus, Virginis Mariæ vtero per ſpiritum ſanctum illapſus, ad redemptionem naſci, tam illius gentis, quam omnium gentium dignaretur. A tranſmigratione ergo vſq; ad natiuitatem Chriſti, generationes quatuordecim: id eſt, Iechonias, Salathiel, zorobabel, Abiud, Eliachim, Azor, Sadoch, Achim, Eliud, Eleazar, Matthan, Iacob, Ioſeph vir Mariæ, de qua dominus noſter Ieſus Chriſtus naſcitur: qui Ioſeph, quartus decimus cõputatur.

Zorobabel.

Cap. 17. Reges gentium.

Ergò ne videamur vnius tantum Hebrææ gentis habere notitiam, reliqua regna, quæ, vel quali Iſraelitarum fuerint tempore, memoremus. Tẽpore Abrahæ Ninus regnabat ſuper Aſſyrios: Sicyoniis, Europos: apud Aegyptios autẽ ſexta decima erat, poteſtas, quam ſua lingua Dynaſtian vocabant. Tempore Moyſi apud Argiuos regnabat ſeptimus Tropas: in Attica Cecrops primus: apud Aegyptios, Cenchis duodecimus, qui & in mari obrutus eſt rubro: apud Aſſyrios, ſextus decimus Agatadis: apud Sicyonios Maratus. Tẽpore vero Salamonis, quando regnabat ſuper Iſrael, apud Latinos Quint⁹ regnabat Silùius Lacedemonis Fiſtos: Corinthiis, ſecundus Oxion: Aegyptiorum, Thebei. centeſimo viceſimoſexto anno ſuper Aſſyrios, Europes: Athenienſibus, ſecundus Agaſaſtus. Tempore quo Amon regnabat ſuper Iudęam quando captiuitas in Babyloniam abiit: Macedoniis præerat Argeus: Lydorum, Gyges: Aegyptiorũ, Vafres: apud Babyloniam, Nabuchodonoſor, qui eos captiuos abduxit: Romanorum Sextus Seruius Tullus.

B

Cap. 18. Rom. Imp.

Poſt hos, Imperatores: primus, Iulius Cęſar fuit qui totius imperii obtinuit monarchiam: ſecundus Octauianus, Iulii Cæſaris nepos, quem Auguſtum vocant: à quo & mẽſis Auguſtus eſt vocitatus. Cuius nonodecimo imperii anno, Lugdunum Galliarum vrbem conditam manifeſtiſſime reperimus: quæ poſtea illuſtrata Martyrum ſanguine, nobiliſſima nuncupatur.

Cap. 19. Chriſtus naſcitur. Niceph. lib. 1. cap. 10.

Anno quadrageſimotertio Imperii Auguſti, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt diximus, ex virgine Maria in Bethleem Dauid oppido, ſecundum carnem natus eſt: cuius immenſum ſidus Magi ab oriente cernentes, cum muneribus veniũt: & puerũ ſupplices oblans donis adorant. Herodes vero ob cœlum regni ſui, dum Deum Chriſtum perſequi nititur, paruulos infantes interimit. Ipſe quoque poſtmodum iudicio diuino percuſſus eſt.

Cap. 20. Chriſti prædicatio, miracula, & paſſio.

Domino autem Deo noſtro Ieſu Chriſto pœnitentiam prædicante baptiſmi gratiam tribuente, vel cœleſte regnũ cunctis gentibus promittente atque prodigia & ſigna per populos operante: hoc eſt, dũ de aquis vina profert dũ febres extinguit, dùm cæcis lumen tribuit, dum ſepultis vitã reſtituit, dum obſeſſos ab immundis ſpiritibus liberat, dũ leproſos miſerabili turpentes cute reformat, ac dum alia ſigna multa faciens, manifeſtiſſime ſe Deum populis eſſe declarat: in Iudæis ira ſuccenditur, inuidia exagitatur ac mens de ſanguine prophetarũ paſta, vt iuſtum interimat, iniuſte molitur. Ergo vt veterũ vatũ cõplerentur oracula, à diſcipulo traditur, à pontificibus condemnatur, à Iudæis illuditur, cũ iniquis crucifigitur, à militib. emiſſo ſpiritu cuſtoditur. His igitur actis tenebræ ſuper vniuerſũ mundũ factæ ſunt, & multi cõuerſi ingemiſcentes Ieſum filiũ Dei cõfeſſi ſunt.

C

Cap. 21.

† Hæc ſumpta ſunt ex lib. Nicodemi qui acta Pilati inſcribitur.

D

Quam commentitum putat Niceph. lib. 1. cap. 16. lib. 7. c. 26. inter Apocr. damnauit & Gel.

Adprehenſus autem & Ioſeph, qui eum aromatibus cõditum in ſuo monumento recondidit, in cellulam includitur & ab ipſis ſacerdotum principibus cuſtoditur, maiorẽ in eum habentes ſæuitiam † (vt geſta Pilati ad Tyberium imperatorem miſſa referunt) quam in ipſum Dominum, vt cum ille à militibus, hic ab ipſis ſacerdotibus cuſtodiretur: ſed reſurgẽte domino, cuſtodibus viſione angelica territis, cum nõ inueniretur in tumulo, nocte parietes de cellula in qua Ioſeph tenebatur, ſuſpenduntur in ſublimi, ipſe vero de cuſtodia, abſoluente Angelo, liberatur, parietibus reſtitutis in locum ſuum. Cumque pontifices cuſtodibus exprobarent, & ſanctum corpus ab eiſdem inſtanter requirerent, dicunt eis milites: Reddite vos Ioſeph, & nos reddemus Chriſtum: ſed vt verum agnoſcimus neque vos benefactorẽ Dei, neq; nos filiũ Dei reddere nunc valemus. Tunc illis confuſis, milites ſub hac excuſatione liberantur.

Cap. 22.

Fertur Iacobus Apoſtolus, cum dominum iam mortuũ vidiſſet in cruce, deteſtatum eſſe atque iuraſſe, nunquam ſe comeſturum panem niſi dominum cerneret reſurgentem tertia demum die rediens Dominus, ſpoliato Tartaro cum triumpho, Iacobo ſe oſtendens ait: Surge Iacobe, comede, quia iam à mortuis reſurrexi. Hic eſt Iacobus Iuſtus quem fratrem domini nuncupant, pro eo quod Ioſeph fuerit filius, ex alia vxore progenitus.

E

Cap. 23. Dominica reſurrectionis.

Dominicam vero reſurrectionem, de prima factam credimus, non ſeptima ſicut multi putant. Hic eſt dies reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti, quẽ nos proprie Dominicum, pro ſancta eius reſurrectione vocamus. Hic primus lucem vidit in principio, & hic primus dominum reſurgentem contemplari meruit de ſepulchro. A captiuitate vero Hieroſolymæ & deſolatione templi vſque ad paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti id eſt à Tyberii ſeptimodecimo anno ſupputantur anni DCLXVIII.

Cap. 24.

Pilatus de Chriſto ſcribit ad Tyber. Niceph. lib. 2. c. 8. et lib. 1. Euſeb. lib. 2. c.

Reſurgens autem Dominus, per quadraginta dies cum diſcipulis de regno Dei diſputans, videntibus illis in nube ſuſceptus, euectuſque in cœlos, ad patris dexteram reſidet glorioſus. Pilatus autem geſta ad Tyberium Cæſarem mittit, & ei tam de virtutibus Chriſti, quam de paſſione vel reſurrectione eius inſinuat. Quæ geſta apud nos hodie retinentur ſcripta. Tyberius autem hoc ad ſenatum recenſuit: quod ſenatus cum ita reſpuit, pro eo quod non ad eum primitus adueniſſet. Hinc etenim contra Chriſtianos prima odiorum germina pullularunt. Pilatus autem non permanens impunitus, pro ſuæ malitiæ ſcelere, hoc eſt pro nece quam in dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum exercuit, propriis ſe manibus interficit: quẽ Manicheũ fuiſſe multi putant, ſecundũ illud quod in Euangelio legitur: Venerũt quidam de Galilæis nuntiantes ei, quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificiis eorum. Sic & Herodes rex, dum in apoſtolos domini ſæuit, percuſſus diuinitus ob tanta ſcelera, intumeſcens ac ſcatẽs vermibus, accepto cultro vt malum purgaret propriæ ſe manus ictu liberauit.

F

Cap. 25. B. Petrus Romam acceſſit. Niceph. lib. 2. cap. 14.

Beatus Petrus Apoſtolus ſub Imperatore Claudio quarto ab Auguſto Romam adgreditur: ibique prædicans, multis virtutibus manifeſtiſſime Chriſtum eſſe Dei filium cõprobauit: ab illis enim diebus Chriſtiani apud ciuitatem Romam eſſe cœperunt. Cũ autẽ nomen Chriſti per populos magis ac magis dilataretur, oritur cõtra hæc antiqui ſerpentis inuidia, & totis ſe Imperatoris præcordiis immittit ſæua malignitas. Nã Nero ille luxurioſus, vanus atq; ſuperbus, virorum ſuccuba & turſus virorũ appetitor, matris, ſororũ ac proximarũ quarumq; mulierũ ſpurciſſim⁹ violator, ad cõplendam malitiæ ſuæ molem, primus contra Chriſti cultũ, perſecutionẽ excitat in credentes: habebat n. ſecum Simonẽ Magum, virum totius malitiæ & omnis magicæ artis argumento magiſtrũ. Hoc eliſo per apoſtolos domini Petrum atq; Paulum cõmotus cõtra eos, quod Chriſtum filium prædicarent, & idola adorare contẽnerent, Petrum cruce Paulum gladio iubet interfici. Ipſe quoque excitatam ſuper ſe ſeditionem fugere tentans quarto ab Vrbe lapide propria ſe manu interfecit.

Nero ſcelerosus.

G

Simon Magus.

Cap. 26. Iacobus, Marcus & Stephanus pro Chriſto moriuntur. Ioan. apoſt. ſenectutis adventum D. Hier. lib. 1. c. 42.

Tunc & Iacobus frater domini, & Marcus Euangeliſta, pro Chriſti nomine glorioſo martyrio coronati ſunt. Prim⁹ tamen omnium hanc viam Leuita Stephanus & martyr intrauit. Magna poſt Iacobi apoſtoli necem, Iudęos calamitas adſecuta eſt. Nam aduenieute Veſpaſiano, & templum incenſum eſt, & ſexcenta millia Iudæorum eo bello gladio & fame effecta ſunt. Domitianus autem ſecundus poſt Neronem, in Chriſtianos ſæuit: Ioannem apoſtolum in inſulam Pathmos relegat in exiliũ, & diuerſas crudelitates in populos agitat. Poſt cuius mortẽ, beatus Ioan. apoſt. & euangeliſta de exilio rediit: qui ſenex & plenus dierum, perfectæque in Deum vitæ viuens, ſe depoſuit in ſepulchro. Hic fertur non guſtare mortem donec iterato dominus iudicaturos adueniat, ipſo in Euangeliis ita dicente, ſi eum volo manere donec veniam.

H

Cap. 27. Traiani perſecutio.

Tertius poſt Neronem, perſecutionem in Chriſtianos Traianus mouet: ſub quo beatus Clemens, tertius Romanæ Eccleſię Epiſcop⁹, paſſus eſt & ſãctus Simeõ, Hieroſolimitan⁹ Epiſcopus, Cleophę fili⁹ pro Chriſti nomine crucifixus adſeritur: & Ignati⁹ Antiochẽſis Epiſcop⁹. Romã ductus beſtiis deputatur. Hæc ſub Traiani tẽporibus acta sũt.

Cap. 28. Adrian. imper. Niceph. lib. 3. cap. 24.

Poſt hunc Ælius Adrianus, imperator creatus eſt vnde & Hieroſolyma Aelia ab Aelio Adriano vocatur ſucceſſor

A

Domitiani, eo quod eam reparauerit. Poſt has vero paſſiones ſanctorum, non fuit ſatis patri aduerſę, gentes incredulas contra Chriſticolas excitaſſe, niſi, commoueret & in ipſis Chriſtianis ſchiſmata. Concitat hæreſes, & diuiſa fides catholica, alterq; diſſentit: nā ſub Antonii imperio Marcionitana & Valentiniana hæreſis inſana ſurrexit: & Iuſtinus philoſophus poſt ſcriptos Catholicæ Eccleſiæ libros, martyrio pro Chriſti nomine coronatur. In Aſia autem, orta perſecutione, beatiſſimus Polycarpus, Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ diſcipulus octogeſimo ætatis ſuæ anno, velut holocauſtum puriſſimum, per ignem domino conſecratur. Sed & in Galliis multi pro Chriſti nomine ſunt per martyrium gemmis cœleſtibus coronati: quorum paſſionum hiſtorię apud nos fideliter vſque hodie retinentur.

Polycarpus Niceph. cap. 10. & 35. lib. 3.

Cap. 29 Photinus.

Ex quibus & ille primus Lugdunenſis Eccleſiæ Photinus Epiſcopus fuit qui plenus dierū, diuerſis affectus ſupplicijs pro Chriſti nomine paſſus eſt. Beatiſſimus vero Irenæus huius ſucceſſor martyris, qui à beato Polycarpo ad hanc vrbem directus eſt, admirabili virtute enituit: qui in modici tēporis ſpatio, prædicatione ſua maxime in integro ciuitatē reddidit Chriſtianam. Sed veniente perſecutione, talia ibidē diabolus bella per tyrannum exercuit, & tanta ibi multitudo Chriſtianorum ob confeſſionem dominici nominis eſt iugulata, vt per plateas flumina currerēt de ſanguine Chriſtiano: quorum nec numerū, nec nomina colligere potuimus. Dominus enim eos in libro vitæ conſcripſit. Beatum Irenæū diuerſis in ſua carnifex præſentia pœnis affectum, Chriſto domino per martyrium dedicauit. Poſt hunc & 48. martyres paſſi ſunt, ex quibus primum fuiſſe legimus Vetium Epagatum.

Irenæus. Niceph. lib. 4. cap. 1 & 14.

B

Sub Decio vero Imperatore multa bella aduerſum nomē Chriſtianum exoriuntur, & tanta ſtrages de credentibus fuit, vt nec numerari queāt. Babylas Epiſcopus Antiochenus, cum fratribus paruulis, id eſt Vrbano, Priliđano, & Epolono: & Sixtus, Romanæ Eccleſ. Epiſcopus: & Laurentius Archidiaconus, & Hippolytus ob dominici nominis confeſſionem per martyrium conſummati ſunt. Valentinianus & Nouatianus maximi tunc hæreticorum principes, contra fidē noſtram inimico impellente graſſantur. Huius tempore ſeptem viri Epiſcopi ordinati ad prædicandum in Gallias miſſi ſūt, ſicut hiſtoria paſſionis ſancti martyris Saturnini denarrat. Ait enim, Sub Decio & Grato conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primū ac ſummū Tholoſana ciuitas S. Saturninum habere cœperat ſacerdotem. Hi ergo miſſi ſunt: Turonicis, Gratianus Epiſcopus: Arelatenſibus, Trophimus Epiſcopus Narbonæ, Paulus Epiſcopus: Tholoſæ Saturninus Epiſcopus: Pariſiacis, Dionyſius Epiſcopus: Aruernis, Stremonius Epiſcopus: Lemouicinis, Martialis eſt deſtinatus Epiſcopus. De his vero, beatus † Dionyſius Pariſiorum Epiſcopus, diuerſis pro Chriſti nomine adfectus pœnis, præſentem vitam gladio imminente finiuit: Saturninus vero, iam ſecurus de martyrio, dicit duobus presbyteris ſuis: Ecce ego iam immolor, & tēpus meæ reſolutionis inſtat, rogo vt vſq; dū debitū finē impleam, à vobis penitus non relinquar. Cumque comprehenſus ad Capitolium duceretur, relictus ab his ſolus adtrahitur. Igitur cū ſe ab illis cerneret derelictum, oraſſe fertur: Domine Ieſu Chriſte exaudi me de cœlo ſancto tuo, vt nūquam Eccleſia de his ciuibus mereatur habere pontificē in ſempiternum. Quod vſq; nunc in ipſa ciuitate ita eueniſſe cognouimus: hic vero Tauri furentis veſtigiis alligatus, ac de Capitolio præcipitatus, vitā finiuit. Gratian. vero, Trophimus, Stremoniuſq;, & Paulus atq; Martialis, in ſumma ſanctitate viuentes, poſt acquiſitos Eccleſię populos, ac fidem Chriſti per omnia dilatatā, fœlici confeſſione migrarunt. Et ſic tam iſti per martyrium, quam hi per confeſſionem relinquētes terras, in cœleſtibus pariter ſunt cōiuncti.

Cap. 30. Trithemius ſub Domitiano

Babylas Niceph. hoc. lib. 4. cap. 28 lib. 10. cap. 26.

C

† Hunc eſſe Dionyſium Areop. qui ad prædicationem Pauli credidit. docte demonſtrant Stapolenſis, Carthuſianus & Trithem. vt ſatis ex eis Abbas Vrſpergenſis eorumq; poſſit falſitas.

D

De horum vero diſcipulis quidam Bituringas ciuitatem adgreſſus, ſalutare omnium, Chriſtum dominum populis nunciauit. Ex his ergo pauci admodum credentes, clerici ordinati, ritum pſallendi ſuſcipiunt & qualiter Eccleſiam conſtruant. vel omnipotenti Deo ſolennia celebrare debeant: imbuūtur. Sed illis paruam adhuc ædificandi facultatē habentibus, ciuis cuiuſdam domum, de qua Eccleſiā faciant, expetunt. Senatores vero vel ſeli qui meliores loci, fanaticis erant tunc cultibus obligati qui vero crediderant ex pauperibus erant, iuxta illud domini, quod Iudæis exprobrat dicens, Quia meretrices & publicani pręcedent vos in regno Dei, Hi vero nō obtenta à quo petierāt domo, Leucadium quendam primum Galliarum ſenatorem, qui de ſtirpe Vetii Epagati fuit, quem Lugduni paſſum pro Chriſti nomine ſuperius memorauimus, repererunt. Cui cum petitionem ſuam, & fidem pariter intimaſſent, ille reſpondit: Si domus mea, quam apud Bituricā vrbem habeo, huic operi digna eſſet, præſtare non abnegarem. Illi autem audientes, pedibus eius proſtrati, oblatis trecentis aureis cum diſco argenteo, dicunt eam huic miniſterio eſſe congruam Qui acceptis de his trib. aureis pro benedictione, clemētes indulgēs reliqua, cū adhuc eſſet in errorem idololatrię implicitus, Chriſtianus factus domū ſuam fecit Eccleſiā. Hęc eſt nunc Eccleſia apud Bituringas vrbem prima, miro opere compoſita, & primū martyris Stephani reliquiis illuſtrata.

Cap. 31 Bituriſgenſium conuerſio.

E

Leocadius domum concedit in Eccleſiam.

Viceſimo ſeptimo loco, Valerianus & Gallienus Romanorum imperium ſunt adepti, qui grauem contra Chriſtianos perſecutionem ſuo tempore cōmouerunt. Tunc Romam Cornelius, Cyprianus Carthaginem fœlici ſanguine illuſtrarunt. Horum tēpore & Chrocus ille Alamannorum rex, commoto exercitu, Gallias peruagauit. Hic autē Chrochus multæ arrogantiæ fertur fuiſſe. Qui cum nonnulla inique geſſiſſet, per conſilium, vt aiunt, matris iniquæ collectam (vt diximus) Alamannorū gentem, vniuerſas Gallias peruagatur, cunctaſque ędes, quæ antiquitus fabricatæ fuerant, à fundamentis ſubuertit. Veniens vero Aruernos, delubrum illud quod Gallica lingua Vaſſo Galatæ vocant, incendit, diruit, atque ſubuertit. Miro enim opere factum fuit atq; firmatum; cuius paries duplex erat. Ab intus enim deminuto lapide, à foris vero, quadris ſcalptis fabricatum fuit. habuit enim paries ille craſſitudinem, pedes triginta. Intrinſecus vero marmore ac muſiuo variatum erat. Pauimentum quoque ædis marmore ſtratum, deſuper vero plumbo rectum.

Cap. 32. Valeriani perſecutio.

F

Vaſſo templum euerſum.

Iuxta hanc vrbem Liminius, Anatolianuſque martyres requieſcunt. Ibi Caſſius ac Victorinus in dilectione Chriſti fraterno affectu ſociati, per effuſionem cruoris proprii, cœlorum regna pariter ſunt adepti. Nam refert antiquitas Victorinum ſeruum fuiſſe ante dicti templi ſacerdotis. Qui dum plerunq; vicum quem Chriſtianorum vocant, ad perſequendos Chriſtianos adit, Caſſium reperit Chriſtianum; cuius pręędicationibus atq; miraculis motus, credidit Chriſto: relictiſq; fanaticis ſordibus, ac baptiſmo conſecratus, magnus in virtutum operatione enituit. Nec multo poſt, per martyrium (vt diximus) in terris ſociati, ad cœleſtia pariter regna migrauerunt.

Cap. 33. Liminius, Anatolianus Caſſius Victorinus

G

Irruentibus autem Alamannis in Gallias, ſanctus Priuatus Gaballitanæ vrbis epiſcopus, in crypta Memmatenſis montis, vbi ieiuniis orationibuſque vacabat, reperitur, populi Gredonenſis caſtri munitione concluſus. Sed dum oues ſuas bonus paſtor lupis tradere nō conſentit, dæmoniis immolare compellitur. Quod ſpurcum ille tam execrans quam refutans, tamdiu fuſtibus cæditur quoadusque putaretur exanimis. Sed ex ipſa quaſſatione, interpoſitis paucis diebus, ſpiritum exhalauit. Chrocus vero apud Arelatenſem Galliarum vrbem comprehenſus, diuerſis adtectus ſuppliciis, gladio verberatus interiit, non immerito pœnas quas ſanctis Dei intulerat, luens.

Cap. 34. Priuatus martyr.

Chrocus.

H

Sub Diocletiano, qui triceſimo tertio loco Romanum rexit imperium grauis contra Chriſtianos per annos IIII. perſecutio exagitata eſt: ita vt quadam vice in ipſo ſacratiſſimo die Paſchæ, magni Chriſtianorum populi ob veri Dei cultū interficerentur. Eo tēpore, Quirinus Siſſienſis eccleſiæ ſacerdos glorioſū ꝓ Chriſti nomine martyriū tulit: quē ligato ad collū molari ſaxo, in fluminis gurgitē ſæuitia impulit paganorū. Igitur cum cecidiſſet in gurgitē diu ſuper aquas diuina virtute ferebatur, nec ſorbebant aquæ quē pōd' criminis nō premebat, Quod factū admirans multitudo populi circunſtantis deſpecto furore gentiliū, ad liberādū properārt ſacerdotē. Hæc ille cernens, nō paſſus eſt ſe à martyrio ſubtrahi, ſed erectis ad cœlum oculis ait, Ieſu domine, qui glorioſus reſides ad dextrā patris, ne patiaris me ab hoc ſtadio remoueri, ſed ſuſcipiēs animā meā, cōiungere me tu-

Cap. 35.

Quirinus martyr.

A

is martyribus in requie ſempiterna dignare. His dictis reddidit ſpiritum. Cuius corpus à Chriſtianis ſuſceptum, venerabiliter ſepulturæ mandatum eſt. Romanorum triceſimus ſquartus imperium obtinuit Cõſtantinus, annis triginta regnans fœliciter. Huius imperii anno vndecimo cũ poſt exceſſum Diocletiani, pax reddita fuiſſet Eccleſiis, beatiſſimus præſul Martinus, apud Sabariam Pannoniæ ciuitatem naſcitur, parentib. gentilibus, non tamen infimis. Hic Cõſtantinus anno viceſimo imperii ſui, Criſpum filium veneno, Fauſtam coniugem calente balneo interfecit, ſcilicet, quod proditores regni eius eſſe voluiſſent. Huius tempore venerabile Crucis dominicæ lignum per ſtudium Helenæ matris eius repertum eſt, prodente Iuda Hebræo, qui poſt baptiſmum Quiriacus eſt vocitatus. Vſque hoc tempus hiſtoriographus in Chronicis ſcribit Euſebius. A viceſimo primo n. eius imperii anno, Hieronymus preſbyter addidit, indicans Iuuencum preſbyterum, Euangelia verſibus conſcripſiſſe, rogante ſupradicto Imperatore. Sub Conſtãtis autem imperio, Iacobus Niſibenus fuit, ad cuius preces inclinatæ aures diuinæ clementię, multa pericula à ciuitate eius repulerunt. Sed & Maximinus Treuerorum epiſcopus potens in omni ſanctitate reperitur. Nonodecimo Conſtantini iunioris anno, Antonius Monachus tranſiit, centeſimo ætatis ſuæ anno. Beatiſſimus Hilarius Pictauēſis epiſcopus, ſuaſu hæreticorum exilio deputatur: ibiq; libros pro fide Catholica ſcribens, Cõſtantio miſit, qui quarto exilii anno eũ abſolui iubens ad propria redire permiſit.

Cap. 36. Conſtantinus.

Crucis inuentio.

Iuuencus.

Cap. 37. Ia. Niſibenus Nicep. lib. 15. ca. 22.

B

Cap. 38. Sulpit. li. 1. vitæ S. Martini.

Tunc iam & lumen noſtrum exoritur, nouiſque lampadum radiis Gallia perluſtratur, hoc eſt eo tempore beatiſſimus Martinus in Galliis prædicare exorſus eſt: qui Chriſtũ Dei filium per multa miracula verum Deum in populis declarans, Gentilium incredulitatem auertit. Hic enim fana deſtruxit, hæreſim oppreſſit, Eccleſias ædificauit: & cum aliis multis virtutib. refulgeret, ad conſummandum laudis ſuæ titulum, tres mortuos vitæ reſtituit. Quarto Valentiniani & Valentis anno, ſanctus Hilarius apud Pictauos, plenus ſanctitate & fide multis vndiq; virtutibus editis, migrauit ad cœlos. Nam & ipſe legitur mortuos ſuſcitaſſe.

Cap. 39. S. Martinus infra eius lib. 10.

Melania vero matrona nobilis, & incola vrbis Romanę, Hieroſolymam ob deuotionem adiit, Vrbano filio Romæ relicto. Quę ita ſe in cunctis bonitate ac ſanctitate omnibus præbuit, vt Tecla vocaretur ab incolis.

Cap. 40. Melania.

C

Poſt mortem autẽ Valentiniani, Valens integri ſucceſſor imperii, Monachos ad militiam cogi iubet, nolẽtes fuſtibus præcipit verberari. Poſt hæc bellum ſæuiſſimum in Thracas Romani ingreſſere: in quo tãta ſtrages fuit, vt Romani amiſſo equorum præſidio, pedibus fugerent. Cumq; à Gothis internecione maxima cæderentur, & Valens fugeret, ſagitta ſauciatus, paruum tugurium adgreſſus imminentibus hoſtibus, ſuper ſe incenſa caſula, optata caruit ſepultura. Sicq; vltio diuina ob ſanctorum effuſum ſanguinem, tandem emiſſa proceſſit. Hucuſque Hieronymus, ab hoc vero tempore Oroſius preſbyter plus ſcripſit.

Cap. 41. Valēs monachos ad militiã cogit. Oroſius lib. 7 ca. 33.

Igitur cum Gratianus imperator, deſtitutã cerneret eſſe rempublicam, Theodoſium collegam imperii facit. Hic Theodoſius omnem ſpem atq; fiduciam in Dei miſericordiam ponit. Qui multas gentes non tam gladio, quam vigiliis & oratione compeſcuit, Rempublicam confirmauit, Conſtantinopolim vrbem victor ingreſſus eſt.

Cap. 42. Gratianus Theodoſius.

Maximus vero cum per tyrannidem oppreſſis Britannis ſumpſiſſet victoriam, à militibus imperator creatus eſt. In vrbe Treuerica ſedem inſtituens, Gratianum imperatorem circumuentum dolis interfecit. Ad hunc Maximum beatus Martinus iã epiſcopus venit. In loco ergo Gratiani, Theodoſius ille qui totam ſpem in Deum poſuerat, totum ſuſcipit imperium. Qui deinceps diuinis affatibus fretus, Maximum ſpoliatum imperio interfecit.

D

Cap. 43. Maximus. Beda Hiſt. Angl. lib. 1.

Apud Aruernos vero poſt Stremonium epiſcopũ prædicatoremq; primus epiſcopus Vrbicus fuit, ex ſenatorib. conuerſus, vxorem habens: quæ iuxta conſuetudinem eccleſiaſticam, remota à conſortio ſacerdotis religioſe viuebat, vacabant enim ambo orationi, eleemoſynis, atque operibus bonis. Cũq; hæc agerent, inuidus inimicus, qui ſemper eſt æmulus ſanctitati, cõmouetur in fœminam: quã in concupiſcentiã viri ſuccedens, nouã Euam efficit. Nã ſuccenſa mulier à libidine, operta peccati tenebris, pergit ad domũ Eccleſiæ per tenebras noctis. Cumq; obſerata omnia repetiſſet, pulſare fores Eccleſiæ domus cœpit, ac voces huiuſmodi dare: Quouſque ſacerdos dormis? quouſque oſtia clauſa non reſeras? cur cõiugem ſpernis? cur obduratis auribus, Pauli præcepta non audis? Scripſit enim: Reuertimini ad alterutrum, ne tentet vos Satanas. Ecce ego ad te reuertor, nec ad extraneum, ſed ad propriũ vas recurro. Hæc & his ſimilia diu declamanti, tandem ſacerdotis tepeſcit religio. Iubet eam cubiculo intromitti, vſuſq; concubitu eius diſcedere iubet. Dehinc tardius ad ſe reuerſus, & de perpetrato ſcelere condolens, acturus pœnitentiam, diœceſis ſuę monaſterium expetit: ibiq; cum gemitu ac lachrymis quæ commiſerat diluens, ad vrbem propriam eſt reuerſus: qui impleto vitæ curſu migrauit à ſeculo. Nata eſt n. ab hoc conceptu filia, quæ in religione permãſit. Ipſe quoq; ſacerdos cum cõiuge & filia in crypta Cãtobennẽſi, iuxta aggerẽ publicũ eſt ſepultus. In cuius loco Legonus epiſcopus ſubrogatur.

Cap. 44. Aruernorũ Epiſcopi.

Eccleſiaſtici tenebant vxorib.

E

Quo defuncto ſanctus Hillidius ſucceſſit, vir eximiæ ſanctitatis ac præclaræ virtutis, qui in tanta ſanctitate emicuit, vt fama eius etiam extraneos fines adiret: vnde factum eſt vt ab imperatoris Treuerici filia expetitus, vt ſpiritum immundo curaret: quod in libro illo quem de eius vita conſcripſimus, memorauimus. Fuit autem, vt fama refert, valde ſenex & plenus dierum, plenuſq; bonis operibus, qui felici conſummatione, vitæ huius perfunctus tramite migrauit ad Chriſtum, ſepultuſq; in crypta, ſuburbano ciuitatis illi. Habuit autem & archidiaconum nomine & merito Iuſtũ, qui & curſum vitæ bonis conſummans operibus, magiſtri tumulo ſociatur. Iam vero poſt tranſitum beati Hillidii cõfeſſoris, ad glorioſum eius ſepulchrum tantæ virtutes apparent, vt nec ſcribi integre queant, nec memoria retineri. Huic ſanctus Nepotianus ſucceſſit.

Cap. 45. Hillidius de eo alibi.

F

Iuſtus archidiac.

Igitur apud Aruernos ſanctus Nepotianus quartus habebatur epiſcopus. A Treueris vero legati in Hiſpaniam mittebantur, ex quibus Artemius quidam admirabilis ſapientiæ atq; pulchritudinis, & prima ætate florens, vi febrium eſt correptus. Præcedentibus vero aliis, hic apud Aruernos ægrotus relinquitur; nam eo tẽpore apud Treueros, ſponſali erat vinculo nexus. A ſancto autem Nepotiano viſitatus, atque oleo ſancto perunctus, tribuente domino redditur ſanitati. Qui cum ab eodem ſancto verbum prædicationis accepiſſet, oblitus tam ſponſam terrenã, quã facultates proprias, ſanctæ copulatur Eccleſiæ, factuſq; clericus in tanta prælatus eſt ſanctitate, vt beato Nepotiano ſucceſſor exiſteret, ad regendas gregis dominici caſas.

Cap. 46. Nepotianus ſanat febricitantem.

G

Per idem tempus Iniurioſus quidam de ſenatorib. Aruernus, cum magnis opibus ſimilem ſibi in coniugio puellã expetiit, datoque arrabone diem conſtituit nuptiarum. Erat autem vterque vnicus patri. Adueniente vero die, celebrata nuptiarũ ſolemnitate, in vno ſtrato ex more locantur. Sed puella grauiter contriſtata, auerſa ad parietem, amariſſime flebat. Cui ille, Quid, inquit, turbaris? Indica quæſo mihi. Illaq; ſilente, adiecit, Obſecro te per Ieſum Chriſtum filium Dei, vt mihi quid doleas ſapienter exponas. Tunc illa conuerſa ad eum ait, Si omnibus diebus vitæ meæ plangam, nunquid tãtæ erunt lachrymæ vt queant abluere tam immenſum pectoris mei dolorem? Statueram enim, vt corpuſculum meum immaculatum Chriſto à virili tactu ſeruarem: ſed væ mihi quæ taliter ab eo relicta ſum, vt quod optabam perficere non valerem: & quod ab initio ætatis meę ſeruaui, in hac nouiſſima die quam videre non debueram, perdidi. Ecce enim relicta ab immortali Chriſto, qui mihi dotem promittebat paradiſum, mortalis hominis ſum ſortita conſortium: & pro roſis immarceſcibilibus, arentiũ me roſarum non ornat, ſed deformat ſpolium. Et cũ debui ſuper quadrifluo agni flumine, puritatis ſtolã induere: hęc mihi veſtis onus exhibet, nõ honorẽ. Sed quid amplius verba protrahimus? Infelix ego quæ debui forte mereri polos, hodie demergor in abyſſos! O ſi mihi hæc futura erant, quare nõ dies vitæ meæ ipſe fuit finis, qui fuit initiũ! O ſi ante introiſſẽ mortis ianuã, quã lactis accipere alimẽta! O ſi mihi dulciũ nutricũ oſcula, in funere fuiſſent expenſa. Horrent n. mihi terrenæ ſpecies, quia per mũdi vita trãsfixas manus inſpicio redemptoris. Nec cerno diademata gemmis inſignibus coruſcantia,

Cap. 47. Iniurioſus.

H

A

ſcantis, cum illam ſpineam miror mente coronam. Reſpuo lōge lateq; diffuſa ſpatia terræ tuæ, quia amœnitatē concupiſco paradiſi. Horrent tua ſolatia, cum dominum reſidentem ſuſpicio ſupra aſtra. Talia cum magno fletu iactanti, cōmotus pietate iuuenis ait: Vnicos nos nobiliſſimi Aruernorum habuere parentes, & ad propagandā generationē coniungere voluerunt, ne recedentibus de mundo ſuccederet hæres extraneus. Cui illa: Nihil eſt mundus, nihil ſunt diuitiæ, nihil eſt pompa ſeculi huius: nihil eſt vita ipſa qua fruimur: ſed illa magis vita quærenda eſt, quæ morte termināte non clauditur, quæ labe vlla nō ſoluitur, nec aliquo occaſu finitur, vbi homo in beatitudine æterna permanēs, luce non occidente viuit. Et quod maius eſt his omnibus, ipſius domini præſentia, iugi perfruens contemplatione, in angelico trāslatus ſtatu, indiſſolubili lætitia gaudet. Ad hæc ille: Dulciſſimis, inquit, eloquiis tuis æterna mihi vita tanquā magnum iubar illuxit: & ideo ſi vis à carnali abſtinere concupiſcentia, particeps tuæ mētis efficiar. Illa reſpondit, difficile eſt ſexum virilem mulieribus iſta præſtare. Tamen ſi feceris vt immaculata permaneam in ſeculo, ego tibi partē tribuam dotis, quā promiſſam habeo à ſpōſo domino meo Ieſu Chriſto, cui me & famulā deuoui eſſe & ſponſam. Tunc ille armatus crucis vexillo, ait: Faciam quæ hortaris: & datis inter ſe dextris, quieuerunt. Multis poſtea in vno ſtrato recumbentes annos, vixerunt cum caſtitate laudabili. Quod poſtea in eorum tranſitu declaratum eſt, nam cum impleto certamine, puella migraret ad Chriſtū, peracto vir funeris officio, cum puellam in ſepulchrum deponeret, ait: Gratias tibi ago æterne domine noſter, quia hunc theſaurum ſicut à te commendatum, accepi, ita immaculatum pietati tuę reſtituo. Ad hæc illa ſubridens: Quid, inquit, loqueris quod non interrogaris? Illamque ſepultam, ipſe non poſt multū inſequitur. Porro cum vtriuſque ſepulchrum è diuerſis parietibus collocatum fuiſſet, miraculi nouitas quæ eorū caſtitatem manifeſtaret, apparuit. nā facto mane cum ad locū populi accederent, inuenerunt ſepulchra pariter, quæ longe inter ſe diſtare reliquerant: ſcilicet vt quos tenet ſocios cœlum, ſepultorum hic corporum non ſeparet monumentum. Hos vſque hodie, duos amantes vocitare loci incolæ voluerunt. Meminimuſque de his in libro Miraculorum.

B
Coniuges abſtinēt cōmixtione.

C
Sepulchrā duorum amantium l. de glo. con. c. 32.

CAP. XLVI.
Martini virtutes & obitus.

Arcadii vero & Honorii ſecundo imperii anno, ſanctus Martinus Turonorum epiſcopus, plenus virtutibus & ſanctitate, præbēs infirmis multa beneficia, octogeſima & primo ætatis ſuæ anno, Epiſcopatus autem XXVI. apud Condatenſem diœceſis ſuæ vicum, excedēs à ſeculo feliciter migrauit ad Chriſtum. Tranſiit autē media nocte, quæ dominica habebatur, Attico Cæſareoq; conſulibus. Multi enim in eius tranſitu pſallentium voces audierunt in cœlo, quod libro virtutum eius primo plenius expoſuimus. Nam cum primitus ſanctus Dei apud Condatenſem, vt diximus, vicū ægrotare cœpiſſet, Pictaui populi ad eius tranſitū ſicut Turonici conuenerunt. Quo migrante, grandis altercatio in vtrumque ſurrexit populum. Dicebant enim Pictaui, Noſter eſt monachus, nobis abbas extitit: nos requirimus cōmendatum. Sufficiat vobis, quod dum eſſet in mundo Epiſcopus, vſi eſtis eius colloquio, participaſtis conuiuio, firmati fuiſtis benedictionibus, inſuper & virtutibus iocūdati: ſufficiāt ergo vobis iſta omnia: nobis liceat auferre vel cadauer exanimum. Ad hęc Turonici reſpondebāt: Si virtutum nobis facta ſufficere dicitis, ſcitote quia vobiſcum poſitꝰ amplius eſt quam hic operatus, nam vt prætermittamus plurima vobis ſuſcitauit duos mortuos, nobis vnum: & vt ipſe ſæpe dicebat, maior ei virtus ante epiſcopatum fuit, quam poſt epiſcopatum. Ergo neceſſe eſt, vt quod nobiſcum non impleuit viuens, expleat vel defunctus. Vobis eſt n. ablatus, nobis à Deo donatus. Verum ſi mos antiquitus inſtitutus ſeruatur in vrbe qua ordinatus eſt, habebit Deo iubente ſepulchrum. Certe ſi pro monaſterii priuilegiū cupitis vindicare, ſcitote quia primum ei monaſterium cum Mediolanēſibꝰ fuit. His ergo litigantibus, ſole ruente nox clauditur: corpuſque in medio poſitum, firmatis ſeris ab vtroque populo cuſtoditur, futurum vt mane facto à Pictauis per violentiam auferretur: ſed Deus omnipotens noluit vrbem Turonicam proprio fruſtrare patrono. Denique nocte media omnis Pictaua ſomno phalanga cōprimitur, nec vllus ſuperfuit qui ex hac multitudine vigilaret. Igitur vbi Turonici eos conſpiciunt obdormiſſe, adprehenſam ſanctiſſimi corporis glebam, alii per feneſtrā eiiciunt, alii à foris ſuſcipiunt: poſitumque in naui cum omni populo, per Vingēnā fluuium deſcendunt. Ingreſſique Ligeris alueum, ad vrbem Turonicam cum magnis laudibus pſallētioq; dirigunt copioſo. De quorū vocibus Pictaui expergefacti, nihil de theſauro quem cuſtodiebāt habentes cum magna confuſione ad propria ſunt reuerſi. Quod ſi quis requiret, cur poſt tranſitum Gatiani epiſcopi, vnus tantum, id eſt Litorius, vſque ad ſanctum Martinum fuiſſet epiſcopus, nouerit quia obſiſtentibus paganis, diu ciuitas Turonica ſine benedictione ſacerdotali fuit, nam qui Chriſtiani eo tempore videbātur, occulte & per latebras diuinum officium celebrabant, nam ſi qui à paganis reperti fuiſſent Chriſtiani, aut afficiebantur verberibus, aut gladio truncabantur. A paſſione ergo domini, vſque tranſitum ſancti Martini, anni CCCCXII. computantur.

D

De ſepultura S. Martini certant Pictaui & Turones. Sul. lib. 2.

E

Litorius.

Turones diu ſine benedictione.

Explicitus eſt liber primus, continens annos V. M. DXLVI. qui computantur à principio mundi vſque ad tranſitum ſancti Martini epiſcopi.

F

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM, LIBER II.

PRoſequentes ordinem temporum, mixte cōfuſeque, tam virtutes ſanctorum, quam ſtrages gentium memoramus. Non enim irrationabiliter accipi puto, ſi fœlicem beatorum vitam inter miſerorum memoremus excidia, cum id non facilitas ſcriptoris, ſed temporum ſeries præſtet, nam ſolicitus lector ſi inquirat ſtrenue, inueniet inter illas regum Iſraelitarum hiſtorias, ſub Samuele iuſto, Phineem interiiſſe ſacrilegum: ac ſub Dauid, quem fortem manu dicunt, Goliam Allophylum corruiſſe. Meminerit etiam ſub Heliæ eximii vatis tempore, qui pluuias cum voluit abſtulit, & cum libuit, arentibus terris infudit. qui viduæ paupertatem oratione locupletauit, quantæ populorum ſtrages fuere, quantæ fames: vel quæ ſiccitas, miſeram oppreſſit humum. Quæ ſub Ezechiæ tempore, cui Deus ad vitam XV. annos auxit, Hieroſolyma mala pertulerit. Sed & ſub Eliſæo propheta, qui mortuos vitæ reſtituit, & alia in populis miracula multa fecit, quantæ interneciones, quę miſeriæ ipſum Iſraeliticum populum oppreſſerunt. Sic & Euſebius, Seuerus, Hieronymuſque in Chronicis atque Oroſius, & bella regum, & virtutes martyrum pariter texuerūt. Ita & nos idcirco ſic ſcripſimus, quo facilius ſeculorum ordo vel annorum ratio, vſque ad noſtra tempora tota reperiatur. Venientes ergo per ante dictorum auctorum hiſtorias ea quæ in poſterum acta ſunt, domino iubente diſſeremus.

G

Cap. I.

Igitur poſt exceſſum B. Martini Turonicæ ciuitatis epiſcopi, ſummi & incomparabilis viri, de cuius virtutibus, magna apud nos volumina retinentur, Briccius ad epiſcopatum ſuccedit. At vero Briccius iſte cum eſſet primæuæ ætatis iuuenis, ſancto adhuc Martino viuēti in corpore multas tendebat inſidias, pro eo quod ab eodem plerunq; cur faciles res ſequeretur, arguebatur. Quadam autē die, dum quidam infirmus medicinam à beato Martino expeteret, Bricciū adhuc diaconum in platea cōuenit: cui ſimpliciter ait, Ecce ego præſtolor beatum virum, & neſcio vbi ſit, vel quid operis agat: cui Briccius, Si, inquit, delirū illū quæris, proſpice eminus: ecce cœlum ſolite ſicut amens reſpicit. Cumq; pauper ille occurſu reddito quod peteret impetraſſet, Briccium diaconū vir beatus alloquitur: En ego Briccii delirus tibi videor? Cumq; ille confuſus hæc audiens, dixiſſe ſe denegaret, ait vir ſanctus: Nonne aures meæ ad os tuum erant, cum hæc eminus loquebaris? Amen dico tibi, quia obtinui apud Deū vt poſt me ad pontificatus honorem accedas, ſed noueris te in epiſcopatu multa aduerſa paſſurum. Briccius hæc audiens irridebat, dicens: Nonne verum

Briccius B. Martino inſidiatur.

H

A

dixi, iſtum delira verba proferre? Sed & presbyterii honore præditus, ſæpius beatũ virum conuiciis laceſſiuit. Adepto ergo conſentientib. ciuibus, pontificatus officio, orationi vacabat. Qui quãquam eſſet ſuperbus & vanus, caſtus tamen habebatur corpore. Triceſimo tertio vero ordinationis eius anno, oritur cõtra eum lamentabilis cauſa pro crimine. nam mulier ad quam cubicularii eius veſtimenta deferre ſolebant ad abluendum, quæ ſub ſpecie religionis erat veſte mutata, cõcepit & peperit. Qua de re ſurrexit omnis populus Turonorum in iram, & totum crimen ſuper epiſcopum referunt, volentes eum vnanimiter lapidare. Dicebãt enim, Diu pietas ſancti tuam celauit luxuriã: nec Deus nos diutius ſinit manus tuas indignas ob oſculãdo, pollui. Illo quoq; econtrario viriliter hæc negãte, Adferte, inquit, infantem ad me. Cumq; oblatus fuiſſet infans, triginta dies ab ortu habens, ait ad eum epiſcopus: Adiuro te per Ieſum Chriſtum filium Dei omnipotentis, vt ſi ego te generaui, coram cũctis edicas. Et ille, Non es, inquit, tu pater meus. Populis autem rogantibus, vt quis eſſet pater, interrogaret, ait ſacerdos: Non eſt hoc meum, quod ad me pertinuit, ſollicitus fui. Vobis ſi aliquid ſuppetit, per vos quærite. Tunc illis magicis hæc artibus facta aſſeuerantes, inſurgunt contra eum in vna conſpiratione: & trahentes eum dicebant: Non diutius nobis falſo paſtoris nomine dominaberis. Ille autem ad ſatisfaciendum adhuc populo, prunas ardentes in byrrum ſuum poſuit. & ad ſe ſtringens, vſq; ad ſepulchrũ beati Martini, vna cum populorum turbis accedit, proiectiſq; ante ſepulchrum prunis veſtimentum eius inuſtum apparuit. Illo quoque ſic proſequente, Sicut iſtud veſtimẽtum ab his ignibus videtis illæſum, ita & corpus meum à mulieris coitu eſt impollutum. Illis vero non credentibus, ſed contradicentibus, trahitur, calumniatur, eiicitur, vt ſermo ſancti adimpleretur: Noueris te in epiſcopatu multa aduerſa paſſurum. Hoc n. eiecto, Iuſtinianum in epiſcopatu conſtituunt. Deniq; Briccius Romanæ vrbis Papam expetiit flens, & eiulans, atq; dicens: Merito hæc patior, quia peccaui in ſanctum Dei, & eum delirum & amentem ſæpe vocaui: cuius videns virtutes, nõ credidi. Poſt cuius abſceſſum, aiunt Turonici ſacerdoti ſuo: Vade poſt eum & exerce negocium tuum: quia ſi eum proſecutus non fueris, ad noſtrum omnium contemptum humiliaberis. Iuſtinianus vero egreſſus à Turonis, Vercellas Italiæ ciuitatem adgreſſus, iudicio Dei percuſſus obiit peregrinus. Turonici eius obitum audientes, & in ſua malitia perdurantes, Armentiũ in eius loco conſtituunt. At Briccius epiſcopus Romam veniens, cuncta quæ pertulerat Papæ refert. Qui ad ſedem apoſtolicam reſidens plerunq; miſſarum ſolẽnia celebrans, inibi quicquid in ſanctum Dei deliquerat, deflendo diluit. Septimo igitur regreſſus anno à Roma, cũ auctoritate Papæ illius, Turonos redire diſponit: & veniens ad vicum cuius nomen eſt Laudiacum, ſexto ab vrbe miliario, manſionẽ accepit. Armentius vero febre corripitur, & media nocte ſpiritũ exhalauit. Quod protinus Briccio epiſcopo per viſum reuelatum eſt, qui ait ſuis, Surgite velocius, vt ad tumulandum fratrem noſtrum Turonicum pontificem occurramus. Cumq; illi venientes portam ciuitatis ingrederentur, ecce iſtum per alium portam mortuum efferebant. Quo ſepulto, Briccius in cathedram ſuam regreſſus eſt, ſeptem poſtea feliciter viuens annos. Cui poſt XLVII. epiſcopatus annum defuncto, ſanctus Euſtochius ſucceſſit, magnificæ ſanctitatis vir.

Epiſcopi manus populus oſculabatur.

Infans triginta dierũ loquitur.

B

Igne Briccii probatur innocentia

C

Armentius ſucceſſit Briccio.

D

Cap. 11. De Vandalis & Chriſtianorum perſecutione. Oroſ. li. 7. c. 40.

Poſt hæc Vandali à loco ſuo digreſſi, cum Gũderico rege in Gallias ruunt. Quibus valde vaſtatis, Hiſpanias appetunt. Hos ſecuti Sueui, id eſt, Alamanni, Galliciam adprehendunt. Nec multo poſt, ſcandalum inter vtrunque oritur populum, quoniam propinqui ſibi erant: cumq; ad bellum armati procederent, ac iamiamque in conflictu parati eſſent, ait Alamannorum rex, Quouſq; bellum ſuper cunctum populum commouetur: ne pereant quæſo populi vtriuſq; phalangæ: ſed procedant duo de noſtris in campum cum armis bellicis, & ipſi inter ſe confligant. Tunc ille cuius puer vicerit, regionem ſine certamine obtinebit. Ad hęc cunctus cõſenſit populus, ne vniuerſa multitudo in ore gladii rueret. His n. dieb. Gundericus rex obierat, in cuius loco Transimundus obtinuerat regnum. Confligentibus vero pueris, pars Vandalorum victa ſuccubuit, interfectoq; puero, placitũ egrediendi Tranſimundus ſpopondit, vt ſcilicet præparatis itineri neceſſariis, ſe à finib. Hiſpaniæ remoueret. Per idẽ vero tẽpus perſecutionem in Chriſtianos Tranſimũdus exercuit, ac totã Hiſpaniã, vt ad pfidiã Arrianę ſectę cõſentiret, tormentis ac diuerſis mortib. impellebat. Vnde factum eſt, vt puella quædã religioſa, prædiues opibus, ac ſecundũ ſeculi dignitatem, nobilitate ſenatoria florens: & quod his omnib. eſt nobiliꝰ, fide catholica pollens, Deoq; omnipotenti irreprehenſibiliter ſeruiens, ad hanc quæſtionẽ adduceretur. Cumq; regis fuiſſet oblata conſpectibus, cœpit eã primũ ad rebaptizandũ blandis ſermonib. illicere. Quæ cũ venenoſum eius iaculũ fidei parma ꝓpelleret, præcepit rex facultates eius auferri, quæ iã mente poſſidebat regna paradiſi: deinde ſuppliciis adplicatã ſine ſpe præſentis vitæ torqueri. Quid plura? Poſt multas quæſtiones, poſt ablatos terrenarũ diuitiarum theſauros, cum ad hoc frangi nõ poſſet, vt beatam ſcinderet trinitatem, ad rebaptizandum inuita deducitur. Cũq; in illud cœnoſum lauacrũ vi cogeretur immergi, ac ꝓclamaret: Patrẽ cum filio, ac ſpiritũ ſanctũ vnius credo eſſe ſubſtantiæ eſſentiæq;, digno aquas vnguine cunctas infecit, id eſt fluxu ventris aſperſit. Ex hinc ad legitimã deducta quæſtionẽ, poſt equuleos, poſt flãmas & vngulas, Chriſto domino capitis deciſione dicatur. Poſt hæc proſequentib. Alamannis vſq; ad Traductam, tranſito mari Vãdali per totam Africã ac Mauritaniã ſunt diſperſi. Sed quoniam eorũ tẽpore perſecutio in Chriſtianos inualuit, ſicut ſuperius mentio facta eſt, videtur vt aliqua ex his quæ circa Dei Eccleſias moliti ſunt, vel quẽadmodũ de regno expulſi ſint, memorare. Defuncto igitur Trãſimũdo, poſt ſceleraque in ſanctos Dei exercuit, Honoricus mente crudelior Africanũ occupat regnum, atq; ex electione Vãdalorũ ipſis præponitur. Cuius ſub tẽpore quanti Chriſtianorum populi pro ipſo Chriſti ſacratiſſimo nomine cæſi ſint, ab hominib. non põt comprehendi. Teſtis eſt tamẽ Africa quę miſit, & Chriſti dextera, quæ gemmis immarceſcibilibus coronauit. Legimus tamen quorundã ex ipſis martyrũ paſſiones ex quib. quædam replicanda ſunt, vt ad ea quæ ſpopondimus veniamus. Igitur Cirola falſo vocatus epiſcopus, hæreticorum tunc maximus habebatur aſſertor. Cumque ad perſequendum Chriſtianos res per diuerſa trãſmitteret, ſanctum Eugeniũ epiſcopum virũ inenarrabili ſanctitate, qui tunc ferebatur magnæ prudentię eſſe, in ſuburbano ciuitatis ſuę reperit perſecutor. Quẽ ita violenter rapuit, vt nec ad hortandũ gregẽ Chriſti, vltim abire permitteret. Ille vero cũ ſe videret abduci, Epiſtolam ciuibus pro cuſtodiẽda fide catholica, hoc modo tranſmiſit. *Dilectiſſimis & in Chriſti amore dulciſſimis filiis & filiab. Eccleſiæ mihi à Deo commiſſæ, Eugenius Epiſcopus.* Regalis emanauit auctoritas, & pro exercenda fide catholica, edicto nos à Carthagine venire præcepit. Et ideo ne abiens à vobis Eccleſiã Dei in ambiguo, hoc eſt, in ſuſpenſo dimitterẽ, aut oues Chriſti non verus paſtor ſilentio relinquerẽ, neceſſariũ duxi has ꝓ me vicarias veſtræ dirigere ſanctitati, in quib. nõ ſine lachrymis peto, hortor, moneo, & ſatis abundeq; obteſtor per Dei maieſtatem, & per tremendum iudicii diẽ, atque aduentus Chriſti terribilem claritatem, vt fixiꝰ teneatis catholicã fidẽ adſerẽtes filiũ patri eſſe æqualẽ; & ſpiritum ſanctũ eandẽ habere cum patre & filio deitatẽ. Seruate itaq; vnici baptiſmatis gratiã, cuſtodiẽtes chriſmatis vnctionẽ. Nemo poſt aquam reuertatur ad aq. renatꝰ ex aqua. Nutu n. Dei ſal in aqua conficitur: ſed ſi in aq. redactũ fuerit, omnis ſpecies eius cõfeſtim euacuatur. Vnde nõ immerito dominꝰ in euãgelio ait, Si ſal infatuatũ fuerit, in quo ſalietur? Et vtiq; hoc eſt infatuari, velle ſecundo condiri, cũ ſemel factũ ſufficiat. Nõ audiſtis Chriſtũ dicẽtẽ: Qui ſemel lotus eſt, nõ habet neceſſitatẽ iterũ lauãdi. Ideoq; fratres, & filii filiæq; meæ in domino, nõ vos contriſtet abſentia mea, quin catholicæ diſciplinæ adhæreatis. Ego vos nec longinquitate aliqua obliuiſcor, nec morte à vobis diuellor. Scitote quia quocunq; me fecerint diuidi agones, mecũ eſt palma: ſi ad exiliũ abiero, beati Ioannis euangeliſtæ exẽplum: ſi ad mortis exitium, viuere mihi Chriſtꝰ eſt & mori lucrũ. Si rediero, fratres, implebit Deus deſiderium veſtrum. Attamẽ ſufficiat modo, quod vobis non tacui: monui, inſtruxi quomodo potui: ideoq; immunis ſum à ſanguine omnium

E

Puella ab Arrianis baptizatur ſecundo.

F

Cap. 12. Honorici perſecutio ... cap. ... ſeq.

G

Eugenius ... epiſtola.

Trinitatis aſſertio.

Baptiſma non iterandum.

H

pereun-

A

pereuntium, & ſcio quia aduerſus eos legentur literæ iſtæ ante tribunal Chriſti, cum venerit reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua. Si reuerſus fuero, fratres, videbo vos in hac vita: ſi nō reuerſus fuero, videbo vos in futura. Dico tamen vobis, valete, orate pro nobis, & ieiunate: quia ieiuniū & eleemoſyna ſemper dominum ad miſericordiā deflexerunt. Mementote eſſe ſcriptum in Euangelio, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam a. non poſſunt occidere: iſmete a. eum qui poſtquā occiderit, habet poteſtatem & animā & corpus perdere & mittere in gehennā. Ductus itaque S. Eugeni⁹ ad regem cum illo Arrianorū epiſcopo, pro fide Catholica decertauit. Cumq; eum de S. Trinitatis myſterio potentiſſime deuiciſſet, & inſuper multas per eū virtutes Chriſtus oſtenderet, in maiorem inſaniā idem epiſcopus inuidia inflammante, ſuccenditur. Erant n. tunc temporis cum S. Eugenio viri prudentiſſimi atq; ſanctiſſimi, Vindemialis & Longinus epiſcopi, pares gradu, & virtute non impares. Nam S. Vindemialis eo tempore ferebatur mortuum ſuſcitaſſe: Longinus autem multis infirmis ſalutē tribuit: Eugenius quoq; non ſolum viſibilium oculorum cæcitatem, ſed etiam mentium depellebat. Quod cernens ille nequam Arrianorum epiſcopus, vocatum ad ſe quendam hominem, ab illo quo ipſe viuebat errore, deceptum, ait, Non patior, quod hi epiſcopi multa in populo ſigna depromunt, illoſq; cuncti me neglecto ſequūtur. Adquieſce nunc his quæ præcipio, & acceptis quinquaginta aureis, ſede in platea per quam nobis eſt tranſitus: & manum ſuper clauſos oculos ponens, me prætereunte cum reliquis exclama in magna virtute, dicens, Te beatiſſime Cirola, noſtræ religionis antiſtes, deprecor, vt reſpiciens manifeſtes gloriam ac virtutē tuam, vt oculos meos aperiens, merear lucem videre quam perdidi. Qui iuſſa complens, reſidenſq; in platea tranſeunte hæretico cum ſanctis Dei, iſte qui Deū irridere cogitabat exclamat in magna virtute dicens: Audi me beatiſſime Cirola: audi me ſancte ſacerdos Dei: reſpice cæcitatem meam: experiar ego medicamenta quę ſæpe cæci reliqui à te meruerunt, quæ leproſi experti ſunt, quæ ipſi etiam mortui præſenſerunt. Adiuro te per ipſam virtutem quam habes, vt mihi deſideratā reſtituas lucem, quia graui ſum cæcitate percuſſus. Veritatem n. neſciens, verum dicebat: quia cæcauerat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam æſtimabat. Tunc hæreticorum epiſcopus paululum ſe diuertit, quaſi in virtute triumphaturus, elatus vanitate atq; ſuperbia, poſuit manum ſuā ſuper oculos eius dicens, Secundum fidem noſtram, qua recte Deum credimus, aperiantur oculi tui. Et mox vt hoc nefas erupit, riſus mutatur in planctū, & dolus epiſcopi eſt patefactus in publico. nam tantus dolor oculos miſeri illius inuaſit, vt eos digitis vix comprimeret, ne creparent. Deniq; clamare cœpit miſer ac dicere: Væ mihi miſero, quia ſeductus ſum ab inimico legis diuinæ. Væ mihi, quia Deum per pecuniam irridere volui, & quinquaginta aureos accepi, vt hoc facinus perpetrarē. Ad epiſcopum a. aiebat: Ecce aurū tuum, redde lumen meum, quod dolo tuo perdidi. Voſque rogo glorioſiſſimi Chriſtiani, ne deſpiciatis miſerum, ſed velociter ſuccurrite pereunti. Vere n. cognoui, quia Deus non irridetur. Tunc ſancti Dei miſericordia moti, Si inquiunt, credis, omnia poſſibilia ſunt credenti. At ille clamabat voce magna: Qui non crediderit Chriſtum filium Dei & ſpiritum S. æqualem habere ſubſtantiam atq; deitatem cum Deo patre, hodie quæ ego perfero patiatur. Et adiecit, Credo Deum patrem omnipotentem, credo filium Dei Chriſtum Ieſum æqualem patri, credo Spiritum S. patri & filio conſubſtantialem atq; coæternum. Hæc illi audientes, & ſe inuicem honore mutuo præuenientes, oritur inter eos ſancta contentio, quis oculis eius ſignum beatæ crucis imponeret. Vindemialis vero ac Longinus Eugenium, ille autem econtra eos exorat vt manus imponerent cæco. Quod cum feciſſent, & manus ſuas ſuper caput eius tenerent, S. Eugenius crucem ſuper oculos cæci faciens, ait: In nomine patris & filii & ſpiritusſancti veri Dei, quem trinum in vna æqualitate atque omnipotentia confitemur, aperiantur oculi tui. Et ſtatim ablato dolore, ad priſtinum rediit ſanitatem. Manifeſtiſſime autem patuit per huius cęcitatem qualiter hæreticorum epiſcopus, oculos cordium miſero aſſertionis ſuæ velabat amictu, ne veram lucem illi liceret fidei oculis contemplari. O miſerum, qui non ingreſſus per ianuam, id eſt, per Chriſtum, qui eſt ianua vera, lupus magis gregi quam cuſtos effectus eſt: & pacem fidei quam in credentium cordib. debuerat accendere, prauitate cordis ſui conabatur extinguere. Sancti vero Dei alia ſigna in populis multa fecerunt, & erat vox vna populi dicentis, Verus Deus pater, verus Deus filius, verus Deus ſpiritus ſanctus, vna fide colendus, vno timore metuendus, eodemque honore venerandus. Nam quę Cirola aſſerit, falſa eſſe cunctis eſt manifeſtum. Videns autem Honoricus rex aſſertiones ſuas per ſanctorum fidem glorioſam taliter denudari, nec erigi ſectam erroris, ſed potius deſtrui: fraudemq; pontificis ſui in hoc ſcelere fuiſſe detectam, ſanctos Dei poſt multa tormenta, poſt aculeos, poſt flammas, poſt vngulas, iuſſit interfici. Beatum vero Eugeniū decollari iuſſit, ſub ea ſpecie, vt ſi in ea hora qua enſis ſuper ceruicem eius incumbebat, non reuerteretur ad hæreticorum ſectam, non occideretur, ne eum pro martyre excolerent Chriſtiani, ſed exilio damnaretur: quod ita factū eſſe manifeſtum eſt. Nam cum imminenti morte, interrogatus fuiſſet, ſi mori pro fide Catholica deſtinarat, reſpondit: Hęc n. eſt ſempiterna vita, pro iuſtitia mori. Tunc ſuſpenſo gladio, apud Albigenſem Galliarum vrbem, exilio deputatus eſt: vbi & finem vitæ præſentis fecit. Ad cuius nunc ſepulchrū multæ virtutes creberrime oſtenduntur. S. vero Vindemialem gladio percuti præcepit, quod & impletū eſt in hoc certamine. Octauian⁹ vero archidiaconus & multa milia virorum ac mulierum, hanc fidem adſerentium interempta atque debilitata ſunt. Sed pro amore gloriæ, nihil erant hæc ſupplicia confeſſoribus ſanctis, qui in paucis vexati, in multis bene ſe nouerant diſponendos, iuxta illud Apoſtoli: Quia non ſunt cōdignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelatur in ſanctis. Multi nunc errantes à fide accipientes diuitias, inſeruerunt ſe doloribus multis. Infœlix a. quidam epiſcopus nomine Reuocatus, eo tempore eſt reuocatus à fide Catholica. Tunc & ſol teter apparuit, ita vt vix ab eo pars vel tertia luceret. Credo namq; pro tantis ſceleribus & effuſione ſanguinis innocentis. Hunoricus vero poſt tantum facinus, arreptus à dæmone qui diu de ſanctorum ſanguine paſtus fuerat, propriis ſe morſibus laniabat: in quo etiam cruciatu, vitam indignam iuſta morte finiuit. Huic Childericus ſucceſſit, quo defuncto, Geleſimiris regnum ſuſcipit. Ipſe quoq; à republica ſuperatus, vitam principatumque finiuit, & ſic regnum decidit Vandalorum.

Multæ enim hæreſes eo tempore Dei Eccleſias impugnabant, de quib. plerunq; vltio diuina data eſt. Nam & Athanaricus Gothorum rex, magnam excitauit perſecutionem, qui multos Chriſtianorum diuerſis pœnis adfectos, gladio detruncabat: ſed & nonnullos exilio datos, fame variiſque cruciatibus enecabat. Vnde factum eſt, vt exigente iudicio Dei pro effuſione ſanguinis iuſti, à regno depelleretur, & eſſet exul à patria, qui Dei eccleſias impugnabat, nunc vero ad ſuperiora redeamus.

Igitur rumor erat Chunos in Gallia velle prorumpere. Erat autem tunc temporis apud Tungros oppidum Seruatius eximiæ ſanctitatis epiſcopus, qui vigiliis ac ieiuniis vacans crebro lachrymarum imbre perfuſus, domini miſericordiam precabatur, ne vnquam gentem hanc incredulā, ſeq; ſemper indignam in Gallias venire permitteret. Sed ſentiens per ſpiritum, pro delictis populi ſibi hoc non fuiſſe conceſſum, conſilium cepit vt expeteret vrbem Romanam, ſc. vt adiūctis ſibi Apoſtolicæ virtutis patrocinus quæ humiliter ad dominum flagitabat, mereretur facilius obtinere. Accedens ergo ad B. Apoſtoli tumulum, deprecabatur auxilium bonitatis eius, in multa abſtinentia, maxima inedia ſe cōſumens, ita vt biduo triduoq; ſine vllo cibo potuq; maneret, nec eſſet interuallum aliquod in quo ab oratione ceſſaret. Cumq; ibidem multorum dierum ſpacia in tali afflictione moraretur, fertur hoc à B. Apoſtolo accepiſſe reſponſum: Quid me vir ſanctiſſime inquietas? ecce enim apud domini deliberationem prorſus ſancitum eſt, Chunos in Gallias aduenire, eaſq; maxima tempeſtate debere depopulari. Nunc igitur ſume conſilium, accelera velociter, ordina domū tuā, ſepulturam cōpone: require lin-

Catholicorum Epiſcoporum miracula. B

C

Arrianus Cirola excæcauit quem debuerat illuminare. Poſtea lib. de gl. conf. cap. 13.

D

Cæcus illuſtratur crucis ſignaculo.

E

Trinitatis fides monſtratur miraculo.

Eugenii Epiſc. martyrium.

F

Sol obſcuratur. Honoricus dæmoniacus moritur.

G

CAP. 4. Athanaricus perſequitur Eccleſiam. Ratius lib. 1. de regib. Hiſp.

CAP. 5. Quos Chunos hic vocat author, Procop. Diacon. Nicephor. Iornan. Hunos nominant. Seruatius Romam pergit oraturus ad tumulum B. Petri. H

A teamina munda. ecce enim migrabis à corpore: nec videbunt oculi tui mala quæ facturi ſunt Chuni in Galliis, ſicut locutus eſt domin⁹ Deus noſter. Hoc à ſancto apoſtolo pôtifex reſponſo ſuſcepto, iter accelerat, Galliaſque velociter repetit: veniensq; ad vrbem Tungrorum, quæ erant neceſſaria ſepulturæ ſecum citius leuat. valeqoe dicens clericis, ac reliquis ciuibus vrbis, denunciat cum fleto & lamentatione, quia non viſuri eſſent vltra faciem illius. At illi cum eiulatu magno & lachrymis eum proſequentes, ſupplicabant humili prece dicentes, Ne derelinquas nos pater ſancte, ne obliuiſcaris noſtri paſtor bone. Sed cum eum fletib. reuocare non poſſent, accepta benedictione cum oſculis redierunt. Hic vero ad Traiectenſem vrbem accedês, modica pulſatus febre, receſſit à corpore. Ablatuſq; à fidelibus, iuxta ipſum aggere in publicum eſt ſepultus. Cuius beatum corpus qualiter poſt multorum temporum ſpatia ſit tranſlatum, in libro Miraculorum ſcripſimus.

Cap. 6. Igitur Chuni à Pannoniis egreſſi, vt quidam ferunt, in ipſa ſanctæ Paſchæ vigilia, ad Metenſem vrbem, reliqua depopulando, perueniunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladii trucidantes, ipſoſq; ſacerdotes domini ante ſacroſancta altaria perimentes. Nec remanſit in ea locus inuſtus, præter oratorium beati Stephani primi martyris ac Leuitæ. De quo oratorio quæ à quibuſdâ audiui, narrare non diſtuli. Aiunt enim, priuſquam hi hoſtes venirêt, vidiſſe ſe virum fidelem in viſu quaſi conferêtem cum ſanctis apoſtolis Petro ac Paulo, beatum Leuitam Stephanû

B

Oratorium Stephi. precib. inter incendia ſeruatus.

de hoc excidio, ac dicentem: Oro domini mei, vt non permittatis obtentu veſtro Metenſem vrbem ab inimicis exuri, quia locus in ea eſt in quo paruitatis meæ pignora continentur: ſed potius ſentiant ſe populi aliquid me poſſe cum domino. Quod ſi tantum facinus populi ſupercreuit, vt aliud fieri non poſſit, niſi ciuitas tradatur incendio, ſaltem vel hoc oratorium nô cremetur. Cui illi aiunt, Vade in pace dilectiſſime frater, oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro vrbe vero non obtinebimus, quia dominicæ ſanctionis ſuper eam ſententia iam proceſſit: inualuit enim

C peccatum populi, & clamor malitiæ eorum aſcêdit coram Deo: ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde procul dubio eſt, quod horum obtentu vrbe vaſtata, oratorium permanſit illæſum. Attila vero Chunorum rex, à Metenſi

Cap. 7. Attila Aureliam expugnat.

vrbe egrediens, cum multas Galliarum ciuitates opprimeret, Aureliam adgreditur, eam que maximo arietum impulſu nititur expugnare. Erat autem eo tempore beatiſſimus Anianus, in ſupradicta vrbe epiſcopus, vir eximiæ prudentiæ, ac laudabilis ſanctitatis, cuius virtutum geſta nobiſcum fideliter retinentur. Cumque incluſi populo ſuo pontifici quid agerent acclamarent, ille fiſus in Deo, monet omnes in orationem proſterni, & cum lachrymis præſens ſemper in neceſſitatibus domini auxilium implorare. Denique his vt præceperat deprecantibus, ait ſacerdos: Aſpicite de muro ciuitatis, ſi Dei miſeratio iam ſuccurrat. Suſpicabantur n. per domini miſericordiam, Æcium aduenire, ad quem & Arelatem abierat, prius ſuſpectus futuri. Aſpicientes autê de muro, neminem viderunt. Et ille Orate, inquit, fideliter, dominus n. liberabit vos hodie. Orantibus autem illis, ait, Aſpicite iterum. Et cum aſpexiſſent, neminê viderunt qui ferret auxilium. Ait eis tertio, Si fideliter petitis, dominus velociter adeſt. At illi cum fletu & eiulatu magno, domini miſericordiam implorabant. Exacta quoque oratione, tertio iuxta ſenis imperium aſpicientes de muro, viderunt à longe quaſi nebulam de terra conſurgere. Quod renunci-

Aniani precibus obſidione Aurelia liberatur.

antes, ait ſacerdos, Domini auxilium eſt. Interea iam trementibus ab impetu arietum muris, iamque ruituris, ecce Ætius & Theudo Gothorum rex, ac Thoriſmodus filius eius, cum exercitibus ſuis ad ciuitatem adcurrunt, verſumq;

D hoſtê eiciunt, repelluntq;. Itaq; liberata obtentu beati Antiſtitis ciuitate, Attilam fugant, qui Mauriacum campum adiens, ſe præcingit ad bellum. Quod hi audientes, ſe contra eum viriliter præparant. His dieb. Romam ſonus aduenit, Ætium in maximo diſcrimine inter phalangas hoſtium laborare. Quo audito vxor eius anxia atq; mœſta, aſſidue baſilicam ſanctorum apoſtolorum adibat, atq; vt virum ſuum de hac expectatione ſuſciperet ſoſpitem precabatur. Quæ cum die noctuque hæc ageret, quadam nocte homo paup-

E culus, crapulatus à vino, in angulo baſilicæ beati Petri apoſtoli obdormiuit. Clauſis aût ex more oſtiis à cuſtodibus, non eſt eiectus: de nocte vero conſurgens, relucentib. per tota ædis ſpatia lichnis, pauore perterritus, aditum p quê foris euaderet, quærit. Verum vbi prima atque alterius oſtii clauſtra pulſat, & obſerata cuncta cognoſcit, ſolo decubuit, trepidus præſtolans locum, vt cum venientibus ad matutinos hymnos populis, hic liber abſcederet. Interea vidit duas perſonas ſe inuicem venerabiliter ſalutantes, ſollicitoſq; de ſuis eſſe proſperitatibus. Tunc qui erat ſenior, ita exorſus eſt. Vxoris Ætii lachrymas diutius ſuſtinere non patior. petit n. aſſidue, vt virum ſuum de Galliis reducâ incolumê, cum aliud exinde fuiſſet apud diuinum iudicium præfinitum, ſed tamen obtinui immenſam pietatem pro vita illius. Et ecce nunc illuc propero, viuêtem eum exinde reducturus. Veruntamen obteſtor, vt qui hæc audierit, ſileat, arcanumque Dei vulgare non audeat, ne pereat velociter è terra. Ille autê hæc audiens, ſilere non potuit, ſed mox illuceſcente cœlo omnia quæ audierat, matrifamiliæ pandit: expletiſq; ſermonib. lumine caruit oculorum. Igitur Ætius cum Frâcis Gothiſq; coniunctus, aduerſus Attilâ confligit.

F At ille ad internecionem vaſtari ſuum cernens exercitum, fuga dilabitur. Theudo vero Gothorû rex huic certamini ſuccubuit. Nâ nullus ambigat Chunorum exercitû obtêtu memorati antiſtitis fuiſſe fugatum. Verum Ætius patricius cum Thoriſmodo victoriam obtinuit, hoſteſq; delevit. Expletoq; bello ait Ætius Thoriſmodo, Feſtina velociter redire in patriam, ne inſiſtente Germano patris regno priueris. Hæc ille audiês, cum velocitate diſceſſit, quaſi anticipaturus fratrem, & prior patris cathedrâ adepturus. Simili & Francorum regem dolo fugauit. Illis autem recedentibus, Ætius ſpoliato campo, victor in patriam cum grandi eſt reuerſus ſpolio. Attila vero cum paucis reuerſus eſt, nec multo poſt Aquileia à Chunis capta, incenſa atq; diruta, Italia peruagata atq; ſubuerſa eſt. Thoriſmod⁹ de quo ſupra meminim⁹, Alamânos bello edomuit: ipſe deinceps poſt multas lites & bella à fratrib. oppreſſus ac iugulatus interiit. Igi-

Cap. 8. Aetii geſta.

tur his ita digeſtis ac p ordinê expletis, quid de Ætio ſupra memorato Renati Frigeridi narrat hiſtoria tacere nefas putaui. Nâ cum in duodecimo hiſtoriarum libro referat, poſt diui Honorii exceſſum, Valentinianum puerulum, vno tantum luſtro peracto, à conſobrino Theodoſio imperatorem

G fuiſſe creatum & apud vrbem Romam, tyrannum Ioannê in imperium ſurrexiſſe, legatoſque eius à Cæſare dicit fuiſſe deſpectos, adiecit: Dum hæc ita gererentur, legati ad tyrannum reuerſi ſunt, mandata atrocia reportantes: quib. permotus Ioannes, Ætium id temporis curâ palatii gerentem, cum ingenti auri pondere ad Chunos tranſmittit, notos ſibi obſidiatus ſui tempore & familiari amicitia deuinctos cum mandatis huiuſmodi: Cum primum partes aduerſæ Italiâ ingreſſæ forent, ipſe à tergo adoriretur, ſe à fronte venturum. Et quia de hoc viro conſequenter plura memoranda ſunt: genus moreſq; oſtêdi placet. Gaudêtius pater, Scythiæ prouinciæ primoris loci, à domeſtica exorſus militia, vſque ad magiſterii equitum culmen pprouectus eſt. Mater Itala, nobilis ac locuples fœmina. Ætius filius, à puero prætorianus, trib. annis Alarici obſes: dehinc Chunorum, poſt hęc Carpilionis gener, ex comite domeſticorû, & Ioannis curam palatii gerere cœpit: mediocris corporis, vir liberalis habitudinis, decêter formatus, quo neq; infirmitudini eſſet neq; oneri, animo alacer, membris vegetus, eques promptiſſimus,

H ſagittarum iactu peritus, côto impiger, bellis aptiſſim⁹, pacis artib. celebris, nullius auaritiæ, minimæ cupiditatis, bonis animi præditus, nec impulſorib. quidem prauis ab inſtituto ſuo deuians, iniuriarum patientiſſimus, laboris adpetens, impauid⁹ periculorum, famis ſitiſq; atq; vigiliarum tolerantiſſimus. Cui ab ineunte ætate prædictû liquet, quâta potêtiæ fatis deſtinaretur têporib. ſuis locisq; celebrandus. Hæc ſupradictus hiſtoriographus de Ætio narrat. Adultus aût Valentinianus imperator, metuens ne ſe p tyrannidem Ætius opprimeret, eû nullis cauſis extantib. interemit. Ipſe poſtmodû Augustus, dû in câpo Martio p tribunal reſidês côcionaretur ad populû, Occylla buccellarius Ætii ex aduerſo veniens eum gladio perfodit. Talis vtriq; extitit finis.

Cap. 9. De Francorû vero regibus, quis fuerit primus à multis igno-

A

Francorum quis rex primus.

ignoratur. Nam cum multa de eis Sulpitii Alexandri narret hiſtoria, non tamen regũ primum eorũ vllatenus nominat: ſed duces eos habuiſſe dicit: qui tamen de eiſdẽ referat, memorare videtur. Nam cum dicit, Maximum intra Aquileiam, amiſſa omni ſpe imperii quaſi amentem reſidere, adiũgit: Eo tempore Genobaldo, Marcomere, & Sunnone ducibus, Franci in Germaniam prorupere, ac pluribus mortalium limite irrupto cæſis, fertiles maxime pagos depopulati Agrippinenſi etiam Coloniæ metum incuſſere. Quod vbi Treuiros perlatũ eſt, Nannius & Quintinus militares magiſtri, quibus infantiam filii & defenſionem Galliarum Maximus commiſerat, collecto exercitu apud Agrippinã conuenere. Sed onuſti præda hoſtes, prouinciarum opima depopulati, Rhenum tranſiere, pluribus ſuorum in Romano relictis ſolo, ad repetendam depopulationem paratis, cum quibus congreſſus Romanis accomodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam ferro peremptis. Cumq; cõſultaretur de ſucceſſu, an in Franciam tranſire deberent, Nannius abnuit, quia nõ imparatos & in locis ſuis indubie fortiores futuros ſciebat. Quod cum Quintino & reliquis viris militaribus diſplicuiſſet, Nannio Moguntiacum reuerſo, Quintinus cum exercitu circa Nitilium caſtellum Rhenũ tranſgreſſus, ſecundis à fluuio caſtris, caſas habitatoribus vacuas atque ingentes vicos deſtitutos offendit. Franci n. ſimulato metu, ſe in remotiores ſaltus receperant, concidibus per extrema ſiluarum procuratis. Itaq; vniuerſis domibus exuſtis, in quas ſæuire ſtoliditas ignaua, victoriæ cõſummationẽ reponebat, noctem ſollicitam milites ſub armorum onere duxerant. Ac primo diluculo, Quintino prælii duce ingreſſi ſaltus, in mediũ fere diem implicantes ſe erroribus viarum, toto peruagati ſunt. tandem cum ingentibus ſeptis omnia à ſolo clauſa offendiſſent, in paluſtres cãpos qui ſiluis iungebantur, prorumpere molientibus, hoſtiũ rari apparuere, qui coniunctis arborũ truncis, vel concidibus ſuperſtantes, velut è faſtigiis turrium, ſagittas tormentorum ritu effudere, illitas herbarum venenis, vt ſummæ cutis, neque letalibus inflicta locis vulnera, haud dubiæ mortes ſequerẽtur. Dehinc, maiori multitudine hoſtiũ circumfuſus exercitus in aperta camporũ, quæ libera Franci reliquerant, auide effuſus eſt: ac primi equites voraginibus immerſi, permixtis hominum iumentorumq; corporibus, ruina inuicẽ ſuorum oppreſſi ſunt. Pedites etiam, quos nulla onera equorũ calcauerant, implicati limo ægre explicantes greſſum, rurſus ſe, qui paulo ante vix emerſerant, ſiluis trepidantes occulebãt. Perturbatis ergo ordinibus cæſæ legiones, Heraclio Iouinianorum tribuno ac pene omnibus qui militibus p̃erant extinctis, paucis effugiũ tutum nox & latibula ſiluarũ præſtitere. Hæc in tertio Hiſtoriæ libro narrauit. In quarto vero libro cũ de interfectione Victoris filii Maximi tyranni narraret, ait: Eo tempore Carietto & Syrus in locũ Nannini ſubrogati, in Germania cum exercitu oppoſito Francis diuerſabantur. Et poſt pauca, cum Franci de Germania prædas tuliſſent, adiecit: Nihil Arbogaſtes differre volens, cõmonet Cæſarẽ pœnas debitas à Francis exigendas, niſi vniuerſa quæ ſuperiori anno cæſis legionibus diripuerant, cõfeſtim reſtituerent, auctoreſq; belli traderent: in quos violatæ pacis perfidia puniretur. Hæc acta cũ duces eſſent, retulit & deinceps ait: Poſt dies pauculos Marcomere & Sũnone Francorũ regalibus tranſacto curſim colloquio impetratiſq; ex more obſidibus ad hiemandũ Treueros conceſſit. Cũ autẽ eos regales vocet, neſcim⁹ verũ reges fuerint, an vices tenuerint regum. Idem tamen ſcriptor, cum neceſſitates Valentiniani Auguſti cõmemorat, hęc adiungit: Dum diuerſa in oriente per Thracas gerũtur, in Gallia ſtatus publicus perturbatur. Clauſo apud Viennam palatii ædibus principe Valentiniano, & pene infra priuati modũ redacto, militaris rei cura Francis ſatellitibus tradita, ciuilia quoque officia tranſgreſſa in coniurationem Arbogaſtis: nulluſq; ex omnibus ſacramẽtis militiæ obſtrictis reperiebatur qui familiari principis ſermoni aut iuſſis obſequi auderet. Dehinc refert, quod eodẽ anno Arbogaſtes Sunnonẽ & Marcomerem ſubregulos Francorum gentilibus odiis inſectãs, Agrippinã rigore maxime hieme, petiit: ratus tuto omnes Franciæ receſſus penetrandos vrendoſq;, cum decuſſis foliis nudæ atque arentes ſiluæ inſidiantes occulere non poſſent.

Carbonaria Francorũ cædes.

B

C

Sulp. Alexander.

D

Marcomerus & Sunnon regales viri & ſubreguli Francorũ.

E

Collecto ergo exercitu, tranſgreſſus Rhenũ, Bricteros ripæ proximos, pagum etiam quem Chamaui incolũt, depopulatus eſt, nullo vnquã occurſante, niſi quod pauci ex Ampſiuariis & Chattis Marcomere duce in vlterioribus collium iugis apparuere. Iterum hic relictis tam ducibus quam Regalibus, aperte Francos regem habere deſignat: huiuſq; nomen prætermittens ait, Dehinc Eugenius tyrannus ſuſcepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petit, vt cum Alamannorum & Francorum regibus vetuſtis fœderibus ex more initis, immenſum ea tempeſtate exercitum gentibus feris oſtentaret. Hæc ſupra ſcriptus hiſtoriographus de Francis diſſeruit. Renatus Profuturus Frigeridus, cuius iam ſupra meminimus, cum Romã refert à Gothis captam atq; ſubuerſam, ait: Interea Reſpendial rex Alamannorum Goare ad Romanos trãſgreſſo, de Rheno agmen ſuorum conuertit, Vandalis Francorum bello laborãtibus, Godigiſilo rege abſumpto, acie viginti ferme millib⁹ ferro peremptis, cunctis Vandalorum ad internecionem delẽdis, ni Alanorũ vis in tempore ſubueniſſet. Mouet nos hæc cauſa, quod cum aliarum gentium reges nominat, cur non nominet & Francorum. Tamen cũ ait, quod Conſtantinus aſſumpta tyrannide Cõſtantium filiũ ad ſe de Hiſpaniis venire iuſſiſſet, ita diſſeruit: Accito Cõſtantinus tyrannus de Hiſpaniis Cõſtante filio, itẽq; tyranno, quo de ſumma rerum cõſultarent præſentes, factum eſt vt Cõſtans inſtrumento aulæ & coniuge ſua Cæſarauguſtæ dimiſſis, Gerontio intra Hiſpanias omnibus creditis ad patrẽ cõtinuato itinere decurreret. Qui vbi in vnũ venere, interiectis dieb⁹ plurimis, nullo ex Italia metu, Conſtantinus gulæ & ventri deditus, redire ad Hiſpanias filium monet. Qui præmiſſis agminibus dum cũ patre reſideret, ab Hiſpania nuncii cõmeant, à Gerontio maximum vnũ è clientibus ſuis imperio præditum, atq; in ſe comitatum gentium Barbararum accinctum parari. quo exterriti, Edobeccu ad Germanas gentes præmiſſo, Conſtans, & præfectus iã Decimius Ruſticus ex officiorum magiſtro petunt Gallias cum Frãcis & Alamannis, omniq; militum manu, ad Conſtantinum iamiamque rediturĩ. Item cum Conſtantinum obſideri ſcribit, ita dicit: Vixdum quartus obſidionis Conſtantini menſis agebatur, cum repente ex vlteriori Gallia nuncii veniunt, Iouinũ aſſumpſiſſe ornatus regios, & cum Burgundionibus, Alamãnis, Francis, Alanis, omniq; exercitu imminere obſidentibus, ita acceleratis moris, reſerata vrbe Cõſtãtinus deditur. Confeſtimq; ad Italiam directus miſſis à principe obuiam percuſſoribus, ſupra Mincium flumen capite truncatus eſt. Et poſt pauca idem refert: Hiſdem diebus præfectus tyrannorum Decimius Ruſticus Agroetius ex primicerio notariorum Iouini, multiq; nobiles apud Aruernos capti à ducib. Honorianis & crudeliter interempti ſunt. Treuerorũ ciuitas à Francis direpta incenſaque eſt ſecunda irruptione. Cũ autem Aſterius codicillis imperialibus patritiatũ ſortitus fuiſſet, hæc adiungit: Eodẽ tempore Caſtinus domeſticorum comes, expeditione in Francos ſuſcepta, ad Gallias mittitur. hæc hi de Francis dixere. 1 Oroſius autẽ & ipſe hiſtoriographus in ſeptimo operis ſui libro, ita cõmemorat: Stilico cõgregatis gẽtibus Francos proterit, Rhenum tranſit, Gallias peruagatur, & ad Pirenæos vſq; perlabitur. Hanc nobis notitiã de Francis memorati hiſtorici reliquere, regibus non nominatis. Traduntur n. multi eoſdem de Pannonia fuiſſe digreſſos. Et primum quidẽ littora Rheni amnis incoluiſſe: dehinc tranſacto Rheno, Thoringiam trãſmeaſſe: ibiq; iuxta pagos vel ciuitates, a reges crinitos ſuper ſe creauiſſe, de prima, & vt ita dicã, nobiliori ſuorũ familia. Quod poſtea probatum Chlodouci victoriæ tradidere, idq; in ſequenti digerimus. Nam & in cõſolaribus legibus Theodomerem regẽ Francorum, filium Richimeris quondam, & Aſcilam matrem eius, gladio interfectos. Ferunt etiam tũc Chlogionem vtilem ac nobiliſſimum in gente ſua regem Francorum fuiſſe, qui apud Diſpargum caſtrum habitabat, quod eſt in termino Thoringorum, in his autem partibus, i. ad meridionalẽ plagam habitabant Romani vſq; Ligerim fluuium. Vltra Ligerim vero Gothi dominabantur. Burgũdiones quoq; Arrianorũ ſectã ſequentes, habitabant trans Rhodanum, qui adiacet ciuitati Lugdunenſi. Chlogio autẽ miſſis exploratoribus ad vrbem Camaracum, perluſtrata

Renatus hiſtoriog.

F

Gerontius

G

Treueris à Francis incenditur.

1. cap. 17.

H

a Francorũ Criniti reges apud Francos [illegible] Paul. Aemil. li. 1 tantũ reges regiaque ſtirpe crine intonſo [illegible] Alani, Burgundiones [illegible]

A

omnia ipſe ſecutus, Romanos poterit ciuitatē adprehēdit: in qua paucum tempus reſidens, vſq; Sumnā fluuium occupauit. De huius ſtirpe quidam Merouëum regem fuiſſe aſſeruit, cuius fuit filius Childericus.

Cap. 10 Franci idololatriæ dediti. Deut. 20.

Sed hæc generatio fanaticis ſemper cultibus viſa eſt obſequium præbuiſſe, nec prorſus agnouere Deum: ſibique ſiluarum atque aquarum, auium, beſtiarumque, & aliorum quoq; elementorū finxere formas, ipſaſq; vt Deum colere eiſq; ſacrificia delibare conſueti. O ſi eorum fibras cordiū vox illa terribilis attigiſſet, quæ per Moyſem populo locuta eſt, dicens: Non ſint tibi dii alii præter me: non facies tibi ſculptile, neque adorabis, omnem ſimilitudinem quæ in cœlo ſunt, & quæ in terra, & quæ verſantur in aquis: non facies ea, & non coles ea: & illud, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen eius iurabis.

Contra idola.

Quid ſi intelligere potuiſſent quæ pro vituli conflatilis veneratione Iſraeliticū populū vltio ſubſecuta compreſſerit, cū poſt epulū & cantica, poſt luxurias atq; ſaltationes, cū ore immūdo proferrēt de eodem ſculptili, Hi ſunt dii tui Iſrael qui te eduxerūt de terra Ægypti: cecidere ex eis viginti quatuor milia hominū: quid de his qui initiati Beelphegor cū Moabitib. ſcortis commixti, à proximis cæſi & proſtrati ſūt; In qua plaga Phinees ſacerdos interēptis adulteris, ſedauit furorē Dei, & reputatum eſt illi ad iuſtitiā. Quid ſi illa & eorum auribus illata fuiſſent, quæ Dominus per Dauid intonat, dicens: Quia omnes dii gentium dæmonia, Dominus autē cœlos fecit. &, Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominū: ſimiles illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Vel illud, Cōfundantur omnes qui adorant ſculptile, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Et iterum quod Abacuc propheta teſtatur dicens: Quid prodeſt ſculptile his, quoniam ſculpſit illud fictor ſuus: conflatile & imaginem falſā, &c. Ecce iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in eis: Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius vniuerſa terra. Sed & alius propheta dicit: Dii qui cœlum & terram non fecere, pereant à terra, & de his quæ ſub cœlis ſunt. Item illic: Hæc dicit Dominus, creans cœlos, ipſe Deus formans terram, & quæ in ea ſunt: ipſe plaſtes eius, non in vanū fundauit eam, vt habitaretur creauit eam. Ego Dominus, hoc mihi nomē eſt, gloriā meam alteri nō dabo, neq; virtutem meā ſculptilibus, quæ ab initio tranſiere, & alibi: Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant; Et per Iſaiā iterū dicit, Ego primus & nouiſſimus, & abſq; me nō eſt Deus & formator, quem ego nō nouerim. Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorū non proderunt eis. Ipſi ſunt teſtes eorum, quia nō vident neq; intelligunt, & confundantur in eis: ecce omnes participes eius confundētur, fabri n. ſunt ex hominibus. Quis formauit Deū, & ſculptile conflauit ad nihil vtile; in prunis & malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ. Similiter & artifex lignarius, in circino tornauit illud, & fecit imaginē viri quaſi ſpecioſi hominis habitantis in domo. Succidit lignū, operatus eſt, fecit ſculptile, & adorauit vt Deū. Clauis & malleis compaginauit, vt non diſſoluatur. Portata tolluntur, quia incedere nō valent: reliquum vero ligni, factum eſt hominibus in focum, & calefacti ſunt. Ex alio vero Deum fecit, & ſculptile ſibi: curuatus ante illud, & adorauit illud, & obſecrat dicēs: Libera me, quia Deus meus es tu. medietatē eius igni combuſſi, & coxi ſuper carbones eius panes, coxi carnes, & comedi, & de reliquo eius idolum faciā. Ante truncum ligni procidam: pars eius cinis eſt. Cor inſipiens adorauit illud, & nō liberauit animam ſuam: neque dicit, forte mendacium eſt in dextra mea. Hæc autem Francorum generatio non intellexit primum, intellexerunt autem poſtea, ſicut ſequens hiſtoria narrat.

B

C

D

Cap. 11. Auitus Aruernus.

Auitus n. vnus ex ſenatoribus, & vt valde manifeſtum eſt ciuis Aruernus, cum Romanum ambiſſet imperium, luxurioſe agere volens, à ſenatoribus eiectus, apud Placentiā vrbē epiſcopus ordinatur. Comperto autem, quod adhuc indignans ſenatus, vita eum priuare vellet, baſilicam ſancti Iuliani Aruerni martyris cum multis muneribus expetiit: ſed impleto in itinere vitæ curſu obiit, delatuſq; ad Briuatēſē vicum, ad pedes ante dicti martyris eſt ſepultus: cui Martian⁹ ſucceſſit. In Gallis autē Egidius ex Romanis magiſter militum datus eſt Childericus. Vero cum eſſet nimia in luxuria diſſolutus, & regnaret ſuper Francorum gentem, cœpit filias eorum ſtuproſe detrahere. Illiq; ob hoc indignantes, de regno eum eiiciunt. Comperto autem, quod eum etiā interficere vellent, Thoringiā petiit, relinquēs ibi hominem ſibi charum, qui virorum furentium animos verbis lenibus mollire poſſit: dans etiā ſignum quando redire poſſit in patriā: id eſt, diuiſere ſimul vnum aureum, & vnā quidem partem ſecum detulit Childericus, aliā vero amicus eius retinuit, dicens: Quando hāc partē tibi miſero, parteſq; coniunctæ vnum effecerint ſolidum, tunc tu ſecuro animo in patriam repedabis. Abiēs ergo in Thoringiam, apud regem Biſinum vxoremq; eius Baſinam latuit: denique Franci hoc eiecto, Egidium ſibi quē ſuperius magiſtrum militum à Republica miſſum diximus, vnanimiter regē adſciſcunt. Qui cum octauo anno ſuper eos regnaret, amicus ille fidelis, pacatis occulte Francis, nuncios ad Childericum cum parte illa diuiſi ſolidi, quā retinuerat, mittit. Ille vero certa cognoſcens indicia, quod à Francis deſideraretur, ipſis etiā rogantibus, à Thoringia regreſſus, in regnum ſuum eſt reſtitutus. His ergo regnantibus ſimul Baſina illa quam ſupra memorauimus, relicto viro ſuo, ad Childericum venit. Qui cum ſolicite interrogaret, qua de cauſa ad eum de tanta regione veniſſet, reſpōdiſſe fertur: Noui, inquit, vtilitatē tuā, quod ſis valde ſtrenuus: ideoq; veni vt habitem tecum. nā noueris, ſi in trāſmarinis partibus aliquē cognouiſſem vtiliorem te, expetiſſem vtiq; cohabitationē eius. At ille gaudens, eam ſibi in coniugio copulauit: quæ concipiens, peperit filium, vocauitque nomē eius Chlodoueum. Hic fuit magnus & pugnator egregius.

E

Cap. 12 Childericus ob ſtupra regno pellitur.

F

Chlodoueus naſcitur.

Cap. 13 Venerandus Aruern. Epiſcopatus.

Apud Aruernum vero poſt trāſitum ſancti Artemii, venerandus è ſenatoribus epiſcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic pontifex teſtatur presbyter Paulinus, dicens: Si n. hos videas dignos Domino ſacerdotes, vel Exuperiū Tholoſæ, vel Simpliciū Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dinamiū Engoliſmæ, vel Venerandum Aruernis, vel Alithiū Cadurcis, vel nūc Pegaſium Petrogoriis, vtcunq; ſe habēt ſeculi mala, videbis profecto digniſſimos totius fidei religioniſq; cuſtodes. Hic in ipſa dominicæ Natalis vigilia tranſiiſſe refertur. Mane autē facto, proceſſio ſolennitatis funeris eius obſequiū fuit: poſt cuius obitū fœda apud ciues pro epiſcopatu contentio vertebatur. Cumq; partes inter ſe diuiſæ, aliū aliumq; erigere vellēt, magna colliſio erat populi. Reſidentibus tamen epiſcopis, die dominico, mulier quædam velata atq; deuota Deo, audēter ad eos ingreditur: quæ ait, Audite me ſacerdotes domini: ſcitote enim, quod non eſt in his beneplacitū Deo, quos hi ad ſacerdotium elegere. Ecce n. Dominus hodie ipſe ſibi prouidebit antiſtitem: itaq; nolite conturbare neq; collidere populū, ſed patiētes eſtote parumper: Dominus enim nunc dirigit, qui regat Eccleſiam hanc. His itaq; mirantibus hęc verba, ſubito Ruſticus nomine, qui erat ex ipſa vrbis Aruernæ diœceſi presbyter aduenit: ipſe n. iā mulieri per viſionem fuerat indicatus. Quo viſo ait: En ipſū quē elegit Dominus: ecce qualem vobis Dominus pontificem deſtinauit: hic ordinetur epiſcopus. Hæc ea loquēte, omnis populus cuncta contentione poſtpoſita, clamauit dignum ac iuſtum eſſe. Qui in cathedra poſitus, ſeptimus in eodem loco pontificatus honorem populo gaudente, ſuſcepit.

G

Ruſticus diuinitus eligitur.

Cap. 14 Euſtochius, Perpetuus Turon. Epiſc.

H

Apud vrbem vero Turonicā, defuncto Euſtochio epiſcopo, ſeptimodecimo ſacerdotii ſui anno, quintus poſt beatum Martinū, Perpetuus ordinatur. Qui cum virtutes aſſiduas ad ſepulchrum eius fieri cerneret, cellulam quę ſuper eum fabricata fuerat, videns paruulā indignam talibus miraculis iudicauit. Qua ſubmota, magnā ibi baſilicā quæ vſq; hodie permanet, fabricauit: quæ habetur à ciuitate paſſus DL. habet in lōgum pedes centum ſexaginta, in latum ſexaginta: habet in altum, vſq; ad cameram, pedes quadraginta quinq; Feneſtras in altario triginta duas, in capſo viginti columnas, quadraginta vnas in toto ędificio, feneſtras 52. columnas, 120. oſtia octo, tria in altario quinq; in capſo. Solennitas n. ipſius baſilicæ triplici virtute pollet: id eſt dedicatione tēpli, translatione corporis ſancti: ordinatione eius epiſcopatus. Hanc enim quarto nonas Iulias obſeruabis: depoſitionem vero eius tertio Idus Nouembris eſſe

S. Martini baſilica.

cogno-

A

cognoſces. Quod ſi fideliter celebraueris & in præſenti ſeculo, & in futuro, patrocinia beati antiſtitis promereberis. Et quoniam camera cellulæ illius prioris, eleganti opere fuerat fabricata indignum duxit ſacerdos, vt opera eius deperirent: ſed in honore B. Apoſtolorum Petri & Pauli aliam conſtruxit baſilicam, in qua cameram illam affixit, multas & alias baſilicas ædificauit, quæ vſq; hodie in Chriſti nomine conſtant.

Cap. 15. Symphoriani baſilica. Namatius eccleſiam Aruer. fabricauit.

Eo tempore & baſilica beati Symphoriani Auguſtodunenſis martyris, ab Eufronio presbytero ædificata eſt. Et ipſe Euphronius, huius deinceps vrbis epiſcopatum ſortitus eſt. Hic enim marmor quod ſuper ſanctum ſepulchrum beati Martini habetur, cum grandi deuotione tranſmiſit.

Sanctus vero Namatius, poſt obitum Ruſtici epiſcopi, apud Aruernos in diebus illis octauus erat epiſcopus. Hic Eccleſiam quæ nunc conſtat, & vetertima intra muros ciuitatis habetur, ſuo ſtudio fabricauit, habentem in longum pedes centum quinquaginta, in latū pedes ſexaginta, in altum infra capſum vſq; camerā, pedes quinquaginta: in ante abſidē rotundam habens, ab vtroq; latere aſcellas eleganti cōſtructas opere, totumq; ædificium in modū crucis habetur expoſitū. Habet feneſtras 42. columnas 70. oſtia octo.

B

Terror namq; ibidem Dei, & claritas magna conſpicitur: & vere plerumq; inibi odor quaſi aromatum ſuauiſſimus aduenire à religioſis ſentitur. Parietes ad altarium opere ſarſurio, ex multo marmorum genere exornatos habet. Exacto ergo in duodecimo anno beatus pontifex ædificio, Bononiā ciuitatē Italiæ ſacerdotes dirigit, vt ei reliquias ſanctorum Vitalis & Agricolę exhibeant, quos pro nomine Chriſti Dei noſtri, crucifixos manifeſtiſſime eſſe cognouimus.

Cap. 16. Vitalis & Agricolæ reliquiæ.

Cuius coniunx baſilicam ſancti Stephani ſuburbano murorum ædificauit. Quam cum fuco colorum adornare vellet, tenebat librum in ſinu ſuo, legens hiſtorias Actionis antiquas, pictoribus indicans quæ in parietibus fingere deberent. Factum eſt autem quadam die, vt ſedente illa in baſilica ac legēte, adueniret quidam pauper ad orationem: & aſpiciens eā in veſte nigra, ſenio iam prouectā, putauit eſſe vnam de egentibus, protulitq; quadram panis, & poſuit in ſinu eius, & abſceſſit. Illa vero non dedignans munus pauperis, qui perſonam eius non intellexit, accepit & gratias egit repoſuitque hanc ſuis epulis anteponens, & benedictionem ex ea ſingulis diebus ſumens, donec expenſa eſt.

C

Cap. 17. Namatii coniux S. Stephano fecit eccleſiam

Igitur Childericus Aurelianis pugnas egit. Odouacrius vero cum Saxonibus Andegauos venit: magna tunc lues populum deuaſtauit. mortuus eſt autem Egidius, & reliquit filium Syagrium nomine: Quo defuncto Odouacrius de Andegauo & aliis locis obſides accepit. Britanni de Biturica a Gothis expulſi ſunt, multis apud Doleoſem vicum peremptis. Paulus vero comes cum Romanis ac Francis, Gothis bella intulit, & prædas egit. Veniente vero Odouacrio Andegauos, Childericus rex ſequenti die aduenit, interemptoque Paulo comite, ciuitatem obtinuit. Magno ea die incendio domus Eccleſiæ concremata eſt.

Cap. 19. Præliantur Saxones cum Rom.

His ita geſtis inter Saxones atque Romanos bellum geſtum eſt: ſed Saxones terga vertentes, multos de ſuis, Romanis inſequentibus gladio reliquere: inſulæ eorum cum multo populo interempto, à Francis captæ atque ſubuerſæ ſunt. Eo anno menſe nono terra tremuit. Odouacrius cum Childerico fœdus iniit, Alamannoſque, qui partem Italiæ peruaſerant, ſubiugarunt.

D

Cap. 20. Victorius.

Eoricus autem Gothorum rex Victorium ducem ſuper ſeptem ciuitates præpoſuit anno quartodecimo regni ſui. Qui protinus Aruernos adueniens, ciuitatē addere voluit: vnde & cryptæ illæ vſque hodie perſtant ad baſilicam ſancti Iuliani, & columnas quæ ſunt in æde politæ exhiberi iuſſit. Baſilicam ſancti Laurentii & ſancti Germani Licaniacenſis vici iuſſit ædificari. Fuit autem Aruernis annis nouē. Super Euchirium vero ſenatorem calumnias deuoluit: quē in carcere poſitum, nocte extrahi iuſſit, ligatumque iuxta parietem antiquum, ipſum parietem ſuper eum elidi iuſſit. Ipſe vero dum nimium eſſet in amore mulierū luxurioſus, & ab Aruernis vereretur interfici, Romam aufugit: ibiq; ſimilem tētans exercere luxuriā, lapidibus eſt obrutus. Poſt cuius exceſſū regnauit Eoricus annos quatuor, obiit autem anno 27. regni ſui. Fuit etiam & tunc terræmotus magnus.

Victorius luxurioſus occiditur.

E

Defuncto autem apud Aruernos Namatio epiſcopo, Eparchius ſucceſſit vir ſanctiſſimus atque religioſus. Et quia eo tempore Eccleſia paruā infra muros vrbis poſſeſſionē habebat; ipſi ſacerdoti in ipſo quod modo Salutatoriū dicitur, manſio erat, atq; ad gratias Deo tempore nocturno reddendas ad altarium Eccleſiæ conſurgebat. Factum eſt autem, vt nocte quadam ingrediens, plenam Eccleſiam dæmonibus reperiret, ipſumq; principem in modum ornatæ mulieris, in throni illius cathedram reſidentem. Cui ait pōtifex, O meretrix execranda, nō ſufficit tibi loca cuncta variis pollutionibus inficere, adhuc & cathedram à domino conſecratam fœtida ſeſſionis tuæ acceſſione coinquinas? abſcede à domo Dei, ne à te amplius polluatur. Cui ait, Et quia mihi meretricis nomē imponis, multas tibi parabo inſidias ob deſideria mulierū. Et hęc dicens, ſicut fumus euanuit. Veruntamē ſacerdos tentatus eſt per cōmotionē corporis ad concupiſcentiam: ſed ſigno crucis ſanctę muniens, nihil ei inimicus nocere potuit. Ferūt etiā ipſum in arce Cētobennici montis monaſteriū collocaſſe, vbi nunc oratoriū eſt, & ibi ſe diebus quadrageſimæ ſanctæ recludere: die autem cœnæ dominicæ cum magno pſallentio comitantibus clericis, ciuibuſq;, ad eccleſiam ſuā reuertebatur. Quo migrante, Sidonius ex præfecto ſubſtituitur, vir ſecundum ſeculi dignitatem nobiliſſimus, & de primis Galliarum ſenatoribus: ita vt filiam ſibi Auiti imperatoris in matrimonio ſociaret. Huius tempore, cum adhuc apud vrbem Aruernam Victorius, cuius ſupra meminimus, moraretur, fuit in Monaſterio beati Cyriaci, vrbis ipſius abbas, Abraham nomine: qui fide atque operibus Abrahæ illius prioris refulgebat, ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus. Sanctus vero Sidonius tantæ facundiæ erat, vt plerumque ex improuiſo luculentiſſime quæ voluiſſet, nulla obſiſtente mora componeret. Contigit autem quadam die, vt ad feſtiuitatem baſilicæ monaſterii, cuius ſupra meminimus, inuitatus accederet ablatoque ſibi nequiter libello, per quem ſacroſancta ſolennia agere conſueuerat, ita paratus à tempore cunctum feſtiuitatis opus explicuit, vt ab omnibus miraretur, nec putaretur ab adſtantibus ibidem hominem locutum fuiſſe, ſed angelum. Quod in præfatione libri quem de Miſſis ab eo compoſitis, coniunximus, plenius declarauimus. Cum autem eſſet magnificæ ſanctitatis, atque vt diximus, ex ſenatoribus primis, plerumque neſciente coniuge, vaſa argentea auferebat à domo, & pauperibus erogabat. Quod illa cum cognoſceret, ſcandalizabatur in eum: ſed tamen dato egenis precio, ſpecies domi reſtituebat. Cumque ad officium dominicum fuiſſet mancipatus, & ſanctam ageret in ſeculo & vitam, ſurrexere contra eum duo presbyteri, & ablata ei omni poteſtate à rebus Eccleſiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad ſummam eum contumeliam redegere. Sed non longi temporis ſpacio inultam eius iniuriam diuina voluit ſuſtinere clementia: nam vnus ex his nequiſſimis & indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuiſſet dum de Eccleſia velle extrahere, ſignū ad matutinas audiens fuiſſe commotum, ferueſ ille contra ſanctum Dei ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente tractauerat. Ingreſſus autem in ſeceſſum ſuum, dum ventrem purgare nititur, ſpiritum exhalauit. Expectabat enim puer à foris cum cereo dominum egreſſurum. Iamque aduenerat lux, & ſatelles eius, id eſt alius presbyter, mittit nuncium dicens: Veni ne tardaueris, vt quæ nobis die heſterna conuenerant, pariter expleamus. Sed cum reſpōſa dare differret exanimis, eleuato puer velo oſtii, reperit dominum ſuper cellulam ſeceſſus defunctum. Vnde indubitatum eſt, non minoris criminis hunc reum eſſe, quam Arrium illum, cui ſimiliter in ſeceſſu fuere interna depoſita per partes inferiores egeſta: quia nec iſtud ſine hæreſi poteſt accipi, vt in Eccleſia non obediatur ſacerdoti Dei, cui ad paſcendum oues commiſſæ ſunt: & ille ſe ingerat poteſtati, cui neque à Deo, neque ab hominibus aliquid eſt commiſſum. Dehinc beatus ſacerdos, vno adhuc manente nihilominus inimico, ſuæ reſtituitur poteſtati. Factum eſt autem poſt hæc, vt accedente febre ægrotare cœpiſſet, qui rogat ſuos, vt eum in Eccleſiam ferrent. Cumque illuc illatus fuiſſet, conueniebat ad eum multitudo virorum ac mulierum, ſimulq; etiam & infantū plangentiū

Cap. 21. Dæmonibus repletur Eccleſia, quorum princeps ſpecie mulieris conciouatur.

Eparchius ſigno crucis pellit tentationes.

F

Cap. 22. Sidonius deſtitutus libro monitorio celebrauit.

G

Cap. 23. Presbyteri prauis in Epiſcopum molitionibus caſtigati, viuos caeſa.

H

Arrii mors fœtida Niceph. lib. 8 cap. 51.

A atque dicentium: Cur nos deſeris paſtor bone, vel cui nos quaſi orphanos derelinquis? Nunquid erit nobis poſt tranſitum tuum vita? nunquid erit poſtmodum qui nos ſapientiæ ſale ſic condiat? aut ad dominici nominis timorem talis prudentiæ ratione redarguat? Hæc & his ſimilia, populis cũ magno fletu dicentibus, tãdem ſacerdos ſpiritu in ſe ſancto influẽte reſpondit: Nolite timere ô populi, ecce frater meus Aprunculus viuit, & ipſe erit ſacerdos veſter. Qui nõ intelligentes, putabãt eũ loqui aliquid in extaſi. Quo migrãte, presbyter ille nequã alter ex duobus qui remanſerat, protinus omnẽ facultatẽ Eccleſiæ tanquã ſi iam epiſcopus eſſet, inhians cupiditate, præoccupat, dicens: Tandẽ reſpexit in me Deus, cognoſcens me iuſtiorẽ eſſe Sidonio, largituſque eſt mihi hanc poteſtatẽ. Cumque per totam vrbem ſuperbus ferretur, adueniente die dominico qui imminebat poſt tranſitũ ſancti viri, præparato epulo, iuſſit cunctos ciues in domo Eccleſiæ inuitari: deſpectiſq; ſenioribus, primus recũbit in toro. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine mi, vidi ſomniũ, quod ſi permittis edicam. Videbam hac nocte dominica, & ecce erat domus magna, & in domo

B erat thronus poſitus, in quo quaſi iudex reſidebat, cunctis poteſtate præſtãtior, cui adſiſtebãt multi ſacerdotũ in albis veſtibus ſed & promiſcuę populorũ turbę valde innumerabiles. Verum cum hæc trepidus contẽplarer, conſpicio eminus inter eos beatũ adſtare Sidonium, & cũ presbytero illo tibi chariſſimo, qui ante hos paucos annos de hoc mũdo migrauit, attente litigantem: quo deuicto, iubet rex vt in imis carceris anguſtiis retrudatur: ablatoq; iſto, contra te iterum ſuggerit, dicens: Te in eo ſcelere propter quod ille prior damnatus fuerat, fuiſſe participem. Verũ vbi iudex, quem ad te tranſmitteret, ſollicite cœpit inquirere, ego me inter reliquos occulere cœpi & à tergo ſtare, tractans apud memetipſum, ne forte ego qui notus ſum homini, mittar. Dum hæc mecũ tacitus voluerem, amotis omnibus remãſi ſolus in publico: vocatuſq; à iudice, propius accedo. Cuius virtutem atque ſplendorẽ cõtuens cœpi hebes effectus titubare præ metu. Et ille, Ne timeas puer, inquit ſed vade dic presbytero illi: Veni ad reſpondendam cauſam, quia Sidonius te accerſiri deprecatus eſt. Tu vero ne moram facias ad eundum, quia ſub grandi teſtificatione mihi præ-

C cepit rex ille tibi hæc loqui, dicens, Si tacueris, morte peſſima morieris. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapſo de manu calice, reddidit ſpiritum. Ac de recubitu ablatus, mortuus ſepulturæ mandatus eſt poſſeſſurus Infernum cum ſatellite ſuo. Tale iudicium ſuper contumaces clericos dominus in hunc prætulit mundum, vt vnus Arrij ſortiretur mortẽ, alius tanquam Simon Magus, apoſtoli ſancti oratione ab excelſa arce ſuperbię præceps alliderettur. Qui non ambiguntur pariter poſſidere tartarũ, qui ſimul egerunt nequiter contra ſanctum epiſcopum ſuum. Interea cum iã terror Francorum reſonaret in his partibus, & omnes eos amore deſiderabili cuperent regnare, ſanctus Aprũculus Lingonicę ciuitatis epiſcopus, apud Burgũdiones cœpit haberi ſuſpectus. Cumq; odiũ de die in diẽ creſceret, iuſſum eſt vt clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuncio nocte à caſtro Diuionenſi per murum demiſſus, Aruernos aduenit, ibique iuxta verbum domini, quod poſuit in ore ſancti Sidonij, vndecimus datur epiſcopus.

Aprunculus Aruer. 11 Epiſcopus.

Sed tempore Sidonij epiſcopi, magna Burgundiam fames oppreſſit. Cumq; populi per diuerſas regiones diſpergerentur, nec eſſet vllus qui pauperibus alimoniam largiretur, Ecdicius quidã ex ſenatoribus huius propinquus, ma-

CAP. 24. Fames Burg.

D gnam tunc rẽ in Deo confiſus feciſſe perhibetur. Nã inualeſcente fame, miſit pueros ſuos cum equis, & planſtris per vicinas ſibi ciuitates, vt eos qui hac inopia vexabantur, ſibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes quotquot inuenire potuerunt, adduxere ad domos eius ibiq; eos per omne tempus ſterilitatis paſcens, ab interitu famis exemit. Fuereq;, vt multi aiunt, amplius quam quatuor millia promiſcui ſexus. Adueniente autem vbertate, ordinata iterũ euectione, vnumquemq; in locũ ſuum reſtituit. Poſt quorum diſceſſum, vox ad eũ è cœlis lapſa peruenit dicens: Ecdici, Ecdici, quia feciſti rem hanc tibi & ſemini tuo panis non deerit in ſempiternum, eo quod obedieris verbis meis, & famẽ meã refectione pauperum ſatiaueris. Quẽ Ecdi-

Ecdicius ſenator paſcit pauperes.

E cium miræ velocitatis fuiſſe, multi cõmemorant. nam quadã vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugaſſe perſcribitur. Sed & ſanctus Patiens Lugdunenſis epiſcopus, ſimile huic in ipſa fame populis præbuiſſe perhibetur beneficium. Extat enim hodieque apud nos beati Sidonii epiſtola, in qua eum declamatorie collaudauit.

Huius tempore & Euarix rex Gothorum, excedens Hiſpanum limitem, grauem in Gallis ſuper Chriſtianos intulit perſecutionem. Truncabat paſſim peruerſitati ſuæ non conſentientes, clericos carceribus ſubigebat: ſacerdotes vero, alios dabat exilio, alios gladio trucidabat. Nã & ipſos ſacrorum templorum aditus, ſpinis iuſſerat obſerari. ſcilicet vt raritas ingrediendi, obliuionem faceret fidei. Maxime tunc nouem Populaniæ Geminęq; Germaniæ vrbes, ab hac tempeſtate depopulatæ ſunt. Extat hodieq; & pro hac cauſa ad Baſiliũ epiſcopum nobilis Sidonij ipſius epiſtola, quæ hæc ita loquitur. Sed perſecutor non poſt multum tempus, vltione diuina percuſſus interiit.

CAP. 25. De Euarix perſecutione.

Poſt hæc beatus Perpetuus Turonicæ ciuitatis epiſcopus, impletis triginta annis, in pace quieuit: in cuius loco Voluſianus, vnus ex ſenatorib⁹, ſubrogatus eſt. Sed à Gothis ſuſpectus habitus, epiſcopatui ſui anno ſeptimo, in Hiſpanias eſt quaſi captiuus abductus ſed protinus vitam finiuit. In cuius loco Virus ſuccedens, ſeptimus poſt beatum Martinum ordinatur epiſcopus.

CAP. 26. Perpetuus Turon. Epiſcopus Voluſ. Virus.

F His ita geſtis, mortuo Childerico, regnauit Chlodoueus filius eius pro eo. Anno autem quinto regni eius, Syagrius Romanorũ rex, Egidij filius, ad ciuitatem Sueſſionas, quam quondam ſupra memorans Egidius tenuerat, ſedẽ habebat. Super quẽ Chlodoueus cum Ragnacario parente ſuo, quia & ipſe regnum tenebat, veniens campum pugnæ præparari depoſcit. Sed nec iſte diſtulit, ac reſiſtere metuit. Itaque inter ſe vtriſq; pugnantibus, Syagrius eliſum cernẽs exercitum, terga vertit, & ad Alaricum regem, Tholoſam curſu veloci perlabitur. Chlodoueus vero ad Alaricũ mittit, vt eum redderet: alioquin nouerit, ſibi bellum ob eius retentionem inferri. At ille metuens ne propter eum iram Francorum incurreret, vt Gothorum pauere mos eſt, vinctum legatis tradidit. Quem Chlodoueus receptũ, cuſtodię mancipari præcepit: regnoq; ei⁹ accepto eum gladio clã feriri mãdauit. Eo tẽpore multę Eccleſię à Chlodouei exer-

CAP. 27. Chlodoueus accipit regnum.

G citu deprædatæ ſunt, quia erat ille adhuc fanaticis errorib⁹ inuolutus. Igitur de quadã Eccleſia vrceum miræ magnitudinis ac pulchritudinis hoſtes abſtulerant, cum reliquis eccleſiaſtici miniſterij ornamentis: Epiſcopus autem Eccleſiæ illius, miſſos ad regẽ dirigit, poſcens vt ſi aliud de ſacris vaſis recipere non mereretur, ſaltem vel vrceũ Eccleſiæ ſuę reciperet. Hæc audiens rex, ait nuncio: Sequere nos vſque Sueſſionas, quia ibi cuncta quæ acquiſita ſunt, diuidenda ſunt. Cumq; mihi vas illud ſors dederit, quæ papa poſcit, adimpleã. Dehinc adueniẽs Soeſſionas, cuncto onere prędæ in mediũ poſito, ait rex: Rogo vos, ô fortiſſimi præliatores, vt ſaltem mihi vas iſtud (hoc n. de vrceo ſupra memorato dicebat) extra partẽ concedere non abnuatis. Hæc rege dicente, illi quorũ erat mens ſanior, aiũt: Omnia glorioſe rex, quæ cernimus tua ſunt: ſed & nosipſi tuo ſumus dominio ſubiugati. Nunc quod tibi beneplacitũ videtur, facito: nullus n. poteſtati tuę reſiſtere valet. Cum illi hæc ita dixiſſent, vnus leuis, inuidus ac cerebroſus, cum voce magna, eleuatam bipennem vrceo impulit, dicens, Nihil hinc accipies. niſi quæ tibi ſors vera largitur. Ad hæc obſtupefactis omnibus, rex iniuriam ſuam patientiæ lenitate coer-

Chlod. gr. …

H cuit: acceptumq; vrceum nuncio eccleſiaſtico reddidit, ſeruans abditum ſub pectore vulnus. Tranſacto vero anno, iuſſit omnem cum armorum apparatu aduenire phalangẽ, oſtenſuram in campo Martio ſuorum armorũ nitorem. Verum vbi cũctos circumire deliberat, venit, ad vrcei percuſſorẽ cui ait, Nullus tam inculta, vt tu, detulit arma nã neque tibi haſta, neq; gladius, neq; ſecuris eſt vtilis: & adprehenſam ſecurim eius in terram deiecit: at ille cum paululũ inclinatus fuiſſet ad colligendum eam, rex eleuatis manibus, ſecurim ſuam capiti eius defixit. Sic, inquit, tu apud Sueſſionas in vrceo illo feciſti. Quo mortuo, reliquos abſcedere iubet. Magnum ſibi per hanc cauſam timorẽ ſtatuens: multa deinde bella victoriaſq; fecit. Nam decimo regni ſui an-

Chlodoueus adhuc … Rhemigio reddi… Fr… Virum de…

A

Cap. xxviii. Chlodoueus Chrotildem ducit vxorem. Gaug. & Æmil. l. 1.

no. Thoringis bellū intulit, eoſdemq; ſuis ditionibus ſubiugauit. Fuit autem & Gundeuchus rex Burgundionū, ex genere Athanarici regis perſecutoris, de quo ſupra meminimus. Huic fuerunt quatuor filii. Gūdobaldus, Godegiſilus, Chilpericus, & Godomarus. Igitur Gundobaldus Chilpericum fratrem ſuū interfecit gladio, vxoremq; eius ligato ad collum lapide, aquis immerſit. Huius duas filias exilio condemnauit, quarum ſenior; mutata veſte Mucuruna, iunior Chrothildis vocabatur. Porro Chlodoueus, dū legationē in Burgundiā ſæpius mittit, Chrothildis puella reperitur à legatis eius. Qui cum eam vidiſſent elegantē atq; ſapientē, & cognouiſſent quod de regio eſſet genere, nunciauerunt hęc Chlodoueo regi. Nec moratus ille, ad Gundobaldum legationem dirigit, eam ſibi in matrimonio petens. Quod ille recuſare metuens, tradidit eam viris: illiq; accipientes puellam, regi velocius repræſentant, qua viſa, rex valde gauiſus, ſuo eam coniugio ſociauit, habēs iam de concubina filium

Cap. xxix.

nomine Theodoricū. Igitur ex Chrothilde regina habuit filium primogenitum: quē cum mulier baptiſmo conſecrare vellet, prędicabat aſſidue viro dicens. Nihil ſunt dii quos

B

colitis, qui neque ſibi, neq; aliis poterunt ſubuenire: ſunt n. aut ex lapide, aut ex ligno, aut ex metallo aliquo ſculpti: nomina vero quæ in eis indidiſtis, homines fuere, non dii: vt Saturnus qui à filio ne regno depelleretur, per fugā elapſus

Iunonis habetur apud Vit. 1. Aen.

aſſeritur: vt ipſe Iupiter omnium ſtuprorum ſpurciſſimus perpetrator, inceſtator virorū propinquarum derīſor, qui nec ab ipſius ſororis proprię potuit abſtinere concubitu, vt ipſa ait: Iouiſq; & ſoror & coniunx? Quid Mars Mercuriuſq; potuere. Qui potius ſunt magicis artibus prædīti, quam diuini numinis potentiam habuere. Sed ille magis coli debet qui cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt verbo ex non extantibus procreauit, qui ſolem lucere fecit, & cœlum ſtellis ornauit: qui aquas reptilibus, terras animātibus, aera volantibus adimpleuit: cuius nutu terræ frugibus, pomis arbores, vuis vineæ decorantur: cuius manu genus humanū creatum eſt: cuius largitione ipſa illa creatura omnis, homini ſuo quem creauit & obſequio & beneficio famulatur. Sed cum hæc regina diceret nullatenus ad credendum regis animus mouebatur: ſed dicebat: Deorum noſtrorum iuſſione, cuncta creantur ac prodeunt. Deus vero veſter nihil poſſe manifeſtatur, & quod magis eſt, nec de deorū genere eſſe ꝓbatur. Interea regina fidelis filium ad baptiſmū exhibet: adornari Eccleſiā velis præcipit atq; cortinis, quo facilius vel hoc myſterio prouocaretur ad credendum, qui flecti prædicatione non poterat. Baptizatus autē puer, quē

C

Ignomerus primogenitus baptizatus in albis moritur.

Ignomerum vocitauerunt, in ipſis ſicut regeneratus fuerat albis obiit. Qua de cauſa commotus felle rex, non ſegniter increpabat reginam, dicens: Si in nomine deorum meorū puer fuiſſet dicatus, vixiſſet vtique: nūc autē quia in nomine Dei veſtri baptizatus eſt viuere omnino non potuit. Ad hæc regina, Deo, inquit, omnipotenti creatori omniū gratias ago, qui me non vſquequaque iudicauit indignam, vt de vtero meo genitum regno ſuo dignaretur adſciſcere. Mihi autem dolore huius cauſæ animus non attingitur, quia ſcio in albis ab hoc mundo vocatos, Dei obtutibus nutriendos. Poſt hunc vero genuit alium filium quem baptizatū Chlodomerem vocauit: & hic cum ægrotare cœpiſſet, dicebat rex. Non poteſt aliud fieri niſi & de hoc, ſicut & de fratre eius, contingat, vt baptizatus in nomine Chriſti veſtri, protinus moriatur: ſed orante matre domino iubente conualuit.

Cap. xxx. Chlodoueus Chriſto nomen ſpondet ſi vinceret. Gaug. Cenal. Aemil. lib. 1.

Regina vero non ceſſabat prædicare, vt Deum verum cognoſceret, & idola negligeret: ſed nullo modo ad hęc credenda poterat commoueri, donec tandē aliquando bellum contra Alamannos commoueretur: in quo compulſus eſt confiteri neceſſitate, quod prius voluntate negauerat. Factum eſt autem vt confligente vtroque exercitu, vehementer cæderentur: atque exercitus Chlodouei valde ad interneci onem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis ad cœlum oculis, compunctus corde, commotus in lachrymis:

D

ait: Ieſu Chriſte quem Chlothildis prædicat eſſe filiū Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamque in te ſperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriā deuotus efflagito: vt ſi mihi victoriā hoc ſuper hoſtes indulſeris, & expertus fuero illam virtutem quam de te populus tuo nomini dicatus probaſſe ſe prædicat, credam tibi, & in nomine tuo

E

baptizer. Inuocaui enim Deos meos, ſed vt experior, elongati ſunt ab auxilio meo: vnde credo eos nullius eſſe poteſtatis præditos, qui ſibi obedientibus non ſuccurrunt. Te nunc inuoco, & tibi credere deſidero, tantū vt eruar ab aduerſariis meis. Cumq; hæc diceret, Alamanni terga vertētes, in fugam labi cœperunt. Cumque regem ſuum cernerent interemptum, Chlodouei ditionibus ſubdunt, dicentes: Ne amplius, quæſumus, pereat populus: iam tui ſumus. At ille prohibito bello, coarctatoque populo, cum pace regreſſus, narrauit reginę qualiter per inuocationem nominis Chriſti, victoriam meruit obtinere.

Cap. xxxi. Paul. Aemil. adiungit etiam D. Medardum.

Tunc Regina arcerſiri clam ſanctū Remigium, Remenſis vrbis epiſcopum iubet, deprecans vt regi verbum ſalutis inſinuaret. Quem ſacerdos arcerſitum, ſecretius cœpit inſtigare: vt Deum verum factorem cæli & terræ crederet, idola negligeret, quæ neq; ſibi, neque aliis prodeſſe poſſunt. At ille ait: Libenter te ſanctiſſime pater audiam, ſed reſtat vnum, quod populus qui me ſequitur, non patitur relinquere Deos ſuos: ſed vado & loquor eis iuxta verbum tuū. Cōueniēs autem cum ſuis, priuſquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter adclamauit,

F

Mortales Deos abigimus, pie rex, & Deum quem Remigius prædicat, immortalem ſequi parati ſumus. Nunciantur hæc antiſtiti, qui gaudio magno repletus, iuſſit lauacrū pręparari. Velis depictis adumbrantur plateæ Eccleſię, cortinis

Chlodoueus baptizatur.

albentibus adornantur, baptiſterium componitur, balſama diffunduntur, micant flagrantes odore cerei, totumq; templum baptiſterii diuino reſpergitur ab odore. Talemq; ibi gratiam adſtantibus Deus tribuit, vt æſtimarent ſe Paradiſi odoribus collocari. Rex ergo prior popoſcit ſe à pontifice baptizari: procedit nouus Conſtantinus ad lauacrū, deleturus lepræ veteris morbum, ſordenteſq; maculas geſtorū antiquorum recēti latice deleturus. Cui ingreſſo ad baptiſmum, ſanctus Dei ſic infit ore facundo: Mitis depone colla Sicamber, adora quod incendiſti, incende quod adoraſti. Erat enim ſanctus Remigius epiſcopus egregiæ ſcientiæ, & rhetoricis apprime imbut⁹ ſtudiis: ſed & ſanctitate ita prælatus, vt Silueſtri virtutibus æquaretur. Eſt enim nunc liber vitæ eius, qui eum narrat mortuum ſuſcitaſſe. Igitur rex o-

G

Rhemigius mortuum ſuſcitauit.

mnipotentem Deum in trinitate confeſſus, baptizatus eſt in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, delibutuſque ſacro chriſmate cum ſignaculo crucis Chriſti. De exercitu vero eius baptizati ſunt amplius tria millia. Baptizata eſt & ſoror eius Albofledis, quæ non poſt multum tempus migrauit ad Dominū: pro qua cum rex contriſtaretur, ſanctus Remigius conſolatoriam miſit epiſtolam, quæ hoc modo ſumpſit exordium: Angit me & ſatis me angit veſtræ cauſa triſtitiæ, quod bonæ memoriæ germana veſtra tranſiit Albofledis. Sed de hac re conſolari poſſumus: quia talis de hoc mundo migrauit, vt ſuſpici magis debeat quam lugeri. Conuerſa eſt enim & alia ſoror eius Lanthildis nomine, quæ in hereſin Arrianorum dilapſa fuerat, quæ confeſſa æqualem filium patri & ſpiritum ſanctum chriſmata eſt.

Cap. xxxii. Bellum aduerſus Gūdobaldum.

Tunc Gundobaldus & Godegiſilus fratres, regnum circa Rhodanum aut Ararim cum Maſſilienſi prouincia retinebant. Erant autem tam illi quam populi eorum, Arrianæ ſectæ ſubiecti. Cumq; ſe inuicem impugnarēt, audiens Godegiſilus Chlodouei regis victorias, miſit ad eum legationē occulte, dicens: Si mihi ad perſequendum fratrē meū præbueris auxilium, vt eum bello interficere aut de regno eiicere poſſim, tributū tibi quale tu ipſe velis iniungere, annis

H

ſingulis diſſoluā. Quod ille libenter accipiens, auxilium ei vbicunq; neceſſitas poſceret, repromiſit. Et ſtatuto tēpore contra Gundobaldum, exercitum commouit. Quo audito Gundobaldus ignorans dolum fratris, miſit ad eū dicens: Veni in adiutorium meum, quia Franci ſe cōmouent cōtra nos, & regionem noſtram adeunt vt eam capiant: ideoque ſimus vnanimes aduerſus gentem inimicā nobis, ne ſeparati inuicem, quod aliæ gentes paſſæ ſunt, perferamus. At ille, Vadam, inquit cum exercitu meo, & tibi auxilium præbebo. Mouenteſque ſimul hi tres exercitum, id eſt Chlodo-

Gundobaldus vincitur.

ueus contra Gundobaldum, & Godegiſilus cum omni inſtrumento belli ad caſtrum cui Diuione nomen eſt, peruenerunt. Confligenteſque ſuper Oſcaram fluuium, Godegiſilus Clodoueo coniungitur, ac vterque exercitus Gundo-

baldi

A

baldi populum atterit. At ille dolum fratris, quem non ſuſpicabatur, aduertens, terga dedit, fugámq; iniit, Rhodaníque ripas percurrens, Auenionem vrbem ingreditur. Godegiſilus vero obtenta victoria, promiſſa Chlodoueo aliqua parte regni ſui, cum pace diſceſſit, Viennámq; triumphans, tanquam ſi iam totum poſſideret regnum, ingreditur. Auctus adhuc Chlodoueus rex viribus, poſt Gũdobaldum abiit, vt eũ de ciuitate extractũ interimeret. Quod ille audiens pauore perterritus, metuebat ne ei mors repẽtina ſuccederet. Habebat tamen ſecum virum illuſtrem Arediũ, ſtrenuum atq; ſapiẽtem, ad quem ad ſe accerſitum ait, Vallant me vndique anguſtiæ, & quid faciã ignoro, quia venerunt hi Barbari ſuper nos, vt nobis interemptis regionẽ totã euertant. Ad hæc Aredius ait, Oportet te lenire feritatem hominis huius, ne pereas, nunc ergo ſi placet in oculis tuis, ego à te fugere, & ad eum tranſire conſimulo: cumq; ad eum acceſſero, ego faciam vt neq; te, neque hanc euertat regionem. Tantum, vt quod tibi per meum conſilium demãdauerit, implere ſtudeas, donec cauſam tuam dominus proſperam facere ſua pietate dignetur. Et ille, Faciam, inquit, quæcunque mandaueris. Hæc eo dicente, valedicens Aredius diſceſſit: & ad Chlodoueum regem abiens, ait, Ecce ego humilis ſeruus piiſſime rex, ad tuam potentiã venio, relinquens illum miſerrimum Gundobaldũ. Quia ſi me pietas tua recipere dignatur, integrum in me famulum atque fidelem & tu & poſteri tui habebitis. Quem ille promptiſſime colligens, ſecum retinuit: erat n. iocundus in fabulis, ſtrenuus in conſiliis, iuſtus in iudiciis, & in commiſſo fidelis. Deniq; Chlodoueo cum omni exercitu circa muros vrbis reſidente, ait Aredius, Si dignanter, ô rex, gloria celſitudinis tuæ paucos humilitatis meæ ſermones velit accipere, conſilio licet non egeans, tamen fide integra miniſtrabo, idemque vel tibi congruum, vel ciuitatibus erit per quas tranſire deliberas. Cur, inquit, retines exercitum, cum loco firmiſſimo tuus reſideat inimicus? Depopularis agros, prata depaſcis, vineas diſſipas, oliueta ſuccidis, omneſque regionis fructus euertis: interim & illi nocere non præuales. Mitte potius legationem, & tributum quod tibi annis ſingulis diſſoluat, impone, vt & regio ſalua ſit, & tu tributa diſſoluenti perpetuo domineris: quod ſi noluerit, tunc quod libuerit facies. Quo conſilio rex accepto hoſtem patriæ redire iubet ad propria. Tunc miſſa legatione ad Gundobaldum, vt ei per ſingulos annos tributa impoſita reddere debeat, iubet. At ille & de præſenti ſoluit, & deinceps ſoluturum eſſe ſe promittit.

B — Aredius deſertor Gundobaldi.

C — Gundobaldus tributarius Chlodouei.

Cap. xxxiii.

Poſt hęc reſumptis viribus, iam deſpiciens regi Chlodoueo tributa promiſſa diſſoluere, contra Godegiſilum fratrẽ ſuum exercitum commouit, eumque apud Viennam ciuitatem incluſum obſedit. Verum vbi minori populo alimẽta deficere cœperunt, timens Godegiſilus, ne ad ſe vſq; fames extenderetur, iuſſit expelli minores populi ab vrbe. Quo facto expulſus eſt inter cæteros artifex ille ab vrbe, cui de aquæ ductu cura manebat. Ille vero indignans, quod fuerat eiectus ab vrbe cum cæteris ad Gundobaldum furibundus vadit, indicans qualiter ciuitatẽ irrumpens, vltionẽ exerceret in fratrẽ. Illo quoq; duce exercitu per aquæ ductum directo, multis cum ferreis vectibus præcedentibus (erat autem ſpiculum illius lapide magno cõcluſum) quo cũ vectibus illis per magiſterium artificis repulſo, ciuitatem introeunt: illiſq; de muro ſagittantib*, hi terga premunt. Dato a. de medio ciuitatis ſono buccinæ, obſidentes portas capiũt, apertiſq; pariter ingrediuntur. Cumq; inter duas has acies populus vrbis ab vtroque exercitu cæderetur, Godegiſilus ad eccleſiam hæreticorum confugit, ibiq; cum epiſcopo Arriano interfectus eſt. Denique Franci qui apud Godegiſilũ erant, in vnam ſe turrim congregant. Gundobaldus autem iuſſit, ne vni quidem ex ipſis aliquid noceretur, ſed adprehenſos eos Tholoſæ in exilium ad Alaricum regẽ tranſmiſit, interfectis ſenatoribus Burgundionibuſq; qui Godegiſilo conſenſerãt. Ipſe vero regionem omnẽ quę nunc Burgundia dicitur, in ſuo dominio reſtaurauit. Burgundionib* leges mitiores inſtituit, ne Romanos opprimerent.

Erectus artifex prodit ciuitatem.

D — Godegiſilus occiditur.

Cap. xxxiv. Gundobaldus renunciat Arrianiſmo.

Cum autem cognouiſſet aſſertiones hæreticorum nihil eſſe, à ſancto Auito epiſcopo Viennenſi, Chriſtum filium Dei & ſpiritum ſanctum æqualẽ patri confeſſus, clã vt chriſmaretur expetiit. Cui ait ſacerdos, Si vere credis quod nos ipſe dominus edocuit, exequere. Ait autẽ, Si quis me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis. Sic & ipſos ſanctos, ac dilectos ſuos beatos apoſtolos cum de futuræ perſecutionis tentationibus doceret, inſinuauit, dicẽs: Attendite vobis ab hominibus, tradent n. vos in conciliis & in ſynagogis ſuis, flagellabunt vos, & ante reges & præſides ſtabitis propter me in teſtimoniũ illis & gentibus. Tu vero cum ſis rex, & à nullo apprehendi formides, ſeditionem paueſcis populi ne creatorem omniũ in publico fatearis. Relinque hanc ſtultitiã, & quod corde te dicis credere, ore profer in plebe. Sic etenim & beatus apoſtolus ait: Corde creditur ad iuſtitiã, ore autẽ confeſſio fit ad ſalutẽ. Sic & propheta ait: Confitebor tibi domino in eccleſia magna, in populo graui laudabo te. Et iterũ, Cõfitebor tibi in populis domine, pſalmum dicã nomini tuo inter gentes. Metuens n. populum, ô rex, ignoras quia ſatius eſt vt populus ſequatur fidem tuam, quam tu infirmitati faueas populari? Tu enim es caput populi, non populus caput tuum. Si n. ad bellũ proficiſcaris, tu præcedis cateruas hoſtiũ, & illæ quo abieris, ſubſequuntur. Vnde melius eſt, vt te pręcedẽte cognoſcant veritatẽ, quam te pereunte permaneãt in errore. Nã Deus non irridetur: nec n. diligit illum, qui propter terrenum regnũ, eum non confitetur in ſeculo. Iſta ille ratione confuſus, vſque ad exitum vitę ſuæ in hac inſania perdurauit, nec publice æqualitatem Trinitatis voluit confiteri. Magnæ enim facundiæ erat tunc temporis beatus Auit*, namq; inſurgente hæreſi apud vrbem Conſtantinopolitanam illa quam Eutychus, quam illa quã Sabellius docuit, id eſt nihil diuinitatis habuiſſe dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ: rogante Gundobaldo rege, ipſe cõtra eas ſcripſit. Extãt exinde nunc apud nos epiſtolæ admirabiles, quæ ſicut tunc hæreſim oppreſſerunt, ita nunc eccleſiã Dei ædificant. Scripſit enim Homiliarum librũ vnum de Mundi principio, & de diuerſis aliis conditionib* libros ſex verſu cõpaginatos: Epiſtolarum libros nouẽ, inter quas ſupra dictæ cõtinentur epiſtolæ: referens in quadã homilia q̃ de Rogationib* ſcripſit, has ipſas Rogationes quas ante Aſcenſionis dominicæ triumphũ celebramus, à Mamerto ipſius Viennenſis vrbis epiſcopo, cui & hic eo tẽpore pręerat, inſtitutas fuiſſe, dum vrbs illa multis terreretur ꝓdigus. Nam terræmotu frequẽter quatiebatur: ſed & ceruorum atq; luporum feritas, portas ingreſſa, per totã, vt ſcripſit, vrbem, nihil metuens oberrabat. Cumq; hæc per anni circulum gererentur, aduenientibus Paſchalis ſolennitatis diebus, expectabat miſericordiã Dei plebs tota deuote, vt vel hic magnæ ſolennitatis dies huic terrori terminum daret. Sed in ipſa glorioſæ noctis vigilia, dum Miſſarum celebrarentur ſolennia, ſubito palatiũ regale intramuraneũ diuino igne ſuccenditur, pauore omnib. perterritis, & Eccleſiam egreſſis, credentibus, ne aut hoc incẽdio vrbs tota cõſumeretur, aut certe diſrupta tellure dehiſceret, ſanctus ſacerdos proſtratus ante altare cum gemitu & lachrymis, domini miſericordiam imprecatur. Quid plura? penetrauit excelſa poli oratio pontificis inclyti, reſtinxitq; domus incendium flumen profluentium lachrymarum. Cumq; hæc agerentur, adpropinquante Aſcenſione, vt iam diximus, maieſtatis dominicæ, indixit populis ieiunium, inſtituit orandi modum, edendi ſeriem, erogandi hilarem diſpenſationem. Ceſſantibus quoq; exinde terroribus, per cunctas prouincias diſperſa facta fama, cunctos ſacerdotes imitari commonuit quod ſacerdos fecit ex fide: quæ vſq; nunc in Chriſti nomine, per omnes Eccleſias in compunctione cordis & contritione ſpiritus celebratur.

E

F

Auit ſcripta.

Rogationes Mamerto inſtitutæ.

G

Oratio reſtinguit incendium.

Igitur Alaricus rex Gothorum, cum videret Chlodoueum regem gentes aſſiduo debellare, legatos ad eum dirigit, dicẽs: Si frater meus velit, inſederat animo vt nos Deo propitio pariter viueremus. Quod Clodoueus non reſpuens, ad eum venit. Coniunctique in inſula Ligeris, quæ erat iuxta vicum Ambacienſem territorii vrbis Turonicæ, ſimul locuti, comedentes pariter ac bibentes, promiſſa ſibi amicitia pacifici diſceſſerunt.

H

Cap. xxxv. Alarici & Chlodouei conuentio.

Multi iam tunc ex Gallis habere Francos dominos ſummo deſiderio cupiebant. Vnde factum eſt vt Quintianus

Cap. xxxvi. Quintianus Ruteneñ. Epiſcopus.

Rute-

A

Rutenorum epiſcopus, per hoc odium ab vrbe depelleretur, dicebant enim ei. Quia deſiderium tuum eſt, vt Francorum dominatio poſſideat terrā hanc. Poſt dies autē paucos, orto inter eum & ciues ſcandalo, Gothos qui in hac vrbe morabantur, ſuſpicio attigit exprobrantibus ciuibus, quod velit ſe Francorū ditionibus ſubiugare, conſilioq; accepto, cogitauerunt eum perfodere gladio. Quod cum viro Dei nunciatum fuiſſet, de nocte conſurgens cum fideliſſimis miniſtris ſuis, ab vrbe Rutena egrediēs, Aruernos aduenit. Ibiq; à S. Eufraſio epiſcopo, qui quondam Aprunculo Diuionenſi ſucceſſerat, benigne ſuſceptus eſt, largitiſq; ei tam domibus quam agris & vineis, ſecū retinuit dicens, Sufficit huius facultas Eccleſiæ vt vtrunque ſuſtineat: tantum charitas quam beatus apoſtolus prædicat, permaneat inter ſacerdotes Dei. Sed & Lugdunēſis epiſcopus largitus eſt ei aliqua poſſeſſionis Eccleſiæ ſuæ quam in Aruerno habebat. Reliqua vero de ſancto Quintiano tam inſidiæ quas pertulit, quā illa quæ per eū Dominus operari dignatus eſt, ſcripta ſunt in libro vitæ eius.

B

Cap. 18. Bellum cum Alarico.

Igitur Chlodoueus rex ait ſuis: Valde moleſte fero, quod hi Ariani partē teneant Galliarum. Eamus cum Dei adiutorio, & ſuperatis redigamus terram in ditionem noſtram. Cumque placuiſſet omnibus hic ſermo, commoto exercitu Pictauos dirigit. Ibi tunc Alaricus commorabatur. Sed quoniam pars hoſtium per territorium Turonicum tranſibat, pro reuerentia beati Martini dedit edictum, vt nullus de regione illa aliud quam herbarum alimenta, aquamque præſumeret. Quidam autem de exercitu, inuentum cuiuſdā pauperis fœnum, ait, Nonne rex herbam tantum præſumi mandauit, & nihil aliud; & hoc, inquit, herba eſt. Nunquid erimus tranſgreſſores præcepti eius ſi eam præſumimus. Cumque vim faciens pauperi, fœnum vi abſtuliſſet, factum peruenit ad regem: quo dicto citius gladio perempto ait, Et vbi erit ſpes victoriæ, ſi beatus Martinus offenditur; ſatiſq; fuit exercitui, nihil vlterius ab hac regione præſumere. Ipſe vero rex direxit nuncios ad beatam baſilicam, dicens, Ite, & forſitan aliquod victoriæ auſpicium ab æde ſancta ſuſcipietis. Tunc datis muneribus, quæ loco ſancto exhiberent, ait, Si tu domine adiutor mihi es, & gentem hanc incredulam, ſemperq; æmulā tibi, meis manibus tradere decreuiſti, in ingreſſu baſilicæ ſancti Martini dignare propitius reuelare, vt cognoſcā quia propitius dignaberis eſſe famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus, iuxtà imperium regis, dum ſanctam ingrederentur baſilicā, hanc Antiphonam ex improuiſo primicerius qui erat, incepit: Præcinxiſti me domine virtute ad bellū: ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me, & inimicorū meorū dediſti mihi dorſū, &, odientes me diſperdiſti. Quod ſatellites audientes, & domino gratias agentes & vota beato confeſſori promittentes, læti nunciauerunt regi. Porro ille cum ad fluuium Vigennā cum exercitu adueniſſet, per quem locum tranſire deberet, penitus ignorabat intumuerat n. ab inundatione pluuiarum. Cumq; illa nocte dominum deprecatus fuiſſet, vt ei vadū quo trāſire poſſit dignaretur oſtēdere, mane facto cerua miræ magnitudinis ante eos nutu Dei, flumen ingreditur, illaque vadante, populus quo tranſire poſſit, agnouit. Veniente autem rege apud Pictauos, dum eminus in tentoriis commoraretur, Pharus ignea de baſilica ſancti Hilarii egreſſa, viſa eſt ei tanquam ſuper ſe aduenire, ſcilicet vt lumine beati confeſſoris adiutus Hilarii, liberius hæreticas acies, contra quas ſæpe idem ſacerdos pro fide conflixerat, debellaret. Conteſtatus eſt autem omni exercitui, vt nec ibi quidem aut in via aliquid ſpoliarent, aut res cuiuſquam diriperent. Erat in his diebus vir laudabilis ſanctitatis Maxentius abbas recluſus in monaſterio ſuo ob Dei timorem: intra terminum Pictauenſem. Cuius monaſterii nomen lectioni non indidimus, quia locus ille vſque hodie Cellula ſancti Maxentii vocatur. Cuius monachi cū hoſtiū cuneum vnum ad monaſterium cernerent propinquare, abbatem exorant, vt de cellula ſua egrederetur ad conſulendum eis. Illoque demorante, hi timore percuſſi, eum aperto oſtio producunt de cellula ſua. At ille in occurſum hoſtium, quaſi pacem rogaturus pergit intrepidus. Vnus autem ex his euaginato gladio, vt caput eius libraret, manus ad aurem erecta diriguit, gladiuſque retrorſum ruit. At ipſe ad pedes beati viri veniam depoſcens ſternitur. Quod videntes reliqui, cū timore maximo ad exercitū redierunt, timētes ne & ipſi pariter interirēt. Huius vero brachium, beatus confeſſor cum oleo benedicto contrectans, impoſito ſigno crucis reſtituit ſanū. Eiuſque obtentu monaſterium permanſit illæſum. Multaſq; & alias virtutes operatus eſt, quas ſi quis diligenter inquiret, librū vitæ illius legens, cuncta reperiet. Interea Chlodoueus rex cum Alarico rege Gothorum in campo Vocladenſe, decimo ab vrbe Pictaua miliario conuenit: & confligentibus his eminus reſiſtunt, cominus illi. Cumque ſecundum conſuetudinem Gothi terga vertiſſent, ipſe rex Chlodoueus victoriam, domino adiuuante, obtinuit. Habebat autē in adiutorium ſuū filium Sygiberti Claudi, nomine Chlodericum. Hic Sygibertus pugnans contra Alamannos apud Tulbiacenſe oppidum, percuſſus in geniculo claudicabat. Porro rex cū fugatis Gothis Alaricum regem interfeciſſet, duo ex aduerſo ſubito aduenientes, cum contis vtraq; ei latera feriunt. Sed auxilio tam loricæ quam velocis equi, ne periret, exemptus eſt. Maximus ibi tūc Aruernorum populus, qui cū Apollinare venerat, & primi qui erant ex ſenatoribus, corruerunt. De hac pugna Amalaricus filius Alarici in Hiſpaniam fugit, regnumq; patris ſagaciter occupauit. Chlodoueus vero filiū ſuum Theodoricum per Albigenſem ac Rutenam ciuitatē ad Aruernos dirigit. Qui abiens, vrbes illas à finibus Gothorum vſque Burgundionum terminū, patris ſui ditionibus ſubiugauit. Regnauit autem Alaricus viginti duos annos. Chlodoueus vero apud Burdegalenſem vrbē, hyemē agens, cunctos theſauros Alarici à Tholoſa auferens, Engoliſmam venit. Cui Dominus tantā gratiam tribuit, vt in eius contemplatione muri ſponte corruerent. Tunc excluſis Gothis vrbem ſuo dominio ſubiugauit. Patrata poſt hæc victoria, Turonos regreſſus eſt, multa Sanctæ Baſilicæ beati Martini munera offerens.

Perculſore manus ſancti Maxentii diriguit. Oleo benedicto ſanatur.

Cap. 18. Bellum cum Alarico.

Turonum poſſeſſiones pro reuerentia B. Martini vetat Chlodoueus attingere.

Auſpicium victoriæ petitum ab eccleſia.

Clodoueo veniente Engoliſmæ muri corruunt.

Cap. 38. Clodou. fit ſenator patric. Rom.

Igitur ab Anaſtaſio Imperatore codicillos de conſulatu accepit, & in baſilica beati Martini tunica blatea indutus eſt, & chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc aſcenſo equo, aurum argentumque in itinere illo quod inter portā atrii, & eccleſiā ciuitatis eſt, præſentib. populis manu propria ſpargens voluntate benigniſſima erogauit, & ab ea die tanquam conſul & Auguſtus eſt vocitatus. Egreſſus autem à Turonis Pariſios venit: ibique cathedram regni conſtituit. Ibi & Theodoricus ad eum venit.

Cap. 39. Licinius Epiſcopus loca redemptionis viſitauit.

Denique migrante Euſtochio Turonorum Epiſcopo, octauus poſt ſanctum Martinum Licinius Turonicus epiſcopus ordinatur. Huius tempore bellum ſuperius ſcriptū geſtum eſt. Et huius tempore Chlodoueus rex Turonos venit. Hic fertur in oriente fuiſſe, ac loca viſitaſſe ſanctorū, ipſamque adiiſſe Hieroſolymam, & loca paſſionis ac reſurrectionis dominicæ, quę in euangeliis legimus, ſæpe vidiſſe.

Cap. 40.

Cum autem Chlodoueus rex apud Pariſios moraretur, miſit clam ad filiū Sygiberti dicens, Ecce pater tuus ſenuit, & pede debili claudicat. Si ille, inquit, moreretur, recte tibi cum amicitia noſtra regnū illius redderetur. Qua ille cupiditate ſeductus, patrē molitur occidere. Cumque ille egreſſus de Colonia ciuitate, tranſacto Rheno, per Buconiam ſiluam ambulare diſponeret, meridie in tentorio ſuo obdormiens, immiſſis ſuper eum filius percuſſoribus, eum ibidem interfecit, tanquā regnum illius poſſeſſurus. Sed iudicio Dei in foueam quam patri hoſtiliter fodit, incidit. Miſit igitur nuncios ad Chlodoueū regem de patris obitu nunciantes atque dicentes: Pater meus mortuus eſt, & ego theſauros cum regno eius penes me habeo. Dirige tuos ad me, & ea quæ tibi de theſauris illius placent bona voluntate trāſmittā. Et ille, Gratias, inquit, tuę voluntati ago, & rogo vt venientib^o noſtris patefacias, cūcta ipſe deinceps poſſeſſurus. Quibus venientib^o iſte patris theſauros pandit. Qui dum diuerſa reſpicerent, ait, In hanc arcellulā ſolitus erat pater meus numiſmata auri congerere. Immitte, inquiunt illi, manum tuam vſque ad fundū, vt cuncta reperias. Quod cum feciſſet, & eſſet valde declinis, vnus eleuata manu bipennem cerebro eius illiſit: & ſic quæ in patrē egerat indignus incurrit. Quod audiēs Chlodoueus, q; ſcilicet interfectus eſſet Sygibertus, & filius eius, in eundē locū adueniens conuocat omnē populum illū, dicens: Audite quid con-

H

Sigibertus occiditus à filio & filius à Chlodoueo.

A

tigerit: dum ego, inquit, per Scaldem fluuium nauigarem, Chlodericus filius parentis mei, patrem ſuum inſequebatur verbo ferens, quod ego eum interficere velim. Cumq; ille per Buconiam ſiluam fugeret, immiſſis ſuper eum latrunculis morti tradidit & occidit. Ipſe quoque dum theſauros eius aperit, à neſcio quo percuſſus interiit. Sed in his ego nequaquam conſcius ſum. Nec n. poſſum ſanguinem parentum meorum effundere: quod fieri nefas eſt. Sed quia hæc euenerunt, conſilium vobis præbeo, ſi videtur, acceptum: conuertimini ad me, vt ſub mea ſitis defenſione. At illi iſta audientes, plaudentes tam palmis quam vocibus, eum clypeo euectum ſuper ſe regem conſtituunt, regnumque Sygiberti acceptum cum theſauris, ipſos quoque ſuæ ditioni adſciuit. Proſternebat n. quotidie Deus hoſtes eius ſub manu ipſius, & augebat regnum eius, eo quod ambularet recto corde coram eo, & faceret quæ placita erant in oculis eius. Poſt hæc ad Chararicum regem dirigit. Quando

Cap. 41

autem cum Syagrio pugnauit, hic Chararicus euocatus ad auxilium Chlodouei eminus ſtetit, neutram adiuuans partem, ſed euentum rei expectans, vt cui eueniret victoria, cum illo & hic amicitiam colligaret. Ob hanc cauſſam contra eum indignans Chlodoueus abiit, quem circumuentum dolis cepit cum filio, vinctoſq; totondit, & Chararicum quidem presbyterum, filium vero eius diaconum ordinari iubet. Cumq; Chararicus de humilitate ſua conquereretur & fleret, filius eius dixiſſe fertur: In viridi, inquit, ligno hæ frondes ſuccisæ ſunt, nec omnino areſcunt, ſed velociter emergent vt creſcere queant: vtinam tam velociter qui hęc fecit, intereat. Quod verbum ſonuit in aures Chlodouei, quod ſcilicet minarentur ſibi cæſariem ad creſcendum laxare: ipſumq; interficere. At ille iuſſit eos pariter capite plecti. Quibus mortuis, regnum eorum cum theſauris & populis acquiſiuit. Erat autem tunc Raguacarius rex

B

Charaticus rex cũ filio occiditur.

Cap. 42.

apud Camaracum, tã effrenis in luxuria, vt vix vel propinquis quidem parentibus indulgeret. Is habebat Farronem cõſiliarium ſimili ſpurcitia lutulentum, de quo fertur, cum aliquid aut cibi aut muneris vel cuiuſlibet rei Regi allatum fuiſſet, dicere ſolitum: Hoc ſibi ſuoque Farroni ſufficere: ꝓ qua re Franci maxima indignatione tumebant. Vnde factũ eſt, vt datis aureis ſiue armillis vel baltheis Chlodoue⁹ (ſed totum adſimilatum auro: erat n. ęreum deauratum ſub dolo factum) hæc dedit proditorib. eius, vt ſuper eum inuitarentur. Porro cum exercitum contra eum commouiſſet, & ille ſpeculatores plerunq; ad cognoſcendum transmitteret, reuerſis nunciis interrogat, quam valida hæc manus foret. Qui reſponderunt, Tibi tuoque Farroni maximum eſt ſupplementum. Veniens autẽ Chlodoueus, bellum cõtra eum inſtruit. At ille deuictum cernens exercitum ſuum, fuga labi parat, ſed ab exercitu comprehenſus, ac ligatis poſt tergum manibus in cõſpectu Chlodouei vna cum Richario fratre ſuo perducitur. Cui ille, Cur, inquit, humiliaſti genus noſtrum, vt te vinciri permitteres? Melius n. ubi fuerat mori, & eleuatã ſecurim capiti eius defixit. Conuerſuſq; ad fratrem eius ait, Si tu auxilium fratri tribuiſſes, alligatus vtiq; non fuiſſet. ſimiliter & hunc ſecuri percuſſum interfecit. Poſt quorum mortem, cognoſcunt proditores eorum, aurum quod à rege acceperant eſſe adulterum. Quod cum regi dixiſſet, ille reſpondiſſe fertur, Merito, inquit, tale aurum accepit, qui dominum ſuum ad mortem propria voluntate deducit. Hoc illis quod viuerent deberet ſufficere, ne male proditionẽ dominorum ſuorum luituri, inter tormenta deficerent. Quod illi audientes, optabant gratiam adipiſci, illud ſibi aſſerentes ſufficere ſi viuere mererentur. Fuerunt autem ſupradicti reges propinqui huius: quorum frater Rignomeris nomine apud Cenomanniam ciuitatem, ex iuſſu Chlodouei interfectus eſt. Quibus mortuis omne regnum eorum & theſauros Chlodoueus accepit. Interfectiſq; & aliis multis regib. vel parentib. ſuis primis, de quib. zelum habebat, ne ei regnum auferrẽt, regnum ſuum per totas Gallias dilatauit. Tamen congregatis ſuis, quadã vice dixiſſe fertur de parentib. quos ipſe perdiderat: Væ mihi, qui tanquã peregrinus inter extraneos remãſi. & non habeo de parentib. qui mihi, ſi venerit aduerſitas poſſit aliquid adiuuare. Sed hoc non de morte horum condolens, ſed dolo dicebat ſi forte potuiſſet adhuc aliquẽ reperire, vt interfi-

C

Regna cæſis fratribus interimuntur.

D

Chlodou. proditorib. adulterina dat munera.

Cap. 43. Chlodou. obiit Lu-

ceret. His ita trãſactis, apud Pariſius obiit: ſepultuſq; in baſilica ſanctorum apoſtolorum, quam cum Chrotilde regina ipſe conſtruxerat. Migrauit autem poſt Vocladẽſe bellum anno quinto. Fueruntq; omnes dies regni eius, triginta anni. Ætas tota, quadraginta quinque anni. A tranſitu ergo ſancti Martini, vſq; ad tranſitum Chlodouei regis, qui fuit vndecimus annus Epiſcopatus Lycinii Turonici ſacerdotis, ſupputantur anni cxii. Chrotildis autem regina, poſt mortem viri ſui Turonos venit: ibique ad Baſilicam ſancti Martini deſeruiens, cum ſumma pudicitia atque benignitate in hoc loco commorata eſt omnibus diebus vitæ ſuæ, raro Pariſios viſitans.

E

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM, LIBER III.

VELIM ſi placet, parum per conferre quæ Chriſtianis beatam confitentibus Trinitatẽ proſpera ſucceſſerint: & quæ hæreticis eamdem ſcindentibus fuerint in ruinam. Omittamus autem qualiter illam Abraham veneratur ad ilicẽ, Iacob prædicat in benedictione, Moyſes cognoſcit in ſente, populus ſequitur in nube, eandemq; paueſcit in monte: vel qualiter eam Aaron portat in logio, aut Dauid vaticinatur in pſalmo, orãs innouari ſe per ſpiritum rectum, nec ſibi auferri ſpiritum ſanctum, atque ſe confirmari per ſpiritum principalem: magnum & ego hic cerno myſterium, quod ſcilicet quem hæretici minorem aſſerunt, principalem vox prophetica nunciauit. Sed his, vt diximus, omiſſis, ad noſtra tẽpora reuertamur. Arrius enim, qui huius iniquæ ſectæ primus iniquuſq; inuentor fuit, interioribus in ſeceſſum depoſitus, infernalibus ignibus ſubditur. Hilarius vero beatus indiuiduæ trinitatis defenſor, propter hanc in exilium deditus & patriæ paradiſo reſtauratur. Hanc Chlodoueus rex cõfeſſus, ipſos hæreticos adiutorio eius oppreſſit, regnumq; ſuum per totas Gallias dilatauit. Alaricus hãc denegans, à regno & populo, atq; ab ipſa, quod maius eſt, vita mulctatur æterna. Dominus autem ſe vere credentibus, etſi inſidiante inimico aliqua perdant, hic centuplicata reſtituit: hæretici vero, nec adquirunt, ſed quod videntur habere auferetur ab eis. Probauit hoc Godegiſili, Gundobaldi, atque Godomari interitus, qui & patriam ſimul & animas perdiderunt. Nos vero vnum atq; inuiſibilem, immẽſum, incomprehenſibilem, inclytum, perennem atq; perpetuum dominum confitemur, vnum in trinitate propter perſonarum numerum, id eſt patris & filii & Spiritusſancti: confitemur & trinum in vnitate, propter æqualitatem ſubſtantiæ, deitatis, omnipotentiæ, vel virtutis, qui eſt vnus ſummus atq; omnipotens Deus in ſempiterna ſecula regnãs. Defuncto igitur Chlodoueo rege, quatuor filii eius, id eſt Theodoricus, Chlodomeris, Childebert⁹, atq; Chlotharius, regnum eius accipiunt, & inter ſe æqua lance diuidunt. habebat iam tunc Theodoricus filiũ nomine Theodobertum, elegantem atque vtilem. Cumq; magna virtute pollerent, & eis de exercitu robur copioſum ineſſet, Amalaricus filius Alarici, rex Hiſpaniæ, ſororem eorũ in matrimonium poſtulat: quod illi clementer indulgent, & eã ipſi in regionẽ Hiſpaniæ cũ magnorũ ornamentorũ mole trãſmittunt. Lycinio aũt vrbis Turonicæ defuncto Epiſcopo, Dinifius cathedrã pontificalem aſcendit. Apud Aruernos vero poſt obitum beati Aprunculi, ſanctus Eufraſius duodecimus Epiſcopus habebatur. Hic quatuor annos poſt Chlodouei obitum, vixit, viceſimoquinto Epiſcopatus ſui anno trãſiens. Cumq; populus S. Quintianum, qui de Ruteno electus fuerat, elegiſſet, Alchima & Placidina vxor, ſororq; Apollinaris, ad ſanctum Quintianum venientes dicũt: Sufficiat domine ſanctę ſenectuti tuæ, quod es Epiſcopus ordinatus permittat, inquiunt, pietas tua ſeruo tuo Apollinari locum huius honoris adipiſci. Ille vero cum ad hunc apicem aſcẽderit, ſicut tibi placitum fuerit, obſequetur: tu quoq; imperabis, & ille tuæ parebit in omnibus iuſſioni: tantũ vt humili ſuggeſtioni noſtrę autẽ tuæ benignitatis

F

G

Cap. Chlodou. liberi.

H

Cap. Dinifius Epiſcopus, Quintianus, Apollinaris.

A

latis accommodes. Quibus ille, Quid ego, inquit, præſtabo, cuius poteſtati nihil eſt ſubditum? ſufficit enim vt orationi vacans, quotidianum mihi victum præſtet Eccleſia. Illæ autem hæc audientes, Apollinarem ad regem dirigunt. Qui abiens oblatis multis muneribus, in epiſcopatu ſucceſſit, quo quatuor abutens menſibus, migrauit à ſæculo. Cũ autem hęc Theodorico nunciata fuiſſent, iuſſit inibi ſanctũ Quintianum conſtitui, & omnem ei poteſtatem tradi Eccleſiæ, dicens. Hic ob noſtri amoris zelum ab vrbe ſua eiectus eſt. Et ſtatim directi nuncij, conuocatis pontificibus & populo, eum in cathedram Aruernæ Eccleſiæ locauerunt, qui quartuſdecimus illi Eccleſię præpoſitus eſt. Reliqua vero quæ geſſit, tam virtutes quam tempus migrationis eius, ſcripta ſunt in libro quem de eius vita compoſuimus.

Cap. 3. Dani Gallias inuadunt.

His ita geſtis, Dani cũ rege ſuo nomine Chochilaicho, euectu nauali per mare Gallias appetunt. Egreſſique ad terras, pagum vnum de regno Theodorici deuaſtant atque captiuant, oneratiſque nauibus tam de captiuis quam de reliquis ſpoliis, reuerti ad patriam cupiunt. Sed rex eorum in litus reſidebat, donec naues altum mare comprehenderent, ipſe deinceps ſecuturus. Quod cum Theodorico nunciatũ fuiſſet, quod ſcilicet regio eius fuerit ab extraneis deuaſtata, Theodobertum filium ſuum in illas partes cum valido exercitu ac magno armorum apparatu direxit. Qui interfecto rege, hoſtes nauali prælio ſuperatos opprimit, omnemque rapinam terræ reſtituit.

B

Cap. 4. Thoringi reges tumultuātur.

Porro tunc apud Thoringos, tres fratres regnum gentis illius retinebant, id eſt Badericus, Herminefredus, atque Bertharius. Denique Herminefredus Bertharium fratrem ſuum vi opprimens interfecit. Is moriens Radegundem filiam orphanam dereliquit: reliquit autem & alios filios, de quibus in ſequentibus ſcribemus. Herminefredi vero vxor iniqua atque crudelis, Almaberga nomine, inter hos fratres bellum ciuile diſſeminat. Nam veniens quadam die ad conuiuium vir eius, menſam mediam opertam reperit. Cũque vxorem quid ſibi hoc vellet interrogaret, reſpondit: Qui inquit, à medio regno ſpoliatur, decet eum menſæ medium habere nudatum. Talibus & his ſimilibus ille permotus, contra fratrem inſurgit, ac per occultos nuncios Theodoricum regem ad eum perſequendum inuitat, dicens, Si hũc interficis regionem hanc pari ſorte diuidemus. Ille autem gauiſus hæc audiens, cum exercitu ad eum dirigit. Coniunctique, ſimul fidem ſibi inuicem dantes, egreſſi ſunt ad bellum. Confligentes que cum Baderico, exercitum eius adterunt, ipſumq; obtruncant gladio: & obtenta victoria, Theodoricus ad propria eſt reuerſus. Protinus Herminefredus oblitus fidei ſuæ, quod regi Theodorico indulgere pollicitus eſt implere deſpexit, ortaq; eſt inter eos grandis inimicitia.

Almaberga fallacia.

C

Cap. 5. Sygimundus Agaunenſe monaſterium ædificauit.

Igitur mortuo Gundobaldo, regnum eius Sygimundus filius eius obtinuit, monaſteriumque Agaunenſe ſolerti cura cum domibus baſilicisque ædificauit: qui perdita priori coniuge filia Theodorici regis Italici, de qua filium habebat nomine Sygiricum, aliam duxit vxorem: quæ valide cõtra filium eius, ſicut nouercarum mos eſt, malignari ac ſcãdalizare cœpit. Vnde factum eſt, vt vna ſolemnitatum die, cum puer ſuper eam veſtimẽta matris agnoſceret commotus felle diceret ad eam: Non enim eras digna, vt hæc indumenta tua terga contingerent, quæ dominæ tuæ, id eſt, matris meæ fuiſſe noſcuntur. At illa furore ſuccenſa, inſtigat verbis doloſis virum ſuum, dicens: Hic iniquus regnum tuum poſſidere deſiderat, teque interfecto, id vſque in Italiam dilatare diſponit, ſcilicet vt regnum quod auus eius Theodoricus Italiæ tenuit, & iſte poſſideat. Scit enim quod te viuente hæc non poteſt adimplere, & niſi tu cadas, ille non ſurget. His & huiuſcemodi ille incitat° verbis, vxoris iniquæ conſilio vtens, iniquus extitit parricida: nam ſopitum vino dormire poſt meridiem filium iubet cui dormienti, lorũ ſub collo poſitũ, ac ſub mento ligatũ, trahentibus ad ſe inuicẽ duobus pueris, ſuffocatus eſt. Quo facto pater ſero iã pœnitens, ſuper cadauer exanime ruens, flere cœpit amariſſime. Ad quem ſenex quidã ſic dixiſſe fertur: Te, inquit, plange amodo qui per conſilium nequam factus eſt parricida ſæuiſſimus. nam hunc qui innocens iugulatus eſt, neceſſarium non eſt plangi. Nihilominus ille ad ſanctos Agaunenſes abiens, per multos dies in fletu & ieiuniis durans veniam precabatur, pſallentiũ ibi aſſiduũ inſtituens: Lugduno regreſſus eſt, vltione diuina de veſtigio eum proſequente. Huius filiam rex Theodoricus accepit.

D

Sigiſmundus nouercæ dolis Sygiricum filium occidit.

Cap. 6.

E

Chlodomeris occiditur.

Chrotildis vero regina Chlodomerem, & reliquos filios ſuos alloquitur, dicens: Non me pœniteat, chariſſimi, vos dulciter enutriſſe: indignamini, quæſo, iniuriã meam, & patris matriſque meæ mortem ſagaci ſtudio vindicate. Hæc illi audientes, Burgundias petunt, & contra Sygimundum & fratrem eius Godomarum dirigunt: deuictoq; exercitu eorum, Godomarus terga vertit. Sygimundus vero dũ ad ſaltus Agaunos fugere nititur, à Chlodomere captus cum vxore & filiis captiuus abducitur, atq; intra terminum Aurelianenſis vrbis in cuſtodia poſitus, detinetur. Diſcedẽtibuſque his regibus, Godomarus reſumptis virib°, Burgũdiones colligit, regnumque recipit. Contra quem Chlodomeris iterum ire diſponens, Sygimundum interficere deſtinauit: cui à beato Auito Abbate Nutiacenſi magno tunc tẽporis ſacerdote, dictum eſt: Si, inquit, reſpiciens Deum, emendaueris conſilium tuum, vt hos homines interfici nõ patiaris, erit Deus tecum: & abiens victoriam obtinebis; ſi vero eos occideris, tu ipſe in manus inimicorum traditus, ſimili ſorte peribis, fietque tibi vxorique & filijs tuis, quod feceris Sygimundo & coniugi ac liberis eius. Sed ille auſcultare deſpiciens conſilium eius, ait, Stultum n. conſiliũ eſſe puto vt inimicis domi relictis, contra reliquos eã: eiſq; à tergo, hoc à fronte ſurgente, inter duos hoſtium cuneos ruã: latius n. & facilius victoria patrabitur, ſi vnus ab alio ſeparetur quo interfecto, facile & alius morti poterit deſtinari. Statimq; interfecto Sygimundo cum vxore & filijs apud Columnam Aurelianenſis vrbis vicum, in puteum iactari præcipiens, Burgundias petit, vocans in ſuppetias Theodoricum regẽ. Ille autem iniuriã ſoceri ſui vindicare volẽs, ire promiſit. Cumq; pariter apud Viſoruntiam locum vrbis Viennenſis coniuncti fuiſſent, cum Godomaro confligunt. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertiſſet & Chlodomeris inſequeretur, ac de ſuis non modico ſpacio elongatus eſſet, adſimilantes illi ſignum eius, dãt ad eũ voces dicentes: Huc huc conuertere, tui n. ſumus. At ille credens, abiit, irruitq; in medium inimicorum ſuorum. cuius amputatũ caput, & conto defixum, eleuant in ſublime: quod Frãci cernentes, atque cognoſcentes Chlodomerem interfectum, reparatis viribus Godomarum fugant, Burgundiones opprimunt, patriamq; in ſuam redigunt poteſtatẽ. Nec moratus Chlodarius, vxorem germani ſui Guntheucã nomine, ſibi in matrimonium ſociauit: filios quoq; eius Chrotildis regina, exactis diebus luctus, ſecum recepit ac tenuit: quorũ vn° Theodoualdus, alter Guntharius, tertius Chlodoualdus vocabatur. Cũ Godomarus iterũ regnũ recepit.

F

G

Cap. 7. Theodoricus procedit aduerſus Thoringos.

Poſt Theodoricus nõ immemor periurij Herminefredi regis Thoringorum, Chlotharium fratrem ſuum in ſolatium ſuum euocat, & aduerſum eum ire diſponit, promittẽs regi Clothario partem prædæ, ſi eis munus victoriæ diuinitus conferretur. Conuocatis igitur Francis, dicit ad eos, Indignamini quæſo tã meam iniuriam, quam interitum parentum veſtrorum, ac recolite Thoringos quondam ſuper parentes noſtros violenter aduenisſe, ac multa illis intuliſſe mala. Qui datis obſidibus, pacem cum his inire voluerunt: ſed illi obſides ipſos diuerſis mortibus peremerũt: & irruẽtes ſuper parentes noſtros, omnem ſubſtãtiam abſtulerunt, pueros per neruũ fœmoris ad arbores appẽdentes, puellas amplius ducentas crudeli nece interfecerunt: ita vt ligatis brachiis ſuper equorũ ceruicibus, ipſiq; acerrimo moti ſtimulo per diuerſa petentes, diuerſas in partes fœminas diuiſerunt. Alias vero ſuper orbitas viarũ extenſis ſudibuſq; in terrã confixis, plauſtra deſuper onerata, tranſire fecerunt, confractiſq; oſſib°, canibus auibuſq; eas in cibaria dederũt. Nunc autem Herminefredus, quod mihi pollicitus eſt fefellit, & omnino hęc adimplere diſſimulat: ecce verbũ directum habemus: Eam° cũ Dei adiutorio contra eos. Quod illi audientes, & de tanto ſcelere indignantes, vno animo eademq; ſententia, Thoringiam petierunt. Theodoricus autem Chlotharium fratrem ſuum, & Theodobertum filiũ in ſolatiũ adſumens cum exercitu abiit. Thoringi vero venientibus Francis dolos præparant: in campo enim in quo certamen agi debebat, foſſas effodiunt: quarũ ora opera deſoce-

H

A ſo ceſpite, planum adſimulant campum. Io has ergo foueas cum pugnare cœpiſſent, multi Francorum equites corruerunt. Et fuit eis valde impedimentum: ſed poſt cognitum hunc dolum obſeruare cœperunt. Deniq; cum ſe Thoringi cædi vehementer viderẽt, fugato præ timore Herminefredo rege ipſorum, terga vertunt, & ad Oneſtrudem fluuium vſque perueniunt. Ibiq; tanta cædes ex Thoringis facta eſt, vt alueus fluminis congerie cadauerum repleretur: & Frãci tãquam per pontem aliquem ſuper eã in litus vlterius trãſirent. Patrata ergo victoria regionem illam capeſſunt, & in ſuam redigunt poteſtatem. Chlothanus vero rediens, Radegundem filiam Bertharii regis ſecum captiuam abduxit, ſibique eam in matrimonium ſociauit: cuius fratrem poſtea iniuſte per homines iniquos occidit. Illa quoq; ad Deũ cõuerſa, mutata veſte monaſterium ſibi intra Pictauienſem vrbem conſtruxit, quæ orationibus, ieiuniis atq; eleemoſynis prędita in tantum emicuit, vt magna in populis haberetur. Cum autẽ adhuc ſupradicti reges in Thoringia eſſent, Theodoricus Chlotharium fratrem ſuum occidere voluit.

Herminefredus fugatur.

Rhadegundes monaſterium Pictaui conſtruxit.

B Et præparatis occulte cum armis viris, eum ad ſe vocat quaſi ſecreto cum eo aliquid tractaturus, expanſoq; in parte domus illius tentorio, de vno pariete in alterum, armatos poſt eum ſtare iubet. Cumq; tentorium illud eſſet breuius, pedes armatorum apparuere detecti. Quod cognoſcens Chlothari⁹, cum ſuis armatus ingreſſus eſt domum. Theodoricus vero intelligens hunc hæc cognouiſſe, fabulã fingit, & alia ex aliis loquitur. Deniq; neſciens qualiter dolum ſuum deliniret, diſcum ei magnum argenteum pro gratia dedit. Chlotharius vero valedicens & pro munere gratias agens, ad metatum regreſſus eſt: Theodoricus vero queritur ad ſuos, nulla extanti cauſa ſuum perdidiſſe catinum: & ad filium ſuum Theodobertum ait, Vade ad patrem tuum, & roga vt munus quod ei dedi, tibi ſua voluntate concedat. Qui abiens, quod petiit impetrauit, in talibus enim dolis Theodoricus multum callidus erat.

Cap. 8. Herminefredus præcipitatus.

Idem vero regreſſus ad propria, Herminefredum ad ſe data fide ſecurum venire præcepit, quem & honorificis ditauit muneribus. Factum eſt autem dum quadam die per murum ciuitatis Tulbiacenſis confabularentur, à neſcio quo impulſus de altitudine muri ad terram corruit, ibique

C ſpiritum exhalauit. Sed quis eum inde deiecerit, ignoramus: multi tamen adſerunt Theodorici in hoc dolum manifeſtiſſime patuiſſe.

Cap. 9.

Childebertus tranſiit ad Aruernos.

Cum autẽ adhuc Theodoricus in Thoringia eſſet, Aruernis ſonuit eum interfectum fuiſſe. Archadius quoq; vnus ex ſenatorib. Aruernis, Childebertum inuitat, vt regionem illam deberet accipere. Ille quoque nec moratus Aruernos adiit. Tantaque in illa die condenſa fuit nebula, vt nihil ſuper duas iugeri partes diſcerni poſſet. Dicere n. erat ſolitus rex, Velim vnquam Aruernam Lemanem, quæ tantæ iocunditatis gratia refulgere dicitur, oculis cernere. Sed non ei à Deo conceſſum eſt. Cumque portæ ciuitatis obſeratæ eſſent, & vnde ingrederetur peruium paruulum non haberet, inciſa Archadius ſera vnius portæ, eum ciuitati intromiſit. Dum hæc agerentur, nuntiatur Theodoricum viuum de Thoringia fuiſſe regreſſum.

Cap. 10.

Quod certiſſime Childebertus cognoſcens, ab Arverno redit, in Hiſpaniam vero propter ſororẽ ſuam Chrotildem dirigit. Hæc vero multas inſidias ab Amalarico viro ſuo propter fidem Catholicam patiebatur. Nam plerunq; præcedente illa ad ſanctam Eccleſiam, ſtercora & diuerſos fœtores ſuper eam proiici imperauit. Ad extremum aũt tanta

Chrothildis ob fidẽ multa patitur.

D eam crudelitate dicitur cecidiſſe, vt infectum de proprio ſanguine ſudarium, fratri tranſmitteret: vnde ille maxime commotus, Hiſpanias appetit. Amalaricus vero hæc audiens, naues ad fugiendum parat. Porro imminente Childeberto, cum Amalaricus nauẽ deberet aſcendere, ei in mentem venit, multitudinem ſe precioſorum lapidum in ſuo theſauro reliquiſſe. Cumq; ad eoſdem petendos in ciuitatem regrederetur, ab exercitu à porta excluſus eſt. Videns autem ſe non poſſe euadere, ad Eccleſiam Chriſtianorum confugere cœpit. Sed priuſquam limina ſancta contingeret, vnus emiſſa manu lanceã eum mortali ictu ſauciauit, ibiq; decedẽs reddidit ſpiritum. Tunc Childebertus cũ magnis theſauris ſororem aſſumptam ſecum adducere cupiebat:

Amalaricus perimitur. Childebert...

quæ neſcio quo caſu in via mortua eſt, & poſtea Pariſios adlata, iuxta patrem ſuum Chlodoueum ſepulta eſt. Childebertus vero inter reliquos theſauros miniſteria Eccleſiarum precioſiſſima detulit. Nam ſexaginta calices, quindecim patenas, viginti Euangeliorum capſas detulit, omnia ex auro puro ac gemmis precioſis ornata: ſed non eſt paſſus ea confringi. Cuncta enim Eccleſiis & baſilicis ſanctorum diſpenſauit ac tradidit. Poſt hæc Clotharius & Childebertus Burgundias petere deſtinãt. Cõuocatuſq; Theodoricus in auxilium eorum ire noluit. Franci vero qui ad eũ aſpiciebant, dixerunt: Si cum fratribus tuis in Burgundiam ire deſpexeris, te relinquimus, & illos ſatius ſequi præoptamus. At ille infideles ſibi exiſtimans, ad Aruernos ait, Me ſequimini, & ego vos inducam in patriam, vbi aurum & argentum accipiatis quantum veſtra poteſt deſiderare cupiditas, de qua pecora, de qua mancipia, de qua veſtimenta in abundantiam adſumatis: tantum hos ne ſequamini. His promiſſionibus hi illecti, ſuam voluntatem facere promittunt. Ille vero illuc tranſire diſponit, promittens iterum atque iterum exercitui cunctam regionis prædam cum hominib. in ſuas regiones transferri permittere. Chlotharius vero & Childebertus in Burgundiã dirigunt, Auguſtodunumq; obſidentes, cunctam fugato Godomaro Burgundiam occupauerunt.

E ...tas Eccleſiarum reddidit.

Cap. 10. Childeb. & Chlothar. petit Burgundiam. Theod. Aruernos

F

Theodoricus vero cum exercitu in Aruernos veniens, totam regionẽ deuaſtat ac proterit. Interea Archadius ſceleris illius auctor, cuius ignauia regio deuaſtata eſt, Bituriges vrbem petiit. Erat autem tunc temporis vrbs illa in regno Childeberti regis. Placidina vero mater eius, & Alchima ſoror patris eius, comprehenſę apud Cadurcum vrbem rebus ablatis exilio condemnatæ ſunt. Rex igitur Theodoricus ad vrbem Aruernam vſq; accedens, in vici illius ſuburbano caſtra fixit. Beatus vero Quintianus his diebus erat Epiſcopus. Interea exercitus cunctam circuiuit miſeram regionem illam, cuncta delet, vniuerſa debellat. De quibus nonnulli ad baſilicam S. Iuliani perueniunt, confringunt oſtia, ſeras remouent: reſque pauperum quæ ibidem fuerãt adgregatæ diripiunt, & multa in hoc loco perpetrant mala. Veruntamen auctores ſcelerum à ſpiritu immundo correpti, infeſtis dentibus propriis ſe morſibus lacerant, clamantes atque dicentes: Cur nos martyr ſancte ſic crucias? Sicut in libro virtutum eius conſcripſimus. Lovolotrum autem caſtrum hoſtes expugnant, Proculumq; preſbyterum qui quondam ſancto Quintiano iniuriam intulerat, ad altarũ Eccleſiæ miſerabiliter interficiũt. Et credo ob illius cauſam, quod fuerit ipſum caſtrum in manibus traditum iniquorũ: quod vſq; in illa die defenſatũ eſt. Nã cũ illud hoſtes expugnare nõ poſſent, & ad propria iam redire diſponerent, audientes hæc obſeſſi, iam læti atq; ſecuri decipiuntur: ſicut ait Apoſtolus: Cum dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus: deniq; p ipſius Proculi preſbyteri ſeruũ, iam ſecuri populi traduntur in manus hoſtiũ. Cumq; vaſtato Caſtello ducerentur captiui, immanis pluuia quæ p triginta dies fuerat abnegata, deſcendit. Tunc obſeſſi Merolacenſis caſtri, ne captiui abducerentur, redẽptione data

Cap. 11. Theodoricus Aruernos populatur.

G

Demonis... ſpoliatores

Cap. 12. ...

Merolacenſe caſtrum.

liberantur: ſed hæc ignauia eorũ effecit: caſtrum n. propria natura munitum erat. Nam centenorũ aut eo amplius pedũ ab exciſo vallatur lapide, ſine murorũ ſtructione: in medio aũt ingens ſtagnum aquę, liquore gratiſſimũ: ab alia vero parte fontes vberrimi, ita vt per portã riuus diffluat aquę viuæ. Sed in tã grandi ſpacio, munitio iſta diſtẽditur, vt manentes intra murorum ſepta, terram excolunt, frugeſq; in abundantia colligũt. Huius munitionis tutamine elati, qui obſeſſi erant, egreſſi foras, vt arreptã aliqua præda, iterum ſe intra caſtelli ſepta recondèrent, ab hoſtibus comprehenſi ſunt. Erant autem quinquaginta viri. Tunc ante ora parẽtum, vinctis poſt tergum manib. oblati, imminente iã gladio, adquieuerũt obſeſſi, ne interficerẽtur, ſingulos triẽtes dare in redẽptionem ſuam. Theodoricus aũt ab Aruerno diſcedens, Sygiualdum parentem ſuũ in ea quaſi pro cuſtodia dereliquit. Eoq; aũt ibi tunc temporis quidam Lyngius ex minoribus, qui magnas ſancto Quintiano parabat inſidias: & cum ſe ſanctus Epiſcopus pedib. eius proſterneret, nunquã vt ſe ei ſubderet mouebatur: ita vt & quadã vice vxori quæ ſãctus fecerat, p ridiculo indicaret. Quæ melioris

H

Epiſcopo irreverens.

intel-

A intelligentiæ modo commota, ait: Si ita es hodie peſſundatus, nunquam erigeris. Die autem tertia, aduenientes nuncij de præſentia regis vinctum cum vxore ac liberis pariter abduxerunt. Qui abiens nunquã Aruernum regreſſus eſt.

Cap. 14. Mundericus regem ſe haberi voluit.

MVNDERICVS igitur qui ſe parentem regium adſerebat, elatus ſuperbia, ait: Quid mihi & Theodorico regi? Sic enim mihi ſolium regni debetur, vt illi: egrediar, & colligam populum meum, atque exigam ſacramentum ab eis, vt ſciat Theodoricus, quia rex ſum ego, ſicut & ille. Et egreſſus cœpit ſeducere populum ſuum dicens: Princeps ego ſum, ſequimini me, & erit vobis bene. Sequebatur autẽ eum ruſtica multitudo, vt plerunque fragilitati humanæ conuenit, dantes ſacramentum fidelitatis, & honorantes eum vt regem. Quod cum Theodoricus comperiſſet, mandatum mittit ad eum, dicens: Accede ad me, & ſi tibi aliqua de dominatione regni noſtri portio debetur, accipe. Doloſe enim hæc Theodoricus dicebat, ſcilicet vt cum ad eum veniſſet, interficeretur. Ille vero noluit, dicens: Ite, renunciate regi veſtro, quia rex ſum ſicut & ille. Tunc rex commoueri iuſſit exercitum, quo oppreſſus vi puniretur. B Quod ille cognoſcens, & ſe non præualens defenſare, Victoriaci caſtri muros expetens, cum rebus omnibus in eo ſe ſtuduit communire, his ſecum quos duxerat adgregatis. Igitur commoto exercitu caſtrum vallat, ac per ſeptem dies obſedit. Mundericus autem repugnabat cum ſuis dicens: Stemus fortes, & vſque ad mortem pariter dimicemus, & non ſubdamur inimicis. Cumque exercitus à circuitu in contra iacula tranſmitteret, nec aliquid prævaleret, nunciauerunt hæc regi. At ille miſit quendam de ſuis Aregiſilum nomine, dixitque ei: Vides, inquit, quod prævaleat hic perfidus in contumacia ſua: vade, & redde ei ſacramentum, vt ſecurus egrediatur. Cum autem egreſſus fuerit, interfice eum, & dele memoriã eius à regno noſtro. Qui abiens, fecit iuxta quod ei præceptum fuerat. dederat tamen prius ſignum populo, dicens: Cum ego hæc & hæc locutus fuero, ſtatim irruentes interficite eum. Ingreſſus autem Aregiſilus ait Munderico, Quouſq; hic reſides, tanquam vnus ex inſipientibus? Nunquid poteris diu regi reſiſtere? Ecce ablato tibi cibo, cum te fames oppreſſerit, vltro egredieris, & traderis in manus inimicorum, & morieris quaſi vnus ex canibus? audi potius conſilium meum, & ſubde te C regi, vt viuere poſſis tu & filij tui. Tunc ille his molitus ſermonibus ait, Si egredior, comprehenſus à rege interficior & ego, & filij mei, & omnes amici qui mecum ſunt congregati. Cui Aregiſilus ait, Noli timere, ſed ſi vis egredi, accipe ſacramentum de hac culpa, & ſta ſecurus coram rege, ne timeas: ſed eris cum eo ſicut prius fuiſti. Ad hæc Mundericus reſpondit: Vtinam ſecurus ſim, quod non interficiar. Tunc Aregiſilus poſitis ſuper altare ſanctum manibus, iurauit ei vt ſecurus egrederetur. Dato igitur ſacramento, egrediebatur Mundericus de porta caſtelli, tenens manum Aregiſili, populus autem ſpectabat à longe aſpiciens eum. Tunc pro ſigno ait Aregiſilus, Quid aſpicitis tam intente, ô populi? an nunquid vidiſtis prius Mundericum? Et ſtatim irruit populus in eum. At ille intelligens, ait, Euidentiſſime cognoſco, quod feceris per hoc verbum ſignum populis ad me interficiendum: veruntamen dico tibi, quia periurijs me decepiſti: te viuum vltra nullus aſpiciet: & emiſſa lancea in ſcapulas eius, perfodit eum, ceciditque & mortuus eſt. D Euaginatoque deinceps Mundericus gladio cum ſuis, magnam ſtragem de populo illo fecit, & vſquequo ſpiritum exhalaret, interficere quemcunque adſequi potuiſſet, non deſtitit. Quo interfecto, res eius fiſco collatæ ſunt.

Mundericus occiditur.

Cap. 15.

THEODORICVS vero & Childebertus fœdus inierunt, & dato ſibi ſacramento vt neuter contra alterum moueretur, obſides ab inuicem acceperunt, quo facilius firmarentur quę fuerant dicta. Multi tunc filij ſenatorum in hac obſidione dati ſunt: ſed orto iterum inter reges ſcandalo, ad ſeruitium publicum ſunt addicti. Et quicunque eos ad cuſtodiendum accepit, ſeruos ſibi ex his fecit. Multi tamen ex eis per fugam elapſi, in patriam redierunt, nonnulli in ſeruitio ſunt retenti: inter quos Attalus nepos beati Gregorij Lingonici Epiſcopi, ad publicum ſeruitium mancipatus eſt, cuſtoſque equorum deſtinatus. Erat enim intra Treuerici termini territorium, cuidam barbaro ſeruiens. Denique

Attalus capitur.

E beatus Gregorius ad inquirendum eum miſit pueros, quo inuento, obtulerunt homini munera, ſed reſpuit ea dicens: Hic de tali generatione decem auri libris redimi debet. Quibus redeuntibus, Leo quidam de coquina domini ſui ait: Vtinam me permitteres, & forſitan ego poteram eum reducere de captiuitate. Gauiſo autem domino, directus venit ad locum voluitque puerum clam abſtrahere, ſed nõ potuit. Tunc locato ſecum homine quodam, ait, Veni mecum, & vænunda me in domo barbari illius, ſitq; tibi lucrũ precium meum: tantum liberiorem aditum habeam faciendi id quod decreui. Accepto vero ſacramento homo ille abiit, & vendito eo duodecim aureis diſceſſit: ſciſcitatus autem emptor a rudi famulo quid operis ſciret, reſpondit, In omnibus quæ mandi debent in menſis dominorum, valde ſcitus ſum operari: nec metuo quod reperiri poſſit ſimilis mei in hac ſcientia: verum enim dico tibi, quia etiam ſi regi epulũ cupias præparare: fercula regia componere poſſum: nec quiſquam me melius. & ille, Ecce enim dies ſolis adeſt (ſic enim barbaries vocitare diem dominicum conſueta eſt,) in hac die vicini atque parentes mei inuitabũtur in domo mea, rogo vt facias mihi prandiũ quod admirentur: & dicant, quia in domo regis melius non aſpeximus. Et ille, F Iubeat, inquit, Dominus meus congregari pullorum gallinaceorum multitudinem, & faciã quæ præcipis. Præparatis ergo quæ dixerat puer, illuxit dominica dies, fecitq; epulũ magnum deliciisq; refertum. Epulantibus autem omnibus & laudantibus prandium, parentes illius diſceſſerunt. Dominus n. dedit gratiam puero huic, & accepit poteſtatem ſuper omnia quæ habebat Dominus ſuus in promptu. Diligebatq; eum valde, & omnibus qui cum eo erant ipſe diſpenſabat cibaria & pulmenta. Poſt anni vero curriculum, cum iam ſecurus eſſet Dominus illius de eo, abiit in pratũ quod erat domui proximum, cum Attalo puero cuſtode equorum. & decubans in terra cum eo à longe, auerſis dorſis, vt nõ cognoſceretur quod loquerentur ſimul, dicit puero: Tempus eſt enim, vt iam cogitare de patria debeamus. Ideoq; moneo te, vt hac nocte cum equos ad claudendum adduxeris, ſopore non deprimaris, ſed cum primum te vocauero adſis, & ambulemus. Vocauerat n. Barbarus ille parentes multos ſuorum ad epulum, inter quos erat & gener eius qui acceperat filiam illius. Media autem nocte à conuiuio ſurgentibus, & quieti datis, proſecutus eſt Leo G generum domini ſui cum potu, porrigens ei bibere. In metatu eius ait ad eum homo: Dic tu, ô creditor ſoceri mei, ſi valeas, quando voluntatem adhibebis, vt adſumptis equis eius eas in patriam tuam. Hoc quaſi ioco delectans, dixit. Similiter & ille ioculanter veritatem reſpondens, ait: Hac nocte delibero, ſi Dei voluntas fuerit. Et ille, Vtinã, inquit, cuſtodiãt me famuli mei, ne aliquid de reb9 meis adſumas. Et ridentes diſceſſerunt. Dormientibus autem cunctis, vocauit Leo Attalũ ex ſtrato ſuo. Interrogat, ſi haberet gladiũ. Reſpondit: Non eſt mihi, niſi tantum lancea paruula: at ille ingreſſus manſionem domini ſui apprehendit ſcutum eius ac frameã. Quo interrogante quis eſſet, aut quid ſibi velit, reſpondit: Ego ſum Leo ſeruus tuus, & ſuſcito Attalum vt ſurgat velocius, & deducat equos ad paſtum: detinetur n. ſopore, quaſi ebrius. Qui ait, fac vt libet. Et hæc dicens obdormiuit. Ille vero egreſſus foras, muniuit puerũ armis, inuenitq; ianuas atrij diuinitus reſeratas, quas initio noctis cũ cuneis malleo percuſſis obſerauerat ꝓ cuſtodia caballorũ, H Et gratias agens Domino, ſumptis reliquis equis ſecum, diſceſſerunt: vnum etiã volucrum, cum veſtimentis tollentes. Venientes autem ad moſellam fluuium, cum tranſirent illum, & detinerentur à quibuſdam relictis equis & veſtimentis, enatantes parma poſiti ſuper amnem, in vlteriorem egreſſi ſunt ripam: & inter obſcura noctis ingreſſi ſiluam, latuerunt. Tertia enim nox aduenerat, quod nullum cibũ guſtantes iter terebant. Tunc nutu Dei reperta arbore plena pomis quam vulgo prunum vocant, comedunt, & parumper ſuſtentati ingreſſi ſunt iter Campaniæ. quibus pergentibus, audiunt pedibulum equitum currentium, dixeruntque: Proſternamur terræ, ne appareamus hominibus venientibus. Et ecce ex improuiſo ſtirps rubi magnus adfuit, poſt quem tranſeuntes, proiecerunt ſe terræ cum gladiis euaginatis, ſcilicet vt ſi aduerterentur, confeſtim ſe

Dies ſolis.

Attalus cum ſeruo euadit.

A quaſi ab improbis framea defenſarent: veruntamē cum veniſſent in locum illum corā ſtirpe ſpineo reſtiterunt dixitq; vnus dum equi vrinam proiicerent, Væ mihi quiā fugiunt hi deteſtabiles, nec reperiri poſſunt, verum dico per ſalutē meam, quiā ſi inuenirentur, vnum patibulo cōdemnari, & alium gladiorum ictibus in fruſta diſcerpi iuberem. Erat n. barbarus ille qui hæc aiebat, dominus eorum, de Remenſi vrbe veniens, & hos inquirens, & reperiſſet vtique in via, ſi nox obſtaculum non præbuiſſet. Tunc motis equis diſceſſerunt. Hi autē nocte ipſa adtigerunt ad vrbem, ingreſſique inuenerunt hominem quem inſcitati ſunt, Vbinā eſſet domus Paulelli presbyteri. Indicauitq; eis. Qui dum per plateam præterirent, ſignum ad matutinas motum eſt. Erat n. dies dominica: pulſanteſq; ianuam presbyteri, ingreſſi ſunt: expoſuitque puer de domino ſuo. Cui ait presbyter, Vera eſt enim viſio mea. nam videbam duas in hac nocte columbas aduolare, & conſedere in manu mea. Ex quibus vna alba, alia autem nigra erat. Dixeruntque pueri presbytero, Indulgeat Dominus pro die ſua ſancta. Nam nos rogamus, vt aliquid victus præbeas, quarta enim illuceſcit dies, quod nihil panis pulmentiq; guſtauimus. Occultatis autem pueris, præbuit eis infuſum cum vino panem, & abiit ad matutinas. Secutuſque eſt & barbarus, iterum inquirens pueros: ſed illuſus à presbytero regreſſus eſt. presbyter enim amicitiam cum beato Gregorio antiquā habebat. Tunc reſumptis pueri epulo viribus, per duos dies in domo presbyteri cōmorantes, abſceſſerunt, & ſic vſque ad ſanctum Gregoriū perlati ſunt. Gauiſus autem pontifex viſis pueris, fleuit ſuper collum Attali nepotis ſui: Leonem autem à iugo ſeruituris abſoluens, cum omni generatione ſua, dedit ei terram propriam, in qua cum vxore ac liberis liber vixit omnibus diebus vitæ ſuæ. Sygiualdus autem eum in Aruerno habitaret, multa mala in ea faciebat. Nam & res diuerſorū peruadebat, & ſerui eius nō deſiſtebant à furtis, homicidiis, ac ſuper numerum diuerſis ſceleribus: nec vllus mutire auſus erat coram eis. Vnde factum eſt, vt ipſe villā Bulgiatenſem, quam quondam Benedictus Tetradius Epiſcopus baſilicæ ſancti Iuliani reliquerat, temerario auſu peruaderet. Sed cū ingreſſus in domum illam fuiſſet, ſtatim amens effectus, lecto decubuit. Tunc mulier admonita per ſacerdotem, eleuatum in Baſternam, vt in aliam villam transferret, ſanū recepit. Et accedens, expoſuit ei omnia quæ pertulerat. Quod ille audiens, vota beato martyri vouens, ea quæ vi abſtulerat, duplicata reſtituit. Meminimus & huius virtutis in libro Miraculorum ſancti Iuliani. Igitur Dionyſio Epiſcopo apud Turonos decedēte, Ommatius tribus annis præfuit. Hic n. ex iuſſo Chlodomeris regis, cuius ſupra meminimus, ordinatus eſt. Illo quoq; migrante, Leo ſeptem menſibus miniſtrauit. Hic fuit vir ſtrenu⁹ atq; vtilis in fabrica operis lignarii. Quo defuncto, Theodorus & Proculus Epiſcopi, qui de partibus Burgundiæ aduenerant, ordinante Chrothilde regina tribus annis Turonicā rexerūt Eccleſiā. Quibus defunctis, Frācilio ex ſenatoribus ſubſtituitur. Anno igitur tertio Epiſcopatus ſui, cū dominici Natalis nox alma populis effulſiſſet, idē pontifex priusq̄ ad vigilias deſcēderet, iuſſit ſibi poculū miniſtrari. Adueniens autē puer, ſine mora porrexit. Quo hauſto, mox ſpiritū fudit: vnde indubitatum eſt veneno eū fuiſſe necatū. Quo decedente, Iniurioſus vnus e ciuibus quindecimus poſt beatū Martinum, cathedrā pontificalem ſortitus eſt. Dum autem Chrotildis regina Pariſiis moraretur, videns Childebertus q̄ mater ſua filios Chlodomeris, quos ſupra memorauimus, vnico affectu diligeret, inuidia ductus, ac metuens ne fauente regina admitterentur in regnū, miſit clā ad fratrē ſuū Chlotharium regem dicens: Mater noſtra filios fratris noſtri ſecū retinet, & vult eos regno donari: debes velociter adeſſe Pariſius, & habito communi conſilio pertractare oportet, quid de his fieri debeat: Vtrū inciſa cæſarie vt reliqua plebs habeantur, an certe his interfectis regnū germani noſtri inter nosmetipſos æqualitate habita diuidatur. De quibus ille verbis valde gauiſus Pariſios venit: iactauerat n. Childebertus verbū in populo: ob hoc hos coniungi reges, quaſi paruulos illos eleuaturos in regno. Coniuncti autē miſerunt ad reginā, quæ tunc in ipſa vrbe morabatur, dicentes, Dirige paruulos ad nos, vt ſublimentur in regno. At illa gauiſa, neſciens dolū illorum,

Viſio Pauelli.

B

Cap. 16.

C

Sygiualdus Eccleſiaſtica diripiens amens efficitur.

Cap. 17. Turonenſes Epiſcopi.

D

Cap. 18.

E dato pueris eſu potuque, direxit eos dicens, Non me puto amiſiſſe filium, ſi vos videam in eius regno ſubſtitui. Qui abeuntes, adprehenſi ſunt ſtatim, ac ſeparati à pueris & nutritoribus ſuis, cuſtodiebantur vtrique ſeorſum pueri, & ſeorſum hi paruuli. Tunc Childebertus atq; Chlotharius miſerunt Archadium, cuius ſupra meminimus, ad reginam, cum forcipe atque euaginato gladio. Qui veniens oſtendit reginæ vtraque dicens. Voluntatem tuam, ō glorioſiſſima regina, filii tui domini noſtri expetunt, quid de pueris agendum cenſeas, vtrum inciſis crinibus eos viuere iubeas, an vtrumque iugulari. At illa exterrita nuncio, & nimium felle commota, præcipue cum gladium cerneret euaginatum ac forcipem, amaritudine præuenta, ignorans in ipſo dolore quid diceret, ait ſimpliciter: Satius enim mihi eſt, ſi ad regnum non eriguntur, mortuos eos videre quā tonſos. At ille parum admirans dolorē eius, nec ſcrutās quid deinceps plenius pertractaret, venit celeriter nuncians & dicēs, Fauente regina opus cœptum perficite: ipſa n. vult explere conſilium veſtrum. Nec mora, apprehenſum Chlotharius puerum ſeniorem, brachio eliſit in terrā, defigenſq; cultrū in axillam crudeliter interfecit. Quo vociferāte, frater eius ad pedes Childeberti proſternitur: adprehenſiſque eius genibus, aiebat cum lachrymis, Succurre piiſſime pater, ne & ego peream ſicut frater meus. Tunc Childebertus lachrymis reſperſa facie ait, Rogo dulciſſime frater, vt eius mihi vitā tua largitate cōcedas: & quæ iuſſeris pro eius anima cōferā, tantū ne interficiatur. At ille furore actus, ait, Aut eiice eum à te, aut certe pro eo morieris. Tu, inquit, es inceptator huius cauſæ, & tam velociter de fide reſilis? hæc ille audiens, repulſum à ſe puerum proiecit ad eum: ipſe vero accipiens transfixum cultro in latere, ſicut fratrem prius fecerat, iugulauit: deinde pueros cū nutritiis peremerunt. Quibus interfectis, Chlotharius aſcenſis equis abſceſſit, parui pendens de interfectione nepotum: ſed & Childebertus in ſuburbana conceſſit. Regina vero compoſitis corpuſculis feretro, cum magno pſallentio, immenſoque luctu vſq; ad baſilicam ſancti Petri proſecuta, vtrumque pariter tumulauit. quorum vnus decē annorum erat, alius vero ſeptennis. Tertium vero Chlodoualdum comprehendere nō potuerunt, quia per auxilium virorū fortiū liberatus eſt. Is poſtpoſito regno terreno, ad dominū tranſiit, & ſibi manu propriis capillos incidens, clericus factus eſt: boniſq; operibus inſiſtens, presbyter ab hoc mundo migrauit. Hi quoque regnum Chlodomeris inter ſe æqua lance diuiſerunt. Chrothildis vero regina, talē ſe tantamq; exhibuit, vt ab omnib⁹ honoraretur: aſſidua in eleemoſynis, pernox in vigiliis, in caſtitate atq; omni honeſtate purā ſe ſemper exhibuit. prædia Eccleſiis, monaſteriis vel quibuſcunq; locis ſanctis neceſſaria prouidit, larga ac prona voluntate diſtribuit, vt putaretur eo tēpore non regina, ſed propria Dei ancilla ipſi ſedulo deſeruire. Quā non regnū filiorū, non ambitio ſeculi, nec facultas extulit ad ruinā, ſed humilitas euexit ad gratiā.

Erat enim tunc & beatus Gregorius apud vrbem Lingonicā, magnus Dei ſacerdos, ſignis & virtutibus clarus. Sed quia huius pontificis meminimus, gratum arbitratus ſum, vt ſitū loci Diuionenſis, in quo maxime erat aſſiduus, huic inſeram lectioni. Eſt autem caſtrum firmiſſimis muris, in media planitie & ſatis iocunda compoſitū, terra valde fertilis atque fœcunda, ita vt aruis ſemel ſciſſis vomere, ſemina iaciantur, & magna fructuum opulentia ſubſequatur: à meridie habet Oſcarum fluuium, piſcibus valde prædiuitem: ab aquilone vero, alius fluuiolus venit, qui per portam ingrediens ac ſub pontem decurrens, per aliam rurſus portam egreditur, totum munitionis locum placida vnda circumfluens: ante portam autem molendina mira velocitate diuertit. Quatuor portæ à quatuor plagis mūdi ſunt poſitæ: totumque ædificium triginta trea turres exornant: murus vero illius, de quadris lapidibus vſque in viginti pedes, deſuper à minuto lapide ædificatus habetur, habens in altum pedes triginta, in latum pedes quindecim. Quæ cur non ciuitas dicta ſit, ignoro. Habet enim in circuitu precioſos fontes: à parte autem occidentis, montes ſunt vberrimi, vineiſque repleti, qui tam nobile incolis Falernum porrigunt, vt reſpuant Scalonom: nam veteres ferunt ab Aureliano hoc Imperatore fuiſſe ædificatum.

Chlodomiri filii necantur.

F

Chlodoualdus clericus.

G

Cap. 19. Gregorius Lingonenſis.

H

Diuionenſe caſtrum à dictum ab Aureliano.

Theo-

A

CAP. 20. Theodoricus autem filio ſuo Theodoberto Vuiſigardem cuiuſdam regis filiam deſponſauerat.

CAP. 21. Gothi vero, cum poſt Chlodouei mortem multa de his quæ ille acquiſierat, peruaſiſſent, Theodoricus Theodobertum, Chlotharius vero Guntharium ſeniorem filiū ſuum, ad hæc requirenda tranſmittunt. Sed Gunthar ius vſque Ruthenos accedens, neſcio qua faciente cauſa, regreſſus eſt: Theodobertus vero vſque ad Biterrēſem ciuitatem abiens, Deas caſtrum obtinuit, atque hinc prędam diripuit. Deinde ad aliud caſtrū nomine Caprariam legatos mittit, dicens niſi ſe illi ſubdant, omnem locū illum incendio cōcremandum, eoſque qui ibidem reſident captiuādos. Erat autem ibidem tunc matrona Deuteria nomine vtilis valde atq; ſapiens, cuius vir apud Biternas vrbē conceſſerat. Quæ miſit nuncios ad regē dicens: Nullus tibi domine piiſſime, reſiſtere poteſt. cognoſcimus dominū noſtrum: veni, & quod fuerit beneplacitū in oculis tuis facito. Theodobertus autē ad caſtrum veniens, cum pace ingreſſus eſt: ſubditumque ſibi cernens populum nihil inibi male geſſit. Deuteria vero ad occurſum eius venit: at ille ſpecioſam eā cernens, amore eius capitur, ſuoq; eā copulauit ſtrato. In illis diebus, Theodoricus parentem ſuum Sygiualdum occidit gladio, mittēs occulte ad Theodobertum, vt & ille Gyualdum filium ei' neci daret, quem tunc ſecum habebat: ſed quia eum de ſacro fonte exceperat, perdere noluit. Literas vero quas ei pater tranſmiſerat, ipſi ad legendum dedit, dicens: Fuge hinc, quia patris mei præceptum accepi vt te interficiam; ſi vero ille defunctus fuerit, & me regnare audieris, tunc ſecurus ad me reuerteris. Quod audiens, gratias agens, & valedicēs abſceſſit. Arelatenſem tunc vrbem Gothi peruaſerant, de qua Theodobertus obſides retinebat: ad eā Gyualdus confugit. Sed parum ſe ibidem cernens eſſe tutum, Latium petiit, ibiq; & latuit. Dum hæc agerentur nunciatur Theodoberto patrem ſuum grauiter ægrotare, & ad quē niſi velocius properaret, vt eum inueniret viuum à patruis excluderetur, & vltra illuc non rediret. At ille his auditis cunctis poſtpoſitis illuc dirigit, Deuteria cum filia ſua Aruerno relicta. Cumque abiiſſet, Theodoricus non poſt multos dies obiit, vigeſimo tertio regni ſui anno. Conſurgentes autem Childebertus & Chlotharius contra Theodobertum, regnum eius auferre voluerunt. Sed ille muneribus placatis, a Leodib. ſuis defenſatus eſt, & in regno ſtabilitus. Mittens poſtea Aruernum Deuteriam exinde accerſiuit, eamq; ſibi matrimonio ſociauit.

Theodobertus à Gothis inuaſa vindicat.

CAP. 22.

Theodobertus Deuteriæ capitur amoribus.

CAP. 23.

B

Sygiualdus occiditur.

Gyualdi fuga.

Theodorici obitus.

C

CAP. 24 Videns autem Childebertus, quod ei præualere nō potuiſſet, legationem ad eum miſit, & ad ſe venire præcepit, dicens: Filios non habeo, te tanquam filium habere deſidero. Quo veniente, tantis eum muneribus ditauit, vt ab omnibus miraretur, nam de rebus bonis tam de armis quā de veſtibus, vel reliquis ornamentis quę regem habere decet, terna ei paria condonauit, ſimiliter & de equis atq; catenis. Hęc audiens Gyualdus, quod ſcilicet Theodobertus regnum patris obtinuiſſet, ad eum de Italia rediit. Cui ille congaudens ac deoſculans, tertiam partem ei de muneribus quæ à patruo acceperat, eſt largitus: & omnia quę in fiſco ſuo pater poſuerat, de rebus Sygiualdi patris eius, ipſi reddi præcepit. At ille in regno firmatus, magnum ſe atque in omni bonitate præcipuum reddidit. Erat n. regnum cū iuſtitia regens, ſacerdotes venerās, Eccleſias munerās, pauperes eleuans, & multa multis beneficia pia ac dulciſſima accommodans voluntate. Omne tributum quod in fiſco ſuo ab eccleſiis in Aruerno ſitis reddebatur, clementer indulſit. Deuteria vero cernēs filiam ſuam adultā valde eſſe, timens ne eam cōcupiſcens rex ſibi adſumeret, in Baſterna poſitam indomitis bobus coniunctis eam de ponte præcipitauit, quę in ipſo flumine ſpiritum reddidit, hoc apud Virdunum ciuitatem actum eſt. Cumque iam ſeptimus annus eſſet quod Vuiſigardem deſponſatam haberet, & eam propter Deuteriam accipere nollet, coniuncti Franci contra eum valde ſcandalizabantur, quare ſponſam ſuam relinqueret. Tunc commotus, relicta Deoteria, de qua paruulum filium habebat Theudoualdum nomine, Vuiſigardem duxit vxorem. Quam nec multo tempore habens, defuncta illa aliam accepit. Veruntamen Deuteriam vltra nō habuit. Childebertus autem & Theodobertus commonē-

Childebertus Theobertum quantis donauerit.

Theodob. in Gyuald liberalitas.

CAP. 25.

D

CAP. 26. Deuteria filiā occidit.

CAP. 27. Theodob. Deuteriam relinquit concubinā.

CAP. 28.

E

tes exercitum, contra Chlotharium ire diſponunt. Ille autem hæc audiens, æſtimans ſe horum exercitum non ſuſtinere, in ſiluam confugit, & concides magnas in ſiluis illis fecit, totamque ſpem ſuam in Dei pietatem transfundens. Sed & Chrothildis regina hęc audiēs, beati Martini ſepulchrum adiit, ibique in oratione proſternitur, & tota nocte vigilat, orans ne inter filios ſuos bellum ciuile conſurgeret. Cumq; hi venientes cum exercitibus ſuis, eum obſiderēt, tractantes illū die ſequenti interficere, mane facto in loco quo erant congregati, orta tempeſtas tentoria diſſecat, res diripit, & cuncta ſubuertit, immixtaque fulgura cum tonitruis ac lapidibus ſuper eos deſcendunt. Ipſi quoq; ſuper infectam grandine humum in faciem proruunt & à lapidibus deſcendentibus grauiter verberantur, nullum enim eis tegumen remanſerat, niſi parmæ tantum, hoc maxime metuentes ne ab ignibus cœleſtibus cremarentur. Sed & equi eorum ita diſperſi ſunt, vt vix in viceſimo quoque ſtadio reperirentur, multi n. prorſus ex eis nō ſunt inuenti. Tunc illi, vt diximus, à lapidibus cæſi & humo proſtrati, pœnitentiā agebant, ac precabantur veniā à Deo, quod iſta contra ſanguinem ſuum agere voluiſſent. Super Chlotharium vero neque vna quidem pluuiæ gutta decidit, aut aliquis ſonitus tonitrui eſt auditus: ſed nec anhelitum vllius venti in illo loco ſenſerunt. Hi quoq; mittentes nuncios ad eum, pacem & concordiā petierunt, qua data, ad propria ſunt regreſſi. Quod nullus ambigat hanc per obtentum reginæ, beati Martini fuiſſe virtutem. Poſt hæc Childebertus rex in Hiſpaniam abiit: quam ingreſſus cum Chlothario, Cæſar Auguſtanam ciuitatem cum exercitu vallant atque obſident. At illi in tanta humilitate ad Deum conuerſi ſunt, vt induti ciliciis, abſtinētes à cibis & poculis, cum tunica beati Vincentii martyris, muros ciuitatis pſallendo circuirent: mulieres quoq; amictæ nigris palliis, diſſoluta cæſarie, ſuperpoſito cinere, vt eas putares virorum funeribus deſeruire, plangendo ſequebantur. Et ita totam ſpem locus ille ad domini miſericordiam retulit, vt diceretur ibidem Niniuitarū ieiuniū celebrari, nec æſtimaretur aliud poſſe fieri, niſi eorum precibus, diuina miſericordia inflecteretur. Hi autem qui obſidebant, neſcientes quid obſeſſi agerent, cum viderent ſic murum circuiri, putabant eos aliquid agere maleficii. Tunc adprehenſum vnum de ciuitate ruſticum, ipſi interrogant, quid hoc eſſet quod agerent. Qui ait. Tunicam beati Vincentii deportant, & cum ipſa vt eis dominus miſereatur, exorant. Quod illi timētes, ſe ab ea ciuitate remouerunt. tamen acquiſita maxima Hiſpaniæ parte, cum magnis hi ſpoliis in Gallias redierunt. Poſt Amalaricum vero Teuda rex ordinat' eſt in Hiſpaniis: quo interfecto, Theudegyſilum leuauerunt regem. Is dum ad cœnam cum amicis ſuis epularetur, & eſſet valde lætus, cereis ſubito extinctis, in recubitu ab inimicis gladio percuſſus interiit: poſt quem Agyla regnum accepit. Sumpſerant enim Gothi hāc deteſtabilem conſuetudinem, vt ſi quis eis de regibus non placuiſſet gladio eum adpeterent: & quē libuiſſet animo, hunc ſibi ſtatuerent regem. Et quia Theodoricus Italiæ, Chlodouei regis ſororem in matrimonio habuit, mortuus paruulam filiam cum vxore reliquit. Hæc autem cum adulta facta eſſet, per leuitatem animi ſui, relicto matris conſilio, quæ ei regis filium prouidebat, ſeruum ſuum Traguilanem nomine accepit, & cum eo ad ciuitatem qua defenſari poſſit, aufugit. Cumque mater eius contra eā valde frenderet, peteretque ab ea ne humiliaret diutius nobile genus, ſed dimiſſo ſeruo ſimilē ſibi de genere regio quē mater prouiderat, deberet accipere, nullatenus voluit adquieſcere. Tunc mater eius contra eam frendens, exercitum commouit. At illi venientes ſuper eos, Traguilanem interfecerunt gladio, ipſā quoq; cędentes in domū matris reduxerūt. Erāt aūt ſub Arriana ſecta viuētes: & quia cōſuetudo eorū eſt, vt ad altariū veniētes, de alio calice reges cōmunicēt, & de alio popul' minor, venenū in calice illo poſuit, de quo mater cōmunicatura erat. Quo illa hauſto, protin' mortua eſt, nō n. dubiū eſt, tale maleficiū eſſe de parte diaboli. Quid cōtra hęc miſeri hęretici reſpōdebūt, vt in ſancto eorum locū habeat inimic'? Nos vero trinitatē in vna æqualitate pariter & omnipotētia confitentes, etiā ſi mortiferum bibamus, in nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, vero atq;

Chrothildis precib. pluuia cœleſtis acies fratrū diremit Paul. Æmil. l. I.

F

CAP. 29.

Tunica Vincentii martyris ſquāta an du. 121. delatā Lutetiam, eiq; ſedē extructā quæ nūc eſt Germani in ſuburbiis ſcribit Æmil. l. I.

G

CAP. 30. Gothi reges pro arbitrio ſtatuunt & occidunt.

CAP. 31. Theodorici filia ſeruo nupſit.

H

Filia matrē cōmunicā tē veneno ſuſtulit.

A incorruptibiles Dei, nihil nos nocebit. Indignantes ergo Itali contra hanc mulierem, Theodadum regem Tuſciæ inuitantes ſuper ſe regem ſtatuunt. Hic vero cum didiciſſet, quę meretrix iſta commiſerat, qualiter propter ſeruum quē acceperat in matrē extiterat parricida, ſuccenſo vehementer balneo, eam in eodem cum vna puella includi præcepit. Quæ nec mora, inter ardnos vapores ingreſſa, in paulmento corruens, mortua atq; cōſumpta eſt. Quod cognoſcentes hi reges Childebertus & Chlotharius conſobrini eius, nec non & Theodobertus, quod ſcilicet tam turpi fuerit interfecta ſupplicio, ad Theodadum legationem dirigunt, exprobrantes de morte eius, atq; dicentes, Si hæc quæ egiſti nobiſcum non compoſueris, regnum tuum auferemus, & ſimili pœna te damnabimus. Tunc ille timens, quinquagena eis millia aureorum tranſmiſit. Childebertus autem, vt erat ſemper contra Clotharium regem inuidus atq; verſutus, cum Theodoberto nepote ſuo coniunctus, diuiſo inter ſe hoc auro, nihil exinde dare regi Chlothario voluerunt. At ille ſuper theſauros Chlodomeris adgreſſus, multum illis amplius quam hi fraudauerant, abſtulit.

B

CAP. 32. Theodobertus Italiam occupat.

Theodobertus verò in Italiam abiit, & exinde multum adquiſiuit. Sed quia loca illa, vt fertur, morbida ſunt, exercitus eius in diuerſis febribus corruens, vexabatur. Multi enim ex his, in illis locis mortui ſunt. Quod videns Theodobertus, ex ea reuerſus eſt, multa ſecum ſpolia ipſe vel ſui deferentes: dicitur tamen tunc temporis vſq; Ticinum acceſſiſſe ciuitatem, in qua Buccillenum rurſum direxit. Qui minore illa Italia capta, atq; in ditionem regis antedicti redacta, maiorem petiit: in qua contra Belliſarium multis vicibus pugnans, victoriam obtinuit. Cumq; Imperator vidiſſet, quod Belliſarius crebri⁹ vinceretur, amoto eo, Narſetem in eius locum ſtatuit: Belliſarium vero Comitem ſtabuli quaſi pro humilitate quod prius fuerat, poſuit. Buccillenus vero contra Narſetem magna certamina geſſit, capta omni Italia, vſque in mare terminum dilatauit; Theſauros vero magnos ad Theodobertum de Italia direxit. Quod cum Narſes imperatori poſuiſſet in notitiam, imperator conductis precio gentibus, Narſeti ſolatium miſit, confligenſq; poſtea victus abſceſſit. Deinceps vero Buccillenus Siciliā occupauit, de qua etiam tributa exigens, regi tranſmiſit. Magna enim ei felicitas in his conditionibus fuit.

C

Bucillenus Siciliam capit.

CAP. 34. Secundini & Aſterioli contentio.

Aſteriolus tunc & Secundinus magni cum rege habebantur. Erat autem vterque ſapiens, & rhetoricis imbutus literis. Sed Secundinus plerunque legationem Imperatori à rege miſſus intulit. Et ob hoc iactantiam ſimpletat; ac nonnulla contra rationem exercebat. Qua de cauſa factum eſt, vt inter illum atque Aſteriolum lis ſæua conſurgeret: quæ vſq; ad hoc profecit, vt oblitis verborum obiectionibus, propriis ſe manibus verberarent. Cumque hæc per regem pacificata fuiſſent, & Secundinus adhuc de ſua cæde timeret, nata eſt inter eos rurſum contentio. Et rex ſuſcipiens Secundini cauſam, Aſteriolum in eius poteſtatem dedidit. Qui valde humiliatus eſt, & ab honore depoſitus, ſed per Wiſigardem reginam iterum eſt reſtitutus. Mortua autem illa, conſurgens iterum Secundinus, eum interfecit. nam hic moriens filium dereliquit. Qui cum creuiſſet, & eſſet adultus, cœpit patris ſui velle iniuriam vindicare. tunc Secundinus timore perterritus, dum de villa in villā ante eum fugeret, cum ſe iam videret eo imminente non poſſe euadere, ne in manus inimici corrueret, veneno ſe, vt dicitur, interfecit.

D

CAP. 34

Deſideratus autem Viridunenſis epiſcopus, cui Theodoricus rex multas irrogauit iniurias, cum poſt multa exitia, damna atq; ærumnas, ad libertatem propriam iam domino iubente rediiſſet, & epiſcopatū, vt diximus apud Virdunenſem vrbem potiretur, videns habitatores eius valde pauperes atque deſtitutos, dolebat ſuper eis: & cum ipſe per Theodoricum de rebus ſuis remanſiſſet extraneus: nec haberet de proprio qualiter eos conſolaretur. bonitatem & clementiam circa omnes Theodoberti regis cernens, miſit ad eum legationem dicens: Fama bonitatis tuæ in vniuerſam terram diuulgatur, cum tanta ſit tua largitas, vt etiā non petentibus opem præſtes, rogo ſi pietas tua habet aliquid de pecunia, nobis commodes, qua ciues noſtros releuare valeamus: cumque hi negotium exercentes, ſponſionem in ciuitate noſtra ſicut reliquæ habent, præſtiterint, pecuniam tuam cum vſuris legitimis reddemus. Tunc ille pietate commotus, ſeptem ei millia aureorū præſtitit. Quæ ille accipiens, per ciues ſuos erogauit. At illi negotia exercentes, diuites per hoc effecti ſunt, & vſque hodie magni habentur. Cumque antedictus epiſcopus debitam pecuniam obtuliſſet regi, reſpondit rex: Non habeo neceſſarium hoc recipere: illud mihi ſufficit, ſi diſpenſatione tua pauperes qui opprimebantur inopia, per tuam ſuggeſtionem, vel per meam largitatem ſunt releuati. Et nihil exigens, antedictos ciues diuites fecit.

E

Theodobertus magnis muneribus ditauit Virdunenſes.

CAP. 35.

Defuncto autem apud vrbem ſupradictam memorato antiſtite, Agyricus quidā è ciuibus, in cathedram eius ſubrogatur. Syagrius autem filius eius reminiſcens iniurias patris, qualiter à Syriuuldo ad regem Theodoricū incuſatus, non ſolum ſpoliatus, verumetiā ſuppliciis affectus fuiſſet, oppreſſum cum armata manu Syriuuldum taliter interfecit. Tunc mane facto, cum nebula eſſet condenſa, & vix adhuc diſrumpentibus tenebris aliquid quis poſſet diſcernere, venit ad villam eius in Diuionenſi territorio, cui nomen eſt Floriacum: egreſſoq; domum vno amicorum, putantes ipſum Syriuuldum eſſe, interfecerunt eum: & reuertentib. quaſi victoriā obtinuiſſent de inimico, indicat eis vnus ex familia, non eos dominum interfeciſſe, ſed ſubditum. At illi regreſſi, requirentes eum, cellulam in qua dormire ſolitus erat, repertam adgrediuntur. Ad cuius oſtium diutiſſime pugnantes, nihil ei poterant præualere. Dehinc eruto ab vno latere pariete ingredientes, gladio eum interimunt. Poſt mortem enim Theodorici hic interfectus eſt.

Syriuuldus occiditur.

F

CAP. 36. Theodobertus obiit.

His denique geſtis, Theodobertus rex ægrotare cœpit. Ad quem medici multa ſtudia impenderunt: ſed nihil valuit, quia eum iam dominus vocari iubebat. Ergo cum diutiſſime ægrotaſſet, ab ipſa infirmitate deficiens, reddidit ſpiritum. Franci vero cum Parthenium in odio magno haberēt, pro eo quod eis tributa antedicti regis tempore inflixiſſet, eum perſequi cœperunt. Ille vero in periculo poſitum ſe cernens, confugium ab vrbe facit, & à duobus epiſcopis ſuppliciter exorat, vt eum ad vrbem Treuericam deducentes, populi ſæuientis ſeditionem ſua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in ſtratu ſuo decumberet, ſubito per ſomnium vocem magnam emittit dicens: Heu heu, ſuccurrite qui adeſtis, & auxilium ferte pereunti! A quo clamore expergefacti qui aderant, interrogant quid hoc eſſet: reſpondit ille: Auſanius amicus me⁹ cum Papianilla coniuge, quos olim interfeci, ad iudicium me arceſſebant, dicentes, Veni ad reſpondendū, quia cauſaturus es nobiſcum coram domino. Zelo enim ductus ante annos aliquot coniugem innocentem amicumq; peremerat. Igitur accedentibus epiſcopis ad antedictam vrbem cum ſtrepentis populi ſeditionem ferre non poſſent, eum in Eccleſia abdere voluerunt, ſic ponentes eum in arca, & deſuper ſternentes veſtimenta quę erant ad vſum Eccleſię. Populus autem ingreſſus, perſcrutatuſq; vniuerſos angulos Eccleſiæ, cum nihil reperiſſet, frendens egrediebatur. Tunc vnus ex ſuſpicione locutus ait: En arca in qua non eſt inquiſitus aduerſarius noſter. Dicentib. vero cuſtodibus, nihil in ea aliud niſi ornamenta Eccleſiæ contineri illi clauē poſtulant aientes, Niſi reſeraueritis velocius, ipſi eam ſponte confringimus. Deniq; reſerata arca, amotis linteaminibus, inuentū extrahunt plaudentes atq; dicentes: Tradidit Deus inimicum noſtrum in manus noſtras. Tunc cædentes eum pugnis, ſputiſq; perungentes, vinctis poſt tergum manibus ad columnam lapidibus obruunt. Fuit autem in cibis valde vorax: ſed quæ ſumebat, quo celerius ad manducandum commoueretur, ſumpto aloe velociter digerebat, ſed & ſtrepitus ventris abſq; vlla auditorum reuerentia in publico emittebat. Hoc ergo exitu conſummatus interiit.

G

Parthenius nouar. in vectigalib. inuentor occiditur.

H

CAP. 37. Hyems & fruges infolitae.

Grauis eo anno & ſolito aſperior hiems fuit, ita vt torrentes concatenati gelu, peruium populis iter tanquam reliqua humus præberent. Aues quoq; rigore affectæ vel fame, abſque vllo hominum dolo, cum magnæ eſſent niues, manu capiebantur. A tranſitu igitur Chlodouei vſque in tranſitum Theodoberti, computantur anni triginta ſeptē. Mortuo ergo Theodoberto, quartodecimo regni ſui anno, regnauit Theodoualdus filius eius pro eo.

A

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM, LIBER IV.

Cap. 1. Chrothildis mortua.

IGITVR Chrothildis regina plena dierum boniſque operibus prædita apud vrbem Turonicam obijt, tépore Iniurioſi epiſcopi: quæ Pariſios cum magno pſallentium præconio deportata, in ſacrario baſilicæ S. Petri, ad latus Chlodouei regis ſepulta eſt, à filiis ſuis Childeberto atque Chlothario regibus. nam baſilicam illam ipſa conſtruxerat, in qua & Genouefa beatiſſima eſt ſepulta. Denique Chlotharius rex indixerat vt omnes eccleſiæ regni ſui tertiã partem fructuum fiſco diſſoluerent. Quod, licet inuiti, cum omnes epiſcopi conſenſiſſent atque ſubſcripſiſſent, viriliter hoc beatus Iniurioſus reſpuẽs ſubſcribere dedignatus eſt, dicens: Si volueris res Dei tollere, dominus regnum tuũ velociter auferet, quia iniquum eſt vt pauperes quos tuo debes alere horreo, ab eorum ſtipe tua horrea repleantur. Et iratus contra regem, nec valedicens, abſceſſit. Tunc cõmotus rex, timens etiam virtutem beati Martini, miſit poſt eũ cũ muneribus, veniã precans, & hoc quod fecerat damnãs, ſimulq; rogãs vt pro ſe virtutẽ B. Martini antiſtitis exoraret.

Cap. 2. Paul. Aemil. lib. 1. Clotharius trientem Eccleſiarũ ablaturo obſiſtit Iniurioſus Epiſcopus.

B

Cap. 3. Chlotharii vxores & liberi.

Chlotharius deniq; ipſe rex de diuerſis mulieribus ſeptẽ filios habuit, id eſt de Ingũde, Guntharium, Childericum, Charibertum, Guntchramnum, Sygibertum, & Chlothſindam filiam. De Aregunde vero ſorore Ingundis, Chilpericum. De Chunſena habuit Chramnum. Quæ autem cauſa fuerit vt vxoris ſuæ ſororem acciperet, dicam. Cum iam Ingundem in coniugio accepiſſet, & eam vnico amore diligeret, ſuggeſtionem ab ea accepit dicente: Fecit dominus me' de ancilla ſua vt libuit, & ſuo me ſtrato adſciuit: nunc ad cõplendam mercedem, quid famula tua ſuggerat, audiat dominus meus rex: Precor vt ſorori meæ ſeruæ veſtræ vtilem atque habentem virum ordinare dignemini, vnde non humiliter, ſed potius exaltata ſeruire fidelius poſſim. Quod ille audiens, cum eſſet nimium luxurioſus, in amorem Aregundis incenditur, & ad villam in qua ipſa reſidebat dirigit, eamq; ſibi in matrimonio ſociauit. Qua accepta, ad Ingundẽ rediens ait, Tractaui mercedẽ illã implere, quam me tua dulcedo expetijt. Et requirens virũ diuitẽ atq; ſapientem, quẽ tuæ ſorori deberẽ adiungere, nihil melius quam meipſum inueni, Itaq; noueris, quia eam coniugẽ accepi, quod tibi diſplicere non credo, At illa, Quod bonũ, inquit, videtur in oculis domini mei, faciat tantũ ancilla tua cum gratia regis viuat. Guntharius vero Chramnus atq; Childericus, viuẽte patre mortui ſunt. Exitũ vero Chramni in poſterum ſcribemus Alboinus quoq; rex Lungobardorum, Chlotſindam filiam regis accepit. Obijt autem Iniurioſus epiſcopus vrbis Turonicæ, decimo & ſeptimo epiſcopatus ſui anno. Cui Baudinus ex domeſtico Chlotharij regis ſucceſſit XVI. poſt exitum beati Martini. Chanao quoque Britannorum comes tres fratres ſuos interfecit. Volens autẽ adhuc Machliauum interficere, comprehenſum atque catenis oneratum in carcere detinebat: qui per Felicem Namneticum epiſcopum à morte liberatus eſt. Poſt hæc iurauit fratri ſuo, vt ei fidelis eſſet: ſed neſcio quo caſu ſacramentum irrumpere voluit. Quod Chanao ſentiens, iterum eum perſequebatur. At ille, cum ſe euadere non poſſe videret, poſt alium comitem regionis illius fugit, nomine Chonomorem. Is cum ſentiret perſecutores eius adpropinquare, ſub terra eum in loculo abſcondit, componens deſuper ex more tumulum, paruumque ei ſpiraculum reſeruans vnde halitum reſumere poſſet. Aduenientibus autem perſecutoribus eius, dixerunt: Ecce hic Machliauus mortuus atque ſepultus iacet. Quod illi audientes, atque gaudentes, & ſuper tumulum illum bibentes renunciauerunt fratri, eum mortuum eſſe: Quod ille audiens, regnum eius integrum accepit, nam ſemper Britanni ſub Francorum poteſtate poſt obitum regis Chlodouei fuerunt, & comites, non reges appellati ſunt. Machliauus autem de ſua terra conſurgens, Veneticam vrbem expetijt, ibique tonſuratus & epiſcopus ordinatus eſt. Mortuo autem Chanaone, hic apoſtatauit, &

Alboinus nubit Chlotſindæ.

C

Cap. 4. De Britannorum comitibus.

D

Britanni ſubditi Francorum.

demiſſis capillis, vxorem quam poſt clericatum reliquerat, cum regno fratris ſimul accepit. Sed ab epiſcopis excommunicatus eſt: cui qualis fuerit interitus, ſequenter ſcribemus. Obijt autem Baudinus epiſcopus anno VI. epiſcopatus ſui: in cuius locum Guntharius abbas ſubrogatur XVII. poſt tranſitum ſancti Martini.

E

Baudinus Epiſcopus obijt.

Cap. 5.

Denique cum beatus Quintianus, ſicut ſupra diximus, ab hoc mundo migraſſet, ſanctus Gallus in eius cathedram rege opitulante, ſubſtitutus eſt. Huius tempore, cũ lues illa quam Inguinariam vocãt, per diuerſas regiones deſæuiret, & maxime tunc Arelatenſem prouinciam depopularetur, ſanctus Gallus non tantum pro ſe, quantũ pro populo ſuo trepidus erat. Cumque die noctuque dominum deprecaretur, vt viuens plebem ſuã vaſtari non cerneret, per viſum noctis apparuit ei angelus domini, qui tam cæſariem quam veſtem in ſimilitudine niuis candidã efficiebat: & ait ad eũ: Bene n. facis ô ſacerdos, quod ſic dominũ pro populo tuo ſupplicas: exaudita eſt n. oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nulluſque te viuente in regione iſta ab hac ſtrage deperiet, nunc autẽ ne timeas: poſt octo vero annos time. Vnde manifeſtum fuit, tranſactis his annis, eum à ſeculo diſceſſurũ. Expergefactus autẽ & Deo gratias pro hac conſolatione agens, quod eum per cœleſtẽ nuncium confortare dignatus eſt, Rogationes illas inſtituit, vt media quadrageſima pſallendo, ad baſilicam beati Iuliani martyris itinere pedeſtri venirent. Sunt autem in hoc itinere, quaſi ſtadia CCCLX. Tunc etiam in ſubita cõtẽplatione, parietes vel domorum vel eccleſiarum ſignari videbantur. Vnde à ruſticis hæc ſcriptio Thau vocabatur. Cum autem regiones alias, vt diximus, lues illa cõſumeret, ad ciuitatẽ Aruernam, ſancti Galli intercedente oratione, nõ attigit, Vnde hæc non paruã cenſeo gratiã, qui hoc meruit vt paſtor poſitus oues ſuas deuorari defendente domino non videret. Cum autẽ ab hoc mundo migraſſet, & ablutus in eccleſiam deportatus fuiſſet, Cato presbyter cõtinuo à clericis de epiſcopatu laudes accepit: & omnem rem eccleſiæ tanquam ſi iam eſſet epiſcopus, in ſuam redegit poteſtatem: ordinatores remouet, miniſtros reſpuit, cũcta p ſe ordinat.

Lues Inguinaria Galli oratione pellitur. Lib. de mir. cap. 15.

Viſio Galli

Epiſcopi tamen qui aduenerant ſanctum Gallum ſepeliendum, poſtquam eum ſepelierant, dixerunt Catoni presbytero. Videmus quia te elegit pars maxima populorũ: veni, conſenti nobis, & benedicentes conſecremus te ad epiſcopatũ. Rex vero paruulus eſt, & ſi qua tibi adſcribitur culpa, nos ſuſcipiẽtes te ſub defenſione noſtra, cum proceribus & primis regni Theodoualdi regis agemus, nec tibi vlla exercetur iniuria. nos quoq; intãtũ fideliter crede, vt ſpõdeamus pro te omnia, etiam ſi damni aliquid ſuperuenerit, de noſtris proprijs facultatibus id reddituros. At ille cothurno vanæ conflatus gloriæ, ait: Noſtis n. fama accurrente, me ab initio ætatis meæ ſemper religioſe vixiſſe, vacaſſe ieiunijs, eleemoſynis delectatũ fuiſſe, continuatas ſæpius exercuiſſe vigilias, pſallendo vero iugi crebra perſtitiſſe ſtatione nocturna. Nec me dominus Deus meus patitur hac ordinatione priuari, cui tantũ famulatũ exhibui, nam & ipſos clericatus gradus canonica ſum ſemper inſtitutione ſortitus: lector decem annis fui, ſubdiaconatus officiũ quinq; annis miniſtraui, diaconatui vero quindecim annis mancipatus ſui, presbyterij autẽ iã honore viginti annis potior. Quid n. mihi nunc reſtat niſi vt epiſcopatum quẽ fidelis ſeruitus promeretur, accipiam? Vos igitur reuertimini ad ciuitates veſtras, & ſi quid vtilitati veſtræ competit, exercete, nam ego canonice adiumpturus ſum hunc honorem. Hæc audientes epiſcopi, & in eum vanã gloriã execrantes, diſceſſerunt.

G

Cap. 6. Cato Epiſcopus exſignatus.

H

Catonis præſũptio.

Igitur cum conſenſu clericorum ad epiſcopatum electus, cum adhuc non ordinatus cunctis ipſe præeſſet, Cautino archidiacono diuerſas minas intendere cœpit, dicens: Ego te remouebo, ego te humiliabo, ego tibi multas neces impendi præcipiam. Cui ille, Gratiam, inquit, tuam domine piiſſime habere deſidero: quam ſi mereor, vnũ tibi beneficium præſtabo: ſine vllo enim labore tuo, & abſque vllo dolo, ego ad regem pergã, & epiſcopatum tibi obtinebo. nihil petens niſi vt promerear gratiã tuã. At ille ſuſpicãs eũ ſibi velle illudere, hęc valde deſpexit. Hic vero cum ſe cerneret humiliari, atq; calũniæ ſubijci, languore ſimulato, & per noctẽ ciuitatẽ egrediens, Theodoualdum regem petijt, adnun-

Cap. 7. Cautinus Catoni ſubſtituitur.

A ciãs tranſitum ſancti Galli. Quod ille audiens vel qui cum eo erant, conuocatis ſacerdotibus apud Metenſem ciuitatem, Cautinus archidiaconus, epiſcopus ordinatur. Cum autem veniſſent nuncii Catonis presbyteri, hic iam epiſcopus erat. Tunc ex iuſſu regis traditis ei clericis, & omnibus quæ hi de rebus eccleſiæ exhibuerant, ordinatiſque qui cum eo pergerent epiſcopis, & camerariis; Aruernos eum direxerunt. Qui à clericis & ciuibus libenter exceptus, epiſcopus Aruernis eſt datus. Grandes poſtea inter ipſum & Catonem presbyterum inimicitiæ, ortæ ſunt: quia nullus vnquã potuit flectere Catonem, vt epiſcopo ſuo ſubditus eſſet. Nam & diuiſio clericorum facta eſt, & alii Cautino epiſcopo erant ſubditi, alii Catoni presbytero: quod eis fuit maximum detrimentum. Cautinus autem epiſcopus videns eum nulla ratione poſſe flecti, vt ſibi eſſet ſubditus, tã ei quam amicis eius vel quicunque ei conſentiebant, omnes res Eccleſiæ abſtulit, reliquitque eos inanes ac vacuos: Quicunque tamen ex ipſis ad eum conuertebantur, iterum quod perdiderant recipiebant.

Cato recuſat ſubeſſe Cautino.

CAP. 8. Hiſp. reges.

Regnante verò Agilane apud Hiſpaniam, cum populũ grauiſſimo dominationis ſuæ iugo adtereret, exercitus imperatoris Hiſpanias eſt ingreſſus, & ciuitates aliquas peruaſit.
B Interfecto autem Agilane, Athanagildus regnum accepit. Qui multa bella contra ipſum exercitum poſtea egit, & eos plerunque deiicit, ciuitateſque quas male peruaſerant, ex parte auferens de poteſtate eorum.

CAP. 9. Theodobaldi fallax ſuaſio.

THEODOVALDVS vero cum iam adultus eſſet, Vuldotradam duxit vxorem. Hunc Theodoualdum mali fuiſſe ingenii, ita vt iratus cuidam quem ſuſpectum de rebus ſuis habebat, fabulam fingeret, dicens: Serpens ampullam vino plenam reperit, per cuius os ingreſſus, quod intus habebatur auidus hauſit. A quo inflatus vino exire per aditum quo ingreſſus fuerat non valebat. Veniens vero vini dominus, cum ille exire niteretur, nec poſſet, ait ad ſerpentem, Euome prius quod inglutiſti, & tunc poteris abſcedere liber. Quę fabula magnum ei timorem atque odium præparauit. Sub eo enim & Bucellinus, cum totam Italiam in Francorum regnum redegiſſet, à Narſete interfectus eſt: Italia ad partem imperatoris capta: nec fuit qui eam vltra reciperet: Sub huius tempore vuas in arbore quã ſambucum vocamus, abſque vitis coniunctione natas vidimus: & flores ipſarum arborũ, quæ nigra, vt noſtis, grana proferre ſolitæ ſunt, racemorum grana dederunt.
C Tunc & in circulum lunæ quintę, ſtella ex aduerſo veniens introiſſe viſa eſt. Credo hæc ſigna mortem ipſius regis adnunciaſſe. Ipſe vero valde infirmatus, à cinctura deorſum ſe volutare non poterat. Qui paulatim decidens, ſeptimo regni ſui anno mortuus eſt, regnũque eius Chlotharius rex accepit, copulans Vuldotradam vxorem eius ſtrato ſuo. Sed increpitus à ſacerdotibus, reliquit eam, dans ei Garivaldum ducem, dirigenſque Aruernos Chramnum filium ſuum.

Sambucus producit vuas.

Theod. obiit.

CAP. 10. Saxonum rebellio.

Eo anno rebellantibus Saxonibus, Chlotharius rex cõmoto contra eos exercitu, maximam eorum partem deleuit, peruagans totam Thoringiam ac deuaſtans, pro eo quod Saxonibus ſuppetias præſtitiſſent.

CAP. 11

Decedente vero apud vrbem Turonicam Guntharioepiſcopo, per emiſſionem, vt ferunt, Cautini epiſcopi, Cato presbyter ad gubernandam Turonicæ vrbis eccleſiam petebatur. Vnde factum eſt vt coniuncti clerici cum Leubaſte martyrario & abbate, cum magno apparatu Aruernũ properarent. Cumque Catoni regis voluntatem patefeciſſent, ſuſpendit eos à reſponſo paucis diebus. Hi vero regredi cupientes, dicunt.
D Pande nobis voluntatem tuã, vt ſciamus quid debeamus ſequi: alioquin reuertimur ad propria. Non enim noſtra te voluntate expetiuimus, ſed regis præceptione. At ille, vt erat vanæ gloriæ cupidus, adunata pauperum caterua, clamorẽ dari præcepit his verbis: Cur nos deſeris bone pater filios, quos nunc vſq; educaſti? Quis nos cibo potuque reficiet, ſi tu abieris? rogamus ne nos relinquas, quos alere conſueſti. Tunc ille conuerſus ad clerum Turonicũ ait. Videtis nunc fratres chariſſimi, qualiter hæc multitudo pauperum me diligit: non poſſum eos relinquere & ire vobiſcum. Iſtud hi reſponſum accipientes, regreſſi ſunt Turonos. Cato autem amicitias cum Chramno nexuerat, promiſſionem ab eo accipiens, vt ſi contigeret in articulo temporis illius regem mori Chlotharium, ſtatim electo Cautino ab epiſcopatu iſte præponeretur eccleſiæ.

E Sed qui cathedram beati Martini contemptui habuit; quã voluit non accepit impletumque eſt in eo quod Dauid cecinit dicens: Noluit benedictionem, & prolongabitur ab eo. erat enim vanitatis cothurno elatus, nullum ſibi putans in ſanctitate haberi præſtantiorem. nam quadam vice conductam pecuniâ mulierẽ clamare fecit in eccleſia, quaſi per energiam, & ſe ſanctum magnum, Deoq; charum cõfiteri: Cautinum autem epiſcopum omnibus ſcelenbus criminoſum, indignumque qui ſacerdotium debuiſſet adipiſci.

Cato ſubornat mulierem ad mendacium.

CAP. 12. Cautinus vinolentus.

Denique Cautinus adſumpto epiſcopatu, talem ſe reddidit, vt ab omnibus execraretur, vino vltra modum deditus. nam plerumque in tantum infundebatur potu, vt de conuiuio vix à quatuor portaretur. Vnde factum eſt vt epilepticus fieret in ſequenti: quod ſæpius populis manifeſtatum fuit. erat enim & auaritiæ intantum incumbens vt cuiuſcunque poſſeſſionis fines eius termino adhæſiſſent: interitum ſibi putaret ſi ab eiſdem aliquid non minuiſſet, & à maioribus quidem cum rixa & ſcandalo auferebat: à minoribus autem violenter diripiebat. Quibus & à quibus, vt Sollius noſter ait, nec dabat precia contemnens, nec accipiebat inſtrumenta deſperans.
F Erat enim tunc temporis Anaſtaſius presbyter, ingenuus genere, qui per chartas glorioſæ memoriæ Chrotildis reginæ, proprietatem aliquam poſſidebat: quem plerunque conuentum epiſcopus rogabat humiliter ac ſuppliciter: vt ei chartas ſupradictæ reginæ daret, ſibique poſſeſſionem hanc ſubderet: ſed ille cum voluntatem ſacerdotis ſui implere differret, cumque epiſcopus nunc blanditiis prouocaret, nunc minis terreret, ad vltimum inuitum vrbi exhiberi præcepit, ibique impudenter retineri: & niſi inſtrumenta daret, iniuriis adfici, & fame necari iuſſit. Sed ille virili repugnans ſpiritu, nunquam præbuit inſtrumenta, dicens: Satius ſibi eſſe ad tempus inedia tabeſcere, quam ſobolem in poſterum miſeram derelinqui. Tunc ex iuſſu epiſcopi traditur cuſtodibus vt niſi has chartulas proderet, fame necaretur. Erat enim ad baſilicam ſancti Caſſii martyris crypta antiquiſſima abditiſſimaque, vbi erat ſepulchrum magnum ex marmore Pario, in quo grandæui cuiuſdam hominis corpus poſitum videbatur. In hoc ſepulchro ſuper ſepultum viuens presbyter ſepelitur, operiturque lapide quo prius ſarcophagum fuit obiectum, datis ante oſtium cuſtodibus. Sed cuſtodes fiſi quod lapide premeretur, cum eſſet hyems, accenſo igne, vino ſopiti calido obdormiunt. G At presbyter tanquam nouus Ionas velut de ventre Inferi, ita de concluſione tumuli domini miſericordiam flagitabat. Et quia ſpacioſum erat, vt diximus ſarcophagum, etſi ſe integrum vertere non poterat, manus tamen in parte qua voluiſſet libere extendebat. Manabat enim ex oſſibus mortuis, vt ipſe referre erat ſolitus, fœtor lethalis, qui non ſolum externa, verumetiam interna viſcerum quatiebat. Cumque pallio aditus narium obſeraret, quamdiu flatum continere poterat, nihil peſſimum ſentiebat: vbi autem ſe quaſi ſuffocari putabat, remoto paululum ab ore pallio, non modo per os, aut per nares, verumetiam per ipſas, vt ita dicam, aures, odorem peſtiferum hauriebat. Quid plura? Quando diuinitati, vt credo, condoluit manum dexteram ad ſpondam ſarcophagi tetẽdit, reperitque vectem, qui decedente operculo, inter ipſum ac labium ſepulchri remanſerat. Quem paulatim commouens: ſenſit cooperanti Dei adiutorio lapidem amoueri. H Verum vbi ita remotus fuit, vt presbyter caput foras educeret, maiorem quo totus egrederetur aditum liberius patefecit: interea ruentibus nocturnis tenebris diem nec adhuc vſquequaque diffuſis, aliud cryptæ oſtium petit: erat enim ſeris fortiſſimis clauiſque firmiſſimis obſeratum: veruntamen non erat ita leuigatũ, vt inter tabulas aſpicere homo non poſſet. Ad hos adnus presbyter caput reclinat, aduertitq; hominẽ viam prætereuntem. Hunc licet voce tenui vocat. Exaudit ille, nec mora, ſecurim manu tenens ſudes ligneas quibus ſeræ continebantur, incidit, aditũq; presbytero patefecit. At ille de nocte conſurgens, ad domũ pergit, ſatis virum obſecrans, ne de eo cuiquã aliquid enarraret. Domũ igitur ſuam ingreſſus, inquiſitis chartis quas ei memorata regina tradiderat, ad Chlotharium regẽ defert,

Presbyter viuus ſepelitur.

indi-

A

indicans qualiter ab epiſcopo ſuo viuens ſepulturæ fuerat mancipatus. Stupeſcentibus autem omnibus, & dicentib', nunquam vel Neronem vel Herodem tale facinus perpetraſſe, vt homo viuens ſepulchro reconderetur, aduenit ad Chlotharium regem Cautinus epiſcopus. Sed accuſante presbytero, victus confuſuſq; diſceſſit. Presbyter autem acceptis à rege præceptionibus, res ſuas vt libuit defenſauit, poſſeditq; ac ſuis poſteris dereliquit. In Cautino autem nihil ſancti, nihil penſi fuit, de omnibus n. ſcripturis tã eccleſiaſticis q̃ ſecularibus, ad plene immunis fuit: Iudæis valde charus ac ſubditus erat, non pro ſalute, vt paſtoris cura debet eſſe ſollicita, ſed pro comparandis ſpeciebus, quas cum hic blandiretur, & illi ſe adulatores manifeſtiſſime declararent, maiori quam conſtabant precio venundabant.

Cap. 13. Chramnus odit bonos, ſibi confuſiores.

Chramnus vero his diebus apud Aruernum reſidebat: multæ n. cauſæ tunc per eum irrationabiliter gerebantur, & ob hoc celerius ablatus eſt de mundo. multum n. maledicebãtur à populo: nullum autem hominem diligebat, à quo conſiliũ bonum vtileq; poſſet accipere, niſi collectas viles perſonas ætate iuuenili fluctuantes fouebat & diligebat, eorumque

B

conſiliũ audiens, ita vt filias ſenatorũ dans prædonibus, eiſdẽ vi detrahi iuberet. Firminũ à comitatu vrbis grauiter iniuriatũ abegit, & Saluſtium Euodii filium ſubrogauit. Sed Firminus cum ſocru ſua Eccleſiã petiit. Erant autẽ quadrageſimę dies: & Cautinus epiſcopus, in Briuatenſem diœceſin pſallẽdo adire diſpoſuerat, iuxta inſtitutionẽ ſancti Galli, ſicut ſupra ſcripſimus. Egreſſus eſt igitur epiſcop' ab vrbe cũ magno fletu, metuens ne aliquid in itinere aduerſi perferret: intendebat n. & ipſi rex Chramnus minas. Qui dum iter ageret, miſit rex Imnacharium & Scaptarium primos de latere ſuo, dicens: Ite & vi abſtrahite Firminũ, Cæſariamque ſocrum eius de Eccleſia. Deſcendente vero epiſcopo cum pſallentio, ſicut ſupra memorauimus, hi qui miſſi fuerant à Chramno, ingrediuntur Eccleſiã, ac Firminũ Cæſariamq; variis collocutionum dolis mulcere tentant. Verũ vbi diutiſſime, alia ex aliis deambulantes per Eccleſiam colloquũtur, & in hoc qui confugerant, intenderent ex animo quæ dicebantur ad regias ædis ſacræ quæ tunc reſeratæ fuerant,

C

adpropinquant. Tunc Imnacharius Firminum, Scaptarius Cæſariã adprehenſos, inter brachia ab Eccleſia eiciunt, paratis pueris qui ſuſciperent: quos ſtatim in exiliũ direxerũt. Sed de altera depreſſis ſomno cuſtodib', ipſi ſe liberos ſentientes, ad beati Iuliani baſilicã confugiunt, & ſic ab exilio liberantur. res tamen eorũ fiſco collatæ ſunt. Cautinus autẽ epiſcopus, cum ſuſpectus eſſet, q̃ & ipſe iniuriaretur, ac memoratum iter terens equum haberet ſtratũ, vidit poſt tergũ homines venientes cum caballis, q ad occurſum eius veniebant & ait: Væ mihi, quia hi ſunt quos Chramn' direxit ad me cõprehendendum. Et aſcenſo equo, relicto pſallentio, ſolus vſq; in porticum baſilicæ ſancti Iuliani, ambobus vrgens calcaneis cornipedẽ, pene exanimis percurrit. Sed nos

Hiſtoriæ quid neceſſarium.

hæc narrantes, Saluſtii ſententiam, quam in detractores hiſtoriographorum protulit, memoramus. ait enim: Arduum videtur res geſtas ſcribere, primum quod facta dictis exęquenda ſunt: deinde quia pleriq; delicta quæ reprehẽderis, maleuolẽtia & inuidia dicta putant. Sed cœpta ſequamur.

Cap. 14. Chlotharius expeditionem parat in Saxones.

Igitur Chlotharius poſt mortem Theodoualdi, cum regnum Franciæ ſuſcepiſſet, atque illud circumiret, audiuit à ſuis iterata inſania efferueſcere Saxones, ſibiq; eſſe rebelles, & quod tributa quę annis ſingulis conſueuerant miniſtrare

D

cõtemnerent reddere. His incitatus verbis, ad eos dirigit. Cumq; iam prope terminum illorum eſſet, Saxones legatos ad eum mittunt, dicentes: Non n. ſumus contemptores tui, & ea quæ fratribus ac nepotibus tuis reddere conſueuimus, nõ negamus, & maiora adhuc ſi quæſieris reddem': vnum tantũ expoſcimus, vt ſit pax, ne tuus exercitus & noſter populus collidatur. Hæc audiens Chlotharius rex, ait ſuis: Bene loquuntur hi homines, nõ incedamus ſuper eos, ne forte peccemus in Deum at illi dixerunt: Scimus enim, eos mendaces, nec omnino quod promiſerint impleturos: eamus ſuper eos. Rurſum Saxones obtulerunt medietatẽ

Saxones [illegible] & [illegible] ſpoliantur.

facultatum ſuarum, pacẽ petẽtes. Et Chlotharius rex ait ſuis: Deſiſtite quæſo ab his hominibus, ne ſuper nos Dei ira concitetur. Quod illi non adquieuerunt. Rurſum Saxones obtulerunt veſtimenta, pecora, vel omne corpus facultatis ſuæ, dicentes: Hæc omnia tollite cum medietate terræ noſtræ: tãtũ vxores & paruulos noſtros relinquite liberos, & bellũ

E

inter nos nõ committatur. Franci autẽ nec hoc adquieſcere voluerunt. Quibus ait Chlotharius rex, Deſiſtite quæſo, deſiſtite ab hac intentione, verbum n. directum non habemus: nolite ad bellum ire in quo diſperdamini. Tamẽ ſi eo ire volueritis, ſpontanea voluntate ego non ſequar. Tunc illi ira commoti contra Chlotharium regem, ſuper eum irruunt, & ſcindentes tentorium eius, ipſum quoq; conuiciis exaſperantes, ac vi detrahentes, interficere voluerunt, ſi cũ illis abire differret. Hæc vidẽs Chlotharius, inuitus fuit cũ eis. At illi inito certamine, maxima ab aduerſariis internecione cæduntur: tantaq; ab vtroq; exercitu multitudo cecidit, vt nec æſtimari nec numerari penit' poſſit. Tũc Chlotharius valde confuſus pacem petiit, dicens, ſe non ſua voluntate ſuper eos veniſſe. Qua obtenta, ad propria rediit.

Cap. 15. Euphronii Epiſcopatus.

Turonici autem audientes regreſſum fuiſſe regẽ de cęde Saxonum, facto conſenſu in Eufronium presbyterum, ad eum pergunt, dataq; ſuggeſtione, reſpondit rex: Præceperã

F

n. vt Cato presbyter illic ordinaretur, & cur eſt ſpreta iuſſio noſtra? Reſponderunt ei: Petiuimus enim eum, ſed noluit venire. Hæc illis dicentibus, aduenit ſubito Cato presbyter, deprecans regẽ, vt eiecto Cautino, ipſum Aruerno iuberet inſtitui. Quod rege deridẽte, petiit iterum vt Turonis ordinaretur, quod ante deſpexerat. Cui rex ait: Ego primũ præcepi, vt Turonis te ad epiſcopatum conſecrarent: ſed quantum audio, deſpectui habuiſti eccleſiam illam, ideoq; elongaberis à dominatione eius. & ſic cõfuſus abſceſſit. De ſancto vero Eufronio interrogans, dixerunt, eum nepotem eſſe beati Gregorii, cuius ſupra meminimus. Reſpondit rex, Prima hæc eſt & magna generatio. Fiat voluntas Dei, & B. Martini, electio compleatur: & data præceptione, XVIII. poſt B. Martinum ſanctus Eufronius ordinatur epiſcopus.

Cap. 16. Chramnus ægrotat.

Chramnus autem apud Aruernos, diuerſa vt diximus, exercebat mala, ſemper aduerſus Cautinum epiſcopum inuidiam tenens. Eo tempore grauiter ægrotauit, ita vt capilli eius à nimia febre deciderent. Habebat autem tunc ſecum virum magnificum, & in omni bonitate perſpicuum ciuem Aruernum, Aſcouindum nomine, qui eum vi ab hac mali-

G

tia quærebat auertere, ſed non poterat. Habebat enim & Leonem Pictauenſem, ad omnia mala perpetranda grauẽ ſtimulum, qui nominis ſui tanquã leo erat in omni cupiditate ſæuiſſimus. Hic fertur quadam vice dixiſſe, quod Martinus & Martialis confeſſores domini, nihil fiſci viribus vtile reliquiſſent. Sed ſtatim percuſſus à virtute confeſſorũ, ſurdus & mutus effectus, amens eſt mortuus. Venit n. miſer ad Baſilicam S. Martini Turonus, celebrauitq; vigilias, de-

Leo blaſphemans obſurduit.

dit munera: ſed non eum reſpexit virtus conſueta: cũ ipſa n. qua venerat infirmitate, regreſſus eſt. Chramnus autem ab Aruerno regreſſus ad Pictauorum ciuitatem venit. Vbi cũ in magna potentia reſideret, ſeductus per malorum conſilium, ad Childebertum patruum ſuum tranſire cupit, patri inſidias parare diſponens. Ille vero doloſe quidẽ, ſed ſuſcipere illũ promittit, quẽ monere ſpiritualiter debuerat, ne patri exiſteret inimicus. Tunc per occultos nuncios inter ſe coniurati, contra Chlotharium vnanimiter conſpirarũt. Sed nec memor fuit Childebertus, quod quoneſcunq; aduerſus fratrem ſuum egit ſemper confuſus abſceſſit. Chrãmnus vero hoc fœdere inito, Lemouicinũ rediit, & illud per

H

quod prius ambulauerat in regno patris ſui, in ſua dominatione redegit. Tunc Aruernus populus intra muros tenebatur incluſus, & diuerſis infirmitatibus oppreſſus grauiter interibat. Porro Chlothari' rex duos filios ſuos, id eſt Charibertum & Guntchramnũ ad eum dirigit. Qui per Aruernum venientes, audienteſq; quod in Lemouicino eſſet, vſque ad montẽ quẽ Nigrum nomine dicunt, accedunt, eũq; reperiunt. Figentesq; tentoria, contra ſe reſederunt, mittentes legationem, vt res paternas quas male peruaſerat, reddere deberet: ſin autẽ aliud, câpum præpararet ad bellũ. Cumq; ille patri ſubditũ ſe eſſe confingeret, diceretq;, Omne quod circumiui laxare non poteru, ſed ſub mea hoc poteſtate cum gratia patris mei cupio retinere. illi vt prælũ hoc inter ipſos diiudicaret, poſtulant. Cumque moto vtrinq; exercitu cum magno armorum apparatu ad bellum conueniſſent, ſubito exorta tẽpeſtas cum graui coruſcatio-

ne at-

A

Pugnam diſſoluit cœli tempeſtas.

ne atque tonitruo, eos ne pugnarent, inhibuit. Redeuntes autem ad caſtra Chramnus doloſe per extraneam perſonã, patris mortem fratrib. pronunciat. Eo enim tempore bellum contra Saxones, quod ſupra diximus, gerebatur. At illi omentes, cum ſumma velocitate Burgundiam redierunt. Chramnus vero cum exercitu poſt eos dirigens, vſq; ciuitatem Cauillonenſem venit, eamque obſidens adquiſiuit. Exinde vſq; Diuionenſe caſtrum pertendit, ibiq; cum die dominico adueniſſet, quid geſtũ fuerit dicam. Erat ibi tunc S. Tetricus epiſcopus, cuius in ſuperiori libello memoriam fecimus, poſitis clerici trib. libris ſuper altarium, i. Prophetiæ, Apoſtoli, atq; Euangeliorum, orauerunt ad dominum, vt Chramno quid eueniret oſtenderet: aut ſi ei fœlicitas ſuccederet, aut certe ſi regnare poſſet, diuina potentia declararet. Simulque vnam habentes conuiuentiam, vt vnuſquiſq; in libro quod primum aperiebat, hoc ad Miſſas etiã legeret. Aperto ergo primum omniũ prophetarum libro, reperiunt: Auferam maceriam eius, & erit in deſolationem pro eo quod debuit facere vuam, fecit autem labruſcam. Reſeratoque Apoſtoli libro inueniunt: Ipſi enim diligenter ſcitis fratres, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. cũ dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus illis ſuperueniet interitus: ſicut dolores parturiẽtis, & non effugient. Dominus autẽ per euangelium ait: Qui non audit verba mea, adſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenam: deſcendit pluuia, aduenerunt flumina. flauerunt venti, & irruerunt in domũ illã, & cecidit & facta eſt ruina eius magna. Chramnus vero ad baſilicas ab antedicto ſacerdote ſuſceptus eſt, ibique comedens panem ad Childebertum pertendit. Intra tamen muros Diuionenſes non eſt permiſſus intrare. Fortiter tunc rex Chlotharius contra Saxones decertabat. Saxones enim vt adſerunt, per Childebertum commoti atq; indignantes, contra Francos ſuperiori anno, exeunteſq; de regione ſua in Franciam venerunt, & vſque ad Nutiam ciuitatem prædas egerunt, nimiumque grande ſcelus perpetrati ſunt.

Auſpicium ex Euang. & proph.

B

Cap. 17. Chramnus ad Childebert. venit.

C

Tunc Chramnus iam accepta Wiliacharii filia, Pariſios accedens, ſecum Childebertum regem conſtringit in fide atque charitate, iurans ſe patri eſſe certiſſimum inimicum. Childebertus autem rex, dum Chlotharius contra Saxones decertaret, in Campaniam Remenſem accedit, & vſq; Remos ciuitatem properans cuncta prædis atque incendio deuaſtauit. Audierat enim fratrem ſuum à Saxonibus fuiſſe peremptum, & regno ſuo cuncta ſubiici æſtimans, quæ adire potuit, vniuerſa peruaſit.

Cap. 18. Auſtrapius incarceratur.

Tunc & Auſtrapius dux Chramnum metuens, in baſilicam S. Martini confugit: cui tali in tribulatione poſito, nõ defuit diuinum auxilium. nam cum Chramnus ita eum cõſtringi iuſſiſſet, vt nullus illi alimenta præbere præſumeret: & ita arctius cuſtodiretur, vt nec aquam quidem ei haurire liceret, quo facilius compulſus inedia, ipſe ſponte ſua de baſilica ſancta periturus exiret, accedens quidã vaſculũ illi cum aqua ſemiuiuo detulit ad potandum. Quo accepto, velociter iudex loci aduolauit, ereptumque de manu eius, terræ diffudit. Quod velox Dei vltio, & beati antiſtitis virtus eſt ſubſecuta. ea namq; die iudex qui iſta geſſerat, correptus à febre, nocte media expirauit: nec peruenit in craſtinum, ad illam horã qua in baſilica ſancti poculum de manu excuſſerat ſugiuit. Poſt iſtud miraculũ, omnes ei opulentiſſime quæ erant neceſſaria, detulerunt. Redeunte autẽ in regnũ ſuum rege Chlothario, magnus cum eo eſt habitus. Tempore vero eius, ad clericatum accedens apud Sellenſe caſtrum, quod in Pictaua habetur diœceſi, ordinatur: futurum vt decedente Pientio antiſtite, qui tunc Pictauam regebat Eccleſiã, ipſe ſuccederet. Sed rex Charibert' in aliud vertit ſententiam. Denique cum Pientius epiſcopus ab hac luce migraſſet, apud Pariſios ciuitatem Paſcentius, qui tunc abbas erat Baſilicæ S. Hilarii, ei ſuccedit, ex iuſſu regis Chariberti, clamante Auſtrapio ſibi hunc redluberi locum: ſed parum ei iactati profuere ſermones. Ipſe quoque regreſſus ad caſtrum ſuum, mota ſuper ſe Theiſaluiam ſeditione, quos ſæpe grauauerat, lancea ſauciatus crudeliter vitam finiuit. Diœceſes vero ſuas eccleſia Pictaua recepit.

D

Paſcentius.

Cap. 19. Medardi obitus.

Tempore quoque Chlotharii regis, S. Dei Medardus epiſcopus, conſummato boni operis curſu, & plenus dierũ, ſanctitate præcipuus, diem obiit. Quem Chlotharius cum ſummo honore apud Sueſſionas ciuitatem ſepeliuit, & baſilicam ſuper eum fabricare cœpit: quam poſtea Sygibertus filius eius expleuit atque compoſuit. Ad cuius beatum ſepulchrum, vidimus vinctorum compedes atque catenas diſruptas confractaſque iacere, quæ vſque hodie in teſtimonium virtutis eius, ad ipſum beati ſepulchrum reſeruantur: ſed ad ſuperiora redeamus.

E

Childebertus igitur rex ægrotare cœpit, & cum diutiſſime apud Pariſios lectulo decubaſſet, obiit: & ad baſilicam B. Vincentii, quam ipſe conſtruxerat, eſt ſepultus. Cuius regnum & theſauros Chlotharius rex accepit: Vultrogothã vero & filias eius duas, in exilium poſuit. Chramnus autem patri repræſentatur, ſed poſtea infidelis extitit. Cumque ſe cerneret euadere non poſſe. Britannias petiit, ibique cum Conoobrio Britannorum comite, ipſe & vxor eius ac filiæ, latuerunt. Wiliacharius autem ſocer eius, ad baſilicam S. Martini confugit. Tunc ſancta baſilica à peccatis populi ac ludibriis quæ in ea fiebant, per Wiliacharium coniugemq; eius ſuccenſa eſt, quod non ſine graui ſuſpirio memoram'. Sed & ciuitas Turonica ante annum iam igni conſumpta fuerat. & totæ eccleſiæ in eadem conſtructæ, deſertæ & relictæ ſunt. Protinus B. Martini baſilica ordinante Chlothario rege, ſtamno cooperta eſt, & in illa qua prius fuerat elegantia, reparata. Tunc duę acies locuſtarũ apparuerunt, quę per Aruernum atq; Lemouicinũ tranſeuntes, vt ferũt, Romaniacũ campum venerunt, in quo prælio magno inter ſe acto maximæ ſunt colliſæ. Chlotharius autẽ rex cõtra Chramnum frendens, cum exercitu aduerſus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille contra patrem egredi omiſit. Cumq; in vno campo conglobatus vterque reſideret exercitus, & Chramnus cum Britannis cõtra patrem aciem inſtruxiſſet, incumbẽte nocte à bello ceſſatum eſt: ea quoq; nocte Conoober comes Britannorũ dicit ad Chramnum: Iniuſtum cenſeo te contra patrem tuum debere egredi. Permitte me hac nocte, vt irruam ſuper eum, ipſumq; cum toto exercitu proſternam. Quod Chramnus (vt credo) virtute Dei præuentus, fieri non permiſit: mane autem facto vterq; cõmoto exercitu ad bellũ contra ſe properant. Ibatq; Chlothari' rex tanquam nouus Dauid contra Abſalonem filium pugnaturus, plangens atq; dicẽs: Reſpice domine de cœlo, & iudica cauſam meã, quia iniuſte à filio iniurias patior. reſpice & iudica iuſte: illudq; impone iudicium, quod quondã inter Abſalonem & patrem eius Dauid poſuiſti. Confligentibus igitur pariter, Britannorum comes terga vertit, ibique & cecidit: deniq; Chramnus fugam iniit, naues in mari paratas habens, ſed dum vxorem & filias ſuas liberare voluit, ab exercitu patris oppreſſus, captus atq; ligatus eſt. Quod cum Chlothario Regi nunciatum fuiſſet, iuſſit eum cum vxore & filiabus igni conſumi: incluſiſq; in tugurio cuiuſdam pauperculæ, Chramnus ſuper ſcamnum extenſus orario ſuggillatus eſt, & ſic poſtea ſuper eos incenſa caſula, cum vxore & filiabus interiit.

F

Turonicum incendium.

Locuſtarum acies.

G

Rex vero Chlotharius anno quinquageſimo primo regni ſui, cum multis muneribus limina B. Martini expetiit & adueniens Turonos ad ſepulchrum ante dicti antiſtitis, cunctas actiones quas fortaſſe negligenter egerat, replicãs, & orans cum grandi gemitu, vt pro ſuis culpis beatus confeſſor domini miſericordiã exoraret, & ea quæ irrationabiliter commiſerat, ſuo obtentu dilueret. Exin regreſſus, quinquageſimo primo regni ſui anno, dum in Cotia ſilua venationem exerceret, à febre corripitur, & exinde Compendiũ villam rediit: in qua cum grauiter vexaretur à febre, aiebat, Vua, quid putatis? qualis eſt ille rex cœleſtis, qui ſic tam magnos reges interficit? in hoc enim tædio poſitus, ſpiritum exhalauit. Quem quatuor filii ſui cum magno honore Sueſſionas deferentes, in baſilica B. Medardi ſepelierunt. Obiit autem poſt vnum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus.

Cap. 21. Chlotharius decedit.

H

Chilpericus vero poſt patris funera, theſauros qui in villa Brannaco erant congregati, accepit, & ad Francos vtiliores petiit, ipſoſq; muneribus mollitos ſibi ſubdidit. Et mox Pariſios ingreditur, ſedemque Childeberti regis occupat, ſed non diu hoc ei licuit poſſidere. nam coniuncti fratres eius, eum exinde repulere, & ſic inter ſe hi quatuor,

id eſt,

A

id eſt Charibertus, Gunthchramnus, Chilpericus, atq; Sygebertus, diuiſionem legitimã faciunt: deditq; ſors Chariberto regnũ Childeberti ſedemq; habere Pariſios: Guntchramno vero regnum Chlodomeris, ac tenere ſedẽ Aurelianenſem: Chilperico vero, regnum Chlotharij patris ſui, cathedramq; Sueſſionas habere: Sygiberto quoq;, regnum Theodorici, ſedemque habere Remenſem.

Cap 23. Sygibertus vicit Hunnos &c. Chilpericum.

Nam poſt mortem Chlotharij regis Chuni Gallias adpetunt, contra quos Sygibertus exercitum dirigit, & geſto contra eos bello, vicit atque fugauit. ſed poſtea rex eorum amicitias cum eodem per legatos meruit. Dum autem cum eis turbatus eſſet Sygibertus, Chilpericus frater eius Remos peruadit, & alias ciuitates quæ ad eum pertinebãt, abſtulit. Ex hoc enim inter eos, quod peius eſt, bellum ciuile ſurrexit. Rediens autem Sygibertus victor à Chunis Sueſſionas ciuitatem occupat, ibique inuentum Theodobertum Chilperici regis filium adprehendit, & in exiliũ tranſmittit. Accedens autem contra Chilpericum, bellum commouit: quo victo atque fugato, ciuitates ſuas in ſuam dominationem reſtituit. Theodobertum vero filium illius, apud Ponticonem villam cuſtodiri iuſſit per annum integrum, quem poſtea, vt erat clemens, muneribus ditatum

B

patri reddidit ſanum: dato tamen ſibi ſacramento, ne vnquam contra eum agere deberet, quod poſtea peccatis facientibus eſt irruptum.

Cap 24.

Cum autem Gunthchramnus rex regni partem, ſicut fratres ſui obtinuiſſet, amoto Agroecula patritio, Celſum patriciatus honore donauit, virum procerum ſtatura, in ſcapulis validum, lacerto robuſtum, in verbis tumidum, in reſponſis opportunum, iuris lectione peritum: cui tanta deinceps habendi cupiditas extitit, vt ſæpius Eccleſiarum res auferens, ſuis ditionib. ſubiugaret. Nam cum audiſſet quadam vice Eſaiæ prophetæ lectionem in Eccleſia legi, in qua ait: Væ his qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant vſq; ad terminum loci, exclamaſſe fertur: Incongrue hoc, Væ mihi & filiis meis. Sed reliquit filium, qui abſque liberis functus, maximam partem facultatis Eccleſijs quas pater expoliauerat dereliquit.

Celſi ſacrilegi vox impia.

Cap 25. Gunthchramni vxores.

Gunthchramnus autem rex bonus, primo Venerandã cuiuſdam ſuorũ ancillam, pro concubina thoro ſubiunxit,

C

de qua Gundobaldum filium ſuſcepit. Poſtea vero Marcatrudem filiam Magnarij in matrimonium accepit. Gundobaldum vero filium ſuum Aurelianis tranſmiſit. Æmula autem Marcatrudis poſt habitum filium, in huius mortem graſſatur: & tranſmiſſum (vt aiunt) venenum in potum ei dari curauit. Quo mortuo ipſa iudicio Dei filium ſuum quem habebat perdidit, & odium regis incurrit, dimiſſaque ab eodem, non multo poſt tempore mortua eſt. Poſt quam rex Auſtrigildem cognomento Bobilam accepit, de qua iterum duos filios habuit, quorum ſenior Chlotharius, iunior Chlodomeris dicebatur.

Cap 26. Hariberti vxores.

Porro Haribertus rex Ingobergam accepit vxorem, de qua filiam habuit, quæ poſtea Inguantia virum accipiens eſt deducta. Habebat tunc temporis Ingoberga in ſeruitium ſuum duas puellas pauperis cuiuſdam filias, quorum prima vocabatur Marcouefa religioſam veſtem habens, alia vero Meroſledis, in quarum amore rex valde detinebatur: erant enim vt diximus, artificis lanarij filiæ. Æmula ex hoc Ingoberga, quod à rege diligerentur, patrem earum ſecreto operari fecit, futurum vt dum hæc rex cerneret, odio filias eius haberet, quo operante vocauit regẽ. Ille autẽ

D

ſperans aliquid noui videre, aſpicit hunc eminus laſcias regias componentem: quod videns commotus in ira, reliquit Ingobergam, & Meroſledem accepit. Habuit & aliam puellam Opilionis filiã nomine Theodogildẽ, de qua & fertur filiũ habuiſſe, qui vt proceſſit ex aluo, protinus delatus eſt ad ſepulchrum. Huius regis tempore apud vrbem Sanctonicã Leontius congregatis prouinciæ ſuæ Epiſcopis, Emerium ab epiſcopatu depulit, adſerens nõ canonice eũ fuiſſe hoc honore donatũ. Decretum enim regis Chlotharij habuerat, vt abſq; metropolitani conſilio benediceretur, qui non erat præſens: quo eiecto conſenſum fecere in Heracliũ tunc Burdegalenſis vrbis presbyterum, quod regi Hariberto ſubſcriptum proprijs manibus per nuncupatũ presbyterũ tranſmiſerunt: qui veniens Turonos rem geſtam beato

Emerius Epiſcopatu deiicitur.

E

Eufronio pandit, deprecans vt hoc conſenſum ſubſcribere dignaretur, quod vir Dei manifeſte reſpuit. Igitur poſtquã presbyter Pariſiacæ vrbis portas ingreſſus regis præſentiam adiit, hæc effatus eſt: Salue rex glorioſe: ſedes enim Apoſtolica eminẽtiæ tuæ ſalutem mittit vberrimã. Cui ille, Nũquid, ait, Turonicam adiſti vrbẽ, vt papæ illius nobis ſalutẽ deferas? Pater (inquit presbyter) tuus Leontius cũ prouincialibus ſuis ſalutem tibi mittit, indicans Æmulũ (ſic enim vocitare cõſueuerant Emeriũ in infantia ſua) eiectũ ab epiſcopatu, pro eo quod prætermiſſa canonum ſanctione vrbis Sanctonicæ Epiſcopatum ambiuit: ideoque conſenſum ad te direxerunt, vt alius in loco eius ſubſtituatur: quo fiat vt dum tranſgreſſores canonum regulariter arguuntur, regni veſtri potentia æuis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente frendens rex eũ à ſuis conſpectibus extrahi iuſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: putaſne quod nõ eſt ſuper quiſquam de filiis Chlotharij regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi epiſcopum, quem eius voluntas elegit, abſq; noſtro iudicio proiecerunt? & ſtatim directis viris religioſis, epiſcopum in loco reſtituit, dirigẽs etiã quoſdã de camerariis ſuis, qui exactis à Leontio epiſc. mille aureis, reliquos iuxta poſſibilitatẽ condemnarent epiſcopos, & ſic patris eſt vltus iniuriã.

De eo ipſo Leontio vid. Epiſcop lib. 2. ſcripſit Fortunatus

F

Poſt hæc Marcouei Fameroſledis ſcilicet ſororem, cõiugio copulauit. Pro qua cauſa à ſancto Germano epiſcopo excõmunicatus vterque eſt. Sed cum eam rex relinquere nollet, percuſſa iudicio Dei obiit. Nec multo poſt & ipſe rex poſt eã deceſſit Charibertus; cuius poſt obitum Theodogildis vna reginarum eius nuncios ad Gunthchramnum regem dirigit, ſe vltro offerens matrimonio eius. Quibus rex hoc reddidit in reſponſis: Accedere ad me ei non pigeat cũ theſauris ſuis ego enim accipiam eam, faciamque magnam in populis, vt ſcilicet maiore mecum honore quã cũ germano meo, qui nuper defunctus eſt, potiatur. At illa gauiſa collectis omnibus, ad eum profecta eſt. Quod cernens rex ait: Rectius eſt enim, vt hi theſauri penes me habeantur, quam apud hanc quæ indigne germani mei thorum adiuit. Tunc ablatis multis, paucis relictis, Arelatenſi eam monaſterio deſtinauit. Hæc vero ægre adquieſcens, ieiuniis ac vigiliis adflici, per occultos nuncios Gothum quendam

Chariberti moritur.

G

adiuit, promittens ſi ſe in Hiſpanias deductã coniugio copularet, quod cum theſauris ſuis de monaſterio egrediens, libenti eũ animo ſequeretur. Quod ille nihil dubitans, repromiſit. Cumque hæc collectis rebus factiſq; voluciis, à cœnobio pararet egredi, anticipauit volũtatẽ eius induſtria abbatiſſæ: deprehenſaque fraude, eam grauiter cæſam cuſtodiæ mancipare præcepit, in qua vſq; ad exitum vitæ præſentis, non mediocribus adtrita paſſionibus, perdurauit.

Cap. 27. Sygibertus ducit Brunichildem.

Porro Sygibertus rex, cum videret quod fratres eius indignas ſibimet vxores acciperent, & per vilitatem ſuam etiã ancillas in matrimoniũ ſociarent, legationem in Hiſpaniam mittit, & cum multis muneribus Brunichildem Atanagildi regis filiam petiit. Erat enim puella elegans opere, venuſta aſpectu, honeſta moribus atque decora, prudens cõſilio, & blanda colloquio. Quam pater eius non denegans, cum magnis theſauris ante dicto regi tranſmiſit. Ille vero congregatis ſenioribus ſecum, præparatis epulis cum immenſa lætitia atque iocunditate eam accepit vxorẽ. Et quia Arrianæ legi ſubiecta erat, per prædicationem ſacerdotum atque ipſius regis cõmonitionem cõuerſa, beatam in vnitate confeſſa Trinitatem credidit, atque chriſmata eſt, quæ in nomine Chriſti catholica perſeuerauit.

Chriſma Catholicũ.

H

Cap. 28. Chilperici vxores.

Quod videns Chilpericus rex, cum iam plures haberet vxores, ſororem eius Galſuintham expetiit, promittens per legatos ſe alias relicturum: tantum condignam ſibi, regiſq; prolem mereretur accipere. Pater vero eius has promiſſiones accipiens, filiam ſuam ſicut anteriorem, ſimiliter ipſi cum magnis opibus deſtinauit. Nam Galſuintha ætate ſenior quam Brunichildis erat. Quæ cum ad Chilpericum regẽ veniſſet, cum grandi honore ſuſcepta, eiuſque eſt ſociata coniugio: à quo etiam magno amore diligebatur. detulerat enim ſecum magnos theſauros: ſed per amorem Fredegundis, quam prius habuerat, ortum eſt inter eos grande ſcandalum. Iam enim in lege catholica conuerſa fuerat, & chriſmata. Cumque ſe regi quereretur aſſidue iniurias perferre,

A

Galſuintha ſuffocatur.

diceretq; nullam ſe dignitatem cum eodem habere, petiit vt relictis theſauris quos ſecum detulerat, liberam redire permitteret ad patriam. Quod ille per ingenia diſſimulans, verbis eam lenibus demulſit. Ad extremum eam ſuggillari iuſſit à puero, mortuamq; reperit in ſtrato. Post cuius obitum, Deus virtutem magnam oſtendit. Lychnus n. ille qui fune ſuſpenſus corā ſepulchro eius ardebat, nullo tangēte, fune diſrupto in pauimentum corruit: & fugiente ante eū duritia pauimenti tanq̄ in aliquod molle elementum deſcendit, atq; medius eſt ſuffuſus, nec omnino contritus: quod non ſine magno miraculo videntib. fuit. Rex autem cum eam mortuam defleſſet, poſt paucos dies Fredegundem recepit in matrimonio. Poſt quod factum reputantes eius fratres, quod ſua emiſſione antedicta regina fuerit interfecta, eum à regno deiiciunt. Habebat autem tunc Chilpericus tres filios de Audouera priore regina ſua: id eſt Theodobertū, cuius ſupra meminimus, Merouevm atq; Chlodoueum. Sed ad cœpta redeamus.

Cap. 29. Sygibertus pergit aduerſus Hunnos.

Chuni vero iterum in Gallias venire conabātur, aduerſus quos Sygibertus cum exercitu dirigit, habens ſecum magnam multitudinem virorum fortium. Cumq; confligere deberent, iſti mag eis artib. inſtructi diuerſas eis fantaſias oſtendunt, & eos valde ſuperant. Fugiente autem exercitu Sygiberti, ipſe incluſus à Chunis retinebatur, niſi poſtea vt erat elegans & verſutus, quos non potuit ſuperare virtute prælij, ſuperauit arte donandi. Nam datis munerib. fœdus cum rege iniit, vt omnibus diebus vitæ ſuæ, nulla inter ſe prælia commouerent: idq; ei magis ad laudem, quā ad aliquod pertinere opprobrium iuſta ratione penſatur. Sed & rex Chunorum multa munera regi Sygiberto dedit. vocabatur autem Gaganus. omnes enim reges gentis illius hoc appellantur nomine.

B

Hunni artium magicis.

Hunorū reges Gagani.

Cap. 30. Aruerni Arelatenſes veniunt expugnaturi.

Sygibertus vero rex Arelatenſem vrbem capere cupiens Aruernos commoueri præcepit. Erat enim tunc Firminus comes vrbis illius, qui cum ipſis in capite abiit, ſed & de alia parte Adouarius cum exercitu aduenit, ingreſſiq; vrbem Arelatenſem, ſacramenta pro parte Sygiberti regis exegerunt. Quod cum Gunthcrannus rex comperiſſet, Celſum patritium cum exercitu illuc dirigit: qui abiens Auennicam vrbem abſtulit. Accedens aūt Arelatem & vallans eam, impugnare exercitum Sygiberti qui intra muros cōtinebatur, cæpit: tūc Sabaudus Epiſcopus dixit ad eos. Egredimini foras, & inite certamē, quia nō poteritis ſub murorū concluſione degētes, neq; nos, neq; vrbis iſtius ſubiecta defendere. Quod ſi vos Deo propitio illis deuincitis, nos fidem q̄ promiſimus cuſtodiemus: ſi vero illi cōtra vos inualuerint, ecce reſeratas reperietis portas. Ingredimini ne pereatis. Hoc illi dolo deluſi, egreſſi foras bellum parant, ſed ſuperati ab exercitu Celſi, fugam ineunt, venienteſque ad vrbem, portas reperiunt obſeratas. Cumq; exercitus à tergo iaculis foderetur, operireturq; lapidib. ab vrbanis, ad amnē Rhodanum dirigunt, ibique parmis ſuperpoſitis, vlteriorem ripam expetunt. Sed multos ex his violentia amnis direptos enecauit, fecitq; Rhodanus tunc Aruernis, quod feciſſe quondam Simois legitur de Troianis:

C

Virg. Æn. 1.

——*correpta ſub vndis*
Scuta virum, galeaſq; & fortia corpora voluit.
Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

Qui vix nandi, vt diximus, impulſu, parmarumq; adiuti adminiculo, litoris alterius plena cōtingere potuerūt. Qui nudati à rebus, ab equis deſtituti, nō ſine grandi cōtumelia patriæ reſtituti ſunt. Firmino tū & Adouario diſcedendi via indulta eſt. Multi ibi tūc viri ex Aruernis nō ſolū torrentis impetu rapti, verumetiā gladiorum ictib. ſunt proſtrati. Ac ſic Gunthcrānus rex recepta vrbe illa, iuxta cōſuetudinē bonitatis ſuæ. Auennicam ditionibus patris ſui reſtituit.

D

Cap. 31. Tauredunum ... magno ... ge ...

Igitur in Galliis magnum prodigium de Tauredino caſtro apparuit, ſuper Rhodanum enim fluuium in monte collocatum erat. Qui cum per dies amplius ſexaginta, neſcio quem mugitum daret, tandem ſciſſus atque ſeparatus mons ille ab alio monte ſibi propinquo, cum hominib. Eccleſiis opibuſq; ac domib. in fluuium ruit, excluſoq; amnis illius litore, aqua retrorſum petiit. Locus etenim ille ab vtraq; parte à montib. cōcluſus erat, inter quorum anguſtias torrens defluit. Inundans ergo ſuperiorem partem, quæ ripæ inſidebant, operuit atq; deleuit. adcumulata n. aqua erumpens deorſum inopinatos repetiens homines, vt deſuper fecerat, ipſos enecauit, domos euertit, iumenta deleuit, & quæ cuncta litorib. illis inſidebant, vſq; ad Ianobam ciuitatē, violētia atq; ſubita inundatione diripuit vel ſubuertit. Traditur à multis tantā congeriē inibi aquæ fuiſſe, vt in antedictā ciuitatem ſuper muros ingrederetur. Quod indubiū non eſt, quia vt diximus, Rhodanus in locis illis inter anguſtias montiū defluit, nec habuit in latere cum fuit excluſus, quo ſe diuerteret: cōmotumq; montem qui deſcenderat adſemel erupit, & ſic cuncta deleuit. Quod cum factū fuiſſet, 30 monachi, vnde caſtrum ruerat aduenerūt: & terram illam quæ monte deruente remanſerat, fodientes, æs ſiue ferrum reperiunt. Quod dum agerent, mugitū montis, vt prius fuerat, audierunt. Sed dum a ſæua cupiditate retinentur, pars illa quæ nondū ruerat, ſuper eos cecidit, quos operuit atq; interfecit, nec vltra inuenti ſunt. Similiter & ante cladem Aruernam, magnā regionem illam prodigia terruerunt: nam plerumq; tres aut quatuor ſplēdores magni circa ſolem apparuerunt, quos ruſtici Soles vocabant, dicentes: Ecce tres vel quatuor ſoles in cœlo. Quadam tū vice in calend. Octobr. ita ſol obſcuratus apparuit, vt nec quarta quidē pars in eodē lucens remaneret, ſed teter atq; decolor apparens quaſi ſaccus videbatur: nā & ſtellam, q̄ quidem cometē vocant, radium tanquam gladium habens ſuper regionem illam per annum integrum apparuit, & cœlū ardere viſum eſt, & multa alia ſigna apparuere. In Eccleſia vero Aruerna, dum matutinæ celebrarentur vigiliæ in quadam feſtiuitate, auis corydalus, quam alaudam vocamus, ingreſſa, omnia luminaria quæ lucebant, alis ſuperpoſitis in tanta velocitate extinxit, vt putares ea in vnius hominis manu poſita, aqua fuiſſe ſubmerſa: in ſacrariū aūt ſub velo tranſiens, cicindelem extinguere voluit, ſed ab oſtiariis prohibita atq; occiſa eſt. Simile & in baſilica B. Andreę de Lychnis luce nubatum alia fecit. Iam vero adueniente ipſa clade, tanta ſtrages de populo illo facta eſt per totam regionem illam, vt nec numerari poſſit quātæ ibidem ceciderint legiones: nam cum iam ſarcophagi aut tabulæ defeciſſent, decē aut eo amplius in vna humi foſſa ſepeliebantur. Numerata ſunt aūt quadā dominica in vna B. Petri baſilica, trecenta defunctorū corpora. erat n. & ipſa mors ſubita. Nam cum naſcente in inguine aut in aſcella vulnere in modum ſerpentis, ita interficiebatur homo ille à veneno, vt die altera aut tertia ſpiritū exhalaret. Sed & ſenſum vis illa veneni auferebat ab homine. Tunc & Cato presbyter mortuus eſt: nam cum de hac lue multi fugiſſent, ille tamen populum ſepeliens, & Miſſas dicens viriliter, nunquam ab eo loco diſceſſit. Hic autem presbyter multæ humanitatis, & ſatis dilector pauperum fuit: & credo hæc cauſſa ei, ſi quid ſuperbiæ habuit, medicamentum fuit. Cautinus aūt Epiſcopus cum diuerſa loca, hanc cladem timens, circumiſſet, ad ciuitatē regreſſus eſt, & hanc incurrens, paraſceue Paſſionis dominicæ obiit. Nam & ipſa hora & Tetradius cōſobrinus eius mortuus eſt. Tunc & Lugdunum Biturix, Cauallonum atq; Diuionum oppida ab hac infirmitate valde depopulata ſunt.

E

Monachi ... intereunt.

F

Tres ſoles.

Cometa.

G

Mortes ſubitaneæ.

Lues inguinaria.

Cap. 32. Hiſp. reges.

Eo autem tempore, mortuo apud Hiſpaniam Athanaildo rege, Leuuan cum Leuuieldo fratre regnū accepit. Defuncto igitur Leuuane, Leuuieldus frater eius totum regnum occupauit. Qui vxore mortua, Gunſuintham reginę Brunichildis matrē accepit, duos filios de prima vxore habens, quorum vnus Sygiberti, alius Chilperici filiā deſponſauit. Ille quoq; inter eos regnum æqualiter diuiſit, interficiens omnes illos qui reges interimere conſueuerant, non relinquens ex eis mingentem ad parietem.

H

Cap. 33. Iuſtinus Imp. auarus.

Defuncto igitur apud vrbem Conſtantinopolitanam Iuſtiniano Imperatore, Iuſtinus ambiuit imperium, vir omnięauaritiæ deditus, contemptor pauperum, ſenatorum ſpoliator: cui tanta fuit cupiditas, vt arcas iuberet fieri ferreas, in quas numiſmatis aurei talenta congereret: quē etiam ferunt in hæreſim Pelagianā dilapſum. Nam non poſt multū tempus, demens effectus, Tyberium Cæſarem ſibi adſciuit ad defenſandas prouincias ſuas, hominem iuſtum, eleemoſynarium, æquum diſcernentem, obtinentemq; victoriam: quod omnib. ſupereminet bonis, etiam veriſſimū Chriſtianum. Denique Sygibertus rex legatos ad Iuſtinianum Im-

Sygibertus ad Iuſtinum pacem petit.

A peratorem miſit, pacem petens, id eſt Vuamiariũ Francum, & Firminum Aruernum, qui euntes euectu nauali, Cõſtantinopolitanã ſunt vrbem ingreſſi, locutiq; cũ imperatore, quæ petierant obtinuerunt. Ad ſequentem tamen annum in Galliam ſunt regreſſi. Poſt hæc autem Antiochia Ægypti, & Appamia Syriæ, maximæ ciuitates, à Perſis captæ ſunt, & populus captiuus abductus. Baſilica tunc ſancti Iuliani Antiochenſis martyris graui incendio concremata eſt. Ad Iuſtinianum autem imperatorem cum magni auri pondere venerunt, petentes amicitias eius, atque narrantes ſe imperatori Perſarum eſſe infenſos. Venerat enim ad eos, dicens: Sollicitudo imperialis ſciſcitatur ſi fœdus initum cum eo cuſtodiatis intactum. Reſpondentibus illis, omnia ab his pollicita illibata ſeruari, dixerunt legati, In hoc apparebit vos eius amicitias cuſtodire, ſi ignẽ vt ille veneratur, & vos veneremini. Reſpondente populo, nequaquam ſe hæc facturum, ait Epiſcopus, Quæ eſt in igne deitas, vt venerari queat; quem Deus ad vſus hominũ procreauit, qui fomẽtis accenditur, aqua reſtinguitur: at vbi erit neglectus, tepeſcit: hæc & his ſimilia Epiſcopo proſequente, legati furore ſuccenſi, actum conuitiis, fuſtibus cædunt. Cernens autem populus ſacerdotem ſuum ſanguine cruentum ſuper legatos irruunt, manus iniciunt, interimuntque, & ſicut diximus, huius imperatoris amicitias petierant.

Perſis ignẽ colebant.

B

Hoc caput integrum ex vetuſto exemplari addidimus, & ſuperius Cap. XXV.

Cap. 14. Palladius comitatum aſſequitur.

PAlladius autem Briciam quondam comitis ac Cæſariæ filius comitatum in vrbe Gallicana Sygiberto rege impertiente promeruit, ſed orta contentio inter ipſum & Parthenium Epiſcopum, valde populum collidebat, nam plerunque conuitiis ac diuerſis opprobriis ac criminibus obruebat Epiſcopum, peruadens res Eccleſiæ, ſpolianſque homines eius: vnde factũ eſt, vt hac cõtentione creſcente, cũ ad præſentiã iam dicti principis properaſſent, & diuerſa ibi inuicẽ obiectarent, mollem Epiſcopum, effœminatum Palladius vocitaret: Vbi ſunt mariti tui cum quibus ſtuproſe ac turpiter viuis? ſed hæc in ſacerdotem verba prolata, diuina confeſtim vltio ſubſequens aboleuit. Nam anno ſequenti ſemotus à comitatu Palladius Aruernum regreſſus eſt: Romanus vero comitatum ambiuit. Factum eſt autẽ, vt quadam die in vrbe Aruerna vterq; cõiungeretur, & altercantibus inter ſe pro hac actione comitatus, audiuit Palladius ſe à Sygiberto rege debere interfici, ſed falſa hęc & maxime à Romano emiſſa deprehenſa ſunt. Tunc ille timore perterritus ita in anguſtiã grauẽ redactus eſt, vt minaretur ſe propria dextra perimere. Cumque à matre vel à cognato ſuo Firmino intente adtenderetur, ne perficeret quod mẽte amara conceperat, per interualla horarum elapſus à matris aſpectu, ingreſſus cubiculũ accepto ſpatio ſolitudinis,

C

Palladius in gladium incubuit.

euaginat gladium, comitaque enſis pedibus calcans, acumen ad pectus erexit, impreſſuſque deſuper gladius ab vna ingreſſus mamilla in ſpatulã dorſi regreſſus eſt: erectus iterum ſimiliter altera mamilla perfoſſus cecidit, & mortuus eſt, quod nõ ſine diaboli opere perfectum ſcelus mirati ſumus. Nam prima eum plaga interficere potuit, ſi nõ diabolus ſuſtentaculũ præbuiſſet, quod hæc nefanda peregeret, currit mater exanimis & ſupra filij corpuſculum orbata collabitur, atque omnis familia voces planctus emittit. Veruntamen ad monaſterium Dironenſium delatus ſepulturæ mãdatur, ſed non iuxta Chriſtianorum cadauera poſitus, ſed nec miſſarum ſolennia meruit, quod non ob aliam cauſam, niſi ob iniuriam Epiſcopi hæc ei eueniſſe probantur.

D

Miſſa non celebratur pro ſui interfectore.

Cap. 15. Alboinus cum Longobardis Italiam occupat. Mulieris vindicta.

Alboinus vero Longobardorum rex, qui Chlothoſindã regis Chlotharij filiam habebat, relicta regione ſua, Italiam cum quatuor millium Longobardorum gente petiit. Nam commoto exercitu, cum vxoribus & liberis abiere, illic manere deliberantes. Quam regionẽ ingreſſi, maxime per ſeptem annos peruagantes, ſpoliatis Eccleſiis, ſacerdotib⁹ interfectis, in ſuam redigunt poteſtatem. Mortua autẽ Chlothoſinda vxore Alboini, aliam duxit coniugem, cuius patrẽ ante paucum tempus interfecerat. Qua de cauſa mulier in odio ſemper virum habẽs, locũ operiebatur, in quo poſſet iniurias patris vleiſci: vnde factum eſt vt vnum ex famulis concupiſcens, virum veneno necaret: quo defuncto, cum famulo abiit: ſed adprehenſi, pariter interfecti ſunt. Longobardi deinceps alium ſuper ſe regem ſtatuunt.

E

Cap. 16. Mummoli bella cum iiſdem.

Eunius quoque cognomento Mũmolus, à rege Gunthcramno patritiatum promeruit. De cuius militiæ origine, altius quædã repetenda putaui. Hic etenim Pœnio patre ortus, Altiſſiodorenſis vrbis incola fuit: Pœnius vero hui⁹ municipij comitatum regebat. Cumq; ad renouãdã actionem munera regi per filiũ tranſmiſit, ille datis rebus paternis, comitatum patris ambiuit, ſupplantauitq; genitorem quem ſubleuare debuerat. Ex hoc vero gradatim proficiẽs, ad maius culmen euectus eſt. Igitur prorumpentibus Longobardis in Gallias, armatur Pericius qui nuper Celſi ſucceſſor. Concurruntque ibi, tantamque tunc ſtragem Longobardi feruntur feciſſe de Burgundionibus, vt non poſſit colligi numerus occiſorũ: oneratiq; præda aſcenderunt iterum in Italiam: quibus aſcendentibus Eunius, qui & Mummolus, arceſſitus à rege, patritiatus culmen meruit. Irruẽtibus iterum Longobardis in Gallias, & vſq; Muſcias Calmes accedentibus, quæ adiacet ciuitati Ebredunenſi, Mummolus exercitum mouet, & cum Burgundionibus illuc proficiſcitur. Circundatiſque Loogobardis cum exercitu, actiſque concidibus, per diuortia ſiluarum irruit ſuper eos: multos interfecit, nonnullos cepit, & regi direxit. Quos ille per loca diſperſos cuſtodire præcepit, paucis quodammodo per fugam elapſis qui patriæ nunciarent.

F

Cap. 17. Epiſcopi ſanguinarij.

Fueruntque in hoc prælio Salunus & Sagittarius fratres atque Epiſcopi, qui non cruce cœleſti muniti, ſed galea aut lorica ſecnlari armati, multos manibus propriis, quod peius eſt, interfeciſſe referuntur. Hæc prima Mummoli certaminis victoria fuit. Poſt hæc Saxones, qui cum Loogobardis in Italiam venerant, & iterum prorupetant in Gallias, & infra territorium Regenſe, id eſt apud Stablonem villam, caſtra ponunt, diſcurrentes per villas vrbium vicinarum, diripientes prædas, captiuos abducentes, vel etiam cuncta vaſtantes. Quod cum Mummolus comperiſſet, exercitum mouet, irruenſque ſuper eos multa ex his milia interfecit, & vſque ad veſperam cædere non deſtitit, donec nox quietẽ faceret ignaros enim repererat homines, & nihil de his quę acceſſerunt autumantes. Mane autem facto ſtatuũt Saxones exercitum, præparantes ſe ad bellum, ſed intercurrentibus nunciis pacem fecerunt. Datiſque muneribus Mummolo relicta vniuerſa regionis præda, cum captiuis diſceſſerunt, iurantes prius, quod ad ſubiectionem regnũque Francorum redire deberent in Gallias. Igitur regreſſi Saxones in Italiam, adſumptis ſecum vxoribus & paruulis vel omni ſupellectibile facultatis, redire in Gallias deſtinant, ſcilicet vt à Sygiberto rege collecti, in loco vnde egreſſi fuerant, ſtabilirẽtur. Feceruntq; ex ſe duos, vt aiunt, cuneos: & vnus quidem per Niceam vrbem, alius vero per Ebredunenſem venit, illam reuera tenentes viam, quam anno ſuperiore tenuerant: coniunctique ſunt in Aruernico territorio. Erat enim tunc tempus meſſiũ, & locus ille maxime fructus terræ ſub odio habebat, nec qequã ex his domi incolæ recondiderant: deniq; accedentes in areas, ſegetes inter ſe diuidunt. Colligenteſq; ac triturẽtes, frumenta dabant, nihil ex his eis qui laborauerant relinquentes. Verum poſtquam expenſis fructibus ad litus Rhodani amnis acceſſerunt, vt tranſacto torrẽte, regno ſe regis Sygiberti cõferrent, occurrit eis Mummolus, dicens: Non tranſibitis torrentem hunc: ecce res Domini mei regis depopulaſtis, collegiſtis regis pecora, deuaſtatis, trucidaſtis: non aſcendetis, niſi ſatisfaciatis prius his quos exiguos reliquiſtis, alioquin nõ effugietis man⁹ meas, niſi ponã gladium ſuper vos, & vxores & paruulos veſtros, & vleiſcar iniuriã Domini mei Guntheramni regis. Tunc illi timentes valde, dantes multa numiſmatis aurei milia pro redẽptione ſua, tranſire permiſſi ſunt: & ſic Aruernum peruenerunt. Erat tunc tẽpus, quo ferebant ibi regulas æris inciſas pro auro: quas quiſque videns, non dubitabat aliud, niſi quod aurũ probatũ atq; examinatum eſſet. Sic enim coloratum ingenio neſcio quo fuit: vnde nõnulli hoc dolo ſeducti, aurũ dantes & æs accipientes, pauperes facti ſunt. Hi vero ad Sygibertum regem tranſeuntes, in locum vnde prius egreſſi fuerant ſtabiliti ſunt.

G

Mummolus Saxones cædit.

Mummolus Saxones interripit.

H

Regulæ adulterinæ.

A

Cap. 38.

In regno autẽ Sygiberti regis, remoto ab honore Iouino rectore prouinciæ, Albinus in loco eius ſubrogatur. Magnam inter eos inimicitiam hæc cauſa geſſit. Igitur aduenientibus trãſmarini, Vigilij archidiaconi homines, ſeptuaginta vaſa, quæ vulgo Orcas vocant, olei liquaminiſque furati ſunt, neſciente domino. Negociator autem cum cognouiſſet ſibi rem furto ablatam fuiſſe, inquirere diligenter cœpit, qua furtum fuiſſet conditum. Hæc quærens, audiit à quodam, quod homines Vigilij archidiaconi perpetraſſent: perueniunt hæc ad archidiaconum, qui inquirens & inueniens, nequaquam publicare, ſed excuſare ſuos cœpit, dicens: Nunquam de domo mea egreſſus eſt qui tale auderet admittere. Taliter, inquam, excuſante archidiacono, negociator ad Albinum pergit: cauſam exerit, & archidiaconũ in crimine fraudis huius mixtũ accuſat. Die autẽ ſancto Natalitij Epiſcopo in Eccleſia adueniente, archidiaconus indutus alba adeſt, Epiſcopum, vt mos eſt, inuitans ad altare debere procedere, ac ſolennitatẽ diei ſancti opportuno debere tẽpore celebrare. Nec mora, Albinus de ſede exiliens, adprehenſum archidiaconum coarctat. Pro quo nunq̃ obtinere potuerunt, nec Epiſcopus, nec ciues, nec vllus maior natu, nec ipſa vox totius populi adclamantis, vt datis fideiuſſoribus, diem ſanctum archidiacono liceat cum reliquis celebrare, atque accuſationem eius in poſterũ debere audiri: ſed nec ob ipſa ſacroſancta ſolennia metum habuit, vt miniſtrũ dominici altaris tali in die nõ auderet adripere. Quid plura? Quatuor milibus ſolidorum archidiaconum condemnauit: quod in præſentia regis Sygiberti veniens, quadrupli ſatisfactione, inſequente Iouino, compoſuit.

Die natali Archidiac. fut cõprehenditur.

B

Cap. 39. Zaban, Valẽtiam obſidet. Amo Arelatenſes debellauit.

Poſt hæc tres Longobardorũ duces, id eſt Amo, Zabã, ac Rhodanus Gallias irrupere. Et Amo quidem ebredunẽſem carpens viam vſque Machao villam Auennici territorij, quam Mũmolus munere meruerat regio, acceſſit, ibiq; fixit tẽtoria. Zaban vero per Deinſem deſcendens vrbem, vſque Valentiam venit: ibique caſtra poſuit. Rhodanus autem Gratianopolitanam vrbem adgreſſus eſt, ibique papiliones extendit. Et Amo quoque Arelatenſem debellauit prouinciam cum vrbibus quę circũpoſitæ ſunt. Et vſque ipſum Lapideum campum, qui adiacet vrbi Maſſilienſi accedens, tam de pecoribus, quam de hominibus denudauit: Aquenſibus autem obſidionem parauit, de quibus viginti duabus libris argenti acceptis abſceſſit. Sicque & Rhodanus ac Zaban in locis quibus acceſſerant fecerunt. Quæ cũ Mummolo perlata fuiſſent, exercitum mouit, & Rhodano qui Gratianopolitanam vrbem debellabat, occurrit. Sed cum Eſeram fluuium exercitus laborioſe trãſiret, nutu Dei animal amnem ingreditur, vadum oſtendit: & ſic populus in vlteriorem ripam egreditur. Quos videntes Longobardi, nec morati, euaginatis gladiis hos adpetunt. Commiſſoque bello, intantum cæſi ſunt, vt Rhodanus ſauciatus lancea, ad montium excelſa cõfugeret. Exinde cum quingentis viris qui ei remanſerant, per uia ſiluarũ prorumpens, ad Zabanem peruenit, qui tunc vrbem Valentiam obſidebat: narrauitque ei omnia quæ acta fuerant. Tunc datis pariter cunctis in prædam, ad Ebredunenſem vrbem regreſſi ſunt, ibique eis cum innumero exercitu Mummolus in faciem venit: commiſſoque prælio, Longobardorum phalangæ vſque ad internecionem cæſæ: cum paucis duces in Italiam ſunt regreſſi. Cumq; vſq; Siguſium vrbem perlati fuiſſent, & eos incolæ loci dure ſuſciperẽt, præſertim cum Siſinnius magiſter militum à parte imperatoris in hac vrbe reſideret, ſimulatus Mummoli puer in conſpectu Zabanis, Siſinnio literas protulit, ſalutemque ex nomine Mummoli dedit dicens, En ipſum in proximo. Quod audiens Zaban, curſu veloci ab vrbe ipſa digreſſus, pterijt. His auditis Amo collecta omni præda, in itinere proficiſcitur: ſed reſiſtentibus niuibus, relicta præda, vix cum paucis erumpere potuit. Exterriti enim erant virtute Mummoli.

C

Lõgobardi cæduntur.

D

Cap. 40.

Mũmolus Turonũ venit. Pictauos ſubegit.

Multa enim Mummolus bella geſſit, in quibus victor extitit. Nam poſt mortẽ Chariberti, cũ Chilpericus Turonos ac Pictauos peruaſiſſet, quæ Sygiberto regi per pactum in partem venerant, coniunctos rex ipſe cum Gunthcrãno fratre ſuo, Mummolum eligunt, qui has vrbes ad verũ dominium reuocare deberet. Qui Turonos veniẽs, fugato ex inde Chlodoueo Chilperici filio, exactis à populo ad partem regis Sygiberti ſacramentis, Pictauos acceſſit. Sed Baſilius ac Sygarius Pictaui ciues, collecta multitudine, reſiſtere voluerunt: quos de diuerſis partibus circundatos oppreſſit, obruit, interemit, & ſic Pictauos accedens, ſacramenta exegit. Hæc interim de Mummolo dicta ſufficiant: reliqua in poſterum ſunt digerenda.

E

Cap. 41. Andarchij [illegible]

Andarchij vero interitus locuturus, prius genus ordiri placet & patriam. Hic igitur, vt adſerunt, Felicis ſenatoris ſeruus, qui ad obſequium domini deputatus, ad ſtudia literarum cum eo poſitus, bene inſtitutus emicuit. Nam de operibus Virgilij legis Theodoſianæ libris, arteque calculi ad plene eruditus eſt. Hac igitur ſcientia tumens, deſpicere Dominos cœpit: & ſe patrocinio Lupi ducis, cum ad vrbem Maſſilienſem ex iuſſu regis Sygiberti accederet, cõmendauit. De qua regreſſus, hunc ſecum abire præcepit, inſinuauitq; eum diligenter Sygiberto regi atque ad ſeruiendum tradidit. Quẽ ille per loca diuerſa dirigens, locum præbuit militandi. Ex hoc quaſi honoratus habitus, Aruernum venit: ibique cum Vrſo ciue vrbis eius amicitias inligat. Interim vt erat acris ingenij; filiã eius deſpõſare deſiderans, loricam, vt ferunt, in libellari quo cartæ abdi ſolitæ ſunt, recondit, dicens mulieri cõiugique Vrſi, quia multitudinem aureorum meorum amplius quam ſexdecim milia in hoc libellari reconditam tibi commoneo, quod tuum eſſe poterit, ſi mihi filiam tuam præſtiteris deſponſari.

F

Sed quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames?

Promiſit mulier hæc ſimpliciter credens, abſente viro, huic deſpõſari puellã. At ille regreſſus ad regem, pręceptionem ad iudicem loci exhibuit, vt puellam hanc ſuo matrimonio ſociaret, dicens, Quia dedi arram in deſponſatione eius. Negauit autem vir ille dicens, Quia neque te noui vnde ſis, neque aliquid de rebus tuis habeo. Qua intentione pullulante ac vehemẽtius increſcẽte, Andarchius expetiit Vrſum regis pręſentia arceſſiri. Cũque veniſſet apud villam Brennacũ, requirit hominem alium Vrſum nomine quem ad altare clam adductum, iurare fecit ac dicere, Per hunc locum ſanctum & reliquias martyrum beatorum, quia ſi filiam meam tibi in matrimonio non tradidero, ſexdecim milia ſolidorum tibi ſatisfacere nõ morabor. Stabant enim teſtes in ſacrario, auſcultantes occulte verba loquentis, ſed perſonam quæ loqueretur penitus nõ videntes. Tunc Andarchius demulſit verbis lenibus Vrſum, fecitq; eum ſine regis pręſentia reuerti ad patriam. Factoq; ex hoc iuramento, breue ſacramentorum, regi illud protulit diſcedẽti dicens: Hæc & hæc mihi Vrſus ſcripſit: & ideo gloriæ veſtræ præceptionem depoſco, vt filiam ſuam mihi tradat in matrimonio. Alioquin mihi liceat res ei⁹ poſſidere, donec ſexdecim milibus ſolidorum acceptis, me ab hac cauſa remoueam. Tunc adeptis præceptionibus, Aruernum redijt: oſtendit iudici iuſſionem regis. Vrſus autem ſe in Villauum territorium cõtulit. Cumque res eius huic cõſignarentur, & hic in Villauum acceſſit. Ingreſſuſq; vnam Vrſi domum, cœnam ſibi præcepit pręparari atq; aquas quib⁹ ablueretur calefieri iubet. Sed cum ſerui domus minime rudi Domino parerent, alios fuſtibus, alios virgis cædit, nõnullis capita percutiens ſanguinem elicuit. Turbata ergo familia, præparatur cœna, abluitur hic aq̃s calidis, inebriatur vino, & ſe collocat ſuper ſtratum. Erant autem cum eo ſeptem pueri tantum. Cumq; nõ min⁹ ſomno quam vino ſepulti altri⁹ obdormiſſent, cõgregata familia, oſtia domus q̃ erat ex ligneis fabricata tabulis, claudit. Acceptiſq; clauibus, metas annonæ, q̃ aderant elidit: ac circa domum & ſupra domum adgregatis his aceruis annonæ q̃ tunc in manipulis erat, ita vt operta ex his domus cerneretur omnino, tunc immiſſo per partes diuerſas igne, cum iam ſuper hos infelices materia ædificij exuſta dirueret excitantur, emittunt voces: ſed non fuit qui exaudiret, donec tota domo aduſta ipſos pariter ignis abſorberet. Vrſus vero metuens, baſilicam ſancti Iuliani expetiit: datiſque regi muneribus res ſuas in ſolidum recepit.

Andarchius [illegible]

G

Andarchius cum ſuis à domo comburitur.

H

Cap. 42.

Chlodoueus vero Chilperici filius de Turonico eiectus, Burdegalam abiit. Denique cum apud Burdegalenſem ciuitatem nullo prorſus inquietante reſideret, Sigulfus quidam à parte Sygiberti, ſe ſuper eum obiecit, quẽ fugientem cũ tubis & buccinis quaſi labentem ceruum fugans, in

ſeqnebatur,

A

ſequebatur, qui vix ad patrẽ regredi liberum habuit aditũ. Tamen per Andegauos regreſſus, ad eum redit. Cum autem contentio inter Guntheramnum & Sygibertum reges verteretur, Guntheramnus rex apud Pariſios omnes Epiſcopos regni ſui congregat, vt inter vtroſq; quid veritas haberet, edicerent. ſed vt bellum ciuile in maiore pernicitate creſceret, eos audire peccatis facientibus diſtulerant. Chilpericus autem rex in ira commotus, per Theodobertum filium ſuum ſeniorẽ, qui à Sygiberto quondã adprehenſus ſacramentũ dederat vt ei fidelis eſſet, ciuitates eius peruadit, id eſt Turonos & Pictauos, & reliquas citra Ligerim ſitas. Qui Pictauos veniens contra Gundobaldum ducẽ pugnauit. Terga autem vertente exercitu partis Gundobaldi, magnã ibi ſtragem de populo illo fecit. Sed & de Turonica regione maximam partem incendit, & niſi ad tempus manus dediſſent, totam continuo debellaſſet. Cõmoto autem exercitu Lemouicinum, Cadurcinum, vel reliquas illorum prouincias peruadit, vaſtat, euertit, Eccleſias incendit, miniſteria detrahit, clericos interficit, monaſteria virorum deiicit, puellas deludit, & cuncta deuaſtat, fuitque illo in tempore peior, in Eccleſiis gemitus, quam tempore perſecutoris Diocletiani.

Synodus Luteriæ.

Theodobertus ciuitates vaſtat Galliæ.

B

Cap. 48.

Et adhuc obſtupeſcimus & admiramur cur tantæ ſuper eos plagæ irruerant: ſed recurramus ad illud quod parentes eorum egerunt, & iſti perpetrant: illi poſt prædicationem ſacerdotũ, de fanis ad Eccleſias ſunt conuerſi: iſti quotidie de Eccleſiis prædas detrahũt. Illi ſacerdotes domini ex toto corde venerati ſunt, & audierunt: iſti non ſolũ nõ audiunt, ſed etiam perſequuntur. Illi monaſteria & Eccleſias ditauerunt: iſti eas diruunt ac ſubuertunt. Quid de Latta monaſterio referã, in quo beati Martini habẽtur reliquiæ? cum ad eum vnus cuneus hoſtium aduentaret, & fluuiũ qui propinquus eſt, tranſire diſponeret, vt monaſterium expoliaret, clamauerunt monachi dicentes: Nolite ô barbari, nolite huc tranſire! Beati enim Martini iſtud eſt monaſterium. Hęc audientes eorum multi cõpuncti à Dei timore regreſſi ſunt. Viginti tamen ex ipſis, qui non metuebãt Deũ, neque beatum confeſſorem honorabant, aſcendentes nauem illuc tranſgrediũtur, & inimico ſtimulante, monachos cædunt, monaſterium euertunt, reſq; diripiunt, de quibus facientes ſarcinas, naui imponunt. Ingreſſiq; fluuium, protinus vibrante carina huc illucque feruntur. Cumq; amiſſo auxilio remorum, haſtilibus lancearum in fundum aluei defixis remeare conarentur, nauis ſub pedibus eorum dehiſcit, & vniuſcuiuſque ferrum quod contra ſe tenebat, pectori defigitur, tranſuerberatique cuncti à propriis iaculis interimũtur. Vnus tantũ ex ipſis qui eos increpabat, ne iſta committerent, remanſit inlæſus. Quod ſi hoc quis fortuitu eueniſſe iudicat, cernat vnum inſontem pluribus euaſiſſe de noxiis. Quibus interfectis, monachi ipſos & res ſuas ex alueo detrahentes, illos ſepelientes res domi reſtituunt.

Latta monaſterium.

C

Sacrilegi miſere pereunt.

Cap. 49. Sygibertus inſurgit in fratrem.

Dum hæc agerentur, Sygibertus tres gentes illas quę vltra Rhenum habentur, cõmouet, & bellũ ciuile ordiens, cõtra fratrem ſuum Chilpericum ire deſtinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem ſuum Guntheramnũ legatos mittit. Qui coniuncti pariter fœdus ineunt, vt nullus fratrem ſuum perire ſineret. Sed cum Sygibertus gentes illas adducens veniſſet, & Chilpericus de alia parte cum ſuo exercitu reſideret, nec haberet rex Sygibertus ſuper fratrem iturus, vbi Sequanam fluuiũ tranſmearet fratri ſub Guntheramno mandat dicens: Niſi me permiſeris per tuam ſortem hunc fluuium tranſire, cum omni exercitu meo ſuper te pergam. Quod ille timens, fœdus cum eodem iniit, eumq; tranſire permiſit. Denique ſentiẽs Chilpericus, quod Guntheramnus, ſcilicet relicto eo ad Sygibertum tranſiiſſet, caſtra mouit, & vſque Auolocium Carnotenſem vicum abiit. Quem Sygibertus inſecutus, campum ſibi præparari petiit. Ille vero timens ne colliſo vtroque exercitu, etiam regnũ eorũ cõrueret pacem petiit, ciuitateſque eius quas Theodobertus male peruaſerat, reddidit, deprecans vt nullo caſu culparentur earum habitatores, quos ille iniuſte igni ferroque opprimens adquiſierat. Vicos quoque qui circa Pariſios erant, maxima tunc flamma conſumpſit, & tam domus, quã res reliquæ ab hoſte direptæ ſunt, vt etiam & captiui ducerentur. Obteſtabatur enim rex ne hæc fierent: ſed furorẽ

D

Sygibertus pacificatur.

gentium quæ de vlteriore Rheni amnis parte venerant, ſuperare non poterat, ſed omnia patienter ferebat donec redire poſſet ad patriam. Tunc ex gentibus illis contra eum quidam murmurauerũt, cur ſe à certamine ſubtraxiſſet. Sed ille, vt erat intrepidus, aſcenſo equo ad eos dirigit, eoſque verbis lenibus demulſit; multos ex eis poſtea lapidibus obrui præcipiẽs. Sed nec hoc ſine beati Martini fuiſſe virtute ambigitur, vt hi ſine bello pacificarentur. Nam in ipſa die qua hi pacem fecerunt, tres paralytici ad beati baſilicam ſunt directi quod in ſequentibus libris domino iuuante diſſeremus.

E

Milites prędæ audi vix cohibentur.

Dolorem enim ingerit animo, iſta ciuilia bella referre. Nam poſt annum iterum Chilpericus ad Guntheramnum fratrem ſuum legatos mittit dicens: Veniat frater meus, & videamus nos, & pacificati perſequamur Sygibertũ inimicum noſtrum. Quod cum fuiſſet factum, ſeque vidiſſent, ac muneribus honoraſſent, commoto Chilpericus exercitu vſque Rhemos acceſſit, cuncta incendens atque debellans. Quod audiens Sygibertus, iterum conuocatis gentibus illis quarum ſupra memoriam fecimus, Pariſios venit, & contra fratrem ſuum ire diſponit, mittens nuncios, Dunenſibus & Turonicis, vt contra Theodobertum ire deberent. Quod illi diſſimulantes, rex Godegiſilum & Guntheramnum duces in capite dirigit. Qui commouentes exercitum aduerſus eum, pergunt. At ille derelictus à ſuis cum paucis remanſit: ſed tamen ad bellum exire non dubitat. Ineuntes autem prælium, Theodobertus euictus, in campo proſternitur, & ab hoſtibus exanime corpus, quod dici dolor eſt, ſpoliatur. Tunc ab Arnulfo quodam collectus, ablatuſque ac dignis veſtibus eſt indutus, & ad Engoliſmenſem ciuitatem ſepultus. Chilpericus vero cognoſcens, quod iterũ ſe Guntheramnus cum Sygiberto pacificaſſet, ſe infra Tornacenſes muros cum vxore & filiis ſuis communiuit.

Cap. 50. Bellũ inter regulos Francos.

F

Theodobertus occiditur.

In eo anno fulgor per cœlum diſcurriſſe viſum eſt ſicut quondam ante mortem Clothariij factũ vidimus. Sygibert⁹ vero obtẽtis ciuitatibus illis, quæ citra Pariſios ſunt poſitæ, vſque Rothomagenſem vrbem acceſſit, volens eaſdem vrbes hoſtibus cedere. Quod ne faceret, à ſuis prohibitus eſt, regreſſus inde, Pariſios eſt ingreſſus: ibiq; ad eũ Brunichildis cũ filiis venit. Tunc Franci, qui quõdam ad Childebertũ aſpexerant ſeniorem, ad Sygibertum legationem mittunt, vt ad eos veniens, derelicto Chilperico, ſuper ſeipſum regem ſtabilirent. Ille vero hęc audiens, miſit qui fratrem ſuũ in ſupra memorata ciuitate obſiderent, ipſe illuc properare deliberans. Cui ſanctus German⁹ Epiſcopus dixit, Si abieris, & fratrem tuũ interficere nolueris, viuus & victor redibis, ſin autem aliud cogitaueris, morieris: ſic enim dominus per Salomonem dixit: Foueam quam fratri tuo parabis, in eam corrues. Quod ille peccatis facientibus, audire neglexit. Veniente autem illo ad villam, cui nomen eſt Victoriacum, collectus eſt ad eũ omnis exercitus, impoſitoq; ſuper clypeo ſibi regẽ ſtatuũt. Tunc duo pueri cũ cultris validis, quos vulgo Scramaſaxos vocãt, infecti veneno, maleficati à Fredegunde regina, cum aliã cauſam ſe gerere ſimularent, vtraque ei latera feriunt. At ille vociferans, atq; corruens, nõ poſt multo ſpatio emiſit ſpiritũ: ibiq; & Caregiſilus cubicularius eius cõruit ibi & Sygila qui quondam ex Gothia venerat, multum laceratus eſt: & poſtea ab Chilperico rege cõprehenſus, incenſis cũ cauteriis candentibus omnibus iuncturis, ac mẽbratim ſeparatus, crudeliter vitam finiuit. Fuit autẽ Charegiſilus ille tam leuis opere quam gratus cupiditate: de minimis conſurgens, magnus per adulationes cum rege effectus eſt: competitor rerum alienarum, teſtamentorumque effractor: cui talis fuit vitæ exitus, vt non mereretur voluntatem propriam morte imminente complere, qui aliorum volũtates ſæpe deſtruxerat. Chilpericus autem in ancipiti caſu defixus, in dubium habebat, an euaderet, an periret, donec ad eum miſſi veniunt de fratris obitu nũciantes. Tunc egreſſus, à Tornaco cum vxore & filiis, eum veſtitum apud Lambros vicum ſepeliuit. Vnde poſtea Sueſſionas in baſilica ſancti Medardi, quam ipſe ædificauerat, tranſlatus, ſecus Chlotharium patrem ſuum ſepultus eſt. Obiit autem quartodecimo regni ſui anno, ætate quadragenaria. A tranſitu ergo Theodoberti ſenioris vſque ad exitum Sygiberti, ſupputantur anni xxix. Inter exitum vero

Cap. 51. Fulgur diſcurrit.

G

Scramaſaxi gladij.

Sygibertus dolis Fredegundæ occiditur.

Charegiſilus teſtamentorum corruptor.

H

A

eius & nepotis ſui Theuberti, fuere dies 18. Mortuo autem Sygeberto, regnauit Childebertus filius eius ꝓ eo. A principio vſque ad diluuium, anni bis mille duceno quadraginta duo. A diluuio autem vſque ad Abraham, anni nongenti quadraginta duo. Ab Abraham vero vſque ad egreſſum filiorum Iſrael ex Ægypto, anni CCCCLXII. Ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto vſq; ad ędificationem templi Salomonis, anni CCCCLXXX. Ab ædificatione ergo templi vſque ad deſolationem eius, & tranſmigrationem in Babyloniam, anni CCCLX. A tranſmigratione igitur vſque ad paſſionem Domini, anni CCCCCCLXVIII. A paſſione Domini vſq; ad tranſitū S. Martini, anni CCCCXII. A tranſitu S. Martini vſq; ad tranſitū Chlodouei regis, anni CXII. A tranſitu Chlodouei regis vſq; ad trāſitum Theodoberti, anni XXXVII. A tranſitu Theoberti vſque ad exitum Sygiberti, anni XXIX. Qui ſunt ſimul anni, quinquies mille ſeptingenti quadraginta quatuor.

B

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM,

LIBER QVINTVS.

TÆDET me bellorum ciuilium diuerſitates quę Francorum gentem & regnum valde proterunt, memorare: in quo quod peius eſt, tempus illud quod Dominus de dolorum prædixit initio, iam videmus. Conſurgit pater in filium, filius in patrem: frater in fratrem: proximus in propinquum. Debebant enim eos exempla anteriorum regū terrere, qui vt diuiſi, ſtatim ab inimicis ſunt interēpti. Quotiens & ipſa vrbs vrbium, & totius mūdi caput, iniens bella ciuilia ruit? quo ceſſante, rurſum quaſi ab humo ſurrexit. Vtinam & vos ô reges in his prælijs in quibus parentes veſtri deſudauerūt, exerceremini vt gentes veſtra pace cōterritæ, veſtris viribus premerentur. Recordamini quid caput victoriarum veſtrarum Chlodoueus fecerit, qui aduerſos reges interfecit, noxias gētes eliſit patrias gentes ſubiugauit: quarum regnum vobis integrū inlæſumq; reliquit. Et cum hoc faceret, neq; aurum, neq; argentum, ſicut nunc eſt, in theſauris veſtris habebatur. Quid agitis? quid quęritis? quid non abundatis? In domib. deliciæ ſupercreſcunt: in promptuarijs vinum, triticum, oleumque redundat: in theſauris aurum atq; argentū coaceruatur. Vnum vobis deeſt, quod pacem non habentes, Dei gratia indigetis. Cur vnus tollit alteri ſuum, cum alter concupiſcit alienum? Cauete illud quæſo apoſtoli: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Scrutamini diligenter veterū ſcripta, & videbitis quid ciuilia bella parturiant. Requirite quid de Carthaginenſibus ſcribat Oroſius: qui cum poſt ſeptingētos annos ſubuerſam dicat ciuitatem & regionem eorum, addidit: Quæ res eam tamdiu ſeruauit: concordia. Quæ res eam poſt tanta deſtruxit tempora? diſcordia. Cauete diſcordiam, cauete bella ciuilia quæ vos populumque veſtrum expugnant. Quid aliud ſperandum erit, niſi cū exercitus veſter ceciderit, vos ſine ſolatio relicti, atque à gentibus aduerſis oppreſſi protinus corruatis? Si te ô rex, bellum ciuile delectat, illud quod Apoſtolus in hominem agi meminit, exerce, vt ſpiritus concupiſcat aduerſus carnem. & vitia virtutibus cedant, & tu liber capiti tuo, id eſt Chriſto ſeruias, qui quondam radici malorum ſeruieras compedius.

Roma caput mundi.

C

Lib. 4. c. 6, & 23.

Concordia regna tuetur.

D

Cap. 1.

Igitur interempto Sygiberto rege apud Victoriacum villam, Brunichildis regina cū filiis Pariſius reſidebat. Quod factum cum ad eam perlatum fuiſſet, & conturbata dolore ac luctu, quid ageret, ignoraret: Gundobaldus dux adprehenſum Childebertum filium eius paruulū furtim abſtulit: ereptumq; ab imminenti morte, collectiſq; gentibus, ſuper quas pater eius regnum tenuerat, regem inſtituit, vix luſtro ætatis vno iam peracto, qui die dominici natalis regnare cœpit. Anno igitur primo regni eius, Chilpericus rex Pariſios venit, adprehenſamq; Brunichildem, apud Rothomagenſem ciuitatem in exilium truſit, theſauroſq; eius quos Pariſios detulerat, abſtulit. Filias vero eius Meledis vrbe teneri præcepit. Tunc Rucculenus cum Cœnomānicis Turonos venit, & prædas egit & multa ſcelera fecit: quod in ſequenti qualiter à virtute B. Martini pro tantis malis que geſſit, percuſſus interijt, memorabimus.

Childebertus regnum.

Brunichildis pellitur in exilium.

E

Rucculenus ...

Chilpericus vero filium ſuum Meroueum cum exercitu Pictauos dirigit. At ille relicta ordinatione patris, Turonos venit, ibiq; & dies ſanctos paſchæ tenuit: multum n. regionem illam exercitus eius vaſtauit. Ipſe vero ſimulās ad matrem ſuā ire velle, Rothomagum petit, & ibi Brunichildi reginæ cōiungitur: eamq; ſibi in matrimonio ſociauit. Hæc audiens Chilpericus, quod ſcil. cōtra fas legemq; canonicā vxorē patrui accepiſſet, valde amarus, dicto citius ad ſupra memoratum oppidum dirigit. At illi cū hæc cognouiſſent, quod eoſdem ſeparare decerneret, ad Baſilicam S. Martini quæ ſuper muros ciuitatis ligneis tabulis fabricata eſt, confugium faciunt. Rex vero adueniēs, cum in multis ingenijs eos exinde auferre niteretur, & illi doloſe eum putantes facere non crederent, iurauit eis dicens: Si, inquit, voluntas Dei foret, ipſe hos ſeparare non conaretur. Hæc illi ſacramenta accipientes, de baſilica egreſſi ſunt, exoſculatiſq; & dignanter acceptis epulauit cum eis. Poſt dies vero paucos, aſſumpto ſecum rex Meroueo, Sueſſionas rediit.

Cap. 2.

Meroueus patris ... Brunichildem ...

F

Cum autem ibidem commorarentur, collecti aliqui de Campania, Sueſſionas vrbem adgrediuntur, fugatāq; ex ea Fredegunde Regina, atque Chlodoueo filio Chilperici volebant ſibi ſubdere ciuitatem. Quod vt Chilpericus rex comperit, cum exercitu illuc dirigit, mittens nuncios ne ſibi iniuriam facerent, & excidium de vtroq; eueniret exercitu. Illi autem hæc negligentes, præparantur ad bellum: commiſſoque prœlio inualuit pars Chilperici, atque fugauit partem ſibi aduerſam, multos ex ea ſtrenuos atque vtiles viros proſternens, fugatiſque reliquis Sueſſionas ingreditur. Quæ poſtquam acta ſunt, rex propter coniugationem Brunichildis, ſuſpectum habere cœpit Meroueum filium ſuum, dicens, hoc prœlium eius nequitia ſurrexiſſe: ſpoliatumq; armis, datis cuſtodib. libere cuſtodiri præcepit, tractans quid de eo in poſterum ordinaret. Godinus autem, qui à ſorte Sygiberti ſe ad Chilpericū tranſtulerat, & multis ab eo muneribus locupletatus eſt, caput belli iſtius fuit: ſed in campo victus, primus fuga dilabitur: villas vero quas ei rex à fiſco in territorio Sueſſionico indulſerat, abſtulit, & baſilicæ contulit beati Medardi. Ipſe quoque Godinus non poſt multum tempus repentina morte præuentus interijt. Cuius cōiugem Rauchingus accepit, vir omni vanitate repletus, ſuperbia tumidus, elatione proteruus: qui ſe ita cum ſubiectis agebat, vt nō cognoſceret in ſe aliquid humanitatis habere, ſed vltra modū humanæ malitiæ atque ſtultitiæ in ſuos deſæuiens, nefanda mala gerebat. Nam ſi ante eum, vt adſolet, conuiuio vtētem puer cereum tenuiſſet, nudari eius tibias faciebat, atq; tandiu in his cereū cōprimi donec lumine priuaretur: iterum cum illuminatus fuiſſet, ſimiliter faciebat, vſq; dum totæ tibiæ famuli tenentis exurerentur. Quod ſi vocē emittere, aut ſe de loco illo alia in parte mouere conatus fuiſſet, nudus illico gladius imminebat: fiebatque vt hoc flente, iſte magna lætitia exultaret. Aiebant enim quidā, eo tempore duos de famulis eius, vt ſæpe contingit, mutuo ſe amore dilexiſſe, virum ſcilicet & puellam. Cumq; hæc dilectio per duorum annorum aut eo amplius ſpacia traheretur, cōiuncti pariter Eccleſiā petierūt. Quod cum Rauchingus comperiſſet, accedit ad ſacerdotem loci: rogat ſibi protinus reddi ſuos famulos excuſatos. Tunc ſacerdos ait ad eum: Noſti enim quæ veneratio debeat impēdi Eccleſijs Dei: non enim poteris eos recipere, niſi vt fidē facias de permanente eorum coniunctione: ſimiliter & vt de omni pœna corporali liberi maneāt, repromittas. At ille, cū diu ambiguus cogitatione ſiluiſſet, tandē cōuerſus ad ſacerdotē, poſuit manus ſuas ſuper altare cū iuramento, dicēs: Quia nunq̄ erūt à me ſeparandi, ſed potius ego faciā vt in hac cōiunctione permaneant: quia quanquā mihi moleſtū fuerit, quod abſq; mei cōſilij cōniuentia talia ſint geſta, illud tamē libens amplector, quod nec hic ancillā alterius, neq; hæc extranei ſeruum acceperit. Credidit ſacerdos ille ſimpliciter ꝓmiſſioni hominis callidi, reddiditq; homines

Cap. 3. Bellum ... Chilpericum.

G

Rauchingi ...

H

excuſa-

A

excuſatos. Quibus ille acceptis, & gratias agens, abſceſſit ad domum ſuam: & ſtatim iuſſit elidi arborem, truncatamque columnam eius per capita cuneo ſciſſam præcepit excauari: effoſſaque in altitudine trium aut quatuor pedum, humo deponi vas iubet in foueam. Ibique puellam vt mortuam componens, puerum deſuper iactari præcepit: poſitoque operculo, foſſam humo repleuit, ſepeliuitque eos viuentes dicens, Quia non fruſtraui iuramentum meum, vt non ſepararentur hi in ſempiternum. Quæ cum ſacerdoti nunciata fuiſſent, cucurrit velociter: & increpans hominem vix obtinuit vt detegerentur. Veruntamen puerum viuum extraxit, puellam vero reperit ſuffocatam. In talibus enim operibus valde nequiſſimus erat, nullam aliam habés potius vtilitaté, niſi in cachinnis ac dolis, omnibuſq; peruerſis reb. Vnde nó immerito taliter exceſſit à vita q talia geſſit cum frueretur hac vita, q inpoſterú digeſturi ſumus. Syggo quoq; referendarius q annulú regis Sygiberti tenuerat, & ab Chilperico rege ita prouocatus erat, vt ſeruitium q tempore fratris ſui habuerat, obtineret, ad Childebertú regé Sygiberti filiú relicto Chilperico tráſiuit, reſq; eius quas in Sueſſionico habuerat, Anſoualdus obtinuit. Multi autem & alij de his qui ſeſe regno Sygiberti ad Chilpericum tradiderant, receſſerunt. Vxor quoq; Syggonis nó poſt multo tépotis ſpacio obiit: ſed ille aliá rurſus accepit.

Rauchingus ſeruū & ancillam viuos defodit, quod ſe inſcio nupſiſſent

Syggo referendarius.

B

His diebus Rucculenus ab Chilperico miſſus, Turonos aduenit cum magna iactantia, & vltra Ligerim caſtra ponens, nuncios ad nos direxit, vt ſcilicet Guntheramnum, qui tunc de morte Theodoberti impetebatur, à Baſilica ſancta deberemus extrahere. Quod ſi non faceremus, & ciuitatem, & omnia ſuburbana eius iuberet incendio concremari. Quo audito mittimus ad eum legationem, dicentes. Hæc ab antiquo facta non fuiſſe quæ hic fieri depoſcebat: ſed nec modo permitti poſſe vt baſilica ſancta violaretur. Quod ſi fieret, nec ſibi fore proſperú, nec regi qui hæc iuſſa mandaſſet: metueretque magis ſanctitatem antiſtitis, cuius virtus heſterna die paralyticam direxiſſet. Nihil ex his ille formidans, cum in domo Eccleſiæ vltra Ligerim reſideret, domum ipſam quæ clauis adfixa erat diſſecat. Ipſos quoque clauos Cœnomannici qui tunc cum eodem aduenerant, impletis follibus portant annonas euertunt, & cuncta deuaſtant. Sed dum hæc Rucculenus agit, à Deo percutitur, morboque regio croceus effectus, mandata aſpera remittit, dicens: Niſi hodie proieceritis Guntheramnum ducem de baſilica, ita cuncta virentia quæ ſunt circa vrbem adteram, vt dignus fiat aratro locus ille. Interim aduenit dies ſanctus Epiphaniæ: & hic magis ac magis torqueri cœpit. Tunc accepto à ſuis conſilio, amne tranſacto, ad ciuitatem accedit. Deniq; cum pſallentes de Eccleſia egreſſi ad ſanctam baſilicam properarent hic poſt crucé præcedentibus ſignis, equo ſuperpoſitus ferebatur. Verum vbi baſilicam ſanctam introiit, mox furor minátis intepuit: regreſſuſque ab Eccleſia, nihil cibi ea die accipere potuit. Exinde cum valde anhelus eſſet, Pictauum abiit. Erant enim dies ſanctæ quadrageſimæ, in qua fœtus cuniculorum ſæpe comedit. Diſpoſitis vero actionibus, quibus in Calendis Martiis ciues Pictauos vel affligeret, vel damnaret, pridie animam reddidit: & ſic ſuperbia tumorque quieuit.

Cap. 4.

Aſylum eſt Eccleſia.

C

Rucculenus regio morbo correptus.

Rucculenus qui drag. cuniculos comedit.

Eo tempore Fœlix Namneticæ vrbis epiſcopus, literas mihi ſcripſit, plenas opprobriis, ſcribens etiam fratrem meum ob hoc interfectum, eo quod ipſe cupid⁹ Epiſcopatus, Epiſcopum interfeciſſet. Sed vt hæc ſcriberet, villá Eccleſiæ concupiuit. Quá cum dare nollem, euomuit in me, vt dixi, plenus furore, opprobria mille. Cui aliquando ego reſpondi: Memento dicti prophetici: Væ illis qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum cópulant. nunquid ſoli inhabitabunt terram? O ſi te habuiſſet Maſſilia ſacerdotem, nunquam naues, oleum, aut reliquas ſpecies detuliſſent, niſi tantum chartam quo maiorem opportunitatem ſcribendi ad bonos infamandos haberes. Sed paupertas chartæ finem imponit verboſitati: immēſæ enim erat cupiditatis atque iactantiæ. Sed ego iſta poſtponens, ne illis ſimilis appaream, illud explicabo, qualiter germanus meus ab hac luce migrauerit, & quam velocem in percuſſorem eius Dominus præſtiterit vltionem. Conſeneſcente beato Tetrico, Eccleſiæ Lingonicæ ſacerdote, cum Lampadium diaconum quem creditoré habuit, deieciſſet, & frater meus dum pauperibus quos ille male ſpoliauerat, opitulari cupiens conſenſiſſet in eius humiliationem, odium ex hoc incurrit. Interea beatus Tetricus à ſanguine ſauciatur cui cú nulla medicorum fomenta valerent, conturbati clerici, & à paſtore vtpote deſtituti, Mondericum expetunt: qui à rege indult⁹ ac tonſuratus, Epiſcopus ordinatur, ſub ea ſpecie, vt dum beatus Tetricus viueret, hic Tornodorenſe caſtrum, vt Archipresbyter regeret, atq; in eo commoraretur: migrante vero deceſſore iſte ſuccederet. In quo caſtro dum habitaret, iram regis incurrit: adſerebatur eum contra eú, quod ipſe Sygiberto regi aduerſus fratré ſuum Guntheramnum veniente, alimenta & munera præbuiſſet. Igitur extractus à caſtro, in exilium ſuper ripam Rhodani in turri quadam arcta atque detecta retruditur: in qua per duos ferre annos cum grandi cruciatu commoratur. Obtinéte beato Nicetio Epiſcopo, Lugdunum regreditur: habitauitq; cum eo per duos menſes. Sed cum obtinere non poſſet à rege, vt in locum vnde deiectus fuerat, reſtitueretur, nocte per fugam lapſus ad Sygiberti regum tranſiit, & apud Ariſitenſem vicum Epiſcopus inſtituitur habens ſub ſe plus minus diœceſes quindecim, quas primum Gothi quidam tenuerant, nunc vero Dalmatius Ruthenenſis Epiſcopus vendicabat. Quo abeunte iterum Lingonici Syluestrum propinquú, vel noſtrum, vel beati Tetrici Epiſcopum expetút. Sed vt eum peterent, fratris mei hoc inſtinctu fecerút. Interea tráſeunte beato Tetrico, hic tóſo capite, presbyter ordinatur, accepta omni poteſtate de rebus Eccleſiæ qui vero benedictionem Epiſcopalem Lugduni acciperet, iter parat. Quæ dú agútur, ipſe quia iamdiu epilepticus erat, ab hoc morbo correptus, aſperius extra ſenſum factus, & per dies duos aſſidue dans mugitum, tertia die ſpiritú exhalauit. Quib⁹ peractis, Lampadius, vt ſuperius diximus, ab honore & facultate priuat⁹ in odio Petri Diaconi, cum filio Siluestri coniungitur, machinans atq; confirmans patrem ſuum ab ipſo fuiſſe maleficiis interfectum. At ille ætate iuuenis, ſenſu leuis, contra eum commouetur, ipſum impetens publice parricidá. Porro ille hæc audiens, facto placito in præſentia ſancti Nicetii Epiſcopi auunculi matris meæ, Lugdunum dirigitur: & ibi Syagrii Epiſcopo coram adſtante, & aliis ſacerdotibus multis cum ſecularium principibus, ſe ſacramento exuit: nunquam ſe in morte ſo Siluestri mixtum fuiſſe. Poſt duos vero annos inſtigatus iterú à Lápadio filius Siluestri adſequutus in via Petrum Diaconum, lancea ſauciatum interfecit. Quod cum factú fuiſſet, de eo loco eleuatus, & ad Diuionenſe delatus caſtrum, ſecus ſanctum Gregorium proauum noſtrú ſepelitur. Iſte vero fugam iniens ad Chilpericum regé tranſiit, facultatibus ſuis fiſco regis Gunthramni dimiſſis. Cumq; per diuerſa loca vagaretur pro commiſſo ſcelere, nec ei eſſet locus firmus ad cómorandum: tandem, vt credo, contra eum ſanguine inſonte ad diuinam potentiá proclamante, in quodam loco dum iter ageret, innocentem hominem euaginato gladio interemit. Cuius parentes cólolentes propinqui exitum, commota ſeditione, extractis gladiis, eum in fruſta concidunt, membratimq; diſpergūt. Talem iuxta iudicium Dei exitum miſer accepit, vt qui propinquum innocentem interemerat, ipſe nocens diutius non maneret: nam tertio hæc ei euenerunt anno. Denique Siluestri poſt tráſitum, Lingonici iterum Epiſcopum flagitantes, Pappolum qui quondá Archidiaconus Auguſtodunenſis fuerat, accipiunt: qui multa, vt adſerunt, egit iniqua, quæ à nobis prætermittuntur, ne detractores fratrum eſſe videamur: tamen qualem habuerit exitum, non omittam. Anno octauo Epiſcopat⁹ ſui, dú diœceſes ac villas Eccleſiæ circumiret, quadá nocte dormienti apparuit ille B. Tetricus vultu minaci. Cui ita, Quid tu inquit. hic Pappole; vt quid ſedé meá polluis? vt quid Eccleſiam peruadis? vt quid oues mihi creditas ſic diſpergis? cede loco, relinque ſedé, abſcede longius à regione. Et hæc dicens, virgam quam habebat in manu, pectori eius cú ictu valido, impulit. In quo ille euigilás, dum cogitat quid hoc eſſet, ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potumq;, & mortem iam ſibi proximam præſtolatur. Quid plura? Tertia die cum ſanguinem ore proiiceret, expirauit. Exinde elatus Lingonas, eſt ſepultus. In cuius locum Mummolus

D

Authoris frater ambiens Epiſcopatum occiditur.

E

Mondericus ordinatur.

F

Dalmatius

Nicetius auunculus matris authoris.

G

H

Pappolus Epiſcopus viſione ſcelerum caſtigatus.

A

Pugnam diſſoluit cœli tempeſtas.

ne atque tonitruo, eos ne pugnarent, inhibuit. Redeuntes autem ad caſtra Chramnus doloſe per extraneam perſonã, patris mortem fratrib. pronunciat. Eo enim tempore bellum contra Saxones, quod ſupra diximus, gerebatur. At illi inmentes, cum ſumma velocitate Burgũdiam redierunt. Chramnus vero cum exercitu poſt eos dirigens, vſq; ciuitatem Cauillonenſem venit, eamque obſidens adquiſiuit. Exinde vſq; Diuionenſe caſtrum pertendit, ibiq; cum die dominico aduenisſet, quid geſtũ fuerit dicam. Erat ibi tunc S. Tetricus epiſcopus, cuius in ſuperiori libello memoriam fecimus, poſitis clerici trib. libris ſuper altarium, i. Prophetiæ, Apoſtoli, atq; Euangeliorum, orauerunt ad dominum, vt Chramno quid eueniret oſtenderet: aut ſi ei fœlicitas ſuccederet, aut certe ſi regnare poſſet, diuina potentia declararet. Simulque vnam habentes conniuentiam, vt vnuſquiſq; in libro quod primum aperiebat, hoc ad Miſſas etiã legeret. Aperto ergo primum omniũ prophetarum libro, reperiunt: Auferam maceriam eius, & erit in deſolationem pro eo quod debuit facere vuam, fecit autem labruſcam. Referatoque Apoſtoli libro inueniunt: Ipſi enim diligenter ſcitis fratres, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. cũ dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus illis ſuperueniet interitus: ſicut dolores parturiẽtis, & non effugient. Dominus autẽ per euangelium ait: Qui non audit verba mea, adſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenam: deſcendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domũ illã, & cecidit & facta eſt ruina eius magna. Chramnus vero ad baſilicas ab antedicto ſacerdote ſuſceptus eſt, ibique comedens panem ad Childebertum pertendit. Intra tamen muros Diuionenſes non eſt permiſſus intrare. Fortiter tunc rex Chlotharius contra Saxones decertabat. Saxones enim vt adſerunt, per Childebertum commoti atq; indignantes, contra Francos ſuperiori anno, excunteſq; de regione ſua in Franciam venerunt, & vſque ad Nutiam ciuitatem prædas egerunt, nimiumque grande ſcelus perpetrati ſunt.

Auſpicium ex Euang. & proph.

B

CAP. 17.
Chramnus ad Childebert venit.

C

Tunc Chramnus iam accepta Wiliacharii filia, Pariſios accedens, ſecum Childebertum regem conſtringit in fide atque charitate, iurans ſe patri eſſe certiſſimum inimicum. Childebertus autem rex, dum Chlotharius contra Saxones decertaret, in Campaniam Remenſem accedit, & vſq; Remos ciuitatem properans cuncta prædis atque incendio deuaſtauit. Audierat enim fratrem ſuum à Saxonibus fuiſſe peremptum, & regno ſuo cuncta ſubiici æſtimans, quæ adire potuit, vniuerſa peruaſit.

CAP. 18.
Auſtrapius incarceratus.

Tunc & Auſtrapius dux Chramnum metuens, in baſilicam S. Martini confugit: cui tali in tribulatione poſito, nõ defuit diuinum auxilium. nam cum Chramnus ita eum cõſtringi iuſſiſſet, vt nullus illi alimenta præbere præſumeret: & ita arctius cuſtodiretur, vt nec aquam quidem ei haurire liceret, quo facilius compulſus inedia, ipſe ſponte ſua de baſilica ſancta periturus exiret, accedens quidã vaſculõ illi cum aqua ſemiuiuo detulit ad potandum. Quo accepto, velociter iudex loci aduolauit, ereptumque de manu eius, terræ diffudit. Quod velox Dei vltio, & beati antiſtitis virtus eſt ſubſecuta. ea namq; die iudex qui iſta geſſerat, correptus à febre, nocte media expirauit: nec peruenit in craſtinum, ad illam horã qua in baſilica ſancti poculum de manu excuſſerat fugitiui. Poſt iſtud miraculũ, omnes ei opulentiſſime quæ erant neceſſaria, detulerunt. Redeunte autẽ in regnũ ſuum rege Chlothario, magnus cum eo eſt habitus. Tempore vero eius, ad clericatum accedens apud Sellenſe caſtrum, quod in Pictaua habetur diœceſi, ordinatur: futurum vt decedente Pientio antiſtite, qui nunc Pictauam regebat Eccleſiã, ipſe ſuccederet. Sed rex Charibert[*] in aliud vertit ſententiam. Denique cum Pientius epiſcopus ab hac luce migraſſet, apud Pariſios ciuitatem Paſcentius, qui tunc abbas erat Baſilicæ S. Hilarii, ei ſuccedit, ex iuſſu regis Charibert, clamante Auſtrapio ſibi hunc redhiberi locum: ſed parum ei iactati profuere ſermones. Ipſe quoque regreſſus ad caſtrum ſuum, mota ſuper ſe Theifalorum ſeditione, quos ſæpe grauauerat, lancea ſauciatus crudeliter vitam finiuit. Diœceſes vero ſuas eccleſia Pictaua recepit.

D

[illegible]centius.

CAP. 19
Medardi [illegible]tus.

Tempore quoque Chlotharii regis, S. Dei Medardus epiſcopus, conſummato boni operis curſu, & plenus dierũ, ſanctitate præcipuus, diem obiit. Quem Chlotharius rex cum ſummo honore apud Sueſſionas ciuitatem ſepeliuit, & baſilicam ſuper eum fabricare cœpit: quam poſtea Sigibertus filius eius expleuit atque compoſuit. Ad cuius beatum ſepulchrum, vidimus vinctorum compedes atque catenas diſruptas confractaſque iacere, quæ vſque hodie in teſtimonium virtutis eius, ad ipſum beati ſepulchrum reſeruantur: ſed ad ſuperiora redeamus.

E

CAP. 20
Childebertus moritur.

Childebertus igitur rex ægrotare cœpit, & cum diutiſſime apud Pariſios lectulo decubaſſet, obiit: & ad baſilicam B. Vincentii, quam ipſe conſtruxerat, eſt ſepultus. Cuius regnum & theſauros Chlotharius rex accepit: Vultrogothã vero & filias eius duas, in exilium poſuit. Chramnus autem patri repræſentatur, ſed poſtea infidelis extitit. Cumque ſe cerneret euadere non poſſe. Britannias petiit, ibique cum Conoobro Britannorum comite, ipſe & vxor eius ac filiæ, latuerunt. Wiliacharius autem ſocer eius, ad baſilicam S. Martini confugit. Tunc ſancta baſilica à peccatis populi ac ludibriis quæ in ea fiebant, per Wiliacharium coniugemq; eius ſuccenſa eſt, quod non ſine graui ſuſpirio memoramˀ. Sed & ciuitas Turonica ante annum iam igni conſumpta fuerat, & totæ eccleſiæ in eadem conſtructæ, deſertæ & relictæ ſunt. Protinus B. Martini baſilica ordinante Chlothario rege, ſtamno cooperta eſt, & in illa qua prius fuerat elegantia, reparata. Tunc duæ acies locuſtarũ apparuerunt, quæ per Aruernum atq; Lemouicinũ tranſeuntes, vt ferũt, Romaniacũ campum venerunt, in quo prælio magno inter ſe acto maximæ ſunt colliſæ. Chlotharius a. rex cõtra Chramnum frendens, cum exercitu aduerſus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille contra patrem egredi renuit. Cumq; in vno campo conglobatus vterque reſideret exercitus, & Chramnus cum Britannis cõtra patrem aciem inſtruxiſſet, incumbẽte nocte à bello ceſſatum eſt: ea quoq; nocte Conoober comes Britannorũ dicit ad Chramnum: Iniuſtum cenſeo te contra patrem tuum debere egredi. Permitte me hac nocte, vt irruam ſuper eum, ipſumq; cum toto exercitu proſternam. Quod Chramnus (vt credo) virtute Dei præuentus, fieri non permiſit: mane autem facto vterq; cõmoto exercitu ad bellũ contra ſe properant. Ibatq; Chlotharˀ rex tanquam nouus Dauid contra Abſalonem filium pugnaturus, plangens atq; dicẽs: Reſpice domine de cœlo, & iudica cauſam meã, quia iniuſte à filio iniurias patior. reſpice & iudica iuſte: illudq; impone iudicium, quod quondã inter Abſalonem & patrem eius Dauid poſuiſti. Confligentibus igitur pariter, Britannorum comes terga vertit, ibique & cecidit: deniq; Chramnus fugam iniit, naues in mari paratas habens, ſed dum vxorem & filias ſuas liberare voluit, ab exercitu patris oppreſſus, captus atq; ligatus eſt. Quod cum Chlothario Regi nunciatum fuiſſet, iuſſit eum cum vxore & filiabus igni conſumi: incluſiſq; in tugurio cuiuſdam pauperculæ, Chramnus ſuper ſcamnum extenſus orario ſuggillatus eſt, & ſic poſtea ſuper eos incenſa caſula, cum vxore & filiabus interiit.

F

Turonicum incendium.

Locuſtarum acies.

G

[illegible] vxore & filiabus crematur.

Rex vero Chlotharius anno quinquageſimo primo regni ſui, cum multis muneribus limina B. Martini expetiit & adueniens Turonos ad ſepulchrum ante dicti antiſtitis, cunctas actiones quas fortaſſe negligenter egerat, replicãs, & orans cum grandi gemitu, vt pro ſuis culpis beatus confeſſor domini miſericordiã exoraret, & ea quæ irrationabiliter commiſerat, ſuo obtentu dilueret. Exin regreſſus, quinquageſimo primo regni ſui anno, dum in Cotia ſilua venationem exerceret, à febre corripitur, & exinde Compendiũ villam rediit: in qua cum grauiter vexaretur à febre, aiebat, Vua, quid putatis? qualis eſt ille rex cœleſtis, qui ſic tam magnos reges interficit? in hoc enim tædio poſitus, ſpiritum exhalauit. Quem quatuor filii ſui cum magno honore Sueſſionas deferentes, in baſilica B. Medardi ſepelierunt. Obiit autem poſt vnum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus.

CAP. 21.
Chlotharius delicta confitetur.

H

Chilpericus vero poſt patris funera, theſauros qui in villa Brannaco erant congregati, accepit, & ad Francos vtiliores petiit, ipſoſq; muneribus mollitos ſibi ſubdidit. Et mox Pariſios ingreditur, ſedemque Childeberti regis occupat, ſed non diu hoc ei licuit poſſidere. nam coniuncti fratres eius, eum exinde repulere, & ſic inter ſe hi quatuor,

CAP. 22.
Chlotharii filii regnũ diuidunt.

A

id eſt Charibertus, Gunthchramnus, Chilpericus, atq; Sygebertus, diuiſionem legitimã faciunt: deditq; ſors Chariberto regnũ Childeberti ſedemq; habere Pariſios: Gunthchramno vero regnum Chlodomeris, ac tenere ſedẽ Aurelianenſem: Chilperico vero, regnum Chlotharij patris eius, cathedramq; Sueſſionas habere: Sygiberto quoq;, regnum Theodorici, ſedemque habere Remenſem.

Cap. 23. Sygibertus vicit Hunnos & Chilpericum.

Nam poſt mortem Chlotharij regis Chuni Gallias adpetunt, contra quos Sygibertus exercitum dirigit, & geſto contra eos bello, vicit atque fugauit: ſed poſtea rex eorum amicitias cum eodem per legatos meruit. Dum autem cum eis turbatus eſſet Sygibertus, Chilpericus frater eius Remos peruadit, & alias ciuitates quæ ad eum pertinebãt, abſtulit. Ex hoc enim inter eos, quod peius eſt, bellum ciuile ſurrexit. Rediens autem Sygibertus victor à Chunis Sueſſionas ciuitatem occupat, ibique inuentum Theodobertum Chilperici regis filium adprehendit, & in exiliũ tranſmittit. Accedens autem contra Chilpericum, bellum commouit: quo victo atque fugato, ciuitates ſuas in ſuam dominationem reſtituit. Theodobertum vero filium illius, apud Ponticonem villam cuſtodiri iuſſit per annum integrum, quem poſtea, vt erat clemens, muneribus ditatum

B

patri reddidit ſanum: dato tamen ſibi ſacramento, ne vnquam contra eum agere deberet, quod poſtea peccatis facientibus eſt irruptum.

Cap. 24.

Cum autem Gunthchramnus rex regni partem, ſicut fratres ſui obtinuiſſet, amoto Agroecula patritio, Celſum patritiatus honore donauit, virum procerum ſtatura, in ſcapulis validum, lacerto robuſtum, in verbis tumidum, in reſponſis opportunum, iuris lectione peritum: cui tanta deinceps habendi cupiditas extitit, vt ſæpius Eccleſiarum res auferens, ſuis ditionib. ſubiugaret. Nam cum audiſſet quadam vice Eſaiæ prophetæ lectionem in Eccleſia legi, in qua

Celſi ſacrilegi vox impia.

ait: Væ his qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant vſq; ad terminum loci, exclamaſſe fertur: Incongrue hoc, Væ mihi & filijs meis. Sed reliquit filium, qui abſque liberis ſanctus, maximam partem facultatis Eccleſijs quas pater expoliauerat, dereliquit.

Cap. 25. Gunthchramni vxores.

Gunthchramnus autem rex bonus, primo Venerandã cuiuſdam ſuorũ ancillam, pro concubina thoro ſubiunxit, de qua Gundobaldum filium ſuſcepit. Poſtea vero Marca-

C

trudem filiam Magnarij in matrimonium accepit. Gundobaldum vero filium ſuum Aurelianis tranſmiſit. Æmula autem Marcatrudis poſt habitum filium, in huius mortem graſſatus: & tranſmiſſum (vt aiunt) venenum in potum ei dari curauit. Quo mortuo ipſa iudicio Dei filium ſuum quem habebat perdidit, & odium regis incurrit, dimiſſaque ab eodem, non multo poſt tempore mortua eſt. Poſt quam rex Auſtrigildem cognomento Bobilam accepit, de qua iterum duos filios habuit, quorum ſenior Chlotharius, iunior Chlodomeris dicebatur.

Cap. 26. Haribertis vxores.

Porro Haribertus rex Ingobergam accepit vxorem, de qua filiam habuit, quæ poſtea Inguantia virum accipiens eſt deducta. Habebat tunc temporis Ingoberga in ſeruitium ſuum duas puellas pauperis cuiuſdam filias, quorum prima vocabatur Marcoueſa religioſam veſtem habens, alia vero Meroſledis, in quarum amore rex valde detinebatur: erant enim vt diximus, artificis lanarij filiæ. Æmula ex hoc Ingoberga, quod a rege diligerentur, patrem earum ſecreto operari fecit, futurum vt dum hæc rex cerneret, o-

D

dio filias eius haberet, quo operante vocauit regẽ. Ille autẽ ſperans aliquid noui videre, aſpicit hunc eminus laſcias regias componentem: quod videns commotus in ira, reliquit Ingobergam, & Meroſledem accepit. Habuit & aliam puellam Opilionis filiã nomine Theodogildẽ, de qua & fertur filiũ habuiſſe, qui vt proceſſit ex aluo, protinus delatus eſt ad ſepulchrum. Huius regis tempore apud vrbem Sancto-

Emerius Epiſcopatu deiectus.

nicã Leontius congregatis prouinciæ ſuæ Epiſcopis, Emerium ab epiſcopatu depulit, adſerens nõ canonice eũ fuiſſe hoc honore donatũ. Decretum enim regis Chlotharij habuerat, vt abſq; metropolitani conſilio benediceretur, qui non erat præſens: quo eiecto conſenſum fecere in Heracliũ tunc Burdegalenſis vrbis preſbyterum, quod regi Hariberto ſubſcriptum proprijs manibus per nuncupatũ presbyterũ tranſmiſerunt: qui veniens Turonos rem geſtam beato

E

Eufronio pandit, deprecans vt hoc conſenſum ſubſcribere dignaretur, quod vir Dei manifeſte reſpuit. Igitur poſtquã presbyter Pariſiacæ vrbis portas ingreſſus regis præſentiam adijt, hæc effatus eſt: Salue rex glorioſe: ſedes enim Apoſtolica eminentiæ tuæ ſalutem mittit vberrimã. Cui ille, Nũquid, ait, Turonicam adiſti vrbẽ, vt papæ illius nobis ſalutẽ deferas? Pater (inquit presbyter) tuus Leontius cũ prouincialibus ſuis ſalutem tibi mittit, indicans Æmeriũ (ſic enim vocitare cõſueuerant Emeriũ in infantia ſua) eiectũ ab epiſcopatu, pro eo quod prætermiſſa canonum ſanctione vrbis Sanctonicæ Epiſcopatum ambijt: ideoque conſenſum ad te direxerunt, vt alius in loco eius ſubſtituatur: quo fiat vt dum tranſgreſſores canonum regulariter arguuntur, regni veſtri potentia æuis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente frendens rex eũ à ſuis conſpectibus extrahi iuſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: putaſne quod nõ eſt ſuper quiſquam de filijs Chlotharij regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi epiſcopum, quem eius voluntas elegit, abſq; noſtro iudicio proiecerunt? & ſtatim directis viris religioſis, epiſcopum in

De eo ipſo Leontio vẽ. Epiſcop lib. 1. ſcripſit Fortunatus

F

loco reſtituit, dirigẽs etiã quoſdã de camerarijs ſuis, qui exactis à Leontio epiſc. mille aureis, reliquos iuxta poſſibilitatẽ condemnarent epiſcopos, & ſic patris eſt vltus iniuriã. Poſt hæc Marcouefam Meroſledis ſcilicet ſororem, cõiugio copulauit. Pro qua cauſa à ſancto Germano epiſcopo excõmunicatus vterque eſt. Sed cum eam rex relinquere nollet, percuſſa iudicio Dei obijt. Nec multo poſt & ipſe rex poſt eã deceſſit Charibertus; cuius poſt obitum Theodogildis vna reginarum eius nuncios ad Gunthchramnum regem dirigit, ſe vltro offerens matrimonio eius. Quibus rex hoc reddidit in reſponſis: Accedere ad me ei non pigeat cũ theſauris ſuis ego enim accipiam eam, faciamque magnam in populis, vt ſcilicet maiore mecum honore quã cũ germano meo, qui nuper defunctus eſt, potiatur. At illa gauiſa collectis omnibus, ad eum profecta eſt. Quod cernens rex ait:

Charibertus moritur.

Rectius eſt enim, vt hi theſauri penes me habeantur, quam apud hanc quæ indigne germani mei thorum adijt. Tunc ablatis multis, paucis relictis, Arelatenſi eam monaſterio deſtinauit. Hæc vero ægre adquieſcens, ieiunijs ac vigilijs adfici, per occultos nuncios Gothum quendam

G

adijt, promittens ſi ſe in Hiſpanias deductã coniugio copularet, quod cum theſauris ſuis de monaſterio egrediens, libenti eũ animo ſequeretur. Quod ille nihil dubitans, repromiſit. Cumque hæc collectis rebus factiſq; voluctis, à cœnobio pararet egredi, anticipauit voluntatẽ eius induſtria abbatiſſæ: deprehenſaque fraude, eam grauiter cæſam cuſtodiæ mancipare præcepit, in qua vſq; ad exitum vitæ præſentis, non mediocribus adtrita paſſionibus, perdurauit.

Cap. 27. Sygibertus ducit Brunichildem.

Porro Sygibertus rex, cum videret quod fratres eius indignas ſibimet vxores acciperent, & per vilitatem ſuam etiã ancillas in matrimoniũ ſociarent, legationem in Hiſpaniam mittit, & cum multis muneribus Brunichildem Atanagildi regis filiam petijt. Erat enim puella elegans opere, venuſta aſpectu, honeſta moribus atque decora, prudens cõſilio, & blanda colloquio. Quam pater eius non denegans, cum magnis theſauris ante dicto regi tranſmiſit. Ille vero congregatis ſenioribus ſecum, præparatis epulis cum immenſa lætitia atque iocunditate eam accepit vxorẽ. Et quia Arrianæ legi ſubiecta erat, per prædicationem ſacerdotum atque ipſius regis cõmotionem cõuerſa, beatam in vnitate confeſſa Trinitatem credidit, atque chriſmata eſt, quæ in nomine Chriſti catholica præſeuerauit.

Chriſma Catholicũ.

H

Cap. 28. Chilperici vxores.

Quod videns Chilpericus rex, cum iam plures haberet vxores, ſororem eius Galſuintham expetijt, promittens per legatos ſe alias relicturum: tantum condignam ſibi, regiſq; prolem mereretur accipere. Pater vero eius has promiſſiones accipiens, filiam ſuam ſicut anteriorem, ſimiliter ipſi cum magnis opibus deſtinauit. Nam Galſuintha ætate ſenior quam Brunichildis erat. Quæ cum ad Chilpericum regẽ veniſſet, cum grandi honore ſuſcepta, eiuſque eſt ſociata coniugio: à quo etiam magno amore diligebatur. detulerat enim ſecum magnos theſauros: ſed per amorem Fredegundis, quam prius habuerat, ortum eſt inter eos grande ſcandalum. Iam enim in lege catholica conuerſa fuerat, & chriſmata. Cumque ſe regi quereretur aſſidue iniurias perferre,

peratorem miſit, pacem petens, id eſt Vuarmiarium Francum, & Firminum Aruernum, qui euntes euectu nauali, Cōſtantinopolitanā ſunt vrbem ingreſſi, locutiq; cū imperatore, quæ petierant obtinuerant. Ad ſequentem tamen annum in Galliam ſunt regreſſi. Poſt hæc autem Antiochia Ægypti, & Apamia Syriæ, maximæ ciuitates, à Perſis captæ ſunt, & populus captiuus abductus. Baſilica tunc ſancti Iuliani Antiochenſis martyris graui incendio concremata eſt. Ad Iuſtinianum autem imperatorem cum magni auri pondere venerunt, petentes amicitias eius, atque narrantes ſe imperatori Perſarum eſſe infenſos. Venerat enim ad eos, dicens: Solicitudo imperialis ſciſcitatur ſi fœdus initum cum eo cuſtodiatis intactum. Reſpondētibus illis, omnia ab his pollicita illibata ſeruari, dixerunt legati, In hoc apparebit vos eius amicitias cuſtodire, ſi ignē vt ille veneratur. & vos veneremini. Reſpondente populo, nequaquam ſe hæc facturum, ait Epiſcopus, Quæ eſt in igne deitas, vt venerari queat; quem Deus ad vſus hominū procreauit, qui fomētis accenditur, aqua reſtinguitur: at vbi erit neglectus, tepeſcit: hæc & his ſimilia Epiſcopo proſequente, legati furore ſuccenſi, actum conuitiis, fuſtibus cędunt. Cernens autem populus ſacerdotem ſuum ſanguine cruentum ſuper legatos inruunt, manus iniiciunt, interimuntque, & ſicut diximus, huius imperatoris amicitias petierunt.

Perſæ ignē colebant.

Hoc caput integrum ex vetuſto exemplari addidimus, & ſuperius Cap. XXV.

Cap. 34. Palladius comitatum aſſequitur.

PAlladius autem Britiani quondam comitis ac Cæſariæ filius comitatum in vrbe Gallicana Sygiberto rege impertiente promeruit, ſed orta contentio inter ipſum & Parthenium Epiſcopum, valde populum collidebat, nam plerunque conuitiis ac diuerſis opprobriis ac criminibus obruebat Epiſcopum, peruadens res Eccleſiæ, ſpolianſque homines eius: vnde factū eſt, vt hac cōtentione creſcente, cū ad præſentiā iam dicti principis properaſſent, & diuerſa ibi inuicē obiectarent, mollem Epiſcopum, effœminatum Palladius vocitaret: Vbi ſunt mariti tui cum quibus ſtuproſe ac turpiter viuis? ſed hæc in ſacerdotem verba prolata, diuina confeſtim vltio ſubſequens aboleuit. Nam anno ſequenti ſemotus à comitatu Palladius Aruernum regreſſus eſt: Romanus vero comitatum ambiuit. Factum eſt autē, vt quadam die in vrbe Aruerna vterq; cōiungeretur, & altercantibus inter ſe pro hac actione comitatus, audiuit Palladius ſe à Sygiberto rege debere interfici, ſed falſa hęc & maxime à Romano emiſſa deprehenſa ſunt. Tunc ille timore perterritus ita in anguſtiā grauē redactus eſt, vt minaretur ſe propria dextra perimere. Cumque à matre vel à cognato ſuo Firmino intente adtenderetur, ne perficeret quod mēte amara conceperat, per interualla horarum elapſus à matris aſpectu, ingreſſus cubiculū accepto ſpatio ſolitudinis, euaginat gladium, cornuaque enſis pedibus calcans, acumen ad pectus erexit, impreſſiſque deſuper gladius ab vna ingreſſus mamilla in ſpatulā dorſi regreſſus eſt: erectus iterum ſimiliter altera mamilla perfoſſus cecidit, & mortuus eſt, q nō ſine diaboli opere perfectum ſcelus mirati ſumus. Nam prima eum plaga interficere potuit, ſi nō diabolus ſuſtentaculū præbuiſſet, quod hæc nefanda perageret, currit mater exanimis & ſupra filij corpuſculum orbata collabitur, atque omnis familia voces planctus emittit. Veruntamen ad monaſterium Dironenſiom delatus ſepulturæ mādatur, ſed non iuxta Chriſtianorum cadauera poſitus, ſed nec miſſarum ſolennia meruit, quod non ob aliam cauſam, niſi ob iniuriam Epiſcopi hæc ei eueniſſe probantur.

Palladius in gladium incubuit.

Miſſa non celebratur pro ſui interfectore.

Cap. 35. Alboinus cum Longobardis Italiam occupat. Mulieris vindicta.

Alboinus vero Longobardorum rex, qui Chlothoſindā regis Chlotharij filiam habebat, relicta regione ſua, Italiam cum quatuor millium Longobardorum gente petiit. Nam commoto exercitu, cum vxoribus & liberis abiere, illic manere deliberantes. Quam regionē ingreſſi, maxime per ſeptem annos peruagantes, ſpoliatis Eccleſiis, ſacerdotibꝰ interfectis, in ſuam redigunt poteſtatem. Mortua autē Chlothoſinda vxore Alboini, aliam duxit coniugem: cuius patrē ante paucum tempus interfecerat. Qua de cauſa mulier in odio ſemper virum habēs, locū operiebatur, in quo poſſet iniurias patris vlciſci: vnde factum eſt vt vnum ex famulis concupiſcens, virum veneno necaret: quo defuncto, cum famulo abiit: ſed adprehenſi, pariter interfecti ſunt. Longobardi deinceps alium ſuper ſe regem ſtatuunt.

Cap. 36. Mummoli bella cum iiſdem.

Eunius quoque cognomento Mūmolus, à rege Gunthcramno patritiatum promeruit. De cuius militiæ origine, altius quædā repetenda putaui. Hic etenim Pœnio patre ortus, Altiſſiodorenſis vrbis incola fuit: Pœnius vero huiꝰ municipij comitatum regebat. Cumq; ad renouādā actionem munera regi per filiū tranſmiſiſſet, ille datis rebus paternis, comitatum patris ambiuit, ſupplantauitq; genitorem quem ſubleuare debuerat. Ex hoc vero gradatim proficiēs, ad maius culmen euectus eſt. Igitur prorumpentibus Longobardis in Gallias, armatur Pericius qui nuper Celſi ſucceſſor. Concurruntque ibi, tantamque tunc ſtragem Longobardi feruntur feciſſe de Burgundionibus, vt non poſſit colligi numerus occiſorū: oneratiq; præda aſcenderunt iterum in Italiam: quibus aſcendentibus Eunius, q & Mummolus, arceſſitus à rege, patritiatus culmen meruit. Irruētibus iterum Longobardis in Gallias, & vſq, Muſcias Calmes accedentibus, q adiacet ciuitati Ebredunenſi, Mummolus exercitum mouet, & cum Burgundionibus illuc proficiſcitur. Circundatiſque Longobardis cum exercitu, actiſque concidibus, per diuortia ſiluarum irruit ſuper eos: multos interfecit, nonnullos cepit, & regi direxit. Quos ille per loca diſperſos cuſtodire præcepit, paucis quodammodo per fugam elapſis qui patriæ nunciarent.

Cap. 37. Epiſcopi ſanguinarij.

Fueruntque in hoc prælio Salunius & Sagittarius fratres atque Epiſcopi, qui non cruce cæleſti muniti, ſed galea aut lorica ſeculari armati, multos manibus propriis, quod peius eſt, interfeciſſe referuntur. Hæc prima Mummoli certaminis victoria fuit. Poſt hæc Saxones, qui cum Longobardis in Italiam venerant, & iterum prorupetant in Gallias, & infra territorium Regenſe, id eſt apud Stablonem villam, caſtra ponunt, diſcurrentes per villas vrbium vicinarum, diripientes prædas, captiuos abducentes, vel etiam cuncta vaſtantes. Quod cum Mummolus competiſſet, exercitum mouet, irruenſque ſuper eos multa ex his millia interfecit, & vſque ad veſperam cædere non deſtitit, donec nox quiete faceret ignaros enim repererat homines, & nihil de his quę acceſſerunt autumantes. Manę autem facto ſtatuūt Saxones exercitum, præparantes ſe ad bellum, ſed intercurrentibus nunciis pacem fecerunt. Datiſque muneribus Mummolo relicta vniuerſa regionis præda, cum captiuis diſceſſerunt, iurantes prius, quod ad ſubiectionem regnūque Francorum redire deberent in Gallias. Igitur regreſſi Saxones in Italiam, adſumptis ſecum vxoribus & paruulis vel omni ſupellectibile facultatis, redire in Gallias deſtinant, ſcilicet vt à Sygiberto rege collecti, in loco vnde egreſſi fuerant, ſtabilirētur. Feceruntq; ex ſe duos, vt aiunt, cuneos: & vnus quidem per Niceam vrbem, alius vero per Ebredunenſem venit, illam reuera tenentes viam, quam anno ſuperiore tenuerant: coniunctique ſunt in Aruernico territorio. Erat enim tunc tempus meſſiū, & locus ille maxime fructus terræ ſub odio habebat, nec quicquā ex his domi incolæ recondiderant: deniq, accedentes in areas, ſegetes inter ſe diuidunt. Colligenteſq; ac triturātes, frumenta dabant, nihil ex his eis qui laborauerant relinquentes. Verum poſtq̄ expenſis fructibus ad litus Rhodani amnis acceſſerunt, vt tranſacto torrēte, regno ſe regis Sygiberti cōferrent, occurrit eis Mummolus, dicens: Non tranſibitis torrentem hunc: ecce res Domini mei regis depopulaſtis, collegiſtis regis pecora, deuaſtatis, trucidaſtis: non aſcendetis, niſi ſatisfaciatis prius his quos exiguos reliquiſtis, alioquin nō effugietis manꝰ meas, niſi ponā gladium ſuper vos, & vxores & paruulos veſtros, & vlciſcar iniuriā Domini mei Guntheramni regis. Tunc illi timentes valde, dantes multa numiſmatis aurei millia pro redēptione ſua, tranſire permiſſi ſunt: & ſic Aruernum peruenerunt. Erat tunc tēpus, quo ferebant ibi regulas æris inciſas pro auro: quas quiſque videns, non dubitabat aliud, niſi q aurū probatū atq; examinatum eſſet. Sic enim coloratum ingenio neſcio quo fuit: vnde nōnulli hoc dolo ſeducti, aurū dantes & æs accipientes, pauperes facti ſunt. Hi vero ad Sygibertum regem tranſeuntes, in locum vnde prius egreſſi fuerant ſtabiliti ſunt.

Mummolus Saxones cædit.

Mummolus Saxones intercipit.

Regulæ adulterinæ.

A Cap. 38.

In regno autẽ Sygiberti regis, remoto ab honore Iouino rectore prouinciæ, Albinus in loco eius ſubrogatur. Magnam inter eos inimicitiam hæc cauſa geſſit. Igitur aduenientibus trãſmarinis, Vigilij archidiaconi homines, ſeptuaginta vaſa, quæ vulgo Orcas vocant, olei liquaminiſque furati ſunt, neſciente domino. Negociator autem cum cognouiſſet ſibi rem furto ablatam fuiſſe, inquirere diligenter cœpit, quo furtum fuiſſet conditum. Hæc quærens, audiit à quodam, quod homines Vigilij archidiaconi perpetraſſent: peruenerunt hæc ad archidiaconum, qui inquirens & inueniens, nequaquam publicare, ſed excuſare ſuos cœpit, dicens: Nunquam de domo mea egreſſus eſt qui tale auderet admittere. Taliter, inquam, excuſante archidiacono, negociator ad Albinum pergit: cauſam exerit, & archidiaconũ in crimine fraudis huius mixtũ accuſat. Die autẽ ſancto Natalitij Epiſcopo in Eccleſia adueniente, archidiaconus indutus alba ſedeſt, Epiſcopum, vt mos eſt, inuitans ad altare debere procedere, ac ſolennitatẽ diei ſancti opportuno debere tẽpore celebrare. Nec mora, Albinus de ſede exiliens, adprehenſum archidiaconum coarctat. Pro quo nunq̃ obtinere potuerunt, nec Epiſcopus, nec ciues, nec vllus maior natu, nec ipſa vox totius populi adclamantis, vt datis fideiuſſoribus, diem ſanctum archidiacono liceat cum reliquis celebrare, atque accuſationem eius in poſterũ debere audiri: ſed nec ob ipſa ſacroſancta ſolennia metum habuit, vt miniſtrũ dominici altaris tali in die nõ auderet adripere. Quid plura? Quatuor milibus ſolidorum archidiaconum condemnauit: quod in præſentia regis Sygiberti veniens, quadrupli ſatisfactione, inſequente Iouino, compoſuit.

Die natali Archidiac. fur cõprehenditur.

B

Cap. 39. *Zaban, Valẽtiam obſidet. Amo Arelatenſes debellauit.*

Poſt hæc tres Longobardorũ duces, id eſt Amo, Zabã, ac Rhodanus Gallias irrupere. Et Amo quidem Ebredunẽſem carpens viam vſque Machao villam Auennici territorij, quam Mũmolus munere meruerat regio, acceſſit, ibiq; fixit tẽtoria. Zaban vero per Deinſem deſcendens vrbem, vſque Valentiam venit: ibique caſtra poſuit. Rhodanus autem Gratianopolitanam vrbem adgreſſus eſt, ibique papiliones extendit. Et Amo quoque Arelatenſem debellauit prouinciam cum vrbibus quæ circũpoſitæ ſunt. Et vſque ipſum Lapideum campum, qui adiacet vrbi Maſſilienſi accedens, tam de pecoribus, quam de hominibus denudauit: Aquenſibus autem obſidionem parauit, de quibus viginti duabus libris argenti acceptis abſceſſit. Sicque & Rhodanus ac Zaban in locis quibus acceſſerant fecerunt. Quæ cũ Mummolo perlata fuiſſent, exercitum mouit, & Rhodano qui Gratianopolitanam vrbem debellabat, occurrit. Sed cum Iſeram fluuium exercitus laborioſe trãſiret, nutu Dei animal amnem ingreditur, vadum oſtendit: & ſic populus in vlteriorem ripam egreditur. Quos videntes Longobardi, nec morati, euaginatis gladiis hos adpetunt. Commiſſoque bello, intantum cæſi ſunt, vt Rhodanus ſauciatus lancea, ad montium excelſa cõfugeret. Exinde cum quingentis viris qui ei remanſerant, per uia ſiluarũ prorumpens, ad Zabanem peruenit, qui tunc vrbem Valentiam obſidebat: narrauitque ei omnia quæ acta fuerant. Tunc datis pariter cunctis in prædam, ad Ebredunenſem vrbem regreſſi ſunt, ibique eis cum innumero exercitu Mummolus in faciem venit: commiſſoque prælio, Longobardorum phalangæ vſque ad internecionem cæſæ: cum paucis duces in Italiam ſunt regreſſi. Cumq; vſq; Siguſium vrbem perlati fuiſſent, & eos incolæ loci dure ſuſciperẽt, præſertim cum Siſinnius magiſter militum à parte imperatoris in hac vrbe reſideret, ſimulatus Mummoli puer in conſpectu Zabanis, Siſinnio literas protulit, ſalutemque ex nomine Mummoli dedit dicens, En ipſum in proximo. Quod audiens Zaban, curſu veloci ab vrbe ipſa digreſſus, pteriit. His auditis Amo collecta omni præda, in itinere proficiſcitur: ſed reſiſtentibus niuibus, relicta præda, vix cum paucis erumpere potuit. Exterriti enim erant virtute Mummoli.

C

Lõgobardi cæduntur.

D

Cap. 40. *Mũmolus Turonẽ venit. Pictauos ſubegit.*

Multa enim Mummolus bella geſſit, in quibus victor extitit. Nam poſt mortẽ Chariberti, cũ Chilpericus Turonos ac Pictauos peruaſiſſet, quæ Sygiberto regi per pactum in partem venerant, coniunctos rex ipſe cum Guntchramno fratre ſuo, Mummolum eligunt, qui has vrbes ad verũ dominum reuocare deberet. Qui Turonos veniẽs, fugato ex inde Chlodoueo Chilperici filio, exactis à populo ad partem regis Sygiberti ſacramentis, Pictauos acceſſit. Sed Baſilius ac Sygarius Pictaui ciues, collecta multitudine, reſiſtere voluerunt: quos de diuerſis partibus circundatos oppreſſit, obruit, interemit, & ſic Pictauos accedens, ſacramenta exegit. Hæc interim de Mummolo dicta ſufficiant: reliqua in poſterum ſunt digerenda.

E

Cap. 41. *Andarchij interitus.*

Andarchij vero interitu locuturus, prius genus ordiri placet & patriam. Hic igitur, vt adſerunt, Felicis ſenatoris ſeruus, qui ad obſequium domini deputatus, ad ſtudia literarum cum eo poſitus, bene inſtitutus emicuit. Nam de operibus Virgilij legis Theodoſianæ libris, arteque calculi ad plene eruditus eſt. Hac igitur ſcientia tumens, deſpicere Dominos cœpit: & ſe patrocinio Lupi ducis, cum ad vrbem Maſſilienſem ex iuſſu regis Sygiberti accederet, cõmendauit. De qua regreſſus, hunc ſecum abire præcepit, inſinuauitq; eum diligenter Sygiberto regi atque ad ſeruiendum tradidit. Quẽ ille per loca diuerſa dirigens, locum præbuit militandi. Ex hoc quaſi honoratus habitus, Aruernum venit: ibique cum Vrſo ciue vrbis eius amicitiis inligat. Interim vt erat acris ingenij, filiã eius deſpõſare deſiderans, loricam, vt ferunt, in libellari quo cartæ abdi ſolitæ ſunt, recondit, dicens mulieri cõiugique Vrſi, quia multitudinem aureorum meorum amplius quam ſexdecim milia in hoc libellari reconditam tibi commoneo, quod tuum eſſe poterit, ſi mihi filiam tuam præſtiteris deſponſari.

F

Sed quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames?

Promiſit mulier hæc ſimpliciter credens, abſente viro, huic deſpõſari puellã. At ille regreſſus ad regem, præceptionem ad iudicem loci exhibuit, vt puellam hanc ſuo matrimonio ſociaret, dicens, Quia dedi arram in deſponſatione eius. Negauit autem vir ille dicens, Quis neque te noui vnde ſis, neque aliquid de rebus tuis habeo. Qua intentione pullulante ac vehemẽtius increſcẽte, Andarchius expetit Vrſum regis præſentia arceſſiri. Cũque veniſſet apud villam Brennacũ, requirit hominem alium Vrſum nomine quem ad altare clam adductum, iurare fecit ac dicere, Per hunc locum ſanctum & reliquias martyrum beatorum, quia ſi filiam meam tibi in matrimonio non tradidero, ſexdecim milia ſolidorum tibi ſatisfacere nõ morabor. Stabant enim teſtes in ſacrario, auſcultantes occulte verba loquentis, ſed perſonam quæ loqueretur penitus nõ videntes. Tunc Andarchius demulſit verbis lenibus Vrſum, fecitq; eum ſine regis præſentia reuerti ad patriam. Factoq; ex hoc iuramento, breue ſacramentorum, regi illo protulit diſcedẽti dicens: Hæc & hæc mihi Vrſus ſcripſit: & ideo gloriæ veſtræ præceptionem depoſco, vt filiam ſuam mihi tradat in matrimonio. Alioquin mihi liceat res ei⁹ poſſidere, donec ſexdecim milibus ſolidorum acceptis, me ab hac cauſa remoueam. Tunc adeptis præceptionibus, Aruernum redit: oſtendit iudici iuſſionem regis. Vrſus autem ſe in Villauum territorium cõtulit. Cumque res eius huic cõſignarentur, & hic in Villauum acceſſit. Ingreſſuſq; vnam Vrſi domum, cœnam ſibi præcepit præparari, atq; aquas quib⁹ ablueretur calefieri iubet. Sed cum ſerui domus minime rudi Domino parerent, alios fuſtibus, alios virgis cædit, nõnullis capita percutiens ſanguinem elicuit. Turbata ergo familia, præparatur cœna, abluitur hic aqs calidis, inebriatur vino, & ſe collocat ſuper ſtratum. Erant autem cum eo ſeptem pueri tantum. Cumq; nõ min⁹ ſomno quam vino ſepulti alti⁹ obdormiſſent, cõgregata familia, oſtia domus q̃ erat ex ligneis fabricata tabulis, claudit. Acceptiſq; clauibus, metas annonæ, q̃ aderant elidit: ac circa domum & ſupra domum adgregatis his aceruis annonæ q̃ tunc in manipulis erat, ita vt operta ex his domus cerneretur omnino, tunc immiſſo per partes diuerſas igne, cum iam ſuper hos infelices materia ædificij exuſta dirueret excitantur, emittunt voces: ſed non fuit qui exaudiret, donec tota domo aduſta ipſos pariter ignis abſorberet. Vrſus vero metuens, baſilicam ſancti Iuliani expetiit: datiſque regi muneribus res ſuas in ſolidum recepit.

Andarchius dolo apetiti Vrſi filiã ...

G

Andarchius cum ſuis ... concrematur.

H

Cap. 42.

Chlodoueus vero Chilperici filius de Turonico eiectus, Burdegalam abiit. Denique cum apud Burdegalenſem ciuitatem nullo prorſus inquietante reſideret, Sigulfus quidam à parte Sygiberti, ſe ſuper eum obiecit, quẽ fugientem cũ tubis & buccinis quaſi labentem ceruum fugans, in

A ſequebatur, qui vix ad patrē regredi liberum habuit aditū. Tamen per Andegauos regreſſus, ad eum redit. Cum autem contentio inter Guntheramnum & Sygibertum reges verteretur, Gonthecramnus rex apud Pariſios omnes Epiſcopos regni ſui congregat, vt inter vtroſq; quid veritas haberet, edicerent. ſed vt bellum ciuile in maiore pernicitate creſceret. eos audire peccatis facientibus diſtulerunt. Chilpericus autem rex in ira commotus, per Theodobertum filium ſuum ſeniorē, qui à Sygiberto quondā adprehenſus ſacramentū dederat vt ei fidelis eſſet, ciuitates eius puadit, id eſt Turonos & Pictauos, & reliquas citra Ligerim ſitas. Qui Pictauos veniens contra Gundobaldum ducē pugnauit. Terga autem vertente exercitu partis Gundobaldi, magnā ibi ſtragem de populo illo fecit. Sed & de Turonica regione maximam partem incendit, & niſi ad tempus manus dediſſent, totam continuo debellaſſet. Cōmoto autem exercitu Lemouicinum, Cadurcinum, vel reliquas illorum prouincias peruadit, vaſtat, euertit, Eccleſias incendit, miniſteria detrahit, clericos interficit, monaſteria virorum deiicit, puellas deludit, & cuncta deuaſtat, fuitque illo in tempore peior. in Eccleſiis gemitus, quam tempore perſecutoris Diocletiani.

Synodus Lutetiæ.

Theodobertus ciuitates vaſtat Galliæ.

B

Cap. 48.

Et adhuc obſtupeſcimus & admiramur cur tantæ ſuper eos plagæ irruerunt: ſed recurramus ad illud quod parentes eorum egerunt, & iſti perpetrant: illi poſt prædicationem ſacerdotū, de fanis ad Eccleſias ſunt conuerſi: iſti quotidie de Eccleſiis prædas detrahūt. Illi ſacerdotes domini ex toto corde venerati ſunt, & audierunt: iſti non ſolū nō audiunt, ſed etiam perſequuntur. Illi monaſteria & Eccleſias ditauerunt: iſti eas diruunt ac ſubuertunt. Quid de Latta monaſterio referā, in quo beati Martini habētur reliquiæ? cum ad eum vnus cuneus hoſtium aduentaret, & fluuiū qui propinquus eſt, tranſire diſponeret, vt monaſterium expoliaret, clamauerunt monachi dicentes: Nolite ô barbari, nolite huc tranſire! Beati enim Martini iſtud eſt monaſterium. Hęc audientes eorum multi cōpuncti à Dei timore regreſſi ſunt. Viginti tamen ex ipſis, qui non metuebāt Deū, neque beatum confeſſorem honorabant, aſcendentes nauem illuc tranſgrediūtur, & inimico famulante, monachos cædunt, monaſterium euertunt, reſq; diripiunt, de quibus facientes farcinas, naui imponunt. Ingreſſiq; fluuium, protinus vibrante carina huc illucque feruntur. Cumq; amiſſo auxilio remorum, haſtilibus lācearum in fundum aluei defixis remeare conarentur, nauis ſub pedibus eorum dehiſcit, & vniuſcuiuſque ferrum quod contra ſe tenebat, pectori defigitur, tranſuerberatique cuncti à propriis iaculis interimuntur. Vnus tantū ex ipſis qui eos increpabat, ne iſta committerent, remanſit illæſus. Quod ſi hoc quis fortuitu eueniſſe iudicat, cernat vnum inſontem plurimis euaſiſſe de noxiis. Quibus interfectis, monachi ipſos & res ſuas ex alueo detrahentes, illos ſepelientes res domi reſtituunt.

Latta monaſterium.

C

Sacrilegi miſere pereunt.

Dum hæc agerentur, Sygibertus tres gentes illas q̄ vltra Rhenum habentur, cōmouet, & bellū ciuile ordiens, cōtra fratrem ſuum Chilpericum ire deſtinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem ſuum Guntheramnū legatos mittit. Qui coniuncti pariter fœdus ineunt, vt nullus fratrem ſuum perire ſineret. Sed cum Sygibertus gentes illas adducens veniſſet, & Chilpericus de alia parte cum ſuo exercitu reſideret, nec haberet rex Sygibertus ſuper fratrem iturus, vbi Sequanam fluuiū tranſmearet fratri ſuo Guntheramno mandat dicens: Niſi me permiſeris per tuam ſortem hunc fluuium tranſire, cum omni exercitu meo ſuper te pergam. Quod ille timens, fœdus cum eodem iniit, eumq; tranſire permiſit. Denique ſentiēs Chilpericus, q; Guntheramnus, ſcilicet relicto eo ad Sygibertum tranſiiſſet, caſtra mouit, & vſque Auilocium Carnotenſem vicum abiit. Quem Sygibertus inſecutus, campum ſibi præparari petiit. Ille vero timens ne colliſo vtroque exercitu, etiam regnū eorū cōrueret, pacem petiit, ciuitateſque eius quas Theodobertus male peruaſerat, reddidit, deprecans vt nullo caſu culparentur earum habitatores, quos ille iniuſte igni ferroque opprimens adquiſierat. Vicos quoque qui circa Pariſios erant, maxima tunc flamma conſumpſit, & tam domus, quā res reliquæ ab hoſte direptæ ſunt, vt etiam & captiui ducerentur. Obteſtabatur enim rex ne hæc fierent: ſed furorē

Cap. 49. Sygibertus inſurgit in fratres.

D

Sygibertus pacificatur.

gentium quæ de vlteriore Rheni amnis parte venerant, ſuperare non poterat, ſed omnia patienter ferebat donec redire poſſet ad patriam. Tunc ex gentilibus illis contra eum quidam murmurauerūt, cur ſe à certamine ſubtraxiſſet. Sed ille, vt erat intrepidus, aſcenſo equo ad eos dirigit, eoſque verbis lenibus demulſit, multos ex eis poſtea lapidibus obrui præcipiēs. Sed nec hoc ſine beati Martini fuiſſe virtute ambigitur, vt hi ſine bello pacificarentur. Nam in ipſa die qua hi pacem fecerunt, tres paralytici ad beati baſilicam ſunt ducti quod in ſequentibus libris domino iuuante diſſeremus.

E

Milites prędæ auidi vix cohibentur.

Dolorem enim ingerit animo, iſta ciuilia bella referre. Nam poſt annum iterum Chilpericus ad Guntheramnum fratrem ſuum legatos mittit dicens: Veniat frater meus, & videamus nos, & pacificati perſequamur Sygibertū inimicum noſtrum. Quod cum fuiſſet factum, ſeque vidiſſent, ac munerib. honoraſſent, commoto Chilpericus exercitu vſque Rhemos acceſſit, cuncta incendens atque debellans. Quod audiens Sygibertus, iterum conuocatis gentibus illis quarum ſupra memoriam fecimus, Pariſios venit, & contra fratrem ſuum ire diſponit, mittens nuncios, Dunenſibus & Turonicis, vt contra Theodobertum ire deberent. Quod illi diſſimulantes, rex Godegiſilum & Guntheramnum duces in capite dirigit. Qui commouentes exercitum aduerſus eum, pergunt. At ille derelictus à ſuis cum paucis remanſit: ſed tamen ad bellum exire non dubitat. Ineuntes autem prælium, Theodobertus euictus, in campo proſternitur, & ab hoſtibus exanime corpus, quod dici dolor eſt, ſpoliatur. Tunc ab Arnulfo quodam collectus, ablutuſque ac dignis veſtibus eſt indutus, & ad Engoliſmenſem ciuitatem ſepultus. Chilpericus vero cognoſcens, quod iterū ſe Guntheramnus cum Sygiberto pacificaſſet, ſe infra Tornacenſes muros cum vxore & filiis ſuis communiuit.

Cap. 50. Bellū inter regulos Francos.

F

Theodobertus occiditur.

In eo anno fulgor per cœlum diſcurriſſe viſum eſt ſicut quondam ante mortem Clotharij factū vidimus. Sygibert⁹ vero obtētis ciuitatibus illis, quæ citra Pariſios ſunt poſitæ, vſque Rothomagenſem vrbem acceſſit, volens eaſdem vrbes hoſtibus cedere. Quod ne faceret, à ſuis prohibitus eſt, regreſſus inde, Pariſios eſt ingreſſus: ibiq; ad eū Brunichildis cū filijs venit. Tunc Franci, qui quōdam ad Childebertū aſpexerant ſeniorem, ad Sygibertum legationem mittunt, vt ad eos veniens, derelicto Chilperico, ſuper ſeipſum regem ſtabilirent. Ille vero hęc audiens, miſit qui fratrem ſuū in ſupra memorata ciuitate obſiderent, ipſe illuc properare deliberans. Cui ſanctus German⁹ Epiſcopus dixit, Si abieris, & fratrem tuū interficere nolueris, viuus & victor redibis, ſin autem aliud cogitaueris, morieris: ſic enim dominus per Salomonem dixit: Foueam quam fratri tuo parabis, in eam corrues. Quod ille peccatis facientibus, audire neglexit. Veniente autem illo ad villam, cui nomen eſt Victoriacum, collectus eſt ad eū omnis exercitus, impoſitoq; ſuper clypeo ſibi regē ſtatuit. Tunc duo pueri cū cultris validis, quos vulgo Scramaſaxos vocāt, infecti veneno, maleficati à Fredegunde regina, cum aliā cauſam ſe gerere ſimularent, vtraque ei latera feriunt. At ille vociferans, atq; corruens, nō poſt multo ſpatio emiſit ſpiritū: ibiq; & Caregiſilus cubicularius eius cōruit: ibi & Sygila qui quondam ex Gothis venerat, multum laceratus eſt: & poſtea ab Chilperico rege cōprehenſus, incenſis cū cauteriis candentibus omnibus iuncturis, ac mēbratim ſeparatus, crudeliter vitam finiuit. Fuit autē Charegiſilus ille tam leuis opere q̄ grauis cupiditate: de minimis conſurgens, magnus per adulationes cum rege effectus eſt: competitor rerum alienarum, teſtamentorumque effractor: cui talis fuit vitæ exitus, vt non mereretur voluntatem propriam morte imminente complere, qui aliorum volūtates ſæpe deſtruxerat. Chilpericus autem in ancipiti caſu defixus, in dubium habebat, an euaderet, an periret, donec ad eum miſſi veniunt de fratris obitu nūciantes. Tunc egreſſus, à Tornaco cum vxore & filiis, eum veſtitum apud Lambros vicum ſepeliuit. Vnde poſtea Sueſſionas in baſilica ſancti Medardi, quam ipſe ædificauerat, tranſlatus, ſecus Chlotharium patrem ſuum ſepultus eſt. Obiit autem quartodecimo regni ſuo anno, ætate quadragenaria. A tranſitu ergo Theodoberti ſenioris vſque ad exitum Sygiberti, ſupputantur anni xxix. Inter exitum vero

Cap. 51. Fulgur diſcurrit.

G

Scramaſaxi gladij.

Sygibertus dolis Fredegundæ occiditur.

Charegiſilus teſtamentorum corruptor.

H

A eius & nepotis ſui Theoberti, fuere dies 18. Mortuo autem Sygeberto, regnauit Childebertus filius eius pro eo. A principio vſque ad diluuium, anni bis mille ducenti quadraginta duo. A diluuio autem vſque ad Abraham, anni nongenti quadraginta duo. Ab Abraham vero vſque ad egreſſum filiorum Iſrael ex Ægypto, anni CCCCLXII. Ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto vſq; ad ędificationem templi Salomonis, anni CCCCLXXX Ab ædificatione ergo templi vſque ad deſolationem eius, & transmigrationem in Babyloniam, anni CCCLX. A transmigratione igitur vſque ad paſſionem Domini, anni CCCCCCLXVIII. A paſſione Domini vſq; ad tranſitũ S. Martini, anni CCCCXII. A tranſitu S. Martini vſq; ad tranſitũ Chlodouei regis, anni CXII. A tranſitu Chlodouei regis vſq; ad trãſitum Theodoberti, anni XXXVII A tranſitu Theoberti vſque ad exitum Sygiberti, anni XXIX. Qui ſunt ſimul anni, quinquies mille ſeptingenti quadraginta quatuor.

B

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM,

LIBER QVINTVS.

TÆDET me bellorum ciuilium diuerſitates quę Francorum gentem & regnum valde proterunt, memorare: in quo quod peius eſt, tempus illud quod Dominus de dolorum prædixit initio, iam videmus. Conſurgit pater in filium, filius in patrem: frater in fratrem: proximus in propinquum. Debebant enim eos exempla anteriorum regũ terrere, qui vt diuiſi, ſtatim ab inimicis ſunt interẽpti. Quoties & ipſa vrbs vrbium, & totius mũdi caput, iniens bella ciuilia ruit? quo ceſſante, rurſum quaſi ab humo ſurrexit. Vtinam & vos ô reges in his prælijs in quibus parentes veſtri deſudauerũt, exerceremini vt gentes veſtra pace cõtertitæ, veſtris viribus premerentur. Recordamini quid caput victoriarum veſtrarum Chlodoueus fecerit, qui aduerſos reges interfecit, noxias gẽtes eliſit patrias gentes ſubiugauit: quarum regnum vobis integrũ inlæſumq; reliquit. Et cum hoc faceret, neq; aurum, neq; argentum, ſicut nunc eſt, in theſauris veſtris habebatur. Quid agitis? quid quęritis? quid non abundatis? In domib. deliciæ ſupercreſcunt: in promptuariis vinum, triticum, oleumque redundat: in theſauris aurum atq; argentũ coaceruatur. Vnum vobis deeſt, quod pacem non habentes, Dei gratia indigetis. Cur vnus tollit alteri ſuum, cum alter concupiſcit alienum? Cauete illud quæſo apoſtoli: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Scrutamini diligenter veterũ ſcripta, & videbitis quid ciuilia bella parturiant. Requirite quid de Carthaginenſibus ſcribat Oroſius: qui cum poſt ſeptingẽtos annos ſubuerſam dicat ciuitatem & regionem eorum, addidit: Quæ res eam tamdiu ſeruamt? concordia. Quæ res eam poſt tanta deſtruxit tempora? diſcordia. Cauete diſcordiam, cauete bella ciuilia quæ vos populumque veſtrum expugnant. Quid aliud ſperandum erit, niſi cũ exercitus veſter ceciderit, vos ſine ſolatio relicti, atque à gentibus aduerſis oppreſſi protinus corruatis? Si te ô rex, bellum ciuile delectat, illud quod Apoſtolus in hominem agi meminit, exerce, vt ſpiritus concupiſcat aduerſus carnem, & vitia virtutibus cedant, & tu liber capiti tuo, id eſt Chriſto ſeruias, qui quondam radici malorum ſeruieras compeditus.

Roma caput mundi.

C

Lib. 4. c. 6. & 23.

Concordia regna tuetur.

D

Cap. 1.

Igitur interempto Sygiberto rege apud Victoriacum villam, Brunichildis regina cũ filiis Pariſiis reſidebat. Quod factum cum ad eam perlatum fuiſſet, & conturbata dolore ac luctu, quid ageret, ignoraret: Gundobaldus dux adprehenſum Childebertum filium eius paruulũ furtim abſtulit: ereptumq; ab imminenti morte, collectiſq; gentibus, ſuper quas pater eius regnum tenuerat, regem inſtituit, vix luſtro ætatis vno iam peracto, qui die dominici natalis regnare cœpit. Anno igitur primo regni eius, Chilpericus rex Pariſios venit, adprehenſamq; Brunichildem, apud Rothomagenſem ciuitatem in exilium truſit, theſauroſq; eius quos Pariſios detulerat, abſtulit. Filias vero eius Meledis vrbe teneri præcepit. Tunc Rocculenus cum Cenomannicis Turonos venit, & prædas egit & multa ſcelera fecit: quod in ſequenti qualiter à virtute B. Martini pro tantis malis quę geſſit, percuſſus interit, memoramus.

Childebertus iun. regnum

Brunichildis pellitur in exilium

E

Cap. 2.

Chilpericus vero filium ſuum Merouęum cum exercitu Pictauos dirigit. At ille relicta ordinatione patris, Turonos venit, ibiq; & dies ſanctos paſchæ tenuit: multum n. regionem illam exercitus eius vaſtauit. Ipſe vero ſimulãs ad matrem ſuã ire velle, Rothomagum petiit, & ibi Brunichildi reginæ cõiungitur: eamq; ſibi in matrimonio ſociauit. Hæc audiens Chilpericus, quod ſcil. cõtra fas legemq; canonicã vxorẽ patrui accepiſſet, valde amarus, dicto citius ad ſupra memoratum oppidum dirigit. At illi cũ hæc cognouiſſent, quod eoſdem ſeparare decerneret, ad Baſilicam S. Martini quæ ſuper muros ciuitatis ligneis tabulis fabricata eſt, confugium faciunt. Rex vero adueniẽs, cum in multis ingeniis eos exinde auferre niteretur, & illi doloſe eum putantes facere non crederent, iurauit eis dicens: Si, inquit, voluntas Dei foret, ipſe hos ſeparare non conaretur. Hæc illi ſacramenta accipientes, de baſilica egreſſi ſunt, exoſculatiſq; & dignanter acceptis epulauit cum eis. Poſt dies vero paucos, adſumpto ſecum rex Merouęo, Sueſſionas redijt.

Meroueus patris vxorem Brunichildem accipit.

F

Cap. 3. Bellum contra Chilpericum.

Cum autem ibidem commorarentur, collecti aliqui de Campania, Sueſſionas vrbem adgrediuntur, fugataq; ex ea Fredegunde Regina, atque Chlodoueo filio Chilperici volebant ſibi ſubdere ciuitatem. Quod vt Chilpericus rex comperit, cum exercitu illuc dirigit, mittens nuncios ne ſibi iniuriam facerent, & excidium de vtroq; eueniret exercitu. Illi autem hæc negligentes, præparantur ad bellum: commiſſoque prælio inualuit pars Chilperici, atque fugauit partem ſibi aduerſam, multos ex ea ſtrenuos atque vtiles viros proſternens, fugatiſque reliquis Sueſſionas ingreditur. Quæ poſtquam acta ſunt, rex propter coniugationem Brunichildis, ſuſpectum habere cœpit Merouęum filium ſuum, dicens, hoc prælium eius nequitia ſurrexiſſe: ſpoliatumq; armis, datis cuſtodib. libere cuſtodiri præcepit, tractans quid de eo in poſterum ordinaret. Godinus autem, qui à ſorte Sygiberti ſe ad Chilpericũ tranſtulerat, & multis ab eo muneribus locupletatus eſt, caput belli iſtius fuit: ſed in campo victus, primus fuga dilabitur: villas vero quas ei rex à fiſco in territorio Sueſſionico Indulſerat, abſtulit, & baſilicæ contulit beati Medardi. Ipſe quoque Godinus non poſt multum tempus repentina morte præuentus interiit.

G

Cuius cõiugem Rauchingus accepit, vir omni vanitate repletus, ſuperbia tumidus, elatione proteruus: qui ſe ita cum ſubiectis agebat, vt nõ cognoſceret in ſe aliquid humanitatis habere, ſed vltra modũ humanæ malitiæ atque ſtultitiæ in ſuos deſæuiens, nefanda mala gerebat. Nam ſi ante eum, vt adſolet, conuiuio vtẽtem puer cereum tenuiſſet, nudari eius tibias faciebat, atq; tandiu in his cerea cõprimi donec lumine priuaretur: iterum cum illuminatus fuiſſet, ſimiliter faciebat, vſq; dum totæ tibiæ famuli tenentis exurerentur. Quod ſi vocẽ emittere, aut ſe de loco illo alia in parte mouere conatus fuiſſet, nudus illico gladius imminebat: fiebatque vt hoc flente, iſte magna lætitia exultaret. Aiebant enim quidã, eo tempore duos de famulis eius, vt ſæpe contingit, mutuo ſe amore dilexiſſe, virum ſcilicet & puellam. Cumq; hæc dilectio per duorum annorum aut eo amplius ſpacia traheretur, cõiuncti pariter Eccleſiã petierũt. Quod cum Rauchingus competiſſet, accedit ad ſacerdotem loci: rogat ſibi protinus reddi ſuos famulos excuſatos. Tunc ſacerdos ait ad eum: Noſti enim quæ veneratio debeat impẽdi Eccleſiis Dei: non enim poteris eos accipere, niſi vt fidẽ facias de permanente eorum coniunctione: ſimiliter & vt de omni pœna corporali liberi maneãt, repromittas. At ille, cũ diu ambiguus cogitatione ſiluiſſet, tandẽ cõuerſus ad ſacerdotẽ, poſuit manus ſuas ſuper altare cũ iuramento, dicẽs: Quia nunquã erũt à me ſeparandi, ſed potius ego faciã vt in hac cõiunctione permaneant: quia quanquã mihi moleſtũ fuerit, quod abſq; mei cõſilij cõniuentia talia ſint geſta, illud tamẽ libens amplector, quod nec hic ancillã alterius, neq; hæc extranei ſeruum acceperit. Credidit ſacerdos ille ſimpliciter promiſſioni hominis callidi, reddiditq; homines

Rauchingi crudelitas.

H

excuſa-

A

excuſatos. Quibus ille acceptis, & gratias agens, abſceſſit ad domum ſuam: & ſtatim iuſſit cladi arborem, truncatamque columnam eius per capita cuneo ſciſſam præcepit excauari: effoſſaque in altitudine trium aut quatuor pedum, humo deponi vas iubet in foueam. Ibique puellam vt mortuam componens, puerum deſuper iactari præcepit poſitoque operturio, foſſam humo repleuit, ſepeliuitque eos viuentes dicens, Quia non fruſtraui iuramentum meum, vt non ſepararentur hi in ſempiternum. Quæ cum ſacerdoti nunciata fuiſſent, cucurrit velociter: & increpans hominem vix obtinuit vt detegerentur. Veruntamen puerum viuum extraxit, puellam vero reperit ſuffocatam. In talibus enim operibus valde nequiſſimus erat, nullam aliam habẽs potius vtilitatẽ, niſi in cachinnis ac dolis, omnibuſq; peruerſis reb. Vnde nõ immerito taliter exceſſit a vita q taliа geſſit cum frueretur hac vita, q inpoſterũ digeſturi ſumus. Syggo quoq; referendarius q annulũ regis Sygiberti tenuerat, & ab Chilperico rege ita prouocatus erat, vt ſeruitium q tempore fratris ſui habuerat, obtineret, ad Childebertũ regẽ Sygiberti filiũ relicto Chilperico tranſiuit, reſq; eius quas in Sueſſionico habuerat, Anſoualdus obtinuit. Multi autem & alij de his qui ſeſe regno Sygiberti ad Chilpericum tradiderant, receſſerunt. Vxor quoq; Syggonis nõ poſt multo tẽporis ſpacio obijt: ſed ille aliã rurſus accepit.

Rauchingus ſeruũ & ancillam viuos defodit, quod ſe inſcio nupſiſſent

Syggo referendarius.

B

Cap. 4.

His diebus Rucculenus ab Chilperico miſſus, Turonos aduenit cum magna iactantia, & vltra Ligerim caſtra ponens, nuncios ad nos direxit, vt ſcilicet Guntheramnum, qui tunc de morte Theodoberti impetebatur, à Baſilica ſancta deberemus extrahere. Quod ſi non faceremus, & ciuitatem, & omnia ſuburbana eius iuberet incendio concremari. Quo audito mittimus ad eum legationem, dicentes. Hæc ab antiquo facta non fuiſſe quæ hic fieri depoſcebat: ſed nec modo permitti poſſe vt baſilica ſancta violaretur. Quod ſi fieret, nec ſibi fore proſperũ, nec regi qui hæc iuſſa mandaſſet: metueretque magis ſanctitatem antiſtitis, cuius virtus heſterna die paralyticam direxiſſet. Nihil ex his ille formidans, cum in domo Eccleſiæ vltra Ligerim reſideret, domum ipſam quæ clauis adfixa erat diſſecat. Ipſos quoque clauos Cœnomannici qui tunc cum eodem aduenerant, impletis follibus portant annonas euertunt, & cuncta deuaſtant. Sed dum hæc Rucculenus agit, à Deo percutitur, morboque regio croceus effectus, mandata aſpera remittit, dicens: Niſi hodie proieceritis Guntheramnum ducem de baſilica, ita cuncta virentia quæ ſunt circa vrbem adteram, vt dignus fiat aratro locus ille. Interim aduenit dies ſanctus Epiphaniæ: & hic magis ac magis torqueri cœpit. Tunc accepto à ſuis conſilio, amne tranſacto, ad ciuitatem accedit. Deniq; cum pſallentes de Eccleſia egreſſi ad ſanctam baſilicam properarent hic poſt crucẽ præcedentibus ſignis, equo ſuperpoſitus ferebatur. Verum vbi baſilicam ſanctam introiit, mox furor minãtis intepuit: regreſſuſque ab Eccleſia, nihil cibi ea die accipere potuit. Exinde cum valde anhelus eſſet, Pictauum abiit. Erant enim dies ſanctæ quadrageſimæ, in qua fœtus cuniculorum ſæpe comedit. Diſpoſitis vero actionibus, quibus in Calendis Martijs ciues Pictauos vel adfligeret, vel damnaret, pridie animam reddidit: & ſic ſuperbia tumorque quieuit.

Aſylum eſt Eccleſia.

C

Rucculenus regio morbo correptus.

Rucculenus quadrag. cuniculos comedit.

Eo tempore Fœlix Namneticæ vrbis epiſcopus, literas mihi ſcripſit, plenas opprobrijs, ſcribens etiam fratrem meum ob hoc interfectum, eo quod ipſe cupid⁹ Epiſcopatus, Epiſcopum interfeciſſet. Sed vt hæc ſcriberet, villã Eccleſiæ concupiuit. Quã cum dare nollem, euomuit in me, vt dixi, plenus furore, opprobria mille. Cui aliquando ego reſpondi: Memento dicti prophetici: Væ illis qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum cõpulant. nunquid ſoli inhabitabunt terram? O ſi te habuiſſet Maſſilia ſacerdotem, nunquam naues, oleum, aut reliquas ſpecies detuliſſent, niſi tantum chartam quo maiorem opportunitatem ſcribendi ad bonos infamandos haberes. Sed paupertas chartæ finem imponit verboſitati: immẽſæ enim erat cupiditatis atque iactantiæ. Sed ego iſta poſtponens, ne illis ſimilis appaream, illud explicabo, qualiter germanus meus ab hac luce migrauerit, & quam velocem in percuſſorem eius Dominus præbuerit vltionem. Conſeneſcente beato Tetrico, Eccleſiæ Lingonicæ ſacerdote, cum Lampadium

D

Authoris frater ambiens Epiſcopatum occiditur.

diaconum quem creditorẽ habuit, deieciſſet, & frater meus dum pauperibus quos ille male ſpoliauerat, opitulari cupiens conſenſiſſet in eius humiliationem, odium ex hoc incurrit. Interea beatus Tetricus à ſanguine ſauciatur: cui cũ nulla medicorum fomenta valerent, conturbati clerici, & à paſtore vtpote deſtituti, Mondericum expetunt: qui à rege indult⁹ ac tonſuratus, Epiſcopus ordinatur, ſub ea ſpecie, vt dum beatus Tetricus viueret, hic Tornodorenſe caſtrum, vt Archipresbyter regeret, atq; in eo commoraretur: migrante vero deceſſore iſte ſuccederet. In quo caſtro dum habitaret, iram regis incurrit: adſerebatur enim contra eũ, quod ipſe Sygiberto regi aduerſus fratrẽ ſuum Guntheramnum venienti, alimenta & munera præbuiſſet. Igitur extractus à caſtro, in exilium ſuper ripam Rhodani in turri quadam arcta atque detecta retruditur: in qua per duos ferre annos cum grandi cruciatu commoratur. Obtinẽte beato Nicetio Epiſcopo, Lugdunum regreditur: habitauitq; cum eo per duos menſes. Sed cum obtinere non poſſet à rege, vt in locum vnde deiectus fuerat, reſtitueretur, nocte per fugam lapſus ad Sygiberti regnum tranſiit, & apud Arſitenſem vicum Epiſcopus inſtituitur habens ſub ſe plus minus diœceſes quindecim, quas primum Gothi quidam tenuerant, nunc vero Dalmatius Ruthenenſis Epiſcopus vendicabat. Quo abeunte iterum Lingonici Sylueſtrum propinquũ, vel noſtrum, vel beati Tetrici Epiſcopum expetũt. Sed vt eum peterent, fratris mei hoc inſtinctu fecerũt. Interea trãſeunte beato Tetrico, hic tõſo capite, presbyter ordinatur, accepta omni poteſtate de rebus Eccleſiæ qui vero benedictionem Epiſcopalem Lugduni accipiat, iter parat. Quæ dũ agũtur, ipſe qui iamdiu epilepticus erat, ab hoc morbo correptus, aſperius extra ſenſum factus, & per dies duos aſſidue dans mugitum, tertia die ſpiritũ exhalauit. Quib⁹ peractis, Lampadius, vt ſuperius diximus, ab honore & facultate priuat⁹ in odio Petri Diaconi, cum filio Sylueſtri coniungitur, machinans atq; confirmans patrem ſuum ab ipſo fuiſſe maleficiis interfectum. At ille ætate iuuenis, ſenſu leuis, contra eum commouetur, ipſum impetens publice parricidã. Porro ille hæc audiens, facto placito in præſentia ſancti Nicetii Epiſcopi auunculi matris meæ, Lugdunum dirigitur: & ibi Syagrio Epiſcopo coram adſtante, & aliis ſacerdotibus multis cum ſecularium principibus, ſe ſacramento exuit: nunquam ſe in mortem Sylueſtri mixtum fuiſſe. Poſt duos vero annos inſtigatus iterũ à Lãpadio filius Sylueſtri adſequutus in via Petrum Diaconum, lancea ſauciatũ interfecit. Quod cum factũ fuiſſet, de eo loco eleuatus, & ad Diuionenſe delatus caſtrum, ſecus ſanctum Gregorium proauum noſtrũ ſepelitur. Iſte vero fugam iniens ad Chilpericum regẽ tranſiit, facultatibus ſuis fiſco regis Guntheramni dimiſſis. Cumq; per diuerſa loca vagaretur pro commiſſo ſcelere, nec ei eſſet locus firmus ad cõmorandum: tandem, vt credo, contra eum ſanguine inſonte ad diuinam potentiã proclamante, in quodam loco dum iter ageret, innocentem hominem euaginato gladio interemit. Cuius parentes cõdolentes propinqui exitum, commota ſeditione, extractis gladiis, eum in fruſta concidunt, membratimq; diſpergũt. Talem iuxta iudicium Dei exitum miſer accepit, vt qui propinquum innocentem interemerat, ipſe nocens diutius non maneret: nam tertio hæc ei euenerunt anno. Denique Sylueſtri poſt trãſitum, Lingonici iterum Epiſcopum flagitantes, Pappolum qui quondã Archidiaconus Auguſtodunenſis fuerat, accipiunt: qui multa, vt adſerunt, egit iniqua, quæ à nobis prætermittuntur, ne detractores fratrum eſſe videamur: tamen qualem habuerit exitum, non omittam. Anno octauo Epiſcopat⁹ ſui, dũ diœceſes ac villas Eccleſiæ circumiret, quadã nocte dormienti apparuit ille B. Tetricus vultu minaci. Cui ita, Quid tu inquit, hic Pappole; vt quid ſedẽ meã polluis? vt quid Eccleſiam peruadis? vt quid oues mihi creditas ſic diſpergis? cede loco, relinque ſedẽ, abſcede longius à regione. Et hæc dicens, virgam quam habebat in manu, pectori eius cũ ictu valido, impulit. In quo ille euigilãs, dum cogitat quid hoc eſſet, ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potumq;, & mortem iam ſibi proximam præſtolatur. Quid plura? Tertia die cum ſanguinem ore proiiceret, expirauit. Exinde elatus Lingonas, eſt ſepultus. In cuius locum Mummolus

E

Mondericus ordinatur.

F

Dalmatius

Nicetius auunculus matris authoris.

G

H

Pappolus Epiſcopus viſione ſcelerum caſtigatur.

A Mummolus Abbas. Abbas quem Bonum cognomento vocant, Epiſcopus ſubſtituitur: quem multi magnis laudibus proſequuntur, eſſe eũ caſtum, ſobrium, moderatum, ac in omni bonitate promptiſſimum, amantem iuſtitiam, charitate, omni intentione diligentem. Qui accepto Epiſcopatu, cognoſcens quod Lampadius multum de rebus fraudaſſet Eccleſiæ, ac de ſpoliis pauperum, agros vineaſque, vel mancipia congregaſſet, eum ab omni re nudatum à præſentia ſua iuſſit abigi. Qui nunc in maxima paupertate degens, manibus propriis victum quærit. Hæc de his ſufficiant.

Cap. 6. Virtutes ad ſepulchrum B. Martini. Anno vero quo ſupra, id eſt quo mortuo Sygiberto Childebertus filius eius regnare cœpit, multæ virtutes ad ſepulchrum beati Martini apparuerunt, quas in illis libellis ſcripſi quos de ipſis miraculis componere tentaui. Et licet ſermone ruſtico, tamen celare paſſus non ſum, quæ aut ipſe vidi, aut à fidelibus relata cognoui. hic tantum quid negligentibus euenerit, qui poſt virtutem cœleſtem terrena medicamenta quæſierunt, exſoluam quia ſicut per gratiam ſanitatum, ita & per caſtigationem ſtultorum virtus eius oſtenditur. Leonaſtes Biturigis Archidiaconus decidentibus cataractis, lumine caruit oculorum. Qui cum per multos medicos ambulans, nihil omnino viſionis recipere poſſet, acceſſit ad baſilicam beati Martini: vbi per duos aut

B

tres menſes conſiſtens, & ieiunans aſſidue, lumẽ vt reciperet flagitabat. Adueniente autẽ feſtiuitate, clarificatis oculis cernere cœpit: regreſſus quoque domum, vocato quodam

Cæcus illuminatus. Iudæo, ventoſas quorũ beneficio oculis lumen augeret, humeris ſuperponit. Decedente quoque ſanguine, rurſus in reciduam cæcitatem redigitur. Quod cum factum fuiſſet, rurſum ad templum ſanctum regreſſus eſt. Ibiq; iterũ longo ſpacio commoratus, lumen recipere non meruit. Quod ei ob peccatum non præſtitum reor, iuxta illud dominicum oraculum, Qui habet, dabitur ei, & abundabit: & qui non habet, ipſum quod habet auferetur ab eo & illud, Ecce ſanꝰ factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius eueniat. Nam perſtitiſſet hic in ſanitate, ſi Iudæum non induxiſſet ſuper diuinam virtutẽ. Tales enim admonet & arguit Apoſtolus, dicẽs, Nolite enim iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis cum tenebris? Quæ autẽ communicatio Chriſti

C

cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem cõſenſus templo Dei cum idolis? Vos eſtis enim templũ Dei viui, propterea exite de medio eorum, & ſeparamini ab his, ait Dominus. Ideo doceat vnumquenque Chriſtianum hęc cauſa, vt quando cœleſtem accipere meruerit medicinam, terrena non requirat ſtudia.

Cap. 7. Senoch reclauſus. Sed & illud commemorare libet, qui vel quales viri hoc anno à domino ſunt cõuocati. Vnde magnum eum & Deo acceptabilem ego cenſeo, qui tales de noſtra terra ſuo paradiſo collocauit. Nam Benedictus Senoch presbyter, qui apud Toronos morabatur, ſic migrauit à ſæculo. Fuit autem genere Theifalus, & in Turonico clericus factus, in cellulam quam ipſe inter parietes antiquos compoſuerat, ſe remouit: collectiſque monachis, oratorium quod multo tempore dirutum fuerat, reparauit. Idem ſuper infirmos multas virtutes fecit, quas in libro vitæ eius ſcripſimus.

Cap. 8. B. Germanus Pariſiorum Epiſcopus obiit. Eo anno & beatus Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit: in cuius exequiis, multis virtutibus quas in corpore geſſerat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carceratis adclamantibus, corpus in platea adgrauatum eſt. Solutiſque eiſdem rurſum ſine labore leuatur: ipſi quoque

D

qui ſoluti fuerant, in obſequium funeris vſque ad baſilicam in qua ſepultus eſt, liberi peruenerunt. Ad ſepulchrum autem eius multas virtutes Domino tribuente, credentes experiuntur: ita vt quiſque ſi iuſta petierit, velociter exoptata reportet. Si quis tamen ſtrenuus virtutes illius quas in corpore fecit, ſollicite vult inquirere, librum vitæ illius qui à Fortunato presbytero compoſitus eſt, legens cuncta reperiet.

Cap. 9. Caluppa. Eodem quoque anno & Caluppa reclauſus obiit. Hic autem ab infantia ſua ſemper religioſus fuit, & apud monaſterium Melitenſe termini Aruerni conuerſus, in magna ſe humilitate fratribus præbuit ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus.

Cap. 10. Patroclus. Fuit autem in Biturico termino reclauſus nomine Patroclus, presbyterii honore præditus, miræ ſanctitatis ac religionis, vir magnæ abſtinentiæ: qui plerunque ab inedia, diuerſis incommodis vexabatur. Vinum, ſiceram, vel omne quod inebriare poteſt, non bibebat, præter aquam paruper melle linitam: ſed nec pulmento aliquo vtebatur. Cuius victus erat panis in aquam infuſus atque ſale reſperſus: huius oculi nunquam caligauerunt. Erat autem in oratione aſſiduus: quam ſi parumper prætermiſiſſet, aut legebat aliquid, aut ſcribebat. Frigoriticis puſtulis laborantibus, vel reliquis morbis, ſæpe per orationem remedia conferebat. Sed & alia ſigna multa fecit, quæ per ordinem longum eſt enarrare. Cilicium ſemper puro adhibebat corpori. Qui octogenariæ ætate abſcedens à ſeculo, migrauit ad Chriſtum. Scripſimus & de huius vita libellum.

E

Cap. 11. Iudæi à Iudaiſmo conuerſi. Et quia ſemper Deus noſter ſacerdotes ſuos glorificare dignatur, quid Aruerno de Iudæis hoc anno contigerit, pandam. Cum eoſdem plerunque beatus Auitus Epiſcopus commoneret, vt relicto velamine legis Moſaicæ, ſpiritualiter lecta intelligerent, & Chriſtum filium viuentis Dei prophetica & legali auctoritate promiſſum, corde puriſſimo in ſacris literis contemplarentur, manebat in pectoribus eorum, iam non dicam velamen illud quo facies Moyſi obumbrabatur, ſed paries: ſacerdote quoque orante vt cõuerſi ad dominum, velamen ab eis literæ rumperetur, quidam ex his ad ſanctum paſcha, vt baptizaretur expetiit, renatuſque Deo per baptiſmi ſacramentum, cum albatis reliquis in albis & ipſe procedit. Ingredientibus autem populis portam ciuitatis, vnus Iudæorum ſuper caput conuerſi Iudæi oleum fœtidum diabolo inſtigante diffudit. Quod cum cunctus abhorrens populus voluiſſet eum vrgere lapidibꝰ, pontifex vt fieret non permiſit. Die autem beato quo Dominus ad cœlos poſt redemptum hominẽ aſcendit glorioſus: cum ſacerdos de Eccleſia ad Baſilicam pſallendo procederet, irruit ſuper ſynagogam Iudæorum multitudo tota ſequentium, deſtruenſque à fundamentis, campi planitiei locus adſimilatur. Alia autẽ die ſacerdos eis legatos mittit, dicens: Vi ego vos confiteri Dei filium non impello, ſed tamen prædico, & ſalem ſcientiæ veſtris pectoribus trado. Paſtor ſum enim dominicis ouibus ſuperpoſitus, & de vobis ille verus paſtor qui pro nobis paſſus eſt, dixit habere ſe alias oues quæ non ſunt ex ouili ſuo, quas eum oportet adducere, vt fiat vnus grex & vnus paſtor. Ideoque ſi vultis credere vt ego, eſtote vnus grex, cuſtode me poſito: ſin vero aliud, abſcedite à loco. Illi autem diu æſtuantes atque dubitantes, tertia die, vt credo, obtentu pontificis coniuncti in vnum, ad eum mandata remittunt dicentes, Credimꝰ Ieſum filium Dei viui nobis prophetarũ vocibus repromiſſum: & ideo petimus vt abluamur baptiſmo, ne in hoc delicto permaneamus. Gauiſus autem nuncio pontifex, nocte ſancta Pentecoſtes vigiliis celebratis, ad baptiſterium foras murancum egreſſus eſt: ibique omnis multitudo coram eo proſtrata, baptiſmum flagitauit. At ille præ gaudio lachrymans, cũctos aqua abluens, chriſmate liniens, in ſinu matris Eccleſiæ cõgregauit. Flagrabãt cerei, lampades refulgebãt, albicabat totã ciuitas de grege candido, nec minus fuit vrbi gaudium, quam quondam ſpiritu ſancto deſcendente ſuper Apoſtolos, Hieruſalem videre promeruit. Fuerunt autẽ qui baptizati ſunt, amplius quingenti. Hi vero qui baptiſmum percipere noluerunt, diſcedentes ab illa vrbe, Maſſiliæ redditi ſunt.

H

Cap. 12. Brachio Abbas. Tranſiit poſt hæc & Brachio Abbas cellulæ Manatenſis. Fuit autẽ genere Thoringus, in ſeruitium Sygiualdi quondã ducis venationem exercens, ſicut alibi ſcripſimus.

Cap. 13. Ergo vt ad propoſitum reuertamur, Chilpericus rex Chlodoueum filium ſuum Turonos tranſmiſit, qui congregato exercitu inter terminũ Turonicum, & Andegauũ vſque Sanctonas tranſiit, eamq; peruaſit. Mummolus vero patritius Gunthcramni regis cum magno exercitu vſque Lemouicinum tranſiit: & contra Deſiderium duce Chilperici regis bellum geſſit. in quo prælio cecidere de exercitu eius quinq; millia: de Deſiderii vero vigintiquatuor millia. Ipſe quoque Deſiderius fugiens vix euaſit. Mummolus vero patritius per Aruernum redit, eamque per loca exercitus eius deuaſtauit, & ſic in Burgundiam peraceſſit.

Cap. 14. Poſt hæc Merouęus cum in cuſtodia à patre retineretur,

A

Meroueus tonſuratur.

tur, tonſuratus eſt, mutataque veſte qua clericis vti mos eſt, presbyter ordinatur, & ad monaſterium Cœnomannicum, quod vocatur Anniſula, dirigitur, vt ibi ſacerdotali erudiretur regula. Hæc audiens Gunthcramnus, Boſo, qui tunc in baſilica ſancti Martini, vt diximus, reſidebat, miſit Riculfum ſubdiaconum, vt ei conſilium occulte præberet expetendi baſilicam ſancti Martini. Qui cum abiiſſet ab alia parte, Gailenus puer eius aduenit. Cumque paruum ſolatium qui eum ducebant haberent, ab ipſo Gaileno in itinere excuſſus eſt, opertoque capite, indutuſque veſte ſeculari, beati Martini templum expetiit. Nobis autem Miſſas celebrantibus, in ſanctam baſilicam, aperta reperiens oſtia, ingreſſus eſt. Poſt Miſſas autem petiit, vt ei eulogias dare deberemus. Erat autem tunc nobiſcum Ragnemodus Pariſiacæ ſedis Epiſcopus, qui ſancto Germano ſucceſſerat. Quod cum refutaremus, ipſe clamare cœpit & dicere, quod non recte eum à communione ſine fratrum conniuentia ſuſpenderemus. Illo autem hæc dicente, cum conſenſu fratris qui præſens erat, conteſtata cauſa canonica, eulogias à nobis accepit. Veritus autem ſum, ne dum vnum à communione ſuſpendebam, in multos exiſterem homicida. Minabatur enim aliquos de populo noſtro interficere, ſi communionē noſtram non meruiſſet. Multas tamen pro hac cauſa Turonica regio ſuſtinuit clades. His diebus Nicetius vir neptis meæ, propriam habēs cauſam, ad Chilpericum regē abiit cum Diacono noſtro, qui regi fugā Merouei narraret. Quibus viſis Fredegundis regina ait: Exploratores ſunt, & ad ſciſcitandum quid agat rex aduenerunt, vt ſciant quid Meroueo renuncient. Et ſtatim ſpoliatos in exiliū retrudi præcepit, de quo menſe ſeptimo relaxati ſunt. Igitur Chilpericus nuncios ad nos direxit dicens: Eiicite apoſtatam illum de baſilica: ſin autem aliud, totam regionem illam igni ſuccendā. Cumque nos reſcripſiſſemus, impoſſibile eſſe q̄ temporibus hæreticorum non fuerat, Chriſtianorum nunc temporibus fieri, ipſe exercitum cōmouet, & illud dirigit. Anno autē ſecundo Childeberti regis, cum videret Meroueus patrē ſuum in hac deliberatione intentum, adſumpto ſecum Gonthcramno duce ad Brunichildem pergere cogitat, dicens: Abſit vt propter meam perſonam baſilica domini Martini violentiam perferat, aut regio eius per me captiuitati ſubdatur. Et ingreſſus baſilicā, dum vigilias ageret, res quas ſecum habebat, ad ſepulchrum beati Martini exhibuit, orans vt ſibi ſanctus ſuccurreret, atque ei concederet gratiam ſuam, vt regnum accipere poſſet. Leudaſtes tunc comes cū multas ei in amore Fredegundis inſidias tēderet ad extremum pueros eius qui è pago egreſſi fuerant, circūuentos dolis gladio trucidauit, ipſumque interimere cupiens, ſi reperire loco opportuno potuiſſet. Sed ille conſilio vſus Gunthcramni, & ſe vlciſci deſiderans, redeunte Marileifo archiatro de præſentia regis, comprehendi præcipit: cæſumque grauiſſime, ablato auro argentoque eius, & reliquis reb. quas ſecum exhibebat, nudum reliquit. Et interfeciſſet vtique, ſi non inter manus cædentium elapſus, Eccleſiam expetiiſſet: quē nos poſtea indutum veſtimentis obtenta vita Pictauis remiſimus. Meroueus vero de patre atque nouerca, multa crimina loquebatur: quæ cum ex parte vera eſſent, credo acceptum non fuiſſe Deo, vt hæc per filium vulgarentur, ſicut in ſequentibus cognoui. Quadam enim die ad cōuiuium eius adcitus, dum pariter ſederemus, ſuppliciter petiit aliqua ad inſtructionē animæ legi. Ego vero reſerato Salomonis libro, verſiculum qui primus occurrit arripui, qui hæc continebat: Oculum qui aduerſus adſpexerit patrē, effodiant eum corui de conuallib. Illo quoq; non intelligente, conſideraui hunc verſiculum à domino præparatū. Tunc direxit Gunthcramnū puerū ad mulierē quandā ſibi iā cognitam à tempore Chariberti regis, habētē ſpiritum Pythonis, vt ei quæ erant euētura narraret. Adferebat præter ea ipſam ſibi ante hoc tempus, non ſolum annum, ſed & diem & horā, in qua rex Charibertus obiret, denunciaſſe. Quæ ei per pueros mandata remiſit: Futurum eſt enim vt rex Chilpericus hoc anno deficiat, & Meroueus incluſis fratribus omne capiat regnum. Tu vero ducatū totius regni eius ānis quinq; tenebis, Sexto vero anno in vna ciuitatū quæ ſuper Ligeris alueū ſita eſt, in dextra eius parte fauente populo Epiſcopatus gratiam adipiſceris, ac

Miſſam celebrauit Greg. Turon.

Eulogia datur poſt Miſſam.

B

Greg. Turon. à Chilperico eiicitur.

C

Leudaſtes pueros Merouei trucidauit.

D

Meroueus Pythoniſſam conſulit.

E

ſenex & plenus dierū ab hoc mundo migrabis. Cumq; hæc pueri redeūtes omnino nūciaſſent, ſtatim ille vanitate elatus, tanq̄ ſi iam in cathedra Turonicæ Eccleſiæ reſideret, ad me hæc detulit verba. Cuius ego arridens ſtultitiæ, dixi: A Deo hæc poſcenda ſunt. nam credi non debent quæ diabolus repromittit. ille autem ab initio mendax eſt, & in veritate nūquā ſtetit. Illo quoq; cū confuſione diſcedente, valde irridebam hominem qui talia credi putabat. Denique quadam nocte vigiliis in baſilica ſancti antiſtitis celebratis, dum lectulo decubans obdormiſſem, vidi angelum per aera volantē, cumque ſuper ſanctam baſilicam præteriret, voce magna ait: Heu heu, percuſſit Deus Chilpericum, & omnes filios eius: nec ſuperabit de his qui proceſſerunt ex lumbis eius, qui regat regnum illius in æternum. Erant ei eodem tēpore de diuerſis vxoribus filii quatuor, exceptis filiab. Cum autem hæc in poſterum impleta fuiſſent, tunc ad liquidum cognoui falſa eſſe quæ promiſerant arioli. Igitur commorantibus his apud baſilicam ſancti Martini, miſit ad Gunthcramnum Boſonem Fredegundis regina, quæ ei iam pro morte Theodoberti patrocinabatur occulte, dicēs: Si Meroueū eiicere potueris de baſilica vt interficiatur, magnū de me munus accipies. At ille præſto putans eſſe interfectores, ait ad Meroueum: Vt quid hic quaſi ſegnes & timidi reſidemus, & vt hebetes circa baſilicā occulimus? Veniant enim equi noſtri & acceptis accipitribus, cum canib. exerceamur venatione, ſpectaculiſque patulis iocundemur. hoc enim agebat callide, vt eū à ſancta baſilica ſepararet. Gunthcramnus vero aliás ſane bonus (nam ad periuria nimium præparatus erat, verumtamen nulli amicorum ſacramentum dedit, quod non protinus omiſiſſet) egreſſi itaque, vt diximus, de baſilica, ad Iocundiacenſem domum ciuitati proximam progreſſi ſunt: ſed à nemine Meroueus notus eſt. Et quia impetebatur tunc Gunthcramnus de interitu, vt diximus, Theodoberti, miſit Chilpericus rex epiſtolam ſcriptam ad ſepulchrū ſancti Martini, quæ habebat inſertum, vt ei beat⁹ Martinus reſcriberet, vtrum liceret extrahi Gunthcramnū de baſilica eius, an non. Sed Baudinus Diaconus qui hanc epiſtolam exhibuit, chartam puram cum eadem quam detulerat, ad ſanctum tumulum miſit. Cumque per triduum expectaſſet, & nihil reſcripti reciperet, rediit ad Chilpericū. Ille vero miſit alios qui à Gunthcramno ſacramenta exigerent, vt ſine eius ſcientia baſilicam non relinqueret. Qui ambienter iurans pallam altaris fideiuſſorē dedit, nunquā ſe ex inde ſine iuſſione regia egreſſurum. Meroueus vero non credens Pythoniſſæ, tres libros ſuper ſancti ſepulchrū poſuit, id eſt Pſalterii, Regū, Euangeliorū: & vigilans tota nocte, petiit vt ſibi beatus confeſſor, quid eueniret, oſtēderet, & vtrum poſſit regnum capere, an non, vt domino indicante cognoſceret. Poſt hæc cōtinuato triduo in ieiuniis, vigiliis, atque orationibus ad beatum tumulum iterum accedens reuoluit librum qui erat Regum. Verſus autē primus paginæ quam reſerauit, hic erat: Pro eo q̄ dereliquiſtis dominū Deum veſtrum, & ambulaſtis poſt deos alienos, nec feciſtis rectum ante conſpectum eius, ideo tradidit vos Dominus Deus veſter in manib. inimicorum veſtrorum. Pſalterii autē verſus hic eſt inuentus: Verumtamen propter doloſitatē poſuiſti eis mala: deiecisti eos, dum alleuarētur. Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitates ſuas. In Euangeliis autem hoc eſt repertum: Scitis quia poſt biduum paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. In his reſponſionibus ille cōfuſus, flens diutiſſime ad ſepulchrum beati antiſtitis, adſumpto ſecum Gunthcramno duce cum quingentis aut eo ampli⁹ viris diſceſſit. Egreſſus autē baſilicā ſanctā, cum iter ageret per Altiſſiodorenſe territorium, ab Erpone duce Gunthcramni regis comprehenſus eſt. Cumq; ab eo detineretur, caſu neſcio quo dilapſus, baſilicā ſancti Germani ingreſſus eſt. Audiens hæc Gunthcramnus rex in ira commotus Erponē ſeptingentis aureis damnat, & ab honore remouet, dicens: Retinuiſti, vt ait frater meus, inimicum ſuum: q̄ ſi hoc facere cogitabas, ad me eum debuiſti prius adducere: ſin autē aliud, nec tangere debueras quem tenere diſſimulabas. Exercitus autē Chilperici regis vſque Turonos accedens, regionem illam in prædas mittit, ſuccendit, atque deuaſtat: nec rebus ſancti Martini pepercit, ſed q̄ manu tetigit, ſine

Credi non debet quod diabolus promittit.

Viſio & reuelatio Gregorio exhibita de ſucceſſoribus Chilperici.

F

Chilpericus ſcripſit ad ſepulchrum B. Martini.

G

Diuinatio capta ex ſcripturis.

H

vllo

A vllo Dei intuitu, aut timore diripuit. Merouecus prope duos menſes, ad ante dictam baſilicam reſidens, fugam iniit, & ad Brunichildem reginam vſq; peruenit, ſed ab Auſtraſiis non eſt collectus. Pater vero eius exercitum contra Campanenſes commouit, putans eum ibidem occultari: ſed nihil nocuit, nec eum potuit reperire.

Bellum inter Saxones & Sueuos.

Et quia tempore illo quo Alboinus in Italiam ingreſſus eſt, Chlotharius & Sygibertus Sueuos, & alias gentes in loco illo poſuerunt, hi qui tempore Sygiberti regreſſi ſunt, id eſt qui cum Alboino fuerant contra hos conſurgunt, volētes eos à regione illa extrudere ac delere. At illi obtulerunt eis tertiam partem terræ, dicentes; Simul viuere ſine colliſione poſſumus. Sed illi contra eos irati; eo quòd ipſi hoc antea tenuiſſent, nullatenus pacificari voluerunt. Dehinc obtulerunt eis iterum iſti medietatem; poſt hæc duas partes, ſibi tertiam relinquentes. Nolentibus autem illis, obtulerunt cū terra omnia pecora, tantum vt à bello ceſſarent. Sed nec hoc illi adquieſcentes, certamen expetunt. Et inter ſe ante B certamen, qualiter vxores Sueuorum diuiderent, & qui q̄ poſt eorum exitum acciperet, tractāt, putantes eos iā quaſi interfectos habere. Sed domini miſeratio quæ iuſtitiam facit, in aliam partem voluntatem eorum retorſit. Nam confligentibus illis. erant autem viginti ſex millia Saxonum, ex quibus viginti millia ceciderunt: Sueuorū quoq; ſex millia, ex quib. quadringenti & octoginta tantū proſtrati ſunt. reliqui vero victoriam obtinuerunt. Illi quoque qui ex Saxonibus remanſerant, deteſtati ſunt, nullam ſe eorum barbam neq; capillos inciſurum, niſi prius ſe de aduerſariis vlciſcerentur. Quibus iterum decertātibus, in maiore excidio corruerunt: & ſic à bello ceſſatum eſt.

Votum ex vindicta.

Cap. 16.

In Britannis hæc acta ſunt. Maclianus quondam & Bodiccus Britannorum comites, ſacramentum inter ſe dederant, vt qui ex eis ſuperuiueret, filios partis alterius tāquam proprios defenſaret. Mortuus autem Bodiccus reliquit filium Theodoricum nomine. Quo Maclianus oblitus ſacramēti, expulſo à patria, regnum patris eius accepit. Hic vero multo tēpore profugus vagusq; fuit. Qui tandem miſerāte Deo, collectis ſecum à Britannia viris, ſe ſuper Maclianum obiicit, eumque cum filio eius Iacob gladio interemit, partemque C regni quam quondam pater eius tenuerat, in ſua poteſtate reſtituit: partem vero aliam Vuarochus Macliaui filius vindicauit.

Macliaui perfidia & interitus.

Cap. 17. Magnacharii nati perimuntur.

Guntheramnus vero duos Magnacharii quondam filios gladio interemit, pro eo quod in Auſtregildem reginam, eiuſque ſobolem multa deteſtabilia atque exſecranda proferrent, facultateſque eorum fiſco ſuo redegit. Ipſe quoque duos filios ſuos ſubito morbo oppreſſos perdidit: de quorum funere valde contriſtatus eſt, eo quod orbatus abſque liberis remanſiſſet. Eo anno dubietas Paſchæ fuit. In Galliis vero nos cum multis ciuitatibus, quartodecimo Calendas Maias ſanctum paſcha celebrauimus: alii vero cum Hiſpanis, duodecimo Calendas Aprilis, ſolemnitatem hanc tenuerūt: tamen vt ferunt, fontes illi qui in Hiſpaniis nutu Dei complentur, in noſtro paſcha repleti ſunt. Cainone vero Turonico vico, dum ipſo glorioſo Reſurrectionis dominicæ die Miſſæ celebrarentur, eccleſia contremuit, populuſque cōterritus à pauore, vnam vocem dedit dicens, quod Eccleſia caderet: cūctiſque ob ea etiam effractis oſtiis per fugā lapſi D ſunt. magna poſt hæc lues populum deuaſtauit. Poſt hæc Gūtheramnus rex ad Childebertū nepotē ſuos legatos mittit, pacem petens, ac deprecans eū videre. Tunc ille cū proceribus ſuis ad eū venit: qui ad pontē quem Petreum vocāt, coniuncti ſunt, conſalutantes atque inuicem oſculantes ſe. Guntheramnus rex ait, Euenit impulſu peccatorū meorū, vt abſque liberis remanerē: & ideo peto vt hic nepos meus mihi ſit filius. Et imponens eū ſuper cathedram ſuā, cunctū ei regnum tradidit, dicens, Vna nos parma protegat, vnaq; haſta defendat. Quod ſi filios habuero, te nihilominus tanquam vnum ex his reputabo, vt illa cum meis, tecumque permaneat charitas, q̄ tibi hodie ego polliceor teſte Deo: proceres vero Childeberti ſimiliter pro eodē polliciti ſunt. Et manducantes ſimul atq; bibentes, digniſq; ſe muneribus honorantes, pacifici diſceſſerunt, ad Chilpericū regem legationem mittētes, vt redderet q̄ de eorū regno minuerat. Quod ſi differret, campū præpararet ad bellum. Quod ille

Gunthcramnus Childebertum ſucceſſorem deſignat.

Paſchæ celebratio traditūr miraculo.

deſpiciens, apud Sueſſionas atque Pariſios, circos ædificare præcepit, eos populis ſpectaculum præbens.

Cap. 18. Prætextatus Epiſc. Rotho. ob [illegible]

His ita geſtis, audiens Chilpericus, quod Prætextatus Rothomagenſis Epiſcopus, contra vtilitatem ſuam populis munera daret, eū ad ſe arceſſiri præcepit. Quo diſcuſſo, reperit cū eodem res Brunichildis reginæ commendatas: ipſiſq; ablatis, eū in exilio vſque ad ſacerdotalem audientiam retineri præcepit. Coniuncto autem concilio, exhibitus eſt. erant autem Epiſcopi qui aduenerant apud Pariſios, in baſilica ſancti Petri apoſtoli: cui rex ait, Quid tibi viſum eſt ô Epiſcope, vt inimicū meū Merouecū, q̄ filius eſſe debuerat, cū amica ſua, id eſt patrui ſui vxore, coniungeres? An ignarus eras, quæ pro hac cauſa canonum ſtatuta ſanxiſſent? Etiam non hic ſolum exceſſiſſe probaris, ſed etiam cum illo egiſti, datis muneribus, vt ego interficerer. Hoſtem autem filium patri feciſti, seduxiſti pecunia plebem, vt nullus mecum fidem habitam cuſtodiret: voluiſtique regnum meū in manū alterius tradere. Hæc eo dicente, infremuit multitudo Frācorum, voluitque oſtia baſilicæ rumpere, quaſi vt extractū F ſacerdotē lapidibus vrgeret: ſed rex prohibuit fieri. Cumq; Prætextatus Epiſcopus ea quæ rex dixerat, facta negaret, aduenerunt falſi teſtes, qui oſtendebāt ſpecies aliquas, dicētes, Hæc & hæc nobis dediſti, vt Merouco fidē promittere deberemus. Ad hęc ille dicebat, Verū enim dicitis, vos à me ſæpius muneratos, ſed non hæc cauſa extitit, vt rex eiiceretur à regno. Nam & cum vos mihi & equos optimos, & res alias prębereris, nūquid poteram aliud facere, niſi & ego vos ſimili ſorte remunerarem? Recedente vero rege ad metatū ſuum, nos collecti in vnum ſedebam⁹ in ſecretario baſilicæ beati Petri. Confabulantibuſq; nobis, ſubito aduenit Aeti⁹ Archidiaconus Pariſiacæ Eccleſiæ, ſalutatiſque nobis, ait, Audite me ô ſacerdotes domini, qui in vnum collecti eſtis: aut enim hoc tempore exaltabitis nomen veſtrum, & bonę famæ gratia refulgebitis: aut certe null⁹ vos amodo pro Dei ſacerdotibus eſt habiturus, ſi perſonas veſtras ſagaciter non erigitis, aut fratrem perire permittitis. Hæc eo dicēte null⁹ ſacerdotū ei quicquā reſpōdit: timebant enim reginæ furorē, cuius inſtinctu hæc agebantur. Quib. intentis & ora diG gito comprimentib⁹, ego aio, Attenti eſtote quæſo ſermonibus meis; ô ſanctiſſimi ſacerdotes Dei, & præſertim vos qui familiariores eſſe regi videmini: adhibete ei conſilium ſanctum atq; ſacerdotale, ne exardeſcens in miniſtrum Dei, pereat ab ira eius, & regnum perdat & gloriam. Hæc me dicente, ſilebant omnes. Illis vero ſilentibus, adieci, Memētote, domini mei ſacerdotes, verbi prophetici quod ait, Si viderit ſpeculator iniquitatem hominis, & non dixerit, reus erit animæ pereuntis. Ergo nolite ſilere, ſed prædicate, & ponite ante oculos regis peccata eius, ne forte aliquid mali contingat, & vos rei ſitis pro anima eius. An ignoratis quid nouo geſtū fuerit tēpore? quomodo adprehēſum Sygimūdum Chlodomeris retruſit in carcerē, dixitq; ei Auit⁹ Dei ſacerdos, Ne iniicias manū in eū, & cum Burgundiā petieris, victoriā obtinebis. Ille vero abnuens quæ ei à ſacerdote dicta fuerant abiit, ipſumq; cū vxore & filiis interemit: petiitque Burgundiā: ibiq; oppreſſus ab exercitu, interempt⁹ eſt. Quid Maximus Imperator? nōne cum beatum Martinum compuliſſet communicare cuidam homicidæ Epiſcopo: & ille quo facilius addictos morti liberaret, Regi impio conſenſiſſet, proſequente Regis æterni iudicio, ab imperio depulſus Maximus, morte peſſima condemnatus eſt? Hæc me dicente, nō reſpōdit vllus quicq̄, ſed erant omnes intenti & H ſtupentes. Duo tamen adulatores ex ipſis, q̄d de Epiſcopis dici dolendum eſt, nunciauerunt regi, dicētes, quia nullum maiorem inimicum in ſuis cauſis, quam me haberet. Illico vnus ex aulicis curſu rapido ad me repræſentādū dirigitur. Cumque veniſſem, ſtabat rex iuxta tabernaculum ex ramis factum, & ad dexteram eius Berthechramnus Epiſcopus, ad læuā vero Ragnemodus ſtabat: & erat ante eos ſcamnum pane deſuper plenum cum diuerſis ferculis. Viſoq; me rex ait, O epiſcope, iuſtitiā cunctis largiri debes: & ecce ego iuſtitiam à te non accipio: ſed vt video, cōſentis iniquitati, & impletur in te prouerbium illud, q̄ Coruus oculum corui nō eruet. Ad hæc ego, Si quis de nobis, ô rex, iuſtitiæ tramitem tranſcendere voluerit, à te corrigi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, ſed ſi volue-

[illegible]

Chlodomeris interitus.

S. Martinus communicat homicidæ Epiſc.

Coruus oculum non eruit corui.

rit,

A

tis, audis: ſi autem nolueris, quis te condemnabit, niſi is qui ſe pronuntiauit eſſe iuſtitiam? Ad hæc ille, vt erat ab adulatoribus contra me accenſus, ait, Cum omnib. enim inueni iuſtitiam, & tecū inuenire non poſſum, ſed ſcio quid faciam vt noteris in populis & iniuſtum te eſſe omnib. perpateſcat. Conuocabo enim populum Turonicū, & dicā eis, Vociferamini contra Gregorium quod ſit iniuſtus, & nulli hominum iuſtitiam præſtet. Illis quoq; hæc clamantib. reſpondebo, Ego qui rex ſum, iuſtitiā cum eodē inuenire nō poſſum, & vos qui minores eſtis, inuenietis? Ad hęc ego, Quod ſim iniuſtus, tu neſcis, ſcit enim ille conſcientiam meam, cui occulta cordis ſunt manifeſta. Quod vero falſo clamore populus te inſultante vociferatur, nihil eſt, quia ſciunt oēs à te hæc emiſſa. Ideoq. non ego, ſed potius tu in adclamatione notaberis. Sed quid plura? Habes legem & canones: hæc te diligenter rimari oportet: & tunc quæ præceperint, ſi nō obſeruaueris, noueris tibi Dei iudiciū imminere. At ille, quaſi me demulcens, q; doloſe faciens putabat me non intelligere conuerſus ad iuſcellum quod corā erat poſitum, ait Propter te hæc iuſcella paraui in quib. nihil aliud præter volatilia, & paruumper ciceris continetur. Ad hæc ego, cognoſcens adulationes eius, dixi, Noſter cibus eſſe debet facere voluntatē Dei, & non his deliciis delectari: vt ea quæ præcipit nullo caſu prætermittamus. Tu vero qui alios de iuſtitia culpas, pollicere prius q; legem & canones non omittas: & tūc credimus q; iuſtitiā proſequaris. Ille vero porrecta dextera, iurauit per omnipotentē Deum, q; ea quæ lex & canones edocebant, nullo prætermitteret pacto. Poſt hæc accepto pane, hauſto etiam vino diſceſſi. Ea vero nocte, decantatis nocturnalib. hymnis, oſtium manſionis noſtræ grauibus audio cogi verberib. miſſoq; puero, nuncios Fredegundis reginæ adſtare cognoſco. Quibus introductis, ſalutationē reginæ ſuſcipio. Deinde precantur pueri vt in eius cauſis contrarius non exiſtam, ſimulq; ducentas argenti promittunt libras, ſi Prætextatus me impugnante opprimeretur, dicebant n. Iam omnium Epiſcoporum promiſſionē habemus, tantum tu in aduerſus non incedas. Quibus ego, Si mihi mille libras auri argētiq; donetis, nunquid aliud facere poſſum, niſi q; Dominus agi præcipit? vnum tantum polliceor, q; ea quæ cæteris ſecundum canonū ſtatuta conſenſerint ſequar. At illi non intelligentes quæ dicebā, gratias agentes diſceſſerunt. Mane aūt facto, aliqui de Epiſcopis ad me venerunt, ſimile mandatum ferentes: quib. ego ſimilia reſpondi. Conuenientibus aūt nobis in baſilica ſancti Petri, mane rex adfuit dixitq; Epiſcopus n. in furtis deprehenſus ab Epiſcopali officio vt auellatur, canonū auctoritas ſanxit. Nobis quoque reſpondentib. Quis ille ſacerdos eſſet, cui furti crimen irrogaretur: reſpondit rex, Vidiſtis n. ſpecies quas nobis furto abſtulit. Oſtenderat n. nobis ante diem tertiam rex duo volucra, ſpecieb. & diuerſis ornamentis referta: quæ pretiabantur amplius q̃ tria millia ſolidorum. Sed & ſacculum cū numiſmatis auri pondere tenentem quaſi millia duo: hæc n. dicebat rex, ſibi ab Epiſcopo fuiſſe furata. Qui reſpōdit, Recolere vos credo, diſcedente à Rothomagenſi vrbe Brunichilde regina, q; ad venerim ad vos, dixiq; vobis, quia res eius, id eſt quinq; ſarcinas cōmendatas haberem: & frequētius aduenire pueros eius ad me vt ea redderem, & nolui ſine conſilio veſtro: tu aūt dixiſti mihi ô rex, Eiice hæc à te, & reuertantur ad mulierem res ſuæ: ne inimicitia inter me & Childebertum nepotē meum pro his rebus debeat pullulare. Reuerſus ergo ego ad vrbē, vnum volucrū tradidi pueris: non n. valebam amplius ferre. Reuerſi iterum requirebant alia iterum conſului magnificentiam veſtram: tu autē præcepiſti dicens, Eiice, eiice hæc à te ô ſacerdos, ne faciat ſcandalum hæc cauſa. Iterum tradidi eis duo ex his: duo aūt alia remanſerunt mecum. Tu autē quid nunc calumniaris, & me furti arguis, cum hæc cauſa non ad furtum, ſed ad cuſtodiam debeat deputari? Ad hæc rex, Si hoc depoſitum penes te habebatur ad cuſtodiendum, cur ſoluiſti vnum ex his & limbum aureis contextum filis in partes diſſecaſti, & dediſti per viros q̃ me à regno deiicerent? Prætextatus Epiſcopus reſpondit, Iam dixi tibi ſuperius, quia munera eorum acceperam, ideoq; cum non haberem de præſenti quod darē, hinc præſumpſi, & eis viciſſitudinem munerum tribui, proprium mihi eſſe videbatur quod filio meo Meroueo erat, quem de lauacro regenerationis excepi. Vidēs aūt rex Chilpericus quod eum his calumniis ſuperare nequiret, adtonitos valde ac conſcientia cōfuſus, diſceſſit à nobis: vocauitq; quoſdam de adulatorib. ſuis, & ait. Victū me verbis Epiſcopi fateor, & vera eſſe quæ dicit ſcio. quid nunc faciam vt reginæ de eo voluntas adimpleatur? Et ait, Ite, & accedentes ad eum dicite, quaſi cōſilium ex vobiſmetipſis dantes: Noſti quod ſit rex Chilpericus pius atq; compunctus, & cito flectatur ad miſericordiam: humiliare ſub eo, & dicito ab eo obiecta à te perpetrata fuiſſe: tunc nos proſtrati oēs coram pedibus eius, dare tibi veniam impetrabimus. His ſeductus Prætextatus Epiſcopus, pollicitus eſt ie ita facturum. Mane autem facto, conuenimus ad cōſuetum locum: adueniensq; & rex, ait ad Epiſcopum, Si munera pro munerib. his hominibus es largitus, cur ſacramenta poſtulaſti, vt fidem Meroueo ſeruarent? Reſpondit Epiſcopus, Petii, fateor, amicitias eorum haberi cum eo & non ſolum hominem, ſed ſi fas fuiſſet, angelum de cælo euocaſſem, qui eſſet adiutor eius: filius n. mihi erat, vt ſæpe dixi, ſpiritalis ex lauacro. Cumq; hæc altercatio altius tolleretur, Prætextatus Epiſcopus proſtratus ſolo, ait, Peccaui in cælum & coram te, ô rex miſericordiſſime: ego ſum homicida nefandus: ego te interficere volui, & filium tuum in ſolio tuo erigere. Hæc eo dicente, proſternitur rex coram pedib. ſacerdotum, dicens, Audite, ô piiſſimi ſacerdotes, reum crimen exſecrabile confitētem. Cumq; nos flentes regem eleuaſſemus à ſolo iuſſit eum baſilicam egredi. Ipſe vero ad metatum diſceſſit, tranſmittens librum canonum in quo erat quaternio nouus adnexus, habens canones quaſi apoſtolicos, continentes hæc, Epiſcop⁹ in homicidio, adulterio, & periurio deprehenſus, à ſacerdotio diuellatur. His ita lectis, cum Prætextatus ſtaret, ſtupens Bertheramnus Epiſcopus ait, Audi ô frater & coepiſcope, quia regis gratiam non habes, ideoque nec noſtra charitate vti poteris, priuſquam regis indulgentiam merearis. His ita geſtis petiit rex vt aut tunica eius ſcinderetur, aut centeſimuſoctauus pſalmus, qui maledictiones Iſcarioticas continet, ſuper caput eius recitaretur: aut certe iudicium contra eum ſcriberetur, ne in perpetuum communicaret. Quibus conditionibus ego reſtiti, iuxta promiſſum regis vt nihil extra canones gereretur. Tunc Prætextatus à noſtris rapt⁹ oculis in cuſtodiam poſitus eſt. De qua fugere tentans, nocte grauiſſime cæſus, in inſulā maris quod adiacet ciuitati Conſtantinæ, in exilium eſt detruſus. Poſt hæc ſonuit quod Meroueus iterum baſilicam ſancti Martini conaretur expetere: Chilperic⁹ vero cuſtodiri baſilicam iubet, & oēs claudi aditus. Cuſtodes autē vnum oſtium per quod pauci clerici ad officium ingrederentur, relinquētes, reliqua oſtia clauſa tenebant. Quod non ſine tædio populis fuit. Cum autem apud Pariſios moraremur, ſigna in cælo apparuerunt, id eſt viginti radii à parte aquilonis qui ab oriente ſurgentes, ad occidentem properabant. Ex quib. vnus prolixior & aliis ſupereminens, vt eſt in ſublime elatus, mox defecit: & ſic reliqui qui ſecuti fuerant, euanuerunt. Credo interitū Merouei pronunciaſſe. Meroueus vero dum in Remenſi Campania latitaret, nec palā ſe Auſtraſiis crederet, à Tarabannenſibus circumuent⁹ eſt, dicentib. q; relicto patre eius Chilperico, ei ſe ſubiugarent, ſi ad eos accederet. Qui velociter adſumptis ſecū viris fortiſſimis, ad eos venit. Hi præparatos detegētes dolos, in villam eum quandā concludunt, & circumſeptum cum armatis, nuncios patri dirigunt. Quod ille audiēs, illuc properare deſtinat. Sed hic cum in hoſpitiolo quodā retineretur, timens ne ad vindictā inimicorū multas lueret pœnas, vocato ad ſe Galeno familiari ſuo, ait, Vna nobis vſque nunc & anima & conſiliū fuit: rogo ne patiaris me manib. inimicorum tradi: ſed accepto gladio irruas in me: q; ille nec dubitans, eum cultro cōfodit. Adueniente aūt rege, mortuus eſt repertus. Extiterunt tunc q̃ adſererent verba Merouei, quæ ſuperius dixim⁹, à regina fuiſſe conficta: Meroueum vero eius fuiſſe iuſſu clam interemptū. Galenū vero adprehenſum, abſciſſis manib. & pedib. auribus, & nariū ſummitatib. & aliis multis cruciatibus adfectum, infeliciter necauerunt. Grindionem quoq; intextum rotæ in ſublime ſuſtulerunt: Gucilionem, qui quondam comes palatii Sygiberti regis fuerat, abſciſſo capite interfecerunt. Sed & alios multos qui cum eodē venerant, crudeli nece diuerſis mor-

tibus

Chilpericus rex ab adulatoribus accenſus.

B

Fredegundis vult Greg. corrumpere.

C

D

E

Adulatorū prauum conſilium.

F

Prætextati damnatio.

G

Signa in cælo.

H

Meroueus occiditur.

A tibus adfecerunt. Loquebantur etiam tunc homines in hac circumuentione Egidium Epiſcopum & Guntheramnum Boſonem fuiſſe maximum caput, eo quod Guntheramnus Fredegundis reginæ occultis amicitiis potiretur pro interfectione Theodoberti: Egidius vero, quod ei iam longo tempore eſſet charus.

Cap. 19. Iuſtinus Imp. deſipit. Tyberius multa largitur pauperibus. Nicep. li. 18.

Cum autem Iuſtinus Imperator amiſſo ſenſu amens effectus eſſet, & per ſolam Sophiam Auguſtam eius Imperiū regeretur, populi, vt in ſuperiore libro iam diximus, Tyberium Cæſarem elegerunt, vtilem, ſtrenuum, atq; ſapientem eleemoſynarium, inopumque optimum defenſorem. Qui cum multa de theſauris quos Iuſtinus adgregauit, pauperibus erogaret, & Auguſta illa eum frequentius increparet, quod rempublicam redegiſſet in paupertatem: diceretque, Quod ego multis annis congregaui, tu infra paucum temp⁹ prodige diſpergis: aiebat ille, Non deerit fiſco noſtro: tantū pauperes eleemoſynam accipiant, aut captiui redimantur. Hic eſt enim magnus theſaurus dicente domino, Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea B corrumpit, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus per pauperes in cælo, vt Domin⁹ nobis augere dignetur in ſeculo. Et quia vt diximus magn⁹ & verus Chriſtianus erat, dum hilari diſtributione pauperib. opē præſtat, magis ac magis ei Domin⁹ ſubminiſtrat, nam deambulans per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua crux dominica erat ſculpta, & ait, Cruce tua domine frontē noſtram munimus & pectora. & ecce crucem ſub pedib conculcamus. Et dicto citius, iuſſit eam auferri, defoſſaq; tabula atq; erecta, inueniūt ſubter & aliam hoc ſignum habentem: nunciantesq; iuſſit & illam auferre. Qua amota, reperiunt & tertiam: iuſſitq; eius & hæc aufertur. Qua ablata, inueniunt magnum theſaurū habentē ſupra mille auri centenaria. Sublatumq; aurum, pauperib adhuc abundantius vt conſueuerat, ſubminiſtrat: nec ei Dominus aliquid deficere permittebat pro bona voluntate ſua. Quid ei in poſterum Dominus tranſmiſerit, nō omittā. Narſes ille dux Italiæ, cum in quadā ciuitate domum magnam haberet, in Italiam cum multis theſauris egreſſus ad ſupra memoratam vrbē aduenit ibiq; in domo ſua occulte ciſternam magnam fodit, in qua multa millia centenario-C rum auri argentiq; repoſuit: ibiq; interfectis conſciis vni tātummodo ſeni per iuramentum cōdita commendauit. Defunctoq; Narſete hæc ſub terra latebant: cumq; ſupradictus ſenex hui⁹ eleemoſynas aſſidue cerneret, pergit ad eum, dicens, Si, inquit, mihi aliquid prodeſt, magnam rē tibi Cæſar edicam. Cui ille, Dic, ait, quod volueris. Proderit enim tibi, ſi quiddam nobis profuturum eſſe narraueris. Theſaurum, inquit, Narſaos reconditum habeo, quod in extremo vitæ poſitus celare non poſſum. Tunc Cæſar Tyberius gauiſus, mittit vſq; ad locum pueros ſuos. Præcedente vero ſene, hi ſequuntur attoniti. Peruenientesq; ad ciſternam, deopertamq; ingrediuntur, in qua tantum aurum argentumq; reperiunt vt per multos dies vix euacuaretur à deportantib⁹. Ex hoc ille amplius hilari erogatione diſpenſauit egenis.

Crucem dñi calcari vetat Tyberius theſaurum reperit.

Tyberio theſaurus Narſetis oſtenditur.

Cap. 20.

Igitur contra Salonium Sagittariumque Epiſcopos, tumultus exoritur, hi enim à ſancto Niceno Lugdunenſi epiſcopo educati, diaconatus officium ſunt ſortiti: huiuſq; tēpore Salonius Ebredunenſis vrbis, Sagittariuſq; Vapigenſis D eccleſiæ, ſacerdotes ſtatuuntur. Sed adſumpto epiſcopatu in proprium relati arbitrium, cœperunt in peruaſionib. cædibus, homicidiis, adulteriis, diuerſiſq; in ſcelerib. inſano furore graſſari: ita vt quodam tempore celebrante Victore Tricaſſinorum epiſcopo ſolennitatem natalem ſui emiſſa cohorte, cum gladiis & ſagittis irruerent ſuper eum. Venienteſq; ſciderunt veſtimenta eius, miniſtros occiderunt, vaſa & omnē adparatum prandii auferentes, relinquentes epiſcopum in grandi cōtumelia. Quod cum rex Guntheramnus comperiſſet, congregari ſynodum apud vrbē Lugdunenſem iuſſit. Coniunctiq; epiſcopi cum patriarcha Nicetio beato, diſcuſſis cauſis, inuenerūt eos de his ſcelerib. quibus accuſabantur, valde conuictos: præceperuntq; vt qui talia commiſerant, epiſcopatus honore priuarentur. At illi cū adhuc propitium ſibi regē eſſe noſſent, ad eum accedunt, implorantes ſe iniuſte remotos: ſibiq; tribui licentiam, vt ad Papam vrbis Romanæ accedere debeant. Rex vero annuēs

Salonius & Sagittarius ſeditioſi Epiſc. deponuntur.

petitionibus eorum, dans epiſtolis eos abire permiſit. Qui E accedentes coram Papa Ioanne, exponunt ſe nullius rationis exiſtentib. cauſis dimotos. Ille vero epiſtolas ad regem dirigit, in quibus locis ſuis eoſdem reſtitui iubet. Quod ſine mora, caſtigatis prius illis verbis multis, impleuit. Sed nulla, qđ peius eſt, ſuit emendatio ſubſecuta: tamen Victoris epiſcopi pacem petierunt, traditis hominibus quos in ſeditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti dominici non debere reddi inimicis mala pro bonis, nihil his mala faciens, liberos abire permiſit. Vnde in poſterum à communione ſuſpenſus eſt, pro eo qđ publice accuſans, clam inimicis pepercisset abſque conſilio, quib. accuſauerat, fratrum. Sed per fauorem regis iterum in communionē reuocatus eſt. Hi vero in maioribus ſceleribus quotidie miſcebantur: & in præliis, ſicut iam ſupra meminimus, quæ Mummolus cum Longobardis geſſit, tāquam vnus ex laicis, accincti arma, plurimos propriis manibus interfecerunt. In ciues vero ſuos nonnullos commoti ſelle, verberantes fuſtibus vſq; ad F effuſionē ſanguinis, ſæuiebant. Vnde factum eſt vt clamor populi ad regem denuo procederet. Eoſdemq; rex arceſſiri præcepit. Quibus aduenientib. noluit ſuis obtutib. præſentari, ſcilicet vt prius habita audientia, ſi idonei inuenirentur ſic regis præſentiam mererentur. Sed Sagittarius ſelle commotus, hanc rationem dure ſuſcipiens, vt erat leuis ac vanus, & in ſermonibus irrationabilibus profluus, declamare plurima de rege cœpit, ac dicere quod filii eius regnum capere non poſſent, eo qđ mater eorum ex familia Magnachari quondam adſcita, Regis thorum adiiſſet: ignorans qđ prætermiſſis nunc generib. fœminarum, regis vocitantur liberi qui de regib. fuerint procreati. His auditis, rex commotus valde, tam equos q̃ pueros vel quæcunq; habere potuerant, abſtulit, ipſoſq; in monaſteriis à ſe longiori acceſſu dimotis, in quib. pœnitentiā agerent, includi præcepit. non amplius q̃ ſingulos eis clericos relinquēs, iudices locorum terribiliter cōmonens, vt ipſos cum armatis cuſtodire debeant, ne cui ad eos viſitandos vllus pateat aditus. Superſtites enim erant his dieb. filii regis, ex quibus ſenior ægrotare cœpit. Accedentes aūt ad regē familiares eius, dixerunt, Si propitius audire dignaretur rex verba ſeruorū ſuorum, G loquerentur in aurib. tuis. Qui ait, Loquimini quæ libet, dixeruntq; Ne forte innocentes hi epiſcopi exilio condemnati fuiſſent, & peccatum regis augeatur in aliquo: & ideo filius domini noſtri pereat. Qui ait, Ite quantocyus & laxate eos, deprecantes vt orent pro paruulis noſtris. Quibus abeuntib. dimiſſi ſunt. Egreſſi igitur de monaſteriis, coniuncti ſunt pariter, ſe oſculantes, eo qđ olim à ſe viſi nō fuerant, ad ciuitates ſuas regreſſi ſunt: & intantū cōpuncti ſunt, vt viderentur nunq̃ à pſallentio ceſſare, celebrare ieiunia, eleemoſynas exercere, librū Dauidici carminis explere per diem, noctesq; in hymnis à lectionib. meditando deducere. Sed non diu hæc ſanctitas inlibata permanſit: cōuerſiq; ſunt iterum retrorſum & ita plerumq; noctes epulando atq; bibēdo ducebant, vt clericis matutinas in eccleſia celebrantib. hi pocula poſcerent, & vina libarent. Nulla prorſus de Deo erat mentio, nullus omnino curſus memoriæ habebatur. Renidente aurora ſurgentes à cœna, mollib. ſe indumentis operientes, ſomno vinoq; ſepulti vſq; ad horam diei tertiā H dormiebant. Sed nec mulieres deerant cum quib. pollue rentur. Exurgentes igitur abluti balneis, ad conuiuium diſcūbebant: de quo veſpere ſurgentes, cœnæ inhiabant vſq; ad illud lucis tempus quod ſuperius diximus. Sic faciebant ſingulis diebus, donec ira Dei ruit ſuper eos quod in poſterum memoraturi ſumus.

Epiſcopi conuerſi.

Tunc Vinnochus Britto in ſumma abſtinentia à Britannis venit Turonos, Hieroſolyma accedere cupiēs, nullum aliud veſtimentum niſi de pellibus ouium lana priuatis habens: quem nos facilius teneremus, quia nobis religioſus valde videbatur, presbyterii gratia honorauimus. Ingeruidis autem religioſa conſuetudinē habebat, aquam de ſepulchro ſancti Martini colligere: qua aqua deficiente, rogat vas cum vino ad beati tumulum deportari. Tranſacta autē nocte, id exinde hoc presbytero præſente adſumi mandauit: & ad ſe delato, ait presbytero, Aufer hinc vinum, & vnam tantum guttā de aqua benedicta, vnde parum ſupereſt, fun-de. Quod cum ſe ceſſiſſet, mirum dictu, vaſculum quod leine-

Cap. Vinnoch. in eccleſ.

Gutta ...

plenum

A

Aurea mira culoſe im- pleur vaſcu- lum.

plenum erat, ad vnius guttæ deſcenſum impletum eſt. Idem bis eſt impletum: quod non ambigitur & in hoc beati Martini fuiſſe virtutem.

Cap 12. Sampſon Chilperici filius obiit.

His ita geſtis, Sampſon filius Chilperici regis iunior, à dyſenteria & febre comprehenſus, è rebus humanis exceſſit. Hic vero cum Chilpericus rex Tornaci à fratre obſideretur, natus eſt: quem mater ob metũ mortis, à ſe abiecit, & perdere voluit. Sed cum nõ potuiſſet obiurgata à rege, eum baptizari præcepit. Qui baptizatus, & ab ipſo epiſcopo ſuſceptus, luſtro vno nec perfecto, defunctus eſt: nã & mater eius Fredegũdis, in his diebus grauiter ægrotauit, ſed conualuit.

Cap 13.

Luna cum ſtella eam intrante.

Poſt hæc in nocte quæ erat tertio Idus Nouembris, adparuit nobis B. Martini vigilias celebrantib⁹ magnũ prodigium, nã in medio lunæ ſtella fulgens viſa eſt elucere: & ſupra ſubter lunam aliæ ſtellæ propinquæ adparuerunt. Sed & circulus ille qui pluuiam plerumque ſignificat, circa eã adparuit. Sed quæ hæc ſignauerint, ignoram⁹, nã & lunã hoc anno ſæpe in nigredinem verſam vidim⁹, & ante natalẽ domini grauia fuere tonitrua. Sed & ſplẽdores illi circa ſolem, ſicut iam ante cladem Aruernani fuiſſe cõmemorauimus, quos ruſtici ſoles vocant, apparuerunt: & mare vltra modum egreſſum adſerunt, & multa alia ſigna adparuerunt.

B

Cap 14. Guntheramnus filias de baſilica S. Hilarii abſtulit. Chilp. Pictauos inuaſit.

Guntheramnus Boſo Turonos cum paucis armatis veniens filias ſuas quas in baſilica ſancta reliquerat, vi abſtulit, & eas Pictauos ciuitatem, quia erat Childeberti regis, perduxit. Chilpericus quoque rex Pictauum peruaſit, atq; nepotis ſui homines ab eius ſunt hominibus effugati. Ennodium ex comitatu ad regis præſentiam perduxerunt. Quo exilio damnato, facultates eius fiſco ſubdiderunt. Sed poſt annum, & patriæ & facultatibus redditus eſt. Guntheramnus Boſo relictis filiabus ſuis in baſilica beati Hilarii, ad Childebertum regem tranſiit.

Cap 15.

Anno quoq; tertio Childeberti regis qui erat Chilperici & Guntheramni ſeptimus decimus annus, cum Daccο Dagarici quondam filius, relicto rege Chilperico, huc illucq; vagaretur, à Draccoleno duce, qui dicebatur Induſtrius, fraudulenter adprehenſus eſt: quem vinctum ad Chilpericum regem, Brennacum deduxit, dato ei ſacramento, quod vitam illi⁹ cum rege obtineret. Sed oblitus ſacramenti, egit

C

cum principe, nefarias res aſſerens, vt moreretur. Ille quoque cum vinctus detineretur, & cerneret ſe penitus nõ euaſurũ, à presbytero rege neſciente pœnitentiã petiit. Qua accepta, interfectus eſt. Cum autem idem Draccolenus velociter reuerteretur in patriam, his diebus Guntheramnus

Dacco occiditur.

Boſo filias ſuas à Pictauo auferre conabatur. Quod audiẽs Draccolen⁹, ſe ſuper eum obiecit. Sed illi ſicut erant parati reſiſtentes, ſe defenſare nitebantur, Guntheramnus vero miſit vnum de amicis ſuis ad eum dicẽs, Vade & dic ei, Scis enim ꝙ fœd⁹ inter nos initum haberem⁹: rogo vt te de meis remoueas inſidiis. Quantum vis de rebus tollere non prohibeo: tantum mihi etiã nudo liceat cum filiabus meis accedere quo voluero. At ille vt erat van⁹ ac leuis, Ecce, inquit funiculũ in quo alii culpabiles ligati, ad regẽ me ducente directi ſunt: in quo & hic hodie ligandus illuc deducitur vinct⁹. Et hæc cum dixiſſet, calcaneorum ictibus vrgens equũ, ad illũ veloci curſu dirigit: & craſſo eũ verberans ictu, haſtili diuiſo enſis ad terrã ruit. Guntheramnus vero cum ſuper ſe mortẽ cerneret imminere inuocato nomine domini, & virtute

Draccolenus lancea traiicitur.

magna beati Martini, eleuatoque conto, Draccolenum arctat in faucibus: ſuſpenſumq; de equo ſurſum, vnus de amicis ſuis eum lancea latere verberatum finiuit: fugatiſque ſociis, ipſoq; ſpoliato, Guntheramnus cũ filiab. liber abſceſſit. Poſt hæc Seuerus ſocer eius à filiis apud regem grauiter ac-

D

cuſatur. Hæc ille audiens, cum magnis muneribus ad regem petiit. Qui in via adprehenſus & ſpoliatus, atque in exilium deductus morte peſſima vitam finiuit. Sed & dum filii eius Burſolenus & Dodo ob crimẽ maieſtatis læſæ iudicio mortis ſuſcepto, ab exercitu vi oppreſſus eſt alius in fuga adprehẽſus, truncatis manibus & pedib⁹ interiit: reſque omnes tã eorum quã patris, fiſco cõlatæ ſunt. Erant enim eis magni theſauri.

Cap 26. Franci in Britanniam oppugnandam eunt.

Dehinc Turonici, Pictaui, Baiocaſſini, Cœnomãnici, Andegaui cum aliis multis in Britanniam ex iuſſu Chilperici regis abierunt: & contra Varochum filium quondam Macliaui ad Vicinoniam fluuium reſident. Sed ille doloſe per nocte in ſuper Saxones Baiocaſſinos ruens, maximam exinde partem interfecit. Poſt die autem tertia cum ducibus regis Chilperici pacem faciens, & filium ſuum in obſidatum donans, ſacramento ſe conſtrinxit, quod fidelis regi Chilperico eſſe deberet. Venetos quoque ciuitatem refudit ſub ea cõditione, vt ſe mereretur eam per iuſſionem regis regere, tributa vel omnia quæ exinde debebantur, annis ſingulis nullo admonente diſſolueret. Quod cum factũ fuiſſet, exercitus ab eo loco remot⁹ eſt. Poſt hæc Chilpericus rex de pauperib. & iunioribus eccleſiæ vel baſilicæ bãnos iuſſit exigi, pro eo ꝙ in exercitu nõ ambulaſſent: non n. erat conſuetudo, vt hi vllam exſoluerent publicam functionem. Poſt hæc Varochus obliuiſcens promiſſionis ſuæ volens irrumpere quod fecerat, Eunium epiſcopum Veneticæ vrbis, ad Chilpericum regem dirigit. At ille ira commotus, obiurgatum eum exilio damnari præcepit.

E

Chilp ſe nõ ſequutos ad bellum ſeruos pe- nat in Eccleſia.

Anno quoque quarto Childeberti, qui fuit decimuſoctauus Guntheramni & Chilperici regum, apud Cauillonũ ciuitatem ſynodus acta eſt, ex iuſſu principis Guntheramni. diſcuſſiſque diuerſis cauſis contra Salonium & Sagittarium epiſcopos, iteratur illa antiqua calamitas: obiiciuntur eis crimina: & non ſolum de adulteriis, verumetiam de homicidiis accuſantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari cenſentes epiſcopi, illud eſt additum, quod eſſent rei maieſtatis & patriæ proditores. Qua de cauſa ab epiſcopatu diſcincti, in baſilicam beati Marcelli ſub cuſtodia detruduntur. Ex qua per fugam lapſi, diſceſſerunt per diuerſa vagantes, donec in ciuitatibus eorum alii ſubrogati ſunt.

Cap. 27. Salonius & Sagittarius deponuntur.

F

Chilpericus vero rex, deſcriptiones nouas & graues in omni regno ſuo fieri iuſſit. Qua de cauſa multi relinquentes ciuitates illas, vel poſſeſſiones proprias, alia regna petierunt, ſatius ducentes alibi peregrinari, quam tali periculo ſubiacere. ſtatutum enim fuerat, vt poſſeſſor de propria terra vnam amphoram vini per aripẽnem redderet. Sed & aliæ functiones infligebantur multæ tam de reliquis terris, quã de mãcipiis: quod impleri nõ poterat. Lemouicinus quoq; populus cum ſe cerneret tali faſce grauari congregatus in Calendis Martiis, Marcum referendarium, qui hæc agere iuſſus fuerat, interficere voluit: & feciſſet vtique, niſi eum epiſcopus Ferreolus ab imminẽti diſcrimine liberaſſet. Arreptis quoq; libris deſcriptionum, incendio multitudo cõiuncta cremauit: vnde multum moleſtus rex, dirigens de latere ſuo perſonas, immenſis damnis populum adflixit, ſuppliciiſque conterruit, morte mulctauit. Ferunt etiam tunc abbates atq; presbyteros, ad ſtipites extenſos diuerſis ſubiacuiſſe tormentis. Calumniantibus regalibus miſſis, quod in ſeditione populi ad incendendos libros ſatellites adfuiſſent, acerbiora quoque deinceps infligentes tributa.

Cap 28. Chilpericus vexat ſuos tributis grauiſſimis.

G

Britanni quoque grauiter regionem Redonicam vaſtauerunt incendio, præda, captiuitate: qui vſque Cornutium vicum debellando progreſſi ſunt. Eunius vero epiſcopus de exilio reductus, Andegauo ad paſcendum delegatur, nec ad ciuitatem ſuã Veneticam redire permittitur. Byppolen⁹ vero dux cõtra Britannos dirigitur, & loca aliqua Britanniæ ferro incendioque opprimit: quæ res maiorem inſaniam excitauit.

Cap. 29. Britannorũ vaſtatio.

Dum hæc gererẽtur in Galliis, Iuſtinus impleto imperii octauodecimo anno, amentiam quam incurrerat, cum vita finiuit. Quo ſepulto Tyberi⁹ Cæſar arripuit iã olim adgreſſum imperiũ. Sed cũ eum ſecundũ cõſuetudinẽ loci ad ſpectaculum circi præſtolaretur populus proceſſurum, parare ei cogitans pro parte Iuſtiniani inſidias, qui tunc nepos Iuſtini habebatur, ille per loca ſancta proceſſit. Cõpletaq; oratione, vocato ad ſe vrbis Papa, cum conſulibus ac præfectis, palatium eſt ingreſſus dehinc indutus purpura, diademate coronatus, in throno imperiali impoſit⁹, cũ immenſis laudib. imperium cõfirmauit. Factionarii quoq; operientes ad circũ, cum cognouiſſent quæ acta fuerant, pudore confuſi ſine effectu regreſſi ſunt, nihil homini, qui in Deo ſpem poſuerat aduerſari valentes. Trãſactis igitur paucis dieb⁹, adueniens Iuſtinianus, pedibus ſe proiecit Imperatoris, quindecim ei centenaria auri deferens ob meritũ gratiæ. Quẽ ille ſecũdũ patiẽtiæ ſuæ ritũ colligens, in palatiũ iuſſit adſiſtere. Sophia vero Auguſta immemor promiſſionis quam quondam in Tiberiũ habuerat, inſidias ei tentauit intendere. Procedẽte

Cap. 30. Tiberius vocatur ad imperium.

H

A

Imperator 30. diebus vindemiat.

autem eo ad villam, vt iuxta ritum imperialem, xxx. diebus ad vindemiam iocundaretur, vocato clam Iuſtiniano, Sophia voluit eum erigere in imperium. Quo cõperto, Tyberius curſu veloci ad Cõſtantinopolitanam ciuitatem regreditur. Adprehenſamq; Auguſtam ab omnib⁹ theſauris ſpoliauit, ſolũ ei victus quotidiani alimentũ relinquens. Segregatiſq; pueris eius ab ea, alios poſuit, de fidelibus ſuis, mandans prorſus vt null⁹ de anterioreib⁹ ad eã haberet acceſſum. Iuſtinianum vero obiurgatum tãto in poſterum amore dilexit, vt filio ei⁹ filiam ſuam promitteret, rurſumq; filio ſuo filiam eius expeteret: ſed non eſt res ſortita effectũ. Exercit⁹ eius Perſas debellauit, victorque regreſſus, tantam molem prædę detulit, vt crederetur cupiditati humanæ poſſe ſufficere. Viginti elephanti capti ad Imperatorem deducti ſunt.

Cap. 31. Britannorũ incurſiones.

Britanni eo anno valde infeſti circa vrbẽ fuere Namneticam atq; Redonicam, qui immenſam auferentes prædam, agros peruadunt, vineas à fructibus vacuant, & captiuos abducunt. Ad quos cum Felix epiſcopus legationẽ miſiſſet emendare promittẽtes, nihil de ꝓmiſſis implere voluerũt.

B

Apud Pariſios autem mulier quædam ruit in crimen adſerentibus multis, quaſi q̃ relicto viro cum alio miſceretur. Igitur parentes illius acceſſerunt ad patrem dicentes, Aut idoneam redde filiam tuam, aut certe moriatur, ne ſtuprum hoc generi noſtro notã infligat. Noui, inquit pater, ego filiã meam bene idoneã, nec eſt verum verbum hoc q̃ mali homines ꝓloquuntur. Tamen ne crimen conſurgat vlterius, innocentem eam faciam ſacramento. Et illi, Si, inquiunt, eſt innoxia, ſup tumulum hoc B. Dionyſii martyris ſacramentis adfirma. Faciam, inquit pater. Tunc inito placito ad baſilicã martyris ſancti conueniunt, eleuatiſq; pater manibus ſuper altarium, iurauit, filiam non eſſe culpabilẽ. E contrario vero periuraſſe eum alii à parte viri pronunciant. His ergo altercantibus euaginatis gladiis in ſe inuicem proruunt, atq; ante ipſum altarium ſe trucidant: erant autem maiores natu & primi apud Chilpericum regem. Sauciantur multi gladiis,

B. Dionyſii ædes cæde polluitur.

reſpergitur ſancta humano cruore baſilica, oſtia iaculis fodiuntur & enſibus, atq; vſq; ad ipſum ſepulchrũ tela iniqua deſæuiunt. Quod dum vix mitigatur, locus officiũ perdidit, donec iſta omnia ad regis notitiam peruenirent. Hi vero ꝓperantes ad præſentiam principis, nõ recipiuntur in gratiã: ſed ad epiſcopum loci illius remitti eos iuſſum eſt: vt ſi de hoc facinore culpabiles nõ inuenirentur, ſociarentur communioni. Tunc ab epiſcopo Regnamodo qui Pariſiacæ ecclesiæ præerat, componentes quæ male geſſerant, in cõmunionem eccleſiaſticã ſunt recepti. Mulier vero nõ poſt multis diebus cum ad iudicium vocaretur, laqueo vitam finiuit.

C

Cap. 33. Inundationes.

Anno quinto Childeberti regis Aruernorum regionem diluuia magna preſſerunt, ita vt per dies duodecim non ceſſaret à pluuia: tantaque inundatione Limane eſt infuſum, vt multos de ſementem iacere prohiberet. Flumina quoq; Liger Flauariſque, quem Elacrem vocitant, vel reliqui torrentes percurrentes in eum, ita intumuerunt, vt terminos quos nunquam exceſſerant, præterirent: quę grande de pecoribus excidium, de culturis detrimentum, de ædificiis fecere naufragiũ. Pari modo Rhodanus cum Arari coniunct⁹ ripas excedẽs, graue damnum populis intulit, muros Lugdunenſis ciuitatis aliqua ex parte ſubuertit. Quieſcentibus

Arbores bis in anno florent.

vero pluuiis, arbores denuo floruerunt: erat enim mẽſis September. In Turonico vero eo anno mane priuſquam dies inluceſceret, fulgor per cœlũ cucurriſſe viſus eſt, & ad oriẽtis plagam cecidiſſe. Sed & ſonitus tanq̃ diruentis arboris, per totam terram illam auditus eſt: q̃ ideo nõ eſt de arbore æſtimandum, quia in quinquaginta aut amplius miliaria eſt auditũ. Ipſo anno grauiter vrbs Burdegalenſis à terræmotu concuſſa eſt, mœniaq; ciuitatis in diſcrimine euerſionis

D

Terræmotus Burdegal.

extiterũt: atq; ita omnis populus metu mortis exterrit⁹ eſt, vt ſi non fugeret, putaret ſe cũ vrbe dehiſcere. Vnde & multi ad ciuitates alias tranſierunt. Qui timor ad vicinas ciuitates porrectus eſt & vſq; Hiſpaniam attigit, ſed non tam valide. Tamen Pyrenæis montib⁹ immenſi lapides ſunt commoti, q̃ pecora hominesq; ꝓſtrauerunt. Nam & vicos Burdegalenſes incendium diuinitus ortum cõſumpſit, ita vt ſubito comprehenſæ igni tam domus quam areæ cum annonis, incendio cremarentur: nullũ penitus incitamentum habẽs ignis alieni, niſi forſitan iuſſione diuina, nam & Aurelianẽ-

E

Incend. Aurelian. … ex fracto pane ſanguinem.

ſis ciuitas graui incendio conflagrauit, in tantum vt ditioribus nihil penitus remaneret: & ſi aliquis ab igne quicquam eripuit, ab inſiſtentibus furibus eſt direptum. Apud terminum Carnotenum, verus de effracto pane ſanguis effluxit. Grauiter tunc & Biturica ciuitas à grandine verberata eſt.

Cap. 34. Lues.

Sed hæc prodigia grauiſſima lues eſt ſubſecuta. Nã diſcordantib. regib⁹ & iterum bellum ciuile parantibus, dyſentericus morb⁹ pene Gallias totas præoccupauit. Erat n. his q̃ patiebãtur, valida, cum vomitu febris, renumq; nimius dolor, caput graue, vel ceruix. Ea vero q̃ ex ore proiiciebantur colore croceo aut certe viridia erant: à multis aũt adſerebatur venenũ occultum eſſe. Ruſticiores vero corales hoc puſulas nominabãt. q̃ non eſt incredibile, q̃a miſſæ in ſcapulis ſiue crurib. ventoſæ, ꝓcedentib. erumpentibuſq; veſicis, decurſa ſanie multi liberabãtur: ſed & herbæ q̃ venenis medẽtur potui ſumptæ, pleriſq; præſidia contulerunt. Et quidẽ primũ hęc infirmitas à mẽſe Auguſto initiata, paruulos adoleſcẽtes arripuit, lethoq; ſubegit. Perdidimus dulces & charos nobis infantulos, quos aut gremiis fouim⁹, aut vlnis baiulauimus, aut ꝓpria manu miniſtratis cibis ipſos ſtudio ſagaciore nutriuimus: ſed abſterſis lachrymis cum beato Iob

F

diximus, Domin⁹ dedit, domin⁹ abſtulit: quomodo domino placuit ita factũ eſt. ſit nomen ei⁹ benedictũ in ſecula. Igitur in his diebus Chilpericus rex grauiter ægrotauit: quo cõualeſcente filius eius iunior necdũ ex aqua & ſpiritu ſancto renatus, ægrotare cœpit, quem in extremis vidẽtes, baptiſmo abluerunt. Quo parumper melius agente frater eius ſenior nomine Chlodobertus, ab hoc morbo corripitur: ipſumq; in diſcrimine mortis Fredegũdis mater cernens, ſero peni-

Regal. ægrotant.

tens ait ad regẽ, Diu nos male agentes pietas diuina ſuſtentat, nam ſæpe nos febribus & aliis malis corripuit, & emẽdatio non ſucceſſit. Ecce iam perdimus filios: ecce iam eos lachrymæ pauperum, lamẽta viduarum, ſuſpiria orphanorũ interimunt, nec ſpes remanet cui aliquid cõgregemus: theſaurizamus neſcientes cui congregem⁹ ea: ecce theſauri remanẽt à poſſeſſore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Nunqd non exundabant promptuaria vino? nunquid non horrea replebantur frumento? nũquid nõ erant theſauri referti auro, argento, lapidib⁹ pretioſis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis? ecce q̃ pulchrius habebamus, ꝑdidimus. Nunc ſi placet venite, incendamus oẽs deſcriptiones iniquas: ſufficiatq; fiſco noſtro, quod ſufficit patri regique Chlotario. Hæc effata regina, pugnis verberans pect⁹,

G

Chilpericus tributa remittit.

iuſſit libros exhiberi qui de ciuitatib⁹ ſuis p Marcum venerant: proiectiſq; in ignem, iterum ad regem conuerſa, Quid tu, inquit, moraris? Fac q̃ vides à me fieri, vt & ſi dulces natos perdimus, vel pœnam perpetuam euadamus. Tunc rex compunctus corde tradidit oẽs libros deſcriptionum igni, conflagratiſq; illis miſit qui futuras prohiberẽt deſcriptiones. Poſt hæc infantulus iunior dum nimio labore tabeſcit, extinguitur, quem cum maximo mœrore deducẽtes à villa Brennaco Pariſios, ad baſilicam ſancti Dionyſii ſepelire mãdauerunt. Chlodobertũ vero componẽtes in feretro, Sueſſionas ad baſilicam ſancti Medardi duxerunt, proiicienteſq; eum ad ſanctum ſepulchrũ vouerunt vota pro eo, ſed media nocte anhel⁹ iam & tenuis ſpiritũ exhalauit: quem in baſilica ſanctorum Criſpini atq; Criſpiniani martyrũ ſepelierunt: magnus vſq; huc planctus omni populo fuit nã viri lugentes mulieresq; lugubrib. veſtimẽtis indutæ, vt ſolet in coniugũ exequiis fieri, ita hoc fun⁹ ſunt ꝓſecutæ. Multa poſtea Chilpericus rex eccleſiis ſiue baſilicis vel pauperib⁹ eſt largitus.

H

Cap. 35. Auſtrigildis medicos qui curabãt ſe morientem occidi iuſſit.

His diebus Auſtrigildis Guntheramnum principis regina, ab hoc morbo conſumpta eſt. ſed priuſquam nequã ſpiritum exhalaret, cernens quod euadere non poſſet, alta trahens ſuſpiria, voluit leti ſui habere participes agẽs vt in exequiis eius aliorum funera plangerentur. Fertur enim Herodiano more regẽ petiiſſe dicens, Adhuc ſpes viuendi fuerat, ſi nõ inter iniquorum medicorum manus interiiſſem: nam potiones ab illis acceptæ, mihi vi abſtulerunt vitã, & fecerũt me hanc lucẽ velociter perdere: & ideo ne inulta mors mea prætereat, quæſo & cum ſacramẽti interpoſitione coniuro, vt cũ ab hac luce diſceſſero, ſtatim ipſi gladio trucidentur: vt ſicut ego amplius viuere nõ queo, ita nec illi poſt meũ obitũ glorientur, ſed ſit vnus dolor noſtris pariter ac eorũ amicis. Hæc effata, infelicem animam tradidit. Rea vero peracto et

A

more iuſtitio, oppreſſus iniquę coniugis iuramento, impleuit præceptum iniquitatis: nam duos medicos qui ei ſtudiũ adhibuerant gladio feriri præcepit: quod non ſine peccato fuiſſe, multorum cenſet prudentia.

Cap. 16. Nantinus comes interiit.

Hac itaque ægritudine & Nantinus Engoliſmenſis comes exitu ſuo interiit, ſed quæ contra ſacerdotes vel eccleſias Dei egerit, altius repetenda ſunt. Denique Maracharius auunculus eius, diu in ipſa vrbe vſus eſt comitatu, quo officio expleto, eccleſiæ ſociatur, clericuſq; fact⁹ ordinatur epiſcopus. Qui multum vigilanter vel eccleſias, vel eccleſię domos, & erigens, & componens, ſeptimo ſacerdotii anno iniecto ab inimicis in caput piſcis veneno, ſimpliciter accipiens crudeliter enecatur. Sed nõ diu inultã eius mortẽ pertulit diuina clementia: nã Frontonius, cui⁹ conſilio hoc ſcelus eſt perpetratũ, adſumpto confeſtim epiſcopatu, vno in eo degens anno, præcurrente iudicio Dei interiit. Cui⁹ poſt obitũ Heracli⁹ Burdegalenſis presbyter, qui quondã legatus Childeberti ſenioris fuerat, epiſcop⁹ ordinatur. Nantinus vero ob requirendã auunculi ſui mortem, comitatũ in ipſa vrbe expetiit. Quo accepto, multas epiſcopo iniurias irrogauit: aiebat enim, Homicidas illos qui auunculũ meũ interfecerunt tecum retines: ſed & presbyteros huic noxæ admixtos, ad conuiuium recipis. Deinde inimicitia increſcente paulatim cœpit villas eccleſiæ quas Maracharius teſtamento ſcripto reliquerat, violenter inuadere, adſerẽs nõ debere eccleſiã eius facultatem adipiſci, à cuius clericis teſtator fuerat interfectus. Poſt iſta vero iã aliquib. ex laicis interfectis, addidit vt adprehenſum presbyterũ adligaret, ac cõto perfoderet. Cui adhuc viuenti retortis poſt tergũ manibus, adpenſo ad ſtipitem elicere quærebat ſi in hac cauſa fuiſſet admixtus. Quod cum ille negaret, profluente cruore de vulnere, reddidit ſpiritum. Qua de cauſa cõmotus epiſcopus, iuſſit eum ab eccleſiæ foribus prohiberi. Conuenientibus aũt apud ciuitatẽ Sanctonas ſacerdotib⁹, deprecabatur Nantinus vt pacẽ epiſcopi mereretur, promittens ſe omnes Eccleſiæ res quas ſine ratione abſtulerat, redditurũ, atq; humilẽ exhibere ſe ſacerdoti. At ille fratrũ iuſſioni obaudire procurans, cuncta quę petebantur indulſit: cauſã tamen presbyteri omnipotenti Deo cõmendans, comitẽ in charitate recepit. Qui poſt iſta regreſſus vrbẽ, domos illas quas male peruaſerat, ſpoliat, elidit, ac diſiicit, dicens, Et ſi hoc ab Eccleſia recipitur, vel deſertum inueniatur. Qua de cauſa iterũ motus epiſcopus, eũ à communione ſuſpendit. Quę dum aguntur, impleto beatus pontifex vitæ curſu, migrauit ad dominum. Nantinus quoq; ab aliquibus epiſcopis, intercedentib⁹ præmiis atq; adulationib, communicatur. Poſt paucos vero menſes à ſupradicto morbo corripitur: qui nimia exuſtus febre clamabat dicens, Heu heu, ab Heraclio antiſtite exuror, ab illo crucior, ab illo ad iudiciũ vocor, cognoſco facinus, reminiſcor me iniuſte iniurias intuliſſe pontifici: mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infœlicem animam fudit, indubia relinquens veſtigia, hoc ei ad vltionem beati antiſtitis eueniſſe. nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, vt putares cũ prunis ſuperpoſitum fuiſſe combuſtum. Ergo omnes hæc obſtupeſcant, admirentur, & metuant ne inferant iniurias ſacerdotib⁹, quia vltor eſt dominus ſeruorum ſuorum ſperantium in ſe.

B

C

Nantinus agnoſcit ſcelera.

D

Cap. 17. Martinus Gallicienſis.

Hoc tempore & beatus Martinus Gallicienſis epiſcopus obiit, magnum populo illi faciente planctum: nam hic Pannoniæ ortus fuit, & exinde ad viſitãda loca ſancta in orientẽ properans, in tantũ ſe literis imbuit, vt nulli ſecundus ſuis temporib. haberetur. Exinde Galliciã venit, vbi cũ B. Martini reliquiæ portarẽtur, epiſcopus ordinatur: in quo ſacerdotio impleta plus minus triginta annis, plenus virtutibus migrauit ad dominũ. Verſiculos qui ſuper oſtiũ ſunt à parte meridiana in baſilica ſancti Martini, ipſe compoſuit.

Cap. 18. Chriſt. perſecutio Hiſpanica.

Magna eo anno in Hiſpaniis Chriſtianis perſecutio fuit, multique exiliis dati, facultatibus priuati, fame decocti, carcere mancipati, verberibus adfecti, ac diuerſis ſuppliciis trucidati ſunt. Caput quoq; huius ſceleris Goiſuintha fuit, quam poſt Athanachildi regis connubium, rex Leuuichildus acceperat: ſed quæ Dei ſeruis notã humilitatis inflixerat, proſequẽte vltione diuina, ipſa quoq; eſt omnib. populis facta notabilis: nam vnum oculum nubes alba contegens, lumen quod mens non habebat, pepulit à palpebris. Erant autẽ Leuuichildo regi ex alia vxore duo filii, quorum ſenior Sygibertũ, iunior Chilperici regis filiam deſponſauerat. Sed Ingundis Sygiberti regis filia cum magno apparatu in Hiſpanias directa, ab auia Goiſuintha cum gaudio magno ſuſcipitur: quã nec paſſa eſt in religione Catholica diu commorari, ſed vt rebaptizaretur in Arriana hæreſi blandis cœpit ſermonib. illicere. ſed illa viriliter reluctans cœpit dicere, Sufficit ſatis me ab originali peccato baptiſmo ſalutari ſemel ablutam fuiſſe, & ſanctã trinitatẽ in vna æqualitate eſſe cõfeſſam: hæc me credere ex toto corde cõfiteor, nec vnquã ab hac fide ibo retrorſũ. Hæc illa audiens, iracundiæ furore ſuccenſa, adprehenſam per comam capitis puellam in terrã conlidit, & diu calcibus verberatam ac ſanguine cruentatã, iuſſit ſpoliari & piſcinę immergi: ſed vt adſerunt multi nunquam animum ſuum à fide noſtra reflexit. Leuuichildus autem dedit eis vnam de ciuitatibus, in qua reſidentes regnarent. Ad quã cum abiiſſent, cœpit Ingundis prædicare viro ſuo, vt relicta hæreſis fallacia catholicæ legis veritatem agnoſceret. Quod ille diu refutans, tandem cõmotus ad eius prædicationem conuerſus eſt ad legem Catholicam: ac dũ chriſmaretur, Ioannes eſt vocitatus. Quod cũ Leuuichild⁹ audiſſet, cœpit cauſas quærere qualiter eũ perderet. Ille vero hæc intelligens, ad partem ſe imperatoris iungit, ligãs cũ præfecto eius amicitias, qui tunc Hiſpaniam impugnabat. Leuuichildus autẽ direxit ad eũ nuncios, dicens, Veni ad me, quia extant cauſæ quas conferamus ſimul. Et ille. Non ibo, quia infenſus es mihi, pro eo quòd ſim Catholicus. At ille datis præfecto Imperatoris triginta millib. ſolidorũ, vt ſe ab eius ſolatio reuocaret cõmoto exercitu cõtra eũ venit. Herminichildus vero vocans Græcis, contra patrẽ egreditur, relicta in vrbe coniuge ſua. Cumq; Leuuichildus ex aduerſo veniret, relictus à ſolatio, cũ videret nihil ſe præualere poſſe, eccleſiã quæ erat propinqua, expetiit, dicẽs, Nõ veniat ſuper me pater meus: nefas eſt enim aut patrem à filio, aut filiũ à patre interfici. Hæc audiens Leuuichildus, miſit ad eũ fratrẽ eius qui dato ſacramento, ne humiliaretur, ait, Tu ipſe accede & proſternere pedibus patris noſtri, & omnia indulgebit tibi. Ad ille popoſcit vocari patrẽ ſuũ. Quo ingrediente, proſtrauit ſe ad pedes illi⁹: ille vero adprehenſum oſculatus eſt eũ, & blandis ſermonibus delinitum duxit ad caſtra, oblituſque ſacramenti, innuit ſuis, & adprehenſum ſpoliauit eum indumentis ſuis, induitque illum veſte vili: regreſſuſque ad vrbẽ Toletum, ablatis pueris eius, miſit eum in exilium cum vno tantum puerulo.

E

Arriani rebaptizant.

F

Chriſmantur hæretici conuerſi.

G

Leuuichildus filium catholicum

Cap. 19.

Igitur poſt mortẽ filiorũ Chilperici, rex mẽſe Octobri in Cotia ſilua plenus luctu cũ coniuge reſidebat. Tunc Chlodoueum filium ſuũ, Brennacum, faciente regina, tranſmiſit, vt ſcilicet & ipſe ab hoc interitu deperiret. Grauiter ibi his diebus morbus ille qui fratres interfecerat, ſæuiebat ſed nihil ibidem incommodi pertulit: ipſe enim rex Galam Pariſiacæ ciuitatis villam aduenit. Poſt paucos vero dies Chlodoueũ ad ſe venire præcepit. Cui qualis interitus fuerit, dicere non pigebit. Igitur cum in ſupradicta villa apud patrẽ habitaret, cœpit immature iactare vel dicere, Ecce mortuis fratribus meis ad me reſtitit omne regnũ: vniuerſę Galliæ ſubiicientur, imperiũq; vniuerſum mihi fata largita ſunt. Ecce inimicis in manu poſitis, inferam quæcunq; placuerit. Sed & de nouerca ſua Fredegunde regina non condecibilia detrectabat. Quæ illa audiens pauore nimio terrebatur. Poſt dies vero aliquot, adueniens quidam reginæ, vt orbata filiis ſedeas, dolus id Chlodouei eſt operatus: nã ipſe concupiſcens vni⁹ ancillarum tuarum filiã, maleficiis tuos per matrẽ eius filios interfecit: ideoq; moneo ne ſperes de te meli⁹, cum tibi ſpes per quã regnare debueras ſit ablata. Tunc regina timore perterrita, & furore ſuccenſa, noua orbitate compuncta, adprehenſa puella in quam oculos iniecerat Chlodoueus, & grauiter verberata, incidi comam capitis ei⁹ iuſſit: ac ſciſſa, ſudi impoſitã defigi ante metatum præcepit Chlodouei: matre quoq; puellæ religata, & tormentis diu cruciata, elicuit ab eã profeſſionem quæ hos ſermones veros eſſe firmaret Regi exinde hæc & alia huiuſcemodi inſinuans vindictam de Chlodoueo popoſcit. Tunc rex in venationem directus, cũ præcepit arceſſiri ſecretius. Quo adueniente ex iuſſu regia

H

A adprehenſus in manicis à Deſyderio atque Bobone ducibꝰ, nudatur armis & veſtibus, ac vili indumēto contectꝰ reginæ vinctus adducitur. At illa in cuſtodia eum retineri præcepit, elicere ab eo cupiens, ſi hæc ita vt audierat ſe haberent, vel cuius cōſilio vſus fuerit, aut cuius hæc inſtinctu feciſſet, vel cū quib. maxime amicitias colligaſſet. At ille reliqua denegans, amicitias multorum detexit. Deniq; poſt triduum, regina vinctum iuſſit eum tranſire Matronam fluuium, & in villa cui Noceto nomen eſt, cuſtodiri. In qua cuſtodia cultro percuſſus, interiit: ipſoque in loco ſepultus eſt. Interea aduenerunt nuncii ad regem qui dicerent ꝙ ipſe ſe ictu proprio perfodiſſet: & adhuc ipſum cultrum de quo ſe percuſſit, in loco ſtare vulneris adfirmabant. Quibus verbis rex Chilpericus inluſus, nec fleuit, quē ipſe, vt ita dicam, morti tradiderat, inſtigante regina. Seruientes quoq; illius per diuerſa diſperſi ſunt. Mater autem eius crudeli morte necata: ſoror illiꝰ in monaſteriū recluſa à pueris reginæ tranſmittitur: in quo nunc veſte mutata conſiſtit: opeſq; eorum omnes reginæ delatæ ſunt. Mulier quæ ſup Chlodoueū locuta fuerat, diiudicatur incēdio concremari. Quæ cū duceretur reclamare cœpit miſera, ſe mēdacia protuliſſe: ſed nihil proficientibus verbis ligata ad ſtipitē viuens exuritur flammis. Theſaurariꝰ Chlodouei à Cuppane ſtabuli comite de Biturico tetractus, vinctus reginæ tranſmiſſus eſt, diuerſis cruciatib. exponēdus: ſed eum regina & à ſuppliciis & vinculis iuſſit abſolui, liberumq; nobis obtinentibus abire permiſit.

Clodoueus Fredegundæ dolo occiditur.

Delatrix punitur.

B

Cap. 40. De Elafio & Eonio epiſcopis.

Poſt hæc Elafiꝰ Catalaunēſis epiſcopꝰ propter cauſas Brunichildis reginæ in Hiſpanias in legationē directꝰ, correptꝰ à febre nimia, ſpiritum exhalauit: & exinde delatus mortuꝰ ad ciuitatē ſuā, ſepultꝰ eſt. Eoniꝰ quoq; epiſcopꝰ, quē legatū Britānorū ſupra meminimꝰ, ad ciuitatē ſuā regredi nō permiſſus, vt Andegauis paſceretur de publico, à rege præceptū eſt. Qui Pariſios adueniens, dum die Dominica ſacroſancta ſolēnia celebraret, emiſſa cū hinnitu voce terræ cōruit. Erūpēte vero ab ore eiꝰ & narib. ſanguine inter manꝰ deportatꝰ eſt: ſed cōualuit: nimiū enim vino deditꝰ erat, & plerūq; ita deformiter inebriabatur, vt greſſus facere non valeret.

Cap 41. Lupus Pictauum ingreditur.

Mirus rex Gallicienſis legatos ad Gunthcramnum regē direxit. Cumque per Pictauum terminum præterirent, quē tunc Chilpericus rex tenebat, nunciata ſunt ei. At ille ſub cuſtodia ſibi eos exhiberi præcipit, & Pariſiis cuſtodiri. Eo tempore apud Pictauenſem ciuitatē lupus ex ſiluis veniens per portam ingreſſus eſt: clauſiſq; portis intra muros ipſius vrbis oppreſſus, occiſus eſt. Adſerebant enim quidā & cœlum ardens ſe vidiſſe. Liger fluuius maior ab anno ſuperiore fuit, poſtquam ei Caris torrens ſe adiunxit: ventus auſter nimiū violenter cucurrit, ita vt ſiluas proſterneret, domos erueret, ſepes efferret, ipſoſq; homines ad internecionem vſq; volutaret. Erat enim ſpatium eius in latitudinem quaſi iugera ſeptem. Lōgitudo autem nō potuit æſtimari nam & galli plauſum cantus in initio noctis ſæpe dederunt. Luna contenebricata eſt, & cometes ſtella apparuit. Grauis autē lues in populo ſubſecuta eſt. Legati autem Sueuorum poſt annum dimiſſi, ad propria redierunt.

C

Cap. 42. S. Martini vitam lib. vnico deſcripſit Fortunatus.

Maurilio Cadurcenſis vrbis epiſcopus grauiter ægrotabat ab humore podagrico, ſed ſuper hos dolores quos ipſe humor cōmouit, magnos ſibi cruciatus addebat: nam ſæpe candens ferrū tibiis ac pedib. defigebat, quo facilius cruciatum ſibi amplius adderet. Sed cum epiſcopatum eius multi expeterent, ipſe Vrſicinum q quondā referendarius Vltrogothо reginæ fuerat, elegit. Quē dum adhuc viueret, benedici deprecans, migrauit à ſeculo. Fuit autē valde eleemoſynarius, in ſcripturis eccleſiaſticis valde inſtructꝰ, ita vt ſeriē diuerſarum generationum, quæ in libris veteris Teſtamēti deſcribitur, ꝙ à multis difficile retinetur, hic plerunq, memoria recenſeret. Fuit etiam & in iudiciis iuſtus, ac defendens pauperes eccleſiæ ſuæ de manu malorū iudicum, iuxta illud Iob, Conſeruaui egenū de manu potētis, & inopi cui nō erat adiutor, auxiliatus ſum: os viduæ benedixit me, cum eſſem oculus cæcorū, pes claudorum, & inualidorum pater.

D

Cap 43. Arriani altercatio.

Leuuieldus vero rex Agilanem legatum ad Chilpericū mittit virum nullius ingenii aut diſpoſitionis ratione peritum, ſed tantum voluntate in catholica lege peruerſum: quem cum via Turonos detuliſſet, laceſſire nos de fide, & impugnare eccleſiaſtica dogmata cœpit. Iniqua enim, inquit, fuit antiquorū epiſcoporum lata ſententia, quę æqualem adſeruit filiū patri: nā qualiter, inquit, poterit eſſe patri æqualis in poteſtate, qui ait, Pater maior me eſt? Non ergo æquū vt ei ſimilis æſtimetur quo ſe minorē dicit, cui triſtitiā mortis ingemit, cui poſtremo moriēs, ſpiritū quaſi nulla præditꝰ poteſtate cōmendat. Vnde patet eū & ętate & poteſtate paterna minorē. Ad hæc ego interrogo ſi crederet Ieſū Chriſtū filiū Dei eſſe, ſi eundēq; eſſe Dei ſapiētiā, ſi lumē, ſi veritatē, ſi vitā, ſi iuſtitiā fateretur. Qui ait, Credo hæc omnia eſſe filiū Dei. Et ego, Dic ergo mihi, quando pater ſine ſapientia, quando ſine lumine, quando ſine vita, quādo ſine veritate quando ſine iuſtitia fuerit ſicut enim pater ſine iſtis eſſe nō potuit, ita & ſine filio eſſe nō potuit, quæ maxime ad dominici numinis myſteriū coaptantur: ſed nec pater eſſet vtiq; ſi filium non haberet. Quod aūt eum dixiſſe ais, Pater maior me eſt, ſcias eum hoc ex adſumptæ carnis humilitate dixiſſe vt cognoſcas nō poteſtate, ſed humilitate te fuiſſe redemptum: nā tu q dicis, Pater maior me eſt, oportet te meminiſſe ꝙ alibi ait, Ego & pater vnū ſumus. nā & mortis timor & cōmendatio ſpiritꝰ ad infirmitatē corporis eſt referēda, vt ſicut verꝰ Deꝰ, ita & verꝰ homo credatur. Et ille, Cuiꝰ quis implet voluntatē, eo & minor eſt: ſemper filiꝰ minor eſt patre, quia ille facit voluntatē patris, nec pater illiꝰ volūtatē facere cōprobatur. Ad hæc ego, Intellige quia pater in filio, & filius in patre in vna ſemp deitate ſubſiſtit: nā vt cognoſcas patrē filii facere voluntatē, ſi tu te fides euāgelica manet, audi quid ipſe Ieſus Deus noſter cū ad reſuſcitādū venit Lazarum, ait, Pater gratias ego tibi, quoniā audiſti me: & ego ſciebā qa ſemper me audis: ſed propter turbā quæ circūſtat, dixi, vt credant qa tu me miſiſti. Sed & cū ad paſſionē venit, ait, Pater clarifica me claritate q̃ habui apud temetipſum, priuſꝙ mundus fieret. Cui pater de cœlo reſpondit, Et clarificaui, & iterū clarificabo. Æqualis eſt ergo filius in deitate, nō minor: ſed neque aliquid minus habens, nā ſi Deū cōfiteris, neceſſe eſt integrum fatearis, & nihil egētem: ſi vero integrū eſſe negas, Deum eſſe non credis. Et ille, Ex adſumpto homine cœpit Dei filius vocitari. nam erat quandu non erat. Et ego, Audi Dauid dicentem ex perſona patris, Ex vtero ante luciferū genui te. Et Ioānes euangeliſta ait, in principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc ergo verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: per quē facta ſunt omnia. nā vos cæcati veneno perſuaſionis, nihil dignum de Deo ſentitis. Et ille, Nunquid & ſpiritum ſanctum Deum dicitis, aut æqualē patri filioq, deſcernitis? Cui ego, Vna in tribus eſt voluntas poteſtas, operatio: vnꝰ Deus in trinitate, & trinꝰ in vnitate. Tres perſonæ, ſed vnum regnum, vna maieſtas, vna potentia omnipotentiaq;. Et ille. Spiritus ſanctus, inquit, quem æqualem patri profertis ac filio, vtriſq; minor accipitur, quia & à filio promiſſus, & à patre legitur miſſus. nemo enim promittit, niſi ꝙ ſuæ dominationi ſubſiſtit: & nemo mittit, niſi inferiorem ſe, ſicut ipſe ait in euangelio, Niſi ego abiero, paracletus ille non veniet: ſi autem abiero, mittam illum ad vos. Ad hæc ego reſpondi, Bene filius ante paſſionem ait, quia niſi ille ad patrē victor remeauerit, ac proprio ſanguine redēpto mūdu dignum Deo ex homine præparet habitaculum, nō poteſt ſanctus ſpiritus idem Deꝰ in pectore fanatico, & originalis criminis labe infecto deſcendere. Spiritus enim ſanctus, ait Salomon, fugiet fictum. Tu aūt ſi ſpē aliquā reſurrectionis habes, noli loqui aduerſus ſpiritū ſanctum, qa iuxta ſententiam domini, ſpiritum ſanctum blaſphemanti nō remittetur, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Et ille Deus eſt q mittit, nō eſt Deus qui mittitur. At hæc ego interrogo ſi crederet doctrinam Petri Paulique Apoſtolorum: reſpondente autem eo, Credo: adieci, Cum argueret Petrus Apoſtolus Ananiam pro fraude fundi, vide quid dicat, Quid tibi viſum eſt mentiri ſpiritui ſancto? nō es enim mentitus hominib. ſed Deo. Et Paulus, cū gratiarū ſpiritualiū diſti[n]gueret gradꝰ, Hęc omnia, inquit, operatur vnꝰ atq; idē ſpiritꝰ. diuidens vnicuiq; prout vult. Qui enim quod voluerit facit, in nullius redigitur poteſtatem. nam vos vt ſuperius dixi, nihil recte de trinitate ſancta ſentitis, & quam iniqua ſit huius ſectę peruerſitas, ipſius auctoris veri, id eſt Arrii expreſſit interitꝰ. Ad hæc ille reſpondit, Legē quam non colis, blaſphemare

E

Deus vt nunquam ſine ſapientia aut lumine, ſic nec abſque ...

F

G

H

Spiritus ſancti diſtributione gratiarum.

A noli. Nos vero quæ creditis, etſi non credimus, non tamen blaſphemamus: quia nô deputatur crimini, ſi & illa & illa colantur. ſic enim vulgato ſermone dicimus, Non eſſe noxiũ ſi inter gentilium aras, & Dei eccleſiam quis tranſiens vtraq; veneretur. Cuius ego ſtultitiam cernens, aio, Vt video, & gentilium defenſorem, & hæreticorum adſertorem te eſſe manifeſtas, cum & eccleſiaſtica dogmata maculas, & paganorum ſpurcitias prædicas adorari. Satius, inquio, faceres, ſi ea te armaret fides, quam Abraham ad ilicẽ, Iſaac in ariete, Iacob in lapide, Moyſes vidit in ſente: quã Aaron portauit in logio, Dauid exultauit in tympano, Salomon prædicauit in intellectu: quam omnes patriarchæ, prophetæ, ſiue lex ipſa vel oraculis cecinit, vel ſacrificiis figurauit: quã & nunc præſens ſuffragator Martin⁹ noſter, vel poſſedit in pectore, vel oſtendit in opere: vt & tu conuerſus crederes inſeparabilẽ trinitatem, & accepta à nobis benedictione, purgatoq; à malæ credulitatis veneno pectore delerentur iniquitates tuæ. At ille furore commotus, & neſcio quid quaſi inſanus frendẽs ait: Ante anima ab huius corporis vinculis emicet, quam ab vllo religionis veſtræ ſacerdote benedictionẽ accipiam. & ego, Nec noſtram domin⁹ religionem ſiue fidẽ ita

Supra initio lib. 1.

B tepeſcere faciat, vt diſtribuamus ſanctum eius canibus, ac precioſarũ margaritarũ ſacra porcis ſqualentibus exponamus. Ad hæc, ille relicta altercatione ſurrexit, & abiit. Sed poſt hæc cum in Hiſpanias reuerſus fuiſſet, infirmitate debilitatus, ad noſtram religionem neceſſitate cogente conuerſus eſt.

Cap. 44. Chilpericus conatus eſt perſonas & trinitatis terminos tollere.

Per idem tempus Chilpericus rex ſcripſit indiculum, vt ſancta trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantum Deus nominaretur: adſerẽs indignum eſſe vt Deus perſona, ſicut homo carneus nominetur. Adfirmans etiã ipſum eſſe patrem qui eſt filius, idemq; ipſum eſſe ſpiritum ſanctum, qui pater & filius: ſic, inquit, prophetis ac patriarchis apparuit: ſic eum ipſa lex nunciauit. Cumque hæc mihi recitari iuſſiſſet, ait, Sic, inquit, volo vt tu & reliqui doctores eccleſiarũ credatis. Cui ego reſpondi, Hac credulitate relicta, pie rex, hoc te oportet ſequi quod nobis poſt Apoſtolos alii doctores eccleſiæ reliquerunt: quod Hilarius Euſebiuſq; docuerunt, quod & in baptiſmo es confeſſus. Tunc iratus rex ait, Manifeſtũ eſt mihi in hac cauſa Hilarium Euſebiumq; validos inimicos haberi. Cui ego reſpõdi, Obſeruare te conuenit, neq; Deũ, neq; ſanctos eius habere offenſos. Nam ſciaa

C quia in perſona aliter pater, aliter filius, aliter ſpiritus ſanctus. Non pater aſſumpſit carnem, neq; ſpiritus ſanctus, ſed fili⁹: vt qui erat Dei filius, ipſe ad redemptionem hominis, filius haberetur & virginis. Non pater paſſus neq; ſpiritus ſanctus ſed filius: vt qui carnem adſumpſerat in mundo, ipſe offerretur pro mundo. De perſonis vero quod ais, non corporaliter, ſed ſpiritualiter ſentiẽdum eſt. In his ergo tribus perſonis, vna gloria, vna æternitas, vna poteſtas. At ille cõmotus ait, Sapientioribus te hæc pandã, qui mihi conſentiant & ego. Nunq̃ erit ſapiens, ſed ſtult⁹, qui hæc quæ proponis ſequi voluerit. Ad hæc ille frendẽs, ſiluit. Non poſt multos vero dies adueniẽte Saluio Albigenſi epiſcopo, hæc ei præcepit recenſeri, deprecans vt ſibi cõſentaneus fieret. Quod ille audiens ita reſpuit, vt ſi chartam in qua hæc ſcripta tenebantur, potuiſſet adtingere, in fruſta diſcerperet. Et ſic

D rex ab hac intentione quieuit. Scripſit alio libros idem rex verſibus, quaſi Sedulium ſecutus: ſed verſiculi illi nulli penitus metricæ conueniunt rationi. Addidit autem & literas literis noſtris, id eſt ∗ ſicut Græci habent, ae, the, vuui: quarum characteres ſubſcripſimus, hi ſunt: o. ψ. z. π. Et miſit epiſtolas in vniuerſas ciuitates regni ſui vt ſic pueri docerẽtur, ac libri antiquit⁹ ſcripti, planati pumice reſcriberẽtur.

Chilpericus verſus compoſuit nulla ratione.

Cap. 45. Agroecula Epiſc. comedit tantũ veſperi.

Agroecula autem Cabillonẽſis epiſcopus, hoc obiit tempore: fuitque homo valde elegans ac prudens, genere ſenatorio. multa in ciuitate illa ædificata fecit, domos compoſuit, eccleſiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore, muſiuo depinxit. Magnæ autem abſtinentiæ fuit. nam nunquam prandio vius eſt, niſi tantum cœna: ad quã ſic temporiue reſidebat, vt ſole ſtante conſurgeret. Humanitatis exiguæ, facũdiæ vero magnæ erat. Obiit aũt epiſcopatus anno quadrageſimo octauo, æui autẽ octogeſimotertio: cui Flauius referendarius Guntherãni regis ſucceſſit.

Cap. 46.

Eo tempore & Dalmatius Ruthenæ ciuitatis epiſcopus

E migrauit à ſeculo, vir in omni ſanctitate præcellus, abſtinẽs vel à cibis, vel à cõcupiſcentiis carnis: valde eleemoſynari⁹, & cunctis humanus, in oratione & vigiliis ſatis ſtabilis: eccleſiam conſtruxit. Sed dũ eam ad emendationẽ ſæpius deſtruit, incompoſitam dereliquit. Poſt cuius obitum, multi, vt fit, epiſcopatum petebant. Tranſobadus vero presbyter, qui quõdam archidiaconus eius fuerat, maxime in hoc intendebat, fidus quod filium ſuum cum Gogone, qui tunc regis erat nutritius, commendauerat. Condiderat aũt epiſcopus teſtamentum in quo regi Sexenium, qui poſt eius obitũ acciperet, indicabat, adiurans terribilibus ſacramẽtis, vt in eccleſia illa ordinaretur non extraneus, non cupidus, non cõiugali vinculo nexus, ſed ab his omnib⁹ expeditus, qui in ſolis tantum dominicis laudibus degebat, ſubſtitueretur. Trãſobadus autem presbyter epulũ in ipſa vrbe clericis præparat. Reſidentibus aũt illis, vnus presbyterorum cœpit antiſtitem memoratum impudicis blaſphemare ſermonibus & vſq; ad hoc erupit, vt eum delirum & fatuum nominaret. Hæc eo dicente, pincerna poculum oblaturus aduenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere cœpit: laxatoque

Dalmatius epiſc. obiit.

Tranſobadus exagitatus conuitiis in menſa exſpirauit.

F de manu calice, ſuper alium qui ſibi erat proximus caput reclinans, reddidit ſpiritum. Ablatuſque ab epulo, ad ſepulchrum humo contectus eſt. Poſt hæc relecto teſtamento antiſtitis, in præſentia Childeberti regis ac procerum eius, Theodoſius qui tunc archidiaconatu vrbis illius potiebatur, epiſcopus ordinatus eſt.

Cap. 47. Anſoualdus Leudaſti ſubſtituitur.

∗ Audiens autem Chilpericus omnia mala quæ faciebat Leudaſtes eccleſiis Turonicis & omni populo, Anſoualdũ illuc dirigit: qui veniens ad feſtiuitatem ſancti Martini, data nobis & populo optione, Eunomius in comitatum erigitur. Denique Leudaſtes cernens ſe remotum, ad Chilpericum dirigit, dicens, Vſque nunc, ô piiſſime rex, cuſtodiui ciuitatem Turonicam: nunc autem me ab actione remoto, vide qualiter cuſtodiatur. Nam noueris quia Gregorius epiſcopus eam ad filium Sygiberti tradere deſtinat. Quod audiens rex, ait, Nequaquam, ſed quia remotus es, ideo hæc adponis. & ille, Maiora, inquit, de te ait epiſcopus: dicit enim reginam tuam in adulterio cũ epiſcopo Berthcramno miſceri. Tunc iratus rex, cæſum pugnis & calcibus, oneratum ferro, recludi præcepit in carcere.

G Sed quia liber finem poſtulat, narrare aliqua de ei⁹ actionibus libet: ſed prius videtur, genus ac patriam moreſq; ordiri. Cracina Pictauenſis inſula vocitatur, in qua à Fiſcalis vinitoris ſeruo Leocadio nomine, naſcitur. Exinde ad ſeruitium arceſſitus, culinæ regiæ deputatur. Sed quia lippis erat in adoleſcentia oculis, quib⁹ fumi acerbitas non congruebat, amotus à piſtillo promouetur ad cophinũ. Sed dũ inter fermentatas maſſas ſe delectari conſimulat, ſeruitiũ fugam iniens dereliquit. Cumq; bis aut tertio reduct⁹ à fugæ lapſu teneri non poſſet, auris vni⁹ inciſione multatur. Dehinc cũ notam inflictam corpori occulere nulla auctoritate valeret, ad Marcouefam reginam quam Charibertus rex nimiũ diligens, in loco ſororis thoro adſciuerat, fugit. Quæ libenter eum colligens, prouocat, equorumq; meliorũ deputat eſſe cuſtodem. Hinc iam obſeſſus vanitate, ac ſuperbiæ deditus comitatum ambit ſtabulorum: quo accepto, cunctos

Cap. 48. Leudaſtis turpis adoleſcentia & promotio.

H deſpicit ac poſtponit: inflatur vanitate, luxuria diſſoluitur, cupiditate ſuccenditur, & in cauſis patronæ alũnus propri⁹ huc illucq; defertur. Cuius poſt obitũ refert⁹ prædis, locum ipſum cũ rege Chariberto oblatis muneribus tenere cœpit. Poſt hæc, peccatis populi ingruẽtibus, comes Turonus deſtinatur: ibiq; ſe amplius honoris glorioſi ſupercilio iactat: ibiq; ſe exhibet rapacẽ prædis, turgidum rixis, adulteriis lutulentum: vbi ſeminando diſcordias, & inferendo calumnias, non modicos theſauros adgregauit. Poſt obitum vero Chariberti, cum in Sigiberti ſortẽ ciuitas illa veniſſet, tranſeunte eo ad Chilpericum, omnia quæ iniq; adgregauerat, à fidelibus nominati regis direpta ſunt. Peruadente igitur Chilperico rege per Theobertum filium vrbem Turonicam, cum iam ego Turonos aduenißem, mihi à Theodoberto ſtrenue cõmendatur, vt ſcilicet comitatu quẽ prius habuerat potiretur. Multum ſe nobis humilem ſubditumque reddebat, iurans ſæpius ſuper ſepulchrũ ſancti antiſtitis, nunq̃ ſe contra rationis ordinem eſſe venturum: ſeque mihi tam in cauſis propriis, quã in eccleſiæ neceſſitatibus in omnib⁹

A

eſſe fidelem. Timebat enim ꝙ poſtea euenit, ne vrbem illam iterum rex Sygibert⁹ in ſuum dominiũ reuocaret. Quo defuncto, ſuccedẽte iterum Chilperico in regnum, iſte in comitatum accedit. Aduenientе aũt Turonos Merouco, oẽs res eius vſquequaq; diripuit. Sed dũ Sygibertus duos annos Turonos tenuit, hic in Britãniis latuit: quo adſumpto, vt diximus, comitatu, in tali leuitate elatus eſt, vt in domo eccleſiæ cum thoracibus atq; loricis, præcinctus pharetra, & cõtum manu gerens, capite galeato ingrederetur: de nullo ſecur⁹, quia omnibus erat aduerſus. Iam ſi in iudicio cum ſeniorib⁹ vel laicis, vel clericis reſediſſet, & vidiſſet hominem iuſtitiã proſequentem, protinus agebatur in furias, ructabat conuicia in ciues: presbyteros manicis iubebat extrahi, milites fuſtibus verberari: tantaq; vtebatur crudelitate, vt vix referri poſſit. Diſcedẽte autem Merouco qui res eius diripuerat, nobis calumniator exiſtit, adſerens fallaciter Merouecum noſtro vſum conſilio, vt res eius auferret. Sed poſt inlata dãna, iterat iterum ſacramenta, pallamque ſepulchri beati Martini fideiuſſorem donat, ſe nobis nũq̃ aduerſaturum.

Leudaſti malitia.

B

Cap. 49. Leudaſti in authorem calumnia.

Sed quoniam longum eſt per ordinem proſequi periuria vel reliqua mala eius, veniamus ad illud, qualiter me voluit iniquis ac nefariis calũniis ſupplantare, vel qualiter in eũ vltio diuina deſcẽdit, vt illud adimpleretur, Omnis ſupplãtans ſupplãtabitur: & iterum, Qui fodit foueã, incidet in eã. Igitur poſt multa mala q̃ in me meoſq; intulit, poſt multas direptiones rerum eccleſiaſticarum, adiuncto ſibi Riculfo presbytero, ſimili malitia peruerſo, ad hoc erupit vt diceret me crimen in Fredegundẽ reginam dixiſſe, adſerẽs ſi archidiacon⁹ meus Plato, aut Gallienus amicus noſter, ſubderẽtur pœnæ, conuincerent me vtique hæc locutum. Tunc rex iratus, vt ſupra diximus, iuſſit eum pugnis calcibuſq; cæſum, oneratum catenis, recludi in carcerem. Nam Riculfum clericum ſe habere dicebat, per quẽ hæc loquutus fuiſſet. Hic vero Riculfus ſobdiaconus, ſimili leuitate p̃facilis, ante hũc annũ cõſilio cũ Leudaſte de hac cauſa habito, cauſas offenſionis requirit, quib⁹ ſcilicet me offenſo, ad Leudaſtẽ tranſiret: nactuſq; tandẽ, ipſum adiuit, ac per menſes quatuor dolis omnibus ac muſcipulis præparatis, ad me cũ ipſo Leodaſte reuertitur, deprecans vt eũ debeã recipere excuſatũ. Feci,

C

fateor, & occultum hoſtem publice in domum ſuſcepi. Diſcedente vero Leudaſte, ipſe ſe pedibus meis ſternit, dicens, Niſi ſuccurras velociter, peritur⁹ ſum. Ecce inſtigante Leudaſte locutus ſum ꝙ loqui non debui: nunc vero aliis me regnis emitte: ꝙ niſi feceris, à regalib. comprehenſus, mortales pœnas ſum luiturus. Cui ego aio, Si quid incõgruum rationi effat⁹ es, ſermo tuus in caput tuum erit: nam ego alteri te regno non mittam, ne ſuſpectus habear corã rege. Poſt iſta Leudaſtes extitit accuſator eius, dicens ſe ſermones tam dictos à Riculfo audiſſe ſubdiacono. At ille iterum vinctus, relaxato Leudaſte, cuſtodiæ deputatur, dicens, Galliенũ eadem die & Platonem archidiaconos fuiſſe præſentes, cum hæc eſt epiſcopus eloquutus. Sed Riculfus presbyter, quiã promiſſionem de epiſcopatu à Leudaſte habebat, intantũ elat⁹ fuerat, vt magi Simonis ſuperbiæ æquaretur. Qui tertio aut eo amplius mihi ſacramẽtum ſuper ſepulchrũ ſancti Martini dederat: in die ſexta Paſchæ intantum me conuiciis & ſputis egit, vt vix manibus temperaret, fidus ſcilicet doli quem præparauerat. In craſtina aũt die, id eſt ſabbati, in ipſo Paſcha, venit Leudaſtes in vrbem Turonicam adſimulanſq; aliud negociũ agere, adprehenſos Platonem archidiaconũ,

D

& Gallienum in vincula cõnectit: catenatoſq, ac exutos veſte iubet eos ad reginam deduci. Hæc ego audiens, dum in domo eccleſiæ reſiderem, mœſt⁹ turbatuſq;, ingreſſus oratorium, Dauidici carminis ſumo librum, vt ſcilicet apertus aliquem conſolationis verſiculum daret. In quo ita repertũ eſt, Eduxit eos in ſpe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare. Interea ingreſſi in fluuium ſup pontẽq; duabus lintribus tenebatur, nauis illa quę Leudaſtem vehebat, demergitur: & niſi nandi fuiſſet adminiculo liberatus, cum ſociis forſitan interiſſet. Nauis vero alia q̃ huic innexa erat, q̃ & vinctos vehebat, ſuper aquas, Dei auxilio, eleuatur. Igitur deducti ad regẽ q vincti fuerant, incuſantur inſtanter, vt capitali ſententia finirentur. Sed rex recogitans abſolutos à vinculo, libera cuſtodia reſeruat inlæſos. Ad ciuitatem vero Turonicam Berulfus dux cum Eunomio comite fabulam

Auſpicium ex ſacris literis.

E

fingit, quod Gunthchramnus rex capere vellet Turonicam ciuitatem: & idcirco ne aliqua negligẽtia accederet, oportere ait vrbem cuſtodia conſignari. Ponunt portis doloſe cuſtodes, qui ciuitatem tueri adſimilantes, me vtiq; cuſtodirent. Mittunt etiam qui mihi conſilium miniſtrarent, vt occulte adſumptis melioribus rebus eccleſiæ, Aruernum fuga ſecederem: ſed non adquieui. Igitur rex arceſſitis regni ſui epiſcopis, cauſam diligẽter iuſſit exquiri. Cumq; Riculfus clericus ſæpius diſcuteretur occulte, & cõtra me vel meos multas fallacias promulgaret, Modeſtus quidam faber lignarius ait ad eum, O infœlix qui cõtra epiſcopum tuum tã contumaciter iſta meditaris! Satius tibi erat ſilere & petita venia epiſcopi gratiam impetrares. Ad hæc ille clamare cœpit voce magna ac dicere: En ipſum qui mihi ſilentiũ indicit, ne proſequar veritatẽ: en reginæ inimicum, q cauſam criminis, eius nõ ſinit inquiri. Nunciantur protinus hæc reginę. Adprehenditur Modeſtus, torquetur, flagellatur, & in vincula compactus, cuſtodiæ deputatur. Cumq; inter duos cuſtodes catenis & cippo teneretur vinctus, media nocte

F

dormientib⁹ cuſtodibus, orationem fudit ad Dominum, vt dignaretur eius potentia miſerũ viſitare & q innocens colligatus fuerat, viſitatione Martini præſulis ac Medardi abſolueretur. Mox diſruptis vinculis, confracto cippo, reſerato oſtio, ſancti Medardi baſilicam nocte nobis vigilantibus introiuit. Congregati igitur apud Brennacũ villã epiſcopi, in vnã domum reſidere iuſſi ſunt. Dehinc adueniẽte rege data omnib⁹ ſalutatione, ac benedictione accepta, reſedit. Tunc Berthchramnus Burdegalenſis ciuitatis Epiſcopus, cui hoc cum regina crimen impactũ fuerat, cauſam ꝓponit, meq; interpellat, dicens, à me ſibi ac reginæ crimẽ obiectũ: negaui ego in veritate me hæc locutũ: & audiſſe quidẽ hæc alios: nam nõ excogitaſſe. Nam extra domum rumor in populo magnus erat dicentium, Cur hæc ſuper ſacerdotẽ Dei obiiciuntur? cur talia rex proſequitur? nunquid potuit Epiſcopus talia dicere vel de ſeruo? Heu, heu, Domine Deus largire auxilium ſeruo tuo. Rex aũt dicebat, Crimen vxoris meæ, meum habetur opprobrium: ſi ergo cenſetis vt ſuper Epiſcopum teſtes adhibeãtur, ecce adſunt. Certe ſi videtur vt hęc non fiant, & in fidem Epiſcopi committantur, dicite: libenter audiam quæ iubetis. Mirati ſunt omnes Regis pru-

Modeſtus liberatur.

G

dentiam vel patientiã ſimul. Tunc cunctis dicentibus, Non poteſt perſona inferior ſuper ſacerdotem credi, reſtitit ad hoc cauſa, vt dictis miſſis, in tribus altaribus me de his verbis exuerem ſacramento. Et licet canonibus eſſent contraria, pro cauſa tamen regis impleta ſunt. Sed nec hoc ſileo, ꝙ Rigunthis regina condolens dolorib⁹ meis, ieiunium cum omni domo ſua celebrauit, quouſque puer nunciaret me omnia ſic impleſſe, vt fuerant inſtituta. Igitur regreſſi ſacerdotes ad regẽ, aiunt, Impleta ſunt omnia ab Epiſcopo quæ imperata ſunt, ô Rex: quid nunc ad te, niſi vt cum Berthchramno accuſatore fratris, communione priueris? & ille, Non, inquit ego niſi audita narraui. Quærẽtibus illis Quis hæc dixerit? reſpondit, ſe hæc à Leudaſte audiſſe: ille autem ſecundum infirmitatem vel conſilii, vel propoſitionis ſuæ, iam fugam inierat. Tunc placuit omnibus ſacerdotibus vt ſator ſcandali, inficiator reginæ, accuſator Epiſcopi, ab omnibus arceretur Eccleſiis, eo quod ſe ab audientia ſubtraxiſſet. Vnde & epiſtolam ſubſcriptam, aliis Epiſcopis qui non adfuerant tranſmiſerunt. Et ſic vnuſquiſque in locum

Teſtes aduerſum eccleſiaſticos [illegible]

H

ſuum regreſſus eſt. Leudaſtes vero hæc audiens, baſilicam ſancti Petri Pariſiis expetiit. Sed cum audiſſet edictũ regis, vt in ſuo regno à nullo colligeretur: & præſertim ꝙ filius eius quem domi reliquerat obiiſſet, Turonos occulte veniens, q̃ optima habuit in Biturico, tranſpoſuit. Proſequentib⁹ vero regalibus pueris, ipſe per fugam labitur. Capta quoq; vxor eius, in pagũ Tornacenſe exilio retruditur. At Riculfus clericus ad interficiendũ deputatur: pro cui⁹ vita vix obtinui: tamen de tormentis excuſare non potui. Nã nulla res, nullũ metallum, tãta verbera potuit ſuſtinere, ſicut hic miſerrim⁹. Ab hora tertia diei, reuinctis poſt tergum manibus, ſuſpenſus ad arborem dependebat, ad horam vero nonam depoſitus, extenſus ad trocleas, cædebatur fuſtibus, virgis, ac loris duplicibus, & non ab vno vel duobus, ſed quot accedere circa miſeros potuiſſent artus, tot cæſores erant. Cum aũt iã in diſcrimine eſſet, tunc aperuit veritatem, & arcana doli

Leudaſtes latitat.

publice

A

publice patefecit: dicebat enim ob hoc reginæ crimen obiectum, vt eiecta de regno interfectis fratribus & patre, Chlodoueus regnum acciperet, Leudaſtes ducatum: Riculfus vero presbyter qui iam à tẽpore beati Eufronij Epiſcopi amicus erat Chlodouei, Epiſcopatum Turonicum ambiret, huic Riculfo clerico archidiaconatu promiſſo. Nos vero cum Dei gratia Turonos reuerſi, inuenimus eccleſiam conturbatam per Riculfum presbyterum: nam hic ſub Eufronio Epiſcopo de pauperibus prouocatus, archidiaconus ordinatus eſt. Exinde ad presbyterium admotus, receſſit ad propria, ſemper elatus, inflatus, præſumptuoſus: nam me adhuc commorante cum rege, hic quaſi iam eſſet Epiſcopus, in domum eccleſiæ ingreditur impudenter, argentum deſcribit eccleſiæ, reliquaſque res ſub ſuam redigit poteſtatem. Maiores clericos muneribus ditat, largitur vineas, prata diſtribuit: minores vero fuſtibus plagiſque multis etiam manu propria adficit, dicens, Recognoſcite Dominum veſtrum qui victoriam de inimicis obtinuit, cuius ingenium Turonicam vrbem ab Aruernis populis emundauit: ignorans miſer, quod præter quinque Epiſcopos, reliqui omnes qui ſacerdotium Turonicum ſuſceperunt, parentum noſtrorum proſapiæ ſunt coniuncti: illud ſæpe ſuis familiaribus dicere erat ſolitus, quod hominem prudẽtem non aliter niſi in periuriis quis decipere poſſit. Sed cum me reuerſum adhuc deſpiceret, nec ad ſalutationem meam ſicut reliqui ciues fecerant, adueniret, ſed magis me interficere minitaretur, cum conſilio comprouincialium eum in monaſterium remoueri præcipio. Cumque ibidem arctius diſtringeretur, intercedentibus Felicis Epiſcopi miſſis, qui memoratæ cauſæ fautor extiterat, circumuento periuriis abbate, fuga elabitur, & vſque ad Fœlicem accedit Epiſcopum: eumq; ille ambienter colligit quem execrari debuerat. Leudaſtes vero in Bituricum pergens, omnes theſauros quos de ſpoliis pauperum detraxerat, ſecum tulit. Nec multo poſt irruentibus Bituricis, cum iudice loci ſuper eum, omne aurum argentumque vel quod ſecum detulerat, abſtulerunt, nihilq; ei niſi quod ſuper ſe habuit relinquentes: ipſamq; abſtuliſſent vitam, niſi fuga fuiſſet elapſus. Reſumptis dehinc viribus cum aliquibus Turonicis iterum irruit ſuper prędones ſuos: interfectoq; vno aliqua de rebus ipſis recepit, & in Turonicum reuertitur. Audiens hæc Berulfus dux miſit pueros ſuos cum armorum adparatu ad comprehendendum eum. Ille vero cernens ſe iamiamque capite relictis rebus baſilicam ſancti Hilarij Pictauenſis expetiit. Berulfus vero dux res captas regi tranſmiſit. Leudaſtes enim egrediebatur de baſilica, & irruens in domos diuerſorum, prædas publicas exercebat. Sed & in adulteriis ſæpe intra ipſam ſanctam porticum deprehenſus eſt. Commota autem regina, quod ſcilicet locus Deo ſacratus taliter pollueretur, iuſſit eum à baſilica ſancti eiici. Qui eiectus, ad hoſpites ſuos iterum in Bituricum expetit, deprecans ſe occultari ab eis.

B · C · G (margin letters)

Leudaſtes ſpoliatur à Bituricenſibus.

Et licet de beati Saluij epiſcopi conlocutione ſuperius memorare debueram, ſed quia mentem exceſſit, eſſe ſacrilegum non arbitror, ſi in poſterum ſcribatur. Igitur cũ Vale poſt ſynodum memoratam regi iam dicto, ad propria redire vellemus non ante diſcedere placuit, niſi hunc virum libatis oſculis linqueremus. Quem quæſitum in atrio ad Brinacenſis domus reperi. Cui dixi, quia iam eram ad propria rediturus: tunc remoti paululum, dum hinc inde ſermocinaretur, ait mihi, Videſne ſuper hoc tectum quæ ego ſuſpicio? cui ego, Video enim ſuper tegulum quod nuper rex poni pręcepit: & ille, Aliud, inquit, non aſpicis? cui ego, Nihil aliud, inquam, video: ſuſpicabar enim quod aliquid iocularitet loqueretur: & adieci, Si tu aliquid magis cernis, enarra: at ille alta trahens ſuſpiria ait, Video ego euaginatum iræ diuinæ gladium ſuper domum hanc dependentem: veruntamen non fefellit dictio ſacerdotem: nam poſt dies viginti, duo filij regis quos ſuperius mortuos ſcripſimus, obierunt.

Cap. 50. Saluius que de Chilperico prædixit: eius Saluij vita habetur lib. 7. cap. 1.

D

Explicitus eſt liber quintus, finitus in anno quinto Childeberti Regis.

INCIPIT LIBER SEXTVS, inchoatus ab anno ſexto euſdem Childeberti.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM,

LIBER SEXTVS.

E

ANno igitur ſexto regni ſui Childebertus rex, reiecta pace Gunthcramni regis cũ Chilperico coniunctus eſt. Non poſt multum tempus Gogo moritur, in cuius locum Vuãdelinus ſubrogatur. Mummulus à regno Gunthcramni fuga dilabitur, & ſe intra murorum Auennicorum munitionem concludit. Apud Lugdunum ſynodus epiſcoporum coniũgitur, diuerſarum cauſarum altercationes incidens, negligentioreſq; iudicio damnans. Synodus ad regem reuertitur, multa de fuga Mummoli ducis, nonnulla de diſcordiis tractans.

Synodus Epiſcoporum.

F

Cap. 2. Chilperici legatus ad Tiber. imp. mittit.

Interea legati Chilperici regis qui ante triennium ad Tiberium imperatorem abierant, regreſſi ſunt, nõ ſine graui damno atque labore. Nam cum Maſſilienſem portum propter regum diſcordias adire auſi nõ eſſent, Agathen vrbem quæ in Gothorum regno ſita eſt, aduenerunt. Sed priuſquam litus adtingerent, nauis acta vento impulſa terris in fruſta minuitur. Legati vero cum pueris ſe in periculo cernentes, arreptis tabulis vix tipæ relati ſunt, multis puerorum amiſſis: ſed plurimi euaſerunt: res autẽ quas vndæ litori inuexerant, incolæ rapuerunt: ex quibus quod melius fuit recipientes, ad Chilpericum regem retulerunt: multa tamen ex his Agathenſes ſecum retinuerunt. Tunc ego Nouigentum villam, ad occurſum regis abieram: ibique nobis rex miſſorium magnum, quod ex auro gemmiſque fabricauerat in quinquaginta librarum pondere, oſtendit, dicens, Ego hęc ad exornandam atq; nobilitandam Francorũ gentem feci. Sed & plurima adhuc ſi vita comes fuerit, faciam. Aureos etiam ſingularum librarum põdere, quos imperator miſit, oſtendit, habentes ab vna parte icõnẽ imperatoris pictam, & ſcriptum in circulo, TYBERII CONSTANTINI PERPETVI AVGVSTI: ab alia vero parte habentes quadrigã & aſſeſſorem, continenteſque ſcriptũ, GLORIA ROMANORVM: multa autem & alia ornamenta quæ à legatis ſunt exhibita, oſtendit.

G

Dona imperator. s.

Deniq; cum apud eamdem villam commoraretur, Egidius Rhemenſis epiſcopus cum primis Childeberti proceribus, in legationem ad Chilpericum regem venit, ibique conlocutione facta, vt ablato Gunthcramni regis regno, hi ſe coniungere deberent in pace, ait Chilpericus rex, Filij mihi peccatis increſcentibus non remanſerunt, nec mihi nũc alius ſupereſt hæres, niſi fratris mei Sygiberti filius, id eſt Childebertus rex. Ideoq; in omnibus quæ laborare potuero, hic hæres exiſtat: tãtum dum aduixero liceat mihi ſine ſcrupulo aut diſceptatione cuncta tenere. At illi gratias agẽtes, pactionibus ſubſcriptis ea quæ locuti fuerant, firmauerũt, & ad Childebertum cum magnis muneribus ſunt regreſſi. Quibus diſcedentibus Chilpericus rex Leudoualdum epiſcopum cum primis regni ſui direxit. Qui dato ſuſceproque de pace ſacramento, pactionibuſque firmatis, munerati regreſſi ſunt.

Cap. 3. Chilpericus & Childebertus contra Gunthcramnum conſpirant.

H

Cap. 4. Lupus dux Campanẽ. fugatur.

Lupus vero dux Campanẽſis, cum iam diu à diuerſis fatigaretur & ſpoliaretur aſſidue, & præſertim ab Vrſione & Bertefredo, ad extremũ conuentione facta vt occideretur, cõmouerunt exercitum contra eum. Quod cernens Brunichildis regina, condolens fidelis ſui iniectiones iniuſtas, pręcingens ſe viriliter, eirupit medios hoſtiũ cuneos, dicẽs, Nolite ò viri, nolite malum hoc facere, nolite perſequi innocentem: nolite pro vno homine cõmittere pręlium, quo ſolatium regionis intereat. Hæc illa loquente, reſpondit Vrſio, Recede à nobis ò mulier. ſufficiat tibi ſub viro tenuiſſe regnum. Nunc autem filius tuus regnat, regnumq; eius nõ tua ſed noſtra tuitione ſaluatur. Tu vero recede à nobis, ne te vngulæ equorum noſtrorũ cum terra confodiant. Hęc & alia cũ diutiſſime inter ſe protuliſſent, obtinuit reginæ in-

A

Brunichildis interceſsit pro Lupo.

duſtria ne pugnarent. Tamen ab illo loco diſcedentes, irruerunt in domos Lupi. Et direpto omni præſidio, fingẽtes ſe illud in theſauro regis recondere, ſuis eũ domib⁹ intulerũt, intẽdentes Lupo minas atq; dicentes, Viuus virtutem noſtrã nõ euades. At ille cernẽs ſe in diſcrimine, tũtata intra vrbis Lugduni clauati muros coniuge ſua, ad Gũthcramnũ regem confugit. A quo benigne ſuſceptus cũ eo latuit, expectans vt Childebertus ad legitimam perueniret ætatem.

Cap. 5.

Igitur Chilpericus rex, cum adhuc apud ſupradictã villam moraretur, impedimenta moueri præcipiens, Pariſios venire diſponit. Ad quem cũ iam Valedicturus accederem, Iudæus quidam Priſcus nomine, qui ei ad ſpecies coemendas familiaris erat, aduenit. Cuius cæſarie rex blande adprehenſa manu, ait ad me dicens, Veni ſacerdos Dei, & impone manum ſuper eum. Illo autem renitẽte, ait rex O mens dura, & generatio ſemper incredula, quæ nõ intelligit Dei filiũ ſibi prophetarum vocibus repromiſſum: non intelligit eccleſiaſtica myſteria in ſuis ſacrificijs figurata. Hæc eo dicẽre, Iudæus ait, Deus non eget coniugio, neque prole ditatur, neque vllum conſortem regni habere patitur, qui per Moyſen ait, Videte, videte quia ego ſum Dominus, & abſq; me non eſt Deus. Ego occidam, & viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo. Ad hæc rex ait, Deus ab ſpiritali vtero filiũ genuit ſempiternum, nõ ætate iuniorem, nõ poteſtate minorem, de quo ipſe ait, Ex vtero ante luciferũ genuite. Hunc ergo ante ſecula natum, in nouiſſimis ſeculis mundo miſit ſanatorem, ſicut ait propheta tuus, Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Quod autem ais, quia ipſe non generet, audi prophetam tuũ dicentem ex voce dominica: Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? hæc enim de populo qui in eum per fidem renaſcitur ait. Ad hæc Iudæus reſpondit, Nunquid Deus homo fieri potuit, aut de muliere naſci, verberibus ſubdi, morte damnari? Ad hæc rege tacẽte, in medium me ingerens dixi, Vt Deus Dei filius homo fieret, nõ ſuæ, ſed noſtræ neceſſitatis extitit cauſa. Nam captiuum peccato hominem, & diaboli ſeruitute ſubiectum redimere nõ potuerat, niſi hominẽ adſumpſiſſet. Ego vero non de Euangelicis & Apoſtolo quę non credis, ſed de tuis libris teſtimonia prębens, proprio te mucrone confodiam, ſicut quondã Dauid Goliam legitur trucidaſſe. Igitur quod Deus homo futurus eſſet, audi prophetam tuum: Et Deus, inquit, & homo, & quis cognouit eum? Et alibi. Hic Deus noſter, & non reputabitur alius præter eum, qui inuenit omnẽ viam ſcientiæ, & dedit illam Iacob puero ſuo. & Iſrael dilecto ſuo: poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Quod autem de virgine naſcitur, audi ſimiliter prophetam tuũ dicentẽ, Ecce virgo in vtero cõcupiet, & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcũ Deus. Quod verberibus ſubdi, quod clauis adfigi deberet, & alis iniuriis vel ſubiacere, vel adfici, alius propheta ait: Foderunt manus meas & pedes meos: diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea, &c. & iterum, Dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea potauerũt me aceto. Et quod per ipſum crucis patibulum labentem mundum & diaboli dominio ſubiectum reſtitueret in regno ſuo, idem Dauid ait, Dominus regnauit à ligno. Non quod antea nõ regnauerit apud patrem ſed ſuper populum quem à diaboli ſeruitute liberauerat, inde regnũ accepit. Iudęus ad hæc reſpondit: Quæ Deo fuit neceſſitas vt iſta pateretur? Cui ego, Iam dixi tibi, Deus hominem creauit innoxiũ, ſed aſtu ſerpentis circumſcriptus, præuaricator præcepti factus eſt: & ideo à ſede Paradiſi eiectus, mundanis laboribus deputat⁹ eſt: qui per mortẽ vnigeniti Dei Chriſti, Deo reconciliatus eſt patri. Iudæus dixit, Nõ poterat Deus mittere prophetas aut apoſtolos, qui eum ad viã reuocarẽt ſalutis, niſi ipſe humiliatus fuiſſet in carne? Ad hęc ego, A principio gen⁹ ſemper deliquit humanum: quẽ nunquã terruit nec ſubmerſio diluuij, nec incẽdiũ Sodomæ, nec plagæ Ægypti, nec miraculum maris Iordanisq; diuiſi, qui ſemper legi Dei reſtitit, prophetis non credidit: & non ſolum non credidit, verum etiam ipſius prædicatores pœnitentiæ interemit. Ideo niſi ipſe ad eum deſcendiſſet, redimere, hæc explere nõ poterat alter: cuius nos natiuitate renati, baptiſmo abluti, vulnere curati, reſurrectione erecti, aſcenſione glorificati ſumus. Quod autem morbis noſtris medeti vẽturus erat, propheta tuus ait: Liuore eius ſanati ſumus: & alibi, Ipſe peccata noſtra portabit, & orabit pro trãſgreſſoribus: & iterum, Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt: & quaſi agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humiliatione iudicium eius ſublatum eſt. Generationẽ eius quis enarrabit? Dominus exercituum nomẽ eius. De hoc & Iacob ille de cui⁹ te iactas veniſſe generatione, in illa filij ſui Iudæ benedictione, quaſi ad ipſum Chriſtum filium Dei loquens, ait, Adorabũt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: de germine fili mi aſcendiſti, recubans dormiſti, quaſi leo, quaſi catulus leonis: quis ſuſcitabit eum? Pulchriores oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Quis, inquit, ſuſcitabit eum? Et licet ipſe dixerit, Poteſtatem habeo ponendi animã meam, & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eam, tamen Paulus Apoſtolus ait, Qui non crediderit quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eſſe non poterit. Hæc & alia nobis dicentibus, nunquam compunctus eſt miſer ad credendum. Tunc rex ſilente illo, cũ videret eũ his ſermonibus non compungi ad me conuerſus, poſtulat vt accepta benedictione diſcederet: ait enim, Dicam, inquit, tibi ô ſacerdos, quod Iacob dixit ad angelũ qui ei loquebatur, Nõ dimittam te niſi benedixeris mihi. Et hæc dicens, aquam manibus porrigi iubet: quibus ablutis, facta oratione, accepto pane, gratias Deo agẽtes, & ipſi accepimus & regi porreximus, hauſtoque mero Vale dicentes, diſceſſimus. Rex vero aſcenſo equo Pariſios eſt regreſſus, cum coniuge & filia, & omni familia ſua.

B

Altercatio cum Iudęo.

Deus Androgynus à Triſmeg. dicitur.

C

Chriſti probatur natiuitas.

D

E

F

Benedictio.

Cap. 6

Hoſpitius ad aduentum Longobardorum prędixit.

Fuit autem apud vrbẽ Nicenſem eo tempore, Hoſpitius reclauſus magnæ abſtinentiæ, qui conſtrictus catenis ad purum corpus ferreis, induto deſuper cilicio, nihil aliud quam purum panem cũ paucis dactylis comedebat. In diebus autem quadrageſimæ, de radicibus herbarũ Ægyptiarum, quibus eremitæ vtuntur, exhibẽtibus ſibi negociatoribus alebatur. Et primũ quidẽ ius in quo coxerant hauriẽs ipſas ſumebat in poſterum. Magnas enim per eum Dominus virtutes dignatus eſt operari. Nam quodam tempore reuelãte ſibi ſpiritu ſancto aduentum Longobardorum in Gallias, hoc modo prædixit: Venient, inquit, Lõgobardi in Gallias & deuaſtabunt ciuitates ſeptem eo quod increuerit malitia eorum in conſpectu Domini quia nullus eſt intelligens, nullus eſt qui faciat bonum, quo ira Dei placetur. Eſt n. omnis populus infidelis, periuriis deditus, furtis obnoxius, in homicidijs prõptus, à quibus nullus iuſtitiæ fructus vllatenus gliſcit: non decimæ dantur, non pauper alitur, nõ tegitur nudus, non peregrinus hoſpitio recipitur, aut cibo ſufficienti ſatiatur: ideo hæc plaga ſuperuenit. Nunc autem dico vobis, congerite omnem ſubſtantiam veſtram intra murorum ſepta, ne à Longobardis diripiatur & voſ ipſos in locis firmiſſimis cõmunita. Hæc eo loquẽte, omnes obſtupefacti, & Vale dicentes cum magna admiratione ad propria ſunt regreſſi. Monachis quoque dixit, Abſcedite & vos à loco, auferentes vobiſcum quæ habetis: ecce enim appropinquat gens quã prædixi. Dicentib. autem illis, Non relinquimus te ſanctiſſime pater, ait, Nolite timere pro me: futurum eſt enim vt inferant mihi iniurias, ſed nõ nocebunt vſque ad mortem. Diſcedentibus autem Monachis, venit gens illa: & dum cuncta quæ reperit vaſtat, peruenit ad locum vbi ſanctus Dei reclauſus erat. At ille per feneſtrã turris oſtendit ſe eis. Illi vero circumeuntes turrem, aditum per quem ingrederentur ad eum inuenire non poterant. Tunc duo aſcendentes detexerunt tectum, & videntes eũ cinctũ catenis, indutumque cilicio dicunt, Hic malefactor eſt & homicidium fecit: ideo in his ligaminib. vinctus tenetur: vocatoque interprete, ſciſcitantur ab eo quid mali fecerit, vt tali ſupplicio arctaretur. At ille fatetur, ſe homicidã eſſe, omniſque criminis reum. Tunc vnus extracto gladio, vt in caput eius libraret, dextera in ipſo ictu ſuſpenſa diriguit, nec eam ad ſe potuit reuocare. Tunc gladiũ laxans, terræ deiecit. Hæc videntes ſocij eius, clamorem in cœlum dederunt, flagitantes à ſancto, vt quid agi oporteret, clementer inſinuaret. Ipſe vero impoſito ſalutis ſigno, brachium ſanitati reſtituit. Ille autem in eodẽ loco cõuerſus, tõſurato capite fideliſſim⁹ monachus nũc habetur. Duo vero duces qui eum audierunt, incolumes patriæ redditi ſunt: qui vero contẽpſerunt præceptum eius miſerabiliter in ipſa prouin-

G

H

Hoſpitii per… manus…

cia

A

Dæmoniaci curantur.

cia ſunt defuncti. Multi autem ex ipſis a dæmonijs correpti, clamabant: Cur nos ſancte & beatiſſime ſic crucias & incendis? ſed impoſita eis manu, mundabat eos. Poſt hæc homo erat Andegauenſis incola, qui per nimiam febrem eloquium pariter auditumq; perdiderat. Et cum de febre conualuiſſet, ſurdus permanebat ac mutus. Igitur diaconus ex prouincia illa Romam directus eſt, vt beatorum Apoſtolorum pignora, vel reliquorum ſanctorũ qui vrbem illã muniunt, exhiberet. Qui cum ad parẽtes infirmi illius perueniſſet, rogant vt eum ſibi comitẽ itineris ſumere dignaretur, confiſi q; ſi beatiſſimorum Apoſtolorum adiret ſepulchra, protinus poſſet adſequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locũ vbi beatus Hoſpitius habitabat. Quo ſalutato ac deoſculato, cauſas itineris diaconus pandit, ac proficiſci ſe Romam indicat, ſeſeq; his qui ſancto viro de naucleris amici eſſent commendari depoſcit. Cumque ibi adhuc moraretur, ſenſit vir beatus per ſpiritum Domini adeſſe virtutem. Et ait diacono: Infirmũ qui comes tui nũc eſt itineris, rogo vt meis conſpectibus repræſentes. At ille nihil moratus, velociter ad metatum vadit, inuenitq; infirmum febre plenum, qui per nutum aures ſuas dare tinnitũ indicabat: adprehenſumq; ducit ad ſanctum Dei. At ille adprehenſi manu Cæſariæ, attraxit caput illius in feneſtrã. aſſumptoq; oleo benedictione ſanctificato, tenens manu ſiniſtra linguam eius, ori verticiq; capitis infundit, dicens: In nomine Domini mei Ieſu Chriſti aperiantur aures tuæ, reſeretq; os tuum virtus illa quæ quondam ab homine ſurdo & muto noxium eiecit dæmonium. Et hæc dicens interrogat nomẽ. Ille vero clara voce ait: Sic dicor. Cum hæc vidiſſet diaconus, ait: Gratias tibi immẽſas refero Chriſte, qui talia per ſeruum tuum dignaris oſtendere. Quærebam Petrum, quęrebam Paulum, Laurẽtiumq;, vel reliquos qui Romam proprio cruore inluſtrant: hic omnes reperi, hic cunctos inueni. Hæc eo cum maximo fletu & admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait: Sile, ſile dilectiſſime frater, nõ hæc ego facio, ſed ille qui mundum ex nihilo cõdidit, qui pro nobis hominem ſuſcipiens, cęcis viſum, ſurdis auditum, mutis pręſtat eloquium, qui leproſis cutem priſtinam, mortuis vitam, & omnib. infirmis adfluentem medicinã indulget. Tunc diaconus gaudens, & Vale dicens, abſceſſit cum comitibus ſuis. Quibus diſcedentibus, homo quidam Dominicus (ſic enim erat viri nomen) à natiuitate cæcus, aduenit ad iſtius miraculi virtutem probandam. Qui dum in monaſterio duobus aut tribus menſib reſideret, orationi ac ieiunijs vacans, tandem vocat eum ad ſe vir Dei, & ait: Vis recipere viſum? Cui ille ait: Volũtas, inquit, mea erat, ignota cognoſcere. Nam quæ ſit lux ignoro. Vnum tantum ſcio, quod ab omnib. conlaudatur: ego autem ab initio ætatis meæ vſq; nunc videre nõ merui. Tunc cum oleo benedicto ſuper oculos eius crucẽ ſanctam faciens, ait: In nomine Ieſu Chriſti redemptoris noſtri, aperiantur oculi tui. Et ſtatim aperti ſunt oculi eius: & erat admirans, cernẽſq; magnalia Dei quę in hoc mundo videbat. Dehinc mulier quædã, quæ vt ipſa reclamabat, tria habẽs dæmonia, ad eum adducta eſt: quam cum tactu ſacro benedixiſſet, atq; ex oleo ſancto crucem fronti eius impoſuiſſet, eiectis dæmonib. purgata diſceſſit. Sed & aliã puellã ab ſpiritu immundo vexatam, benedictione ſanauit. Cum autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad ſe præpoſitum monaſterij, dicens: Exhibe ferramẽtum, & inrumpe parietem, & mitte nuncios ad epiſcopũ ciuitatis, vt veniat ad me ſepeliendũ. Die n. tertia ab hoc egredior mundo, & vado in requiem deſtinatam, q̃ mihi Dominus repromiſit. Hæc eo dicente, miſit præpoſitus ad epiſcopũ ciuitatis Nicenſis, qui ei hæc nunciarent. Poſt hæc Creſcens quidam venit ad feneſtram, & videns eum catenis vinctũ, vermibus plenum ait: O Domine mi, qualiter tam valida tormenta tolerare tam fortiter potes? cui ille ait: Cõfortat me ille pro cuius nomine hęc patior. Dico autem tibi, quia iam abſoluor ab his vinculis, & vado in requiem meam. Adueniente autẽ die tertia, depoſuit catenas quibus vinctus erat, & proſtrauit ſe in orationem: & eũ diutiſſime cum lachrymis oraſſet, collocans ſe ſuper ſcamnum, extenſis pedibus, eleuatiſq; ad cœlum manibus, gratias agens Deo, tradidit ſpiritum. Et ſtatim omnes vermes illi qui ſanctos artus perforabant, euanuerunt. Adueniens autem Auſtadius epiſcopus beatum corpus ſtudioſiſſime ſepulturæ mandauit. Hęc omnia ab ipſius ore cognoui, quem ſuperius mutum & ſurdum ab eo ſanatum expoſui: qui multa mihi & alia de eius virtutibus narrauit, ſed prohibuit me res illa loqui, quia audiuit vitam ipſius à multis fuiſſe conſcriptam.

B

Oleo benedicto ſanatur infirmus.

C

Cæcus illuminatur. Dæmoniaca ſanatur.

D

Mortis pręcognitio.

E

Cap. 7. De tranſitu Ferreoli.

Eo tempore Ferreolus Vcecenſis epiſcopus, magnæ vir ſanctitatis, obiit plenus ſapientia & intellectu: qui libros aliquos epiſtolarum, quaſi Sidonium ſecutus cõpoſuit. Poſt cuius obitum, Albinus ex præfecto per Dynamium rectorem prouincię extra regis conſilium ſuſcepit epiſcopatum: quo non amplius quam tribus vtens menſibus, cum ad hoc cauſa reſtitiſſet, vt remoueretur, defunctus eſt. Iouinus iterum qui quondam prouinciæ rector fuerat, regium de epiſcopatu pręceptum accipit. Sed præuenit eum Marcellus diaconus, Felicis ſenatoris filius. Qui conuocatis comprouincialibus, per conſilium Dynamij epiſcopus ordinatus eſt. Sed & ipſe vi pulſatus, deinceps à Iouino, vt remoueretur, concluſus in ciuitate, virtute ſe defenſare nitebatur: ſed cum non valeret, muneribus vicit.

F

Cap. 8.

Obiit & Eparchius recluſus Engoliſmenſis, vir magnificæ ſanctitatis, per quem Deus multa miracula oſtendit: de quibus relictis plurimis, pauca perſtringam. Petrogoricæ vrbis incola fuit, ſed poſt conuerſionem clericus factus, Engoliſmam veniens, cellulam ſibi ædificauit. In qua collectis paucis monachis, in oratione morabatur aſſidue: & ſi ei aliquid auri argẽtiq; offerebatur, aut in neceſſitatib. pauperum, aut in redemptione captiuorum diſtribuebat. Panis in cellula illa eo viuente coctus nunquã fuit, ſed à deuotis cum neceſſitas exegiſſet, inferebatur. Magnam n. cateruam populorum de oblationib. deuotorũ redemit: puſtularum malarum venenum crucis ſigno ſæpe compreſſit: dæmonas de obſeſſis corporibus oratione abegit: & iudicib. plerumque vt culpabilib. ignoſcerent, dulcedine profuſa imperauit potius quam rogauit: nam ita erat dulcis adloquio, vt ei negare non poſſent, cum fuiſſet indulgentiam deprecatus. Quodam vero tempore dum pro furto quis ad pendendũ deduceretur, qui & in alijs multis ſceleribus tã in furtis, quã in homicidijs accuſabatur ab incolis criminoſus, & hæc ei nunciata fuiſſent, miſit monachum ſuum ad deprecandum iudicem, vt ſcil. culpabilis ille vitæ concederetur. Sed inſultante vulgo atq; vociferante, quod ſi hic dimitteretur, neq; regioni, neq; iudici poſſit eſſe conſultum, dimitti non potuit. In terra extenditur, ad trocleas virgis ac fuſtibus cæditur & patibulo condemnatur. Cumq; mœſtus monachus abbati renunciaſſet: Vade, inquit, attende à longe, quia ſcito quod quem homo reddere noluit, dominus ſuo munere donabit. Tu vero cum eum cadere videris, protinus adprehenſum adducito in monaſterium. Monacho vero iuſſa complente, ille proſternitur in oratione: & tam diu in lachrymis ad dominum fudit preces, quoadusq; diſrupto obice cum catenis terræ reſtitueretur adpẽſus. Tunc monachus adprehenſum eum, abbatis cõſpectibus incolumem repræſentat. At ille gratias Deo agens, comitem acceſſiri iubet, dicens: Semper me benigno animo ſolitus eras audire, fili dilectiſſime, & cur hodie induratus, hominẽ pro cuius vita rogaueram, non laxaſti? At ille: Libenter te, inquit, audio ſancte ſacerdos. ſed inſurgente vulgo, aliud facere non potui, timens ſuper me ſeditionem moueri. Et ei: Tu, inquit, me non audiſti: Deus aũt audire dignatus eſt: & quem tu tradidiſti morti, ille vitę reſtituit. En, inquit, coram te adſtat ſanus. Hæc eo dicente, proſternitur ad pedes comitis ſtupens, quod videbat viuere quem in mortis interitu reliquiſſet. Hæc ego ab ipſius comitis ore cognoui: ſed & alia multa fecit, quæ inſequi longum putaui. Poſt quadraginta quatuor vero annos recluſionis ſuæ parumper febre pulſatus, tradidit ſpiritum. Protractuſq; à cellula, ſepulturæ mandatus eſt. Magnus autem conuentus, vt diximus, de redemptis, in eius proceſſit exequijs.

Eparchius infirmos ſanat, dæmoniacos liberat.

G

Vinctus Eparchij oratione ſoluitur.

H

Cap. 9.

Domnolus vero Cœnomannorum epiſcopus ægrotare cœpit: tempore enim Chlotharij regis apud Pariſios ad baſilicam ſancti Laurentij gregi monaſteriali præfuerat, ſed quoniam Childeberto ſeniore viuente ſemper Chlothario regi fidelis extitit, & nuncios illius ad ſpeculandum miſſos,

A

crebrius o[c]culebat, præſtolabatur rex locum in quo põtificatus honorem acciperet. Migrante autem Aueniónenſis ciuitatis pontifice, iſtũ illuc dare deliberauerat. Sed beatus Domnolus hæc audiens, ad baſilicã ſancti Martini antiſtitis, quo tunc Chlotharius rex ad orationẽ venerat, acceſſit, & nocte tota in vigiliis, excubans, per priores qui aderant, regi ſuggeſtionem intulit, vt non quaſi captiuus ab eius elongaretur aſpectu: nec permitteret ſimplicitatẽ illius inter ſenatores ſophiſticos ac iudices philoſophicos fatigari, adſerens hũc locum humilitatis ſibi eſſe potius, q̃ honoris. Ad hęc rex annuens migrante Innocentio Cœnomannorũ Epiſcopo, ipſum Eccleſiæ illi antiſtitem deſtinauit. Iam adſumpto epiſcopatu, talem ſe tantumq; præbuit, vt in ſummæ ſanctitatis culmen euectus, debili vſu greſſuum, cæco reſtitueret viſum. Qui poſt viginti duos epiſcopat⁹ annos, dum ſe cerneret morbo regio calculoque grauiſſime fatigari, Theodulfum abbatem in locum ſuum præelegit: cui⁹ adſenſui rex præbuit voluntatem: ſed non multũ poſt tempus mutata ſententia, in Badechiſilum domus regiæ maiorem transfertur electio. Qui tonſuratus gradus quos clerici ſortiuntur, aſcendens, poſt quadraginta dies migrante ſacerdote ſucceſſit.

Domnolus Cœnomanorũ Epiſcopus.

B

Cap. 10.

His diebus baſilica ſancti Martini à furibus effracta fuit. Qui ponentes ad feneſtram abſidæ cancellũ, qui ſuper tumulum cuiuſdã defuncti erat, aſcendentes per eum, effracta vitrea ſunt ingreſſi: auferenteſq; multum auri argentique, & palliorum holoſericorum, abierunt, non metuentes ſuper ſanctum ſepulchrum pedem ponere, vbi vix vel os adplicare præſumimos. Sed virtus ſancti voluit hãc temeritatem etiam cum iudicio manifeſtare terribili, nam hi perpetrato ſcelere ad Burdegalenſem ciuitatem venientes, orto ſcandalo, vnus alterum interemit: ſicque patefacto opere, furtum repertum eſt: ac de hoſpitali eorum argentum cõminutum, & pallia ſunt extracta. Quod cũ regi Chilperico nunciatum fuiſſet, iuſſit eos alligari vinculis, & ſuo cõſpectui præſentari. Tunc ego metuens, ne ob illius cauſam homines morerentur, qui viuẽs in corpore pro perditorũ vita ſæpius deprecatus eſt, epiſtolam regi precationis tranſmiſi, ne nobis non accuſantibus ad quos proſecutio pertinebat, hi interficerẽtur. Quod ille benigne ſuſcipiẽs vitæ reſtituit. Species vero quæ diſſipatæ fuerant, ſtudioſiſſime componens, loco ſancto reddi præcepit.

Fures ornamentorum templi S. Martini ſe inuicẽ perimunt.

C

Cap. 11.

Apud Maſſilienſem vero vrbem Dynamius rector prouinciæ, grauiter inſidiari Theodoro Epiſcopo cœpit. at ille ad regem properare diſponens, cõprehenſus ab eo, in medio ciuitatis tenetur, & grauiter iniuriatus, tandem laxatus eſt. Clerici autem Maſſilienſes dolũ cum Dynamio moliebantur, vt ab epiſcopatu eiiceretur. Sed dum ad regẽ Childebertum ambularet cum Iouino ex præfecto à Gunthcrãno rege detineri iubetur. Quod audientes Maſſilienſes clerici, gaudio magno repleti, quod iam teneretur, iam deputaretur exilio, quod iam in hoc res perſtitiſſet, vt nunquam Maſſiliam reuerteretur, domos Eccleſiæ adprehendunt ministeria deſcribunt, regeſtoria reſerant, promptuaria expoliant, omneſque res Eccleſiæ tanquam ſi iam mortuus eſſet Epiſcopus, peruadunt, diuerſa crimina de pontifice proloquentes, quæ falſa, Chriſto auſpice, deprehendit. Childebertus vero poſtquã cũ Chilperico pacificatus eſt, legatos ad Gunthcramnum regẽ mittit, vt medietatẽ Maſſiliæ quam ei poſt obitum patris ſui dederat, reddere deberet. Quod ſi nollet, nouerit ſe multa perditurum pro partis illius retentione. Sed ille cũ hæc reddere nollet, vias claudi præcepit, vt nulli per regnum eius tranſeundi aditus panderetur. Hæc cernens Childebertus Gundulfum, ex domeſtico duce facto de genere ſenatorio, Maſſiliam dirigit. Qui cum nõ auderet ambulare, iam per Gunthcramni regnum Turonos venit. Quem benigne ſuſceptum, recognoſco matris meæ auunculum eſſe, retentumq; mecum quinque diebus, impoſitiſque neceſſariis, abire permiſi. Ille vero progreſſus, Maſſiliam ingredi obſiſtente Dynamio non valebat. Sed nec epiſcopus qui iam tũc cum Gundulfo venerat in Eccleſia ſua recipiebatur. Dynamius autem vna cũ clericis, portas obſerat vrbis, inſultans pariter ac vtrunque deſpiciens, Epiſcopũ ſcilicet & Gundulfum. Tandẽ ad colloquium ducis adſcitus, in baſilicam beati Stephani q̃ vrbi

Dynamius inſidiatur Theodoro.

Maſſiliæ partem reddit Childebertus.

D

Gundulfus authoris auunculus.

E

eſt proxima, venit. Oſtiarij enim cuſtodiebant ædis ingreſſum, vt introeunte Dynamio, valuæ protinus clauderẽtur. Quo facto excluſæ armatorũ turbæ poſt Dynamiũ ingredi nequiuerunt. Quo non intelligente, dum diuerſa inter ſe ſuper altariũ conferunt, recedentes ab altario, ſalutatorium ingrediuntur. Introeuntes cum his Dynamium nudatumq; iam à ſuorum ſolatio terribiliter increpant. Fugatiſque ſatellitibus, q cum armis eo adducto circunſtrepebant ſeniores ciuium ad ſe dux vna cum Epiſcopo collegit, vt ciuitatẽ ingrederetur. Tunc Dynamius hęc omnia cernens, veniam petens datis duci multis muneribus, reddito etiã ſacramento, ſe fidelem Epiſcopo deinceps regique futurum, ſuis induitur indumentis. Tunc reſeratis tam portarum quam ſacratarum ædium valuis, ingrediuntur vtrique ciuitatem, dux ſcilicet & epiſcopus, cum ſignis & laudibus diuerſiſq; honorũ vexillis. Clerici autem qui ſceleri huic mixti fuerant, quorum caput Anaſtaſius abbas, & Proculus presbyter erant, intra Dynamij tecta confugiunt, petentes ab eo opem refugij à quo fuerant incitati. Multi tamen eorũ p idoneos fideiuſſores dimiſſi, ad regem iuſſi ſunt ambulare. Interea Gundulfus ſubiugata ciuitate in Childeberti regis ditionẽ, reſtitutoque in locum ſuum antiſtite, ad regem Childebertũ regreſſus eſt. Sed Dynamius immemor fidei quam Childeberto regi promiſerat, ad Gunthcramnum regem nuncios dirigit dicens, quod partem ſibi debitam ciuitatis per Epiſcopum perderet: nec vnquam Maſſilienſem vrbẽ ſuo potiretur dominio, niſi hic euellatur ab ea. At ille ira cõmotus, iubet contra fas religionis vt pontifex ſummi Dei, arctatus vinculis ſibi exhiberetur, dicẽs, Trudatur exilio inimicus regni noſtri, ne nobis nocere amplius valeat. Sed cũ Epiſcopus de his ſuſpectus eſſet, ne facile poſſet ab vrbe exire, aduenit feſtiuitas Dedicationis oratorij cuius ſuburbani. Cũq; ad hæc feſta egreſſus ciuitatẽ, properaret, ſubito armati cum magno fremitu ab occultis inſidiis ſurgentes ſanctum vallant antiſtitem: deiectumque ab equo, fugant omnes comites eius, ſeruientes alligant, clericos cædunt, ipſumq; ſuper miſerabilem imponentes caballũ, nulli de ſuis ſi qui permitterentes, ad regis deducunt præſentiam. Cumq, per Aquenſem præterirent vrbem, Piencus Epiſcopus loci, condolens fratri, dans clericis ad ſolatium, impoſitiſq; neceſſariis, abire permiſit. Dum hæc agerentur, clerici iterum Maſſilienſes domos Eccleſiæ reſerant, arcana rimantur, & alia deſcribunt, alia ſuis domibus inferunt. Epiſcopus vero ad regem deductus, nec culpabilis inuentus, ad ciuitatẽ ſuam redire permiſſus, cum grandi eſt à ciuitatibus laude ſuſceptus. Ex hoc autem grauis inimicitia inter Gũthcramnũ regem, & Childebertum nepotem ſuum exoritur, diſruptoque fœdere ſibi inuicem inſidiabantur.

F

[illegible]

G

Cap. 12.

Igitur Chilpericus, rex cernens has diſcordias inter fratrem ac nepotem ſuum pullulare, Deſiderium ducem euocat, iubetque vt aliquid nequitiæ inferat fratri. At ille commoto exercitu, Ragnoualdo duce fugato, Petrogoricum peruadit Exactoque ſacramento, Aginnum pergit. hæc audiens vxor Ragnoualdi, quod ſcilicet fugato viro ſuo, hę ciuitates in poteſtatem regis Chilperici redigerentur, baſilicam ſancti martyris Caprasij expetiit. Sed extracta exinde & ſpoliata facultate ac ſolatio famulorũ, datis fideiuſſoribus Tholoſam dirigitur: ibiq, iterũ in baſilica ſancti Saturnini ingreſſa reſidebat. Deſiderius vero cunctas ciuitates quę in parte illa ad regẽ Gunthcramnũ aſpiciebãt, abſtulit & ditionibus regis Chilperici ſubegit. Berulfus vero dux, cũ Biturigas muſſitare, quod Turonicum terminũ ingrederentur, audiſſet, exercitũ cõmouet, & ſe in ipſos fines ſtatuit. Grauiter tunc pagi Iſidorenſis ac Bertauenſis vrbis Turonicæ deuaſtati ſunt. Sed & poſtea crudeliter qui in hac obſidione adeſſe non poterant, ſunt damnati. Blandaſtes vero dux in Vaſconiam abiit, maximamque partem exercitus ſui amiſit.

H

Chilpericus per Deſiderium vaſtat regnum Gunthcramni.

Cap. 13.

Lupus vero vrbis Turonicæ ciuis, cũ vxore perdita ac liberis clericatum expeteret, à fratre Ambroſio prohibitus eſt, timens ne hæredem inſtitueret Dei Eccleſiã, ſi ei cõiungeretur. rurſuſque illi vxorẽ prouidit, & diẽ in quo ad ſpõſalia donanda conuenirent, male ſuaſus frater indicit. Dehinc ad Cainonenſe caſtrũ, vbi hoſpitiũ habebant, pariter aduenerunt. Sed vxor Ambroſij cum eſſet adultera, & alium amore lupanario exoſo marito diligeret, inſidias viro

tetendit.

A

tetendit. Cumque hi germani pariter epularentur, & nocte vſque ad ebrietatem vino maduiſſent, in vno ſtrato pariter quieuerunt. Tunc † mœchus vxoris Ambroſij nocte veniens, quieſcentibus cunctis, & vino depreſſis, accenſis igne paleis, vt videret quid ageret, extracto gladio, Ambroſium in capite librat, ita vt deſcendens per oculos gladius, cerui cal capitis amputaret: in quo ictu expergefactus Lupus, & ſe in ſanguinem volutari decernens, exclamat voce magna, dicēs, Heu heu ſuccurrite, frater meus interfectus eſt. Mœchus vero qui iam perpetrato ſcelere diſcedebat, hæc audiens, regreſſus ad lectum, Lupū adit. Quo repugnante, multis plagis laceratum oppreſſit, & mortali ictu ſauciatum, ſemiuiuum reliquit: ſed nullus de familia ſenſit. Mane autem facto, ſtupebant omnes de tanto ſcelere. Lupus tamē adhuc viuens inuentus, ſicut actum fuerat referens, ſpiritum exhalauit. Sed nec longum meretrix lugendi ſumpſit ſpatium: ſed paucis diebus interpoſitis, coniuncta mœcho diſceſſit.

† Vedaſtes Auus in fra nominatur. cap. 5. lib. 7.

Adulter Lupū & Amb. occidit

Cap. 14. Prodigia.

Anno igitur ſeptimo Childeberti regis, qui erat Chilperici & Gunthchramni viceſimus & primus, menſe Ianuario, pluuiæ, coruſcationes atque tonitrua grauia fuerunt: flores in arboribus oſtenſi ſunt: ſtella quam cometem ſuperius nominaui, adparuit, ita vt in circuitu eius magna nigredo eſſet. Et illa tanquam in foramine aliquo poſita, ita inter tenebras relucebat, ſcintillans ſpargenſque comas. Prodibat autem ex ea radius miræ magnitudinis qui tanquam fumus magnus incendij adparebat à longe. Viſa eſt autem ad partem occidētis in hora noctis prima. In die autem ſancto paſchę apud Sueſſionas ciuitatem cœlum ardere viſum eſt, ita vt duo apparerent incendia, & vnum erat maius, aliud vero minus. Poſt duarum vero horarum ſpatium coniuncta ſunt ſimul: factaq; pharo magna euanuerunt. In Pariſiaco vero termino, verus ſanguis ex nube defluxit, & ſuper veſtimenta multorū hominū cecidit, & ita tabe maculauit, vt ipſi propria indumēta horrentes abiuerent. Tribus enim locis in termino ciuitatis illius hoc prodigium adparuit. In Siluanectēſi vero territorio hominis cuiusdā domus, cū ille mane ſurgeret, ſanguine reſperſa abintus adparuit. Magna igitur eo anno lues in populo fuit, valitudines variæ, miliinæ cū puſulis & veſicis, quæ multū populū adfecerunt morte. Multi tamē adhibētes ſtudiū, euaſerūt. Audiuimus enim eo ānu in Narbonenſē vrbē inguinariū morbū grauiter deſæuire, ita vt nullū eſſet ſpaciū, cū homo corrupt⁹ fuiſſet ab eo.

B

Cometes terrificus.

C

Cap. 15. Felix Epiſcopus nepoti moriēs ceſſit Epiſcopatum

Felix vero Epiſcopus Namneticæ ciuitatis, in hanc valetudinem corruens, grauiter ægrotare cœpit. Tunc vocatis ad ſe Epiſcopis qui propinqui erant, ſupplicat vt conſenſum quem in Burgundionem nepotem ſuum fecerat, ſuis ſubſcriptionibus roborarent. Quod cum factum fuiſſet, eū ad me dirigunt. Erat tunc temporis Burgundio quaſi annorum viginti quinque. Qui veniens, rogat vt accedens vſque Namnetas, Epiſcopum eum in locum auunculi qui adhuc ſuperſtes erat, tonſuratum conſecrare deberem. Quod ego abnui, quia Canonibus non conuenire cognoui: conſilium tamen præbui, dicens: Habemus ſcriptum in Canonibus fili, Non poſſe quemquam ad epiſcopatum accedere, niſi prius Eccleſiaſticos gradus regulariter ſortiatur. Tu ergo dilectiſſime, reuertere illuc, & pete vt ipſe te qui elegit debeat tonſurare. Cumque presbyterij honorem acceperis, ad Eccleſiam aſſiduus eſto: & cum Deus migrare voluerit, tunc facile Epiſcopalem gradum aſcendes. At ille regreſſus, cōſilium acceptum adimplere diſſimulauit, eo quod Felix Epiſcopus ab incōmodo leuius agere videretur. Sed poſtquam febris diſceſſit, tibiæ eius ab humore puſulas emiſerunt. Tunc cantharidarum cataplaſmā nimium validā ponens, computreſcentibus tibijs, anno Epiſcopatus ſui triceſimotertio, ætate ſeptuagenaria, vitam finiuit. Cui Nonnichius conſobrinus, rege ordinante, ſucceſſit.

Epiſcopus debet eſſe presbyter antea.

D

Cap. 16. Pappolenus vxorem ſui recepit.

Audiens autem Pappolenus eius obitum, neptem illius de qua ſeparatus fuerat, recepit. Ante hoc autem tempus deſponſatam eam habuerat: ſed diſſimulante de nuptijs Felice Epiſcopo, hic cum magna cohorte veniens, ab oratorio puellam abſtraxit, & in baſilicā beati Albini cōfugit. Tunc Felix Epiſcopus ira commotus, circumuentam puellam dolis à marito ſeparauit, mutataq; veſte apud Vaſatenſem vrbē in monaſterio poſuit: ſed illa occultos puero nuncios dirigit, vt ſcilicet eam ereptam à loco in quo poſita erat, acciperet. Quod ille non abnuens, adſumptam de monaſterio puellam ſuo coniugio copulauit, regalibuſque munitus præceptionibus, timere parentum diſtulit minas.

E

Cap. 17. Iudæos Chilpericus ad fidē cogit.

Rex vero Chilpericus multos Iudæorum eo anno baptizari præcepit, ex quibus plures excepit è ſancto lauacro. Nonnulli tamen eorum corpore tantum, non corde abluti, ad ipſam quam prius perfidiam habuerant, Deo mentiti regreſſi ſunt, ita vt & ſabbatum obſeruare, & diem dominicū honorare viderentur. Priſcus vero ad cognoſcendā veritatē nulla penitus potuit ratione deflecti. Tunc iratus rex, iuſſit eum cuſtodiæ mancipari, ſcilicet vt quem credere voluntarie non poterat, ſaltem credere faceret vel inuitum. Sed ille datis quibuſdam muneribus, ſpatium poſtulat, donec filius eius Maſſilienſem Hebræam accipiat: polliceturdoloſe ſe deinceps quæ rex iuſſerat impleturū. Interea oritur intentio inter illum & Pathirem ex Iudæo conuerſum, qui iam regis filius erat ex lauacro. Cumque die ſabbati Priſcus præcinctus oratorio, nullum in manus ferens ferramentum, Moſaicas leges quaſi impleturus ſecretiora competeret, ſubito Pathir adueniens, ipſum gladio cum ſocijs qui aderant iugulauit. Quibus interfectis, ad baſilicā ſancti Iuliani cum pueris ſuis, qui ad propinquā plateam erant confugit. Cumque ibidem reſiderent, audiunt quod rex domino vitæ ceſſo famulos tanquam malefactores à baſilica tractos iuberet interfici. Tunc vnus ex his euaginato gladio, domino iam fugato, ſocios ſuos interficit, ipſe poſtmodum cum gladio de baſilica egreſſus: ſed irruente ſuper ſe populo, crudeliter interfectus eſt. Pathir autem accepta licentia, ad regnum Gunthchramni vnde venerat eſt regreſſus: ſed non poſt multos dies à parentibus Priſci interfectus eſt.

F

Priſcus Iudæus occiditur.

Cap. 18.

Leuuichildus cū filio præliatur.

Igitur legati Chilperici regis, id eſt Anſoualdus & Domigiſilus, qui ad conſpiciendam dotem in Hiſpanias fuerant miſſi, regreſſi ſunt. His diebus Leuuichildus rex in exercitu contra Hermenichildum filium ſuum reſidebat: cui & Emeritam ciuitatem abſtulit. Nam hic qualiter cum ducibus Imperatoris Tyberij fuerit coniunctus iam ſuperius expoſuimus. Nam & legatis hæc cauſa nexuit moras vt tardius regrederentur. Quibus viſis, ego ſollicitus eram qualiter in ipſis Chriſtianis qui pauci in eo loco remanſerant, fides Chriſti ferueret. Cui hęc Anſoualdus reſpōdit, Chriſtiani qui nunc apud Hiſpanias commorantur, Catholicā fidē integre ſeruant: ſed rex nouo nunc ingenio eam nititur exturbare, dum doloſe & ad ſepulchra martyrū, & in Eccleſiis religionis noſtræ orare cōfingit. Dicit enim, Manifeſte cognoui eſſe Chriſtū filium Dei ęqualem patri, ſed ſpiritum ſāctum, Deum penitus eſſe non credo, eo quod in nullis legatur codicib. Deus eſſe. Heu heu quam iniquam ſententiam, quam venenoſum ſenſum, quam prauam mentem! Et vbi eſt illud quod Dominus ait, Spiritus Deus eſt: & illud Petri, quod ad Ananiam ait, Quid tibi viſum eſt tentare ſpiritum ſanctum? Non es hominibus mentitus, ſed Deo. Vbi eſt & illud quod Paulus myſtica dona commemorans, ait, Hæc enim operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens vnicuiq; prout vult. Qui enim operatur quod vult, nulli cognoſcitur eſſe ſubiectus. Accedente autem Anſoualdo ad Chilpericū regem, legatio Hiſpanorum eſt ſubſecuta. Quæ de Chilperico ad Childebertum accedens, in Hiſpanias eſt regreſſa.

G

Spiritus ſanctus Deus.

Cap. 19. Aſclepius Chilperici cuſtodes occidit.

Apud pontem vero Vrbienſem ciuitatis Pariſiacæ, Chilpericus rex cuſtodes poſuerat, vt inſidiatores de regno fratris ſui ne nocerent aliquid, arcerentur. Quo Aſclepius ex duce præcognito, nocte irruens, interfecit omnes, pagumque ponti proximum grauiter depopulatus eſt. Cumq; hęc regi Chilperico nunciata fuiſſent, mittit nuncios comitibus, ducibuſque & reliquis agentibus vt collecto exercitu in regnū germani ſui irruerent. Sed prohibitus eſt conſilio bonorum, ne faceret, dicentium ſibi, Illi peruerſe egerunt, tu vero ſapienter age. Mitte fratri nuncios, & ſi iniuriā tuā emendare voluerit, nihil mali quæras: ſi vero noluerit, tractabis deinceps quid ſequaris. Et ſic ratione accepta, prohibito exercitu legationem fratri dirigit. Sed ille cūcta emendans, fratris quæſiuit integre charitatem.

H

Cap. 20. Chrodinus eleemoſynarius obiit.

Eo anno Chrodinus obijt, vir magnificæ bonitatis & pietatis, eleemoſynarius valde, pauperumq; refector, profluus ditator Eccleſiarū, clericorumq; nutritor. nam ſæpe à

nouo

A

nouo fundans villas, ponens vineas, ædificans domos, culturas erigẽs, vocatis Epiſcopis quorum erat parua facultas, dato epulo ipſas domos cum cultoribus & culturis, cum argento, periſtromatibus, vtẽſilibus, miniſtris & famulis benigne diſtribuebat, dicens: Sint hæc Eccleſiæ data, vt dum de his pauperes reficiuntur, mihi veniã obtineãt apud Deũ. Multa autem & alia bona de hoc viro audiuimus, quæ inſequi longum eſt. Tranſiit autem ætate ſeptuagenaria.

Cap. 21. Portenta.

Hæc in hoc anno iterato ſigna apparuerũt: luna eclipſin paſſa eſt, intra Turonicum territoriũ, verus de effracto pane ſanguis effluxit: muri vrbis Sueſſionicæ corruerunt: apud Andegauam vrbem tremuit: intra muros vero Burdegalẽſis oppidi ingreſſi lupi canes deuorauerunt, nequaquã homines metuentes: per cœlum ignis diſcurrere viſus eſt: ſed & Vaſatenſis ciuitas incendio concremata eſt, ita vt Eccleſiæ & domus Eccleſiaſticæ vaſtarentur. Miniſterium tamen omne ereptum fuiſſe cognouimus.

Lupi deuorant canes Burdeg.

Cap. 22.

Rex igitur peruaſis Chilpericus ciuitatib. fratris ſui, nouos comites ordinat, & cuncta iubet ſibi vrbium tributa deferri. Quod ita impletum fuiſſe cognouimus. His diebus adprehenſi ſunt duo homines a Nonnichio Lemouicinæ vrbis comite, deferentes ex nomine Charterij Petrogoricæ vrbis Epiſcopi, literas quæ multa improperia loquebantur in regem: in quibus inter reliqua erat inſertum, quaſi quereretur ſacerdos ſe a paradiſo ad inferos deſcendiſſe, ſcil. q à regno Gunthchramni in Chilperici fuerit ditiones commutatus. has literas cũ his hominibus iam dictis comes ſub ardua cuſtodia regi direxit. Rex vero patiẽter propter Epiſcopũ mittit, qui cũ ſuo conſpectui præſentarent, diſcuſſurus vtrique ſi vera eſſent quæ ei opponebantur, an non. Adueniente vero Epiſcopo, rex homines illos cũ literis repræſentat: interrogat ſacerdotẽ, ſi ab eo directæ fuerint. Negat ille a ſe directas. Interrogantur vero homines, à quo eas acceperint. Frontonium Diaconum proferunt. Interrogatur de Diacono, ſacerdos reſpõdit, ſibi eũ eſſe præcipuũ inimicum, nec dubitari debere ipſius eſſe nequitias, qui contra eum ſepius cauſas commouiſſet iniquas. Adducitur Diaconus ſine mora: interrogatur à rege, confitetur ſuper Epiſcopum dicens: Ego hanc Epiſtolã Epiſcopo iubente dictaui. Proclamante vero Epiſcopo & dicente, q ſepius hic ingenia quæreret, qualiter eum ab Epiſcopatu deiiceret, rex miſericordia motus, commendans Deo cauſam ſuam, ceſſit vtriſq; deprecans clemẽter Epiſcopũ pro Diacono, & ſupplicãs vt pro ſe ſacerdos oraret: & ſic cũ honore vrbi remiſſus eſt. Poſt duos vero menſes Nonnichius comes qui hoc ſcandalum ſeminauerat, ſanguine percuſſus interiit, reſque eius quia abſque liberis erat, diuerſis à rege conceſſæ ſunt.

B

Charterij literæ regi diffamatoriæ.

C

Chilperic' ignoſcit clementer calumniatoribus.

Cap. 23.

Dehinc Chilperico regi poſt multa funera filiorum, filius naſcitur: ex hoc iubet rex omnes cuſtodias relaxari, vinctos abſolui, compoſitioneſque negligentium fiſco debitas præcepit omnino non exigi. Sed magnum deinceps dolum hic intulit infans.

Cap. 24. Gũdobaldi adoleſcẽtia.

Noua iterum contra Theodorum Epiſcopum bella conſurgunt. nam Gundobaldus qui ſe filium Chlotharij regis eſſe dicebat, de Conſtantinopoli veniens, Maſſiliam eſt aduectus: de cuius origine quędam ſtrictim libuit memorare. Hic cum natus eſſet in Galliis, & diligenti cura nutritus, vt regum iſtorum mos eſt, crinium flagellis per terga demiſſis, literis eruditus Childeberto regi a matre repręſentatur, dicente ea, Ecce, inquit, nepotẽ tuũ Chlotharij regis filium. Et quia inuiſus habetur patri, ſuſcipe eum, quia caro tua eſt. Quem ille, eo quod ei filij non eſſent, accipiens, retinebat ſecum. Nunciantur hæc regi Chlothario: miſitq; fratri nũcios dicens, Dimitte puerum, vt veniat ad me. Nec moratus ille, iuuenum fratri direxit. Quo viſo, Chlotharius iuſſit tõderi comam capitis eius, dicens, Hunc ego non genemui. Igitur poſt Chlotharij regis obitũ, à Chariberto rege ſuſceptus eſt. quem Sygibertus arceſſitum iterũ amputauit comã capitis eius, & miſit eum in Agrippinenſem ciuitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Ille quoque ab eo loco delapſus, dimiſſis iterũ capillis, ad Narſetẽ abiit, qui tũc Italiæ præerat: ibi accepta vxore, filios procreauit, & ad Conſtantinopolin acceſſit. Inde vt ferunt, poſt multa tempora à quodã inuitatus vt veniret in Gallias, Maſſiliam adpulſus, à Theodoro Epiſcopo ſuſceptus eſt. Et ab eodem etiam acceptis equis,

D

Mummolo duci coniunctus eſt. Erat aut. m tũc Mummolus in ciuitate Auennica, ſicut ſupra iã diximus Gunthchrãnus vero dux adprehẽſum Theodorum Epiſcopum, in cuſtodiam pro hac cauſa detruſit, reputans cur hominem extraneum intromiſiſſet in Gallias, voluiſſetque Francorum regnum imperialibus per hæc ſubdere ditionibus. At ille epiſtolam, vt aiunt manu maiorũ Childeberti regis ſubſcriptam, protulit dicens, Nihil per me feci, niſi quæ mihi a dominis noſtris & ſenioribus imperata ſunt. Cuſtodiebatur igitur ſacerdos in cellula, nec permittebatur Eccleſiæ propinquare. Quadã vero nocte, dum attentius oraret ad dominu, refulſit cellula nimio ſplendore, ita vt comes qui erat cuſtos eius, ingenti pauore terreretur: viſusque eſt ſuper eũ lucis immenſæ globus per duarum horarum ſpacium. Mane autem facto, narrabat hæc comes ille cęteris qui cum eo erant. Poſt hæc autem ductus eſt ad Gunthchramnum regẽ cum Epiphanio Epiſcopo: qui tunc Longobardos fugiens, Maſſiliæ morabatur, ſcilicet q & ipſe conſcius huius cauſæ fuiſſet. Diſcuſſi igitur à rege, in nullo inuenti ſunt crimine: Rex tamen iuſſit eos ſub cuſtodia degere, in qua poſt multa ſupplicia, Epiphanius Epiſcopus obiit Gundobaldus vero in inſulã maris ſeceſſit, expectans euentũ rei. Gunthchramnus vero dux cum duce Gunthchramni regis res Gundobaldi diuiſit, & ſecum in Aruernum detulit immenſum, vt ferunt, argenti pondus & auri, & reliquarum rerum.

E

Accuſatur Epiſcopus [illegible]

F

Cap. 25 [illegible]

Anno octauo Childeberti regis, pridie Calendas Februarias cum die dominico ad vrbem Turonicam ad matutinas ſignum commotum fuiſſet, & populus ſurgens, ad Eccleſiam conueniret, cœlo nubilo cum pluuia globus magnus ignis de cœlo dilapſus in ſpacio multo cucurrit in aere. Qui tantam lucem dedit, vt tanquam media die omnia cernerentur. Quo iterum in nubem ſuſcepto, nox ſucceſſit Aquæ vero extra ſolitum inualuerunt. nã tantam inundationẽ Sequana Matronaq; circa Pariſios intulerũt, vt inter ciuitatẽ & baſilicã ſancti Laurẽtij naufragia ſæpe cõtingerẽt

Cap. 26 [illegible]

Gunthchramnus quoque dux Aruernum cum ſupradictis theſauris reuerſus, ad Childebertũ regem abiit Cumque exinde regrederetur cum vxore & filiis, à Gunthchramno rege comprehenſus retinebatur, dicente ſibi rege, Tua inuitatio Gundobaldum adduxit in Gallias, & ob hoc ante hos annos abiſti Conſtantinopolim. Cui ille, Mummolus, inquit, dux tuus ipſe ſuſcepit eum, & in Auenione ſecũ retinuit: nunc autem permitte me, & adducam ipſum tibi, & tunc immunis ero ab his quæ reputantur mihi. Cui rex ait, Non permittã te abire, niſi dignas luas pœnas pro his quæ commiſiſti. At ille cernens ſe morti propinquum, ait, Ecce filium meum, ſuſcipe illum, & ſit obſes pro his quę promitto domino meo regi: & niſi Mummolum adducã tibi, perdam paruulum meum. Tunc rex permiſit eum abire, retento ſecum eius infantulo. At ille adſumptis ſecum Aruernis atq; Vellauis Auenionem abiit. Sed aſtu Mummoli, naues in Rhodano infirmæ paratæ ſunt. Aſcendenteſque ſimpliciter, vt in medio amnis venerunt, impletis nauibus mergebantur. Tunc in periculo poſiti, alij nando euaſerunt, nonnulli vero arreptis ipſarum nauium tabulis attigerunt litus. Plerią; autem quorum minor fuit aſtutia, in amne demerſi ſunt. Gunthchramnus vero dux aduenit Auenionem prouiderat enim Mummolus, poſtquam intra muros vrbis illius eſt ingreſſus, vt quia pars parua reſidebat, quæ non vallabatur à Rhodano, educta ex eo parte, locus ille totus hoc alluuio muniretur in quo loco foſſas magnæ pfunditudinis fodit, præparatoſq; dolos aqua decurrens operuit. Tũc adueniente Gunthchramno, ait ex muro Mũmolus, Si fides eſt integra, veniat ille ab vna parte ripæ, ego ex alia, & quod voluerit eloquatur. Quo cũ conueniſſent, ait Gũthchramnus ecõtra, (hoc enim brachium fluminis inter vtrunq; erat poſitum) Si licet, inquit, vadam: quia ſunt aliqua quæ inter nos ſecretius conferantur. Cui ille, Veni, ait, ne timeas. Ingreſſus cum vno amicorum ſuorum, vt erat loricæ põdere adgrauatus: illico amicus ille, vt foueã amnis attigit, ſub aquis demerſus, niſi quam cõparuit. Gunthchramnus vero cum demergeretur atq; portaretur ab vnda veloci, vnus de aſtantibus porrecta manu eius haſta, eum litori reddidit. Et tunc alterutris ſibi cõuitiis ipſe & Mummolus diſceſſerunt: obſidente quoq; Gunthchramno ipſam vrbẽ cum exercitu

G

H

A

Guntheramni, regi nunciata ſunt hęc Childeberto. At ille ira commotus, cur hæc nō iuſſu ageret, Gundulfum ſuperius dictum illuc direxit. Qui amota obſidione Mummolum Aruernos adduxit: ſed poſt paucos dies Auenionem regreſſus eſt.

Cap. 27. Chilpericus Lutetiæ filium tingit.

Chilpericus rex pridie quam paſcha celebraretur, Pariſios adiit. Et vt maledicto quod in pactione ſua & fratrum ſuorum conſcriptum erat, vt nullus eorum Pariſios ſine alterius voluntate ingrederetur, carere poſſet reliquiis ſanctorū multorū præcedentibus, vrbem ingreſſus eſt: dieſq; Paſchæ cum multa iocunditate tenuit, filiumq; ſuū baptiſmo tradidit, quem Ragnemodus ipſius vrbis ſacerdos, de lauacro ſancto ſuſcepit, ipſumq; Theodoricum vocitari præcepit.

Cap. 28. Marcus [illegible]ctor tonſuratur.

Marcus quoq; referendarius, cuius ſupra meminimus, poſt congregatos de iniquis deſcriptionibus theſauros, ſubito lateris dolore detentus, caput totondit, atq; pœnitētiam accipiens, ſpiritum exhalauit, reſque eius fiſco collatę ſunt (nam magni ibidem theſauri ex auro argētoq;, & multarum ſpecierum reperti ſunt) nihil exinde ſecum aliud portans, niſi animæ detrimentum

B

Cap. 29.

Legati de Hiſpaniis reuerſi nihil certi renunciauerunt, eo quod Leuuichildus cōtra filium ſuū ſeniorē in exercitu reſideret. In monaſterio autem beatæ Radegundis, puella quædā nomine Diſciola, quæ beati Saluij Albigenſis Epiſcopi neptis erat, obiit hoc modo: Cum ægrotare cœpiſſet, & ei aſſidue ſorores aliæ deſeruirent, venit dies ille quo migraret à corpore: & circa horā nonā ait ſororibus, Ecce iam leuiorē me ſentio: ecce nihil doleo nunc autem non eſt neceſſe ſollicitudini veſtræ, vt mihi curæ aliquid impendatis, ſed potius diſcedite à me, quo facilius ſopori relaxer. Hæc audiētes ſorores eius receſſerunt parūper à cellula. Et poſt paululum aduenerunt: deniq; ſtātibus illis coram ea expectabant quid ab illa elocutionis audirent. Ipſa autē expanſis manibus, benedictionem à neſcio quo efflagitans, ait: Benedic, inquit, mihi, ſancte ac famule Dei excelſi ecce enim iam tertio fatigaris hodie mei cauſa. Et cur ſancte pro infirma muliercula crebras iniurias ſuſtines? Interrogātib^9 vero illis, ad quem hæc verba proferret, penitus non eſt effata. Tunc facto modico interuallo, emiſit vocē magnam cum riſu: & ſic tradidit ſpiritum. Et ecce quidam energumenus qui tunc ad beatæ crucis gloriam mundandus aduenerat, arrepta manibus cæſarie, collidit ſe in terram, dicens. Heu heu heu nobis q̄ tale damnum perpeſſi ſum^9: vel licuiſſet prius cauſas inquirere. & ſic de poteſtate noſtra fuiſſet ablata hęc anima. Inquirentibus vero his qui aderant, quid eſſet hoc verbum quod loquebatur, reſpōdit. Ecce animam puellæ Michael Angelus ſuſcepit: & ipſe eam ad cælos euehit. Princeps vero noſter quem vos Diabolum nominatis, nihil in ea participatur. Poſt hęc corpus aquis ablutum ita candore niueo refulgebat, vt nullum linteum reperire abbatiſſa potuiſſet in prōptu, quod corpore candidius cerneretur: induta tamen linteis mundis, ſepulturæ mandata eſt: nam & alia puella huius monaſterij viſum vidit, quod ſororibus retulit. Putabat, inquit, ſe iter aliquod cōficere, & erat ei votū vt ad fontem viuum gradiens perueniret. Cumq; viam neſciret, vir quidā ſe obuiam obtulit, dicens: Si, inquit, vis ad fontem viuum accedere, ego ero præuius itineris tui. Ad illa gratias agens, ſequebatur præcedētem. Quibus ambulantibus, peruenerunt ad fontē magnum, cuius aquæ tanquam aurum ſplendebant, herbæ vero in modum diuerſarum gemmarū vernante luce radiabant. Et ait vir ad eam, Ecce fontem viuum quem multo labore quæſiſti. Satiare nunc ab eius fluentis, vt fiat tibi fons aquæ vitæ ſalientis in vitam æternā. Cumq; illa auide ex his aquis hauriret, ecce ab alia parte veniebat abbatiſſa: & denudatam puellam induit veſte regia, quę tanta luce auroq; & monilibus refulgebat, vt vix poſſet intendi, dicente ſibi abbatiſſa. Spōſus enim tuus mittit tibi hęc munera. Hæc cum puella vidiſſet, compuncta eſt corde, & poſt dies paucos rogauit abbatiſſam, vt ſibi in qua includeretur cellulam præpararet. At illa velociter perfecta ait, Ecce, inquit, cellulam, quid nunc deſideras? Puella vero petiit vt recludi permitteretur. Quod cum ei præſtitum fuiſſet, cōgregatis virginibus cum magno pſallentio accenſis lampadibus, tenēte ſibi beata Radegūde manu, ad locū vſq; perducitur. Et ſic Vale faciens omnibus, & oſculans ſingulas quaſque, recluſa eſt. Obſtructoq; aditu per quem ingreſſa fuerat, ibi nunc orationi ac lectioni vacat.

De puella Pictauenſis monaſterij.

Viſio morientis.

C

D

E

Cap. 30. Tyberij Imperatoris obitus. Nicep. lib. 18. cap. 7.

Hoc anno Tyberius Imperator migrauit à ſeculo, magnum luctum relinquens populis de obitu ſuo. erat enim ſummæ bonitatis, in eleemoſynis prōptus, in iudiciis iuſt^9, in iudicando cautiſſimus, nullum deſpiciens, ſed omnes in bona voluntate cōplectens, omnes diligens, ipſe quoq; diligebatur ab omnibus. Hic cum ęgrotare cœpiſſet, & ſe iam viuere deſperaret, vocauit Sophiam Auguſtā dicens, Ecce iam impletum ſentio tempus vitæ meæ, nunc cum cōſilio tuo eligam qui reipublicæ pęſſe debeat. At illa Mauricium quendam elegit. dicens, Valde ſtrenuus & ſagax eſt vir iſte: nam & ſæpius contra inimicos reipub. dimicans, victorias obtinuit Hæc enim dicebat, vt iſto tranſeunte, huius coniugio necteretur. Sed Tyberius poſtq̄ cōſenſum cognouit Auguſtæ de huius electione, iuſſit exornari filiam ſuam ornamentis imperialibus, & vocato Mauricio ait, Ecce cum cōſenſu Sophiæ Auguſtæ ad imperium eligeris: in quo vt firmior ſis filiam meā in tradam tibi. Et accedente puella tradidit eam pater Mauricio, dicens, Sit tibi imperium meū cum hac puella conceſſum. Vtere ea felix, memor ſemper vt æquitate & iuſtitia delecteris. At ille accepta puella, duxit eam ad domum ſuam, & tranſacta ſolennitate nuptiarum, Tyberius obiit. Igitur celebrato iuſtitio, Mauric^9 indutus diademate & purpura, ad circum proceſſit: acclamatiſque ſibi laudibus, largitis populo muneribus, in imperio confirmatur.

Mauricius Imperator eligitur. Nicep. 18. cap. 8.

F

Cap. 31. Chilpericus fratris [illegible]onum populatur.

Deniq; Chilpericus rex legatos nepotis ſui Childeberti ſuſcepit, inter quos primus erat Egidius Rhemēſis Epiſcopus: quibus intromiſſis ad regē, data ſuggeſtione dixerunt, Pacem quam cum domino noſtro nepote tuo feciſti, petit à te omnimodis conſeruari: cum fratre vero tuo pacem habere non poteſt, quia partem Maſſiliæ ei poſt mortem abſtulit patris, fugaceſq; ſuos retinet, nec eos vult ei remittere. Ideo Childebertus nepos tuus charitatem q̄ nunc tecū retinet integre vult ſeruare. Et ille, In multis, inquit, frater meus acceſſit culpabilis. nam ſi ordinem rationis filius me^9 Childebertus inquirat, cognoſcet protinus, quod huius colluſio pater eius eſt interfectus. Hæc eo dicente, Egidius Epiſcopus ait, Si cum nepote tuo coniungeris, & ipſe coniungitur tibi. Cōmoto exercitu, vltio quæ debetur ſuper eum velocius infertur. Quod cum iuramento firmaſſent, obſideſq; inter ſe dediſſent, diſceſſerunt. Igitur fidēs in promiſſis eorum Chilpericus, commoto regni ſui exercitu, Pariſios venit: vbi cum reſediſſet, magnū diſpendium rerum incolis intulit. Beruſſus vero dux cum Turonicis, Pictauis, Andegauiſque, atq; Namneticis, ad terminum Biturigum venit: Deſiderius vero & Bladaſtes cum omni exercitu prouinciæ ſibi commiſſæ ab alia parte Bituricum vallant multum vaſtantes per quas venerunt regiones. Chilpericus vero iuſſit exercitum, qui ad eum acceſſit, per Pariſios tranſire. Quo tranſeunte & ipſe tranſiit, atque ad Mecledonenſe caſtrum abiit, cuncta incendio tradens atq; deuaſtans. Et licet exercitus nepotis ſui ad eum nō veniſſet, tamen duces & legati eius cum ipſo erant. Tunc miſit nuncios ad ſupradictos duces, dicens, Ingredimini Bituricum, & accedentes vſq; ad ciuitatem, ſacramenta fidelitatis exigite de nomine noſtro. Biturici vero cum quindecim millibus ad Mecledonēſe caſtrum confluunt: ibique cōtra Deſiderium ducē cōfligunt: factaque eſt ibi ſtrages magna, ita vt de vtroq; exercitu amplius quam ſeptem millia cecidiſſent: duces quoq; cum reliqua parte populi, ad ciuitatem peruenerunt, cuncta diripientes vel deuaſtantes, taliſque depopulatio inibi acta eſt, qualis nec antiquitus eſt audita fuiſſe, vt nec domus remaneret, nec vineæ, nec arbores, ſed cuncta ſuccideret, incenderent, debellarent. nā & ab Eccleſiis auferentes ſacra miniſteria ipſis incendio concremabant. Guntchramnus vero rex cū exercitu cōtra fratrē ſuum aduenit, totā ſpem in Dei iudicio collocans. Qui die vna iam veſpere, miſſo exercitu maximam partem de germani ſui exercitu interfecit. Mane autem cōcurrentib^9 legatis, pacē fecerunt, pollicentes alter alterutri, vt quicquid ſacerdotes vel ſeniores populi iudicarent, pars parti cōponeret quæ terminum legis exceſſerat: & ſic pacifici diſceſſerunt. Chilpericus vero rex cū exercitū

G

H

Guntchramnus in Deo fiduciam ponit.

A

ſuum à prædis arcere non poſſet, Rhotógenſem comitem gladio trucidauit: & ſic Pariſios redijt, omnem relinquens prædam, captiuoſq; relaxans. At iſti qui Biturigas obſidebant, accepto mandato vt reuerterentur ad propria, tantas prædas ſecum ſuſtulerunt, vt omnis regio illa vnde egreſſi ſunt, valde putaretur euacuata, & de hominibus, & pecoribus. Ingreſſus quoq; exercitus Deſiderij atq; Bladaſtis per Turonicum, incendia, prædas & homicidia tanta fecerunt, ſicut ſolet contra inimicos fieri. nam & captiuos abduxerunt, de quib ſpoliatos plurimos poſtea dimiſerunt. Subſecut^9 eſt morbus pecorum hãc cladem, ita vt vix vnicum remaneret: nouumq; eſſet, ſi aliquis aut iumentum videret, aut cerneret buculam. Sed dum hæc agerentur, Childebertus rex cum exercitu ſuo vno in loco reſidebat. Nocte autẽ quadam cõmoto exercitu, magnũ murmur cõtra Egidium Epiſcopũ, & duces regis minor populus eleuauit, ac vociferari cœpit, & publice proclamare, Tollantur à facie regis qui regnum eius venundant, ciuitates illius dominationis alteri ſubdunt, populũ ipſius principis alterius ditionibus tradunt. Dũ hæc & his ſimilia vociferando proferrent, facto mane adprehenſo armorum adparatu, ad tentoriũ regis properant, ſcilicet vt adprehenſis epiſcopo & ſenioribus, vt opprimerẽt, verberibus adficerẽt, gladijs lacerarent. Quo cõperto, ſacerdos fugam init, aſcenſoq; equo ad vrbẽ propriam tendit. At populus ille cum clamore ſequebatur, proijciens poſt eum lapides, euomenſque conuicia. Fuit tunc ei hæc cauſa præſidium, quod hi paratos equos non habebant. Attamen laſſatis ſociorum equis, ſolus pertendit Epiſcopus, tanto timore perterritus, vt vnam caligam de pede elapſam colligere non curaret: & ſic vſque ciuitatem veniens, ſe intra murorum Rhemenſium ſepta conclaſit.

Pecorum clades.

B

Plebs vociferatur poſt Egid. epiſcopum.

Cap. 32. Leudaſtes à communione arcetur.

Ante paucos autem menſes Leudaſtes in Turonicum cũ præcepto regis aduenit, vt vxorem reciperet, ibique commoraretur. Sed & nobis epiſtolam ſacerdotum manu ſubſcriptam detulit, vt in cõmunionem reciperetur. Sed quoniam literas reginæ non vidimus, cuius cauſa maxime à cõmunione remotus fuerat, ipſum recipere diſtuli, dicens, Cum reginæ mandatum ſuſcepero, tunc eum recipere non morabor. Interea ad eã dirigo, quæ mihi ſcripta remiſit dicẽs, Compreſſa à multis, aliud facere non potui, niſi vt eum abire permitterem: nunc autem rogo vt pacem tuam non mereatur, neq; eulogias de manu tua ſuſcipiat donec à nobis quid agi debeat, plenius pertractetur. At ego hæc ſcripta relegens, timui ne interficeretur: acerſitoque ſocero eius hęc innotui, obſecrãs vt ſe cautum redderet, donec reginæ animus leniretur. Sed ille conſilium meum quod pro Dei intuitu ſimpliciter inſinuaui, doloſe ſuſcipiẽs, cum adhuc nobis eſſet inimicus, noluit agere quę mandaui: impletumq; eſt autẽ illud prouerbium quod quendã ſenem narrãtem audiui: Amico inimicoque bonum ſemper præbe conſilium, quia amicus accipit, inimicus ſpernit. Spreto ergo hoc conſilio, ad regem dirigit, qui tunc cũ exercitu in pago Megledunenſi degebat: deprecataſque eſt populũ, vt regi preces funderet, vt eius præſentiam mereretur. Deprecãte igitur omni populo, rex ſe videndũ ei præbuit. Proſtratuſq; pedibus eius, veniam flagitauit: cui rex, Cautum, inquit, te redde pauliſper, donec viſa regina cõueniat, qualiter ad ei^9 gratiam reuertaris, cui multum inueneris eſſe culpabilis. At ille, vt erat incautus ac leuis, in hoc fidens, quod regis præſentiam meruiſſet, rege Pariſius reuertente, die dominico in eccleſia ſancta reginæ pedibus prouoluitur, veniã deprecans. At illa frendens & execrans aſpectũ eius, à ſe repulit, fuſiſque lachrymis ait, Et quia non extat de filiis qui criminis mei cauſas inquirat, tibi eas, Ieſu domine, inquirendas committo. Proſtrataque pedibus regis, adiecit, Væ mihi quæ video inimicum meum, & nihil ei præualeo. Tunc repulſo eo à loco ſancto, Miſſarum ſolennia celebrata ſunt. Igitur egreſſo rege cum regina de Eccleſia ſancta, Leudaſtes vſq; ad plateam eſt proſecutus, inopinans quid ei accideret; domoſque negociantum circumiens, ſpecies rimatur, argentum penſat, atque diuerſa ornamenta proſpicit, dicens. Hæc & hæc cõparabo, quia multum mihi aurũ argentumq; reſedit. Iſta illo dicente, ſubito aduenientes reginæ pueri, voluerunt eum vincire catenis. Ille vero euaginato gladio, vnum verberat: reliqui exinde ſuccenſi felle, adprehenſis

C

Eulogia.

Conſilium ſanum amicus capit, inimicus ſpernit.

D

E

parmis & gladiis ſuper eum ruunt. Ex quibus vnus librans ictum, maximam partem capitis eius à capillis & cute detexit. Cumque per pontem vrbis fugeret, elapſa inter duos axes, qui pontem faciunt, pede effracta obpreſſus eſt tibia: ligatiſq; poſt tergum manibus, cuſtodiæ mancipatur. Iuſſitque rex vt ſtuderetur à medicis, quoadusq; ab his ictibus ſanatus, diuturno ſupplicio cruciaretur. Sed cũ ad villam fiſcalem ductus fuiſſet, & computreſcentibus plagis extremã ageret vitam; iuſſu reginæ in terrã proijcitur reſupinus, poſitoq; ad ceruicẽ eius vecte immenſo, ab alio ei gulã verberant, ſicq; ſemper perfidam agens vitam iuſta morte finiuit.

Leudaſtes ...

Cap. 33. Locuſtis depaſcuntur vineæ.

Anno nono Childeberti regis partem Maſſiliæ Gunthchrãnus rex ipſi nepoti ſuo refudit. Legati principis Chilperici de Hiſpaniis regreſſi, nunciauerunt prouinciã Carpitaniam grauiter à locuſtis fuiſſe vaſtatam, ita vt nõ arbor, non vinea, non ſilua, non fructus aliquis, aut quicquã viride remaneret, quod nõ à locuſtis euerteretur. Aiebant enim, inimicitias illas quæ inter Leuuichildum & filium ſuũ pullulauerant. vehementer augeri. per loca enim eius lues vaſtabat. Sed maxime apud vrbem Narbonẽſem validius deſæuiebat, etiam tertio anno, quod ibidem adprehenderat & requieuerat, populique reuertentes à fuga, iterum morbo conſumpti ſunt. Nam & Albigenſis ciuitas maxime ab hoc incommodo laborabat. His diebus apparuerunt à parte aquilonis nocte media radij multi, fulgore nimio relucentes, qui ad ſe venientes, iterum ſeparabantur, vſq; quo euanuerunt. Sed & cœlum ab ipſa ſeptentrionali plaga ita reſplenduit, vt putaretur aurora producere.

F

Cap. 34. ...

Legati iterum ab Hiſpania venerunt, deferentes munera, & placitum accipientes cum Chilperico rege, vt filiam ſuam ſecundum conuentionem anteriorem, filio regis Leuuichildi tradere deberet in matrimonium: denique dato placito, & omnibus pertractatis, legatus ille reuerſus eſt. Sed Chilperico regi egreſſo de Pariſiis, vt in pagum Sueſſionicum accederet, nouus luctus aduenit: filius enim eius quem anno ſuperiore ſacro baptiſmate abluerat, à dyſenteria correptus, ſpiritum exhalauit. hoc enim fulgor ille quẽ ſuperius ex nube dilapſum memorauimus, figurauit. Tunc cum immenſo fletu regreſſi Pariſios, ſepelierunt puerum, mittentes poſt legatum, vt reuerteretur, ſcilicet vt placitũ quod poſuerat, prolongaret, dicente rege. Ecce planctum in domo ſuſtineo, & qualiter nuptias filiæ celebrabo? Voluit n. tunc aliam filiam illuc dirigere, quã de Audouera habebat, & eam in monaſterio Pictauenſi poſuerat: ſed illa diſtulit, reſiſtente præcipue beata Radegunde, & dicente, Non eſt enim dignum vt puella Chriſto dicata, iterum ad ſeculi voluptates reuertatur.

G

Monaſterium ...

Cap. 35. ...

Dum autem hæc agerentur, nunciatur reginæ puerum qui mortuus fuerat, maleficiis & incantationib^9 fuiſſe ſubductum, ibique Mummolum præfectum, quem iam diu regina inuiſum habebat, conſcium eſſe. Vnde factum eſt vt epulante eo in domo ſua, quidam de aulicis regis puerum dilectum ſibi, qui à dyſenteria correptus fuerat, lamentaretur: cui præfectus reſpõdit, Habetur mihi herba in prõptu, de qua ſi dyſentericus hauriat quãlibet deſperatus ſit, mox ſanatur. Nunciatis his reginæ, maiore furore ſuccenditur. Interea adprehenſas mulieres vrbis Pariſiacæ tormẽtis applicat, ac verberibus cogit fateri quæ nouerãt. At illæ cõfitẽtur ſe maleficas eſſe, & multos occũbere leto ſe feciſſe teſtatæ ſunt: addẽtes illud, quod nulla ratione credi patior: Filiũ, aiunt tuũ ô regina pro Mummoli præfecti vita donauimus. Tunc regina tormentis grauioribus mulieribus adfectis, alias enecat, alias incẽdio tradit, alias totis oſſibus cõfractis innectit, & ſic Compendium villam vna cũ rege ſeceſſit: ibique vniuerſa regi quæ de præfecto audierat reuelauit. Rex vero miſſis pueris, iuſſit eum arceſſiri, diſcuſſumq; catenis onerant, & ſupplicus ſubdunt. Trabi poſt tergũ reuinctis manibus adpenditur, & ibi quid maleficij nouerit, interrogatur. Sed nihil de his quæ ſuperius memorauimus, confitetur. Hoc tamen protulit, ſæpius ſe inunctiones & potiones quæ ei regis reginæq; gratiam præberẽt, ab his mulieribus ſuſcepiſſe. Depoſitus igitur de pœna, vocat ad ſe lictorem dicens, Nuncia domino meo regi quia nihil mali ſentio de his quæ illata ſunt. His auditis rex, Verumne eſt, inquit, hũc eſſe maleficũ, ſi de his nihil eſt læſus pœnis? Tunc extenſus ad trocleas, tamdiu

Sortilegæ mortis ...

H

loricis

A

Mãmulus maleficus torquetur.

loricis triplicibus cæſus eſt, quoaduſque ipſi laſſarentur tortores: poſt hæc ſudes vngulis manuum pedumque defigũt. Cumq; in hoc cauſa ageretur, vt ad decidendam ceruicem eius, gladius immineret, à regina vitam obtinuit, ſed nõ fuit minor morte humilitas ſubſequuta. Nã impoſitus plauſtro, ad Burdegalenſem vrbem in qua ortus fuerat, ablata omni facultate, tranſmittitur: in via vero ictuatus ſanguine, vix accedere quo iuſſus eſt valuit: ſed nõ poſt multum tempus ſpiritum exhalauit. Poſt hæc regina adprehenſo puerili theſauro, tam veſtimenta quam reliquas ſpecies, vel ex ſerico, aut quocunq; vellere inuenire potuit, igne cõſumpſit: quod ferunt quatuor plauſtra leuaſſe: aurum vero & argentum fornace conflatum repoſuit, ne aliquid integrum remaneret quod ei planctum filij in memoriam reuocaret.

Cap. 36.

Scortator clericus punitus.

Ætherius vero Lyxoenſis Epiſcopus, cuius ſupra meminimus, hoc ordine à ciuitate ſua vel expulſus eſt, vel receptus. Clericus quidã erat ex Cœnomannica vrbe, luxurioſus nimis, amatorq; mulierum, & gulæ ac fornicationis omnique immunditiæ valde deditus. Hic mulieris cuiuſdam ſæpius ſcorto commixtus, comam capitis totondit, mutatoq; virili habitu, ſecum in aliã ciuitatem deduxit, vt ſuſpicio adulterij auferretur, cum inter incognitos deueniſſet. Erat enim mulier ingenua genere, & de bonis orta parentibus. Comperto autem poſt dies multos propinqui eius quę acta fuerant, ad vlciſcendam humilitatem generis ſui velocius properant, repertumq; clericum vinctũ cuſtodiæ mancipant: mulierem vero igni conſumunt. Et ſicut cogit auri ſacra fames, clericum ſub precio venundari percurant, ea videlicet ratione, vt aut eſſet qui redimeret, aut certe morti addiceretur obnoxius. Cumq; hęc Ætherio Epiſcopo delata fuiſſent, miſericordia motus, datis viginti aureis, eum ab imminenti exemit interitu. Igitur poſtquam vitæ donatus eſt, profert ſe literarũ eſſe doctorem, promittens ſacerdoti, quod ſi ei pueros delegaret, perfectos eos in literis redderet. Gauiſus audiuit ſacerdos, pueros ciuitatis collegit, ipſiq; delegat ad docendum. Deniq; cum iam honoraretur à ciuibus, & pontifex ei aliquid terrę vinearumq; largitus fuiſſet, ac per domos parentũ eorum quos erudiebat, inuitaretur, reuerſus ad vomitum, vnius puerulimatrem, immemor anterioris iniuriæ, concupiſcit. Quod cum pudica viro mulier declaraſſet, conuinctis parentes eius grauiſſimos clerici tormentos ſubdentes, interimere voluerunt. Quem ſacerdos iterum miſericordia motus, caſtigatum verbis lenibus liberauit, honoriq; reſtituit. Sed mens leua nunquam ad bonitatem potuit inclinari, ſed potius factus eſt eius inimicus à quo ſępius fuerat de morte redemptus. Coniunctus eſt enim Archidiacono ciuitatis: & ſe Epiſcopatu dignũ proferens, Epiſcopum molitur occidere: locatoq; clerico qui eum bipẽne percuteret, ipſi vbique diſcurrunt, muſſitant, amicitias clam illigant, proferunt præmia, vt ſi ſacerdos obiret, ipſe ſuccederet. Sed miſericordia domini anticipauit eorum perfidiam, crudelitatemq; iniquorũ hominum veloci pietate repreſſit. Die vero quo ſacerdos operarios in agro adgregauerat ad ſulcandum, clericus antedictus cum ſecuri proſequitur ſacerdotem, nihil de his penitus ſciente. Tandem igitur hæc aduertens, Quid tu, inquit, me attentius cũ hac bipenne proſequeris? At ille timore perterritus, ad genua viri prouoluitur, dicẽs: Fortis eſto ſacerdos Dei. Nã ſcias me emiſſum ab Archidiacono ac præceptore, vt te ſecuri percuterem. Quod cum ſæpius facere voluiſſem, & ictum dextra ſuſpenſa librarem, tegebantur tenebris oculi mei, & aures obſerabantur, totumq; corpus tremore quatiebatur: ſed & manus abſq; virtute erant, & quæ optabã implere nõ poterã. Cum vero manus depoſuiſſem, nihil mali ſentiebã omnino: cognoui enim quoniam tecum eſt Dominus, eo quod non potui aliquid tibi nocere. Hæc eo dicente, fleuit ſacerdos, imponens ſilentium clerico: reuerſuſque domum cœnæ diſcubuit. Qua exacta, in ſtrato ſuo quieuit habens circa lectũ ſuũ multos lectulos clericorum. Deniq; diffiſi hi de clerico per ſe nefas proſequere cogitãtes noua argumenta machinantur, per quæ aut eum vi extinguerent, aut certe crimen quo à ſacerdotio diuelleretur, imponerent. Interea quieſcentibus cunctis media fere nocte cubiculum ſacerdotis irrumpunt, exclamantes voce magna atque dicentes, Vidiſſe ſe mulierem à cubiculo egredi, ipſamque ob hoc dimiſiſſe, dum ad Epiſcopum feſtinaſſent. Et ſatis pars hæc & conſilium diaboli fuit, vt in tali ætate crimen imponerent ſacerdoti, qui erat fere lxx. annorum. Nec mora, coniuncto ſecum iterum antedicto clerico, adligatur ſacerdos catenis ab eius manibus de cuius collo ſæpius vincla diſcuſſerat, & ad duæ cuſtodiæ mancipatur ab eo quem de cœnoſis carceribus plerumque liberauerat. At ille cognoſcens inimicos ſibi vehementer inualuiſſe, domini miſericordiam cum lachrymis in vincula cõpactus exorat. Mox oppreſſi ſunt ſomno cuſtodes, ſolutiſq; diuinitus vinculis de cuſtodia procedit innoxius, noxiorum frequẽtiſſimus liberator: deinde dilapſus ad regnum Guntchramni regis tranſijt. Quo diſcedẽte, liberius iam coniuncti ſatellites ad regem Chilpericum properant pro Epiſcopatu petendo, multa crimina de Epiſcopo proloquentes, addentes iſta, Io hoc cognoſce rex glorioſiſſime, vera eſſe hæc quę dicimus, quia mortem pro ſceleribus timẽs ad fratris tui tranſijt regnum. Quod ille non credens, hos ad ciuitatẽ redire iubet. Dũ hęc agerentur, mœſti ciues de paſtoris abſentia, cognoſcentes omnia quæ de eo acta fuerant, per inuidiam & auaritiam perpetrata, adprehenſo cum ſatellite Archidiacono, iniuriæ ſubdentes, ad regem petierunt vt reciperent ſacerdotem ſuum. At rex legatos fratri ſuo dirigit, adſerens nihil ſe criminis in Epiſcopo reperiſſe. Tunc Gũthchramnus rex vt erat benignus & proſtitus ad miſerandum, multa ei munera cõtulit, dans etiam epiſtolas per omnes Epiſcopos regni ſui, vt peregrinum aliquo pro Dei intuitu conſolarẽtur. Tunc circumiecos ciuitates, tanta ei à ſacerdotibus Dei collata ſunt, tam in veſtibus quam in auro, vt vix ciuitati quæ meruerat poſſet inferri: impletumq; eſt illud quod ait apoſtolus, Quia diligentibus Deum omnia concurrũt in bonũ. Nam huic peregrinatio diuitias attulit, & exiliũ opes multas inuexit: poſt hæc regrediens, à ciuibus cum tali honore ſuſceptus eſt, vt præ gaudio flerent, & benedicerent Deum qui tandem Eccleſiæ tantum reſtituit ſacerdotem.

Ætherius Epiſcopus ſcortatorẽ redimit.

Scortatoris ingratitudo

Calumnia.

Gunthchramnus.

Cap. 37. Lupentius ab Innocentio comite occiditur.

Lupentius vero Abbas baſilicæ ſancti Priuati martyris vrbis Gabalitanæ, à Brunichilde regina arceſſitus, aduenit. Incuſatus enim, vt ferunt, fuerat ab Innocentio ſupradictæ vrbis comite, quod prophanum aliquid effatus de regina fuiſſet. Sed diſcuſſis cauſis, cum nihil de crimine maieſtatis conſcius eſſet inuentus, diſcedere iuſſus eſt. Verum vbi viam carpere cœpit, iterum ab antedicto comite captus, & ad Ponticonẽ villam deductus, multis ſupplicijs eſt adfectus: dimiſſuſq; iterum vt rediret, cum ſuper Axonam fluuium tentorium tetendiſſet, iterum irruit ſuper eum inimicus eius. Cuius vi oppreſſi amputatum caput in culeum oneratũ lapidibus poſuit, & flumini dedit: reliquũ vero corpus vinctum cum ſaxo immerſit gurgiti. Poſt vero paucis adparuit quibuſdam paſtoribus, & ſic extractum à flumine ſepulturę mandatum eſt. Sed dum neceſſitates funeris pararentur, & ignoraretur quis eſſet è populo, præſertim cum caput truncati non inueniretur, ſubito adueniens aquila leuauit culeum à fundo fluminis, & ripę depoſuit: admirantesq; qui adprehenſo culeo dum ſollicite quid contineret inquirunt, caput trũcati reperiũt: & ſic cum reliquis artubus eſt ſepultum. Nam ferunt nunc & lumen ibi diuinitus adparere: & ſi infirmus ad hunc tumulum fideliter deprecatus fuerit, accepta ſoſpitate recedit.

Cap. 38. H *De obitu Epiſc. Theodoſij & ſucceſſore eius*

Theodoſius Ruthenorum Epiſcopus, qui ſancto Dalmatio ſucceſſerat, diem obijt: in qua Eccleſia intantum pro Epiſcopatu intentiones & ſcandala orta conualuerunt, vt pene lactis miniſteriorum vaſis & omni facultate meliori nudaretur: veruntamen Tranſobatus presbyter reijcitur, & Innocentius Gabalitanorum comes eligitur ad Epiſcopatum, opitulante Brunichilde regina, ſed adſumpto Epiſcopatu confeſtim Vrſicinum Cadurcinæ vrbis Epiſcopũ, laceſſere cœpit, dicẽs, quia diœceſes Ruthenæ Eccleſiæ debitas retineret. Vnde factum eſt vt diuturna intentione gliſcente, poſt aliquot annos coniunctus metropolitanus cũ ſuis prouincialibus apud vrbem Aruernam reſidens iudiciũ emaneret, ſcilicet vt parochias quas nunquam Ruthena Eccleſia tenuiſſe recolebatur, reciperet, q́ ita factum eſt.

Cap. 39. Remigius Bitur. Epiſc. obiit. Sacerdotes precio non promouantur.

Remigius Biturigum Epiſcopus obijt: cuius poſt tranſitum graui incendio, pars maxima ciuitatis cremata eſt: ibique illa quæ hoſtilitati reſederant perierunt. Poſt hæc Sul-

A pitius in ipſa vrbe ad ſacerdotium Gunthchramno rege fauente, præeligitur. Nam cum multi munera offerrent, hæc rex Epiſcopatū quærentib. reſpōdiſſe fertur: Non eſt principatus noſtri cōſuetudo, ſacerdotiū venundare ſub precio: ſed nec veſtrum eum præmiis cōparare: ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos mago Simoni cōparemini. Sed iuxta Dei præſciētiam Sulpitius vobis erit Epiſcopus, & ſic ad clericatum deductus, Epiſcopatum Eccleſiæ ſupradictæ ſuſcepit. Eſt n. vir valde nobilis, & de primis ſenatorib. Galliarum, in literis bene eruditus rhetoricis, in metricis vero artib. nulli ſecundus. Hic ſynodum illam, cuius ſupra meminimus, pro parochiis Caducinis fieri commonuit.

Cap. 40. Legatus vero Oppila nomine, de Hiſpaniis aduenit, multa munera Chilperico regi deferens. Timebat enim rex Hiſpanorum, ne Childebertus exercitum ad vlciſcendam ſororis ſuæ iniuriam commoueret, quia Leuuichildus adprehēſum filium ſuum Herminichildum, qui ſororē Childeberti regis acceperat, retruſerat in cuſtodiam, ipſaq; muliere cum Græcis relicta. Igitur cum die ſancto Paſchæ hic legatus Turonos aduenisset, ſciſcitati ſumus vtrum noſtræ B religionis eſſet. Reſpondit ſe hoc credere quod Catholici credunt: exinde procedens nobiſcum ad Eccleſiam, Miſſarum ſolennia tenuit, ſed neq; pacem cum noſtris fecit, neq; de ſacrificiis communicauit. Cognitumq; eſt, mendacium eſſe quod dixerat ſe eſſe Catholicum: nihilominus ad conuiuium inuitatus adfuit. Cumq; ego ſollicitus requirerem quid crederet, reſpōdit: Credo Patrem & Filium, & Spiritū ſanctū vnius eſſe virtutis. Cui ego reſpōdi: Si hęc, vt adſeris, credis, q̄ obſtitit cauſa vt de ſacrificiis quæ Deo offerimus, communicare differres? & ille: Quia, inquit, Gloriam non recte reſpōdetis: nam iuxta Paulum Apoſtol. non dicimus, Gloria Deo patri per filium: vos autem dicitis, Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto: cum doctores Eccleſiarū doceant, patrem per filium nunciatū fuiſſe in mundo, ſicut ipſe Paulus ait: Regi autem ſæculorū immortali, inuiſibili ſoli Deo, honor & gloria in ſecula ſeculorum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et ego reſpondi: Patrem per filiū adnunciatum nulli Catholico eſſe incognitū reor: ſed ſic prædicauit patrem in ſeculo, vt & ſe virtutib. oſtēderet Deum. C Deo autem patri hæc neceſſitas fuit filium mittendi ad terras, vt oſtenderet Deum: vt quia mundus patriarchis, & prophetis, atq; ipſi latori legis non crediderat, ſaltem vel filio crederet. Ideoq; neceſſe eſt, vt ſub ſignificatione perſonarum, gloria detur Deo. Dicimus ergo, Gloria Deo patri, qui miſit filium: gloria Dei filio, qui ſanguine ſuo redemit mundum: gloria Deo ſpiritui ſancto, qui ſanctificat hominem iam redemptum. Nam tu qui dicis: Gloria patri per filium, adimis gloriam filio, quaſi ipſe non ſit glorioſus cum patre: propterea quod eum adnunciauit in mundo, nunciauit, vt diximus, filius patrem in mundo, ſed multi non crediderunt, dicēte Ioanne Euangeliſta: In propria venit, & ſui eum nō receperunt. Quotquot aūt eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Nam tu qui Paulo Apoſt. derogas, & ſenſum eius non intelligis: percipe quam caute loquitur, & iuxta vt recipere quis poteſt, aduerte, qualiter prædicat inter gētes incredulas, vt nullū onus graue videatur imponere, ſicut quibuſdā dicit: Lac vobis potū dedi, nō eſcam: nondum n. poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis: perfectorum eſt n. ſolidus D cibus. Sed & aliis dicit: Nihil vobis prædicaui, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum: Nunc autem quid vis ô tu hæretice, quia Paulus Chriſtum tantum crucifixum prædicauit, reſurrexiſſe tu dubitas? aduerte potius cautelam eius, & vide aſtutiam, quid aliis dicit quos robuſtiores videbat in fide? Et ſi inquit, nouimus Ieſum Chriſtum crucifixum, nūc autem iam non nouimus. Nega ergo tu accuſator Pauli, ſi tanta mentem dementia cepit, quia nec crucifixus eſt: ſed quęſo relinque iſta, & audi conſilium melius: adhibe collyria oculis lippis, & lucem prædicationis apoſtolicæ precipe. Secūdum homines enim loquebatur Paulus humilius, vt eos ad celſioris fidei faſtigia ſubleuaret, ſicut alibi ait, Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. Nunquid homo mortalis nō eſt daturus gloriā filio, quē ipſe pater nōn ſemel, ſed bis & tertio glorificauit è cœlo? Auſculta quid de cœlis loquitur, cum idem filius deſcendēte ſpiritu ſancto ſub Ioānis manu baptizaretur: Hic eſt ait, filius meus dilectus, in quo bene complacui: certe ſi opilatas habes aures vt iſta nō audias, crede apoſtolis quid in monte audierint, cū transfiguratus Ieſus in gloria loqueretur cū Moyſe & Helia: nēpe de nube ſplēdida pater, ait, Hic eſt filius meus chariſſimus, ipſum audite. Ad hæc hæreticus reſpondit, Nihil in his teſtimoniis pater de gloria loquitur filij, niſi tantū Ipſum filium monſtrat. & ego: Si enim iſta ſic recipis, proferam tibi aliud teſtimonium, in quo pater reddidit filiū glorioſum. Veniente autem domino ad paſſionē, cum ille diceret, Pater glorifica filium tuum, vt filius tuus glorificet te, quid ei pater reſpondit de cœlo? Nonne aıt & glorificaui, & iterum glorificabo? Ecce enim pater glorificat eum propria voce, & tu ei gloriam conaris adimere? Voluntatem quidē oſtendis, ſed poteſtas nulla ſuperit. Nam qui Pauli apoſtoli accuſator exiſtis, audi ipſum, immo Chriſtū in ipſo loquentem: Omnis lingua cōfiteatur, quia Dominus Ieſu Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Quod ſi nunc communis eſt cum patre gloria & in ipſa qua nunc pater eſt gloria commoratur, qualiter eum tu quaſi inglorıū exhonoras? aut cur nō erit ei reddenda gloria inter homines, qui pari gloria cū patre regnat in cœlis? Confitemur ergo Chriſtum filium Dei Deum verum Ideoq; quia deitas vna, vna erit & gloria. Poſt hæc dato ſilentio, ab altercatione ceſſatū eſt. Ille quoq; ad Chilpericum regem accedens, oblatis muneribus quæ rex Hiſpanorum miſerat, in Hiſpaniam eſt regreſſus.

Cap. 41. Comperto autem Chilpericus rex quod Gunthchramnus frater eius cum Childeberto nepote ſuo pacem fecerat, & ciuitates quas violenter inuaſerat ei ſimul vellent auferre, cum omnibus theſauris ſuis in Cameracenſem vrbem diſceſſit, & omnia quę melius habere potuerat, ſecum tulit. Miſitque ad duces & comites ciuitatum nuncios, vt muros componerent vrbium, ſeque ſuas cum vxoribus & filiis intra murorum munimenta concluderent, atque ipſi, ſi neceſſitas exigeret, repugnarent viriliter, ne his pars aduerſa noceret, illud addēs: Et ſi aliquid perdideritis, cum de inimicis vlciſcemur, maiora conquiretis, neſciens partitionem victoriarum in manu Dei conſiſtere. Deinde ſæpius exercitum commouet, & iterum intra terminum requieſcere iubet. His diebus ei filius natus eſt, quem in villa Victoriacenſi nutrire præcepit, dicens: Ne forte dum publice videtur, aliquid mali incurrat & moriatur.

Cap. 42. Childebertus vero rex in Italiam abiit. Quod cum audiſſent Longobardi, timentes ne ab eius exercitu cæderentur, ſubdiderunt ſe ditioni eius, multa ei dantes munera, ac promittentes ſe parti eius eſſe fideles atque ſubiectos: patratisque cum his omnibus quæ voluit rex, in Gallias eſt regreſſus, atque exercitum commoueri præcepit, quem in Hiſpaniam dirigi iuſſit, ſed quieuit. Ab Imperatore autem Mauricio ante hos annos quinquaginta millia ſolidorum acceperat, vt Longobardos de Italia extruderet. Audito autem Imperator, quod cum his in pace coniunctus eſt, pecuniam repetebat: ſed hic fidus à ſolatiis, ne reſponſum quidem pro hac re voluit reddere.

Cap. 43. In Gallicia quoque nouæ res actæ ſunt, quæ de ſuperius memorabuntur. Igitur cum Herminichildus, ſicut ſupra diximus, patri infenſus eſſet, & in ciuitate quadam Hiſpaniæ cum coniuge reſideret, ſolatio fretus Imperatoris atque Mironis Gallicienſis regis, patrem ad ſe cum exercitu venire cognouit, conſiliumque iniit qualiter venientem aut repelleret, aut necaret: neſciens miſer iudicium ſibi imminere diuinum, qui contra genitorem quamlibet hæreticum talia cogitaret. Habito ergo tractatu de multis virorū millibus, trecentos viros elegit armatos, & intra caſtrum Oſſer, in cuius Eccleſia fontes diuinitus complentur, includit: vt ſcilicet primo impetu ab his pater territus ac laſſatus, facilius ab inferiori manu quæ erat plurima, vinceretur. Deniq; his dolis Leuuichildus rex cognitis, cogitatione maxima fatigatur. Si inquit, illuc cum omni exercitu abiero, cōglobatus in vnum exercitus aduerſorum iaculis crudeliſſime ſauciatur. Si vero cum paucis vadā, virorum fortiū manum nequeo ſuperare: tn̄ cum omnib. ibo. Et accedens ad locū viros protriuit, caſtrūq; cōbuſſit, ſicut iam ſuperius memoratum eſt. Patrata quoq; victoria, cognouit Mironem regē contra ſe cū exercitu reſidere. Quo circūdato, ſacramento

exigit

A

Miro rex moritur.

exigit ſibi in poſterum fore fidelem. Et ſic datis ſibi inuicẽ muneribus, vnuſquiſque ad propria eſt regreſſus. Sed Miro poſtquã in patriam rediit, nõ multos poſt dies cõuerſus ad lectulum, obiit: infirmatus enim ab aquis Hiſpaniæ fuerat malis, aeribuſque incommodis. Quo defuncto, filius eius Euricus Leuuichildi regis amicitias expetit. Datoq; vt pater fecerat ſacramento regnũ Galliciẽſe ſuſcepit. Hoc vero anno cognatus eius Auduca qui ſororem illius deſpõſatam habebat, cum exercitu venit. Adpræhenſumque clericum facit, ac Diaconatus ſiue presbyterij ei imponi honorẽ iubet, ipſe vero accepta ſoceri ſui vxore, Galliciẽſe regnum obtinuit. Leuuichildus vero filiõ ſuũ Hermenichildũ cepit, & ſecum vſque Toletum adduxit, condemnans eum exilio: vxorem tamen eius à Græcis eripere non potuit.

Cap. 44. Locuſtarũ exercitus.

Locuſtę quoq; de Carpitania prouincia, quam per quinque vaſtauerant annos, hoc anno progreſſæ, aggeremque publicum tenẽtes, ad aliam ſe prouinciam quæ huic vicina erat prouinciæ contulerunt. Quarum ſpacio in centũ quinquaginta extenditur millia longitudo: latitudo vero in cẽtũ millibus terminatur. Hoc anno multa prodigia adparuerũt in Galliis, vaſtationeſque multæ fuerunt in populo. Nã menſe Ianuario roſæ viſæ ſunt: circa ſolem quoque circulos magnus adparuit diuerſis coloribus mixt⁹, vt ſolet in illo cœleſtis Iris ambitu pluuia diſcedente monſtrari. Pruina grauiter Lineas excuſſit: tẽpeſtas etiam ſubſecuta vineas ſegeteſque per plurima loca vaſtauit, reſiduum quoq; grandinis ſiccitas immenſa cõſumpſit. Exiguuſq; fructus in aliquibus vineis viſus, in aliis vero nullus, ita vt irati cõtra Deum homines patefactis aditibus vinearum, pecora vel iumenta intromitterent, noxias ſibi iumiſ...entes miſeri preces, atque dicẽtes, Nũquã in his vineis palmes naſcatur in ſempiternum. Arbores vero quæ menſe Iulio poma protulerant, menſe Septembri fructus alios ediderunt. Morbus pecorũ iterũtus inualuit ita vt vix quicquam remaneret.

B

Signa in cœlo.

Pecudum morbus.

Cap. 45. Chilpericus magno tumultu Pariſios cum filia ad Gothos tranſmittit.

Interim aduenientibus Calendis Septembribus, Gothorum magna legatio ad regem Chilpericum accedit. Ipſe vero iã regreſſus Pariſios, familias multas de domibus fiſcalibus auferri præcipit, & in plauſtris cõponi. Multos quoque flentes & nolentes abire, in cuſtodiam retrudi iuſſit, vt eos facilius cũ filia tranſmittere poſſet. Nam ferunt multos ſibi ob hãc amaritudinem vitam laqueo extorſiſſe, dum de parentibus propriis auferri metuebant. Separabatur autem filius à patre, mater à filia, & cũ graui gemitu ac maledictionibus diſcedebant: tantuſque planctus in vrbe Pariſiaca erat, vt planctui cõpararetur Ægyptio. Multi vero meliores natu, qui vi compellebantur abire, teſtamenta cõdiderunt, reſque ſuas Eccleſiis deputantes, atque petentes vt cum in Hiſpanias puella introiſſet, ſtatim teſtamenta illa tanquam ſi iam eſſent ſepulti, reſerarentur. Interea legati regis Childeberti Pariſios aduenerunt conteſtantes Chilperico regi, vt nihil de ciuitatibus quas de regno patris ſui tenebat, auferret, aut de theſauris eius in aliquũ filiam muneraret, ac nõ mancipia, nõ equos, non iuga boum, neq; aliquid huiuſmodi de his auderet attingere. De quibus legatis vnũ ferũt clam interemptũ, ſed neſcitur à quo: ſuſpicio tamẽ vertebatur ad regẽ. Promittens vero Chilpericus rex, nihil de his contingere, conuocatis melioribus Francis reliquiſque fidelibus, nuptias celebrauit filię ſuę. Traditaq; legatis Gothorũ, magnos ei theſauros dedit: ſed & mater eius immẽſum pondus auri argentiq, ſiue veſtimẽtorum protulit, ita vt videns hæc rex, nihil ſibi remanſiſſe putaret. Quem cernens regina commotum, conuerſa ad Francos, ita ait, Ne putetis ô viri, quicquam hic de theſauris anteriorum regũ haberi: omnia enim quæ cernitis, de mea proprietate oblata ſunt qui mihi glorioſiſſimus rex multa largitus eſt. Et ego nonnulla de proprio congregaui labore & de domibus mihi conceſſis tam de fructibus quam de tributis, plurima reparaui. Sed & vos plerumque me muneribus veſtris ditaſtis, de quibus ſunt iſta quæ nunc coram videtis, nam hic de theſauris publicis nihil habetur & ſic animus regis deluſus eſt, nam tanta fuit multitudo rerum, vt aurum argentumque, & reliqua ornamenta, quinquaginta plauſtra leuarent. Franci vero multa munera obtulerunt: alij aurum, alij argentum, nõnulli equos, plerique veſtimenta: & vnuſquiſque vt potuit donatiuum dedit. Iam vero Vale faciens

C

D

Munera dotis maxime Rigunthæ filiæ regis.

E

puella, poſt lachrymas & oſcula cum de porta egrederetur, vno carrucæ effracto axe, omnes Mala hora dixerũt. Quod à quibuſdam pro auſpicio ſuſceptum eſt. Denique hæc de Pariſiis progreſſa, octauo ab vrbe milliario tentoria figi præcepit, ſurgentes enim quinquaginta viri de nocte, adprehenſis centum equis optimis, totidemq; frenis aureis, ac duabus catenis magnis, ad Childebertum regem fuga dilapſi abierunt. Sed & per totum iter cum labi quis potuiſſet, effugiebat, ferens ſecum quæ arripere potuiſſet. Adparatus quoque magnus expenſæ de diuerſis ciuitatibus in itinere congregatus eſt: in quo nihil de fiſco ſuo rex dari præcepit, niſi omnia de pauperũ coniecturis. Sed quoniam ſuſpicio erat regi, ne frater aut nepos aliquas inſidias puellæ in via pararent, vallatam ab exercitu pergere iuſſit. Erant autem cum ea viri magnifici, Bobo dux filius Mummoleni cũ vxore quaſi paranymphus, Domigiſilus, & Anſoualdus, maior domus Vuaddo, qui olim Sanctonicum rexerat comitatum: reliquum vero vulgus, ſuper quatuor millia erat. Cæteri autem duces & camerarij, qui cum ea properauerant, de Pictauo regreſſi ſunt: iſti vero iter conficientes, pergebant vt poterant. Per quam viam tanta ſpolia tantæque prædæ factæ ſunt, vt vix valeant enarrari: nam hoſpitiola pauperum ſpoliabant: vineas deuaſtabant: ita vt inciſis candicibus cum vuis auferrent, leuantes pecora, vel quicquid inuenire potuiſſent: nihilque per viam qua gradiebantur relinquentes: impletumque eſt quod dictum eſt per Iohel prophetam reſiduum locuſtæ comedit eruca, & reſiduum erucæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Ita & hoc actum eſt tempore, vt reſiduum pruinæ proteteret tempeſtas, & reſiduum tempeſtatis exureret ſiccitas, & reſiduum ſiccitatis auferret hoſtilitas.

F

Cap. 46. Chilpericus Nero ſui tẽporis occiditur.

His itaq. cum hac præda pergentibus, Chilpericus, Nero noſtri temporis & Herodes, ad villam Calenſem quæ diſtat ab vrbe Pariſiaca quaſi centum ſtadiis, accedit, ibique venationes exercet. Quadã vero die regreſſus de venatione, iam ſubobſcura nocte dum de equo ſuſciperetur, & vnã manum ſuper ſcapulam pueri retineret, adueniẽs quidam, eum cultro percutit ſub aſcellam, iteratoque ictu ventrem eius perforat. Statimque profluente copia ſanguinis, tam per os quam per aditum vulneris, iniquum fudit ſpiritum. Quam vero malitiam geſſerit, ſuperior lectio docet, nã regiones plurimas ſæpius deuaſtauit atque ſuccendit. De quibus nihil doloris, ſed lætitiam magis habebat, ſicut quondam Nero cum inter incendia palatij tragœdias decãtaret. Per ſæpe homines pro facultatibus eorũ iniuſte puniuit: in cuius tẽpore pauci quodãmodo epiſcopatũ clerici meruerunt. erat enim gulæ deditus, cuius Deus venter fuit: nullũque ſe aſſerebat eſſe prudentiorem: cõfecitq; duos libros, quaſi Sedulium meditatus, quorum verſiculi debiles nullis pedibus ſubſiſtere poſſunt: in quib⁹ dũ nõ intelligebat, pro longis ſyllabas breues poſuit, & pro breuibus lõgas ſtatuebat, & alia opuſcula vel hymnos ſiue miſſas, q̃ nulla ratione ſuſcipi poſſunt. Cauſas pauperum exoſas habebat, ſacerdotes domini aſſidue blaſphemabat: nec aliũde magis dum ſecretus eſſet exercebat ridicula vel iocos, quam de eccleſiarũ epiſcopis: illum ferebat leuem, alium ſuperbum: illũ abundãtem, iſtum luxurioſum, illum aſſerebat elatum, hunc tumidum, nullam rem plus odio habens quam eccleſias, aiebat enim plerumque, Ecce pauper remanſit fiſcus noſter, ecce diuitiæ noſtræ ad eccleſias ſunt tranſlatæ. Nulli penitus, niſi ſoli epiſcopi regnant: periit honor noſter, & tranſlatus eſt ad epiſcopos ciuitatum. Hæc agens aſſidue, teſtamenta quæ in eccleſiis conſcripta erant, plerumq; diſrupit, ipſaſq; patris ſui præceptiones, putans quod nõ remaneret qui voluntatem eius ſeruaret, ſæpe calcauit. Iam de libidine atque luxuria non poteſt reperiri in cogitatione, quod non perpetraſſet in opere. Nouaq; ſemper ad lædẽdum populũ ingenia perquirebat, nam ſi quos hoc tempore culpabiles repeiſſet, oculos eis iubebat erui, & in præceptionibus ad iudices pro ſuis vtilitatibus dirigebat, hæc addebat: Si quis præcepta noſtra contempſerit, oculorum auulſione mulctetur. Nullum vnquam pure dilexit, à nullo dilectus eſt: ideoque cum ſpiritum exhalaſſet, omnes eum reliquerunt ſui. Malluſus autem Siluanectenſis epiſcopus, qui iã tertia die in tentorio reſidebat, & ipſum videre non poterat, vt eũ

G

Chilperici poemata.

H

Chilp. ſcõmatibus agitabat ſacerdotes.

A interemptum audiuit, aduenit: ablutumque veſtimentis melioribus induit: noctem in hymnis deluctam, in nauim leuauit, & in baſilica ſancti Vincentij, quæ eſt Pariſijs, ſepeliuit, Fredegunde regina in eccleſia derelicta.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM,

LIBER VII.

LICET ſit ſtudium, hiſtoriam proſequi, quam priorum librorum ordo reliquit, tamen prius aliqua de beati Saluij epiſcopi obitu expoſcit loqui deuotio, qui hoc anno obiiſſe probatur. Hic enim, vt ipſe referre erat ſolitus, diu in habitu ſeculari commoratus, cum iudicibus ſeculi mundiales

B cauſas eſt executus: nunquam tamen ſe in his concupiſcentiis obligans, quibus adoleſcentum animus ſolitus eſt implicari. Iam cum diuini ſpiramenti odor interna viſcerũ adtigiſſet, relicta ſeculari militia monaſteriũ expetiuit, intellexitq; vir iã tunc diuinitati deditus, melius eſſe vti paupertate cum Dei timore, quam seculi pereuntis lucra ſectari: in quo monaſterio diu ſub regula à patribus inſtituta verſatus eſt. Iam vero cum in robore maiori tam intellectus quã ætatis euectus eſſet, defuncto abbate qui huic monaſterio præerat, alendi gregis ſuſcipit officium. Et qui ſe magis fratribus publicũ pro correctione reddere debuerat, ſit aſſumpto honore remotior: ilico ſibi ſecretiorem cellulam quærit. Nam in priore, vt ipſe adſerebat, amplius quam nouem vicibus nimia exeſus abſtinentia, pellem corporis demutauit: deniq; accepto honore cum in hac côtentius parſimonia orationi & lectioni vacaret, illud plerũq; reuoluebat, melius ſibi fieri ſi eſſet inter monachos occultus, quã nomen acceperit abbatis in populos. Quid plura: Includitur, Valedicens fratribus, ſibique ipſis Vale dicentibus: in qua incluſione in omni abſtinentia magis quam prius egerat, commoratur: ſtudens pro charitatis obſequiis: vt cum quiſque veniſſet

Eulogia. C extraneus, & orationem tribueret & Eulogia gratia pleniſſima miniſtraret, quæ multis infirmis plerumque ſalutem integrã detulerunt. Quodam autem tempore, febre nimia

Saluio morienti lux diuinitus effulſit. exhauſtus, anhelus iacebat in lectulo. Et ecce ſubito, magno lumine cellula clarificata contremuit. At ille extenſis ad cœlum manibus, cum gratiarum actione ſpiritum exhalauit. Mixto quoque vlulatu monachi cum ipſius genitrice corpus defuncti extrahunt, aqua diluunt, veſtimentis induunt, & feretro ſuperponunt, atque in pſallentio fletuq; labentem exigunt noctem. Mane autem facto, funeris officio præparato, corpus moueri cœpit in feretro. Et ecce malis rubeſcentibus, vir quaſi de graui ſomno ſuſcitatus, ex-

Saluius reſurrexit. cutitur, apertiſque oculis & manibus eleuatis, ait, O domine miſericors quid feciſti mihi, vt me in tenebroſum mundanæ habitationis locũ redire permitteres, cum mihi melior eſſet in cœlo tua miſericordia, quam iſtius mundi vita nequiſſima? Stupentibus autem ſuis, & interrogantibus quid fuerit tale prodigium, nihil interrogãtibus ille reſpõdit. Surgens autem de feretro, nihil mali ſentiens de incõmodo quo laborauerat, triduo abſq; cibi ac poculi perſtitit

D alimento. Die autem tertio, cõuocatis monachis & matre ait, Audite ô dilectiſſimi & intelligite, nihil eſt quod cernitis in hoc mundo, ſed ſunt iuxta id quod Salomon propheta cecinit, Omnia vanitas, felix eſt enim qui ea agere poteſt in ſeculo, vt gloriã Dei cernere mereatur in cœlo. Et cũ hæc diceret, dubitare cœpit, vtrũ loqueretur amplius, an ſileret. Quo tacente implicitus fratrum precibus, vt quid vidiſſet exponeret, ait, Cum me ante hos quatuor dies cõtremiſcente cel-

Saluij viſio. lula exanimẽ vidiſtis, adprehenſus à duobus angelis in cœlorũ excelſa ſublatus ſum; ita nõ ſolũ hoc ſqualidũ ſeculum, verum etiam ſolem ac lunam, nubes & ſidera ſub pedibus habere putarem: deinde per portã luce iſta clariorẽ introductus ſum in illud habitaculum, in quo omne pauimentũ erat quaſi aurũ argentũq; renitẽs, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis quam ita multitudo promiſcui ſexus obtege-

E rat, vt longitudo ac latitudo cateruæ proſus peruideri nõ poſſit. Cumq; nobis via inter cõprimentes ab his qui præcedebãt angelis pararetur, peruenimus ad locũ quẽ iam de longinquo cõtemplabamur: in quo ſuperpendebat nubes omni luce lucidior, in quo non ſol, non luna, nõ aſtrũ cerni poterat, ſed ſuper his omnibus naturali luce ſplendidius effulgebat. Et vox procedebat de nube, tanquã vox aquarum multarum. Ibi etiã me peccatorẽ humiliter ſalutabant viri in veſte ſacerdotali ac ſeculari, quos mihi qui præcedebant enarrauerunt eſſe martyres ac cõfeſſores, quos hic ſummo excolimus famulatu. Stans igitur in loco, in quo iuſſus ſum, operuit me odor nimiæ ſuauitatis, ita vt ab hac ſuauitate refectus, nullum adhuc cibum potumq; deſiderem. Et audiui vocem dicentem, Reuertatur hic in ſeculũ, quoniã neceſſarius eſt eccleſiis noſtris. Vox enim audiebatur, nã qui loqueretur, penitus cerni nõ poterat. Et ego proſtratus ſuper pauimentũ, cum fletu dicebã, Heu, heu, domine cur mihi hæc oſtẽdiſti, ſi ab his fruſtrandus erã? Ecce hodie eiicis me à facie tua, vt reuertar ad ſeculum fragile, & huc vltra redire nõ valeam. Ne quæſo domine auferas miſericordiã tuam à me ſed deprecor vt permittas me hic habitare, ne illuc decidens peream. Et ait vox quæ loquebatur mihi, Vade in pace:

F ego enim ſum cuſtos tuus, donec reducã te in hunc locum. Tum relictus à comitib⁹ meis, deſcendens cum fletu, per portam qua ingreſſus fueram huc ſum regreſſus. Hęc eo loquente ſtupentib⁹ cunctis qui aderant cœpit iterũ ſanctus Dei cũ lachrymis dicere, Væ mihi quia tale myſterium auſus ſum reuelare. Ecce enim odor ſuauitatis quem de loco ſancto hauſeram, & in quo per hoc triduum ſine vllo cibo potuque ſuſtentatus ſum, receſſit à me. Sed & lingua mea grauibus eſt operta vulneribus, & ita tumefacta, vt omne os meu videatur implere. Et ſcio quod non fuit beneplacitum domino Deo meo, vt hæc arcana vulgarentur. Sed tu noſti domine, quia in ſimplicitate cordis hæc feci, nõ in iactantia mẽtis, Sed quæſo indulgeas, & nõ me derelinquas iuxta pollicitationẽ tuam. Et hęc dicens ſiluit, & accepit cibũ potumq;. Ego vero hæc ſcribens, vereor ne alicui legenti ſit incredibile, iuxta id quod Saluſtius hiſtoriam ſcribens ait, vbi de virtute atq; gloria bonorũ memor eſt. Quæ ſibi quiſq; facilia factu putat, æquo animo accipit: ſupra ea veluti ficta pro falſis ducit.

G Nam teſtor Deum omnipotentem quia ab ipſius ore omnia quæ retuli, audita cognoui. Poſt multum vero tempus ipſe vir beat⁹ cellula ſua extractus, ad epiſcopatum electus, inuitus eſt ordinatus: in quo vt opinor, decimum annum cum ageret, inualeſcente apud Albigenſem vrbem inguinario morbo, & maxima iam parte de populo illo defuncta, cum iam pauci de ciuib⁹ remanerent, vir beatus tanquam bonus paſtor, nunquam ab illo loco recedere voluit, ſed ſemper hortabatur eos qui relicti erant orationi incumbere, ac vigiliis

Inguinarius morbus. inſtanter inſiſtere: & bona ſemper tam in operib⁹ quam in cogitatione verſare, dicẽs, Hæc agite, vt ſi vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, non in iudicium, ſed in requiem introire poſſitis. Cum autem vt credo, iam reuelante domino, temp⁹ ſuæ vocationis agnoſceret, ipſe ſibi ſarcofagum cõpoſuit, corpus abluit, veſtem induit & ſic intentum ſemper cœlo beatum ſpiritũ exhalauit. Fuit autem magnæ ſanctitatis minimæq; cupiditatis, aurum nunquam habere volens, nam ſi coactus accepiſſet, protinus pauperibus erogabat. Cuius tempore cum Mummolus patricius multos captiuos ab vrbe deduxiſſet, proſecutus ille omnes redemit.

Tantamque ei dominus gratiam cum populo illo tribuit, vt ipſi etiã qui captiuos duxerant, & de precio ei cõcederẽt, & in reliquo munerarent: & ſic patrię ſuę captiuos libertati priſtinæ reſtaurauit. Multaque de hoc viro bona audiui. ſed dum ad hiſtoriæ cœptũ reuerti copio, plurima pręteremitto. H

Defuncto igitur Chilperico, inuentaq; quam diu quæſierat morte, Aurelianenſes cum Bleſenſibus iuncti ſuper Dunenſes irruunt, eoſq; inopinantes proterunt, domos annonaſque, vel quæ mouere facile nõ poterant, incendio tradunt, pecora diripiunt, atque res quas leuare poterant, ſuſtulerunt: quib. diſcedentibus cõiuncti Dunenſes cum reliquis Carnotenis, de veſtigio ſubſequũtur, ſimili ſorte eos adficientes qua ipſi adfecti fuerant, nihil in domibus, vel extra domos, vel de domibus relinquentes. Cumq; adhuc interſe iurgia cõmouentes deſæuirent, & Aurelianenſes cõtra hos

Cap. 2. Aurelianenſes ſuper Dunenſes irruunt.

arma

A

armis concurrerent, intercedentibus comitib. pax vſq; ad audientiam data eſt ſcilicet vt in die quo iudicium erat futurum, pars quæ contra partem iniuſte exarſerat, iuſtitia mediante componeret, & ſic à bello ceſſatum eſt.

Cap 3. Vedaſtes adulter occiditur ſupra lib. 6. cap 13.

Vedaſtes cognomento Auo, qui ante hos annos Lupum Ambroſiumq. pro amore vxoris Ambroſii interfecerat, & ipſam ſibi quæ conſobrina ſua eſſe dicebatur, in matrimonium acceperat, dum multa ſcelera infra Pictauum terminũ perpetraret, quondam loco cum Childerico Saxone coniunctus, dum ſe inuicem conuiciis laceſſerent, vnus ex pueris Childerici Auonem haſta transfixit. Qui ad terram ruens, pleriſq; adhuc ictibus ſauciatus, iniquam animam ſanguine defluente refudit fuitq; vltrix diuina maieſtas ſanguinis innocentis, quẽ propria effuderat manu. Multa n. furta, homicidia, adulteriaque miſerrimus ſæpe commiſerat, quæ ſilere melius puto. Compoſuit tamẽ filius Saxo ille mortem eius.

Cap 4. Fredegunda fugit ad Eccleſiam, cuius theſauros Child. inuadit.

Interea Fredegundis regina iã viduata Pariſios aduenit, & cum theſauris quos intra murorum ſepta concluſerat, ad eccleſiam confugit, atq; à Ragnemodo fouetur epiſcopo reliquos vero theſauros, qui apud villam Calam remanſerant, in quib^9^ erat miſſorium illud aureum, quod nuper fecerat, theſaurarii leuauerunt, & ad Childebertum regem, qui tunc apud Meldenſem cõmorabatur vrbẽ velociter tranſierunt.

B

Cap 5. Fredeg. Gõtchr. petit ſuppetias.

Fredegundis igitur regina accepto conſilio, legatus ad Gunthchramnũ regẽ mittit. dicens, Veniat dominus meus, & ſuſcipiat regnũ fratris ſui. Eſt, inquit, mihi infans paruul^9^, quem in eius vlnis ponere deſiderans, meipſam eius humilio ditioni. Comperto aũt Gunthcramnus res de fratris exceſſu, amariſſime fleuit. Moderato quoq; planctu, cõmoto exercitu Pariſios dirigit. Cumq; ille intra muros ſuſceptus fuiſſet, Childebertus rex nepos eius, ab alia aduenit parte.

Cap 6. Gunthchr. Chariberti regnum ſubegit.

Sed cũ eum Pariſiaci recipere nollent, legatos ad Gunthchramnum regem dirigit, dicens, Scio piiſſime pater, non latere pietatem tuam, qualiter vtrumq; vſque præſens tempus pars oppreſſerit inimica, vt nullus de rebus ſibi debitis poſſit inuenire iuſtitiam: idcirco ſupplex nunc deprecor, vt placita quæ inter nos poſt patris mei obitum ſunt innexa cuſtodiantur. Tunc Gunthchramnus rex legatis illius ait, O miſeri & ſemper perfidi, nihil in vobis verum habentes, neque in promiſſis permanentes, ecce omnib^9^ quæ mihi polliciti eſtis rehictis, cum Chilperico rege nouam pactionem

C

ſcripſiſtis, vt me à regno depulſo, ciuitates meas inter ſe diuiderent. Ecce pactiones ipſas, ecce manus veſtræ ſubſcriptiones, quib^9^ hanc conuenientiã confirmaſtis: & qua nunc fronte quæritis vt nepotem meum Childebertum ſuſcipere debeam, quem mihi veſtra peruerſitate voluiſtis facere inimicum? Cui legati dixerunt: Si tantum mentẽ iracundia cœpit, vt nihil nepoti tuo de his quæ pollicit^9^ es indulgeas, vel illa quę de regno Chariberti debẽtur, auferre deſiſte. Quib^9^ ille ait, Ecce pactiones quæ inter nos factæ ſunt, vt quiſquis ſine fratris voluntate Pariſios vrbẽ ingrederetur, amitteret partem ſuam, eſſetq; Polyoctus martyr cum Hilario atque Martino cõfeſſoribus iudex ac retributor eius. Poſt hæc ingreſſus eſt in eã germanus meus Sygibertus qui iudicio Dei interiens, amiſit partem ſuam: ſimiliter & Chilpericus geſſit. Per has ergo trãſgreſſiones amiſerunt partes ſuas: ideoque quia illi iuxta Dei iudicium & maledictiones pactionũ defecerunt, omne regnum Chariberti cum theſauris eius, meis dicionib. lege opitulante, ſubiiciam: nec exinde alicui quicquam niſi ſpontanea voluntate indulgeam. Abſiſtite igitur vos ſẽp mẽdaces ac pfidi & hæc regi veſtro referte.

D

Cap. 7. Childebertus per legatos Fredegundam requirit.

Quibus diſcedentibus, legati iterum Childeberti ad antedictum regem veniunt, Fredegundem reginam requirẽtes, atq; dicentes, Redde homicidam quæ amitam meam ſuggillauit, quę patrem interfecit, & patruũ: quæ ipſos quoque conſobrinos meos gladio interemit. At ille, In placito, inquit, quod habemus, cũcta decernimus, tractantes quid oporteat fieri. Nam Fredegundem patrocinio ſuo fouebat, ipſamque ſæpius ad conuiuium euocans, promittens ſe ei fieri maximum defenſorem. Quadam vero die dum pariter ad menſam epularentur, regina conſurgens, & Valedicens, à rege detinebatur dicente ſibi, Adhuc aliquid cibi ſume. Cui illa, Indulge, inquit, deprecor domine mi, quia iuxta conſuetudinem mulierum contigit mihi, vt pro conceptu conſurgam. Hæc ille audiens obſtupuit, ſciens quartum eſſe

E

menſem, ex quo alium ediderat filium: tamen permiſit eam conſurgere. Priores quoq; de regno Chilperici, vt erat Anſoaldus & reliqui, ad filium ei^9^ qui erat, vt ſuperius diximus, quatuor menſium, ſe collegerunt, quem Chlotharium vocitauerunt, exigentes ſacramenta per ciuitates quę ad Chilpericum prius aſpexerant, vt ſcilicet fideles eſſe debeant Guntheramno regi, ac nepoti ſuo Chlothario Guntheb ramnus vero rex omnia quæ fideles regis Chilperici, non recte diuerſis abſtulerant, iuſtitia intercedente reſtituit. Multa & ipſe eccleſiis conferens, teſtamenta quoque defunctorum qui eccleſias hæredes inſtituerant, & ab Chilperico compreſſa fuerant, reſtaurauit, multiſque ſe benignum exhibens, ac multa pauperibus tribuens.

Donationes eccleſiæ confirmat Gunthchrãmnus.

Cap 8. Gunthchrãmnus munit ſe cuſtodia, & populum adiurat ne ſe interimat.

Sed quia non erat fidus ab hominib. inter quos venerat, armis ſe muniuit, nec vnquam ad eccleſiam aut relicta loca, quæ ire delectabar, ſine grandi pergebat cuſtodia. Vnde factum eſt vt quadam die dominica, poſtquam diaconus ſilentium populis vt Miſſæ auſcultarẽtur, indixit rex cõuerſus ad populum diceret. Adiuro vos, ô viri cum mulieribus qui adeſtis, vt mihi fidem inuiolatam ſeruare dignemini, nec me vt fratres meos nuper feciſtis, interimatis: liceatque mihi vel tribus annis nepotes meos, qui mihi adoptiui facti ſunt filii enutrire, ne forte contingat quod diuinitas æterna non patiatur, vt cum illis paruulis me defuncto, ſimul pereatis, cũ de genere noſtro robuſtus non fuerit qui defenſet. Hæc eo dicente, omnis popul^9^ orationẽ p rege fudit ad dominum.

F

Cap. 9.

Dum hæc agerentur Riguuthis Chilperici regis filia, cum theſauris ſupra ſcriptis, vſq; Thuloſam acceſſit: & cernens ſe iam ad terminum Gothorum eſſe propinquã, moras innectere cœpit, dicentibus ſibi tum præterea ſuis oportere eam ibidem commorari, cum ipſi fatigati de itinere, veſtimenta haberent inculta, calciamenta ſciſſa ipſoſq; equorum atque carrucarũ adparatus adhuc ſicut plauſtris euecti erãt, ſeorsũ eſſe disiunctos Oportere potius omnia hæc pri^9^ diligenter ſtabiliri & ſic itinere pficiſci, ac ſuſcipi cũ omni elegãtia ab ſpõſo, ne forte ſi inculti inter Gothos adparerent, irriderẽtur ab ipſis. Dũ ergo his retardarentur ex cauſis, mors Chilperici regis in aures Deſiderij ducis illabitur. Ipſe quoq; collectis ſecũ viris fortiſſimis Tholoſam vrbẽ ingreditur repertoſq; theſauros abſtulit de poteſtate reginę & in domũ quãdã ſub ſigillorũ munitione ac virorũ fortiũ cuſtodia mancipat, deputãs reginæ victũ arctum, donec ad vrbẽ regrederetur.

Deſiderius Rigundis theſauros diripit.

Cap. 10.

G

Gundobaldus in regẽ eleuatur.

Ipſe vero ad Mummolum cũ quo fœdus ante duos annos inierat, properauit. Morabatur tunc Mummolus intra muros Auennicæ vrbis cum Gundobaldo, cuius in libro ſuperiore meminimus Qui cõiunctus cum ſupradictis ducibus Lemouicinum accedens, Briuã Curretiam vicũ in quo ſanctus Martinus noſtri, vt aiunt, M... ti diſcipul^9^, requieſcit, aduenit: ibiq; parmæ ſuperpoſitus rex eſt leuatus. Sed cum tertio cum eodẽ gyrarent, cecidiſſe fertur, ita vt vix manibus circunſtantium ſuſtentari potuiſſet. Deinde ibat p ciuitates in circuitu poſitas. Riguuthis vero in baſilica ſanctæ Mariæ Toloſæ, in quam Ragnoualdi vxor, cuius ſupra meminim^9^, Chilpericum metuens confugerat, reſidebat. Ragnoualdus vero de Hiſpaniis rediens, vxori facultatiq; reſtituitur. Legationis enim cauſa Hiſpaniã petierat à rege Guntchramno directus. Magno ea tempeſtate incendio baſilica antedicti Martini beati apud Briuã vicum ab imminenti hoſte cremata eſt, ita vt tã altarium quã columnæ quę de diuerſis marmorum generib^9^ aptatæ erãt, ab igne diſſoluerẽtur. Sed ita hæc ædes in poſterum à Ferreolo epiſcopo reparata eſt tanquã ſi nihil mali pertuliſſet: vehementer enim admirantur venerãturq; hunc ſanctum incolæ, eo quod plerunq; virtutes ei^9^ experiãtur.

Rigundis latitat.

H

Cap 11. Prodigia.

Erat enim cum hæc agebantur, menſis decimus. Tunc adparuerunt in caudicibus vinearũ, palmites noui cum vuis deformatis: in arboribus flores, pharus magna per cœlum diſcurrens, quæ priuſquam lux in die fieret, late mundũ illuminauit. Adparuerunt etiã in cælo & radii: & à parte ſeptentrionali, columna ignea quaſi de cœlo pendens per duarum horarum ſpacium viſa eſt, cui ſtella magna ſuperpoſita erat. In Andegauo aũt terra tremuit: & multa alia ſigna apparuerunt, quæ vt opinor, ipſi^9^ Gundobaldi interitum nunciauerũt.

Cap. 12.

Igitur Gunthchrãnus rex, comites ſuos ad cõprehẽdendas ciuitates, quas quondã Sygibertus de regno Chariberti fratris ſui acceperat, direxit, vt exigentes ſacramenta, ſuis

A eas ditionibus ſubiugarent. Turonici vero atque Pictaui ad Childebertum Sygiberti filiũ, tranſire voluerunt. Sed commoti Biturici cõtra eos venire diſponunt atq; intra terminũ Turonicum incendia facere cœperunt. Tunc Maroialẽſem eccleſiam termini Turonici, in qua ſancti Martini reliquiæ habebantur, incendio concremarunt: ſed virt⁹ beati adfuit, vt in tam valido incendio pallulæ quæ ſuper altarium fuerãt poſitæ, nõ conſumerentur ab igne. Et non ſolum ipſæ, ſed etiam herbulæ olim collectæ, altarioque locatæ, nequaquam exuſtæ ſunt. Quæ incendia videntes Turonici, legationem mittunt dicentes, Meli⁹ ſibi eſſe ad temp⁹ Gunthchramno regi ſubdi, quam cuncta incendio aut ferro vaſtari.

Turones maluerunt Gunthchr. ſubici quã combuſi. Cap. 13.

Confeſtim autem poſt mortem Chilperici, Garaic⁹ dux Lemouicas acceſſerat, & ſacramenta de nomine Childeberti ſuſceperat. Exinde Pictauos veniens, ab ipſis receptus eſt, & ibi morabatur. Audiens autẽ quę Turonici patiebantur, mittit legationem, obteſtans ne nos ad partem Gunthchramni regis tradere deberem⁹, ſi nobis vellem⁹ eſſe conſultum: ſed meminerimus potius Sygiberto, qui quondam genitor Childeberti fuit. Nos vero hæc rurſum epiſcopo & B ciuibus mandata remiſimus, quod niſi ſe ad tempus Gunthchramno regi ſubderent, ſimilia paterentur, adſerentes hunc eſſe nũc patrẽ ſuper duos filios, Sygiberti ſcilicet & Chilperici, qui ei fuerãt adoptati: & ſic tenere regni principatũ, vt quondam Chlotharius rex fecerat pater eius. Illis quoq; nõ acquieſcentibus, Garaicus de ciuitate egreditur quaſi exercitum adducturus, in vrbe vero Eberonem cubicularium Childeberti regis relinquens. Sichanus vero cum Vuillachario Antellanenſi comite, qui tunc Turonos acceperat, exercitum contra Pictauos cõmouit, vt ſcilicet ab vna parte Turonici ab alia Biturici cõmoti cuncta vaſtarent. Qui cum ad terminũ propinquaſſent ac domos cremare cœpiſſent, miſerũt ad eos Pictaui legatos, dicentes, Petimus vt vſq; in placito quod inter ſe Gunthchramn⁹ & Childebert⁹ reges habẽt, ſuſtineatis. Quod ſi cõuenit vt pacis ſymbolũ bonus rex Gunthchramnus accipiat, non reſiſtimus ſin aliud, dominum noſtrum recognoſcim⁹, cui ſeruitio plenius debeam⁹. Ad hæc illi reſponderunt, Nihil ad nos de hac cauſa pertinet, niſi tantum iuſſa principis adimplere. Nam ſi nolueritis, cuncta vt cœpimus deuaſtamus. Cumq; in hoc res ageretur, vt vniuerſa incẽdio, prędæ, atq; captiuitati traderẽtur eiectis de ciuitate hominib. Childeberti, ſacramẽta Gunthchramno regi dederunt, nõ longo tẽpore ea cuſtodientes.

Pictaui Gunthchrã no pro vaſtatione ſe ſubmittũt.

C Cap. 14. Childeberti legatio ad Gunthchramnum.

Igitur adueniẽte placito directi ſunt à Childeberto rege Egidius epiſcopus, Gunthchramnus Boſo, Sygiualdus, & alii multi, ad Gũthchramnum regem: ingreſſiq; ad eum, ait epiſcopus: Gratias agim⁹ Deo omnipotenti, ô piiſſime rex, quod te poſt multos labores regionibus tuis regnoq; reſtituit. Cui rex ait: Illi enim dignæ ſunt gratiæ referendæ qui eſt rex regũ, & dominus dominorũ: qui hæc ſua miſeratione operari dignatus eſt. Nã nõ tibi, cui⁹ conſilio doloſe ac periuriis regiones meæ anno ſuperiore incenſæ ſunt, qui nunquã fidẽ integram cum vllo homine habuiſti: cuius doloſitas vbiq; diſpergitur: qui non ſacerdotẽ, ſed inimicum regni noſtri te eſſe declaras. Ad hæc verba epiſcop⁹ iracundia commot⁹ ſiluit. Vnus autẽ ex legatis dixit, Supplicat nepos tu⁹ Childebertus, vt ciuitates quas pater eius tenuit, reddi iubeas. Ad hæc ille reſpondit, Iam dixi vobis prius, quia pactiones noſtræ mihi hæc conferunt ideoq; eas reddere nolo. Al⁹ quoq; legatorum ait, Rogat nepos tu⁹ vt Fredegundẽ maleficã, per quã multo reges interfecti ſunt, reddi iubeas ad vlciſcendam mortẽ patris, patrui & conſobrinorũ. At ille, Tradi ei, inquit, in poteſtatem non poterit, quia filium regem habet. Sed & ea quæ contra illam adſeritis, vera eſſe nõ credo.

Childebertus Fredegũdam petit ad ſupplicium.

D Poſt hos Gunthchramn⁹ Boſo, quaſi aliquid ſuggeſtur⁹, ad regem accedit. Et quia ſonuerat Gundobaldũ manifeſte regẽ leuatum, anticipans rex verba eius ait, O inimice regionis regnique noſtri, qui propterea ante hos annos orientẽ adgreſſus es, vt Ballomerem quendam (ſic enim vocabat rex Gundobaldũ) ſuper regnũ noſtrum adduceres, ſemper perfide, & nunquã cuſtodiens quæ promittis. Cui ille, Tu, inquit, dominus & rex regali in ſolio reſides, & nullus tibi ad ea quæ loqueris auſus eſt reſpondere. Inſontẽ enim me de hac cauſa profiteor. At ſi aliquis eſt ſimilis mihi, qui hoc crimen impingat occulte, veniat nunc palam, & loquatur. Tu, ô rex piiſſime, pones hoc in Dei iudicio, vt ille diſcernat cũ nos in vnius cãpi planitie viderit dimicare. Ad hæc cunctis ſilentibus, addidit rex, Omnium aũt hæc cauſa animos accendere debet, vt repellatur à finib. noſtris aduena, cuius pater molendina gubernauit: & vt vere dicam, pater eius pectinibus inſedit, lanaſq; compoſuit. Et quanquã poſſit fieri vt vnus homo veruſq; artificii magiſterio ſubderetur, ad increpationẽ tamen regis quidam ex ipſis reſpondit: Ergo duos, vt adſeris, patres hic homo habuit, lanarium ſimul molendinarumq;. Abſit à te, ô rex, vt tam inculte loquaris. Non enim auditũ eſt, vnum hominẽ præter ſpiritalẽ cauſam, duos habere poſſe pariter genitores: dehinc cum multi ſoluerentur in riſu, reſpõdit alius legatorũ dicens, Vale dicimus tibi ô rex. nam quia reddere noluiſti ciuitates nepotis tui, ſcimus ſaluam eſſe ſecurim, quæ fratrũ tuorũ capitib. eſt defixa: celerius tuum librabit defixa cerebrum. Et ſic cum ſcandalo diſceſſerunt. Tunc rex his verbis ſuccenſus, iuſſit ſup capita euntium proiici equorũ ſtercora, putrefactas haſtulas, paleas, ac fœnum putredine diſſolutum, ipſumq; fœtidum vrbis lutum. Quibus de rebus maculati grauiter, nõ ſine immenſa iniuria atque contumelia abierunt.

E

F

Cap. 15. Domini Fredegundæ.

Reſidente vero Fredegunde regina in eccleſia Pariſiaca, Leonardus ex domeſtico qui tũc ab vrbe Tholoſa aduenerat, ingreſſus ad eam, cauſas contumeliæ iniuriaſq; filiæ eius narrare cœpit, dicens: Quia iuxta imperium tuum acceſſi cum regina Rigunthe, ac vidi humilitatẽ eius, & qualiter expoliata eſt a theſauris & omnibus rebus: ego vero per fugã delapſus, veni nunciare dominæ meæ quæ geſta ſunt. Hæc illa audiens, furore cõmota, iuſſit eũ in ipſa eccleſia ſpoliari, nudatumq; veſtimentis ac baltheo, quæ ex munere Chilperici regis habebat, diſcedere à ſua iubet præſentia. Cocos quoq; ſiue piſtores, vel quoſcunq; de hoc itinere regreſſos eſſe cognouit, cæſos, ſpoliatoſq;, ac demancatos reliquit. Nectarium aũt Baudegiſili epiſcopi fratrẽ infandis accuſationib. cũ rege tentauit obruere, adſerens eũ de theſauro regis mortui multa portaſſe. Sed & de promptuariis tã tergora quã vina multa eũ abſtuliſſe dicebat, petens vt vinctus carceralibus tenebris truderetur. Sed patientia regis, fratriſq; auxilium fieri nõ permiſit. Multa quidẽ ibi vana exercens, nõ metuebar Deũ, in cuius eccleſia petebat auxilium. Habebat tunc temporis ſecũ Audoneũ iudicẽ, qui ei tẽpore regis in multos conſciuſceras malis. Ipſe enim cum Mummolo præfecto, multos de Francis qui tempore Childeberti regis ſeniores ingenui fuerant, publico tributo ſubegit. Qui poſt mortem regis ab ipſis ſpoliatus ac denudatus eſt, vt nihil ei præter quod ſuper ſe auferre potuit remaneret: domos enim eius incendio ſubdiderũt: abſtuliſſent vtiq; & ipſam vitam, ni cum regina eccleſiam expetiiſſet.

Audoenus iudex ſpoliatur. G

Cap. 16. Prætextatus Rhotomagum reuocatur.

Prætextatum vero epiſcopum ægre ſuſcipit, quem ciues Rothomagenſes poſt exceſſum regis, de exilio expetentes cum grandi lætitia & laude ciuitati ſuæ reſtituerunt. Poſt redituo vero ſuum ad vrbẽ Pariſiacam aduenit, ac ſe Gunthchramno regi repræſentauit, exorans vt cauſam ſuam diligenter exquireret. Adſerebat enim regina eum non debere recipi, qui fuiſſet per iudicium quadragintaquinq; epiſcoporum a ſacerdotali officio ſegregatus. Cumq; rex pro hac cauſa ſynodum excitare vellet. Ragnemódus huius vrbis epiſcopus pro omnib. reſponſum reddidit, dicens Scitote ei pœnitentiam indictã à ſacerdotib. non tamen eum prorſus ab epiſcopatu remotum. Et ſic à rege ſuſceptus, atq; conuiuio eius adſcitus, ad vrbem ſuam regreſſus eſt.

H Cap. 17. Promotus repetit Epiſcopatum.

Promotus vero qui in Dunenſi caſtro, ordinante Sygiberto rege, epiſcopus fuerat inſtitut⁹, & poſt mortem regis amotus fuerat, eo quod caſtrum illud eſſet diœceſis Carnotenæ, contra quem ita iudicium latum fuerat, vt presbyterii tantum officio fungeretur, acceſſit ad regem, deprecans vt ordinationẽ epiſcopatus in antedicto caſtro reciperet. Sed obſiſtente Pappolo Carnotenæ vrbis epiſcopo, ac dicente, quia diœceſis mea eſt, oſtendente præſertim iudicio epiſcoporum, nihil aliud potuit obtinere cum rege, niſi ea quæ ſub ipſius caſtri termino propria habere reciperet, in quis cum genitrice adhuc ſuperſtite moraretur.

Cap. 18. Res à paupere monſtratur ablatum.

Commorante vero rege apud vrbem Pariſiacam, venit quidam pauper, dicens, Audi rex verba oris mei. Noueris enim quia Faraulfus cubicularius quondã fratris tui, quærit

te inter-

A

te interficere. Audiui n. conſiliũ eius vt eunte te matutina oratione ad eccleſiã, aut cultro adpeteret, aut haſta transfoderet. Obſtupefactus aũt rex, miſit vocari eũ. Quo negante de his rex metuens, armis ſe valde muniuit. Nec penitus ad loca ſancta, vel alio, niſi vallatus armatis atq; cuſtodib. procedebat. Fataulfus aũt non poſt multũ tempus mortuus eſt.

Cap. 19. Fredegunda venit ad villam Rhotoialenſem.

Cum autẽ clamor fieret magnus aduerſus eos qui potentes cum rege fuerant Chilperico, ſcilicet quod abſtuliſſent vel villas, vel res reliquas de reb. alienis, omnia quæ iniuſte ablata fuerant, rex reddi præcepit, ſicut iam ſuperius indicatum eſt. Fredegundẽ quoq; reginam ad villam Rhotoialenſem, quæ in Rothomagenſi termino ſita eſt, abire præcepit. Secutiq; ſunt eam omnes meliores natu regni Chilperici regis: ibiq; relinquentes eam cũ Melanio epiſcopo, qui de Rothomago ſubmotus fuerat, ad ſibum eius ſe tranſtulerunt, promittentes quod ab eis ſtudioſiſſime nutriretur.

Cap. 20. Fredegunda mittit qui Brunechildem necaret.

Poſtquam autem Fredegundis regina ad ſupradictam villam abiit, cũ eſſet valde mœſta, quod ei poteſtas ex parte fuiſſet ablata, meliorẽ ſe exiſtimans Brunichilde, miſit occulte clericũ ſibi familiarẽ, qui eã circumuẽtam dolis interimere poſſet, videlicet vt cum ſe ſubtiliter in eius ſubderet famulatum, ab ea cædi poſſet: & ſic clam percelleretur. Veniens igitur clericus cum diuerſis ingeniis ſe eidem cõmendauit, dicens, A facie Fredegundis reginæ fugio, depoſcens auxilium tuum. Cœpit ſe etiam omnib. reddere humilem,

B

charum, obedientem, ac reginæ priuatum. Sed non longo tempore interpoſito, intellexerunt eum doloſe tranſmiſſum: vinctuſque ac cæſus, cum rem pate feciſſet occultam, redire permiſſus eſt ad patronam: reſerauſq; quæ acta fuerant, effatus quod iuſſu patrare non potuiſſet, manuum ac pedum abſciſſione mulctatur.

Cap. 21. Gunthchramnus regum interfectores in nonã generationem vult punire.

His ita geſtis cum rex Gunthchramnus Cabillonum regreſſus, mortem fratris conaretur inquirere, & regina crimen ſuper Eberulfum cubicularium impoſuiſſet (rogatus n. fuerat ab ea, vt poſt mortem regis cum ipſa reſideret: ſed obtinere non potuit) hac ergo inimicitia pullulante adſerunt reginaab eodem principe interfectum, ipſumq; multa de theſauris abſtuliſſe, & ſic in Turonicũ abſceſſiſſe: ideoq; ſi rex mortem fratris deſideraret vlciſci, nouerit huius cauſæ hunc eſſe ſigniferum. Tunc rex iurauit omnib. optimatibus, quod non modo ipſum, verumetiam progeniem eius in nonam generationẽ deleret, vt per horum necẽ conſuetudo auferretur iniqua, ne reges amplius interficerentur.

C

Quod cũ Eberulfus comperiſſet baſilicã ſancti Martini, cuius res ſæpe peruaſerat, expetiuit. Tunc data occaſione vt cuſtodiretur, Aureliamenſes atq; Bleſenſes viciſſim ad has excubias veniebant: impletiſq; quindecim diebus, cũ multa præda reuertebantur, adducentes iumẽta pecora, vel quod cũq; diripere potuiſſent. Illi vero qui beati Martini iumenta abduxerant cõmota altercatione, ſe inuicẽ lanceis tranſfixerũt: duo qui mulas diripiebant, in domũ viciniciuſdã accedẽtes, potũ rogare cœperunt. Cumq; ille ſe habere negaret, eleuatis lanceis vt eũ transfoderent, hic extracto gladio vtrunq; pfodit: cecideruntq; ambo & mortui ſunt: iumenta tamen ſancti Martini reddita ſont. Tantaque ibi tunc mala per hos Aurelianenſes geſta ſunt, vt nequeant explicari.

D. Martinus vlciſcitur.

Cap. 22. Eberulfi regum interfectoris ſcelera.

Dum autem hæc agerentur, res ipſius Eberulfi diuerſis conceduntur, aurum argentumq;, vel alias meliores ſpecies quas ſecũ retinebat, in medio expoſuit. Quod vero cõmendatum habuit, publicatum eſt: greges etiã equorum, porcorum, iumentorumq; diripiuntur. Domus vero intramuranea, q̃ de dominatione eccleſiæ abſtulerat, referta annonis, vino atq; tergoribus rebuſq; aliis multis adplene ſpoliata eſt. Nec ibi aliud quam parietes vacui remanſerunt. Ex hoc nos

D

maxime ſuſpectos habebat, q in cauſis ei⁹ fideliter currebamus, promittens plerunque, quod ſi vnquam ad regis gratiam perueniret, in nobis hæc quæ perferebat vlciſceretur. Deus n. nouit, cui arcana pectoris reuelantur, quia de puro cordẽ inquantũ potuimus ſolatium miniſtrauimus: & quanquam multas nobis inſidias pri⁹ de reb. ſancti Martini feciſſet, extabat tamen cauſa vt eaſdẽ obliuiſceretur, eo quod filiũ eius de ſacro lauacro ſuſcepiſſem. Sed credo infœlici ea res maximũ fuit impedimentũ, quod nullam reuerentiam ſancto præſtabat antiſtiti. Nam ſæpe cædes intra ipſum atriũ quod ad pedes beati erat, exegit, exercens aſſidue ebrietates ac vanitates.

E

Presbyterum quoq; vnum pro eo quod ei vinum dare differret cum iam crapulatus aſpiceret, eliſum ſuper ſcamnũ pugnis, ac diuerſis ictib. verberauit vt pene animam reddere videretur: & fecillet forſitan ſi ei medicorũ ventoſæ nõ ſubueniſſent. Habebat n. pro timore regis in ipſo ſalutatorio beatæ baſilicæ manſionẽ. Cum aũt presbyter qui claues oſtii retinebat, clauſis reliquis receſſiſſet, per illud ſalutatorii oſtium introeuntes puellæ, cũ reliquis pueris ei⁹ ſuſpiciebant picturas parietũ, rimabanturq; ornamenta beati ſepulchri, quod valde facinoroſũ religioſis erat. Quod cũ presbyter cognouiſſet, defixis clauis ſup oſtium, intrinſecus ſeras aptauit. Hæc ille cum poſt cœnam vino madid⁹ aduertiſſet, & nos in baſilica in initio noctis orationis gratia pſalleremus, furibundus ingreditur, meq; cõuiciis ac maledictionib. vrgere cœpit, illud inter iurgia exprobrans, quod ego eũ velim à ſancti antiſtitis fimbriis ſeparare. Sed ego ſtupẽs quæ virum cœpiſſet inſania, blandis eum ſermonib. mulcere conatus ſum. Sed cũ eius furias verbis lenib. ſuperare nõ poſsẽ, ſilere decreui. Ille vero me tacitũ intendens ad presbyterũ cõuertitur, euomitq; in eũ multa cõuicia nã & illum verbis procacib. & me diuerſis opprobriis impugnabat. Nos vero cum vidiſſemus

F

eũ, vt ita dicam agi à dæmone, egreſſi à baſilica ſancta ſcandalũ vigiliaſq; finiuim⁹ illud maxime indignũ ferentes, quod ad hoc iurgium abſq; reuerentia ſancti, ante ipſum ſepulchrũ antiſtitis excitauerat. His dieb. vidi ſomniũ quod ipſi in ſancta baſilica retuli dicens. Putabã me quaſi in hac baſilica ſacroſancta Miſſarũ ſolẽnia celebrare: cumq; iam altariũ cum oblationib. pallio ſerico opertum eſſet, ſubito ingredientem Gunthcramnũ regẽ conſpicio, qui voce magna clamabat, Extrahite inimicũ generationis noſtræ, euellite homicidã à ſacro Dei altario. At ego cũ hæc audirẽ, ad te cõuerſus dixi. Adprehẽde palliũ altaris, infœlix, quo ſacra munera cõtegũtur, ne hinc abiiciaris. Cũq; adprehẽderes, laxabas eũ manu, & nõ viriliter detinebas. Ego vero expanſis manib. cõtra pect⁹ regis, meũ pectus aptabã dicẽs noli eiicere hũc hominẽ de baſilica ſancta ne vitæ periculũ patiaris, ne te ſanct⁹ antiſtes ſua virtute cõfodiat. Noli te pprio iaculo interimere: quia hoc ſi feceris, præſenti vita æternaq; carebis Sed cũ rex mihi reſiſteret, tu laxabas palliũ, & poſt me veniebas. Ego vero valde tibi moleſt⁹ erã. Cũq; reuerteres ad altariũ, adprehẽdebas palliũ, ſed rurſũ relinquebas. Dũ hoc tu trepide retineres, &

Somnium authoris.

G

ego viriliter regi reſiſterẽ, euigilaui pauore cõterritus, ignar⁹ quid ſomniũ indicaret. Igitur cũ ei iſta narraſſem, ait Verũ eſt ſomniũ quod vidiſti quod valde cogitationi meæ cõcordat. Cui ego. Ecquid, pvidit cogitatio tua? Et ille, Deliberatũ, inquit, habui, vt ſi me rex ab hoc loco iuberet extrahi ab vna manu pallas altaris tenerẽ: ab alia vero euaginato gladio te pri⁹ interfecto, quantoſcũq; deinceps clericos repperiſſẽ, in mortẽ pſternerẽ. Nec mihi poſt hæc erat iniuria, leto ſuccũbere, ſi de hui⁹ ſancti clericis acciperẽ vltionẽ. Hæc ego audiens & ſtupens admirabar quod erat, quia per os eius diabol⁹ loquebatur: nunq̃ n. in Deum vllũ timorẽ habuit nã dum eſſet in libertate, equi ei⁹ ad pecora p ſegetes pauperũ vineaſq; dimittebantur. Quod ſi expellebãtur ab his quorũ euertebã labores, ſtatim a ſuis percellebãtur. Nam in hac anguſtia qua erat, ſæpe cõmemorabat, quod res beati antiſtitis abſtuliſſet iniuſte. Deniq; anno ſuperiore cõmotum quendã leuẽ è ciuib. eccleſiæ, actores fecit interpellare. Tũc poſtpoſita iuſtitia, res quas olim eccleſia poſſidebat, ſub ſpecie emptionis abſtraxit, data ipſi homini parte aurea balthei ſui ſed & talia multa peruerſe egit vſq; ad finẽ vitæ ſuæ q̃ in poſterũ explanabim⁹.

H

Cap. 23.

Præſenti quoq; anno Armẽtarius Iudæus cum vno ſectæ ſuæ ſatellite, & duobus Chriſtianis ad exigendas cautiones quas ei pter tributa publica Iniurios⁹ ex vicario ex comite vero Eunomi⁹ depoſuerãt, Turonos aduenit: interpellatiſq; viris promiſſionem accepit de reddendo pecuniæ fœnore cum vſuris, dicentib. ſibi præterea ipſis. Si ad domũ noſtrã veneris, & q̃ debentur exſoluim⁹, & aliis te munerib⁹, ſicut dignũ eſt, honoramus. Eo quoq; eunte ab Iniurioſo ſuſcipitur, & conuiuio conlocatur: expletoq; epulo, adpropinquãte nocte cõmoti ab eodẽ loco ad aliũ tranſeunt. Tũc vt ferũt, Iudæi cũ duob. Chriſtianis ab Iniurioſi hominib. interfecti, in puteũ q ppinqu⁹ erat domui eius, proiecti ſunt. Audiris his parentes eorum quæ geſta fuerant, Turonos aduenerunt, datoq; quibuſdam hominibus indicio puteũ

Iudæi trucidantur.

repe-

reperiunt, viroſque extrahunt, multum negante Iniurioſo, quod in hac cauſa non fuerat inquinatus. Poſt hæc in iudicium venit: ſed cum fortiter, vt diximus, denegaret & hi nõ haberent qualiter eum conuincere poſſent, iudicatum eſt, vt ſe inſontẽ redderet ſacramento. Sed nec hoc his adquieſcentibus, placitũ in regis Childeberti præſentia poſuerunt. Veruntamen neq; pecunia neq; cautiones Iudæi defuncti repertæ ſunt. Loquebantur tunc multi hominum Medardũ tribunum in hoc ſcelere mixtum fuiſſe, eo quod & ipſe à Iudæo pecuniam mutuaſſet. Iniurioſus tamen ad placitũ in conſpectu regis Childeberti aduenit, & per triduum vſque occaſum ſolis obſeruauit. Sed quum hi non veniſſent, neq; de cauſa hac ab vllo interpellatus fuiſſet, ad propria rediit.

Cap 24. Pictauos deſertores Gunthecramnus populatur.

Anno igitur decimo Childeberti regis rex Gunthcramnus commotis gentib. regni ſui magnum iunxit exercitum. Sed pars maior cum Aurelianenſibus atq; Bituricis Pictauũ petiit: exceſſerant enim de fide quam regi promiſerãt. Miſeruntq; prius legationem, vt ſcirent vtrum ſuſciperentur ab his, an non. Sed epiſcopus loci Marouеus dure ſuſcepit hos nuncios. At illi intra terminũ ingreſſi, prædas, incendia, atque homicidia faciebãt. Hi vero q cum præda reuertebãtur, per Turonicum tranſeuntes, ſimiliter illis qui iam ſacramẽta dederãt, faciebant. Ita vt ipſæ quoq; eccleſiæ incẽderentur: & quæcunque inuenire potuiſſent, diriperentur: q ſæpius actum eſt, dum illi ad regẽ ægre conuerterentur. Sed cũ exercitus propius ad vrbem accederet, etiam pars maxima regionis deuaſtata cerneretur, tunc miſerunt nũcios, fideles ſe regi Gunthcrãno fatentes. At illi intra muros vrbis recepti, ſup epiſcopũ irruerunt dicẽtes eũ infidelẽ eſſe. Ille vero cũ ſe ab his cerneret coarctatũ, effracto vno de ſacris miniſtris calice aureo, & in numiſmata redacto ſe populũq; redemit.

Cap 25. Marileifus medicus ſpoliatur.

Marileiſum vero qui primus medicorum in domo Chilperici regis habitus fuerat, ardentiſſime vallant. Et qui iam à Garatico duce valde ſpoliatus fuerat, ab his iterum denudatur ita vt nulla ei ſubſtantia remaneret. Et quos quoque eius, aurum argentumque ſiue ſpecies quas meliores habebat, pariter auferentes, ipſum ditioni eccleſiaſticæ ſubdiderunt. Seruitium enim patris eius tale fuerat, vt molendina eccleſiaſtica ſtuderet, fratreſque ac conſobrini, vel reliqui parentes culinis dominicis atque piſtrino ſubiecti erant.

Cap. 26. Gundobaldus fidem ciuitatum exigit.

Gundobaldus vero Pictauũ accedere voluit, ſed timuit. Audierat enim iam contra ſe exercitum commoueri. In ciuitatibus enim quæ Sygiberti regis fuerant ex nomine regis Childeberti ſacramẽta ſuſcipiebat. In reliquis vero quæ aut Guntheramni aut Chilperici fuerant, nomine ſuo, quod fidem ſeruarent iurabant. Poſt hæc Engoliſmam acceſſit, ſuſceptiſque ſacramentis, muneratiſque prioribus, Petrogoricum adgreditur, grauiter epiſcopum tunc iniuriatum reliquit, pro eo quod ſuſceptus ab eodem non fuiſſet.

Cap 27. Magnulfus recuſat & lacerat Gũdobaldum itaque in exilium truditur.

Exinde Tholoſam digreſſus, emiſit nuncios ad Magnulfum epiſcopum ciuitatis, vt ab eo ſuſciperetur. Sed ille non immemor prioris iniuriæ, quã per Sigulfum quondam q ſe in regnũ eleuare voluit, pertulerat, dixit ciuib⁹ ſuis: Scimus enim regem eſſe Guntheramnum ac nepotẽ eius, hunc aũt neſcim⁹ vnde ſit. Eſtote ergo parati. & ſi voluerit Deſiderius dux hãc calamitatem inducere ſuper nos, ſimili vt Sigulfus ſorte depereat: ſitq; omnibus exemplum, ne quis extraneorum, Francorum regnũ audeat violare. His ita reſiſtentibus & bellum parantibus, adueniẽte Gundobaldo cum magno exercitu, cum vidiſſent q ſuſtinere non poſſent, ſuſceperunt eum. Poſt hæc cum ad conuiuiũ in domo eccleſiæ epiſcop⁹ vno cum Gundobaldo reſideret, ait, Filiũ te Chlotarii regis adſeris: ſed vtrum ſit verum, an non, ignoramus. Et ſi poſſis vindicare cœpta, incredibile habetur apud animos noſtros. At ille ait, Ego regis Chlotarii ſum filius, & partem regni de præſenti ſum percepturus, & vſq; Pariſios velociter accedã, & ibi ſedem regni ſtatuam. Cui epiſcopus ait, Verumne eſt ergo q nullus de ſtirpe Francorum remanſit, ſi tu quæ dicis impleueris. Inter has altercationes, cum hæc Mũmolus exaudiſſet, eleuata manu alapis cæcidit epiſcopũ, dicens, Non pudet vt tã degener & ſtult⁹ ita magno regi reſpõdeat? Verũ vbi & Deſiderius de conſilio epiſcopi comperit q̃ fuerãt dicta, ita cõmotus manus in eum iniecit: cæſumq; cõmuniter haſtis, pugnis, & calcib⁹, ac fune reuinctũ, exilio dãnauerũt, res eius tam proprias q̃ eccleſiæ integre ſuferentes. Vuaddo aũt qui erat maior domus reginæ Rigunthis, ſe eiſdem copulauit. Reliqui vero q cum eo abierãt per fugã dilapſi ſunt.

Cap 28. Exercitus Gundobaldum ſequitur.

Poſt hæc exercitus ab vrbe Pictaua remotus inantea, poſt Gundobaldum proficiſcitur. Secutiq; ſunt eum de Turonicis multi lucri cauſa: ſed Pictauis ſuper eum irruentib⁹ nonnulli interempti, plurimi vero ſpoliati redierunt. Hi aũt qui de his ad exercitum prius iunxerant pariter abierunt. Itaque exercitus ad Dorononiam fluuium accedẽs, præſtolari cœpit, quid de Gundobaldo cognoſceret. Cui ſi vt ſupradictũ eſt, adhæſerant dux Deſiderius & Bladaſtes cum Vuaddone maiore domus Riguntbis reginę. Erant enim primi cum eo Sagittarius epiſcopus & Mummolus. Sagittarius enim iam promiſſionem de epiſcopatu Tholoſano acceperat.

Cap. ... Eberulfus ...

Dum aũt hæc agerentur miſit rex Guntheramnus Claudium quendam dicens, Si abieris, inquit, & eiectũ de baſilica Eberulfum aut gladio interemeris, aut catenis vinxeris, magnis te muneribus locupletabo. Veruntamen ne ſanctæ baſilicæ iniuriã inferas omnino, cõmoneo. Ille vero vt erat vanitati atq; auaritiæ deditus, velociter Pariſios aduolauit. Vxor enim ei ex Meldenſi territorio erat. Voluere animo cœpit, vtrum Fredegundem reginam videret, dicens, Si eam videro, elicere ab ea aliqd muneris poſſum: ſcio enim eã eſſe homini ad quẽ directus ſum inimicam. Tunc accedens ad eam de præſenti munera magna capiẽs, ꝓmiſſiones multas elicuit, aut extractũ à baſilica Eberulfum occideret, aut circumuentũ dolis catenis vinciret, aut certe in ipſo eum atrio trucidaret. Regreſſus aũt ad Dunenſe caſtrum, comitẽ cõmonet vt in trecentos viros quaſi ad cuſtodiẽdas Turonicæ vrbis portas, adiungeret: ſcilicet vt cum veniſſet p eorũ ſolatiũ, Eberulfum poſſet opprimere. Cumq; comes loci viros iſtos commoueret, Claudius Turonos acceſſit. Et cum iter ageret, vt cõſuetudo eſt barbarorũ, auſpicia intẽdere cœpit, ac dicere ſibi eſſe cõtraria: ſimulq; interrogare multos ſi virtus beati Martini de præſenti manifeſtaretur in pfidis. Aut certe ſi aliquis iniuriam in eum ſperantibus intuliſſet, ſi ꝓtinus vltio ſequeretur. Igitur poſtpoſitis, vt diximus, viris q ad ſolatium ei⁹ venire debuerant, ipſe ad baſilicam ſanctam acceſſit. Statimq; infœlici Eberulfo cõiunct⁹, ſacramẽta dare cœpit, ac iurare per omnia ſacroſancta, vel virtutẽ præſentis antiſtitis, nullum in cauſis eius fore fideliorẽ, qui ita cũ rege cauſas ei⁹ poſſit exſerere. Hoc enim apud ſe conſiliũ habuerat miſerrimus, Niſi eum peierando decepero, nõ vincam. Verum vbi vidit Eberulfus, q ei talia cum ſacramẽto in ipſa baſilica ac p porticus, & ſingula loca atrii veneranda, ꝓmitteret, credidit miſer homini peieranti. Die aũt altero cum nos in villa quaſi millia xxx. ab vrbe commoraremur, ad cõuiuium baſilicæ ſanctę cum eodẽ & reliquis ciuibus eſt adſcitus: ibiq; eum Claudius gladio ferire voluit, ſi pueri eius longi⁹ adſtitiſſent. Veruntamẽ nunq̃ hæc Eberulfus, vt erat vanus aduertit. Poſtquam autem cõuiuium eſt finitum, ipſe ſimul ac Claudius per atriũ dom⁹ baſilicæ deambulare cœperunt ſibi inuicem fidem ac charitatem ſacramẽtis intercurrentibus promittentes. His ita loquẽtibus ait Claudius Eberulfo, Delectat animum ad metatum tuum haurire potum, ſi vina odoramentis eſſent immixta, aut certe potentioris vini libationẽ ſtrenuitas tua requireret. Hæc eo dicente, gauiſus Eberulfus, reſpõdit habere ſe dicens, & omnia q̃ volueris ad metatum meum reperies: tantũ vt dignetur dominus me⁹ tuguriũ ingredi manſionis meæ. Mittitq; pueros, vnum poſt alium ad requirenda potẽtiora vina, Laticina videlicet atq; Gatizina. Cumq; illum à pueris relictum ſolum Claudius cõſpexiſſet, eleuata cõtra baſilicã manu, ait, Martine beatiſſime fac me vxorem cũ parentib⁹ cito videre. Infœlix enim in diſcrimine poſit⁹, & hunc interficere in atrio cogitabat, & virtutẽ ſancti antiſtitis metuebat. Tunc vnus è pueris Claudii q erat robuſtior, adprehenſum Eberulfum à tergo, validioribus lacertis adſtringit reſupinatumq; pectus eius ad iugulandum præbet. At Claudius extracto à baltheo gladio, ad eũ dirigit. Sed & ille prolatũ à cingulo ferrũ ſe ad percutiendũ dum teneretur adaptat. Cumq; Claudi⁹ eleuata dextera, cultrũ ei⁹ pectori iniecisſet, & ille nõ ſegniter ſub aſcella illius pugionẽ defixiſſet, retractoq; ad ſe, librato ictu, pollicẽ Claudii intercidit. Ex hoc cõuenientes pueri ei⁹ cũ gladiis, Eberulfum diuerſis ictib⁹ ſauciant. Quorũ de manu dilapſ⁹, dũ fugere iã exanimis niteretur, extracto gladio ca-

Claudius ... Eberulfum.

A

put eius grauiſſime verberant, effuſoq; cerebro cecidit, & mortuus eſt: nec promeruit ab eo ſaluari, quẽ fideliter nunquã intellexit expoſcere. Igitur Claudius timore perterrit⁹, cellulam abbatis expetiit, ab eo tutari ſe cupiens, in cu⁹ patronum reuerentiã habere non ſapuit. Illo quoq; reſidente, ait, Perpetratum eſt ſcelus immenſum, & niſi tu ſubueneris, peribimus. Hæc eo loquente, irruerunt pueri Eberulfi cum gladiis ac lanceis. Obſeratumq; reperiẽtes oſtiũ effractis cellulæ vitreis haſtas ꝑ parietis feneſtras iniiciũt, Claudiumq; iam ſemiuiuum ictu transfigunt. Satellites aũt ei⁹ poſt oſtia & ſub lectis abduntur. Abbas adprehenſus à duob⁹ clericis, inter gladiorũ acies, vix viuus eripitur: reſeratiſq; oſtiis turba gladiatorum ingreditur. Nonnulli etiã matriculariorũ & reliquorum pauperum, pro ſcelere cõmiſſo tectum cellulæ conantur euertere. Sed & energumeni ac diuerſi egeni cum petris & fuſtib⁹ ad vlciſcendam baſilicæ violentiam ꝓficiſcuntur, indigne ferẽtes, cur talia q̃ nunq̃ facta fuerant, eſſent ibidẽ ꝑpetrata. Quid plura? Extrahũtur fugaces ex abditis, & crudeliter trucidãtur. Pauimẽtũ cellulæ tabo maculatur.

Claudius interficitur.

B

Poſtquã vero interempti ſunt, extrahũtur foras, & nudi ſup humũ frigidã relinquuntur. Percuſſores vero nocte ſequẽti adprehenſis ſpoliis fuga dilabuntur. Adfuit aũt Dei vltio de præſenti ſuper eos q beatum atrium humano ſanguine polluerunt. Sed nec eius facin⁹ paruum eſſe cenſetur, quẽ talia beat⁹ antiſtes pferre pmiſit. Magnam ex hoc rex iracũdiam habuit, ſed cognita ratione quieuit. Res tamẽ ipſi⁹ infœlicis tam mobiles quam immobiles, q à prioribus relictũ fuerat, ſuis fidelib. condonauit: q vxorem eius valde ſpoliatam, in ſancta baſilica reliquerũt. Corp⁹ vero Claudii & reliquorũ, parentes proximi auferentes in ſuam regionẽ ſepelierunt.

Cap. 30. Gundobaldi literæ intercipiuntur.

Igitur Gundobald⁹ duos ad amicos ſuos legatos direxit, clericos vtique: ex quibus vnus abbas Cadurcinæ vrbis, literas quas acceperat, cauata codicis tabula ſub cera recondidit. Sed adprehenſus ab hominibus regis Gunthchramni, repertis literis in regis præſentiam eſt deductus: qui cæſus grauiſſime, in cuſtodiam eſt retruſus.

C

Cap. 31.

Erat tunc temporis Gundobaldus in vrbe Burdegalenſi à Berthchramno epiſcopo valde dilect⁹: inquirens aũt quæ ei cauſæ ſolatium præbere poſſent, narrauit quidam, q aliqs in partib⁹ orientis rex, ablato ſancti Sergii martyris pollice, in dextro brachio corporis ſui inſeruiſſet. Cũq; ei neceſſitas ad depellendũ inimicos obueniſſet, in hoc confiſus auxilio, vbi dextri lacerti erexiſſet vlnam, ꝓtinus multitudo hoſtiũ quaſi martyris oppreſſa virtute labebatur in fugã. Hęc audiẽs Gundobaldus, inquirere diligentius cœpit quiſnam eſſet in eo loco q reliquias ſancti Sergii martyris meruiſſet accipere. Interea ꝓditus ab epiſcopo Berthchrãno Eufrõ negociator ꝑ inimicitiã quia inuitũ aliquando eum totunderat, inhians facultati eius. Quod ille deſpiciens, ad aliam vrbẽ tranſiens, cæſarie creſcente regreditur. Ait ergo epiſcop⁹: Eſt hic qdã Syrus Eufron nomine, qui de domo ſua eccleſiã faciẽs, hui⁹ ſancti reliquias collocauit: & plurima ex his ſigna virtute martyris opitulante cõſpexit. Nam cũ tẽpore quodam Burdegalenſis ciuitas maximo flagraret incẽdio, hæc dom⁹ circundata flammis, nullatenus eſt aduſta. Iſta eo dicẽte, ſtatim Mũmol⁹ curſu rapido cũ epiſcopo Berthchramno ad domũ Syri accedit: vallatoq; homine, pignera ſibi ſancta præcepit oſtendi. Negat ille: tamen cogitans q ꝑ malitia aliqua ei hæ pararentur inſidiæ, ait, Noli fatigare ſenẽ, nec ſancto inferre iniuriam ſed acceptis à me cẽtum aureis abſcede. Illo quoq; inſiſtẽte vt ſanctas videret reliquias, ducẽtos aureos obtulit & nec ſic obtinuit eũ recedere niſi ipſa pignera viderentur.

Miracula ad reliquias S. Sergii.

D

Tunc Mũmolus eleuari ad parietẽ ſcalam iubet. erant enim in ſublimi parietis cõtra altariũ in capſula recõditæ diaconũ ſuũ ſcandere pcepit. Qui ꝑ grad⁹ ſcandẽs ſcalæ, adprehẽdẽs capſam, ita tremore cõcuſſus eſt, vt nec viuens putaretur ad terram reuerti. Attamen accepta, vt diximus, capſula q̃ de pariete pendebat, detulit. Qua ꝑſcrutata Mummolus os de ſancti digito reperit, q cultro ferire nõ metuit. Poſito enim deſup cultro, & ſic de alio percutiebat. Cumq; poſt multos ictus vix frangi potuiſſet, diuiſum in tres partes oſſiculũ diuerſas in partes dilabitur. Credo nõ erat acceptum martyri, vt hęc ille contingeret. Tunc flente vehementius Eufronio, proſternuntur oẽs in orationẽ, deprecantes vt Deus dignaretur oſtendere q̃ ab oculis fuerant humanis ablata. Poſt orationem aũt repertæ ſunt particulæ, quib⁹ vna Mummolus adſũpta, abſceſſit: ſed nõ (vt credo) cũ gratia martyris, ſicut in ſequenti declaratũ eſt. Dum aũt in hac vrbe morarentur, Fauſtianũ presbyterũ Aquenſi vrbi epiſcopũ ordinari præcipiunt. Nuper enim in Aquenſi vrbe epiſcopus obierat, & Nicetius comes loci illius, germanus Ruſtici, vici Iulienſis epiſcopi præceptionẽ ab Chilperico elicuerat, vt tonſurat⁹ ciuitati illi ſacerdos daretur. Sed Gũdobald⁹ deſtruere nitẽs eius decreta, conuocatis epiſcopis iuſſit eũ benedici. Berthchrãnus aũt epiſcopus q erat metropolis, cauẽs futura, Palladiũ Sanctonicũ iniũgit qui eũ benediceret. Nã oculi ei eo tẽpore à lippitudine grauabantur. Fuit aũt ad hãc ordinationẽ & Oreſtes Vaſatẽſis epiſcop⁹: ſed negauit hoc corã rege.

E

Cap. 32. Virgæ conſecratæ.

Poſt hoc miſit iterum Gundobaldus duos legatos ad regẽ cum virgis cõſecratis, iuxta ritũ Francorũ, vt ſcilicet nõ cõtingerẽtur ab vllo, ſed ex poſita legatione cũ reſpõſo reuerterentur. Sed hi incauti, priuſq̃ regis præſentiam cernerent, multis q̃ petebant explanauerunt. Exẽplo ſermo cucurrit ad regem: itaq; vincti catenis in regis præſentiam, deducũtur. Tũc illi quid q̃rerent, ad quẽ directi, vel à quo fuerint miſſi negare nõ auſi, aiũt, Gũdobaldus qui nuper ab oriente veniẽs, dicit ſe filiũ eſſe patris veſtri regis Chlotarii, miſit nos vt debitã portionẽ regni ſui recipiat: ſin aũt à vobis non redditur noueritis eũ in has partes cũ exercitu eſſe vẽturũ. oẽs enim viri fortiſſimi regionis illius q̃ vltra Dorononiã ſita ad Gallias pertinet, ei cõiuncti ſunt: & ita infit, Iudicabit tunc De⁹ cum in vnius cãpi planitie iunxerimus, vtrũ ſim Chlotharii filius, an nõ. Tunc rex furore ſucceſſus iuſſit eos ad trocleas extẽdi, & fortiſſime cædi, vt ſi vera eſſent q̃ dicerẽt, euidẽtius adprobarẽt: & ſi aliquid doli adhuc intra pectorum arcana retinerent, vis tormentorũ extorqueret inuitis. Deinde increſcentibus ſuppliciis, aiunt, neptẽ illius, id eſt regis Chilperici filiã cũ Magnulfo Tholoſanorũ epiſcopo exilio deputatã, theſauros oẽs ab ipſo Gũdobaldo ſublatos, reddidiſſe ipſum quoq; regẽ ab omnib. maiorib⁹ natu Childeberti regis expetitũ eſſe ſed præſertim cũ Gũthchrãnus Boſo ante hos annos Cõſtantinopolim abiiſſet, ipſum in Gallias inuitaſſe.

Legati Gundobaldi vinciuntur.

F

G

Cap. 33. Childeberto nepoti Gunthchrãnus regnũ cedit.

Quibus cæſis & in carcerẽ retruſis, rex arceſſiri nepotẽ ſuũ Childebertũ iubet vt ſcilicet cõiuncti pariter homines iſtos audire deberent. Deniq; cum ſimul cõiuncti, viros interrogarent, retexuerunt ea regibus ſimul aſtantib⁹, q̃ prius ſolus rex Gunthchrãnus audiuit. Adſerebant etiã conſtãter hanc cauſam, ſicut iã ſupra diximus omnibus ſenioribus in regno Childeberti regis eſſe cognitã. Et ob hoc nõnulli de priorib. regis Childeberti in hoc placitũ abire timuerunt, q in hac cauſa putabãtur eſſe participes. Poſt hęc rex Gũthchrãnus data in manu regis Childeberti haſta, ait, Hoc eſt indiciũ q tibi omne regnũ meũ tradidi. Ex hoc nũc vade & oẽs ciuitates meas tanq̃ tuas ꝓprias, ſub tui iuris dominationẽ ſubiice. Nihil enim facientib⁹ peccatis, de ſtirpe mea remãſit, niſi tu tantum qui mei fratris es filius. Tu enim hæres in omni regno meo ſuccede, cæteris exhæredibus factis. Tũc relictis omnibus adſumpto ſeorſum puero clã locutus eſt, prius obteſtãs diligentiſſime ne ſecreta cõlocutio vlli hominũ panderetur. Tunc indicauit ei quos in conſilio haberet, aut ſperneret à cõloquio: quibus ſe crederet, quos vitaret, quos honoraret muneribus, quos ab honore depelleret. In ſuper interdicẽs vt Egidiũ epiſcopũ q ei ſemper inimicus extiterat, nullo modo aut crederet aut haberet, quia & ipſi & patri ſuo ſæpius peierauſſet. Deinde cum ad conuiuiũ conueniſſent, cohortabatur Gunthchrãnus rex oẽm exercitũ, dicẽs, Videte, ô viri quia fili⁹ meus Childebertus iã vir magn⁹ effect⁹ eſt. Videte, & cauete ne eũ ꝓ paruulo habeatis. Relinquite nũc peruerſitates, atq; præſumptiones quas exercetis, quia rex eſt cui vos nũc deſeruire debetis. Hæc & his ſimilia locutus, ꝑ triduũ epulantes atq; iocũdantes multiſq; muneribus locupletãtes, cũ pace diſceſſerũt. Tũc ei reddidit rex Gũthchramnus omnia q̃ pater eius Sygibertus habuerat, obteſtãs ne ad matrem accederet, ne forte aliquis daretur aditus, qualiter ad Gundobaldũ ſcriberet. aut ab eo ſcripta ſuſciperet.

H

Igitur Gũdobaldus cum audiſſet ſibi exercitum propinquare, relictus à Deſiderio duce, Garonnam cum Sagittario epiſcopo, Mũmolo, & Bladaſte ducibus atq; Viaddone trãſiuit Conuenas petentes. Eſt enim vrbs in cacumine mõtis ſita, nulliq; monti cõtigua. Fons magnus ad radicẽ montis

A

erumpens, circundatꝰ turre tutiſſima: ad quē per cuniculū deſcendentes ex vrbe, latenter latices hauriunt. Hanc n. ingreſſus vrbem, in initio quadrageſimæ, locutꝰ eſt ciuibꝰ dicens, Noueritis me eum omnib. qui in regno Childeberti habentur, electū eſſe regem, atq; habeti mecū nō modicū ſolatiū. Sed quoniā frater meꝰ Gūthchramnꝰ rex, immēſum aduerſus me mouet exercitum, oportet vos alimenta atq; cunctam ſupellectilē intra murorū munitionē concludere, vt ſcilicet dum nobis illa pietas diuina auget ſolatium, non pereatis inopia. Hæc illis credentib. quæcunq; habere potuerunt cōlocantes in vrbe, præparabant ſe ad reſiſtendum. Eo tēpore Gunthchramnꝰ rex miſit literas ad Gundobaldū ex nomine Brunichildis reginæ, in qb. erat ſcriptum, vt relicto exercitu & in loca ſua abire iuſſo, ipſe remotior apud Burdegalenſem vrbē hibernx deduceret. Scripſerat n. hæc doloſe, vt de eo pleniꝰ quid ageret, poſſet agnoſcere. Igitur cōmorāte eo apud vrbē Conuenas, locutꝰ eſt incolis dicēs, Ecce iam exercitus adpropinquat, egredimini ad reſiſtendum. Quib. egredientib. hi occupantes portas atq; claudētes, excluſo foris populo, cum epiſcopo loci cuncta quæ in vrbe inuenire potuerāt, ſuis ditionib. ſubdiderunt. Tantaq; ibi multitudo annonæ atq; vini reperta eſt, vt ſi viriliter ſtetiſſent, p multorū annorū ſpacia victꝰ alimentis nō egerent.

B

Gundobaldus Conuenas vrbē dolis inuadit.

Cap. 35. Gūdobaldi theſauri capiuntur.

Audierant n. eo tempore duces Gunthchramni regis Gūdobaldum vltra Garonnā in litore reſidere cum ingenti hoſtiū multitudine: ipſoſq; theſauros quos Riguntbis tulerat ſecū retinere. Tunc impetu facto cū equis Garonnā nando tranſiere, nōnullis de exercitu in amne demerſis. Reliq in litus egreſſi, requirentes Gundobaldū, inuenerūt camelos cū ingenti pōdere auri atq; argenti, ſiue equos quos feſſos per vias reliquerat. Audientes deinceps eos intra muros vrbis Cōuenicæ commorari, relictis plauſtris ac diuerſis impedimentis cū populo minore robuſtiores viri ipſum ſicut iam Garonnā tranſierant, inſequi deſtināt. Quib. properantibus

D. Vincentii agonis locus.

venerunt ad baſilicā ſancti Vincentii, quæ eſt iuxta terminū Agennenſis vrbis, vbi ipſe martyr pro Chriſti nomine agonē dicitur conſūmaſſe inueneruntq; eā refertā diuerſis theſauris incolarū. Erat n. ſpes incolis nō eſſe à Chriſtianis tanti martyris baſilicam violandam, cuiꝰ oſtia ſummo ſtudio obſerata erant. Nec mora, adpropinquās exercitꝰ cum reſerare

C

tēpli valuas nō valeret, ignem accendit: cōſumptiſq; oſtiis, omnem ſubſtantiā, cunctāq; ſupellectilē quā in ea inuenire potuerunt, cum ſacris miniſteriis abſtulerunt. Sed multos ibi vltio diuina cōterruit. Nā pleriſq; manꝰ diuinitꝰ vrebantur, emittentes fumum magnū ſicut ex incendio ſurgere ſolet. Nōnulli arrepti à dæmone per energiam debacchantes martyrē declamabant. Plurimi vero ſemoti à ſeditione propriis ſe iaculis ſauciabant. Reliquū vero vulgꝰ inante nō ſine grādi metu progreſſum eſt. Quid plura? Conueniunt ad cōnenas: ſic n. diximus nomē vrbis: omniq; phalanga in ſuburbana vrbis cāpania caſtrametata eſt: ibiq; extenſis tentoriis, reſidebat. Vaſtabatur in circuitu tota regio: nonnulli aūt ab exercitu, quos fortior auaritiæ aculeus terebrabat, longius euagantes perimebantur ab incolis.

Sacrilegorū punitio.

Cap. 36. Cōuicia in Gundobaldum.

Abſcondebant n. ſe multi per collem, & eum Gundobaldo ſæpius loquebātur, inferentes ei cōuicia ac dicentes, Tune es pictor ille qui tēpore Chlotharii regis per oratoria, parietes atq; cameras caraxabas? Tune es ille quē Ballomerē nomine ſæpius Galliarum incolæ vocitabāt? Tune es ille qui plerunq; à regib. Francorum propter has præſumptiones quas profers, tōſuratus, & exilio datꝰ es? Vel quis te infœliciſſime hominū in hæc loca adduxit, edicito. Quis tibi tantā audaciā, præſtitit, vt dominorū ac regū noſtrorū fines auderes adtingere? certe ſi à quoq̄ es euocatꝰ, clara voce reſtate. En tibi ante oculos mortē expoſitā: en ipſā q̄ diu quæſiſti exitii foueam, in q̄ præceps deiiciatis. Dic ſatellites viritim, vel a quib. inuiteris enūcia. At ille cū hæc audiret, propiꝰ ſup portā adſtans dicebat, Quod me Chlotharꝰ pater meus exoſū habuerit, haberit incognitū nulli: q aūt ab eo vel deinceps à fratrib. ſim tonſuratꝰ, manifeſtū eſt omnib. Et hæc

D

Gundobaldus vita.

me cauſa Narſeti præfecto Italiæ iunxit: ibiq; vxorē accipiens, duos filios generaui. Qua mortua, adſūptis mecū liberis, Cōſtātinopolim abii. Ab imperatorib. vero ſuſceptꝰ benigniſſime, vſq; ad hoc tēpꝰ vixi. Ante hos n. ānos cū Gunthchramꝰ Boſo Cōſtantinopolim abiiſſet, & ego ſollicitꝰ cauſa fratrum meorum diligenter rimarer, cognoui generationē noſtrā valde adtenuatam, nec ſupereſſe de ſtirpe noſtra niſi Childebertum & Gontchramnū, fratrem ſcilicet, & fratris mei filiū. Filii enim Chilperici regis cū ipſo interierāt, vno tantum paruulo derelicto. Gunthchramnꝰ frater meꝰ filios nō habebat. Childebertꝰ nepos noſter, minime fortis erat. Tūc Gunthchrāmꝰ Boſo his mihi diligēter expoſitis, inuitauit me, dicens, Veni quia ab omnib. regni regis Childeberti principibus inuitaris, nec quiſq; contra te mutire auſus eſt. Scimꝰ enim omnes te filium eſſe Clotharii: nec remanſit in Galliis qui regnū illud regere poſſit, niſi tu aduenias. At ego

E

datis ei multis munerib. per duodecim loca, ſancta ab eo ſuſcepio ſacramēta vt ſecurꝰ in hoc regnū accederē. Veni enim Maſſiliā, ibiq; me epiſcopꝰ ſumma benignitate ſuſcepit: habebat enim ſcripta ſeniorū regni nepotis mei. Ex hoc enim Auinionem acceſſi, iuxta placita patricii Mummoli. Gunthcrānus vero immemor ſacramēti ac promiſſionis ſuæ, theſauros meos abſtulit, & in ſuā ditionē ſubegit. Nunc aūt recognoſcite quia ego ſum rex, ſicut & frater meꝰ Gunthchāmꝰ. Tamē ſi tanto odio noſtro mens veſtra graſſatur, vel ad regē veſtrū deducar, & ſi me cognoſcit fratrē, q voluerit faciat. Certe ſi nec hoc volueritis, vel liceat mihi regredi vnde priꝰ egreſſus ſum: abibo n. & nulli quicquā iniuriæ inferam. Tamē vt ſciatis vera eſſe quæ dico, Radegundē Pictauā, & Ingetrudē Turonicā interrogate: ipſæ n. vobis adfirmabūt certa eſſe quæ loquor. Hæc eo dicente, multi cum cōuiciis & improperiis hæc verba proſequebantur.

F

Cap. 37.

Machinæ bellicæ.

Quintus & decimus in hac obſidione effulſerat dies, & Leudegiſilꝰ nouas ad deſtruendā vrbem machinas præparabat: plauſtra n. cum arietibꝰ, clitellis & axib. texta, ſub quib. exercitꝰ properaret ad deſtruendos muros. Sed cum adpropinquaſſent, ita lapidib. obruebantur, vt omnes adpropinquātes muro corruerent. Cuppas cū pice & adipe accenſas ſupra eos proiiciētes, alias vero lapidib. plenas ſup eos deiiciebāt. Sed cum nox certamina prohiberet, hoſtes ad caſtra regreſſi ſunt. Erat autē cum Gundobaldo & Cariulfus valde diues ac præpotens, cuiꝰ apothecis ac prōptuariis vrbs valde referta erat: de cuiꝰ ſubſtantia hi maxime alebātur. Bladaſtes aūt hæc cernens quæ gerebantur, metuens ne Leudegiſilꝰ obtēta victoria eos morti traderet, impoſito igne in eccleſiæ domo, cōcurrentib. ad incēdium mitigandū incluſis, ille fuga dilapſus abſceſſit. Mane aūt facto, exercitꝰ iterū ad bella conſurgit, ac ex virgis faſces faciunt, quaſi ad cōplendam vallē profundā, quæ à parte orientis ſita erat: ſed nocere hæc machina nihil potuit: Sagittariꝰ vero epiſcopus, frequētius muros cum armis circumibat, & ſæpius lapides contra hoſtem manu propria iecit è muro.

G

Bladaſtes ... fuga.

Cap. 38.

Deniqueii qui vrbē impugnabant, cum viderent q nihil proficere poſſent, nuncios occultos ad Mummolum dirigunt, dicentes, Recognoſce dominum tuum, & à peruerſitate iſta tandem aliquando deſiſte. Quæ n. te amentia vallat, vt ignoto homini ſubiungaris? Vxor n. tua iam cum filiis captiuata eſt: filii tui vtpote iam interfecti ſunt. Quo ruis? quidve præſtolaris, niſi vt corruas? Hæc ille mandata accipiens, dixit, Iam vt video regnum noſtrum finē accipit, & potentia cadit. Vnum ſupereſt, ſi ſecuritatem vitę me habere cognoſcerem, de multo vos labore poteram remouere. Diſcedentib. nunciis, Sagittariꝰ epiſcopꝰ cū Mummolo, Cariulfo atq; Vuaddone, ad eccleſiā pergit: ibiq; ſibi ſacramēta dederūt, vt ſi de vitæ promiſſione certiores fierent, relicta amicitia Gundobaldi, ipſum hoſtib. traderent. Reuerſi iterū nuncii, promiſerunt eis vitæ ſecuritatē. Mūmolꝰ vero dixit, Hoc tātū fiat, ego hunc in manu veſtra tradā: & ego recognoſcens dominū meū regē, ad eiꝰ præſentiā propabo. Tunc illi promittunt, q ſi hæc impleret, ipſum in charitate ſuſciperent. Et ſi eum regi excuſare nō poſſent, in eccleſiā ponerent, ne vitæ amiſſione mulctaretur. Hæc cum ſacramenti interpoſitione polliciti, diſceſſerunt. Mummolꝰ vero, cū Sagittario epiſcopo, & Vuaddone ad Gundobaldō pgentes, dixerunt Sacramenta fidelitatis qualia tibi dedimꝰ ipſe q præſens es noſti. Nunc autē accipe ſalubre cōſiliū. diſcede ab hac vrbe, & repræſentare fratri tuo, ſicut ſæpe quæſiſti. Iā enim cū his hominib. cōlocuti ſumꝰ, & ipſi dixerent, q nō vult rex perdere ſolatiū tuū eo q parū de generatione veſtra remāſerit. At ille intelligēs dolū eorū lachrymis perfuſꝰ ait, Inuitatione

H

Gundobaldum produnt hoſtibus.

A vestra in has Gallias ſum delatus. Theſaurorum vero meorum, in quibus immenſum pondus argenti continetur & auri, ac diuerſarum ſpecierum, aliquid in Auennica vrbe retinetur, aliquid Gunthchramnus Boſo diripuit. Ego vero iuxta Dei auxilium ſpe omni in vobis poſita, vobis conſilium meum credidi: per vos regnare ſemper optaui. Nunc cum Deo vobis ſit actio, ſi quid mihi mendacij dixeritis: ipſe enim iudicet cauſam meam. Hæc eo dicente, reſpondit Mummolus, Nihil tibi fallaciter loquimur: ſed ecce viros fortiſſimos ſtantes ad portam, tuum operientes aduentum. Nunc autem depone balthenm meum aureum quo cingeris, ne videaris in iactantia procedere: & tuum accinge gladium, meumque reſtitue; & ille, Non ſimpliciter, inquit, hæc verba ſuſcipio, vt ea quæ de tuis vſq; nunc in charitate vſus ſum, à me auferantur. Mummolus vero adſerebat cum iuramento, nihil ei moleſtè fieri. Egreſſi igitur portam, ab Ollone Biturigum comite, & Bolone ſuſceptus eſt. Mummolus autem cum ſatellitibus in vrbem regreſſus, portam firmiſſimè obſerauit. Hic autem cum ſe in manibus inimicorum cerneret tra-
B ditum, eleuatis ad cœlum manibus & oculis, ait, Iudex æterne, & vltio vera innocentium, Deus à quo omnis iuſtitia procedit, cui mendacium non placet, in quo nullus dolus neque verſutia malitiæ continetur, tibi commendo cauſam meam, deprecans vt ſis velociter vltor ſuper eos qui me inſontem manibus tradiderunt inimicorum.

Cruce conſignat ſe Gundob.

Hæc cum dixiſſet, conſignans ſe cruce dominica, abire cœpit cum hominibus ſupradictis. Cumque à porta ſe elongaſſent, ſicut eſt circa vrbem vallis tota in præcipitium, impulſus ab Ollone cecidit, illo quoque clamante: En vobis Ballomerem veſtrum, qui ſe regis & fratrem dicit & filium. Et immiſſa lancea, voluit eum transfigere, ſed repulſa à circulis loricæ nihil nocuit. Denique cum eleuatus ad montem regredi niteretur, Boſo emiſſo lapide caput eius librauit, qui cecidit, & mortuus eſt.

Gundobaldus occiditur.

Venitque omne vulgus, & defixis in eum lanceis, pedes eius fune ligantes, per omnia exercituum caſtra traxerunt: euellenteſque cæſariem ac barbam eius, inſepultum ipſo in loco quo interfectus fuerat, reliquerunt. Nocte vero ſequenti, ij qui primi erant, omnes theſauros quos in vrbe
C repente potuerunt cum miniſterijs Eccleſiæ clam abſtulerunt. Mane vero reſeratis portarum valuis, immiſſo exercitu, omne vulgus incluſum in ore gladij tradiderunt, Sacerdotes quoque Domini cum miniſtris ad ipſa Eccleſiarum altaria trucidantes. Poſtquam autem cunctos interfecerunt, vt non remaneret mingens ad parietem, omnem vrbem cum Eccleſijs reliquiſque ædificijs ſuccenderunt, nihil ibi præter humum vacuam relinquentes.

Cap 39. Sagittarius Epiſcopus cum Mummolo cadunt.

Igitur Leudegiſilus rediens ad caſtra cum Mummolo & Sagittario, Carulfo, & Vuaddone, nuncios occultè ad regem dirigit, quid de his fieri velit. At ille capitali eos iuſſit finire ſententia. Vuaddo tunc cum Carulfo, relictis filijs obſidibus, diſceſſerunt ab eis. Delato quoque nuncio de horum interitu, cum hoc Mummolus aduertiſſet, accinctus armis tugurium Leudegiſili petit. At ille videns eum, ait: Quid ſic, inquit, quaſi fugiens venis? cui ille, Nihil vt video, de fide promiſſa ſeruatur: nam cerno me in mortis exitio poſitum. Cui ille, Ego egrediar foras, & omnia mitigabo. Quo egrediente, confeſtim ex iuſſu eius vallata eſt domus, vt hic inter-
D ficeretur. Sed & ille cum diutiſſime contra bellantes reſtitiſſet, venit ad oſtium. Cumque egrederetur, duo cum lanceis vtraque ei latera feriunt, ſicque cecidit, & mortuus eſt. Quo viſo Epiſcopus, dum timore conſternatus paueret, ait ad eum quidam de aſtantibus, Inſpice proprijs oculis Epiſcope, quæ geruntur: & tecto capite, ne agnoſcaris, ſiluam pete, vt abſcondaris paululum, atque ira labente poſſis euadere. At ille accepto conſilio, dum obtecto capite fugere niteretur, extracto quidam gladio caput eius cum cucullo decidit. Deinde vnuſquiſque ad propria rediens, magnas per viam prædas & homicidia fecit. Fredegundis autem his diebus Cuppanem in Tholoſanum direxit, vt ſcilicet filiam ſuam exinde quocunque modo poſſet, erueret. Ferebant enim pleriq; ob hoc eum tranſmiſſum, vt ſi Gundobaldum reperiſſet vi-

uum, multis illectum promiſſionibus ad eam transduceret. Sed cum hoc facere nequiuiſſet, acceptam Rigun- E
them à loco illo reduxit, non ſine grandi humilitate atq; contumelia.

Cap 40. Gunthchramnus Mummoli theſauros pauperibus & Eccleſiæ diſtribuit.

Igitur Leudegiſilus dux cum theſauris omnibus quos ſuperius nominauimus, ad regem venit: quos poſtea rex pauperibus & Eccleſijs erogauit. Adprehenſa vero vxore Mummoli, inquirere rex cœpit, quid theſauri quos ij congregauerant, deueniſſent. Sed illa cognoſcens virum ſuum interfectum fuiſſe & omnem iactantiam eorum prorſus in terram corruiſſe, omnia pandit, dixitq;. Multum adhuc apud vrbem Auenionenſem auri atq; argenti eſſe, quæ ad regis notitiam non veniſſent. Statimq; iuſſit rex viros qui hæc deferre deberent cum vno puero, quem valde creditũ Mummolus habens, hæc ei commendauerat. Adeuntes autem acceperunt omnia quæ in vrbe relicta fuerant. Ferunt autem ducenta & quinquaginta talenta argenti fuiſſe: auri vero amplius quam triginta. Sed hæc, vt ferunt, de reperto antiquo theſauro abſtulit. Quod rex diuiſum cum Childeberto rege nepote ſuo, partem ſuam F
maximè pauperibus eſt largitus: mulieri autem nihil amplius quam ea quæ de parentibus habuerat, relinquens.

Cap 41. Gygas de gente Mummoli.

Tunc & homo ille immenſi corporis ad regem de Mummoli familiaribus adductus eſt, ita magno corpore elatus, vt duos aut tres pedes ſuper longiſſimos homines putaretur magnus, lignarius faber, qui non multo poſt obijt.

Cap. 42.

Poſt hæc edictum à iudicibus datum eſt, vt qui in hac expeditione tardi fuerant, damnarentur. Biturigum quoque comes miſit pueros ſuos, vt in domo beati Martini quæ in hoc termino ſita eſt, huiuſmodi homines ſpoliare deberent. Sed agens domus illius reſiſtere fortiter cœpit, dicens, Sancti Martini homines ij ſunt: nihil eis quicquam inferatis iniuriæ, quia non habuerunt conſuetudinem in talibus cauſis abire. At illi dixerunt, Nihil nobis & Martino tuo, quem ſemper in cauſis inaniter profers: ſed & tu, & ipſi pretia diſſoluetis pro eo quod regis imperium neglexiſtis. Et hæc dicens ingreſſus eſt atrium domus. Protinus dolore percuſſus cecidit, & grauiter agere cœpit. Conuerſuſque ad agentem, voce flebili ait, Rogo vt facias ſuper me crucem domini, & inuoces nomen B. Mar- G
tini. Nunc autem cognoui, quod magna eſt virtus eius: nam ingrediente me atrium domus, vidi virum ſenem exhibentem arborem in manu ſua quæ mox extenſis ramis omne atrium texit, ex ea enim vnus me attigit ramus, de cuius ictu turbatus corrui: & innuens ſuis rogabat vt eijceretur de atrio. Egreſſus autem, inuocare nomen beati Martini attentius cœpit. Ea hoc enim commodius agens, ſanatus eſt.

Violator templi S. Martini punitur.

Cap. 43.

Deſiderius vero infra caſtrorum munitionem ſe reſque ſuas tutauit. Vuaddo maior domus Riguntheis ad Brunichildem reginam tranſijt. Et ab ea ſuſceptus, cum muneribus & gratia eſt dimiſſus. Cariulfus Baſilicam ſancti Martini expetijt.

Cap. 44. Pythoniſſa maximum quæſtum diuinando facit.

Fuit tunc temporis mulier, quæ ſpiritum Pythonis habens, multum præſtabat Dominis diuinando quæſtum. Eoque in gratia profecit, vt ab his libera facta, ſuis voluntatibus laxaretur. Si quis enim aut furtum, aut aliquid mali præferret, ſtatim hæc quo fur abijt, cui tradidit, vel quid ex hoc fecerit, edicebat. Congregabat quotidie aurum argentumque, procedens in ornamentis, ita vt puta- H
retur aliquid eſſe diuinum in populis. Sed cum Agerico Vindunenſi Epiſcopo hæc nunciata fuiſſent, miſit ad cõprehendendum eam. Qua adprehenſa & ad ſe adducta, iuxta id quod in Actibus legimus Apoſtolicis, cognouit in ea immundum ſpiritum eſſe Pythonis. Denique cum exorciſmum ſuper eam diceret, ac frontem oleo ſancto perungeret, exclamauit dæmonium, & quid eſſet prodidit Sacerdoti. Sed cum per eum à puella non excuderetur, abire permiſſa eſt. Cernens vero puella quod in loco illo habitare non poſſet, ad Fredegundem reginam abijt, ibiq; & latuit.

Cap 45. Fames maxima.

Magna hoc anno fames pene Gallias totas oppreſſit: nam plurimi vuarum ſemina, flores auellanarum, nonnulli radices herbæ filicis areſactas redactaſque in pulue-

A rem, admiſcentes parum farinæ, panem conficiebant: multi etiam herbam ſegetum decidentes, ſimiliter faciebant. Fuerunt etiam multi quibus non erat aliquid farinæ, qui diuerſas colligentes herbas, & comedentes tumefacti deficiebant. Plurimi enim tunc ex inedia tabeſcentes, mortui ſunt: grauiter tunc negociatores populum ſpoliauerunt ita vt vix, vel modium annonæ, aut ſemimodium vini vno triente venundarent. Subdebant ſe pauperes ſeruitio, vt quantulumcunque de alimento porrigerent.

Cap. 46. His diebus Chriſtophorus negociator ad Aurelianenſem vrbem abijt. Audierat enim quod eo multum vini delatum fuiſſet. Abiens ergo comparato vino & lintribus iniecto, accepta à ſocero pecunia multa, cum duobus pueris Saxonibus viam equitando terebat. Pueri vero diu dominum exoſum habebant, & plerunque fugerant illũ, eo quod crebrios grauiſſime verberaretur. Cum veniſſent in quandam ſiluã, præcedente domino, puer vnus

Serui dominum necãt. iaculata validè lancea, dominum ſuum tranſfixit. Quo mente, alius cum ſframea caput eius dilacerauit, & ſic ab

B vtroque in fruſta decíſus exanimis eſt relictus. Hi vero accipientes pecuniam, fuga dilapſi ſunt. Frater vero Chriſtophori ſepulto corpuſculo, homines ſuos poſt pueros dirigit: qui iuniorem comprehenſum ligant, ſeniore cum pecunia fugiente. Quibus redeuntibus, cum vinctum laxius reliquiſſent accepta lancea vnum ex his à quibus adducebatur interemit. Sed deductus ab alijs vſq; Turonos diuerſis ſupplicijs adfectus, detruncatusq; patibulo valde exanimis eſt adpenſus.

Cap. 47. Grauia tunc inter Turonicos ciues bella ciuilia ſurrexerunt. Nam Sicharius Ioannis quondam filius, dum natalis dominici ſolemnia apud Montalomagenſem vicum, cum Auſtregiſilo reliquiſque pagenſibus celebraret, preſbyter loci miſit puerum ad aliquorum hominum inuitationem, vt ad domum eius bibendi gratia venire deberent.

Seditio Turonenſis. Veniente vero puero, vnus ex his qui inuitabantur, extracto gladio eum ferire non metuit: qui ſtatim cecidit, & mortuus eſt. Quod cum Sicharius audiſſet, qui inimicitias cum preſbytero retinebat, quod ſcilicet puer eius fuerit interfectus, arreptis armis Eccleſiam petijt, Auſtre-

C giſilum operiens. Ille autem hæc audiens, adprehenſo armorũ adparatu, contra eum dirigit: mixtiſque omnibus cum ſe pars vtraq; conſideret, Sicharius inter clericos ereptus, ad villam ſuam aufugit, relictis in domo preſbyteri cum argento & veſtimentis quatuor pueris ſauciatis. Quo fugiente Auſtregiſilus iterũ inruens, interfectis pueris, aurum argentumque cum reliquis rebus abſtulit. Dehinc cum in iudicio ciuium conueniſſent, & præceptum eſſet vt Auſtregiſilus qui homicida erat & interfectis pueris res ſine audientia diripuerat, cenſura legali condemnaretur: inito placito paucis infrà diebus Sicharius audiens, quod res quas Auſtregiſilus diripuerat, cum Aunone & filio atq; eius fratre Eberulfo retinerentur, poſtpoſito placito, coniunctus Audino, mota ſeditione cum armatis viris inruit ſuper eos nocte. Eliſoque hoſpitio in quo dormiebant, patrem cum fratre & filio interemit: reſq; eorum cum pecoribus interfectiſq; ſeruis abduxit. Quod nos audientes, vehementer ex hoc moleſti, adiuncto iudice, mittimus ad eos legationem, vt in noſtri præſentiam venientes accepta ratione cum pace diſcederent: ne iurgium in amplius pullularet. Quibus venientibus con-

D iunctiſq; ciuibus ego aio, Nolite ô viri in ſceleribus proficere, ne malum longius extendatur, perdidimus enim Eccleſiæ filios: metuimus nunc ne & alijs in hac intentione careamus. Eſtote quæſo pacifici, & qui malum geſſit, ſtante charitate componat, vt ſitis filij pacifici, qui digni ſitis, regnum Dei ipſo Domino tribuente percipere. Sic enim ipſe ait, Beati pacifici, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Ecce enim & ſi illi, qui noxæ ſubditur, minor eſt facultas, argento Eccleſiæ redimetur: interim anima viri non pereat. Et hæc dicens, obtuli argentum Eccleſiæ, ſed pars Chramniſindi quæ mortem patris fratriſq; & patrui requirebat, accipere noluit. His diſcedentibus Sicharius, ita vt ad regem ambularet præparat, & ob hoc Pictauum ad vxorem cernendam proficiſcitur. Cumque

E ſeruum, vt exerceret operam, commoneret, elevataque virga ictibus verberaret, ille extracto balthei gladio, Dominum ſauciare non metuit. Quo in terram ruente, currentes amici, adprehenſum ſeruũ crudeliter cæſum, truncatis manibus & pedibus, patibulo damnauerunt. Interim ſonus in Turonicum exijt, Sicharium fuiſſe defunctũ. Cum autem hæc Chramniſindus audiſſet, commotis parentibus & amicis, ad domum eius properat. Quibus ſpoliatis, interemptis nonnullis ſeruorum, domus omnes tam Sicharij quam reliquorum qui participes huius villæ erant, incendio concremauit, abducens ſecum pecora, & quæcunque mouere potuit. Tunc partes à iudice ad ciuitatem deductæ, cauſas proprias proloquuntur: inuentumq; eſt à iudicibus, vt qui nolens accipere prius compoſitionem, domos incendijs tradidit, medietatem pretij quod ei fuerat iudicatum, amitteret. Et hoc contra leges actum, vt tantum pacifici redderentur, aliam vero medietatem compoſitionis Sicharius redderet. Tunc dato ab Eccleſia argento, quæ iudicauerant accepta ſecuritate componunt, datis ſibi partes inuicem Sacramentis, vt nullo

F vnquam tempore contra alteram pars altera muſſitaret: & ſic altercatio terminum fecit.

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM, LIB. VIII.

Cap. 1. [illegible] IGITVR Gunthchramnus rex anno XXIV. regni ſui de Cabillono progreſſus, Niuernenſem vrbem adgreditur. Inuitatus enim Pariſios veniebat, vt Chilperici filium quem iam Clotharium vocitabant à ſacro regenerationis fonte deberet excipere. Digreſſus vero à Niuerno ad Aurelianenſem vrbem venit, magnum ſe tunc ci-

G uibus ſuis præbens, nam per domos eorum inuitatus abibat, & prandia data libabat. Multum ab his muneratus, muneraque ipſis profluâ benignitate largitus eſt. Sed cum ad vrbem Aurelianenſem veniſſet, erat ea die ſolennitas beati Martini, id eſt IV. nonas menſis quinti. Proceſſitque in obuiam eius immenſa populi turba cum ſignis atque vexillis, canentes laudes. Et hinc lingua Syrorum, hinc Latinorum, hinc etiam ipſorum Iudæorum in diuerſis laudibus variè concrepabat, dicens, Viuat rex, regnumque eius in populis annis innumeris dilatetur. Iudæi vero qui in his laudibus videbantur eſſe participes, dicebant, Omnes gentes te adorent, tibiq; genu flectant, atque tibi ſint ſubditæ. Vnde factum eſt vt celebratis Miſſis, cum rex ad conuiuium reſideret, diceret, Væ genti Iudaicæ malæ & perfidæ, ac ſubdolo ſemper ſenſu viuenti. Ob hoc enim mihi, inquit, hodie laudes adulatorias acclamabant, vt me cunctæ gentes quaſi Dominum adorarent, vt ſynagogam eorum quæ dudum à Chriſtianis diruta eſt, iuberem ope publica ſubleuari: quod inhibente domino nunquam ero facturus. O regem admirabili pru-

H dentia clarum! Sic intellexit doloſitatem hæreticorum, vt ei penitus non valerent ſubripere quæ erant poſtmodum ſuggeſturi. Iam enim mediante epulo rex locutus eſt Sacerdotibus qui aderant dicẽs: Rogo vt in domo mea craſtina die veſtram promerear benedictionem, fiatq; mihi ſalus in ingreſſu veſtro, vt ex hoc ſaluus fiam cum ſuper me humilem veſtrarũ benedictionum verba defluxerint. Hæc eo dicente omnes gratias agentes epulo expleto ſurreximus.

Cap. 2. Gũthchramnus conuiuio excipit Epiſcopos. Mane autem facto, dum rex loca ſanctorum orationis gratia viſitaret ad metatum noſtrum aduenit, erat enim ibi baſilica ſancti Auiti abbatis, cuius in libro miraculorum meminimus. Surrexi gauiſus, fateor, ad occurſum eius, & data oratione depreecor vt in manſione mea eulogias beati Martini dignaretur accipere. Quod ille

A

non reſpuēs, benigno animo ingreſſus, hauſto poculo, admonitis nobis, ad conuiuium lætus abſceſſit. Tunc Berthchramnus Burdegalenſis Epiſcopus cum Palladio Sanctonico valde regi infenſus erat pro ſuſceptione Gundobaldi, cuius ſupra meminimus: ſed & Palladius Epiſcopus ob hoc maximè regis iram incurrerat, quod ei ſæpius fallacias intuliſſet. Diſcuſſi enim ante paululum fuerant ab reliquis Epiſcopis & optimatibus regis, cur Gundobaldum ſuſcepiſſent, cur Fauſtianum Aquis Epiſcopum ad præceptionem eius leuiſſimam ordinaſſent. Sed hanc cauſam ordinationis Palladius Epiſcopus à Berthchramno metropolitano ſuo auferens ſuper ſe deuoluit dicēs, Oculi metropolitani mei valde doloribus artabantur, & ego ſpoliatus & contemptus, inuitus in eo loco adductus ſum. Non potui aliud facere, niſi quæ ille qui omnem principatum Galliarum ſe teſtabatur accipere, imperabat. Cum hæc regi nunciata fuiſſent, valde commotus eſt, ita vt vix obtineri poſſet vt eos ad conuiuium conuocaret quos antea non viderat. Viſoque Berthchramno, interrogat rex: Quis, ait, eſt iſte? diu enim erat quod ab eo viſus non fuerat. dixeruntq;, Hic eſt Berthchramnus Burdegalenſis vrbis Epiſcopus. Cui ille, Gratias, inquit, agimus quod ſic cuſtodiſti fidem generationi tuæ. Scire enim te oportuerat dilectiſſime pater, quod parens eras nobis ex matre noſtra, & ſuper gentem tuam non debueras inducere peſtem extraneam. Cumq; talia & his ſimilia Berthchramnus audiſſet, conuerſus ad Palladium rex ait, Nec tibi ô Palladi Epiſcope, nimium ſunt gratiæ referendæ. Tertio enim mihi (quod Epiſcopo dici iniquum eſt) peierasti, mittens indiculos doloſitate plenos: à me excuſabaris per Epiſtolas, & germanū meum cum ſcriptis alijs inuitabas. Iudicauit n. Deus cauſam meā, cum ego prouocare vos ſemper tanquā Eccleſiæ patres ſtudui, & vos circa me ſemper egiſtis doloſe. Nicaſio autem & Antidio Epiſcopis dixit, Quid vos ô ſanctiſſimi patres pro regionis vtilitate, vel regni noſtri ſoſpitate tractaſtis, edicite. Illis quoq; tacentibus, ablutis rex manibus, accepta à ſacerdotib. benedictione, ad menſam recedit læto vultu & hilari facie, quaſi nihil de contemptu ſuo fuiſſet effatus.

B

Benedictio ſacerdotalis.

Interea tum medio prandij peracto, iubet rex vt diaconum noſtrum qui ante diem ad Miſſas pſalmum reſponſorium dixerat, canere iuberem. Quo canente, iubet iterum mihi vt omnes Sacerdotes qui aderant, per meam commonitionem datis ex officio ſuo ſingulis clericis, coram rege iuberentur cantare. Per me enim ſecundum regis imperium admoniti, quiſque vt potuit in regis præſentia pſalmum reſponſorium decantauit. Cum autem fercula proferrentur, dixit rex, Argentum omne quod cernitis, Mummoli illius periuri fuit. Sed nunc gratia Domini tribuente in noſtram dominationem tranſlatum eſt, nam quindecim ex eo catinos, vt iſtum maiorem cernitis, iam concidi, & non exinde amplius quā hunc & alium de centum ſeptuaginta libris reſeruari. Et quid amplius quam ad opus quotidianum neceſſe eſt me retinere? Non ego, quod peius eſt, alium filium præter Childebertum habeo, cui ſatis ſit de theſauris quos ei pater reliquit: & quæ iam de huius miſerrimi rebus, quæ Auinione inuentæ ſunt, tranſmittere curaui. Reliqua vero pauperum & Eccleſiarum erunt neceſſitatibus tribuenda.

C

Cap. 3. Sacerdotes iubet Gunthchramnus canere.

Mummoli argentum diſtribuitur.

Vnum vos tantummodo Sacerdotes domini, deprecor vt pro filio meo Childeberto domini miſericordiam exoretis. Eſt enim vir ſapiens atque vtilis, vt de multorum annorum æuo vix ita cautus homo reperiri poſſit ac ſtrenuus: quia ſi hunc Deus his Gallijs concedere dignabitur, fortaſſis ſpes erit de eodem gentem noſtram, quæ valde exinanita eſt, poſſe conſurgere. Quod fieri iuxta eius miſericordiam non diffido, eo quod tale fuerit pueri natiuitatis præſagium. Nam in die ſancto paſchæ ſtante fratre meo Sygiberto in Eccleſia, procedente diacono cum ſancto Euangeliorum libro nuncius regi aduenit, vnaq; vox fuit pronunciantis lectionem Euangelicam, ac nuncij dicentis, Filius natus eſt tibi: vnde factū eſt vt omnis populus in vtraq; annunciatione proclamaret pariter: Gloria Deo omnipotenti. Sed baptiſmum in die ſancto Pentecoſtes accepit & rex nihilominus in die ſancto dominicæ natiuitatis eſt ele-

Cap. 4. D *Laus Childeberti.*

E

uatus. Vnde ſi oratio veſtra proſequitur, poterit hic domino annuente regnare. Hæc rege dicente, omnes orationem fuderunt ad dominum, vt vtrumque regem eius miſericordia conſeruaret. Adiecitq; rex, Verum quia mater eius Brunichildis me minatur interimere: ſed nihil mihi ex hoc formidinis eſt, Dominus enim qui me eripuit de manibus inimicorum meorum, & de huius inſidijs liberabit me.

Cap. 5.

Multa tunc & in Theodorum aduerſa locutus eſt, proteſtans, quod ſi ad ſynodum veniret, iterum exilio truderetur dicens, Scio enim quod horum cauſa Germanum meum Chilpericum interfici fecit. Denique nec nos pro viris haberi debemus, ſi eius necem vlciſci non valemus hoc anno. Cui ego reſpondi, Et quis Chilpericum interemit, niſi malitia ſua tuaque oratio? multas enim tibi cōtra iuſtitiā tendit inſidias, quæ ei mortis exitium intulerunt. Quod vt dicam valde hoc per viſionem ſomni inſpexi, cum viderem eum à te tonſurato capite quaſi Epiſcopum ordinari, deinde ſuper cathedram puram ſola fuligine tectam impoſitum ferri, prælucentibus coram eo lychnis ac cereis. Me hæc narrante, rex ait, Vidi & ego aliā viſionem quæ huius interitum nunciauit. Adducebatur enim in conſpectu meo à tribus Epiſcopis vinctus catenis, quorum vnus Tetricus, alius Agricola, tertius vero Nicetius Lugdunenſis erat: è quibus dicebant duo, Soluite quæſumus eum, & caſtigatum abire permittite. Quibus econtrario cum amaritudine Tetricus Epiſcopus reſpondebat, Non fiet ita, ſed igni concremabitur pro ſceleribus ſuis. Et cum diu multumq; quaſi altercantes hæc inter ſe verba proferrent, conſpicio eminus æneum ſuper ignem poſitum feruere vehementer. Tunc me flente, adprehenſum infelicem Chilpericum confractis membris proijciūt in æneum. Nec mora, inter vndarum vapores ita diſſolutus ac liquefactus eſt, vt nullum ex eo penitus indicium remaneret. Hæc rege dicente, admirantibus nobis epulo expleto ſurreximus.

Viſiones de Chilperico.

F

Rex igitur in craſtinum in venationem progreſſus eſt: quo redeunte, Garacharius comes Burdegalenſis atque Bladaſtes à nobis repræſentati ſunt: qui, vt ſuperius diximus, in baſilica ſancti Martini confugium fecerant, pro eo quod Gundobaldo coniuncti fuiſſent. Nam cum prius pro his deprecatus, nihil obtinere potuiſſem, hæc in ſequenti locutus ſum: Audiat ô rex poteſtas tua: ecce à Domino meo in legatione ad te directus ſum, ſed quid renunciabo ei qui me miſit, cum nihil mihi reſponſi reddere velis? At ille obſtupefactus ait: Et quis eſt Dominus tuus, qui te miſit? Cui ego ſubridens, Beatus Martinus, inquit, miſit me. Tunc ille iuſſit ſibi repræſentari viros. Sed cum in eius conſpectu veniſſent, multas eis perfidias ac periuria exprobrauit, vocans eos ſæpius Vulpes ingenioſas: ſed reſtituit eos gratiæ ſuæ, reddens quæ illis ablata fuerant.

Cap. 6. Garacharius ac Bladaſtes reſtituuntur.

G

Adueniente quoque die dominico, rex Eccleſiam ad ſpectanda Miſſarum ſolennia petit: fratres vero conſacerdoteſque qui aderant, locum Palladio Epiſcopo ad agenda feſta præbuerunt. Quo incipiente Prophetiam, rex interrogat quis eſſet. Cumque Palladium Epiſcopum initiaſſe pronunciaſſent, ſtatim commotus rex ait, Qui mihi ſemper infidelis & perfidus fuit, ille nunc ſacrata verba prædicabit? egrediar prorſus ab hac Eccleſia, ne inimicum meum audiam prædicantem. Et hæc dicens, egredi cœpit Eccleſiā. Tunc conturbati Sacerdotes de fratris humilitate, dixerunt regi, Vidimus enim eum conuiuio tuo adeſſe, ac de eius manu te benedictionem accipere: & cur eum nunc rex aſpernatur? ſi enim ſciuiſſemus tibi exoſum, declinaſſemus vtique ad alium qui hæc agere debuiſſet. Nunc ſi permittis, celebret quæ cœpit: in poſterum autē ſi aliquid oppoſueris, canonicæ ſanctionis cenſura finiatur: iam enim Palladius Epiſcopus in ſacrarium cum grandi humilitate diſceſſerat. Tunc rex iuſſit eum reuocari, & ſic quæ agere cœperat, expediuit. Nam cum iterato ad conuiuium regis Palladius atque Berthchramnus adſciti fuiſſent, commoti inuicem multa ſibi de adulterijs ac fornicatione exprobrarunt, nonnulla etiam de periurijs. Quibus de rebus multi ridebant, nonnulli vero qui alacrioris

Cap. 7. Gunthchramnus Rex noluit inuiſum ſibi Palladiū audire prædicantem.

H

A

erant ſcientiæ, lamentabantur, cur inter Sacerdotes domitu taliter zizania diaboli pullularent, diſcẽtes itaq; à regis præſentia, cautiones & fideiuſſores dederunt, vt decimo Calendas menſis noni ad ſynodum conuenirent.

Cap. 8. Prodigia.

Tunc adparuerunt ſigna, id eſt radij à parte aequilonis, ſicut ſæpius adparere ſolent, fulgor per cœlum occurriſſe viſus eſt, floresq; in arboribus oſtenſi ſunt, erat enim menſis quintus.

Cap. 9.

Poſt hæc rex Pariſios venit, & corã omnibus loqui cœpit dicens, Germanus meus Chilpericus moriens dicitur filiũ reliquiſſe: cuius nutritores matre deprecante petierunt vt eum de ſancto lauacro in dominici natalis ſolennitate deberem excipere: & non venerunt. Rogauerunt deinceps vt ad ſanctum paſcha baptizaretur: ſed nec tunc allatus eſt infans. Deprecati ſunt autem tertio, vt ad feſtiuitatem ſancti Ioannis exhiberetur: ſed nec tunc venit. Mouerunt namq; me per tempus ſterile de loco vbi habitabam: veni igitur, & ecce abſconditur, nec oſtenditur mihi puer: vnde quantum intelligo nihil eſt quod promittitur, ſed vt credo alicuius ex leudibus noſtris ſit filius: nam ſi de ſtirpe noſtra fuiſſet, ad me vtiq; fuiſſet deportatus. Ideoq; noueritis quia à me non ſuſcipitur, niſi certa de eo cognoſcam indicia.

B

Regia proles multorũ teſtimonio comprobatur

Hæc audiens Fredegundis regina, coniunctis prioribus regni ſui, id eſt tribus Epiſcopis & trecentis viris optimis, Sacramenta dederunt hunc à Chilperico rege generatum fuiſſe: & ſic ſuſpicio ab animis regis ablata eſt.

Cap. 10.

Deniq; cum interitum Merouei, atque Chlodouei ſæpius lamentaretur neſciretque vbi eos poſtquam interfecerant, proieciſſent, venit ad regem homo qui diceret, Si mihi contrarium in poſterum non habetur, indicabo in quo loco Chlodouei cadauer ſit poſitum: iurauit rex nihil ei moleſtum fieri, ſed potius muneribus ampliari. Tunc ille, Veritatem, inquit, me loqui ô rex ipſa ratio quæ acta eſt comprobabit. Nam quando Chlodoueus interfectus eſt, ac ſub ſtillicidio oratorij cuiuſdam ſepultus, metuens regina ne aliquãdo inuentus cum honore ſepeliretur, iuſſit eum in alueum Matronæ fluminis proijci. Tunc intra capſum quod opere meo ad capiendorum piſcium neceſſitatem præparaueram, reperi. Sed cum ignorarem quiſnam eſſet à Cæſarie prolixa cognoui Chlodoueum eſſe: adprehenſumq; in humeris ad litus detuli, ibiq, cum ceſpite ſuperpoſito tumulaui. Ecce ſaluatis artubus quod volueris effice.

C

Clodouei & Merouei cadauera ſepulturæ requiruntur.

Quod cum rex comperiſſet, confingens ſe ad venationem procedere, detectoq; tumulo, reperit corpuſculum integrum & inlæſum, vna tantum pars capillorum quæ ſubter iacebat iam defluxerat: alia vero cum ipſis crinium flagellis intacta durabat. Cognitumque eſt, hunc eſſe quem rex intento animo requirebat. Conuocato igitur Epiſcopo ciuitatis cum clero, & populo ac cereorum innumerabilium ornatu, ad baſilicam ſancti Vincentij detulit tumulandum, non minus plangens nepotes mortuos quam cum vidit filios proprios iam ſepultos. Poſt hæc miſit Pappolum Carnotenæ vrbis Epiſcopum, qui Merouei cadauer requirens, iuxta Chlodouei tumulum ſepeliuit.

Cap. 11.

Oſtiarius vero quidam de alio oſtiario dixit, Domine rex, hic accepto præmio conſenſit vt tu interficiaris: adprehenſuſque oſtiarius de quo dixerat, cæſus ſupplicijsq; multis adfectus, nihil de cauſa de qua interrogabatur aperuit.

D

Oſtiariorũ inſidiæ.

Loquebantur n. tunc multi hoc inſidijs & inuidia factum, quod oſtiarius ille cui hoc crimen impactum fuerat, plurimum à rege diligeretur. Anſoualdus autem neſcio qua ſuſpicione tactus, nec Vale dicẽs, à rege diſceſſit. Rex vero Cabillonum regreſſus iuſſit Boantum qui ſibi ſemper fuerat infidelis, gladio perculi. Qui vallatus in domo ſua, ab hominibus regis peremptus interijt, resq; ſuæ fiſci ditionibus ſubiugatæ ſunt.

Boãtus gladio percutitur.

Cap. 12. De Theodoro Epiſcopo & plaga Ratharij.

Denique cum rex maxima intentione Theodorum Epiſcopum iterum perſequi conaretur, & Maſſilia iam in Childeberti regis dominationem reuocata fuiſſet, ad diſcutiendas cauſas Ratharius illuc quaſi dux à parte regis Childeberti dirigitur. Sed poſtpoſita actione quæ ei à rege iniuncta fuerat Epiſcopum vallat, fideiuſſores requirit, & ad præſentiam regis Guntchramni dirigit, vt ſcilicet ad ſynodum quæ Matiſcone futura erat, quaſi ab Epiſcopis damnãdus adeſſet.

E

Nec defuit vltio diuina, quæ ſeruos ſuos ab ore canum rabidorũ defenſare cõſueuit. Nam egrediente Epiſcopo à ciuitate, ſtatim res Eccleſiæ diripit: & alia quidem ſibi vindicat, alia ſub ſigillorum munitione concludit. Cumque hoc feciſſet, protinus famulos eius ſæuiſſimus inuadit morbus exhauſtosq; febre peremit: filius eius ab hoc incommodo defecit, quem in ſuburbano Maſſiliæ ipſius cum graui gemitu ſepeliuit: fuitq; talis domui eius plaga, vt cum ab vrbe illa eſt digreſſus, vix ad patriam ſuam regredi putaretur. Theodorus vero Epiſcopus a Guntchramno rege detentus eſt. Sed nihil ei rex nocuit: eſt enim vir egregiæ ſanctitatis, & in oratione aſsiduus, de quo nihil Magnericus Treuerenſis Epiſcopus hæc retulit: Ante hos annos cum ad præſentiam Childeberti regis ita ſub ardua cuſtodia duceretur, vt quandocunq; ad vrbem aliquam veniſſet, neque Epiſcopum, neque quemquam de ciuibus videre permitteretur, adueniente Treueros nunciatum eſt Epiſcopo, hunc iam in naui poſitum clam abduci: ſurrexitq; Sacerdos triſtis, ac velociter proſecutus, reperit eum ad litus, cauſatusq; cum cuſtodibus, cur tanta eſſet impietas, vt non liceret fratri fratrem aſpicere: viſoq; tandem, oſculatus eum indulgens aliquid veſtimenti, diſceſſit: veniens itaq; ad baſilicam ſancti Maximini proſternitur ſepulchro, illud Apoſtoli Iacobi retinẽs, Orate pro inuicem vt ſaluemini: fuſaq; diu oratione cum lachrymis, vt fratrem dignaretur dominus adiuuare, egreſſus eſt foras.

F

Et ecce mulier quam ſpiritus erroris agitabat, clamare Sacerdoti cœpit, ac dicere, O ſcelerate & inueterate dierum, qui pro inimico noſtro Theodoro orationem fundis ad dominum! Ecce nos quotidie quærimus, qualiter hic ab Gallijs extrudatur, qui nos quotidianis incendijs conflat: & tu pro eo rogare non deſinis? Satius enim tibi erat res Eccleſiæ tuæ diligenter inquirere, ne pauperibus aliquid deperiret, quam pro hoc tam intentè depoſcere. Et aiebat, Væ nobis qui eum non poſſumus expugnare. Et licet dæmonijs credi non debeat, tamen qualis eſſet Sacerdos de quo hæc dæmon condolens declamabat, adparuit. Sed ad cœpta redeamus.

Cap. 13.

Igitur legatos ad nepotem ſuum Childebertum rex dirigit, qui morabatur tunc ad caſtrum Confluentis, quod ob hoc nomen accepit, pro eo quod Moſella Rhenuſque amnes pariter confluentes in eodem loco iungantur.

G

Et quia placitum fuerat vt Trecas Campaniæ vrbem de vtroque regno conuenirent, Sacerdotibuſque de regno Childeberti congruum non fuit, Felix legatus ſalutatione præmiſſa oſtenſis literis ait: Patruus tuus, ô rex, diligenter interrogat quis te ab hac promiſſione retraxit, vt Sacerdotes regni veſtri ad conſilium quod ſimul decreueratis, venire differrent: an forſitan mali homines aliquam inter vos diſcordiæ radicẽ faciant pullulare. Tunc ego rege tacente reſpondi, Nil mirũ, ſi zizania ſeratur inter populos: nam inter hos qui radicem obliget, protinus non poteſt reperire. Nullum enim latet, quod Childebertus rex alium patrem niſi patruum non habet: neque ille alium filium niſi hunc habere diſponit, iuxta id quod eum anno præſenti audiuimus loqui. Abſit ergo vt inter eos radix diſcordiæ germinet, cum ſe pariter & tueri debeant & amare. Tunc vocato ſecretius Fœlice legato, Childebertus rex rogauit dicens, Deprecor dominũ & patrem meum: vt Theodoro Epiſcopo nihil iniuriæ inferat: quod ſi fecerit, confeſtim inter nos ſcandalum germinabit, eritmusq; diſcordia impediente diiuncti, qui debemus amorem tuendo eſſe pacifici. Acceptoq; & de alijs cauſis reſponſo, legatus diſceſſit.

H

Cap. 14.

Nobis itaque in antedicto caſtro cum rege commorantibus, dum ad conuiuium principis vſque obſcura nocte retineremur, epulo expleto ſurreximus: venienteſque ad fluuium, offendimus nauem in litore quæ nobis fuerat præparata: aſcendentibuſque nobis irruit turba hominum diuerſorum, impletaque eſt nauis tam hominibus quam aquis, ſed virtus Domini adfuit, non ſine grandi miraculo, vt cum vſque labium impleta fuiſſet, mergi non poſſet: habebamus enim nobiscum beati Martini reliquias cum aliorum ſanctorum, quorum virtute nos credimus

A fuiſſe ſaluatos. At vero naue ad litus vnde egreſſi fuimus redeunte, euacuata ab hominibus & à lymphis, repoſitis extraneis ſine impedimento tranſiuimus: in craſtino autem Vale regi dicentes, abſceſſimus.

Cap. 15.

Profecti igitur in itinere, ad Epoſium caſtrum acceſſimus, ibique à Vulfilaico Diacono occurſi, & ad monaſterium eius deducti, benigniſſimè ſuſcepti ſumus. Eſt enim hoc monaſterium quaſi millibus octo ab antedicto caſtro, in montis cacumine locatum: in quo monte magnam baſilicam ædificauit, quam B. Martini vel reliquorum ſanctorum reliquijs illuſtrauit. Commorantes autem ibi, petere ab eo cœpimus vt nobis aliqua de conuerſionis ſuæ bona narraret. vel qualiter ad clericatus officium adueniſſet, quia erat genere Longobardus. Sed nequibat exponere, vanam tota intentione cupiens gloriam euitare. Quem ego terribilibus Sacramentis coniurans, pollicitus primo vt nulli quæ referebat expanderem, rogare cœpi vt nihil mihi de his quæ interrogabam occuleret. Cumq; diutiſſimè reluctatus fuiſſet, victus tandem tam precibus quam obſecrationib. meis, hæc effatus eſt: Dum

B

Vulfilaicus Longobardus D. Martini interceſſione conuertitur.

eſſem, inquit, puer paruulus, audito beati Martini nomine, neſciens adhuc vtrum martyr an confeſſor eſſet, vel quid boni in mundo geſſiſſet, vel quæ regio beatos artus tumulo meruiſſet accipere, iam in eius honorem vigilias celebrabam, ac ſi aliquid inter manus numiſmatis adueniſſet, eleemoſynas faciebam: iamque in maiori ætate proficiens, literas diſcere ſtudui. Ex quibus prius ſcribere potui, quam ordinem ſcripturarum & literarum ſcirem. Deinde Aredio Abbati coniunctus, ab eoque edoctus, beati Martini baſilicam adij. Reuertenſque cum eo, ille parumper pulueris beati ſepulchri pro benedictione ſuſtulit. Quem in capſula poſitum, ad collum meum dependit, deuectique ad Monaſterium eius Lemonicino in termino accepta capſula, vt eam in oratorio ſuo locaret, in tantum pulnis adcreuit, vt non ſolum totam capſam repleret, verumetiam foris inter iuncturas vbi aditum reperire potuit, ſcateret. Ex hoc mihi miraculi lumine animus magis accendit totam ſpem meam in eius virtute defigere: deinde territorium Treuericæ vrbis expetij, & in quo nunc eſtis monte, habitaculum quod cernitis, proprio la-

C

bore conſtruxi: reperi tamen hic Dianæ ſimulachrum, quod populus hic incredulus quaſi Deum adorabat. Columnam etiam ſtatui, in qua cum grandi cruciatu ſine vllo pedum ſtabam tegmine. Itaq; cum hyemis tempus ſolitæ aduenisſet, ita rigore glaciali vrebar, vt vngues pedum meorũ ſæpius vis rigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa candelarum more dependeret. Magnam enim hyemem regio illa perſæpe dicitur ſuſtinere. Sed cum nos ſollicitè interrogaremus, quis ei cibus aut potus eſſet, vel qualiter ſimulachra montis illius ſubuertiſſet, ait, Potus cibuſque meus erat, parum panis & oleris, ac modicum aquæ. Verum vbi ad me multitudo vicinarum villarum confluere cœpit, prædicabam iugiter, nihil eſſe Dianam, nihil ſimulachra, nihilque quæ eis videbatur exerceri cultura: indigna etiam eſſe ipſa quæ inter pocula luxuriaſque profluus cantica proferebant: ſed potius Deo omnipotenti qui cœlum fecit ac terram dignum ſit ſacrificium laudis impendere. Orabam etiam ſæpius vt ſimulachro Dominus diruto dignaretur populum ab hoc errore diſcutere. Flexit Domini miſericordia mentem ru-

D

ſticam, vt inclinaret aurem ſuam in verba oris mei, vt ſcilicet relictis idolis Dominum ſequeretur. Tunc conuocatis quibuſdam ex eis, ſimulachrum hoc immẽſum quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adiutorio poſſem eruere: iam enim reliqua ſigillorum quæ faciliora fuerant, ipſe confregeram. Conuenientibus autem multis ad hanc Dianæ ſtatuam, miſſis funibus trahere cœperunt, ſed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad baſilicam propero, proſtratuſque ſolo, diuinam miſericordiam cum lachrymis flagitabam, vt quia id humana induſtria euertere non valebat, virtus illud diuina

Dianæ ſimulachrum euertitur.

deſtrueret. Egreſſuſque poſt orationem, ad operarios veni, adprehenſumque funem vt primo ictu trahere cœpimos. protinus ſimulachrum ruit in terram, confractumq; cum malleis ferreis in puluerem redegi: ipſa quoq; hora,

E

cum ad cibum capiẽdum veniſſem, ita omne corpus meũ à vertice vſq; ad plantam pedis puſtulis malis repletum eſt, vt locus quem vnus digitus tegeret, vacuus inueniri non poſſet: ingreſſuſque baſilicam, ſolus denudaui me coram ſancto altario. Habebam enim ibi ampollam cum oleo plenam quam de ſancti Martini baſilica detuleram: ex qua proprijs manibus omnes artus perunxi, moxque ſopori locatus ſum: expergefactus vero circa medium noctis, cum ad curſum reddendum ſurgerem, ita corpus totum incolume reperi, ac ſi nullum ſuper me vlcus apparuiſſet. Quæ vulnera non aliter niſi per inuidiam inimici emiſſa cognoui: & quia ſemper ipſe inuidus, Deum quærentibus nocere conatur, aduenientibus Epiſcopis qui me magis ad hoc cohortari debuerant, vt cœptum opus ſagaciter explicare deberem, dixerunt mihi, Non eſt æqua hæc via quam ſequeris, nec tu ignobilis Simeoni Antiocheno, qui columnæ inſedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc te ſuſtinere patitur loci poſitio: deſcende potius, & cum fratribus quos adgregaſti, tecum inhabita. Ad

Simeon ſtelites, vide Palladium.

F

quorum verba, quia Sacerdotes non obaudire, adſcribitur criminis, deſcendebam, fateor, & ambulabam cum eiſdem, ac cibum pariter capiebam. Quadam vero die prouocans me Epiſcopus longius ad villam emiſit operarios cum ſcutis & malleis ac ſecuribus, & eliſerunt columnam in qua ſtare ſolitus eram: in craſtino autem veniens, inueni omnia diſſipata, fleuiq; vehementer: ſed erigere nequiui quæ deſtruxerant, ne dicerer contrarius iuſſionibus Sacerdotum: & ex hoc ſicut nunc habito cum fratribus, habitare contentus ſum.

Cap. 16.

Cui cum de virtutibus beati Martini quas in eo loco operatus eſt. aliqua vt declararet expoſcerem, hæc retulit: Franci cuiuſdam & nobiliſſimi in gente ſua viri filius mutus ſurduſque erat: adductuſque à parentibus ad hanc baſilicam. iuſſi eum cum Diacono meo & alio miniſtro, intra ipſum templum ſanctum in lectulo requieſcere, & per diem quidem orationi vacabat: nocte autem in ipſa, vt diximus, æde dormiebat, quandoque miſerante Deo apparuit mihi in viſione beatus Martinus, dicens: Eijce ag-

Mutus baſilica B. Martini ſanatur.

num de baſilica, quia iam ſanus factus eſt. Mane autem facto, cogitante me quod eſſet hoc ſomnium, venit ad me

G

puer, & emittens vocem, gratias agere Deo cœpit, conuerſuſque ad me ait: Gratias ago Deo omnipotenti, qui mihi & eloquium reddidit, & auditum. Ex hoc ſanus redditus, ad domum redijt. Alius vero qui plerunque in furtis diuerſiſq; ſceleribus commixtus, peierare conſueuerat, cum aliquando à quibuſdam pro furto argueretur, ait: Ibo ad baſilicam beati Martini, & Sacramentis me exuens innocens reddar. Quo ingrediente elapſa ſecuri de manu eius ad oſtium ruit, graui cordis dolore perculſus: confeſſuſque eſt miſer verbis proprijs quæ venerat excuſare periurijs. Alius ſimili modo cum de incendijs domus vicini ſui argueretur, ait, Vadam ad templum ſancti Martini, & fide data inſons rediturus ero ab hoc crimine: manifeſtum erat enim hunc domum illam incendio concremaſſe: abiens autem ad Sacramenta danda, conuerſus ad eum, dixi ei, Quantũ vicinorum tuorum dictat adſertio, non eris innocens ab hoc ſcelere: ſed tamen Deus vbiq; eſt, & virtus eius ipſa eſt forinſecus. Tamen ſi ita te vana fiducia cœpit, quod Deus vel ſancti eius in periurijs non vlciſcantur, ecce templum ſanctum, econtra iura vt libet: nam calcare limen ſacrum non permitteris. At ille

H

eleuatis manibus ait: Per omnipotentem Deum & virtutem beati Martini antiſtitis eius, quia hoc incendiũ non admiſi: datis itaque Sacramentis, dum recederet, viſum eſt ei quaſi ab igne circundari. Et ſtatim ruens in terram, clamare cœpit ſe à beato antiſtite vehementer exuri: aiebat enim miſer, Teſtor Deum, quia ego vidi ignem de cœlo cadere, qui me circundans validis vaporibus conflat. Et

Periurus exuritur.

dum hæc diceret, ſpiritum exhalauit. Multis hæc cauſa documentum fuit, ne in hoc loco auderent vlterius peierare. Plurima quidem de his virtutibus hic Diaconus retulit, quæ ſequi longum putaui.

Cap. 17. Prodigia.

Dum autem in loco illo commoraremur, vidimus per duas noctes ſigna in cœlo, id eſt radios a parte aquilonis tam clarè ſplendidos, vt prius ſic adparuiſſe non fuerint

A viſi: & ab vtraq; quidem parte, id eſt ab euro, & zephyro, nubes ſanguineæ: tertia vero nocte quaſi hora ſecunda, adparuerunt hi radij. Et ecce dum hos miraremur attoniti, iteri exerunt à quatuor plagis mundi alij horum ſimiles, vidimusq; totum cœlū ab his operiri: & erat nubes in medio cœli ſplendida, ad quam ſe hi radij colligebant in modum tentorij, quod ab imo ea amplioribus inceptum faſcijs anguſtatis in altum, in vnum cuculli caput ſæpe colligitur. Erantq; in medio radiorum & aliæ nubes ceu coruſcum valde fulgurãtes. Quod ſignum magnum nobis ingeſſit metum. Opinabamur enim ſuper nos aliquam plagam de cœlo tranſmitti.

Childeb. copias in Italiam dirigit.

Childebertus vero rex compellentibus miſſis imperialibus, qui aurum quod anno ſuperiore datū fuerat, requirebat, exercitum in Italiam dirigit. Sonus enim erat ſororem ſuam Ingundem iam Conſtantinopolim fuiſſe tranſlatam. Sed cum duces inter ſe altercarentur, regreſſi ſunt ſine vllius lucri conquiſitione. Nam Vuintrio dux à pagenſibus ſuis depulſus, ducatu caruit: fuiſſetque vitam,
B niſi fuga auxilium præbuiſſet, ſed poſtea pacato populo, ducatum recepit. Itaque Nicetius per emiſſionem Eulalij à comitatu Aruerno ſubmotus, ducatum à rege expetijt, dans pro eo immenſis muneribus. Et ſic in vrbe Aruerna, Ruthena atque Vcetica dux ordinatus eſt, vir valde ætate iuuenis, ſed acutus in ſenſu: fecitque pacem in regione Aruerna, & in reliquis ordinationis ſuæ locis. Childericus vero Saxo in offenſam regis Gunthchramni incidens, pro cauſa ob quam ſuperius diximus alios confugiſſe, beati Martini baſilicam expetijt, vxorem in regno regis antedicti relinquens. Cui obteſtatus fuerat rex, ne viuum videre præſumeret, niſi prius ille regali gratiæ reconciliaretur: ad quem cum pro eo ſæpius legationem miſiſſemus, tandem obtinuimus vt vxorem reciperet, & citra Ligerim fluuium commoraretur, non tamen ad regem Childebertum tranſire præſumeret. Sed ille accepta libertate recipiendæ vxoris, clam ad eum tranſijt. Adeptaq; ordinatione ducatus in ciuitatibus vltra Garonnam quæ in poteſtate ſupradicti regis habebantur, acceſſit. Gunthchramnus vero rex volens regnum nepotis ſui Chlotharij, filij ſcilicet Chilperici, regere, Theodulphum Ande-
C gauis comitem eſſe decreuit: introductusq; in vrbem à ciuibus & præſertim à Domigiſilo, cum humilitate repulſus eſt. Recurrensq; ad regem, iterum præceptum accipiens à Sigulfo duce immiſſus, comitatū vrbis illius rexit: Gundobaldus autem comitatum Meldenſem ſuper Guerpinum ingreſſusq; vrbem, cauſarum actionem agere cœpit. Exinde dum pagum vrbis in hoc officio circumiret, in quadam villa ab Guerpino interimitur. Cuius parentes cõgregati ſuper hunc irruunt, incluſumq; in penſilem domum interimunt ſicq; vterque à comitatu morte imminente diſceſſit.

Cap 19 Dagulfus adulter abbas occiditur.

Cum autem ſæpius Dagulfus Abbas pro ſceleribus ſuis argueretur, quia furta & homicidia plerunque faciebat, ſed & in adulterijs nimium diſſolutus erat: quodam tempore cum vxorem vicini ſui concupiſcens, miſceretur cum ea, requirens occaſiones diuerſas, qualiter virum adulteræ intra monaſterij huius ſepta deberet opprimere, ad extremum conteſtatus eſt ei dicens, quod ſi ad vxorem ſuam accederet, puniretur. Illo quoque diſcedente ab hoſpitiolo ſuo, hic Dagulfus nocte cum vno clerico
D veniens, domum meretricis ingreditur. Poſtquam autem diutiſſimè bibentes inebriati ſunt, in vno ſtrato locantur. Quibus dormientibus adueniens vir ille accenſo ſtramine, eleuata bipenne vtrunq; peremit. Ideoq; documentum ſit hæc cauſa clericis, *ne contra canonum ſtatuta extranearum mulierum conſortio potiantur, cum hæc & ipſa lex canonica & omnes ſcripturæ ſanctæ prohibeant: præter has fœminas de quibus crimen non poteſt æſtimari.

* Nicena ſynodus interdixit clericis ſub introducta habere mulierem, niſi forte matrẽ, aut ſororem aut eam Nicena ſolum... quæ fugiunt ſuſpicione de quibus, præclara eſt Chryſoſt. Homilia. Quas hic non ... author, ... & Ruffinus lib. 10. hiſt. cap. 6. & ... Epiſc. & clericis extraneas Antiocheni vocabat ... ſubintroductas. Niceph. lib. 10. cap. 31 ... audiat ... quam ſuit

Interim dies placiti aduenit, & Epiſcopi ex iuſſu regis Gunthchramni apud Mateſcenſem vrbem collecti ſunt. Fauſtinianus autem qui ex iuſſu Gundobaldi Aquenſis vrbis Epiſcopus ordinatus fuerat, ea conditione remouetur, vt eum Bertchramnus Oreſteſque ſiue Palladius qui eum benedixerant, vicibus paſcerent, centenoſque ei aureos

E annis ſingulis miniſtrarent. Nicetius tamen ex laico qui prius ab Chilperico rege præceptum eliciuerat, in ipſa vrbe Epiſcopatum adeptus eſt. Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus excommunicatur, pro eo quod Gundobaldum excepiſſe publicè eſt confeſſus: accepto huiuſmodi placito, vt pœnitentiam tribus annis agens, neque capillum, neque barbam tonderet, vino & carnibus abſtineret: Miſſas celebrare clericos ordinare, Eccleſiaſque & chriſma benedicere, eulogias dare penitus non auderet: vtilitas tamen Eccleſiæ per eius ordinationem, ſicut ſolita erat omnino exerceretur: extitit enim in hac ſynodo quidam ex Epiſcopis qui dicebat mulierem, hominem non poſſe vocitari. Sed tamē ab Epiſcopis ratione accepta quieuit: eo quod ſacer veteris teſtamenti liber edoceat, quod in principio Deo hominem creante ait, Maſculum & fœminam creauit eos vocauitq; nomen eorum, Adam, quod eſt homo terrenus ſic vtique vocans mulierem, ceu virum: vtrunque enim hominem dixit. Sed & Dominus Ieſus Chriſtus ob hoc vocitatur filius hominis, quod ſit

Ex conc. Matiſconenſi. Cap 20. Abbatiſſa... Vrſicinus Epiſc.

Mulierem hominem eſſe.

F filius virginis, id eſt mulieris. Ad quam cum aquas in vina transferre pararet, ait, Quid mihi & tibi eſt mulier? & reliqua. Multiſque & alijs teſtimonijs hæc cauſa conuicta quieuit. Prætextatus vero Rothomagenſis Epiſcopus, orationes quas in exilio poſitus ſcalpſit, coram Epiſcopis recitauit. Quæ quibuſdam quidem placuerant, à quibuſdam vero, quia artem ſecutus minimè fuerat, reprehendebantur. Stilus tamen per loca Eccleſiaſticus & rationabilis erat. Cædes autem magna tunc inter famulos Prisci Epiſcopi & Leudegiſili ducis fuit. Priſcus tamen Epiſcopus ad coëmendam pacem multum pecuniæ obtulit. His etiam diebus Gunthchramnus rex grauiter ægrotauit, ita vt putaretur à quibuſdam nõ poſſe prorſus euadere, quod credo prouidentia Dei fuiſſet. Cogitabat enim multos Epiſcoporum exilio detrudere. Theodorus itaq; Epiſcopus, ad vrbem ſuam regreſſus, fauente omni populo cum laude ſuſceptus eſt.

Gunth. rex ægrotat.

Itaque cum hæc ſynodus ageretur, Childebertus rex apud Belſonancum villam, quæ in medio Ardoennenſis ſiluæ ſita eſt, cum ſuis coniungitur. Ibique Brunichildis regina pro Ingundæ filia quæ adhuc in Africa tenebatur, omnibus prioribus queſta eſt: ſed parum conſolationis emeruit. Tunc contra Boſonem Gunthchramnum

Cap 21 Placitum Belſonanci.

G cauſa exoritur. Ante paucos autem dies mortua propinqua vxoris eius ſine filijs, in baſilica vrbis Metenſis ſepulta eſt cum grandibus ornamentis & multo auro. Factum eſt autem vt poſt dies paucos adeſſet feſtum beati Remigij, quæ in initio menſis Octobris celebratur. Deſcendentibus autem multis è ciuitate cum Epiſcopo, & præſertim ſeniorib. vrbis cum duce, venerunt pueri Boſonis Gunthchramni ad baſilicam in qua mulier erat ſepulta. Ingreſſi, concluſis ſuper eos oſtijs, detexerunt ſepulchrū, tollentes & auferentes omnia ornamenta corporis defuncti quæ reperire potuerunt. Sentientes autem hæc monachi baſilicæ illius, venerunt ad oſtium, ſed ingredi non ſunt permiſſi. Quod videntes, nunciauerunt hæc Epiſcopo ſuo ac duci. Interea pueri acceptis rebus aſcenſiſq; equis, fugere cœperunt: ſed timentes ne adprehenſi in via diuerſis ſubigerentur pœnis, regreſſi ſunt ad baſilicam. Poſueruntque quidem res ſuper altarium, ſed foras egredi non ſunt auſi, clamantes atq; dicentes, Quia à Gunthchramno Bo-
H ſone trãſmiſſi ſumus. Sed cum ad placitum in villam quam diximus, Childebertus cum proceribus ſuis conueniſſet, & Gunthchramnus de his interpellatus, nullum reſponſum dediſſet, clam aufugit: ablatæque ſunt ei deinceps omnes res quæ in Aruernu de fiſci munere promeruerat. Sed & diuerſorum res quas male peruaſerat, cum confuſione reliquit.

Childebertus turpi fuga elabitur.

Laban Heloſenſis Epiſcopus, hoc anno obijt. Cui Deſiderius ex laico ſucceſſit. Cum iureiurando enim rex pollicitus fuerat, ſe nunquam ex laicis Epiſcopum ordinaturum. Sed quid pectora humana non cogat auri ſacra fames? Berthchramnus vero regreſſus ex ſynodo, à febre corripitur. Arceſſitoque Vualdone Diacono, qui & ipſe in baptiſmo Berthchramnus vocitatus eſt, ſummam ei Sacerdotij deputat: omneſque conditiones tam teſtamenti

Cap 22. Laicus ... Epiſcopatus.

quam

A

quam ſeniorem honorum ſuorum ipſi committit. Quo diſcedente, hic ſpiritum exhalauit. Regreſſus Diaconus cum muneribus & conſenſu ciuium ad regem properat, ſed nihil obtinuit. Tunc rex data præceptione, iuſſit Gundegiſilum Sanctonicum comitem cognomento Dodonem, Epiſcopum ordinari: geſtumque eſt ita. Et quia multi clericorum Sanctonicorum ante ſynodum cõſentientes Berthchramno Epiſcopo, in Palladium ſacerdotem ſuum aliquis aduerſa cõſcripſerant, quæ ei humilitatem ingererent, poſt eius obitum adprehenſi à ſacerdote, grauiter cæſi, atque expoliati ſunt. Hoc tempore & Wandelinus nutritor Childeberti regis, obiit: ſed in locum eius nullus eſt ſubrogatus, eo quod regina mater curam velit propriam habere de filio. Quæcunq; de fiſco meruit, fiſci iuribus ſunt relata. Obiit his diebus Bodegiſilus dux plenus dierum, ſed nihil de facultate eius filiis minutum eſt. In locum Fauſti Auſcenſis Epiſcopi, Fabius Epiſcopus eſt ſubrogatus. Poſt obitum ſancti Saluij hoc anno, Deſideratus Albigenſibus Epiſcopus datus eſt.

B

Cap. 23. Pluuiæ frequentes.

Magnæ hoc anno pluuiæ fuerunt, amneſque intantum conualuerunt, vt plerumque naufragia euenirent: ipſique litora excedentes, propinquas ſegetes ac prata operientes, grauiter elliſerunt: fueruntque vernales æſtiuique menſes tam irrigui, vt hyems magis putaretur eſſe quam æſtas.

Cap. 24. Inſulæ incendio conſumptæ.

Duæ hoc anno inſulæ in mari diuinitus incendio concrematæ ſunt: quæ per dies ſeptem cum hominibus pecoribuſque conſumptæ ſubuertebantur. Nam qui in mare confugerant, & ſe in profundum præcipitarant, aqua conſumebantur, grauiorique ſupplicio qui nõ confeſtim enitebant, ſpiritum vrebantur. Redactiſque omnibus in fauillam cuncta mare operuit. Ferebant etiam multi, ligna quæ ſuperius nos vidiſſe octauo menſe narrauimus quaſi arderet cœlum, ex huius incendij ſplendore fuiſſe.

Cap. 25. Stagnum verſum in ſanguinem.

In alia vero inſula quæ eſt proxima ciuitati Veneticæ, erat ſtagnum validum, piſcibuſque refertum, quod in vnius vlnæ altitudinem conuerſum eſt in cruorem: ita per dies multos congregata canum atque auium inæſtimabilis multitudo, ſanguinem hunc lambens, ſatiata redibat in veſperum.

C

Cap. 26. Berulfus ligatur & expilatur.

Turonicis vero atque Pictauis Ennodius dux datus eſt. Berulfus autẽ qui his ciuitatibus ante præfuerat, pro theſauris Sygiberti regis quos clam abſtulerat, cum Arnegiſilo ſocio ſuſpectus habebatur. Qui cum hunc ducatum in ſupradictis vrbibus expeteret, à Rochiogo duce facto inſtrumento cum ſatellite alligatur. Nec mora, miſſi ad domos eorum pueri expilant omnia: multa ibi de proprio, nonnulla de antedictis theſauris ſunt reperta: quæ omnia ad Childebertum regem delata ſunt. Cumque in hoc res ageretur, vt gladius ceruicem decideret, interuentu Epiſcoporum obtenta vita laxati ſunt, nihil tamen de his quæ eis ablata fuerant recipientes.

Cap. 27. Deſiderius.

Deſiderius vero dux cum aliquibus Epiſcopis, & Aredio Abbate, & Anteſtio ad regem Gunthchramnum properauit. Sed cum eum rex ægre vellet accipere, victus precibus ſacerdotum in gratiam ſuam recepit. Tunc ibi Eulalius adfuit quaſi pro coniuge quæ eum ſpreuerat, & ad Deſiderium tranſierat cauſaturus: ſed in ridiculum & humilitatem redactus, ſiluit. Deſiderius vero remuneratus à rege, cum gratia eſt reuerſus.

D

Cap. 28. Ingundis obiit.

Igitur vt ſuperius diximus, Ingundis à viro cum Imperatoris exercitu derelicta, dum ad ipſum principem cum filio paruulo ducerent, in Africa defuncta eſt & ſepulta. Leuuichildus vero Herminichildum filium ſuum quem antedicta mulier habuit, morti tradidit. Quibus de cauſis commotus Gunthchramnus rex, exercitum in Hiſpanias deſtinat, ſcilicet vt prius Septimaniam quæ adhuc intra Galliarum terminum habetur, eius dominationi ſubderent: & ſic in antea proficiſceretur. Dum autem hic exercitus moueretur, indiculum à neſcio quibuſdam hominibus ruſticis eſt repertum. Quod & Gunthchramno regi legendum miſerunt hoc modo, quaſi Leuuichildus ad Fredegundem ſcriberet, vt quocunque ingenio exercitum illuc prohiberet ire, dicens, inimicos noſtros, id eſt, Childebertum & matrem eius, velociter interimite, & cum rege Gunthchramno pacem inite, quam præmiis multis coemite. Et ſi vobis minus eſt fortaſſis pecuniæ, nos clam mittimus: tantum, vt quod petimus impleatis. Cum autem de inimicis noſtris vlti fuerimus, tunc Amelio Epiſcopo, ac Leubæ matronæ bona tribuite, per quos miſſis noſtris ad vos accedendi aditus reſeratur. Leuba enim eſt ſocrus Bladaſtis ducis.

E

Hiſp. legatio ad Fredeg.

Cap. 29. Fredegundis mittit qui Childebertum aut Brunechildem interficerent.

Et licet hæc ad Gunthchramnum regem perlata, & nepoti eius Childeberto in notitiam data fuiſſent, tamẽ Fredegundis duos cultros ferreos fieri præcepit: quos etiam caraxari profundius, & veneno inficí iuſſerat, ſcilicet ſi mortalis adſultus vitales non diſſolueret fibras, vel ipſa veneni infectio vitam poſſet velocius extorquere. Quos cultros duobus clericis cum his mandatis tradidit, dicens, Accipite hos gladios, & quantocyus pergite ad Childebertum regem, adſimulantes vos eſſe mendicos: cumque pedibus eius fueritis ſtrati, quaſi ſtipem poſtulantes, latera eius vtraque perfodite, vt tandem Brunichildis, quæ ab illo adrogantiam ſumit, eo cadente corruat, mihique ſubdatur. Quod ſi tanta eſt cuſtodia circa puerum, vt accedere nequeatis, vel ipſam interimite inimicam. Mercea quoque operis veſtri hæc erit, vt ſi mortui in hoc opere fueritis, parentibus veſtris bona tribuam, ipſoſque muneribus ditans, primos in regno meo conſtituam: interim vos timorem omnem omittite, nec ſit trepidatio mortis in pectore. Noueritis enim, quod cunctos homines hæc cauſa continet. Armate virilitate animos, & conſiderate ſæpius fortes viros in bello corruere: vnde nunc parentes eorum nobiles effecti, opibus immenſis cuncta ſupereminent, cunctoſque præcellunt. Cumque hæc mulier loqueretur clerici tremere cœperunt, difficile putantes hæc iuſſa poſſe complere. At illa dubios cernens, medificatos potione direxit, quo ire præcepit: ſtatimque robur animorum adcreuit: promiſeruntque ſe omnia quæ præceperat impleturos. Nihilominus vaſculum hac potione repletum, ipſos leuare iubet, dicens, In die illa cum hæc quæ præcipio facitis, mane priuſquam opus incipiatur, hunc potum ſumite. Erit vobis magna conſtantia ad hæc peragenda. His ita inſtructis, dimiſit eos: qui pergentes, & ad vrbem Sueſſionas accedentes, à Rauchindo duce capti, diſcuſſique omnia reſerant, & ſic in carcerem religati ſunt. Poſt dies vero paucos, Fredegundis certa iam quod fuiſſent impleta quæ fuerant imperata, miſit puerum inquirere quid aut rumor populi ferret, aut ſi aliquem inueniret indicantem, qui diceret, Childebertum iam interemptum fuiſſe. Egreſſus igitur puer ab ea, Sueſſionas vrbem venit. Audiens denique hos in carcerem retineri, ad oſtium adpropinquat. Sed cum loqui ſatellitibus cœpiſſet, & ipſe captus, cuſtodiæ mancipatur. Tunc omnes ſimul ad Childebertum regem directi ſunt: diſcuſſique veritatem aperiunt, indicantes ſe à Fredegunde miſſos ad eum interimendum, dicentes: Iuſſa reginæ ſuſcepimus, vt nos egenos adſimularemus, cumque pedibus tuis prouoluti aliquid ſtipendij quæreremus, ab his te gladiis transfodere voluimus. Quod ſi adſultu ſegniore gladius defixus eſſet, ipſum venenum quo ferrum erat infectum animam velociter penetraret. Hæc his dicentibus, diuerſis ſuppliciis adfecti, truncatis manibus auribuſque & naribus, variis ſunt mortibus interempti.

F

G

Sicarii comprehenduntur

H

Cap. 30. Gunthchramnus aduerſus Gothos regni fines propagare ſtudet.

Igitur Gunthchramnus rex commoueri exercitum in Hiſpanias præcepit, dicens, Prius Septimaniam prouinciam ditioni noſtræ ſubdite: quæ Galliis eſt propinqua. Indignum eſt vt horrendorum Gothorum terminus vſque in Gallias ſit extenſus. Tunc commoto omni exercitu regni ſui, illuc dirigit. Gentes vero quæ vltra Ararim Rhodanumque & Sequanam commanebant, cum Burgundionibus iunctæ, Ararica Rhodanicaque litora, tam de fructibus, quam de pecoribus valde depopulati ſunt: multa homicidia, incendia, prædaſque in regione propria facientes, ſed & Eccleſias denudantes, clericos ipſos cum ſacerdotibus ac reliquo populo ad ipſas ſacratas Deo aras interimentes, vſque ad vrbem Nemauſum proceſſerunt. Similiter & Bituric, Sanctonici cum Petragoricis, Engoliſmenſibus, & reliquarum vrbium populo, qui tunc ad ante dicti regis imperium pertine-

A bant, vſque ad Carcaſonam vrbem deuecti, ſimilia mala geſſerunt. Sed cum ad vrbem acceſſiſſent, reſerans ſponte ab habitatoribus portis, nullo reſiſtente ingreſſi, neſcio quo cum Carcaſonenſibus ſcandalo commoti, vrbem egreſſi ſunt. Tunc Terentiolus comes quondam vrbis Lemouicinæ, lapide de muro proiecto percuſſus, occubuit. Cuius caput truncatum eſt ad vindictam aduerſariorum, & vrbi delatum eſt. Ex hoc omnis populus timore perterritus, ad propria regredi deſtinans, vniuerſa reliquit, quæ vel per viam cœperat, vel quæ ſecum adduxerat. Sed & Gothi per occultas inſidias multis de his ſpoliatis interemerunt, exindè in Tholoſanorum manus incidentes, quibus dum pergerent, multa intulerant mala, ſpoliati ac cæſi vix propria contingere potuerunt. Hi vero qui Nemauſum adgreſſi fuerant, deuaſtantes vniuerſa regionis, ſuccenſis domibus, incenſis ſegetibus, diſciſſis oliuetis, vineiſque ſuccıſis, nihil incluſis nocere potentes ad alias vrbes progreſſi ſunt. Erant enim valde munitæ & de cibis ac reliquis neceſſarijs adplene refertæ, & hurū vrbana depopulantes, vrbes minus irrumpere valuerunt.

Terentiolus occumbit.

B Tunc & Nicetius dux cum Aruernis in hac expeditione commotus, cum reliquis vrbes adſedit. Sed cum minus valeret, ad caſtrum quoddam peruenit: dataque fide, ſponte incluſi reſerantes portas, eos creduli tanquam pacificos ſuſceperunt. Illi vero ingreſſi, poſtpoſito Sacramento præſidia cuncta diripiunt, animas in captiuitatem ſubdentes. Tunc accepto conſilio vnuſquiſq; ad propria eſt regreſſus: tantaque per viam ſcelera, homicidia, prædas, direptiones per regionem propriam geſſerunt: vt ea vſquequaque memorari perlongum ſit. Veruntamen quia ſegetes prouinciæ igni ab hiſdem ſuccenſas dicimus, fame atque inedia pereuntes, per viam relinquebantur exanimes, nonnulli in fluminibus demerſi, plerique in ſeditionibus interempti ſunt. Ferebant enim amplius quam quinq; millia in his ſtragibus fuiſſe peremptos. Sed non eos qui remanſerant, coërcebat aliorum interitus. Tunc & Aruernæ regionis Eccleſiæ quæ viæ publicæ propinquæ erant, à miniſterijs denudatæ ſunt. Nec fuit terminus male faciendi, niſi cum ad propria ſinguli peruenerunt. Quibus reuerſis, magna Gunthchramnum regem amaritudo cordis obſedit.

C Duces vero ſupradicti exercitus ad baſilicam ſancti Symphoriani martyris expetierunt. Veniente itaq; rege ad eius ſolennitatem, repræſentati ſunt ſub conditione audientiæ in poſtmodum futuræ. Poſtea vero quatuor conuocatis Epiſcopis, necnon & maioribus natu laïcorum, duces diſcutere cœpit, dicens, Qualiter nos hoc tempore victoriā obtinere poſſumus, qui ea quæ patres noſtri conſecuti ſunt, non cuſtodimus: illi vero Eccleſias ædificantes, in Deum ſpem omnem ponentes, martyres honorantes, Sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, genteſque aduerſas diuino opitulante adiutorio, in enſe & parma ſæpius ſubdiderunt: Nos vero non ſolum Deum non metuimus, verumetiam ſacra eius vaſtamus, miniſtros interficimus, ipſa quoque ſanctorum pignora in ridiculo diſcerpimus, ac vaſtamus. Non enim poteſt obtineri victoria, vbi talia perpetrantur. Ideo manus noſtræ ſunt inualidæ, enſis tepeſcit, nec clypeus nos vt erat ſolitus defendit ac protegit. Ergo ſi hoc meæ culpæ adſcribitur, iam id Deus capiti meo reſtituat. Certè ſi vos regalia iuſſa contemnitis, & ea quæ præcipio implere differtis, iam debet ſecuris capiti veſtro ſubmergi.

Victoria nō eſt impiorū.

D Erit enim documentum omni exercitui, cum vnus de prioribus fuerit interfectus: veruntamen iam experiri debemus quid agi oporteat. Si quis iuſtitiam ſequi deſtinat, iam ſequatur. Si quis contemnit, iam vltio publica ceruici eius immineat. Satius eſt enim vt pauci contumaces pereant, quam ira Dei ſuper omnem regionem dependat innoxiam. Hæc rege dicente, reſponderunt duces, Bonitatis tuæ magnanimitas, rex optime, enarrari facilè non poteſt: quis timor tibi in Deum ſit, qui amor in Eccleſias, quæ reuerentia in Sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæve diſpenſatio in egenos: ſed quia omnia quæ gloria veſtra profert, recta veraque eſſe cenſentur, quid faciemus quod populus omnis in vitium eſt dilapſus? Omnemque hominem agere quæ ſunt iniqua delectat:

E nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reueretur: & ſi fortaſſis alicui iſta diſplicent, & ea pro longæuitate vitæ veſtræ emendare conatur, ſtatim ſeditio in populo, ſtatim tumultus exoritur. & in tantum vnuſquiſque contra ſeniorem ſæua intentione graſſatur, vt vix ſe credat euadere, ſi tandem ſilere nequiuerit. Ad hæc rex ait, Si quis ſequitur iuſtitiam, viuat: ſi quis legem mandatumque noſtrum reſpuit, iam pereat, ne nos diutius hoc blaſphemium proſequatur. Hæc eo dicente, aduenit nuncius dicens, Richaredus filius Leuuieldi de Hiſpanijs egreſſus, Caput arietis caſtra obtinuit: & ex pago Tholoſano maximam partem depopulatus eſt, hominesq; captiuos abduxit: Vgernum Arelatenſe caſtrum irrupit, reſq; cunctas cum hominibus abſtulit, & ſic ſe intra muros Nemauſenſis vrbis incluſit. Hæc audiens rex, Leudegiſilum in locum Calumnioſi cognomento Ægilanis, ducem deligens, omnem ei prouinciam Arelatēſem commiſit, cuſtodesq; per terminos ſuper quatuor virorum millia collocauit. Sed & Nicetius Aruenorum dux ſimiliter cum cuſtodibus perrexit, & fines regionis ambiuit.

F Dum hæc agerentur, & Fredegundis apud Rothomagenſem vrbem commoraretur, verba amaritudinis cum Prætextato pontifice habuit, dicens, Venturum eſſe tempus quando exilia in quibus detentus fuerat, reuiſeret. Et ille, Ego ſemper & in exilio, & extra exilium Epiſcopus fui, ſum, & ero: nam tu non ſemper regali potentia perfrueris. Nos ab exilio prouehimur tribuente Deo in regnum: tu vero ab hoc regno demergeris in abyſſum. Rectius enim erat tibi, vt relicta ſtultitia atque malitia, iam te ad meliora conuerteres, & ab hac iactantia, qua ſemper ferues, abſtraheteris. vt & tu vitam adipiſceteris æternam, & paruulum quem genuiſti, adducere ad legitimam poſſes ætatem. Hæc effatus, cum verba illius mulier grauiter acciperet, ſe à conſpectu eius felle feruens abſtraxit. Adueniente autem dominicæ Reſurrectionis die, cum Sacerdos ad implenda Eccleſiaſtica officia ad Eccleſiam maturius properaſſet, antiphonas iuxta conſuetudinem incipere per ordinem cœpit. Cumque inter pſallendum formulæ decumberet, crudelis adfuit homicida, qui Epiſcopum ſuper formulam quieſcentem, extracto balthei cultro, ſub aſcella percutit.

Cap. 31.

G Ille vero vocem emittens, vt clerici qui aderant adiuuarent, nullius auxilio de tantis adſtantibus eſt adiutus. At ille plenas ſanguine manus ſuper altarium extendens, orationem fundens, & Deo gratias agens in cubiculum ſuum inter manus fidelium deportatus, & in ſuum lectulum collocatus eſt. Statimque Fredegundis cum Beppoleno duce & Anſoualdo adfuit, dicens, Non oportuerat hæc nobis ac reliquæ plebi tuæ, ô ſancte Sacerdos, vt iſta tuo cultui euenirent. Sed vtinam indicaretur qui talia auſus eſt perpetrare, vt digna pro hoc ſcelere ſupplicia ſuſtineret. Sciens autem eam Sacerdos hæc doloſe proferre, ait. Et quis hæc fecit, niſi is qui reges interemit, qui ſæpius ſanguinem innocentem effudit, qui diuerſa in hoc regno mala commiſit? Reſpondit mulier, Sunt apud nos peritiſſimi medici, qui huic vulneri mederi poſſunt. Permitte vt accedant ad te. Et ille, Iam, inquit, me Deus præcipit de hoc mundo vocari: nam tu quæ his ſceleribus princeps inuenta es, eris maledicta in ſeculo, & erit Deus vltor ſanguinis mei de capite tuo.

H Cumque illa diſcederet, pontifex ordinata domo ſua, ſpiritum exhalauit. Ad quem ſepeliēdum Romacharius Conſtantinæ vrbis Epiſcopus aduenit. Magnus tunc omnes Rothomagenſes ciues, & præſertim ſeniores loci illius Francos, mœror obſedit. Ex quibus vnus ſenior ad Fredegundem veniēs, ait, Multa enim mala in hoc ſeculo perpetraſti, ſed adhuc peius non feceras, quam vt Sacerdotē Dei iuberes interfici: ſit Deus vltor ſanguinis innocentis velociter: nam & omnes erimus inquiſitores mali huius, vt tibi diutius non liceat tam crudelia exercere. Cum autem hæc dicens, diſcederet à conſpectu reginæ, miſit illa qui eum ad conuiuium prouocaret. Quo renuente, rogat vt ſi conuiuio eius vti non velit, ſaltem vel poculum hauriat, ne ieiunus à regali domo diſcedat. Quo expectante, accepto poculo, bibit abſynthium cum vino & melle mixtum, vt mos barbarorum habet: ſed hic potus veneno im-

A

Senior veneno necatur Fredegundæ dolo.

butus erat. Statim autem vt bibit, ſenſit pectori ſuo dolorem validum imminere: & quaſi ſi incideretur intrinſecus, exclamat ſuis dicens, Fugite ô miſeri, fugite malum hoc, ne mecum pariter pereamini. Illis quoque non bibentibus, ſed feſtinantibus abire, ille protinus execatus, aſcenſoque equo in tertio ab hoc loco ſtadio cecidit, & mortuus eſt. Poſthæc Leudoualdus Epiſcopus Epiſtolas per omnes ſacerdotes direxit, & accepto conſilio Eccleſias Rotomagenſes clauſit, vt in his populus ſolennia diuina nō ſpectaret, donec indignatione communi reperiretur huius auctor ſceleris. Sed & aliquos adprehendit, quibus ſupplicio ſubditis, veritatem extorſit, qualiter per conſilium Fredegundis hæc acta fuerant: ſed ea defenſante, vlciſci non potuit: ferebant etiam ad ipſum percuſſores veniſſe, pro eo quod hæc inquirere ſagaciter deſtinaret: ſed cuſtodia vallato ſuorum, nihil ei nocere potuerunt. Itaque cum hæc ad Gunthchramnum regem perlata fuiſſent, & crimen ſuper mulierem iaceretur, miſit tres Epiſcopos ad filium qui eſſe dicitur Chilperici, quem ſuperius Chlotharium ſcripſimus vocitatum, id eſt Arthemium Senonicum, Veranum Cabilionenſem, & Agrecium Tricaſſinum, vt ſcilicet cum his qui paruulum nutriebant, perquirerent huius ſceleris perſonam, & in conſpectu eius exhiberent. Quod cum ſacerdotes locuti fuiſſent, reſponderunt ſeniores, Nobis prorſus hæc facta diſplicent, & magis ac magis ea cupimus vlciſci. nam non poteſt fieri vt ſi quis inter nos culpabilis inuenitur, in conſpectum regis veſtri deducatur, cum nos poſſimus noſtrorum facinora regali ſanctione comprimere. Tunc ſacerdotes dixerunt, Noueritis enim quia ſi perſona quæ hæc perpetrauit, in medio poſita non fuerit, rex noſter cum exercitu huc veniens, omnem hanc regionem gladio incendioque vaſtabit. quia manifeſtum eſt hanc interfeciſſe gladio Epiſcopum, qui maleficiis Francum iuſſit interfici. & his dictis diſceſſerunt, nullum rationabile reſponſum accipientes, obteſtantes omnino vt nunquam in Eccleſia illa Melantius qui prius in loco Prætextati ſubrogatus fuerat, ſacerdotis fungeretur officio.

B

Cap. 32. Vxoratos hanc fuiſſe

C

presbyteros & Epiſcopos apparet ſed vxoribus non viſos vt. poſt Hieronym. docet Niceph. lib. 1 c. 24. lib. 2 c. 44 diſputans quinam Apoſtoli coniuges fuerint. Apud eundem cap. 16 Gregor. Niſſenus vxoratus fuit, & Pe- ius cap. 21 in coniugio celebs ſponſam pro ſorore habuit. Mamertinus de

D

B. Hilario: Nō nocuit tibi progenies, non obſtitit vxor Legitimo conſuncta thoro, &c.

Cap. 33. Mulier Pariſienſe ſōnio cognouit incendium

Multa enim hoc tempore mala geſta ſunt. nam Domnola relicta quondam Burgolini, quæ fuit filia Victorij Redonenſis Epiſcopi, quam Nectarius matrimonio copulauerat, intentionem de vineis cum Boboleno referendario Fredegundis habebat. Audiens eam in has vineas aduenifſe, miſit nuncios obteſtantes, ne ingredi penitus in hanc poſſeſſionem præſumeret. Quod illa deſpiciens, & res patris ſui fuiſſe proclamans, ingreſſa eſt. Tunc ille commota ſeditione, ſuper eam cum armatis viris irruit. Qua interfecta, vineas vindemiauit, reſque diripuit: & tam viros quam mulieres qui cum ea erant, interfecit gladio, nec remanſit ex his niſi qui fuga labi potuit.

Extitit autem in his diebus apud vrbem Pariſiacam mulier quæ diceret incolis, Fugite ab vrbe, & ſcitote eam incendio concremandam. Quæ cum à multis irrideretur, quod hæc aut ſortium præſagio diceret, aut vana aliqua ſomniaſſet, aut certe dæmonij meridiani hęc inſtinctu proferret, reſpondit, Nequaquam eſt ita vt dicitis: nam in veritate loquor, quia vidi per ſomnium à baſilica ſancti Vincentij venientem virum illuminatum, tenentem manu cereum, & domos negociantium ex ordine ſuccendentem. Denique poſt tertiam noctem, quod hæc mulier eſt effata, inchoante crepuſculo, quidam è ciuibus accenſo lumine, in promptuarium eſt ingreſſus: adſumptoque eo ac cæteris quæ neceſſaria erant, abſceſſit, lumine ſecus cupellam olei derelicto. Erat enim domus hæc prima ſecus portam quæ ad medium diem pandit egreſſum. Ex quo lumine adprehenſa domus incendio concrematur, de qua & aliæ adprehendi cœperunt. Tunc diruente igne ſuper vinctos carceris, adparuit eis beatus Germanus, & comminuens trabem atque catenas, quibus vincti tenebantur, reſerato carceris oſtio, vinctos abire permiſit incolumes. Illi vero egreſſi ſe ad baſilicam ſancti Vincentij, in qua ſepulchrum habetur beati antiſtitis contulerunt. Igitur cum per totam ciuitatem huc atque illuc flante vento flamma ferretur, totiſque viribus regnaret incendium, adpropinquare ad aliam portam cœpit, in qua beati Martini oratoriū habebatur: quod ob hoc aliquando factum fuerat, eo quod iſte lepram maculoſis hominis oſculo depuliſſet. Vir autem qui eum intextis virgultis in ſublime conſtruxerat, confiſus in domino, nec de beati Martini virtute diffiſus, ſe reſque ſuas intra eius parietes ambiuit, dicens, Credo enim, & fides mea eſt, quod repellat ab hoc loco incendium, qui ſæpius incendiis imperauit: & in hoc loco leproſi hominis cutem oſculo medente purgauit. Adpropinquante enim illuc incendio, ferebantur validi globi flammarum qui percutientes parietem oratorij, protinus tepeſcebant. Clamabat autem populus viro ac mulieri, Fugite ô miſeri vt euadere poſſitis: ecce iam ignium pondus ſuper vos diruit, ecce fauillæ incendij cum carbonibus, tanquam validus imber ad vos vſque diſtenditur: egredimini ab oratorio, ne cum eodem incendio concrememiní. At illi orationem fundentes, nunquam ab his vocibus mouebantur. Sed nec mulier ſe vnquam à feneſtra per quam interdum flammæ ingrediebantur, amouit, quæ erat ſpe firmiſſima de virtute beati antiſtitis præmunita. Tantaque fuit virtus beati pontificis, vt non ſolum hoc oratorium cum alumni proprij domo ſaluaret, verumetiam nec aliis domibus quæ in circuitu erant, nocere flammis dominantibus permiſiſſet: ibique cecidit incendium, quod ab vna parte pontis cœperat deſæuire. Ab alia vero parte tam valide cuncta conflagrauit, vt amnis finem imponeret. verumtamen Eccleſiæ domibus ſuis non ſunt adultæ, aiebant enim hanc vrbem quaſi conſecratam fuiſſe antiquitus, vt non ibi incendium præualeret, non ſerpens, non glis adparuiſſet. Nuper autem cum cuniculos pontis emundaretur, & cœnum de quo repletum fuerat, auferretur, ſerpentem, gliremque æreum repererunt. Quibus ablatis & glires ibi deinceps extra numerum, & ſerpentes adparuerunt, & poſtea incendia perferre cœpit.

E

F

Glirium & ſerpentis conſumatio.

Cap. 34.

Britto preſbyter ob temulentiam dæmone correptus.

Et quia princeps tenebrarum mille habet artes nocendi, quid de reclauſis ac Deo deuotis nuper geſtum fuerit, pandam. Vennocus Britto presbyterij honore præditus, cuius in alio libro meminimus, tantæ ſe abſtinentiæ dedicauit, vt indumento de pellibus tantum vteretur, cibum de herbis agreſtibus incoctis ſumeret: vini vero tantum vas ad os poneret, quod magis putaretur libare oſculo quam haurire. Sed cum eidem deuotorum largitas frequenter exhiberet vaſa hoc plena liquore, didicit, quod peius eſt, extra modum haurire, & in tantum diſſolui potione, vt plerunque ebrius cerneretur: vnde factum eſt vt inualeſcente temulentia, tempore procedente à dæmonio correptus, per energiam vexaretur, in tantum vt accepto cultro, vel quodcunque genus teli, vel lapidem, aut fuſtem potuiſſet adripere, poſt homines inſano furore diſcurreret: vnde neceſſitas exegit vt catenis vinctus, cuſtodiretur in cellula. In hac quoque damnatione per duorum annorum ſpacia debachans, ſpiritum exhalauit. Alius quoque Anatolius Burdegalenſis, puer vt ferunt annorum duodecim, cum eſſet famulus cuiuſdam negociatoris, petit ſibi ad reclusionem licentiam tribui. Sed reſiſtente diu domino, putans eum in hoc tepeſcere, atque implere non poſſe in hac ætate quod nitebatur appetere, tandem, victus precibus famuli facultatem tribuit, vt id quod flagitabat impleret. Erat autem ibi crypta ab antiquis tranſuoluto eleganti que opere expolita, in cuius angulo erat cellula parua de quadratis lapidibus clauſa, in quam vix vnus ſtans homo recipi poſſet. In hanc cellulam puer ingreditur in hac per octo aut eo amplius annos commoratus, tenui cibo potuque contentus vigiliis orationibuſque vacabat. Poſt hæc pauorem validum perpeſſus clamare cœpit, intrinſecus ſe torqueri. Vnde factum eſt vt adiuuante eum, vt credo, diabolicæ partis miliria, amotis quadris quibus concluſus tenebatur, eliderct parietem in terram, collidens palmas, & clamans ſe à ſanctis Dei peruri. Cumque diutiſſime in hac inſania teneretur, & ſancti Martini crebrius confiteretur nomen, ac diceret ſe potius ab eo quam à ſanctis aliis cruciari, Turonos adducitur. Sed malus ſpiritus, credo, ob virtutem atque magnitudinem ſancti compreſſus, nequaquam hominem mutilauit. Nam in loco ipſo per anni curriculum degens cum nihil mali pateretur, regreſſus eſt: ſed rurſus quibus caruerat, incurrit.

G

H

Anatolius torquetur à dæmone.

Legati

A Cap. 35. Legati Hiſpan.

Legati de Hiſpaniis ad regem Gunthchramnum venerunt cum multis muneribus pacem petentes, ſed nihil certi acceperunt in reſponſis. nam anno præterito cum exercitus Septimaniam debellaſſet, naues quæ de Galliis in Galliciam abierant, ex iuſſu Leuuieldi regis vaſtatæ ſunt, res ablatæ, homines cæſi atque interfecti, nonnulli captiui abducti ſunt. Ex quibus pauci quodammodo ſcaphis erepti, patriæ quæ acta fuerant nunciauerunt.

Cap. 36. Magnoald interfectus.

Igitur apud Childebertum regem Magnoualdus cauſis occultis rex iuſſu regis interficitur hoc modo: Stante intra Metenſis vrbis Palatium rege, & ludum ſpectante qualiter animal caterua canum circumdatum fatigabatur, Magnoualdus arceſſitur. Qui veniens, & neſciens quæ agenda erant, cum reliquis diſſolutus riſu, proſpicere pecudem cœpit. At is cui iuſſum fuerat, cum videret eum ſpectaculo intentum, librata ſecuri, caput eius illiſit. Qui cecidit & mortuus eſt, ac per feneſtram domus proiectus, à ſuis ſepultus eſt reſque eius protinus direptæ, & ærario publico quantum repertum eſt, ſunt illatæ. Aummabant tamen quidam, eo quod poſt mortem fratris diuerſis plagis coniugem adſectam interfeciſſet, & vxorem fratris adſciſſet toro, extitiſſe cauſam qua interimeretur.

B Cap. 37. Childeberti filius naſcitur.

Poſt hæc Childeberto regi filius natus eſt, qui à Magnerico Treuerorũ Epiſcopo de ſacro fonte ſuſceptus, Theodobertus eſt vocitatus: de quo tantum gaudium Gunthchramnus rex habuit, vt ſtatim legatos dirigens multa ei munera tranſmitteret, dicens: Per hunc enim Deus erigere Francorum regnum propria maieſtatis ſuæ pietate dignabitur, ſi huic pater aut ipſe vixerit patri.

Cap. 38.

Anno denique vndecimo regni Childeberti regis, legati iterum de Hiſpaniis venerunt, pacem petentes: ſed nihil certi obtinẽtes, regreſſi ſunt. Richaredus autem filius Leuuieldi vſque Narbonam venit, & intra terminum Galliarum prædas egit, & clam regreſſus eſt.

Cap. 39.

Eo anno multi Epiſcoporum obierunt. Badegiſilus vero Cœnomannorum Epiſcopus, vir valde ſæuus in populo, auferens ſiue diripiens iniuſte res diuerſorum: ad cuius animum acerbum atque immitem coniunx acceſſerat ſæuior, quæ illum in committendis ſceleribus, nequiſſimis conſilij ſtimulis perurgebat. Nec præteribat dies aut momentum vllum, in quo non aut in ſpoliis ciuium, aut in diuerſis altercationibus graſſaretur. Quotidie autem cum iudicibus cauſas diſcutere, militias ſeculares exercere,

C

ſæuire in alios, alios cædibus agere non ceſſabat, manibus propriis verberare progrediebatur multos, ac dicere, Num etiam ideo quia clericus factus ſum, vltor iniuriarum mearum non ero? Sed quid dicam de cæteris, cum nec ipſis quoq; germanis parceret, ſed magis ipſos expoliaret. Cum quo nunquam iuſtitiam de rebus paternis maternisve adſequi potuerunt. Quinto autem anno Epiſcopatus ſui expleto, cum iam ſextum ingrediens, epulum ciuibus cum immenſa lætitia præparaſſet, à febre correptus annum quem cœperat protinus morte imminente finiuit. In cuius locum Berthchramnus Pariſiacus Archidiaconus ſubrogatus eſt. Qui multas altercationes cum relicta illius defuncti habuiſſe probatur, eo quod res quæ tempore Badegiſili Epiſcopi Eccleſiæ datæ fuerant, tanquam proprias retinebat, dicens, Militia hæc fuit viri mei: & licet inuita, tamen cuncta reſtituit, erat enim mirabili malitia. nam ſæpius viris omnia pudenda cum ipſis ventris pellibus incidit: fœminis ſecretiora corporis loca laminis candentibus peruſſit: ſed & multa alia inique geſſit, quæ tacere melius putaui. Obiit & Sabaudus Arelatenſis Epiſcopus, in cuius locum Licerius regis Gunthchramni referendarius

D

eſt adſcitus. Grauis tunc prouinciam ipſam lues depopulata eſt. Obiit & Euantius Vienneſis Epiſcopus, in cuius ſedem Vitus presbyter de ſenatoribus rege eligente ſubſtituitur. Multique eo anno ſacerdotum ex hoc mundo migrauerunt: quod præterire volui, eo quod vnuſquiſque in vrbe ſua, ſui reliquerit monimenta.

Cap. 40. Pelagij Epiſcopi Turonenſis vexationes.

Fuit autem & in vrbe Turonica Pelagius quidam, in omni malitia exercitatus, nullum iudicem metuens, pro eo quod iumentorũ fiſcalium cuſtodes ſub eius poteſtate cõſiſterent. Ob hoc furta, ſuperuenta, peruaſiones, cædes, diuerſaq; ſcelera tam in fluminibus quam in terris agere non ceſſabat. nam plerunq; arceſſitum & minacibus lenibuſq; verbis, vt ab hac malitia deſiſteret. prohibere volui, ſed magis odia quam aliquem fructũ iuſtitiæ ab eo recepi, iuxta illud Salomoniacæ ſapientiæ prouerbium. Argue ſtultũ, & adiiciet odire te. Nam tantum in me odium miſer habebat, vt ſæpius ſpoliatis cæſiſq; hominibus ſanctæ Eccleſiæ, exanimes reliquerit, cauſas qualiter Eccleſiæ vel baſilicæ

E

S. Martini damna intenderet, inquirens. Vnde factum eſt vt quadam vice venientes homines noſtros, atque echinum in vaſis deferentes, cæderet, proteretet, ipſaq; vaſa caperet. Quod factum cum cõperiſſem, eum à cõmunione ſuſpendi, non quaſi vltor iniuriæ meæ, ſed vt facilius eum ab hac inſania redderem emendatum. At ille electis duodecim viris, vt hoc ſcelus peieraret, aduenit. Sed cum ego nullum vellem ſacramentum ſuſcipere, compulſus ab eo, vel à ciuibus noſtris, amotis reliquis ipſius tantum iuramentum ſuſcepi, iuſſique eum recipi in communionem. Erat autem eo tempore menſis primus. Adueniente autem menſe quinto quo prata ſecari ſolent, pratum ſanctimonialium, quod termino prati ſui adhærebat, peruadit. In quo ſtatim vt falcem miſit, febre correptus, die tertia ſpiritum exhalauit. Depoſuerat eum ſibi ſepulchrum in baſilica ſancti Martini vici Condatenſis, quod derectum ſui & effractum in fruſta

F

reperiunt. Sic poſtea in porticu ipſius baſilicæ eſt ſepultus: vaſa quoque echini, quæ peierauerat, poſt obitum illius ab eius promptuario ſunt delata. Manifeſtata eſt autem virtus beatæ Mariæ, in cuius baſilica miſer ſacramentorum protulit mendax.

Cap. 41. De Prætextato Epiſcopo.

Cum autem per totam terram ſonus ille percurreret, Prætextatum Epiſcopum à Fredegunde fuiſſe interfectum, illa quoque quo facilius deretgeretur à crimine, adprehenſum puerum cædi iuſſit vehementer, dicens, Tu hoc blaſphemium ſuper me intuliſti, vt prætextatum vrbis Rothomagenſis Epiſcopum gladio adpeteres: & tradidit eum nepoti ipſius ſacerdotis. Qui cum eum in ſupplicio poſuiſſet, omnem rem euidenter aperuit, dixitque, A regina enim Fredegunde centum ſolidos accepi vt hoc facerem: à Melantio vero Epiſcopo, quinquaginta: & ab Archidiacono ciuitatis, alios quinquaginta: inſuper & promiſſum habui, vt ingenuus fierem, ſicut & vxor mea. In hac voce illius, euaginato homo ille gladio, prædictum reum in fruſta concidit. Fredegundis vero Melantium quem prius Epiſcopum poſuerat Eccleſiæ, inſtituit.

G Cap. 42. Beppolenus...

Dum à Fredegunde Beppolenus dux valde fatigaretur, nec iuxta perſonam ſuam ei honor debitus impenderetur, cernens ſe deſpici, ad Gunthchramnum regem abiit. A quo accepta poteſtate ducatus ſuper ciuitates illas quæ ad Chlotharium Chilperici regis filium pertinebant, cum magna potentia pergit: ſed à Redonicis non eſt receptus. Andegauos vero veniens, multa mala ibidem geſſit, ita vt annonas, fœnum, vinum, & quicquid reperire potuiſſet in domib. ciuium ad quas acceſſerat, nec expectatis clauibus, diſruptis oſtiis deuaſtaret: multoſque de habitatoribus loci cædibus adfecit, protriuitque. Domigiſilo quoque metum intulit, ſed pacificatus eſt cum eo. Accedens autem ad vrbem, dum epularetur cum diuerſis in triſtega, ſubito effracto pulpito domus, vix ſemiuiuus euaſit, multis debilitatis, tn eiſdem tamen malis perdurans quæ prius geſſerat. Multa tunc & Fredegundis in regno filij ſui de rebus eius euertit. Ipſe quoque ad Redonicos rediens, & eos regi Gunthchramno ſubdere cupiens, filium ſuum in hoc loco reliquit. Qui non multo intercedente tempore, irruentibus Redonicis interemptus eſt cum multis honoratis viris.

H Arbores in anno ... floreſcunt.

Hoc anno multa ſigna adparuerunt. nam menſe ſeptimo arbores viſæ ſunt floruiſſe: ſed & multæ quæ prius poma habuerant, noua dederunt, quæ vſque ad natalis dominici tempora in ipſis arboribus habita ſunt. Fulgor per cœlum ſerpentis cucurriſſe viſus eſt.

Cap. 43. Nicetius ... Maſſilienſis prouinciæ rector ordinatur.

Anno quoque duodecimo Childeberti regis, Nicetius Aruernus rector Maſſilienſis prouinciæ, & reliquarum vrbium quæ in illis partibus ad regnum regis ipſius pertinebant eſt ordinatus. Anteſtius vero in Andegauos à rege Gunthchramno dirigitur, multis ibidem damnis adfligens eos qui in morte Domnolæ vxoris Nectarij mixti fuerunt, reſque Beppoleni eo quod fuerit huius ca-

pur

A

put ſceleris, in fiſcum redigens, Namnetas acceſſit: ac laceſſire Nonnichium Epiſcopum cœpit, dicens, Quia filius tuus in hoc facinore eſt admixtus, vt digna pro commiſſis ſuis pœnas luat meritum exigit: ſed puer conſcientia accuſante territus, ad Chlotharium filium Chilperici aufugit. Anteſtius vero acceptis fideiuſſoribus ab Epiſcopo: vt in præſentia regis adeſſet, Sanctonas venit. Sonus autem his diebus exierat, quod Fredegundis occultos in Hiſpanias nuncios dirigeret, eoſdemq; à Palladio Sanctonicæ vrbis Epiſcopo clam ſuſceptos, & inantea tranſmiſſos fuiſſe. Erant autem eo tempore dies quadrageſimæ ſanctæ, & Epiſcopus in inſulam maris orationis cauſa ſeceſſerat. ſecundum conſuetudinem autem dum ad dominicæ cœnæ feſta ad Eccleſiam ſuam populo expectante rediret, ab Anteſtio in via vallatur. Qui nec diſcuſſa rei veritate dicebat, Non ingredieris vrbem, ſed exilio condemnaberis, quia ſuſcepiſti nuncios inimicæ Domini noſtri regis. At ille, Neſcio, ait, quid loquaris: tamē quia dies ſancti imminent, accedamus ad vrbē, decurſiſq; ſolemnitatum ſanctarum feſtis, poſtea quæcunq; volueris oppone, rationem à

B

me accipies quia quod reputas nihil eſt. At ille, Nequaquam, inquit, ſed non attinges limina Eccleſiæ tuæ, quia infidelis adparuiſti domino noſtro regi. Quid plura? tenetur in via Epiſcopus domus Eccleſiæ deſcribitur, resq; diripiuntur: ciues cum hominē obtinere non queunt vt ſaltem vel celebrata ſolemnitate paſchali diſcutiatur. His q; ſupplicantibus, & illo renuente, tandem patefacit vulnus quod latebat in pectore. Si inquit, domum quā intra territorij Bituriciterminum habere dignoſcitur meæ ditioni facta venditione ſubdiderit, quæ flagitatis facio: alioquin non effugiet manus meas, niſi trudatur in exilium. Meruit negare Epiſcopus, ſcripſit, ſubſcripſitq; ac tradidit agrum: & ſic datis fideiuſſoribus de præſentia ſua ante regem in ciuitatē ingredi permiſſus eſt. Tranſactis igitur diebus ſanctis, ad regem pergit: adfuit & Anteſtius, ſed nihil de his quæ opponebat Epiſcopo, potuit adprobare. Epiſcopus autem ad vrbem redire iubetur, & vſq; ad ſynodum futurā dilatatur, ſi fortè aliqua de his quæ opponebantur, euidenuus poſſint agnoſci. Adfuit & Nonnichius Epiſcopus, qui datis multis muneribus abſceſſit.

Anteſtius vi inuadit poſſeſſiones Eccleſiæ.

C

Cap. 44.

Fredegundis vero quaſi ex nomine filij ſui, legatos ad Gunthchramnum regem dirigit, qui reſerata petitione, accepto reſponſo, Valedicētes abſcedunt: ſed neſcio quibus cauſis paululum apud metatum ſuum remorati ſunt. Mane autem facto, procedente rege ad matutinos, ac præeunte cereo, viſus eſt homo quaſi ebrius in angulo oratorij dormitare, accinctus gladio, cuius haſta pariete ſuſtentabatur: hoc viſo rex exclamauit, dicens. Non eſſe ſimpliciter hominē, ſub hoc horrore noctis tali in loco quieſcere. Oppreſſus autem, & loris reuinctus, interrogabatur quid ſibi hæc vellent quæ ageret. Nec mora ſupplicio ſubditus, dicit ſe à legatis qui aduenerant, emiſſum fuiſſe, vt rex deberet interfici. Deniq; adprehenſi legati Fredegundis, nihil de his quæ interrogati ſunt cōfitentur, dicentes, Nos nihil ad aliud miſſos, niſi vt legationem quam ſuggeſſimus deferremus. Tunc hominem illum diuerſis plagis adfectum, & carceri mancipatum, legatos per diuerſa loca exilio cōdemnari præcipit. Manifeſtiſſimè enim paruit ſub hoc dolo à Fredegunde fuiſſe directos, vt regem interficere deberent (quod miſericordia domini non permiſit) inter quos Baddo ſenior habebatur.

Fredegunda mittit qui Gūthrāmū occidāt.

D

Cap. 45.

Cum autem legati de Hiſpanijs crebro ad regem Gūthchramnum venirent, & nullius pacis gratiam obtinere potuiſſent, ſed magis inimicitia pullularet, rex Gunthchramnus Albigenſem vrbem nepoti ſuo Childeberto reddidit. Quod cernens Deſiderius dux, qui maximè in eiuſdem vrbis territorio meliora facultatis ſuæ condiderat, timens ne vltio expereretur ab eo propter antiquam inimicitiā, quod aliquando in eadem ciuitate exercitum glorioſæ memoriæ Sygiberti regis grauiter adfeciſſet, cum Tetradia vxore ſua, quam Eulalio tunc Aruerno comiti abſtulerat, in termino Tholoſano cum rebus omnibus tranſiens exercitum commouet, & contra Gothos abire diſponit, diuiſis prius, vt ferunt, rebus inter filios & coniugem, adſumptoq; ſecum Auſtroualdo comite, Carcaſonam petijt. Præparauerant enim ſe hoc audito vrbis illius ciues, quaſi reſiſtere volentes, audierant autem de his prius. Deniq; inito bello fugere Gothi cœperunt, & Deſiderius cum Auſtroualdo à tergo cædere hoſtem. Illis quoque fugientibus, hic cum paucis ad vrbem acceſſit: laſſati enim fuerant equi ſociorum. Tunc ad portam vrbis accedens, vallatus à ciuibus qui intra muros erant, interfectus eſt cum his omnibus qui eum fuerant proſecuti: ita vt vix pauci exinde quodammodo euaderent, qui rem, vt geſta fuerat, nunciarent. Auſtroualdus vero audiens Deſiderium mortuum, de via regreſſus, ad regem perrexit, qui mox in eius locum dux ſtatuitur.

Deſiderius timens ſeceſſit.

E

Deſiderius occiditur.

Poſt hæc Leuuieldus rex Hiſpanorum ægrotare cœpit, ſed, vt quidam adſerunt, pœnitentiam pro errore hæretico agens, & obteſtans ne huic hæreſi quiſquam reperiretur conſentaneus, in legem Catholicam tranſijt: ac per ſeptem dies in fletu perdurans, pro his quæ contra Deum iniquè molitus eſt, ſpiritum exhalauit: regnauitq; Richaredus filius eius pro eo.

Cap. 46. Leuuieldus hæreſeos pœnitens moritur.

F

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM,

LIB. IX.

AGITVR poſt mortem Leuuieldi Hiſpanorum regis, Richaredus filius eius fœdus inijt cum Goiſintha relicta patris ſui, eamq; vt matrem ſuſcepit. Hæc enim erat mater Brunichildis reginæ, matris Childeberti iunioris. Richaredus vero de alia vxore erat filius Leuuieldi: deniq; cum nouerca habito conſilio, legatos ad Gunthchramnum regem, atq; Childebertum dirigit dicens, Pacem habete nobiſcum, & ineamus fœdus, vt adiuti præſidio veſtro, cum neceſſitas popoſcerit, ſimili nos conditione intercedente charitate muniamus. Venientes vero legati qui ad Gunthchramnum regē directi erant, apud Mateſcenſe oppidum iuſſi ſunt reſidere: ibiq; tranſmiſſis viris rex cauſas cognouit, ſed recipere noluit verba eorum, vnde talis poſtmodum inter eos inimicitia pullulauit, vt ad ciuitates Septimaniæ nullū de regno eius tranſire permitterēt. Hi vero qui ad Childebertum regem venerunt, cum charitate recepti ſunt, datiſq; muneribus accepta pace cum muneribus ſunt regreſſi.

Richaredus Leuuieldo ſucceſſit, legatoſq; ad Gūthchrāmū mittit.

G

Eo anno beatiſſima Radegundis ab hoc mundo migrauit. Quæ magnum planctum in monaſterio quod conſtituerat dereliquit, fuiq; & ego præſens ad eam ſepeliendā. Obijt autem menſe ſexto, tertiadecima die menſis, ſepulta poſt triduum. Quæ autē ibi ipſa die virtutes adparuerunt, & qualiter fuerit funerata, in libro * miraculorum plenius ſcribere ſtudui.

Cap. 2. Rhadegundis obitus.

** Initio libri martyrū c. 106. lib. de gloria conf. de perſona etiā Rhadegundis l. 1. ſcripſit Fortunatus.*

Cap. 3.

Interea aduenit feſtiuitas ſancti Marcelli, quæ apud vrbem Cabillonenſem menſe ſeptimo celebratur, & Gunthchramnus rex adfuit: verum vbi peractis ſolennibus ad ſacroſanctum altarium communicandi gratia acceſſiſſet, venit quidam quaſi aliquid ſuggeſturus. Qui cum properat contra regem, culter ei de manu delabitur. Adprehenſoq; repentè, alium cultrum euaginatum in manu eius reperiunt. Nec mora, eductus à baſilica ſancta, vinctus & tormentis addictus, confitetur ſe emiſſum ad interficiendum regem, dicens, Sic enim tractauit qui me miſit, quia cognouit rex multorum in ſe odia adgregata, & ſuſpectus ne percutiatur, omnino ſe à ſuis vallari præcipit, nec reperitur aditus qualiter ad eum cum gladijs poſſit accedere, niſi in Eccleſia in qua ſecurus & nihil metuens ſtare dignoſcitur, tranſuerberetur. Sed & his de quibus locutus fuit adprehenſis multis interemptis, hunc verberatum plagis dimiſit viuum quia nefas putauit, ſi is qui ab Eccleſia eductus fuerat truncatur.

H

Sicarius ad Gunthrāmū accedit.

Eo anno Childeberto regi alius filius natus eſt, quē Veratus Cabillonenſis Epiſcopus ſuſcipiens à lauacro, Theodoricum

Cap. 4. Childeberto naſcitur filius

A dorici nomen poſuit. Erat enim eo tempore ipſe pontifex magnis virtutibus prædıtus, ita vt plerunque infirmis ſignum crucis imponens, ſtatim ſanitati, tribuente Domino, reſtauraret.

Cap. 5. Prodigia.

Prodigia quoque multa dehinc adparuerunt: Nam vaſa per domos diuerſorum, ſignis neſcio quibus caraxata ſunt, quæ res nullo vnquam modo aut eradi potuit, aut deleri. Incœptum eſt autem hoc prodigium ab vrbis Carnotenæ territorio: & veniens per Aurelianenſem vſque Burdegalenſem terminum peraccessit, non prætermittens vllam vrbem quæ fuit in medio. In vineis vero menſe octauo tranſacta vindemia, palmites nouos cum vuis deformatis aſpeximus. In alijs arboribus frondes nouæ & noua viſa ſunt poma. Radij à parte aquilonis adparuerunt. Adſerebant nonnulli vidiſſe ſe ſerpentes ex nube delapſos. Alij adfirmabant villam cum caſis & hominibus ſubitanea internecione euanuiſſe: & multa alia ſigna adparuerunt, quæ aut regis obitum adnunciare ſolent, aut regionis excidium. Vindemia eo anno tenuis, aquæ validæ, pluuiæ immenſæ, flumina quoque granditer adaucta B fuerunt.

Cap. 6. Magi præſtigiæ.

Fuit eo anno in vrbe Turonica Deſiderius nomine qui ſe magum quendam eſſe dicebat, adſerens ſe multa poſſe facere ſigna. Nam & nuncios inter ſe atque Petrum Paulumque Apoſtolos diſcurrere iactitabat: ad quem quia præſens non eram, ruſticitas populi multa confluxerat, deferentes ſecum cæcos & debiles, quos non ſanctitate ſanare, ſed errore necromantici ingenij quærebat inludere, nam hos qui erant paralytici, aut alia impediti debilitate iubebat valdè extendi, vt quos virtutis diuinæ largitione dirigere non poterat quaſi per induſtriam reſtauraret. Denique adprehendebant pueri eius manus hominum, alij vero pedes, tractoſque diuerſas in partes ita vt nerui putarentur abrumpi, cum non ſanarentur, dimittebantur exanimes. Vnde factum eſt vt in hoc ſupplicio multi ſpiritum exhalarent: tantumq; miſer elatus erat, vt minorem ſe beatum Martinum eſſe diceret, ſe vero Apoſtolis coæquaret. Nec mirum, ſi hic ſimilem ſe dicat Apoſtolis, cum ille auctor nequitiæ à quo iſta procedunt, Chriſtum ſe in fine ſeculi faſſurus ſit, nam de hoc a- C nimaduerſum eſt, vt ſuperius diximus, errore necromanticæ artis fuiſſe imbutum. Quia, vt adſerunt qui eum viderunt, cum quiſque de eo procul & abditè quicquam locutus fuiſſet mali, coram populo adſtante improperabat dicens, Quia hoc & illud de me effatus eſt, quæ ſanctitate mea erant indigna: & quo alio niſi nunciantibus dæmonijs id cognoſcebat? Habebat autem cucullum ac tunicam de pilis caprarum: & in præſenti quidem abſtinens erat à cibis & potu: clam autem cùm in diuerſorium veniſſet, ita infarcibat in ore, vt miniſter non occurreret tantum poſcenti porrigere. Sed detecta doloſitate eius, & à noſtris deprehenſa, eiectus eſt extra vrbis terminum. Nec cognouimus deinceps quo abiſſet: dicebat tamen ciuem ſe eſſe Burdegalenſem, nam & ante hos ſeptem annos fuit & alius magnus valdè ſeductor, qui multos decepit doloſitate ſua. Hic enim colobio indutus erat, amictus deſuper ſyndone, crucem ferens, de qua dependebant ampullulæ, quas dicebat oleum ſanctum habere. Aiebat enim ſe de Hiſpanijs aduentare, ac reliquias beatiſſimorũ martyrũ Vincentij Leuitæ, Felicisq; martyris exhibere. Sed cum D iam veſpere ad Baſilicam ſancti Martini Turonos aduenisſet, & nos conuiuio reſideremus, mandatum miſit, dicens, Occurrant reliquijs ſanctis. Cui nos, quia hora iam præterierat, diximus, Requieſcant beatæ reliquiæ ſuper altarũ, donec mane procedamus ad occurſum earum: ſed hic primo diluculo conſurgens, nec expectatis nobis, aduenit cum cruce ſua, & in cellula noſtra adſtitit. Stupefactus ego & admirans leuitatem interrogo quid hæc ſibi velint: Reſpondit quaſi ſuperbus & inflata voce, Meliorem, inquit, occurſum nobis exhibere debueras; ſed hæc ego in aures Chilperici regis ingeram: ille autem vlciſcetur deſpectionem meam. Et ingreſſus in oratorium me poſtpoſito, ipſe capitellum vnum atque alterum ac tertium dicit: ipſe orationem profert, & ipſe conſummat, eleuataque iterum cruce abijt. Erat enim ei & ſermo ruſticus, & E ipſius linguæ latitudo turpis atque obſcœna: ſed nec de eo ſermo rationabilis procedebat: qui vſque Paniſios acceſſit.

Rogationes.

His enim diebus Rogationes publicæ celebrabantur, quæ ante ſanctum dominicæ Aſcenſionis diem agi ſolent. Factum eſt autem vt procedente Ragnemodo pontifice cum populo ſuo, & loca ſancta circumeunte, vt & hic cum cruce ſua adueniens, inuſitatum populis exhibens indumentum, adiunctiſque publicanis ac ruſticis mulieribus & iſte chorum ſuum facere, & quaſi cum ſua multitudine loca ſancta circumire tentat. Hæc cernens Epiſcopus, miſit archidiaconum ſuum dicens, Si reliquias ſanctorum exhibes, pone eas paululum in baſilica, & nobiſcum celebra dies ſanctos: decurſa autem ſolemnitate, proficiſceris in viam tuam. At ille paruipendens quæ ab archidiacono dicebantur, cœpit Epiſcopum conuicijs ac maledictionibus proſequi. Sacerdos vero intelligens eum ſeductorẽ, iuſſit eum recludi in cellulam. Perſcrutatiſq; cunctis quæ habebat, inuenit cum eo ſacculum magnum plenum de radicibus diuerſarum herbarum: ibique & dentes talpæ, & oſſa murium, & vngues atq; adipes vrſinos: vidẽſq; hæc maleficia eſſe, cuncta iuſſit in flumen F proijci, ablataq; ei cruce, iuſſit eum à termino Pariſiacæ vrbis excludi. Sed hic iterum facta altera cruce, cœpit quæ geſſerat exercere. Captuſq; ab archidiacono, & catenis vinctus, iuſſus eſt cuſtodiri. His diebus Pariſios adueneră, & ad baſilicam beati Iuliani martyris metatum habebam. Nocte igitur inſequenti erumpens miſer iſte de cuſtodia, cum ipſis quibus erat nexus catenis ad antedictam baſilicam ſancti Iuliani properat: atque in pauimento in loco quo ego ſtare eram ſolitus, ruit, ac ſopore vinoq; oppreſſus obdormiuit. Nos vero ignari facti, media ſurgentes nocte ad reddendas domino gratias, inuenimus eum dormientem: de quo tantus pædor egrediebatur, vt omnium cloacarum atque ſeceſſuum fœtores fœtor ille deuiceret, ſed nec nos præ hoc fœtore in baſilicam ingredi potueramus. Accedens vero vnus clericorum, clauſis naribus eum excitare nititur, nec potuit; ita enim erat miſer madefactus vino. Tunc quatuor accedentes clerici, leuantes eum inter manus, in vnum angulum baſilicæ proiecerunt: & exhibentes aquas abluto pauimento, reſperſo etiam herbis odoratis, ſic ingreſſi ſumus explere curſum: nunquam G tamẽ nobis pſallentibus potuit excitari, donec dato iterũ de altius ſolis lampas aſcenderet? dehinc excuſatum reddidi Sacerdoti. Conuenientibus autem Epiſcopis apud vrbem Pariſiacam, dum hæc in conuiuio narraremus, ipſum pro caſtigationis gratia adeſſe præcipimus. Quo adſtante eleuatis Amelius Beorretanæ vrbis Epiſcopus oculis, cognoſcit eum ſuum eſſe famulũ, ſibiq; per fugam dilapſum: & ſic excuſatum receptum reduxit in patriam. Multi enim ſunt qui has ſeductiones exercentes populum ruſticum in errorem ponere nõ deſiſtunt: de quibus, vt opinor, & dominus in Euangelio ait, Conſurgere in nouiſſimis tẽporibus Pſeudo-chriſtos, & Pſeudo-prophetas, qui dãtes ſigna & prodigia etiam electos in errorem inducant. De his iſta ſufficiant: nos potius ad propoſitum redeamus.

Cap. 7. Ennodius ducatu remouetur.

Ennodius cum ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ miniſtraret, adhuc & vici Iulienſis atque Benarnæ vrbium principatum accipit. Sed euntibus comitibus Turonicæ atq; Pictauæ vrbis ad regem Childebertum, obtinuerunt, eum à ſe remoueri. Ille vero vbi ſe remotum de H his ſenſit ad ciuitates ſuperius memoratas properat: ſed dum in illis commoraretur, mandatum accepit vt ſe ab eiſdem remoueret: & ſic accepto ocio, ad domum ſuam reuerſus priuati operis curam gerit.

Vaſcones erumpunt.

Vaſcones vero de montibus prorumpentes, in plana deſcendunt, vineas, agroſque depopulantes, domos tradentes incendio, nonnullos abducentes captiuos cum pecoribus, contra quos ſæpius Auſtrouualdus dux proceſſit, ſed paruam vltionẽ exercuit ab eis. Gothi vero propter ſuperioris anni deuaſtationem quam in Septimania regis Guntchramni exercitus fecit, in Arelatenſem prouinciam prorumperunt, egeruntq; prædas & captiuos abduxerunt vſq; ad decimum ab vrbe milliarium: vnum etiam caſtrum Vgernum nomine cum rebus atq; habitatoribus deſolantes nullo reſiſtente regreſſi ſunt.

A *Cap. 8.* Gunthchramnus vero Boſo cum exoſus reginæ haberetur, cœpit per epiſcopos ac proceres diſcurrere, & veniam miſero precari quam ante deſpexerat. Nam cum rex Childebertus eſſet iunior, Brunichildem reginam ſæpe conuitiis atque improperiis laceſſebat: ſed & iniuriis quæ ei ab aduerſis inferebantur, fautor extiterat. Sed & rex ad vlciſcendam iniuriam genitricis, iuſſit eum perſequi atque interfici: ille vero cum ſe cerneret poſitum in diſcrimine, Viridunenſem eccleſiam petit, per Agericum prorſus Epiſcopum qui erat regis pater ex lauacro, veniam impetrare confidens. Tunc pontifex ad regem properat, deprecaturque pro eo: cui rex cum negare nequiret quæ petebat ait, Veniat coram nobis, & dans fideiuſſoribus in præſentia patrui mei, quicquid illius iudicium decreuerit, exequamur. Tunc adductus ad locum vbi rex morabatur nudatus armis, ac per manicas tentus ab epiſcopo repræſentatur regi. Ad cuius prouolutus pedes, ait, Peccaui tibi ac genitrici tuæ, non obediendo præceptionibus veſtris: ſed agendo contra voluntatem veſtram atque vtilitatem publicam: nunc autem rogo vt indulgeatis malis meis quæ contra vos geſſi. Rex autem iuſſit eum eleuari à terra, & poſuit in manu epiſcopi, dicens, Sit penes te ſancte ſacerdos, donec in præſentiam Gunthchramni regis adueniat: & iuſſit eum diſcedere.

Boſo per Agericum veniam impetrauit.

B *Cap. 9.* Poſt hæc Rauchingus coniunctus cum prioribus regni Chlotharij filij Chilperici, confingens ſe quaſi tractaturum de pace, vt inter terminum vtriuſque regni nulla intentio aut dueptio gereretur, côſilium habuerunt, vt ſcilicet interfecto Childeberto rege, Rauchingus cum Theodeberto ſeniore eius filio regnum Campaniæ teneret: Vrſio vero ac Berthefredus iuniore filio nuper genito, qui Theodoricus cognominatur, ad ſe ſuſcepto, & excluſo Gunthchramno rege, reliquum regni teneret. Multa etiam contra Brunichildem reginam frementes, vt eam in contumeliam redigerent, ſicut prius fecerant in viduitate ſua. Rauchingus ergo ſumma elatus potentia, & vt ita dicam, ad ipſius regalis ſceptri ſe iactans gloriam peruenire, iter præparat ad Childebertum regem accedendi, vt conſilium quod inierat poſſet explere. Sed pietas domini hæc verba in aures Gunthchramni regis prius impoſuit: qui miſſis nuntiis, clam ad Childebertum regem, omnes ei molitiones has in notitiam poſuit, dicens, Accelera velociter, vt videamur à nobis: ſunt enim cauſæ quæ agi debeāt.

C Ac ille diligenter inquirens quæ ei nuntiata fuerant, veraque eſſe cognoſcens, arceſſiri Rauchingum iuſſit. Qui cum adfuiſſet, priuſquam eum rex ſuo iuſſiſſet adſtare conſpectui, datis literis & pueris deſtinatis cum euectione publica, qui res eius per loca ſingula deberent capere, iuſſit eum in cubiculum intromitti: locutuſque cum eo alia ex aliis, egredi iterum de cubiculo iubet. Cumque egrederetur à duobus oſtiariis pedibus adprehenſus ruit in gradibus oſtij, ita vt pars corporis eius eſſet intrinſecus, pars vero extrinſecus extenderetur. Tunc ij qui iuſſi ad hæc explenda parati erant, cum gladiis ſuper eum ruunt, atque ita minutatim caput eius conciſerunt, vt ſimile totum cerebro putaretur: ſtatimque mortuus eſt. Tunc denudatus & per feneſtram eiectus, ſepulturæ mandatus eſt. Erat autem leuis in moribus, vltra humanum genus cupiditati ac facultatibus inhians alienis, & ex ipſis diuitiis valde ſuperbus, intantum vt iam in ipſo interitus ſui tempore Chlotharij regis filium ſe fateretur. Multum tamen cum eo auri repertum

Rauchingus interimitur.

D eſt. Quo interfecto, protinus vnus puerorum eius curſu velociter euolans, nuntiauit coniugi eius quæ acta erant. Hæc vero per plateam Sueſſionicæ ciuitatis compta grandibus ornamentis ac gemmarum pretioſitatibus, & auri fulgore obtecta aſcenſo equo, præcedentibus pueris aliiſque ſequentibus ferebatur: atque ad baſilicam ſancti Criſpini Criſpinianique properabat, quaſi ſpectatura Miſſas: erat enim eo die paſſio martyrum beatorum. Sed videns nuntium per aliam plateam greſſum retorquens, proiectis in terrā ornamentis in baſilicam ſancti Medardi antiſtitis cōfugit, ibi ſe tutari confeſſoris præſidio putans. Pueri vero qui miſſi à rege fuerant ad requirendas res eius, tanta in theſauris illius reperiunt, quanta nec in ipſo ærarij publici regeſto poterant inueniri, quod totum regis conſpectibus præſentarunt. nam eo die quo hic interfectus eſt, erant cum rege multi Turonorum atq; Pictauorum, de quibus tale fuit côſilium, vt ſi malum hoc perficere potuiſſent, his ſubditis ſupplicio dicerent, quis ex vobis fuit qui regē noſtrum interemit: eiſque diuerſis ſuppliciis trucidatis, vltores ſe mortis regiæ eſſe iactarent. Sed Deus omnipotens conſilia eorum, quia iniqua erant, diſſipauit, impleuitque illud quod ſcriptum eſt, Quia foueam quam fratri parabis, incides in eam. In locum tamen Rauchingi Magnoualdus dirigitur dux, iam enim Vrſio atque Berthefredus certi quod Rauchingus quæ conlocuti fuerant, poſſit explere, collecto exercitu veniebant. Sed audientes, quod ſcilicet talis fuiſſet adfectus interitu, adaucta adhuc ſecum multitudine hominū quæ ad eos pertinere videbatur, intra caſtrū Vabrenſe, quod villæ Vrſionis propinquū erat, cum rebus omnibus ſe muniunt conſcij conſilij ſui, tractantes vt ſi rex Childebertus aliquid contra eos agere voluiſſet, virtute ſe ab eius exercitu defenſarent: caput enim horum & cauſa malorum Vrſio erat. Sed Brunichildis regina mandata miſit Berthefredo, dicens, Diſiunge te ab homine inimico, & habebis vitam: alioquin cum eodem interibis. filiam enim eius ex lauacro regina ſuſceperat, & ob hoc miſericordiam de eo habere voluit. Qui ait, Niſi morte diuellar ab eo, nunquam à me relinquetur.

E F *Cap. 10.* Dum hæc agerentur, iterum miſit Gunthchramnus rex ad nepotem ſuum Childebertum, dicens, Moræ omnes abſcedant, & vero vt te videam, eſt enim certæ neceſſitatis cauſa, tam pro vitæ noſtræ commodo, quam pro vtilitatibus publicis, vt videamur à nobis. Hæc ille audiens, adſumpta matre cum ſorore & coniuge, ad occurſum patrui deſtinat. Adfuit autem & Magnericus epiſcopus Treuericæ vrbis. Venit etiam Gunthchramnus Boſo, quem Agericus Viridunenſis epiſcopus ſua in fide ſuſceperat: ſed pontifex ille qui pro eo fidem fecerat non adfuit, quia cōuenerat vt abſque vllius defenſione regi præſentaretur, ſcilicet vt ſi ipſe decerneret eum mori debere, non excuſaretur à ſacerdote: ſin autem ille vitam concederet liber abiret. Sed coniunctis regibus pro diuerſis falſitatibus culpabilis iudicatur: iuſſum eſt vt interficeretur. Quod cum ille

G comperiſſet, ad manſionem Magnerici epiſcopi conuolauit, & clauſis oſtiis, ſegregatis ab eo clericis ac famulis, ait, Scio te beatiſſime ſacerdos magnū cū regibus honorem habere, & nunc ad te confugio vt euadam, ecce percuſſores ad oſtium: vnde manifeſte ſcias, quod ſi à te non eruor, interfecto te, egrediar foras, & moriar. Manifeſtiſſime enim noueris, quia aut mors vna nos occupat, aut per vita defenſat. O ſancte ſacerdos, ſcio enim te patrem cōmunem cum rege eſſe filio eius, & noui quoniam quæcumque petieris ab eo, obtinebis: nec negare omnino poterit ſanctitati tuæ quæcumque popoſceris: ideoq; aut impetra veniam, aut moriamur ſimul. Hæc autem euaginato aiebat gladio. Turbatus audito epiſcopus, ait, Et quid faciam, ſi hic à te teneor: dimitte me vt eam, & deprecer miſericordiam regis, & fortaſſis miſerebitur tui. Et ille, Nequaquam, ſed tranſmitte abbates & creditos tuos vt hæc quæ loquor exponant. Veruntamen nō hæc regi vt erant, nuntiata ſunt: ſed dixerūt quod hic ab epiſcopo defenſaretur. vnde factum eſt vt cōmotus rex diceret, Si epi-

H ſcopus exinde egredi noluerit, pariter cum illo auctore perfidiæ pereat. Hæc audiens epiſcopus direxit nuntios ad regem. Qui cum iſta narraſſent, ait rex Gunthchramnus, Inicite ignem in domum, & ſi exire nequiuerit epiſcopus, pariter concremetur. Hæc audientes clerici, effracto vi oſtio, ſacerdotem eiiciunt foras. Tunc miſerrimus cum videret ſe flammis validis ab vtraq; parte vallari, accinctus gladio accedit ad oſtium verum vbi primum limen domus egrediens greſſum foris fixit, ſtatim vnus è populo eiecta lancea, frontem eius inliſit. At ille hoc ictu turbatus, quaſi amens, gladium eiicere tentans, ab adſtantibus ita lancearum multitudine ſauciatur, vt defixis in lateribus eius ſpiculis & ſuſtentantibus haſtilibus ad terram ruere nō poſſet. Interfecti ſunt & pauci qui cum eo erant, expoſitique in campo ſimul. Pro quibus vix obtentum fuit cum principibus, vt terræ reconderentur. Fuit autem hic in actu leuis, auaritiæ inhians, rerum alienarum vltra modum cupidus,

Gunthchramnus Boſo occiditur.

A

omnibus iurans, & nulli promiſſa adimplens. Vxor autem eius cum filiis exilio data eſt, reſq; illius fiſco conlatæ ſunt. Multitudo autem auri argentiq; ac diuerſarum ſpecierum in eius regeſtis reperta eſt. Sed & quæ ſub terra abſconderat ſtimulante conſcientia iniquitatis ſuæ, non latuerunt. ariolis ac ſortibus ſæpius vtebatur, ex quibus futura cognoſcere cupiens, remanſit inluſus.

Boſſo vtebatur ſortibus.

Cap. 11.

Rex vero Gunthchramnus cum nepote ſuo ac reginis, pacem firmauit, datis ſibi inuicem muneribus, ac ſtabilitis cauſis publicis, epulati ſunt pariter. Laudabat enim dominum Gunthchramnus rex dicens: Refero tibi maximas gratias omnipotens Deus qui mihi præſtitiſti vt videre mererer filios de filio meo Childeberto: vnde non me puto vſquequaque à tua maieſtate relictum, qui mihi hæc præſtitiſti, vt videam filios filij mei. Tunc Dynamium & Lupum ducẽ redditos rex Childebertus recepit, Caduteum Brunichildis reginæ refudit. Et ſic cum pace & gaudio iterum atque iterum Deo gratias agentes, conſcriptis pactionibus, ſe remunerantes & oſculantes, regreſſus eſt vnuſquiſque ad ciuitatem ſuam.

Reges & Reginæ inuicem viſitant.

B

Cap. 12. Childeberti exercitu Vrſio concluditur.

Childericus vero rex, collecto exercitu ad locum dirigi iubet, in quo Vrſio ac Berthefredus incluſi morabantur. Erat enim villa in pago Vabrenſi, cui imminebat mons arduus. In huius cacumine baſilicã in honore ſancti ac beatiſſimi Martini conſtruxit: ferebatur enim ibi caſtrum antiquitus fuiſſe: ſed nunc non cura, ſed natura tantum munitum erat. In hac ergo baſilica cum rebus atque vxoribus & familia ſe ante dicti concluſerant. Commoto ergo exercitu, ſicut diximus, Childebertus rex illuc dirigi iubet. Veruntamen cõmoti homines antequam ad eos accederent, vbicunq; aut villas aut res eorum reperire potuerunt, omnia incendio ac prædæ tradiderunt. Accedentes autem ad hunc locum ad mõtem ſe proripiunt, & baſilicam cum armis vallant. Habebant autem quaſi ducem tunc Godegiſilum Lopi ducis generum. Cumque eos extrahere de baſilica non valerent, ignem adplicare nituntur. Quod cernens Vrſio, accinctus gladio, foras egreſſus eſt. Tantaq; cæde hos qui adſidebant mactauit, vt quotcunq; in eius contemplationem adueniſſent, nullus viuens remanere poſſit.

C

Trudulphus cadit.

Ibi & Trudulphus palatij regalis comes cecidit, & multi de hoc exercitu proſtrati ſunt. Cumq; iam nullus de cæde Vrſionis cerneretur, percuſſus à quodam in fœmore debilitatus ad terram ruit, & ſic irruentibus aliis vitam finiuit. Quod cernens Godegiſilus, clamare cœpit ac dicere, Fiat nunc pax, ecce maximus inimicus dominorum noſtrorum ruit. hic vero Berthefredus vitam habeat. Hæc eo dicente, cum omnis populus ad direptionem rerum quæ in baſilica adonatæ fuerant, inhiaret, Berthefredus aſcenſo equo ad Viridunenſem vrbem dirigit: ibique in oratorio quod in domo eccleſiaſtica erat, ſe tutari putãs, præſertim cum & ipſe pontifex Agericus in hac domo reſideret. Sed cum Childeberto regi nuntiatum fuiſſet, effugiſſe ſcilicet Berthefredum, perculſus cordis dolore ait, Si hic mortem euaſerit, non euadet Godegiſilus manus meas. Neſciebat tamen rex, eum in domum eccleſiæ ingreſſum fuiſſe, ſed quaſi in regionẽ aliam confugiſſe. Tunc timens Godegiſilus commoto iterum exercitu, domum eccleſiæ armatis vallat. Sed cum eum pontifex reddere nequiret, ſed defenſare conaretur, aſcendentes ſupra tectum, eum ab ipſis tegulis ac maceriis, quibus oratorium opertum erat, inlidentes, interfecerunt: ibique cum tribus famulis mortuus eſt.

Berthefredus occiditur.

D

Multum ex hoc epiſcopus dolens, quod eum nõ ſolum defenſare non potuit, verum etiam locum in quo orare conſueuerat & in quo ſanctorum pignora adgregata fuerant, ſanguine humano pollui vidit. Miſit autem Childebertus rex eum muneribus, vt à mœrore reuocaretur: ſed noluit conſolari. Multi autem his diebus pertimeſcentes regem, in alias regiones abſceſſerunt. Nonnulli etiam à primatu ducatus remoti ſunt, in quorum ordinem alij ſucceſſerunt.

Cap. 13. Baddon.

Gunthchramnus vero Baddonem quem pro crimine maieſtatis ſuperius vinctum diximus, in præſentiam ſuam venire iuſſit, & tranſmittens vſq; Pariſios, ait, Si eum cum idoneis hominibus Fredegundis ab hac actione qua impetitur, immunem fecerit, abſcedat liber, & quo voluerit eat. Sed veniens Pariſios, nullus de parte memoratæ mulieris adfuit, qui eum idoneum reddere poſſet. Tunc vinctus & catenis oneratus ſub ardua cuſtodia, ad vrbem Cabillonenſem reductus eſt. Sed poſtea intercurrẽtibus nuntiis, & præſertim Leudoualdo Baiocaſſino pontifice dimiſſus, ad propria redit.

E

Grauiter tunc morbus dyſentericus apud Metenſem ſæuiebat vrbem. His diebus nos dum ad occurſum regis properaremus, Wiliulfum ciuem Pictauum, plenum febre, hoc morbo laborantẽ in via offendimus, id eſt, ad Remenſem vrbem, de qua profectus valde exinanitus cum ad vrbem Pariſiacam cum filio vxoris ſuæ veniſſet, apud villam Rigoialenſem facto teſtamento defunctus eſt: puer vero qui & ipſe ab hoc languore tenebatur obiit: & ſic pariter in vrbis Pictauæ delati terminum, tumulati ſunt. Vxor quoque ipſius Wiliulfi tertio copulatur viro, filio ſcilicet Beppoleni ducis; qui & ipſe duas iam, vt celebre fertur, vxores viuas reliquerat; erat enim leuis atque luxurioſus, & dum nimio ardore fornicationis arctaretur, ac relicta coniuge cum famulabus accubaret, exhorrens legitimum connubium, aliud expetebat: ſic & ſecundæ fecit, & huic cui tertio copulatus eſt, ignorans quod corruptio incorruptionem non poſſidebit.

Dyſenteria.

F

Cap. 14.

Poſt hæc cum Egidius Remenſis vrbis Epiſcopus, de illo crimine maieſtatis quo ſuperius memorati perempti ſunt, ſuſpectus haberetur, cum magnis munerib. ad Childebertum accedens, veniam deprecatur: prius tamen ſacramenta ſuſcipiens, in baſilica ſancti Remigij, ne aliquid mali in itinere pateretur: ſuſceptuſq; à rege cum pace diſceſſit. Pacem etiam cum Lupo duce obtinuit, quem inſtinctu eius de Campaniæ ducatu ſupra memorauimus fuiſſe depulſum. Vnde rex Gunthchramnus valde in amaritudinẽ excitatus eſt eo quod ei promiſerit Lupus nunquam ſe cum eodem pacem facturum, quia fuiſſet regis cognitus inimicus.

Cap. 15.

Igitur eo tempore in Hiſpania Richaredus rex compunctus miſeratione diuina, conuocatis Epiſcopis religionis ſuæ ait, Cur inter vos & ſacerdotes illos qui ſe catholicos dicunt, iugiter ſcandalum propagatur: & cum illi per fidem ſuam ſigna multa oſtendant, vos nihil tale agere poteſtis? quare conuenite quæſo ſimul, & diſcuſſis vtriuſque partis credulitatibus, quæ vera ſunt cognoſcamus: & tunc aut accepta illi à vobis ratione ea credant quæ dicitis, aut certe vos ab illis veritatem agnoſcentes, quæ prædicauerint vos credatis. Quod cum factum fuiſſet, congregatis vtriuſque partis Epiſcopis, propoſuerunt hæretici illa quæ ſæpius ab ipſis dicta iam ſcripſimus: ſimiliter reſponderũt Epiſcopi noſtræ religionis ea de quibus hæreticorum partem plerumq; victam libris ſuperioribus demõſtrauimus:

G

& præſertim cum rex diceret, quod nullum ſignum ſanitatis ſuper infirmos ab hæreticorũ oſtenderetur Epiſcopis, ac in memoria replicaret qualiter tempore genitoris ſui, Epiſcopus qui ſe iactabat per fidem non rectam cæcis reſtituere lumen tacto cæco & cæcitati perpetuæ damnato diſceſſiſſet confuſus, quod nos in libro miraculorum plenius declarauimus: vocauit ad ſe ſeorſum ſacerdotes Dei, quibus perſcrutatis, cognouit vnũ Deum ſub diſtinctione colẽ perſonarum trium, id eſt, patris & filij & Spiritus ſancti: nec minorem filium patre ſpirituque ſancto, neq; Spiritum ſanctum minorem patre vel filio, ſed in vna æqualitate atque omnipotentia hanc Trinitatem verum Deum fateri.

Diſtinctio perſonarum.

H

Tunc intelligens veritatem Richaredus, poſtpoſita altercatione, ſe catholicæ legi ſubdidit, & accepto ſignaculo beatæ crucis cum chriſmatis vnctione, credidit Ieſum Chriſtum filium Dei æqualem cum Spiritu ſancto regnantem in ſecula ſeculorum, Amen. Deinde nuntios mittit ad prouinciam Narbonenſem, quibus narrantibus ea quæ ille geſſerat, ſimili credulitate populus ille connecteretur. Erat tunc temporis Arrianæ ſectæ Epiſcopus Athalocus, qui ita per propoſitiones vanas ac interpretationes falſas ſcripturarum, Eccleſias Dei cõturbabat, vt putaretur quod ipſe eſſet Arrius, quem proieciſſe in ſeceſſum extra hiſtoriographus narrauit Euſebius. Sed cum hæc populo ſectæ ſuæ credere non fineret, & ad conſentiendum ei paucorum faueret adulatio, commotus felle, ingreſſus in cellulam ſuam inclinato ſuper lectulum capite, nequam ſpiritum exhalauit. Sicque hæreticorum populus, in ipſa con-

ſiſtens

A

ſiſtens prouincia, inſeparabilem Trinitatem conſeſſus, ab errore diſceſſit.

Cap. 16. Richaredi legatio ad reges Franc.

Poſt hæc Richaredus legationem ad Gunthchramnum atque ad Childebertum direxit pacis gratia, vt ſcilicet ſicut in fide ſe adſerebat vnum, ita & charitate ſe præſtaret vnitum. Sed à Gunthchramno rege repulſi ſunt, dicēte, Qualem mihi fidem promittere poſſunt, aut quēadmodum à me credi debent, qui neptem meam Ingundem in captiuitatem tradiderunt, & per eorum inſidias & vir eius interfectus eſt, & ipſa in peregrinatione defuncta? Non recipio ergo legationem Richaredi, donec me Deus vlciſci iubeat de his inimicis. Hæc legati audientes, ad Childebertum proficiſcuntur, à quo & in pace excepti ſunt, dicente, Vult ſe dominus noſter, frater tuus Richaredus de hoc crimine exuere, quod ei imponitur, quaſi in mortem ſororis veſtræ fuiſſet conſcius: de quo, ſacramento, ſi vultis, aut qualibet alia conditione idoneus reddi poteſt. Deinde datis gratiæ veſtræ decem millibus ſolidorum, charitatem veſtram habere deſiderat, & vt ille veſtro vtatur ſolatio, & vos eius vbi neceſſe fuerit, beneficiis potiamini. Hæc illis dicentibus,

B

promiſerunt Childebertus rex & mater eius pacem & charitatem cum ipſo ſe integre cuſtodituros. Acceptiſque ac datis muneribus, addiderunt legati, Iuſſit etiam dominus noſter ponere verbum in auribus veſtris de filia ſiue ſorore veſtra Chlodoſinda, vt ei tradatur in matrimonium, quo facilius pax quæ inter vos promittitur, confirmetur. Qui dixerunt, Promiſſio noſtra ex hoc habilis dabitur, ſed ſine patrui noſtri Gunthchramni regis conſilio hæc facere non audemus: promiſſum enim habemus de maioribus cauſis nihil ſine eius conſilio agere: accepto itaque reſponſu redierunt.

Cap. 17. Hyems grauiſſima.

Eo anno verno tempore pluuiæ validæ fuerunt, & cum iam vel arbores vel vineæ fronduiſſent, nix decidens cuncta operuit. Subſequenti quoque gelu, tam palmites vinearum, quam reliqui oſtenſi fructus incenſi ſunt. Tantuſque rigor fuiſſe viſus eſt, vt etiam hirundines & alites quæ de externis regionibus venerant, vi algoris extinguerentur. Illud etiam admirabile fuit, quod vbi nunquam gelu nocuit, tunc omnia abſtulit: & eo vbi conſueuerat lædere, non acceſſit.

C

Cap. 18. Britanni prædantur.

Britanni quoque irruentes in terminum Namneticum, prædas egerunt, peruadentes villas, & captiuos abducentes. Quod cum Gunthchramno regi perlatum fuiſſet, iuſſit commoueri exercitum, dirigens illuc nuntium qui eis loqueretur vt componerent cuncta quæ male geſſerant, aut certe nouerint ſe gladio caſuros ab exercitu eius. At illi timentes, promittunt ſe omnia quæ male geſſerant, emendare. His auditis, rex dirigit illuc legationem, id eſt Namatium Aurelianenſem, & Berthchramnum Cœnomannenſem Epiſcopum, cum comitibus & aliis viris magnificis. Adfuerunt etiam & de regno Chlotharij Chilperici regis filij viri magnifici: qui euntes in terminum Namneticum locuti ſunt cum Warocho & Vidimacio omnia quæ rex præceperat. At illi dixerunt, Scimus & nos ciuitates iſtas Chlotharij regis filiis redhiberi, & nos ipſis debere eſſe ſubiectos: tamen quæ contra rationem geſſimus, cuncta componere non moramur: & datis fideiuſſoribus, atque ſubſcriptis cautionibus, promiſerunt ſe ſingula millia ſolidorum Gunthchramno regi & Chlothario in compoſitionem daturos, promittentes nunquam terminum ciuitatum illarum vltra ſe adgreſſuros. His ita compoſitis, regreſſi

D

ſunt reliqui, & narrauerant regi quæ geſſerant. Namatius vero Epiſcopus, dum receptis villis intra terminum Namneticæ vrbis, quas olim parentes eius perdiderant, ibidem moraretur, puſulæ malæ ei tres oriuntur in capite. Ex hoc valde confectus tædio, dum ad ciuitatem ſuam reuerti cuperet, intra Andegauenſis territorij terminum, ſpiritum exhalauit. Corpuſculum eius ad vrbem ſuam delatum, in baſilica ſancti Aniani confeſſoris ſepultum eſt: in cuius cathedrā Auſtinus Paſtoris quondam filius ſubrogatur. Warochus vero oblitus ſacramenti & cautionis ſuæ, omnia

Namatius moritur.

poſtpoſuit quæ promiſit. Vineas Namneticorum abſtulit, & vindemiam colligens, vinum in Veneticum tranſtulit. Et ex hoc iterum rex Gunthchramnus valde furens, exercitum commoueri iuſſit, sed quieuit.

E

Cap. 19.

Bellum vero illud quod inter ciues Turonicos ſuperius diximus terminatum, in rediuiuam rurſum inſaniam ſurgit. Nam Sicharius cum poſt interfectionem parentum Chramiſindi, magnam cum eo amicitiam patraſſet, & in tantum ſe charitate mutua diligerent, vt plerumq; ſimul cibum caperent, ac in vno pariter ſtrato recumberent, quadam die cœnam ſub nocturno tempore præparat Chramiſindus, inuitans Sicharium ad epulum ſuum. Quo veniente, reſident pariter ad conuiuium: cumque Sicharius crapulatus à vino, multa iactaret in Chramiſindum, ad extremum dixiſſe fertur, Magnas mihi debes referre grates, ô dulciſſime frater, eo quod interfecerim parentes tuos, de quibus accepta cōpoſitione, aurū argentumq; ſuperabundant in domo tua: & nudus nunc eſſes & egens, niſi hæc te cauſa paululum roboraſſet. Hæc ille audiens, amaro ſuſcepit animo dicta Sicharij, dixitq; in corde ſuo, Niſi vlciſcar interitū parentum meorum, amittere nomen viri debeo, & mulier infirma vocari. Et ſtatim extinctis luminaribus, ca-

Sicharius ad vltionem necatur.

put Sicharij ſica diuidit. Qui paruulam in ipſo vitæ termino vocem emittens, cecidit & mortuus eſt. Pueri vero qui

F

cum eo venerant, dilabuntur. Chramiſindus exanimū corpus nudatū veſtimentis, adpendit in ſepis ſtipite, aſcenſiſq; equis eius ad regem pergit, ingreſſuſq; Eccleſiam ad pedes proſternitur regis, dicens, Vitā peto, ô glorioſe rex, eo quod occiderim homines qui parentibus meis clam interfectis res omnes diripuerunt. Cumque expoſitis per ordinem cauſis, & regina Brunichildis grauiter accepiſſet, eo quod in eius verbo Sicharius poſitus, taliter fuerat interfectus, frendere in eum cœpit. At ille cum vidiſſet eam aduerſam ſibi, Voſagenſem territorij Biturici pagum expetiit, in quo eius parentes degebant, eo quod in regno Gunthchramni regis haberetur. Tranquilla quoque coniunx Sicharij relictis filiis & rebus viri ſui in Turonico ſiue in Pictauo ad parentes ſuos Mauriopes vicum expetiit: ibiq; & matrimonio copulata eſt. Obiit autem Sicharius quaſi annorum 40. Fuit autem in vita ſua leuis, ebrioſus, homicida, qui nonnullis per ebrietatem iniuriam intulit. Chramiſindus vero iterum ad regem abiit, iudicatumque eſt ei vt conuinceret ſuper ſe eum interfeciſſe, quod ita fecit. Sed quoniam, vt diximus, regina Brunichildis in verbo ſuo poſuerat Sicha-

G

rium, ideo res huius confiſcari præcepit: ſed in poſterum à Flauiano domeſtico redditæ ſunt, ſed & ad Aginnum properans, epiſtolam eius elicuit, vt à nullo contingeretur. Ipſe enim res eius à regina conceſſæ fuerant.

Cap. 20. Legatio ſuſcepta ad Gunthchramnum pro Child.

Eo anno quoque 13. regis Childeberti, cum ad occurſum eius vſque Metenſem vrbem properaſſemus, iuſſi ſumus ad Gunthchramnum regem in legationem accedere: quē apud vrbē Cabillonenſem reperimus, dicentes, Salutem vberrimā mittit tibi glorioſiſſimus nepos tuus Childebertus, ô inclyte rex, immenſas referens gratias pietati tuæ, quod à te iugiter commonetur vt ea agat quæ & Deo placeant, & tibi ſint accepta, & populo congrua. De his vero quæ locuti ſimul fuiſtis omnia implere promittit, nec quicquam ſe de pactionibus quæ inter vos cōſcriptæ ſunt, irrumpere pollicetur. Et rex ad hæc ait, Non ſimiliter ego gratias ago, quod taliter irrumpitur quod mihi promiſſum eſt. Pars mea de vrbe Siluanectenſi non redditur. Homines quos pro vtilitate mea, quia mihi infenſi erant, migrare volui, non permiſerunt: & quomodo dicitis, quod nihil de pactionibus ſcriptis tranſcendere vult dulciſſimus

H

nepos meus? Et nos ad hæc, Nihil vult contra pactiones agere illas, ſed omnia implere promittit, ita vt de præſenti ſi ad diuiſionem Siluanectenſem vis mittere, nec tardetur: ſtatum enim recipies tuum. De hominibus vero quos dicis, nomina ſcripta tradentur, & omnia quæ promiſſa ſunt implebuntur. Hæc nobis loquentibus, pactionem ipſam relegi rex coram adſtantibus iubet.

Exemplar

Cum in Chriſti nomine præcellētiſſimi domni Gunthchramnus & Childebertus reges & glorioſiſſima domna Brunichildis regina, Andelaum charitatis ſtudio conueniſſent, vt omnia quæ vndecunq; inter ipſos ſcandalum poterant generare, pleniori conſilio definirent: id inter eos mediantibus ſacerdotibus atque proceribus, Deo medio, charitatis ſtudio ſedit, complacuit, atq; conuenit, vt quamdiu eos Deus omnipotens in præſenti ſeculo ſupereſſe vo-

A luerit, fidem & charitatem puram, & ſimplicem ſibi debeant conſeruare. Similiter quia domnus Gunthchramnus iuxta pactionem quam cum bonæ memoriæ domno Sygiberto inierat, integram portionem, quæ eſt de regno Chariberti, illius fuerat cōſecutus, ſibi diceret in integrum redhiberi, & pars domni Childeberti, ea quæ pater ſuus poſſederat, ad ſe vellet rex omnibus reuocare, id inter ipſos cōſtat fixa deliberatione finitum, vt in illam tertiam portionem de Pariſienſi ciuitate cum terminis & populo ſuo, quæ ad domnum Sygibertum de regno Chariberti conſcripta pactione peruenerat, cum caſtellis Duno, & Vindocino, & quicquid de pago Stampenſi vel Carnoteno in peruio illo antefatus rex cum terminis & populo ſuo perceperat, in iure & dominatione domni Gunthchramni, cum eo quod ſuperſtite domno Sygiberto de regno Chariberti antea tenuit, debeant perpetualiter permanere: pari conditione ciuitates Meldonenſes, & duas portiones de Siluanectis, Turonos, Pictauos, Abrincatas, vicum Iulienſem cum Sorannis, Lapurdo & Albige, domnus Childebertus rex cum terminis à præſenti die ſuæ vindicet poteſtati.
B Ea igitur conditione ſeruata, vt quem Deus de ipſis regibus ſuperſtitem eſſe præceperit, regnum illius qui abſque filiis de præſentis ſeculi luce migrauerit, ad ſe in integritatem iure perpetuo debeat reuocare, & poſteris ſuis, domino auxiliante, relinquere. Illud ſpecialiter placuit per omnia inuiolabiliter cōſeruari, vt quicquid domnus Guntchramnus rex filiæ ſuæ Chlothieldi cōtulit, aut adhuc Deo propitiante contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in ciuitatibus, quam agris vel redditibus, in iure & dominatione ipſius debeant permanere: & ſi quid de agris fiſcalibus, vel ſpeciebus atque præſidio pro arbitrij ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante domino conſeruetur, neque à quocumque vllo vnquam tempore conuellatur, & ſub tuitione ac defenſione domni Childeberti, cum his omnibus quæ ipſam tranſitus genitoris ſui inuenerit poſſidentem, ſub omni honore & dignitate ſecura debeat poſſidere. Pari conditione repromittit domnus Gunthchramnus rex, vt ſi (vt habet humana fragilitas, quod diuina pietas non permittat, nec ille videre deſiderat) contigerit domnum Childebertum,
C eo ſuperſtite de hac luce migrare, filios ſuos Theodobertum & Theodoricum reges, vel ſi adhuc alios ipſi Deus dare voluerit, vt pius pater ſub ſua tuitione & defenſione recipiat, ita vt regnum patris eorum ſub omni ſoliditate poſſideant: & genitricē domni Childeberti domnam Brunichildem reginam, vel filiam eius Chlodoſuindam, germanam domni Childeberti regis, quamdiu intra regionē Francorum fuerit, vel eius reginam Falleubam, tanquam ſororem bonam, & filias in ſua tuitione & defenſione, ſpiritali dilectione recipiat, & ſub omni honore & dignitate cum omnibus rebus earum, cum ciuitatibus, agris, redditibus, vel cūctis titulis & omni corpore facultatis, tam quod præſenti videntur tempore poſſidere, quam quod adhuc Chriſto præſule iuſte potuerint augmentare, ſub omni ſecuritate & quiete poſſideant: vt ſi quid de agris fiſcalibus vel ſpeciebus atque præſidio pro arbitrij ſui voluntate facere, aut cuiquam cōferre voluerint, fixa ſtabilitate in perpetuo conſeruetur, nec à quibuſcunque voluntas illarum vllo tempore conuellatur. De ciuitatibus vero, hoc eſt,
D Burdegala, Lemouica, Cadurco, Benarno & Begorra, quas Galeſuindam germanam domnæ Brunichildis, tam in dote, quam in morganegiba, hoc eſt, maritali dono, in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe. Quas etiam per iudicium glorioſiſſimi domni Gunthchramni regis, vel Francorum ſuperſtitib. Chilperico & Sygiberto regibus, domna Brunichildis noſcitur acquiſiſſe: ita conuenit, vt Cadurcam ciuitatem cum terminis & cuncto populo ſuo, domna Brunichildis de præſenti in ſua proprietate percipiat. Reliquas vero ciuitates ex hac conditione ſuperius nominatas, domnus Gunthchramnus dum aduiuit poſſideat, ita vt quandoque poſt eius tranſitum, in dominationem domnæ Brunichildis hæredumque ſuorum cum omni ſoliditate Deo propitio reuertantur. Nec ſuperſtite domno Gonthchramno, neque à domna Brunichilde, neque à filio ſuo Childeberto rege, filiiſque ſuis, quolibet ingenio,

E vel tempore repetantur. Simili modo conuenit vt Siluanectum domnus Childebertus in integritate teneat, & quantum tertia domni Gunthchramni exinde debita competit, de tertia domni Childeberti quæ eſt in Roſſontenſi domni Gunthchramni partibus compenſetur. Similiter conuenit, vt ſecundum pactiones inter domnum Gunthchramnum & bonæ memoriæ domnum Sygibertum initas laudes, illi qui domno Gunthchramno poſt tranſitū domni Chlotharij ſacramenta primitus præbuerunt: & ſi poſtea conuincuntur ſe in parte alia tradidiſſe de locis vbi commanere videntur, conuenit vt debeant remoueri. Similiter & qui poſt tranſitum domni Chlotharij conuincuntur domno Sygiberto ſacramenta primitus præbuiſſe, & ſe in aliam partem tranſtulerunt, modo ſimili remoueantur. Similiter quicquid antefati reges Eccleſiis aut fidelib. ſuis contulerunt, aut adhuc cōferre cum iuſtitia, Deo propitiante, voluerint, ſtabiliter conſeruetur: & quicquid vnicuique fidelium in vtriuſque regno per legem & iuſtitiam redhibetur, nullum ei præiudicium patiatur, ſed liceat res debitas poſſidere atque recipere. Et ſi aliquid cuicunque per interregna ſine culpa ſublatum eſt, audientia habita reſtau-
F retur. Et de eo quod per munificentias præcedentium regum vnuſquiſque vſque ad tranſitum glorioſæ memoriæ domni Chlotharij regis poſſedit, cum ſecuritate poſſideat. Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum eſt, de præſenti recipiat. Et quia inter præfatos reges pura & ſimplex eſt in Dei nomine concordia in ligata conuenit vt in vtroque regno vtriuſq; fidelibus tam pro cauſis publicis quam priuatis, quicunque voluerit ambulare, peruium nullis temporibus denegetur. Similiter conuenit vt nullus alterius laudes nec ſolicitet, nec venientes excipiat. Quod ſi forſitan pro aliqua amiſſione partem alteram crediderit expetendam iuxta qualitatem culpæ excuſatio reddantur. Hoc etiā huic addi placuit pactioni, vt ſi qua pars præſentia ſtatuta ſub quacunque calliditate, tempore quocunque trāſcenderit, omnia beneficia, tam repromiſſa quam in præſenti conlata amittat, & illi proficiat qui inuiolabiliter omnia ſupraſcripta ſeruauerit. & ſit de ſacramentorum obligatione in omnibus abſoluta. His itaque omnibus definitis, iurant partes per Dei omnipotentis nomen & inſeparabi-
G lem trinitatē, vel diuina omnia, ac tremēdum diem iudicij, ſe omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt abſque vllo dolo malo, vel fraudis ingenio inuiolabiliter ſeruaturos. Facta pactio ſub die quarto Calendis Decembris anno viceſimoſexto regni domni Gunthchramni regis, domni Childeberti vero duodecimo anno. Lectis igitur pactionibus ait rex, Iudicio Dei feriar, ſi de his quicquam tranſcendero quæ hic continentur. Et conuerſus ad Fœlicem, qui tunc nobiſcum legatus aduenerat, ait, Dic, ô Fœlix: iam enim pleniſſime cōnexuiſti amicitias inter ſororem meam & Brunichildem, & inimicam Dei & hominum Fredegundem. Quo negante, ego dixi, Non dubitet rex, quia illæ amicitiæ inter eaſdem cuſtodiuntur, quæ ante hos annos plurimos ſunt ligatæ. nam certe ſcias quia odium quod inter illas olim ſtatutum eſt, adhuc pullulat, non areſcit. Vtinam tu, ô rex glorioſiſſime, minus cum ea charitatem haberes. Nam vt ſæpe cognouimus, dignius eius legationem quam noſtram excipis. Et ille, Scias, inquit, ſacerdos Dei, quia ſic eius legationem ſuſcipio, vt charitatem nepotis mei Childeberti
H regis non omittam. Nam ibi amicitias ligare non poſſum de qua ſæpius proceſſerunt qui mihi vitam præſentem auferrent. Hæc eo dicente, Fœlix ait, Perueniſſe ad gloriam veſtram credo, quod Richaredus legationem ad nepotem veſtrum direxit, quæ neptem veſtram Chlodoſuindam filiam fratris veſtri ei in matrimonium poſtularet. Sed ille abſque veſtro conſilio nihil exinde promittere voluit. Rex ait. Non eſt optimum enim vt illuc neptis mea ambulet, vbi ſoror ſua eſt interfecta: ſed nec illud rationabiliter complacet, vt non vlciſcatur mors neptis meæ Ingundis. Fœlix reſpondet, Multum ſe exinde excuſare volunt, aut ſacramentis, aut quibuslibet aliis conditionibus: tantum vos conſenſum præbere vt ei Chlodoſuinda ſicut poſtulat, deſponſetur. Rex ait, Si enim nepos meus implet quę in pactionibus conſcribi voluit, & ego de his facio voluntatem eius. Promittentibus nobis cum omnia imple-

rurum,

A turum, adiecit Felix: Deprecatur etiam pietatem veſtram, vt ei ſolatium contra Longobardos tribuatis, qualiter expulſi de Italia pars illa quam genitor ſuus vẽdicauit viuens, ad eum reuertatur: reliqua vero pars per veſtrum ſuumq; ſolatium imperatoris ditionibus reſtituatur. Reſpõdit rex, Non inquit, poſſum in Italiam exercitum meum dirigere, vt vltro eos morti tradã: grauiſſima enim lues Italiam nunc deuaſtat. Et ego, Indicaſtis enim nepoti veſtro, vt omnes regni ſui Epiſcopi in vnum conuenirent, quia multa ſunt quæ debeant indagari ſed iuxta cõſuetudinem canonum, placebat glorioſiſſimo nepoti veſtro, vt vnuſquiſque metropolitanus cum prouincialibus ſuis coniungeretur: & tunc quæ irrationabiliter in regione propria fiebant, ſanctione ſacerdotali emendarentur. Quæ enim cauſa extat, vt in vnum tanta multitudo conueniat? Eccleſiæ fides periculo vllo non quatitur: hæreſis noua non ſurgit. Quæ erit iſta neceſſitas, vt tanti debeant in vnum coniungi domini ſacerdotes? Et ille. Sunt multa inquit, quæ debeant diſcerni, quæ iniuſte geſta ſunt, tam de inceſtis, quã de ipſis quæ inter nos aguntur cauſis. Sed præcipue illa Dei cauſa extat

B omnibus maior, vt inquirere debeatis cur Prætextatus Epiſcopus gladio in Eccleſia fuerit interemptus. Sed & de iis qui pro luxuria accuſantur, debet eſſe diſcuſſio, vt aut victi ſanctione ſacerdotali debeant emendari, aut certe ſi innocentes inueniuntur publice error criminis auferatur. Tunc iuſſit vt in Calendis mẽſis quarti hæc ſynodus prolongaretur. Et iis dictis, ad Eccleſiam proceſſimus: erat enim dies illa dominicæ Reſurrectionis ſolennitas. Dictis igitur miſſis, conuiuio nos adſciuit, quod fuit non minus oneratum in ferculis, quam lætitia opulentũ. Semper enim rex de Deo, de ædificatione Eccleſiarũ, de defenſione pauperum ſermonem habens, ridebat interdum ſpiritali ioco delectans, addens etiam vnde & nos aliquid lætitiæ frueremur. dicebat enim & hæc verba, Vtinã mihi nepos meus promiſſa cuſtodiat: omnia enim quæ habeo eius ſunt: tamen ſi eum ſcandalizat illud, quod legatos Chlotharij nepotis mei ſuſcipio, nunquid demens ſum, vt non poſſim temperare inter eos, ne ſcãdalum propagetur? Noui enim id magis incidere quã in longius promulgare, dabo enim Chlothario, ſi eum nepotem meum eſſe cognouero, aut

C duas, aut tres in parte aliqua ciuitates, vt nec hic videatur exhæredari de regno meo, nec huic inquietudinem præparent quæ iſti reliquero. Hæc & alia locutus, dulci nos affectu fouens, ac muneribus onerans, diſcedere iubet, mandans vt ea ſemper Childeberto regi inſinuentur, quæ vitæ eius commoda fierent.

Cap. 21. Lues Maſſilienſis.

Ipſe autẽ rex, vt ſæpe diximus, in eleemoſynis magnus, in vigiliis atque ieiuniis promptus erat. nam tunc ferebatur Maſſilia à lue inguinaria valde vaſtari: & hũc morbum vſq; ad Lugdunenſem vicum Octauum nomine fuiſſe celeriter propalatum. ſed rex, ac ſi bonus ſacerdos, prouidens remedia quibus cicatrices peccatorũ vulgi mederentur, iuſſit omnem populum ad Eccleſiam conuenire, & rogationes ſumma cum deuotione celebrari: & nihil aliud in vſu veſcendi niſi panem hordeaceum cum aqua mũda adſumi, vigiliiſque adeſſe inſtanter omnes iubet: quod eo tempore ita geſtum eſt. Per triduum enim ipſius eleemoſynis largius ſolito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, vt iam tunc nõ rex tantum, ſed etiam ſacerdos

D domini putaretur, totam ſpem ſuam in domini miſerationem transfundens, & in ipſo iactans cogitationes quæ ei ſuperueniebant, à quo eas affectu tradi tota fidei integritate putabat. Nam celebre tũc à fidelibus ferebatur, quod mulier quædam cuius filius quartano typo grauabatur, & in ſtrato anxius decubabat, acceſſit inter turbas populi vſque ad tergum regis, abruptiſque clam regalis indumenti fimbriis in aquam poſuit, filioque bibendum dedit: ſtatimque reſtincta febre ſanatus eſt. Quod nõ habetur à me dubium, cum ego ipſe ſæpius laruas energia famulante nomen eius inuocantes audierim, ac criminum propriorum geſta virtute ipſius diſcernente fateri.

Cap. 22.

Nam ſicut ſuperius diximus, Maſſilienſis vrbs contagio peſſimo ægrota, quanta ſuſtinuerit, altius replicari placuit. His enim diebus Theodorus Epiſcopus ad regem abierat, quaſi aliquid contra Nicetium patritium ſuggeſturus. Sed cum à rege Childeberto minime de hac cauſa fuiſſet auditus, ad propria redire diſpoſuit. Interea nauis ab Hiſpania vna cum negotio ſolito ad portum eius adpulſa eſt quæ huius morbi fomitem ſecũ nequiter deferebat: de qua cum multi ciuium diuerſa mercarentur, vna cõfeſtim domus in qua 8. animæ erant, hoc contagio interfectis habitatoribus relicta eſt vacua. Nec ſtatim hoc incendium luis per domos ſpargitur totas: ſed interrupto certi temporis ſpatio, ac velut in ſegetẽ flamma accenſa, vrbem totam morbi incendio conflagrauit. Epiſcopus tamen vrbis acceſſit ad locum, & ſe intra baſilicæ ſancti Victoris ſepta continuit cum paucis qui tunc cum ipſo remanſerant, ibiq; per totam vrbis ſtragem orationibus ac vigiliis vacans, domini miſericordiam exorabat, vt tandem ceſſante interitu, populo liceret in pace quieſcere. Ceſſante vero hac plaga menſibus duobus, cum iam populus ſecurus rediiſſet ad vrbem, iterũ ſuccedente morbo qui redierãt, ſunt defuncti: ſed & multis vicibus deinceps ab hoc interitũ grauata eſt. E

Cap. 23. Agericus lue contabuit.

Agericus vero Viridunenſis Epiſcopus, cum ex illo diuturnæ amaritudinis felle grauiter ægrotaret, pro eo quod Gunthchramnus Boſo pro quo fideiuſſor extiterat, interfectus eſſet vel etiam abdita amaritudine, quod Bertheſredus intra oratoriũ domus Eccleſiaſticæ fuerat interfectus: F & præſertim cum ipſos Gunthchramni filios ſecũ retinens quotidie fleret dicens, In meo vos odio orphani relicti eſtis. His accenſus vt diximus cauſis, fellis amaritudine adgrauatus, & maxime inedia conſumptus, diem obiit, adpoſituſque eſt in ſepulchro: Buccioualdus quoque abbas eius pro Epiſcopatũ cucurrit, ſed nihil obtinuit. Charimerem enim referendarium cum conſenſu ciuium regalis decreuit auctoritas fieri ſacerdotẽ, Bucciouualdo abbate poſtpoſito. ferebant enim hunc eſſe ſuperbũ, & ob hoc à nonnullis Buccus validus vocitabatur. Obiit autẽ & Licerius Arelatenſis Epiſcopus, in cuius Eccleſiam Virgilius abbas Auguſtodunenſis opitulante Syagrio Epiſcopo, ſubſtitutus eſt.

Licerius Epiſcopus obiit.

Cap. 24. De Epiſcopatu Fronimij.

Obiit autem & Deutherius Vincienſis Epiſcopus, in cuius locũ Fronimius ſubrogatus eſt. Hic autem Fronimius Bituricæ vrbis incola fuit: ſed cauſa neſcio qua in Septimaniam abiit: ac poſt mortẽ Athanagildi regis à Leuuane ſucceſſore eius magnifice eſt receptus, atq; in vrbe Agathenſi Epiſcopus ordinatus eſt. Sed poſt mortem Leuuanis cum G Leuuieldus in illa hæreticæ prauitatis perfidia graſſaretur, & Ingundis filia Sygiberti regis cuius ſupra meminimus, in Hiſpaniam ad matrimonium duceretur, audiuit Leuuieldus quaſi hic Epiſcopus ei conſilium dediſſet, vt nunquam ſe veneno hæreticæ credulitatis deberet admiſcere: & ob hoc ſemper ei moleſtus iniuriarum laqueos intendebat, quouſque eum ab Epiſcopatu deiiceret. Cumque non inueniret quibus eum muſcipulis poſſet innectere, ad extremum emiſit qui eum gladio deberet adpetere. Quod ille per internuntios cognoſcẽs, relicta vrbe Agathenſi in Gallias aduenit, ibique a multis Epiſcopis receptus ac muneratus, ad Childebertum regem pertranſiit. Sicque pace facto loco apud ſupradictam vrbem poteſtatem põtificalem nono deiectionis ſuæ anno rege largiente ſuſcepit.

Britanni prædantur.

Britanni eo anno grauiter territorium Namneticũ Redonicumq; prædæ ſubiecerunt, vindemiantes vineas, culturas deuaſtantes, ac populum villarũ abducentes captiuũ: nihilque de promiſſis ſuperioribus cuſtodientes, & non H ſolum non cuſtodientes promiſſa, verumetiam detrahentes regibus noſtris.

Cap. 25. Childeb. ſororem Longob. regi repromiſit.

Igitur Childebertus rex cum petentibus Longobardis ſororem ſuam regi eorum eſſe coniugem acceptis muneribus promiſiſſet, aduenientibus Gotthorũ legatis ipſam, eo quod gentem illam ad fidem catholicam conuerſam fuiſſe cognoſceret, repromiſit: ac legationem ad Imperatorem direxit, vt quod prius non fecerat, nunc cõtra Longobardorum gentem debellans cum eius conſilio eos ab Italia remoueret: nihilominus & exercitum ſuum ad regionem ipſam capeſſendam direxit. Commotis ducibus cum exercitu illuc abeuntibus, confligunt pariter: ſed noſtris valde cæſis, multo proſtrati, nonnulli capti, plurimi etiam per fugam lapſi, vix in patriam redierunt. Tantaque ibi fuit ſtrages de Francorum exercitu, vt olim ſimilis non recolatur.

A

Cap. 26. Ingoberga regina obiit.

Anno quoque quartodecimo Childeberti regis Ingoberga regina Chariberti quondam relicta migrauit à ſeculo, mulier valde cordata, ac vita religioſa prædita: vigiliis & orationibus atque eleemoſynis non ignaua: quæ credo per prouidentiam Dei commonita ad me vſque nuncios dirigens, vt in his quæ de voluntate ſua, id eſt pro animæ remedio cogitabat, adiutor exiſterem. Sic tamen vt ad ipſam accedens, quæ conſilio habito fieri decernebat, ſcriptura connecteret. Acceſſi fateor, vidi hominem timentem Deum, quæ cum me benigne excepiſſet, notarium vocat, & habito, vt dixi, mecum conſilio, quædam Eccleſiæ Turonicæ, & baſilicæ ſancti Martini, quædam Cœnomannicæ Eccleſiæ delegauit: ac poſt paucos menſes ſubitanea ægritudine fatigata, migrauit à ſeculo, multos per chartulas liberos derelinquens, ſeptuageſimo vt arbitror vitæ anno, relinquens filiam vnicam, quam in Canthia regis cuiuſdam filius matrimonio copulauit.

Cap. 27. Puella ſtupratorem Amalum occidit.

B

Amalo quoque dux dum coniugem in aliam villam pro exercenda vtilitate dirigit, in amorem puellulæ cuiuſdam ingenuæ ruit. Et facta nocte crapulatus à vino miſit pueros, vt detrahentes puellulam, eam thoro eius adſciſcerent. Illa quoque repugnante, & violenter in eius manſionem deducta, dum eam alapis cædunt, ſanguinis vnda ex narium meatibus decurrente perfundunt. Vnde factum eſt vt ipſe quoq; ſtratus ducis antedicti hoc riuo cruentaretur, quam & ipſe pugnis, colaphis, aliiſque ictibus verberatam in vlnam ſuſcepit, & ſtatim oppreſſus ſomno dormire cœpit. At illa extenſa manu trans caput viri gladium reperit: quo euaginato, caput ducis, velut Iudith Holofernis, ictu virili librauit. Illo quoque voces emittente, concurrunt famuli. Quam cum interficere vellent, exclamauit ille, dicens, Ne faciatis quæſo: ego enim peccaui qui vim caſtitati inferre conatus ſum. Nam hæc quæ pudicitiam ſtuduit cõſeruare, omnino non pereat. Hæc dicens, ſpiritum exhalauit. Cumque ſuper eum familia coniuncta lamentaretur, adiutorio Dei eruta puella domum egreditur, & per noctem Cabillonẽſem vrbem adiit, quæ eſt ſita ab eo loco quaſi millia 35. ibiq; baſilicam S. Marcelli ingreſſa regis proſtrata pedibus cuncta quæ pertulerat pandit. Tunc rex miſericordiſſimus non ſolum ei vitam donauit, verumetiam præceptionem tribui iuſſit vt in verbo ſuo poſita, à nullo vnquam parẽtum defuncti illius in aliquo moleſtiam pateretur. Veruntamen hoc Deo præſtante cognouimus, quod puellæ caſtitas non eſt ab ereptore ſæuo vllatenus violata.

C

Cap. 28. Brunichildis ad regẽ Hiſpaniarum munera.

Brunichildis quoq; regina iuſſit fabricari ex auro ac gemmis miræ magnitudinis clypeum, ipſumque cum duabus pateris ligneis, quas vulgo Bacchinon vocant, eiſdemque ſimiliter ex gemmis fabricatis auro, in Hiſpaniã regi mittit: in qua Ebregiſilum, qui ſæpe ad ipſam regionem legationis gratia acceſſerat, direxit. Quo abeunte, nunciatũ eſt regi Gunthchramno, dicente quodam, quia Brunichildis regina ad filios Gundobaldi munera dirigit. Quod rex audiẽs iuſſit cuſtodias arduas per vias regni ſui fieri, ita vt nullus penitus præterire poſſet, qui non diſcuteretur. Inquirebant etiam in hominum vel veſtimẽtis, vel calciamentis, aut in reliquis rebus, ſi occulte literæ portarentur. Ebregiſilus vero Paniſios accedens cum his ſpeciebus, ab Ebrachano duce comprehenſus, ad Gunthchramnum deducitur: dixitque ei rex, nõ ſufficit, ô infœliciſſime hominum, quod impudico conſilio Ballomerem illum, quem Gundobaldum vocitatis ad coniugium acceſſiſtis, quem manus mea ſubegit, qui voluit ditioni ſuæ regni noſtri ſuperare potentiam: & nunc filiis eius munera mittitis, vt ipſos iterum in Gallias prouocetis ad iugulandum? Ideoque non accedes quo volueris ſed morte morieris: quia contraria eſt legatio tua genti noſtræ. Illo quoque recuſante, non ſe his verbis eſſe communem, ſed potius ad Richaredum qui Chlodoſuindam ſororem Childeberti regis ſpõſare debuerat, hæc munera mitti. Credidit rex loquenti & dimiſit eum, abiitq; in itinere quo directus fuit cum ipſis muneribus.

D

Cap. 29. Longobardi pacem à Childeberto poſtulant.

Igitur Childebertus rex inuitante Sygimundo Momociacenſis oppidi ſacerdote, dies paſchæ ad ſupradictam celebrari ſtatuit vrbem. Graniter tunc Theodobertus filius eius ſenior. gulæ adflictus tumore laborauit, ſed conualuit. Interea Childebertus rex exercitum commouet, & Italiam ad debellandam Longobardorum gentem, cum eiſdem pergere parat. Sed Longobardi his auditis, legatos cum muneribus mittunt, dicentes, Sit amicitia inter nos, & non pereamus, ac diſſoluamus certum ditioni tuæ tributum. Ac vbicunque neceſſarium contra inimicos fuerit, ferre auxilium non pigebit. Hæc Childebertus rex audiens, ad Gunthchramnum regem legatos dirigit: qui ea quæ ab his offerebantur, in eius auribus intimarent. Sed ille non obuius de hac conniuentia, conſilium ad confirmandam pacem præbuit. Childebertus vero rex iuſſit exercitum in loco reſidere: miſitque legatos ad Logobardos, vt ſi hæc quæ promiſerant confirmarent, exercitus reuerteretur ad propria, ſed minime eſt impletum.

E

Cap. 30. Childebertus ...

Childebertus vero rex deſcriptores in Pictauos, inuitante Marouco Epiſcopo, iuſſit abire, id eſt Florentianum maiorem domus regiæ, & Romulfum palatij ſui comitem vt ſcilicet populus cenſum quem tempore patris reddiderat, facta ratione, innouata re, reddere deberet. Multi enim ex his defuncti fuerant: & ob hoc viduis orphaniſque ac debilibus tributi pondus inſederat: quod hi diſcutientes, per ordinem relaxantes pauperes ac infirmos illos, quos iuſtitiæ conditio tributarios dabat, cenſu publico ſubdiderunt: & ſic Turonos ſunt delati. Sed cum populis tributariam functionem infligere vellent, dicentes quia librum præ manibus haberent, qualiter ſub anteriorum regum tempore diſſoluiſſent, reſpondimus nos, dicentes, deſcriptam vrbem Turonicam Chlotharij regis tempore, manifeſtum eſſe, libríque illi ad regis præſentiam abierunt. Sed compuncto per timorem ſancti Martini antiſtitis rege, incenſi ſunt. Poſt mortem vero Chlotharij regis, Chariberto regi populus hic ſacramentum dedit. Similiter etiam & ille cum iuramento promiſit, vt leges conſuetudineſque nouas populo non infligeret, ſed in illo quo quondam ſub patris dominatione ſtatu vixerant, in ipſo hic eos deinceps retineret, neque vllam nouam ordinationem ſe inflicturum ſuper eos quod pertineret ad ſpolium ſpopondit. Gaiſo vero comes eiuſdem temporis accepto capitulario, quod anteriores ſcriptores feciſſe commemorauimus, tributa cœpit exigere: ſed ab Eufronio Epiſcopo prohibitus, cum exacta paruitate ad regis direxit præſentiam, oſtendens capitularium in quo tributa continebantur. Sed rex ingemiſcens ac metuens virtutem ſancti Martini, ipſum incendio tradidit: aureos exactos baſilicæ ſancti Martini remiſit, obteſtans vt nullus de populo Turonico vllum tributum publico redderet. Poſt cuius obitum Sygibertus rex hanc vrbem tenuit, nec vllius tributi pondus inuexit. Sic & nunc 14. anno Childebertus poſt patris obitum regnans, nihil exegit, nec vllo tributi onere hæc vrbs adgrauata congemuit. Nunc autem poteſtatis veſtræ eſt, vtrum cenſeatis tributum, an non: ſed videte ne aliquid noceatis. ſi contra eius ſacramentum ambulare diſponitis. Hæc me dicente reſponderunt: Ecce librum præ manibus habemus, in quo cenſus huic populo eſt inflictus. Et ego aio, Liber hic à regis theſauro delatus non eſt, nec vnquam per tot conualuit annos. Non eſt mirum enim ſi pro inimicitiis horum ciuium, in cuiuſcunq; domo reſeruatus eſt, iudicabit enim Deus ſuper eos qui pro ſpoliis ciuium noſtrorum hunc poſt tanti temporis tranſactum ſpacium protulerunt: dum autem hæc agerentur, Audini filius, qui librum ipſum protulerat, ipſa die à febre correptus, die tertia expirauit. Poſt hæc nos tranſmiſimus nuncios ad regem, vt quid de hac cauſa iuberet, mandata remitteret. Sed protinus Epiſtolam cum auctoritate miſerunt, ne populus Turonicus pro reuerentia ſancti Martini deſcriberetur. Quibus relictis, ſtatim viri qui ad hæc miſſi fuerant, ad patriam ſunt regreſſi.

F

G

Turonenſium ...

H

Cap. 31. Gunthchramnus ... regnum conatur.

Gunthchramnus vero rex exercitum commouit in Septimaniam: Auſtrouualdus autem dux prius Carcaſonam accedens ſacramenta ſuſceperat, ipſoſque populos ditioni ſubegerat regiæ, rex autem ad reliquas ciuitates capiendas, Boſonem cum Anteſtio deſtinauit. Qui accedens cum ſuperbia, deſpecto Auſtrouualdo duce atque condemnato, cur abſque eo Carcaſonam regredi præſumpſiſſet, ipſe cum Sanctonicis, Petragoricis, Burdegalenſibuſq;, Agennenſib. etiam ac Tholoſanis illuc direxit. Cumque in hac iactantia ferretur, & Gothis hæc nunciata fuiſſent, parauerunt ſe in

insidiis.

A

Gothi Oaſ los ex inſidiis vincunt.

inſidijs. Hic vero ſuper fluuium paruulum propinquũ vrbi caſtra ponit, epulis inſedit, ebrietatibus incumbit, conuitijs & blaſphemijs Gothos exaggerans. Illique irruentes ſuper ipſos repentur epulantes inopinantesque. Tunc hi dantes voces, exurgunt cõtra eos. At illi paululũ reſiſtẽtes, fugam ſimulant: proſequentibuſque iſtis conſurgunt qui præparati erant de inſidijs, concludentes eos in medio, vſque ad internecionem ceciderunt: qui autem euadere potuerunt, via equo aſcenſo per fugam dilapſi ſunt, omnem ſupellectilem relinquẽtes in campi planitie, nihilq; ſecum de rebus proprijs auferentes, hoc pro magno ducentes ſi vel vitæ donarentur. Inſequentes autem Gothi res eorum omnes reperiunt, diripiuntq;, pedeſtres omnes captiuos abducentes: cecideruntq; ibi quaſi quinq; millia virorum: captiui autem amplius quam duo millia abierunt: multi tamen ab his laxati, redierunt in patriam.

Cap. 32. Gunthchramni & Childeberti inimicitiæ.

B

Commotus autẽ rex vias claudi per regnum ſuum præcepit, ne vnus de Childeberti regno per eius regni territorium peruium poſſet habere dicens, Quia per nequitiam eius qui cum rege Hiſpaniæ fœdus iniji, exercitus corruit meus, & vt ſe non ſubdant vrbes illæ ditioni meæ, eius hoc immiſſio facit. Additum eſt etiam huic cauſæ aliud amaritudinis incendium, quod Childebertus rex filium ſuum ſeniorem Theodobertũ nomine, Sueſſionas dirigere cogitabat: quæ res ſuſpicionem fecerat Gunthchramno regi, dicente eo, Quia in hoc filium ſuum nepos meus Sueſſionas dirigit, vt Pariſios ingredi faciat, regnumq; meum auferre cupiat quod nunquã Childebertus vel in cogitatione, ſi dici fas eſt, habere potuit. Multa autem & in Brunichildem reginam opprobria iactabat dicens eius conſilio hæc fieri: addens etiam quod Gundobaldi quondã filium inuitarum cõiugio copulare vellet. Vnde etiam ſynodum Epiſcoporum in Calendis Nouembribus congregari præcepit. Multiq; de extremis partibus Galliarum ad hunc cõuentum properantes, de via regreſſi ſunt, pro eo quod Brunichildis regina ſe ab hoc crimine exuit Sacramentis. & ſic vijs iterum reſerans, peruium patefecit volentibus ad regem Childebertum accedere.

Cap. 33. Ingeltrudis filiam accuſat apud Childeb.

C

His diebus, Ingeltrudis, quæ monaſterium in atrio ſancti Martini ſtatuerat, ad regem quaſi filiam accuſatura proceſſit: in quo monaſterio Berthefledis, filia quondã Chariberti regis, reſidebat. Sed iſta egrediente hæc in Cœnomanicum eſt regreſſa. Erat n. gulæ & ſomno dedita, & nullã de officio Dei curam habens. Negocium vero Ingeltrudis & filiæ eius altius repetendũ puto. Igitur ante hos annos cum Ingeltrudis monaſteriũ puellarum intra atriũ ſancti Martini, vt diximus, collocare cœpiſſet, filiæ ſuæ mandata mittit, dicens, Relinq; virum tuũ, & veni vt faciam te abbatiſſam gregi huic quem congregaui. At illa audito leuitatis conſilio, cum viro Turonos aduenit: Ingreſſaq; monaſterium matris, dicebat viro, Regredere hinc, & guberna res liberoſq; noſtros: nam ego non reuertar tecum: non enim videbit regnum Dei coniugio copulatus. Ille vero adueniens, nunciauit mihi omnia quæ à coniuge audierat. Tunc ego accedẽs ad monaſterium canonũ Nicenorum decreta relegi in quibus continet, Quia ſi quæ reliquerit virum, & thorum in quo bene vixit ſpreuerit, dicens, quia non ſit ei portio in illa cœleſtis regni gloria qui fuerit cõiugio copulatus anathema ſit. Quibus auditis Berthegundis metuẽs ne à ſacerdotibus Dei cõmunione priuaretur, egreſſa monaſterium, redijt cum viro ſuo: interpoſitis autẽ tribus vel quatuor annis, iterum mandata mittit ad eam mater, deprecans eam ad ſe accedere. At illa oneratis nauibus tam de rebus proprijs, quam viri ſui, adſumpto ſecum vno filio viro abſente, Turonos eſt adpulſa. Sed cum à matre propter improbitatem viri retineri non poſſet, ſcilicet ne calumniã quæ eius dolo fabricata fuerat exciperet, ad Berthchramnum germanũ eius, filium videlicet ſuum Burdegalenſis vrbis Epiſcopũ eam direxit. Proſequente igitur viro eius dicebat, quia tuo conſilio parẽtum eam coniugio copulaſti, non erit vxor tua. Erant enim iam ferè 30. anni ex quo coniuncti pariter fuerãt. Adijt n. vir eius plerunq; vrbem Burdegalenſem: ſed noluit eam Epiſcopus reſtituere. Cum autem rex Gunthchramnus ad Aurelianenſem vrbẽ, ſicut in ſuperiore libro memorauimus, aduenißet, ibi eum

Vxor viro adhæreat.

D

E

acrius hic vir impugnare verbis cœpit dicens, Abſtuliſti vxorem meã cum famulis eius. Et ecce, quod Sacerdotem non decet, tu cum ancillis meis, & illa cum famulis tuis dedecus adulterij perpetratis. Tunc furore cõmotus rex, adſtrinxit Epiſcopũ vt polliceretur eam reddere viro, dicens, quia parens mea hæc eſt: ſi quicquã mali exercuit in domo viri ſui, ego vlciſcar: ſin aliud, cur ſub omni deformitate redacta viro coniunx eius aufertur? Tunc Berthchramnus Epiſcopus pollicitus eſt, dicens, Venit ad me, fateor, ſoror mea poſt multorum annorum curricula: quam pro charitatis ac deſiderij ſtudio tenui mecum vt libuit. Nunc autẽ receſſit à me: requirat nunc eam, reuocetq; quo voluerit: me obuium non habebit. Et hæc dicens, miſit clam nuncios ad eam, mandans vt veſte mutata ac pœnitentia accepta baſilicam ſancti Martini expeteret: quod facere illa nõ diſtulit: venitq; vir eius cum multis inſequentibus viris, vt eam ex ipſo loco ſancto eijceret: erat enim in veſte religioſa, adſerens ſe accepiſſe pœnitentiã: ſed virum ſequi deſpexit. Interea defuncto apud Burdegalenſem vrbem Berthchramno Epiſcopo, hæc ad ſe reuerſa ait, Væ mihi quæ audiui conſilium matris iniquæ. Ecce frater meus obijt, ecce à viro derelicta ſum, à filijs ſeparata. Et quo ibo infœlix? vel quid faciam? Tunc habito conſilio Pictauũ pergit: voluitque eam mater retinere ſecum, ſed penitus non potuit. Ex hoc inimicitia orta, dum ſæpius regis præſentiam adeunt, & hæc res patris defenſare cupiens, hæc viri Berthegundis donationem Berthchramni germani ſui oſtendit, dicens, Quia hæc & hæc mihi germanus meus contulit. Sed mater eius non admittens donationem, omnia ſibi vindicare cupiens, miſit qui effracta domo eius, oẽs res illius cum hac donatione diriperet: vnde ſeipſam genitrix reddidit comprobatam, cum de rebus ipſis inſequenti filiæ quædam repetenti diſtricta reſtituit. Sed cum ſæpius ego & frater noſter Maroueus Epiſcopus, acceptis regalib. Epiſtolis, vt eas pacificare deberemus, Berthegundis aduenit Turonos: in iudicium quoq; accedentem coëgimus eam, inquantum potuimus rationem ſequi: mater vero eius flecti non potuit. Tunc accenſa felle ad regem abijt, quaſi filiam exhæredem datura de facultate paterna. Ac in præſentia regis exponens cauſas filia abſente, iudicatũ eſt ei vt quarta parte filiæ reſtituta, tres cum nepotibus ſuis quos de filio vno habebat, reciperet: in qua cauſa Theutharius presbyter qui nuper ex referendario Sygiberti regis conuerſus, presbyterij honorem accepit, acceſſit vt hanc diuiſionem iuxta regis imperium celebraret. Sed reſiſtente filia, nec diuiſio facta, nec ſcandalum reſedatum eſt.

F

G

Cap. 34. Rigundis cum filia inimicitiæ.

Rigunthis autem filia Chilperici, cum ſæpius matri calumnias inferret, diceretq; ſe eſſe dominam, genitricemq; ſuam ſeruitio redhiberi, & multis eam & crebo conuicijs laceſſeret, ac interdum pugnis ſe alapiſq; cæderent, ait ad eam mater, Quid mihi moleſta es filia? ecce res patris tui, quæ penes me habentur, accipe & vtere vt libet: & ingreſſa in regeſtum reſerauit arcam monilibus ornamentiſque precioſis refertam: de qua cum diutiſſimè res diuerſas extrahens filiæ adſtanti porrigeret, ait ad eam, Iam enim laſſata ſum: immitte tu, inquit, manum, & eijce quod inueneris. Cumq; illa immiſſo brachio res de arca abſtraheret, adprehenſo mater opertorio arcæ ſuper ceruicem eius inliſit. Quod cum in fortitudine premeret, atque gulam eius axis inferior ita attereret, vt etiam oculi ad crepandum parati eſſent, exclamauit vna puellarum quæ erat intrinſecus voce magna, dicens, Currite, quæſo, currite: ecce domina mea à genitrice ſua grauiter ſuggillatur. Et irrumpentes cellulam qui coram foribus eorum præſtolabantur aduentum, erutam ab imminenti interitu puellam, eduxerunt foras. Poſt iſta vero inter eaſdẽ inimicitiæ vehemẽtius pullularunt, & non de alia cauſa maximè, niſi quia Rigunthis adulteria ſequebatur, ſemper cum eiſdem rixæ & cædes erant.

Mater filiã vult opprimere.

H

Cap. 35.

Beretruthis vero moriens, filiam ſuam hæredem inſtituit, relinquens quæpiam vel monaſterijs puellarum quæ ipſa inſtituerat, vel Eccleſijs ſiue baſilicis confeſſorũ ſanctorum. Sed Vuaddo cuius in ſuperiore libro meminimus, querebatur à genero eius equos ſuos fuiſſe direptos: cogitauitq; accedere ad villã eius vnam quam reliquerat filiæ,

A quæ intra Pictauum terminū erat, dicens, Hic à regno alterius veniens diripuit equos meos, & ego auferam villam eius: interea mandatū mittit agenti, vt ſe aduenięte omnia quæ erant ad expenſam eius neceſſaria, præpararet. Quod ille audiens, coniunctis ſecū hominib. ex domo illa ad bellum ſe præparat, dicens, Niſi moriar, nō ingredietur Vuaddo in domum domini mei. (Vuaddo interficitur.) Audiens aūt vxor Vuaddonis, adparatum ſ. illic. belli inſtaurari contra virum ſuum, ait ad eum, Ne acceſſeris illuc chare coniunx: morieris enim ſi abieris, & ego cum filijs miſera ero: & iniecta manu voluit eum retinere, dicente prætera tum filio, Si abieris pariter moriemur, & relinques genitricem meam viduam, orphanosq; germanos. Sed cum eum hæc verba penitus retinere non poſſent, furore accenſus contra filium, & timidum eum mollemque exclamans, proiecta ſecure pene cerebrū eius inliſit. Sed ille in parte excuſſus, ictū ferientis euaſit. Aſcenſis deniq; equis abierunt, mandans iterum actori, vt domo ſcopis mundata, ſtragulis ſcamna operiret. Sed ille paruipendens mandatum eius, cum turbis, ſicut diximus, virorum ac mulierum ante fores domini ſui ſtetit B operiens aduentum huius. Qui veniens, ſtatim ingreſſus domum, ait, Cur non ſunt ſcamnā hæc operta ſtragulis, aut domus ſcopis mundata? & eleuans manum cum ſica, caput hominis librauit, ceciditq;, & mortuus eſt. Quod cernens filius hominis mortui, emiſſa ex aduerſo lancea, contra Vuaddonem dirigit: cuius mediā aluum ictu penetrauit à tergo egreſſa ſalarica: & ruens ad terram, adueniente multitudine quæ collecta fuerat, lapidibus obrui cœpit. Tunc quidam de his qui venerant cum eo, inter imbres ſaxeos accedentes, coopertū ſago ac populo mitigato, eiulante filio eius, eumq; ſuper equum eleuans adhuc viuentem domui reduxit. Sed protinus ſub lachrymis vxoris ac filiorum, ſpiritum exhalauit. Explicita igitur tam infeliciter vita, filius eius ad regem abijt, resq; eius obtinuit.

Cap. 36. Childeb. filium Theo. Sueſſionib. rectorem dedit.

Igitur anno quo ſupra, regni ſui, Childebertus rex morabatur cum coniuge & matre ſua intra terminum vrbis quam Stratabutgum vocant. Tunc viri fortiores, qui in vrbe erant Sueſſionica ſiue Meldēſi, venerunt ad eum, dicētes, Da nobis vnum de filijs tuis, vt ſeruiamus ei: ſcilicet vt de progenie tua pignus retinentes, nobiſcum facilius reſi- C ſtentes inimicis, terminos vrbis tuæ defenſare ſtudeamus. At ille gauiſus nuncio, Theodobertū filium ſuum ſeniorem illuc dirigendum deſtinat: cui comitibus, domeſticis, maioribus, atq; nutrioijs, & omnibus qui ad exercendum ſeruitium regale erāt neceſſarij, delegatis, menſe ſexto huius anni direxit eum iuxta voluntatem virorum qui eum à rege flagitauerant tranſmittendum. ſuſcepitq; eum populus gaudens ac deprecans, vt vitam eius patrisq; ſui æuo prolixiore pietas diuina concederet.

Cap. 37. Droctigiſilus Epiſcopus vocat.

Erat autem apud vrbem Sueſſionas his diebus Droctigiſilus, qui propter nimiam, vt ferunt, potationem, quarto inſtante anno ſenſum perdiderat. Adſerebant enim multi ciuium, quod hoc ei maleficijs acceſſiſſet, per emiſſionem archidiaconi, quem ab honore repulerat, in tantū vt intra muros vrbis hanc amentiam magis haberet: ſi vero de ciuitate fuiſſet egreſſus, agebat cōmodius. Cumq; rex ſupradictus ad vrbem veniſſet, & hic melius ageret, permittebatur ingredi vrbem propter regem qui aduenerat. Et licet eſſet vorax cibi ac potator vini extra modum quam Sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium D quiſpiam eſt locutus. Verumtamen inſequenti cum apud Saunciacum villam, Epiſcoporum ſynodus adgregata fuiſſet, iuſſum eſt vt liceret ei ingredi vrbem ſuam.

Cap. 38. Aulus in Brunichildem.

Cum autem Faileuba regina Childeberto regis partu edito mox extincto ægrotaret, attigit aures eius ſermo, quod quidam vel contra eam, vel contra Brunichildem reginam agere conarentur. Cumq; confortata ab incōmodo, ad regis præſentiam acceſſiſſet, omnia ei quam matri eius, quæ audierat reſerauit. Verba autem huiuſmodi erant, quod ſcilicet Septimina nutrix infantum eius, conſilio ſuaderet vellet regi, vt eiecta matre, coniugeq; relicta, aliam ſortiretur vxorem: & ſic cum eodem quæcunq; vellent, vel acti agerent, vel precib. obtinerent. Quod ſi his rex nollet acquieſcere quæ ſuadebat, ipſo maleficijs interempto, eleuatis filijs eius in regnum, repulſa nihilominus matre eorum

E & auia, ipſi regerent regnum. Huius enim conſilij ſocios pronunciat eſſe Sunnegiſilum comitē ſtabuli, & Gallomagnum referendarium, atq; Droctulfum, qui ad ſolatium Septiminæ ad nutriendū regis paruulos fuerat datus. Deniq; corripiuntur hi duo, Septimina videlicet & Droctulfus. Nec mora, extenſi inter ſtipites cum vehementius cæderētur, profitetur Septimina ſe virum ſuum Iouium maleficijs interfeciſſe, ob amorem Droctulfi: ipſumq; ſecum ſcorto miſceri. De his quæ ſupradiximus cauſis pariter confitentur, & memoratos viros in hoc conſilio habitos indicant. Nec mora, inquiruntur & ipſi: ſed conſcientia terrente, latebram intra Eccleſiarum ſepta petierere. Ad quos rex ipſe procedens, ait, Egredimini in iudicium, vt cognoſcamus de his quæ vobis obijciuntur, ſi vera ſint, an falſa. Nam ego vt opinor, in hanc Eccleſiam fuga dilapſi non fuiſſetis, niſi vos conſcientia terruiſſet. Verumtamen promiſſionem habete de vita, etiam ſi culpabiles inueniamini. Chriſtiani u. ſumus: nefas eſt enim vel criminoſos ab Eccleſia eductos punire. Tunc educti foras, cum rege venerūt ad iudicium: diſcuſſiq; reclamant, dicentes, Quia Septimina cum Droctulfo hoc nobis conſilium pateſecit. Sed nos execrantes ac fugientes, nunquā conſentire voluimus hoc ſcelus. (Eccleſia pariter eſt in aſylum. F) Et rex, Si, inquit, vos nullā conniuentiam præbuiſſetis, noſtris aurib. vtiq; intuliſſetis. Verumne ergo eſt, vos in hac cauſa præbuiſſe conſenſum, cum hoc noſtræ ſcientiæ occuli voluiſtis? Et ſtatim eiecti foras, iterum Eccleſiam petierunt. Septimina vero cum Droctulfo vehēmenter cæſa, ac cauterijs accēſis in facie vulnerata, ablatis omnibus quę habebat, in Marilegium villam deducitur, vt ſe. trahens molam, his quæ in gynæcio erant poſitæ per dies ſingulos farinas ad victus neceſſarias præpararet. Droctulfum autem inciſis capillis & auribus, ad vineam excolendā delegauerunt: ſed poſt dies paucos fuga dilabitur: inquiſitusq; ab actore, iterum ad regem deducitur: ibiq; multum cæſum, iterum ad vineam quā reliquerat, deſtinarunt. At vero Sunnegiſilus & Gallomagnus priuati à rebus quas à fiſco meruerāt, in exilium retruduntur. Sed venientibus legatis, inter quos Epiſcopi erant, à rege Gunthchramno, & petentibus pro his, ab exilio reuocantur: quibus nihil aliud eſt relictum, niſi quod habere proprium videbantur.

G

Cap. 39. Chrodieldis ſanctimoniales ad deſertionē inducit.

In monaſterio vero Pictauenſi inſidiāte diabolo in corde Chrodieldis, quæ ſe Chariberti quondam regis filiā adſerebat, orto ſcandalo, ipſa quoq; quaſi de parentibus confiſa regibus, exactis Sacramentis à ſanctimonialibus vt iniectis in abbatiſſam Leubouerā criminibus, ea monaſterio deiecta, ipſam ſubſtitueret principalem. Egreſſaq; eſt cum quadraginta aut eō amplius puellis, & conſobrina ſua Baſina filia Chilperici, dicens, Quia vado ad parentes meos reges, vt eis contumeliam noſtram innoteſcere valeam: quia non vt filiæ regum, ſed vt malarum ancillarum genitæ in hoc loco humiliamur. Infelix ac fatua non recordans, in qua ſe humilitate beata Radegundis, quæ hoc inſtituit monaſterium, exhibebat. Egreſſa ergo ab eo, Turonos aduenit, dataq; nobis ſalutatione, ait, Deprecor ſancte Sacerdos, vt has puellas quæ in magnā humilitatē ab abbatiſſa Pictauenſi redactæ ſunt, cuſtodire digneris, ac cibum præbere, donec ego eam ad reges parentes noſtros, exponamque eis quæ patimur, & reuertar. Quibus ego aio, Si abbatiſſa deliquit, aut canonicam regulam in aliquo prætermiſit, accedamus ad fratrem noſtrū Marouecum Epiſcopum, & coniuncti arguamus eam: emendatisq; negotijs reſti- H tuamini in monaſterium veſtrum, ne diſpergatur luxuria, quod ſancta Radegundis ieiunijs & orationibus crebris, eleemoſyniſq; frequentibus adgregauit. Et illa reſpondit, Nequaquam, ſed ad reges ibimus. Et ego, Quare reſponſioni reſiſtitis? Ob quam rem Sacerdotale monitum non auditis? Vereor ne coniuncti Sacerdotes Eccleſiarum, vos à communione remoueant: ſic enim & ab anteceſſoribus in Epiſtola quam ad beatam Radegundem in initio huius congregationis ſcripſerunt, habetur inſertum. Cuius exemplaria huic lectioni inſerere placuit.

Exemplar Epiſtolæ.

Dominæ beatiſſimæ & in Chriſto Eccleſiæ filiæ Radegundi, Eufronius, Prætextatus, Germanus, Felix, Domitianus, Victorius & Domnolus Epiſcopi. Sollicita ſunt iugiter circa genus humanū immenſæ diuinitatis prouiſura

A remédia, nec ab aſſiduitate beneficiorũ ſuorum quocunq;
loco vel tempore videntur aliquando ſemincta, cum pius
rerũ arbiter tales in hæreditate culturæ Eccleſiaſticæ per-
ſonas vbiq; diſſeminat. quibus agrum eius intenta opera-
tione fidei raſtro colentibus ad felicem centeni numeri re-
ditũ diuina temperie Chriſti ſeges valeat peruenire. Tan-
tum igitur benignitatis eius ſe paſſim diſpenſatio profutu-
ra diffundit, vt illud nuſquã deneget quod prodeſſe multis
agnoſcit. Quarum perſonarum exemplo ſanctiſſimo cum
iudicaturus aduenerit, habeat in plurimis quod coronet.
Itaq; cum ipſo Catholicæ religionis exortu, cœpiſſent Gal-
licanis in finibus venerandæ fidei primordia reſpirare, &
adhuc ad paucorum notitiã tunc ineffabilia perueniſſent
trinitatis dominicæ Sacramenta, ne quid hic minus adqui-
reret quàm in orbis circulo prædicantibus Apoſtolis ob-
tinerer, beatum Martinum peregrina de ſtirpe ad inlumi-
nationem patriæ dignatus eſt dirigere miſericordia conſu-
lente. Qui licet Apoſtolorum tempore non fuerit, tamen
Apoſtolicam gratiam non effugit. Nam quod defuit in or-
dine, ſuppletum eſt in mercede: quoniam ſequens gradus
B illi nihil ſubtrahit, qui meritis antecellit. Huius quoq; re-
uerendiſſima filia, in vobis cõgratulamur rediuiua ſurgere
ſupernæ dilectionis exẽpla propitiatione diuina: nam de-
clinante tempore ſeculi vetuſtate, veſtri ſenſus certamine
fides reuireſcit in flore: & quod veterno tepuerat algore
ſenectæ, tandem feruentis animi rurſus incaleſcat ardore.
Sed cum penè eadẽ veneris ex parte qua beatum Martinũ
huc didicimus acceſſiſſe non eſt mirum ſi illum imitari vi-
dearis in opere quem tibi ducem credim⁹ itineris extitiſſe:
Rhadegundis à Martini imitatrix. vt cuius es ſecuta veſtigia, felici voto compleas & exempla
& beatiſſimũ virum in tanto tibi facias eſſe ſociũ, in quantũ
partẽ refugis habere de mundo. Cu⁹ opinionis radio prę-
micãte, ita reddis audientiũ pectora cœleſti fulgore ſuffu-
ſa, vt paſſim prouocati puellarum animi diuini ignis ſcin-
tilla ſuccenſi, raptim feſtinent auidè in charitate Chriſti
fonte veſtri pectoris inrigari: & relictis parentibus te ſibi
magis eligant, q̃ matrem: facit hoc gratia, non natura. Igi-
tur huius ſtudij vota videntes, gratias clemẽtię ſupernæ re-
ferimus, qui voluntates hominũ ſuæ facit voluntati cõne-
cti: quoniam confidimus quas apud vos iubet colligi, ſuo
C vult amplexu ſeruari. Et quia quaſdam comperimus diui-
nitate propria de noſtris territorijs ad inſtitutionẽ veſtræ
regulæ deſiderabiliter conuolaſſe, inſpicientes etiam ve-
ſtræ petitionis Epiſtolã libenter à nobis exceptã hoc Chri-
ſto auctore & remediatore firmamus: vt licet oẽs æquali-
ter quæ ibi conueniunt, in domini charitate manſuræ de-
beant inuiolabiliter cuſtodire, quod videntur libẽtiſſimo
Promiſſa fides non debet temerari. animo ſuſcepiſſe: quoniam contaminari non debet Chri-
ſto fides cœlo teſte promiſſa: vbi non leue ſcelus eſt tem-
plum Dei, quod abſit pollui, vt ab eo poſſit ira ſuccẽdente
diſperdi: tamen ſpecialiter definimus, ſi qua, ſicut dictum
eſt, de locis ſacerdotaliter noſtræ gubernationi Domino
prouidente cõmiſſis, in Pictaua ciuitate veſtro monaſterio
meruerit ſociari, ſecundũ beatæ memoriæ domini Cæſarij
Arelatenſis Epiſcopi conſtituta, nulli ſit vlterius diſceden-
di licentia. Quæ ſicut continet regula, voluntate prodita
videtur ingreſſa, ne vnius turpi dedecore ducatur in crimẽ,
q apud omnes emicat in honore. Et ideo, ſi, quod auertat
Deus, aliqua inſanæ mentis inlicitatione ſuccenſa, ad tanti
opprobrij maculam præcipitare ſuam voluerit diſciplinã,
D gloriam & coronam, vt inimici conſilio, ſicut Eua eiecta de
Paradiſo, per qualemcunq; de clauſtris ipſius monaſterij,
imo de cœli regno exire pertulerit, mergenda & cõculcan-
da vili platearum in luto, ſeparata à cõmunione noſtra, diri
Monialis [illegible] non anathematis vulnere feriatur. Ita vt ſi fortaſſis Chriſto re-
licto homini voluerit nubere, diabolo captiuante, non ſo-
lum ipſa quæ refugit, ſed etiã ille qui ei coniunctus eſt, tur-
pis adulter: & potius ſacrilegus q̃ maritus: vel quiſquis vt
hoc fieret, venenum magis quam conſilium miniſtrauit, ſi-
mili vltione, ſicut de illa dictum eſt, cœleſti iudicio, nobis
optantibus, percellatur: donec ſeparatione facta per cõpe-
tentem execrandi criminis pœnitentiã, à loco quo egreſſa
fuerat, recipi meruerit & adnecti. Adijcientes etiam vt eo-
rum qui nobis quandoq; ſucceſſuri ſunt Sacerdotes, ſimi-
lis condemnationis teneãtur adſtrictæ reatu. & ſi, quod nõ
E credimus, aliquid ipſi voluerint aliter quam noſtra delibe-
ratio continet, relaxare, nouerint ſe nobiſcum æterno iu-
dice definiente cauſaturos, quia cõmunis eſt ſalutis inſtru-
ctio, ſi quod Chriſto promittitur, inuiolabiliter obſerue-
tur. Quod noſtræ determinationis decretum pro firmita-
tis intuitu, propriæ manus ſubſcriptione credimus robo-
randum, perpetualiter à nobis Chriſto auſpice duraturum.

Lecta igitur hac Epiſtola Chrodieldis dixit, Nunquam
nos vlla retinebit mora, niſi ad reges quos parẽtes noſtros
eſſe nouimus, accedamus. Venerant enim pedeſtri itinere
à Pictauo, nec vllius equi beneficium habuerant: vnde an-
helæ & ſatis exiguæ erant: ſed nec victus alimoniam vllam
eis in via quiſquam præbuerat: acceſſerunt enim ad vrbem
noſtram die prima menſis primi, erãt enim pluuiæ magnæ:
ſed & viæ diſſolutæ erant à nimia immenſitate aquarum.

Detrahebant autem & de Epiſcopo dicentes, quia illius Cap. 40. Monialium Pictauenſium ſcandalum.
dolo & hæ turbatæ, & monaſterium erat derelicturæ: ſed
materiã huius ſcandali altius placuit memorari. Tempore
Chlotharij regis, cum beata Radegundis hoc monaſteriũ
inſtituiſſet, ſemper ſubiecta & obediens cum omni con-
gregatione ſua anterioribus fuit Epiſcopis. Tempore vero F
Sygiberti, poſtquã Maroueus Epiſcopatum vrbis adeptus
eſt, acceptis Epiſtolis Sygiberti regis pro fide ac deuotione
Radegundis beatæ, in partes orientis clericos deſtinat pro
dominicæ crucis ligno, ac ſanctorũ Apoſtolorum cætero-
rumq; martyrum reliquijs: qui euntes detulerunt hæc pi-
gnora: quibus delatis, petijt regina Epiſcopum, vt eum ho-
nore debito grandiq; pſallentio in monaſterio locarentur.
Sed ille deſpiciens ſuggeſtionẽ eius, aſcenſis equis, villæ ſe
contulit. Tunc regina iterato ad regem Sygibertum direxit,
deprecãs vt iniunctione ſua quicunq; ex Epiſcopis hæc pi-
gnera cum illo quo decebat honore, votũq; eius expoſce-
bat, in monaſterio conlocaret. Ad hoc n. opus beatus Eu-
fronius vrbis Turonicæ Epiſcopus iniungitur. Qui cũ cle-
ricis ſuis Pictauum accedẽs, cum grãdi pſallentio, & cereo-
rum micantium ac thymiamatis adparatum, ſancta pignera
abſente loci Epiſcopo in monaſteriũ detulit. Poſt hæc cum
pontificis ſui ſæpius gratiam quæreret, nec poſſet adipiſci,
neceſſitate commota cum abbatiſſa ſua quam inſtituerat,
Arelatenſem vrbem expetunt: de qua regula ſancti Cæſarij
atq; Cæſariæ beatæ ſuccepta, regis ſe tuitione munierunt, G
ſc. quia in illum qui paſtor eſſe debuerat, nullã curam de-
fenſionis ſuæ poterant reperire. Ex hoc ſcandalo de die in
diem propagato, tempus migrationis beatæ Rhadegundis
aduenit, qua migrante, iterũ petijt abbatiſſa ſe ſub Sacerdo-
tis ſui poteſtate degere. Quod ille cum primũ reſpuere vo-
luiſſet, cõſilio ſuorũ promiſit ſe patrem earũ, ſicut dignum
erat, fieri: & vbi neceſſitas fuiſſet, ſuam præbere defenſio-
nẽ: vnde factum eſt vt abiens ad Childebertum regẽ præ-
ceptionẽ eliceret, vt ei hoc monaſterium ſicut reliquas pa-
rochias regulariter liceat gubernare. Sed neſcio quid, cre-
do, adhuc in eius animis reſidebat, vt hæ puellæ adſerunt,
quod moueret ſcandalum. His vero intendentibus, vt ad
regis, ſicut diximus, præſentiam properarent, dedimus eis
cõſilium dicentes, Intenditis cõtra rationẽ, & nullo modo
vobis ea ſeries inſeri poteſt, q̃ blaſphemiã arceat. Sed ſi vt
diximus rationẽ prætermittitis, nec ſalubre conſilium vul-
tis accipere, vel hoc conijcite in animis veſtris, vt prętereito
hiberni huius tẽpore quod in hoc verno acceſſit, cum auræ
cõmodiores fuerint, quo ducit voluntas, pergere valeatis.
Quod conſilium aptum ſuſcipientes, ſubſequente æſtate, H
relictis Turonis cæteris accommodatis conſobrinæ ſuæ
Chrodieldi ſanctimonialibus, ad regem Guntchramnum
acceſſit. A quo ſuſcepta ac muneribus honorata, Turonos
eſt regreſſa. Conſtantina filia Burgolini in monaſterio Au-
guſtodunenſi relicta, expectans Epiſcopos qui à rege fue-
rant iuſſi aduenire, & cauſam ipſarum cum abbatiſſa diſcu-
tere. Multæ tamẽ ex his à diuerſis circũuentæ matrimonio Moniales nubunt.
copulatæ ſunt, priuſquã hæc à rege regrederetur. Cumq;
præſtolantes aduentum, nullum Epiſcopum aduenire ſen-
tirent, Pictauum regreſſæ ſunt, & ſe intra baſilicam ſancti
Hilarij tutauerunt, congregatis ſecum furibus, homicidis,
adulteris, omniumque criminum reis, ſtabilientes ſe ad
bellum atque dicentes, Quia reginæ ſumus, nec prius in
monaſterium noſtrum ingredimur, niſi abbatiſſa eijcia-
tur

A tur foras. Erat ibi tunc reclauſa quædam, quæ ante paucos annos per murum ſe deijciens, ad baſilicam ſancti Hilarij confugit, multa in abbatiſſam crimina euomens, quæ tamen falſa cognouimus. Sed poſtquã in monaſterium per cum locũ vnde ſe præcipitauerat, funibus eſt adtracta, petijt vt ſe in cellulam ſecretã recluderet, dicens, Quia multum peccaui in dominum, & domnam meam Radegundẽ, quæ illis diebus ſuperſtes eras. Volo me, ait, ab hac frequentia congregationis penitus amouere, & pœnitentiam pro neglectis meis agere: ſcio enim quia miſericors eſt dominus, & remittit confitentibus ſe peccata: & ingreſſa eſt in cellulam. Cum autem hoc ſcandalum cõmotum fuiſſet, & Chrodieldis à Guntchramno rege regreſſa eſſet, hæc diſtupto nocturnis horis cellulæ oſtio egreſſa eſt à monaſterio, & ad Chrodieldem abijt, multa ſicut prius fecerat, crimina de abbatiſſa prorumpens.

Cap. 41. Dum autem hæc agerentur, Gundegiſilus Burdegalenſis, adiunctis ſecum Nicaſio Engoliſmenſi, & Saffario Petragorico, ac ipſo Moroueo Pictauenſi Epiſcopis, eo quod huius vrbis metropolis eſſet, ad baſilicam ſancti Hilarij aduenit, arguẽs has puellas, & in monaſterium reducere cupiens.

B Cædes in templo ob moniales fugitiuas.

Sed cum illæ obſtinacius reluctarentur, & hic cum reliquis iuxta Epiſtolam ſuperius nominatam eis excommunicationem indiceret, exurgens turba murionum præfatorum tanta eos in ipſa ſancti Hilarij baſilica cęde mactauit, vt conruentibus in pauimento Epiſcopis vix cõſurgere poſſent. Sed & diaconi & reliqui clerici ſanguine perfuſi, cum eſtractis capitibus baſilicam ſunt egreſſi. Tam immẽſus enim eos, & vt credo, diabolo cooperante, pauor obſederat, vt egredientes à loco ſancto, nec ſibi Vale-dicentes, vnuſquisq; per viam quam arripere potuit, repedaret. Adfuit huic calamitati, & Deſiderius diaconus Syagrij Auguſtodunenſis Epiſcopi, qui non inquiſito Cleni fluminis vado, quo primũ litus attigit, eſt ingreſſus: ac natante equo, ripæ vlterioris campo euectus eſt. Ex hoc Chrodieldis ordinatores eligit, villas monaſterij peruadit, & quoſcunque de monaſterio arripere potuiſſet, plagis ac cædibus adfectos ſuo ſeruitio ſubiugabat, minans, vt ſi monaſteriũ poſſet ingredi, abbatiſſam de muro proiectã, terræ deijceret.

C Quod cum Childeberto regi nunciatum fuiſſet, ſtatim directa auctoritate præcepit Macconi comiti, vt hæc reprimere omni intentione deberet. Godegiſilus autẽ cum has à communione ſuſpenſas cum cæteris, vt diximus, reliqui ſſet Epiſcopis, Epiſtolam ex ſuo fratrumq; præſentium nomine conſcripſit ad Sacerdotes illos, qui tunc rege Gunthchramno fuerant adgregati: à quibus hæc reſcripta ſuſcepit.

Exemplar reſcripti.

Domnis ſemper ſuis atq; Apoſtolica ſede digniſſimis, Gundegiſilo, Nicaſio & Saffario, Ætherius, Syagrius, Annacharius, Heſychius, Agrœcola, Vrbicus, Felix, Veranus, item Felix, & Bertheramnus Epiſcopi. Literas veſtræ beatitudinis tantum referante nuncio de veſtra ſoſpitate gauiſi excepimus: tantum de iniuria, quam vos pertuliſſe ſignaſtis, nõ modico mœrore adſtringimur, dum & regula tranſcenditur, & nulla reuerentia religioni ſeruatur. Sed quia indicaſtis monachas, quæ de monaſterio bonæ memoriæ Radegundis, inſtigante diabolo fuerunt digreſſæ, quod nullam à vobis acquieuerint correctionem audire, nec intra monaſterij ſui ſepta de quo egreſſæ fuerant, voluiſſent reuerti: inſuper baſilicæ domni Hilarij per cædes veſtras

D veſtrorumq; iniuriam intuliſſe: quapropter ipſas à communionis gratia viſi fueritis ſuſpendere, ac per hoc noſtram exinde mediocritatem elegiſtis conſulere. Igitur quia optimè vos nouimus ſtatuta canonum percurriſſe, ac regulæ plenitudinem cõtinere, vt qui in talibus exceſſibus videntur deprehendi, non ſolum excõmunicatione, verumetiam pœnitentiæ ſatisfactione debeant coërceri: ea de re addentes cum venerationis cultu ſummæ auiditatis dilectionis inſtinctum, indicamus ea quæ definiſtis nos concordanter veſtræ ſententiæ conſentire, quoadusq; in ſynodali cõcilio Calendis Nouembr. pariter poſiti debeamus conſilio pari tractare, qualiter talium temeritas frænũ diſtrictionis poſſit accipere, vt deinceps nulli liceat ſub hunc lapſum faciente iactantia ſimilia perpetrare. Attamẽ quia nos ſua dictione domnus Paulus Apoſt. indeſinenter

E videtur monere, vt opportune inopportuneq; debeamus quoſcunq; excedentes ſedula prædicatione corrigere: & pietatẽ proteſtatur ad omnia vtilẽ eſſe: ideo ſuggerimus vt adhuc oratione aſſidua domini miſericordiã deprecemini, vt ipſe ſpiritũ cõpunctionis ipſas inflammare dignetur, vt id quod per delictum viſæ ſunt contraxiſſe, digna ſatisfactione pœniteãt: vt in monaſterio ſuo veſtra prædicatione animæ quæ quodammodo perierunt, propitio Chriſto reuertantur: vt ille qui vnam humeris iolatam errantẽ ouem ad ouile reduxit, & de iſtarũ tranſgreſſione quaſi adquiſito gregi congaudere dignetur. Hoc ſpecialius poſtulantes, vt pro nobis intercesſionum veſtrarum ſuffragia indeſinenter, vt confidimus, tribuatis. Peculiaris veſter Ætherius peccator ſalutare præſumo. Cliens veſter Heſychius reuerenter audeo ſalutare. Amator veſter Syagrius reuerenter ſaluto. Cultor veſter Vrbicus peccator famulanter ſaluto. Venerator veſter Veranus Epiſcopus, reuerẽter ſaluto. Famulus veſter Felix ſalutare præſumo. Humilis veſter atq; amator Felix audeo ſalutare. Humilis atq; obediens veſter Bertchramnus Epiſcopus ſalutare præſumo.

F Sed & abbatiſſa recitauit Epiſtolam quam beata Radegundis Epiſcopis qui ſuo tempore erant, dirigi voluit. Cuius nunc iterum ipſa abbatiſſa exemplaria ad vicinarum vrbium Sacerdotes direxit: cuius hæc ſunt exemplaria.

Cap. 42. Exẽplar Epiſtolæ Rhadegundis ad Epiſcopos.

Dominis ſanctis & Apoſtolica ſede digniſſimis in Chriſto patrib. omnibus Epiſcopis Radegundis peccatrix. Cõgruæ prouiſionis tunc roboraliter ad effectũ tendit exordiũ, cum generalib. patribus, medicis ac paſtoribus, ouilis ſibi commiſſi cauſa auribus traditur, cuius ſenſibus commendatur: quorum participatio de charitate conſiliũ de poteſtate, ſuffragium de oratione miniſtrare poterit interuentum. Et quoniã olim vinclis laicalibus abſoluta, diuina prouidente & inſpirante clementia, ad religionis normam viſa ſum voluntariè duce Chriſto tranſlata: hæc pronæ mentis ſtudio cogitans etiam de aliarum profectibus, vt adnuntiante domino mea deſideria efficerentur, reliquis profutura, inſtituente atq; remunerante præcellentiſſimo Domno rege Chlothario, monaſterium puellarum Pictaua vrbe conſtitui: conditumq; quantum mihi munificẽtia regalis eſt largita, facta donatione, dotaui: inſuper congregationi per me Chriſto præſtante collectæ, regulam ſub qua ſancta Cæſaria degit, quam ſolicitudo beati Cæſarij antiſtis Arelatenſis ex inſtitutione ſanctorum patrum conuenienter collegit, adſciui.

Rhadegundis Monaſteriũ conſtituit.

G Cui conſentientibus beatiſſimis & huius ciuitatis, & reliquis põtificibus, electione etiam noſtræ congregationis domnam & ſororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui & eduxi, Abbatiſſam inſtitui, ac me poſt Deum eius ordinationi regulariter obedituram commiſi. Cuique formam Apoſtolicam obſeruantes, tam ego quam ſorores de ſubſtantia terrena quæ poſſidere videbamur, factis chartis tradidimus metu Ananiæ & Sapphiræ, In monaſterio poſitæ, nihil propriũ reſeruantes. Sed quoniã incerta ſunt humanæ cõdinonis momenta vel tempora, quippe mondo in finem currente, cum aliqui magis propriæ quã diuinæ cupiãt voluntati ſeruire: zelo ducta Dei hanc ſuggeſtionis meæ paginã, apoſtolatus veſtri in Chriſti nomine ſuperſtes porrigo vel deuota. Et quia præſens non valui, quaſi veſtris prouoluta veſtigijs, Epiſtolæ vicarietate proſternor, coniurãs per Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ, ac diem tremẽdi

H iudicij, ſic repræſentatos vos non tyrannus oppugnet, ſed legitimus rex coronet, vt ſi caſu poſt meum obitum quæcunq; perſona, vel loci eiuſdem põtifex, ſeu poteſtas principis, vel alius aliquis, quod nec fieri credimus, congregationẽ, vel ſuaſu maleuolo, vel impulſu iudiciario perturbare tentauerit, aut regulam frangere, ſeu Abbatiſſam alterã quam ſororem meam Agnetem, quã beatiſſimi Germani præſentibus ſuis fratribus benedictio conſecrauit: aut ipſa congregatio, quod fieri non poteſt, habita murmuratione mutare contenderit, vel quaſdã dominationes in monaſterio: vel rebus monaſterij quæcunq; perſona vel põtifex loci præter quas anteceſſores Epiſcopi, aut alij me ſuperſtite habuerunt, nouo priuilegio quicunq; adfectare voluerit, aut extra regulã exinde regredi quis tẽtauerit, ſeu de rebus quas in me præcellẽtiſſimus domnus Chlotharius, vel præ-

cellen-

A cellentiſſimi domni regis filij ſui contulerunt: & ego ex eius præceptionis permiſſu monaſterio tradidi poſſidendum, & per auctoritates præcellentiſſimorum domnorũ regum Chariberti, Gunthchramni, Chilperici, & Sygiberti, cum ſacramenti interpoſitione, & ſuarum manuum ſubſcriptionibus obtinui confirmari: aut ea his quæ alij pro animarum ſuarũ remedio, vel ſorores ibidem de rebus proprijs contulerunt, aliquis princeps, aut pontifex, aut potens, aut de ſororibus cuiuslibet perſonæ auſu minuere, aut ſibimet ad proprietatem reuocare ſacrilego voto contenderit, ita veſtram ſanctitatem ſucceſſorumque veſtrorum poſt Deum pro mea ſupplicatione & Chriſti voluntate incurrat: vt ſicut prædones & ſpoliatores pauperũ extra gratiam veſtram habeantur. nunquam de noſtra regula vel de rebus monaſterij obſiſtentibus vobis imminuere valeat aliquid aut mutare. Hoc etiam deprecãs, vt cum Deus prædictam domnam ſororem noſtram Agnetem de ſeculo migrare voluerit, illa in loco eius Abbatiſſa de noſtra cõgregatione debeat ordinari, quæ Deo & ipſi placeuerit, cuſtodiens regulam, & nihil de propoſito ſanctitatis imminuet: nam nunquam propria aut cuiuſcumq; voluntas præcipitet. Quod ſi, quod abſit, contra Dei mandatum & auctoritatem regum aliquis de ſupraſcriptis conditionibus coram

B Domino & Sanctis eius precabiliter commendatis agere, aut de perſona, aut ſubſtantia minuenda voluerit, aut memoratæ ſorori meæ Agneti Abbatiſſæ moleſtias aliquas inferre tentauerit, Dei & ſanctæ crucis & B. Mariæ incurrat iudicium, & beatos confeſſores Hilarium & Martinum, quib⁹ poſt Deum ſorores meas tradidi defendendas, ipſos habeat contradictores & perſecutores. Te quoque Beate Pontifex, ſucceſſoreſq; veſtros, quos patronos in cauſa Dei diligenter adſciſco, ſi, quod abſit, exititerit qui contra hæc aliquid moliri tentauerit, pro repellendo & confutando Dei hoſte, non pigeat ad regem quem eo tempore locus iſte reſpexerit, vel ad Pictauam ciuitatem pro re vobis ante Dominum commendata percurrere, & contra aliorum iniuſtitiam executores & defenſores iuſtitiæ laborare, vt tale nephas nullo modo ſuis admitti temporibus rex patiatur Catholicus, nec conuelli permittat quod Dei & mea & re-

C gum ipſorum voluntate firmatum eſt. Simul etiam principes quos Deus pro gubernatione populi poſt deceſſum meum ſupereſſe præceperit, coniuro per regem cuius regni non erit finis, & ad cuius nutum regna conſiſtunt, qui eis donauit ipſum viuere vel regnare, vt monaſteriũ quod ex permiſſu, & ſolatio domnorum regum, patris vel aui eorum conſtruxiſſe viſa ſum, & ordinaſſe regulariter, vel dotaſſe ſub ſua tuitione & ſermone vna cum Agnete Abbatiſſa iubeant gubernare: & à nullo neq; ſæpe dictam Abbatiſſam noſtram, neq; aliquid ad noſtrum monaſterium pertinens moleſtari, aut inquietari, vel exinde imminui, aut aliquid mutari permittant, ſed magis pro Dei intuitu vna cum domnis Epiſcopis, ipſi me ſupplicante coram redemptore gentium ſicut eis cõmendo, defenſari iubeant & muniri: vt in cuius honore Dei famulas protegũt, cum defenſore pauperum, & ſponſo virginum perpetualiter æterno ſocientur in regno. Illud quoque vos ſanctos pontifices, & præcellentiſſimos domnos reges, & vniuerſum populum Chriſtianũ, coniuro per fidem Catholicam in qua baptizati eſtis, & Eccleſias quas conſecratis, vt in baſilica quam

D in ſanctæ Mariæ dominicæ genitricis honorem cœpimus ædificare, vbi etiã multæ ſorores conditæ ſunt in requie, ſiue perfecta, ſiue imperfecta, cum me Deus de hac luce migrare præceperit, corpuſculum meum ibi debeat ſepeliri. Quod ſi quis aliud inde voluerit, aut fieri tentauerit, obtinente cruce Chriſti, & beata Maria, diuinam vltionẽ incurrat: & vobis intercurrentibus, in loco ipſius baſilicæ merear cum ſororũ cõgregatione obtinere loculum ſepulturæ. Et vt hæc ſupplicatio mea, quam manu propria ſubſcripſi, in vniuerſalis Eccleſiæ archiuo ſeruetur, effuſis cum lachrymis deprecor, quatenus ſi contra improbos aliquos neceſſitas exegerit, vt veſtra defenſione ſoror mea Agnes Abbatiſſa, vel congregatio eius, quo ſuccurri ſibi popoſcerint, veſtræ miſericordiæ pia conſolatio opem paſtoralis ſolicitudinis ſubminiſtret: nec de me deſtitutas ſe proclamẽt, quibus Deus præſidium veſtræ gratiæ præparauit. Illud vo-

...s ingen- ...eligit ſe- pulturam

E bis in omnibus ante oculos reuocantes, per ipſum qui de cruce glorioſa virginem ſuam genitricem beato Ioanni Apoſtolo commendauit, vt qualiter ab illo completum eſt Domini mandatum, ſic ſit apud vos, indigna & humilis domnis meis Eccleſiæ patribus & viris Apoſtolicis quod commendo: quod cum dignanter ſeruaueritis depoſitum, meritis participes cuius impletis mãdatum Apoſtolicum, digne reparetis exemplum.

Cap. 43. Theutharius monialium ſcandalum compeſcit.

Poſt hæc Marouens Epiſcopus, cum diuerſa improperia ab his audiret, Porcarium Abbatem baſilicæ beati Hilarij, ad Gundegiſilum Epiſcopum, & reliquos comprouinciales eius deſtinat, vt data cõmunione puellis, ad audientiam veniendi licentiam indulgere dignarentur: ſed nequaquã potuit obtinere. Childebertus autem rex, cum aſſiduas de vtraque parte, monaſterij ſcilicet, vel puellarum quæ egreſſæ fuerant, moleſtias pateretur, Theutharium Presbyterũ ad dirimendas querimonias quæ inter eaſdem agebantur, deſtinat. Cui prouocatæ Chrodieldis cum reliquis puellis ad audientiam, dixerunt, Non venimus, quia à cõmunione ſuſpenſæ ſumus: ſi reconciliari meremur, tunc ad au-

F dientiam venire non differimus. Hæc audiens ille, ad Epiſcopos abiit: cumque cum his de hac cauſa locutus fuiſſet, nullum effectum obtinere potuit de communione earum: & ſic ad vrbem Pictauam regreſſus eſt. Puellæ vero ſeparatæ abinuicem, aliæ ad parentes, aliæ ad domos proprias, nonnullæ in hæc monaſteria, in quibus prius fuerant, ſunt regreſſæ: quia hyemem validã ſimul poſitæ propter penuriam ligni tolerare nõ poterant. Paucæ tamen cum Chrodielde & Baſina remanſerunt. Erat enim tunc & inter eas magna diſcordia, pro eo quod altera alteri ſe præponere cupiebat.

Cap. 44. Anni intemperies.

Eo anno poſt clauſum Paſcha, tam immenſa cum grandine pluuia fuit, vt intra duarum aut trium horarum ſpatia etiam per minores vallium meatus ingentia currere flumina viderentur: arbores in autumno floruerunt, & poma ſicut prius dederant, ediderũt. Menſe nono roſæ adparuerunt. Flumina vero vltra modum excreuerunt: ita vt excedentia litora loca quæ nunquam contingere conſueta fuerant, operirent, non minimũ ſationibus inferentia damnũ.

G

GREGORII TVRONENSIS HISTORIARVM,

LIBER X.

Tyberis inundatio.

ANNO igitur quintodecimo Childeberti Regis, Diaconus noſter ab vrbe Roma ſanctorũ cum pignoribus veniens, ſic retulit, quod anno ſuperiore, menſe nono, tanta inundatione Tyberis fluuius vrbem Romam obtexit, vt ædes antiquæ diruerentur: horrea etiã Eccleſiæ ſubuerſa ſint, in quibus nonnulla millia modiorum tritici periere.

Serpentum multitudo.

Multitudo etiam ſerpentium cum magno dracone in modum trabis validæ, per huius fluuij alueum in mare deſcẽdit. Sed ſuffocatæ beſtiæ inter ſalſos maris turbidi fluctus, litori eiectæ ſunt. Subſecuta eſt de veſtigio clades quam inguinariam vocant: nam medio menſe xj. adueniens, pri-

H

Peſtis.

mum omnium (iuxta illud quod in Ezechiele Propheta legitur, A ſanctuario meo incipite) Pelagium Papam perculit: quo defuncto, magna ſtrages populi de hoc morbo facta eſt. Sed quia Eccleſia Dei abſque rectore eſſe non poterat, Gregorium Diaconum plebs omnis elegit: hic enim de ſenatoribus primis, ab adoleſcentia deuotus Deo, in rebus proprijs ſex in Sicilia Monaſteria congregauit: ſeptimum intra vrbis Romæ muros inſtituit: quibus tantã delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præbendum ſufficeret, reliqua vendidit cum omni præſidio domus, ac pauperibus erogauit: & qui ante ſerico contextu ac gemmis micãtibus ſolitus erat per vrbẽ procedere trabeatus, nunc vili contextus veſtitu, ad altaris dominici miniſterium conſecratur: ſeptimuſque Leuita ad adiutorium Papæ adſciſcitur. Tantaq; ei abſtinentia in cibis, vigilãtia in orationibus, ſtrenuitas in ieiuniis erat, vt infirmato

Gregorius ſeptem monaſteria fundauit.

A

ſtomacho vix conſiſtere poſſet. Literis grammaticis, dialecticiſque ac rhetoricis ita erat inſtitutus, vt nulli in vrbe ipſa putaretur eſſe ſecundus. Hunc apicem adeo cius fugere tentans, ne quod prius abiecerat rurſum ei in ſeculo de adepto honore iactantia quædam ſubreperet: vnde factũ eſt vt epiſtolam ad Imperatorẽ Mauritium dirigeret, cuius filium ex lauacro ſancto ſuſceperat, coniurans, & multa prece poſcens, ne vnquam cõſenſum præberet populis, vt hunc huius honoris gloria ſublimaret. Sed præfectus vrbis Romæ germanus eius, anticipauit nuntium, & comprehẽſo diruptis epiſtolis conſenſu quẽ populus fecerat, Imperatori direxit. At ille gratias Deo agẽs pro amicitia Diaconi, quod reperiſſet locum honoris eius, data præceptione ipſum iuſſit inſtitui. Cumq; in hoc ſtaret vt benediceretur, & lues populum deuaſtaret, verbum ad plebem pro agenda pœnitentia in hunc modum exorſus eſt.

Gregorij hortatoria concio ad pœnitentiam.

Oportet fratres dilectiſſimi, vt flagella Dei quæ metuere ventura debuimus, ſaltem præſentia & experta timeamus. Conuerſionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis noſtri duritiam ipſa quã patimur, pœna diſſoluat: vt enim propheta teſte prædictum eſt, Peruenit gladius vſque ad animam. Ecce etenim cuncta plebs cœleſtis iræ mucrone percutitur, & repentina ſinguli cæde vaſtãtur: nec languor mortem præuenit, ſed languoris moras, vt cernitis, mors

B

præcurrit. Percuſſus quiſque ante rapitur, quã ad lamenta pœnitentiæ conuertatur. Penſate ergo, qualis ad conſpectũ diſtricti iudicis peruenit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quiq; non ex parte ſubtrahuntur, ſed pariter corruunt: domus vacuæ relinquuntur, filiorũ funera parentes aſpiciunt, & ſui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnuſquiſq; ergo noſtrum ad pœnitentiæ lamenta cõfugiat, dum flere ante percuſſionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errando cõmiſimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præueniamus faciem eius in confeſſione, & ſicut Propheta ammonet, leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum. Ad Deum quippe corda cum manibus leuare eſt, orationis noſtræ ſtudium merito bonæ operationis erigere. Dat profecto, dat tremori noſtro fiduciam qui per prophetam clamat, Nolo mortem

C

peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Nullus autem de iniquitatum ſuarũ immanitate deſperet: veternoſas namq; Niniuitarum culpas triduana pœnitentia abſterſit: & conuerſus latro vitæ præmia etiam in ipſa ſententia ſuæ mortis emeruit. Mutemus igitur corda, & præſumamus nos iam percepiſſe quod petimus: citius ad precem iudex flectitur, ſi à prauitate ſua petitor corrigatur. Imminente ergo tantæ animaduerſionis gladio, nos importunis fletibus inſiſtamos. Ea namq; quæ ingrata eſſe hominibus importunitas

Pœnitentia prouocat miſericordiam.

ſolet, iudicio veritatis placet: quia pius ac miſericors Deus vult à ſe precibus veniam exigi, qui quantum meremur nõ vult iraſci: hic etenim per pſalmiſtam dicit, Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. Ipſe ergo tibi teſtis eſt, quia inuocantibus miſereri deſiderat, qui ammonet vt inuocetur. Proinde fratres chariſſimi, cõtrito corde & correctis operibus, ab ipſo feriæ quartæ primo diluculo, ſeptiformem letaniam iuxta diſtributionem

Letania.

inferius deſignatã, deuota ad lachrymas mente veniamus, vt diſtrictus iudex cum ob culpas noſtras nos punire conſiderat, ipſe à ſententia propoſitæ damnationis parcat. Clerus igitur egrediatur ab Eccleſia ſanctorũ martyrum Coſ-

D

mæ & Damiani, cum presbyteris regionis ſextæ. Omnes vero Abbates cum monachis ſuis, ab Eccleſia ſanctorum martyrum Geruaſij & Protaſij, cum Presbyteris regionis quartæ. Omnes Abbatiſſæ cum cõgregationibus ſuis egrediantur ab Eccleſia ſanctorum martyrũ Marcellini & Petri, cum presbyteris regionis primæ. Omnes infantes, ab Eccleſia ſanctorum martyrum Ioannis & Pauli, cum Preſbyteris regionis ſecũdæ. Omnes vero laici, ab Eccleſia ſancti protomartyris Stephani, cum Presbyteris regionis ſeptimæ. Omnes mulieres viduæ, ab Eccleſia ſanctæ Euſemiæ cum Presbyteris regionis quintæ. Omnes autem mulieres coniugatæ egrediantur ab Eccleſia ſancti martyris Clementis, cum Presbyteris regionis tertiæ. Vt de ſingulis Eccleſiis exeuntes cum precibus ac lachrymis, ad beatæ Mariæ ſemper virginis genitricis Domini Dei noſtri Ieſu

E

Chriſti baſilicam congregemur, vt ibi diutius cum fletu ac gemitu domino ſupplicantes, peccatorũ noſtrorũ veniam promereri valeamus. Hæc eo dicente, cõgregatis Clericorũ cateruis pſallere iuſſit per triduum, ac deprecari Domini miſericordiam: de hora quoq; tertia veniebant vtriq; chori pſallentium ad Eccleſiam clamantes per plateas vrbis, Kyrie eleiſon. Adſerebat autem Diaconus noſter qui aderat, in vnius horæ ſpatio dum voces plebs ad dominũ ſupplicationis emiſit, octoginta homines ad terram corruiſſe, & ſpiritum exhalaſſe. Sed non deſtitit ſacerdos tantus prædicare populo, ne ab oratione ceſſarent. Ab hoc etiã Diaconus noſter reliquias ſanctorũ, vt diximus, ſumpſit, dum adhuc in Diaconatu degeret. Cumque latibula fugæ præpararet, capitur, trahitur, & ad beati Apoſtoli Petri baſilicam deducitur, ibique ad pontificalis gratiæ officium conſecratus Papa vrbi datus eſt. Sed nec deſtitit Diaconus noſter, niſi ad Epiſcopatum eius de porta rediret, & qualiter ordinatus fuerit, præſenti contemplatione ſuſpiceret.

O Gregorio concionante 80 exſpirant.

Cap. 2. Grippo legatus redit ab Imper. Mauritio.

Grippo autem ab Imperatore Mauritio rediens, hæc nuntiauit, quod anno ſuperiore cum adepto nauigio cum ſociis ſuis Africæ portũ adtigiſſet, Carthaginem magnam ingreſſi ſunt. Vbi dum morarentur, iuſſionem opperientes

F

præfecti qui aderant, qualiter Imperatoris præſentiam adire deberent, vnus puerorum, Euantij ſcilicet, qui cum eodem abierat, direptam ſpeciem de manu cuiuſdam negotiatoris ad metatum detulit. Quem ille proſecutus cuius res erant, reddi ſibi rem propriam flagitabat: ſed iſto differente cum de die in diem hoc iurgium in maius propagaretur, quadam die negotiator puerum illum in platea reperit, apprehenſoq; veſtimento eius, tenere cœpit dicens: Quia non à me laxaberis, priuſquam res quas violenter diripuiſti, meæ ditioni reſtituas. At ille excutere ſe de eius manibus conatus, non dubitauit erepto gladio hominem trucidare, & ſtatim ad metatum regreſſus eſt, nec aperuit ſociis quæ geſta fuerant: erant enim ibi tunc, vt diximus, legati Bodegiſilus filius Mummoleni Sueſſionici, & Euantius filius Dinamij Arelatenſis, & hic Grippo genere Francus, qui eleuantes de epulo, ſopori ſe dederant pro quiete. Quare cum ſeniori vrbis nuntiata fuiſſent quæ

G

puer horum geſſerat, collectis militibus, vel omni populo armis circumdato, ad metatum eorum dirigit. At illi inopinantes expergefacti, obſtupeſcunt, cernentes hæc quæ gerebantur. Tunc ille qui prior erat, exclamabat dicens, Arma deponite, & ad nos egredimini, vt cognoſcamus pacifice, qualiter homicidium factum eſt. Hæc illi audientes, timore perterriti adhuc ignorantes quæ geſta fuerant, fidem expetunt, vt ſecuri ſine armis egrederentur: iurauerũt homines illi, quod cuſtodire impatientia non permiſit. Sed mox egredientem Bodegiſilum gladio percutiunt, ſimiliter & Euantium. Quibus ante hoſtium metatus proſtratis,

Legati trucidantur.

Grippo arreptis armis cum pueris qui ſecum erant proceſſit ad eos, dicens, Quæ geſta fuerunt nos ignoramus: & ecce ſocij itineris mei qui ad Imperatorem directi fuerant, gladio ſunt proſtrati: iudicabit Deus iniuriam noſtram, & mortem illorum de interitu veſtro, quia nos innocentes, & in pace venientes taliter trucidatis, nec vltra erit pax inter reges noſtros, Imperatoremque veſtrum. Nos enim pro pace venimus, & pro adiutorio reipublicæ impertiendo. Teſtem hodie inuoco Deum, quia veſtra excitauit noxa, vt

H

non cuſtodiatur inter principes pax promiſſa. Hæc & huiuſcemodi Grippone verba proferente, ſoluto Carthaginenſis belli procinctu, regreſſus eſt vnuſquiſque ad propria. Præfectus vero ad Gripponem accedens, mulcere cœpit animos eius de iis quæ geſta fuerant, ordinans qualiter ad præſentiam Imperatoris accederet. Qui veniens narrata legatione pro qua directus fuerat, exitum ſociorum expoſuit. Qua de cauſa Imperator valde moleſtus, pollicitus eſt vlciſci mortem eorum iuxta id quod Childeberti regis iudicium promulgaret. Tunc ab Imperatore muneratus, cum pace regreſſus eſt.

Cap. 3. Childebertus armat in Italos.

His à Grippone Childeberto regi relatis, confeſtim exercitum in Italiam cõmoueri iubet, ac xx. duces ad Longobardorum gentem debellandam dirigit. Quorũ nomina nõ putaui lectioni ex ordine neceſſario inſerẽda. Audoualdus vero dux cum Vinthrione commoto Campaniæ popu-

A lo, cum ad metenſem vrbem quæ ei in itinere ſita erat, acceſſiſſet, tantas prædas, tantaque homicidia ac cædes perpetrauit, vt hoſtem propriæ regioni putaretur inferre. Sed & aliquoque duces ſimiliter cum phalangis ſuis fecere, ita vt prius regionem propriam aut populum commanentem adfligerent, quam quiddã victoriæ de inimica gente patrarent. Adpropinquantes autem ad terminum Italiæ, Audoualdus cum ſex ducibus dexteram petiit, atque ad Mediolanenſem vrbem aduenit: ibique eminus in campeſtria caſtra poſuerunt. Olo autem dux ad Bilitionem huius vrbis caſtrum, in campis ſitum Caninis, importune accedens, iaculo ſub papilla ſauciatus, cecidit & mortuus eſt. Hi autem cum egreſſi fuiſſent in præda vt aliquid victus adquirerent, à Longobardis irruentibus, paſſim per loca proſternebantur. Erat autem ſtagnum quoddam in ipſo Mediolanenſis vrbis territorio, quod Ceresium vocitant, ex quo paruus quidam fluuius, ſed profundus egreditur: ſuper huius laci litus Longobardos reſidere audierant. Ad quem cum adpropinquaſſent, priuſquam flumen quod diximus,

B tranſirent a litore illo vnus Longobardorũ ſtans lorica protectus & galea, contum manu geſtans, vocem dedit contra Francorum exercitum, dicens, Hodie adparebit cui diuinitas obtinere victoriam præſtet. Vnde intelligi datur, hoc ſignum ſibi Lõgobardos præparauiſſe. Tunc pauci tranſeuntes contra Longobardum hunc decertantes, proſtrauerunt eum: & ecce omnis exercitus Longobardorum in fugam verſus præteriit. Hi quoq; tranſeuntes flumen, nullum de iis reperiunt, niſi tantum recognoſcentes adparatum caſtrorum, vbi vel focos habuerant, vel tentoria fixerant. Cumque nullum de iis deprehendiſſent, ad caſtra ſua regreſſi ſunt: ibiq; ad eos Imperatoris legati venerunt nuntiantes adeſſe exercitum in ſolatium eorum dicenteſque, Quia poſt triduum cum eiſdem veniemus: & hoc vobis erit ſignum, cum videritis villæ huius quæ in monte ſita eſt, domus incendio concremari, & fumum incendii ad cælos vſque ſuſtolli, noueritis nos cum exercitu quem pollicemur adeſſe. Sed expectãtes, iuxta placitum, dies ſex, nullum

C ex iis veniſſe contemplati ſunt. Chedinus autem cum tredecim ducibus læuam Italiæ ingreſſus, quinque caſtella cepit, à quibus etiam ſacramẽta exegit. Morbus etiam dysenteriæ grauiter exercitum adficiebat, eo quod aeres incõgrui inſuetique hominibus eſſent, ex quo pleriquе interierunt. Commoto autem vento & data pluuia, cum paulisper refrigeſcere aer cœpit, in infirmitate ſalubritatem contulit. Quid plura? per tres fere menſes Italiam peruagantes, cum nihil proficerent, neque ſe de inimicis vlciſci poſſent, eo quod ſe in locis communiſſent firmiſſimis: neque regem caperet, de quo vltio fieret, qui ſe infra Ticinenſes munierat muros, infirmatus, vt diximus, æſtũ intemperantia exercitus ac fame adtritus, redire ad propria deſtinauit. Subdens etiam illud, acceptis ſacramentis regis ditionibus quod pater eius prius habuerat, de quibus locis & captiuos, & alias abduxere prædas: & ſic regredientes ita fame conficiebantur, vt prius & arma & veſtimenta ad coemendum victum demerent, quam locum genitalem contingerent. At Aptacharius Longobardorum rex, legationem ad Gunthchramnum regem cum huiuſcemodi verbis direxit, Nos, piiſſime rex, ſubiecti atque fideles vobis genuique veſtræ ſicut patribus veſtris fuimus, & eſſe deſideramus: nec diſcedimus à ſacramento quod prædeceſſores noſtri veſtris

D prædeceſſoribus iurauerunt. Nunc autem deſiſtite à perſecutione noſtra, & ſit pax nobis & concordia, vt vbi neceſſarium fuerit contra inimicos auxilium præbeamus, vt veſtra ſcilicet noſtraque gente ſaluata, ac nos pacificos cognoſcentes, terreantur magis aduerſarii qui in circuitu obſtrepunt de amicitia, quam de noſtra diſcordia gratulentur. Pacifice hæc Gunthchramnus rex verba ſuſcepit, miſitque eos ad nepotem ſuum Childebertum regem. Dum autem his narratis in loco commorarentur, venerunt alii qui mortuum Aptacharium regem nunciantes, Paulumque in loco eius ſubſtitutum, eiuſmodi verba quæ ſupra diximus, deferentes. Sed Childebertus rex placitum cum eiſdem ponens, vt quid ei impoſterum conueniret, enunciaret, eos abſcedere iuſſit.

Mauritius autem Carthaginenſes illos, qui legatos Childeberti regis anno ſuperiore interemerant, vinctos manibus catenisque oneratos, ad eius direxit præſentiam, duodecim ſcilicet numero viros, ſub ea videlicet conditione, vt ſi eos interficere vellet, haberet licentiam: ſin autem ad redimendum laxaret, trecentis pro vnoquoque acceptis aureis quieſceret: ſicque vt quod vellet eligeret: quo facilius ſopito ſcandalo, nulla occaſio inter ipſos inimicitiæ oriretur. Sed rex Childebertus diſſentiens homines vinctos accipere, ait, Incertum apud nos habetur, vtrum ii ſint homicidæ illi quos adducitis, an alii, vel fortaſſis cuiuſcunque ſerui habentur, cum noſtri bene ingenuæ generatione fuerint, qui apud vos fuerunt interempti. Præſens autem & Grippo adſtabat, qui eo tempore legatus cum eiidem fuerat miſſus, qui interfecti ſunt, ac dicebat, Quia præfectus vrbis illius cum collectis duobus aut tribus hominum millibus irruit ſuper nos interemitque ſocios meos: in quo excidio & ego ipſe interiiſſem, ſi me viriliter defendere nequiuiſſem. Accedens autem ad locum, homines agnoſcere potero: de quibus ſi Imperator veſter, vt dicitis, noſtro cum domino pacem cuſtodire deliberat, vltionem exigere debet: & ſic dato rex placito, vt poſt eos ad Imperatorem dirigeret, ipſos abſcedere iubet.

His autem diebus Chuppa, qui quondam comes ſtabuli Chilperici regis fuerat, irrupto Turonicæ vrbis termino, pecora reliquaſque res quaſi prædam exercens, diripere voluit. Sed cum hoc incolæ præſenſiſſent, collecta multitudine eum ſequi cœperunt. Excuſſaque præda, duobus ex pueris eius interfectis, hic nudus aufugit, aliis duobus pueris captis: quos vinctos, ad Childebertum regem tranſmiſerunt: quos ille in carcerem coniici iubens, interrogare præcepit, cuius auxilio Chuppa fuiſſet ereptus, vt ab iis non comprehenderetur qui ſequebantur. Reſponderunt, hoc Animodi vicarii dolo, qui pagum illum iudicaria regebat poteſtate, factum fuiſſe. Protinuſque directis rex literis ad comitem vrbis, iubet vt eum vinctum in præſentiam regis dirigeret: quod ſi reſiſtere conaretur, vi oppreſſum etiam interficeret, ſi principis gratiam cupiebat adquirere. Sed ille non reſiſtens, datis fideiuſſoribus, quo iuſſus eſt abiit: repertumque Flauianum domeſticum cauſatus eum ſocio, ne noxialis inuetus, pacificatus cum eodem, redire ad propria iuſſus eſt, datis tamen domeſtico illi muneribus prius. Ipſe quoque Chuppa iterum commotis quibuſdam de ſuis, filiam Badegeſili quondam Cœnomannenſis Epiſcopi diripere ſibi in matrimonium voluit: irruens autem nocte cum cuneo ſociorum in villa Marogalenſi, vt voluntatem ſuam expleret: præſenſit eum, dolumque eius Magatrudis materfamilias, genitrix ſcilicet puellæ: egreſſaque cum famulis contra eum vi repulit, cæſis pleriſque ex illis, vnde non ſine pudore diſceſſum eſt.

Apud Aruernos vero vincti carceris nocte nutu Dei diſruptis vinculis, reſeratiſque aditibus cuſtodiæ, egreſſi Eccleſiam ingreſſi ſunt. Quibus cum Eulalius comes onera catenarum addi iuſſiſſet, vt ſuper eos poſita, exemplo ceu vitrum fragile comminuta ſunt: & ſic obtinente Auito pontifice eruti, propriæ ſunt redditi libertati.

In ſupradicta vero vrbe Childebertus rex omne tributum tam Eccleſiis quam monaſteriis, vel reliquis clericis qui ad Eccleſiam pertinere videbantur, aut quicunque Eccleſiæ officium excolebãt, larga pietate conceſſit. Multum enim iam exactores huius tributi expoliati erant, eo quod per longum tempus & ſuccedentium generationes, ac diuiſis in multas partes ipſis poſſeſſionibus, colligi vix poterat hoc tributum: quod hic, Deo inſpirante, ita præcepit emendari, vt quod ſuper hæc fiſco deberetur, nec exactorem damna percuterent, nec Eccleſiæ cultorem tarditas de officio aliqua reuocaret.

In confinio vero termini Aruerni, Gabalitani atq; Ruthens, ſynodus Epiſcoporum facta eſt contra Tetradiam relictam quondam Deſiderii, eo quod repeteret ab ea Eulalius comes res quas ab eo fugiens ſecum tuliſſet. Sed hãc cauſam, vel qualiter Eulalius reliquerit, vel quemadmodum ad Deſiderium confugerit, altius memorandum putaui. Eulalius autem, vt iuuenilis ætas habet, agebat quæpiã irrationabiliter: vnde factum eſt vt à matre ſæpius increpitus, haberet in eam odium quam amare debuerat.

Margin notes:

Dysenteria.

Aptacharius.

Cap. 4.

E Mauritius legatorum interfectores Childeberto mittit.

F

Cap. 5. Chuppa Turonos inuadit.

G

Cap. 6. Diuinitus carcere liberati.

Cap. 7. Aruernis clericis tributa remiſit Child.

H

Cap. 8. Synodus contra Tetradiam.

A Denique cum in oratorio domus ſuæ hæc in oratione frequenter incumberet, & nocturnas vigilias perſæpe dormientibus famulis in oratione cum lachrymis expleret, in cilicio quo orabat ſuggillata reperitur. Sed neſcientibus cunctis quis hæc feciſſet, crimen tamen parricidii refertur ad filium. Hæc cum Cautinus Epiſcopus Aruernæ vrbis comperiſſet, eum à communione ſubmouit. Conuenientibus autem ciuibus cum ſacerdote, ad feſtiuitatem beati martyris Iuliani, ad pedes Epiſcopi Eulalius ille proſternitur, quærens ſe inauditum à communione remotum. Tunc Epiſcopus permiſit eum cum cæteris Miſſarum ſpectare ſolennia. Verum vbi ad communicandum ventum eſt, & Eulalius ad altarium acceſſiſſet, ait Epiſcopus, Rumor populi parricidam te proclamat eſſe. Ego vero vtrum perpetraueris hoc ſcelus, an non, ignoro: ideirco in Dei hoc & beati Martyris Iuliani ſtatuo iudicio. Tu vero ſi idoneus es, vt adſeris, accede propius, & ſume tibi Euchariſtiæ particulam, atque impone ori tuo: erit enim Deus reſpector conſcientiæ tuæ. At ille accepta Euchariſtia, communicans B abſceſſit: habebat enim vxorem Tetradiam nobilē ex matre, patre inferiorem. Sed cum in domo ſua vir ancillarum concubitu miſceretur, coniugem negligere cœpit: & cum ab ſcorto reuerteretur, grauiſſimis eā plagis ſæpius adficiebat. Sed & pro multis ſceleribus debita nonnulla contraxerat, in quibus ornamenta & aurum vxoris ſæpiſſime euertebat. Denique inter has anguſtias mulier collocata, cum honorem omnem quem in domo viri habuerat, perdidiſſet, & ille abiſſet ad regem, hæc à Viro (ſic enim erat nomen hominis) mariti ſui nepote concupiſcitur, ſcilicet vt quia ille perdiderat coniugem, huius matrimonio iungeretur. Virus autem timens inimicitias auunculi, mulierem Deſiderio duci tranſmiſit, videlicet vt ſuccedente tempore copularetur ei: quæ omnem ſubſtantiam viri ſui, tam in auro quam argento, & veſtimentis: & quæ moueri poterant, cum ſeniore filio ſecum ſuſtulit, relicto in domo alio iuniore. Rediens vero Eulalius ex itinere, cōperit quæ acciderant. Sed cum mitigato dolore paululum quieuiſſet, ſuper Virum nepotem ſuum irruit, cumque inter arcta C vallium Aruernarum intremit. Audiens autem Deſiderius, qui & ipſe vxorem nuper perdiderat, quod ſcilicet Virus interfectus fuiſſet, coniugio ſuo Tetradiam ſociauit. Eulalius vero puellam de monaſterio Lugdunenſi diripuit, eamque accepit. Sed concubina eius inſtigante, vt quidā adſerunt, inuidia, maleficiis ſenſum eius oppilauerunt. Poſt multum vero temporis, Eulalius Emerium huius puellæ conſobrinum clam adpetiit occiditque. Similiter Socratium fratrē ſocerꝰ ſuæ, quem pater ex concubina habuerat, interemit, Et alia multa mala fecit, quæ enarrare perlongum eſt. Ioannes filius eius, qui cum ſua diſceſſerat genitrice, à domo Deſiderii dilapſus, Aruernum venit. Cumq; iam Innocentius Epiſcopatum Ruthenæ vrbis ambiſſet, mandatum ei mittit Eulalius, vt res quæ ipſi in huius ciuitatis territorio debebātur, per huius auxilium recipere poſſet. Sed Innocentius ait, Si de filiis tuis vnum accipio, quē clericum factum in ſolario meo retineam, faciam quæ precaris. At ille tranſmiſit puerum Ioannem nomine, recepitque res ſuas. Suſceptoque Innocentius Epiſcopus puero, totondit comam capitis eius, deditque cum Archidiacono Eccleſiæ ſuæ: qui in tanta ſe abſtinentia ſubdidit, vt pro triD tico hordeum ſumeret, pro vino aquam hauriret, & pro equo aſino vteretur, veſtimenta viliſſima habens. Igitur cōiunctis, vt diximus ſacerdotibus & viris magnificis in confinio ſupradictarum vrbium, Tetradia ab Agyno repræſentatur, atque Eulalius contra eam cauſaturus acceſſit. Cumque res quas de eius, abiens ad Deſiderium, domo abſtulerat, inquireret, iudicatum eſt Tetradia vt quadrupla ſatisfactione ablata reſtitueret, filioſque quos de Deſiderio conceperat, incertos haberi: illud etiam ordinantes, vt ſi hæc quæ Eulalio eſt iuſſa diſſolueret, accedendi in Aruernum licentia præberetur, rebuſque ſuis quæ ei ex paterna ſucceſſione obuenerant abſque calumnia frueretur: quod ita factum eſt.

Cap. 9. Gunthchramnus ... [illegible] Cum hæc agerentur, & Britanni circa vrbes, Namnetēcam vtique & Redonicam, valde ſæuirent, Gunthchramnus rex exercitum contra eos commoueri iuſſit: in quorum E capite Beppolenum & Ebracharium duces delegit. Sed Ebracharius ſuſpectus, quod ſi victoria cum Beppoleno patraretur, ipſe ducatum eius adquireret, inimicitias cum eodem coniecit, ac per viam totam ſe blaſphemiis, conuiciis atque maledictionibus laceſſunt. Verum per viam qua abierunt, incendia, homicidia, ſpolia ac multa ſcelera egerunt. Interea venerunt ad Vicinoniam amnem: quem tranſmiſſi, ad Vldam fluuium peruenerunt. ibique diſſipatis vicinitatis caſis, pontes deſuper ſtatuunt, ſicque exercitus omnis tranſiuit. Coniunctus enim fuerat eo tempore Beppoleno Preſbyter quidam dicens, Si ſecutus me fueris, ego te vſq; Vuarocum ducam, ac Britannos tibi in vnum collectos oſtendam. Fredegundis enim cum audiſſet, quod in hoc procinctu Beppolenus abiret, quia ei iam ex anteriore tempore inuiſus erat, Baiocaſſinus Saxones, iuxta ritum Britannorum tonſos, atque cultu veſtimenti compoſitos, in ſolatium Vuaroci abire præcepit. Adueniente autem Beppoleno cum iis qui eum ſequi voluerunt, certamen iniit, multoſque per biduum de Britannis ac Saxonibus ſuprascriptis interemit. Receſſerat enim ab eo EF bracharius cum maiori manu: nec ad eum accedere voluit, donec interemptum audiret. Die autem tertio cum iam qui cum eo erant interficerentur, atque ipſe ſauciatus lancea repugnaret, irruentibus ſuper eum Vuaroco cum ſupradictis, interfecerunt eum: incluſerat enim eos inter anguſtias viarum atque paludes: in quibus magis luto necati quam gladio trucidati ſunt. Ebracharius vero vſque Venetos vrbem acceſſit: miſerat enim ad eum obuiam Epiſcopus Regalis clericos ſuos cum crucibus, & pſallentio, qui eos vſque ad vrbem deduxerunt. Ferebant etiam quidam eo tēpore, quod Vuarocus in inſulas fugere cupiens cum nauibus oneratis auro argentoque & reliquis rebus eius, cum alta maris cepiſſet, commoto vento, demerſis nauibus, res quas impoſuerat, perdidiſſet: tamen ad Ebracharium veniens, pacem petiit, obſideſque cum multis muneribus tradidit, promittens ſe nunquam contra vtilitatem Gunthchramni regis eſſe venturum. Quo recedente, & Regalis G Epiſcopus cum clericis & pagenſibus vrbis ſuæ, ſimilia ſacramenta dedit, dicens, Quia nihil nos dominis noſtris regibus culpabiles ſumus, nec vnquam contra vtilitatem eorum ſuperbi extitimus: ſed in captiuitate Britannorum poſiti, graui iugo ſubditi ſumus. Pace igitur celebrata inter Vuarocum atque Ebracharium, dixit Vuarocus: Diſcedite nunc & renunciate, quia omnia quæ iuſſerit rex, ſponte implere curabo: quod vt plenius credere debeatis, nepotem meum obſidem tribuam: & ita fecit: ceſſatumque eſt ab illo. Veruntamen multitudo magna ſicut de regali exercitu, ita & de Britannis cæſa eſt. Egrediente autem exercitu à Britannis, ac tranſeuntibus amnem robuſtioribus, inferiores & pauperes qui cum his erant, ſimul tranſire non potuerunt. Cumque in litus illud Vicinoniæ amnis reſtitiſſent, Vuarocus oblitus ſacramenti atque obſidum quos dederat, miſit Canaonem filium ſuum cum exercitu, adprehenſiſque viris quos in litore illo reperit, vinculis alligat, reſiſtentes interficit, nonnullis qui cum caballis torrentem tranſmeare voluerunt, ab ipſius torrentis impetu in mare deiectis. Dimiſſi ſunt poſtea multi à coniuge Vuaroci cum cereis & tabulis quaſi liberi, & ad propria ſunt regreſſi. Exercitus vero ipſius qui prius tranſierat, metuens per viam H illam qua venerat regredi, ne forte mala quæ fecerat pateretur, ad Andegauum vrbem dirigit, Meduanæ torrentis expetens pontem: ſed parua quæ prius tranſiit manus ad ipſum quem præfati ſumus pontem, ſpoliati, cæſi, & ad omne dedecus ſunt redacti. Per Turonicum vero tranſeuntes, prædas agentes, multos expoliauerunt: inopinantes enim repererant incolas loci. Multi tamen de hoc exercitu ad Gunthchramnum regem acceſſerunt, dicentes, quia Ebracharius dux ac Vuiliacharius comes accepta pecunia ab Vuaroco, exercitum perire feciſſent. Qua de cauſa Ebracharius præſentatus, multū conuiciis actus à rege, à præſētia eiꝰ diſcedere iuſſꝰ eſt Vuiliachario comite per fugas latitāte.

Anno igitur xv. Childeberti regis, qui eſt Gunthchrāmi nonus atque viceſimus, dum ipſe Gunthchramnus rex per Cap. 10 Voſacum ſiluam venationem exerceret, veſtigia occiſi bubali deprehendit. Cumque cuſtodem ſiluæ arctius diſtrin-

A

geret, quis hæc in regali ſilua gerere præſumpſiſſet, Chundonem cubicularium regis prodidit: quo hæc loquente, iuſſit eum adprehendi, & Cabillonum compactum in vinculis duci: cumque vterque in præſentia regis intenderent, & Chundo diceret, nunquam à ſe hæc præſumpta quæ obiiciebantur, rex campum diiudicat. Tunc cubicularius ille dato nepote pro ſe, qui hoc certamen adiret, in cãpo vterque ſteterunt: iactaq; puer ille lancea ſuper cuſtodem ſiluæ, pedem eius transfigit: moxque reſupinus ruit. Puer vero extracto cultro qui de cingulo dependebat, dum collum ruentis incidere tentat, cultro ſauciati ventre transfoditur: cecideruntque ambo, & mortui ſunt. Quod videns Chundo, ad baſilicã ſancti Marcelli fugam iniit. Adclamante vero rege vt comprehenderetur, priuſquam limen ſanctum adtingeret, comprehenſus eſt, vinctusque ad ſtipitem, lapidibus eſt obrutus. Multũ ſe ex hoc deinceps rex pœnitens, vt ſic eum ira præcipitem reddidiſſet, vt pro paruulæ cauſæ noxa, fidelem ſibique virum neceſſarium, tam celeriter interemiſſet.

Duellum ob venationem.

B

Cap. 11. Chlotharius iunior ægrotat.

Chlotharius vero Chilperici quondam regis filius grauiter ægrotauit, & intantum deſperatus eſt habitus, vt regi Gunthchramno obitus eius fuiſſet nunciatus: vnde factũ eſt vt egrediens de Cabillono, quaſi Pariſios accedere cupiens, vſque ad terminos Senonicæ vrbis accederet. Sed cum audiſſet conualuiſſe puerum, de itinere eſt regreſſus. Sed cum eum Fredegundis mater eius deſperatum vidiſſet, multum pecuniæ ad baſilicam S. Martini vouit: & ſic puer melius agere viſus eſt. Sed & ad Vuarocum nuncios dirigit, vt qui adhuc in Britanniis de exercitu Gunthchramni regis tenebantur, pro huius vita abſoluerentur: quod ita Vuarocus impleuit: vnde manifeſtatum eſt, huius mulieris colludio, & Beppolenum interfectum eſſe, & exercitum fuiſſe colliſum.

Cap. 12. † Cap. 33. lib. 9.

Ingeltrudis vero religioſa, quæ vt in ſuperioribus † libris expoſuimus, in atrio ſancti Martini, puellarum monaſterium collocauit, cum ægrotare cœpiſſet, neptem ſuam Abbatiſſam inſtituit: vnde reliqua congregatio maxime murmurauit: ſed nobis increpantibus ceſſauit à iurgio. Hæc vero cum filia diſcordiam tenens, pro eo quod res ſuas ei abſtulerat, obſecrauit vt neque in monaſterio quod inſtituit, neque ſuper ſepulchrum eius permitteretur orare.

C

Ingeltrudis obiit.

Quæ octogeſimo, vt opinor, anno vitæ obiit, ſepultaque eſt vii. Idus menſis primi. Sed veniens filia eius Berthegundis Turonos, cum non fuiſſet excepta, ad Childebertum regem abiit, poſtulans vt ei liceret in locum matris ſuæ Monaſterium regere. Rex vero oblitus iudicii quod matri eius fecerat, huic aliam præceptionem manus ſuæ roboratam ſubſcriptione largitus eſt, hæc continentem, vt res omnes quas mater vel pater eius habuerant, ſuo dominio ſubiugaret, & quicquid monaſterio Ingeltrudis reliquerat, auferretur. Cum quo præcepto veniens, ita cunctam ſupellectilẽ Monaſterii abſtulit, vt nihil intra præter vacuos relinqueret parietes, colligens ſecum diuerſorum criminum reos, atque in ſeditionibus præparatos: qui ſi quid erat de villis reliquis quod deuotio dederat, fructum auferrent. Tantaque ibi mala geſſit quæ vix ex ordine poſſent narrari. Hæc vero acceptis his rebus quas diximus, in Pictauum rediit, multa in Abbatiſſam crimina vomens falſa, quæ parens eius proxima habebatur.

Berthegundis malitia.

Cap. 13.

D

Reſurrectionis demonſtratio.

His autem diebus extitit quidam de presbyteris noſtris, Saducææ malignitatis infectus veneno, dicens non eſſe futuram reſurrectionem. Cumque nos eam ſacris literis prædictam, & apoſtolicæ traditionis auctoritate monſtratam adfirmaremus, reſpondit, Manifeſtum eſt hoc celebre ferri, ſed certi non ſumus, vtrum ſit, an non, præſertim cum Dominus iratus primo homini quem manu ſacra plaſmauerat, dixerit, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quid ad hæc reſpondebitis, qui reſurrectionem futurã prædicans; cum in puluerem redactũ hominem reſurgere vlterius diuinitas non promittat. Cui ego, Quid de hac cauſa vel ipſius Domini & redemptoris noſtri, vel patrum prædeceſſorum verba loquantur, nullũ Catholicorum neſcire reor. Nam in Geneſi cũ patres obirent, aiebat Dominus: Tu autem congregaberis ad populũ tuum, ſepultus in ſenectute bona. Et ad Cain dicitur, Quia vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vnde liquido adparet, viuere animas poſt regreſſum corporis, atque reſurrectionem futuram in tantis vultibus præſtolari. Sed & de Iob ſcriptum eſt, quia reſurrecturus eſt in reſurrectione mortuorum. Et propheta Dauid, licet ex perſona Domini, tamen reſurrectionem præuidens ait, Nunquid qui dormit non adiiciat vt reſurgat: hoc eſt, qui mortis ſomno obprimitur, non eſt venturus ad reſurrectionem? Et Eſaias, quod de ſepulchris reſurrecturi ſunt mortui, docet. Sed & Ezechiel propheta cum oſſa arida obtecta cute, neruis ſolidata, venis infecta, flante ſpiritu animata, reformatum hominem enarraret, manifeſtiſſime reſurrectionem futuram edocuit. Sed & illud manifeſtum fuit reſurrectionis indicium, quod Heliſæi oſſa tangens extinctum cadauer, virtutis effectu reuixerit: quod ipſius Domini qui eſt primogenitus mortuorum, reſurrectio manifeſtauit: qui morti mortem intulit, & de ſepulchro vitam mortuis reformauit.

E

Ad hæc presbyter, Quod Dominus in aſſumpto homine mortuus fuerit ac reſurrexerit, nõ ambigo: illud tamẽ, quod reliqui reſurgant mortui, non admitto. Et ego, Et quæ fuit neceſſitas filio Dei de cœlo deſcendere, carnem adſumere, mortem adire, inferna penetrare, niſi vt hominem quem plaſmauerat, non permitteret in morte perpetua derelinqui? Sed & iuſtorum animæ quæ vſque paſſionem eius infernali ergaſtulo tenebantur incluſæ, eo veniente laxatæ ſunt. Nam deſcendens ad inferos, dum tenebras noua luce perfudit, animas eorum ſecum, ne hoc exitu amplius cruciarentur, eduxit, iuxta illud, Et in ſepulchro eius reſurgent mortui. Et presbyter ait, Nunquid poſſunt oſſa in fauillam redacta, iterum animari, & hominem viuentem proferre? Et ego reſpondi, Nos credimus quia quamlibet in puluerẽ redigatur homo, & aquis, ac terræ venti violenti impetu diſpergatur, non ſit difficile Deo hæc ad vitam reſuſcitari. Presbyter reſpondit: Hic maxime vos errare puto, vt adſerere verbis lenibus tentetis acerrimam ſeductionem, vt dicatis à beſtiis raptum, aquis immerſum, piſcium faucibus deuoratum, in ſtercus redactũ, & per ſecretum digeſtionis eiectum, aut aquis labentibus deiectum, aut terra computreſcente abolitum, ad reſurrectionem venturum. Ad hæc ego reſpondi, Obliuioni apud te traditum eſt, vt opinor, quid Ioannes Euangeliſta ſuper pectus dominicum recũbens, ac diuini myſterii arcana rimans, in Apocalypſi dicat: Tunc, inquit, reddet mare mortuos ſuos. Vnde manifeſtũ eſt, quia quicquid humani corporis piſcis abſorbuit, ales rapuit, beſtia deglutiuit, à domino coniunctum in reſurrectionem reparandum erit: quia non erit ei difficile perdita reparare, qui ex nihilo non nata creauit: ſed ita hæc in integritatem ſolida ſicut prius fuerant reparabit, vt corpus quod fuit in mundo, aut pœnam iuxta meritum ferat, aut gloriam. Sic enim ipſe Dominus in Euangelio ait, Quia filius hominis veniet in gloria patris ſui cum angelis ſuis vt reddat vnicuique ſecundum opera ſua. Sed & de Martha cum de reſurrectione præſenti fratris Lazari dubitaret, ait, Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſima die. Cui Dominus ait, Ego ſum reſurrectio, via, veritas, & vita.

F

Chriſti aduentus ob reſurrectionem.

G

Ad hæc presbyter, Quomodo autem in pſalmo dicitur, Quia non reſurgunt impii in iudicio; Et ego reſpondi, Nõ reſurgunt vt iudicent, ſed reſurgunt vt iudicentur. Nec n. ſedere eum impiis iudex poteſt, cauſas cauſorum redditurus actuum. Et ille, Dominus, inquit, in euangelio dixit, Qui non crediderit, iam iudicatus eſt: vtique quia peribit reſurrectioni. Et ego reſpondi, Iudicatus eſt n. vt ad ſupplicium æternum perueniat, quia non credidit vnigenitum filium Dei: tamẽ reſurrecturus in corpore, vt ipſũ ſupplicium in quo peccauit corpore patiatur. Nec enim poteſt iudicium fieri, niſi prius reſurgant mortui: quia ſicut illos qui defuncti, ſunt ſancti, cœlum vt credimus, retinet, de quorum ſepulchris ſæpius virtus illa procedit, vt de his cæci illuminentur, claudi greſſum recipiant, lepróſi mundentur, & alia ſanitatum beneficia infirmis petentibus tribuantur: ita credimus & peccatores in illo infernali carnali carcere vſq; ad iudicium retineri. Et presbyter ait, In pſalmo autem legimus, Spiritus pertranſiit ab homine, & non erit, & non cognoſcet amplius locum ſuũ. Ego dixi, Hoc eſt quod ipſe

H

A Dominus per parabolam ad diuitem qui flammis tartareis cruciabatur, dicebat, Recepiſti tu bona in vita tua, ſimiliter & Lazarus mala. Non autem cognouit diues ille purpuras ſuas & byſſum, nec delicias conuiuii, quas ei vel aer, vel terra, vel mare protulerat: ſicut nec Lazarus vulnera, aut putredines quas iacens ante eius ianuas perferebat: vel cum hic in ſinu Abrahæ requieſceret, ille autem cruciaretur in flammis. Presbyter dixit, In alio pſalmo legimus, Quia exiit ſpiritus eorum & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Ad hæc ego, Bene ais, quia cum egreſſus fuerit ab homine ſpiritus, & iacuerit corpus mortuum, non cogitat de his quæ in mundo reliquit, ac ſi verbi cauſa dicas, Non cogitat ædificare, plantare, agrum excolere: non cogitat congregare aurum, argentum vel reliquas diuitias mundi. Perit n. hæc cogitatio à corpore mortuo, quia non eſt ſpiritus in eo. Sed quid tu de reſurrectione dubitas, quam Paulus Apoſtolus in quo ipſe, vt ait, Chriſtus loquebatur, euidẽter exprimit dicens, Conſepulti enim ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem: vt B ſicut ille mortuus eſt, & reſurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et iterum, Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et iterum, Stella autem differt à ſtella in claritate: ſicut & reſurrectio mortuorum. Item illic, Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, & reliqua. Item illic, Omnes nos te præſentari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis ſui, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Ad Theſſalonicenſes autem, euidentiſſime futuram reſurrectionem deſignat, dicens, Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita Deus eos qui dormierũt per Ieſum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcẽdet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgẽt primi. deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in C nubibus obuiã domino in aera, & ſic ſemper cum domino erimus. Itaq; conſolamini inuicem in verbis iſtis. Plurima ſunt enim de his teſtimonia quæ hanc cauſam confirmant. Sed tu ignoro quid ambigas de reſurrectione, quam ſancti expectant pro merito, quam peccatores metuunt pro reatu. Hanc enim reſurrectionem & illa quæ cernimus elemẽta demonſtrant, id eſt dum arbores in æſtate foliis tectæ, hieme veniente nudantur: ſuccedente vero verno tempore quaſi reſurgentes, in illud quod prius fuerant, foliorum tegmine veſtiuntur. Hæc oſtendunt & illa quæ iaciuntur ſemina terris, quę commendata ſulcis, ſi fuerint mortua, cum multiplici fructu reſurgunt, ſicut ait Paulus Apoſtolus, Stulte tu, quod ſeminas nõ viuificatur, niſi prius moriatur. Quæ omnia ad fidem reſurrectionis, mundo manifeſtata ſunt: ſi n. reſurrectio futura nõ eſt, quid prodent iuſtis bene agere, quid nocebit peccatoribus male: decidant ergo cuncti in voluptatibus ſuis, & faciat vnuſquiſque quæ placuerit, ſi iudicium futurum non erit. Vel illud improbe non formidas, quod ipſe Dominus beatis Apoſtolis ait: Cum D venerit, inquit, filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat agnos ab hœdis & ſtatuet omnes quidem ad dexteram, hœdos autem ad ſiniſtram. Et his dicet, Venite benedicti, percipite regnum: illis autem, Diſcedite à me operarii iniquitatis. Atque vt ipſa ſcriptura docet, ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternã. Putaſne erit reſurrectio mortuorum, aut iudicium operum, quando iſta faciet Dominus? Reſpondeat ergo tibi Paulus Apoſtolus, ſicut aliis incredulis, dicens, Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis & fides veſtra. Ad hæc contriſtatus presbyter, à conſpectu noſtro diſcedens, pollicitus eſt credere in reſurrectionem, iuxta ſeriem ſcripturarũ ſanctarũ quã ſupramemorauimus.

Reſurrectionẽ boni expectant pro merito: mali metuunt pro iudicio.

Cap. 14. Erat autem tunc temporis Theodulfus Diaconus vrbis Pariſiacæ, qui ſibi videbatur in aliquo ſciolus, qui ſæpius de hac cauſa altercationem mouebat. Hic autem de Pariſius E vrbe abſcedens, Andegauos venit, & ſe Audoueo Epiſcopo ſubdidit, propter antiquam amicitiam, quam ſimul Pariſiis commorantes habuerant: vnde & à Ragnemodo Pariſiacæ vrbis Epiſcopo, ſæpius excommunicatus eſt, quod ad Eccleſiam ſuam in qua diaconus ordinatus fuerat, redire differret. Hic in tanta familiaritate cum præfato Andegauæ vrbis Epiſcopo adhæſerat, vt non ſe poſſet ab eius importunitate diſcutere, pro eo quod bonis moribus & affectu pio erat. Factum eſt autem vt ædificaret ſuper muros vrbis ſolarium, de quo cœnæ epulo perfunctus deſcendens, manum ſuper diaconum ſuſtentabat, qui in tantum erat crapulatus à vino, vt vix vel figere greſſum valeret. puerorque qui præibat cum lumine neſcio quid commotus, pugno eū ceruicem ferit. Quo impulſo hic cum ſe continere non potuiſſet, cum ipſo impetu de muro præcipitatur, ſudarium Epiſcopi quod baltheo dependebat, arripiens: cum quo pene dilapſus fuerat, niſi pedes Epiſcopi abbas velociter amplexus eſſet. Qui ruens ſuper lapidem, confractis oſſibus & crate pectoris, ſanguinem cum felle diſrupto euomens, ſpiritum exhalauit. Erat enim & vino deditus, & in adulterio F diſſolutus.

Ebrius lapſu occidit.

Cum autem ſcandalum quod ſerente diabolo in monaſterio Pictauenſi ortum, in ampliorem quotidie iniquitatem conſurgeret, & Chrodieldis adgregatis ſibi, vt ſupra diximus, homicidis, maleficis, adulteris, fugitiuis, & reliquorum criminum reis, in ſeditione parata reſideret, iuſſit eis vt irruentes nocte in monaſterium, abbatiſſam foras extraherent. At illa tumultum ſentiens venientium ad ſanctæ crucis arcam ſe deportari popoſcit: grauabatur enim dolore humoris podagrici, ſcilicet vt vel eius foueretur auxilio. Sed vbi ingreſſi viri cereo accenſo cum armis, huc illucque vagarentur per monaſterium inquirentes eam, introeuntes in oratorium, repererunt iacentem ſuper humum ante arcam ſanctæ crucis. Tunc vnus acerbior cæteris, qui ad hoc ſcelus patrandum adgreſſus fuerat, vt abbatiſſam gladio diuideret, ab alio vt credo, diuina prouidentia cooperante cultro percutitur. Profluente vero ſanguine ſolo decubans, votum quod leui conceperat animo, non expleuit. G Interea Iuſtina præpoſita cum aliis ſororibus, palla altaris, quod erat ante crucem dominicam, extincto cereo, abbatiſſam operit. Sed venientes cum euaginatis gladiis ac lanceis, ſciſſa veſte, & pene ſanctimonialium manibus laniatis, adprehenſam præpoſitam pro abbatiſſa, quia tenebræ erãt, excuſſis linteaminibus à capite ſoluta cæſarie detrahunt, & vſque baſilicam S. Hilarii inter manus deferunt cuſtodiæ mancipandam: adpropinquanteſque baſilicæ, cœlo modi cum albeſcente, vbi cognouerunt non eſſe abbatiſſam, mox ad monaſterium redire puellam præcipiunt: reuertenteſque abbatiſſam adprehendunt, extrahunt, & in cuſtodiam iuxta S. Hilarii baſilicam in loco vbi Baſina metatum habebat, retrudunt, poſitis ad oſtium cuſtodibus, ne quis vllum captiuæ præberet auxilium. Exinde nocte ſubobſcura adgreſſi monaſterium, cum nullo fulgore accenſi luminis potirentur, extracta promptuario cuppa, quæ olim pice linita ſicca remanſerat, ignem iniiciunt, factaque pharo magna, de huius incendio cunctam monaſterii ſupellectilem rapuerunt, hoc tantum quod ferre non poterant, relinquentes. Hæc autem geſta ſunt ante ſeptem dies paſchæ. H Cũq; Epiſcopus hæc omnia grauiter ferret, nec valeret ſeditionem diabolicã mitigare, miſit ad Chrodieldẽ, dicens, Relinq; abbatiſſam vt in his diebus in hoc carcere non retineatur: alioquin non celebrabo paſcha domini, neque baptiſmum in hac vrbe vllus cathecumenus obtinebit, niſi abbatiſſa à vinculo quo tenetur, iubeatur abſolui. Quod ſi nec ſic volueritis collectis ciuibus auferatur eã. Hæc eo dicente, ſtatim Chrodieldis percuſſores deputat, dicens, Si eã violenter quis auferre tentauerit, ſtatim eam gladio percutite. Adfuit autem diebus illis Flauianus nuper domeſticus ordinatus, cuius ope abbatiſſa S. Hilarii ingreſſa baſilicam abſoluitur. Inter hæc ad ſepulcrum ſanctæ Radegundis homicidia perpetrantur, & ante ipſam beatæ crucis arcam quidam per ſeditionem truncati ſunt. Cumque hic furor ſuperueniente die per Chrodieldis ſuperbiam augeretur, & aſſiduæ cædes, & reliquæ plagæ quas ſupra memorauimus, a ſeditionariis perpetrarentur, atq; ita hęc iactantia tumuiſſet,

Cap. 15. lib. 9 cap. 39 & ſequent.

Monialium [illegible] abbatiſſam conſpicitur.

Catechumeni etiam tum a [illegible] temporibus, an. [illegible]

A muiſſet, vt cõſobrinam ſuam Baſinam altiori coturno deſpiceret. illa pœnitentiam agere cœpit, dicens, Erraui ſequendo Chrodieldis iactantiam. Et ecce deſpectui habeor ab eadem, & abbatiſſæ meæ contumax exiſto: & conuerſa, humiliauit ſe coram abbatiſſa, expetens pacem eius: fueruntque pariter vno animo eademq; voluntate: deniq; orto ſcandalo pueri qui cum abbatiſſa erant, dum ſeditioni quã Chrodieldis ſchola commouit reſiſterent, puerum Baſinæ percutiunt: qui cecidit & mortuus eſt. At illi poſt abbatiſſam ad baſilicam confeſſoris confugiunt, & ob hoc Baſina relicta abbatiſſa diſceſſit: ſed pueris iterum per fugam lapſis, in pace quam prius habuerant redierunt. Poſtea vero multæ inter has ſcholas inimicitiæ ortæ ſunt. Quis vnquam tantas plagas tantaſque ſtrages vel tanta mala verbis poterit explicare? vbi vix præterit dies ſine homicidio, hora ſine iurgio, vel momentum aliquod ſine fletu? Hæc autem Childebertus rex audiens, legationem ad Gunthchramnum regem direxit, vt ſcilicet Epiſcopi coniuncti de

B vtroque regno, hæc quæ gerebantur ſanctione canonica emendarent. Ob hanc cauſam Childebertus rex mediocritatis noſtræ perſonam, cum Ebregiſilo Agrippinenſi & ipſo vrbis Pictauæ Marouco Epiſcopo iuſſit adeſſe. Gunthchramnus vero rex Gundegiſilum Brudegalenſem cũ prouincialibus ſuis, eo quod ipſe metropolitanus huic vrbi eſſet: ſed nos reſultare cepimus, dicentes quod nõ accederemus ad hunc locũ, niſi ſæua ſeditio quæ per Chrodieldem ſurrexit, iudicis diſtrictione prematur. Pro hac cauſa Macconi tũc tẽporis comiti prolata præceptio eſt, in qua iubebatur vt hãc ſeditionem, ſi reſiſterent, vi opprimerent. Hęc audiens Chrodieldis, ſicarios iſtos cum armis ante oſtium oratorii adſtare iubet, vt ſcilicet repugnantes cõtra iudicẽ, ſi vim vellet inferre, pariter reſultarent: vnde neceſſarium fuit huic comiti illuc cum armis procedere, & quoſdã cæſos vectibus, nonnullos telis transfixos, & acrius reſultantes gladiorũ ictibus adfectos opprimere. Quod cũ Chro-

Chrodieldis audacia.

dieldis cerneret, accepta cruce dominica, cuius prius virtutem deſpexerat, in obuiam egreditur, dicens, Nolite ſuper me quæſo vim inferre quæ ſum regina, filia regis, regiſque

C alterius conſobrina: nolite facere, quando veniat tempus vt vlciſcar ex vobis. Sed vulgus paruipendens quæ ab ea dicebantur, inruens, vt diximus, ſupra hos reſultatores, vinctos monaſterio extraxerunt, ac ad ſtipites extenſos, grauiſſime cæſos, aliis cæſarie, aliis manibus, nonnullis auribus naribuſque decisis, ſeditio depreſſa quieuit. Tunc reſidẽtibus ſacerdotibus qui aderant ſuper tribunal Eccleſiæ, adfuit Chrodieldis multa in abbatiſſam iactans conuicia cum criminibus, adſerens eam virum habere in monaſterio qui

Vir monachis habitu.

indutus veſtimenta muliebria, pro fœmina haberetur, cum eſſet vir manifeſtiſſime declaratus, atque ipſi abbatiſſæ famularetur aſſidue: indicans eum digito En ipſum. Qui cum in veſte, vt diximus, muliebri corã omnib. adſtitiſſet, dixit ſe nullum opus poſſe virile agere: ideoque ſibi hoc indumentum aptaſſe. Abbatiſſam vero non niſi tantum nomine noſſe, ſeque eam nunquam vidiſſe, neque cum eadem colloquium habuiſſe profeſſus eſt, pręſertim cum hic amplius quam quadraginta ab vrbe Pictaua milibus degeret: igitur abbatiſſam de iſto crimine non conuincens, adiecit, Quæ enim ſanctitas in hac abbatiſſa verſatur, quæ viros eunuchos facit, & ſecũ habitare imperiali ordine pręcipit? Interrogata abbatiſſa ſe de hac ratione nihil ſcire reſpondit: interea cum hæc nomen pueri eunuchi protuliſſet, adfuit Reoualis archiater, dicens, Puer iſte paruulus cum eſſet, & infirmaretur in femore, deſperatus cœpit haberi: mater quoq; eius ſanctam Radegundem adiuit, vt ei

D aliquod ſtudium iuberet impendi. At ille, me vocato, iuſſit vt ſi poſſim aliquid adiuuarem. Tunc ego, ſicut quondã apud vrbem Conſtantinopolitanam medicos agere conſpexeram, inciſis teſticulis puerum ſuum genitrici mœſtæ reſtitui, nam nihil de hac cauſa abbatiſſam ſcire cognoui. Sed cum nec de hac re abbatiſſa potuiſſet culpabilis reperiri, alias cœpit Chrodieldis calumnias ſæuas inferre: quarum adſertiones reſponſioneſque quia in iudicio quod contra eaſdem ſcriptum, eſt habentur inſertæ ipſius magis exemplaria lectioni libuit indere.

Calumniæ monachis in Abbatiſſam

Dominis glorioſiſſimis regibus, Epiſcopi qui adfuerunt.

E Propria diuinitate, piis atque catholicis populo datis principibus quibus conceſſa eſt regio, rectiſſime ſuas cauſas patefacit religio, intelligens ſacro ſancto participante ſpiritu, eorum qui dominantur ſe ſociari, & conſtabiliri decreto. Et quia ex iuſſione poteſtatis veſtræ, cum ad Pictauam ciuitatẽ pro conditionibus monaſterii ſanctæ recordationis Radegundis conuenimus, vt altercationes inter abbatiſſã eiuſdem monaſterii, & monachas quæ de ipſo grege non ſalubri deliberatione progreſſæ ſunt, ipſis diſceptantibus agnoſcere deberemus: euocatis partibus, interrogata Chrodieldis & Baſina, quare tam audacter contra ſuã regulam foribus monaſterii confractis, diſceſſerant, & hac occaſione congregatio adunata diſceſſit: quæ reſpondentes profeſſæ ſunt famis, nuditatis, inſuper & cædis ſe iam non ferre periculum: adiicientes etiam, eo quod diuerſi, earũ in balneo lauarentur incongrue, ad tabulam ipſa luſerit, atque ſeculares cum abbatiſſa reficerent. etiam ſponſalia in monaſterio facta ſint: de palla holoſerica, veſtimenta neptis ſuæ temerarie fecerit: foliola aurea quæ fuerant in gyro pallæ, inconſulte ſuſtulerit, & ad collum neptis ſuæ facinoroſe ſuſpenderit: vittam de auro exornatam, eidem neptis ſuæ ſuperflue fecerit: barbatorias intus eo, quod celebrauerit: Interrogantes abbatiſſam, quid ad hæc reſponderet, dixit, De fame quod conqueruntur, ſecundum quod

F temporis penuria permitteret, nunquam ipſæ nimiam egeſtatem pertulerunt: de veſtimento vero dixit, Si quis earum arcellulas ſcrutaretur, amplius eas habere quam neceſſitas indigeret: de balneo vero, quod opponeretur, retulit hoc factum diebus quadrageſimæ, & pro calcis amaritudine, ne lauantibus noceret nouitas ipſius fabricæ, iuſſiſſe domnam Radegundem, vt ſeruientes monaſterii, publice hoc viſitarent, donec omnis odor nocendi diſcederet: quod per quadrageſimam vſque ad pentecoſtem in vſu famulis fuerit. Ad hæc Chrodieldis reſpondit, Et poſtea ſimiliter multi per tempora lauerunt. Retulit abbatiſſa Se nec probare quod dicerent, & ſe neſcire an factum ſit. Sed adhuc inculpans eaſdẽ, quod ſi ipſæ vidiſſent cur abbatiſſę non proderent? De tabula vero reſpondit, Etſi luſiſſet viuente domna Radegunde, ſe minus culpa reſpiceret, tamen nec in regula per ſcripturam prohiberi, nec in canonibus retulit: ſed ad iuſſionem Epiſcoporum, repromiſit ceruice ſe inflexa per pœnitentiã quicquid iuberetur, implere.

G De conuiuiis etiam ait, ſe nullã nouam feciſſe conſuetudinem, niſi ſicut actum eſt ſub domna Radegunde: ſe Chriſtianis fidelibus eulogias obtuliſſe, nec ſibi cõprobari cum illis vllatenus conuiuaſſe. De ſponſalibus quoque ait, Coram pontifice, clero, vel ſenioribus pro nepte ſua Orphanula arras accepiſſe: & tamen ſi hæc culpa ſit veniam ſe coram cunctis petere profeſſa eſt tamen: nec tunc conuiuium in monaſterio fecerit. De palla quod reputarent, protulit monacham nobilem quæ ei mafortem holoſericum,

Mafortes palliolum eſt quod colla humeroſque duntaxat cõtegit. Caſſianus. 1 Inſt. ca. 7.

quem de parentibus detulit, muneris cauſa conceſſerit, & inde partem abſcidiſſet, vnde quod vellet & faceret: de reliquo vero quantum opportunum fuit, ad ornatum altaris pallam condigne condiderit: & de illa inciſura quæ pallę ſuperfuit, purpuram neptis ſuæ in tunica poſuerit, quam ibi dediſſe dixit, quo monaſterio profuit, quæ per omnia donatrix Didimia confirmauit. De foliolis aureis & vitta auro exornata Macconem famulum veſtrum præſentem teſtem adhibuit, eo quod per manum eius ad ſponſo puellę prędictæ neptis ſuæ viginti ſolidos accepit, vnde hoc publice fecerit, nec de re monaſterii quicquã ibi permixtũ ſit. Interrogata Chrodieldis cum Baſina, ſi forſitan aliquid abbatiſ-

H ſæ, quod abſit, adulterii reputarent, ſiue quid homicidii, vel maleficii fecerit, aut crimen capitale quo percuteretur, edicerent: reſpondentes protulerunt, Non habere ſe aliquid niſi per hæc quæ dixerant, eam iſta feciſſe contra regulam proclamarent. Ad extremum, pro peccatis quia clauſtra diſrupta ſunt, & miſeris licuit ſine diſciplina abbatiſſæ ſuæ quod vellent committere tot menſium ſpacia quas credebamus innocentes monachas, nobis protulerunt prægnantes. Quibus per ordinem diſcuſſis, nec inuẽto crimine quod abbatiſſam deiiceret, de leuioribus cauſis paterna commonitione conteſtati ſumus, vt hæc nullatenus deinceps pro reprehẽſione reperiret. Tunc nobis per-

Cap. 16. Exemplar iudicii Chrodieldis & Baſinæ.

A cunctantibus cauſam aduerſæ partis, quæ maiora crimina commiſerunt, id eſt quæ prædicationem ſui ſacerdotis intra monaſterium, ne foras procederent, deſpexerunt, pontifice conculcato, & in ſummo contemptu in monaſterio relicto, confractis ſeris & ianuis, inito facto diſceſſerunt, & ad ſuum peccatum aliæ tractæ tranſgreſſæ ſunt: inſuper & Gundegiſilus pontifex cum ſuis prouincialibus pro ipſa cauſa commonitus, per præceptionem regum Pictauos acceſſiſſet, & ad audientiam eas ad monaſterium conuocaret, deſpecta commonitione, ipſis occurrentibus ad beati Hilarii confeſſoris baſilicam, vbi ipſe commorabatur: accedentes vt condecet paſtorum ſollicitudinem, dum commonerentur, facta ſeditione, fuſtibus tam pontifices quam miniſtros adfecerunt, & intra baſilicam fuderunt ſanguinem Leuitarum. Dehinc ex iuſſione domnorum principum, cum vir venerabilis Theutharius presbyter in cauſa directus fuerit, & ſtatutum fuiſſet, quando iudicium fieret, non expectato tempore, monaſterium ſeditioſiſſime acceſſum, in corte cuppis, vectibus ac ſecuribus confractis poſticis, igne accenſo intra ſepta cæſis & vulneratis monachabus, in ipſis oratoriis ſpoliato monaſterio, denudata & diſciſſa capillis abbatiſſa, grauiter ad ridiculum ducta & tracta per compita, & in locum retruſa, & ſi non ligata nec libera: ſuperueniente diei paſchæ feſto per ſeculum, offerente pontifice pro condemnata precium, vt ſi vel ſpectaret vel baptiſmum, nec vlla ſuaſione hoc impetraſſet vox ſupplicii, atq; reſpondente Chrodielde eo quod tale facinus nec ſciſſent, nec iuſſerint, adhuc Chrodielde adſerente ad interſignium ſuum, ne à ſuis interficeretur, obtentum ſit: vnde certum eſt tractari quid ea hoc datur intelligi, quod additur crudelitati, ad ſepulchrum beatæ Radegundis fugientem ſeruũ monaſterii ſui occiderent, & ſcelere creſcente nihil petendo ſinauerint, ſed per ſe poſt intrantes monaſterium ceperint, & ad damnorum iuſſionem, vt ſeditioſos illos in publico repræſentarent, nolentes adquieſcere, & cõtra regum præcepta magis arma tenerent, & ſe ſagittis vel lanceis contra comitẽ & plebem indignantes erigerent: hinc denuo egreſſæ ad audien-

B

tiam publicam, extra hunc crucem ſanctam ſacratiſſimamque occulte, & ad iniuriam, indecenter, ad culpam, quę poſtea reſtituere coactæ ſunt in Eccleſia. Quibus tot capitalibus agnitis facinoribus, nec refrænatis, ſed iugiter magis auctis criminibus, nobis eiſdem dicentibus, vt abbatiſſæ pro culpa veniam peterent, aut quod male directum fuerat emendarent & nolentes hoc facere, ſed magis de eius interfectione tractarent, quod publice ſunt profeſſæ, reſeratis à nobis & recenſitis canonibus, viſum eſt æquiſſimum, eas vſq; quo dignam agerent pœnitentiam, à cõmunione priuari, & abbatiſſam ſuo loco permanſurã reſtitui. Hæc nos, ꝑ veſtra iuſſione, quod ad Eccleſiaſticum pertinuit ordinem, circunſcriptis canonibus, abſq; perſonarũ aliqua acceptione ſuggerimus peregiſſe. De cætero quod de rebus monaſterii vel inſtrumentis cartarum domnorum regum parentum veſtrorum de loco ſubreptum eſt, quæ ſe habere profeſſæ ſunt, ſed nobis inobedientes nullatenus erunt voluntarie reddituræ; qualiter veſtra vel anteriorum principum merces æterna permaneat, ad loci inſtaurationem, veſtræ pietatis atque poteſtatis eſt, auctoritate regia cogere reformari, neque ipſas ad locum quem tam impie ac profaniſſime deſtruxerant, ne peiora proueniant, vel redire concedite: vel permittatis iterum aſpirare, quatenus his in integrum, præſtante domino, reſtitutis, ſub catholicis regibus totum adquiratur Deo, nihil perdat religio, vt ſtatus conſeruatus tam patrum quam canonum nobis proficiat ad cultum, vobis propagetur ad fructum. Chriſtus vos dominus alat regatque, regnum tribuens prolixios, vitamque conferat beatam.

C

Moniales factioſæ communione ſubmouentur.

Supra cap. 34. lib. 9.

D

Cap. 17. De excommunicatione monialium.

Poſt hæc cum emiſſo iudicio à communione fuiſſent ſuſpenſæ, abbatiſſa etiam in monaſterium reſtituta, hæ ad Childebertum regem petierunt, adiicientes malum ſupra malum, denominantes ſcilicet regi perſonas quaſdam, quæ non ſolum cum ipſa abbatiſſa adulteria exercerent, verumetiam ad inimicam eius Fredegundem quotidie nuncia deportarent. Quod audiens rex, miſit qui eos vinctos adducerent: ſed cum diſcuſſi nihil criminis inuentum in eis fuiſſet, abſcedere iuſſi ſunt.

E

Cap. 18. Fredegũda ſpeculatores mittit qui Childeb. perimant.

Ante hos vero dies cum rex in oratorium domus Mauligenſis ingrederetur, viderunt pueri eius hominem ignotum eminus adſtantem, dixeruntque ad eum, Qui es tu, & vnde venis, aut quod eſt opus tuum? non enim à nobis agnoſceris. Illo quoque reſpondente, Quia de vobis ſum, dicto citius erectus extra oratoriũ, interrogatur. Nec mora, confitetur, dicens à Fredegunde regina ſe tranſmiſſum ad interficiendum regem: dixitq;, Duodecim viri ſumus ab ea tranſmiſſi, ſex huc venimus, alii vero ſex Sueſſionibus remanſerunt ad decipiendum filium regis. Et ego cum locum præſtolans, vt regem Childebertum in oratorio percutere deſtinarem, timore perterritus, non deliberaui implere quod volui. Hæc cum dixiſſet, confeſtim ſæuis datus ſuppliciis, diuerſos nominat ſocios: quibus per loca ſingula inquiſitis, alios carceribus mancipant, alios manibus inciſis relinquunt, nonnullos auribus naribuſque amputatis ad ridiculum laxauerunt. Plerique tamen ex vinctis, ſuppliciorum genera metuens, propriis ſe confodere mucronibus: nonnulli etiam inter ſupplicia defecerunt, vt regis vltio patraretur.

F

Cap. 19. Sunniſgiſilus torquetur.

Sunnigiſilus vero iterum tormentis addicitur, ac quotidie virgis loriſque cæditur, & computreſcentibus vulneribus cum primum decurrente pure cœpiſſent ipſa vulnera claudi, iterum renouabantur ad pœnam. In his tormentis, non ſolum de morte Chilperici regis, verumetiam diuerſa ſcelera ſe admiſiſſe confeſſus eſt. inter quas cõfeſſiones, addidit etiam Egidium Remenſem Epiſcopum ſocium fuiſſe in illo Rauchingi, Vrſionis, ac Berthefredi conſilio ad interficiendum Childebertum regem. Nec mora, rapitur Epiſcopus & ad Metenſem vrbem, cum eſſet valde ab ægrotatione longinqua defeſſus, adducitur: ibique ſub cuſtodia degens, rex Epiſcopos arceſſiri ad eius examinationem præcepit, ſcilicet vt in initio menſis octaui apud Virdunenſem vrbem adeſſe deberent. Tunc ab aliis ſacerdotibus increpitus, cur hominem abſque audientia ab vrbe rapi, & in cuſtodiam retrudi præcepiſſet, permiſit eum ad vrbem ſuam redire, dirigens epiſtolas, vt ſupra diximus, ad omnes regni ſui pontifices, vt medio menſe nono ad diſcutiendum in vrbe ſupradicta adeſſe deberent. Erant autem pluuiæ validæ, aquæ immenſæ, rigor intolerabilis, diſſolutæ luto viæ, amnes litora excedentes: ſed præceptioni regiæ obſiſtere nequiuerunt. Deniq; conuenientes, pertracti ſunt

G

vſq; Metenſem vrbem: ibique & præfatus Egidius adfuit. Tunc rex inimicum eum ſibi regionique proditorem eſſe pronũcians, Ennodium ex duce ad negocium delegit proſequendum: cuius propoſitio prima hæc fuit, Dic mihi, ô Epiſcope, quid tibi viſum fuit, vt relicto rege, in cuius vrbe Epiſcopatus honore fruebaris, Chilperici regis amicitiis ſubdereris, qui ſemper inimicus domino noſtro regi fuiſſe probatur? qui patrem eius interfecit, matrem exilio condẽnauit, regnumque peruaſit, & in his vrbibus quas, vt diximus, iniquo peruaſionis ordine, ſuo dominio ſubiugauit? Tu ab eodem poſſeſſionum fiſcalium prædia meruiſti. Ad hæc ille reſpondit, Quod fuerim amicus regis Chilperici, negare non potero: non tamen cõtra vtilitatem regis Childeberti hæc amicitia pullulauit. Villas vero quas memoras, per iſtius regis chartas emerui. Tunc proferente eaſdem in publico, negat rex ſe largitum fuiſſe: requiſituſque Otho, qui tunc Referendarius fuerat, cuius ibi ſubſcriptio meditata tenebatur, adfuit, negat ſe ſubſcripſiſſe. Conficta enim erat manus eius in huius præceptionis ſcripto. In hac igitur cauſa primum Epiſcopus fallax repertus eſt. Poſt hæc epiſtolæ prolatæ ſunt, in quibus multa de improperiis Brunichildis tenebantur, quæ ad Chilpericum ſcriptæ fuerant: ſimiliter & Chilperici ad Epiſcopum delatæ, in quibus inter reliqua habebatur inſertum, Quia ſi radix cuiuſlibet rei inciſa non fuerit, culmus qui terris eſt editus, non areſcet: vnde prorſus manifeſtum eſt, ideo hæc ſcripta, vt ſuperata Brunichilde filius eius opprimeretur. Negauit ſe Epiſcopus has epiſtolas vel miſiſſe ſuo nomine, vel ſuſcepiſſe à reſcripto Chilperici. Sed puer eius familiaris adfuit, qui hæc notarum titulis per tomos cartarum comprehenſa tenebat, vnde non dubium fuit reſidentibus, hæc ab eodem directa. Deinde prolatę ſunt pactiones quaſi ex nomine Childeberti ac Chilperici regis, in quibus tenebatur inſertum,

Egidii Epiſcopi accuſationes.

H

A

vt eiecto Gunthchramno rege, hi duo reges inter ſe eius regnum vrbeſque diuiderent: ſed negauit hæc rex cum ſuo factum conſilio, dicens, Quid tu commiſiſti patruos meos, vt inter illos bellum ciuile conſurgeret? Vnde factum eſt vt commotus exercitus Bituriga vrbem, pagumque Stampenſem vel Milloduuenſe caſtrum adtererent atque depopularentur: in quo bello multi interempti ſunt, quorum, vt puto, animæ erunt Dei iudicio de tuis manibus requirendæ. Hæc epiſcopus negare non potuit, ſcripta enim iſta in regeſto Chilperici regis in vno ſcriniorum pariter ſunt reperta: ac tunc ad eum peruenerant, quando interempto Chilperico, theſauri eius de Calenſi Pariſiacæ vrbis villa ablati ad eundem delati ſunt. Cumque de huiuſcemodi cauſis altercatio diutius traheretur, adfuit & abbas Epiphanius baſilicæ ſancti Remigii, dicens, quod duo millia aureorum, ſpecieſque multas pro conſeruanda regis Chilperici amicitia accepiſſet. Adſtiteruntque etiam & legati qui cum eodem ad memoratum regem fuerant, dicentes, Quia nobis relictis diutius cum eodem ſolus conlocutus eſt: de quibus verbis nihil intelleximus, niſi ſupradicti excidii proſecutionem in poſterum cognoſcentes. Hæc eo negante, abbas qui fuerat ſemper in iis conſiliorum arcanis particeps, locum hominemque denominat, vbi & qui aureos quos diximus detuliſſet, & qualiter de excidio regionis ac regis Gunthehramni conuentum fuerat, vt geſtum ex ordine denarrauit. Quæ & illi conuictus deinceps eſt confeſſus. Hæc audientes epiſcopi qui euocati fuerant, & in tantis malis ſacerdotem Domini cognoſcentes fuiſſe ſatellitem, ſuſpicantes, de iis triduani temporis ſpacium deprecantur tractandi, ſcilicet vt forſitan reſipiſcens Egidius vllum modum reperire poſſet, per quem ſe ab iis noxiis quæ ei obiiciebantur, excuſare valeret: ſed inluceſcente die tertia, conuenientes in eccleſiam interrogant epiſcopum, ſi aliquid excuſationis haberet, ediceret. At ille confuſus, ait, Ad ſententiam dandam ſuper culpabilem ne moremini, nam ego noui me ob crimen maieſtatis reum eſſe mortis, qui ſemper contra vtilitatem huius regis matriſque eius abii: ac per meum conſilium multa fuiſſe geſta certamina noui, quibus nonnulla Galliarum loca depopulata ſunt. Hæc epiſcopi audientes, ac lamentantes fratris opprobrium, obtenta vita, ipſum ab ordine ſacerdotali, lectis canonum ſanctionibus, remouerunt: qui ſtatim ad Argentoratenſem vrbem, quam nunc Strataburgum vocant, deductus, exilio condemnatus eſt: in cuius locum Romolfus filius Lupi ducis, iam presbyterii honore præditus, epiſcopus ſubrogatus eſt, Epiphanio abbatis officio qui baſilicæ ſancti Remigii præerat, remoto, multa enim auri argentique in huius epiſcopi regeſto pondera ſunt reperta. Quæ autem de illa iniquitatis militia erant, regalibus theſauris ſunt inlata: quæ autem de tributis aut reliqua ratione eccleſiæ inuenta ſunt, ibi relicta.

B

Expulſio Egidii Rhemenſis Epiſcopi.

C

Cap 20. Monaſter ſciſmaticæ reconciliantur.

In hac ſynodo Baſina Chilperici regis filia quam ſupra cum Chrodielde à communione remotam diximus, coram epiſcopis ſolo proſtrata, veniam petiit, promittens ſe cum charitate abbatiſſæ monaſterium ingredi, ac de regula nihil tranſcendere. Chrodieldis autem obteſtata eſt, quod Leobouera abbatiſſa in hoc monaſterio commorante, ibidem nunquam ingrederetur. Sed vtriſque rex veniam impertiri deprecatus eſt. & ſic in communionem receptæ, Pictauos regredi iuſſæ ſunt: ſcilicet vt Baſina in monaſterium, vt præfati ſumus, regrederetur: Chrodieldis vero in villa, quæ quondam Vvaddonis ſuperius memorati fuerat, ſibi à rege conceſſa reſideret.

D

Cap 21. Vvaddonis filiorum punitio.

Filii autem Vvaddonis ipſius per Pictauum vagantes, diuerſa committebant ſcelera, homicidia, furtaque nonnulla. nam inruentes ante hoc tempus ſuper negotiatores, ſub noctis obſcuritate eos gladio trucidant, abſtuleruntque res eorum: ſed & alium tribunitiæ poteſtatis virum circumuentum dolis, interfecerunt, diripientes res eius. Quod cum Macco comes reprimere niteretur, ii præſentiam expetunt regis. Eunte autem comite, vt debitum fiſco ſeruitium ſolite deberet inferre, adfuerunt & ii coram rege offerentes baltheum magnum ex auro lapidibuſque precioſum, gladiumque mirabilem, cuius capulum ex gemmis Hiſpanicis auroque diſpoſitum erat. Cumque rex hæc ſcelera quæ audierat, ab iis cognouiſſet manifeſtiſſime perpetrata, vinciri eos catenis præcepit, ac tormentis ſubdi. Qui dum torquerentur, theſauros patris abſconditos, quos de rebus Gundobaldi ſuperius memorati pater diripuerat, reuelare cœperunt. Nec mora, directi viri ad inquirendum immenſam multitudinem auri argentique ac diuerſarum ſpecierum, & auro gemmiſque exornatarum repererunt, quod theſauris regalibus intulerunt. Poſt hæc ſeniore capite plexo, iuniorem exilio damnauerunt.

B

Cap 22. Chuldericus vino ſuffocatur.

Chuldericus vero Saxo poſt diuerſa homicidia, ſeditiones, multaque alia improba quæ geſſit, ad Auſcienſem vrbem, in qua poſſeſſio vxoris erat, abiit. Cumque rex audiens eius improbitatibus iuſſiſſet eum interfici, quadam nocte ita crapulatus eſt vino, vt ab eo ſuffocatus, mortuus in ſtrato ſuo reperiretur. Adſerebatur enim ad illud ſuperius ſcelus nominatum, quo ſacerdotes Domini in baſilica ſancti Hilarii per Chrodieldem cæſi ſunt, hunc fuiſſe ſigniferum: vltuſque eſt Deus, ſi ita eſt, iniuriam ſeruorum ſuorum.

Cap 23. Signa in cœlo.

F

Paſchatis dubia celebratio.

In hoc autem anno tantus terris nocturno tempore ſplendor illuxit, vt mediam putares diem: ſed & globi ſimiliter ignei per noctis tempora ſæpius per cœlum cucurriſſe, mundumque illuminaſſe viſi ſunt. Dubietas paſchæ fuit ob hoc, quod in cyclo Victor, luna 15. paſcha ſcripſit fieri. Sed ne Chriſtiani vt Iudæi ſub hac luna hæc ſolennia celebrarent, addidit, Latini autem luna 22. Ob hoc multi in Gallia 15. luna celebrauerunt. Nos autem 22. Inquiſiuimus tamen ſtudioſe: ſed fontes Hiſpaniæ qui diuinitus implentur, in noſtrum paſcha repleti ſunt. Terræmotus factus eſt magnus, 18. Cal. menſis quinti, die quarto, primo mane, cum lux redire cœpiſſet. Solis eclipſin pertulit menſe octauo mediante: & ita lumen eius minuit, vt vix quantum quintæ lunæ cornua retinent, ad luce odium haberet. Pluuiæ validæ, tonitrua in autumno grauia, aquæ autem nimium inualuerunt. Viuarienſem Aruernicamque vrbem grauiter lues inguinaria deuaſtauit.

Cap 24. Antiochiæ euerſio.

Anno igitur decimoſexto Childeberti, Gunthchramni autem 30. regum, quidam epiſcopus de tranſmarinis partibus ad Turonicam vrbem aduenit, nomine Simon. Hic nobis euerſionem Antiochiæ vrbis enunciauit, adſerens ſe de Armenia in Perſide captiuatum fuiſſe. Rex enim Perſarum irrupto Armeniorum termino prædas egit, eccleſiaſque igni ſuccendit: & hunc ſacerdotem cum populo ſuo, vt captiuum abduxit. Tunc etiam & baſilicam ſanctorum quadraginta octo martyrum, de quibus in libro Miraculorum memini qui in illa regione paſſi ſunt, oppleta ligni congerie, pice, ſergonibuſque ſuillinis immixtis, ſuppoſitis ardentibus facibus, ſuccendere viſi ſunt, ſed nequaquam ignis adparatum incendii comprehendit, ſicque videntes magnalia Dei, receſſerunt ab ea. Audita autem quidam epiſcopus iſtius memorati ſacerdotis abductione direxit pretium per homines ſuos ad regem Perſarum. Quo ille ſuſcepto, relaxauit à ſeruitutis vinculo epiſcopum iſtum. Ex iis ergo diſcedens regionibus, Gallias eſt adgreſſus vt aliquid conſolationis à deuotis acciperet: qui nobis, vt præfati ſumus ſuperius, hæc retulit: Homo erat in Antiochia, valde deuotus in eleemoſynis, coniugem ac liberos habens: nec vnquam ei in omni vita ſua dies præterit, poſtquam quiddam proprium habere cœpit, quod ſine paupere epulum prælibaſſet, hic vna die cum circuiſſet vrbem vſque ad veſperum, & reperire non potuiſſet egenum cum quo cibum capere poſſet, egreſſus extra portam, cum nox irrueret, reperit virum in veſte alba cum duobus aliis ſtantem, quem aſpiciens quaſi Loth ille antiqua memoratus hiſtoria, territus ait, Et forſitan peregrinus eſt dominus meus: dignetur accedere ad domum ſerui ſui, & ſumpto epulo, quieſcite in ſtrato: mane autem proficiſcemini in viam quam volueritis. Cui ille qui erat ſenior, tenens ſudarium in manu ſua, ait, Non poteras, ô homo Dei, cum Simeone veſtro hanc vrbem ſaluare, ne ſubuerteretur? Et eleuans manum excuſſit ſudarium quod tenebat ſuper medietatem vrbis: & ſtatim corruerunt omnia ædificia, & quodcunque ibi ſtructum fuit: ibique oppreſſi ſunt ſenes cum infantibus, viri cum mulieribus, atque vterque ſexus interiit. Quod ille cernens, tam de perſona viri, quam de ſonitu ruinæ hebes effectus, ruit in terrã, & factus eſt velut mortuus. Eleuanſque iterum

G

H

A

vir ille manum cum ſudario, quaſi ſuper aliam medietatem vrbis adprehenſus eſt à duobus ſociis qui cum eo erant, atque obſecratus terribilibus ſacramentis, vt indulgeret medietati vrbis, ne periret: mitigatoq; furore ſuſtinuit manum ſuam, atq; eleuans hominem qui conruerat in terram, ait, Vade ad domū tuam ne timeas: filii enim tui cū vxore, & omni domo tuo ſalui ſunt nec quiſquam ex eis periit. Coſtodiuit enim te oratio aſſidua, & eleemoſynæ quas quotidie exerces in pauperes. Et hæc dicens, diſceſſerūt ab oculis eius, nec ei adparuerunt vltra. Ille autem regreſſus in vrbem, reperit vrbis medietatem dirutam atq; ſubuerſam cum hominibus pecoribuſq;, ex quibus nonnulli à ruinis deinceps extracti ſunt mortui, pauci debilitati reperti ſunt viui. Veruntamen nec illa caſſata ſunt quæ viro huic ab ipſo, vt ita dicam, angelo dominī ſunt effata. Nam veniens, omnem domum ſuam incolumem reperit: tantum funera propinquorum, quæ in aliis domibus effecta fuerant, lamentabatur: protexitque eum in medio iniquorum dextera domini cum domo ſua, ſaluatuſque eſt à periculis mortis, ac velut memoratus Loth quondam in Sodomis.

Eleemoſynatius in euerſione Antiochiæ ſuorū ſalutē obtinuit.

B

Cap. 25. Morbus inguinarius Matth. 24.

At in Galliis Maſſilienſem prouinciam morbus ſæpe nominatus inuaſit: Andegauos, Namneticos atq; Cœnomannicos valida fames oppreſſit. Initia ſunt enim hæc dolorum, iuxta illud quod dominus ait in euangelio, Erunt peſtilentiæ & fames, & terræmotus per loca: & exurgent pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna & prodigia in cœlo, ita vt electos in errorem mittant, ſicut præſenti geſtum eſt tempore. Quidā enim ex Biturico, vt ipſe poſtmodum eſt profeſſus dum ſaltus ſiluarum ingreſſus, ligna cæderet ad explendam operis cuiuſdam neceſſitatem, muſcarum eum circunſedit examen, qua de cauſa per biennium amens eſt habitus: vnde intelligi datur diabolicę emiſſionis fuiſſe nequitiam. Poſt hæc tranſactis vrbibus propinquis, Arelatenſem prouinciam adiit: ibiq; indutus pellibus quaſi religioſus orabat: ad quem inludēdum pars aduerſa, diuinandi ei tribuit facultatem. Ex hoc vt in maiori proficeret ſcelere, commotus à loco, prouinciam memoratam deſerens, Gabalitanæ regionis terminum eſt ingreſſus, proferens ſe magnum ac profiteri ſe non metuēs Chriſtum, adſumpta ſecum muliere quadam pro ſorore, quam Mariam vocitari fecit. Confluebat ad eum multitudo populi, exhibens infirmos, quos contingens ſanitati reddebat. Conferebant enim ei aurum argentumque, ac veſtimenta, ii qui ad eum conueniebant. Quod ille quo facilius ſeduceret, pauperibus erogabat proſternens ſe ſolo, effundens orationem cum muliere memorata: & ſurgens, ſe iterum à circunſtantibus adorari iubebat. Prædicebat enim futura, & quibuſdam morbos, quibuſdam damna prouenire denunciabat, paucis ſalutem futuram. Sed hæc omnia diabolicis artibus, & præſtigiis neſcio quibus agebat. Seducta eſt autem per eum multitudo immenſa populi, & nō ſolum ruſticiores, verumetiam ſacerdotes eccleſiaſtici. Sequebantur autem eum amplius quam tria millia populi. Interea cœpit quoſdam ſpoliare ac prædari quos in itinere reperiſſet: ſpolia tamen non habentibus largiebatur: epiſcopis ac ciuibus minas mortis intentabat: eo quod ab iis adorari deſpiceretur. Ingreſſus autem Vellauæ vrbis terminum, ad locum quem Anicium vocitant, accedit: & ad baſilicas propinquas cum omni exercitu reſtitit, inſtruens aciem, qualiter Aurelio ibidem tunc conſiſtenti epiſcopo bellum inferret, mittens etiam ante ſe nuncios, homines nudo corpore, ſaltantes atq; ludentes, qui aduentum eius adnunciarent. Quod ſtupens epiſcopus, direxit ad eum viros ſtrenuos, inquirentes quid ſibi vellent iſta quæ gereret. Vnus autem ex iis qui erat ſenior, cum ſe inclinaſſet quaſi oſculaturus genua eius, ac diſcuſſurus viam illius, iuſſit eū adprehenſum ſpoliari: nec mora, ille euaginato gladio in fruſta concidit, ceciditq; Chriſtus ille, qui magis Antichriſtus nominari debet, & mortuus eſt: diſperſique ſunt omnes qui cum eo erant. Maria autem illa ſuppliciis dedita, omnia phantaſmata eius ac præſtigias publicauit. Nam homines illi quos ad ſe credendum diabolica circumuentione turbauerat, nunquam ad ſenſum integrum ſunt regreſſi: ſed hunc ſemper quaſi Chriſtum, Mariam autē illam partem deitatis habere profitebantur. Sed & per totas Gallias

Muſcis exagitatus deſipit. Licoſt 3. in oſtent.

C

Pſeudochriſtus.

D

Homines nudi legati pſeudochriſti.

E

emerſerunt pleriq; qui per has præſtigias adiungentes ſibi mulierculas quaſdam, quæ debachantes ſanctos eos confiterentur, magnos ſe in populis præferebant: ex quibus nos pleroſq; vidimus, quos obiurgantes reuocare ab errore niſi ſumus.

Cap. 26. Negotiator precio fit Epiſcopus

Ragoemodus quoque Pariſiacæ vrbis epiſcopus, obiit. Cumq; germanus eius Faramodus presbyter, pro epiſcopatu concurreret, Euſebius quidam negotiator, genere Syrus, datis multis muneribus, in locum eius ſubrogatus eſt: iſq; accepto epiſcopatu omnem ſcholam deceſſoris ſui abiiciens, Syros de genere ſuo eccleſiaſticæ domui miniſtros ſtatuit. Obiit & Sulpitius Bituricæ vrbis pontifex, cathedramque eius Euſtaſius Auguſtidunenſis diaconus eſt ſortitus.

Cap. 27

Inter Tornacenſes quoq; Francos non mediocris diſceptatio orta eſt, pro eo quod vnius filius, alterius filium qui ſororem eius in matrimonium acceperat, cum ira ſæpius obiurgabat, cur coniuge relicta ſcortum adiret: quę iracundia, cum emendatio criminis non ſuccederet, vſque adeo elata eſt, vt inruens puer ſuper cognatum ſuum, eum cum ſuis interficeret, atque ipſe ab iis cum quibus venerat ille proſterneretur, nec remaneret quiſpiam ex vtriſque niſi vnus tantum, cui percuſſor defuit. Ex hoc parentes vtriuſq; inter ſe ſæuientes, à Fredegunde regina plerunq; arguebantur vt relicta inimicitia concordes fierent, ne pertinacia litis in maius ſubueheretur ſcandalum. Sed cum eoſdem verbis lenibus placare nequiret, vtrunq; bipenne compeſcuit. Inuitatis enim ad epulum multis, hos tres in vno fecit ſedere ſubſellio: cumq; in eo prandium elongatum fuiſſet ſpacio, vt nox mundum obrueret, ablata menſa, ſicut mos Francorum eſt illi in ſubſellia ſua ſicut locati fuerant, reſidebant. Potatoq; vino multo, intantum crapulati ſunt, vt pueri eorum madefacti per angulos domus vbi quiſque conruerat, obdormiret. Tunc ordinati à muliere viri cum tribus ſecuribus, à tergo horum trium adſtiterunt, illiſq; conloquentibus, in vno vt ita dicamus, adſultu puerorū manus librate, hominibus perculſis, ab epulo eſt diſceſſum. Nomina quoque virorum, Chariualdus, Leodoualdus, atq; Vvaldinus. Quod cum parentibus perlatum fuiſſet, cuſtodire arctius Fredegundem cœperunt, dirigentes nuncios ad Childebertum regem, vt comprehenſa interficeretur. Commotus autem pro hac cauſa Campanenſis populus, dum moras innecteret, hæc ſuorum erepta auxilio, ad locum alium properauit.

F

Fredegundis alter... tres inter ſe ... dolose interfecit.

G

Cap. 28.

Poſt hæc autem legatos ad Guntchramnum regem mittit, dicens, Proficiſcatur dominus meus rex vſq; Pariſios, & arceſſito filio meo nepote ſuo, iubeat eum baptiſmatis gratia conſecrari: ipſumque de ſancto lauacro exceptum, tanquam alumnum proprium habere dignetur. Hæc audiens rex commonitis epiſcopis id. eſt Ætherio Lugdunenſi, Syagrio Auguſtodunenſi, Flauioque Cabillonēſi, & reliquis quos voluit, Pariſios accedere iubet, indicans ſe poſtmodum ſecuturum. Fuerunt etiam ad hoc placitum multi de regno eius, tam domeſtici quam comites, ad præparanda regalia expenſæ neceſſaria. Rex autē deliberatione acta, vt ad hæc deberet accedere, pedum eſt dolore prohibitus. Poſtquam autē conualuit, acceſſit Pariſios: exinde ad Rotoialenſem villam ipſius vrbis properans, euocato puero iuſſit baptiſterium præparari in vico Nemptodoro. Dū autem hæc agerentur, legati Childeberti regis acceſſerunt ad eum dicentes, Non enim iſta nuper nepoti tuo Childeberto pollicitus eras, vt cum inimicis eius amicitias colligares. Sed inquantū cernimus, nihil de promiſſione tua cuſtodis: ſed potius quæ promiſeras prætermittis: & puerum iſtum in vrbis Pariſiacæ cathedra, regem ſtatuis. Iudicabit n. Deus, quia non reminiſceris quæ vltro pollicitus es. Hæc iis dicentibus, rex ait Promiſſionem quā in nepotem meū Childebertum regem ſtatutam habeo, non omitto. Nam illum non oportet ſcandalizari, ſi conſobrinum eius filium fratris mei de ſancto ſuſcipiam lauacro: quia hanc petitionem nullus Chriſtianorum debet abnuere. Eamq; ergo vt Deus manifeſtiſſime nouit, nō calliditate aliqua ſed in ſimplicitate puri cordis agere cupio, quia offenſam diuinitatis incurrere formido. Non eſt enim humilitas generi noſtræ, ſi hæc à me excipiatur. Si n. domini proprios famulos de ſacro

H

Suſceptore Guntchramno Clotharius baptizatur.

A fonte ſuſcipimus, cur & mihi non liceat propinquum parentem excipere, ac filium facere per baptiſmi gratiam ſpiritalem? Abſcedite nunc & nunciate domino veſtro, Pactionem quam ſecum pepigi, cuſtodire cupio inlibatam, quam ſi tuæ conditionis noxa non omiſerit, à me prorſus omitti nequibit. Et hæc dicens legatis diſcedentibus, rex accedens ad lauacrum ſanctum, obtulit puerum ad baptizandum. Quem excipiens, Chlothacarium vocitari voluit, dicens Creſcat puer, & huius ſit nominis executor, ac tali potentia polleat, ſicut ille quondam, cuius nomen indeptus eſt. Quo myſterio celebrato, inuitatum ad epulum paruulum multis muneribus onerauit. Similiter & rex ab eodem inuitatus, pleniſque donis refertus abſceſſit, & ad Cabillonenſem vrbem redire ſtatuit.

Cap. 29. Aredius quoque hoc anno terras relinquens, vocante domino migrauit ad cœlū. Lemouicinæ vrbis incola fuit, non mediocribus regionis ſuæ ortus parentibus, ſed valde ingenuus. Hic Theodoberto regi traditus, aulicis Palatinis adiungitur. Erat enim tunc temporis apud vrbem Treuericam vir eximiæ ſanctitatis Nicetius epiſcopus non ſolum in prædicatione admirabilis facundiæ, verumetiam in operibus bonis ac mirabilib. celeberrimus habebatur in plebe. **B** Qui intuens puerum in regis palatio, neſcio quid in vultu eius cernens diuinum, præcepit eū ſe ſequi. At ille relicto regis palatio, ſecutus eſt eum. Cumq; ingreſſi in cellulam, de iis quæ ad eum pertinent, confabularētur, expetiit adoleſcens à beato ſacerdote ſe corrigi, ab eo edoceri, ab eo imbui, ac in diuinis voluminibus ab eodem exerceri. Cūq; in huius ſtudii flagrantia cum antiſtite memorato degeret, tonſurato iam capite, quadam die pſallentibus clericis in eccleſia, deſcendit columba è camera, quæ leuiter volitans circa eum, reſedit ſuper caput eius, illud indicans, vt opinor, eum ſpiritus ſancti gratia iam repletum. Quam cum ille non ſine pudore conaretur abigere, hæc paululum circumuolans, iterum ſuper caput eius, aut ſuper ſcapulam reſidebat: quæ non modo ibi ſed etiam cum in cellulam epiſcopi ingrederetur iugiter comitabatur cum eo. Quod per dies plurimos factum, non ſine admiratione epiſcopus intendebat. Exinde vir Dei ſpiritu, vt diximus, ſancto repletus, ad patriam genitore ac germano defunctis, regreditur, **C** conſolaturus Pelagiam genitricem, quæ nullum parentem præter hanc ſobolem ſpectabat. Deinde cum ieiuniis atq; orationib. vacaret, deprecatur eam vt omnis cura domus, ideſt, ſiue correctio familiæ, ſiue exercitium agrorum ſiue cultus vinearum ad eam aſpiceret: ne huic viro aliquod accideret impedimentum, quo ab oratione ceſſaret, vnum ſibi tantum priuilegium vindicans, vt ad eccleſias ædificandas ipſe præeſſet. Quid plura? conſtruxit templa Dei in honore ſanctorum expeditque eorum pignera, ac ex familia propria tonſuratos inſtituit monachos, cœnobiumq; fundauit, in quo non modo Caſſiani, verumetiam Baſilii & reliquorum abbatum qui monaſterialem vitam inſtituerunt, celebrantur regulæ, beata muliere victum atque veſtitum ſingulis miniſtrante. Nec minus hæc tamen impedita hoc onere in Dei laudibus perſtrepebat, ſed aſſidue etſi quiddam operis exerceret, ſemper orationem domino tanquam odorem incenſi acceptabilis offerebat. Interea ad ſanctum Aredium cœperunt infirmi confluere, quos manus ſingulis cum vexillo crucis imponens, ſanitati reddebat: quorum ſi ſingillatim nomina ſcribere velim, nec numerum **D** percurrere valeam, nec vocabula memorare: vnum tamen noui, quod quicunq; ad eum æger aduenit, ſoſpes abſceſſit. De maioribus quoque miraculis pauca proponimus. Iter quodam tempore cum genitrice dum ageret, & ſancti Iuliani martyris ad baſilicam properaret, venerunt veſpere in quendam locum. Erat autem locus ille aridus, & abſq; fluentis currentibus infœcundus. Dixitq; ad eum mater eius, Fili, aquam non habemus, & qualiter hic nocte præſenti quieſcere poſſumus? At ille proſtratus in orationem, & diutiſſime preces fudit ad dominum: & erigens ſe defixit virgam in terra quam manu gerebat, eamque cum bis aut tertio in gyrum verſaſſet, ad ſe lætus extraxit: moxque vnda aquæ ſecuta eſt tam valida, vt non ſolum ipſis de præſenti, ſed etiam pecoribus adfatim deinceps pocula miniſtraret. Nuperrimo autem tempore iter carpens, nimbus ad eum

Columba inſidet Aredio.

Aredius cruce ſanat infirmos.

Aqua precib. obtēta.

E pluuiæ aduenire cœpit: quem ille cernens, paululum, ſuper equum in quo ſedebat, caput inclinans, manus extendit ad dominum. Conſummata vero oratione, diuiſa eſt nubes in duas partes, ac in circuitu eorum immanis deſcendit pluuia: ſuper eos tamen nulla, ſi dici fas eſt, gutta deſcendit. Vviſtrimundo quoq; cognomento Tattonis, ciui Turonico dentes grauem inferebant dolorem ex quo etiā maxilla intumuerat. Quod cum beato viro queſtus fuiſſet, manum ſuper locum doloris impoſuit, ſtatimq; dolor fugatus, nunquam deinceps ad iniuriā hominis excitatus eſt. Hæc ipſe qui paſſus eſt retulit. De his vero ſignis quæ per virtutem ſancti Iuliani martyris Martiniqne confeſſoris beati in eius manibus dominus operatus eſt, pleraq; in libris Miraculorum, ſicut ipſe effatus eſt, ſcripſimus. Poſt has vero & multas alias virtutes, quas Chriſto cooperante compleuit, aduenit Turonos poſt feſtiuitatem ſancti Martini, ibiq; paululum commoratus, dixit nobis ſe aut longæuo tēpore adhuc in hoc mundo retineri, aut certe velocius diſſolui: & Vale dicens abſceſſit gratias agens Deo quod priuſquam obiret, ſepulchrum beati antiſtitis oſculari promeruiſſet. **F** Cumque ad cellulam ſuam acceſſiſſet, teſtamento condito, ordinatis omnibus, ac ſancto Martino Hilarioque antiſtitib. hæredibus conſtitutis ægrotare cœpit, ac dyſenteriæ morbo grauari. Sexta quoq; ægrotationis eius die, mulier quæ ab ſpiritu immundo ſæpius vexata, à ſancto emundari non poterat, ligatis per ſe à tergo manibus; clamare cœpit ac dicere, Currite ciues, exilite populi, exite obuiam martyribus confeſſoribuſq; qui ad exequium beati Aredii conueniunt. Ecce adeſt Iulianus à Briuate, Priuatus ex Mimate, Martinus à Turonis, Martialiſq; ab vrbe propria. Adeſt Saturninus à Toloſa. Dionyſius ab vrbe Pariſiaca, nonnulli & alii quos cœlum retinet, quos vos vt confeſſores & Dei martyres adoratis. Hæc cum in exordio noctis clamare cœpiſſet, à domino ſuo reuincta eſt. Sed nequaquā potuit cōtineri: quæ rumpens vincula, ad monaſterium eum his vocibus properare cœpit: moxque beatus vir ſpiritū tradidit, non ſine teſtimonio veritatis, quod ſit ſuſceptus ab angelis mulierem quoq; in exequiis ſuis cum alia muliere nequiori ſpiritu vexata, vt eſt ſepulchro tectus, à nequitia infeſti dæmonii emundauit. Et credo, ob hoc Dei nutu eaſdē in corpore poſit' nō potuit emūdare, vt exequiæ illius hac virtute **G** glorificarētur. Poſt celebratū vero funus, mulier quædam rictu patulo, ſine vocis officio, ad eius acceſſit tumulū: quo oſculis delibato, elocutionis meruit recipere beneficium.

Sepulchrum Martini oſculatur.

Dæmonis ſpiritus vaticinatur.

Ad ſepulchrū Aredii dæmoniacæ liberantur.

Cap. 30. Hoc anno menſe ſecundo tam in Turonico quam in Namnetico grauis populum lues attriuit, ita vt modico quiſquis ægrotus capitis dolore pulſatus animam funderet. Sed factis rogationibus cum grandi abſtinentia & ieiunio, ſocians etiā eleemoſynis, aduerſus diuini furoris impetus mitigatus eſt. Apud Lemouicinam vero vrbem ob dominici diei iniuriam, pro eo quod in eo operam publicam exercerent, plerique igne cœleſti conſumpti ſunt Sanctus eſt enim hic dies, qui in principio lucem cōditam primus vidit, ac dominicæ reſurrectionis teſtis factus emicuit, ideoque omni fide à Chriſtianis obſeruari debet, ne fiat in eo omne opus publicum. In Turonico vero nonnulli ab hoc igne, ſed non die dominico ſunt adusti. Siccitas immēſa fuit, quæ omne pabulum herbarum auertit: vnde factum eſt vt grauis morbus in pecoribus ac iumentis inualeſcens, parum vnde ſubrigeretur origo relinqueret: ſicut Abacuc **H** propheta vaticinatus eſt: Deficient ab eſca oues, & non erunt in præſepibus boues. Non modo enim in domeſticis, verumetiam in ipſis ferarum diuerſarum generibus hæc lues graſſata eſt. Nam per ſaltus ſiluarum multitudo ceruorum & reliquorum animantium proſtrata per inuia nacta eſt. Fœnum ab infuſione pluuiarum & inundatione amnium periit: Segetes exiguæ, vineæ vero profuſæ fuerunt: Quercuum fructus oſtenſi effectum non obtinuerunt.

Lues Namnetica.

Dominici diei obſeruatio.

Cap. 31. De epiſcopis Turonicis, licet in ſuperioribus libris quædam ſcripſiſſe viſus ſim, tamen propter ordinationem eorum & ſupputationem, quo tempore primum prædicator ad Toronicam acceſſit vrbem, reciprocare placuit.

Epiſcoporū Turonenſiū catalogus.

Primus Gratianus epiſcopus, anno imperii Decii primo, à Romanæ ſedis papa trāſmiſſus eſt. in qua vrbe multitudo paganorum idololatriis dedita commorabatur: de quibus

Gratianus 1.

A

nonnullos prædicatione ſua conuerti fecit ad dominum. Sed interdum occulebat ſe ob impugnationem poteſtum, eo quod ſæpius eum iniuriis & contumeliis cũ reperẽtant, adfeciſſent, ac per cryptas & latibula cum paucis Chriſtianis, vt diximus, per eundem conuerſis, myſterium ſolennitatis diei dominici clanculo celebrabat. Erat autem valde religioſus & timens Deum: & niſi fuiſſet talis, nõ vtiq; domos, parentes & patriam ob dominici amoris diligentiam reliquiſſet. In hac vrbe ſub tali conditione, vt ferunt, annos 50. commoratus, obiit in pace, & ſepultus eſt in ipſius vici cœmeterio, quod erat Chriſtianorum: & ceſſauit epiſcopatus 37. annis.

Lidorius 2.

Secundus, anno imperii Conſtantis primo, Lidorius ordinatur epiſcopus: fuit autem de ciuibus Turonicis, & hic valde religioſus. Hic ædificauit eccleſiam primam intra vrbem Turonicam cum iam multi Chriſtiani eſſent: primaq; ab eo ex domo cuiuſdam ſenatoris, baſilica facta eſt. Huius tempore ſanctus Martinus in Galliis prędicare exorſus eſt. Sedit autem anno 33. & obiit in pace, ſepultuſque in ſupra ſcripta baſilica, quæ hodieq; eius nomine vocitatur.

B

Martinus 3.

Tertius, ſanctus Martinus, anno 8. Valentis & Valentiniani, epiſcopus ordinatus Fuit autem de regione Panoniæ ciuitate Sabarię: qui ob amorem Dei apud vrbem Mediolanenſem Italiæ, primo monaſterium conſtituit: ſed ab hæreticis, eo quod ſanctam trinitatem intrepidus prædicaret, virgis cæſus atque expulſus de Italia in Gallias acceſſit: multos paganorum cõuerti fecit, templa eorum ſtatuaſq; confregit, fecitq; multa ſigna in populos, ita vt ante epiſcopatum duos ſuſcitaret mortuos: poſt epiſcopatum autem, vnum tantummodo ſuſcitauit Hic tranſtulit corpus beati Gratiani, ſepeliuitq; ipſum iuxta ſepulchrum ſancti Lidorii, in illa nominis ſui præfata baſilica. Hic prohibuit Maximum ne gladium in Hiſpaniam ad interficiendos deſtinaret hæreticos: quibus ſufficere ſtatuit, quod à Catholicorum eccleſiis eſſent vel communione remoti. Conſummato ergo præſentis vitæ curſu, obiit apud Condatenſem vicum vrbis ſuæ, anno 81. ætatis: de quo vico nauigio ſublatus, Turonis eſt ſepultus, in loco quo nunc adoratur ſepulchrum eius: * de cuius vita tres à Seuero Sulpitio libros cõſcriptos legimus. Sed & præſenti tempore multis ſe virtutibus declarat. In monaſterio vero quod nunc Maius dicitur, baſilicam in honorem ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli ædificauit: in vicis quoq; id eſt Alingauienſi, Solonacenſi, Ambacienſi Ciſomagenſi, Tornomagenſi, Condarenſi, deſtructis delubris baptizatiſque gentilibus, eccleſias ædificauit. Sedit autem annos 26. menſes quatuor, dies 27. & ceſſauit epiſcopatus dies 20.

C

* Sulp. extãt libri tres de vita & obitu S. Martini, & quatuor Ven. Fortunati de eius miłac. & vnus de eius Encomio ſub-ſtat enim à D. Martino oculorum dolore liberatus. Tritbem.

Briccius 4.

Quartus Briccius ordinatur epiſcopus anno Arcadii & Honorii ſecundo, cum pariter regnarent, fuit autem ciuis Turonicus, cui 33. epiſcopatus anno, crimen adulterii eſt impactum à ciuibus Turonicis: expulſoq; eo Iuſtinianum epiſcopum ordinauerunt: Briccius vero ſe ad papam vrbis dirigit: Iuſtinianus autem poſt eum abiens apud vrbẽ Vercellenſem obiit. Turonici iterum malignantes, Armentiũ ſtatuerunt: Briccius vero ſeptem apud papam vrbis annis degens, idoneus inuentus à crimine, ad vrbem ſuam redire iuſſus eſt. Hic ædificauit baſilicam paruulam ſuper corpus beati Martini, in qua & ipſe ſepultus eſt. Cumq; portam ingrederetur, Armentius per aliam portam mortuus efferebatur: quo ſepulto, cathedram ſuam recipit. Hunc ferunt inſtituiſſe eccleſias per vicos, id eſt, Calatonnum, Briecam, Rotomagum, Briotreidem, Cauonem fueruntq; omnes anni epiſcopatus eius 47 Obiitque, & ſepultus eſt in baſilica quam ſuper ſanctum Martinum ædificauit.

D

Euſtochius 5.

Quintus, Euſtochius ordinatur epiſcopus, vir ſanctus & timens Deum, ex genere ſenatorio. Hunc ferunt inſtituiſſe eccleſias per vicos Brixeis, Iciodorum, Luccas, Dolos. Ædificauit etiam eccleſiam intra muros ciuitatis, in qua reliquias ſanctorum Geruaſii & Protaſii martyrũ condidit, quæ à ſancto Martino de Italia ſunt delatæ, ſicut ſanctus Paulinus in epiſtola ſua meminit. Sedit autem annos 17. Et ſepultus eſt in Baſilica quam Briccius epiſcopus ſuper ſanctum Martinum ſtruxerat.

Perpetuus 6.

Sextus ordinatur Perpetuus, de genere & ipſe, vt aiunt, ſenatorio, & propinquus deceſſoris ſui, diues valde, & per multas ciuitates habẽs poſſeſſiones. Hic ſubmota baſilica quã prius Briccius epiſcopus ædificauerat ſuper S. Martinum, ædificauit aliam ampliorem miro opere. In cuius abſida beatum corpus ipſius venerabilis ſancti tranſtulit. Hic inſtituit ieiunia vigiliaſque qualiter per circulum anni obſeruarentur, quod hodieque apud nos tenetur ſcriptum, quorum ordo hic eſt, *De ieiuniis.* Poſt quinquageſimam, quarta & ſexta feria vſq; ad natale ſancti Ioannis. De Calend. Septemb. vſque Calendas Octob. bina in ſeptimana ieiunia. De Calendis Octobris vſque depoſitionem domni Martini, bina in ſeptimana ieiunia. A depoſitione domni Martini vſque Natale domini, terna in ſeptimana ieiunia. De natali ſancti Hilarii, vſque medium Februarium, bina in ſeptimana ieiunia. *De vigiliis.* Natali domini in eccleſia Epiphania, in eccleſia. Natali ſancti Ioannis, ad baſilicam domni Martini. Natali S. Petri epiſcopatus, ad ipſius baſilicã. 6. Calend. April. reſurrectione domini noſtri Ieſu Chriſti, ad baſilicam domini Martini. Paſcha, in eccleſia. Die Aſcẽſionis in baſilica domni Martini. Die quinquageſimo, in eccleſia. Paſſione ſancti Ioannis, ad baſilicã in baptiſterio. Natali ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, ad ipſorum baſilicam. Natali ſancti Martini, ad eius baſilicam. Natali ſancti Symphoriani, ad baſilicam domni Martini. Natali ſancti Lidorii, ad eius baſilicam. Natali ſancti Briccii, ad domni Martini baſilicam. Natali ſancti Hilarii, ad domni Martini baſilicam Hic ædificauit baſilicam ſancti Petri, in qua cameram baſilicæ prioris poſuit, quæ vſque ad noſtra tempora perſeuerat. Baſilicam quoq; S. Laurentii monte Laudiaco ipſe conſtruxit. Huius tempore ædificatæ ſunt eccleſiæ in vicis, id eſt Euena, Mediconno, Berrao, Balatedine, Vernado. Condiditq; teſtamentum, & deputauit per ſingulas ciuitates quod poſſidebat in eis ipſis ſcilicet eccleſiis, non modicam & Turonicæ tribuens facultatem Sedit autem annos triginta, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

B

Ieiunia perpetuo inſtituit & vigilias.

F

Voloſianus

Septimus vero, Voloſianus ordinatur epiſcopus, ex genere ſenatorio, vir ſanctus, & valde diues, propinquus & ipſe Perpetui epiſcopi deceſſoris ſui. Huius tempore iam Chlodoueus regnabat in aliquibus vrbibus in Galliis. Et ob hanc cauſam hic pontifex ſuſpectus habitus à Gothis, quod ſe Francorum ditionib. ſubdere vellet, apud vrbem Tholoſam exilio condemnatus, in eo obiit. Huius tempore vicus Mantolomaus ædificatus eſt, & baſilica ſancti Ioannis in Maiori monaſterio. Sedit autem annos ſeptem, menſes duos.

G

Virus 8.

Octauus ordinatur epiſcopus Virus, & ipſe pro memoratæ cauſæ zelo ſuſpectus habitus à Gothis in exilium deductus, vitam finiuit: facultates ſuas eccleſiis & bene meritis dereliquit. Sedit autem annos vndecim, dies octo.

Licinius 9.

Nonus, Licinius, ciuis Andegauus, qui ob amorem Dei in orientem abiit, ſanctaq; loca reuiſit: exinde digreſſus, in poſſeſſione ſua monaſterium collocauit intra terminum Andegauum, & poſtea abbatis officio in monaſterio vbi ſanctus Venantius abbas ſepultus eſt, functus, ad epiſcopatum eligitur. Huius tempore Chlodoueus rex victor de cæde Gothorum, Turonos rediit Sedit autem annos duodecim, menſes duos, dies 25. & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Theodorus & Proculus 10.

Decimo loco, Theodorus & Proculus, iubente beata Chrodielde regina, ſubrogantur, eo quod de Burgundia iam epiſcopi ordinati, ipſam ſecuti fuiſſent, & ab hoſtilitate de vrbibus ſuis expulſi fuerant. Erant autem ambo ſenes valde: rexeruntque eccleſiam Turonicam ſimul annis duobus, & ſepulti ſunt in baſilica ſancti Martini.

H

Dinifius 11.

Vndecimus, Dinifius epiſcopus, & ipſe ex Burgundia veniens: qui per electionem præfati regis ad epiſcopatum acceſſit: cui aliquid de fiſci ditionibus eſt largitus, deditque ei poteſtatem faciendi de his rebus quæ voluiſſet: qui maxime eccleſiæ ſuæ quod fuit melius, dereliquit: largitus eſt etiam quiddam & bene meritis. Sedit autem menſes decem, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Ommatius 12.

Duodecimus, Ommatius de ſenatoribus ciuibuſq; Aruernis, valde diues in prædiis, qui condito teſtamento per eccleſias vrbiũ in quibus poſſidebat, facultates ſuas diſtribuit. Ipſe exaltauit eccleſiam intra muros vrbis Turonicæ,

ſancto

A ſanctorum Geruaſii atque Protaſii reliquiis conſecratam, quæ muro connexa eſt. Hic cœpit ædificare baſilicam ſanctæ Mariæ intra muros vrbis quam imperfectam reliquit. Sedit annos quatuor, menſes quinque: obiitque, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Leo. 13. Tertiuſdecimus, Leo ex abbate Baſilicæ S. Martini ordinatur epiſcopus. fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres holochryſo tectas, ex quibus quædam apud nos retinentur: in aliis etiam operibus elegans fuit. Sedit autem menſes 6. & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Francilio. 14. Quartuſdecimus, Francilio ex ſenatoribus ordinatus epiſcopus, ciuis Pictauus, habens coniugem Claram nomine, ſed filios non habens: fueruntque ambo diuites valde in agris, quos maxime ſancti Martini baſilicæ contulerunt, reliqueruntque quædam & proximis ſuis. Sedit autem annos duos, menſes ſex: obiitque & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

B Iniurioſus 15. Quintuſdecimus, Iniurioſus ciuis Turonicus, de inferioribus quidem populi ingenuus tamen. Huius tempore Chrodieldis regina tranſit. Hic perædificauit eccleſiam ſanctæ Mariæ intra muros vrbis Turonicæ. Huius tempore & baſilica S. Germani ædificata eſt. Vici etiam, Nouiliacus & Luciliacus, fundati ſunt. Hic inſtituit tertiam & ſextam in eccleſia dici, quod modo in Dei nomine perſeuerat. Sedit autem annos ſexdecim, menſes vndecim, dies viginti ſex: obiitque & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Baudinus Sextuſdecimus, Baudinus ex referendario Chlotharii regis ordinatur epiſcopus, habens & filium, multis eleemoſynis præditus: aurum etiam quod decessor eius reliquerat, amplius quam viginti millia ſolidorum, pauperibus erogauit. Huius tempore alter vicus Nouiliacus ædificatus eſt. Hic inſtituit menſam canonicorum. Sedit autem annos quinque, menſes decem. obiitque, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Guntharius 17. Decimuſſeptimus, Guntharius ex abbate monaſterii ſancti Venantii ordinatur epiſcopus, vir valde prudens dum abbatis fungeretur officio, & ſæpius legationes inter reges Francorum faciens: poſtquam autem epiſcopus ordinatus eſt, vino deditus, pene ſtolidus apparuit: quæ res eum intantum amentem faciebat, vt conuiuas, quos bene nouerat, nequiret agnoſcere: ſæpius tamen eos conuiciis agebat

C & improperiis. Sedit autem annos duos, menſes decem, dies vigintiduos. Obiit autem & ſepultus eſt in baſilica S. Martini, ceſſauitque epiſcopatus anno vno.

Eufronius 18. Octauuſdecimus, Eufronius presbyter ordinatur epiſcopus, ex genere illo quod ſuperius ſenatorium nuncupauimus, vir egregiæ ſanctitatis, ab ineunte ætate clericus. Huius tempore ciuitas Turonica cũ omnibus eccleſiis magno incendio concremata eſt, de quibus ipſe poſtea duas reparauit, tertiam vetuſtiſſimam relinquens deſertam. Poſtea vero baſilica ſancti Martini & ipſa incendio eſt aduſta per Vuiliacharium, cum ibi confugium pro Chramni quõdam circumuentione feciſſet. Quam poſtea idem pontifex texit ſtanno, opitulante rege Chlotario. Huius tempore baſilica S. Vincentii ædificata eſt. Tauriaco, Cærate, & Orbiniaco, vicis eccleſiæ ædificatæ ſunt. Sedit autem annos ſeptemdecim. obiitque ætate ſeptuagenaria, & ſepultus eſt in baſilica S. Martini. Ceſſauitque epiſcopatus dies 19.

Gregorius 19. Nonuſdecimus, Gregorius, ego indignus eccleſiam vrbis Turonicæ in qua B. Martinus & cæteri ſacerdotes domini ad pontificatus officium conſecrati ſunt, ab incendio diſſolutam diruptamque nactus ſum, quam reædificatam

D in ampliori altiorique faſtigio ſeptimodecimo ordinationis meæ anno dedicaui: in qua, ſicut à longæuis presbyteris comperi, beatorum ibidem reliquię Agaunenſium ab antiquis fuerant collocatæ, ipſam etiam capſulam in theſauro baſilicæ S. Martini reperi: in qua valde putredine erat pignus diſſolutum, quod pro eorum religionis eſt virtute delatum. Ac dum vigiliæ in eorum honore celebrarentur, libuit animo hæc iterum prælucescente cereo viſitare: quæ dũ à nobis attente rimantur, dixit ædis æditu us: Eſt hic, inquit, lapis opertorio tectus, in quo quid habeatur prorſus ignoro, ſed nec prædeceſſores miniſtros huius cuſtodiæ ſcire comperi. deferam eum, & ſcrutamini diligenter quid contineatur intra concluſum. Quem delatum reſeraui, fateor, & inueni in hoc capſulam argenteam, in qua non modo beatæ legionis teſtium, verumetiam multorum ſanctorum tam martyrum quam confeſſorum reliquiæ tenebantur. Nacti etiam ſumus & alios lapides, ita vt hic erat, cõcauos, in quibus ſanctorum apoſtolorum, cum reliquorum

E Reliquiarum inuentio. martyrum, pignera continebantur. Quod munus ego diuinitus indultum admirans, & gratias agẽs, celebratis vigiliis, dictis etiam miſſis, hæc in eccleſia collocaui. In cellula ſancti Martini eccleſiæ ipſi contigua, ſanctorum Coſmæ & Damiani martyris reliquias poſui. Baſilicas ſancti Perpetui aduſtas incendio reperi, quas in illo nitore vel pingi, vel exornari, vt prius fuerant, artificum noſtrorum opere imperaui. Baptiſterium ad ipſam baſilicam ædificari præcepi, in quo ſancti Ioannis cum Sergii martyris reliquias poſui, & in illo priore baptiſterio ſancti Benigni martyris pignera collocaui. In multis vero locis intra Turonicum terminum, & eccleſias, & oratoria dedicaui, ſanctorumque reliquiis illuſtraui, quæ memorare ex ordine prolixum cenſui.

Scripta authoris. Decem libros Hiſtoriarum, ſeptem Miraculorum, vnum de Vitis patrum ſcripſi: in Pſalterii tractatum librum vnum commentatus ſum: de Curſibus etiam eccleſiaſticis vnum librum cõdidi. Quos libros licet ſtilo ruſticiori ſcripſerim, tamen coniuro omnes ſacerdotes domini, qui poſt

F me humilem eccleſiam Turonicam ſunt recturi, per aduẽtum domini noſtri Ieſu Chriſti, ac terribilem reis omnibus iudicii diem, ſi nunquam confuſi de ipſo iudicio diſcedentes cum diabolo condemnandi eſtis, vt nunquam libros hos aboleri faciatis, aut reſcribi quaſi quædam legentes, & quaſi quędam prętermittentes: ſed ita omnia vobiſcum integra inlibataq; permaneãt, ſicut à nobis relicta ſunt. Quod ſi te ſacerdos Dei, quicunque es, Martianus noſter ſeptem diſciplinis erudiit, id eſt, ſi te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercationũ propoſitiones aduertere, in rhetoricis genera metrorum agnoſcere, in geometricis terrarum linearumque menſuras colligere, in aſtrologicis curſus ſiderum contemplari, in arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis ſonorum modulationes ſuauiũ accentuum carminibus concrepare: ſi in his omnibus ita fueris exercitatus, vt tibi ſtilus noſter ſit ruſticus, nec ſic quoque deprecor, vt auellas quæ ſcripſi. Sed ſi tibi in his quiddam placuerit, ſaluo opere noſtro te ſcribere verſu nõ abnuo. Hos autem libros in anno viceſimoprimo ordinationis noſtræ perſcripſimus: ſcilicet in ſuperioribus de epiſcopis Turonicis ſcripſerimus, annotantes annos eorum,

G non tamen ſequitur ac ſupputatur numerus chronicalis, quia interualla ordinationum integre non potuimus reperire. Eſt ergo omnis ſumma annorum mundialium talis.

A principio vſque ad diluuium anni MMCCXLII.

A diluuio vſque ad tranſitum filiorum Iſrael per mare rubrum, anni MCCCCIV.

Ab hoc maris tranſitu vſque ad reſurrectionem dominicam, anni MDXXXVIII.

A reſurrectione dominica vſque ad tranſitum ſancti Martini, anni CCCCXII.

A tranſitu ſancti Martini vſque ad memoratum ſuperius annum, id eſt ordinationis noſtræ primum & viceſimum, qui fuit Gregorii papæ Romani quintus, Gunthchramni regis 31. Childeberti iunioris, 19. anni CCXVIII.

Quorum omnis ſumma eſt, annorum MMMMMDCCLXIV.

VNDECIMVS LIBER, SIVE APPENDIX HISTORIÆ FRANCORVM, SVPPLEmenti Loco ab alio quopiam Gregorio Turonenſi adiectus.

H Tranſactis Gregorii Turonenſis libris, volumina temporum geſtorumque vndecunque potui ſcripta reperire, & quæ mihi poſtea fuerunt cognita acta regum & bella gentium, quæ geſſerunt,

legen-

A

legendo ſimul & audiendo, aut denique videndo, cuncta omnino, quæ certo cognoui, in huius libelli volumine ſcribere volui curioſiſſime, quantum potui, omnia inſerendo, ab eodem incipiens tempore, quo hiſtoria Gregorii finem ſuum ſortita eſt.

Cap 1. Gunthchramni bonitas.

Gunthchramnus rex Francomm cum iam annos 23. Burgundiæ regnum bonitate plenus fœliciter regeret, cum ſacerdotibus vtique ſacerdotis inſtar ſe oſtendebat, & cum leudis erat aptiſſimus, eleemoſynam pauperibus large tribuens, tantæ proſperitatis regnum tenuit, vt omnes etiam vicinæ gentes ampliſſimas de ipſo laudes canerent.

Eccleſia S. Marcelli Cabillonenſis.

Anno 24. regni ſui diuino amore Eccleſiam beati Marcelli, vbi ipſe pretioſus requieſcit in corpore, ſuburbano Cabyllonenſi, ſed quidem tamen Sequanum territorium mirifice & ſolerter ædificari iuſſit, ibique monachis congregans monaſterium condidit, ipſamque Eccleſiam rebus plurimis ditauit. Synodum 40. Epiſcoporũ fieri præcepit, & ad inſtar inſtitutionis monaſterii ſanctorum Agaunenſium, quod temporibus Sigiſmundi regis ab Auto & cæteris Epiſcopis ipſo principe iubente fuerat confirmatum, huius Synodi coniunctione Monaſterium ſancti Marcelli Gunthchramnus inſtitutione formandum curauit.

B

Cap 2. Gundoaldus iuſſione Mommoli decapitur.

Hoc anno Gundoaldus cum ſolatio Mummoli & Deſiderii menſe Nouembri partem regni Gunthchramni præſumpſit inuadere, & ciuitates euertere. Gunthchramnus Leudigildum comitem ſtabuli, & Ægilanem patricium cum exercitu contra ipſos direxit. Gondoaldus terga vertens, Combanem ciuitatem latebras dedit, & inde de rupe ab Oſnne duce præcipitatus interiit.

Cap 3. Gunthchramnus Chlotharium baptiſmo ſuſcepit.

Cumque Gunthchramno perlatum fuiſſet, eo quod frater ſuus Chilpericus eſſet interfectus, feſtinans perrexit Pariſios, ibique Fredegundem cum filio Chilperici Chlothario ad ſe venire præcepit, quem in Riolo villa baptizari iubet & eum de ſancto lauachro excipiens in regnum patris firmauit.

Cap 4. Mommolus interficitur.

Anno 22. regni Gunthchramni Mummolus Senuuia iuſſu Gunthchramni interficitur, vxorem eius Sydoniam vna cum omnibus theſauris eius Domnolus domeſticus & Valdamarus Camerarius Gunthchramno præſentant.

Cap 5. Gunth. tentat Hiſpan.

Anno 26 regni ſui exercitus Gunthchramni Hiſpanias ingreditur, ſed loci infirmitate grauatus, pronus ad propria reuertitur. Anno 27. eiuſdem regni Leugiſiſtus à

C

Gunthchramno patricius partibus prouinciæ ordinatur, quod filius Childeberti regis Theodobertus natus fuiſſet nonciatur.

Cap. 6. Leupildo ſuccedit Richardus.

Eo anno nimia inundatio fluminum in Burgundia fuit, vt eorum terminos nimium tranſcenderent. Ipſoque anno Syagrius comes Conſtantinopolim iuſſu Gunthchramni in legatione pergit, ibique fraude patricius ordinatur. Cœpta quidem, ſed ad perfectionem hæc fraus non peruenit. Eo anno ſignum apparuit in cœlo, globus igneus decidens in terram cum ſcinnilis & rugitu, ipſoque anno Leupildus rex hiſpaniæ moritur, & regnum obtinuit Richardus filius eius. Anno 28. regni Domni Gunthchramni alius filius Childeberti nomine Theodoricus natus nunciatur.

Cap 7. Gunth. & Childeb. fœdus.

Gunthchramnus cum Childeberto pacem firmat dum Andelaum coniunxit. Inibi mater & ſoror, & coniunx Childeberti regis pariterque fuerunt, ibique ſpeciali conuenientia inter domnum Gunthchramnum & Childebertum fuit conuentum, vt regnum Gunthchramni poſt eius diſceſſum Childebertus aſſumeret.

D

Cap 8. Childebertus inſidiantes interficit. Gothi Arianiſmo renunciát.

Ipſoque tempore Rauchingus, & Boſo, Gunthchramnus, Vrſio & Bertifridus optimates Childeberti regis eo quod eum tentauerint interficere, ipſo rege ordinante interfecti ſunt, ſed & Leudefridus Alamannorum dux in offenſam antedicti regis incidit, etiam in latebras ſe dedit. Ordinatus eſt loco ipſius Vncilinus dux. Eo anno Richardus rex Gothorum diuino amplectens Chriſtianam religionem amore pnus ſecretius baptizatur; poſt hæc omnes Gothos, qui tum Arrianam ſectam tenebant, Toletum adunare præcepit, & omnes libros Arrianus præcepit ſibi præſentari, quos in vna domo collocatos incendio concremare iuſſit, & ad Chriſtianam legẽ baptizare Gothos fecit.

Cap 9. Imperatrix virum relinquit. [...]

Eo anno vxor Arnulphi imperatoris Perſarum nomine Cæſarea virum relinquens, cum quatuor pueris, totidemque puellis ad beatum Ioannem perrexit. Cumque ab ipſo Pontifice fuiſſet baptizata, Auguſta Mauritii imperatoris eam de ſancto ſuſcepit lauachro. Quam cum vir ſuus imperator Perſarum per legationes ſæpius repeteret, & Mauritius imperator vxorem eius eſſe neſciret, tunc Auguſta videns eam pulcherrimam, ſuſpicatur ne ipſa eſſet quam legati quærebant, dicenſq; eis: Mulier quædam de Perſis huc venit, dicens, ſe vnam eſſe de populo: videte eam, forſitan ipſa eſt quam quæritis. quam legati videntes proni in terram adorauerunt, dicentes, ipſam eſſe eorum dominam, quam quærebant. Dicit ad eam Auguſta, Redde illis reſpõſum: tunc illa reſpondit, Ego cum iſtis non loquor, vita eorum inſtar canum eſt: ſi conuerſi Chriſtiani ſicut & ego ſum efficientur, tunc eis reſpondebo. Legati vero animo libenti baptiſmi gratiam accipiunt. Poſtea dicens ad eos Cæſara: Si vir meus voluerit Chriſtianus fieri, & baptiſmi gratiam accipere, libenter ad eum reuertar. Nam penitus aliter ad ipſum non repedabo. Legati id imperatori Perſarum nunciantes, ſtatim ille legationem ad Mauritium imperatorem miſit, vt ſanctus Ioannes veniret Antiochiam, ipſo tardante baptiſmum vellet accipere. Tunc Mauritius imperator

F

Perſæ baptizantur.

infinitiſſimum apparatum Antiochiæ fieri iuſſit. ibi imperator Perſarum cum ſexaginta millibus Perſarum baptizatus eſt, & per duas hebdomadas à Ioanne & reliquis epiſcopis Perſiæ ad plenitudinem ſupra ſcriptum numerum baptizantur. Imperatorem illum Gregorius Antiochiæ epiſcopus ſuſcepit de lauachro. Arnulfus imperator à Mauritio imperatore petens vt ſibi epiſcopos cum clero ſufficiente daret, quos in Perſia collocaret, vt vniuerſi Perſidæ baptiſmi gratiam adirent, quod Mauritius libenti animo præſtitit, ſummaque celeritate omnes Perſidæ ad Chriſti cultum baptizantur.

Cap 10.

Anno 28. Gunthchramni exercitus in Hiſpanias eiuſdem iuſſu dirigitur, ſed negligentia Boſonis qui caput exercitus fuit, grauiter à Gothis exercitus ille trucidatur.

Cap 11. Tunica domini inuenta.

Anno 30. regni ſuprascripti principis, tunica domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ eidem in paſſione ſublata eſt, & à militibus, qui eum cuſtodiebant eſt ſortita, de qua Dauid propheta dicit: Et ſuper veſtimenta mea poſuerunt ſortem, Symon filius Iacob per duas hebdomadas multis cruciatibus affectus tandem profitetur ipſam tunicam in ciuitate Zafad procul ab Hieroſolyma in arca marmorea poſitam

G

eſſe, quam Gregorius Antiochenus & Thomas Hieroſolymorum, Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum aliis multis epiſcopis triduanum facientes ieiunium, exinde condigne cum arca marmorea quæ leuis effecta erat, quaſi ex ligno fuiſſet, ordine pedeſtri Hieroſolymam cum deuotione ſanctiſſima perduxerunt, eamque in loco vbi crux domini adoratur cum triumpho poſuerunt.

Cap. 12.

Beppelinus dux Francorum factione Hebrearii eodemque duce à Britannis interficitur. Vnde poſt Hebrearius ad ſummam paupertatem rebus ſuis ſpoliatus peruenit.

Cap. 13. Agonis ducatus. Solis defectio.

Anno 31. regni Gunthchramni Theudifridus dux vltra Ioranos moritur, cui ſucceſſit Voandalmarus in honore ducatus. Ipſoque anno Ago dux in Italia ſuper Longobardos in regno ſublimatur. Anno 32. regni Gunthchramni, ita à mane vſque ad mediam diem ſol minoratus eſt, vt tertia pars ex ipſo vix appareret.

Cap 14. Gunthchramnus moritur.

H

Anno 33. regni Gunthchramni 5. Cal. April. ipſe rex moritur, ſepultus eſt in Eccleſia ſancti Marcelli, in monaſterio quod ipſe conſtruxerat. Regnum eiuſdem Childebertus aſſumpſit. Eodem anno Quintrio dux Campanenſis cum exercitu in regnum Chlotharii ingreditur. Chlotharius cum ſuis obuiam pergens hoſtiliter Quintrionem in fugam vertit, ſed vtrinque exercitus nimium trucidatus eſt.

Cap 15. Child. regnum in Burgund.

Anno 2 cum Childebertus regnum accepiſſet Burgundiæ, exercitus Francorum & Britannorum inuicem præliantes vterque nimium gladio trucidantur. Anno 3. Childeberto in Burgundia regnante, multa ſigna in cœlo oſtenſa ſunt, apparuit ſtella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Vuarnis, qui rebellare conati fuerant, fortiter dimicauit, & ita Vuarni trucidati victi ſunt, vt parum ex eis remanſiſſet.

Cap 16. Childeberti obitus.

Anno 4. poſtquam Childebertus regnum acceperat Gunthchramni, defunctus eſt, regnũq; eius filii ſui Theo-

dobertus

A

dobertus & Theodoricus accipiunt. Theodobertus ſortitus eſt Auſtriæ, ſedem habens Metenſem: Theodoricus accepit regnum Gunthchramni, in Burgundiâ, ſedem habens Aurelianis.

Cap. 17. Fredegundis Lutetiã inuadit.

Eo anno Fredegundis cum filio Clothario rege Pariſios & reliquas ciuitates ritu barbaro occupauit, & contra filios Childeberti regis Theodobertum & Theodoricum mouit exercitum loco nominato Latofao. Caſtra vterque ex aduerſo ponentes, Chlotharius cum ſuis ſuper Theodobertum & Theodoricum irruens, eorum exercitum grauiter trucidauit. anno ij. regni Theodorici Fredegundis moritur.

Cap. 18.

Anno 3. regni Theodoberti. Quintrio dux inſtigante Brunichilde interficitur. Anno 4. regni Theodorici, Quolenus genere Francus Patricius ordinatur. Eo anno clades grandinis Maſſiliam & reliquas Prouinciæ ciuitates grauiter vaſtauit. Eo anno aqua calidiſſima in lacu Dunenſi quem Arula flumen influit, ſic valide ebulliuit, vt multitudine piſcium coxiſſet. Eo anno Vuarnharius maior domus Theodorici tranſiit, qui omnem facultatem ſuam in eleemoſynis pauperum diſtribuit.

Lacus deferbuit.

B

Cap. 19. Brunichil. Auſtraſiis eiicitur.

Eo anno Brunichildis ab Auſtraſiis eiecta eſt, ac in Arciacenſi Campania à quodam homine paupere ſola reperitur. Secundum eius petitionem vſque ad Theodoricum perducitur. Theodoricus autem Brunichildem libenter recipiens, glorioſe honorat. Huius viciſſitudinem merito epiſcopatum Autiſiodorenſem faciente Brunichilde adſumpſit. Anno 5. regni Theodorici iterum ſigna, quæ anno ſuperiore viſa fuerant, globi ignei per cœlum currentes, & ad inſtar multitudinis haſtarum ignearum ad occidentem apparuerunt.

Cap. 20. Reges præliantur.

Ipſoq; anno Theodobertus & Theodoricus reges contra Chlotharium regem mouent exercitum, & ſuper fluuium Aroannem, nec procul à Doromello vico prælium confligentes inierunt. Ibique exercitus Chlotharii grauiſſime trucidatus eſt. Ipſi qui ex his remanſerunt in fugam verſi, pagos & ciuitates Ripaſigonæ qui ſe ad Chlotharium tradiderant depopulantur & vaſtantur ciuitatibus ruptis plurimi captiuorum ab exercitu Theodorici & Theodoberti exinde ducuntur. Chlotharius oppreſſus vellet nollet per pactionis vinculum firmauit, vt inter Sigonam & Ligerem vſque mare Oceanum & Britannorum limitem partem Theodoricus haberet, & per Sigonam & Iſeram ducatum integrum Dentelini vſque Oceanum mare Theodobertus reciperet, 12. tantum pagi inter Iſeram & Sigonam & mare littoria Oceani Chlothario remanſerunt. Anno 6. regni Theodorici Cautinus dux Theodoberti interficitur.

C

Cap. 21. Vuaſcones ſubiugantur.

Anno 7. regni Theodorici de concubina filius naſcitur nomine Sygibertus, & Agila patricius nullis culpis extantibus inſtigante Brunichilde ligatus interficitur, niſi tantum cupiditatis inſtinctu. Facultates eius in fiſcum adſumuntur. Eo anno Theodobertus & Theodoricus exercitum contra Vuaſcones direxerunt, ipſoq; Deo auxiliante deiectos ſuæ dominationi redigunt, & tributarios faciunt. Ducem ſuper ipſos nomine Genialem inſtituunt, qui eos fœliciter dominauit.

Cap. 22. Victoris corpus diuino reuelatum.

Eo anno corpus ſancti Victoris qui Salodero cum ſancto Vrſo paſſus fuerat, à beato Æconio pontifice Mauriouenſe inuenitur. Quadam nocte in ſua ciuitate ei reuelatur per inſomnium vt ſurgens protinus iret ad eccleſiã, quam Sedeleuba regina ſuburbanum Genauenſe conſtruxerat, in medio eccleſiæ deſignatum locum, vbi ſanctum corpus adeſſet. Cumque Genauam feſtinus perrexiſſet, cum beatis Ruſtico & Patrico Epiſcopis, triduanum ieiunium facientes lumen per noctem vbi illud glorioſum & ſplendidũ corpus erat apparauit, quo cum ſilentio hi tres pontifices cum lachrymis & orationibus eleuato lapide in arca argentea inuenerunt ſepulcrum, cuius faciem rubentem quaſi viuam repererunt. Ibique princeps Theodoricus præſens aderat, multiſque rebus huius Eccleſiæ maximam partem facultatis Vuarnharii ibidem confirmauit. Ad ſepulchrum illud ſanctum miræ virtutes ex ipſa die qua repertum eſt, præſtante domino, integra aſſiduitate oſtenduntur. Eo anno Æthenus epiſcopus Lugdunenſis obiit, ordinatur loco ipſius Secundinus epiſcopus.

D

E

Cap. 23. Focas Mauricium occidit.

Eo anno Focas dux & Patritius reipubl. victor à Perſis rediens, Mauritium imperatorem interfecit, & loco ipſius imperium adſumpſit.

Cap. 24. Deſiderius Epiſcopus exulat.

Anno viij. regni Theodorici de concubina naſcitur ei filius, nomine Childebertus, & ſynodus Cabillono colligitur: Deſiderium Viennenſem epiſcopum deiiciunt, & inſtigante Aridio Lugdunenſi epiſcopo & Brunichilde ſubrogatus eſt loco ipſius ſacerdotali officio Domnolus, Deſiderius vero in inſulam quandam exilio retruditur. Eo anno ſol obſcuratus eſt. Eo quoque tempore Berthoaldus genere Francus maior domus palatii erat Theodorici, moribus modeſtus, ſapiens & acutus in prælio fortis, fidem cum omnib. ſeruans. Anno nono regni Theodorici naſcitur ei filius de concubina nomine Corbus. Cum iam Protadius genere Romanus vehementer ab omnibus in palatio veneraretur & Brunichildis ſtupri gratia eum vellet honoribus exaltare. Defuncto Vuandalmaro duce in pago vltra Iuranum & Scotingorum Protadius patricius ordinatur inſtigatione Brunichildis, vt Bertoaldus potius interiret eum ripa Sigona vſque Oceanum mare per pagos & ciuitates fiſcum inquirendum dirigunt.

F

Cap. 25. Bertoaldũ obſidet Laudericus.

Berthoaldus ad Theodoricum miſſus, cum ccc. tantum viris illis partibus properauit, cumque ad Arelaum villam veniſſet, & venationem inibi exerceret: hæc comperiens Chlotharius, filium ſuum Meroueum & Laudericum maiorem domus cum exercitu Berthoaldum premendum direxit, & maximam partem inter Sigonam & Ligeræ pagos & ciuitates de regno Theodorici præſumpſit contra pactum peruadere. Berthoaldus hæc audiens cum ſuſtinere non præualeret, terga vertens, Aurelianos ingreditur, ibique à viro beatiſſimo Auſtrino Epiſcopo ſuſcipitur. Laudericus cum exercitu Aurelianos circumdans vocabat Berthoaldum, vt exiret ad prælium, Berthoaldus de muro reſpondens, Nos duo ſingulare certamen: ſi me expectare deliberas, reliqua multitudine procul ſuſpenſa, iungamus, à domino iudicemur. Sed hæc Laudericus facere diſtulit. Addens Berthoald⁹ dixit, Dum facere non audes proximo tempore domini noſtri pro iis quæ facitis iungent ad prælium. Induamur vterq; ego & tu veſtibus permiclis. præcidamur cæteris, vbi congreſſus erit certaminis, ibiq; & mea & tua apparebit vtilitas, promittentes ante dominum ab inuicem promiſſionis huius rei veritatem ſubſiſtere.

G

Cap. 26. Theodoricus vicit Chlotharium.

Cumque hoc in die feſto ſancti Martini antiſtitis actum fuiſſet, Theodoricuſque hæc comperiſſet, quod à Chlothario pars regni ſui contra pactum fuerat peruaſa natiuitate Domini protinus cum exercitu Stampas per fluuium Loa. peruenit, eodemque obuiam Meroueus filius Chlotharii regis, cum Landerico & magno exercitu venit. Cum eſſet autem peruius ille locus, vbi Loa fluuius tranſmeat, vix tertia pars exercitus Theodorici tranſierunt. Initum eſt prælium, ibique Berthoaldus ſecundum placitum aggreditur vocitans Laudericum. Sed Laudericus non eſt auſus, vt promiſerat, tantum huius certaminis congreſſionem adire Ibique Berthoaldus cum nimis cæteris præceſſiſſet, ab exercitu Chlotharii cum ſuis interficitur, nec vellens exinde euadere dum ſenſerat ſe de ſui gradus honore à Protadio degradandũ. Ibique Meroueus filius Chlotharii capitur; Laudericus in fugam verſus eſt nimia multitudine exercitus Chlotharii in eo prælio gladio trucidata eſt. Theodoricus victus Pariſios ingreditur, Theodobertus pacem cum Chlothario Compendio villa iniuit, & vterque exercitus eorum illæſus redit ad propria. Anno X. regni Theodorici Protadius inſtigante Brunichilde Theodorico iubente maior domus ſubſtituitur.

H

Cap. 27.

Cum eſſet nimium arguciſſimus & ſtrenuus in cunctis, ſed ſæua illi fuit contra perſonas iniquitas, fiſco nimium tribuens de rebus perſonarum, ingenioſe fiſcum vellens implere, & ſeipſum ditare. Quoſcunque genere nobiles totus humiliare conabatur, vt nullus reperiretur qui gradum quem adripuerat potuiſſet adſumere. His & aliis nimia ſagacitate vexatis maxime cunctos in regno Burgundiæ fecit ſibi inimicos. Cum Brunichildis nepotem ſuum Theodoricũ integra aſſiduitate moneret, vt contra Theodobertũ moueret exercitum dicẽs: quaſi Theodobertus nõ eſſet fi-

Theodobertus negatur eſſe regia ſtirpe.

A

lius Childeberti, niſi cuiuſdam hortulani. Et Protadius ipſi quoque conſilio adſiſtens, tandem iuſſu Theodorici mouetur exercitus. Quòd cum loco nomine Caracato Theodoricus cum exercitu caſtra metaſſe, hortabatur à Leudibus ſuis, vt cum Theodoberto pacem iniret. Protadius ſingulos hortabatur vt prælium committeretur Theodobertus nec procul cum exercitu exinde reſidebat. Tunc omnis exercitus Theodorici inuenta occaſione ſupra Protadium irruunt, dicentes, Melius eſſe vnum hominem mori, quam tantum exercitum in periculum mitti. Protadius in tentorio Theodorici regis cum Petro Archiatro ad tabulam ludens ſedebat, quem vndique cùm iam exercitus circundaſſet, & Theodoricum Leodes tenebant ne illuc graderetur, miſit Vncilenum, vt ſuæ iuſſionis verbum nuntiaret exercitui, vt ſe de inſidiis Protadii remouerent. Vncilenus protinus ad exercitum nuntians dixit, Sic iubet dominus Theodoricus, vt interficiatur Protadius. Irruentes ſuper eum in tentorio regis gladio vndique incidentes Protadium interficiunt. Theodoberto pacem iniuit, & illæſus vterque exercitus reuertitur ad proprias ſedes poſt cædem Protadii.

Protadius occiditur.

B

Cap. 28. Claudii affabilitas.

Anno xi. regni Theodorici ſubrogatur maior domus Docudius genere Romanus, homo prudens, iucundus in fabulis, ſtrenuus in cunctis, patientiæ deditus, plenitudine conſilii abundans, literarum ſtudiis eruditus, fide plenus; amicitiam cum omnibus ſectans, priora exempla metuens, lenem ſe & patientem huius gradus aſcenſus oſtendit. Sed hoc tantum impedimentum habebat, quod ſagina eſſet corporis adgrauatus. Anno xii. regni Theodorici Vncilænus qui ad mortem Protadii inſidioſe fuerat locutus inſtigante Brunichilde pede truncato de rebus expoliatus ad debilitatem perductus eſt.

Cap. 29. Vulfius necatur.

Vulfius patricius idemque Brunichilde inſtigante conſilio, qui in mortem Protadii conſenſerat, Fauriniaco villa iubente Theodorico occiditur; & in patriciatum eius Richomeris Romanus genere ſubrogatur. Eo anno natus eſt de concubina Theodorici filius nomine Meroueus, quem Chlotharius de ſancto lauacro ſuſcepit.

Cap. 30.

Eodem anno Theodoricus Atidium epiſcopum Lugdunenſem, Rogonem & Aeborinum comeſtabulum ad Bethericum regem Hiſpaniæ direxit, qui exinde Ermenbergā filiam eius Theodorico matrimonio ſociandam adducerent, Ibique datis ſacramentis, ne à Theodorico vnquam à regno degradaretur, ipſamque accipiunt, & Theodorico Cabillono præſentant, quam ille gaudens diligenter ſuſcepit. Eadem factione auiæ ſuæ Brunichildæ virileio cortum non cognouit. Inſtigantibus verbis Brunichildæ auiæ & Theudelindæ germanę efficitur odioſa. Poſt anni circulum Theodoricus Ermenbergam expoliatam à theſauris Hiſpaniam retranſmittit. Berhericus hæc indignans legationem ad Chlotharium direxit: legatus Chlotharii cum Betherici legato ad Theodobertum perrexit. Iterum Theodoberti legati cum Clothario & Betherico legatariis, ad Agonem regem Italiæ acceſſerunt, & vnanimiter hi quatuor reges cum exercitu vndique ſuper Theodoricum irruunt, vt regnum eius auferrent, & eum morte damnarent, eo quod tantum de ipſo reuerentia ducebant. Legatus vero Gothorum naui de Italia per mare Hiſpaniam reuertitur. Sed hoc conſilium diuino nutu non ſortitur effectum, quod cum Theodorico compertum fuiſſet, fortiſſime ab eodem deſpicitur.

C

Ermenberga Brunichildis aſtu marito priuatur amplexibus.

Cap. 31. Martyrium Deſiderii.

Eo anno Theodoricus conſilio Aridii epiſcopi Lugdunenſis perfidi vtens, & perſuaſionibus ſuæ Brunichildæ ſanctum Deſiderium de exilio egreſſum lapidare præcepit: ad cuius ſepulchrum miræ virtutes à die tranſitus ſui dominus integra aſſiduitate oſtendere dignatur, per quod credendum eſt per hoc malum geſtum regnum Theodorici filiis ſuis fuiſſe deſtructum.

D

Cap. 32. Betherico ſucceſſit Siſebutus.

Eo anno mortuo Betherico Siſebutus ſucceſſit in Hiſpaniæ regnum, vir ſapiens & per totam Hiſpaniam laudabilis, valde pietate plenus. Nam & aduerſus manum publicam dimicauit fortiter. Prouinciam Cantabriam Gothorum regno ſubegit, quam aliquando Franci poſſederant. Dux Francio nomine qui Cantabriam tempore Francorum rexerat, tributa Francorum regibus multo tempore impleuerat. Sed cum à parte imperii fuerat Cantabria reuocatus, à Gothis vt ſupra legitur præoccupatur, & plures ciuitates ab imperio Romano Siſebutus littore maris abſtulit, & vſque fundamentum deſtruxit. Cumque Romani ab exercitu Siſebuti trucidarentur, Siſebutus dicebat pietate plenus: Heu me miſerum, cuius tempore tanti ſanguinis humani effuſio fiat, cuicunque poterat occurrere de morte liberabat. Confirmatum eſt regnum Gothorum in Hiſpania per maris littora vſque montes Pireneos.

B

Cap. 34. De Agone rege & Theudilinda.

Ago rex Longobardorum accepit vxorem Grimoaldi & Gundoaldi Germanam, nomine Theodilindam ex genere Francorum quam Childebertus habuerat deſponſatam. Cum eam conſilio Brunichildæ Poſtpoſuit, Gundoaldus cum omnibus rebus ſecum germanam Theodilindam in Italiam tranſtulit, & in matrimoniū Agoni tradidit. Gundoaldus de gente nobili Longobardorum accepit vxorem, de qua duos filios accepit his nominibus, Gundobertum & Charibertum. Ago rex filius Autharii regis de Theudilinda habuit filium nomine Adoaldum, & filiam nomine Gundebergam. Dum Gundoaldus à Longobardis omnium diligeretur, factione Agonis regis & Theudilindæ, cum ipſam iam zelo tenerent, vbi ad ventrem purgandum in faldeone ſedebat, ſagitta ſaucius moritur.

F

Cap. 35. Belichildis contemnit Brunichildem, ancilla dominam.

Anno xvi. regni Theodorici, cum Theodobertus Belichildem habebat vxorem, quam Brunichildis à negotiatoribus mercata fuerat. Cum eſſet Belichildis vtilis & à cunctis Auſtraſiis vehementer diligeretur, ſimplicitate Theodoberti honeſti comportans nihil ſe minorem à Brunichilde eſſe cerneret, ſed ſæpius per legatos Brunichildem deſpiceret, dum ab ipſa increpabatur, quod ancilla Brunichildæ fuiſſet, tandē his & aliis verbis legatis diſcurrentibus ab inuicem vexarentur, placitum eſt incolecenſi & ſoxontenſi fieri, vt has duas reginas pro pace inter Theodoricum & Theodobertum coniungerent ad colloquium. Sed Belichildis conſilio Auſtraſiorum inibi venire diſtulit.

Cap. 36. Columbani mores & vita.

Anno xvii. regni Theodorici beatus Columbanus creuerat iam paſſim fama ciuitatis ſuæ in vniuerſas Gallias, & Germaniæ prouincias, eratque omnium rumore laudabilis, omnium cultu venerabilis, in tantum vt Theodoricus rex ad eum ſæpe Luxouium veniret, & orationum ſuarum ſuffragio omni cum humilitate poſceret. Ad quem ſæpiſſime cum veniret, cœpit vir Dei eum increpare, cur concubinarum adulteriis miſceretur, & non potius legitimi coniugii ſolaminibus frueretur, vt regalis proles ex honorabili regina procederet, & non potius ex lupanaribus videretur emergere. Cumque iam ad viri Dei imperium regis ſermo obtemperaret, & ſe ab omnibus illicitis ſegregare ſponderet, mentem Brunichildis auiæ ſecundam veteta & deteſtabilia antiquus anguis adiit, eamque contra virum Dei ſtimulatam ſuperbiæ aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodoricum obedire. Verebatur enim ne ſi abiectis concubinis reginam aulæ præficeret, dignitatis atque honoris ſui modum amputaret. Euenit ergo vt quadam die beatus Columbanus ad Brunichildem veniret (erat enim tunc apud Brucariacum villam) cumque illa eum in aula venire cerneret, filios Theodorici quos de adulterinis permixtionibus habebat ad virum Dei adducit: quos cum vidiſſet ſciſcitabatur quid ſibi vellent. Brunichildis ait, Regis ſunt filii, tu eos benedictione robora. Ait ille: Nequaquam, inquit, iſtos regalia ſuſceptura ſceptra ſciatis de lupanaribus emerſerunt. Illa furens paruulos abire iubet. Egrediens vir Dei regiam aulam, dum limitem tranſiliret, fragor ex terrore incuſſit, nec tamen miſerę fœminæ furorem compeſcuit: parat quidem inde inſidias moliri. Vicinis monaſterii per nuntios imperat vt nulli eorum extra monaſterii terminos iter pandatur, neque receptacula Monachis eius, vel cuilibet ſubſidia tribuantur. Cernens beatus Columbanus regios animos aduerſum ſe permotos, ad eos properat, vt ſuis monitis miſeræ pertinaciæ intantum frangat. Erant enim tunc temporis apud Spinſiam villam publicam, quo cum iam ſole occumbente veniſſet, regi nuntiant, virum Dei inibi eſſe, nec regis domibus intrare velle. Tūc Theodoricus: Melius eſſe virum Dei opportunis ſubſidiis honorare, quam dominum ex ſeruorum eius offenſa ad iracūdiā prouocare. Iubet ergo regio cultu opportune parare, Dei famulo dirigere. Itaque venerant, & iuxta imperium regis obla-

G

Columbanus adulterinos nō vult benedicere.

H

ta of-

A ei offerunt. Qui cum vidiſſet dapes & pocula cultu regio adminiſtrata, inquirit quid ſibi iſta vellent: dicunt illi; Tibi à Rege fuerunt directa. Abominatus ea ait: Scriptum eſt, Munera impiorum reprobat altiſſimus. Non enim dignum eſt vt famuli Dei muneribus eius polluantur, qui non ſolum ſuis, verumetiam aliorum habitaculis famulis Dei aditum denegat. His dictis vaſcula omnia in fruſta diſrupta ſunt, vinaque ac ſicera ſolo diffuſa, cæteraque ſeparatim diſperſa. Pauefacti miniſtri rei geſtæ caſum regi nunciant. Ille pauore perculſus cum aua diluculo ad virum Dei properat. Precantur de commiſſo veniam, ſe in poſterum emendare pollicentur. His pacatus promiſſionib. monaſterium redit, ſed polliciti vadimonii iurandum diu ſeruata violenter exercentur miſeriarum incrementa, ſolitaque à rege adulteria patrantur. Quo audito B. Columbanus literas ad eum obiurgationibus plenas direxit, comminaturque excommunicationem, ſi emendari dilatando non vellet. Ad

B hæc rurſum permota Brunichildis regis animum aduerſus Columbanum excitat, omnique conatu perturbare intendit, oratque proceres aulicos, optimates omnes vt regis animum contra virum Dei perturbent: epiſcopoſque ſollicitare adgreſſa, vt de eius religione detrahendo, & ſtatum regulæ quam ſuis cuſtodiendam Monachis indiderat macularent. Obtemperantes igitur aulici regis contra virum Dei perturbant, cogentes vt accederet, ac religionem probaret. Abactus itaque rex ad virum Luxouium venit, conqueſtuſque cum eo cur à comprouincialibus moribus diſceſſerit, & intra ſepta ſecretiora omnib. Chriſtianis aditus non pateret. B. itaq; Columbanus, vt erat audax, atq; animo vigens talibus obiicienti regi reſpondit, Se conſuetudinem non habere vt ſecularium hominum & religione alienis, famulorum Dei habitationis pandat introitum: ſed opportuna aptaq; loca ad hoc habitare parata, quo omniũ hoſpitum aduentus ſuſcipiatur. Ad hæc rex, Si inquit, largitatis noſtræ munera, & ſolum in his ſupplementum capere cupis, omnib. in locis omnium patebit introitus. Vir Dei reſpondit: Si quod nunc vſque ſub regalis diſciplinæ habenis conſtrictum fuit, violare conaris, nec tuis muneribus, nec quibuſcunq; ſubſidiis me fore à te ſuſtentatum. Et

C ſi hanc ob cauſam tu hoc in loco veniſti: vt ſeruorum Dei cœnobia deſtruas, & regularem diſciplinam macules, ſcito tuum regnum funditus ruiturum, & cum omni propagine regia periturum, quod poſtea rei probauit euentus. Iam etiam temerario conatu rex refectoriũ ingreſſus fuerat. His ergo territus dictis foras celer repedat. Duris poſt hæc vir Dei increpationibus à rege arguitur, contra quem Theodoricus ait: Martyrii coronã me tibi illaturum ſperas, non eſſe tantæ dementiæ vt hoc tantum patraret ſcelus, ſed potioris conſilii ſe agere vtilia patraturum, vt ab omnium ſecularium moribus diſcedat: qua venerit, ea via repedare ſtudeat. Aulici ſimul conſona voce vota prorumpunt, ſe habere in his locis non velle, qui omnibus non ſocietur. Ad hæc B. Columbanus ſe dicit de cœnobii ſeptis non egreſſurum, niſi violenter abſtrahatur. Diſceſſit ergo rex, relinquens virum quendam procerum, nomine Adulfum. Is ergo cum remanſiſſet, virum Dei à monaſterio pellit, & perductus Veſoncione oppido ad exulandum perducit, quoadusque ex eo regalis ſententia quod voluiſſet, decerneret. Poſt

D hæc vir Dei cernens, quod nullis cuſtodiis angeretur, à nulloq; moleſtiam ferret: videbant n. omnes in eo Dei virtutẽ flagrare, ideoq; omnes eius ab iniuriis ſegregabantur, ne ſocii culparum forent. Aſcendit ergo dominica die in verticem ardui cacuminis montis illius, ita enim ſitus vrbis habetur, cum domorũ denſitas in diffuſo latere proclini montis ſita ſit, prorumpens ardua in ſublimib. cacuminibus, qui vndiq; ei abſciſi fluminis, Dene alueo vallante nullatenus commeantibus viam pandit, ibiq; vſque ad mediam diem expectat, ſi aliquis iter ad monaſterium reuertendi prohibeat. Et cum nullus contrarius exiſteret, ipſe per mediam vrbem cum ſuis ad monaſterium regreditur. Quo audito Brunichildis ac Theodoricus, quod ſcilicet ab exilio reuertiſſet, atrocioribus iræ aculeis ſtimulantur, iubentes Bertharium comitem attentius perquirendum virum cum præſidio, ſimulque & Baudulfum quem ſuperius diximus deſtinarunt: quo cum veniſſent, B. Columbanum in eccleſia poſitum, pſallentiumque orationi deditum cum omni

E congregatione fratrum reperiunt, ſicque virum Dei alloquuntur: Precamur vt non tam regis, quam etiam noſtris obedias præceptis: greſſuſque eo itinere quo primum aduentaſti in locis. At ille, Non enim (inquit) reor, placere conditori ſimul natale ſolum ob Chriſti timorem relictum denuo repedare. Cumque nullatenus cerneret, ſibi virum Dei obedire, relictis quibuſdam Bertharius quibus ferox animus inerat, abſceſſit. Hi vero qui remanſerant, virum Dei hortantur vt illis miſereatur, quod tale opus patrandum infeliciter ſorerant relicti, eorumq; periculo conſuleret, qui ſi eum violenter non abſtraherent, mortis eos periculum incurrere. At ille ſe iam iam ſæpius teſtatum eſſe, niſi vi abſtraheretur, non diſceſſurum. Illi gemino vallati periculo, vndique vrgente formidine, pallium quo indutus erat attingunt: alii genibus prouoluti cum lachrymis precantur vt pro tanti ſceleris culpa illis ignoſceret, qui non ſuis deſideriis, ſed regis obtemperarent præceptis. Videns itaque vir

F Dei, periculum fore ſi ſuæ veritati ſatisfaceret, cum omni eiulatu atque mœrore egreditur, deputatis cuſtodibus, qui quo vſque ditionis ſuæ regno pelleretur, non eum relinquerant. Inter quos primus Ragumundus erat, qui eum Namnectis vſque perduxit. Sicque regno Theodooci expulſus, recta Hyberniam inſulam repedare diſpoſuit. Sed vt nulli penitus inter gradiendum ſit pontificium niſi permiſſu altiſſimi. Ipſe vero ſanctus Italiam expetens, monaſterium in loco nomine Bobio conſtruens, ſanctæ conuerſationis plenus dierum migrauit ad Chriſtum. *Columbanus monaſterium fundauit.*

Cap. 37

Anno duodecimo regni Theodorici cum Aleſationes vbi fuerat enutritus præcepto patris ſui Childeberti tenebat, ad Theobertum ritu barbaro peruaditur. Vnde placitum inter hos duos reges, vt Francorum iudicio finiretur, Saloiſſa caſtro inſtituunt. Ibique Theodoricus cum Scaritis vtrumque decem millia acceſſit. Theodobertus vero cum magno exercitu Auſtraſiorum inibi prælium volens committere aggreditur, quod cum vndique Theodoricus timore perterritus per pactionis vinculum Alſacios ad partem Theodoberti firmauit, & iam ſurgerent in ſe & Turenſes & Campanenſes, quod ſæpius repetebat, idamque amiſiſſe viſus eſt, regreſſus vterque ad ſedes proprias.

G His diebus & Alemanni in pagu Auenticenſi vltra Iuranum hoſtiliter ingreſſi ſunt, ipſumque pagum prædantes Abbelinus & Erpinus comites cum cæteris de ipſo pago comitibus cum exercitu pergunt obuiam Alemannis: vterque phalangæ ordines iungunt ad prælium. Alemanni Tranſiuranos ſuperant, plures tamen eorum trucidant, & proſternunt: maximam partem territorii Auenticenſis incendio concremant, plurimorum nimium hominum exindè in captiuitatem duxerunt: reuerſiq; cum præda pergũt ad propria. Theodoricus ob has iniurias deinceps integra aſſiduitate conſiliũ iniebat, quo pacto Theodobertũ poſſet opprimere. Et anno Belichildis à Theodoberto interficitur. Theodobertus puellam nomine Theudichildem accepit vxorem. Anno xv. Theodorici legationem ad Clotharium direxit, indicans ſe contra Theodobertũ eo quod frater ſuus eſſet, hoſtiliter velle aggredi, ſi Chlotharius in ſolatium Theodoberti non eſſet, ducatum Dentelini quem contra Theodobertũ caſſauerat, ſi Theodoricus Theodobertum ſuperaret, Chlotharius ſupermemoratum Dentelini ducatum in ſuam ditionem reciperet. Hac conuentione inter Theodoricum & Clotharium legatis intercurrentibus firmata, Theodoricus mouet exercitum. *Alemanni vaſtant.* *Bellichildis necatur.*

H Anno xvii. Theodorici regis Lingonas de vniuerſis regni ſui prouinciis menſe Maio exercitus adunatur, dirigenſq; per Andelaum Naſin caſtro cœpto Tullum ciuitatem perrexit. Ibique Theodobertus cum Auſtraſiorum exercitu obuiam pergens Tullenſem Campaniam, confligunt. Theodoricus ſuperat Theodobertũ, eiuſque exercitum proſternit. Cæſa eſt de exercitu eodem prælio ingens multitudo virorum fortium. Theodobertus terga vertens per territoriũ Metenſe veniens, tranſito Voſago Coloniam fugaciter peruenit. Theodoricus poſt tergum cum exercitu inſequens, beatus & Apoſtolicus vir Leonyſius Mogacenſis vrbis epiſcopus, diligens vtilitatem Theodorici, odiens ſtultitiam Theodoberti, ad Theodoricum veniens *Cap. 38.* *Theoderici pugna & Theodoberti.*

A dixit, Quod cœpiſti perficito: ſatis te vtiliter oportet huius rei cauſam expetere. Ruſtica fabula dicitur, quod cum Lupus aſcendiſſet in montem, & cum filii ſui iam venari cœpiſſent, eos ad ſe in monte vocat dicens, quam longe oculi veſtri in vnamquamque partem videre præualent, non habetis amicos niſi paucos, qui de veſtro genere ſunt: perficite igitur quod cœpiſtis. Theodoricus cum exercitu Ardennam tranſiens Tholbiacum peruenit. Theodobertus cum Saxonibus, Thuringis, & cæteris gentibus, quod eſt vltra Rhenum, vel vndique, potuerat adunare contra Theodoricum Tholbiam pertexit, ibique denuo commiſſum eſt prælium. Fertur à Francis cæteriſque gentibus ab antiquo tam nunquam fuiſſe prælium factum. Ibi enim tanta ſtrages ab vtroque exercitu facta eſt, vt phalanges in ingreſſu certaminis contra ſe prçliantes, cadauera virorum occiſorum vndique non haberent vbi inclinata iacerent, ſed ſtabant mortui inter cæterorum cadauera ſtricti quaſi viuentes. Sed domino præcedente iterum Theodoricus

B Theodobertum ſuperat, & à Tholbiaco vſque Coloniam exercitus Theodoberti gladio trucidatur. Per loca horum terræ cooperuit, ipſoque die Coloniam pertexit, omneſq; theſauros Theodoberti in ibi recepit. Dirigenſque Theodoricus vltra Rhenum poſt tergum Theodoberti Bertharium cubicularium, qui diligenter Theodobertum captum Bertharius Coloniam conſpectui Theodorici prçſentat, exhibitum veſte regali. Theodobertus expoliatur, equuſq; eius cum ferratura rei totumq; Berthario à Theodorico conceditur. Theodobertus vinctus Cabillono deſtinatur, filius eius nomine Merouaeus paruulus iuſſu Theodorici apprehenſus pede à quodam ad petram percutitur, cerebrum eius capite eruptum, amiſit ſpiritum. Chlotharius ducatum Dentelini, ſecundum conuentionem Theodorici, integrum ſuæ ditioni redigit. Ob quam rem Theodoricus cum iam toti Auſtriæ dominaretur, nimia indignatione commotus contra Chlotharium exercitum mouet. Anno xviii. regni ſui de Auſtria & Burgundia mouere prçcipit, legationem prius dirigens, vt ſe Chlotharius de iam dicto ducatu Dentelini omni modo remoueret, alioquin nouerit ſe exercitum Theodorici vndique in regnum

C Chlotharii impulſurum, quod verbum quemadmodum legati nuntiarant probauit euentus.

Theodobertus capitur.

Cap. 39. Theodoricus ventris profluuio moritur.

Ipſo quoque anno iam exercitus contra Chlotharium egrediebatur, cum Theodoricus Metis profluuio ventris moritur. Exercitus protinus redit ad proprias ſedes. Brunichildis cum filiis Theodorici quatuor, Sigoberdo, Corbo, & Merouaeo Metis reſidens, Sygoberdum in regno patris inſtituere nititur.

Cap. 40. Chlotharius Auſtriã ingreditur.

Chlotharius pactione Arnulfi & Pippini, vel cæteris proceribus Auſtriam ingreditur. Cumque Captonacum acceſſiſſet, & Brunichildis cum filiis Theodorici Varmaciç reſideret, legatos his nominibus Chadoindo & Erpione ad Chlotharium direxit, conteſtans ei, vt ſe de regno Theodorici Varmaciæ reſideret, legatus his nominibus Chadoindo & Erpione ad Chlotharium direxit, conteſtans ei vt ſe de regno Theodorici quod filiis reliquerat, remoueret. Chlotharius reſpondebat, & per ſuos legatos Brunichilde mandauit, iudicio Francorum Electorum, quicquid procedente domino à Francis inter eoſdem iudicabitur, pollicitum eſſe implere. Brunichildis Sygobertum ſeniorem

D filium Theodorici in Thoringiam direxit, cum quo Vuarnharium maiorem domus & Albœnum cum cæteris proceribus deſtinauit, vt gentes quæ vltra Rhenum ſunt attraheretent, qualiter Chlothario poſſent reſiſtere. Poſt tergum indiculum direxit, vt Alboinus cum cæteris Vuarnharium interficeret, eo quod ſe in regnum Chlotharii vellet transferre. quo indiculo relicto Alboinus diſruptum proiecit in terram, inuentus eſt à puero Vuarnharii: ſuper tabula cera linita denuo ſolidatur: quo indiculo relicto Vuarnharius cernens ſe vitæ periculum habere, deinceps cogitare cœpit, quo pacto filii Theodorici opprimerentur, & in regnum Chlotharius eligeretur, gentes quæ illic attractæ fuerant conſilio ſecreto de ſolatio Brunichildis & filiorum Theodorici procul fecit abeſſe: & inde regreſſi cum Brunichilde & filiis Theodorici Burgundias adpetût, miſſis per vniuerſam Auſtriã diſcurrentibus, exercitũ mouere

E nitebantur. Burgundiæ Barones vero tam Epiſcopi quam cçteri Leudes timẽtes Brunichildem, & odium in eam habentes, Vuarnharii conſilium inientes tractabant vt neque vnus ex filiis Theodorici euaderet, ſed eis omnibus oppreſſis, & Brunichildem delerent, & regnum Chlotharii expeterent, quod probauit euentus. Cumque iuſſu Brunichilde & Sygoberti filii Theodorici, exercitus de Burgundia & Auſtria contra Chlotharium egreditur, venienſque Sygobertus in Campaniam Catalaunenſem ſuper fluuium Coxoniam, ibique Chlotharius obuiam cum exercitu venit, multos iam de Auſtraſiis ſecum habens factione Vuarnharii maioris domus, ſicut iam olim tractauerat, conſentientibus Aletheo patritio, Roccone, Sigoaldo & Eudelane ducibus. Cumque in congreſſu certaminis debuiſſent cum exercitu confligere, priuſquam præliari cœpiſſent, ſigna dantes exercitus Sygoberti terga vertens redit ad proprias ſedes. Chlotharius paulatim vt conuenerat poſt tergum cum exercitu ſequens vſque Ararim Saogonnam fluuium

F peruenit. Captis filiis Theodorici tribus, Sygoberto, Corbo & Merouaeo, quem ipſe de fonte excepit. Childebertus fugaciter aſcendens ne vnquam poſtea fuit reuerſus. Auſtraſiorum exercitus redditur propriis ſedibus factione Vuarnharii maioris domus, cum reliquis maxime proceribus de regno Burgundiæ. Brunichildis ab Erpone comeſtabulo de pago vltra Iuranos ea villa vrbana cum Theudelane germana Theodorici producitur, & Chlothario in nouo vico ſuper Vincenna fluuio præſentatur. Sygobertus & Corbus filii Theodorici iuſſu Chlotharii interfecti ſunt. Merouaeus ſecretius iuſſu Chlotharii in Neuſtriam perducitur, eundem amplectens amore, quod ipſum de ſancto exceperat lauacro, in Gobodo Graffioni commendatur, vbi plures poſt annos vixit. Chlotharius cum Brunichildis ſuo conſpectui prçſentaretur, & odium contra ipſam nimiũ haberet, reputans ei quod x. reges Francorum per ipſam interfecti fuiſſent, id eſt, Sygobertus, Merouaeus, & genitor ſuus Chilpericus, Theodobertus & filius ſuus Chlotharius: item Merouaeus filius Chlotharii, Theodoricus, eiuſdemq; tres qui ad præſens extincti fuerant, per triduum eã diuerſis tormentis afflictam iubet prius camelo per omnẽ

G exercitum ſedentem perducere, poſt hæc comam capitis vno pede & brachio ad ferociſſimi equi caudã ligare, à quo calcibus & velocitate curſus membratim dirumpitur. Vuarnharius in regno Burgundiæ ſubſtituitur maior domus, ſacramento à Chlothario accepto, ne vnquam vitæ ſuæ temporibus degradaretur. In Auſtria idemq; hunc gradum honoris adſumpſit. Firmatum eſt omne regnum Francorum, ſicut à priore Chlothario dominatum fuerat, cum cunctis theſauris ditioni Chlotharii iunioris ſubiicitur, quod feliciter poſt xvi. annos tenuit, pacem habens cum omnibus gentibus vicinis. Iſte Chlotharius patientiæ deditus, literis eruditus, timens Deum, Eccleſiarum & ſacerdotum magnus munerator, pauperibus eleemoſynam tribuens, benignum ſe omnibus & pietate plenum oſtendens: venatione ferarum nimia aſſiduitate vtens, & poſtremum mulierum & puellarum ſuggeſtionibus nimium annuens, ob hoc quidem blaſphematur à Leudibus. Cum anno xxx. regni ſui Burgundiam & Auſtriæ regnum arripuiſſet, Herponem ducem genere Francum loco Eudelani

H in pago vltra Iuranos inſtituit, qui dum pacem in ipſo pago vehementer arripuiſſet, ſectari malorum nugacitatem, premens ab ipſis pagenſibus inſtigante parte aduerſa conſilio Alethei patritii & Leudemundi Epiſcopi, & Herponis comitis per rebellionis audaciam interficitur. Chlotharius cum in Alſatia villam Autolegiam cognomento cum Bertrude regina acceſſerat, pacem ſectatus multos iniqua agentes gladio trucidat.

Brunichildis x. reges occidit, equi calcibus diſcerpitur.

Chlotharii probitas.

Cap. 41. De conſilio proditionis filii Theodorici.

Cap. 44.

Leudemundus quidem Epiſcopus Sidonenſis ad Bertrudem reginam veniens, conſilio Alethei patritii ſecretius verba ignominioſa dixit, quod Chlotharius eodem anno omnino migraret de ſæculo, vt theſauros quantum poterat ſecretiſſime ad Sidonis ſuam ciuitatẽ transferret, eo quod eſſet locus tutiſſimus, Aletheus eſſet paratus, ſuam relinquens vxorem, Bertrudem reginam accipere, eo quod eſſet regio genere de Burgundionibus, ipſe ſub Chlothario poſſit regnũ adſumere. Regina Berthrudis cũ hæc audiſſet,

A

Leudemundus epiſc. ob prognoſtica periclitatur.

veritate ne veritas ſubſiſteret, in lachrymas prorumpens abiit in cubiculum. Leudemundus cernens ſe huiuſcemodi verbis habere periculum, fugaciter per noctem Sedunos pertexit: exinde latente fuga Luxouium ad domum Auſtaſii Abbatis peruenit. Poſt hæc ab ipſo Abbate cum domino Chlothario his culpis excuſatur, ad ſuam reuerſus eſt ciuitatem. Chlotharius Maſſolaco villa cum proceribus reſidens, Aletheum ad ſe venire præcepit. Huius conſilio iniquiſſimo comperto, gladio trucidare iuſſit. Anno XXXIV. regni Chlotharii Vuarnharium maioré domus cum vniuerſis pontificibus Burgundię Faronis Bonogelo villa ad ſe venire præcepit, ibique cunctis illorum iuſtis petitionibus annuens, præceptionibus roborat.

Cap. 45.

Longobardorum gens quemadmodum tributa XII millia ſolidorum ditioni Francorum annis ſingulis diſſoluebant, referam, vel quo ordine duas ciuitates, Auguſtam & Siuſium cum territoriis à parte Fracorum caſſauerant, non abſcondam. Defuncto Cleopiſo principe, duces Longobardorum XII. annos ſine regibus tranſegerunt. Ipſoque tempore, ſicut ſupra ſcriptum legitur, per loca in regnum Francorum prorumperunt, pro ea præſumptione in compoſitione Auguſtam & Siuſium ciuitates cum integro illorum territorio & populo partibus Gunthchramni tradiderunt. Poſt hæc legationem ad Mauritium Imperatorem dirigunt: hi duodecim duces, ſingulos legatarios deſtinant, pacem & patrocinium Imperii petentes: iidemque & alios legatarios XII. ad Gunthchramnum & Childebertum deſtinant, vt patrocinium & defenſioné Francorum habentes XII. millia ſolidorum annis ſingulis his duobus regibus in tributa implerent, vallem cognomento Ametigis partibus Gunthchramni cedentes, his legatis vbi plus congruebat patrocinium ſibi firmarent. Poſt hæc integra deuotione patrocinium eligunt Francorum. Nec mora, poſt permulum Gunthchramni & Childeberti cum Chlothario, ducem ſuper ſe Longobardi ſublimant in regno. Alius Autharius, idemque dux cum integro ſuo ducatu ſeditioni tradidit Imperii, ibique permanſit: & Autharius rex tributa quæ Longobardi ad partem Francorum ſpoponderant annis ſingulis reddidit. Poſt eius diſceſſum filius eius Ago in regnum ſublimatus, ſimiliter impleſſe, dignoſcitur. Anno XXXV. regni Chlotharii legati tres nobiles ex gente Longobardorum, Agiulfus, Pompeius & Gutto ab Agone rege ad Chlotharium regem deſtinantur, petentes vt illa XII. millia ſolidorum, quæ annis ſingulis Francorum ærarus diſſoluebant, deberent caſſari, exhibentes ingenioſe ſecretius tria millia ſolidos, ex quibus Vuarnharius mille, Gundolandus mille, & Hunus mille acceperunt: Chlothario vero triginta ſex millia ſolidorum in ſimul exhibebant. Quare conſilio ſupra ſcriptorum qui occulte muneribus donati fuerant, Chlotharius ipſa tributa à parte Longobardorum caſſauit, & amicitiam perpetuam cum Longobardis ſacramentis & pactis firmauit.

C

Tributa Longobardis laxantur.

Cap. 46. Berethrudis obiit.

Anno XXX. regni Chlotharii Berethrudis regina moritur, quam vnico amore dilexerat Chlotharius, & omnes Leudes bonitatem eius cernentes vehementer amauerant.

Cap. 47. Dagobertus.

Anno XXXVIII. regni Chlotharii Dagobertum filium ſuum conſortem regni facit, eumque per Auſtraſios regem inſtituit, retinens ſibi quod Ardenna & Voſagus verſus Neuſtriam & Burgundiam excludebant.

Cap. 48. Samonis regnum incipit.

D

Anno XL. regni Chlotharii homo quidam nomine Samo natione Francus, de pago Sennonagago plures ſecum negotiantes adduxit, exercendum negotium in Sclauos cognomento Vuinidos perrexit. Sclaui iam contra Auaros cognomento Hunos, & regem eorum Gaganum cœperant rebellare. Vuinidi, Befulci, Huni fuerant iam antiquitus, vt cum Huni ab exercitu contra gentem quamlibet aggrediebantur, Huni pro caſtris adunatum illorum exercitum ſtabant, Vuinidi vero pugnabant: ſi ad inuicem præualebant, ſin autem Vuinidi ſuperabantur, Hunorum auxilio fulti vires reſumebant. Ideo Befulci vocabantur ab Hunis, eo quod duplici in congreſſione certamine vtebantur. Huni hyemandum annis ſingulis in Sclauos veniebant: vxores Sclauorum & filias eorum ſtrata ſumebant, tributa ſuper alias oppreſſiones Sclaui Hunis ſoluebant.

Filii Hunorum quos in vxores & filias generauerant, tandem non ſufferentes malitiam ferre, & oppreſſione Hunorum dominationem negantes, vt ſupra memini, cœperant rebellare. Cùm cum exercitu Vuinidi contra Hunos fuiſſent progreſſi, Samo negotians, de quo memoraui ſuperius, cum ipſis in exercitu perrexit: ibique tanta eius fuerat vtilitas, vt de Hunis tanta multitudo gladio Vuinidorum trucidaretur. Vuinidi cernentes vtilitatem Samonis eum ſuper ſe eligunt regem, vbi XXXV. annos regnauit fœliciter: plura prælia contra Hunos ſuos regimine Vuinidi geſſerũt. Suo conſilio & vtilitate Vuinidi ſemper ſuperarunt. Samo XII. vxores ex genere Vuinidorum habebat, de quibus XXII. filios & XV. filias habuit.

E

Cap. 49. Adaloaldus Euſebii ſuaſu proceres cædit.

Ipſoque anno XL. Chlotarii Adaloaldus rex Longobardorum filius Agonis regis cum patri ſuo ſucceſſiſſet in regno, legatum Mauritii Imperatoris nomine Euſebium ingenioſe ad ſe venientem benigne ſuſcepit, inunctus in balneo neſcio quibus vnguentis ab ipſo Euſebio perſuadebatur: & poſt hanc vnctioné nec quidquam aliud, niſi quod ab Euſebio hortabatur, facere poterat. Perſuaſus ab ipſo vt primates & nobiliores cunctos in regno Longobardorum interficere ordinaret: illis extinctis ſe cum omni gente Longobardorum Imperio Mauritii traderet. Qui cum iam XII. ex eis nullis culpis extantibus gladio trucidaſſet, reliqui cernentes eorum eſſe vitæ periculum.

F

Cap. 50.

Charoaldum ducem Taurienſem qui germanam Adaloaldi habebat vxorem nomine Gundebergam, omnes ſeniores & nobiliſſimi Longobardorum conſpirantes conſilio in regnum eligunt ſublimandum. Adaloaldus veneno infectus moritur. Charoaldus ſtatim regnum arripuit. Taſo vnus ex ducibus Longobardorum cum teneret Toſcicanã prouinciam ſuperbia elatus aduerſus Charoaldum regem cœperat rebellare.

Adaloaldus veneno periit.

Cap. 51.

Gundeberga regina cum eſſet pulchra aſpectu, benigna in cunctis, & pietate pleniſſima Chriſtiana eleemoſynis larga præcellente bonitate eius diligebatur à cunctis. Homo quidam nomine Adalulfus ex genere Longobardorum, cũ in aula palatii aſſidue ad obſequium regis conuerſaretur, quadam vice ad reginam veniens, cum in eius ſtaret conſpectu, Gundeberga eum ſicut & cæteros diligens, dixit, Honeſta ſtatura Adalulfum fuiſſe formatum. Ille hæc audiens ad Gundebergam ſecretius ait. Formam ſtaturæ meæ laudare dignata es, ſtratui tuo iube me ſubiungere. Illa fortiter denegans, eumque deſpiciens in faciem exputens. Adalulfus cernens ſe vitæ periculum habere, ad Charoaldum regem protinus cucurrit, petens vt quod ſecretius ad ſuggerendum habebat exponeret. Loco accepto dixit ad regem: Domina mea regina tua Gundeberga apud Taſoné ducem ſecretius tribus diebus locuta eſt, vt te veneno interficeret, ipſum ſibi coniugatum ſublimaret in regnum. Charoaldus rex his mendaciis auditis credens, Gundebergam in Camello caſtro in turrem exilio trudit. Chlotharius legatos dirigens ad Charoaldum regem, inquirens qua de re Gundebergam reginam parentem Francorum humiliaſſet: Charoaldus his verbis mendacibus quaſi veritas ſubeſſet reſpondit. Tunc vnus ex legatariis nomine Anſoaldus, non quaſi iniunctum habuiſſet, ſed ex ſe ad Charoaldum dixit, Liberare poteras de blaſphemia hac cauſam: iube illum hominem qui huiuſcemodi verba tibi nuntiauit, armari, & procedat alius de parte reginæ Gundebergæ, quique armatus ad ſingulare certamen iudicio Dei his duobus confligentibus cognoſcetur verum, huius culpæ reputatione ſit ne Gundeberga innoxia, an fortaſſe culpabilis. Cũque hæc Charoaldo regi & omnibus primatibus Palatii ſui placuiſſent, iubet Adalulfum armatum conflictum adire certamen, & de parte Gundebergæ procurantibus conſobrinis Gundebergæ, Charibertus, homo nomine Pitto cõtra Adalulfum armatus egreditur. Cumque confligerent certamine Adalulfus à Pittone interficitur. Gundeberga ſtatim de exilio poſt annos tres regreſſa ſublimatur in regnum.

G

Gundeberga regina falſo veneni accuſatur.

H

Ouellam.

Cap. 52.

Anno XLI. Chlotharii regis, cum Dagobertus iam vtiliter regnaret in Auſtria, quidam ex proceribus de gente nobili Auglolfinga, nomine Rodoaldus, in offenſam Dagoberti cadens, inſtigantibus beatiſſimo viro atque pontifice Arnulfo & Pippino maiore domus, ſeu & cæteris prioribus

A

ſoblimaris in Auſtria, eo quod eſſet ipſe Rodoaldus rebus plurimis ditatus. cæterum facultatis cupidos peruaſor, ſuperbiæ deditus, elatione plenus, nec quicquam boni in ipſo reperiebatur. Cumq; Dagobertus ipſum vellet pro ſuis facinoribus interficere, Rodoaldus ad Chlotharium terga vertit, vt ſuam cum filio vitam obtinere dignaretur. Chlotharius cum Dagobertum vidiſſet. inter cæteras collocutiones Rodoaldo vitam precatur. Dagobertus promittens, ſi id quod male geſſerat emendaret, Rodoaldus vitæ periculum non haberet: ſed nulla extante mora cum Rodoaldus cum Dagoberto reuerſus acceſſiſſet, iuſſu Dagoberti interfectus eſt: quem Bertharius homo Scarpionenſis euaginato gladio ad oſtium cubiculi capite truncauit.

Rodoaldus occiditur.

Cap. 53.

Anno XLII. regni Chlotharii Dabobertus cultu regio, ex iuſſu patris honeſte cum Leudibus, de Piato procul Pariſios venit, ibiq; germanam Sichildæ reginæ nomine Gomatrudem in coniugium accipit. Tranſactis nuptiis die tertia inter Chlotharium & Dagobertum filium ſuum grauis orta fuit contentio. Petebat enim Dagobertus vt cuncta quæ ad regnum Auſtraſiorum pertinebant, ſuæ ditioni vellet tribuere: quod Chlotharius vehementer denegabat eidem, ex hoc nihil velle concedere, electis ab his duobus regibus XII. Francorum proceribus vt eorum diſceptatione hæc finiretur contentio: inter quos & domnus Arnulfus pontifex Metenſis cum reliquis Epiſcopis eligitur, qui benigniſſime, vt ſua erat ſanctitas, inter patrem & filium pro pacis loquebatur concordia. Tandem à pontificibus vel ſapientiſſimis viris proceribus pater pacificatur cum filio, reddenſque ei ſolidatum quod aſpexerat ad regnum Auſtraſiorum, hoc tantum exinde quod citra Ligerem vel in Prouinciæ partibus ſitum erat, ſuæ ditioni retinuit.

B

Chlotharius & Dagobertus filius diſceptant.

Cap. 54.

Anno XL. regni Chlotharii Vuarnharius maiordomus moritur: filius Godinus animo leuitatis imbutus nouercam ſuam Bertanem eo anno accepit vxorem: vnde Chlotharius rex aduerſus eum nimio furore permotus, iubet Arnebertum ducem qui Godini germanam vxorem habebat, eum cũ exercitu interficere. Godinus cernens ſuæ vitæ periculum terga vertens cum vxore ad Dagobertum regem perrexit in Auſtriam & in Eccleſia ſancti Apri regio timore perterritus fecit confugium. Dagobertus per legatos pro eius vita ſæpius Chlotharium regem deprecabatur: tandem à Chlothario promittitur Godini vita conceſſa, tamen vt Bertanem quam contra Canonum inſtituta vxorem acceperat, relinqueret. Cumque ipſe reliquiſſet, & reuerſus eſſet in regnum Burgundiæ, Bertane continuo ad Chlothariũ perrexit, dicens: Si Godinus conſpectui Chlotharii præſentatur, quod ipſum regẽ vellet interficere: Godinus iuſſu Chlotharii præcipua loca ſanctorum domni Medardi Sueſſionas, & domni Dionyſii Pariſios ea præuentione ſacramenta daturus adduceretur, vt ſemper deberet Chlothario eſſe fidelis, vt congrue locus eſſet repertus, quo pacto à ſuis interficeretur. Chramnulfus vnus ex proceribus, & Vualdebertus domeſticus dicentes ad Godinum, vt Aurelianis in Eccleſia ſancti Auiani, & Turonis ad limina ſancti Martini ipſum ſacramentum adhuc impleturus adiret. Quod cum in ſuburbano Carnotis Chramnulfo indicante & tranſmittente hora prandii in quandam villulam veniſſet, ibique Chramnulfus & Vualdibertus ſuper ipſos cum exercitu irruunt, eumque interficiunt: & eorum qui cum ipſo adhuc reſtiterant quoſdam interfecerunt, aliosque expoliatos in fugam vertentes relinquunt. Eo anno Palladius eius filius & Sedatius Epiſcopus Tholoſanus incuſante Aiginane duce, quod rebellionis Vuaſconorum fuiſſent conſcii, exilio retruduntur. Boſo filius Audelani de pago Stampinenſi iuſſu Chlotharii ab Arneberto duce interficitur, reputans ei ſtuprum cum Sighildi regina. Eo anno Chlotharius cum proceribus & Leudibus Burgundiæ Trecaſinis coniungitur, cum eos ſollicitaſſet, ſi vellent mortuo iam Vuarnhario alium in eius honoris gradum ſublimare. Sed omnes vnanimiter denegantes, ſe nequaquam velle maiorem domus eligere, regis gratiam obnixe petentes cum rege tranſigere.

Godinus nouercam duxit.

C

Godinus.

D

Cap. 55.

Anno XXXV. regni Clotharii, cum pontifices & vniuerſi proceres regni ſui tam de Auſtria quam de Burgundia Clypiacum ad Chlotharium pro vtilitate regia & ſalute patriæ conueniſſent, ibiq; homo nomine Ermenharius, qui gubernator Palatii Chariberti filii Chlotharii erat, à pueris Æginanis genere Saxonum optimatibus interficeretur, pene fuerat exinde nimia multorum ſtrages ſecuta, niſi præſentia Chlotharii interueniente ſimul & hæc curante fuiſſet depreſſum. Aegyna iubente Chlothario in monte Mercurii reſedit, pluſimam ſecum habens hominum multitudinem pugnatorũ: Produlfus auunculus Chariberti, exercitum vndique colligens, ſuper ipſum Charibertum volebat irruere. Chlotharius Burgundiæ barones ſpecialius iubet vt cuius pars ſuum volebat deſugere iudicium, eorum inſtantia & viribus opprimeretur ex pactione atque iuſſione regia pacantur. Anno XLV. regni ſui Chlotharius moritur, & in ſuburbano Pariſius in Eccleſia ſancti Vincentii ſepelitur. Dagobertus cernens genitorem ſuum fuiſſe defunctum, vniuerſos Leudes quos regebat in Auſtria iubet in exercitu promouere: miſſos in Burgundiam & Auſtriam direxit vt ſuum deberent regimen eligere. Cumque Remos veniſſet, Sueſſionas peraccedens, omnes pontifices & Leudes de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur. Sed & Auſtraſii pontifices & proceres plurima pars regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe. Charibertus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet regnum adſumere, ſed eius voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectum. Produlfus volens nepotem ſtabilire in regnum aduerſus Dagobertum muſcipulare cœperat: ſed huius rei viciſſitudinem probauit euentus. Cum regnum Chlotharii tam Neptrico quam Burgundiæ à Dagoberto fuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſuæ ditioni redactis, tandem miſericordia motus, conſilio ſapientium vſus, citra Ligerem & limitem Hiſpaniæ, qui ponitur partibus Vuaſconicæ, ſeu & montes Pyrenæos pagos & ciuitates, quod fratri ſuo Chariberto ad tranſigendum ad inſtar priuato habitu ad viuendum potuiſſet ſufficere, conceſſiſſe Pagum Tholoſanum, Chatorcinum, Aganenſem, Petrocoreum, & Santonicum, vel quod ab his verſus montes Pyrenæos excluditur, hoc tantum Chariberto regendum conceſſit, quod & per pactionis vinculum ſtrinxit, vt amplius Charibertus nullo tempore aduerſus Dagobertum de regno patris repetere præſumeret. Charibertus ſedem Tholoſæ eligens regnat in parte prouinciæ Aquitaniæ. Poſt annos tres, poſtquam regnare cœpiſſet, totam Vuaſconiam cum exercitu ſuperatam ſuæ ditioni redigit, aliquantulum largius regni ſui ſpatium fecit.

E

Ermenharius necatur.

Cap. 56. Chlotharius moritur.

F

Cap. 57.

Dagobertus fratri partem dat.

G

Cap. 58. Dagoberti æquanimitas.

Dagobertus cum iam anno VII. regnaret maximam patris partem, regnum vt ſupra memini Burgundiæ ingreditur. Tanto timore pontifices proceres in regno Burgundiæ conſiſtentes, ſeu & cæteros Leudes aduentus Dagoberti concuſſerat, vt à cunctis eſſet admirandum: pauperibus iuſtitiam habentibus gaudium vehementer irrogauerat. Cumque Lingonas ciuitatem veniſſet, tanta in vniuerſis Leudibus ſuis, tam ſublimibus quam pauperibus iudicabat iuſtitia, vt crederetur omnino fuiſſe Deo placibile, vbi nullum intercedebat præmium, nec perſonarum acceptio, niſi ſola dominabatur iuſtitia, quam diligebat altiſſimus. Deinde aggreſſus Diuiona, ſinoque & Latona reſidens aliquantis diebus, tanta intenſione ad vniuerſum regni ſui populum iuſtitiam iudicandi poſuerat. Huius benignitatis deſiderio plenus nec ſomnum capiebat oculis, nec cibis ſatiabatur, intentiſſime cogitans, vt omnes cum iuſtitia recepta de conſpectu ſuo læti remearent. Eodem die quo Badona ad Cabillonum deliberare properant, priuſquam luceſceret balneum ingrediens Brunulfum auunculum fratri Chariberti interficere iuſſit, qui ab Amalgario, & Arneperto ducibus & Vuillibaldo patricio interfectus eſt, eumque Cabillono vbi iuſtitiæ amore quæ cœperat perficiendo Dagobertus dirigit intentus. Poſt per Auguſtodunũ Anchiſioderum pergens per ciuitatẽ Senonas Pariſios venit, ibiq; Gomatrudem reginam Romilaco villa, vbi ipſam in matrimonium acceperat relinquens, Nanthildẽ, vnam ex puellis de monaſterio accipiens reginam ſublimauit. Vſq; eodem tempore ab initio quo regnare cœperat conſilio primitus beatiſſimi Arnulphi Metenſis vrbis pontificis, & Pippini maioris domus vſus, tanta proſperitate regale regimen in Auſtria regebat, vt à cunctis gẽtibus immenſo ordine lau-

H

Brunulfus interimitur.

Monialis in reginam aſſumitur.

dem

A

dem haberet. Timore vero ſic forti ſua concuſſerat vtilitas, vt iam deuotione arriperet ſuæ ſe tradere ditioni, vt etiam gentes quæ circa limitem Auarorum & Sclauorum conſiſtunt, eum prompte expeterent, vt ille poſt tergum eorum iret feliciter, & Auaros & Sclauos cæteraſque gentium nationes vſque manum publicam ſuæ ditioni ſubiiciendos fiducialiter ſpondebat. Poſt diſceſſum beati Arnulfi adhuc conſilio Pippini maioris domus, & Chuniberti pontificis vrbis Coloniæ vſus, & ab ipſo fortiter admonitus tantæ proſperitatis & iuſtitiæ amore complexus vniuerſas ſibi ſubditas gentes vſque Parilius vt ſupra meminit, peruenit, regebat, vt nullus de Francorum regibus præcedentib. ſua laude fuiſſet præcellentior.

Cap. 59.

Anno IX. regni ſui cum Auſtriam regio cultu circuiret, quandam puellam nomine Ragintrudam ſtrato adſciuit ſuo, de qua eo anno habuit filium nomine Sygobertum. Reuertens in Neptricum, ſedem patris ſui Chlotharii deligens aſſidue reſidere diſponens. Cum omnis iuſtitiæ quã prius dilexerat eſſet oblitus, cupiditatis inſtinctu ſuper rebus Eccleſiarum & Leudibus ſagaci deſiderio vellet omnibus vndiq; ſpoliis nouos implere theſauros. Luxuriæ ſupra modum deditus tres habebat ad inſtar maximę reginas, & plurimas concubinas. Reginæ vero hæ erant, Nanthildis, Vulfigundis, & Berthildis. Nomina concubinarũ eo quod plures fuiſſent, piguit huic Chronicæ inſeri. Quod cum auerſum plurimum fuiſſet cor eius, ſicut ſupra meminimus, & à Deo cogitatio eius receſſiſſet, tamen poſtea atque vtinam ille mercedis veræ ſtudio fuiſſet: nam eleemoſynam pauperibus ſupra modum largiter erogabat. Si huius rei ſagacitas cupiditatis inſtinctu non præpediſſet, regnum meruiſſet æternum.

Dagobert. luxuria.

B

Cum Leudes ſui eius nequitiam gemerent: hæc cernens Pippinus, cum eſſet cautior cunctis, conſilio valde pleniſſimus, fide ab omnibus dilectus pro iuſtitiæ amore qua Dagobertum conſilio inſtruxerat, dum ſuo vſus fuerat conſilio, ſibi tamen nequicquam oblitus iuſtitiæ, neq; recedens à via bonitatis, cum ad Dagobertum accederet, prudenter agebat in cunctis, & cautum ſe in omnibus oſtendebat: zelum Auſtraſiorum aduerſus eundem vehementer ſuggerebat, vt etiam ipſum cum Dagoberto conarentur facere odioſum, vt potius interficeretur. Sed iuſtitiæ amor & Dei timor, quem diligenter amplexus fuerat, ipſum liberauit à malis. Ipſe vero eo anno cum Sigoberto filio Dagoberti ad Aharibertum regem acceſſit.

Cap. 60. Pippinus prudẽs.

C

Cap. 61.

Charibertus Aurelianos veniens, Sygobertum de ſancto lauacro excepit. Æga vero ac cæteri Auſtraſii conſilio Dagoberti erant ad inſidias. Eo anno legati Dagoberti, quos ad Heraclium Imperatorem direxerat, his nominibus Seruatius & Paternus ad eundem reuertuntur, nunciantes pacem perpetuam eum Heraclio firmaſſe. acta vero miraculi quæ ab Heraclio facta ſunt non prætermittam.

Pax cum Heraclio.

Cap. 62.

Heraclius cum eſſet patricius, vniuerſas Africæ prouincias, Focas qui tyrannico ordine Mauritium Imperatorem interfecerat, Imperiumq; rapuerat, nequiſſime regeret, & modum amentiæ theſauros in mare proiiceret, dicens quod Neptuno munera daret: Senatores cernentes quod vellet Imperium per ſtultitiam deſtruere, factione Heraclii Focatem adprehenſum ſenatus manibus & pedibus truncatis lapide ad collum ligato in mare proiiciunt. Heraclius conſenſu ſenatus in Imperium ſublimatur, cum infeſtatione Perſarum Imperium temporibus Mauritii, & Focatis Imperatorum, multæque prouinciæ fuiſſent vaſtatæ.

Focas detruncatus mergitur.

Cap. 63. Heraclii expeditiones.

D

More ſolito denuo contra Heraclium Imperatorem Perſæ cum exercitu ſurgentes Chalcidonam ciuitatem nec procul à Conſtantinopoli vaſtantes Perſæ prouinciæ reipub. peruenisſent, eamque erumpentes incendio concremauerunt. Poſt hæc Conſtantinopoli ſedi Imperii propinquantes deſtruere conabantur. Egrediens cum exercitu Heraclius obuiam legatis diſcurrentibus, Heraclius Imperatorem Perſarum petiit nomine Coſdroem, vt hi duo Imperatores ſingulari certamine coniungerentur, ſuſpenſa procul vtriuſque exercitus multitudine, cui victoria præſtaretur ab altiſſimo, is Imperium victi & populum illæſum reperiret. Imperator Perſarum hac conuenientia ſe egreſſurum ad prælium ſingularis certaminis ſpopondit.

E

Heraclius Imperator arma ſumens telam prælii & phalangis ſuis poſt tergum præparatam relinquens, ſingulari certamine, vt nouus Dauid, procedit ad bellum. Imperator Perſarum Coſdroes patricium quendam ex ſuis, quem fortiſſimum in prælio cernere potuerat, huius conuenientiæ ad inſtar pro ſe contra Heraclium ad præliandum direxit. Cumque vterque cum equis hi duo congreſſione prælii in inuicem propinquarent, Heraclius ait ad patricium, quem Imperatorem Perſarum Coſdroem æſtimabat, dixit: Sic conuenerat vt ſingulare certamen præliandum poſſimus confligere, quare poſt tergum tuum alii ſequuntur? Patricius ille girans caput, vt conſpiceret qui poſt tergum eius venirent, Heraclius equum calcaneo vehementer vrgens, extrahens gladium caput patritii Perſarum truncauit, Coſdroes imperator cum Perſis deuictus & confuſus, terga vertens à ſuis propriis tyrannico ordine interficitur. Perſæ terga vertentes ad ſedes remeant proprias. Heraclius euectus nauali cum exercitu Perſas ingreditur, totamque Perſidem ſuæ ditioni redigit, captis exinde multis theſauris, & Vvaltiarum tribus annis circiter Perſida vaſtata eius ditioni ſubiicitur. Poſt hæc denuo Perſas Imperator ſuperat.

F

Heraclius Imperator erat ſpecioſus conſpectu, pulchra facie, ſtatu, forma, digna menſura, fortiſſimus cæteris, pugnator egregius. Nam & ſæpe Leones in arena, & inermis plures ſolus interfecit. Cum eſſet literis nimium eruditus, Aſtrologus efficitur, per quod cernens à circumciſis gentibus diuino nutu Imperium eſſe vaſtandum, ad Dagobertum regem Francorum dirigens, petit vt omnes Iudæos regni ſui ad fidem Catholicam baptizandos præciperet. Quod protinus Dagobertus impleuit. Heraclius per omnes prouincias Imperii tale idemque facere decreuit: ignorabat enim vnde hæc calamitas contra Imperium ſurrectura eſſet. Agareni, qui & Sarraceni, ſicut Oroſii liber teſtatur, gens circumciſa à latere montis Caucaſi, ſuper mare Caſpium terram Ercolinæ cognomento iam olim conceſſerãt, in nimia multitudine creuerant: tandem arma ſumentes prouincias Heraclii Imperatoris ad vaſtandum irruunt, contra quos Heraclius milites ad reſiſtendum direxit. Cũq; præliari cœpiſſent, Sarraceni milites ſuperant, eoſq; gladio grauiter trucidant. Fertur in eo prælio CL. millia militum à Sarracenis fuiſſe interfecta: ſpolia eorum Sarraceni per legatos Heraclio recipienda offerunt. Heraclius cupiens ſuper Sarracenos vindictam, nihil ab his recipere voluit. Congregata vndique per vniuerſas prouincias omnia multitudine militum, tranſmittens Heraclius legationem ad portas Caſpias, quas Alexander Magnus Macedo ſuper mare Caſpium æneas fieri & ſerare iuſſerat, propter inundationem gentium ſæuiſſimarum quæ vltra montem Caucaſi culminis habitabant, eaſdem portas Heraclius aperire præcepit: indeque CL. millia pugnatorum auro locatorum auxilio ſuo contra Sarracenos ad præliandum mittit. Sarraceni duos habentes principes, CC. ferè millia erant. Cumque caſtra nec procul inter ſe exercitus vterque poſuiſſent, ita vt in craſtinum bellum inirent confligentes, eadem nocte gladio Dei Heraclii exercitus percutitur. In caſtris LII. millia ex militibus Heraclii in ſtratu mortui ſunt: Cumq; in craſtino deberent ad prælium egredi, cernentes ſui exercitus milites partem maximam, diuino iudicio interfectam, aduerſus Sarracenos nec auſi ſunt inire prælium. Regreſſus omnis exercitus Heraclii ad proprias ſedes, Sarraceni more quo cœperant prouincias Heraclii Imperatoris aſſidue vaſtare pergebant. Cum iam Hieroſolymam propinquaſſent, Heraclius videns quod eorum violentiæ non potuiſſet reſiſtere, nimis amaritudine mœrore adreptus infœlix Eutichianam hæreſim iam ſectans, Chriſti cultum iam relinquens, habens vxorem filiam ſororis ſuæ, à febre vexatus crudeliter vitam finiuit. In cuius ſucceſſit Imperii gradum Conſtantinus filius eius, cuius tempore reſpublica à Sarracenis nimium vaſtatur.

Cap. 64. Heraclius fortis & pulcher prædicit Iudæos orbem vaſtaturos.

Cap. 65. Agareni & Sarraceni gruunt.

G

Caſpiæ portæ.

Exercitus Heraclii diuinitus cæditur.

H

Heraclius Eutichianus moritur.

Anno IX. Dagoberti, Charibertus rex moritur relinques filium paruulum nomine Chilpericum, qui nec poſt moram defunctus eſt. Fertur factione Dagoberti fuiſſe interfectum. Omne regnum Chariberti, vna cum Vvaſconia Dagobertus protinus ſuæ ditioni redigit: theſauros quoq; Chariberti Barõto duce ſibi præſentãdos direxit. Vnde Ba-

Cap. 66. Charibertus occiditur.

A

contus graue diſpendium feciſſe dignoſcitur, vna cum theſauranis facietis, nimium exinde fraudulenter ſubtraxit.

Cap. 67. Bellorum Dagoberti cum Sclauonibus exordium Rhegin. li. chron. 1

Eo anno Sclaui cognomento Vuinidi in regno Samonis negociantes Francorum, cum plurimam multitudinem interfeciſſent, & rebus expoliaſſent, (hoc fuit initium inter Dagobertum & Samonem regem Sclauorum) dirigenſque Dagobertus Sicharium legatarium ad Samonẽ, petens vt negociantes quos ſui interfecerant, & res quas illicite vſurpauerant, cum iuſtitia faceret emendare. Samo nolens Sicharium videre, ad ſe eum venire non permittit. Sicharius veſtem indutus ad inſtar Sclauorum cum ſuis ad conſpectum peruenit: Samoni vniuerſa quæ iniuncta habebat nunciauit: ſed vt habet gentilitas & ſuperbia prauorum, nihil à Samone quæ ſui admiſerant eſt emendatum, niſi tantum placita vellent inſtituere de his & aliis intentionibus, quæ inter has partes ortæ fuerant, vt iuſtitia redderetur inuicem. Sicharius ſicut ſtultus legatus verba improperii, quę iniuncta non habuerat, & minas aduerſus Samonem loquitur, eo quod Samo & populi regni ſui Dagoberto deberent ſeruitium. Samo reſpondens iã ſaucius dixit, Et terram quam habemus Dagoberti eſt, & nos ſui ſumus, ſi tamen nobiſcum diſpoſuerit amicitias conſeruare. Sicharius

B

Canes Dei

dicens, Non eſt poſſibile vt Chriſtiani Dei ſerui cum canibus amicitias colere poſſent. Samo è contrario dixit, Si vos eſtis Dei ſerui, & nos ſumus Dei canes, dum vos aſſidue cõtra ipſum agitis, nos permiſſum accipimus vos morſibus lacerare: eiectus eſt Sicharius de conſpectu Samonis. Cum hæc Dagoberto nuntiaſſet, Dagobertus ſuperbiter iubet de vniuerſo regno Auſtraſiorum contra Samonem & Vuinidos mouere exercitum: vbi tribus turmis phalangæ ſuper Vuinidis exercitus ingreditur: etiã & Longobardi ſollicitatione Dagoberti hoſtiliter in Sclauos perrexerunt. Sclaui his & aliis locis è cõtrario præparantes, Alamannorũ exercitus cum Chlodoberto duce in parte quam ingreſſus eſt victoriam obtinuit. Longobardi itidemque victoriam obtinuerunt, maximum numerum captiuorum de Sclauis Alamanni & Longobardi ſecum duxerunt. Auſtraſii vero cum ad caſtrum Vocaſtinſe, vbi plurima manus fortium Vuinidorum morabatur, circumdantes triduo prælïantes, pluresque de exercitu Dagoberti gladio trucidantur, & exinde fugaciter omnes tentoria & res quas habuerunt relinquentes, ad proprias ſedes reuertuntur. Multis poſt

C

hæc vicibus Vuinidi in Thoringia & reliquos vaſtando pagos in Francorum regnum irruunt. Etiam & Deruanus dux gentis Vrbium, qui ex genere Sclauinorum erant, & ad regnum Francorum iam olim aſpexerant, ſe & regnum Samoni cum ſuis tradidit. Iſtamque victoriam quam Vuinidi contra Francos meruerunt, non tam Sclauinorum fortitudo obtinuit quam dementia Auſtraſiorum, dum ſe cernebant cum Dagoberto odium incurriſſe, & aſſidue expoliarentur.

Cap. 68.

Eo anno Charoaldus rex Longobardorum legatos ad Hyſacium Patricium ſecretius mittens, rogat vt Aionem ducem prouinciæ Tuſcanæ, quo poterat ingenio interficeret. Huius beneficii viciſſitudine tributa, quæ Longobardi de manu publica recipiebant tria centenaria auri annis ſingulis: Vnde vnum centenarium auri Charoaldus rex partibus Imperii de præſenti caſſaret. Hyſacius Patricius hęc audiens, tractabat quibus ingeniis hoc poſſet implere, Taſoni ingenioſe mandans, dum in offenſa Charoaldi erat, cum ipſo amicitias obligaret, ipſe vero contra Charoaldum

D

regem ei auxiliaretur. Tali præuentus fraude, Rauennam pergit. Hyſacius ei obuiam mandans, præ timore Imperatoris Taſonem cum ſuis infra muros Rauennæ vrbis armatum non audere recipere. Cumque Taſo credens arma

Charoaldus Thaſonem necat.

ſuorum ſuris vrbem relinquens in Rauennam fuiſſet egreſſus, ſtatim qui fuerant præparati ſuper Taſonem irruunt, & ipſum & ſuos omnes qui cum ipſo venerant interficiunt. Charoaldus rex vnum centenarium auri, ſicut promiſerat partibus Hyſacii & Imperii remiſit. Duo tantum centenaria auri deinceps Longobardis à Patricio Romanorum annis ſingulis oumetantur, vnus centenarius centum libras auri capit. Poſt hæc continuo Charoaldus rex moritur.

Cap. 69.

Gundeberga regina eo quod omnes Longobardi eidem fidem cum ſacramentis firmauerant, Chrotharium

E

quendam, vnum ex ducibus de territorio Briſiæ ad ſe venire iubet: eum compellens vt vxorem quam habebat relinqueret, & eã matrimonio acciperet, per ipſam omnes Longobardi eũ ſublimabant in regno. Quod Chrotharius

Gundeberga Chrotharium ab vxore auocat.

libenter conſentiens, ſacramentis per loca ſanctorum firmans, ne vnquam Gundebergam poſtponeret, nec de honore gradus aliquid minueret ipſamque vnice diligens in omnibus honorem præſtaret condignum: Gundeberga attrahente omnes Longobardorum primates Chrotharium

Chrotharius tyrannizat.

ſublimant in regno. Chrotharius cum regnare cœpiſſet multos Longobardorum nobiles, quod ſibi ſenſerat contumaces interfecit. Chrotharius fortiſſimam diſciplinam & timorem in omne regnum Longobardorum pacem ſectans fecit. Chrotarius oblitus ſacramenti quod Gundebergæ dederat, eamque in vnum cubiculum Ticini in aula palatii retrudit, eamque priuato habitu viuere fecit: quinque annos ſub ea retruſione finiuit: Chrotharius per Concubinas debacchabatur aſſidue, Gundeberga eo quod eſſet Chriſtiana in hac tribulatione benedicebat Deum omnipotentem, ieiuniis & orationibus aſſidue vacans.

F

Cap. 70. Gundeberga per Aubedonem honori reſtituitur.

Quando Deo complacuit Aubedo legatarius directus à Chlothario rege, legationis vſque Chrotharium regem, Longobardorum Papiam cognomento Ticino ciuitatem Italiæ peruenuiſſet, cernens reginam quam ſæpius in legatione veniens viderat, & ab ipſa benigne ſemper ſuſceptus fuerat, iuſſe retruſam, quaſi iniunctum habens, exinde inter cætera Chrothario regi ſuggeſſit, quod illam parentem Francorum quam reginam habuerat, per quam etiam regnum adſumpſerat, non debuiſſet humiliare. Etenim de reges Francorum & Franci eſſent ingrati, quam Chrotharius de præſenti reuerentiam Francorum habens, iubet egredi foras, & poſt quinque circiter annos per totam ciuitatem & foris Gundeberga regali ordine per loca ſanctorum ad orationem egreditur, de villis & opibus fiſci, quod habuerat Chrotharius ei reſtaurari præcepit, quod vſque diem obitus ſui, & gradum dignitatis, & opibus pluribus ditata regio cultu poſt fœliciter tenuit. Audebo vero à Gundeberga regina fortiter remuneratur, Chlotharium cum exercitu Genuam maritimam, Albinga, Nouaria, Cottiſſonia, vbi Turgio & Lunæ ciuitates littoris maris de Imperio auferens vaſtat, rumpit, incendio concremans, populum diripit, ſpoliat & captiuitate condẽnat, muroſq; earũ vſque ad fundamentum deſtruens, vicos has ciuitates nominare præcepit.

G

Cap. 71.

Eo anno inter Haburorum cognomento Hunorum & regnum Hiſpaniæ ſurrexit vehemens contentio, eo quod de regno certarent, cui deberetur ſucceſſio. Vnus ex Habaris, & alius ex Bulgaris collecta multitudine inuicem pugnarunt. Tandem Habari Bulgaros ſuperant: Bulgaris ſuperatis, nouem millia virorum cum vxoribus & liberis de Pannonia expulſi, ad Dagobertum expetunt, petentes vt eos in terra Francorum manendum reciperet. Dagobertus iubet eos hyemandum Baioarios recipere, dummodo pertractaret cum Francis quid exinde fieret. Cumque diſperſi per domus Baioariorum ad hyemandum fuiſſent cum

Baioarii Bulgaros vna nocte interficiũt.

conſilio Francorum; Dagobertus Baioarios iubet, vt Bulgaros illos cum vxoribus & liberis vnuſquiſque in domo ſua in vna nocte Baioarii interficerent; quod protinus à Baioariis eſt impletum: nec quiſquam ex illis remanſit ex Bulgaris, niſi tantum Alticeus cum ſeptingentis viris, vxoribus & liberis, qui in Marcha Vuinidorum ſaluatus eſt. Poſt hęc cum Valduco duce Vuinidorũ annis plurimis vixit cũ ſuis.

Cap. 72.

H

Eo anno quid partibus Hiſpaniæ vel eorum regibus cõtigerit non prætermittam. Defuncto Syſibudo rege clementiſſimo, cui Sintilla ante annum circiter ſucceſſerat in

Sintilla.

regnum: cum eſſet Sintilla nimium in ſuis iniquus, & cum omnibus regni ſui primatibus odium incurreret, cum conſilio cæterorum Siſenandus quidem ex proceribus Dagobertum expetit, vt ei cum exercitu auxiliaretur, qualiter Sintillanem degradaret, à regno, in huius beneficii repenſionem miſſurum aureum nobiliſſimum ex theſauris Gothorum, quem Thoriſmodus rex ab Etio patricio ſuſceperat, Dagoberto dare promittit, penſante auri pondos quingentos. Quo audito Dagobertus, vt erat cupidus, exercitum in auxilium Siſenandi totum regnum Burgundiæ

banni-

A

dię bannire præcepit. Cumque in Hiſpanis diuulgatum fuiſſet exercitum Francorum auxiliando Siſenando egredi, omnis Gothorum exercitus ſe ditioni Siſenandi ſubegit. Habundantius & Venerandus domexercitu Tholoſano tantum vſque Cæſaraugustam ciuitatem cum Siſenando acceſſerunt, ibiq; omnes Gothi de regno Hiſpaniæ Siſenandum ſublimauit in regnum. Habundantius & Venerandus cum exercitu Tholoſano muneribus honorati reuertuntur ad proprias ſedes. Dagobertus legationem ad Siſenandum regem Amalgarium ducem & Venerandum dirigit, vt miſſurium illum quem promiſerat eidem dirigeret: cumque miſſurius ille legatarius fuiſſet traditus, à Gothis per viam tollitur, nec eum exinde exhibere permiſerunt. Poſtea diſcurrentes legatos ducenta millia ſolidorum miſſurii huius pretii Dagobertus à Siſenando accipiens ipſum penſauit.

Siſenandus per Dagobertum creatur.

Cap. 73. Dagobertus pergit in Vuinidos.

Anno X regni Dagoberti, cum ei nuntiatum fuiſſet, exercitum Vuinidorum Thoringiam fuiſſe ingreſſum, de regno Auſtraſiorum, de Metis vrbe promouens, tranſiit Ardennam, Moguntiamq; magno cum exercitu aggreditur diſponens Rhenum tranſire. Scaram de electis viris fortibus de Auſtria & Burgundia cum ducibus & Graffionibus, ſecum habens Saxones miſſos ad Dagobertum dirigunt, petentes vt eis tributa quæ fiſci ditionibus diſſoluebant indulgeret: ipſi vero eorum ſtudio & vtilitate Vuinidis reſiſtere ſpondent, & Francorum limitem de illis partibus custodire promittunt. Quod Dagobertus conſilio Neuſtraſiorum adeptus præſtitit Saxonibus, qui his petitionibus ſuggerendum venerant. Sacramentum, vt eorum mos erat, ſuper arma placita pro vniuerſis Saxonibus firmant. Sed parum hæc promiſſio ſortitur effectum: tamen tributum Saxones quod reddere conſueuerant præceptione Dagoberti habent indultum, quingentas vaccas inferendas annis ſingulis à Chlothario ſeniore cenſiti reddebant, quod à Dagoberto caſſatum eſt.

B

Vaccarum tributum.

Cap. 74.

Anno XI. regni Dagoberti cum Vuinidi iuſſo Samonis vehementer ſæuirent, & ſępe tranſcenſo ſuo limite regnum Francorum vaſtando, Thoringiam & reliquos pagos ingrederentur, Dagobertus Metis vrbem veniens, cum conſilio pontificum ſeu & procerum, omnibuſq; primatibus regni ſui conſentientibus Sygobertum filium ſuum in Auſtriæ regno ſublimauit ſedemque Metis ciuitatem habere permiſit. Humbertum coloniæ vrbis pontificem, & Adalgyſilum ducem palatii, ad regnum gubernandum inſtituit. Theſaurum quod ſufficeret filio tradidit, condigne vt decuit eum hoc culmine ſublimauit, & quodcunque eidem largitus fuerat, ſingillatim præceptionibus roborauit. Deinceps Auſtraſii eorum ſtudio limitem, & regnum Francorum contra Vuinidos vtiliter defendiſſe noſcuntur.

C

Sygoberti ſublimatur regnum in Auſtria.

Cap. 75.

Cumque anno XII regis Dagoberti eidem filius nomine Chlodoueus de Nanthilde regi natus fuiſſet, conſilio Auſtraſiorum & eorum admonitione, per pactionis vinculum cum Sygiberto filio ſuo firmaſſe dignoſcitur. Et Auſtraſiorum omnes primarii pontifices, cæterique Leudes Sygoberti manus eorum ponentes inſuper ſacramentis firmauerunt, vt Neptricum & Burgundia ſolidato ordine ad regnum Chlodouei poſt Dagoberti diſceſſum aſpiceret. Auſtria vero eidem ordine ſolidato, eo quod de populo & de ſpatio terræ eſſet coæquans ad regnum Sygoberti, idemque in integritate deberet aſpicere, & quicquid ad regnum Auſtraſiorum iam olim pertineret, hoc Sygobertus rex ſuæ ditioni gerendum acciperet, & perpetuo dominandum haberet, excepto ducatu Dentelini: quod ab Auſtraſiis iniquiter abſtulerat, iterum ab Auſtraſiis ſeiungeretur, & Chlodouei regi ſubiiceretur. Sed has pactiones Auſtraſii terrore Dagoberti coacti vellent nollent firmaſſe viſi ſunt. Quod poſtea temporibus Sygoberti & Chlodouei regis conſeruatum fuiſſe conſtat.

Pactio Auſtraſiorum.

D

Cap. 76. Radulphus elatus victoria rebellat.

Radulfus rex filius Chamari, quem Dagobertus Thoringiæ ducem inſtituit, pluribus vicibus cum exercitu Vuinidorum dimicans, eoſq; victos vertit in fugam. Huius victoriæ ſuperbia elatus, & contra Adalgiſilum ducem diuerſis occaſionibus inimicitias tendens, paulatim contra Sygobertum iam tunc occœperat rebellare. Sed vt dictum eſt ſic agebat, diligit rixas, meditatur diſcordias.

E

Cap. 72. Chadoinus referendarius.

Anno XIV. regni Dagoberti, cum Vuaſcones fortiter rebellarent, & multas prædas in regno Francorum quod Charibertus tenuerat, facerent, Dagobertus de vniuerſo regno Burgundiæ exercitum promouere iubet, ſtatuens eis caput exercitus nomine Chadoinum referendarium, qui temporibus Theodorici regis quondam multis prœliis probabatur ſtrenuus: qui cum X. ducibus cum exercitibus, id eſt, Almagario, Aremberto, Laudeberto, Vuandalmaro, Vualderico, Ermenrico Baranto, Hariardo ex genere Francorum, Ranleno ex genere Romano, Vuillibaldo patritio ex genere Burgundionum, Æghino ex genere Saxonum, exceptis comitibus plurimis, qui ducem ſuper ſe non habebant, in Vuaſconia cum exercitu perrexiſſent, & totam Vuaſconiæ patriam cum exercitu Burgundiæ repleuiſſent, Vuaſcones de intermontium rupe egreſſi ad bellum properant. Cumque præliare cœpiſſent, vt eorum mos erat, terga vertentes, dum cernerent ſe cum paucis ſuperandos, in paucis vallium montes Pyrenæos latebram dantes ſe locis tutiſſimis per rupes eorundem montium latitarunt, exercitus poſt tergum eorum cum ducibus inſequens, plurimos numero captiuorum Vuaſcones ſuperatos, ſeu & ex his multitudine interfectos, omnes domos eorum incenſas peculiis & rebus expoliant. tandem Vuaſcones oppreſſi ſeu perdomiti veniam & pacem à ſuperſcriptis ducib. petentes, promittunt ſe gloriæ & conſpectui Dagoberti regis præſentaturos, & ſuæ ditioni traditos cuncta ab eodem iniuncta impleturos. fœliciter exercitus abſque vlla læſione ad patriam repedarunt. Sed Aremberto duces maximi cum ſenioribus & nobilioribus exercitus ſui per negligentiam à Vuaſconibus in valle Subola fuerunt interfecti. Exercitus vero Francorum qui de Burgundia in Vuaſconia acceſſerant, patrata victoria redeunt ad proprias ſedes. Dagobertus Clippiaco reſidens mittit nuntios in Britanniã, quod Britones male admiſerant, velociter emendarent, & ditioni ſuæ ſe traderent: alioquin exercitus Burgundiæ, qui in Vuaſconia fuerant, de præſenti in Britannias debere irruere. Quod audiens Iudacaile rex Britanorum curſu veloci Clippiacum cum multis muneribus ad Dagobertum perrexit, ibique veniam petens, cunctaque quæ ſui regni Britanniæ pertinentes, Leudibus Francorum illicite perpetrauerant, emendare ſpopondit, & ſemper ſe, & regnum quod regebat Britanniæ ſubiectum ditioni Dagoberti, & Francorum regibus eſſe promiſit. Sed tamen cum Dagoberto menſam vel ad prandium diſcũbere noluit, eo quod eſſet Iudacaile religioſus & timens Deum valde. Cumque Dagobertus reſediſſet ad prandium, Iudacaile egrediens de palatio ad manſionem Dadonis referendarii, quem cognouerat ſanctę religionis ſectantem, acceſſit ad prãdium: indeque in craſtino Iudacaile rex Dagoberto valedicens in Britannia repedauit. condigne tamen à Dagoberto muneribus honoratur.

Exercitus Dagoberti in Vuaſcones.

F

Iudacaille rex Britannorum Dagoberto cũ muneribus obuiam venit.

G

Anno XV regni Dagoberti Vuaſcones omnes ſeniores terræ illius cum Ainando duce ad Dagobertum Clippiacum venerunt, ibique in Eccleſia ſancti Dionyſii regio timore perterriti confugium fecerunt: Clementia Dagoberti vitam habent indultam: ibique ſacramentis Vuaſcones firmantes, ſimul & promittentes ſe omni tempore Dagoberto & filiis ſuis, regnoque Francorum fideles fore, quod more ſolito, ſicut ſemper fecerant, poſthac probauit euentus. Permiſſu Dagoberti Vuaſcones regreſſi ſunt in terram Vuaſconiæ.

Vaſconum deditio.

H

Cap. 79. Dagobertus ventris profluuio obiit.

Anno XVI. regni ſui Dagobertus profluuio ventris in Spinogelo villa ſuper Sigona fluuio, nec procul à Parиſiis ægrotare cœpit, exinde ad baſilicam ſancti Dionyſii à ſuis defertur. Poſt paucos dies cum vitę ſuę ſentiret periculum, Æganem ſub celeritate ad ſe venire præcepit, reginam Nãthildem, & filium ſuum Chlodoueum, eidem in manum commendans, ſe iam diſceſſurum ſciens, conſilium Æganæ pergratum habens, quod cum eius inſtantia regnum ſtrenue gubernare poſſit. His geſtis, poſt paucos dies Dagobertus emiſit ſpiritum, ſepultuſque eſt in Eccleſia ſancti Dionyſii, quam prius condigne ex auro & gemmis & multis precioſiſſimis ſpeciebus ornauerat, & condigne in circuitu fabricari præceperat, patrocinium ipſius precioſum expetens. Tantæ opes ab eodem in villas & poſſeſſio-

A

nes multas per plurima loca ibi ſunt collatæ, vt miraretur à plurimis. Pſallennum ibidẽ ad inſtar monaſterii ſanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat, ſed facilitas Abbatis Aegulfi eandem inſtitutionem noſcitur refragaſſe. Poſt Dagoberti diſceſſum filius ſuus Chlodoueus ſub tenera ætate regnum patris adſciuit: omneſque Leudes de Auſtria & Burgundia eum Maſolaco villa ſublimant in regnũ. Aega vero cum regina Nanthilde, quam Dagobertus reliquerat, regebat, Palatium.

CAP. 80. Aega regiæ domus præfectus.

Anno primo regni Chlodouei, ſecundo, & imminente regni eiuſdem tertio condigne Palatium gubernat & regnum. Aega vero inter cæteros primates Neptrici prudentius agens, & plenitudine patientiæ imbutus cunctis erat præcellentior. Eratque genere nobilis, opibus abundans, iuſtitiam ſectans, eruditus in verbis, paratus in reſponſis, tantummodo à plurimis blaſphemabatur, eo quod eſſet auaritiæ deditus. Facultates plurimorum quæ iuſſu Dagoberti in regno Burgundiæ & Neptrico illicite fuerant vſurpatæ, & fiſci ditionibus contra modum iuſtitiæ redactæ, conſilio Aeganis omnibus reſtaurantur.

B

CAP. 81.

Eo anno Conſtantinus Imperator moritur. Conſtans filius eius ſub tenera ætate conſilio ſenatus in Imperio ſublimatur, quod eius tempore grauiſſime à Sarracenis vaſtatur. Hieroſolyma à Sarracenis capta, cæteræque ciuitates euerſæ: Aegyptus ſuperior & inferior à Sarracenis peruaditur: Alexandria capitur & prædatur: Aphrica tota vaſtatur, & à Sarracenis poſſidetur. Paululum, ibique Gregorius patritius à Sarracenis eſt interfectus. Conſtantinopolis tantũ cum Thraciana prouincia Imperii ditioni remãſerat. Nam maxime totum Imperiũ à Sarracenis grauiter fuit adtritum etiam, & poſtremum Imperator Conſtans contritus atque compulſus, effectus eſt Sarracenorum tributarius, vt vel Conſtantinopolis cum paucis prouinciis & inſulæ ſuæ ditioni reſeruaretur. Tribus annis circiter (& fertur adhuc amplius) per vnumquemque diem mille ſolidos auri ærariis Sarracenorum Conſtans implebat. Tandem reſumptis viribus Conſtans Imperium aliquantiſper recuperans, tributa Sarracenis implenda refutat. Quemadmodum factum fuiſſet euentũ anno in quo impletũ eſt in ordine debito referam, & ſcribere nõ ſilebo, donec de his & aliis optata, ſi permiſerit Deus, perficiam, huic libello cuncta mihi ex veritate cognita inſeram.

Hieroſolyma à Sarracenis capitur.

Conſtans Imp. tributarius Sarracenorum.

C

Cap. 82.

Eo anno Sintilla rex Hiſpaniæ, qui Siſenando in regno ſucceſſerat, defunctus eſt. Huius filius nomine Tolga ſub tenera ætate Hiſpaniis petitione patris ſublimatur in regno. Gotthorum gens impatiens eſt, quando ſuper ſe forte iugum non habuerit. Huius Tolganis adoleſcentia omnis Hiſpania more ſolito vitiatur, diuerſa committens inſolentia. Tandem vnus ex primatibus, nomine Chyntaſindus collectis plurimis ſenatoribus Gotthorum, cæteroque populo in regnum Hiſpaniæ ſublimatur, qui Tolganum degradatum ad honorem clericatus tonſurari fecit, & omnẽ Hiſpaniam ſuæ ditioni firmauit. Cognito morbo Gotthorum, quem de regibus degradandis habebant, vnde ſæpius cum ipſis in conſilio fuerant, quoſcunque ex eis huius vitii promptum contra reges, qui à regno expulſi fuerant, cognouerat fuiſſe noxios, omnes ſingillatim iubet interfici, alioſque exilio condemnari, eorumque vxores & filias ſuis fidelibus cum facultatibus tradit. Fertur de primatibus Gotthorum hoc vitio reprimendo CC. fuiſſe interfectos: de mediocribus quingentos interficere iuſſit, quoadusque hunc morbum Gotthorum Chyntaſindus cognouiſſet perdomitum, non ceſſauit quos ſuſpectos habebat gladio trucidare. Gotthi vero à Chyntaſindo perdomiti nihil aduerſus eundem auſi ſunt, vt de regibus conſueuerant inire conſilium. Chyntaſindus cum eſſet plenus dierum, filium ſuum nomine Richyſindum in omni regno Hiſpaniæ regem ſtabiluit. Chyntaſindus pœnitentiam agens, eleemoſynam multam de rebus propriis faciens, plenus ſenectute fertur nonagenarius mortuus eſſe.

Tolgas rex Gothorum tonſuratur.

D

Gothorum vitium de regib. mutandis crudeliter vindicitur Chyntaſind.

Cap. 83. Aega moritur.

Anno 3. regni Chlodouei regis, Ægа in Clipſiaco villa vexatus à febre moritur. Ante paucos dies Ermenfridus, qui filiam Æganis vxorem acceperat Ænulfum comitem in Albiodere vico in mallo interfecit. Ob hanc rem grauiſſima ſtrages de ſuis rebus iuſſione & permiſſu Nanthildæ à parentibus Ænulfi & populo plurimum fit. Ermenfridus in Auſtria ad baſilicam ſancti Remedii fecit confugiũ: ibidem diebus plurimis hanc infeſtationem deuitando, & regium timorem, reſedit.

E

Cap. 84. Erchenualdus creatur maior palatii.

Poſt diſceſſum Æganæ Erchenualdus maior domus, qui conſanguineus fuerat de genitrice Dagoberti, maior domuſ palatii Chlodouei efficitur. Erat homo patiens, bonitate plenus cum eſſet patiens & cautus, humilitate & benigna voluntate circa ſacerdotes, patienter & benigne reſpondens, nullamque timens ſuperbiam, nec cupiditate ſæuiebat: tantum in ſuo tempore pacem ſectans fuit, vt Deo eſſet gratum. Erat ſapiens, ſed cum ſimplicitate, rebus menſuratim ditatus, ab omnibus erat dilectus. Igitur poſt diſceſſum Dagoberti regis quo ordine eiuſdem theſauri inter filios diuiſi fuerant, non omittam. Sed dilucidato ordine huius voluminis inſeri procurabo.

Cap. 85. Auſtraſiani Sygoberto perſoluunt.

Cum Pippinus maior domus poſt Dagoberti obitum, & cæteri duces Auſtraſiorum, qui vſque in tranſitu Dagoberti ſuæ fuerant ditionis, vetanti Rogoberto vnanimem cõſpirationem expetiiſſent, Pippinus cum Humberto, ſicut & prius amicitiæ cultu in inuicem collocati fuerant, & nuper ſicut & prius amicitia vehementer ſe firmiter perpetuo conſeruanda obligant, omneſque Leudes Auſtraſiorum ſecum vtroque prudenter & cum dulcedine attrahentes, eos benigne gubernantes eorum amicitiam conſtringunt, ſemperque ſeruant. Igitur diſcurrentibus legatis partem Sygoberto debitam de theſauris Dagoberti Nanthildæ reginæ & Chlodoueo regi à Sygoberto requiritur, quod reddendum placite inſtruitur. Humbertus pontifex vrbis Coloniæ, & Pippinus maior domus cum aliquibus primatibus Auſtriæ à Sygoberto directi villam Compendium vſque perueniunt, ibique theſaurus Dagoberti iubente Nanthilde & Chlodoueo inſtantia Æganis maioris domus præſentatur, æqua lance diuiditur: tertiam tamen partem, de qua Dagobertus adquiſierat, Nanthildis regina recipit. Humbertus & Pippinus hunc theſaurum, quæ pars fuerat Sygoberti Metem faciunt perduci, Sygoberto præſentare & deſcribere. Poſt vero anni circulum Pippinus moritur, nec paruum dolorem eiuſdem trãſitus cunctis generauit in Auſtria, eo quod ab ipſis pro iuſtitiæ cultu & bonitate eiuſdem dilectus fuiſſet. Grimoaldus filius eius cum eſſet ſtrenuus ad inſtar patris diligitur à plurimis.

F

Pippinus moritur.

G

Cap. 86. Otto, Grimoaldus.

Otto quidam filius Vronis domeſtici, qui baiulus Sygoberti ab adoleſcentia fuerat, contra Grimoaldum ſuperbia tumens, & zelum ducens, cum eum deſpicere conaretur, Grimoaldus cum Humberto pontifice ſe in amicitiam conſtringens cœperat cogitare, quo ordine Otto de palatio eiiceretur, & gradum patris Grimoaldus adſumeret.

Cap. 87. Sygoberti pugna cum Radulpho.

Cumque anno 8. Sygobertus regnaret, & Radulfus dux Thoringiæ vehementer Sygoberto rebellare diſpoſuiſſet, iuſſu Sygoberti omnes Leudes Auſtraſiorum in exercitu gradientes banniti ſunt: Sygobertus Rhenum cum exercitu tranſiens, gentes vndique de vniuerſis regni ſui pagis vltra Rhenum cum ipſo adunatæ ſunt. Primo in loco Farus filius Chroaldi nomine cum Rhadulfo vnitum habebat conſilium, exercitum Sygoberti trucidans rupit, ipſumque interfecit: omnem populum huius Fari qui gladium euaſit in captiuitatem deputat. Omneſque primarii exercitus dextras inuicem dantes, vt nullus Radulfo vitam concederet: ſed hæc promiſſio non ſortitur effectum. Sygobertus deinde Buchoniam cum exercitu tranſiens, Thoringiam properans: Radulfus hæc cernens ſignis monitus, in quodam monte ſuper Vnſtrade fluuio in Thoringiam conſtruens exercitum, vndique quantum plus potuit colligens, cum vxore & liberis hoc caſtrum ad ſe defendendũ ſtabiluit: ibique Sygobertus cum exercitu regni ſui veniens, caſtrum vndique circundat exercitus: Radulfus vero intrinſecus ad prælium fortiter præparatus ſedebat: ſed hoc prælium ſine conſilio initum eſt. Hoc adoleſcentia Sygoberti regis patrauit, cum alii eodẽ die vellent procedere ad prælium, & alii in craſtinum, nec vnitatem habentes conſilium. Grimoaldus & Adalgyſilus duces hæc cernentes, Sygoberti periculũ zelantes, cũ vndique ſine intermiſſio-

H

A ne cuſtodiũt Bobo dux Aruernos cum parte exercitus Adalgyſili & Enouialdus comes Sigontiſis cum Pagenſibus ſuis, & cætera exercitus manu plurima, contra Radulfum ad portam caſtri prorumpentes pugnãdum perrexerunt. Radulfus cum aliquibus ducibus exercitus Sygoberti fiduciam habens, quod ſuper ipſum viribus non vellent irruere, de caſtro per portam prorumpens ſuper exercitum Sygoberti cum ſuis, irruens, tanta ſtrages à Radulfo cum ſuis de exercitu Sygoberti fit, vt mirum fuerit. Maguncenſes in hoc prælio non fuerunt fideles, ferturq; ibi plurima millia hominum fuiſſe trucidata gladio. Radulfus patrata victoria in caſtrum ingreditur. Sygobertus cum ſuis fidelibus graui amaritudine adreptus, ſuper equum ſedens, lachrymas oculis prorumpens, plangebat quos perdiderat: Et Bobo dux, & Anouialdus comes, & cæteri nobiliũ fortiſſimi pugnatores, ſeu & plurima manus exercitus Sygoberti regis, qui cum ipſis in congreſſione certaminis adgreſſi, conſpiciente Sygoberto hoc prælio fuerunt trucidati. Nã & Fredulfus domeſticus, qui & amicus Radulfi fuiſſe dicebatur, hoc prælio occubuit. Sygobertus eadem nocte procul ab ipſo caſtro in tentoriis cum ſuis manſit. Exercitus in craſtinum videntes quod Radulfo nihil praualuiſſent, miſſis diſcurrentibus vt Rhenum pacifice iterum transmearent: cum Radulfi conuenientia Sygobertus & eiuſdem exercitus ad proprias ſedes remeant. Radulfus ſuperbia elatus admodum, regem in Thoringia ſe eſſe cenſebat, amicitias cum Vinidis firmans, cæteraſq; gentes quas vicinas habe- B bat, cultu amicitiæ obligabat. in verbis tamen Sygoberto regimen non denegabat. ſed in factis fortiter eiuſdem reſiſtebat dominationi.

Cap. 88 Ottonis interitus. Anno 2. regni Sygoberti Otto qui aduerſus Grimoaldum inimicitias ſuperbia tumebat, factione Grimoaldi à Leutherio duce Alemannorum interficitur: Gradus honoris maioris domus in palatio Sygoberti, & omne regnum Auſtraſiorũ in manu Grimoaldi confirmatũ eſt vehementer.

Cap. 89. Anno 4. regni Chlodouei, cum Nanthildis regina cum filio ſuo Chlodoueo rege poſt diſceſſum Æganæ Aurelianis in Burgundiæ regnum veniſſet, ibique omnes ſeniores, pontifices, duces, & primates de regno Burgundiæ ad ſe venire præcepit, ibique cunctos Nanthildis ſingillatim attrahens, Flaochatum genere Francum maiorem domus in regnum Burgundiæ electione pontificum & cunctorum ducum à Nanthilde regina in hunc gradum honoris ſtabi- C liuit; qui neptem ſuam nomine Ragimbertam Flaochato deſponſauit: ſponſalia hæc neſcio qua factione fiunt. Nam aliud conſilium ſecrete Flaochatus & Nanthildis regina machinantur, quod creditur Deo non fuiſſe placibile, ideoque non ſortitum eſt effectum. Cumque Erchenualdus & Flaochatus maiores domus, quaſi vnum inter ſe fuiſſent conſilium, conſentientes ad inuicẽ, hunc gradum honoris alterutrũ ſolatiũ præbẽtes, diſponunt habere feliciter. Flaochatus maior domus. Flaochatus cunctis ducibus de regno Burgundię ſeu & põtificibus per epiſtolam etiam & ſacramentis firmauit vniuſcuiuſque gradum honoris & dignitatem ſeu & amicitiam perpetuo conſeruare. Hac dignitate ſublimatus Flaochatus regnum Burgundiæ peruagatur, conſilium aſſiduæ iniens priorem inimicitiam quæ intra cordis arcana diu celauerat memorans, Vuillibaldum patritium interficere diſponebat.

Cap. 90. D Vuillibaldus cum eſſet opibus abundans, & plurimorum facultates ingeniis diuerſis auferens, ditatus inclyte fuiſſet, & inter patritiatus gradum, & nimiarum facultatum elationem ſuperbiæ eſſet deditus, aduerſus Flaochatum tumebat, eumque deſpicere conabatur: Flaochatus collectis ſecum pontificibus & ducibus de regno Burgundiæ, Cabillono pro vtilitate patriæ tractandum menſe Maio placitum inſtituit. Ibique & Vuillibaldus multitudinem ſecum habens aduenit Flaochatus ibidem Vuillibaldum interficere nitebatur: hæc cernens Vuillibaldus palatium noluit introire: Flaochatus foris contra Vuillibaldum prę- Vuillibaldi & Flaochati inimicitiæ. liandum aggreditur. Amalbertus vero germanus Flaochati ad pacandum intercurrens, vbi iam congreſſione certaminis confligi debuerat, Vuillibaldus Amalbertum ſecum retinens de hoc euaſit periculo. Intercurrentes & cæteræ perſonæ ſeparantur illæſæ. Flaochatus deinceps vehementer eliminabat conſilium de interitu Vuillibaldi. E Eo anno Nanthildis regina moritur. Nanthildis moritur. Ipſo anno menſe Septembri Flaochatus cum Chlodoueo rege, & Erchinoaldo itidemq; maiore domus, & aliquibus primatibus Auſtraſiis de Pariſiaco promouens per Senonas, & Antiſiodorum Auguſtudunum acceſſerunt, ibique Chlodoueus Vuillibaldum patritium ad ſe venire præcepit. Vuillibaldus cernens iniquum conſilium Flaochati, & germani ſui Amalberti, Amalgarium, & Chramnelenum duces de ſuo interitu fuiſſe initum, colligens ſecum plurimam multitudinem de patriciatus ſui termino, etiam & pontifices, ſeu nobiles & fortes, quos congregare potuerat, Auguſtudunum gradiendo iter arripuit. Cui obuiam à Chlodoueo rege Erchinoaldus maior domus & Flaochatus & Ermenricus domeſticus diriguntur, eo quod Vuillibaldus trepidabat vtrum accederet, an ſuum deuitando periculum repedaret, vt ab Ermenrici promiſſione præuentus vſque Auguſtudunum aggrederetur, quam ille credens, condignis muneribus honoratum. Poſt tergum eius Auguſtudunum acceſſit, ibique tentoria cum ſuis nec procul ab vrbe poſuit: eodem die quo eodem acceſſerat, Agilulfum Valentiæ vrbis epiſcopum, & Ghyſonem comitem ad pręuidendum quæ agebãtur Auguſtudunum direxerat, qui à F Flaochato in vrbe tenti ſunt. In craſtinum Flaochatus, & Amalgarius & Chramnelenus qui conſilium de interitu Vuillibaldi vnanimiter conſpirauerant, de vrbe Auguſtuduno maturius promouentes, vtrique duces de regno Burgundiæ cum exercitu eius ſubiunguntur. Erchinoaldus cum Neuſtraſiis quos ſecum habebat idemque arma ſumens ad hoc bellum aggreditur. Villibaldus contra tela prælii conſtruens quoſcunque potuit adunare, phalanges vtræque in congreſſione certaminis iunguntur ad prælium: in ea pugna Flaochatus, Amalgarius & Chramnelenus, itemque Vualdebertus dux cum ſuis contra Vuillibaldum pugnandum confligunt. Nam cæteri duces vel Neuſtraſii, qui vndique eoſdem debuerant circundare, ſe tenentes aſpiciebant, expectantes euentum noluerunt ſuper Vuillibaldum irruere, ibique Vuillibaldus interficitur plurimi cum ipſo de ſuis gladio trucidantur. Eo certamine cæteris primus Bertharius comes palatii Francus de pago vltra Iuranum contra Vuillibaldum cõfligit. Aduerſus quẽ G tendens Manaulfus Burgundio exiens de cæteris aduerſus Bertharium præliandum, Bertharius eo quod prius illi amicus fuiſſet, dicens, Veni ſub clypeo meo, de hoc periculo te liberabo: cumque ad eum liberandum, clypeum eleuaſſet, Manaulfus cum contra Bertharium in pectore percutiens, cæteri qui cum eo venerant ipſum circundantes, eo quod Bertharius nimium reliquis præceſſiſſet, vulneratur grauiter. Tunc Aubedo filius Berthari cernens patrem in periculo mortis, curſu velociſſimo patri auxiliando perrexit, Manaulfo conto percuſſo in pectore terram proſtrauit: cæteros qui patrem percuſſerant omnes interfecit. Sic Bertharium ſuum genitorem, vt fidelis filius, pręſtante domino liberauit à morte. Hi vero duces, qui cum eorũ exercitu ſuper Vuillibaldum irruere noluerant, tentoria Vuillibaldi, epiſcoporum, vel cæterorum qui cum eo venerant, deprædando plurimum ibi auri & argenti capiunt, reliquiſque rebus equites qui præliare noluerant, percepti ſunt. His ita geſtis, Flaochatus in craſtinum de Auguſtuduno promouens, Cabillonum perrexit. Ingreſſus in H vrbem, neſcio quo caſu vrbs maxime tota incendio concrematur. Flaochatus iudicio Dei percuſſus, vexatus à febre collocatur in ſcafam, enecto nauali per Ararim fluuium, qui cognominatur Saugonna, Lauronam properans itinere, vndecimo die poſt Vuillibaldi interitum, emiſit ſpiritum, ſepultuſque eſt, in eccleſia ſancti Benigni in ſuburbano Diuionenſi. Creditur à plurimis, hi duo Flaochatus & Vuillibaldus, eo quod multa ad inuicem per loca ſanctorum de amicitia obliganda ſacramenta dederant, & vterque in populis ſibi ſubiectis cupiditatis inſtinctu iniquo oppreſſerant, ſimul leta rebus tradauerant, quod iudicio Dei de eorum oppreſſione plurima multitudo liberata ſit, & eorum perfidiam & mendacia vtrumque interire fecerit.

Cap. 91. Chlodouei filii. Igitur Chlodoueus filius Dagoberti ex genere alienige-

A

narum reginam accipiens nomine Baldchildem, prudentem atque elegãtem, genuit ex ea filios tres, Chlotharium, Childericum & Theodoricum: habebatque maiorem domus palatii virum ſtrenuum atq; ſapientem, nomine Erchualdum. Chlodoueus itaque in regno pacem habuit abſque bello. In extremis vero vitæ annis amens effectus, vita caruit, regnauitque annos xviii.

Cap 92.

Franci quoque Chlotharium filium eius maiorem in regno ſtatuunt, cum præfata regina matre. Eodem quoque tempore mortuus eſt Erchanualdus maior domus palatii. Franci autem in incerto vacillantes, accepto conſilio Ebruinum in huius honoris curam ac dignitatem ſtatuunt.

Cap 93. Chlotharius febre obiit.

Hiſce diebus Chlotharius rex à valida febre correptus obiit in iuuentute, regnauitq; annos quatuor. Theodoricus vero frater in Auſtria à Francis in regnum eleuatus eſt apud Vulfoaldum ducem.

Cap 94. Theodoricus tonſuratur.

Eo tempore Franci aduerſus Ebruinum inſidias præparant: contra Theodoricum inſurgũt, eumque à regno deiiciunt: crines capitis eius abſcindentes totonderunt, Ebruinumque & ipſum tondunt, & in Burgundiam Luxouium monaſterium inuitum dirigunt. Propter Childericum in Auſtriam legationem mittunt, vna cum Vulfoaldo duce venientem, eumque ſuper cunctum regnum ſuſcipiunt.

B

Cap. 95.

Erat enim ipſe Childericus rex leuis atque citatus nimis, gentem Francorum in ſeditionem mittens, & in ſcandalum ac deriſum donec odium non modicum inter ipſos creuit vſque ad ſcandalum & ruinam. Quo ingraueſcente vnum Francum nobilem nomine Bodilonem ad ſtipitem tenſum cædere contra legem præcepit. Videntes hęc Franci ira magna commoti, Ingolbertus videlicet & Ammalbertus, vel reliqui maiores natu Francorum ſeditionem contra ipſum Childericum concitauerunt. Memoratus Bodilo ſuper eum cum reliquis quamplurimis ſurrexit Inſidiaturis in regem in Lauchonia ſylua, vna cum regina eius prægnante, nomine Bilichilde, quod dici dolor eſt, interfecit. Vulfoaldus quoque per fugam lapſus euaſit, & in Auſtriam reueſſus eſt. Franci vero Leudeſium filium Erchonualdi nobilem in maioris domus dignitatem ſtatuunt, per conſilium beati Leudegarii & ſociorum eius.

Seditio aduerſus Chilpericũ.

Cap 96.

Ebruinus audiens has diſſenſiones, conſilio accepto Francos inuicem diſcordantes conuocatis in auxilium ſociis, perſonis quam plurimis, cum multo comitatu exercitum: à Luxouio Cœnobio egreſſus in Franciam regreditur, vſque Iſſam fluuium veniens acceſſit, cuſtodes dormientes interfecit ad S. Maxentium, atque Iſſam fluuium tranſiens, quos ibi inuenit de inſidiatoribus ſuis occidit. Leudeſius maior domus vna cum theſauris regis per fugam dilapſus euaſit: Abaciuo villa euadens aufugit: ibique adueniẽte Ebruino theſauros quos ibi reperit adprehendit. Inde egreſſus Criſcæcum villam veniens in Ponno Leudeſium ſubdole fidem promittit, ſimulans fefellit. Facto placito vt cõiuratione facta cum pace diſcederet, ſed Ebruinus fallaciter agens, vt ſolebat, compatri ſuo inſidias præparans, ipſum Leudeſium occidit, regem Theodoricum in regnum reſtitutum ipſe ſuum principatum ſagaciter reſtaurauit. Sãctum Leudegarium epiſcopum crudeliſſimis tormentis cæſum gladio perimi iuſſit: Girenum germanum eius diuerſo tormento trucidauit. Reliqui vero Franci eorum ſocii per fugam lapſi, Ligerem tranſgreſſi, vſque Vuaſcones confugerunt: quam plurimi vero exilio damnati vltra non comparuerunt.

C

Cap. 97.

D

In Auſtria quoque mortuo Vulfoaldo duce, Martinus dux & Pippinus filius Anſigiſili quondam Franci nobilis dominabãtur. Defunctis regibus commiſſis inuicem principibus Ebruino, Martino, atque Pippino aduerſus Theodoricum regem excitantur ad bellum. Commoto exercitu ad locum cui vocabulum eſt Locofico, interim commiſſi prælium ineunt. ibique magno certamine dimicantes, plurima pars populi ex vtriſque partibus corruit. Deuicti cum ſociis Martinus atque Pippinus in fugam lapſi ſunt, perſecutuſque eos Ebruinus, maximam partem de illa regione vaſtauit. Martinus ideoque Laudunum Clauatum ingreſſus, ſe infra muros ipſius vrbis muniuit. Perſecutuſque eum Ebruinus veniens Ercreco villa ad Laudunum Clauatum nuntios dirigit, Ægilbertum ac Regulum Remenſis vrbis

Bellum aduerſus Theodoricum.

E

epiſcopum, vt fide promiſſa in incertum ſuper vacuas capſas ſacramenta falſa dederunt. Qua in re ille credens eos à Lauduno Clauato egreſſos cum ſodalibus ac ſociis Aſdere ſecum veniens, ille cum ſuis omnibus interfectus eſt.

Cap. 98. Ebruinus cadit.

Ebruinus quoque magis atque profuſius crudeliter Frãcos opprimebat, donec tandem aliquando Ermenfridu Franco minas parat, rebus propriis tollere diſponit. Conſilio cum ſuis patrato, nocte collecta manu ſociorum, per noctem ſuper eum conſurgens, Ebruinum interfecit: quo perempto ad Pippinum ducem in Auſtriam cum muneribus ſuis peruenit: quo facto Franci accepto conſilio Vuaradonem illuſtrem virum loco eius in honorem maioris domus conſtituerunt. Idcirco præfatus Vuaraco obſides à Pippino duce accipiens, pacem inuicem impetrauit. Erat id temporis memorato Vuaradoni filius valde efficax atque induſtrius, eruditus in conſilio, qui vice patris curam palatii gerebat, nomine Ghyſlemarus, qui ob nimiam calliditatem ac ſagacitatem patrem ab honore proprio ſupplantauit, quem ſanctus Abdoinus epiſcopus ſæpius ob hoc increpabat, vt ad pacem vel patris indulgentiam remearet: qui audire renuit. & in duritia cordis permanſit. Fuerunt igitur inter Pippinum & præfatum Ghyſlemarum diſcordiæ multæ & bella ciuilia plurima. Nam ad caſtrum Manucum contra hoſtem Pippini ducis Ghyſlemarus conſurgens fraudulenter falſo iuramento dato, quamplurimos eorum nobiles viros occidit. Inde vero reuerſus ob ſubplantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetrauerat à Deo percuſſus prædictus Ghyſlemarus, vt dignus erat, iniquiſſimum fudit ſpiritum, illoque mortuo pater eius Vuarado honorem priſtinum maioris domus recepit.

Filius patrem ſupplantauit.

F

Cap. 99. Vuaradon.

Eo tempore beatus Audoinus epiſcopus plenus virtutibus migrauit ad dominum. In illo itidem tempore Vuarado præfatus maior domus obiit: eratque ei matrona nobilis & ſtrenua, nomine Anſfledis, cuius gener nomine Bercharius honorem maioris domus palatii ſuſcepit, eratque ſtatura paruus, intellectu modicus, leuis atque citatus, Frãcorum amicitiam atq; conſilia ſæpe contemnens. Hæc indignantes Franci, Andramnus, Reolus & alii multi relinquentes Bercharium ad Pippinum per obſides coniunguntur, amicitias copulant, ſuper Bercharium vel reliquam partem Francorum concitant.

G

C ap. 100.

Pippinus commoto exercitu hoſtiliter ab Auſtria conſurgens contra Theodoricum regem & Bercharium properat ad bellum. Coniuncti in oppido Vermandenſi in loco qui dicitur Textricio bellum mutuo geſſerunt. Præualente Pippino cum Auſtraſiis, Theodoricus rex cum Berchario fugam iniit: Pippinus victor extitit, perſecutuſque eam regionem ſibi ſubiugauit. Sequenti tempore idem Bercharius ab adulatoribus falſis amicis interfectus eſt, inſtigante Anſflede matrona ſocru ſua. Poſt hæc autẽ Pippinus Theodoricum regem accipiens cum theſauris, & domum palatii omnia peragens in Auſtriam remeauit. Eratque ei vxor nobilis & prudentiſſima, nomine Plichtrudis, genuitque ex ea filios duos: nomen ſenioris, Droga: nomen vero iunioris, Grimoaldus.

Cap. 101. Theodoricus moritur.

Mortuus eſt autem Theodoricus rex, regnauit autem annos xiiij. Chlodoueum filium eius paruulum elegerunt in regnum. Non poſt multos vero annos prædictus rex Chlodoueus ægrotans mortuus eſt, regnauit autem annos iiij. Childebertus frater eius in regnum reſedit. Drocus vero à Pippino genitore eruditus ducatum Campanenſem accepit. Grimoaldus iunior cum Childeberto rege maior domus palatii ſuper Francos electus eſt: fuitque vir mitiſſimus, omni bonitate & manſuetudine repletus, largus in eleemoſynis, in orationibus promptus.

H

Grimoaldus.

Cap. 102.

Pippinus contra Radbodum ducem gentilem Friſionũ gentis aduerſus alterutrum bellum intulerunt, Caſtro Doreſtate illic belligerantes inuicem. Pippinus victor extitit, fugatoque Radbodo duce cum Friſionibus qui euaſerant. Idem Pippinus cũ multis ſpoliis & præda reuerſus eſt. Poſt hæc Drocus filius Pippini à valida febre correptus mortuus eſt, & ſepultus in baſilica beati Arnulfi Confeſſoris Metis vrbe. Grimoaldus quoque ex quadam concubina genuit filium nomine Theudoaldum.

A

Cap. 103. Pippinus ducit Alpheidam. Cap. 104.

Igitur præfatus Pippinus aliam duxit vxorem nobilem & elegantem, nomine Alpheidam, ex qua genuit filium, vocauitque nomen eius lingua propria Carolum, creuitque puer elegans, atque egregius effectus eſt.

Mortuus eſt his diebus Childebertus rex, & ſepultus Canciaci in baſilica ſancti Stephani martyris. Regnauit autem annos XIII. Dagobertus filius eius ſedem regni patris ſui accepit. Igitur Grimoald' filiam Radbobi ducis Friſionum duxit vxorem: ægrotante quoq; Pippino Iobu villa ſuper Moſam fluuium, cum ad eum viſitandum idem Grimoaldus veniſſet, cum ad oratione in baſilica ſancti Landberti martyris proceſſiſſet, à crudeliſſimo viro impio Rantgario nomine interfectus eſt. Poſt hæc Theudoaldus filius eius paruulus in locum ipſius prædicto rege Dagoberto maior domus Palatii effectus eſt. Sequenti quoque tempore idem Pippinus dux ægrotans mortuus eſt: rexitq; populum Francorum annos XXVII. Reliquit ſuperſtitem Carolum filium. Poſt obitum quoque eius Plichtrudis

B

matrona præfato ſuo conſilio atque regimine cuncta agebat. Demum Franci mutuo in ſeditionem verſi, conſilio inutili, commiſſa acie in Coacia ſylua contra Theudoaldum & Leudes Pippini quondam atque Grimoaldum iniere certamen, corruitq; ibi immodicus exercitus Thudoaldus itaque à ſodalibus ſuis per fugam lapſus euaſit. Magna & valida perturbatio & perſecutio extitit apud gentē Francorum.

Cap. 105.

Eo tempore elegerunt in honorem maioris domus quēdam Francum nomine Raganfridum, commotoque exercitu hoſtili vſque Moſam fluuium properant, cuncta vaſtantes: cum Radbodo duce fœdus ineunt. His diebus Carolus dux à præfata femina Plichtrude ſub cuſtodia detentus Dei auxilio liberatus eſt.

Cap. 106. Dagobertus obiit.

Eodem tempore Dagobertus rex obiit, regnauitq; annos quinque: Franci vero Chilpericum quendam regem conſtituerunt. Iterato quidem tempore commoto exercitu contra memoratum Carolum dirigunt. Ex alia parte vndē cum hoſte Friſionum venturo Radbodum ducem inuitant contra quem prædictus vir Carolus eum exercitu ſuo conſurgens, certamen inuicem iniere, ſed nō modicum ibi perpeſſus eſt damnum de viris ſtrenuis atque nobilibus: cernenſq; læſum exercitum, terga vertit. Chilpericus poſt hæc

C

& Raganfridus adunata hoſtili plebe Arduennam ſyluam tranſeunt, ab alia parte præſtolante Radbodo duce, cum exercitu ſuo hactenus Coloniam vrbē ſuper Rhenum fluuium peruenerunt, regiones illas pariter vaſtantes, munera multa & theſauros à præfata Plichtrude accipientes reuerſi ſunt. Sed in via in loco qui dicitur Amblaua, ab exercitu Caroli grande perpeſſi ſunt damnum. Succedenti tempore Carolus commoto exercitu contra Chilpericum & Raganfridum direxit. Bellum iniere die dominica in quadrageſima 12. Cal. April. in loco nuncupato Vinciaco in pago Cameraceſi nimia cæde inuicem colliſi. Chilpericus & Ragāfredus deuicti, in fugam lapſi terga vertentes euaſerunt, quos Carolus perſecutus, Pariſios ciuitatem properauit.

Cap. 107.

Deinde Coloniam vrbem reuerſus ipſam ciuitatem cepit reſeratam, præfata Plechtrudis theſauros patris ſui ei reddidit, & cuncta ſuo dominio reſtuit, regem ſibi cōſtituit nomine Chlotharium. Chilpericus itaque & Raganfredus

D

legationem ad Eudonem dirigunt, eius auxilium poſtulantes rogant regnum & munera tradunt. Illi quoque hoſte Vuaſconorum commoto ad eos venientes pariter aduerſus Carolum perrexerunt. At ille conſtanter & intrepidus eis occurrere properat. Eudo territus quod reſiſtere non valeret, aufugit. Carolus inſecutus eum vſque Pariſios, Sequanam fluuium tranſiit, vſque Aurelianenſem vrbem acceſſit, & vix euadens, terminos regionis ſuæ penetrauit, Chilpericum regem ſecum cum theſauris ſublatis auexit. Chlotharius itaque rex deſunctus deceſſit. Carolus permiſſos ſuos ab Eudone duce, idemque prædictum Chilpericum regem recipit. Venienſq; vrbē Nouiomo poſt non multū tempus curſum vitæ & regnū amiſit, & mortuus eſt, regnauitq; annos ſex. Quo mortuo Theodoricum regē ſtatuerant in ſedē regni, qui nunc locum ſolii regalis obtinuit annis vitæ ſimul præſtolatis. His ita euulſis, Carolus princeps inſecutus idem Raganfredū Andegauis ciuitatē obſedit vaſtata eadē regione cum plurimis ſpoliis remeauit.

E

Cap. 108. Carolus Saxones debellauit.

Per idem tempus rebellantibus Saxonibus, Carolus princeps veniens eos præoccupauit ac debellauit, victorq; reuertitur. Secutis diebus euoluto anni circulo coacta agminum multitudine Rhenum fluuium tranſiit, Alemannoſq; & Sueuos luſtrat, atque Danubium peraccesſit, illoque tranſmeatu fines Baioarenſes occupauit. Subacta regione illa theſauris multis cum matrona quadam Bilitrude & nepte ſua Sonichilde egreditur. Per idem tempus Eudone duce à iure fœderis recedēte, eoq; comperto per internuntios Carolus princeps commoto exercitu Ligerem fluuiū tranſiens, ipſo duce Eudone fugato præda multa ſublata bis eo anno ab his hoſtibus populata, iterum remeatur ad propria. Eudo namq; dux cernens ſe ſuperatū atq; deriſum, gentem perfidam Sarracenorum ad auxilium contra Carolum principem, & gentem Francorum excitauit, egreſſique cum rege ſuo Abdyrama nomine Garumnam tranſeunt, Burdegalenſem vrbem peruenerunt, eccleſiis igne concrematis, populis conſumptis vſq; Pictauos progreſſus eſt, vbi baſilica ſancti Hilarii igne cremata (quod dici dolor eſt) ad domum beatiſſimi Martini euertendam deſtinant. Contra quos Carolus princeps audacter aciem inſtruit, ſuper eoſq; belligerator irruit, Chriſto auxiliante tentoria eorū ſubuertit, ad prælium ſtragem conterendā accurrit, interfectoque

F

rege eorum Abdirama, proſtrauit exercitum, proterens dimicauit, atque deuicit ſicq; victor de hoſtibus triumphauit.

Cap. 109. Carolus Burgundiā ſubiugauit.

Procedente alioquin anno ſequente egregius bellator Carulus princeps regionem Burgundiæ ſagaciter penetrauit fines, Leudibus ſuis probatiſſimis viris, induſtriis ad reſiſtendum, gentibus rebellibus & infidelibus ſtatuit, pace parta Lugdunum in Gallia ſuis fidelibus tradidit. Firmata fœdera iudiciaria, reuerſus eſt victor fiducialiter agens. In illis quippe diebus Eudo dux mortuus eſt: hæc audiens præfatus princeps Carolus, inito conſilio procerum ſuorum denuo Ligerem fluuium tranſiit vſque Garumnam vel vrbem Burdegalenſem, vel caſtrum Blauium veniens occupauit, illamque regionem cepit ac ſubiugauit cum vrbibus ac ſuburbano caſtrorum. Victor cum pace remeauit, opitulante Chriſto rege regum, & domino dominorum. Curricula annorum hactenus reperiuntur ab Adam vel initio ſæculi vſque diluuium anni II. CCXLII. A diluuio vſque Abraam anni DCCCCXLII. Ab Abraham vſque ad Moyſem anni D V. A Moyſe ad Salomonem vſque anni CCCCLXXXIX. A Salomone vſque reædificationem tē-

G

pli temporibus Darii regis Perſarum, anni DXII. A reſtauratione templi vſque aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti anni DXLVIII. Certe ab initio mundi vſque ad paſſionem domini noſtri Ieſu Chriſti anni MMMMMDXXXVIII. & à paſſione domini vſque in iſtum annum præſentem in cyclo victoris anni CLXXVII. Calend. Ianuan. die dominica anni DCCXXXV. & vt iſtud milenarium compleatur reſtant anni ducenti ſexaginta quinque.

Itemque quod ſuperius prætermiſimus, in gentem duriſſimam maritimam Friſionum nimis crudeliter rebellantē, præfatus princeps audacter nauali euectione properat, certatim ad mare ingreſſus nauium copia adunata Auſtrachiā & Auſtrachiam inſulas Friſionum penetrauit, ſuper Burdine fluuium caſtra ponens Poponem gentilem ducem illorum fraudulentum conſularium interfecit, exercitum Friſionum proſtrauit: fana eorum idololatriæ contriuit, atque comboſſit igni cum magnis ſpoliis & prædis victor re-

H

uerſus eſt in regnum Francorum. Itaque ſagaciſſimus vir Carolus dux commoto exercitu ad partes Burgundiæ dirigit, Lugduum Galliæ vrbem, maiores natu atque præfectos eiuſdem prouinciæ ſuæ ditioni reipubl. ſubiugauit vſque Maſſilienſem vrbem vel Arelatum ſuis iudicibus conſtituit, cum magnis theſauris & muneribus in Francorū regnum remeauit in ſedem principatus ſui. Itemque rebellantib. Saxonibus paganiſq; vltra Rhenum fluuium conſiſtentib. ſtrenuus vir Carolus dux commoto exercitu Francorum in loco vbi Lippia fluuius Rhenum amnem ingreditur, ſagaci intentione tranſmeauit maxima ex parte regionem illam ditiſsimam ſtrauit, gentemque illam ſæuiſsimam ex parte tributarios eſſe præcepit, atque quam plures obſides ab eis accepit, ſicque opitulante domino victor remeauit ad propria. Denuo rebellante gente valida Iſmaelitarum

A quos modo Sarracenos vocabulo corrupto nuncupant, irrumpenteſq; Rodanum fluuiũ inſidiantibus infidelib⁹ hominibus ſub dolo & fraude Mauronte quodam cum ſociis ſuis, Auennionem vrbẽ muniſſimam ac montuoſam collecto hoſtili agmine ipſi Sarraceni ingrediuntur. Illiſq; rebellantibus ea regione vaſtata. At contra vir egregius Carolus dux germanum ſuum virum induſtrium Hildebrandum ducem, cum reliquis ducib⁹ & comitibus, ad illas partes cum apparatu hoſtili dirigit, quiq; propere ad illam peruenientes tentoria inſtituunt, vndique ipſum oppidum, & ſuburbana præoccupant, munitiſſimam ciuitatem obſidẽt, aciem inſtruunt, donec inſecutus vir belligerator Carolus prædictam vrbem aggreditur, muros circũdat, caſtra ponit, obſidionem coaceruat, in modum Hiericho cum ſtrepitu hoſtium & ſonitu tubarum cum machinis & reſtium funibus ſuper muros & ædium mœnia irruunt, vrbem munitiſſimam ingredientes ſuccendunt, hoſtes inimicos ſuos capiunt interficientes, trucidant atq; proſternunt, & in ſuam ditionem efficaciter reſtituunt. Victor igitur atque bellator inſignis intrepidus Carolus Rodanum fluuium cum exercitu ſuo tranſiit, Gothorum fines penetrauit, vſque Narbonenſem Galliam acceſſit, ipſam vrbem celeberrimam atq; metropolim eorum obſedit: ſuper Adice fluuiu munitionẽ in gyrum in modum arietum inſtruxit, regem Saracenorũ nomine Athima cum ſatellitib. ſuis ibidem recludit, caſtraque metatus eſt vndique.

> Caroli expeditionem in Sarracenos. Turpinus c. 2 de vita Caroli magni & Rolandi.

> Idem de muris Pampelonæ vrbis per ſemetipſos lapſis adorationẽ Caroli magni narrat Turpin. lib. de vita Caroli magni cap. 5.

B Hæc audientes maiores natu & principes Sarracenorum qui commorabantur eo tempore in regione Hiſpaniarum, coadunato exercitu hoſtium cum alio rege Amor nomine machinis aduerſus Carolum viriliter armati conſurgunt, præparantur ad prælium, contra quos præfatus dux Carolus triumphator occurrit, ſup fluuio Birra, & valle Corbaria palatio. Illiſq; mutuo confligentibus, Sarraceni deuicti atque proſtrati cernentes regem eorum interfectum in fugam lapſi terga verterunt, qui euaſerant cupientes nauali euectione euadere in ſtagno maris natantes. Namq; ſibimet mutuo conatu inſiliunt. Mox Fräci eum nauibus & iaculis armatoriis ſup eos inſiliunt, ſuffocanteſq; in aquis interimunt. Sicque Franci triumphantes de hoſtib⁹ prædam magnam & ſpolia capiunt, capta multitudine captiuorum cum duce victore regionem Gothicam depopulãtur, vrbes famoſiſſimas Nemauſum, Agatem, his

C in terris funditus muros & mœnia Carolus deſtruens igne ſuppoſito concremauit, ſuburbana & caſtra illius regionis vaſtauit. Deuicta aduerſariorũ agmine, Chriſto in omnib⁹ præſule, & capite ſalutis & victoriæ, ſalubriter remeauit in regionem ſuam, in terram Francorum ad ſolium principat⁹ ſui. Denuo curriculo anni illius menſe ſecundo prædictum Germanum ſuũ cum pluribus ducibus atq; comitibus cõmoto exercitu ad partes Prouinciæ dirigit, Auennionem vrbem venientes Carolus properans acceſſit, cunctamque regionem vſque littus maris magnæ ſuæ dominationi reſtituit, fugato duce Mauronte impenetrabilibus tutiſſimis rupibus maritimis munitionibus præfatus princeps Carolus cuncta ſibimet adquiſita regna victor regreſſus eſt, nullo contra eum rebellante, reuerſuſque in regionem Francorum ægrotare cœpit in villa Vernibrea ſuper Iſſara fluuio.

> Cap. 110. Papa ad Carolum mittit reliquias.

Eo etenim tempore bis à Romana ſede ſancti Petri Apoſtoli beatus Papa Gregorius claues venerãdi ſepulchri, cum vinculis ſancti Petri & muneribus magnis & infinitis legatione, quod antea, nullis auditis aut viſis temporibus

D fuit, memorato principi deſtinauit. Eo pacto patrato, vt ad partes Imperatoris recederet, & Romanum conſularũ præfato principi Carolo ſanciret. Ipſe itaque princeps mirifico ac magnifico honore ipſam legationẽ recepit, munera pretioſa contulit, atque cum magnis præmiis cum ſuis ſodalib⁹ miſſis Grimonem Abbatem Corbenſis monaſterii, & Sygobertum reclusũ baſilicæ ſancti Dionyſii martyris, Romam ad limina ſancti Petri & ſancti Pauli deſtinauit. Igitur memoratus princeps conſilio optimorum ſuorum expetito filiis ſuis regnum diuidit. Itaque primogenito ſuo Carolo Magno nomine, Auſtriam & Sueuiam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alterum vero ſecundum filium Pippinum nomine Burgundiæ & Neuſtraſiæ prouinciæ præfecit. Eo anno Pippinus dux commoto exercitu cum auunculo ſuo Hildebrando duce, & multi-

> Carolus in tres filios regnum diuidit.

E tudine primatum & agminum & ſatellitum plurimorum ad Burgundiam dirigunt, fines regionum præoccupant. Interim, quod dici dolor & mœror ſollicitat ruinam, in ſole, luna & ſtellis noua ſigna apparuere, ſeu & paſchalis ordo ſacratiſſimus turbatus fuit. Carolus nempe princeps Pariſiis baſilicam ſancti Dionyſii martyris multis muneribus ditauit, venienſque Carſiacum villam Palatii ſuper Iſſaram fluuium valida febre correptus obiit in pace, cunctis in gyro regnis acquiſitis. Rexit autem vtraque regna annos 25 tranſiit itaque 4. Cal. Nouembris, ſepultuſque eſt Pariſius in baſilica ſancti Dionyſii martyris.

> Signa.

> Caroli obitus.

EIVSDEM GREGORII TVRONENSIS,

DE GLORIA MARTYRVM, LIBRI DVO.

PRÆFATIO AVCTORIS IN LIBRVM PRIMVM.

F HIERONYMVS presbyter, & poſt apoſtolum Paulum bonus doctor Eccleſiæ, refert ſe ductum ante tribunal æterni iudicis, & extenſum in ſupplicio grauiter cæſum, eo quod Ciceronis argutias, vel Virgilii fallacias ſæpius lectitaret: confeſſumq; ſe coram angelis ſanctis ipſi dominatori omnium, nunquam ſe deinceps hæc lecturum, neq; vltra tractaturum, niſi ea quæ Deo digna & ad Eccleſiæ ædificationem opportuna iudicarentur. Sed & Paulus apoſtolus, *Quæ pacis ſunt*, inquit, *ſectemur, & quæ ad ædificationem inuicem cuſtodiamus*: & alibi, *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem, vt det gratiam audientibus.* Ergo hæc nos oportet ſequi, ſcribere atque loqui, quæ Eccleſiam Dei ædificent, & quæ mentes inopes ad notitiã perfectæ fidei inſtructione ſancta fœcundent: non enim oportet fallaces commemorare fabulas, neque philoſophorum inimicam Deo ſapientiam ſequi, ne in iudicium æternæ mortis domino diſcernente cadamus. Quod ego metu-

> De ſe retulit in Epiſt. Hierony[illegible] habe[illegible] in docet.

> Euangelice[illegible] poetarum figmenti antiſtent.

G ens, & aliqua de ſanctorum miraculis quæ hactenus latuerunt, pandere deſiderans, non meis retibus vel vinciri cupio vel inuolui. Non ego Saturni fugam, non Iunonis iram, non Iouis ſtupra, non Nepturi iniuriam, non Æoli ſceptra, non Æneadum bella, naufragia, vel regna commemoro: taceo Cupidinis emiſſionem, non Aſcanii dilectionem, hymenæoſq; lachrymas, vel exitia ſæua Didonis: non Plutonis triſte veſtibulum, non Proſerpinæ ſtuproſum raptum, non Cerberi triforme caput: non reuoluam Anchiſæ colloquia, non Ithaci ingenia, nõ Achillis argutias, non Sinonis fallacias, non ego Laocoontis conſilia, non Amphitryonidis robora, non Iani conflictus, fugas, vel obitum exitiaĺe proferam: non Eumenidum variorumq; monſtrorum formas exponam: non reliquarum fabularum commenta, quæ hic auctorante finxit mendacio, aut verſu depinxit heroico. ſed iſta omnia tanquam ſuper arenam locata, & cito ruitura conſpiciens, ad diuina & euangelica potius miracula reuertamur: Vnde Ioannes euangeliſta exorſus eſt dicens, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta*

> Ioan. 1

H *ſunt & ſine ipſo factum eſt nihil.* Et deinceps ait, *Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti à patre plenum gratia & veritate.* Quod autẽ in Bethleem naſciturus erat, ita ait propheta, *Et tu Bethleem Eufrata, non es minima in millibus Iuda. Ex te enim prodiet rex qui regat populũ meum Iſrael.* Hoc enim & Nathanael ille à Chana Galilææ dixit, *Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſrael*: ipſe eſt & ſalus mundi: de quo & ille Simeon ait, *Nunc dimittis domine ſeruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.*

> Cap. 1.

Nato ergo domino noſtro Ieſu Chriſto ſecundum carnem in Bethleem oppido, in diebus Herodis regis, iuxta fidem euangelicam, Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam dicentes, *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum: vidimus enim*

ſtellam

A

Puteus S. Virginis.

ſtellam eius in oriente & venimus adorare eum, & reliqua. Eſt autem in Bethleem puteus magnus, de quo Maria glorioſa aquam fertur hauſiſſe: vbi ſæpius aſpicientibus miraculum illuſtre monſtratur, id eſt, ſtella ibi mundis corde quæ apparuit magis oſtenditur. Venientibus deuotis ac recumbentibus ſuper os putei operiuntur linteo capita eorum. Tunc ille cui meritum obtinuerit, videt ſtellam ab vno pariete putei ſuper aquas transmigrari ad alium, in illo modo quo ſolent ſuper cælorum circulo ſtellæ transferri. Et cum multi aſpiciant, ab illis tantum videtur quibus eſt mens ſanior. Nonnullos vidi qui eam adſerebant ſe vidiſſe. Nuper autem diaconus noſter retulit, quod cum quinque viris aſpexit, ſed duobus tantum apparuit.

Stella duc magorum pueris conſpecta.

Cap. 2. Saluatoris miracula.

Dominus igitur noſter Ieſus Chriſtus in aſſumpta carne de virgine, multa populis miracula eſt dignatus oſtendere. Hauſtos enim latices in vini ſaporem conuertit: cæcorum oculis depulſa nocte, lumen infudit: paralyticorum greſſus ablata debilitate direxit: febres ægrotantium fugato ardore reſtinxit: hydropicum compreſſo tumore ſanauit: lepram diſcedere ſacri oris virtute mandauit, mulierem dæmonio inclinatam inuidentibus Iudæis erexit: ſuper aquas vero, non dehiſcentibus aquis inceſſit: profluuium mulieris tactu fimbriæ ſalutaris auertit. Multa quidem & alia fecit, quæ ſacra Euangeliorum narrat hiſtoria. Tamen cum multos ſalubri cæleſtique mandato reſtaurâſſet ad vitam, tres ab infernali morte reductos vitæ reſtituit: id eſt archiſynagogi filiam reſuſcitauit in domo: vnicum viduæ ſurgere iuſſit ad portæ egreſſum: & Lazarum vocauit ex monumento.

B

Cap. 3. Chriſti paſſio & reſurrectio.

Igitur Iudæi furore ſuccenſi, falſis accuſationibus circumdantes iuſtum, tradiderunt morti, & crucis adfixione damnauerunt: quem Deus pater ſuſcitauit à mortuis tertia die, ſolutis doloribus mortis, quoniam impoſſibile erat eum apud inferos detineri, ſicut ait apoſtolus Petrus. Poſt hæc promittens paracletum, & imbuens cæleſtibus doctrinis apoſtolos, victor aſcendit ad cælos, venturumque ſe ad iudicandum angelis teſtantibus repromittens, dicente apoſtolici Actus hiſtoria, *Hic Ieſus qui receptus eſt à vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.*

Cap. 4. Miſſio Apoſtolorum Act. 2.

C

Poſt admirabilem igitur dominicæ aſcenſionis gloriam, quæ contrito diabolicæ malignitatis capite, mentes fidelium ad contemplanda cæleſtia animauit, ſancti apoſtoli domini & ſaluatoris noſtri cum beata Maria matre eius in vna congregati domo, omnia ponebant in medio, nec quiſquã ſuum aliquid eſſe dicebat, ſed vnuſquiſque cuncta poſſidebat in charitate, ſicut ſacer apoſtolicæ actionis narrat ſtylus. Poſt hæc diſperſi ſunt per regiones diuerſas ad prædicandum verbũ Dei. Denique impleto à beata Maria huius vitæ curſu, cum iam vocaretur à ſeculo congregati ſunt omnes apoſtoli de ſingulis regionibus ad domum eius. Cumque audiſſent quia eſſet adſumenda de mundo, vigilabant cum ea ſimul: & ecce dominus Ieſus aduenit cum angelis ſuis, & accipiens animam eius tradidit Michaeli angelo, & receſſit. Diluculo autem leuauerunt apoſtoli cum lectulo corpus eius, poſueruntque illud in monumento, & cuſtodiebant ipſum, aduentũ domini præſtolantes. Et ecce iterum adſtitit eis dominus, ſusceptumque corpus ſanctum in nube, deferri iuſſit in Paradiſum: vbi nũc reſumpta anima, cum electis eius exultans, æternitatis bonis nullo occaſuris fine perfruitur.

Niceph. lib. 2. c. 22. & 2.

Aſſumptio virginis.

D

Cap. 5. Crucis inuentio. Niceph. li. 8. c. 29.

Crux dominica quæ ab Helena Auguſta reperta eſt Hieroſolymis, ita quarta & ſexta feria adoratur. Huius reliquias & merito & fide Helenæ comparanda regina Radegundis expetiit, ac deuote in monaſteriũ Pictauenſe, quod ſuo ſtudio conſtituit, collocauit, miſitque pueros iterum Hieroſolymã ac per totam orientis plagam, qui circumeuntes ſepulchra ſanctorum martyrum confeſſorumque cunctorum reliquias detulerunt: quibus in arca argentea cum ipſa cruce ſancta locatis, multa exinde miracula conſpicere meruit. De quibus illud primum exponam, quod ibidem dominus in diebus paſſionis ſuæ dignatus eſt reuelare. Sexta feria ante ſanctum Paſcha, cum in vigiliis ſine lumine pernoctarent, circa horam tertiam noctis apparuit ante altare lumen paruulum in modum ſcintillæ: deinde ampliatum, huc illucque comas fulgoris ſpargens, cœpit gradatim in altum conſcendere: effectaque phatus magna, obſcuræ nocti vigilantique plebeculæ lumẽ præbuit ſupplicanti: illuceſcente quoque cœlo paulatim deficiens, data terris luce, ab oculis mirãtium euanuit. Ego autem audiebã ſæpius, quod etiam lychni qui accendebantur ante hæc pignora, ebullientes virtute diuina, in tantum exundarent oleum, vt vas ſuppoſitum plerunq; replerent: & tamẽ iuxta ſtultitiam mentis duræ, nunq. ad hæc credenda mouebar, donec brutã ſegnitiem ipſa ad præſens quæ oſtenſa eſt virtus argueret: ideoq; quæ oculis propriis uiderim, explicabo. Cauſa deuotionis extitit vt ſepulchrum ſancti Hilarii viſitans, huius reginæ adirem colloquia: ingreſſuſq; monaſterium, conſalutata regina, coram adoranda cruce ac ſacris beatorum proſternor pignoribus. Deniq; oratione facta ſurrexi. Erat enim ad dexteram lychnus accenſus, quẽ cum ſtillis frequentib. defluere conſpexiſſem, teſtor Deum, quia putaui quaſi vas eſſet effractum quia erat ei concha ſuppoſita, in quam oleum defluẽs decidebat. Tunc cõuerſus ad abbatiſſam, aio, Tantane te mentis ignauia, vt integrum cicindile laborare non poſſis, in quo oleum accendatur, niſi effractum quo defluat ponas? & illa, Non eſt ita domine mi, ſed virtus eſt crucis ſanctæ quam cernis. Tunc ego ad me reuerſus, & ad memoriã reuocans quæ prius audieram, conuerſus ad lychnum, video in modum ollæ feruentis magnis fluctibus exundare, & per oram ipſam vndis intumeſcentibus ſuperfluere, & vt credo ad incredulitatẽ meam arguendã, magis ac augeri, ita vt in vnius horæ ſpacio pluſquam vnum ſextarium redderet vaſculum, quod quartarium non tenebat: admiratuſque ſilui, & virtutem adorãdæ crucis deinceps prædicaui. Puella quædam Chrodechildis nomine, dum poſt mortem patris in vrbis Cenomanicæ territorio reſideret, oculorum amiſſione multatur. Poſtquam autem ex iuſſione Chilperici regis, adhuc beata Radegunde regina ſuperſtite, ad antedicti monaſterii trãſmiſſa eſt regulam, ipſa beatiſſima oſtendente, ante ſanctam proſternitur ſicam. Ibique cum reliquis ſanctimonialibus vigilias explicans, dato mane uſdẽ diſcedentibus, proſtrata ſolo in eodem loco quieuit: apparuitque ei per viſum quaſi aperiret aliquis oculos eius, & vnum ſanitati redditum, dum cum alio laboraret, ſubito ad ſtrepitum ſomno expergefacta, vnius oculi lumẽ recepit. Quod non ambigitur hoc per crucis virtutem fuiſſe præſtitum. Energumeni, claudi, & alii quoque infirmi perſæpe in hoc loco ſanantur. De his hactenus.

Lux cæleſtis.

E

F

G

Crucis virtute multi ſanantur.

Cap. 6. Clauorum Chriſti inuentio.

Clavi Chriſti quatuor.

H

Speciosi autem omnique metallo nobiliores dominicæ crucis claui, qui beata membra tenuerunt, ab Helena regina poſt prius ſacræ crucis inuentionem reperti ſunt. & de duobus quidem, frænum imperatoris muniuit, quo facilius ſi aduentæ gentes rebellaſſent principi, hac virtute fugarentur. De quibus non eſt ignotum, Zachariã vaticinaſſe prophetam: *Erit, inquit, quod in freno eſt, quod ponitur, ſanctum domino.* Eo enim tempore Adriaticum mare magnis fluctibus mouebatur, in quo tam frequentia erant naufragia, ac demerſio hominum, vt vorago nauigantium diceretur. Tunc prouida regina, condolens excidia miſerorum, vnum ex quatuor clauis deponi iubet in pelagus, cõfiſa de domini miſericordia, quod ſæua fluctuum commotiones facile poſſet obprimere. Quo facto reddidit mare quietum, tranquillaq; deinceps nauigantibus flabra præſtantur. Vnde vſq; hodie nautæ ſanctificatum mare venerantur, cum ingreſſi fuerint, ieiuniis orationibuſque & pſallentio vacãt. Clauorum ergo dominicorum gratia, quod quatuor fuerint, hæc eſt ratio: duo ſunt affixi in palmis, & duo in plantis, & quæritur cur plantæ affixæ ſint, quæ in cruce ſancta dependere viſæ ſunt potius quã ſtare: ſed in ſtipite erecto foramẽ factum manifeſtũ eſt. Pes quoq; paruulæ tabulæ in hoc foramen inſertus eſt: ſuper hanc vero tabulam, tanquam ſtantis hominis ſacræ affixæ ſunt plantæ. Quæritur etiam quid de his clauis fuerit factum. Duo ſunt quos ſupra diximus aptatos in fræno, tertius proiectus in fretum: quartum adſerunt eſſe defixum in capite ſtatuæ Conſtantini, quæ ciuitate, vt aiunt, tota excelſior eſſe ſuſpicitur, ſcilicet vt tota cui eminet munitione ſalutis quodam modo galea coronata eſt. Magnam adſerunt virtutem eſſe huius fræni, quod ambigi nequaquam poteſt: quod Iuſtinus imperator publice expertus eſt, ac ſuis omnibus patefecit. Illuſus enim à quodam mago

A

propter pecuniam, emiſſas ſibi à dæmonis vmbra intolerabilis per duarum curricula noctium ſuſtinuit inſidias: ſed cum, tertia nocte frænum capiti collocaſſet, locum inſidiandi inimicus vltra non habuit, repertumque auctorem inſidiarum gladio percuſſit. Nobis vero quæ ſit virtus ligni huius, hoc modo manifeſtum eſt. Aduenit quidam qui nobis pallulam holoſericam valde vetuſtam exhibuit, dicens, ab hac Hieroſolymis crucem domini inuolutā fuiſſe. Quod cum apud ruſticitatem noſtram incredibile haberemus, ac rimaremur ſollicite vnde ei tāta ibidem fuiſſet gratia, vt iſta meruiſſet, cum ſciam* in tempore quo ſacrum hoc lignum adoratur, non ſolum exinde nihil quenquā mereri, ſed etiam importunius accedentem verberibus arceri, reſpondit, Quando, inquit, Hieroſolyma abii: Futeu abbatem reperi, qui magnam cum Sophia Auguſta gratiā habuit: huic enim oēm orientem quaſi præfecto commiſerat: huic me ſubdidi, & cum ab oriēte regrederer, ab hoc & ſanctorum pignora, & hanc pallam, de qua eo tempore ſancta crux inuoluebatur accepi. Poſtquā mihi vir ille retulit, & hanc mihi pallā tradidit, præſumpſi fateor eam abluere, & frigoriticis poculū

Inuolucrū Crucis claret miraculis.

B

dare: ſed mox opitulante virtute diuina, ſanabantur. Scindebam etiam exinde plerunq; particulas, & dabam religioſis ꝓ benedictione. Vni vero abbati partem diuiſi, qui poſt duos ad me annos rediens cum ſacramento aſſeruit duodecim ab ea energumenos, tres cæcos, duoſq; paralyticos fuiſſe ſanatos. Muto cuidam ipſam in os poſuit: ſed cum dentes linguamque eius attigit, ſtatim vocem eloquiumque reſtituit: quod nos fideliter credere ipſa domini promiſſio inſtruit, dicens, *Omnia quæcunque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis, & venient vobis.*

Cap. 7. De lancea, arundine, ſpongia, corona & columna.

De lancea vero, arundine, ſpongia, corona ſpinea, colūna ad quam verberatus eſt dominus & redemptor Hieroſolymis: ad hanc vero columnam multi fide pleni accedentes, corrigias textiles faciunt, eamque circundant quas rurſum pro benedictione recipiunt, diuerſis infirmitatibus ꝓfuturas. Ferūt etiam ipſas coronæ ſentes quaſi virides apparere: quæ tamen ſi videantur aruiſſe foliis, quotidie tamen reuireſcere virtute diuina. Prodit & ex monumento quo dominicum iacuit corpus, mira virtus, quod ſæpius terra naturali candore radiante repletur, & exinde iterum ablata aqua conſpergitur, de qua tortulæ paruulæ formantur, ac ꝑ

C

diuerſas mundi partes tranſmittuntur: de quibus plerunq; infirmi ſanitates hauriunt. Illud eſt tripudiabile, quod ſæpiſſime acceſſus ſerpentium vitant. Sed quid ego temerarius de his loqui audeo, cum fides retineat, Omne quod ſacroſanctum corpus attigit, eſſe ſacratum?

Cap. 8. De tunica Chriſti.

De tunica vero beati corporis non conſuta deſuper contexta per totum, quæ iuxta Dauidicum vaticinium ſub ſorte iacuerat, fides euangelica pandit. Ait enim, *Partiti ſunt veſtimēta mea ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortes*, De hac vero immaculati agni tunica, quæ à quibuſdam audiui ſilere nequeo. Ferūt autem in ciuitate Galatheæ, in baſilica quæ ad ſanctos Archangelos vocitatur, retineri. Eſt enim hæc ciuitas, ab vrbe Cōſtantinopolitana, quaſi milibus centū quinquaginta, in qua baſilica eſt crypta abditiſſima: ibiq; in arca lignea hoc veſtimētum habetur incluſum, quæ arca à deuotis atq; fidelibus cum ſumma diligentia adoratur, non immerito digna, quæ hoc veſtimentum retinet, quod dominicum corpus vel contingere meruit, vel velare.

Cap. 9. De Baſilica B. Virginis.

D

Maria vero glorioſa genitrix Chriſti, vt ante partum, ita virgo creditur & poſt partū, quæ vt ſupra diximus, angelicis choris canentibus, in paradiſum domino præcedēte tranſlata eſt. Cuius baſilica ab imperatore Conſtantino admirabili opere fabricata renidet: ad quam adductæ columnæ, cū præ magnitudine leuari nō poſſent, eo quod eſſet circuitus earum ſedecim pedum, ac diebus ſingulis caſſo labore fatigarentur, apparuit artifici ſancta virgo ꝑ viſum dicens, Noli mœſtus eſſe: ego enim tibi oſtēdam qualiter hæ queant eleuari columnæ. Et oſtendit ei quæ aptarentur machinæ qualiter ſuſpenderētur trocleæ atq; funes extenderentur. illud addens, Coniunge tecum tres pueros de ſcholis, quorum hæc adiutorio poſſis explere. Quo cum ille euigilans q̄ præcepta fuerant coaptaſſet, vocatis tribus pueris ab ſcholis, erexit ſumma velocitate colūnas. Præſtitum eſt populis ſpectare miraculum admirandum, vt quod multitudo virorum fortium leuare nequiuerat, tres pueruli abſque virtute

E

perfecti operis ſubleuarent. Huius feſtiuitas ſacra mediante menſe vndecimo celebratur. Nam in oratorio Marciacenſis domus Aruerni territorij, eius reliquiæ cōtinentur. Adueniente vero hac feſtiuitate, ego ad celebrandas vigilias ad eum acceſſi. Cumq; per obſcuram noctem properarem ad oratorium, ſuſpicio a longe per feneſtras ita immenſam claritatem effulgere, vt putaretur ibi multitudo lychnorum ac cereorum eſſe accēſa. Credens igitur quod aliqui deuotorū iā nos ad celebrandas vigilias præceſſiſſent, accedo ad oſtiū, pulſo, nec quenquā inuenio, repertumq; oſtium claue munitum, cuncta ſilentio data deprehendo. Quid plura? tranſmittimus* ad cuſtodē cui tunc erat obſeruandi cura, vt ſcilicet oſtium claue exhibita reſeraret. Dum aūt ille venit, nos accēdimus à foris cereum, interea aperitur ſponte & oſtium: ingreſſiſq; nobis credo à caligine peccatorum meorum, claritas quam admirabamur à foris apparente cereo noſtro diſceſſit: nihil tamen præter virtutem glorioſæ virginis aliud penitus videre potuimus, vnde claritas illa fuiſſet exorta.

Lux diuinitus.

F

Cap. 10. Puer Iudæus Eucharistiæ perceptione ſeruatur in camino ignis. Euagr. lib. 4. c. 36. Niceph. li. 17. ca. 25.

Quid igitur in oriente actum fuerit ad corroborandam fidem Catholicam, non ſilebo. Iudæi cuiuſdam vitrarii filius cum apud Chriſtianos pueros ad ſtudia literarum exerceretur, quadam die dum miſſarum feſta in baſilica beatæ Mariæ celebrarentur, ad participationem glorioſi corporis & ſanguinis dominici cū aliis infantibus infans Iudæus acceſſit. Quo ſancto aſſumpto, gaudens ad domum patris reuertitur: illoque operante inter amplexus & oſcula quæ acceperat cum gaudio refert. At ille Chriſto domino ac ſuis legibus inimicus ait, Si cum his infantibus communicaſti, oblitus paternæ pietatis, ad vlciſcendum Moſaicæ legis iniuriam, parricida in te durus exiſtam. Et apprehenſum puerum in os fornacis ardentis proiecit, adiectiſque ligna quo vehementius exureretur, inſiſtit. Sed non defuit illa miſericordia quæ tres quōdam Hebræos pueros Chaldaico in camino proiectos nube roruléta reſperſerat: ipſa enim & hūc inter medios ignes, prunarum moles, iacentem proſſus conſumi non patitur: licet cum audiſſet mater, quod ſcilicet filium communem pater deliberaſſet exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cum vidiſſet incendia ab ore fornacis patulo, huc & illuc flamma dominante reſpergi, ornatum capitis ad terram proiecit, diffuſaq; cæſarie ſe miſeram clamitans, ciuitatem vocibus implet. Quod cum Chriſtiani quæ

Euchariſtia liberat incendio

G

actum fuerat, didiciſſent, concurrunt omnes ad tam iniquū ſpectaculum retractiſque ignibus ab ore fornacis, inueniūt puerū quaſi ſuper plumas molliſſimas decumbētem. Quo extracto, admirantur omnes illæſum: clamoribus locus ille repletur: & ſic domino omnis populus benedicit. Conclamant etiam vt auctorem huius ſceleris in ipſas proiicerent flammas. Proiectum autem ita totum ignis abſorbuit, vt vix de oſſibus eius paruum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum Chriſtiani quale ei inter ignes fuiſſet vmbraculum, ait, Mulier quæ in baſilica illa, vbi panē de menſa accepi, in cathedra reſidens, paruulū in ſinu geſtat infantem: hæc me pallio ſuo ne ignis voraret, operuit. Vnde indubitatum eſt beatam ei Mariam apparuiſſe. Agnita ergo infans fide Catholica, credidit in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, ac ſalutaribus aquis ablutus vna cum genitrice ſua, denuo ſunt renati. Multi Iudæorum exemplo hoc in vrbe illa ſaluati ſunt.

Apparet B. Maria.

Cap. 11 Monaſteriū Hieroſolym

H

Monaſterium eſt valde magnum in Hieruſalem, non modicam habens cōgregationem in quodam loco. Deuotio populi ſæpe plurima confert, verumetiam imperatoris iuſſu ibi non minima largiūtur. Accidit autem quodā tempore vt ꝓ penuria egeſtatis valde eis victus neceſſaria deficerent. Congregatio itaque garrula monachorum, cum vna atque alia die, refectionis alimoniam non caperet, vociferātur ad abbatē, dicentes, Largire cibos, aut permitte diſcedere vnumquemque in locum quo vitam propagare poſſit: alioqui nec te cōſulto abſcedimus, ne pereamus fame. Hæc iis dicentibus ait abbas, Oremus fratres dilectiſſimi, & dominus miniſtrabit nobis cibos: nec n. poteſt fieri vt deficiat triticum in eius monaſterio, quæ frugem vitæ ex vtero pereunti intulit mundo. Quibus vigilantibus nocte tota, ac pſallentibus, mane orto ita reperiunt cuncta horreorū habitacula repleta tritico, vt vix vel reſerari oſtium poſſet. Ac-

ceptu

A recepto autem cibo, gratias egerunt Deo. Poſt multos vero annos iterum deficiente cibo, clamauerunt monachi ad abbatem: qui ait, Vigilemus ac deprecemur dominum, & forſitan tranſmittere dignabitur alimenta. Denique proſternuntur ad pauimentum templi: vigilantes itaque noctem in pſalmis hymniſque & canticis ſpiritalibus, cum ſe poſt matutinas ſomno dediſſent, venit angelus domini, & poſuit ſuper altare multitudinem innumeram auri. Erant n. oſtia ædis obſerata. Exurgẽte autem mane abbate cum monachis ad celebrandum curſum, viderunt multitudinem auri ſuper altare. Et ait abbas cuſtodi æditui, Quis perfectorum huc in, teſſis eſt qui hæc detulit: reſpondit, Poſt egreſſum veſtrum nullus huc hominum acceſſum habuit, ſed oſtii clauem iuxta me retinui & mecum habui, donec ſurgerem ad commouendum ſignum. Tunc ſtupens abbas cum monachis, munus cæleſte intellexit, gratiaſque Deo agens collegit, comparatiſque victui neceſſariis, plebem incredibiliter affluenter refecit. Nec mirum ſi beata virgo ſine labore ſuis protulit victum, quæ ſine coitu viri concipiens virgo permanſit, & poſt partum.

B Huius beatæ virginis reliquias cum ſanctorum apoſtolorum vel beati Martini quadam vice ſuper me in cruce aurea poſitas exhibebam. Cumque per viam graderemur, conſpicio haud procul à via hoſpitiolum cuiuſdam pauperis incendio concremari. Erat autem foliis, quæ ignibus maxima præſtant fomenta, contectum. Currebat miſer cum liberis & vxore aquam deportans: ſed flammæ non mitigabantur. Tunc extractam à pectore crucem eleuo contra ignem: mox in aſpectu ſanctarum reliquiarum ita cunctis ignis obſtupuit ac ſi non fuiſſet accenſus.

Reliquiæ v... incendium ſedant.

Cap. 12.

Ioannes vero Baptiſta aſtu Herodis, per Herodiadem vxorem fratris, in carcerem colligatur. Tunc temporis à Gallis matrona quædam Hieroſolyma abierat, pro deuotione tantum, vt domini & ſaluatoris noſtri præſentiam mereretur: audiens autem quod beatus Ioannes decollaretur, curſu illuc rapido tendit, datiſque muneribus ſupplicat percuſſori, vt eam ſanguinem defluentem colligere permitteret. Illo autem percutiente, matrona concham argenteam præparat, truncatoque martyris capite cruorem deuota ſuſcepit. Quem diligenter in ampulla poſitum, patriam detulit, & apud Vaſatenſem vrbem, ædificata in eius honore Eccleſia, in ſancto altari collocauit.

Sanguis Io. Baptiſtæ.

C

Cap. 13.

Quoniam Vaſatenſis vrbis meminimus, operæpretiũ puto, miraculum quod in ea dominus largitus eſt, memorare. Tempore quo diuturna obſidione vallabatur à Chunis, omni nocte ſacerdos qui præerat, circuibat pſallendo, & orabat, nec ab vllo auxiliũ, niſi à domini miſericordia requirebat. Hortabatur omnes orare, & non deficere, aſſerens humiles preces, cælorum ianuas penetrare. Hoſtis vero in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros vineaſq; pecoribus intromiſſis vaſtabat: ſed ſacerdoti bono operi inſiſtenti, celeriter virtus diuina adfuit. Nã nocte viſum eſt ipſi barbarorum regi, quaſi pſallentes homines in veſtimentis albis accenſis cereis circuire muros vrbis, & indignans, ait, Quæ eſt hæc peruerſitas & ſecuritas vt obſeſſi quaſi deſpectis nobis, canticis neſcio quibus ac laudib. perſtrepãt? vere quia digni ſunt perditione. Et ſtatim miſit ad vrbem nuncios, interrogantes quid ſibi iſta vellent. At illi negant ſcire ſe quæ dicuntur, neque de iis aliqua perſenſiſſe. Alia vero nocte, vidit quaſi globum magnum ignis ſuper vrbem deſcendere: & ait, Si contra nos hi obſeſſi contumaciter agunt, nec nos metuunt, vel cæleſtis eos ira

D conſumet. Cumque non videret vllum ab vrbe incendium conſurgere, miſit iterum interrogare quæ eſſent quæ videtat. Similiter negauerunt nihil ſe omnino vidiſſe. Tunc rex Gauſericus ait Si hæc iſti neſciunt, manifeſtum eſt q; Deus eorum adiuuat eos: & ſtatim diſceſſit à loco illo. Sacerdos autem conuocatis omnib. vigilias celebrat, & miſſarum agit feſta pro liberatione populi ſui. Dum autem hæc ageret reſpiciens ſurſum vidit ſuper altare quaſi de camera templi, cadere tres guttas, æquales magnitudine, claritate, candore cryſtallum vincentes. Cumque omnes cum admiratione & ſtupore vehementi intenderent, eaſque nullus auderet attingere, Petrus quidam presbyter, qui vt res ipſa adſerit, magni meriti erat, exhibita argentea patena guttas colligere nititur: quæ dum per altare vago curſu rotantur, defluentes in ipſam patenam, ſtatim in ſe coniunctæ, quaſi vnam gemmam pulcherrimam effecerunt: patuitq; euidenti ratione contra iniquam & Deo odibilem Arrianam hæreſim,

E quæ eo tempore pullulabat, hæc acta: agnitumque eſt, ſanctam trinitatẽ in vna omnipotentiæ æqualitate connexam, nullis garrulationibus poſſe disiungi. Tunc gauiſus populus, & intelligens munus ſibi indultum fuiſſe diuinitus cõferẽs aurum gemmaſq. precioſas, crucem fecit in qua hanc gemmam ſtatuit Sed protenus omnes reliquæ gemmæ hac accedente ceciderunt. Tunc pontifex intelligens non eſſe conſortium cæleſtibus cum terrenis, fabricata cruce ex auro puriſſimo, eam gemmam media intercapedine locat, & populo adorandam præbet. Nec mora, fugato, vt diximus, hoſte, ciuitas liberata eſt. Iam ex hoc multi infirmi hauſto vino vel aqua in qua gemma abluitur, protinus ſanitati redduntur. Deniq; cum adorata fuerit, ſi à peccato eſt homo immunis, & ipſa apparet clara cæterum, ſi vt plerunq; adſolet, humanæ fragilitati aliquid derulent criminis, tota ei videtur obſcura: miramq; præbet diſcretionem inter innocẽtem & noxium, cum vni atra, alteri monſtretur ſplendida.

Trinitas miraculo confirmatur.

Crux diſcretionem bonorum & malorum.

Cap. 14.

F Namque quædam mulier à Maurienna vrbe progrediens, ipſius præcurſoris reliquias expetiuit: & ita ſe conſtrinxit vinculo iuramenti, vt nõ ante à loco diſcederet, niſi de membris eius mereretur quicquam accipere: ſed cum impoſſibile hoc incolæ loci narrarẽt, proſternebatur quotidie ante ſepulchrum, orans ſibi, vt diximus, de ſanctis artubus aliqua condonari. In qua intentione integrum duxit annum: ſimiliter & alterum, iugi ſemper oratione depoſcẽs. Tertio vero ingrediente anno, cum orationẽ ſuam peruenire cerneret ad effectum, proiecit ſe ante ſepulchrũ, & obteſtatur, nõ ſe exinde ſurrecturam, priuſquam hæc petitio obtineretur à ſancto Septima vero die cum iam inedia deficeret, apparuit ſuper altare pollex miri candoris ac lucis effulgens. Cognito autẽ mulier Dei dono, ſurrexit à pauimento, factaq; capſula aurea, in ea recondidit quæ domino largiente meruerat & ſic gaudens remeauit ad propria: impletumq; eſt in illa q; dominus ait in Euangelio, *Amen dico vobis quod ſi perſeuerauerit pulſare, & ſi non ſurget pro eo quod amicus ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & tribuet ei quotquot habet neceſſarios* Poſt hæc tres epiſcopi aduenientes de ciuitatib. ſuis, ad adorandum in hoc loco voluerunt partem de hoc pignore elicere: poſitoq; in medio, nihil omnino auferre potuerunt. Tunc vna vigilantes nocte, deprecati ſunt vt aliquid mererentur à pollice poſitoq; ſub eo linteo, dum partem auferre conantur, vna ex eo gutta ſanguinis cecidit ſuper linteum. Quod

Mulier precibus obtinuit pollicem Io. Bap.

G cernentes, duas deinceps noctes vigilant. Deinde proſtrati coram ſancto altari, dum ſupplicant vt adhuc maius aliquid mereantur à pollice, duæ iterum ex eo fluxerunt guttæ. At illi gauiſi, colligentes deuote quæ dominus dederat, iuxta numerum ſeruorum ſuorum diuiſerunt linteum cum guttis ſuis, quæ non ſine grandi admiratione vrbib. intulerunt, & q; a locus ille Maurienenſis ad Taurinenſem quondã vrbem pertinebat, tempore illo quo Rufus erat epiſcopus, ait archidiaconus eius ad eum, Non eſt æquum vt hoc pignus in loco viliori teneatur, ſed ſurge & illud accipe, & defer ad Taurinenſem eccleſiã, quæ plus popularis habetur. Cui ille reſpondit, Quia hæc agere non audebat. Archidiaconus dixit, Ego hoc deferã ſi permittis. Et epiſcopus, Fac q; libet. Tunc archidiaconus accedens ad locũ, dum vigilias celebrat, mittit manum ad capſulam. Mox amens effectus, acceſſu febre, die tertio exſpirauit, factuſq; eſt timor magnus omnib. nec quiſquam vltra beata pignora auſus eſt mutare.

H

Sacra ... ſtillant ſanguine, puniuntur.

Cap. 15.

Ad reliquias S. Ioannis miracula.

Apud Turonicam vero vrbem, dum in oratorium atrii beati Martini, ipſius præcurſoris reliquias collocaremus, cæcus quidam adminiculo deducente, lumẽ recepit. Energumenus vero obr. ſtans virtutem beati Ioannis Martiniq; annſtuis, expulſo purgatus eſt dæmone. In hoc oratoriũ vna puellarum cui officium erat lychni fomenta componere, adueniens cum cereo vt hæc ageret, eſt ingreſſa: cõpoſitoq; lychno atq; accenſo, adtracto ad ſe fune, ſublimauit in altum pleriſq; innexum laqueis ad parietis clauum, abſceſſit, quæ dum redit, cereus quem manu gerebat extinguitur, regreſſaque velociter ad cicendilem, ceterum non attingebat in luminare, neque laqueum funis abſoluere. Dum ambigua de hac cauſa pẽderet, ſubito delapſa à cicendeli flam-

A

Cap. 16. Mulier vio lento dominicam punitur.

tra cereū in manu eius inluminauit: & ſic officio luminis pereunte, quo voluit iuit. Feruit aūt in hoc oratorio à lychno oleū ebullire: habentur enim & ibi reliquiæ ſanctæ Crucis.

Sub huius vrbis territorio apud vicum Alangauienſem, mulier quædam ex incolis conſperſa dominica die farina, panem formauit, quem ſegregatis prunis, cinere feruenti contexit decoquendū. Quod cum feciſſet, protinus ei manus dextera diuino igne ſuccenſa, cœpit exuri. At illa vociferans ac plangēs baſilicam huius vici, in qua reliquiæ beati Ioannis continentur expetiit. Et oratione fuſa, vouit in hac die diuino nomini conſecrata, nullā operam exercere, niſi tantum orationi vacare. Nocte vero ſequēti facit cereū in altitudinē ſtatus ſui. Tunc in oratione pernoctās, retro nocte manu propria cereo, reſtinctis ardoribus incolumis eſt egreſſa.

Cap. 17. Fontes Ior & Dan.

Et quia Ioannis Baptiſtæ meminimus, dignum eſt vt de Iordane aliqua memoremus. Igitur à monte Phanio duo conſurgunt fontes, quorum vnus, Ior, alter Dan, vocitatur: qui ab vtraque parte Phaniadæ vrbis, quæ prius Cæſarea Philippi vocabatur, deſcendentes, ſub ipſa vrbe tam fluentis coniuncti, quam nomine vno, Iordanem efficiunt, qui

B

vſque Hiericho ciuitatem, & vltra defluit. In eo habetur lu-

Locus baptiſmatis Chriſti.

cus, in quo dominus baptizatus eſt. In vno etenim reflexu aqua ipſa reuoluitur, in qua nunc leproſi mundantur. Cum autem aduenerint, ſæpius lauantur in flumine, donec ab infirmitate purgentur. De publico tamen dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt: ſanati autem, ad propria diſcedunt. Ipſe quoque Iordanis ab eo loco in quinto milliario, mari commixtus mortuo, nomen amittit. Mare enim mortuum ab hoc dicitur, eo quod ab incendio Sodomæ vel reliquarum vrbium eſt verſatum: & aqua ipſa aſphalto

Aſphaltis.

permixta eſt, vnde à nonnullis mare Aſphalti appellatur in quo qui natare neſcit, ſuper aquam fertur, & circa eum ſulphur adhæret.

Cap. 18. Flumina Ieſu Naue.

Sunt autem & ad Leuidam ciuitatem aquæ calidæ, in quibus Ieſus Naue lauare ſolitus erat: vbi ſimiliter leproſi mundantur: eſt autem ab Hiericho duodecim milibus. Prope autem Hiericho habentur arbores quę lanas gignunt. Exhibent enim poma in modum cucurbitarū, teſtas in circuitu habentes duras, intrinſecus autem plena ſunt lanæ. Et de his enim ferunt ipſi Ieſu Naue ſolere fieri indumenta. Sed

C

& hodie tales exhibent lanas, ex quibus nos à quibuſdam delatas vidimus, & admirati ſumus vel candorem, vel ſubtilitatem earum.

Cap. 19. Leproſus mundatur ad locum baptiſmatis Chriſti.

Nam vidi ante hoc tempus hominem Ioānem nomine, qui à Galliis leproſus abierat, & in ipſo loco quo dominum diximus baptizatum, aiebat ſe per annum integrum cōmoratū fuiſſe. Qui aſſidue abluebatur in amne, ſed redditus priſtinæ incolumitati, reformata in melius cute, ſanatus eſt. Hic reliquias beatæ Mariæ ab Hieroſolymis accipiēs, reuertebatur in patriam: ſed prius Romam abire diſpoſuit. Verū vbi altas taliæ ſolitudines eſt ingreſſus, incidit in latrones. Nec mora, ſpoliatur indumentis: & ipſa quoq; capſa, in qua beata geſtabat pignora, capitur. Eaſtimantes enim inimici, auri ibidē ſeſtertias adgregatas, effracta claue omne rimantur interiie. Sed cum nihil in ea pecuniæ reperiſſent, extracta pignora in ignem proiiciunt, cæſoque homine diſceſſerunt. Tunc ille ſemiuiuus exſurgens, vt vel cineres exuſtorū

Reliquiæ igne non exuſtæ.

colligeret pignorum, inuenit ſuper carbones accenſos inlæſas iacere reliquias ipſumq; linteum quo inuolutæ erant ita admiratur integrum, vt non putaretur prunis iniectum, ſed aquis abſconditum. Colligitque cuncta cum gaudio, &

D

viam quā pergebat ingreſſus, vſq; ad Gallias peruenit incolumis. Multos enim vidimus qui vel in Iordane, vel in aquis Leuidæ vrbis tincti, ab hoc fuerant morbo mundati.

Cap. 20. Periurii manifeſta vltio.

In vrbe autem Turonica, eſt eccleſia ſanctæ Mariæ virginis, ac Ioannis Baptiſtæ nomine conſecrata, in qua periuris vltio diuina apparuit. Quidam autem cum ad periurandū in hanc eccleſiam fuiſſet ingreſſus, vbi manus ante altare ſtans, ſurſum extulit, vt ſacramentum mendax proferret, ſtatim reſupinus, ruens, ita caput in pauimentum confliſit, vt vix vel viuens erigi potuiſſet. Ad ſe autem reuerſus, dolum periurii quod occultabat, publice patefecit. Vidimus enim & nos quoſdam de Turonicis in loco eodem periuraſſe, qui ita diuino iudicio condemnati ſunt, vt in ipſius anni curriculo finirentur à ſeculo.

E

Cap.

Igitur vt diximus, in ipſo primo Iordanis egreſſu, Phaniada ciuitas ſita eſt, in qua habetur ſtatua ex electro puriſſimo fabricata, in qua redemptoris noſtri forma dicitur eſſe expreſſa. Nam vt à pleriſq; audiui qui eam contemplati fuerant, mira claritas in eius facie continetur: ſed ne cui videatur abſurdum, narrare quæ de ea Cæſarienſis refert Euſebius, non pigebit. Ait enim, * *Mulierem quam ſanguinis profluuio laborantem à ſaluatore curatā Euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem conſtat fuiſſe, domuſque eius in ea nunc oſtenditur. Pro foribus vero domus ipſius, baſis quadā in loco editiore collocata monſtratur in qua mulieris ipſius velut genibꝰ prouoluta, palmas ſuppliciter tēdētis imago aerea videtur expreſſa. Adſtat vero alia aerea ſimilaminis fuſa ſtatua, habitu viri ſtola compte circundati, & dextrā mulieri porrigentis. Huius ad pedem ſtatuæ in baſi herba quedā noua ſpecie naſcitur. Quæ cum exorta fuerit, excreſcere vſque ad ſtolæ illius aereæ indumenti fimbriam ſolet. Quam cū ſummo vertice creſcens herba cōtigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoreſq; conquirit, ita vt quæcunq; fuerit illa infirmitas corporis, hauſta exiguo madefacta ſalutaris gramina depellatur nihil omnino virtū gerens, ſi antequam aerea fimbria ſummitatem creſcēdo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu tradebāt: quæ permanſit etiā ad noſtra vſq; tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum, ſi ſibi qui ex gentibus crediderant pro beneficiis quæ à ſaluatore fuerant conſecuti, huiuſmodi velut munera videbantur offerre, cum videamus etiam nunc & apoſtolorum Petri vel Pauli, & ipſius ſaluatoris imagines deſignari, tabuliſque depingi.* Hæc Euſebius.

* Marcellæ Marthæ ancillam eam vocat Pet. de voragine.

F

Ad imaginē Chriſti miracula.

Cap. 22. Euſeb.

Nam & iſto nunc tempore, per credulitatem integram, tanto Chriſtus amore diligitur, vt cuius legē in tabulis cordis credentes populi retinent, eius etiam imaginem ad cōmemorationem virtutis in tabulis viſibilibus pictam, per eccleſias ac domos adfigant: ſed & in hoc inimicus ſemper humani generis æmulus extat. Nam Iudæus quidam cum huiuſmodi imaginem in tabula pictam ac parieti affixam in eccleſia ſæpe vidiſſet, ait, Ecce ſeductorem illum qui nos genuſq; noſtrum humiliauit. Et ſic nocte veniēs, telo ipſam imaginem verberat, eliſamq; de pariete, opertam, veſte, ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit quę quod de virtute Dei fuerit non poteſt ambigi. Nam de vulnere vbi imago transfoſſa fuerat, ſanguis effluxit. Quod ipſe iniquus ſpiculator, oppletus furore non ſenſit. Cum autem per obſcuræ noctis tenebras, domū ſuā fuiſſet ingreſſus, lumine adhibito cernit ſe totum ſanguine cruentatum: timenſq; ne ſcelus ſuum patefieret, abiectam à ſe tabulam abdidit in obſcuris: nec auſus eſt vltra contingere, quā inique præſumpſit auferre. Venientes autem Chriſtiani diluculo ad domum Dei, iconicam non inueniunt, ſtupēteſque ac requirentes quod fuerat factū cruoris veſtigia deprehendunt. Quod ſequentes, ad domum Iudæi accedunt. Denique ſciſcitati de tabula, nihil certi cognoſcunt. Requirentes autem eam ſollicite, in angulo cellulæ Iudæi reperiunt: qua eccleſiæ reddita, furem lapidibus obruerunt.

G

Transfixa imago Chriſti fundit ſanguinem. Supra in vita S. Plotonis an. do. 576. Sigeb.

Cap. 23.

Eſt & apud Narbonēſem vrbem in eccleſia ſeniore quæ beati Geniſii martyris reliquiis plaudit, pictura quę dominū noſtrum quaſi præcinctum linteo indicat crucifixum, quæ pictura dum aſſidue cerneretur à populis, apparuit cuidā Baſileo presbytero per viſum perſona terribilis, dicens, Oēs vos obtecti eſtis variis indumentis, & me iugiter nudum aſpicitis. Vade quātocius, cooperi me veſtimento. Et presbyter non intelligens viſionem, data die nequaquam ex ea rememoratus eſt. Rurſumq; apparuit ei: ſed & illud parumpēdit. Poſt tertium autem diem ſecundæ viſionis grauibus excruciato eo verberibus, ait, Nonne dixeram tibi vt operires me veſtimento, ne cernerer nudus: & nihil ex hoc à te actū eſt? Vade, inquit, & tege linteo picturam illam, in qua crucifixus adpareo, ne tibi velox ſuperueniat interitus. At ille commotus, & valde metuēs, narrauit ea epiſcopo qui protinus iuſſit deſuper velū expandi: & ſic obtecta nunc pictura ſuſpicitur. Nam & ſi parumper detegatur ad contemplandū, mox demiſſo velo contegitur, ne detecta cernatur.

Viſio.

H

Crucifixi miraculū.

Eſt & illud inluſtre miraculum de fontibus Hiſpaniæ, quos Luſitania prouincia profert. Piſcina namque eſt apud Oſen campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum crucis, miro compoſita opere. Sed & ædes magnæ claritatis ac celſitudinis, deſuper à Chriſtianis cōſtructa eſt

Cap. 24. Fontes Hiſpaniæ baptiſmatis die creſcētes.

Igitur

A Igitur cum dies ſacer poſt curriculum anni decedentis aduenerit, quo dominus confuſo proditori myſticam diſcipulis præbuit cœnam, conueniunt in locum illum cum pontifice ciues, iam odorem ſacri præſentientes aromatis. Tunc data oratione ſacerdos, oſtia templi iubet ſimul muniri ſignaculis, aduentum virtutis dominicæ præſtolantes. Die autem tertia, quod eſt ſabbati, conuenientibus ad baptizandum populis, adueniens epiſcopus cum ciuibus ſuis, inſpectis ſignaculis, oſtia reſerat clauſa. Ac miratu dictu, piſcinam quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam: ſed ita cumulo altiore refertam, vt ſolet ſuper ora modiorum triticum adgregari: videaſque huc illucque latices fluctuare, nec partem in diuerſam defluere. Tunc cum exorciſmo ſanctificatum, conſperſum deſuper chriſma, omnis populus pro deuotione haurit, & vas plenum domi pro ſalutatione reportat, agros vineaſq; aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum ſine collecto numeru hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit, licet vbi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, lymphis in ſe reuerſis vt initio produntur neſcio, ita & fine clauduntur ignaro.

B

Cap. 25. Hæreticus impetitur.

Quidam vero ex hæreticis Deum non metuens, neque venerationem præſtans huic loco ſancto, neque credens corde miraculum quod in eo dominus ad corroborandam ſuorum fidem præſtare dignatus eſt, non ſilebo. Venit cum turba equorum, ſolutiſque impedimentis iuſſit in baſilicam poni, equiti vſque in ea præſepia præparari, irridens miſer quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte prætereunte, à febre corripitur, ac pene exanimis, & tardius quam debuerat pœnitens, exclamat, equites ab æde expelli: erat enim ei, ſub rege licet, magna tamen in illa regione poteſtas. Expulſiſque à baſilica ſancta equitibus, ad ſe reuerſus, cœpit dentibus proprium lacerare corpuſculum, nec prorſus retineri à ſuis ob nimiam poterat debacchationem. Tandemque oppreſſus, inter ſuorum manus ſpiritum exhalauit. Denique Theodegiſilus huius rex regionis, cum vidiſſet hoc miraculum quod in his ſacratis Deo fontibus gerebatur, cogitauit intra ſe dicens,

C quia ingenium eſt Romanorum (Romanos enim vocitant homines noſtræ religionis) vt ita accidat, & non eſt deī virtus. Veniens vero ad annum ſequentem, oſtium ſigillis ſuis cum epiſcopi ſigillo muniuit: poſuitque cuſtodes in circuitu templi, ſi forte aliquem deprehendere poſſit fraudis alicuius conſcium, per cuius ingenium in fontibus aqua ſuccederet. Similiter & alio fecit anno. Tertio vero conuocata virorum multitudine, foſſas in circuitu baſilicæ fieri iuſſit, ne forte dogis occultis lymphæ deducerentur in fontem. Fueruntque foſſæ in profundo, vicenum quinum pedum: in latitudine vero, quindecenum. Sed nihil abditum potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro huius inquiſitionis temeritate, anni ſequentis diem que hoc myſterium celebratur, videre non meruit, eo quod arcanum virtutis diuinæ inueſtigare præſumpſit. Habentur autem in ea reliquiæ ſancti Stephani Leuitæ.

Incredulus punitur.

Cap. 26. Ergo quia fons ille diuino nutu, vt ſupra diximus, ad officium baptizandi repletur: & quia cum completus fuerit, vnde ex hoc populus haurire feſtinat, quidam accepto vaſculo, presbytero qui hanc aquam miniſtrabat, porrexit ad

D complendum. Quod dum complet ſenior, hic inter comprimentes turbas, manum alterius extendit ad balteum, cultrumque furatus eſt: quo vagina recondito, manus extendit ad accipiendam hydriam quam tradiderat presbytero: qua accepta, amotus in partem aliam, neque vnam guttam aquæ in ea potuit reperire. Tunc confuſus valde & ſibi ob furti cauſam hoc eueniſſe cognoſcens, homini cultrum quem furatus fuerat, reddidit: & ſic iterum porrecta lagena, plenam aquæ recepit. Eſt enim populus ille hæreticus, qui videns hæc magnalia, non compungitur ad credendum, ſed ſemper callide diuinarum præceptionum ſacramenta nequiſſimis interpretationum garrulationibus non deſinit impugnare; ſed virtus domini diuerſam partem deſtruit & confundit.

Fur aquam benedictã haurire nõ potuit.

Cap. 27. Iacobus Apoſtolus. Iacobus Apoſtolus, qui & frater domini vocitatus eſt, ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto epiſcopus dicitur ordinatus. Poſt cuius glorioſam aſcenſionem, dum viam iuſtitiæ Iudæis errantibus aperire conatur, de pinna templi præcipitatus, adliditur, effuſoque fullonis fuſte cerebro, ſpiritum reddidit, ſepultuſque eſt in monte Oliueti, in memoria quam ſibi ipſe prius fabricauerat, & in qua Zachariam ac Symeonem ſepelierat, hæc de Iacobo apoſtolo. E

Cap. 28. Petrus tondetur. Beda eccl. hiſt. Angl.

Petrus Apoſtolus, ad humilitatem docendam, caput deſuper tonderi inſtituit, qui ab apoſtolis cæteris epiſcopus ordinatus, Romæ cathedram locauit. Cuius oratione, vel Pauli, Simonis magi calliditas vel detecta eſt, vel obruta. Extant hodieque apud vrbem Romanam duæ in lapide foſſulæ, ſuper quem beati apoſtoli deflexo poplite, orationem contra ipſum Simonem magum ad dominum effuderunt. In quibus cum de pluuiis lymphæ collectæ fuerint, à morbidis expetuntur, hauſtæque mox ſanitatem tribuunt. Sanctus vero Petrus apoſtolus, vt præfati ſumus, cum poſt Neroniana ac Simoniaca bella ad crucem veniſſet, impleto iam felicis trophæi certamine te ſupinis ad cœlum veſtigiis ſe expetiit crucifigi, indignum ſe vociferans, vt dominum exaltari: ſicque dirigens ſpiritum viuacem in aſtra, ſepultus eſt in templo quod vocitabatur antiquitus Vaticanum, quatuor ordines columnarum valde admirabilium numero nonaginta ſex, habens. Habet etiam quatuor in altari, quæ ſunt ſimul cẽrum, præter illas quæ ciborium ſepulchri ſuſtentant. Hoc enim ſepulchrum ſub altari collocatum, valde rarum habetur. Sed qui orare deſiderat, reſeratis cancellis quibus locus ille ambitur, accedit ſuper ſepulchrum: & ſic feneſtella paruula patefacta, immiſſo introrſum capite, quæ neceſſitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, ſi petitionis tantum iuſta proferatur oratio. Quod ſi beata auferre deſiderat pignora, palliolum aliquod momentana penſatum, iacit intrinſecus, deinde vigilans ac ieiunans, deuotiſſime deprecatur vt deuotioni ſuæ virtus apoſtolica ſuffragetur. Mirum dictu, ſi fides hominis præualuerit, à tumulo palliolum eleuatum, ita imbuitur diuina virtute, vt multo amplius quam prius penſauerat, ponderaretur: & tunc ſcit qui leuauerit cum eius gratia ſumpſiſſe quod petiit. multi enim & claues aureas ad reſerandos cancellos beati ſepulchri faciũt, qui ferentes pro benedictione priores accipiunt, quibus infirmitates tribulantium medeantur. Omnia enim fides integra præſtat. Sunt ibi & columnæ miræ elegantiæ candore niueo, quatuor numero quę ciborium ſepulchri ſuſtinere dicuntur.

F

S. Petri ſepultura.

G

Cap. 29. Hæc ſum pſit in lib. 2. Liui qui eſt de agone B. Pauli.

Paulus vero apoſtolus, poſt reuolutum anni circulum, ipſa die, qua Petrus apoſtolus paſſus, apud vrbem Romam gladio percuſſus occubuit. E cuius ſacro corpore lac defluxit & aqua: nec mirum ſi lac eius manauit ex corpore, qui gentes incredulas & parturiit & peperit, ac lacte ſpiritali nutritas, ad cibum ſolidum ſcripturarum ſanctarum opera reſerando, perduxit. De cuius virtutibus multa quidem audiuimus: ſed de pluribus vnum tantum miraculum ſtuduimus declarare. Factum eſt autem in quodam loco, vt homo laqueum ſibi ad extorquendam vitam, inſtigante diabolo præpararet. Cumque ſecretum cellulæ in qua hæc ageret, reperiſſet, funem trabi tranſmiſſum, laqueum cœpit innectere, nomen tamen ſemper Pauli apoſtoli inuocabat, dicens, Adiuua me ſancte Paule. Et ecce vmbra ſqualida atque funeſta, quæ nihil minus vultus quam diabolum ſimulabat, apparuit ei, hortans ac dicens, Eia age, ne moreris: expedi celerius quæ cœpiſti. At ille cum opus hoc, id eſt vitæ extorquendæ pararet, ſemper aiebat, Beatiſſime Paule eſto adiutor meus. Denique expedito iam laqueo, cum vehementius vrgeretur ab vmbra, vt collum immitteret, ſubito adfuit alia vmbra huic ſimilis, dicens ei quæ cum homine erat, Fuge miſerrime: en Paulum apoſtolum huc venientem: inuocatus enim ab hoc homine, ecce adeſt. Tunc euaneſcentibus vmbris, hic ad ſenſum ſuum reuerſus, & crucem virtutis dominicæ pectori nutanti depingens, pœnitentiam genis lacbrymarum imbre perfuſis, agebat, cur iſta tentaſſet vnde manifeſtum eſt, hunc eundemque hominem per virtutem beati apoſtoli ab hoc ſæuæ mortis præcipitio fuiſſe ſaluatum.

H

Diabolicæ apparitiones.

Suſpendionem ſeruat D. Paulus.

Cap. 30. Iohannes vero apoſtolus & euangeliſta Dei, poſt peractum tam agonis legitimi, quam prædicationis ſaluberri-

A

mæ curſum, viuus deſcendens in tumulo, operiri ſe humo præcepit. Cuius nunc ſepulchrum manna in modum farinæ hodieque eructat, ex qua beatæ reliquiæ per vniuerſum delatæ mundum, ſalutem morbidis præſtant. Hic eſt Iohannes, quem dominus plus quam cæteros dilexit apoſtolos, qui tantæ charitatis amore prælatus eſt, vt ſuper ipſum ſacri corporis pectus accumbens, myſteriorum cæleſtium hauriret arcana. Ipſe etiam dominus noſter glorioſam genitricem quaſi peculiari quodam modo diſcipulo, in ipſa paſſionis hora, in cruce pro mundi ſalute poſitus, commendauit. De hoc enim & poſt reſurrectionem dixit, *Sic eum volo manere: donec veniam*. In Epheſo autem habetur locus, in quo hic apoſtolus euangelium quod ex eius nomine in Eccleſia legitur, ſcripſit. Sunt autem in ſummitate montis illius, proximi quatuor ſine tecto parietes. In his enim orat omnipotentem dominum aſſidue pro delictis populi deprecans, morabatur: obtinuitque ne in loco illo imber vllus deſcenderet, donec ille euangelium adimpleret. Sed & vſque hodie ita præſtitur à domino, vt nulla ibi deſcendat pluuia, neque imber violentus adueniat. In ea vrbe Maria Magdalenæ quieſcit, nullum ſuper ſe tegmen habens. In ea & ſeptem dormientes habentur, de quibus aliqua domino iubente, in poſterum narraturi ſumus. In hac & idolum Dianæ fuit, ab apoſtolo Paulo deſtructum. Sed ad cœpta redeamus.

B

In Apoſtoli orationis locus vacat imbribus.

Cap. 31.

Mãna pluit die S. Andreæ.

Andreas apoſtolus, magnum miraculum in die ſolennitatis ſuæ profert, hoc eſt, manna in modum farinæ, vel oleum cum odore nectareo, quod de tumulo eius exundat. Per idenim quæ ſit fertilitas anni ſequentis oſtenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert fructum. ſi vero fuerit copioſum, magnum arua prouentum fructuum habere ſignificat. Nam ferunt in aliquibus annis in tantum è tumulo oleũ exundare, vt vſq; medium baſilicæ profluat riuus ille. Hæc autem agũtur apud prouinciam Achaiam, in ciuitate Patras, in qua beatus apoſtolus hoc martyr, pro redemptoris nomine crucifixus, præſentem vitam glorioſa morte finiuit. Tamen cum oleum defluxerit, tantum odorem naribus præſtat, vt putes ibi multorum aromatum ſparſam eſſe congeriem. Quod non ſine miraculo ac beneficio habetur in populis. Nam ex hoc ſeu inunctiones factæ, ſiue potiones datæ, plerunque languentibus commodum præſtant. Poſt cuius glorioſam aſſumptionem, multæ virtutes vel ad hoc ſepulchrum, vel per loca diuerſa, in quibus eius reliquiæ collocatæ ſunt, feruntur oſtenſæ. De quibus pauca memorari non putaui abſurdum, quia ædificatio eſt eccleſiæ gloria martyrum, virtuſque ſanctorum. Tempore quo, interfecto Clodomiro rege Francorum, ſe exercitus reparans, Burgundiam deuaſtabat, in quadam baſilica reliquiæ iam dicti apoſtoli cum Saturnini martyris tenebantur. Accenſaque baſilica, cum iam tignorum moles dirueret, pauperes ac ſenes, quos barbaries reliquerat, flebant, dicentes, Væ nobis qui tantorum pignorum hodie caremus auxilio: nec nobis vltra ſpes præſentis vitæ manebit, ſi hæc deperierint. His ita flentibus, nutu dei adueniens Tutonicus homo, condolens his lamentis, & diſcens virtutem martyrum non minus fide quam parma protectus, per medias ingreditur flammas, adprehenſaſque ab altari ſanctas reliquias, nihil ab igne nocitus, extulit foras: ſed continuo ita conſtrictus eſt, vt greſſum in antea agere non valeret. Tunc indignum ſe iudicans qui ea ferret, vnam puellam paruulam impollutamque elegit à præda, cui capſulam ad collum poſuit, & ſic in patriam proſpere acceſſit. Tunc conlocans in altari Nouiuicenſis eccleſiæ, vbi nulla adhuc ſanctorum pignora habebantur, annis ſingulis deuotiſſime, eorum ſolennia celebrabat. Cuius filius, cum hæc poſt patris obitum non impleret, à febre quartana per annum integrum laborans, vouit vt nouam baſilicam in eorum honorem conſtrueret. Quo facto, amota febre ſanatus eſt. Sed nec hoc ſine diuinitatis prouidentia actum reor, quod eadem die, qua beatæ reliquiæ in aliam ſunt tranſlatæ baſilicam, errantes homines à via, qui beati Vincentij reliquias deferebant, ad vicum ipſum delati ſunt. Tunc rogante presbytero, diuiſerunt et particulam pignorum, quam in ſancto altari, vnde alias abſtulerat, collocauit. Mummolus autem, cum Theodeberti regis tempore, ad

Oleum D. Andreæ

C

Ædificatio Eccleſiæ, gloria martyrum.

D

Reliquiæ illæſæ ab ignibus.

E

Iuſtinianum imperatorem pergens, Conſtantinopolitani itinens viam nauali euectu ſulcaret, ad vrbem Patras, in qua idem habetur apoſtolus, eſt adpulſus. Actum ibi cum ſatellitibus moraretur, infirmata veſica calculoſus efficitur. Dehinc diuerſis doloribus arctatus, febre conſumitur: ablataque delectatione comedendi atque bibendi, aduentus mortis ſolus præſtolatur. Igitur dum ſe iam feſſum & ſine ſpe vitæ decernit, teſtamentum ſuum petit ſcribi, munitumque ſubſcriptionibus ac ſigillis, inquiri præcepit, ſi forſitan aliquis reperiretur in ciuitate qui peritus in arte medicinæ poſſit perituro ſuccurrere. Sed cum hoc epiſcopo qui tunc præerat, ſuggeritur, ait Quouſque vos dilectiſſimi caſſo fatigatis labore & inter homines requiritis medicinam, cum habeatur hic cæleſtis medicus, qui ſæpe infirmorum valitudines, ſine herbarum adminiculo, virtutis propriæ depellat effectu: Et quis, inquiunt, eſt ille? Andreas, ait, apoſtolus Chriſti. Hæc nunciantes infirmo, rogat ſe portari ad beati ſepulchrum. Cumque pauimento proſtratus, quæ neceſſitas exigebat fideliter precaretur, medium fere noctis, omnes qui aderant, ſopor obruit. Statimque infirmo conari eiiciendæ vrinæ imminet, tangenſque vnum puerorum, voce tenui vaſculum poſtulat exhiberi, in laroque dum vrinam nititur eiicere, lapidem magnum emiſit: qui tam validus fuit, vt cadens, ſonum in ipſa quæ parata fuerat concha, proferret. Tunc ablata febre cum omni dolore, nauis reſtauratur incolumis.

F

Calculus.

Cap. 32.

Thomas Apoſtolus ſecundum paſſionis eius hiſtoriam, in India paſſus eſſe declaratur. Cuius beatum corpus poſt multum tempus aſſumptum in ciuitate, quam Syriæ Diſſam vocant, tranſlatum eſt ibique ſepultum. Ergo in loco regionis Indiæ, quo prius quieuit, monaſterium habetur, & templum miræ magnitudinis, diligenterque exornatum atque compoſitum. In hac igitur æde, magnum miraculum Deus oſtendit. Lychnus etenim inibi poſitus atque illuminatus ante locum ſepulturæ ipſius, perpetualiter die noctuque, diuino nutu reſplendet, à nullo fomento olei ſcirpique accipiens: neque vento extinguitur, neque caſu dilabitur, neque ardendo minuitur: habetque incrementum per Apoſtoli virtutem, quod neſcitur ab homine, cognitum tantum habetur diuinæ potentiæ. Hoc Theodorus qui ad ipſum locum acceſſit, nobis expoſuit. In ſupradicta igitur vrbe, in qua beatos artus diximus tumulatos, adueniente feſtiuitate magnus adgregatur populorum cœtus, ac de diuerſis regionibus cum votis, negociiſque venientibus vendendi comparandique per triginta dies ſine vlla telonei exactionem licentia datur. In his vero diebus qui in menſe habentur quinto, magna & inuſitata populis præbentur beneficia. Non ſcandalum ſurgit in plebe, non muſca inſidet mortificatæ carni, non latex deeſt ſitienti. Nam cum ibi reliquis diebus pluſquam centenum pedum altitudine aqua hauriatur e puteis, nunc paululum fodias affatim lymphas exuberantes inuenies: quod non ambigitur virtute beati Apoſtoli impertiri. Decurſis igitur feſtiuitatis diebus, teloneum publico redditur, muſca quæ defuit, adeſt: propinquitas aquæ dehiſcit: dehinc emiſſa diuinitus pluuia, ita omne atrium templi à ſordibus & diuerſis ſqualoribus, qui per ipſa ſolennia facti ſunt, mundat, vt putes eum nec fuiſſe calcatum.

G

Lychnus perennis.

Thomæ Apoſtoli munera.

Stephanus autem primus vel diaconus eccleſiæ ſanctæ, vel martyr apud Hieroſolymam, ſicut ſacra apoſtolorum narrat hiſtoria, pro nomine ſancto Chriſti, quem à dextris virtutis ſpiritali contemplatione cernebat, lapidibus eſt obrutus, pro perſecutoribus ipſam ſupplicans maieſtatem. Denique erat oratorium apud vrbem Turonicam ab antiquis eius nomine dedicatum, quod nos paruumper iuſſimus prolongari. Quod cum factum fuiſſet, altare vt erat integrum inante promouimus, Requirentes vero in loculo, nihil de pignoribus ſanctis quod fama ferebat, reperimus. Tunc miſi vnum ex abbatibus, vt ab oratorio domus eccleſiaſticæ nobis eius reliquias exhiberet, oblitus tamen clauem capſæ porrigere, quę cingulo dependebat. Veniens vero abbas ablato ab armario ſigillo, capſam reperit obſeratam. Quid faceret, quid ageret in ambiguo dependebat. Si ad me veniret, longum erat venire & reuerti: ſi ipſam capſam exhiberet, moleſtum mihi eſſe nouerat, quia

Cap. 33.

H

Act. 7.

A Capſula reliquiarum diuinitus clauditur & aperitur.

multorum ibi ſanctorum pignora tenebantur: ſi non faceret, iuſſionem quam acceperat non implebat. Quid multa? dum capſam in manu dubitans retineret, teſſellentibus cum ſonitu repagulis, capſam aſpicit reſeratam. Tunc cum gratiarum actione aſſumptas reliquias, non ſine grandi admiratione nobis exhibuit, quas nos dictis miſſis Domino iubente plantauimus. Regreſſus autem poſt multos dies ad vrbem, capſam reperi, reducto peſſulo ſicut reliqueram, obſeratam. Pars enim beati ſanguinis ſacroſancti Leuitæ huius ſicut celebre fertur, in altari Biturigæ eccleſiæ continetur. Quidam autem tempore Felicis epiſcopi, vicinos ſuos quodam pro crimine impetebat: quos cum plerunque verbis procacibus laceſſiret, ac iudicio publice prouocaret, decretum eſt ſententia primorum vrbis, vt ſe ab hac noxa qui impetebantur, ſacramento purgarent. Ingreſſique in huius memoratæ ædis altare, cum eleuatis manibus ſacramenta proferrent, proſecutor cauſæ periuraſſe eos clara voce teſtatur. Statimque eleuatis in ſublime pedibus, in aera extenditur: ac illiſo capite in pauimento, pene exanimis à circunſtanti turba conſpicitur.

Delator impoſtura arguitur. B

Poſt duarum fere horarum ſpacium, cum ad liquidum putaretur ſpiritum exhalare, apertis oculis crimen fatetur, ſe iniuſte fatigaſſe homines, vel proclamaſſe noxios, declarauit: ſicque laxatis inſontibus manifeſtato nocente, virtus beati perpatuit. Apud Burdegalenſem autem vrbem, anus quædam grauata ſenio, ſed fide mentis integræ ſubleuata cui mos erat in ſanctorum baſilicis, miſſo oleo lychnos accendere, vt hoc negocium ageret, nocte dominica, beati Petri apoſtoli baſilicam ingreſſa eſt. huius enim altare poſitis in altum pulpitis, locatum habetur: cuius pars inferior in modum cryptæ, oſtio clauditur, habens nihilominus & ipſa cum ſanctorum pignoribus altare ſuum. In hanc venerabilis mulier ad accendendum, vt diximus, lumen deuota deſcendit, vnam tantummodo habens puellulam in comitatu ſuo. Quod opus dum ageret, & nox adueniens mundum tenebris operuiſſet, accedentes clerici: dictis pſalmorum capitulis, obſerato cryptæ oſtio, diſceſſerunt, ignorantes introrſum eſſe mulierem. At illa accenſo lumine, ad oſtium properat vt egrederetur. Quod cum clauſum eſſe ſenſiſſet, voces emittit, qui ei aperire debeat ex nomine vocat. Sed cum non eſſet vox

C

præ ſenio ita valida quæ poſſet penetrare hæc clauſtra, & vbi ſe ſenſit à nullo audiri, proſtrata in pauimento quieuit, dicens, Deprecer pro peccatis meis & populi, dominum omnium creatorem, quoadusque veniat qui reſerare debeat huius ædis ingreſſum. In qua oratione excubans, vidit circa medium fere noctis, patefactis oſtiis, omnem baſilicam immenſo lumine effulgere. Et ecce chorus pſallentium qui ingreſſus baſilicam, poſtquam dicta Gloria trinitati, pſallentij modulatio conquieuit, audiuit viros conquerentes inter ſe atque dicentes, Moram nobis ſanctus facit Leuita Stephanus. Iam enim alias debebamus adire baſilicas, & non poſſumus, niſi ille prius qui præſtolatur, adueniat. Hæc enim crebro repetentibus aduenit vir ſubito in veſte alba: cuius perſonam omnis illa venerans multitudo, ſalutauit humiliter, dicens, Benedic nobis ſacer ac ſancte Leuita Stephane. At ille iterum ſalutans, data oratione, interrogatus ab eis, cur à viſitatione locorum ſanctorum paululum retardaſſet, reſpondit, Nauis enim in mari periculum demerſionis incurrerat, ibique inuocatus adſtiti, erutaque ecce adſum. Et vt ipſi probetis eſſe verum quæ loquor, veſtimentum quod indutus ſum, adhuc guttis ſtillantibus marinis fluctibus cernitur humectatum. Hæc mulier cum tremore magno opprimens pauimentum, intente ſuſpiciebat. Quibus diſcedentibus, rurſum oſtiis diuinitus obſeratis, hæc ad locum in quo ſanctus ſteterat, accedens, ſudario guttas quæ in pauimentum dilapſæ fuerant, diligenter collegit, & Bertchramno, qui tunc epiſcopatu vrbem regebat, manifeſtauit. Quod ille cum gaudio & admiratione magna ſuſcipiens, ſecum retinuit. De hoc enim ſudario multi infirmi ſanitatem experti ſunt, ac plerunque & ipſe pontifex de eo decerpens pignora, vbi eccleſias conſecrabat fideliter collocauit. Hæc autem ab ipſis epiſcopi relatu cognouimus.

D. Stephanus naufragantibus adeſt. D

Cap. 34.

Bartholomæum apoſtolum apud Aſiam paſſum, agonis ipſius narrat hiſtoria. Poſt multorum vero annorum ſpacia de paſſione eius cum iterum Chriſtianis perſecutio aduenisset, & viderent gentiles omnem populum ad eius ſepulchrum concurrere, eique deprecationes aſſidue, & incenſa deferre, inuidia inlecti, abſtulerunt corpus eius. & ponentes in ſarcophagum plumbeum, proiecerunt illud in mare, dicentes, Quia non ſeduces amplius populum noſtrum. Sed prouidentia Dei cooperante per ſecretum operis eius, ſarcophagum plumbeum à loco illo aquis ſubuehentibus ſubleuatum, delatum eſt ad inſulam vocabulo Liparis. Reuelatumque eſt Chriſtianis, vt eum colligerent: collectumque ac ſepultum, ædificauerunt ſuper eum templum magnum. In quo nunc inuocatus, prodeſſe populis multis virtutibus ac beneficiis manifeſtatur.

E

Bartholomæi ſarcophagũ plũbeũ natat.

Cap. 35. Eadem ante in eius vita.

Clemens martyr, vt in paſſione eius legitur, anchora collo ſuſpenſa in mari præcipitatus eſt. Nunc autem in die ſolennitatis eius, recedit mare per tria millia, ſiccumque gradientibus iter præbens vſque ad ſepulchrum martyris peruenitur. Ibique vota reddentes, orantes populi regrediuntur ad litus.

F

Cap. 36.

Factum eſt autem vt in vna ſolennitatum, mulier cum filio paruulo in locum accederet: epulante autem ea poſt acta ſolennia, obdormiuit infans. Dum autem hæc agerentur, ecce ſonus ſubito factus eſt accedentis pelagi. Dehinc oblita mulier ſobolis ſuæ, cœpit velociter cum reliquo populo petere ripam. Igitur inſequentis maris acceſſu poſtquam ad litus venerat, meminit ſe filium reliquiſſe. Tunc cum fletu magno deiecta terris, miſeram ſe clamitans, litora vocibus replebat, atque diſcurrebat per circulum riparum, ſi forte enecatam prolem eiectamque litori aliquis conſpicaſſet. Sed cum nihil inueniret indicij, tandem conſolata à propinquis, ad propria reducitur, totum annum in luctu ac lamentatione deducens. Recurrente autem anni circulo, venit iterum ad ſpectandam martyris ſolennitatem, fortaſſis de infantulo ſi aliqua inuenire poſſit indicia. Quid plura? recedente mari, anticipat omnes ad ingrediendum, & ipſa prima procedit ad tumulum. Cumque proſtrata ſolo, orationem expleſſet, erecta ſurſum, genis vbertim fletuum imbribus madefactis, dum diuertit in parte altera vultum, aſpicit filium in eodem loco vbi eum dormientem reliquerat, in ipſo adhuc ſopore teneri. Æſtimans autem eum eſſe defunctum, accedit comminus, quaſi collectura cadauer exanime: ſed cum eum dormire cognouiſſet, excitatum velociter, expectantib. populis, incolumem leuauit in vlnis, interroganſque inter oſcula, vbi per anni fuiſſet ſpacia, Neſcire ſe ait, ſe annus integer prætериſſet: tantum dormiſſe ſe ſuaui ſopore in vnius noctis ſpacio æſtimabat.

G

Cap. 37.

Fons erat irriguus ruri cuidam, infra territorium vrbis Lemouicinæ, cuius vnda tam hortorum ſata, quam agrorum culta vel fouebat acceſſu, vel impetu fœcundabat. Deducebatur etiam factis decurſibus per loca neceſſaria, vt vbi eum natura non dabat, ſtudium prouocaret. Et erat tam dulcibus vena exuberãte fluentis, vt gaudere cerneres olus ſiue virgultum, ſi fuiſſet ab eodem irrigatum. Opitulabatur etiam in eo gratia maieſtatis diuinæ, vt in quo fuiſſet fluentum emiſſum, velociter germina acciperent incrementum. Cumque eum incolæ loci, quaſi ludum agentes, per ſingula quæque loca deducerent, inſidiatoris vt credo inuidia, ſub terra dehiſcit. ac velut in ſtadiis duodecim, in medium paludis, vbi nullum prorſus poſſet opus efficere, fluctibus ſparſis exoritur. Extemplo omnium mentes timor obſedit. & nouum quendam aduenire regioni, loci incolæ præſtolantur interitum, ſimulque & beneficium quod habere conſueuerant, iugi fletu deplorant. Curriculum igitur vnius atque alterius anni, in hac ariditate pertranſiit. Areſcunt ſiti loci illius omnia quæ irrigare conſueuerat. Tertio quoque anno accidit vt quidam iter agens, beati Clementis martyris, cuius iam ſupra meminimus, reliquias exhiberet, quas Aredio ipſius vrbis presbytero, viro in omni ſanctitate religioſo, detulit. Ad quẽ cum die noctuque vicinia mœſta penderent, confiſi de eius oratione, quod ſi peteret Dominum, fontem poſſet ſuo reſtituere loco, ait, Eamus, inquit, dilectiſſimi, & ſi vera ſunt quæ por-

H

A — *Clemens fontem excitauit.*

titor noſter adſeruit, hæc eſſe Clementis martyris pignora, adparebit, cum eius fuerit virtus manifeſtata. Tunc cum pſallentio ad locum fontis accedit. Et dictis pſalmis, in oratione proſternitur. Poſitiſque ſanctis reliquiis in ipſo fontis aditu, petiit vt qui quondam in deſerto damnatis ad ſecanda marmora flumen irriguum patefecit, in hunc locum aquas quas prius pia indulſerat clementia, Clementis iterum interceſſio reuocaret. Illico vena recurrit ad aditum, magnas euomens aquas, illumq; quem prius tenuerat alueum, decurrendo replens, admirantibus populis, immenſæ gratiæ domino referūtur, qui & martyris virtutem prodidit, & fidelis ſui orationem implere dignatus eſt.

Cap. 38.

Chryſanthus martyr, vt hiſtoria paſſionis declarat, poſt acceptam martyrij coronam, cum Daria virgine multa populis ſanitatum beneficia tribuebat. Et ob hoc etiam crypta ſuper eos miro opere fabricata eſt, quæ in arcuum modo tranſuoluta, firmiſſima ſtabilitate ſubſiſtit. Denique cum ad eius feſta populorum frequentatio confluxiſſet, iniquiſſimus Imperator erectum in illius cryptæ introitu parietem, concluſa multitudine, iuſſit eodem harena ac lapidibus operiri: factuſque eſt deſuper mons magnus. Id- (B) que geſtum certiſſime ipſius manifeſtant ſcripta certaminis. Quæ crypta diu ſub hoc velamento permanſit operta, donec vrbs Romana relictis idolis, Chriſto Domino ſubderetur. Iam procedente tempore, iam nulli erat cognitus locus ipſius ſepulturæ, donec Domino Ieſu reuelante patefactus eſt, cuius parte in vna loci interpoſito pariete, ſepulchra martyrum Chryſanthi & Dariæ ſegregata parte: in alia, ſanctorum reliquorum cadauera in vnum ſunt congregata. Verumtamen in pariete illo, qui eſt in medio poſitus, feneſtram ſtructor patefactam reliquit, vt ad cōtemplanda ſanctorum corpora aditus aſpicienti pateſceret. Ferunt etiam quod eo tempore quo ad ſancta ſolennia accedentes incluſi ſunt, vrceos argenteos ex metallo formatos, cum vino quod ad oblationem ſacrificij diuini offertur, ſecum homines detuliſſent, argentumque ibi remanſiſſe manifeſtum eſt, idque hodie à conſpicientibus cerni. Sed quia iugiter mens humana turpibus erubeſcendiſque cupiditatibus inhiat. (C) Subdiaconus quidam viſo per feneſtram argento, cogitat intra ſe quod poſtero die auaritia impellente compleuit. Nocte enim conſurgens, ingreſſus eſt baſilicam ſanctorum. Deinde per feneſtram ingrediens cellulam, ac per obſcuritatem noctis palpans manibus, aliquos de vrceis capit: deinde egredi cum præda cupiens, per totam noctem circumiens, nunquam potuit aditum vnde ingreſſus fuerat, reperire. Dato vero die dum opera ſua obtegi conſcius ſceleris voluit, iuxta illud dominici oraculi dictum, quod, *Omnis qui male agit, odit lucem, vt non manifeſtentur opera eius*, occultauit ſe in angulo cellulæ tota die ne videretur: Sequenti vero nocte quæſiuit iterum aditum, ſed reperire non potuit: ſic per trium noctiū curricula fecit. Tertia vero die cum iam fame cruciaretur, acceſſit coram populo ad feneſtram, & relicto argento, confeſſus eſt opus ſuum, egreſſuſque eſt foras cum magna verecundia, nec latuit ſcelus quod geſſerat, populis qui aderant. Poſt multum vero temporis, cognoſcens hoc factum Damaſus antiſtes ſanctę ſedis Apoſtolicæ, iuſſit diligentius operire feneſtram, vbi & verſibus decorauit locum. Et ibi (D) benedicitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad laudem nominis ſui vſque in hodiernum diem.

Cap. 39. *Periurij pœna.*

Eſt etiam haud procul ab huius vrbis muro & Pancratius martyr, valde in periuris vltor. Ad cuius ſepulchrum, ſi cuiuſquam mens inſana iuramentum inane proferre voluerit prius quam ſepulchrum eius adeat, hoc eſt antequam vſque ad cancellos qui ſub arcu habentur, vbi clericorum pſallentium ſtare mos eſt, accedat, ſtatim aut arripitur à dęmone, aut cadens in pauimento amittit ſpiritum. Ex hoc enim quiſque fidem cuiuſcunque rei ab alio voluerit elicere, vt veram cognoſcat, non aliter niſi ad huius baſilicam deſtinat. Nam ferunt pleroſque iuxta baſilicas Apoſtorum ſiue aliorum martyrum commanentes, non alibi pro hac neceſſitate niſi templum expetere beati Pancrati, vt eius ſeueritatis cenſura publice diſcernente, aut veritatem audientes credant, aut pro fallacia iudicium martyris beati experiantur. (E)

Cap. 40.

Multi quidem ſunt martyres apud vrbem Romam, quorum hiſtoriæ paſſionum nobis integræ non ſunt delatæ. De Ioanne tamen Epiſcopo, quoniam agon eius ad nos vſque non acceſſit ſcriptus, quæ à fidelibus comperi, tacere nequiui. Hic cum ad Epiſcopatum veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos exſecrans, Eccleſias eorum in Catholicas dedicauit. Quod cum Theodoricus rex comperiſſet, furore ſuccenſus, quia eſſet ſectæ Arrianæ deditus, iuſſit gladiatores per Italiam dirigi, qui vniuerſum quotquot inueniſſent Catholicum populum, iugularent. Hæc audiens beatus Ioannes, ad regem ne hæc fierent deprecaturus acceſſit. A quo cum dolo ſuſceptum alligauit eum, & poſuit in carcerem, dicens, Ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram amplius muſſitare. Poſitus vero ſanctus Dei in carcere, tantis adtritus eſt iniuriis, vt non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret, obiitque in carcere cum gloria apud vrbem Reuennam. Domini autem miſericordia, ſtatim vltionem ſuper regem improbum irrogauit. nam ſubito à Deo percuſſus, plagis magnis exinanitus interiit, (F) ſuſcepitque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium.

Ioannis Epiſcopi paſſio.

Cap. 41. *Veræ fidei & dignitas Chriſtiani nominis.*

Magna eſt enim dignitas nominis Chriſtiani, ſi illa quæ confiteris fide, opere proſequaris. Nam ſicut ait Apoſtolus, *Fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa.* Sicut enim filios Abraham non carnalis natiuitas, ſed fides facit: ita & Chriſtianos veros, non ſolum nominis gratia, ſed opera præſtant. Per hoc enim nomen illuminantur tenebræ, ſerpentes fugiunt, idola proſternuntur, ceſſat hariolus, tabeſcit ſortilegus, cultores dæmonum propelluntur, ſicut Prudentius noſter in libro cōtra Iudæos meminit: quod procedens Imperator ad immolationem fœtidam dæmoniorum, adoratis diis, atque coram ſigillis proſtratus, expectabat ſacerdotes ſimulachrorum mactantes turbas pecudum, quorum frons reuincta lauro, ſecuribus cædebatur. Cumque ſenex cruentis manibus internorū tractaret viſcerum partes, iecinoris fibras, atque inter præcordia, & exta animalium inueſtigare aliquid tentaret diuinum, turbata omnia cernit, nec ea quæ cupiebat ſcire, poterat (G) certus agnoſcere. Exclamauit turbatus, & ait, Heu heu neſcio quid hic agitur, quod diis noſtris contrarium eſſe putatur: video enim Deos noſtros à longe diſcedere, nec de præparatis ſacrificiis aliqua prælibare. Eſt hic vt res ipſa docet, de officiis quorumpiam deorum qui nobis aduerſari ſunt ſoliti. Et mirum, ſi ad hanc fugam non aliqui de cultoribus Dei Chriſti, quem crucifixum adſerunt, Deos noſtros impellant: thuribula thymiamatis refrigeſcūt, aræ tepeſcit ignis, & ipſum quoque ferrum iniectum victimis, hebetare conſpicitur. Require nunc ſacratiſſime Auguſte, quis adſtes ablutus, balſamo vnctus, & abſcedat protinus, vt accedant dij quos inuocamus. Et hæc dicens, ac ſi ipſum cerneret de his Chriſtum vltorem, procidens ad terrā exanimis, offenſa proclamat numina. Tunc & ipſe Imperator depoſito diademate, ait, Quis eſt hic numinibus noſtris contrarius, ac religionis Chriſtianę ſocius, qui frontē chriſmatis inſcriptione ſignatam ferat, lignumq; crucis adoret: ne moretur edicere. Tunc vnus de armigeris Auguſti in medio poſitus, proiecit arma ſolo, & ait, Ego ſum cuius Deus Chriſtus eſt, & qui eius baptiſmo ablutus, & cruce (H) redemptus ſum, qui ſemper eius nomen inuocabam, dum ſacerdotes veſtri dæmoniis hæc quæ ſunt adpoſita obſecrarent. Eius nomen fugiunt dij veſtri, nec poſſunt in loco illo ſtare vbi tantæ maieſtatis nomen fuerit inuocatum. Hæc dicente puero, obſtupefactus Imperator & tremens, reliquit templum dæmoniorum, tantuſque omnes adſtantes Dei timor accendit, vt nullus Auguſtum ad palatium ſequeretur, ſed cunctis erectis ad cœlum palmis & oculis, dominum Chriſtum vno ore, vnoque conſenſu laudabant, atque vt eiſdem adiutor exiſteret, voce ſupplici inuocabant. Quæ relatio ne cui fortaſſis videatur incredula, paucos ex his ſubiiciam verſus

Principibus tamen e cunctis non defuit vnus,
Quem puero memini doctor fortiſſimus armis,
Conditor & legum celeberrimus, ore manuque

A

Conſultor patriæ, ſed non conſultor habendæ
Religionis amans, ter centum millia diuum
Auguſtum caput ante pedes curuare Mineruæ
Fictilis, & ſoleas Iunonis lambere, plantis
Herculeæ aduolui genua, incerare Dianæ
Forte litans Achaten placabat ſanguine multo:
Vittatus de more ſenex, manibuſque cruentis
Tractabat trepidas letali frigore fibras,
Poſtremoſque animæ pulſus in corde repenti,
Callidus interpres, numeris & fine notabat:
Cum ſubito exclamat media inter ſacra ſacerdos
Pallidus, En quid ago, maius rex optime, maius
Numen neſcio quod noſtris interuenit aris:
Accitas video longe diſpergier umbras.
Neſcio quis certe ſubrepſit Chriſticolarum
Hic munitus: genus hoc hominum tremit inſula, & omne
Puluinar diuum: totus procul abſit & vnctus,
Pulchra reformatis videat Proſerpina ſacris.
Dixit, & exſanguis collabitur, ac velut ipſum
Cerneret exſerto minitantem fulmine Chriſtum,
Ipſe quoque exanimis poſito diademate princeps
Pallet, & adſtantes circumſpicit, ecquis alumnus
Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ligno,
Qui Zoroaſtræos turbaſſet fronte ſuſurros.
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum,
Purpureus cuſtos lateris, deprehenditur vnus:
Nec negat, & gemmato gemmata baſilica ferro
Proiicit, ac ſignum Chriſti ſe ferre fatetur.
Proſilit pauido deiecto antiſtite princeps,

Vexillum crucis.

Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum,
Dum tremefacta cohors, dominoque oblita, ſupinat
Erigit ad cœlum facies, atque inuocat Ieſum.

Hos tantum verſiculos ad hæc quæ narraui confirmāda, inſerui lectioni, oſtendens quid nomen Chriſtianum, quid crucis vexillum proſit his qui fide credentes, opere perficiunt quæ crediderunt, ſicut ſuperius dictum eſt.

Cap. 42.

Templum erat in quodam loco, beati Laurentij & reliquiis & nomine conſecratum: quod per incuriam longinqui temporis valde detectum erat. Quod cum renouare loci incolæ vellent, ſiluas adeunt, tonsa leuigataque ligna trabes efficiunt: impoſitaſque plauſtris ad locum exhibent. Quibus per humum ad ordinandum extenſis, vna breuior eſt reperta: ſtatimque ſacerdotis animum qui hæc inſiſtebat, dolor maximus attigit: & flens valde, quid ageret, vel quo ſe verteret, ignorabat. Tunc intuens roborem breuiorem, ait: O Laurenti beatiſſime, appoſitus igni glorificate, ſemper pauperes fouens ac reficiens: cogita paupertatem meam, quia non eſt exiguitati facultas, qualiter hic alia exhibeatur. Illico cunctis attonitis, trabs creuit in tanto ſpacio longitudinis, vt neceſſe eſſet partem magnam incidi. De qua, induſtria plebis beneficia perdere nefas putans, credens eam manu martyris tactam ac prolongatam, partem quæ ſuperfuerat fruſtatim decerpens, diuerſas infirmitates ſæpe ſubmouit. Quod Fortunatus presbyter bis verſibus proſecutus eſt:

C

S. Laurentij intercessione trabs extenditur.

Laurenti merito flammis vitalibus vſte,
Qui feruente fide victor ab igne redis,
Dum tibi templa nouant Briuates robore plebes,
Creuerunt pro te trabes, creuit & alma fides:
Stipite contracto tua ſe mercede tetendit
Quantum parua prius: poſtea caſa fuit:
Creſcere plus meruit ſucciſa ſecus ubi arbor,
Et didicit ſicca longior eſſe coma.
Vnde reciſa fuit, populus fert vnde ſalutem,
Si venit in trepidis, hinc medicamen habet.

D

Multo pluſes exinde ſcripſit verſiculos, quos ego prætermiſi, hos tantum pro teſtimonio veri ſcribens. Acta ſunt autem hæc apud Briotas Italiæ caſtrum. Nam vidi ego hominem, qui grauiter dentium dolore laborans, accepta de hoc ligno à ſacerdote particula, ſtatim vt dentem attigit, dolore protinus caruit.

Sed nec illud ſilendum putaui, quod reliquiæ eius ab incendio hoſtilitatis ereptæ, à quodam homine in Lemouicinum delatæ ſunt. Qui cū ſæpius admoneretur per viſum, vt eaſdem Aridio Abbati deferret, nec iuſſionem impleret, ipſe cum coniuge & omni familia ægrotare cœpit. Tunc neceſſitate compulſus, vt eas viro ſancto detulit, mox ſanitati reſtitutus abſceſſit.

E

Cap. 43. Caſſiani res impune nemo tangit.

Caſſianus martyr, Italiæ puerorum magnificus doctor, adueniente perſecutione, ipſe puerili ac tenero gregi perſecutorum iudicio traditur. At illi magiſtri ſanguinem ſitientes, ceratas caput illidunt tabellas, ſecantes latitudinibus ſtilorum, punctiſque minutis tranſuerberantes membra magiſtri, dignum Deo martyrem effecerunt: in cuius honore hodieque tantus timor habetur, vt nullus penitus de eius rebus aliquid ſit auſus attingere. Quòd ſi fecerit, aut arripitur dæmonio, aut morte repentina conſumitur, non tamen immunis ab vltione recedit.

Cap. 44.

Agricola & Vitalis apud Bononiam Italiæ vrbem, pro Chriſti nomine crucifixi ſunt: quorum ſepulchra, vt per relationem fidelium cognouimus, quia nondum ad nos hiſtoria paſſionis aduenit, ſuper terram ſunt collocata. Quæ cum à multis, vt fit, vel tangerentur manu, vel ore oſcularentur, admonitus eſt æditus templi, vt immundi ab his arcerentur. Quidam audax atque facinoroſus, opertorium vnius tumuli remouet, vt ſcilicet aliquid de ſacris auferret cineribus: miſſoque introrſum capite, obpreſſus ab eo, vix ab aliis liberatus, confuſus abſceſſit: nec accipere meruit quod temerario auſu præſumpſit: ſed cum maiori deinceps reuerentia ſanctorum adiuit ſepulchra. Alius quoque tributa publica deferens, ſacculum pecuniæ dum iter ageret, negligenter amiſit. Adpropinquans autem ciuitati, recognoſcit ſe amiſiſſe publicum quod ferebat. Tunc proſtratus coram ſepulchris beatorum, cum lachrymis deprecatur vt perditum eorum virtute reciperet, ne ipſe coniuxque ac liberi ob id captiuitati ſubigerentur. Egreſſus autem foras in atrium, virum qui hanc pecuniam in via iacentem repererat, nactus eſt: ſcrutatuſque diligenter, illius horæ tempore hic ſacculum inueniſſe ſe dixit, quo iſte martyrum auxilium flagitauit. Horum reliquias Namatius Aruennorum Epiſcopus deuote expetiit, vt ſcilicet eas in Eccleſia quam ipſe conſtruxerat, collocaret: direxitque vnū illuc presbyterum, qui abiens cum Dei gratia quæ petierat detulit. Regreſſuſque cum ſociis in quinto ab Aruerna vrbe milliario reuertentes, metatum accipiunt. Et ad Epiſcopum miſſos diriguot, vt eis quid agant iubeat ordinare. Mane autem facto, ſacerdos admonitis ciuibus, cum crucibus & cereis ad occurſum ſanctarum reliquiarum deuotiſſimus properat. Cumque ei presbyter offerret, vt beatas reliquias aſpiceret ſi iuberet, & ille, Mihi, inquit, magis eſt hæc credere quam videre. ſic enim in ſcripturis legimus ſanctis, quia ipſe Dominus eos beatos iudicat, qui eum cum non viderint crediſſent. Hæc itaque ſacerdos fide pollente, Dominus ſanctos ſuos glorificat in virtute. Nam venientibus illis, ſubito contenebratum eſt cœlum: & ecce imber vmbroſus atque teterrimus ſuper eos deſcendit: & tanta pluuia ibidem eſt diffuſa, vt flumina per vias illas currere cernerentur. Verumtamen circa ſancta pignora per vnum valde iugerum neque vna gutta viſa eſt cecidiſſe. Et abeuntibus illis, pluuia eos à longe quaſi præbēs obſequiū, ſequebatur populum fouens, geſtatores autem pignorum non attingens. Hęc videns pontifex, magnificauit Dominū, qui fidei ſuæ ſic fauens, talia ad ſanctorum gloriam operari dignatus eſt. Congregatis vero ciuibus cum magno gaudio atque deuotione, ſanctam Eccleſiam his illuſtratam pignoribus dedicauit.

Fur reliquiarum punitur.

F

G

Non pluit ſuper reliquias.

Cap. 45. Victor.

H

Magnificatur etiam apud Mediolanenſium vrbem Victor inclytus martyr, quod ſæpius vinctos ab ergaſtulis diſſoluat, captiuoſque liberos abire permittat. Igitur quondam tempore Apollinaris cum Victorio duce Italiam petiit, quo (vt aiunt) apud vrbem Romam interfecto, Apollinarem in olæ loci quaſi captiuum retinebant, dicentes, Non videbis patriam tuam, ſed dignas vt ſtelles tuus pœnas exſolues. Hæc autem comminati, miſerunt eum in exilium apud vrbem Mediolanenſem. Factum eſt autem vt adueniente feſtiuitate ſancti Victoris, conuenientibus populis, & hic vigiliis intereſſet (ſub libera enim cuſtodia abſolutus adtendebatur) proſtratuſque coram ſacro ſepulchro ſancti, eum ſemper, tum impenſius orare cœpit, vt eum virtus martyris ab hoc exilio liberaret.

Victoris meritis euadit Apollinaris.

A Circa medium vero noctis egreſſus ab æde, audiuit vnum de egenis loquentem ad alium, atque dicentem: Quid putas ô compauper, quæ virtus ſit huius martyris? Verum dico, nec fallor, quia in hac nocte quiſquis captiuus domino per fugam dilabitur, abſolutus in patriam accedit, nec prorſus vltra reperitur. Hæc Apollinaris verba, quaſi auſpicium ex Dei nutu miſſum accipiens, iterum atq; iterum prouolutus ad tumulũ martyris, orat vt virtute eius adiutus, abſq; impedimento poſſit abſcedere. Moxq; vocato puero, equũ ſterni præcepit, dicens: Hodie abſoluendi ſumus à vinculo iſto cuſtodiæ. Et aſcendentes ita Alpium iuga, neq; alium congeriorum oppleta multitudine pertranſierunt, atq; Aruernum perlati ſunt, virtute beati martyris præeunte, vt à nullo interrogarẽtur, quo téderent, vel vnde venirent: maniſeſtumq; eſt eos præſidio beati martyris ab hac ærumna fuiſſe ſaluatos.

Cap 46. Calix cõminutus reſtituitur.

Eſt enim apud eandem vrbem baſilica S. Laurentij Leuitæ, cuius ſupra meminimus, ibique admirabili pulchritudine calix cryſtallinus habebatur. Acta vero quadam ſolennitate dum per Diaconum ad ſanctum altare offerretur, elapſus manu in terram ruit, & in fruſta comminutus B eſt. At Diaconus pallidus & exſanguis, collecta diligenter fragmenta vaſculi ſuper altare poſuit, non diffiſus quod eũ poſſit virtus martyris ſolidare. Denique in vigiliis, lacrymis atque oratione deducta nocte, requiſitum calicem reperit ſuper altare ſolidatum. Quæ virtus cum populis nunciata fuiſſet, tanta animos deuotione ſuccendit, vt à ſacerdote peterent noua in honore eius Deo ſolennia celebrari. Tunc Pontifex loci ſuſpenſo ſuper altare calice, ex tunc agens & in poſterum per ſingulos annos deuotiſſime feſta inſtituit celebrari.

Cap 47. Geruaſij & Protaſij reliquiæ.

In hac enim vrbe beatorum martyrum Geruaſij Protaſiiq; victricia corpora retinẽtur, quæ diu ſicut ipſa paſſionis narrat hiſtoria, ſub foſſa latuerunt, quæ beato Ambroſio reuelata, at hæc ab eodem reperta, in baſilicam quam ipſe proprio ædificauit ſtudio oſtenſis miraculis ſunt ſepulta. De quorum reliquiis quia maxime Turonica vrbs ſeniores Eccleſias continet illuſtratas, ſed & per totum Galliarum ambitum, Deo propitio dilatatæ ſunt. Sermo quadam vice de his quibuſdam religioſis eſt habitus, vel qua de cauſa C antedictæ reliquiæ tam condenſæ fuerint per loca ſingula diſtributæ. Et quæ ſuper his quodam referente audiui, abſurdum non putaui inſerere lectioni, quia non continetur in hiſtoria paſſionis. Aiebat enim, quod quando hæc glorioſa corpora tranſlata in Eccleſiam illam fuerunt, dum in honore ipſorum martyrum, miſſarum ſolennia celebrarentur, cecidiſſe è camera tabulam vnam, quæ illiſa capitibus martyrum, riuum ſanguinis elicuerit. De quo infecta linteamina, vel pallulæ, ſiue vela Eccleſiaſtica, beatus cruor collectus eſt: qui vſque adeo confluxiſſe fertur, quoadusque linteamina quæ ſuſciperent ſunt reperta. Ex hoc enim eorum reliquiæ affatim collectæ per vniuerſam Italiam vel Gallias ſunt delatæ. Ex quibus & ſanctus Martinus multa ſuſcepit, ſicut Paulini beatiſſimi narrat Epiſtola. De ſanctis vero Nazarij ac Celſi pueri artubus, quos apud Ebredunenſem Galliarum vrbem paſſos lectio certaminis narrat, ipſa corpora, & ita clam propter paganorum inſecutionem, ſepulta ſunt, vt in tempora ſecutura obliuioni darentur. Referre erat ſolitus vir ille qui de ſupradictis ſanctis quæ præfati fuimus enarrauit, notam fuiſſe ſuper hæc ſepulchra pyrum arborem, & feciſſe quendam pauperem hortellum in hoc loco, qui hanc arborem concludebat. Verum cum poma iuxta morem tempore debito ferret, quicunque exinde infirmus qualibet ægritudine detentus, pomum mordicus decerpſiſſet, mox ablata infirmitate cõualeſcebat. Vnde magnum quæſtum pauper ille habebat. Sed cum ſe reuelantes martyres arborem incidi iuſſiſſent, pauper ille in magnis fletibus prorumpens, incidi arborem non ſinebat. Quo remoto ſucciſa pyro, baſilica miro opere ędificata eſt: in cuius etiam altari beati Geneſij Arelatenſis martyris reliquiæ venerantur. Tantaque pauper ille fide prælatus eſt, vt ſacerdotium in hac Eccleſia deinceps promereretur.

Caput martyrũ ſtillat ſanguine.

S. Nazarius ac Celſus.

D

Sepulchralis pyrus ſanationũ operatrix.

Cap 48. Saturninus

Saturninus vero martyr, vt fertur, ab Apoſtolorum diſcipulis ordinatus, in vrbem Toloſatium eſt directus. Qui impulſu paganorum, bouis petulci religatus veſtigiis, per E gradus Capitolij præcipitatus, præſentem finiuit vitam, capitis compage diſperſa. Cuius reliquiæ cum à quibuſdam religioſis in regionem alteram transferrentur, itineris ordo contulit vt Briuatenſis pagi ſitum in Aruenno territorio terminum præterirent: ſole quoque ruente, ad hoſpitium cuiuſdam pauperis diuertunt, manſionis poſtulando neceſſitatem. Recepti quoque ab homine, quid exhibeant narrant. At ille humanitatis intuitu, & Dei timore commonitus, capſam cum reliquiis in cellam penariam põnit, ac ſuper annonam quæ erat vaſe condita, locat. Mane quoque dato, viri acceptis pignoribus gratias agentes homini, iter quod cœperant abierunt. Sequenti vero nocte admonetur vir ille, per viſum dicente ſibi quodam, Sine, ne maneas in hoc loco: ſanctificatus eſt enim à pignoribus martyris Saturnini: ille quoque parui pendens viſionem, nihil de his, vt habet ruſticitas, quæ admonitus fuerat, retractauit. Nec mora, irruit in tædium, ac paruitas facultatis eius, cœpit paulatim minui: vxor vero illius ab alio languore F tabeſcere. Quid plura? infra vnum annum in tantam redactus eſt exiguitatem, vt nihil ei vnde aliaut tegi poſſet, ſicut humana depoſcit neceſſitas, remaneret. Tandem conuerſus ad ſe dixit ad coniugem, Peccaui coram Deo & ſanctis eius, qui ab hoc hoſpitiolo, ſicut ſum admonitus, non receſſi. Et ſcio quod ob hoc nobis mala quæ patimur, acceſſerunt. Nunc autem pareamus viſioni quam vidimus, & remoueamus hoc hoſpitiolum à loco iſto, vt ſaluemur. Tunc amoto tugurio, oratorium ex ligneis formatum tabulis collocauit: in quo quotidie orationem fundens, opem beati martyris flagitabat. Tandem ceſſantibus plagis, aperienti manus ad operam, tanta fructuum conſequentia fuit, vt in modico temporis ſpatio amplius quam perdiderat repararet. Hæc infra noſtrum territorium geſta ſunt. Sed nec hoc ſilebo ad comprimendam malorum ſuperbiam, quod Plato quidam Chlotharij regis tempore, ad Paulacenſe monaſterium accedens, in cuius oratorio huius ſancti reliquiæ continentur, pro eo quod munus aliquod ab Abbate non accepiſſet, dixiſſe fertur, Ego faciam de hac Eccleſia domum regis, in cuius vno angulo equites alantur. Et cum feroce diſcedens, dum ad principem abire G diſponit, comprehenſus à febre die tertia ſpiritum exhalauit, deſcendenſque velociter ad infernum domum Dei reliquit ad cultum eius cuius prius fuerat nomine conſecrata.

Viſio neglecta.

Templi violator punitur.

Cap. 49. Quadraginta martyres Lugdunenſ.

Quadraginta vero octo martyrum nomina, qui apud Lugdunum paſſi dicuntur, hæc ſunt: Vectius, Epagatus, Zacharias, Macharius, Alcibiades, Siluius, Primus, Vlpios, Vitalis, Comminius, October, Philominus, Geminus, Iulia, Albina, Grata, Æmilia, Poſthumiana, Põpeia, Rodone, Biblis, Quarta, Materna, Elpenipſa, Stamas. hi autem beſtiis traditi ſunt: Sanctus, & Maturus. Alexander, Ponticus, Blandina. hi ſunt qui in carcere ſpiritum reddiderunt: Areſcius, Photinus, Cornelius, Zotimus, Titus, Zoticus, Iulius, Æmilia, Gamnite, Pompeia, Alumna, Mamilia, Iuſta, Triſime, Antonia, & B. Photinus Epiſcopus. Quorũ ſancta corpora iudex iniquus igni tradi præcepit, exuſtiſque in Rodanum pulueres iuſſit ſpargi. Sed poſtquam hæc geſta ſunt, cum Chriſtiani mœrorem maximum haberent, quaſi depeniſſent beatæ reliquiæ, nocte apparuerunt viris fidelibus in eo loco quo igni traditi ſunt, ſtantes integri ac illæſi. Et H conuerſi ad viros dixerunt eis, Reliquiæ noſtræ ab hoc colligantur loco, quia nullus periit à nobis. ex hoc enim tranſlati ſumus ad requiem, quam nobis promiſit rex cœlorum Chriſtus, pro cuius nomine paſſi ſumus. Hæc renunciantes viri illi reliquis Chriſtianis, gratias egerunt Deo, & confortati ſunt in fide, colligenteſque ſacros cineres, ædificauerunt baſilicam miræ magnitudinis in eorum honore. Et ſepelierunt beata pignora ſub ſancto altari, vbi ſe ſemper virtutibus manifeſtis cum Deo habitare declarauerunt. Locus autem ille in quo paſſi ſunt, Athanaco vocatus, ideoque & ipſi martyres à quibuſdam vocantur Athanacenſes.

Apparitio.

Cap 50. Photinus.

Igitur martyrio conſummatus glorioſus Photinus Epiſcopus, qui Lugdunenſi præfuit vrbi ſacerdos, per certaminis nobilis meritum inuectus eſt cœlo. Cui & merito

Irenæus.

& ſanctitate condignus Irenæus ſucceſſit Epiſcopus, per martyrium & ipſe finitus. Hic in crypta baſilicæ beati Ioannis ſub altari eſt ſepultus. Et ab vno quidem latere Epipodius, ab alio vero Alexander martyr eſt tumulatus. De quorum monumentis ſi puluis cum fide colligatur, exemplo medetur infirmis. Magna enim claritas in crypta illa continetur, quæ vt credo, meritum martyrum ſignat.

Epipodius Alexander.

Cap. 51.

Benignus autem dominici nominis teſtis, apud Diuionenſe caſtrum martyrio conſummatus eſt, Et quia in magno ſarcophago poſt martyrium conditus fuit, putabant noſtri temporis homines, & præſertim beatus Gregorius Epiſcopus, ibi aliquem poſitum fuiſſe gentilem. Nam ruſtici vota inibi diſſoluebant, & quæ petebant, velociter impetrabant. Ad hoc ergo beati ſepulchrum quidam dum exinde multa beneficia perciperet, cereum detulit: quo accenſo, domum rediit. Puerulus enim paruulus hæc obſeruans, illo abeunte deſcendit ad tumulum, vt ardentem cereum extingueret, & auferret. Quo deſcendente, ecce ſerpens miræ magnitudinis de alia parte veniens, cereum circumcingit. Puer autem timens, ſurſum rediit, & bis aut tertio cereum auferre tentans, obſiſtente angue non potuit. Talia & his ſimilia beato pontifici nunciata, nullo modo credebat, ſed magis ne ibidem adorarent fort ter teſtabatur. Tandem aliquando Dei martyr beato ſe confeſſori reuelat, & dicit, Quid (inquit) agis, non ſolum quod tu deſpicis, verumetiam honorantes me ſpernis? Ne facias quæſo, ſed tegmen ſuper me velocius præpara. De qua ille viſione concuſſus, beatum ſepulchrum adit, ibique deuotiſſime pro ignorantia cum fletu veniam deprecatur. Et quia crypta illa quæ ab antiquis inibi tranſuoluta fuerat, diruta erat, rurſum eam beatus pontifex reædificauit, eleganti tranſuoluens opere. Sed ſanctum ſepulchrum neſcio qua cauſa faciente, foris euenit. Quod ille intus transferre cupiens, conuocauit ad hoc obſequium Abbates atque alios religioſos viros, in quo conuentu grande miraculum beatus martyr & populis & ſuo præſtitit confeſſori. Erat quippe validum, vt ſupra diximus, illud ſarcophagum, vt tale in iſto tempore nec tria paria boum trahere poſſint. Cumque diutiſſime morarentur, nec inuenirent qualiter ipſum intus inferrent, ſanctus Gregorius illuminatis cereis cum grandi pſallentio adprehenſum à capite martyris ſarcophagum, & duo presbyteri ad pedes mouentes, illud in cryptam habiliſſime detulerunt, & vbi ipſis fuit placitum, compoſuerunt: quod non minimum populis ſpectaculum fuit. Poſt paucos autem annos abeuntibus in Italiam paſſionis eius hiſtoriam adlatam beatus confeſſor accepit. Sed & deinceps ſanctus martyr multis ſe virtutibus manifeſtauit in populis. Nec moratus, ſuper cryptam illam baſilicam magnam iuſſit ædificari. In proximo autem eſt & alia baſilica, in qua Paſchaſia quædam religioſa veneratur. Nam viſum eſt eo tempore ſtructoribus, quandam anum egreſſam fuiſſe ab ipſa baſilica, nigra veſte, cygneo capite, vultuque decoro, quæ ſic effata eſt: Eia ſtructores dilectiſſimi perficite opus bonum: eleuantur machinæ quibus erigitur hæc ſtructura, & merito acceleratur quæ talem habet exſecutorem. Nam ſi permitteretur vt veſtrorum oculorum acies contemplaretur, nempe videretis vobis operantibus ſanctum præire Benignum. Hæc effata, baſilicam de qua egreſſa fuerat ingrediens, nulli vltra comparuit. Autumabant enim eius temporis homines, beatam ibi apparuiſſe Paſchaſiam. Super lapidem vero illum in quo cum plumbo remiſſo pedes eius confixi fuerunt, factis loculis vinum aut ſiceram multi infundunt: vnde ſi aut oculi lippitudine grauati, aut quælibet vulnera fuerint peruncta, protinus fugata infirmitate ſanantur. Quod ego euidenter expertus ſum. Nam cum mihi nimia lippitudine oculi grauarentur, ex hoc ſacrato vnguine tactus, dolore protinus carui. Cum autem ad Aruernam regionem lues illa inguinaria adueniret, quæ ſancti Galli Epiſcopi oratione depulſa eſt, & in ſubita contemplatione parietes domorum atque Eccleſiarum ſignarentur atque caraxarentur, matri meæ apparuit in viſu noctis, quaſi vinum quod in apothecis noſtris habebatur, ſanguis eſſet effectus. Cui lamentanti, ac dicenti, Væ mihi, quia ſignata eſt plagæ domus mea, ait ei vir quidam, Noſti, inquit, quod poſt pridie quod erit in Kalendis Nouembris, paſſio Benigni martyris celebrabitur? Noui, ait. Vade, inquit, & vigila totam noctem in honore, ac reuoca miſſas, & liberaberis à plaga. Expergefacta autem à ſomno, impleuit quæ ſibi fuerant imperata, ſignatiſque vicinorum domibus domus noſtra inuiolata permanſit.

S. Benignus innotuit.

Paſchaſia

Lues inguinaria Galli Epiſcopi oratione depulſa ſupr. lib. 4. hiſt. cap. 5.

Cap. 52.

Simphorianus martyr apud Auguſtidunenſem vrbem martyrium conſummauit. De loco autem illo vbi gladio percuſſus eſt, & ſanguis eius effluxit, quidam religioſus tres lapillos cum ipſo ſanguine leuauit, & in capſa argentea reconditos in Eccleſiam ligneis conſtructam tabulis, apud Thigernum caſtrum, vrbis Aruernæ in altari ſancto locauit. Tempore autem quo Theodoricus rex Francorum, regionem illam euertit, hoc caſtrum ab hoſtibus incendio concrematur. Cumque ab aliarum domorum exuſtione, domus Dei quæ, vt diximus, ligneis erat tabulis fabricata, igni adprehenſa conſumeretur, populi plangentes dicebant, Vtinam vel beatæ reliquiæ non periiſſent. Interea cum prunarum magnus eſſet de incendio aceruus effectus, ſubito aquilone flante, atque vrente, vehementer fauillæ ab incendio relictæ per diuerſa iaciuntur, & ecce capſa illa argentea in medio copioſi ignis illæſa refulgens, tanquam ſidus præclarum apparuit. Colligentes autem eam qui tunc aderant clerici requirentes, nihil de beatis pignoribus diminutum reperientes, inter tam valida incendia ſpeciem tam tenuem ſic fuiſſe ſaluatam: in qua, vt ita dicam, non ſolum hæc, ſed etiam mille libræ argenti aut ferri potuiſſent ſine mora diſſolui. Vere magna ibidem virtus apparuit, quæ populum ad Dei cultum & honorem ſui nominis roborauit, qui facta deinceps alia in eodem loco baſilica, ſanctas reliquias in altari poſuerunt.

Reliquiæ ſeruantur ab incendio

Cap. 53.

De beati vero Marcelli Cauillonenſis martyris virtutibus pauca ad nos mittenda memoriæ monimenta venerant. Quæ quamlibet parua cenſeantur in dictis, ad eum tamen referenda ſunt qui hæc operatur in ſingulis. Cauſa quædam exſtiterat, vt Fedamius Eunomi quondam Aruerni presbyteri filius Cauillonenſem vrbem adiret, idemque apud baſilicam ſancti Martyris Marcelli hoſpitalem habebat, ab Abbate loci victus ſtipendia capiens: ipſe enim quæ loquor expoſuit: Inter duos, inquit, viros orta fuit contentio: hiſque litigantibus, in hoc lis ipſa ſubiit, vt eam ſacramento dirimerent. Ingreſſique baſilicam ſancti martyris, eleuatis homo manibus ad periurandum, cum nomen ſancti voluiſſet ore patulo nominare, hæſit vox in faucibus, nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed ne hoc quidem parum videretur, ad beati athletæ gloriam, ipſe cum eleuatis manibus quaſi æneus totus riguit. Tunc oratio facta pro eo, abſolui diaboli arte vinctum obtinuit: ipſe quoque poſt abſolutionem ſermone proprio opus ſuum confeſſus, quæ negligenter egerat emendauit.

Periurus manus obriguit.

Cap. 54.

Huic martyri adiungitur, & ſanguine & agone propinquus beatus athleta Valerianus, qui apud caſtrum Tinorcienſe, quadrageſimo à Cauillonenſi vrbe milliario, conſummato certamine tumulatus eſt. Igitur Gallus huius vrbis comes, cœliaci morbi dolore grauatus, qui totam aluum non modo tortura, verumetiam tumore ita conflauerat, vt hydropicus putaretur, nihil edere, nihilque potus capere poſſet, fiebatque iuxta hoc contagium vt inediæ morbo deficeret, qui prope exanimis, cum ſe cerneret deſperatum, rogat ſe deportari ad B. martyris tumulū. Vbi cum proiectus fuiſſet, acceſſit ad eum Epitechius presbyter, qui tunc ipſam regebat Eccleſiam, vir virtutum, & puræ mentis homo, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus: dixitque ei, Si vis ſanus fieri, confide in virtute martyris glorioſi, & voue vt vnam trabem cum ligaturis ſuis ad huius templi tecta recuperanda tranſmittas. Erit enim tibi præſidium, ſi ea deuote impleueris quæ promittis. At ille adtentius orans, vouit quæ presbyter indicauit: ſtatimque ſanus factus, trabem nullo commonente ad baſilicam ſancti exhiberi præcepit. Ecce quid præſtat Dominus Ieſus Chriſtus in terris martyrib. ſanctis, quos glorificatos adſciuit in cœleſtibus regnis. Nec immerito, quia ſacrum nomen eius corde credentes, in operibus inuocantes, in tentationibus confitentes, non modo vt fideles ſerui dominum ſunt ſecuti, verumetiam & alios vt ſequerentur, ſuis exemplis incitauerunt.

Largitio Eccleſiæ Cœliacus ſanatur.

A

Timotheus & Apollinaris apod Remenſinm vrbẽ conſummato martyrio, cœleſtia regna meruerunt: quorum reliquias quidam ædificata in eorũ honore baſilica, deuotus expetiit. Pontifex vero qui adecat cum honore per presbyterum dirigit. Cumq; iter ageret, muliet importuna, & credo indigna merito, in via procedit, ſalutatoque presbytero, deoſculatur linteom quo ſacræ tegebantur fauillæ, rogans ſibi de iis aliquid condonari. Tunc presbyter diu dubitans, & tribuere differens, victus tandem ab improbitate eius, dimiſit ei particulam. Aſcendenſq; ſonipedem, iter expedire cœpit iniunctum, & percutiens vtraque equi latera, nequaquam poterat promoueri: ipſe vero ita grauatus erat, vt vix caput valeret erigere. Intelligens autem martyrum ſe virtute teneri, pœnitentia motus vtiliter recepit quod negligentia intercedente largiri præſumpſit: reſtitutoque in capſa quod abſtulerat, abire permiſſus eſt.

Equus martyrum virtute tenetur.

B

Cap. 56.

Eutropius quoq; martyr Sanctonicæ vrbis à beato Clemente Epiſcopo fertur directus in Gallias, ab eodem etiam pontificalis ordinis gratia conſecratus eſt, impletoque huius officij ordine peracta in incredulis prædicatione, inſurgentibos Paganis, quos auctor inuidiæ credere non permiſit, illiſo capite victor occubuit. Sed quia eo tempore inſtãte perſecutione, neque digno loco ſepultus, neque à Chriſtianis debito honore veneratus eſt, valde datum eſt obliuioni eum martyrem fore Quod hoc ordine traditur reuelatum: Poſt multa annorum ſpacia in eius honore baſilica ædificata eſt Expletoque opere Palladius qui tunc ſacerdotalis ordinis cathedram regebat, conuocatiſque Abbatibus ſacros cineres in locum quem præparauerat transferri ſtuduit. Qood cum factnm fuiſſet, duo ex Abbatibus reſerato opertorio, ſanctum corpus aſpiciunt, contemplãturque cicatricem capitis qua in parte defixum fuerat ſecuris acumen. Sed ne præſens viſio duceretur in irritum, etiam ſpiritalis hæc doctrina commonnit, illicet cum ſequenti nocte ſtrauiſſent ſacerdotes membra quieti, apparuit per viſum his duobus dicens, Cicatricem quam contemplati eſtis in capite, ſcitote me per eam martyrium conſummaſſe: & ex hoc, quod martyr eſſet, innotuit populis, quia non aderat hiſtoria paſſionis.

C

Innotuit martyrium Eutropij.

Cap. 57.

Amarandus autem martyr apud Albigenſem vrbem, exacto agonis fidelis curſu, ſepultus, viuit in gloria. Cuius vt hiſtoria paſſionis declarat, ſepulchrum diu vepribus ſepibuſque contectum latuit, ſed domino iubente Chriſtianis populis reuelatum eſt, & crypta in qua quieſcebat, patefacta reſplenduit. Sed cum hoſtilitate impellente locus ille ab habitatoribus fuiſſet euacuatus, à longinquo venientes incolæ, honorem beato martyri quaſi cuſtodi proprio nitebantur impendere. Igitur cum cereos frequenter deuotio Chriſtiana deferret, quadam die contigit vt quidam præ longinquitate itineris incrementum ignis quo accenderetur cereus, non exhiberet. Arreptamque ſilicem ferro verberat, qoaſi ignem eliciturus. quod dum ageret, & crebris ictibus lapidem quatiens, nihil foci poſſit excutere, cœleſti lampade cereus qui iã beato ſepulchro adfixus erat, illuminatur: ſicque factum eſt vt quæ humanæ non expleuerant induſtriæ, peragerentur diuini numinis maieſtate. Ceſſante humano ſtudio cœleſtia officia miniſtrantur, luminiſq; noui fulgore cereus clarificatur accenſus. Quod cum populis manifeſtatum fuiſſet, incrementum foci vlterius ad accendẽdum lumen nullus exhibere præſumpſit. Poſtquam vero locus ille inhabitari ab hominibus aſſidue cœpit, atque ibi domus in quibus ignis accenderetur, adeſſent, hoc miraculum non eſt vltra præſtitum plebi, cum aliis miraculis frequentius illuſtretur.

D

Cereus diuinitus accenditur.

Cap. 58. Eugenius.

Huic cryptæ ſociatur & ille Honorificianæ perſecutionis martyr Eugenius, ſacerdotalis infulæ maximum decus, quem in hac vrbe detruſum exilio vel ipſius vel ſociorum eius paſſio narrat. Hic cum magnis in ſeculo polleret virtutibus, & iam victor de tormentis martyrialibos exiliſſet, tempus vocationis ſuæ quo arceſſiretur ad gloriam domino reuelante cognouit, illod præcipue quod populis occultabatur, manifeſtum noſcens, ſe martyri Amarando ſocium eſſe futurum, ad eius ſepulchrum dirigitur, proſtrateuſque ſolo, diutiſſime orationem fudit ad dominum: dehinc expanſis per pauimentum brachiis, ſpiritum cœlo ditexit, qui à Chriſtianis collectus in ipſa qua diximus crypta ſepulturæ mandatus eſt. Ad cuius feſtiuitatem cum tempore quodam innumeri populi conuenirent, negocia multa in atrio protulerunt. Puella vero vna ex habitatoribus loci, ſtationem adit, quaſi aliquid coemptura, ſpeciemque ſibi aptam adſpiciens, à negociatore ſuſcepit. Et ſtatim dicto citius porrectam alteri, negat ſe accepiſſe. Negociator vero intente aiebat, Mea eam tibi manu protuli, tuque rimandam ſollicite ſuſcepiſti: illaque negante, ait negociator: Si tibi tanta eſt pertinacia auaritia ſtimulante negandi, iudicet illud beatus martyr Eugenius. Ad cuius ſepulchrum, ſi cum ſacramenti interpoſitione edixeris te non accepiſſe, damni mihi nihil æſtimo quod amiſi. At illa pollicita ſe poſſe ex hoc exui ſacramento, vadit ocius ad ſepulchrum, eleuatiſque manibus vt iuraret, extemplo membris diſſolutis irriguit, plantæque eius adfixæ ſunt pauimẽto, vox hæſit in gutture, tantum os patulum à ſermone nudum habat. Quod negociator cum reliquo populo cernens, ait, Proſit tibi (inquit) virgo, hæc ſpecies quam tuliſti mihi: ſufficit vltio data per martyrem. Et hæc dicens, à loco receſſit. Illa vero in hoc tormento diutiſſime detenta, tandem martyre iubente locuta, palam confeſſa eſt quod clam latere voluerat. Quid agis ô infelix auaritia? quid petendis rebus alienis ſuccumbis mens fœminea, non virilis? Vt quid firmam loricam mentis modica tranſuerberas ſagitta cupiditatis? Quid congregas ô homo auri rubiginoſi talenta, cum iis arſurus in gehenna? Quid tibi proſunt peritura lucra quæ æternæ vitæ pariunt detrimenta? iuxta illud Domini verbum, *Quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, anima autem ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*

E

F

Peierans obriguit.

Cap. 59.

Eccleſia eſt vici Iciodonenſis, ſub termino Turonicæ vrbis, quæ pleruncque ſacris miraculis illuſtratur, feneſtras ex more habens, quæ vitro lignis incluſo clauduntur, quo præclarius ædi ſacratæ lumen quod mundus meretur, ſubminiſtrent. Quam Eccleſiam fur inportunus adgreditur, ingreſſuſque nocte, cum omnia cerneret cuſtodum cura tueri, & nihil de ſacris miniſteriis quod auferret adnecteret, ait intra ſe, Si aliud, inquit inuenire non poſſum, vel has ipſas quas cerno vitreas auferam: ſuſoque metallo aliquid auri conquiri ſibi. Ablatis igitur diſſipatiſque vitreis, metallum abſtulit, & in pagum Biturigi territorij contulit. Miſſumque vitrum in fornace per triduum decoquens nullum exinde opos potuit expedire: victuſque crimine diuinum ſuper ſe iudicium intuens, nequaquam motus perdurat in malis. Ablatum autem à cacabo vitrum, quod in pillulis neſcio quibus cõuerſum fuerat, aduenientibus negociatoribus, venumdedit, vt ſcilicet accepta pecunia nouus Giezi lepram perpetuam compararet. Nam adueniente die poſt anni curriculum, quod hoc furtum fecerat, caput eius tumori datur. Oculi quoque inflantur, vt erui à ſuis locis autumentur. Hæc autem ei ſingulis annis eueniunt in die illa qua furtum admiſit: plangitque miſer vitrum, quod ex itinere quo tranſmiſit, non potuit reuocare.

G

Fur ſcelestus luit.

Cap. 60.

Apud vrbem vero Namneticam duo ſunt martyres pro Chriſti nomine iugulati. Quorum vnus Rogatianus, alter Donatus eſt vocitatus Habetur ibi etiam & Similinus magnus confeſſor. Igitur cum ſupradicta ciuitas tempore Chlodouei regis barbarica vallaretur obſidione, etiã ſexaginta dies in hac ærumna fluxiſſent, media fere nocte apparuerunt populis viri cum albis veſtibus, radiantibus cereis à baſilica beatorum martyrum egredi: & ecce alius chorus huic ſimilis de baſilica procedere antiſtitis Similini. Cumque coniungentes ſe, data ſalutatione, orationi incubuiſſent, receſſerunt vnuſquiſque ad locum vnde progreſſus fuerat, ac protinus omnis phalanga hoſtilis immenſo panore exterrita, ita ſubito impetu à loco diſceſſit, vt facta luce nullus ex his reperiri poſſet. Apparuit antedicta virtus Chilloni cuidã, qui tunc huic exercitui præerat: qui needũ erat ex aqua & ſpiritu ſancto renatus, qui ſtatim cõpunctus corde, conuerſus ad dominum, iterata natiuitate progenitus, Chriſtum eſſe filium Dei viui clara voce teſtatus eſt.

H

Apparitio.

In

Cap. 61. Nannetum.

In territorio quoque vrbis Namneticæ, in vico quodam ſupra alueum Ligeris, beati Nazarij reliquiæ continentur. Igitur quodam tempore homo deuotus balteum ex auro puriſſimo cum omni apparatu ſtudioſiſſime fabricatum, ſuper altare baſilicæ illius poſuit, orans vt in cauſis ſuis martyris virtus dignaretur adeſſe. Quo recedente, Britto quidam ex ſatellitibus Vuarochi Britannorum comitis, & primus cum eo adſuit, ablatoque violenter apparatu baltei, ipſum quoque balteum repetit. Renitente presbytero, ac dicente, Dei res hæ ſunt, & ad reficiendos pauperes ſancto martyri ſunt collatæ, ne famem pesſimam patiantur, qui huic templo fideli deuotione deſeruiunt: vnde tu potius huc aliqua inferre, non auferre debebas. Non molliuit hominis auari animum, Abbatis illius prædicatio: ſed potius ſuccenſus, minari ei cœpit, ac dicere, Niſi ſine mora refuderis balteum, manu mea interimeris. Tunc victus Abbas, ſpeciem ſuper altare quo ſancta teguntur pignora, collocauit, dicens, En ipſam quam petis recula m. ſi metus de virtute martyris nullus eſt, aufer. Erit enim, vt confidimus, de veſtigio index, ſi ea offerre præſumpſeris. At ille nihil metuens abſtulit, iubens ſibi equum ante ipſam baſilicæ porticum præparari. Cui ait ſacerdos, Nullus vnquam in hoc loco equum præſumpſit aſcendere. Da quæſo gloriam Deo & honora martyrem, ne mali aliquid patiaris. Ille vero mandata negligens ſacerdotis, aſcenſo in atrio ſancto equire, vbi egredi venit, percuſſo ad portæ limen ſuperius capite, ad humum teſta diſrupta, corruit, manibusque ſuorum deportatus, vt tugurium cuiuſdam pauperculi quod erat proximum, eſt ingreſſus, protinus ſpiritum exhalauit. Quod Vuarochus audiens, & res quas hic abſtulit, reſtituit, & de ſuo proprio multa contulit, pauore perterritus.

Contéptus ſacrorum.

Cap. 62. Thebæi martyres.

Eſt apud Agrippinéſem vrbem baſilica, in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione ſacra Thebæorum pro Chriſti nomine martyrium conſummaſſe. Et quia admirabili opere ex muſiuo quodam modo deaurata reſplendet, Sanctos aureos ipſam baſilicam incolæ vocitare voluerunt. Quodam autem tempore Eberegiſili Epiſcopi, qui tunc huius vrbis erat antiſtes, capitis medietas validis doloribus quatiebatur (erat autem tunc temporis in villa oppido proxima) quo dolore, vt diximus valde attenuatus, miſit Diaconum ſuum ad ſanctorum baſilicam. Et quia in ipſius templi medio puteus eſſe dicitur, in quo ſancti poſt martyrium pariter ſunt coniecti, collectum exinde puluerem detulit ſacerdoti. Verum vbi exinde caput attigit, extemplo dolor omnis exemptus eſt.

Puluis ſepulchri medetur capiti.

Cap. 63.

Martyris Malloſi corpus ſublatum.

Ab hoc enim ſacerdote ſancti Martyris Malloſi corpus repertum eſt hoc modo: Cum fama ferret hunc apud Bertunenſe oppidum martyrium conſummaſſe, occultum erat hominibus illis, quo in loco quieſceret, erat tamen oratorium ibi, in quo nomen eius inuocabatur. Supradictus vero pontifex, in honore eius baſilicam ædificauit, vt ſcilicet cum aliquid reuelationis de martyre acciperet, in ea beatos artus Domino annuente transferret. Denique in latere baſilicæ, id eſt in pariete qui à parte erat oratorij in abſida collegit, præſtolans Domini miſericordiam, quid iuberet de martyre reuelari. Poſt hæc Diaconus quidam Metenſis, per viſum ductus vbi martyr quieſceret, eſt edoctus. Poſt paucum autem tempus, veniens ad Epiſcopum, & quaſi certa ſigna quæ per viſum viderat, relegens, cum prius ibidem non fuiſſet, ait Epiſcopo, Hic eſtode, & inuenies corpus ſancti, id eſt in medio abſidæ. At ille cum fodiſſet quaſi in ſeptem pedes, attigit nares eius odor immenſi aromatis: & ait, Credo in Chriſto, quod oſtendit mihi martyrem ſuum, quando me hæc ſuauitas circundedit. Et fodiens reperit ſanctum corpus illæſum. Et emittens voce magna, Gloria in excelſis Deo, omnem clerum pariter pſallere fecit. Dicto quoque hymno corpus ſanctum in baſilicam tranſtulit, & cum laude debita ſepeliuit. Ferunt ibidem & Victorem martyrem eſſe ſepultum, ſed non eum adhuc cognouimus reuelatum.

Cap. 64.

Patroclus quoque martyr, qui apud vrbem Tricaſſinorum ſepultus habetur, ſæpius ſe amicum Dei virtutibus multis oſtendit. Erat enim ſuper eum paruulum oratorium, in quo vnus tantum clericus ſeruiebat. Loci enim homines paruum exhibebant martyri famulatum pro eo quod hiſtoria paſſionis eius non haberetur in promptu. Mos namque erat hominum ruſticorum, vt ſanctos Dei quorum agones relegunt, attentius venerentur. Quidam igitur de longinquo itinere veniens, libellum huius certaminis detulit lectori, quem in ipſo loco ſeruire diximus, prodidit ad legendum. Ille vero poſt decurſam lectionem valde gauiſus, nocturno ſub tempore famulante lumine, velociter exemplauit. Hominibus quidem digreſſis, hic Epiſcopo ſuo exhibet quæ repererat, putans ſe per hæc gratiam adſequi ſacerdotis. At ille non credens, niſi confictum æſtimans, ceſum increpatumque clericum abſcedere iubet, dicens, Te hæc iuxta votum tuum dictaſſe manifeſtum eſt: nam nunquam ea cum vllo homine repenſti. Poſt multum vero tempus, vt virtus martyris non eſſet occulta, abiit exercitus in Italiam: detulit paſſionis huius hiſtoriam, ſicut à clerico tenebatur ſcripta. Tunc confuſus valde Epiſcopus, cognouit vera eſſe quæ à clerico dicebantur. Populus autem ex hoc magis honorare cœpit martyrem, constructaque ſuper eum baſilica, feſtiuitatem eius per ſingulos annos deuote concelebrat.

Patrocli ſepultura ſupra lib. 5 hiſtor. c. 10.

Cap. 65.

Antolianus autem martyr apud vrbem Aruernam martyrium conſummauit In cuius honore Alchima ſoror Placidinæ coniux Appollinaris Epiſcopi, templum ædificare cupientes, multa ſanctorum corpora dum fundamenta iacerent, remouerunt, neſcientes cuius meriti eſſent, quorum ſepulchra repererant, quæ cum viritim ſepelire propter aliorum ſepulchrorum multitudinem quæ locum illum ab antiquo repleuerant, non haberent, congregatam oſſium maſſam in vnam proiicientes foſſam, humo operuerunt: idque quod Deo vel ſancto martyri acceptabile non fuiſſet, per viſum cuidam apparuit, viditque homo ille conquirentem beatum Antolianum cum reliquis ſanctis, atque dicentem, Væ mihi, quia propter me multi fratrum meorum iniuriati ſunt. Veruntamen dico, quia qui hæc cœperunt, ad effectum perducere non poſſunt. quod ita geſtum eſt: erectis tamen parietibus ſuper altare ædis illius, turrem à columnis, pharis, heraclisque tranſuolutis arcubus erexerunt, miram cameræ fucorum diuerſitate imaginatam adhibentes picturam. Nam ita fuit hoc opus elegans & ſubtile, vt per longa tempora ruinarum frequentatione diuiſum, pene in ruinam pendere videretur. Quod periculum Auitus pontifex cernens, anticipans futuram columnarum ſtragem, iuſſit tigna aſſeresque vel tegulas amoueri: quibus ſubmotis nec adiutoriis columnis appoſitis, nutu Dei diſcedentibus de machina ſtructoribus vt cibum caperent, recedentibusque & reliquis à baſilica, dato columnæ immenſo pódere cum magno ſonitu ſuper altare & circa altare diruerunt: completaque eſt ædis nebula de effracti calcis puluere. At ſacerdos exſanguis, duorum damnorũ detrimenta ſuſpirans, ne & marmora confregiſſent, & aliquis deperiſſet è populo, ſcire non poterat quid damni acceſſiſſet: Nullus enim propter nebulam pulueris illuc poterat accedere. Poſt duarum vero horarum ſpacium recedente nebula, ingreſſi ſunt vel defunctorum colligere corpora, vel columnarum fragmenta rimari. Nullum hominem periiſſe cognoſcunt, altare quoque mirantur inlæſum, in quod è tanta altitudine impactæ columnæ nihil læſioris intulerint. Quid plura? inuenerunt omnia integra, cuncta contemplantur eſſe ſaluata: glorificant martyrem, conſpiciunt Dei virtutem qui ſic altare columnaſque ſeruauit inlæſas. In huius vrbis territorio & Iulianus martyr agonis palmam legitime decertando promeruit. De cuius virtutibus quæ ad nos vſque venerunt, in libro quem de eius miraculis proprie ſcribere præſumpſimus, declarauimus.

Ruina grauis & inoffenſa.

Cap. 66.

In ipſo quoque territorio, tempore quo Chramnus Aruernum abiit, cum diuerſa ſcelera ab eius gererentur miniſtris, quinque viri ſacroſanctum oratorium domus Iciacenſis furtim adpetunt. habentur autem in eo ſancti Saturnini reliquiæ. Interruproque abbatis palliolis vel reliquis miniſterij ornamentis nocte tegente diſcedunt. Sed presbyter recognoſcens furtum, ac inter vicinos ſcrutans, nullum potuit ex his quæ ablata fuerant, iudicium reperire. Protinus vero latrones qui hæc admiſerant, in Aurelianenſe ſe territorium tranſtulerunt: diuiſiſque rebus, accepit vnuſquiſ-

A

nuſquiſque partem ſuam. Sed mox inſequente vltione diuina, quamot in ſeditionibus interfecti ſunt. Quintus vero totam ſibi furti huius hæreditatem ſuperſtes remanẽs, vindicauit. Sed vbi hæc in domum ſuam contulit, ſtatim obtectis ſanguine oculis, excæcatus eſt. Tunc compunctus tam doloribus, quam inſpiratione diuina vouit, dicens, Si reſpexerit Deus miſeriam meam, & mihi viſum reddiderit, referam loco illi ſancto quæ abſtuli. Et hęc cum lacbrymis orãs, viſum recepit. Accedens vero ad oppidum Aurelianenſe, prouidente Deo, diaconem Atuernum inuenit. Cui traditis rebus, ſuppliciter exorauit, vt eaſdem oratorio reſtitueret. Quod dia onus deuotus impleuit.

Sacrilegij præſentaneum ſupplicium.

Cap. 67.

Nup. rri no autem tempore in huius vrbis Atuernæ territorio quod adiacet Tigernenſi caſtello, Geneſius eiuſdem loci ſanctus, ſe hoc modo reuelauit: Pauper quidam boues quos ad exercẽdam culturam habebat, caſu ab oculis dilapſus perdidit, eoſdemq́; ſollicita indagine quæſitos, reperire nõ potuit. Conſequenti vero nocte apparuit ei vir quidam per viſum dicẽs, Vade per viam quæ ad ſiluã ducit, & inuenies boues quos ſollicite requiris iuxta lapidem marmoris, herbarum copiam decerpentes: iunctiſque ad plauſtrum, marmorẽ exhibe, & ſuper ſepulturam quæ viæ eſt propinqua, cõpone. Ego enim ſum qui tibi hæc loquor, Geneſius, cuius eſt tumulus ille, qui in albis poſitus, per martyrium ab hoc mundo migraui. Conſurgẽs autem homo ille diluculo, reperit boues iuxta lapidem, fecitque ſicut ei pręceptum fuerat per viſum. Sed nec in hoc defuit miraculum, cum immenſus lapis quem multa boum paria mouere vix poterant, à duobus tantum delatus eſt bobus. Ex hoc enim multi infirmi ibidem veniẽtes, votorum promiſſa ſoluentes, ſanitatem recipiunt. Audiens hæc Auitus Epiſcopus vrbis illius, baſilicam ſuper tumulum ſancti magnam ædificauit, dedicatamque feſtiuitatem in ea excoli præcepit, in qua nunc multa frequentia populorum cum votis, vt diximus, veniens, cum ſanitate regreditur. Hanc etiam baſilicam ſancti Geneſij Arelatenſis reliquiis illuſtrauit.

B

Quo miraculo Geneſij ſtatuatur Eccleſia.

C

Cap. 68.

Hic vero martyr Geneſius, deciſione ceruicis agonẽ pro Chriſti nomine apud eandem Arelatenſem ſcilicet vrbem, pollente, feruore fidei conſummauit. Eſt autem ibi arbor, vbi dicitur decollatus fuiſſe genere morus. Ex qua infirmis multa plerunque beneficia impertiente martyre, ſunt conceſſa. Sed decurſis temporibus cum rami corte xque eius pro ſaluatione à multis detraherentur arefacta eſt. Veruntamen adhuc fideliter petentibus viuit, ſimilia præbens medicamina quod ſupereſt de columna.

Geneſij morus.

Cap. 69.

Sed & pons quondam ſuper Rhodanũ fluuium, vbi beatus martyr natalle fertur, ui die ſolennitatis eius diſrupus catheuis, quia ſuper naues locatus erat nutare cœpit, ac pręnimio pondere populorum, ipſæ naues dehiſcẽtes in alueo fluminis populum ſubmergebant. Tunc omnes ſimul in diſcrimine poſiti, vna voce clamauerunt, dicentes, Geneſi beatiſſime, eripe nos propriæ ſanctitatis virtute, ne pereat plebs quæ fideliter aduenit tua deuote ſolennia celebrare. Mox flante vento vulgus omne ad litt⁹ reductum, miratur ſe virtute martyris eſſe ſaluatum. Nam & cancelli beati ſepulchri ſæpius a Longobardis vel reliquis hoſtibus confracti ſunt. Sed arrepti à dæmone homines, aut comprehenſi rabie, debacchantes, aut propriis ſe dentibus lacerantes, nihil de iis quę violenter ceperant, abſtulerunt. Ferunt etiam in hac vrbe fuiſſe mulierem, cui vero crimẽ impactum, nec omnino probatũ, à iudice vt aquis immergeretur, diiudicata eſt. Cui cum ad collum lapis immenſis funibus colligatus fuiſſet, in Rhodanum de naui præcipitata eſt. Illa vero beati martyris auxilium precabatur, & nomen eius inuocans, aiebat, Sancte Geneſi glorioſe martyr, qui has aquas natandi pulſu Sanctificaſti, erue me iuxta innocentiam meam. & ſtatim ſuper aquas ferri cœpit. Quod videntes populi, ſuſceperunt eam in naui, & ad baſilicam ſancti deduxerunt incolumem, nec vlterius à viro vel à iudice eſt quæſita.

Geneſius ſeruat naufragantes.

D

Innocens mulier ſeruatur.

Cap. 70.

O quantum innocentia præſtat, quantum mens pura meretur! Nam ſimili forte alia mulier à viro ſuo adulterij crimen accepit. Quod coram iudice diutiſſime denegans, cum propria confeſſione ſuperari non poſſet, diiudicatur immergi. Dehinc concurrente ad ſpectaculum populo, ad pontem ducitur amnis Atarici, connexoque cum fune lapide molari collo eius, præcipitauerunt eam in flumen, increpante deſuper viro atque dicente, Ablue nunc aquis abundantibus fornicationes immunditiaſque tuas, quibus ſæpe maculaſti ſtratum meum. Sed domini pietas quæ inſontes perire non patitur, prouidit ſtilum ſub aquis, quem videre homo non poterat: qui ſuſpiciens funem ſuſtinuit mulierem, ne ad fundum fluminis perueniret. Et erãt vtraque ſub aquis, mulier ſcilicet & petra ſtili illius lance librata. Cumque iam ſol occubitum peteret, propinqui fœminę illius depoſcunt à iudice, vt liceret per alueum torrentis cadauer parentis inquirere. Accepta itaque indulgentia, deſcenderunt ad locum in quo præcipitata fuerat mulier: videruntque eam pendere cum lapide, miſſoque vnco abſtraxerunt illam: intelligenteſque eſſe viuam, velociter ad baſilicam, quæ erat flumini proxima, tranſtulerunt: timebant enim ne iterum mergi iuberetur à iudice. Interrogabant autem mulierẽ qualiter ſub pelago viuere potuiſſet, reſpondit, Non mihi aliter quam ſomnium viſum eſt, nec amplius aquas ſenſi, niſi cum in his proiecta deſcendi, aut ab his iterum ſum reſumpta, ſurrexi. Et mirabantur omnes, non potuiſſe eam mori in tali diſcrimine: ſaluauit enim eam propriæ conſcientiæ fides, & dominus quem iugiter deprecata eſt. Deinde parentibus indulta, nec à viro nec à iudice eſt amplius inquiſita: ſed ad virtutes martyris redeamus.

E

Innocens eadem naufragium.

F

Cap. 71.

Viſonticorum quoque ciuitas propriis inluſtrata martyribus, plerunque miraculis præſentibus gaudet. Huic in abdito cryptæ duo, vt paſſio declarat, martyres, Ferræolus atque Ferrucio ſunt ſepulti. Factum eſt autem quodam tempore, vt vir ſororis meæ inualeſcente febre grauiter ægrotaret. Cumque iam quarti menſis ſpacio lectulo anhelus occumberet, vt nihil aliud coniux mœſta niſi quæ ſepulturæ erant neceſſaria cogitaret, ſanctorum baſilicam flens ac triſtis expetiit. Prouolutaque coram ſepulchris, palmis ac facie rigente, opprimit pauimentum. Accidit autem fortuitu, vt extenſa dexterę manus palma folium herbæ ſaluiæ, quod pro bonore martyrum in crypta cooſperſum fuerat, operiret. Poſtquam autem fuſa oratione cum lachrymis ſurrexit à tumulis, putans aliquid de linteaminibus quibus induta erat, manu prendiſſe, vt adſolet, volam continuit clauſam. Egreſſaque baſilicam, patefacta manu, folium herbæ miratur: obſtupefacta vero quid hoc eſſet, munus cœleſte indultum ſibi diuinitus recognoſcit, vt ſcilicet per eum virtus martyrum infirmo ſuccurreret. Domum igitur iam lætior rediens, folium dilutum aqua viro porrexit ad bibendum. Qui vt hauſit, plenus fide, protinus, ſanitatem pleniſſimam meruit obtinere.

G

Febricitãs curatur.

Cap. 72.

Dionyſius vero Epiſcopus Pariſiorũ, vbi datus eſt martyr: tempore vero quo Sygibertus rex cum exercitu ad vrbem illam venit, & maximam vicorum eius partem incendio concremauit, quidam de primoribus eius, ab baſilicam antedicti martyris properat, non orationis deuotione, ſed tantum vt aliquid fraudaret ab æde: illicet vbi reſerata oſtia ac vacuum templum à cuſtodibus reperiſſet, pallam holoſericam auroque exornatam ex gemmis, quæ ſanctum tegebat ſepulchrum, temerario auſu diripuit, ſecumque ſuſtulit. Veniens autem ad caſtra fuit ei neceſſitas nauigandi. Cumque puer eius quem tunc creditum habebat, ſuſpenſis ad collum ducentis aureis, nauem cum eodem aſcendiſſet, ſubito à nullo tactus de naui deruit, oppreſſuſq́; aquis nunquam potuit inueniri. Ille quoq; iudicium Dei in ſe cernens per pueri amiſſionem & auri, velociter litori de quo digreſſus fuerat remeauit, pallamq́; ſepulchri ſumma velocitate reſtituit. Et licet hoc fecerit, tamen diem in quo hæc adituſerat, recurrente anni circulo non attigit. Alius autem ſuper ſepulchrũ ſanctum calcare non metuẽs, dum columbam auream lancea quærit elidere, elapſiſque pedibus ab vtraque parte, quia turritum erat tumulum, compreſſis teſticulis, lancea in latere defixa exanimis eſt inuentus. Id non fortuito contigiſſe, ſed iudicio Dei geſtum, nullus ambigat.

H

Sacrilegus luit.

Cap. 73.

Apud Vitinandenſe vero oppidum Galliarum Quintinus martyr quieſcit, cuius beatum corpus à quadam reli-

A

gioſa quæ dudum fuerat excæcata, reperitur. Sed mox vt à fluminis fundo releuata eſt, miraculum protulit cum mulieris facie, vbi primum illuxit, lumina cæcata reſtituit. In hac igitur vrbe vnus ex latronibus equum presbyteri furtim abſtulit. Inuentus à presbytero, iudici manifeſtatur: nec mora adprehenſus & in vincula compactus, ſupplicio ſubditur: opus ſuum ore proprio indicans, patibulo adiudicatur. Sed presbyter metuens ne ob ſui damni cauſam, anima hominis auferretur, iudicem deprecans vt conceſſa illi vita, hic culpa reus abſolueretur à pœna dicens ſibi ſatis eſſe iam factum, quod per tot tormentorum genera latro quæ geſſerat declaraſſet: ſed ſeueritas iudicis cum nullis precibus potuiſſet inflecti, reum patibulo condemnauit. Tunc presbyter cum lachrymis proſtratus ad beati martyris tumulum ſuppliciter deprecatur, dicens, Quæſo glorioſiſſime athleta Chriſti, vt eruas hũc pauperem de manu mortis iniquæ, ne mihi fiat in opprobrium, ſi per meam accuſationem moriatur hic homo. Oſtẽde deprecor virtutem tuam, vt quem aſperitas humana nequit abſoluere, lenis pietatis moderamine tu diſſoluas. Hæc ſacerdote cum lachrimis deprecante, diſruptis vinculis patibuli, reus ad terram ruit. Quod audiens iudex, timore perterritus, & diuinam admirans virtutem, nihil vltra illi nocere præſumpſit.

Damnatus mortis periculo liberatur

B

Cap. 47.

Eſt alius martyr infra terminum vrbis Beorritanæ presbyterij honore præditus, cuius paſſionis hiſtoria apud loci incolas legitur. Hic dum eſſet in corpore, caſtaneam diu aridam ſuis orationibus obtinuit in viriditatem redire. In cuius baſilica cum plerunque ſuper infirmos mirabilia oſtenduntur, illud præ cæteris eſt admirabile, quod lilium dudum collectum & ſiccum in eius ſolẽnitate denuo reuireſcit, ita vt intueantur illa die populi flores nouos quos pridem viderant areſactos. Ad huius enim ſepulchrum plerunque ſacramentum mendax prolatum à perfidis, virtute martyris confutatur, vt qui temeritate elatus aduenerat, emendatus abſcedat.

Arida vireſcunt.

Cap. 75. Sigiſmundi pœnitentia.

Sæpe enim dominus arrogantiam contumacis mentis virga correctionis eneruat, vt eandem cultus ſui generatio reſtituat, ſicut quondam de Sigiſmundo rege manifeſta fides geſtum profert. Hic etenim poſt interemptum per iniquum conſilium cõiugis filium, compunctus corde Agaunum dirigit, ibique proſtratus coram ſepulchris beatiſſimorum martyrum legionis Felicis, pœnitentiam egit, deprecans vt quæcunque deliquerat, in hoc ei ſeculo vitio diuina retribueret, vt ſcilicet habeatur in iudicio abſolutus, ſi ei mala quæ geſſerat, priuſquam de mundo decedat, repenſentur. Ibique & pſallentium quotidianũ inſtituit, locumque tam in territoriis, quam in reliquis rebus affluentiſſime ditauit. Poſtea vero captus ab Chlodomere rege cum filiis, interfectuſque eius iuſſu, ad eundem locum delatus, ſepulturæ mandatus eſt, quem in conſortio ſanctorũ adſcitum ipſa res quæ geritur, manifeſtat. nam ſi qui nunc frigoritici in eius honore miſſas deuote celebrent, eiuſque pro requie Deo offerant oblationem, ſtatim compreſſis tremoribus, reſtinctis febribus, ſanitati priſtinæ reſtaurantur.

C

Cap. 76.

Magna eſt enim virtus ad antedictorum martyrum ſepulchra, de quibus rebus pluribus, pauca perſtringere libuit. Mulier quædam filium ſuum vnicum ad hoc monaſterium adducens, abbati tradidit erudiendum, videlicet vt factus clericus, ſanctis manciparetur officiis. Verum cũ iam ſpiritualibus eruditus eſſet in literis, & cum reliquis clericis in Choro canentium pſalleret, modica pulſatus febre ſpiritum exhalauit. Cucurrit mater orbata ad obſequium funeris plangens, ſepeliuitque filium. Veruntamen non ſuffecerunt hæ lachrymæ dolori, quæ in exequiis ſunt effuſæ: ſed per dies ſingulos veniebat, & ſuper ſepulchrum nati ſui emiſſis in altum vocibus eiulabat, Cui tandem apparens per viſum noctis beatus Mauritius, ait. Quid tu ô mulier inceſſanter filij obitum plangens, nunquam deſiſtis à luctu? cui illa, Dies, inquit, vitæ meæ hunc planctum non explent: ſed dum aduixero, ſemper defleam vnicum meum, nec vnquam mitigabor à lachrymis, donec oculos corporis huius mors debita cõcludat. Cui ille, Noli ita, ait, quaſi mortuum flere, ſed æquanimiter age, nam ſcias eum nobiſcum habitare, & ſedentem vitæ perennis conſortio noſtro perfrui. Et vt veraciter credas certa eſſe quæ loquor, ſurge craſtina die ad matutinum, & audies vocem eius inter choros pſallentium monachorum. Et non ſolum die craſtina, ſed etiam omnibus diebus vitæ tuæ, cum veneris, audies in pſallentio vocem eius, ideoque ne fleueris, eo quod gaudere te oporteat potius quam lugere. Surgit mulier, longaque ducit ſuſpiria, nec obdormit in ſtratu ſuo, donec ſignum ad conſurgendum commoueatur à monachis: quo commoto accedit ad Eccleſiam, aliqua de viſione quam viderat probatura, nihil enim præteriit de pollicitatione ſancta, ſed quæ fuerant diuinitus nunciata, mox impleta noſcuntur. Verum vbi cantato reſponſo, antiphonam caterua ſuſcepit monachorum, audit genitrix paruuli vocem, cognoſcit, & gratias agit Deo. Sed & illud quod martyris ore promiſſum habebatur, prorſus impletum eſt, vt omnibus diebus vitę ſuæ cum acceſſiſſet mulier ad pſallentium, vocem audiret huius infantuli inter reliqua modulamina vocum.

D

E

Puer defunctus canit in choro.

Cum autem Gunthchramnus rex ita ſe ſpiritalibus actionibus mancipaſſet, vt relictis ſeculi pompis theſauros ſuos Eccleſiis & pauperibus erogaret, accidit vt miſſo presbytero munera fratribus qui ſanctis Agaunenſibus deſeruiunt, ex voto tranſmitteret, præcipiens presbytero vt ad eum rediens, ſanctorum ſibi reliquias exhiberet. Igitur dum impleta regis præceptione, cum his regrederetur pignoribus, Limanni laci per quem Rhodanus influit, nauigium petit. Extenditur autem lacus ille in longitudine quaſi ſtadiis quadringentis: latitudine autem, ſtadiis centum quinquaginta. Denique reuertens presbyter, vt diximus, cum nauigium hoc fuiſſet adgreſſus, ſubito tempeſtas exorta fluctus tollit: ad ſidera ſurgunt vndarum montes, & nunc puppis naucula prora dehiſcente fertur in altum, nunc iterum demerſa puppe prora tollitur in ſublime. Turbantur nautæ, & nihil aliud niſi ſola mors in hoc periculo præſtolantur. Tunc presbyter cum videret ſe his fluctibus obrui, & ſpumis vndarum ipſarũ grauiter operiri, extracta à collo capſula quæ ſanctorum pignora continebat, vndis tumentibus fidus obiecit, ac ſanctorum præſidium clara inuocat voce, dicens, Ne peream in his fluctibus, virtutem veſtram deprecor, martyres glorioſi, ſed potius qui iugiter pereuntibus præbetis auxilium, mihi quæſo dextram ſalutis porrigere dignemini: fluctus opprimite, noſque ad littus optatum veſtri adiutorij ope deducite, & hæc dicens, ceſſante vento, decedentibus vndis ad littus euecti ſunt. Hæc ab ipſo cognoui presbytero: in hoc enim ſtagno ferunt tructarum piſcium magnitudinem vſque ad centum librarum pondera trutinari.

F

G

Cap. 77.

Dæmoniacus liberatur.

Eſt & ad ſepulchrum ſancti Victoris Maſſilienſis martyris mira virtus. Nam cum ſæpius ad eum accedentes infirmi ſanentur, reliqui energumeni tamen multum ſe confidentes. & martyrem declamantes, eiectis dæmonibus liberantur. Aureliani autẽ patritij ſeruus à dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur, ita vt plerunq; propriis ſe morſibus laceraret: ſed adductus ad baſilicam ſancti, cũ ſe exuri eius virtute fateretur, debacchans per totam ædem die tertia mundatus abſceſſit. Qui in tantum fidei merito roboratus eſt, vt deinceps humilitatis capillis, abbatis ſortitus ordinem, monaſterio vni præponeretur.

Cap. 78.

Eſt apud Nemauſenſis vrbis oppidum Baudilij beati martyris glorioſum ſepulchrum, de quo ſæpius virtutes multæ manifeſtantur. Ex quo ſepulchro laurus orta, & per parietem egreſſa, arborem foris fecit ſalubri roma vernantem. Quod ſæpe loci incolæ in multis infirmitatibus habere cæleſte remedium ſunt experti. Pro quibus virtutum beneficiis, cum plerunque nudaretur à foliis, vel ipſa quodammodo cortice, arida eſt effecta. Vnde quia morbos ab ea multarum infirmitatum diximus depelli, longum fuit ſingulos quoſq; memorari: ideo hæc ſufficere putaui, quod ea medicamenta largiendo aridam eff ctam dixi. Nam fertur celebre à negociatore quodam in oriente de his foliis deportatum pignus fuiſſe: ſed priuſquam portum negociator adtingeret, energumenus in Eccleſia adire Baudilium martyrem orientalem plagam ſtupẽtibus populis declamauit. Oſtendit autem beatus martyr & in aliis virtutem ſuam. Aram vero Theodorici regis Italici dux, dum in Arelatenſi vrbe reſideret, extitit ei quidã archipresbyter

H

Laurus Baudilij.

Energumenus.

A

parochiæ Nemauſenſis inuiſos. Tunc feruens felle contra eum miſit pueros, dicens, Ite quantocius, & ligatis pedibus ac manibus, adducite eum cum vi, vt cognoſcat quod ſim dominus regionis huius. At illi non intelligentes archipresbyterum, putauerunt quod archidiaconum iuſſiſſet adduci, Et aſcenſis equitibus venerunt ad vrbem, interroganteſq; de archidiacono, digito eis oſtenſus eſt. Erat enim hic Ioannes nomine, valde religioſus, & in archidiaconatu ſuo ſtudium docendi paruulos habens: adprehenſumq; pueri docis ligatis manibus ac pedibus, ſub aluo equi adduxerunt eum. Sed non deſiit virtus martyris alumno proprio ſubuenire. Pueri vero iuxta ipſam portam cum eo manſionem habuerunt, quia iam obſeratis pro nocte portarum valuis, ingredi non potuerunt. In ipſa vero nocte, duce obdormiente, adſtitit ei archidiaconus per viſum, dicens, Quid tibi ô homo culpabilis exſtiti, quod me in hanc humilitatem redactum cum tali iuſſiſti iniuria accerſiri? vere dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergefactus conſternatuſque metu, exclamat ſuis, inquirite

B

ſi pueri quos Nemauſum direximus, iam venerunt. Interrogantesque de muro vrbis, reſponderunt ſe adeſſe cum homine. Renunciant nuncij quæ audierant. Confeſtimque dux ait, Exhibete ad me hominem quem adduxiſtis. Quod cum factum fuiſſet, aſpiciens eum dux, timore perterritus, ait Archipresbyterum ego adduci præceperam, non archidiaconum, Et proſtratus ad pedes eius ait, Indulge quæſo iniuriã delicti huius: quia non eſt in conſcientia mea, vt hæc paſſus fuiſſes. Et ſtatim dignis honoratum muneribus, remiſit ad vrbem, quem in tanto amore pro ipſa martyris reuerentia dilexit in poſterum, vt decedente vrbis illius ſacerdote, ipſum ſacerdotem mãdaret inſtitui: ſed nec archipresbyterũ amplius inquiri iuſſit. O magna virtus martyris, quæ per innocentis iniuriam noxiũ abſoluit à pœna: impleturq; eſt illud apoſtoli, quia *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, cum hæc iniuria gradum huic conſtruxit quem ſcanderet ad regendam Eccleſiam Dei.

Cap 79

Eccleſia quoque Agathenſis vrbis, quæ ſancti Andreæ Apoſtoli reliquijs plaudit, plerunque glorioſis illuſtratur miraculis, peruaſores rerum ſuarum ſæpius arguit. Denique Gomacharius comes agrum Eccleſiæ ipſius peruadit.

C

Tunc Leo Epiſcopus huius Eccleſiæ valde mœſtus concurrit ad eum, dicens, Relinque ô fili, res pauperum quas ordinationi noſtræ dominus commendauit, ne tibi ſit noxium, & a lachrymis egentium, qui de fructibus eius ali conſueuerant, enecteris. Ille vero quia erat hæreticus, paruipendens de his quæ ab Epiſcopo dicebantur, rem in ſua dominatione retinuit. Interim procedente die, arripitur à febre. Cumque non modo ardore corporeo, verumetiam animæ vexaretur incommodo, miſit ad Epiſcopum nuncios, dicens, Dignetur pro me ſacerdos orationem ad dominum fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante, hic à valetudine qua grauabatur, conualuit, factuſque ſanus, ait ſuis, Quid putaris quid iſti nunc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc fuiſſe febre grauatum, quia tulerim agrum eorum, quod mihi iuxta conſuetudinem humani corporis accidit: verumtamen non habebunt eum me viuente. Et dicto citius miſit qui eum iterum auferret, Quod cum Epiſcopus comperiſſet, venit ad eum, dicens, Num pœnitet te prius feciſſe bene, quod hoc iterum conaris euertere? ne facias quæſo, & vltio-

Cõtemptus Epiſcopi plectitur.

D

ni diuinæ ſubiaceas. Qui ait ad Epiſcopum, Sile, ſile decrepite: iam infrenatum te loris, circuire vrbem ſuper aſinum faciam, vt ſis in ridiculo omnibus qui te aſpexerint. At ille ſilens ad nota recurrit præſidia, proſternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lachrymis & pſallentio ducit. Mane autem facto accedit ad lychnos qui de camera Eccleſiæ dependebant, extendenſque virgam quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens, Non hic accenditur lumen, donec vlciſcatur Deus de inimicis, & reſtituat res domus ſuæ. Hæc eo dicente, protinus hæreticus ille in rediuiuam febrem corruit. Cumq; in extremis ageret, miſit ad Epiſcopum, dicens, Oret pro me ſacerdos ad dominum vt viuam, & reſtituam agrum, ac ſimilem eius conferam dominationi. Quibus pontifex reſpondit, Iam oraui ad dominum, & exaudiuit me. Miſit & alios ac

Huius moris circumducendi infamiæ cauſa meminit Tyraquellus lib de leg cõnub.

E

tertios ad eum nuncios. Sed ſacerdos in vno reſponſo perſiſtens, non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iuſſit ſe in plauſtro componi, atque ad eundem euehi, ac per ſe deprecari Epiſcopum, dicens, quia dupla ſatisfactione reſtituo agrum quem inique peruaſi, tantum, vt oret pro me ſanctitas tua. Illo quoque recuſante compulit eum vi vt abiret ad Eccleſiam: quo diſcedente, vt Eccleſiam eſt ingreſſus, & hic ſpiritum exhalauit, recepitq; confeſtim Eccleſia rem ſuam.

Satisfactio.

Cap. 80.

Semper enim catholicorum inimica eſt hæreſis, & vbicunque poterit tendere inſidias, non obmittit: ſicut illud eſt, quod quodam loco factum celebre fama profert. Mulier quædam erat catholica, habens virum hæreticum: ad quam cum veniſſet presbyter noſtræ religionis valde catholicus, ait mulier ad virum ſuum. Peto charitati tuæ, vt pro aduentu huius ſacerdotis qui me viſitare dignatus eſt lætitia habeatur in domo noſtra, ac præparatum dignis impendiis prandium epulemur cum eo. Promittẽte autem viro eius, ſic ſe vt illa flagitabat facturum, aduenit & alius

F

hæreticorum presbyter: dixitque vir mulieri, Duplicata eſt lætitia hodie, eo quod ſint ſacerdotes vtriuſque religionis in domo noſtra. Diſcumbentibus autem ad conuiuium vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, catholicum ad ſiniſtrum ſtatuens, poſitaque ad læuam eius ſellula in qua coniux eius reſideret: dixitque vir ad presbyterum hæreticum, Si conſenſeris dictionibus meis, exercemus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero, vt ſcil. adpoſito ferculo, tu celerius ſignare feſtines. Cumq; ille manum non poſuerit, illo triſtante nos cum lætitia comedemus cibum. Cui ille Faciam, inquit, quod præcipis. Denique veniente diſco cum oleribus, ſignauit hæreticus, poſuitque primus manum ſuam. Quod cernens mulier, ait, Ne feceris, quia ingrate fero iniuriam ſacerdotis. Et exhibibito alio cibo ſumpſit catholicus. In ſecundo vero & tertio ferculo ſimiliter fecit hæreticus. Quarto autem exhibito, cuius in medium ſartago feruẽs aduenerat, in qua cõpoſitus erat cibus ille qui ex conſiſis ouis parumper mixta farina, dactylorum partibus oliuarumq; rotunditatibus adſolet exornari. Feſtinans hæreticus, priuſquam ferculũ illud

G

vel menſam tangeret, eleuata in obuiã manu, ſignat: ſtatimque poſitũ cochleariũ ſumit: nõ intelligens an caleret, feruentemque cibum velociter ingluttiuit. Protinus accenſo pectore, æſtuare cœpit, emiſſoque cum ſuſpirio, immenſo ventris ſtrepitu, nequam ſpiritum exhalauit: ablatuſque de conuiuio, locatus in tumulo, terrenæ molis congerie eſt opertus. Tunc exultans presbyter noſtræ religionis, ait, Vere vltus eſt Deus ſeruos ſuos. Et conuerſus ad virum cuius erat conuiuium, dixit, Periit huius memoria cum ſonitu, & dominus in æternum permanet. Tu vero adpone quod comedam. Tunc homo ille perterritus, expleto conuiuio, prouolutus eſt ad pedes presbyteri, conuerſuſque ad fidem catholicam, credidit cum domo ſua qui in hac perfidia tenebatur, & multiplicata eſt lætitia, ſicut prius mulier flagitauerat.

Hæretici mors horrenda.

Cap. 81.

Arrianorum presbyter cum diacono noſtræ religionis, altercationem habebat, proferens contra Dei filium ac ſpiritum ſanctum, vt mos eſt generi venenoſas adſertiones. At ille cum diu multumque nonnulla de fidei noſtræ ratione diſſeruiſſet, & hæreticus perfidiæ obcæcatus caligi-

H

ne, quæ erant vera reſpueret, iuxta illud, quia *in maleuolam animam nõ introibit ſapientia*, adiecit dicens, Quid longis ſermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas adprobetur: ſuccendatur igni æneus, & in feruenti aqua annulus cuiuſdam proiiciatur. Qui vero eum ex feruenti vnda ſuſtulerit, ille iuſtitiam conſequi comprobatur: quo facto, pars diuerſa ad cognitionem huius iuſtitiæ conuertatur. Intellige itaque & tu hæretice, ſi hæc pars noſtra ſpiritu ſancto adiuuante compleuerit, nihil in ſancta Trinitate diſſonum, nihil eſſe diſſimile fatearis. Conſenſit hæreticus huic diffinitioni: & inito vſque mane placito diſceſſerunt: ſed fidei feruor per quem hæc primũ diaconus protulerat, cœpit inimico inſidiante tepeſcere. Diluculo autem ſurgens brachium infundit oleo, vnguento cõſpergit. Sed tamen loca ſancta circuit, & dominũ deprecatur. Quid plu-

A ta ? circa horam tertiam in foro conueniũt: concurrit populus ad ſpectaculum. Accenditur ignis, æneus ſuperponitur, feruet valde: annulus in vnda feruenti proiicitur. Inuitat primum diaconus hæreticum, vt ipſe eum à calore auferat. Sed ſtatim recuſauit, dicens, Qui hanc ſententiam protuliſti, debes auferre. Diaconus vero, licet trepidus, tamen denudat brachium. Cumque ipſum vidiſſet vnguentis hæreticus presbyter delibutum exclamauit dicens, Magicis artibus te elitandum putaſti, vt hæc vnguenta diffunderes, nec valebunt iſta quæ agis. His itaque litigantibus, superuenit diaconus ab vrbe Rauenna, Iacinctus nomine: ſe ſcitatſque quæ eſſet hæc altercatio, vt veritatẽ cognouit, nec moratus, extracto à veſtimentis brachio, in æneum dexteram mergit. Annulus enim qui eiectus fuerat, erat valde leuis ac paruulus, nec minus ferebatur ab vnda, quam vento poſſit ferri vel palea. Quem diu multumque quæſitum, infra vnius horæ ſpacium reperit. Accendebatur interea vehementer focus ille ſub dolio, quo validius feruens non facile adſequi

B poſſit annulus à manu quærentis. Extractumque tandẽ, nihil diacon⁹ ſenſit in carne ſua, ſed potius proteſtatur, in imo quidem frigidum eſſe æneum, in ſummitate vero calorẽ te-

Arrianus miraculo reuincitur.

poris modici continentem. Quod cernens hæreticus, valde confuſus, iniecit audax manum in æneo dicens, Præſtabit mihi hæc fides mea. Iniecta manu, protinus vſque ad ipſa oſſium internodia, omnis caro liquefacta defluxit: & ſic altercatio finem fecit.

Cap. 12.

Sed & noſtro tempore, cum incredulitas ac iniqua Arrianorum ſecta in locis Hiſpaniæ per malorum peſſimas adſertiones diſſeminata fuiſſet, quidam clericus adprehenſus, Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſt, adſerens æqualem patri filium & ſpiritum ſanctum eſſe. Cui rex qui præerat, oblatis muneribus, tanquam maiorem ſe ſuppliciter deprecabatur vt ſcilicet compreſſa confeſſione de ſanctæ Trinitatis æqualitate, minorem patre filium cum ſancto ſpiritu fateretur. Quod ſi faceret, & facultatibus ditaretur, & magnus haberetur in populis. Quod illo conſilium, tanquam mortiun vi-

C peræ fugiente, ac iniqui virus mortiferum reſpuente anguia adiecit rex, Video inquit, duram intentionem mentis inſanæ ſed noui temperamentum tuum, vt quem munera non deflectunt, facile tormẽta ſubiiciant. At ille, Vtinam dignus

Confeſſoris conſtantia

habear, ait, in hac ingulari confeſſione, nam munera tua tãquam ſtercus exhorreo. Tunc iratus rex, iuſſit eum ad trochleas extendi, & fortiter cædi, interrogans Quid credis? reſpondit, Iam dixi tibi: Credo Deum patrem omnipotẽtem, & filium eius Ieſum Chriſtum. Poſt hæc cæſus eſt valde, ſed ſemper durabat in cõfeſſione: nec vnquam eum à fideli linea potuit hæc tortura deflectere. Nam in primordio cum cæderetur tres tãtum verberum ictus ſenſit: qui, vt ipſe poſtea ferebat, ipſam animam penetrarunt. Reliqua vero flagella, tanquam ſi aliquod velamentum dorſo ſuperpoſitum fuiſſet. Ita nos ſentiens, magis fidem, quam cœperat, inter tormenta poſitus, prædicabat. Itaque cum regi ſatisfactum de eius cæde fuiſſet, dimiſſus eſt, obteſtante eo ne in terminis Hiſpaniæ vnquam inueniretur. At ille lætus diſcedens, in Gallias eſt regreſſus. Sed vt fides dictis adhibeatur, ego hominem vidi, qui hæc ab ipſius clerici ore audita narrauit.

Cap. 13.

Per hanc enim confeſſionem martyres glorioſi ineffabilia ſemper ſalutarium munerum beneficia meruerunt. Ac

D petentibus ſe hoc præſtiterunt virtute, quod eiſdem à domino impertitum eſt creatore, ſicut nobis nuper à diacono noſtro relatum, ita geſtum eſſe cognouimus. Hic autem diaconus à papa vrbis Romæ Pelagio, quorundam martyrum confeſſorumque adſumpta pignora cum grandi pſallentio vel clericorum officio ac populi immenſi obſequio vſque ad portum deduct⁹ eſt. Et ingreſſus nauem, erectis velis ac per illum antennæ quæ modulum crucis geſtat apparatum, extenſis flante vento, pelagus altum arripiunt. Qui dum nauigant vt Maſſilienſis vrbis portum adtingant, adpropinquare cœperunt ad locum quendam de quo à littore maris, lapideus mons exſurgens, ac mari paulatim decedẽs, ſumma tenus vnda, in mari diſtenditur. Cumque impetu ferretur vento carina magno impellente in præceps, vt ſcilicet ſcopulo inliſa quaſſaretur, ac nautæ diſcrimen intuentes, exitu vociferarent, diaconus eleuata cum ſanctis pignoribus capſa inuocare nomina ſanctorum cum gemitu & voce maxima cœpit, deprecans vt eorum virtute ab hoc periculo perituri liberarentur. Iamiamque adpropinquabat

E nauis, vt præfati ſumus, ad ſcopulum: & ſtatim in ſanctorum contemplatione reliquiarum, ab ipſo loco commotus, cum

Inuocatio ſanctorum

violentia maiori ventus huic vento contrarius fluctum eliſit, ventumq; diuerſum repulit, ac naue in pelagus profundum reuocata, cunctos à mortis periculo liberauit ſicq; gyrata mole periculi, portum quem deſiderabant, cum Domini gratia ac ſanctorum patrocinio contigerunt. Erant n. reliquiæ ſanctorum, quorum ſacra veſtigia domini manib. ſunt abluta, cum Pauli Laurentiique, atque Pancratii, Chryſanthi, Dariæque virginis Ioannis, atq; alterius Pauli fratris eius, quorum certamina ac palmæ victoriarum ipſa caput orbis vrbs Roma deuote celebrat.

Cap. 14.

Quid vero de his reliquiis quas quondam genitor meus ſecum habuit, fuerit geſtum edicam. Tempore quo Theodobertus Aruernorum filios in obſidatum tolli præcepit, pater meus nuper iunctus coniugio, voluit ſe ſanctorum reliquiis communiri, petiuitque à quodam ſacerdote vt ei aliquid de iiſdem indulgeret, quo ſcilicet in viam longinquã

F abiens, tali præſidio tuaretur. Tunc incluſos in lupino aureo ſacros cineres circa eum poſuit. ſed ignarus vir nominũ beatorum. Referre enim erat ſolitus, ſe à multis tunc erutũ periculis: nam & violentias latronum, & pericula fluminũ, improbitates ſeditioſorum, & adſultus ſeu ſuum, ſæpius ſe euaſiſſe horum virtutibus teſtabatur. Quid tamen ego de his viderim, non ſilebo. Poſt genitoris mei obitum, mater mea hæc pignora ſuper ſe habebat. Igitur ſegetũ aduenerat ſectio, & congregati in areis frugum aceruii fuerant magni. In illis autem diebus, cum iam ſemina triturarẽtur: & ſicut lemmane veſtitum ſegetibus nudum habetur, à ſiluis intercedente gelu, cum non eſſet vnde ignis accenderetur, ab ipſis paleis focos ſibi adhibuerant excuſſores. Interea recedũt omnes ad capiendum cibum. Et ecce inter incrementa ſua, cœpit per paleas paulatim ignis ſpargi. Nec mora, flante noto, aceruii ab igne comprehenduntur: fit magnum incendiũ,

Reliquiæ extinguunt incendium.

G inſequitur clamor virorum, ſtrepituſque mulierum, vlulatus infantum: hæc autem agebantur in agro noſtro. Quod ſentiens mater mea quæ hæc pignora collo adpenſa geſtabat, exſilit de conuiuio, eleuatiſque ſacris pignoribus contra ignium globos, ita omne ceſſit incendium de momento vt vix inter moles exuſtarum pal atum, vel ſemina ignis inuenirentur: nihil tamen fruges quas adprehenderat nocẽs. Poſt multos vero annos has reliquias à genitrice ſuſcepi: cumque iter de Burgundia ad Auernum ageremus, oritur contra nos magna tempeſtas: cœpitque crebris ignibus micare cœlum, validiſque tonitruorum fragoribus reſonare. Tunc extractis à ſinu beatis reliquiis, manum eleuo cõtra nubem: quæ protinus diuiſa in duas partes, dextra læuaque præteriens, neque nobis neq; vlli deinceps nocuit. At ego vt iuuenilis feruor agere ſolet, vanæ gloriæ inflari ſupercilio cœpi, & tacitus cogitare, non hæc tam ſanctorum meritis, quam mihi proprie fuiſſe conceſſum, atque ad ſocios itineris iactans, ac proferre quæ innocentiæ meæ Deus præſtiterit, vt hæc mererer. Nec mora, elapſus ſubito ſub me e-

H quus, ad terram eliſit: in quo caſu tam grauiter ſum contractus, vt vix ſurgere poſſem. Intellexi enim mihi iſta à vanitate eueniſſe, ſatiſque fuit dehinc obſeruare, ne me vltra vanæ gloriæ ſtimularet aculeus. Nam ſi euenit vt mererer deinceps aliqua de ſanctorum virtutibus contemplari, Dei illa munere per ſanctorum fidem præſtita præconaui.

Cap. 15.

In nullo eſt enim temeritas vtilis, vt illud quiſque adpetat quod exercere non licet. Sic & Britannorum comes cum grauiter à dolorib. pedum adfligeretur, & per medicos expendens ſubſtantiam ſuam, nihil commodius habuiſſet, dixit ei quidam de ſuis, Si enim ab eccleſia tibi aliquod vas miniſterii quod in altari ponitur, deferatur in quo pedes ablueres, poterat tibi hæc cauſa ferre medelã ſtulti & ignorantes nõ cognoſcentes, quod ſacrata Deo vaſa non debent ad vſus humanos aptari. At ille celeriter ad eccleſiam mittit, & pa-

Vaſa abutens Eccleſiæ punitur.

teram argenteam ſacroſancti altaris de ſacrario ſuſcepit: ibique pedes abluit: ſed ſtatim doloribus additus, ad plenum debilitatus, nunquam poſtea greſſum facere potuit. Sed & Longobardorum ducem feciſſe ſimiliter comperi.

Cap. 16.

Deflemus enim ſcelera noſtra & plangimus, cum non

A

mundos eſſe neſcimus, & ad ipſum altare Domini accedẽtes, audemus ſanctum corpus eius & ſanguinem cum ſimus actu polluti, potius ad iudicium ſumimus, quam vt veniam cõſequamur. Nam recolo quod in adoleſcentia mea geſtũ audiui. Dies paſſionis erat Polycarpi martyris magni, & in Ricomagenſi vico ciuitatis Aruernæ eius ſolennia celebrabantur. Lecta igitur paſſione cũ reliquis lectionibus, quas canon ſacerdotalis inuexit, tempus ad ſacrificium offerendum aduenit, acceptaque turre diaconus in qua miniſteriũ dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad oſtium, ingreſſuſque templum vt eam altari ſuperponeret, elapſa de manu eius ferebatur in aera, & ſic ad ipſam aram accedens, nũquam eam manus diaconi potuit adſequi: quod non alia credimus actum de cauſa, niſi quia pollutus erat in conſcientia. Sæpius enim ab eodem adulteria ferebantur admiſſa. Vni tantum Presbytero & tribus mulieribus, ex quibus vna mater mea erat, hæc videre licitum fuit, cæteri non viderunt. Aderam fateor & ego tunc temporis huic feſtiuitati, ſed hęc videre non merui.

Euchariſtia refugit manus adulteri.

B

Cap. 87. Vigilia natalis.

Sic & Epachius Presbyter dum temere quæ indignus erat agere, præſumpſiſſet, diuino iudicio, ſolo proiectus occubuit. Hic n. dũ dominici natalis vigilias celebrare ecleſiam expetiſſet, per ſingula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo ſua pocula laſciua ſpumantib. pateris hauriebat, ita vt adfirmarent multi cũ poſt galli cantum in ipſa nocte vidiſſe bibentem. Sed cum eſſet ex genere ſenatorio, & nullus in vico illo Ricomagenſi ſuperius memorato iuxta ſeculi dignitatẽ haberetur nobilior, celebrare ſolennia Miſſarum expetitur. Nec dubitat miſer vino madefactus, appetere q́ ieiunus quiſque non ſine metu poteſt terrente conſcientia explicare. Verum vbi explicitis verbis ſacris, cõfracto corporis dominici ſacramẽto, & ipſe ſumpſit & aliis diſtribuit ad edendũ, mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac ſpumas cum ipſa myſterii ſacri particulaq́ dentibus cõminuere non valuit, ab ore proiiciens, inter manus ſuorum ab eccleſia deportatur. Nec caruit vltra hac epilepſiæ infirmitate, ſed per ſingulos lunares curſus incrementis decrementiſque hæc ſemper pertulit, quia ab hauſtu nimio vini minime infœlix abſtinuit. Quo ergo honore quave reuerentia hæc nox celebrari debeat, præſens exemplum docet. Quodam tempore cũ in hac ſolennitate de vigilia egreſſus, paulisum obdormiſſem, venit ad me vir quidam, dicens, Surge & reuertere ad Eccleſiam. Et ego expergefactus ſigno crucis oppoſito, iterum obdormiui. Nec deſtitit, ſed iterat priora verba, eadẽque perſonat. Sed cum nec ſecunda admonitus vice cõſurgerem, & iterum obdormiſſem, aduenit tertio, & alapam imponens maxillæ, ait, En tu reliquos ad vigilias admonere debes, & adhuc ſopore opprimeris? Tunc pauore perterritus cum grandi velocitate ad Eccleſiã ſuam regreſſus. Hæc de natalis dominici vigilia dicta ſufficiant. Sed ad temerarios reuertamur.

C

Ebrioſus indigne communicat.

Cap. 88.

Mulier erat adultera ab Hierico ciuitate, cuius hæc erat conſuetudo teterrima, vt quoties à ſcorto concipiens partum ediſſet, ſtatim ſuffocatum terræ recondetet, vt ſcilicet fieret occultum hominib' quod Deum & eius angelos non latebat, illicet cum dies ſanctus Epiphaniorum aduenisſet, & omnes in Iordanem deſcenderent abluere tã vulnera corporis quam animæ cicatrices, hæc cum reliquo populo ad littus acceſſit. Cumque leuans vſque ad geniculum veſtimentis, vt amnem ingrederetur (mirũ dictu) fugit aqua ante pedes eius: illa quoque inſequente, fluuius ad ripã aliam premebatur. Hæc videntes populi, mirati ſunt tale factum in die celeberrimo contigiſſe, cognoſcenteſque mulierẽ eſſe facinoroſam, interrogant quid mali fecerit, vt hęc ei in tali confrequentatione populi eueniſſent. At illa conuerſa ad populum crimen fatetur, dicens, Septem iam à me paruulos editos interfeci, quos de inceſtu concipiens, metui publicare: octauum adhuc die preterita ſuggillaui. Rogo ergo vt fundatis pro me orationem ad Dominum, quatenus remiſſa iniquitate, peccare iam deſinam, ne me cœleſtis ira conſumat. Hæc ea loquente, omnis populus proſtratus ad terram, precem fudit ad Dominum, vt ei miſericorditer ignoſceret q́ adminiculante ignauia deliquiſſet. Poſt orationem vero mulier extẽſis per terrã brachiis, ſpiritum exhalauit. Quod ob hoc contigiſſe reor, ne crimen indultum iteraretur vlterius. Cognouit autem populus delictum, cur aquæ fluminis ante faciem mulieris receſſiſſent. Impletumque eſt illud Salomonis prouerbium, quia *Spiritus Domini fugit fictum*. Mira vlium hoc ab ore Ioannis diaconi factum ita cognoui, adſerebat enim ſe tunc temporis fuiſſe præſentem.

D

Adultera ſiue abactrix pœnitentia.

E

Cap. 89.

Apud vrbem enim Toloſatium ferunt fuiſſe quendam Antoninum nomine, iniquum, Deo & omnibus hominib. odibilem, eo quod multa perpetraret ſcelera. Factum eſt autẽ vt impletis diebus migrans à ſeculo, in baſilica beati Vincentii ſepeliretur, in qua ipſe ſibi viuens vas depoſuerat. Verũ vbi cunctos ſub alta nocte ſilentia ſopor arripuit, & omnes blandiente ſomno dediſſent membra quieti, ſarcophagus ille à ſancta baſilica per feneſtram proiicitur, & in medio deponitur atrii. Mane autẽ facto, ibi repertus eſt effractum ſuper ſe opertorium habens. Denique propinqui illi' non intelligentes virtutem Dei, neque ſentientes ſancti iniuriam, in cuius templo indignum temere ſepelierant, iterũ depoſito ſarcophago in loco in quo prius fuerat altius ſuffoderunt. Altera vero illuceſcente die inuenerunt eum iterum foris eiectum in medio eſſe atrii, & ſic intellexerũt magnalia Dei. Ex hoc enim à nullo tactus vſque hodie in loco quo eiectus eſt, in teſtimonium reſeruatur. Hæc de temerariis dicta ſufficiant.

F

Cadauer ſcelerati ab æde S. Vincentii proiicitur.

Cap. 90.

Vincentius autem vel Leuita, vel martyr, in Hiſpaniis martyriũ conſummauit. Apud terminum vero Pictauũ vicus eſt in Arbatilico nomine Becciaco, in quo eius habentur reliquiæ. Cuius ſolennitas duodecimo Kalendas menſis vndecimi celebratur. Sed incolę loci & præcipue archipresbyter errorem neſcio quem paſſus, ante diem eam voluit celebrari. Dictis igitur Miſſis, cum ad conuiuium reſiderent, ecce vnus ex energumenis clamare cœpit, ac dicere, Currite ciues, egredimini à vico exite obuiã beato Vincentio: ecce ad vigilias venit, ecce feſta eius craſtino habituri eritis die. Hęc eo dicente, renouant ſolẽnia, & tota nocte in vigiliis excubant. Mane autẽ facto dum Miſſarum myſteria celebrarẽtur, & hic energumenus qui aduentum ſancti prędixit, & alii cum eodẽ duo mundati ſunt: ſed & paralytici ipſa die directi ſunt: & ſic à feſtiuitate cũ lætitia eſt diſceſſum. Cum aũt reliquiæ eius à quibuſdam peregrinis deferrentur ad Ceratenſem Turonicæ vrbis vicum, acceſſerũt, ibiq; ad tugurium cuiuſdam pauperis deferentes, ſuſcepti ſunt: in craſtino aũt duo paralytici ſuper hæc pignora acceperunt greſſum, vnuſque cæcus lumen recepit. Haud procul autẽ ab illo vico eſt alius, quem Orbaniacum vocant, in cuius Eccleſia huius ſancti habentur reliquiæ: quæ cum à furibus ablatæ fuiſſent, & ipſe qui eaſdem abſtulerat in Biturigo cuidã abbati accepto precio reliquiſſet, reuelatũ eſt abbati vt eas loco vnde dimotæ fuerãt reſtauraret. Nihilominus & archipresbytero huic monaſterio propinquo per viſum manifeſtatum eſt, ne per ſitus moras innecteret ad reſtituendum. Quas acceptas cum pſallendo deferret, homo quidam qui per annum integrũ oppreſſus graui ægritudine decubabat, inter ſuorum deportatus manus, vt velum quo ſanctæ tegebantur fauillæ adorans ſuppliciter oſculatus eſt: mox compreſſa infirmitate ſanatus, exequiis martyrialibus cum reliquiis eſt ſecutus.

Energumenus clamat.

G

Vincentii ſanationes

H

Cap. 91.

Eulalia glorioſa apud Emeritam vrbem paſſa, magnum miraculum in die immolationis ſuæ populis profert. Sunt igitur ante eius altare, quo ſancta membra teguntur, tres arbores, ſed ignarus ego cui' ſint generis. Cumq; iam medio menſe decimo, quando eius paſſio celebratur, ſint ab omni foliorum decore nudatæ, ea die illuceſcente cælo, in modũ columbæ alitis flores proferũt ſuauitatis, ſcilicet quod ſanctus eius ſpiritus in colũbæ ſpecie penetrauerit cælos, & q́ beatũ eius corpuſculum iam exanime veſtibuſque nudatũ, nix cælit' decidua molli vellere cõtexiſſet. Quod miraculũ ſi ſolitę arbores protulerint æſtate, ſcit populus ſibi annum vel preſſuris vacuum vel frugibus plenum. Quod ſi tardius flores ex more paruerint, cognoſcit plebs ſua hoc fieri noxam nam priuſquam erumpant, querula ad ſepulchrum martyris ac mœſta decumbit, deprecans vt ſolitam promereatur conſpicere gratiam: Sed nec pſallendo procedit, ſi hæc manifeſtata non fuerint: iam ſi placatur martyr à lachrymis

Flores Eulaliæ columbæ ſimiles.

A plebis, emergũt protinus ex arboribus gemmei flores, qui odorem nectareum reſpirantes, animi mœſtitiam & aduẽtu lætificent, & reficiant ſuauitate. Dehinc diligenter collecti, & in baſilicã ſacerdoti delati, proceſſiu cũ gaudio celebratur. nam & hos flores ſæpius infirmis prodeſſe cognouimus.

Cap. 92. Quodam tempore Fœlicis martyris baſilica à furibus eſt effracta. Hic vero martyr in Gerunda Hiſpaniæ paſſ⁹ eſt vrbe. Fur vero adprehenſis pallis ſericis, textis auro monilibuſque exornatis cum reliquis ornamentis abſceſſit. Quo eunte coniungitur ei homo ignotus, interrogans quo pergeret. Cui ille reſpondit, Si ſermo meus occuleretur tecũ, oſtenderem tibi theſaurum magnum. Et ille, Oſtende, ait, quæ volueris: totis à me obtegitur viribus. At ille oſtendit ei ſpecies illas, dicens, Si in aliis hæc regionibus venundantur, vtrique noſtrum magnum inferunt lucrum. Et ille, Ego ſum, inquit, homo cui in diuerſis regionibus multi habentur amici, & eſt mihi domus magna atque ſecreta: ſi hæc in ea poſueris, deinceps cum libuerit, venundabis. Et præcedens ſequebatur homo eum ſarcina putans ſe ad aliam duci

B vrbem: cõcluſerat enim Deus oculos eius, & non cognoſcebat quia per viã qua venerat, regrediebatur. Quid multa? Peruenitur ad baſilicam ſancti, & ait ad eũ vir, Ecce domũ de qua locutus ſum tibi: ingredere & depone ſarcinam tuã. Ille quoque ingreſſus eſt: verum vbi depoſita ſarcina, cœpit adſpicere: ad ſe reuerſus, cognouit baſilicã ſancti, de qua res illas abſtulerat: vir autem iam receſſerat ab eo. Et ſic cuncta quæ cũ viro illo geſſerat, populis enarrauit: vnde indubitatum eſt ipſum ei martyrem beatum adparuiſſe. Huius reliquiæ apud Narbonẽſem baſilicam retinentur. Sed cum huius ædis altitudo ne Liguria, quod eſt locus amœniſſimus, à palatio regis cerneretur, arceret, contulit hæc cum Leone conſiliario rex Alaricus. Qui ait, Deponatur ex hoc ædificio vna ſtructuræ machina: & rex q̃ placuerit, liberius contemplabitur. Et ſtatim vocans operarios, idem conſiliarius humiliauit baſilicam ſancti ædificiis non mentis. Sed ille protinus lumine caruit oculorum.

Apparitio.

Cap. 93. Calagurris autem vrbs Hiſpaniæ Hemeterium, Chelidoniumque martyres geſtat, ſæpe ab eorum virtute miracula cernendo diuerſarum ægritudinum medicamina capit.

C Hi etenim martyres à perſecutore comprehenſi, & ad ſupplicium rapti, dũ diuerſis pœnis afficerentur ob diuini nominis confeſſionem, excepta vltimæ damnationis ſententia, deducuntur ad decollandum. Cumque eorum capita lictor incideret, miraculum populis magnum apparuit. Nam vnius annulus orariumque alterius nube ſuſceptum eſt, & in cœlis euectum. Viderunt hæc omnes qui aderant, & vſquequo acies oculorum intẽdere potuit, fulgorem auri, candoremque lintei ſuſpectu ſequebantur attoniti. Præbet huius rei teſtimonium Aurelius Clemens in libro Coronarum, his verſibus dicens:

Annulus & orarium.

Aurelius Clemens.

Illa laus occulta non eſt,
Nec ſeneſcit tempore.
Miſſa quæ ſurſum per auras
Euolarunt munera,
Quæ viam patere cœli
Prœmicando oſtenderent.
Illius fidem figurans
Nube fertur annulus:
Hic ſui dat pignus oris
Vt ferunt orarium.

D
Quæ ſuperno rapta flatu
Lucis intrant intimum.
Per polos liquentis axem
Fulgor auri abſconditur.
Ac diu viſum ſequacem
Textilis candor fugit,
Subuehuntur vſque in aſtra
Nec videntur amplius.

Cap. 94. Cyprianus beatiſſimus Carthaginenſis & antiſtes & martyr, ſalutem ſæpius infirmis ſupplicantibus præſtat, in cuius baſilica analogius in quo libro ſuprapoſito cantatur aut legitur, mirabiliter compoſitus eſſe refertur. Nam ex vno lapide marmoris totus ſculptus adſeritur: id eſt, menſa deſuper ad quam per quatuor gradus adſcenditur: cancellis in

Analogium.

circuitu, ſubter columnæ, quæ & pulpitum habet, ſub quo octo perſonæ recipi poſſunt. Qui nunquam ibi vllo ingenio potuit exhiberi, niſi virtus martyris præſtitiſſet. B

Cap. 95. Septem vero Germanorum qui apud vrbem Epheſum requieſcunt, hæc eſt ratio: Tempore Decii imperatoris, cũ perſecutio in Chriſtianos ageretur, ſeptem viri cõprehenſi ſunt ducti coram principe: horum nomina hæc ſunt, Maximianus, Malchus, Martinianus, Conſtantinus, Dionyſius, Ioannes, Serapion: qui diuerſis verbis tentati vt cederent, nequaquã adquieuerunt. Imperator vero pro elegantia eorum ne in momento perirent, ſpaciũ tractandi indulget. At illi in vnam ſe ſpeluncam condunt. ibique per multos dies habitauerunt: egrediebatur tamen vnus ex eis, & cõparabat victus, & quæ neceſſaria erant exhibebat. Reuertente autẽ imperatore in eandem ciuitatẽ, iſti petierunt à Domino vt eos ab hoc periculo dignaretur eruere. Factaque oratione proſtrati ſolo, obdormierunt. Cumq; imperator didiciſſet eos in hoc antro morari, nutu Dei iuſſit os ſpelũcæ magnis lapidib. oppilari, dicens, Ibi intereant q̃ diis noſtris immolare noluerunt. Quod dũ ageretur, quidã Chriſtianus in tabula plumbea nomina & martyriũ eorum ſcribens, clam in aditu cauernæ priuſquã oppilaretur, incluſit. Poſt multorũ

Hiſtoria Septem dormientium. Niceph. li. 14 cap. 45. Simile quiddam Paul. Diaconus de ſeptem quoq; dormientibus in Germania refert de geſtis Longobard lib. I. cap. 3. Hæreſis Sadducæorum.

F vero annorũ curricula, cum data Eccleſiis pace Theodoſius Chriſtian⁹ obtinuiſſet imperiũ, ſurrexit hæreſis immunda Sadducæorum, qui negant reſurrectionem futuram. Tunc quidam ciuis Epheſius dum caulas ouibus ſecus montem ipſum facere deſtinat, ac lapides diſſoluit, ad coaptãda earũ ſepta, ignarus quæ agerẽtur introrſum, patefecit ingreſſum eius, non tamen cognouit arcanũ q̃ habebatur intrinſecus. Dominus autem immiſit ſeptem viris ſpiritum vitæ, & ſurrexerunt. Putanteſque q̃ vna tantum nocte dormiſſent, miſerunt puerum vnum qui cibos emeret. Cumque veniens ſupra portam ciuitatis, vidiſſet crucis glorioſæ ſignaculum, audiſſetque per Chriſti nomen iurare populũ, obſtupuit: prolatiſque nummis quos à tempore Decii habebat, à mercatore comprehenditur, dicẽte ſibi, Quia abſconditos antiquit⁹ theſauros reperiſti. At ille negans, deducitur ad Epiſcopum ac iudicẽ ciuitatis. Cumq; ab his argueretur, compellente neceſſitate abſconditum myſterium reuelauit, & deduxit eos ad ſpeluncã in qua viri erant. Cũq; ingrederetur

G Epiſcopus, inuenit tabulam plumbeam in qua omnia quæ pertulerant habebantur ſcripta, locutuſque cum eis, nunciauerunt hæc curſu rapido imperatori Theodoſio. At ille veniens adorauit eos pronus in terra, qui tali colloquio cũ eodẽ vſi ſunt principe: Surrexit glorioſe Auguſte, hæreſis, quæ populum Chriſtianum à Dei promiſſionibus conatur auertere, vt dicant, non fieri reſurrectionem mortuorum. Ergo vt ſcias quia omnes, iuxta Apoſtolum Paulum, repræſentãdi erimus ante tribunal Chriſti, idcirco iuſſit nos Domin⁹ ſuſcitari, & tibi iſta loq. Vide ergo ne ſeducaris, & excludaris à regno Dei. Hæc audiens Theodoſi⁹ imperator, glorificauit Dominũ, qui nõ permiſit perire populũ ſuum. Viri aũt iterũ proſtrati in terram obdormierunt. Quibus cũ Theodoſius imperator ſepulchra ex auro fabricare vellet, p viſum prohibitus eſt ne faceret. Viri vſq; hodie palliolis ſericis aut carbaſinis cooperti, in ipſo loco requieſcunt: q̃ paſſio eorum, q̃ Syro quodam interpretante, in Latinum tranſtulimus plenius pandit.

Viſio.

Cap. 96. Ferunt autem fuiſſe apud Armeniam quadraginta octo viros, quum ipſos montes Armeniæ, in quibus præ altitudine nimia magno frigore aquæ & terræ reſtringuntur, paſſi ſunt. Quorum montium celſitudinem nõ paruã eſſe Legiſ-

H lator exponit, cũ ſuper eos arcã à Noe fabricatã requieuiſſe ait. Ibi effoſſa perſecutor terra, ciſternam magnã efficiẽs, aqua repleri iubet: nudatoſque viros ligatis poſt tergum manibus, in lacum gelu concatenatum præcepit poni, ſucceſſo è regione balneo, dicens, Eligite è duob. vnũ, aut in iſto frigore Chriſtũ veſtrum confeſſi deficite, aut negantes oblato diis ſacrificio ad balneũ conuolate, vt poſſitis viuere, & non male propter crucifixum hominẽ mori. Negantibus quoq; cunctis ſacrificare dæmoniis, videt cuſtos eorum quadraginta octo coronas precioſiſſimas è cœlo dilapſas deſcendere ſuper capita virorum, & vnam quoq; earum reuocari (defecerat n. fides viri vnius) & protinus relictis ſatellitib. velociter ad balneum conuolauit: immolatiſque victimis,

Noe arcã in montibus Armeniæ quieuiſ

hono-

A

Quadraginta octo martyres Armeniæ.

honoratus à præſide in balneo repenti ablatus eſt, excepturus in poſterum perpetui ignis ſupplicium. Hæc cuſtos ille, vt diximus, cernens, voce magna proclamat ſe Chriſtianum eſſe, dicens, Cum iiſdem mori deſidero. Nec mora, diuerſis pœnis affectus, ſpoliatur veſte, non fide: & in lacum ponitur, frigora cum reliquis perpeſſurus, ſed adepturus coronã quam miſer ille perdiderat. Iam enim virorum emortua erant frigore corpuſcula, & dentibus in ſe colliſis, ipſe quoque vocis ſonitus claudebatur: vnum tantum murmur orationis cælo ab arcanis pectoris inlahebatur, notũ ſoli Deo, qui nouit occulta cordis. Tremebant feſſi artus tam inedia quam pruina: erat ſpes cælo intenta, tam carne præmortua. Interea iudex iniquus, amoto lymphis balneum ſuccendi ſeptuplum iubet, vt ſcilicet quos algor non laxauerat, incẽdia ſæua diſſoluerent. Producuntur viri è lacu confeſſi Chriſtum mittuntur inter æſtuantes ignium vapores: ſed ſuſtinent patienter inlata ſupplicia, vt maiorem accipiant palmam. Deniq; in his relinquentes corpora, animas Chriſto tradentes, martyrium conſummauerunt in pace. Tunc præſes victum ſe eorum cõſtantia cernens, putans vel mortuos

B

poſſe vincere quos viuentes ſuperare nequiuerat, iuſſit ipſa deinceps exuri corpuſcula & in flumen propinquum iactari: quod cum factum fuiſſet miraculi nouitas flentib. Chriſtianis apparuit. Reſtitit igitur vnda, nec oſſa ſemiuſta abſorbuit, ſed ſuper ſe tãquam cõmendata, ſuſtinuit: & ſic collecta à Chriſtianis gaudentibus cum honore digniſſimo tumulata ſunt.

Cap. 97.

Sergius quoque martyr multa ſigna in populis facit, curans infirmitates, ſanansque languores fideliter deprecantium. Vnde agitur vt ex hoc ingenti baſilicæ vel promittantur vota vel munera deferantur, ex quib. nihil omnino licet ſubtrahere aut auferre. Quod ſi quis fecerit, mox iudiciũ aut notæ aut mortis incurrit. Ob hanc vero deuotionem multi res ſuas ſancto deuouent, ſcilicet vt eius virtute muniti non diripiantur à malis. Denique anus erat exigua, & credo Euãgelicæ illius pauperculæ ſimilis, q̃ quondam duo minuta, cũ nihil aliud haberet, in gazophylacium deuote iactauit. Ergo

Sergii virtus contra latrones.

hæc pauculos gallinarum pullos habebat, quos ex voto baſilicam ditioni ſubdiderat, daturæ domo ipſius cum neceſſitas flagitaſſet. Igitur cum ad feſtiuitatẽ ſancti, multi populi

C

aduenisſent, duo conuentiune facta q hos pullos olim viderant vnum furto ſubtrahunt, inciſoq; capite detractis plumis, truncatiſq; pedib. poſitum in vaſe cum aqua ſuper ignẽ leuant, inſtanterq; ſuccendunt. Feruet aũt latex validiſſime, ſed caro furtiua non coquitur. Etiam feruendo aqua conſumitur, nec prorſus pullus ille mollitur. Tentant crebro manib. & vnguem conãtur infigere, ſed duriorẽ ſentiũt q̃ miſiſſent. Interim adſunt conuiuæ euocati ad epulũ, nullatenus ſumpturi de apparatu. Exſtat menſa niueis velata mãtilib. opere plumario exornata. Conuerſis cibis in nouã duritiam cruditas lymphis, ſæpe diluitur, ſed nihil coctum quod in eo exhibeant, inuenitur, ſicque nouo miraculo epulis redactis in ſaxum, confuſis inuitatoribus, verecundantibus inuitatis, à cœna cum pudore diſceſſum eſt.

Cap. 98. Coſmas & Damianus medici fideles Adpantia cura.

Duo vero gemini, Coſmas ſcilicet & Damianus, arte medici, poſtquam Chriſtiani effecti ſunt, ſolo virtutum merito & orationum interuẽtu, infirmitates languentium depellebant, qui diuerſis cruciatibus conſummati, cæleſtibus ſunt coniuncti, multa miracula incolis oſtendentes: nam ſi quis infirmus ad eorum ſepulchrum fide plenus orauerit,

D

ſtatim adipiſcitur medicinam. Referunt etiam pleriq; apparere eos per viſum languentib. & quid faciãt indicare: quod cũ fecerint, ſani diſcedunt. Ex quibus multa audiui, quæ inſequi longum putaui, hoc exiſtimans poſſe ſufficere quod dixi, Cuncti fideliter deprecantes ſani diſceſſerunt.

Cap. 99. Focas martyr venena depellit.

Focas quoq; martyr & ipſe his martyribus regione coniunctus apud Syriã requieſcit, qui poſt multas quas pro nomine redemptoris eſt paſſus iniurias, qualiter de antiquo illo ſerpente triumphauerit, hodieq; populis declaratur. Deniq; ſi in quempiam in his locis coluber morſum ſtringens venena diffuderit, extemplo qui percuſſus eſt, vt ianuã atrii quo martyr quieſcit, adtigerit, compreſſo tumore, euacuata virtute veneni, ſaluatur. Ex quibus nonnulli, vt celebre vulgatum eſt, iam tumidi malæ beſtiæ ictu, iam toto corpore ingraſſante veneno, in hunc perlati vt ſpiritũ exhalarẽt, inter

E

manus delati, & in atrio poſiti ſunt ſanati, nec vnq̃ ob hoc virus obire hominẽ fas eſt, ſi ſacrũ limẽ fide plenus adtigerit.

Cap. 100.

Domitius equidem alius martyr in hac habemr regione qui cum multa beneficia incolis præſtet, iſchiaticis tamen veloci virtute medetur. Nam fertur ab hoc ſanctus fuiſſe, dum in corpore eſſet poſitus, dolore detentus: deniq; cum multis, vt diximus, in hac neceſſitate laborantibus mederetur, quidã Iudæus ab ipſa infirmitatẽ correptus, ſancti baſilicam, quamquam Chriſto non crederet, deuotus tamen expetiit, ſeq; ad ianuam atrii deponi præcipiens, indignum ſe eſſe vociferans qui ſanctum limen ingrederetur: aiebat enim, Scio me quidem glorioſe martyr, legis veluti one obcæcatũ, cui tu impartiri miſericordiam dedigneris: ſed nunc ad te confugio, & ſupplex tuam miſericordiam poſco vt aduerſa prius infirmitate corporea, languorem incredulitatis auellas. Hæc cum ante portam aulæ fateretur, adueniente nocte obdormiuit: ſed martyr beatus non longi ſpacio temporis diſtulit miſereri. Igitur ea nocte viſitans ægrotum per ſomniũ, iuſſit recedere ſanum. At ille expergefact⁹, ſentit ſe redditum incolumitati, confeſſuſq; Chriſtum Dei eſſe ſal-

Iudæus intercesſione Domitii martyris ſanatus, Chriſto credit.

F

uatorem mundi, ſanus abſceſſit. Quod videntes Chriſtiani, qui in ipſa tenebantur infirmitate, querimonias ſancto inferunt, dicentes, Ecce nos bene Deum confeſſi, necdũ meruimus liberari, & incredulus hic in Chriſtum regem circumciſus carne, non corde, ſanus abſcedit. Et hæc dicentes, cum ira lychnos baſilicæ qui ex camera dependebant, comminuere cœperunt. Sed nec his defuit miſericordia poſtulata: nam ipſa die ſanati, ad propria ſunt regreſſi.

Cap. 101. Georgius martyr.

Multa de Georgio martyre miracula geſta cognouimus, de quibus pauca locuturus ſum: huius enim reliquiæ cum reliquorum ſanctorum à quibuſdam ferebantur. Sed cum portitores ad locum quendam Lemouicini termini aduenisſent, vbi iam pauci clerici conſerto ligneis tabulis oratorio, dominum aſſidue precabantur, manſionem poſtulant. Suſceptique benigne, noctem cum cæteris fratribus pſallendo deducunt. Mane autem facto, adprehenſam capſulam leuare penitus non valebant. Deniq; cum iter agere ſine pignore ſancto nequirent, & eis maximus dolor animi inſediſſet, intelligunt inſpirante Deo ſibi aliquid ex his in loco

G

relinquere oportere. Tunc inquiſitis ligaturis, diuiſiſq; particulis ſeniori qui cellulæ præerat, largiuntur, relinquentes partem patrocinii, ſumentes facultatem quo voluerant abeundi. Habentur etiam eius reliquiæ in vico quodam Cenomannenſi, vbi multa plerunque miracula oſtenduntur. Nam cæci, claudi, frigoritici, vel reliqui infirmi, ſæpius ibi ſanuatum gratia munerantur.

Cap. 102. Energumeni aqua liberantur. Iſidori cereus ardens.

Iſidorus martyr in inſula Chio quieſcit, (ſic enim nomen eſt inſulæ) puteum in baſilica ſancti habens, in quo & fertur iniectus, de cuius aqua energumeni febricitanteſque vel reliqui infirmi ſæpius potati, ſaluãtur. Dicitur ibi etiam lumen, quaſi cereus ardens à fidelibus ſæpe videri. Sed & ego vidi presbyterum qui ſe affirmabat hoc lumen de ore putei crebrius contemplatum eſſe. In hac enim inſula & granum colligitur maſticis ac arboribus, quæ vt ferunt celebre, aliis non inueniuntur in regionibus.

Cap. 103. Iuliana per conuentus ad decorem domus Domini.

Apud Conſtantinopolim vero magno cultu Polyoctus martyr colitur, pro eo præcipue quod cum magnis virtutibus polleat, in periuris tamen præſens vltor exſiſtit. Nam quicunq; vt adſolet, occultum ſcelus admiſerit, & data ſuſpicione ad hoc perductus fuerit templum, aut ſtatim quod

H

amiſit virtute martyris perterritus confitetur: aut ſi periurauerit, protinus vltione diuina percellitur. Huius baſilicæ cameram Iuliana quædã vrbis illius matrona, auro puriſſimo texit, hoc modo. Cum ad imperatorem Iuſtinianũ fama facultatis eius multis narrantibus perueniſſet, ad occurſum illius properare celerius non tardauit, dicens, Latere te non puto, ó venerabilis mater, qualiter à ſpecie auri theſauri publici ſint exhauſti, dum vos quietos eſſe volumus, dũ patrias defenſare ſtudemus, duo gentes nobis placamus, dũ ſolatia diuerſorũ dando conquirimus. Ergo quia tibi potẽtia maieſtatis diuinæ multum contulit auri, quæſo vt nobis manum porrigas, atq; aliquid pecuniæ cõmodes, vt ſcilicet cum tributorũ publicorũ fuerit ſumma delata, illico tibi quæ cõmodaueris reformentur, ac in poſtero laudis tuæ titulo præcurrente, canatur, vrbem Conſtantinopolitanam à Iu-

liana

A

liana matrona fuiſſe pecuniis ſubleuatam. At illa intelligẽs imperatoris ingenium, ſapienter obtegit quę Deo deuouerat, dicens, Paruitas redditiuum meorum tam de tributis q̃ quod de fructibus ſpetatur, per ipſas adhuc reſidet domos: ſi ergo gloria veſtra recipiendi ſpacium tribuit, cum collectum fuerit, conſpectui veſtro repræſentatur. Cumq; oculis propriis cuncta contemplati eritis, quæ placuerint & relinquetis, & auferetis, erit mihi ratum quod volũtas cordis veſtri cenſuerit. His ita deluſus imperator verbis, ad palatiũ gaudens redit, putans ſe hanc pecuniam iam in theſauris publicis retinere. At illa vocatis artificibus, quantum reperire auri in promptuariis potuit, tradidit occulte dicens, Ite, & factis iuxta menſuram tignorum tabulis beati ex hoc Polyocti martyris cameram exornate, ne hæc auari imperatoris manus adtingat. Illi vero perfecta omnia quæ matrona præceperat, cameræ affixerunt, texeruntq; ex auro mundiſſimo. Quo opere explicito, vocat mulier Imperatorem, dicens, Paruitas pecuniolæ quam coniungere potui, adeſt: veni ad cõtemplandum eam, & quod libuerit facito. Surrexit gauiſus imperator de ſolio, nihil percepturus ex auro: pergit ad domum mulieris, putans ſe copioſos theſauros palatio deportare. Cui cum mulier occurſum humiliter reddidiſſet, inuitat in templum martyris ad orationem: erat enim ꝓximum domui eius, & hæc quæ habere potuerat, loco illi delegauerat ſancto. Adprehẽſa enim imperator manu mulieris, eo quod eſſet ſenex, ingreditur ædem: proſternitur ad orationem, qua expleta, ait mulier, Suſpice, quæſo, cameram huius ædis glorioſiſſime Auguſte, & ſcito quia paupertas mea in hoc opere continetur. Tu vero quod volueris, exinde facito, non aduerſor. Ille vero ſuſpiciens atq; admirans, erubuit: & ne pudor eius manifeſtaretur, conlaudans opus, & gratias agens, abſcedere cœpit. Sed ne rediret vacuus à munere, extractum mulier annulum à digito, cuius gemmã vola concluſerat, qui non amplius auri pondus quam vnius ſemiunciæ continebat, obtulit, dicens, Accipe Imperator ſacratiſſime, hoc munuſculũ de manu mea quod ſupra precium huius auri valere cenſetur. Erat enim in eo lapis Neronianus, miræ viriditatis ac ſplendoris: qui cũ fuiſſet oſtẽſus, omne aurum quaſi in viriditatem viſum eſt conuertiſſe à pulchritudine gemmæ. At ille accipiens, & iterum atque iterum gratias agens, & collaudans matronam, in palatium eſt regreſſus. Vnde non eſt dubium etiam in hac re martyris huius interceſſiſſe virtutem, ne opes locis ſanctis & pauperibus delegatæ, in illius transferrentur dominationem, cuius non fuerant ſtudio congregatæ.

B

Annulus valoris maximi.

C

Cap. 104. [illegible]

De Felice Nolano martyre quia hiſtoria paſſionis non eſt in promptu, iuxta id quod beatus Paulinus verſu cõſcripſit, pauca huic lectioni oblectat inſerere. Hic enim à Maximo prædictæ vrbis Pontifice, presbyterii honore præditus, quantæ fuerit ſapientiæ eruditionisq;, non modo Chriſtianis, verumetiam ipſis quoque paganis occuli non potuit. Cum aũt imperatorum decreta Chriſtianos inſequi præcepiſſent, Maximus Pontifex iam ſenio prægrauatus, putãs ſe non poſſe ferre ſupplicia, filuarum ſaltus adiuit, quos dum turpidus de hac perſecutione pererrat, affectus, fame, gelu attritus ſolo corruit ſemiuiuus. At Fœlix Presbyter capt⁹, cũ multa de deorũ portentis, ꝙ nihil fuerint, diſputaſſet percurſis diuerſorum ſuppliciorũ generibus carceri diiudicatur, in quo nõ mediocrib⁹ vinclis tenebatur adſtrictus. Nocte aũt media venit ad eũ Angelus Domini, & confractis catheois, ſciſſaq; trabe qua pedes eius concluſi erant, ait, Surge, & ſequere me. Qui ſurgẽs egreſſus eſt cum eo ianuam carceris, dixitq; ei Angelus Domini, Conſcende ad montana, & require ſacerdotem tuum inuentumq; ac refocillatum, redue ad vrbẽ, & in loco abſconde ſecreto, ne inedia ac rigore depereat donec deſinat pſecutio à Chriſtianis. Accepto Fœlix mandato, pergit quo neſciebat ſed prouidente Deo reperit ſacerdotem ſolo proſtratum, clauſis oculis ſtrictiſq; dentibus, in quo nihil aliud q̃ tenuis anhelitus inſpirabat: interpellatoque nullum ſermonem potuit elicere, tactoq; ſenſit eius membra hyeme rigida, & abſque vllo vitali tempore ꝑmortua. Anxius aũt cum nullum alimentum eſſet ꝙ periclitanti porrigeret, neq; quo ignis accenderetur haberet, dum ſtaret attonitus, quaſi de æthereis ſedib⁹ dilapſum ꝙ ita erat munus contemplatur angelicum. Ecce enim de ſente q̃ erat proxima, vuã pendere admiratur, de qua granis in os cõfeſſoris expreſſis, paulum ſenior refocillatus, erectus eſt: quẽ humeris impoſitũ tanta velocitate detulit, vt putaretur magis ille ferri quam ferret: ſic turgurio cuiuſdam viduæ commendato alimentũ præbuit, donec inſecutio Chriſtiana diſceſſit. Quo ſacerdote migrante, Fœlix electus à populo, vt cathedræ eccleſiaſticæ ſuperponeretur, noluit acquieſcere: Quintus nomine Presbyter, Epiſcopus ordinatur. Orta igitur perſecutione Catholicorũ, cum Fœlix Presbyter in platea populũ moneret ne à recto itinere deuiaret, perſecutor miſſus adfuit, & ignotus Fœlici Presbytero, ſollicitus ipſe cœpit eſſe quiſnam eſſet Fœlix: dextra ille innuens, ait, Hãc in partem abiit: quo diſcedẽte hic latebram petit, ſeq; inter parietes dirutus per modicum ingreſſus aditum, occuli voluit. Nec mora, pſecutor inſequitur, ſed Deus ſollicitudinẽ quærentũ eluſit. Nam iuſſu diuinitatis, araneæ per aditum quo martyr ingreſſus fuerat, telarum prætexunt ſtamina. At illi per veſtigium perſequentes, dum locum explorare nituntur exordia telæ cõſpiciunt, dixeruntq; ad ſemetipſos, Putasne per hæc fila homo tranſiit, quæ ſæpi⁹ tenuitas muſcarum erũpit? Et illuſi prouidentia Dei, diſceſſerunt. Beatus quoq; Fœlix, data nocte, ſucceſſit ad alium locum, in quo ꝑ tres menſes à muliere quadã ciborum alimenta ſuſcipiens, data pace, Eccleſiæ ſuæ ac populo reſtauratur: nunq̃ tamen mulieris miniſtrantis faciẽ vidit, aut ab ea ſuſpect⁹ eſt, dũ in latibulo moraretur. Igitur in pace quieſcens, ſepult⁹ eſt iuxta vrbem, multis ſe declarãs virtutibus in populis, de quib⁹ pauca perſtringam. Erat enim quidam pauper habens duos boues ad exercẽdam culturã ſuam, nec ei erat alia poſſeſſio, niſi ꝙ ab his potuiſſet tellurem ſcindens vomere laborare. Accidit aũt vt die quadam laſſus de hoc opere, veniens, bis dimiſſis ſe hoſpitiolo reconderet. Nec mora, fur rapax adfuit, qui eos clam capiẽs, ſecum abduxit: egreſſuſq; pauper in craſtino, nihil inuenit. Deinde quærit ꝑ deuia, circuit ſiluas, ſcandit montium ardua: ſed nec veſtigium quidem deprehendere poteſt. Redit ad propria, dat voces in fletu, atq; cũ vxore ac liberis plangit, dicens, Væ mihi, quia iuuencis defectis hoc anno fame moriemini. Quid plura? Accedit lamẽtãs ad ſepulchrum beati Fœlicis martyris: dat cum fletu gemitum, exorat vt ei virt⁹ eius quæ perdiderat reddi obtineret à Domino. Egreſſus aũt à templo, ante ipſam atrii ianuã agnoſcit boues ſuos, & ait, O magna virtus martyris, q̃ mihi perditum tam velociter reſtitui fecit! Ingreſſuſq; iterum, ꝓſternitur ad pauimentũ, & gratias agens, cum rebus regreſſus eſt ſuis: oculumque hominis huius quem cæcum habebat, martyris virtus illuminauit. Ad huius quoque cellulæ parietem, quo beatum corpus tumulo cõditum requieſcit, adhæret adprehẽdens portic⁹, in qua dependens fune lychnus lumẽ loco conſueuerat miniſtrare. Ille aũt cui hoc erat officium, contueri ad eius compoſitionem, accedẽs, laxato fune diſceſſit, quaſi oleum petitur⁹. Cumq; omnia tenebris nocturnalibus tenerentur operta, & funis cum vncinulis in medio portici ſubmiſſiore dependeret, quidã de adſtantib⁹ in vigilia ſancti, nebula cellulæ quæ de exuſta ſurrexerat papyro, fatigatus, foris egreditur. Cumq; per porticum illam præteriret, vnus de vncinulis funis faciem excepit hominis venientis inlato acumine transfigens oculũ eius. At ille dolorẽ ſentiens, extenſis celeriter palmis, vultus periclitantes cum ipſis obtegit oculis, clamans non mediocri eiulatu, ac dicens, Succurre deprecor ſancte ſacerdos, & proximum te facito pereunti, qui loco proximus adſtas. Emitte ſacras per occulta medicamina man⁹, & extrahe malum quod aduerſatur lumini, ne luminevidiuatus abſcedam, qui lumen miraculorum tuorum cernere veni. Ad huius lamentabilẽ vociferationem exhibito, qui aderãt lumine, aduertunt hominem transfixo oculo de fune pendere. Cumque profluente ſanguine, nullus manum ad eruendum auderet adponere, martyris virtus adfuit immenſa beati, quę ſic vncum abſtraxit, vt nec oculum erueret, nec viſum penetraret, & ſanguinis decurrentis fluentum ſtringeret: ſic eruto ferro, de oculo dolore palpebrarum reſedato, virtus martyris ſancti declaratur in populo. Energumenos autem ad hanc ſacratam athletæ Chriſti ædem probatos atque purgatos ſæpius ſcripſit hic auctor. Sed ad Galliarum martyres recurramus.

D

Apparitio Angeli.

E

F

Araneæ ſimulantur martyri.

G

H

Læſus oculo ſanatur.

Cap. 105.

Vincentius autem Agenenſis vrbis & ipſe martyr,

cuius

A cuius paſſionis hiſtoria ab incolis retinetur, Leuiticæ ſtolæ candore in Eccleſia Chriſti micás, magnis ſæpiſſime virtutibus fulget, in peruaſoribus rerum ſuarum plerumq; vltor ſeuerus exiſtit. Tempore autem illo quo contra Gundobaldum commotus exercitus, ad Cooueniensem vrbem directus eſt, ab huius hoſtilitatis multitudine baſilica eius vallatur tota. Erat enim in ea plebs omnia rerum ſuarum præſidia confidens de reuerentia martyris, q̀ nullus ea præſumptione temeraria auderet adtingere, & obſeratis, ſe ab intus cum rebus incluſerat. Circundantes autem hoſtes, cum aditum per quem ingrederentur inuenire non poſſent, igné oſtiis ædis ſubuciunt, quem diu multumque ſuccendentes, non adprehendebát valuæ, donec impulſu ſecurium cóminutis ingreſſi ſunt, diripientes res populumq; incluſum in ore gladii trucidantes. Sed non diu hæc res remanſit inulta; nam alii à dæmone correpti nonnulli in flumine Garumnæ necati, multi etiam à frigore occupati, diuerſis in partibus diuerſorum morborum genere vexabantur. Nam vidi ex eis multos in Turonico territorio, qui in hoc fuerant mixti ſcelere, grauiter trucidari, & vſq; ad vitæ præſentis amiſſio- (*Dæmones abripiunt ſacrilegos.*)

B nem intolerabiliũ dolorum cruciatu torqueri: multi enim ex his cóſitebantur ſe iudicio Dei ob iniuriam martyris fuiſſe mori peſſimæ obſtinatos. Ecce quantum Deus præſtat martyribus ſuis: ecce qualibus eoſdem laudibus Chriſtus Dominus bellorũ fidelium inſpector honorat: ecce quantũ præſtat ipſius nominis dignitas Chriſtiani, ſi non gentilium more aut inhiemus cupiditati, aut luxuriæ ſeruiamus.

(*Cap. 106.*) Nam audiui præteritis annis geſtum in Galliis. Mulier quædam ſub ſpecie religionis vacabat ieiuniis, orationibus inſiſtebat, vigilabat pertinaciter, ad loca ſancta deuotione ſimulata circuibat aſſidue. Cumque in hoc colore iuſtæ vitæ duraret, immenſas opes à multis ſuſcipiebat, congregabat aurum quotidie, & quod deuotio Chriſtiana pro redimédis porrigebat captiuis, loculis abdebatur occultis: & quæ dabantur inopum neceſſitatibus profutura, iniquis marſupiis cédebantur: nam effoſſa mulier humo in medio cellulæ ollam immenſam impoſuit: ibiq; cum aliquid datum fuiſſet, recondebat diligenter, & lapide ſuperpoſito claudens, vt nulli pateret occultum. O terq; quaterq. & obiter execranda cupiditas, quę luce fraudans, homines demergis in tenebras! Quid plura? Cũ olla impleta fuiſſet nũmis, huic mulie- (*Auara traditur ad inferos*)

C ri tempus reſolutionis aduenit. Mortua vero, Deo migrás in inferno ſepulta eſt. Poſt cuius exequias ſacerdotes qui aderant, puellam eius familiarem interrogant quid de tanta feciſſet pecunia, aut ſi ea erogáda temporis ſui percurriſſet ſpacium. At illa reſpondit, nunquam ſe vidiſſe quod vlli inopũ manum miſericordiæ porrexiſſet: aut quid pecunia data deueniſſet, ignorare ſe confitetur: vnum tantum ſcio, ait, q̀ in cellula deportatum, regreſſum foras vltra non vidi. Hæc audientes clerici, ſtupent, & quid ex hoc factũ fuiſſet diligéter inquirunt, totumq; crebris ictibus pauimentũ tundentibus locus in quo occultata iacebat pecunia, tinnitum dedit impulſus, cauoq; reſonans prodidit quæ latebant & ſtatim remoto lapide inuenitur auri congeries: & clerici ſtupentes tantæ ſubtilitatis peruerſitatem, epiſcopo quid actũ fuerat, indicant. Ille vero cómotus, iuſſit reſerato ſepulchro pecuniam ſuper corp⁹ exanime projici, dicens, Sint tua tibi quæ congregaſti: pauperibus vero Chriſti nõ deerit, vnde ſuſtẽtentur. Nec mora, cum prima quies nocturno tempore data fuiſſet, audiuntur voces à tumulo, fletus & vlulatus immenſus: inter quas voces hoc maxime reſonabat, ſe miſerá,

D ſe infœlicem, quæ auri cóſumebatur incendio. Deniq; cum per triduum hæ voces adueniente nocte reſonarẽt, populis non durantibus ad ſacerdotem venitur: At ille accedens, iobet tumuli opertorium amoueri: ſubmotoque videt aurum quaſi in fornace reſolutũ, in os mulieris ingredi cum flãma ſulphurea. Tunc ſacerdos orauit ad Dominum, vt quia malitia eius populis fuerat declarata, tandem Dominus pœná ceſſare iuberet à corpore, & operto tumulo diſceſſit, voceſque mulieris amplius non ſunt auditæ. Vides ergo quãtum diſtat inter conuerſationem cœleſtem & opulentiam ſecularem quantũ diſtat inter martyrum diuitias & ſeculi pompas: vides qualia martyribus ſint collata præmia ad vitæ religioſæ cõpendia: & tu ò homo mortalis, non declinas à ſcelenbus, non ceſſas à vitiis, non agonizas cũ concupiſcentiis (*Aurum tormentum.*)

E ſæuis? re inlicit oculus, dum contemplaris aliena, cum ſanctum martyrem non deflexit diuitiarum oblatio opulenta? Tu cogitationibus iniquis fluctuaris, & cedis, cũ ille martyr non ceſſit flammis & vngulis? Te vnum deſiderii peſſimi iaculum ſauciat, cum Chriſti martyrem exturbare à iuſtitiæ tramite nec turbo verberũ præualuit nec cataſta? hæc martyr ſuſtinuit, viſibili vt tu vſus corpore: & tu inuiſibiles non refrenas corporis commotiones? & licet iuxta apoſtolum caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, & hæc inuicem aduerſentur ſibi, vt non quod volumus, illud geramus, tamen vide quid ait idem doctor, *Video legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati.* Ergo ſi te ſenſeris captiuum abduci in lege peccati, tuta frontem tuam ſigno crucis inſigni, quo propellas iaculũ hui⁹ inſidiæ, quia iuxta Prudentiũ,

Crux pellit omne crimen:
Fugiunt crucem tenebræ.
Tali dicata ſigno,
Mens, fluctuare neſcit. (*Crucis virtutes.*)

Nam qualis ſit huius vexilli ſacratiſſimi fortitudo, quid contigerit nuper, euoluam.

F (*Cap. 107.*) Pannichius Pictauenſis termini presbyter, dum ad conuiuium cum amicis quos euocauerat reſederet, poculum poſcit: quo accepto muſca importunior circumuolans, inquinare poculum nitebatur. Quam cum ſæpius manu presbyter abegiſſet, & illa paululum eleuans ſurſus reuerti niteretur, ſenſit eſſe inſidiam inimici, ſuſceptoque læua poculo de dextera ſignum crucis facit: mox in quatuor diuiſus partes liquor qui inerat, eleuata in excelſo vnda, terræ diffunditur. Patuit namque manifeſtiſſime hoc inſidiam fuiſſe inimici. Ergo & tu, ſi viriliter & non tepide ſignum, vel frõti, vel pectori ſalutare ſuperponas, tunc reſiſtendo vitiis martyr habeberis, quia & ipſi martyres ex quæ vicerunt, non ſuis viribus, ſed Dei hæc auxiliis per ſignaculum crucis glorioſiſſime peregerunt, in quibus vt ſæpe diximus, ipſe Dominus; & dimicat, & triumphat: vnde oportet & nos eorum patrocinia expetere, vt eorum mereamur ſuffragiis adiuuari, vel quod noſtris digni non ſumus meritis obtinere, eorum poſſumus intercesſionibus adipiſci, vt adiutorio ſacræ Trinitatis vſi, effici mereamur martyres carnalibus deſideriis abdicatis vt ipſe dicit. Qui pro ſe fideliter dimi- (*Gratia Dei virtute crucis martyres vincunt.*)

G cantes lapidibus precioſis coronat in cælo, alumnos cultoreſque amicor[…]m ſuorum, protegere dignetur in ſeculo, ac præſtet vt adſiſtant martyres inuocati à ſuis quos poſt victoriam paradiſus beatitudinis retinet immortales, vt illos gloria æterna circundat, nos aut excuſet mediatrix venia, aut leuis pœna pertranſeat: nec damnet reos pro criminis actione in perpetuum, quos a precioſi ſanguinis commercio reparauit.

GEORGII FLORENTIS GREGORII EPISCOPI TVRONICI, MIRACVlorum Martyrum,

LIBER II.

De paſſione, virtutibus & gloria S. Iuliani Martyris.

H (*Cap. I.*) VAGNVM in nobis quodammodo igniculum ad iuſtitiæ ſuæ adipiſcendam ſemitam pietas diuina ſuccendit, cum dicit, *Oculi Domini ſuper iuſtos & aures eius ad preces eorũ*. oſtendens quod qui iuſtitiam ex toto corde dilexerit cum deprecatus fuerit, audiatur à Domino. Vtinam quiſque noſtrum cum hæc tentare cœperit, ſtatim ſpretis mundi ſcandalis, neglectis concupiſcentiis vanis, derelictiſque ſemitis prauis iuſtitiæ viam expeditus & ſine impedimento ſecularium actionum conaretur irrepere. Per hanc enim viam Abel iuſtus ſuſcipitur, Enoch beatus adſumitur, Noë reſeruatur, Abraham eligitur, Iſaac benedicitur, Iacob dilatur, Ioſeph cuſtoditur, Moyſes ſanctificatur, Dauid prædeſtinatur, Salomon ditatur: tres pueri inter incendia roſulenta vaticinantur, Daniel inter innocuas (*Iuſtitia ſiderum.*)

A

beſtias paſcitur. Per hanc viam apoſtoli diriguntur, martyres beati glorificantur. Et qualiter? inquis. Scilicet dum infirma curant, mortua ſuſcitant, præſentia contemnunt, futura deſiderant, tortores deſpiciunt, pœnas non ſentiunt, ad cæleſtia regna contendunt. Quod procul dubio virtute propria non obtinerent, niſi per viam iuſtitiæ rectiſſime incedentes à Domino audirentur.

Sic & inclytus martyr Iulianus, qui Viennenſi ortus vrbe, Aruernis datus eſt martyr, ab hoc igne ſuccenſus, hæc concupiuit ac mente tota deſiderauit. Quia cum eſſet apud beatiſſimum Ferreolum, iam tunc martyrii odore flagrabat, qui relictis diuitiis ac propinquis, tantum ob ſolius amorem Martini, Aruernum aduenit. Sed nec hoc ſine diuino mandato peregit, cum tunc perſecutio in Viennenſi vrbi ferueret. Legerat enim, Dominum prædixiſſe, *Si vos perſecuti fuerint in iſta ciuitate, fugite in aliam.* Contulit ergo ſe hic in Aruernum territorium, non metu mortis, ſed vt relinquens propria, facilius perueniret ad palmam: metuebat enim ne ei parentes eſſent obuii, ſi inter eos hoc certamen iniſſet: & perderet miles Chriſti coronam gloriæ, ſi

B

legitime non certaſſet. Igitur inſtante perſecutione ad Briuatenſem vicum, in quo fanatici erroris naturæ colebantur, aduenit. Et cum inſequi aduerſarios nutu Dei ſenſiſſet, à vidua quadã ſe occuli deprecatur. Quem illa tegens, illico martyre poſcente, detexit, qui ſuis inſecutoribus ita iuſſit, Nolo, inquit, diutius commorari in hoc ſeculo, quia ſitio tota animi auiditate iam Chriſtum. At illi, eductam vibranti dextera frameam, deciſo capite, in tres, vt ita dicam, partes glorioſus diuiditur martyr. Nam caput Viennam defertur, artus Briuate reconduntur: felix anima à Chriſto conditore ſuſcipitur. Senes quoque qui ſacroſanctum corpus mancipauerant ſepulturæ, ita redintegrati

Sepultores Iuliani repueraſcunt.

ſunt, vt in ſenectute ſumma poſiti tanquam iuuenes haberentur. Caput quoque eius Ferreolus martyr accepit, completoq; certamine tam illius membra quam iſtius caput in vnius tumuli receptaculo conlocantur. Quod ne cuiquam fortaſſis videatur incredibilis eſſe narratio, quæ audiui geſta, fideliter prodam.

Cap. 2.

Quodam autem tempore dum ad occurſum beati Nicetii antiſtitis vſq; Lugdunum proceſſiſſem, libuit animo, non aliter niſi orationis cauſa, Viennam adire, & præcipue

C

ſepulchrum viſitare Ferreoli martyris glorioſi: inſederat enim menti propter antiquam dilectionem eorum, me ſic eſſe eius alumnum vt Iuliani. Denique oratione facta, erigo oculorum aciem ad tribunal, conſpicioque in eo verſiculos hoc modo conſcriptos.

Heroas Chriſti geminos hæc continet aula:

Iulianum capite, corpore Ferreolum.

Cumque hæc legens, æditum conſulerem cur hæc ſcripta ſic fuerint, reſpondit, Baſilica S. Martyris Ferreoli, ſuper ipſum Rodani littus ab antiquis fuerat collocata: denique cũ impulſante violentiâ amnis, porticus quę ab ea parte erat locata, corrueret, prouidens ſacerdos Mamertus nomine, qui tunc Viennenſem regebat Eccleſiam, ruinam futuram præueniens, aliam baſilicam eleganti opere, & in ipſa menſura ſagaci intẽrione conſtruxit, illuc ſancti martyris transferre cupiens corpus. Aduenit autem ad hoc opus abbatum atque monachorum magnus numerus, vigilataque nocte accepto ſarculo, fodere cœperunt. Cumque in profundo deſcenderent, tria ſepulchra reperiunt, ac confe-

D

ſtim ſtupor mentes ſpectantium inuadit. Nec quiſquã erat cert⁹ quiſnam eſſet beati martyris tumulus. Igitur cum ſtarent omnes in hebitate mẽtis attoniti, inſpirante, vt credo, diuinitate, vnus ex circunſtantibus exclamat, dicens, Antiquitus referri ſolitum erat, & celebri per populos ſermone vulgatum caput Iuliani confeſſoris in ſepulchro retineri martyris Ferreoli, ſi operiorio amoto vnuſquiſque conſideretur: & ſic poteſt quæ ſint membra Ferreoli martyris protenus inueniri. Hęc audiens ſacerdos, cunctus iubet in oratione proſterni: qua impleta, procedit ad tumulos, detectoſq; duos ſingulos in iis quieſcentes inuenit viros. Cumque aperuiſſet & tertium, inuenit in eo virum iacentem in-

Inuentio corporis Ferreoli & capitis Iuliani.

læſo corpore, integro veſtimento, qui deciſo capite, caput amplexus aliud brachio retinebat. Erat enim ac ſi nuper ſepultus, neque pallore faciei demutatus, neque capillorum

E

deciſione turpatus, neque vlla putredine reſolutus, ſed ita integer inlæſus, vt putares eum adhuc ſopore corporeo detineri. Tunc antiſtes gaudio magno repletus, ait, Hoc eſſe cadauer Ferreoli, hoc eſſe caput Iuliani martyris dubium non habetur. Tunc cum magno pſallentio plaudente populo, vbi nunc adoratur, domino annuẽte perducitur. Hęc autem vt ad ſepulchrum martyris ab ipſo æditu cognoui, fideliter retuli. Præbet tamen huic operi teſtimonium Sollius noſter, ipſi Mamerto ſcribens his verbis, *Tibi ſoli conceſſa eſt in partibus orbis occidui, martyris Ferreoli ſolida tranſlatio, adiecto noſtri capite, Iuliani: vnde pro cõpenſatione depoſcimus, vt nobis inde veniat pars patrocinii quia vobis hinc redit pars patroni.*

Cap. 3. Fons D. Iuliani.

In loco autem illo quo beatus martyr percuſſus eſt, fons habetur ſplendidus, lenis, dulcibus aquis vberrimus, in quo & à perſecutoribus caput amputatum ablutum eſt: de quibus aquis multæ ſanitates tribuuntur infirmis. Nam ſæpe cæcorum oculi ab his tacti, illuminati ſunt: tertianarum quartanarumque febrium accenſi, vt potati qui patiuntur fuerint, cõquieſcunt. Nam & ſi quis graui laborans incommodo, inſpirante martyre deſiderium habuerit hauriendi, protinus vt hauſerit, conualeſcit: & ita velociter extinguitur vis febrium, ſeu ſi videas ſuper immenſum rogum proiectis vndis incendia vniuerſa reſtingui.

F

Cap. 4.

Poſt paſſionem vero beati martyris, ac fama præeunte de ſenibus, qui dum ſanctos artus ſepulturæ mandarent, fortitudini priſtinæ fuerint reſtituti, multa ibi beneficia expetentes, credentesque indulgente martyre conſequuntur. De quibus pauca perſtringens deprecor veniam condonari, quod me minus vel idoneum vel peritum ad hæc narrãda cognoſco, nec imbutum grammaticis artibus, nec literis liberalibus eruditum: ſed quid facio, quod impellit me amor patroni vt nequeam hæc ſilere? Vinctus quidam ab Hiſpanis, & carceri deditus apud imperatorem Treuericum, capitali diiudicatus ſententia tenebatur. Quo coniux illius cognito: dum tumulare viri membra feſtinat, ad Briuatenſem vicum peruenit, repertoſque viros dum diuerſa ſtudiis intento rimaretur, cognoſcit quid in eo loco vel de martyre, vel de ſenibus fuerit geſtum, fidelique inſinuationi credens, ad ſepulchrum beati martyris deliberat properare, vt cauſas ſuggerat, caſus referet, vel cunctum laborem ſui doloris exponat. Adſerentibus tum præterea hominibus, Abſque dubio pollicemur, domina, tibi à martyre reddi lætitiam, qui ſenum quondam decrepitæ ætatis membra

G

Inuocatione S. Iuliani captiuus liberatur.

rigentia, antiquo vigori reſtituit: impletaque hac oratione promittit, vt ſi ſuſpitem reciperet coniugem, martyris ſepulchrum in quo poſſit ſpatio, cimento contegeret, fide plena & de martyris pietate ſecura, Treuerim eſt ingreſſa, inuentumque virum gratia imperiali receptum, læta regreditur, inquiſitumq; tempus quo vir relaxatus eſſet è carcere, hæc fuit abſolutionis hora, qua illa martyris eſt auxilium precata: dehinc pollicitationem quam promiſerat, cum immenſis muneribus adimpleuit.

Cap. 5.

Erat autem haud procul à cellula, quam ſupra ſepulchrum martyris hæc matrona conſtruxerat, grande delubrum vbi in columnam altiſſimam ſimulachrum Martis Mercuriique colebatur. Cumque delubri illius feſta à gentilibus agerentur, ac mortui mortuis thura deferrent, medio è vulgo commouentur pueri duo in ſcandalum, nudatoque vnus gladio alterum appetit trucidandum. At ille cernens nihil veniæ reſeruari, cum à diis ſuis non defenſaretur, noſtræ religionis cuſtodiam, noſtræ confeſſionis veniam, noſtrę contagionis medelã, cellulam expetit martyris glorioſi. Tunc ille qui ſequebatur, cum in adſultu gladii

H

Confugientem ad ſe ſeruat Iulianus.

eum non potuiſſet attingere, & hic ſuper ſe oſtium reſeraſſet, atque ille adreptum vtrumque poſtem, oſtium conaretur infringere, ilico adhærentes manus tabulis dolore maximo quatiuntur, & tanta afflictione miſer torquetur, vt vbertim fluentes lachrymæ qualis eſſet dolor intrinſecus nunciaret: interea ſtupente vulgo, incluſus qui fuerat, progreditur liber, parentes quoque illius qui virtute ſancti tenebantur, cognoſcentes martyris ſepulturam, deuotis multis muneribus pro filio exorabant.

Cap. 6.

Factum eſt autem dum hæc agerentur, vt Preſbyter quidam via illa deſcenderet. Qui cum didiciſſet quæ acta fuerant, pollicetur parentibus, ſi à gentilitate diſcederent,

A Somnium

filium reciperent ſanum, Ipſe quoq; ſacerdos ſequenti nocte videt per ſomnium ſimulachra illa quæ à gentilibus colebantur numine diuino comminui atque in puluerem redacta ſolo ſterni. Quarta autem die cum gentilitas vellet iterum diis exhibere libamina, mœſtus Preſbyter ad ſepulchrum ſancti proſternitur: & cum lachrymis exorat, vt tandem gentilitatem hanc quæ iacebat in tenebris, ſplendor diuinæ potentiæ viſitaret, nec fineret vltra martyr beatus alumnos proprios iſta caligine detineri, cum ille perennis claritatis gaudia poſſideret. Confeſtim ad eius orationem commouentur tonitrua, renident fulgura, deſcendit imber igne mixtus, & grandine turbantur omnia: concurrit vulgus ad cellulam, proſternitur coram ſacerdote omnis caterua gentilium, & mixto cum lachrymis vlulatu cuncti Domini miſericordiam deprecantur, pollicenturque ſacerdoti, ſi grando recederet, & martyrem patronum expeterent, & ad Deum eius relictis ſimulachrorum cultibus integro de corde tranſirent. Porro ille fuſa oratione, cuncta quæ petiit, meruit obtinere. Recedente autem tempeſtate, puer cum parentibus credens, ipſa die à doloribus liberatur. gentiles in Trinitatis nomine baptizati, ſtatuas, quas coluerant, confringentes, in lacum vico amnique proximum proiecerunt. Ab eo enim tempore in loco illo, & fides Catholica, & martyris virtus eſt amplius declarata.

Conuerſio incolarum.

B

Poſt hæc venientes quidam de Burgundionibus ad Brinatenſem vicum, eum cum armorum multitudine copioſa circumdant captoque populo, direpto miniſterio ſacroſancto, vltra amnem tranſeunt, & viros gladio interficere, reliquum vulgus ſorte diuidere parant. Tunc Hillidius quidam à Vellauo veniens, &, vt aiunt, commonitione columbæ alitis incitatus ſuper eos irruit hortatuſq; ſocios ita hoſtes ad internecionem cæcidit, vt captiuis laxatis triumphans in laudem martyris, amne tranſmiſſo, ad beatã cellulam tanquam nouus Moyſes cum omni populo canendo reuerteretur: nec minor vt arbitror, exultatio fuit ereptis, quam quondam Iſraelitis, demerſis fuit Ægyptiis: quod ne quis dubitet hanc beati martyris fuiſſe victoriam, ſed inſinuatio columbæ aliquod myſterium fuiſſe creditur virtutis diuinæ. Nam veniente Hillidio, hæc ei obuiam venit: cum vt ille adſolet, aliquid demoraretur, hæc in circuitu illius volitabat: illoq; progrediente iſta præcedebat, & reuertebatur in obuiam, quaſi accelerare deprecans iter. Dum hæc agerentur, aduenit our puer captiuitatem adnunciat: & ſic iſte viam accelerauit. Sed & ipſo pugnante columba ſemper circa eum viſa eſt decurrere. Quod ne quis irrideat confictum de columba, & homini præſtitum Chriſtiano, cum Oroſius conſulem Romanorum, id eſt Marcum Valerium, à coruo alite ſcribat adiutum.

Cap. 7.

Hillidius populũ ab hoſtibus liberat.

C

Columba auxiliatrix.

Proſtratis ergo Hillidio hoſtibus, quatuor ex his per fugam lapſi patenam & vrceum qui Anax dicitur, in patriam deferunt, & diuiſam in tantis vt erant partibus patenam, vrceum regi Gundobaldo ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum vero argentum reginæ ſagacitas reperit, cui additis multis muneribus loco illi ſancto reſtituit, fideliter inſinuans regi, non oportere eum vt gratiam martyris ſancti propter argenti paruitatem amitteret.

Cap. 8.

Regina reſtituit Eccleſiæ argentum.

Pro quibus ac talibus virtutum ornamentis magna ibi baſilica fabricata à fidelibus, virtutibus, vt præfati ſumus, martyris beati refulget, in qua paralyticorum, claudorum, cæcorum, & aliorum quoque morborum ſæpius petita remedia conquiruntur. Fedamia quædam mulier paralyſis humore conſtricta, cui nullum corporis membrum ſine dolore vigebat, exhibita eſt, deferentibus propinquis ad beatam baſilicam, vt vel ſtipem à largientibus mereretur. Quæ dum in porticu illa quæ ſanctæ baſilicæ coniungitur, decumberet, noctem dominicam dum ſacroſanctis vigiliis populi fides deuota concelebrat: & illa quieſcens lectulo paululum obdormiſſet, à viro quodam per viſum correpta atque increpata eſt, dicente ſibi, cur reliquis excubias nocturnas Deo exhibentibus, illa deeſſet. Reſpondit ſe ab omni membrorum parte debilem, nec penitus greſſum agere poſſe. Tunc quaſi ſuſtentata à viro, qui loquebatur ei, & ad ſepulchrum vſque deducta; dum in ſopore fundit orationem, viſum eſt ei quaſi multitudo cathenarum ab eius membris ſolo decidere, à quo etiam ſonitu expergefacta,

Cap. 9.

D Nox dominica.

ſenſit omnium artuum recepiſſe pleniſſimam ſanitatem. Protinus ſurrexit à lectulo, & ſtupentibus cunctis, cum gratiarum actione vociferans, ſanctam eſt ingreſſa baſilicam. Ferunt etiam quidam, ſuſurro fuiſſe eam referre habitum viri, qui eam fuerat adlocutus: dicebat eum ſtatura eſſe procerum, veſte nitidum, elegantia eximium, vultu hilarem, flaus cæſarie, immixtis canis, inceſſu expeditum, voce liberum, adlocutione blandiſſimum, candoremque cutis illius vltra lilii nitorem fulgere, ita vt de multis millibus hominum quæ ſæpe vidiſſet, nullum ſimilem conſpicata eſſet: vnde multis non abſurde videtur ei beatum martyrem adparuiſſe, quæ mobet poſt decem & octo annos ſanata eſt.

E Paralytica ſanatur.

Quidam dum in ſeditione, quam commouerat, oculum amiſiſſet, hominem qui ictum intulerat de baſilica conabatur extrahere: quod dum agit non modo amiſſi oculi non recipit lumen, verumetiam ſentit alium quem ſanum habuerat, obcæcari. Porro cum peccata ſua confiteretur, dicens, Merito mihi euenit iudicium ſine miſericordia, qui non feci miſericordiam: proſtratus coram ſancto ſepulchro cum populo qui tunc ad feſtiuitatem aduenerat, indulgens lædenti, & viſum recepit, & gratiam: ſicque factum eſt, vt is qui ſancti auxilio expeteretur, tutaretur: ille vero qui non crederat argueretur: & ſic vterq; lætus emendatuſq; diſceſſit.

Cap. 10.

Sanatur cæcus ad ſepulchrum iacens.

F

Alius quoque auſu temerario die dominica iungens boues agrum ſulcare cœpit. Adprehenſaque ſecuri, vt aliquid emendaret in vomere, protinus contractis digitis manubrium in dextera eius adhæſit. Cumque præ dolore nimio cruciaretur, poſt duos annos veniens ad beati martyris baſilicam, vigilias fideliter celebrauit: tum in ipſa die dominica, reſerata manus lignum quod inuitus tenebat, amiſit. magnam inferens populo diſciplinam, vt quod die dominica fuerat perpetratum, ipſa quoque die dominica purgaretur. At ille magnificans gloriam martyris, receſſit incolumis, nec vltra die reſurrectionis dominicæ quicquam auſus eſt operari.

Cap. 11.

Dominicæ contemptor luit.

Sic & Anagildus quidam mutus & ſurdus & cæcus vel omnium membrorum compage debilitatus, ad limina ſacroſancta proiectus eſt, ſcilicet vt vel ab ſtipe paſceretur deuotorum, qui victus alimoniam propriis manibus laborare non poterat. Igitur cum per annum integrum ante ſanctam ædem decubaſſet, tandem viſitatus à virtute beati martyris ab omni infirmitate ſanatus eſt. Videtur mihi, vt ſicut ſancti virtute curata morbida retexuntur, ita & infidelium prauitates oratione illius confutatæ ad emendationem aliorum, ne ſimilia appetant, declarentur, quia vtraq; ſancti gloria præſtat, & vt hus ſanitati reddat ne amplius crucientur, & illos arguat ne in futuro iudicio condemnentur. Et quia nullum latere credo, aliquid de hoſtilitate Theodorici regis, ac infirmitatibus Sigiualdi, quæ et in Aruerno poſito contigerunt, propter virtutem tamen beati martyris, eſt diligentius exponendum, quo facilius fides dictis adhibeatur. Igitur cum ob direptionem Aruernorum rex antedictus feſtinaret, & ingrediens terminum vaſtationi cuncta ſubigeret, pars aliqua ab exercitu ſeparata ad Briuatenſem vicum in feſta prorupit, fama vulgante quod in baſilica eſſent incolæ cum ſuis theſauris adunati. Cumque peruenissent ad locum, inueniunt multitudinem promiſcui ſexus, ubi ſeratis oſtiis in templo ipſo cum propriis facultatibus reſidere. Cumque intrare non poſſent, vnus effractam ceu fur, in altari ſancto feneſtram vitream, ingreditur, quia qui non intrat per ianuam, hic latro eſt: dehinc reſeratis ædis illius valuis, exercitum intromittit. At illi direpta cuncta pauperum ſupellectilia cum miniſteriis ipſius baſilicæ, reliquumque populum qui infra erat eductum, foris diuiſerunt haud procul à vico. Quæ cum ad regem delata fuiſſent, comprehenſos ex his aliquos diuerſis mortibus condemnauit. Fugiens vero ille qui irrupta æde caput ſuit huius ſceleris, igne de cœlo dilapſo conſumptus moretur: ſuper quem cum multi aceruum lapidum congregaſſent, à tonitruis & coruſcationibus detectus, terrena caruit ſepultura. Qui vero de conſentaneis latentes regẽ in patriã ſunt regreſſi, correpti à dæmone, diuerſis exitibus hãc vitã crudeliter finierũt. Hęc audiens rex, omnia quæ exinde ſunt ablata, reddidit. Præceperat n. ne in ſeptimo a baſilica miliario cui vim inferret:

Cap. 12.

G Surdus mutus & cæcus ſanatur

H

Violator ſepulchri fulminatus.

Tuoç

A

Cap. 14. Sigiualdus nuatur lue.

Tunc Sigiualdus cum rege præpotens cum omni familia ſua in Aruernum regionem ex regis iuſſu migrauit: vbi dum multorum res iniuſte competeret, villam quandam quam glorioſæ memoriæ Tetradius epiſcopus Biturigenſis, baſilicæ ſancti Iuliani reliquerat, ſub ſpecie obumbratæ commutationis auidus peruaſit: ſed menſe tertio poſtquam adgreſſus eſt, correptus à febre & ſine ſenſu effectus, declinauit caput ad lectulum. Cuius vxor dum de hoc exitu mœſta penderet, à quodam ſacerdote commonita eſt, vt eum ſi videre vellet incolumem, auferret à villa. At illa hæc audiens, præparans carrucis, compoſitoque plauſtro, quo eum eueheret, mox vt prædium ſunt egreſſi, protinus diuina ſunt pariter gratia munerati: nam ille ſoſpitate, illa meruit ex huius incolumitate lætitiam. Ferunt etiam in oratorium prædii illius ſanctum Iulianum martyrem cum Tetradio Epiſcopo colloquentem, cuidam religioſo reuelatum fuiſſe, promittentem ſe Epiſcopo villam quam pro animæ ſuæ remedio ſibi reliquerat, recepturum. Sed & habitum beati martyris in eodem modo eſſe, vt quondam paralyticæ expoſuerat, referebat.

B

Cap. 15.

Paſtor vero quidam non ſtrenuitate, ſed nomine Ingenuus, dum in multis rebus contra baſilicam ſancti martyris iniuſte ageret, ad hoc leuitas inimico ingraſſante conualuit, vt colonias baſilicæ concupiſcens, quæ agro eius erant proximæ, peruadere non timeret. Ad quem ſacerdos loci, cum aliquos de clericis quaſi legatos mitteret, vt acceptatione quod male peruaſerat, relaxaret, ille quaſi contra iniquum hoſtem telis correptis proſiluit, fugauitque ſagittis clericus res ſancti in ſua dominatione retinuit. Factum eſt autẽ vt in proximo aduenirer dies paſſionis martyris glorioſi: ad quam ille immemor peruaſionis ſuæ atq; iniuriæ quam intulerat clericis, ante quinque dies ſolennitatis ad vicum Briuatenſem aduenit: qui eum in domo hoſpitalitatis ſuæ conuiuio cum lætitia & exultatione fungeretur, ſubito coruſcatione facta tonitruum ſonuit. Ruſumque Iterato, iaculo igneo de velis elapſa percuſſus eſt, nullo tamen de reliquis percunte. Deinde ad exemplum omnium, tanquam rogus flammeus ardens, paulatim conſumebatur. Ad quod miraculum populus qui ad beati feſta conuenerat, hæc cernens cum admiratione, metuebat, ſatiſque illi fuit ne de rebus ſancti aliquid vltra contingeret. Quod ne fortuito actum quis putet, cernat inter multos innoxios vnum interiiſſe ſacrilegum.

Sacrilegus à multis interemit.

C

Cap. 16.

Quid etiam ad Becconis comitis confutandam ſuperbiam beatus martyr ſit operatus, euoluam. Hic cum actiones ageret publicas, & elatus iactantia multos contra iuſtitiam adgrauaret, caſu contigit vt demiſſum accipitrem diu per diuerſa vagantem perderet. Similiter vt vnus de ſeruientibus baſilicæ ſancti Iuliani, accipitrem alium dum per viam ambularet, quaſi vagum inuenit. Erat enim puer ille pincerna in domo baſilicæ. Quod cum ad Becconem peruenilſet, quod ſcilicet puer repertum teneret accipitrem, calumniari cœpit, ac dicere, Meus ille erat, inquit, & hic furto eum ſuſtulit. Deinde ſuccendente auaritia, miſit illum vinctum in carcerem, deliberans eum in ſequenti, patibulo condemnare. Tunc ſacerdos mœſtus valde ad ſepulchrum ſancti properat, reſetatiſque cum gemitu cauſis, adprehenſis decem aureis per fideles amicos Becconi obtulit. Quod ille pro nihilo reſpuens, cum iuramento adſeruit, nunquam ſe puerum dimiſſurum, niſi exinde aureos triginta acciperet. Quod presbyter deſuper ſepulchro ſancti accipiens, Becconi tranſmiſit, quos acceptos ſatiata auri cupiditate, puerum reſtaurauit incolumem: ſed Deus omnipotens qui per-ma-nerat ante ſolem, ſecundum bonitatis ſuę diuitias, humiliauit calumniatorem. Nam ipſius anni tranſacto curriculo veniens ad ſancti feſtiuitatem cum caterua ſatellitum, ingreſſus eſt limen ſanctum. Procedente vero lectore qui beatæ paſſionis recenſeret hiſtoriam, vt reuoluit librum, & in principio lectionis S. Iuliani protulit nomen, confeſtim Becco voce neſcio qua teterrima, ad terrã corruit, eruenteq; ſpumans dare voces diuerſas cœpit: inde inter ſuorum manus ſublatus à baſilica, domum reducitur. Nec fuit dubium pueris eius hæc ob iniuriam baſilicanis famuli eueniſſe: omnem quoque ornatum quod ſuper ſe tunc habuit, tam in auro quam in veſtimentis, baſilicæ

D

Becco calumniator humiliatur.

contulit, & multa deinceps munera miſit: ſed vſq; ad diem obitus ſui ſine ſenſu durauit.

E

Cap. 17.

Fuit etiam quidam diaconus, qui relictam Eccleſiam fiſco ſe publice iunxit, acceptaq; à patronis poteſtate, tanta perpetrabat ſcelera, vt vix poſſet à vicinis circumpoſitis ſuſtineri. Accidit autem quadam vice vt ſaltus montenſes vbi ad æſtiuandum oues abierant, circumiret, atque paſcuaria quæ fiſco debebantur, inquireret. Cumq; diuerſos ſpoliaret iniuſte, conſpicit eminus greges qui tunc ſub nomine martyris tuebantur: ad quos leui curſu euolans, tanquam lupus rapax diripit arietes. Conturbati atque exterriti paſtores ouium, dicunt ei, Ne quæſumus contingas hos arietes, quia beati martyris Iuliani dominio ſubiugati ſunt. quibus ille hæc irridens reſpondiſſe fertur, Putaſne quia Iulianus comedit arietes? Dehinc ipſis verberibus affectis, quę voluit abſtulit, ignorans miſer, quod qui de domibus ſanctorum aliquid aufert, ipſis ſanctis Iniuriam facit, ipſo ſic Domino proteſtante, *Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui recipit iuſtam, mercedem iuſti accipiet.* Contigit autem vt poſt dies multos, non religione, ſed caſu conferente, ad vicum Briuatenſem properaret, proiectuſq; humo ante ſepulchrum mox à febre corripitur, & tanta vi caloris opprimitur, vt neque conſurgerę, neq; puerum euocare poſſet: famuli vero eum vidiſſent eum extra ſolitum plus occumbere, accedentes, Quid tu, inquiunt, in tanta diuturnitate deprimeris? non enim tibi tam longus mos erat orãdi, aut deuotio. Ferebant autem de eo, quod quandoquidem in Eccleſia fuiſſet ingreſſus, parumper immurmurans, nec capite inclinato, regrediebatur. Tunc interpellantibus pueris, cum reſponſum reddere non valeret, ablatus manibus è loco, in ſellam, quæ erat proxima lectulo, collocatur. Igitur inualeſcente febre, proclamat ſe miſerum incendi per martyrẽ. Et quod primo ſiluerat, admotis animæ indicii facibus, crimina confitetur, iactanſq; ſuper ſe aquam voce qua poterat deprecabatur. Delatis quoque cum vaſculo lymphis, & in eum ſæpe deiectis, tanquam de fornace ita fumus egrediebatur è corpore. Interea miſeri artus ceu combuſti, in nigredinem conuertuntur. Vnde tantus procedebat fœtor, vt vix de aſtantibus poſſent aliqui tolerare. Innuens enim dehinc manu, indicat ſe eſſe leuiorem: mox illis recedentibus, hic ſpiritum exhalauit: de quo haud dubium eſt qualem illic teneat locum, qui hinc cum tali diſceſſit iudicio.

F

Torquetur qui greges B. Iuliani diripuerat.

G

Cap. 18.

Alius autem per vigiliam feſtiuitatis, equum alicuius qui tunc forte ad eandẽ ſolennitatem venerat, furto comprehendit: aſcenſoq; velociter properat, ſcilicet, vt qui lumen perdiderat veritatis, non inueniretur à luce: & cuius pectus cupiditatis tenebræ obſederant, eius & furtiuam fraudulentiam nox celaret. De talibus enim Dominus dicebat in Euangelio, *Omnis qui male agit, odit lucem.* Albeſcente igitur cœlo dicebat, iam ſecurus ſum. Nam triginta leucas à ſancti baſilica, elongatus ſum: iam ſecus propriam domum eſſe me credo. Dum hæc tacitus reuolueret intra ſe demotis ex axe tenebris, cognoſcit ſe ipſi vico propinquum inter populos deuagari: timenſq; ne ſcelus ſuum pateſieret publico, cum cautela grandi caballum in loco vnde digreſſus fuerat, reformauit: ſic miſer virtute martyris tota nocte detentus in circuitu vici, & vt ego credo, ab auctore qui eum obſederat, eſt deluſus, vt viam quam adprehendere voluit, non valeret. O ſcelerata cupiditas, quid agis? Semper amatores tuos in confuſionem præcipitas.

Fur eunte nequ...

H

Quidam alteri trientem præſtiterat, quem interpoſitis paucis diebus recepit. Poſt annum vero in atrio ſancti conuento homine, rem ſuam quaſi non recepiſſet, ſibi reddi depoſcebat. At ille deteſtans, adſerebat ſe reddidiſſe ſuſceptum. Cumq; diutiſſime altercarentur, ille qui reddiderat, ait ad ſocium, Vſquequo vterq; contendimus? ſub indicio hoc omnipotentis Dei ponamus. Eamus ad tumulum martyris, & quod ſub ſacramenti interpoſitione dixeris, diſcernat virtus ſancta patroni. At ille nec dubitans, ingreſſuſque ſepulchrum dum audacter eleuat manus, vt periuret, infœliciter miſer irriguit. Hæret vox in gutture, lingua coarctatur in fauce, vibrant labia vacua à ſermone ipſa quoque brachia, quæ ad adiutorium fruſtra in ſacramenti erexerat, prorſus retrahere non valebat. Adhæc vulgo admirante, publicato ſcelere, multitudo cuncta populi vna voce pro-

Déierans ... iriguit.

A

rumpens, domini miſericordiam ac beati martyris auxilium deprecatur. Poſt quatuor vero, aut eo amplius horas, ad ſenſum regreſſus, quod iniuſte repetebat, publica confeſſione patefecit, & ſic ſanus abſceſſit.

Cap. 20.

Sæpe hæc ille audierat qui baſilicæ ſanctæ violentiam intulit, ſed iniquam mentem ſemel obſeſſam vitio, bonitas mollire non potuit, Salomone obteſtante, *In maleuolam animam non ingreditur ſapientia.* Aduenerat feſtiuitas ſancti & ecce quidam è populo conſpicatur ornamentis immenſis beatam baſilicam effulgere: Concupiſcit iniqua mente, quod adipiſcens non poterat occultare. Igitur diſcedente populo à baſilica, poſt gratiam veſpertinam, hic ſe in angulo baſilicæ reprimens, latitauit ac dato cunctis nocturna quiete ſilentio, vel operiente vmbroſa caligine mundi conſurgit ab angulo, & nihil dubitans, vtique qui à ſatellite Satanæ impellebatur, ſuper cancellum beati ſepulchri curſu proſilit rabido, detractamque à ſummo vnam gemmis coruſcantibus crucem ad terram deiecit, collectiſque velulis ac palliolis de circuitu parietum pendentibus, vnum voluculum facit, impoſuitque humeris, ac eleuata cruce manu, ad locum vnde diſceſſerat repetit, ac poſita capiti ſarcina, peccati ſopore compreſſus, obdormiuit. Media vero nocte circumeuntes cuſtodes ſanctā baſilicam, aſpiciunt in angulo vnam gemmam crucis, tanquam iubar cæleſte refulgere: obſtupefacti, accedunt comminus cum timore, admotoq; cereo inueniunt perſonam cum rebus furatis, quas auferre non potuerat, inibi decubare. Deniq; ſub cuſtodia eum illa nocte detentum, mane facto cuncta quæ fecerat patefecit, adſerens ſe laſſum obdormiſſe, eo quod diutiſſime circumiens cum faſce baſilicam, oſtium, vnde egrederetur, reperire non poterat.

B

Sacrilegus comprimitur.

Cap. 21.

Multa quidem & alia in præuaricatoribus oſtendit, ſed ſatis ſint iſta ad coercendam deſidiam eorum: nunc vero ad gaudia proſperitatum, quæ larga pietate præſtat populis, reuertamur. Sed prius illud non arbitror poſtponendum, quod expertum valde cognouimus, quod in rebus perditis apud hunc patronum fidelis deprecatio conſequatur: ex quibus vnum tantum commemorare ſtudui. Ad feſtiuitatem beati martyris deuotus pauper aduenerat, laxatoque equite ſacram ingreſſus eſt ædem, ac vigiliis immobilis inſtans, noctem cum cæteris orando deduxit: illuceſcente vero cœlo, ad metatum regreſſus, caballum, quem reliquerat, non inuenit: quæſitumque diutiſſime nec ſigna quidem in quam partem diſceſſiſſet, agnouit. Tranſacto igitur biduo recurrit iterum per ſaltus, perſcrutans à locorum incolis, ſi forte aliquis aut teneret captum, aut captum vidiſſet ab aliquo. Nullum dehinc indicii genus reperiens, anxius atque mœſtus ad ſepulchrum ſancti regreditur, ibique cauſas doloris ac mœroris exponens aiebat, Ad tua ſancte limina veni, nihil aliud quā paruitatis meæ vota deferre: nihil iniuſte abſtuli, nihil geſſi indignum tua ſolennitate, cur inquam perdidi rem meam? rogo vt reſtituas amiſſum, vt neceſſarium reddas. Hæc fletu addito agens, vt egreſſus eſt templum, conſpicit eminus à quodam viro ſuum equum retineri: Ad quem accedens dum diſcutit vnde ſit, aut vnde venerit, aut ex quo tempore hunc habeat equum, didicit ipſa hora eum fuiſſe repertum, qua ille beati martyris implorauit auxilium.

C

Equus diu quæſitus reperitur.

Cap. 22. *Diabolus quendam excæcauit.*

D

Cum autem quidam ab eo loco per incurſum diabolicum, oculum perdidiſſet, & ad hoſpitiolum ſuum viduam ſe lumine, infœliciter reſideret, ac manibus propriis nihil laborare præualens, ſpem vllam alimonis non haberet, apparuit ei vir in viſione noctis, commonens vt ad beati baſilicam ambularet: ibique ſi deuote ſe gerat, promittit auxiliū inueniri. At ille nihil moratus, adrepto bacello adminiculante puero, ſanctum ingreſſus eſt locum: qui poſt cōpletam orationem Archipreſbyterum qui tunc locum ipſum regebat, nomine Publianum, adiuit, ſupplicans vt oculis cæcis Chriſti crucem imponeret: erat enim valde religioſus. Quod ille dum iactantiam euadere cupit euitans, tenetur à cæco, nec omnino dimittitur: niſi quæ petebat adimpleret. Tunc ille proſtratus ante ſepulchrum diutiſſime martyris eſt ſuffragium imprecatus. Deinde admotam oculis cæcis manum, protinus vt ſignum crucis impoſuit, viſum iſte recepit. Admiramini quæſo virtutem martyris, cum parum ſit per ſe exercere miracula, nunc etiam per manus diſcipulorum adſtipulante virtutis ſuæ fauore publice operatur: ſed nec meritum diſcipuli fuit exiguum, cui hæc præſtita eſſe cernuntur.

Crux viſū reſtituit.

E

Cap. 23.

Erat enim tunc temporis apud vrbem Aruernam patruus meus Gallus Epiſcopus, de quo nō videmur omitti, qualiter in adoleſcentia ſua fuerit, à ſancti virtute iuuatus. Et quia ſæpius commemoraui quale excidium Aruernæ regioni rex Theodoricus intulerit, cum neque maioribus neque minoribus natu aliquid de rebus propriis eſt relictum, præter terram vacuam, quam ſecum barbari ferre non poterant. His ergo temporibus glorioſæ memoriæ patruus meus, qui poſtea, vt dixi, ſacerdotali faſce Aruernam rexit Eccleſiam, pupillus erat cuius facultates ita direptæ ſunt ab exercitu, vt nihil prorſus remaneret. In promptu ipſe quoque cum vno tantum puerulo, vſque Briuatenſem vicum plerumque itinere pedeſtri diſcurrebat. Accedit autem quodam tempore, dum hoc iter teneret, vt laxatis præ calore ſolis calceamentis, nuda incedens planta, ſudem calcaret ſpineam: quæ nunc fortaſſis inciſæ adhuc terræ hærens erepto acumine inter herbas virides lautabat. Quæ defixa plantæ & ſupergreſſa effractaque deorſum extrahi nequibat. Igitur defluente ſanguinis riuo, cum greſſum facere non valeret, beati martyris implorat auxilium, paululumque dolore compreſſo, licet claudicando, iter, quod cœperat, expediuit. Tertia vero nocte computreſcente vulnere, dolor maximus incitatur. Illo vero ad experta dudum præſidia confugiens, ſepulchro glorioſe proſternitur: expletiſq; vigiliis regreſſus ad lectulum, dum virtutem martyris præſtolatur, ſomno incumbente deprimitur. Deinde conſurgens, nullam doloris ſentit iniuriam: aſpectaque planta, pars ſudis quæ ingreſſa fuerat non videtur: euulſam tamen ſentiebat à pede, quod lignum diligenter inquirens in ſtratu ſuo, reperit. admirans qualiter fuit egreſſum: ſolitus nanque erat in Epiſcopatu ſuo locum vulneris oſtendere, in quo magna adhuc foſſa conſpiciebatur, obteſtans in hoc beati martyris fuiſſe virtutem.

Petrum auſpicio Aruernorum Epiſcopus.

F

Tranſfixionis curatio.

Cap 24.

Poſt multum vero tēpus aduenerat feſtiuitas beati martyris, & pater meus cum omni domo ſua ad huius ſolennitatis gaudia properabat. Nobis vero iter agentibus, Petrus frater meus ſenior, ab ardore febrium occupatur, & tam grauiter angitur, vt neque vigere, neque cibum ſumere poſſet, totumque illud iter cum grandi agitur mœrore, & in diſcrimine res vertitur, vtrum conualeſcat, an pereat. Denique cum iſto labore peruenitur ad locum: ingredimur baſilicam, adoramus ſacroſancti martyris ſepulturam: proſternitur & ægrotus in pauimentum, deprecans medelam à martyre glorioſo. Poſt completam vero orationem, ad metatum regreſſus, febris paululum conquieuit: veniente autē nocte nobis ad vigilias properantibus, rogat ſe & ille deferri: incumbenſque ante ſepulchrum tota nocte, martyris ſuffragium deprecatur. Exactis deinde nocturnis excubiis, rogat, vt de puluere qui circa beatum erat tumulum, collecto vel potui darent vel collo ſuſpenderent. Quo acto, ita omnis ardor febrium conquieuit, vt ipſa die & cibum caperet incolumis, & vbi delectatio vertiſſet animum, ambularet.

Sepulcrum veneratio.

G

Puluis ſepulchri martyris medetur febribus.

Cap. 25.

Sequenti vero feſtiuitate dum iterum cum magno gaudio ad ſanctam properaremus baſilicam, mihi caput à ſole percuſſum grauiter dolore cœpit: qui dolor adcreſcens, febrem intrinſecus generabat, ita vt nec cibum me capere nec loqui permitteret. Cumq; per duos dies ab hoc dolore conſumerer, die tertia ad baſilicam ſancti Ferreoli, cui fons ille de quo ſuperius meminimus, eſt contiguus, aduenimus. Diſtat autem baſilica à Briuatenſi vico quaſi ſtadiis decem. Cumq; in locum illum veniſſemus, libuit animo ad fontem vſq; procedere, confidens de virtute martyris, quod ſi me exinde leuis vnda perfunderet, mox ſanarer. Adueniens vero, orationem fundo, aquam haurio, os refrigero, caput infundo, ſtatimque decidentibus lymphis, fugato dolore ſanus abſcedo, & vſque ad ſepulchrum martyris glorioſi lætus ingredior, admirans & gratias agens martyri, quod prius me virtute ſua dignatus fuerit viſitare, quam ipſius mererer cernere ſepulchrum.

H

Author dolore capitis ſanatur.

Cap. 26. *Febricitãs curatur.*

Eſt enim ad Hunoronem, quia ibidem martyr percuſſus

A

eſt, virtus eximia. Quidam à febre correptus dum in extremis ageret, deſiderium habuit de aqua fontis haurire, ad quam etiam ſe deportari fideliter exorauit: qui à ſuis inter manus adprehenſus & in loco depoſitus, protinus vt aquæ hauſtum accepit, & faciem caputque perfudit, recipere meruit ſanitatem: & aliorum manibus illatus, propriis greſſibus eſt regreſſus: fuit autem incola huius vici, ſed excidit nomen eius.

Cap. 27.

Quadam autem die orta tempeſtas cum magno venti impetu ſuper vicum Briuatenſem rapide deſcendebat: micabant enim de nubibus fulgura ac tonitrua terribilia: voces dabant, quatitur terra fragore, & exuri à coruſcatione pene omnia putabatur: ſola erat expectatio in virtute martyris glorioſi. Nec mora, dato cum fulgore graui ſono tonitrui, iaculum igneum per aditum quo funis ille ſigni dependet, ingreditur, percuſſiſque duabus columnis, fruſtra excuſſit: inde repercutiens per feneſtram, quæ ſuper ſanctum habetur tumulum, eſt egreſſum: nullum tamen per beati cuſtodiam de populo læſit. O quam magnus circa alumnos proprios beatus martyr. Columnas ſuſtulit, percuti non ſinit phalangas: confringi paſſus eſt vitream, non cateruam: permiſit ſuper ſepulchrum propitiatu præterire coruſcum, ne fieret multitudinis totius interitus. Igitur expulſum à baſilica ſancti martyris iaculum, aceruum fœni combuſſit, interfecit pecora, iumenta deleuit. Quod ſi hæc fortuitu quis putat, adtituetur magis & ſtupeat inclyti potentiam martyris, quod prætereuns ignis per medium populi, nemini nocuit, ſed ibi tantum expleuit vota, vbi ſe cognouit habere licentiam.

Ignis turbine non læditur populus.

B

Cap. 28.

Clericus autem Aredii Lemouicini Abbatis ad feſtiuitatem veniens, præ multitudine populi non modo ad ſanctum tumulum accedere, verumetiam nec in ipſam baſilicam potuit introire. Cumque mœſtus metu ſe reddidiſſet, recubans in lectulo obdormiuit. Protinus adſtitit ei vir in viſu, dicens, Quid tu; inquit, ſopore deprimeris? vade celerius ad templum martyris, & omnia inuenies reſerata. At ille metu territus, exſurgens, credulus dictioni, properat velociter experiri ſi vera eſſent quæ ſibi fuerant indicata. Cumque veniſſet ad oſtium, reperit remotos vndique populos vſque ſanctum altare, vel ipſum tumulum via facta nullo obſiſtente: & ſic ſine vlla impreſſione accedens, fuſa oratione cum gaudio eſt regreſſus. Quod ne quis dubitet, teſtor omnipotentem Deum, quia ab ipſius Abbatis hæc ore cognoui, apud cuius monachum geſta ſunt.

Somnium.

C

Cap. 29.

Huius feſtiuitatis temporis ignara plebs, incerta pendebat, neſciens diem in quo martyr beatus deberet pro virtutis ac paſſionis gloria honorari: & hæc ignorantia vſque ad beatum Germanum Antiſiodorenſem antiſtitem eſt protracta. Factum eſt autem vt antedictus pontifex Briuatem adueniret, ſciſcitatuſque ab incolis, quo tempore huius ſacra celebrarentur, ſe neſcire reſpondent. Tunc ille, Oremus, inquit, & fortaſſis nobis hæc Domini potentia reuelabit. Quod cum feciſſent mane orto, conuocatis ſenioribus loci ait, quinto Kalendarum menſis ſeptimi celebrandam eſſe feſtiuitatem. Ex hoc nunc deuotus adueniens populus, vota præſuli reddens, refert & animæ & corporis medicinam.

Feſtiuus dies Iuliani.

Cap. 30. Energumeni.

Energumeni vero cum aduenerint, plerumque euomunt in ſanctum Dei conuitia, cur ſanctos alios ad ſua conuocet feſta, ipſoſque nominatim confitentes eorum fatentur virtutes & merita. Aiunt enim, Sufficiat tibi Iuliane, nos propria virtute torquere, vt quid reliquos prouocas? quid mutas extraneos? Ecce Martinum Pannonicum, inimicum iugiter noſtrum, qui tres à noſtris cauernis repulit mortuos. Adeſt Priuatus ex Gabalis, qui oues ſuas barbaris noſtra inſtigatione commotis, tradere noluit. Aduenit Ferreolus collega tuus ex Viennẽſibus, qui nobis in te ſupplicium incolis præſidium inuit: quid Symphorianũ Æduum, quid Saturninum vocas Tholoſanum? aggregaſti conſilium, vt nobis ingeras infernale tormentum. Hæc & his ſimilia dicentibus, ita ſanctos Dei humanis mentibus repræſentant, vt nulli ſit dubium eos ibi commorari: multi tamen ab his infirmi curantur & ſani recedunt.

D

Martinus ſuſcitat mortuos.

Cap. 31.

Sed & illud eſt memoratu digniſſimum, quæ ſit manſuetudo pecorum in hac baſilica votiuorum: qualiter vituli petulantes, calcitrantes equi, grunnientes ſuillæ, cùm limen ſanctum ingreſſi fuerint, conquieſcunt. Nam vidimus ſæpe cothurnoſos tauros, qui à quindecim, aut eo amplius viris alligati funibus ducebantur, talem in hominibus impetum dare, vt putares eos ipſos quoque diſrumpere funes. Sed cum ædem ſanctam ingreſſi ſunt, ita quieuerunt vt arbitreris eos tanquam agnos manſuetos haberi. Vidimus etiam per medias turmas multos ingredi, inclinato capite populos amouentes roſtro, non cornibus, & tanquã tribunal adirent iudicis, aliquem ſenſum habere timoris: non calcem mittere: non aliquem cornu petere, non oculis toruis aſpicere, non in omni mãſuetudine vſq; ad ſanctum properantes altare, oſculanteſque rurſus in ipſa qua ingreſſi fuerant, patientia repedare. Sic & reliquorum iumentorum petulantia cum illuc acceſſerit: depoſito cuncto furore, mureſcit, vt ea in manſuetudine columbarum cum grandi admiratione conſpicias. De his vero quæ votiua ſunt, nulli penitus quæpiam ſubtrahere licet: nullus priuſquam ad baſilicam veniat, aut commutare præſumit, aut emere. Nam qui fecerint, ſæpius vltione diuina grauiter quatiuntur. nam aut febris imminet, aut malum aliquod obrepit, aut damnum graue ſuccedit, aut hoc quod abſtulit, morbus aufert. Difficile tamẽ ſine præſenti vltione res prætererit.

E

Ad baſilicam S. Iuliani fera manſueſcunt.

F

Cap. 32.

De illis dixiſſe virtutibus ſufficiat, quæ circa ſanctam baſilicam eius geſta ſunt, aut geruntur: nunc pauca de locis illis in quibus eius habentur reliquiæ differentes, finem huius libelli facere placet, deuotione commonente. Quidam apud Belgicæ ſecundæ prouinciam, id eſt, ſuburbano Rhemenſis vrbis, baſilicam in honore beati martyris ſtudioſe conſtruxit, cuius reliquias poſt perfectam fabricam expetiit fideliter ac deuote, quas acceptas dum viatim pſallendo regreditur, Rhemenſem eſt ingreſſus Campaniam. Erat enim haud procul à via ager cuiuſdam diuitis Campanenſis, ad quem ſcindendum magna multitudo conuenerat. Igitur adpropinquante viatore cum his pignoribus, cœpit quidam de aratoribus male torqueri, & quaſi in exceſſu mentis dicere, En inquit, beatiſſimum Iulianum ad propinquantem: ecce virtutem eius, ecce gloriam eius: currite viri, relinquite boues, dimittite aratra: caterua omnis erat ei obuiam. Stupentes illi, & quid narraret ignari, dum hebetati admirantur tam voces quam dicta perſonæ, protinus miſer relicto aruis vomere, elidens ſe in terram, verberanſque palmas, in parte qua vir ille beati martyris veniebat, curſu celeri rapitur, clamans, Vt quid me ſancte ſic crucias? vt quid me glorioſe martyr incendis? cur regionem tibi nõ debitam aggrederis? cur habitacula noſtra perluſtras? Talia eo dicente ad locum vbi iam ſacerdos tabernaculum erexerat, turbulentus aduenit, proſtratuſque coram ſanctis reliquiis, diutiſſime humo incubuit: tunc preſbyter capſulam illam ſanctam ſuper eũ vt poſuit, illico erũpente ex ore eius ſanguine, ab incurſione diabolici erroris mundatus eſt, ac deinceps virtutẽ ſancti prædicans, comes fuit huius itineris

Iul. reliquiarum in Campaniam tranſlatio.

G

Cap. 33.

Quid de eius reliquiis in oriente fidelium fratrum relatio ſignat, edicam. In quadam orientis ciuitate, dum in Eccleſia a dæmonio quidam torqueretur, in naui beati martyris prædixit eſſe reliquias: Cumque nauis portum fuiſſet adepta, hic ad eam ſaluatum protulit, ac prouolutus ſolo coram naui, erumpente ab ore & naribus tabe, perſona purgata eſt. Quæ cum Epiſcopo nunciata fuiſſent, commouet populum, cum accenſis cereis ad portum vſque procedere. Igitur naucleros audiens, flenſque præ gaudio, in occurſum Epiſcopi properat, nihil ſe aliud adſerens de beati ſuſtuliſſe baſilica, niſi parumper pulueris qui circa ſanctum iacebat tumulum: ſed Deus omnipotens comprobans fidẽ viri oculi virtutem martyris non permiſit. Dehinc Epiſcopus ſublatas reliquias vſq; ad ſanctam Eccleſiam cum magno honore deportat. Negociator vero tanta cernens mirabilia, baſilicam in honore martyris ædificauit, in qua beatas reliquias collocans multa deinceps ibi miracula vidit operari.

H

Puluis ſepulchri Iul. medicabilis.

Cap. 34.

Hæc ego dudum expertus ſum. Contigit vt poſt ordinationem meam, Aruernos accederem: profectuſq; beati baſilicam adiui, expletaque feſtiuitate, diſruptis à pala quæ ſanctum regit tumulum fimbriis, in his mihi præſidium fore credens, impleta oratione diſceſſi. Apud Turonicam

A

nicam vero vrbem Monachi in honore ipſius martyris baſilicam qualem poſſibilitas eorum habuit, ædificauerũt, cupientes eam eius virtutibus, conſecrari. Audientes autem hæc pignora à me fuiſſe delata, rogabant vt dedicata ædes iiſdem augeretur exuuijs. At ego adprehenſam ſecretius capſam, ad baſilicam beati Martini incipiente nocte, propero. Referebat autem mihi vir fidelis qui tunc eminus adſtabat, cum nos baſilicam ſumus ingreſſi, vidiſſe ſe pharum immenſi luminis è cœlo dilapſam, ſuper beatam baſilicam deſcendiſſe, & deinceps quaſi intro ingreſſa fuiſſet. Cum enim nobis hæc in craſtinum à fidelibus relata fuiſſent, conucimus eem à virtute beati martyris proceſſiſſe. Depoſitis ergo ſuper altare ſacroſanctis reliquiis, vigilata nocte cum grandi pſallentio, ad antedictam deferebantur baſilicam: & ecce vnus ex energumenis, manibus in ſe cullisis, ore patulo, cruenta prouciens ſputa aiebat, Vt quid te Martine Iuliano iunxiſti? Quid eũ in his prouocas locis? ſatis nobis erat præſentia tua ſupplicium: ſimilem tui ad eugenda tormenta vocaſti? cur hæc egis? Quare nos cum Iuliano ſic crucias? Hæc & alia miſero declamante, expletis miſſarum ſolennitatibus, dum ſe ante ſanctum altare diutiſſime collidit, profluente ſanie ex ore eius, ab infeſtatione furoris diabolici liberatus eſt.

Lux cæleſtis.

Energumenus ſpumas egit.

Cap. 35.

Sed nec hoc ſilendum pnto, quod in nocte illa priuſquam ſanctæ reliquiæ ibidem collocarentur, ſit geſtũ. Monachus ipſius loci dum de aduentu ſolennitatis gauderet, & ſingulos quoſque ad cellariolum baſilicæ promptiſſimus inuitaret, hortans vt omnes in baſilica fideliter vigilarent, extracto à vaſe vino, cœpit eis cauſa deuotionis cum gaudio propinare dicens, Magnum nobis patrocinium in beatum martyrem pietas diuina largitur. Idcirco rogo charitatem veſtram, vt vnanimiter vigiletis mecum: cras enim ſanctæ eius reliquiæ in hoc loco ſunt collocandæ. Exacta quoque cum ſacris hymnis modulisque cœleſtibus nocte, celebratis etiam miſſarum ſolennius, feſtinante ouans clericus, cœpit eos iterum quos prius inuitauerat rogare ad refectionem, dicens, Gratias vobis ago, quod ſic ad vigilandũ immobiles perſtitiſtis: ſed nec martyr diu diſtulit bonam voluntatẽ virtutis ſuæ gratia munerari. Nam ingreſſus promptuarium clericus, reperit cupellam quam pene mediam reliquerat, per ſuperiorem aditum redundare, in tantum vt copia defluentis vini riuum per terram ad oſtium vſq; duceret. Quod ille admirans, poſito deorſum vaſe, ſæpius extulit plenum, ſed & de ipſo cum ſatis abundeque fuiſſet expenſum nihil prorſus defuit, ſed vſque in craſtinum mirantibus cunctis ſemper ſtetit plenum. Erat autem III. Kalendas menſis quinti. O admirabilis virtus martyris, cuio produxit de vaſe ſine flore vindemiam, cum ſit ſolitum vt collecta vina condantur in veſcula protulit dolium muſta, in quo non vina, ſed virtus ſola defluxit: turgeſcit vaſculum a liquore quo fructus non illatus eſt, ſed creatus. Agit hoc ille Dominus ad glorificandum martyrem, qui implens vterum virginis ſine ſemine permanere præſtitit matrem in caſtitate: ſed tamen hic nouo magis exuberat fructu, cum ſine codicibus falerna porrigit ad bibenda. In aliis vineis vix adhuc erumpunt gemmæ: in hoc vero vaſe vinum defluit à virtute, æquatur mauis Octobri, cum noua porrigit pocula: plus habet quam ille, cum in promptu non oſtenditur vinea, & in domo gignuntur falerna. Rudis etenim venit ſine torculari vindemia, quæ non in palmitibus, ſed in occultis eſt reperta: aceruus acinorum non premitur ab arbore, & vini defluunt vndæ: hauriuntur falerna, ut torculari non cernuntur impreſſa: vitis ecce non aſpicitur, & pocula large complentur. Sed quid inquam? non enim deeſt fidelibus virtus illa cœleſtis. Nam qui quondam nuptiis de aquis præſtitit vina, nunc ſuis eadem large porrigit ſine vllius elementi natura: & qui geminis piſcibus quinque millia hominum ſatiauit nunc bonæ voluntati multiplicata reſtituit. In ipſius enim ortus tempore angelica vox teſtata eſt, dicens, *Gloriam in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: ſed iam ad ſequentia virtutum opera veniamus.

B

Miſſarum celebratio.

C

Sine torculari vindemia.

D

Cap. 36.

Seruiens huius monaſterii diu contractus, infeliciter, trahebatur. Adueniens autem ad ipſam ſancti baſilicam vigilias celebrat: quibus expletis mane dum ad ſtratum ſuum regreditur, inter portantium manus reſolutis ſanatus eſt neruis.

E

Cap. 37.

Puella quędam lippis erat oculis & nimio imbre lachrymarum profluente pene cæcata: cuius pater, audita virtute martyris glorioſi, cum ea ad baſilicam ſanctam properat, celebratiſque vigiliis, mane pauperibus qui ad matriculam illam erant, cibum potumque protulit: epulantibus vero illis, ſubito puella capitis dolore ſe torqueri proclamat, & vt modico ſopori indulgeatur, implorat: qua quieſcente cum conuiuæ epulum adplicarent, illa ſnrrexit, & ad ſanctum ſe altare duci depoſcit, antequam ſolo proſtrata fuiſſet, & ardente Domini miſericordiam deprecaretur, reſtrictis lachrymis, purgatis lippitudine oculis, læta ſurrexit: tunc patre gaudente domini redditur ſana.

Lippa curatur.

Cap. 38.

Alius quidam puerulus paruulus, cuius parentes haud procul ab ipſa baſilica commanebant, in ſecundo ortus ſui anno membris totis contractus ſine ſpe alicuius boni nutriebatur: qui ita contractus erat, vt genua ab eius ore penitus ſeparari non poſſent. Cuius parentes, ad ſanctam baſilicam vigilaſſent, & proiectum infantulum coram ſacroſanctis reliquiis dimiſiſſent, poſt paululum reperiunt eum ſedentem, membris omnibus eſſe directum. Dehinc fuſa oratione, gaudentes ad domum ſuam regreſſi ſunt.

Sanatur puerulus ad rel. Iul.

Cap. 39

F

Periurii vindicta.

Eſt autem in Turonico vicus, cui Gaudiacum nomen eſt, in quo beati martyris reliquiæ continentur, qui cum magnis virtutibus crebro inluſtretur, in periuris tamen plerunque agitat vltionem. Nam cum ibidem quis inimico humani generis ſuadente peiurauerit, ita vltio diuina proſequitur, vt protinus aut in ſucceſſione damni, aut in amiſſione proximi, aut in conſumptione morbi manifeſta pateſcat, non tamen cauſam remanere inultam martyr prorſus indulget: ſed nec inibi tam auſu temerario periurat barbarorum cruda ruſticitas, de quo negocio iſta ſufficiant, quia longum eſt ſingula quæ de his acta ſunt, per ordinem memorare.

Cap. 40.

Cum autem ad me Aridius presbyter ex Lemouicino veniſſet, vir valde religioſus, cuius etiam in ſecundo virtutum beati Martini libro memini, dum ſollicite vitam eius perſcrutarer, actionem inquirere cœpi, quæ ibidem beatiſſimus Iulianus in miraculis prodidiſſet. In honore enim beati martyris baſilicam ædificauit, quam & eius reliquiis inluſtrauit. Sicut ergo eſt verecundiſſimus, diu cunctatus, tandem hæc & valde inuitus expoſuit. Quando, inquit, primum beati Iuliani adiui baſilicam, parumper ceræ a ſepulchro ſuſtuli: inde veniens ad fontem in quo beati ſanguis effuſus eſt, abluta aquis facie, paruam ab his pro benedictione compleui ampullam. Teſtor omnipotentem Deum, quia antequam ad domum accederem, colore, ſpiſſitudine atque odore in balſamum commutata eſt. Veniens vero ſacerdos ad dedicandam ædem, cum hæc expoſuiſſem, nihil aliud pro reliquiis in ſanctum altare condere voluit, niſi vaſculum, cuius aqua in balſamum commutata fuerat, dicens, Hæ ſunt certæ reliquiæ quas martyr paradiſiacis virtutibus inluſtrauit.

G

Cap. 41.

Multa quidem & alia ſunt, de quibus plurima prætermittens, aliqua pando. Infirmus quidam, omnibus membris debilis, plauſtro impoſitus, ad eius monaſterium eſt adductus. Qui cum ante ipſam baſilicam in hoc vehiculo nocte iaceret, videt eam ſubito magno ſplendore fulgentẽ, voceſque in ea pſallentium tanquam multorum hominum audiebat. Dum hæc agerentur, & ille orationem funderet quaſi ſtupefactus, nec memor dolorum, eo adpropinquante ſplendor quem viderat, præterit ante oculos eius. At ille fulgore demoto, in ſe reuerſus, ſenſit ſe priſtinæ ſaluti recuperatum.

Infirmus ſanatur.

H

Cap. 42.

Cæcus quoque adminiculo deducente, ad ſacroſanctum altare eius accedens, dum de opertorio ſanctarum reliquiarũ oculos adtigit lumen, recepit: ſed & energumeni ab hac palla cooperti, ſæpe mundati ſunt, & poteſtas inimicum, quotieſcunque in eo loco ſuperflue egit, confuſa diſceſſit.

Energumeni.

Cap. 43.

Pendebat autem ſuper ipſum altare crux holochryſa, eleganti opere facta: & erat tam præclara viſu, vt eam putares ex auro eſſe mundiſſimo. Aduenientibus vero barbaris, à quodam eſſe aurea æſtimata, direpta eſt & ſinu recondita.

A

At is qui eam ſuſtulerat, tanto ſubito pondere prægrauatur, vt eam penitus ſuſtinere non poſſet, ſtatimque compunctus virtute martyris, ac pœnitentia motus, de itinere tranſmiſſum loco ſancto reſtituit.

Cap. 44.

Quæ poſtquam geſta ſunt, miſit clericum ſuum, dicens, Vade, inquit, ad beati Iuliani baſilicam, & fundens orationem, ſupplica vt tibi aliquid ceræ vel pulueris de ſepulchro iacentis largiri dignentur ædituí, vt delatum à me cum benedictione ſuſcipiatur. Ille vero veniens quæ ſibi fuerant imperata flagitat, ac ſuſcepit. Et cum ſuſcepta ferre vellet, tanto grauatur pondere, vt vix ceruicem poſſit erigere: vnde tremore magno concuſſos, pauimento proſternitur, & iterum cum lachrymis orationem fundens ſurrexit incolumis, & acceptam ſenſit abeundi habere ſe libertatem. Igitur arrepto itinere incaleſcente nimium ſole ſiti corripitur. Veniens autem ad villam viæ proximam, vnam caſulam adit, aquã depoſcens: de qua egrediens iuuenis dare reſponſum, vt eos vidit, in terram corruit factuſque eſt ſicut mortuus.

B

Concurrentes autem parentes eius calumniabantur hominem, adſeremes parentem ſuum eorum magicis artibus fuiſſe peremptum. Et adprehenſum puerum eleuauerunt cum ſemiuiuum. At ille de manibus eorum elapſus, percuſſis palmis cœpit debacchando clamare & dicere quod martyris Iuliani virtute exureretur.

Dæmoniacus adiuuatur.

Clericus vero hæc audiens, poſita ſuper caput eius capſula cum pignoribus ſanctis, fide plenus orare cœpit attentius: ipſe quoque cum vomitu ſanguinem dæmoniumque proiiciens, purgatus abſceſſit. Dehinc format[*] in fide portitor iter totum cũ pſalmis & gratiarum actionibus carpens, ad locum præoptatum martyre ducente peruenit. Iam exinde tempore præcedẽte quam ibi energumeni, frigoritici, vel diuerſis morbis oppreſſi, martyris virtute ſanati ſunt, nec nomina teneri nec numerus potuit colligi.[*]

Cap. 45.
Lues inguinaria.

Inter reliqua vero inſignia ſuſcipiendorum miraculorũ, ponimus & illud, quod inſipientes coarguat, & roboret ſapientes. Igitur Cautini Epiſcopi tempore, quo ingruentibus peccatis populi Aruerna regio ab excidio luis quam inguinariam vocant, deuaſtabatur, ego Briuatenſem vicum expetii, ſcilicet vt qui meritis tutari nequibam, beati martyris Iuliani ſaluaret præſidio: in quo dum commorarer vico, vnus puer ex noſtris ab hoc morbo corripitur.

C

Reclinatoque ad lectulum capite, grauiter ægrotare cœpit. Erat autem febris aſſidua cum ſtomachi pituita, ita vt ſi aliquid acciperet, confeſtim reiiceret. Nec erat ei cibus confortatio, ſed magis exitus putabatur. Denique mei cum viderent eum in extrema vexari, ariolum quendam inuocant. Ille vero venire non differens, acceſſit ad ægrotum, & artem ſuam exercere conatur. Incantationes immurmurat, ſortes iactat, ligaturas collo ſuſpendit, promittit viuere quem ipſe mancipauerat morti. Hæc autem me neſcio agebantur: quę cum mihi delata fuiſſent, amariſſimus reddor, & cum graui ſuſpirio illud commemoro, quod Dominus per Heliam prophetam Oziæ regi pronunciat, dicens,

Ariolus vocatur ad ægrotum.

Quia dereliquiſti dominum Deum Iſrael, & conſuluiſti Deum Acharon, ideo de lectulo in quo aſcendiſti non conſurges, ſed morte morieris. Nam iſte poſt aduentum arioli validius febre ſuccenſus, ſpiritum exhalabat, cuius poſt obitum interpoſitis paucis diebus puer alius ſimili laborare cœpit incommodo: tunc ego eis inquio, Accedite ad martyris tumulum, & aliquid exinde ad ægrotum deportate, & videbitis magnalia Dei, atque cognoſcetis quid ſit inter iuſtum & iniuſtum, & inter timentem Deum & non ſeruientem illi.

D

Accedentes autem, paruumper pulueris circa ſepulchrum iacentis ſuſtulerunt. De quo vt hauſit infirmus cum aqua protinus adſecutus eſt medicinam, recuperatiſque viribus ac reſtincta febre conualuit. Intelligite ergo nunc ô omnes qui inſipientes eſtis in populo, & poſtquam ita diſcuſſeritis, ſcitote quia nihil ſunt quæ ad ſeducendum humanum genus diabolus operatur.

Cineres B. Iuliani medentur febribus.

Ideo moneo, vt ſi quis vexillo crucis ſignatus, ſi quis baptiſmi ablutione mundatus, ſi quis vetuſtate depoſita in nouo nunc homine viget, talia poſtponat ac negligat: quærat autem patrocinia martyrum, per quos ſanitatum miracula celebrantur: poſtulet adiutoria confeſſorum, qui merito amici ſunt dominici nuncupati, & quæ voluerit obtinebit.

E

Eo tempore cum poſt obitum Proſerii martyrarii, Vrbanus Diaconus, huius baſilicæ ordinatur ædituus: mira res ad ſepulchrum ſancti adparuit. Nam vigilante Diacono in lectulo ſuo, auditus eſt ſonitus, quaſi oſtium baſilicæ pãderetur. Poſt multarum vero horarum ſpacium, audiuit ipſum iterum claudi. Poſt hæc ſurgens de ſtratu præcedente lumine accedit ad tumulum ſancti. Mirum dictu vidit pauimentum roſis rutilantibus eſſe reſperſum.

Roſæ ſalutares.

Erãt autem magnę valde, cum fragrantia odoris immenſi. In ipſas quoque cancelli celaturas, mirabatur roſas intus: nouus enim erat menſis: & hę ita erant virides, ac ſi eadem ipſius putares hora & momento ramis virentibus eſſe decerptas. Tunc cũ grandi reuerentia collectas, ſecretius poſuit: multis exinde infirmis medicamenta diſtribuens.

Energumenus.

Nam energumenus quidam ex Turonico veniens, vt ea inde delibuto potum ſumpſit, eiecto dæmone purgatus abſceſſit.

Cap. 47.

Mulier quædam à natiuitate cæca erat, quæ ſe exhiberi à parentibus ad beati Martini tumulum deprecata eſt: quo cum veniſſet, proſtrata per induum ad cancellos qui ante ſepulchrum ſancti antiſtitis habentur extrinſecus reſponſum accepit per ſomnium, dicente ſibi ſancto viro, Si lumẽ recipere deſideras, require baſilicam ſancti Iuliani, in qua dum præſidium martyris expetes, ille coniunctus Martino viſum tibi neceſſarium ſimul orationum ſuarum ſuffragiis reuocabunt.

F

Exurgens autem mulier, & ignorans quod in Turonico huius martyris reliquiæ retinerentur, ad Sanctonicam vrbem dirigit. Victorina etenim materfamilias ex nobili ſtirpe progenita in villæ ſuæ territorio baſilicam cõſtruxerat, reliquiaſque beati martyris condiderat. Ad hanc ergo ædem mulier accedens orat per triduum. Die autem tertia aduenit natalis Baptiſtæ dominici: ſtante autem populo & lectionum dogmata auſcultante, ſubito murmur magnum oritur.

Natalis Baptiſtæ.

Preſbyter vero qui ſolennia celebrabat, comprimere voces cupiens, interrogat quid hoc eſſet. Cui vnus ex adſtantibus ait, Murmur miteſcere non poteſt, quia virtus Domini miraculum prodidit. Ecce enim mulier illa quæ ſe cæcam teſtabatur ortam, erumpente ab oculis ſanguine, viſum recepit. Tunc omnes benedixerunt Deum, cognoſcentes pariter quæ fuerant geſta.

G

Cap. 48.
Energumenus mundatur.

Nanninus igitur preſbyter domus Vibriacenſis, martyris huius glorioſi reliquias expetiuit, quas ex iuſſo beati Auiti pontificis adſumptas, cum pſalentio vſq; ad baſilicam ſancti Ferreoli, quæ procul ab ipſo vico ſita eſt perueniſſet vnus ea energumenis eſt mundatus. Procedens autem pſallendo, cum ad medianam perueniſſet, coram hoſte improbo virtute ſancti depulſo puella, alia purgata diſceſſit.

Cap. 49.

Accedens autem ad locum vbi oratorium quod in honorem ſancti conſtruxerat, poſuit hęc pignora in altari ſancto. Accedens autem ad eum vnus cum amiſſis oculis, alius manu debilis impleta oratione, hic lucem recipit poſt tenebras, manus ille viſum poſt otia diuturna.

Dæmoniaci curantur.

Mulier etiam nomine Æterna cum filia ab hoſte iniquo vexata, ad hoc altare curata, cum prole ſoſpes abſceſſit. Frigoritici etiam in illo loco nonnulli ſanati ſunt.

Cap. 50.

Sed quoniam non eſt abſurdum, ſi beatus Iulianus cum Ioanne aut Martino dona ſanitatum impertiat, cum quibus victor ſeculi in cœlo tripudiat, referam adhuc qualiter cum Nicetio Lugdunenſi ſimili virtute floruerit. Igitur infra terminum territorii Turonici, Litomeris quidam in honore ſancti martyris baſilicam ædificauit: in qua nos ex more ad benedicendum euocati, ſancti Iuliani martyris cum Nicetii Lugdunenſis reliquias conlocauimus.

H

Sed non multo poſt tempore cæcus adueniens, dum fideliter orationem fudit, viſum recipere meruit. Memini huius cęci in libro vitæ ſancti Nicetii, quia dignum eſt vt commonius virtus vtriuſque ſancti ſcripta connectat. Ergo his miraculis lector intendens intelligat, non aliter niſi martyrum reliquorumque amicorum Dei adiutoriis ſe poſſe ſaluari.

Sanctorum interceſsio.

Ego autem Domini miſericordiam per beati martyris Iuliani patrocinia deprecor vt aduocatus in cauſis alumni proprii coram domino adſiſtens, obtineat vt abſque impedimento maculæ vllius, huius vitæ curſum peragam, atq; illa quæ confeſſus ſum in baptiſmo, irreprehenſibiliter teneam fideliter exerceam, ac viriliter vſque ad conſummationem huius vitæ cuſtodiam. Amen.

A

GEORGII FLORENTIS GREGORII EPISCOPI TVRONICI, DE Gloria Confeſſorum.

Præfatio.

Pudet inſipientem reprobum imperitumque atque inertem illud adgredi quod non poſſum adimplere: ſed quid faciam? quod occuli non patior, quæ de beatorum virtutibus vel ipſe ſæpius inſpexi, vel per relationem bonorum virorum & certæ fidei euidenter geſta cognoui: ſed timeo ne cum ſcribere cœpero, quia ſum ſine literis rhetoricis & arte grammatica, dicat mihi aliquis, Auſu ruſtico & idiota, vt quid nomen tuum inter ſcriptores ponde æſtimas? Aut opus hoc à peritis accipi putas, cui ingenium artis non ſuppeditat, nec vlla literarum ſcientia ſubminiſtrat? qui nullum argumentum vtile in literis habes: qui nomina diſcernere neſcis: ſæpius pro maſculinis fœminina, pro fœmininis neutra, & pro neutris maſculina cõmutas, qui ipſas quoque præpoſitiones quas nobilium dictatorum obſeruari ſanxit auctoritas, loco debito plerunque non locas. Nam pro ablatiuis accuſatiua, & rurſum pro accuſatiuis ablatiua ponis. Putaſne videbitur vt bos piger palæſtræ ludũ exerceat? aut aſinus ſegnis inter ſphæriſtarum ordinem celeri volatu diſcurrat aut certe nunquid poterit coruus nigredinem ſuam albentium columbarum pennis obtegere? aut obſcuritas picis, liquoris lactei colorem imitari? Nempe vt iſta fieri poſſibile non eſt, ita nec tu poteris inter ſcriptores alios haberi. Sed tamen reſpondebo illis, & dicam, Quia opus veſtrum facio, & per meam ruſticitatem veſtram prudentiam exercebo: nam, vt opinor, vnum beneficium vobis hæc ſcriptura præbebit: ſcilicet vt quod nos inculte & breuiter ſtilo nigrante deſcribimus, vos poteritis lucide ac ſplendide ſtante verſu in paginis prolixioribus dilatare. Igitur in primo libello inſeruimus aliqua de miraculis Domini ac ſanctorum Apoſtolorum reliquorumque martyrum, quę hactenus latuerunt, quę Deus ad corroborandam fidelium fidem quondie dignatur augere, quia valde moleſtum erat, vt traderentur obliuioni. In ſecundo poſuimus de virtutib. ſancti Iuliani. Quatuor vero libellos de virtutibus ſancti Martini. Septimum de quorundam feliciosorum vita. Octauum hunc ſcribimus de miraculis cõfeſſorum, ſpecialius legentem poſceotes, vt quia à nobis, vt ſæpe reſtati ſumus, nec artis ingenium ſuppeditat, nec ſermonum facundia iuuat, veniam temeritati libenter indulgeat: quem non iactantia mundialis erigit vt ſcribat, ſed deprimit pudor vt ſileat, amor timorque Chriſti impellit vt referat. Et quoniam primum libellum de Domini miraculis incboaui, velim & huic libello de ſanctorum Angelorum virtutibus adhibere principium.

B Authoris humilitas.

C

Cap. 1.

Igitur dum in Aruerno territorio commorarer, vir mihi fidelis retulit, & ſcio quia vera narrauit, quia euidenter cognoui geſta fuiſſe quæ dixit. Iubet, inquit, fieri ex annonis aqua infuſis atque decoctis, meſſoribus poculum præparari. hanc autem coctionem Oroſius à coquendo cocttam vocari narrauit. quod cum præparatum fuiſſet, & in vaſe reconditũ, atq; ille apud vrbem moras innecteret, vt mos ſeruorum eſt, maxima parte exhauſta, exiguam dominicis vſibus reliquerunt. Ille quoque fidus de iuſſione, inuitare meſſores iubet vt eo ab vrbe redeunte hos ſegetem decidere reperiret. Quo facto iam operariis in ſegete collocatis circiter ſeptuaginta, aduenit Dominus fundi, perſcrutanſque qualitatem quantitatemque potus, perparum reperit: tunc pudore cõfuſus, & ſibi factum ad verecundiam reputans ne potus deficeret operariis, quod vt ipſe arbitrabatur, ſuper quinque modiorum menſuram non erat: quid ageret, quo ſe verteret, in ambiguo dependebat: tandem inſpirante domino conuerſus ad vaſculum, nomina Angelorum ſanctorum quæ ſacræ docent lectiones, ſuper aditũ eius deuote inuocat, orans vt virtus eorum paruitatem hãc in abundantiam conuertere dignaretur, ne operariis deficeret quod haurirent. Mirum dictu, tota die ab hoc extractum eſt, & nunquam defuit bibentibus: ſed vſquequo nox finem operandi fecit, omnibus fuit in abundantia miniſtratum.

D

Potus indeficiens.

E

Cap. 2. Leproſos mundat D. Hilarius.

Hilarius beatiſſimus quarto exilii anno ad vrbem propriam eſt regreſſus, impletoque operis boni curſu, migrauit ad dominum. Ad cuius beatum ſepulchrum multæ quidem virtutes oſtenſæ narrantur, quas liber vitæ eius continet. Sed tamen duo leproſi in eodem loco mundati ſunt. Mons enim erat in Gabalitano territorio, cognomẽto Helanus, lacum habens magnum ad quẽ certo tempore multitudo ruſticorum quaſi libamina Lacui illi exhibens, linteamina proiiciebat, ac pannos qui ad vſum veſtimenti virilis præbentur: nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formas caſei ac ceræ vel panis, diuerſaſque ſpecies vnuſquiſque iuxta vires ſuas, quæ dinumerare perlongũ puto: veniebant autẽ cum plauſtris potum cibumque deferentes, mactantes animalia, & per triduum epulantes. Quarta autem die cum diſcedere deberent, anticipabat eos tempeſtas cum tonitruo & coruſcatione valida: & in tantum imber ingens cum lapidum violentia deſcendebat, vt vix ſe quiſquam eorum putaret euadere: ſic fiebat per ſingulos annos, & inuoluebatur inſipiens populus in errore. Poſt multa vero tempora, quidam ſacerdos ex vrbe ipſa Epiſcopatu adſumpto acceſſit ad locum, prædicauitque turbis vt abſiſterent ab his, ne cœleſti ira conſumerentur: ſed nequaquam eius prædicatio à cruda ruſticitate recipiebatur: tunc inſpirante diuinitate ſacerdos Dei baſilicam in honore beati Hilarii Pictauenſis eminus ab ora ſtagni ædificauit, in qua reliquias eius locauit, dicens populo: Nolite filioli, nolite peccare ante dominum: nulla eſt enim religio in ſtagno. Nolite maculare animas veſtras in his ritibus vanis, ſed potius cognoſcite Deum: & amicis eius venerationem impendite: adorate autem ſanctum Hilarium Dei antiſtitem, cuius hic reliquiæ ſunt conditæ: ipſe enim poteſt pro vobis apud Dei miſericordiam interceſſor adſiſtere. Tunc homines compuncti corde, conuerſi ſunt, & relinquentes lacum, omnia quæ ibidem proiicere erant ſoliti, ad ſanctam baſilicam conferebant & ſic ab errore quo vincti fuerant, relaxati ſunt: ſed & tempeſtas deinceps à loco illo prohibita eſt: nec vltra in hac ſolennitate quæ Dei erat, nocuit, poſtquam beati confeſſoris ibidem ſunt reliquiæ collocatæ.

F

Hilarius interceſſor.

G

Cap. 3.

Energumeni.

Euſebius vero Vercellenſis Epiſcopus magnum huic Hilario adiutorium contra hæreſes fuit, qui viuere ſe poſt tumulos præſentibus virtutibus manifeſtat. Nam in die natalis ſui cum multi infirmi ſaluentur, energumeni tamen rotatu valido per totam Eccleſiam debacchantes, & nimio cõfitentes ſe torqueri cruciatu, eleuati in aera, lychnos qui ad officium luminis ſuccenduntur, manu verberantes, effringunt: de quo perfuſi liquore illico diſcedente dæmone perſonæ purgantur: ſcitque tunc populus tot infirmos eſſe mundatos, quot viderit lychnos effractos. Sed & omnia quæ ſub ditione baſilicæ eius habentur, ita pia protectione conſeruat, ne exinde quicquam auferatur ab aliquo: nam videres inter hoſtes iniquos greges pecorum iumentorumque & ouium, nec penitus à quoquam adtingi, cum vox ſonuerit, Confeſſoris ſunt hæc Euſebii. Huius ſancti reliquias mater mea in oratorio domus ſuæ locauit. Factum eſt autem quadam die per hyemem dum collocutione hilari pro longinquitate noctis diutius ante focum, qui multa lignorum ſtrue compoſitus fuerat, reſideret, familia iam dormitante ſurrexit, & ſelectulo haud procul ab ipſo igne locauit. Dormientibus autem cunctis ſcintillæ flammarum ad trabes vſque conſcendunt: de quibus adprehenſa vna earum valide cœpit flammas ſpargere: ſed credo virtute ſancti illius cuius reliquiæ propinquæ erant, flamma contra naturam deorſum incuruata retorquetur. Nec ad tectum, vt mos eſt, extenditur, ſed deorſum fluit, vt putares non flammam, ſed vellera lanæ de trabe pendere: nec exurebat trabem, niſi tantum ardens per ipſa vagabatur: donec expergefacta materfamilias vocatis ſeruientibus, aqua ſuperpoſita reſtinxit incendium, quo facile omnis domus cunctis dormientibus exuri potuiſſet, ſi virtus beati defuiſſet.

H

Incendium reſtinguitur.

Gra-

Cap. 4.

Gratianum enim Epiſcopum à Romanis Epiſcopis ad vrbem Turonicam tranſmiſſum, primumque Turonicis pōtificem datum, fama ferente cognouimus. Ad cuius tumulum beatus Martinus cum ad orationem veniſſet poſt effuſas preces dicto etiam capitello, ait, Benedic, inquit, mihi vir Dei. hæc eo dicente vox ad eum dilapſa auditur, dicens, Te enim deprecor benedicas mihi ſerue Domini: & data iterum oratione diſceſſit. Admirabantur autem qui aderant eo tempore, & dicebant eum habitare nunc in Martino, qui quondam Lazarum vocauit ex monumento.

Cap. 5.

Simile huic facto apud Arthonam Aruernenſem vicum referre ſæpius ſenes viros audiui: Vitalina quædam religioſa in hoc loco quieſcit. Ad cuius beatus Martinus tumulum veniens dedit ſalutationem: & illa, vt ſibi dignaretur benedicere, flagitauit. Poſtquam autem expleuerunt orationem, conuerſus vir beatus, Dic, ait, ſanctiſſima virgo, ſi iam Domini præſentiam meruiſti: quæ ait, Reſtitit mihi vna cauſa, quæ facilis in ſeculo videbatur. Sexta enim feria qua redemptorem mundi paſſum nouimus, aquis ablui caput. Recedens autem beatus confeſſor à tumulo virginis, ait ſuis. Væ nobis qui in hoc mundo verſamur, ſi hæc virgo Chriſto ſacrata hinc offendiculum meruit, quod ſexta feria abluit caput: quid nos faciemus quos quotidie fallax ſeculum peccare perſuadet? Multa enim in eo vico vir beatus operatus eſt, quæ inſequi longum putaui. Egreſſus autem vir Dei ab Arthonenſi vico ad vrbem Aruernam greſſum direxit. Audientes autem ſenatores vrbis qui tunc in loco illo nobilitatis Romanæ ſtemmate refulgebant, quod ſcilicet vir ſanctus adpropinquaret vrbi egreſſi ſunt in occurſum eius cum equitibus & carrucis cum curribus atque rhedis: at ille aſello impoſitus, ſuper ſtramen viliſſimum reſidens, cum aduenïſſet in cacumen montis Belenatenſis, de quo vici Ricomagenſis poſitio contemplatur vidit hos cum his pompis ad ſe accedere, dixitque, Quid ſibi volunt hi qui nobis cum hoc apparatu adpropinquant Reſpondit vnus qui prior acceſſerat, Quia ſenatores Aruerni veniunt in occurſum tui: Cui ille, Non eſt meum, inquit, vt cum hac iactantia ingrediar vrbem eorum: & confeſtim retorto retrorſum aſelli freno, viam qua venerat regredi cœpit. At illi conſequentes, eum ſuppliciter deprecabātur vt ad vrbem accederet, dicentes, Audiuimus famam ſanctitatis tuæ: multi ſunt enim infirmi quos te oporteat viſitare: cumque obtinere non poſſent, impoſitis manibus ſuper infirmos qui aduenerant, ſanitati reſtituit: & ad vicum Arthonenſem regreſſus eſt. Erat autem in hoc loco cācellus, in quo ſanctus dicitur ſtetiſſe. Poſt hæc accedens ad tumulum virginis, ait, Gaude nunc Vitalina ſoror beatiſſima. poſt triduum enim maieſtati dominicæ præſentaberis & diſceſſit ab eo loco. Poſt hæc multis per viſum virgo oſtenſa eſt, & beneficia petita præbuit, & diem obitus ſui in quo commemoratio eius celebraretur, edixit: quod non aliter ſentiendū eſt, niſi quia beati antiſtitis obtentu, dominicæ maieſtatis præſentiam meruiſſet, vt hæc deinceps ageret. Quodam autem tempore celebratis in eius honorem vigiliis, cum Archipreſbyter loci Eulalius clericos cōuiuio inuitaſſet. Edacius vero alius preſbyter, viduis ac pauperibus reliquis edulium præpararet: & vni piſces deeſſent, alteri vinum bonum, commonitus piſcator quidam per viſum à virgine eſt vt archipreſbytero piſcium copiā deferret. Surrexitque à lectulo, inuenitque immanem eſocem in lapſum ſuum, quem vbi iuſſus fuit, exhibuit. Edatio autem preſbytero adparuit ſimiliter per viſum, dicens, Vade & ſub vna arbore antri inuenies vnum trientem: ipſum donans, vinum dignum epulis pauperum comparabis. At ille nulli quæ viderat narrauit, abiit, inquiſiuit, & reperit coemptoque vino pauperes Chriſti refecit: ſicque virtus virginis vtrique adparens, de ſpeciebus quæ minus erant vtroque loco plantauit.

Offendiculum ſalutis.

Apparuit Vitalina quampluribus.

Cap. 6. Martinus.

Plurima quidem fecit in hoc ſeculo, de quibus ſcriptores eius vitæ multa præterierunt, dum faſtidium arcere detrahentium adniſi ſunt: ne non crederentur ab his qui bonorum ſanctitatem linguis veneficis impugnare ſæpius volunt: ſed nos qui quotidie indigni quidem eius miracula cernimus ad ſepulchrum, quia non eſt opus ſanis medicus, ſed qui male habent: abſurdum duximus ſi ea quæ cunctis ab eo prius geſta cognouimus, ſileamus. Quia ſi quis eſt adhuc infidelis, & æmulus vt hæc non credat, accedat ad baſilicam, & videbit quotidie & noua agi, & quæ facta dudum fuerant, iterari. Et quia tertium de eius operibus libellum ſcripſimus, ne & hic liber ab eius virtutibus ſit immunis, ſcribere in eodem aliqua de his quæ nobis euidēter ſunt comperta tractauimus: quia multa ſunt, ſicut ſæpe teſtati ſumus, quæ hactenus latuerunt. Extat nunc in ipſa ſuperius memorata baſilica, quam in eius honore fideles ædificauerunt, lapis ſuper quem vir beatus dicitur reſediſſe Poſt multū autē tempus Leo quidam preſbyter, vt ſibi ſepulchrum deponeret, lapidem ſanctum à loco dimouit, nec mora, ad domum ſuam cū tremore rediens, correptus à febre die tertia exſpirauit. Cognitumque eſt offenſum antiſtitē habuiſſe: hoc igitur noſtro tēpore geſtum recolimus,

Cap. 7. D. Martinus arborem erigit.

Fuit & in Nobiliacenſi pago vrbis Turonicæ arbor quæ ab impulſu venti ruens, viam publicam impediebat: quod iter cum vir beatus ageret, viantium motus miſericordia, facto deſuper ſigno crucis erexit eam, quæ vſque nunc ſtare iuxta viam erecta viſa eſt, etiam præmortua, quia ſpoliata cortice, viuebat tamen honore viridi: de quo cortice multi fideliter eradentes, vt dilutam aquam ſumebant, mox medicamina capiebant. videmus enim nos hanc arborem erectam.

Cap. 8.

Igitur Turonico oppido oratorium erat propinquum, ſitum in villa Martiniacenſi, in quo celebre ferebatur, ſæpius oraſſe Martinum. Denique Guntharus abbas dum gregi monaſteriali præeſſet & viam quæ haud procul ab oratorio inceditur, caſu contingente tereret, oratione facta trāſibat. Poſt adſumptum vero epiſcopatum, aggerē ipſum prætereiens venit ante oratorium: ſed diſtulit ad orationem in loco deſcendere: illico equus conuerſum habens caput ad oratorium, in media reſtat via. Dehinc verberatur calcibus, loris agitur, vrgetur ſtimulis ſed tanquam æneus non mouetur: tunc ſacerdos ſenſit ſe virtute diuina teneri, & deſcendens facta oratione equo aſcenſo prætereiit. Velim ô ſonipes, ſi tibi os dominus, vti quondam fecit aſinæ, reſeraret, diceres quid vidiſti ſpectabile, vt non incederes: quid amabile vt oſtium cellulæ contemplareris: quid formidabile, vt aſcenſorem orare compelleres: nempe altiore voce clamares, quia claritatem Martini cernens mouere non es auſus, niſi tuus occurſum debitum præponeret dominus.

Equus ſtatur.

Cap. 9.

Andius autem preſbyter ex Lemouicino, vir ſummæ bonitatis ac ſanctitatis, quadam vice dum mecum reſederet in cellula, ſollicitus eſſe cœpit ſi aliqua in oratorio miracula, vbi reliquias beati antiſtitis cūlocauerat, oſtenderētur: qui ita retulit, quod tempore quo beatus Efronius erat epiſcopus, ad Turonicam vrbem venit, in qua diu commoratus, plenam ampullam olei de ſepulchro ſancti antiſtitis abſtulit. Regreſſuſque ad domum, dum fatigatus ex itinere reſideret, & viæ labores matri referret, ſubito ficta percutitur tam grauiter, vt nec anhelitum reſumere poſſet. Conuerſus vero ad oratorium in quo beati antiſtitis reliquiæ tenebantur, deductaque in vigiliis nocte mane de oleo quod adtulerat, locum infirmitatis inunxit, ſedatoque dolore conualuit. Poſt hæc quidam manum inflatam ab ſpina percuſſam detulit, quæ protinus vt de oleo delibuta eſt, incolumitate donatur. Mulier quæ ſenſum perdiderat, & quibuſdam horis dæmonium putabatur habere, de hoc oleo tacta, ſanata eſt. Nam & alius abbas euiſdem cellulæ proximus, de hoc oleo cæci oculos adtigit, qui protinus viſum recepit: ſed & cum multos energumenus exinde reſtituiſſet ſanitati, vni qui atrociorem vt credo dæmonem habebat, ſuper caput de oleo poſuit, illico dæmonem per fluxum ventris egeſſit, & alteri in vngula pollicis dæmonium deſcendit: quo viſo preſbyter ſuper digitum oleum infudit. Moxque diſrupto corio, ſanguine defluente diſceſſit. hæc ille de oleo retulit.

Oleũ ſalutare D. Martini.

Ormoniacus liberatur Oleo infideli vnguis.

Cap. 10. Vua mirabilis plantatio D. Martini.

De vua quoque ex vite quam ſanctus plantauerat, adiecit, quod adſumptam eam in ampullulam recōdidit, quam aqua compleuit. Non poſt multum vero tempus, venit ad eum homo cuius os à puſula mala tumefactum, caputq; & oculi inflati ob nimium venenum præcludebantur. Cui ille infuſa in os aqua de ampullula, vuę omnis tumor ac dolor gutta decedente diſceſſit. Adſerebat enim, grana vuæ illius

A

in ipſa aqua poſt quatuor annos adhuc viridia perdurare. De cera vero quam de ſepulchro tulerat, adiecit, ſurda & muta quæ vt credo dæmonium habebat, ad eum acceſſit. In cuius aure de ipſa cera poſuit: alia vero die veniens, gratias pro accepta ſanitate retulit ſacerdoti.

Cap. 11.

Intra terminum autem Ternodorenſis caſtri Lingonicæ ciuitatis erat presbyter greſſu debilis, cumque per viam pergeret, quæ ad Dei Eccleſiam ducit, obuium habuit ſenem cum puero. Erat autem vterque clericus, datoque ſibi inuicem ſalutationis occurſu, dixit ſenex ad presbyterum, Vis ſanus fieri; cui ille, Et quid humanum genus amplius concupiſcit habere, niſi vt ſoſpes viuat in corpore? & ſenex facto beatæ crucis ſignaculo ſuper poplitem, dixit presbytero, In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, extende pedem tuum: quem presbyter ſine mora extendens, ſanum ad ſe reduxit: & gratias agens, iter quo pergebat agere cœpit: vocatoque eo puer qui cũ ſene erat, ait, Et ſcis presbyter, quis eſt qui te reddidit ſanitati? Ignoro, ait, cui ille, Sanctus Martinus Turonicæ vrbis antiſtes, ipſe te virtute ſua ſanitati reſtituit. Tu vero in loco in quo ſanctum ſtare vidiſti, oratorium ſine mora ædifica, erit enim populis ſalubre, ſi quæ loquor expleueris. Nec moratus presbyter, oratorium in eodẽ ſitu conſtruxit. In quo nũc nuper multi paralytici greſſum, cæcique viſum recipere meruerunt.

Claudus ſanatur.

B

Cap. 12.

In Hiſpaniis autem nuper factum cognoui, cum Leuuieldus rex contra filium ſuum ambularet, atque exercitus eius, vt adſolet, grauiter loca ſancta concuteret, monaſterium erat ſancti Martini inter Saguntum atque Carthaginem Spartariam. Audientes autem monachi quod hic exercitus ad locum illum deberet accedere, fugam ineunt, & ſe, relicto abbate ſene, in inſulam maris abſcondunt. Aduenientibus autem Gothis, ac diripientibus res monaſterii, quæ ſine cuſtode remanſerant, abbatem ſenio incuruatum, ſed ſanctitate erectum offendunt. Extractoque vnus gladio, quaſi amputaturus ceruicem eius, reſupinus ruit, ac ſpiritum exhalauit. Reliqui vero hæc videntes, timore perterriti fugerunt. Quod cum regi nunciatum fuiſſet, cum teſtificatione præcepit omnia quæ ablata fuerant, monaſterio reſtaurari.

Abbatis percuſſor exanimatur.

Cap. 13.

Cernens autem præfatus rex tanta miracula per ſeruos dei qui noſtræ religionis erant, fieri, vocauit vnum epiſcoporum ſuorum: dixitque ſecretius ad eũ, Quamobrem vos illi, qui ſe Chriſtianos dicunt, non oſtenditis ſigna in populos ſecundum fidem veſtram? Dicit ei epiſcopus, Sæpius ego cæcis lumen reddidi, & ſurdis auditum: nunc autem hęc poſſum facere quæ dicis. Et vocato ad ſe vno de hæreticis, clanculo ait ad eum, Accipe quadraginta aureos, & clauſis oculis reſide in loco vnde nobis eſt tranſitus: & prætereunte me cum rege, exclama in virtute. vt perditũ lumen mea tibi credulitate reſtituam. Cumque hic accepta pecunia feciſſet quod ſibi fuerat imperatum, procedit nouus Citola regis ad dexteram, conſtipatus hæreticorum caterua: exclamat & ille excæcatus pecunia, vt fide epiſcopi reciperet oculos ſuos. At iſte cum nõ minima arrogantia imponens manus ſuper oculos eius, ait, Secundum fidem meam fiat tibi. Hæc eo dicente, ita obſerati ſunt oculi hominis cum dolore, vt non ſolum viſum perderet, verumetiam dolum quem auaritia impellente finxerat, publicaret.

C

Arrianus excæcauit quem illuminare promittebat. ſupra lib. 2. hiſt. cap. 3.

Cap. 14.

D

Retulit alius vir fidelis, ſpectaſſe ſe Chriſtianum cum hæretico pro fide noſtra certantem: altercantibusque diu de diuinis ſcripturis, cum flecti non poſſet hæreticus vt agnoſceret veritatem, ait, Si noſtræ religionis, ſi ſcripturarum teſtimonia te ad credendum minime mouent, vel virtutem indiuiduæ trinitatis miraculis experire. Eſt digito meo anulus aureus: ego eum in ignem iacio, tu candentem collige. Proiectumque inter prunas anulum, ita igniri permiſit vt eis ſimilis cerneretur. Conuerſuſque ad hæreticum ait, Si vera eſt proſecutio tua, ſume eum ab igne. Illo autem reſiſtente, ait vir, Immenſa trinitas Deus, ſi aliquid indignũ te credo, oſtẽde. Certe ſi recta eſt fides mea, nihil mihi prævalebunt hæc incendia ſæua: & ablatum ab igne anulum diutiſſime palma ſuſtinuit, & nihil eſt nocitus: ſed magis cõfuſo hæretico catholicos reliquos feruore ſuæ fidei roborauit. hactenus hæc.

Contentio Catholici cũ hęretico. ſup. l. 2. hiſt. cap. 1

Cap. 15.

Haud procul vero à baſilica beati Martini, Venantius abbas requieſcit, vir magnificæ ſanctitatis, qui multis infirmis, in corpore poſitus, opem accommodauit: qui impleto tempore à ſeculo migrans, iugiter ſe in æternum viuere virtutibus propriis manifeſtat. Nam ſi qui typos frigoriticos incurrens, nocte vna ad eius tumulũ deprecans vigilauerit, mox compreſſo acceſſu adipiſcitur medicinam. Nam inter reliqua quæ ibidem geſta vel vidimus, vel audiuimus, mulierem quandã à quartano typo correptam, ſanatam aſpeximus. Quę diuturno tẽpore ab hoc detenta contagio, neque cibum, neque ſomnum capere poterat, ſed ita õni corpore deciderat, vt vix in ea vel illud vitale ſpiraculum remaneret. Ad huius ſepulchrum, in gemitibus & oratione pernoctãs, vſq; lucis aduentum perdurauit immobilis. Mane vero ſopori ſe collocans, cum expergefacta fuiſſet, nihil mali ſentiens, ſanata diſceſſit. Huius autem ſancti vitam nos ſcripſimus.

E

Sanatur infirma.

Fuit & beata Pappula valde religioſa, quæ cum ſæpius à parentibus flagitaret ſe in monaſterio locari puellarum, eo quod in domo parentum, curis ſeculi impedientibus, Deo ſeruire non poſſet, & illi præ amore nollent eam à ſe ſeparari, totondit comam capitis ſui, indutaq; virili habitu, Turonicam diœceſin adiens, in congregationem ſe contulit monachorum, ibique in ieiuniis orationibuſque degens, virtutibus deinceps multis emicuit, erat enim tanquam vir inter viros, nec vlli erat cognitus ſexus eius. parentes autẽ requirentes eam, nunquam enim reperire potuerunt. Interim abbate monaſterii ad quod venerat defuncto, Monachi propter virtutes aſſiduas, hanc eligunt, ignorantes ſexũ: quod illa totis viribus renuit. Triginta autem annos in monaſterio fuit à nullo agnita quid eſſet. Ante tertium autem diem quam ab mundo migraret, id monachis patefecit: & ſic defuncta ab aliis mulieribus abluta, ſepulta eſt, multis ſe deinceps virtutibus manifeſtans eſſe ancillam Dei. Nam & frigoritici, & aliis morbis oppreſſi, ſæpe ad eius tumulum ſanitati redduntur.

Cap. 16. Pappula ſub habitu monaſticam vitam profitetur.

F

Frigoritici.

Cap. 17.

In alio autem pago Turonico, erat inter vepres & rubos ſepulchrum poſitum, in quo ferebatur epiſcopum quendam fuiſſe ſepultum, nomen ignorabant. Contigit vero vt cuiuſdam pauperis filius moreretur. quo ſepulto, cũ opertorium ſarcophagi non inueniret, ad hunc locum acceſſit. Ablatoq; de hoc ſepulchro cooperculo, quod tam immane erat vt tribus duceretur paribus boum, texit corpuſculum filii fulto alterius ſepulchri. Quod cum feciſſet, ſurdus, mutus, cæcus ac debilis eſt effectus: manſitq; in hoc ſupplicio integrum fere annum. Dehinc adparuit ei quidam ſacerdos per viſũ dicens, Quid, inquit, tibi tuiſque vim intuli, ô vir, quia detexiſti me, auferendo opertorium tumuli mei? Vade nunc, ſi vis ſanus fieri, iube ipſum velociter reuocari: quod ſi nolueris, protinus morieris. Ego enim ſum Benignus epiſcopus, qui in hanc vrbem peregrinus adueni. At ille ſuis innuens, acceſſit ad monumentum filii ſui. Eleuatumque lapidem plauſtro impoſuit, reportatumque vt ſarcophago reddidit, illico ſanus effectus eſt: nam in redeundo ita lapis leuis erat, vt quem tria paria boum euexerant, boues deinceps duo reuocarent.

G

Benigni ſepultura aperitur.

Cap. 18.

Infra ipſum autem terminum Turonicum erat mons paruulus, ſentibus, rubis, vitibuſque repletus agreſtibus, & tanta denſitate labruſcæ contextus, vt vix aliquis intro poſſet irrumpere: ferebat enim fama, duas Deo ſacratas virgines in illo loco quieſcere, ſcilicet cum vigiliis dierum feſtorum, luminibus accenſum diuinitus à fidelibus ſæpius cerneretur, vnus audacior & animi fretus auctoritate, ad locum accedere ſub obſcura nocte non metuit. Atque cereum miri candoris immenſo lumine fulgurantem aſpiciens admiratuſque diu, diſceſſit, aliiſque quæ viderat nunciauit. Tunc vni de incolis loci ſe virgines per viſum oſtendunt: exponunt ſe ibidem eſſe ſepultas, ac ſine tecto, imbrium iniuriam diutius ferre non poſſe, hic vero ſi ſibi vellet eſſe conſultum, inciſis vepribus tegumen tumulis adhiberet. Expergefactus vero inruentibus aliis cogitationibus, tradidit obliuioni quæ viderat. Alia vero nocte adparuerunt ei iterum, vultu minaci terribiliter cõminantes, niſi locum tegeret, anno præſenti ab hoc ſeculo migraret. Territus igitur vir ille viſu, accepta ſecure ſtirpe ſuccila tumulos detexit: inuenitque validas de cereis guttas in mo-

H

Virgines reuelãt ſepulturam.

A Eufronius

dum Libani odore nectareo efflagrare, tunc deputatis bobus & plauſtro, lapides congregat, & data æſtate Oratoriũ ſuperædificat: explicitoque opere beatum Eufronium, qui tunc Turonicam regebat eccleſiam, ad benedicendum inuitat. Sed ille iam defeſſus ſenio, excuſat abire, dicens, Vides (inquit) fili quod ſenectus, & hiemis ſolito aſperior ingruat: deſcẽdunt pluuiæ, ac venti cuncta turbine perflant. inſtantur flumina, & ipſæ quoque viæ à frequentatione imbriũ effuſæ pene in lutũ ſunt diſſolutæ. Et nunc non conuenit ætati meæ, iſto modo properare itinera. Hæc audiens vir ille diſceſſit à conſpectu ſacerdotis, abiens valde mœrens. Verum vbi ſacerdos membra quieti laxauit, vidit duas virgines adſtare ſibi: quarũ ſenior triſti vultu ſic infit, Quid tibi ingratæ extitimus, beatiſſime pontifex? quid moleſtiæ intulimus regioni tibi à Deo commiſſæ? Cur nos deſpicis? cur ad conſecrandum locum, quem nobis vir fidelis ædificauit venire diſſimulas? Veni nunc obſecramus per nomen omnipotentis Dei, cuius nos ſumus ancillæ. Hæc effata, genas lachrymis rigabat obortis. Expergefactus vero ſenex, vocat eccleſiaſticæ domus rectorem, dicens, Peccaui, non eundo cum homine. ecce enim vidi duas virgines me ob id increpantes, & vereor Dei offenſam incurrere, ſi illuc diſtulero ambulare: acceleranſque iter viam ingreditur. Igitur eunte illo quieuit pluuia, auſtrorumq; violentia ſæua ſuccubuit. Ipſe quoque feliciter conficiens iter, benedicto loco cum pace regreſſus. Nam referebat plerunque vultum inceſſumque virginum: & vnam quidem dicebat prolixiorem, alteram minorem ſtatu, non merito: vtranq; tamẽ niue candidiorem: quarũ vnã Maurã, Brittã alterã vocitabat, dicẽs ſe ab earũ ore hæc nomina cognouiſſe.

B

Maura Britta.

Cap. 19. Eufronius prædicit regis obitum.

Ipſe quoq; pontifex cum à multis crebrius vrgeretur vt ad occurſum Chariberti regis deberet accedere, & innectens moras ire differret, tandem commotus à ſuis ait, Ite, præparate iter vt eamus ad occurſum regis, quem viſuri nõ ſumus. Igitur imponens plauſtra neceſſaria caballis ad iter præparatis, iamque in hoc ſtante ratione vt deberet viam incedere, ait, Reuertantur plauſtra, laxentur equi: non modo hoc iter incedimus. Dicentibus autem ſuis, quæ eſſet hæc leuitas, vt quæ iam inſtanter parari iuſſeras, tam facile deturbares: ait ſecretius, Princeps ad quem nos ire compellitis, obiit: nec viuentem ſi abierimus, inueniemus. Stupefacti audientes, diem notant, & ſancti verba taciti ſeruant: aduenientibus autem ab vrbe Pariſiaca hominibus ea hora regem tranſiſſe nuntiant, qua ſacerdos plauſtra de itinere iuſſerat reuocari.

C

Cap. 20.

De oratorio autem noſtro in quo reliquiæ ſancti Saturnini martyris ac Martini antiſtitis cum Illido confeſſore, vel reliquorum ſanctorum cõlocatæ ſunt pro inſtructione credentium narrare aliqua non pigebit: qualiter ſe virtus beati Martini reuelatione reuelauit: ita vt adpareret multis ignitus globus ille terribilis, qui quondam ſolennia celebrante emerſerat paucis viſibilis, à capite eius prorumpens. Concepit enim inſpirante diuinæ pietatis inſtinctu animus, vt cellulam valde elegantem quam ſanctus Eufronius ad vſum promptuarii habuerat, ad opus orationis fideliter dedicarem: qua diligenter compoſita, & altari ex more locato, ad baſilicam ſanctam vigiliis noctem vnam duceremus: mane vero venientes ad cellulam, altare quod erexeramus, ſanctificauimus. Regreſſique ad baſilicam, ſanctas eius reliquias cum Saturnini Iulianique martyrum vel etiam beati Illidii exinde ſolenniter radiantibus cereis crucibuſque admouimus. Erat autem ſacerdotum ac Leuitarum in albis veſtibus non minimus chorus, & ciuium honoratorum ordo præclarus: ſed & populi ſequentis ordinis magnus conuentus. Cumque ſacroſancta pignora palliis ac mappis exornata in excelſum deferremus, peruenimus ad oſtium oratorii. Ingredientibus autem nobis, ſubito repleuit cellulã illam fulgor terribilis, ita vt præ timore & ſplendore nimio, adſtantium oculi clauderentur. Diſcurrebat autem per totam cellulam tanquam fulgur, non paruum nobis ingerens metum. Nec quiſquam ſcire poterat quid hoc eſſet: niſi omnes pauore proſtrati ſolo iacebant. Tunc ego, Nolite inquam timere: virtus eſt enim ſanctorum q̃ cernitis: & præſertim rememoramini librum vitæ beati Martini, & recolite qualiter verba ſacrata promenti de capite globus ignis egreſſus vſque ad cælos viſus eſt conſcendiſſe: & ideo ne terreamini, ſed ipſum nos cum ſanctis reliquiis credite viſitaſſe. Tunc timore poſtpoſito, magnificauimus Deum dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus, & illuxit nobis. Sed illud anterius miraculum viſum eſt paucis: iſtud adparuit populis vniuerſis. In illo fuit virtutis indicium, in iſto gratiæ ſupplementum: illud fuit tunc occultum propter iactantiam, iſtud manifeſtum eſt cunctis ad gloriam: ibi de more feſtiua fideliter acta domino nunciantur, hic in nouitate oratorii quod ad laudem domini proficeret, inluſtratione ſanctorum pignorum conſecratur. Ergo fideliter vt oportet, à nobis quærendus eſt & orandus vt ille viſitet hunc populum, qui plerunq; orationis vota per hunc ſacrũ ignem ſuſtulit in excelſum. Hunc enim ignem vel cum de monacho orante narraui, vel cum Brachionem abbatem à pignoribus ſanctorum vidiſſe egreſſum ignem expoſui, myſticum eſſe puto eo quod non exurat, ſed inluminet: ſed nec diuinæ maieſtatis vacare putem gratia, quæ vel ſe prodere vel adparere quibuſdam poteſt.

Altaris ſanctificatio.

D

Fulgor cæleſtis.

E

F

Cap. 21.

Et licet de Turonica vrbe aliqua iam ſcripſerimus, tamen quoniam nuper ſancti Solennis ſepulchrum aſpeximus, ſilere nequiuimus quod apud Maillacenſe monaſterium comperimus, quod in cacumine montis eſt conſtructum, ab antiquis vallatum ædificiis iam erutis. Nam ferunt quod in eo loco cũ crypta adhuc haberetur occulta, & nulli Chriſtianorum locus ille eſſet reuelatus, per ſingulas dominicarum ſolennitatum noctes ab habitatoribus lumen cernebatur accenſum, ſed nullus ſciebat quid ſibi hoc vellet myſterium: tantum ſuſpicio retinebat homines aliquid ibidem retineri diuinum. Interea aduenerunt duo energumeni ex baſilica ſancti Martini, qui colliſis inter ſe palmis clamare cœperunt, dicentes, Hic requieſcit Solennis beatiſſimus in crypta abdita. Reſerate igitur ſepulchrum amici Dei. Quod cum reperentis, velis tegite lumen accendite, cultumque debitum ei exhibete. Erit regioni huic ſalubre, ſi quæ loquimur adimpleueritis: & hæc dicentes cum clamore magno, effodere tellurem vngulis nitebantur. Tunc videntes incolæ quæ gerebantur, accepto ſarculo effodientes aperuerunt cryptam, in qua per ſeriem graduum deſcendentes, repererunt ſepulchrum magnum de quo teſtabantur illi adhuc mẽte infirmi, hoc eſſe ſepulchrum Solennis beatiſſimi, qui mox ſenſu diſceſſerunt recepto. Poſt hæc autẽ cœperunt ad eum diuerſorum morborum ægroti confluere, & accepta ſanitate redire incolumes. Sed & Leuthomerus vrbis Pictauenſis indigena, cum ab quartani typi ægrotatione fatigaretur, acceptis ex hoſpitiolo ſuo cereis, ſurrexit cum vno tantum puero, acceſſitque ad locum: fuſa vero oratione, accenſis cereis manuque propria per totam noctem detentis, vigilias celebrauit. Dato igitur mane rediuit ad propria, nec vltra ab hoc morbo frigoritionis vel confractionis vllius pertulit grauitatem.

Energumeni oſtendunt ſepulchrum S. Solennis.

G

Cereorum opus ad peruigilia.

Cap. 22.

Fuit autem quidam religioſus, & virtutibus & nomine Maximus, & vt liber vitæ eius docet, quam verſu conſcriptam legimus, noſtri fuit Martini diſcipulus. Qui occulere quod erat cupiens apud inſulam Barbaram monaſterii Lugdunẽſis peregrinari expetiit. Manifeſtatus autem & ibi ad patriam redire diſpoſuit. Denique dum Ararim fluuium tranſire cuperet, naue impleta demergitur ac ipſe ſacerdos pelago operitur, habens ad collum cum euangeliorum libro miniſterium quotidianum, id eſt, patenulam paruam cum calice. Sed pietas diuina non pertulit perire quod ſuum eſt: ita de hoc periculo domino iubente reſtitutus eſt litori, vt nec vitæ damna perferret, nec rerum detrimenta lugeret. Impletumq; eſt illud quod pſalmographus ſpiritu ſancto influente cantauit: *Cum ceciderit iuſtus, non collidetur, quia dominus firmat manum eius.* Et iterum, *Non necabit dominus animam iuſti.* Deinde ad caſtrum Cainonenſe vrbis Turonicæ veniens monaſterium conlocauit: quod caſtrum cum ab Egidio obſideretur, & populus pagi illius ibidem eſſet incluſus, hoſtis aduerſus effoſſum à latere montis puteum, quem obſeſſi ad vſum habebant bibendi, obturat. Quod cum antedictus Dei famulus, qui tunc cum reliquis intra caſtri munitionẽ cõcluſus erat, cerneret videret; populum conſumi inuria, orationẽ nocte tota fuditq;

H

Codex Euangeliorum ſeruat naufragum.

ad do-

A

ad dominum, vt reſpiciens populum, hoſtes improbos effugaret, & non pateretur eos ſitis ardore conſumi. Tunc reuelante ſibi ſpiritu ſancto, ait ad plebem, Quiſquis habeat vaſculum, eiciat foras in plateam, & deprecetur dominum. Dabit enim vobis hodie largitas eius aquas in abundantia, vt non deficiatis vos & paruuli veſtri. Hæc eo dicente, nubes ſubito texerunt cælum, & deſcendit imber magnus de cælo cum tonitruis & coruſcationibus ſuper caſtrũ, duplum populis beneficium præbens, pluuia arcens ſitim, & fragoribus effugans hoſtem. Completaque ſunt vaſa omnia, & ſatiati ſunt cuncti: ſicque obtentu ſacerdotis fugatis aduerſariis, populus ſaluatus à caſtro diſceſſit. In monaſterio autem illius plenus dierum tranſiit, ibique ſepultus eſt: ad cuius ſepulchrum ſæpius infirmi ſanantur. Puerulus autem vnus ex familia eccleſiæ Turonicæ in valetudinem corruit. Is cum anhelus occumberet, ac in extremis poſitus, putaretur ſpiritum exhalare, ad eius baſilicam deportatus, protinus extincta febre ſanitati eſt redditus. Sed & puella de his mancipiis ſimili ſorte febricitans, cum ante cancellos monumenti fuiſſet expoſita, in ipſa die incolumitati eſt reſtituta. Ad nos vero cum horum notitia deuenisset, puerum humiliatis capillis huic monaſterio ceſſimus. Puellam vero mutata veſte cœtui ſanctimonialium coniungi præcepimus, ad ſeruiendum Deo.

Infirmi ſanantur.

B

Cap. 23. Ioannes Britto.

Requieſcit haud procul ab hac baſilica Ioannes quidã presbyter natione Britto, in ſumma religione degens, per cuius manus dominus multa ſigna ſanitatum dignatus eſt operari: qui ob amorem diuinum ab aſpectibus ſe hominum cohibens, patuulam oratorii cellulam habebat ante ipſam Camonenſis vici eccleſiam: ibique in viridariolo quod manu propria excolebat, lauros arbores plantauerat, quæ nunc vaſtis columnarum fomitibus iocundarum frondium amœnitate tenduntur, ſub quarum vmbraculo vir ſanctus conſedens aut legebat aliquid aut ſcribebat. Cuius poſt obitũ cum arbores illæ, vt diximus, patulis diffuſæ ramis obumbrarent locum viridarii, vna ex his vetuſtate feneſcens exaruit. Tunc cuſtos loci effoſſa cum radicibus columna, inciſis ipſius cum ramis ſuis ſcamnum adaptat, in quo interdum aut reſideret laſſus, aut aliquid ſecure decideret, cum neceſſitas exegiſſet. Quod cum per duos annos aut fere amplius ſcamnum in hoc vſu habuiſſet, tactus, vt credo inſpiratione diuina, dolore cordis ait, Væ mihi quia peccaui, vt arborem quam talis ſacerdos propria manu plantauit, ego ad diuerſas neceſſitatum vtar ſeſſiones: & hæc dicens accepto ſarculo, effoſſa humo, & inciſis ſcamni pedibus, poſuit ipſum ſub terra, repleuitque foſſam humo. Mirũ dictu, adueniente verno tempore ſicut reliquæ arbores floreſcunt, ita & hæc columna quæ viri manu, vt ita dixerim, ſepulta fuerat, rediuiua in ſoſpitate vireſcens, nouas frondes emiſit. Extant de ea hodie quoque virgulta in quinum ſenumque aut fere amplius pedum altitudine, quæ annis ſingulis incrementum ſumentia à domino ſubleuantur.

C

Laurus arida frondeſcit.

Cap. 24. Monegundis infirmis medetur.

Apud ipſam vero vrbem Turonicam beata Monegundis obiit. Fuit autem ex Carnoteno territorio: quæ relinquens tam patriam quam parentes, ad hoc tantum Turonos expetiit, vt orationi vacaret: per quam Deus crebro miracula oſtendere eſt dignatus. Nam ſi quis puſulam malam incurriſſet, & ad eam veniens orationem precabatur, confeſtimque illa proſternebatur ad ſupplicandum dominum, & colligens folia cuiuſlibet oleris aut pomi ſaliua inlinebat, facienſque crucem ſuper vlcus imponebat folium, confeſtimque ita omne venenum euaneſcebat, vt nihil dignum lethi ægrotus vltra perferret. Quartanariis quoq; & gulam dolentibus data benedicta aqua ſæpius medebatur. Ad cuius nunc ſepulchrum aſſidue infirmi confluunt, & ſanãtur. nam quanti frigora paſſi, quanti à puſulis malis veneno incraſſante præmortui, quanti dyſenteria ibi ſunt ſanati, viritim non poteſt explicari. Sed quoniam multa ex his in libro quẽ de eius vita conſcripſimus, memorauimus, quæ deinceps geſta ſunt, tacere nequiuimus. Probati archidiaconi noſtri famula grauiter à quartano typo quatiebatur, & iam prope annum in hac febre ægrotabat: quæ inter manus parentum depoſita ſuper tumulum ſanctum, domum incolumis eſt relata.

D

Aqua benedicta.

E

Cap. 25.

Senoch abbatis vita dudum à nobis ſcripta fuit. In quo libello multis eiuſdem virtutibus memoratis finem fecimus: ſed quoniam ad eius tumulum virtus adparauit, ſilere à nobis abſurdum fuit. Nantulfus autem puer nimia cæcitate detentus, & ipſam adhuc adoleſcentiam ætatis primæ ab hoc contagio deturpatam iugiter deflens, huius ſancti expetiit tumulum, atque proſtratus, & humili prece ſubnixus, flagitat ſibi eius ſuffragio lucem perditam reuocari. Quatriduum in hoc precatu perdurans, reſeratis oculis illuminatus abſceſſit: ſed & nunc multi frigoriticorum aliorumque morborum detenti incommodo, vt pallii eius aut decerpſerint fimbrias, aut contigerint, mox ſanantur. Hactenus de Turonicis.

Cæcus reſtituitur.

Cap. 26. Simeon ſtylites mulieres abhorrẽt ſupra apud Pallad.

Simeon vero cõfeſſor qui in columna pagi Antiochenſis dicitur ſteriſſe, frequenter incolis tribuit ſanitates. Et quia, vt legitur in eius vitæ libro, nullam vnquam mulierem poſt conuerſionem oculis aſpicientis inſpexit: poſtquam vero Columnæ editiori ſe ſanctitate ſeruens inuexit, non modo extraneæ mulieri, verumetiam nec propriæ matri ſe videndum permiſit. Et nunc ergo locum ipſum ab huius ſexus defenſat acceſſu. Nam ferunt quandam mulierem indutam fuiſſe veſte virili, & in baſilicam ingredi voluiſſe Columnæ. Tractauit ſecũ miſera agere poſſe per indumentum, quod latere poſſet altiſſimum, ignorans illud Apoſtoli quia *Deus non irridetur*. & licet ibi veniens ad templũ erexit pedem vt ſanctum ingrederetur limen, tamen protinus retrorſum ruens cecidit, & mortua eſt: ſatiſq; fuit populis ne hæc vltra mulier vlla præſumeret, cum in iſtam cerneret vltionem peſſime irrogatam.

F

Cap. 27. Veneratio ſodalium.

Igitur ſanctus Martialis epiſcopus à Romanis miſſus epiſcopus, in vrbe Lemouicina prædicare exorſus eſt. Euerſiſque ſimulachrorũ ritibus, repleta iã credulitate Dei vrbe migrauit à ſeculo. Erant tunc tẽporis cum eo duo presbyteri, quos ſecum ab oriente adduxit in Galliam: verum vbi completi ſunt dies eorum, vt & ipſi vocarentur de hoc ſeculo, coniunctis ſarcophagis in eadem crypta, in qua ſanctus epiſcopus, ſunt ſepulti: & vnus quidem parieti proximus: alter vero huic contiguus erat: ſuper terram tamen vtrique ſtabant: ſed non poterat alteri propter illum qui primus erat, honor impendi: hoc eſt nõ niſi palla expandi poterat, non lumen accendi. Quod cum incolæ loci moleſte ferrent, quodam mane accedentes ad cryptam, inuenerũt ſepulchra diuerſis parietibus eſſe locata: & ſic acceſſus liber ad vtrumque ſepulchrum patuit, & qualiter beatus antiſtes vt cultor Dei veneraretur, enituit.

G

Cap. 28. Puella ſanatur.

Puella quædam cui neſcio quo exiſtente peccato, manus vna diriguit, ac digiti palmæ defixæ erant, ad eius ſepulchrũ aduenit, confiſa de virtute confeſſoris quod poſſet eius intercesſio manum aridam abſoluere, cuius prædicatio populum variis ſuperſtitionum ritibus interitu abſoluit. Celebratis ergo vigiliis in ipſa nocte feſtiuitatis, dum adſtante iuxta ſepulchrum oraret, manum ſuam directis digitis populo teſte ſanatam miratur adtonita.

Cap. 29. Deierantis lingua obligatur.

Quidam eloquium emeruit hoc modo: hic etenim vt cruda operatur ruſticitas populorum, iuramẽtum mendax in eccleſia protulit: mox rigente lingua, mutus effectus eſt, ita vt non vocis humanæ, ſed bidentis mugitum ſimulare videretur. Adueniens autem ad huius confeſſoris tumulũ, proſternitur ad orationem, ſenſitq; vt poſtea adſerebat, tãquam ſi aliquis guttur eius tangeret: quod, vt credo, virtus erat dominici confeſſoris. Egreſſuſque presbyterum quia deerat nutu deprecabatur, vt ſignum crucis faucibus clauſis imponeret. Quod cum presbyter feciſſet, iterum proſternitur ad orationem: protinuſque eleuatus vocis officio reddito, omnia quæ pertulerat, proprio patefecit eloquio.

H

Cap. 30. Stremonius Aruernorum Epiſcopus.

Per ſanctum enim Stremonium, qui & ipſe à Romanis epiſcopis cum Gratiano beatiſſimo & reliquis quos memorauimus, eſt directus, primum Aruerna ciuitas verbum ſalutis accepit. eoque prædicante ſaluatorem mundi redemptoremque omnium Chriſtum Dei filium credere cœpit. Huius autem ſepulchrũ apud Iſiodorenſem vicum habetur, ad quod cruda ruſticitas, licet ſciens quo quieſceret, nullum tamen ibi exhibebat honoris cultum: poſt longinqua vero annorum curricula, Cautinus, qui ipſius Aruernæ vrbis epiſcopus datus eſt, in diaconatu ſuo eccleſiæ vici

Cautinus.

illius

A

illius rexit. Igitur dum nocte quadam in lectulo cellulę ſuę, quæ huic baſilicæ adhærebat, decumberet, audiuit pſallentium quaſi parium reſonantibus vocibus: & ſurgens vidit templum magno ſplendente lumine, & obſtupefactus aſpicit intrinſecus. Erat enim cellula illa in ſuperiore contra feneſtras templi: & vidit, & ecce circa tumulum multitudo albatorum tenentium cereos & pſallentium. Quod diutiſſime cernens cum diſceſſiſſent, ſtatim facto mane iuſſit tumulum cancello vallari, ac palliolis nitentibus obuelari, præcepitque reuerentiam loco illi impendi. Ex hoc enim oratio ſuper tumulum funditur, & auxilia antiſtitis impetrantur. Hæc ab ipſius episcopi ore audiui.

Chorus Angelorū.

Cap. 11.

Magna enim gratia eſt, ſi ſacerdotium digne cuſtodiatur in actu: ſi enim homini iniquo ac perſecutori Iuſtitiæ tantum contulit ſacerdotium, vt prophetiam mereretur, id eſt Caiphæ, qui prophetauit vnum oportere mori de populo, ne gens tota periret: quanto magis timentibus Deum, & ſancte ac pure ſacerdotium cuſtodientibus tribui poteſt à maieſtate diuina? vt etiam iuxta Iacobum proſit infirmis cum oratione viſitatio ſacerdotis, & plerunque conferat præſidium ſola tantum eulogiarum porrectio eius ex manu: ſecundum illud quod apud Aruernos geſtum in adoleſcentia mea in veritate cognoui. Quidam presbyter ſolitarius iter carpens ad hoſpitiolum cuiuſdam pauperis Limanici manſionem expetiit. Qua accepta iuxta morem ſacerdotum, nocte ab ſtratu ſuo conſurgens, orationi aſtitit: ſed & homo quem neceſſitas compellebat lignum ex ſiluis euehere, valde mature ſurrexit: & ſicut mos ruſticorum habet, nondum inchoante luce poſtulat cibum à coniuge, quæ ſine mora porrexit. Acceptum vero homo ille panem, non prius comedit quam à ſacerdote benediceretur, aut ab eo eulogias acciperet: quibus acceptis, ſumpſit & abiit. Cumque ad amnem adhuc antelucanum veniſſet, impoſito plauſtro cum bobus, in ponte qui ſuper nauē locatus erat, alterum tranſmeare cœpit in littus. verum vbi in medium amnis deuenit audiuit vocem dicentem, Merge, merge, ne moreris. Cui reſpōdens vox alia ait, Sine tua n. admonitione quæ proclamas feciſſem, ſi res ſacra meis conatib. non obſtaret. Nam ſcias eum eulogiis ſacerdotis eſſe munitum: ideo ei nocere non poſſum. At ille voces audiens, & perſonam nullius cernens, ac de ſe verba iactari cognoſcens, conſignans ſe cruce dominica, gratias Deo egit, quod ei pars aduerſa præualere non potuit. Tunc in littus vlterius progrediens, cum optato onere domum regreſſus eſt ſaluus.

B

Eulogia ſeruata dęmone ruſticum.

C

Cap. 12. Coniuges à copula abſtinent.

Duos fuiſſe apud Aruernum, virum ſcilicet & puellam, refert antiquitas, qui coniuncti coniugio, non coitu, & in vno ſtratu quieſcentes, non ſunt ab alterutro polluti in voluptate carnali: poſt multos vero annos cum eis eſſet latenter vita caſtiſſima ex conſenſu pari vir tonſuratus ad clericatum, puella vero religioſum induit veſtimentum. Factū eſt autem vti impletis diebus puella migraret à ſeculo: denique vir eius præparata ſepultura, exhibuit corpuſculum ad ſepeliendum. Cumque eam ſepulchro reconderet, arcanum quod inter eos conuenerat, eleuatis manibus ad cælū pandit, dicens, Gratias tibi rerum omnium artifex ago, quod ſicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis contagio impollutam. At illa ſubridens ait, Sile ſile vir Dei, quia non eſt neceſſe fatearis noſtrum te nimine interrogante ſecretum. Poſt hæc obtecta opertorio receſſit. Non poſt multū vero tempus & ipſe migrauit à ſeculo, ſepultuſque eſt in loco ſuo: Erat autem in vna quadam baſilica, ſed e diuerſis parietibus vtrunque ſepulchrum habebatur: & vnum quidem ad meridiem, alterum ad aquilonem. Mane autē facto, inuenta ſunt pariter eſſe ſepulchra, quæ vſque hodie ſic perdurant: idcirco nunc incolæ duos amantes vocitant, & ſūmo venerātur honore.

D

Sepultura amantium.

Cap. 13.

Fuit etiam in ſupradicta Aruerna vrbe admirabilis ſanctitatis Amabilis quidam vici Ricomagenſis presbyter, qui virtutibus magnis præcellens ſæpe ſerpentibus dicitur imperaſſe. Nam ad huius tumulum eum dux Victorius deſpexiſſet orare, adfixo è regione equo nequaquam poterat amouere. Quem cum flagris ſtimuliſque vrgeret, & ille quaſi æneus ſtaret immobilis, tandem aliquando dux à ſuis cōmonitus, qui, vt ita dicam, ipſi, pecudi ſimilis erat factus ad orationem deſcendit. Cumque fideliter oraſſet, quo voluit iuit. Ad huius ſepulchrum energumenum vidi mundatum, periurantem diriguiſſe, vt ferrum; crimen confeſſum, illico abſolutum.

E

Iurans diriguit.

Cap. 14.

Fertur etiam fuiſſe in ea vrbe puella quædam religioſa atque deuota Deo, quæ in rure commanens, quo ab vrbica populatione ſummota liberius dignas Deo laudum hoſtias exhiberet. Quotidie autem ieiuniis & orationibus inſiſtebat. Factum eſt igitur vt migrans ab hoc mundo, ad baſilicam oppidi cauſa ſepeliendi portaretur: verum vbi leuato feretro corpus per viam ferri cœpiſſet, adueniens grex magnus columbarum ſuper eam volare cœpit: atque hoc illuc volitando ſequi quo hæc à proximis ferebatur. Qua in baſilica delata, grex totus ſuper tectum ædis ipſius viſus eſt conſediſſe, Illaque ſepulta, ad cœlos euolauere columbæ: vnde non immerito Georgia nuncupata eſt, quæ ſic exercuit mentem cultura ſpiritali, vt adepta virginitatis ſexageſimi fructus prouentu egrediens de ſeculo, cæleſtibus honoraretur exequiis.

Columbæ virginis agunt exequias.

Cap. 15.

In baſilica autem ſancti Venerandi, quæ ſancti Illidii eſt proxima tranſuoluta cellula à parte occidentis ſuit, in qua multa ex marmore Pario ſepulchra ſculpta ſunt, In quibus nonnulli virorum ſanctorum ac mulierum religioſarum quieſcunt, vnde non ambigitur eos eſſe Chriſtianos, quia ipſæ hiſtoriæ ſepulchrorum de virtutibus domini & apoſtolorum eius expoſitæ ſunt. Eo quoque tempore quo Georgius Valauorum ciuis Aruernæ vrbis comitatu potiebatur, pars tranſuolutionis illius quæ per longinquæ incuriæ negligētiam pluuiis erat infuſa, ſuper vnum eorundem ſarcofagum ruit opertoriumq; eius inpulſum in fruſta cōminuit: in quo adparuit puella iacens ita membris omnibus ſolidata, quaſi nuper ab hoc ſeculo fuiſſet adſumpta. Nam facies manuſque eius cum reliquis artubus integræ erant cum ingenti cæſariei longitudine: ſed credo eam aromatibus fuiſſe cōditam: veſtimentum autē quod artus tegebat exanimes aquarum vi erat inlæſum, nullaque putredine reſolutum, aut nigredine quacunq; fuſcatum. Quid plura? ita adparebat integra, vt dormiēs potius quam mortua putaretur. Autumabant autem quidam noſtrorum ob candorem veſtimenti holoſerici, in albis eam tranſiiſſe. Aiebant etiā annulos murænulaſque aureas circa eam repertas, & clam ne epiſcopus ſentiret, ablatas: nulla tamen ætas temporis noſtri cuius meriti generiſque aut nominis fuerit, aut opinione aut lectione cognouit. Dum autē hoc corpuſculum per anni vnius ſpatium detectum iaceret, nec eſſet qui reſpectu humanitatis, huic adhiberet ſepulchro tegumen, contigit vt vxor, antedicti comitis viri poſt obitum grauiter ęgrotaret, ac diuturna valetudine obtenta oculorum lumine mulctaretur. Quæ laxata à febre, vocat medicos, diuerſa adhibet ſtudia, largitur & præmia. Sed nullis potuit modis ab eiſdem elicere medelam, donec tandem aliquando pietas domini commota reſpiceret. Adparuit enim ei perſona quædam per viſum noctis, dicens, Si vis viſioni priſtinę reſtaurari, perge quantocius, & require lapidē mūdum, ac ſarcophagum puellæ quieſcentis quod in baſilica ſancti Venerandi detectum habetur, citius tege: mox detectis viſibus oculorum tuorum clare cuncta proſpicies. Quo facto, vt fas illud clauſit opertorio protinus apertis oculis lumen recepit ex integro: vnde non ambigitur eſſe eam nobilis meriti, quæ talia præſtare potuit ægrotanti.

F

Cadauer incorruptum.

G

Obſequioſa pietas.

Cap. 16.

Sunt autē in hoc loco multa ſepulchra, quæ vt diximus, fidelium eſſe probantur. habetur enim ibi tumulus huic à leua cōtiguus, longitudine, latitudine, altitudine, omnique poſitione cōſimilis. in huius fronte ſuperiore habetur ſcriptum, Sanctæ memoriæ Gallæ: eſt & illud nihilominus ſepulchrum ſculpti meritis glorioſū, inter egreſſum baſilicæ ſancti Illidii & ingreſſum templi beati Venerandi in edito poſitum, in quo ferunt Alexandrum quendam religioſum fuiſſe ſepultum. de quo frequens infirmorum neceſſitas eraſo puluere hauſta dilutione, extemplo conſequitur ſoſpitatem. Vnde tam frequens exequitur medicamentum, vt pro aſſiduis beneficiorum commodis transforatum ab aſpicientibus cernatur. E regione autē huius ſepulchri ſi ingrediaris per oſtium in baſilicam ſancti Venerandi, dextra de parte ſepulchrum paruum contēplaberis ſuper terram

H

A

ſitum, ruſticiori formatum lapide: ſed ignotum eſt omnibus quis quieſcat in eo: nam haberi in eo diuinum aliquid, res ipſa quam dicturus ſum pandit. Mendicus quidam, vt ipſi oculis noſtris inſpeximus, ſuper ipſum erat ſolitus conſidere: ſed credo, eum, vt fragilitas humana præbet, in aliquod indignum facinus obuolutum: quia virtute quieſcentis cum ſonitu magno excuſſus longe proiectus eſt, ſepulchrumque medium crepuit, quod vſque nunc ita cernitur: indignum quippe ſe hominem humatus exiſtimauit, qui ſuper hos artus deberet facere ſeſſionem. In hac n. baſilica & beatus martyr Liminios eſt ſepultus: cuius agonis hiſtoria cum ab incolis teneatur, nullus tamen ei cultus venerationis impenditur. Sunt enim ibi, vt diximus, inluſtrium meritorum viri, quorum nomina ignota incolis, ſcripta tamen, vt credimus, retinentur in cœlis.

Mendicus impius ſedens miraculo eiicitur.

Cap. 37. *Inuocatio ſanctorum eſſicax.*

Eſt ibi & ſepulchrum ipſius ſancti Venerandi epiſcopi, à quo hæc ædes nomen accepit, ſub analogio compoſitum, ſuper quod caput per feneſtrellam quicunque vult, immittit, precans quæ neceſſitas cogit, obtinetque mox effectum, ſi iuſte petierit. Ibi & ſanctus Nepotianus epiſcopus requieſcit qui fuit in ſeculo ſummæ vir ſanctitatis, obtinens nunc cum domini potentia quæ ab eo fuerint implorata. Sæpe enim ſuper hæc ſepulchra frigoriticorum oratio fuſa deſideratam retinet medicinam.

B

Cap. 38.

Magna quondam fuerunt mundi luminaria, quæ vt ſol radiis, ita mundum virtutibus inluſtrabant. Aiunt ergo in quodam monaſterio fuiſſe monachum, qui cũ apud alios iuxta regulas monaſteriorum orationi & lectioni inſiſteret, ſecretius tamen atque peculiarius omnipotenti Deo ſacrificia reddebat orationum. Nam poſt impletum in oratorio curſum, eleuabatur clam à præſentia fratrum: & abiens inter condenſas rubos buxoſque & ilices, vbi iam ſpes erat quod à nullo niſi à ſolo inſpiceretur Deo, proſternebat ſe in orationem. Verum poſtquam decumbens, dominum diutiſſime deprecatus fuiſſet, eleuans ſe ab humo, erectis ad cœlum palmis atque luminibus, pſalmorum tacite ſeriem recitabat: & in tanta compunctione cœlo erat intentus, vt riui lachrymarum ab eius oculis vehementer effluerent. Quod cum vnus fratrum cautius proſequens, præuidiſſet, abbati non ſiluit. Ille vero attentus quando ad hæc agenda properaret, proſecutus eſt à longe, & pruſtratus ſolo, expectabat quid fidelis diſcipulus exerceret. At vero adtentus à longe, vidit miraculum magnum: nam ab vtraque parte oris eius flamma proceſſerat, & in longo paulatim deducta, quaſi funiculus ſuper eum aſcendit: coniunctaque ſimul pharum magnam effecit, quæ vſq; ad cœlos videbantur ſcandere: & quanquam coma in ſublime producta excreuerit, non tamen erat noxia capiti. Stupens viſu abbas, compreſſit ſe paululum. Ille vero completa oratione, ad monaſterium rediit. Abbas autem per viam aliam eſt ſecutus, multis poſtmodũ opprobriis monachũ arguẽs ad vanã gloriã coercendã, nõ tamen indicans quæ vidiſſet.

Orationis ſimplex veritas.

C

Cap. 39.

Myſticum vt opinor hic ignis continet ſacramentorum, & tenebræ ſenſus mei eum intelligere non queunt, qualiter adparens lumen tantum præbet, nec quicquam adurit: vnum tantum ſcio quod iuſtis aut ſuper iuſtos adparent iſta. Nam Moyſi in rubo reliquiſque partibus adparebat in holocauſto. Beati quoque Martini prorumpens è capitis vertice, cœlorum ardua penetrauit. Nam & Brachionem abbatem ſæpius audiui referentem, ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus, dum in antedicti pontificis baſilica nocturnas excubias celebraret, & reliquiæ ſanctorum a peregrinis delatæ ſuper altare haberentur, ſubito globus ignis ab eiſdem emergens vſque ad cameram templi viſus eſt conſcendiſſe, ſed non multis vt ipſe aiebat oſtenſus eſt: ſic & in dedicatione oratorii noſtri adparuit, ſicut ſupra memorauimus.

D

Globus ignis.

Cap. 40.

Sed nec illud abſurdum eſt credere, quod ſæpius per viſiones expertas dominus reuelare dignatur, qualiter aut honorentur ſancti, aut infirmi medicamina conſequantur. Nam recolo geſtũ in infantia, cum pater meus ab infirmitate humoris podagrici laboraret, & ardore febrium ac doloribus multis adtenuatus lectulo decubaret, vidiſſe me in viſu noctis perſonam dicentem mihi, Legiſti, ait, librũ Ieſu Naue? Cui ego, Nihil aliud literarũ præter notas agnoui, in quarũ nunc ſtudio conſtrictus adfligor. Nã hic libet prorſus an ſit ignoro: & ait, Vade, inquit facitoq; haſtulã paruulam ex ligno quod hoc nomẽ recipere poſſit, ſcriptumq; ex atramento ſub paterni capitis fulcrũ conloca: erit n. ei præſidiũ, ſi quod loquor impleueris. Mane autẽ facto matri quæ viderã indicaui: iubet impleri viſionis præcepta. Quod cum feciſſem, ſtatim genitor ab infirmitate conualuit. Decurſu quoq; alterius anni curriculo, iterũ ab hoc incõmodo capitur: accenditur febris, intumeſcunt pedes dolore peſſimo, nerui intorquentur. Hæc perferẽte dum cũ magno gemitu in ſtratu decumberem, vidi iterum perſonã in viſione interrogantem me, ſi librum Thobiæ cognitũ nunc haberẽ. Reſpondi quod non legerim: qui ait, Noueris hunc fuiſſe cæcũ, cuius filius angelo comite, dum iter ageret in flumine piſcem cepit. Cuius indice angelo, cor iecurque ſuſtollens, patris ſubfumigat oculos, qui ſtatim fugatis tenebris lumen recepit. Vade igitur tu, & fac ſimiliter, & accipiet refrigeriũ dolorum genitor tuus. Hæc matri cum retuliſſem, confeſtim pueros ad amnem dirigit: piſcis capitur, ſubtracta ſunt de extis quæ iuſſa fuerant, & prunis impoſita: at vbi primũ fumus odoris patrẽ adtigit protinus, tumor dolorq; diſceſſit.

E

Reualetur auctoris pater morbo recidiuam.

Cap. 41.

Germanus autẽ glorioſus confeſſor in vrbe Roma obiit: inde vero leuatus poſt dies ſexaginta ad ciuitatem Antiſiodorum delatus, ſepulturæ mandatus eſt. Tempore autem Teudechildæ reginæ, Nunninus quidam tribunus ex Aruerno de Francia poſt reddita reginæ tributa reuertẽs, Antiſiodorenſem vrbẽ adiuit, cauſa tantum religionis: prouolutuſq; ad beati ſepulchrum, cum diutiſſime oraſſet extracto de vagina rigie lapidẽ qui ſuper venerabile ſepulchrũ habebatur, nemine vidente percuſſit. De quo excuſſa particula modica, tanquam æneus diriguit, ita vt nullum membrum poſſet vllatenus iudicare, aut vocem emittere. Videntes autem eum pueri ſic iacere, neſciebant quid ei euenisſet, accedens vero vnus eorum cum eum interpellaſſet, & nullum ab eodem reſponſum accepiſſet, mox ille, vt erat rigidus, in corde ſuo intelligẽs ſe damnatum, vouit dicẽs, Scio me præſumptuoſum extitiſſe, beatiſſime confeſſor: ſed deuoto exegi vt præſumerem: & ideo ſi me dignaris abſoluere, & ad propria cum tua gratia redire permiſeris, in baſilica has reliquias condens, feſtiuitatem tuam deuotiſſime annis ſingulis celebrare curabo. Cuius clauſum murmur vir ſanctus intelligens, eum abſoluit, & abire eum permiſit incolumem. Qui veniẽs reliquias illas in eccleſia poſuit, & ſãcti feſta p ſingulos annos fideliter celebrauit. Quodam aut tempore ad ſupradictam baſilicam in qua reliquiæ cõditæ ſunt, cum Auito epiſcopo acceſſim⁹. Quo cum ſanctus põtifex ieiun⁹ ingreſſus fuiſſet hora quaſi decima, omnes qui cum eo eramus, odorem liliorum & roſarum naribus hauſimus: q̃ nobis beati pontificis præſtitum merito nõ ambigimus, erat enim menſis nonus. Actum in vico Muſiacas.

F

Irreuerens … S. Germani obrigeſcit.

G

Apud caſtrum Diuionenſe Hilarius quidam ex ſenatoribus habitauit, habens coniugem, ex qua & filios dicitur ſuſcepiſſe: ſed omnem domum ſuam ita in caſtitate atq; omni puritate tam animi quam corporis excolebat, vt nullus ibi adulterium exercere præſumeret, eſſetq; impletum in hac domo, quod dudum ſancto repletus ſpiritu apoſtolus prædicauit, *Honorabile connubium & thorus immaculatus.* Hic itaque tam inter dominos quam inter famulos caſtitate pollente, obiit vir ille qui qualis quantuſque fuerit iuxta ſeculi dignitatem, ſepulchrum eius hodie patefacit, quod marmore Pario ſculptum reoiter. Quo defunctu & iuxta humanam conſuetudinem ſepulturæ mancipatu mulier deducto anni circulo ægrotauit, obiitque atq; abluta eſt. Et quoniam ſepulchrum illud tam immenſum erat, vt ipſam iuxta imperium viri ſuſciperet amoto opertorio dum locaretur in tumulo ſubito eleuata vir dextera, coniugis ceruicem amplectitur: quod admirans populus, depoſito ſeceſſit opertorio, cognouitque quæ eis caſtitas, qui timor in Deum, quæ etiam inter ipſos dilectio fuiſſet in ſeculo, qui ſe ita amplexi ſunt in ſepulchro. In hac autem baſilica & ſancta Florida quieſcit, quæ vt ferunt incolæ, veſte mutata religioſa valde fuit. Eſt haud procul & alia baſilica in qua Paſchaſia ſancta quieſcit, Hæc fertur adparuiſſe ſtructoribus baſilicæ ſancti Benigni martyris, qui ſecus habetur, hortans vt opus cœptum inſiſterent, ſuremq; ſe martyris adiutorio adiuuari: quæ in baſilicã ſuam regreſſa antiquã comparuit.

Cap. 42. *Hilarius vxorem in ſepulchro amplectitur.*

H

Cap. 43. *Florida. Paſchaſia.*

A

Cap. 44. Tranquillus.

In hoc loco & Tranquillus beatus confeſſor requieſcit, ſuper terram ſepulchrum habens de quo magnum beneficium præſtatur petentibus. Nam de muſſulis ſupematis medicamina populi promerentur: vnde ego valde experimentum tuli. Namq; cum manus meę minutis efferbuiſſent puſulis, & dolores peſſimos ob hoc grauiter ſuſtinerē, de hac muſſula tactas quieſcente humore protinus retuli ſanas.

Cap. 41.

Habet & Burdegalenſis vrbs patronos venerabiles qui ſæpius ſe virtutibus manifeſtant, ſanctum Seuerinum epiſcopum ſuburbano murorum ſumma excolens fide: & licet iam diximus in prologo libri huius, vt ea tantum ſcriberemus quę Deus poſt obitum ſanctorum ſuorum eis obtinentibus eſt operari dignatus: tamen non puto abſurdum duci, ſi de illorum vita memoremus aliqua de quibus nulla cognouimus eſſe conſcripta. Sanctus igitur Seuerinus, vt ipſorum Brudegalēſium clericorum fidelis relatio profert, de partibus orientis ad eandem deſtinatur vrbem. Dum autem iter ageret, & eccleſiam Burdegalenſem Amandus epiſcopus regeret, adparuit ei dominus in viſu noctis, dicēs, Surge & egredere in occurſum famulo meo Seuerino: & honora eum ſicut honorari ſcriptura ſancta docet amicum diuinitatis: melior eſt enim te meritiſque ſublimior. Exurgens autem Amandus epiſcopus accepto bacillo in manu ſua, perrexit in occurſum eius, nihil de viro ſancto ſciens niſi quæ dominus reuelaſſet. Et ecce, ſanctus Seuerinus veniebat quaſi obuiam ei. Tunc adpropinquantes ſibi, ac propriis nominibus ſalutantes, ruunt pariter in amplexus: deoſculatique fuſa oratione, eccleſiam cum magno pſallentio ſunt ingreſſi. Quem deinceps intantum dilexit ac veneratus eſt Amandus epiſcopus, vt eum in locum ſuum ſubſtitueret, ac ipſe quaſi iunior habebatur. Denique poſt paucos annos, obiit beatiſſimus Seuerinus: quo ſepulto Amandus epiſcopus recepit locum ſuum, quem ei non dubium eſt per obedientiam redditum, quam in Dei ſanctum exercuit. Ex hoc incolæ cognita eius ſanctitate, patronum ſibi adſciſcunt, certe quod ſi quandoque vrbem, aut morbus obrepat, aut hoſtilitas obſideat, aut aliqua querela percellat, protinus concurrentes populi ad baſilicam ſancti indictis ieiuniis vigilias celebrant, deuotiſſime orationem fundentes, & mox ab imminenti calamitate ſaluantur: vitam tamen huius poſtquam hæc ſcripſimus, à Fortunato presbytero conſcriptam cognouimus.

B

Seuerinus vt meliori ſedem ceſſit Amandus.

C

Cap. 46. S. Romanus ſuccurrit naufragis.

Habetur in hoc territorio & ſanctus Romanus presbyter, quem vt ſcripta vitæ eius edocent, Martinus noſter ſepulturæ locauit. Eſt autem ſepulchrum eius conoiguum Blauiēſi caſtello, ſuper littus amnis Garonnæ: in quo ſæpius naufragio periturus virtutis ſuæ ſaluat occurſu, proclamantes inter fluctus torrentis vndoſi, Miſerere noſtri ſancte Romane confeſſor Dei: ſed mox ſedata tempeſtate, optato littore potiuntur. Nec enim fas eſt vllum perire naufragio, qui eius baſilicam amnis de medio contemplari meruerit. Quod & nos valde in grandi neceſſitate experti ſumus. Nam cum imber creberrimus per multus defluens dies, amnem Garonnam extra littora eieciſſet atque impellente vento validis fluctibus exundaret, eleuarenturque fluctuum montes validi, qui non paruum intuentibus ingererent metum, exoratus beatus confeſſor obtinuit, ſicut credimus, virtutis ſuæ ſuffragio, vt compreſſis fragoribus, planum præberet fluminis alueum: & ſic ingreſſi nauem, ad ripam alteram ſine periculo ſumus deuecti.

D

Cap. 47.

Sunt etiam ſub eiuſdem territorii vico ſepulti duo presbyteri, vt res ipſa declarat, egregiæ ſanctitatis viri. Nam eos poſt ſepulchra viuere, Ipſius rei miraculum quæ geritur manifeſtiſſime docet. In vna quidē ſunt ſepulti baſilica, ſed è diuerſis parietibus. Nam vnius eorum ſepulchrum à parte auſtri, alterius habetur ad aquilonem. Igitur cum ad implendum officium clerici pſallentium cœperunt exercere, & choris à ſe factis domino turba canora concinere, miſcetur publica vox vtriuſque pſallentio: & vnus quidem ex bobus vnius vocis adiutorio adiuuatur, alius vero alterius vocis modulamine conualeſcit. Tantæque eſt ſuauitatis huius concentus, vt audientium ſępe mulceat ad tentos audit*: probantur & cum his pleraque indulgeri beneficia, ſi fidelis oratio præmittatur. Agitur autem in vico Vodollacenſi.

Mortui ſacerdotes canunt in choro.

Cap. 48.

Haudſecus & Reontio villa eſt, in qua cum eſſet eccleſia catholica, aduenientibus Gothis ad ſuam ſectæ immunditiam eam tranſtulerunt. eſt autē ſecus eam domus magna. Cumque adueniret vigilia paſchæ, hic cum hæreticorum ſacerdotibus paruulos in eccleſia noſtra tingebant, vt negato ſcilicet ſacerdoti aditu baptizādi, facilius ad hanc ſectam populus implicaretur: ſed ille ſagaci intentione dum ii in eccleſia noſtra eſſent, hic præparato miniſterio, in domo eorum baptizare cœpit, illis in eccleſia baptizantibus, ſed præcurrente diuina vltione de infantulis quos ibi hæretici tinxerant, id eſt bis denis, nullus ad clauſum pertingere potuit viuens. Quod videntes hæretici, & domum ſuam eccleſiam fieri timentes, presbytero ſuam eccleſiam reddiderunt. De his vero quos ille baptizauit, nullus eo tempore eſt defunctus, niſi quem dominus poſt legitimam ætatem vocare dignatus eſt.

E

Neophyti hæreticorum.

Cap. 49. Energumeni.

Infra terminum autem Beorretanæ vrbis in vico Sexciacenſi S. Iuſtinus presbyter quieſcit. Qui cum multis virtutibus polleat, ſæpius ad ſepulchrum eius energumeni declamantes mundantur. Huius meritis ac ſanctitate propinquus eſt Miſilinus, qui eiuſdem ordinis officium in eccleſia habuit: qui apud Taluam vicum huius territorii quieſcit, ſimilibus florens virtutibus.

Cap. 50.

F

His vrbe & termino ſociatus ſanctus Seuerus, & ipſe presbyter ordinatus, nobili ſtirpe progenitus. Nam in iure domus Sexciacenſis, quod in eius ſeſſione ſubſiſtebat, duas eccleſias ædificauit, templum Dei ſanctorum reliquiis cōmuniuit. Cum autem dies dominicus aduenitſet, celebratis miſſis vno in loco, ad alium pergebat. Erat autem inter vtraſque eccleſias ſpatium quaſi milium viginti. Hoc ei erat opus per ſingulos dominicos dies. Factum eſt autem quadam dominica, dum hoc iter tereret, & velocius cornipedē calce verberans properaret, caput eius ramus meſpili arboris percuteret. At ille iniuriam ſentiēs ait, Areſcere te iubeat Deus cuius nutu de terra egreſſa es: & confeſtim aruit arbor vſq; in ipſis virtutis ſuæ radicibus. Ille vero accedens quo ibat, celebratis ſolenniis, fuit in eodem loco tribus diebus. Quarta autem die regreſſus, cum vidiſſet arborem aridam, ait, Væ mihi qui in amaritudine cordis maledixi huic arbori: ecce enim qualiter aruit: & deſcendens proſtrauit ſe ad radices eius, & ait ad dominū, Deus omnipotens, cuius nutu omnia gubernantur, cuius imperio nominata creantur, creata viuunt, mortua reformantur cuius ſalubre præceptū tenentes, viuere nos poſt mortē corporis huius credimus per futurā reſurrectionem: tu præcipe vt reuireſcat hæc arbor, & ſit ſicut antea. Et ſtatim quaſi per aliquam venarum diſpoſitionem humor à terra conſurgens, per totos arboris patulæ ramos vberi irrigatione diffunditur, laxanſque nodos arentes protumpentibus foliis reuixiſſe ab aſtātibus eſt mirata. Magna enim illi fuit virtus ac eleemoſynæ: ita vt ſuperius dictum eſt, de domibus ſuis eccleſias faceret, ac facultates ſuas in cibos pauperum erogaret. In vna vero earum ſepulchrum ſuum depoſuit, in qua & ſepultus eſt. Solitus erat namque flores liliorum tempore quo naſcuntur, conlegere, ac per parietes huius ædis adpendere.

Seueri ad imprecationem arbor exaruit.

G

Pietatis opera Seueri

Cap. 51.

Vnde qualis fuerit vita eius in hoc ſeculo, ita domino cooperante clareſcit, vt euidentibus nūc prodigiis deſignetur. Igitur lilium quod diximus ab eo collectum, atque in baſilica ſepulchri eius poſitum, prętereunte tempore, laxatis deorſum flotutu foliis, arente coma emarcuit. Et ita ſiccatum videtur, vt ſi contingatur manu, putetur in puluerem extemplo reſolui, totumq; annum in hac ariditate perdurat. Aduenie nte vero die quo confeſſor migrauit à corpore, in rediuiua viriditate reſurgit: videaſque foliis paulatim reuirentibus ipſos flores adtolli, & ſine vllo aquæ ac telluris humore, in ea ſpecie qua quondam fuerant, renouari: & ſic beatus confeſſor profert nouos flores è tumulo, qui cum ſanctorum reliquiis vt palma floret in cœlo.

H

Cap. 52.

Sub termino quoque vici Iulienſis ſunt tres presbyteri conſepulti, vt fertur per antiquam relationem nullius conſanguinitatis propinqui vinculo, niſi tantum in amore Dei ſocii, è cœlo fratres effecti, qui vnius loci ſpacium ſepulchris iuxta poſitis aſſiduitate miraculorum inluſtrant, Qui cum multorum annorum curricula in his vbi ſepulti ſunt, loculis quieſcerent, ſciſſum nuper pauimētum quod calce atque comminuta teſta, quaſi ſilex duriſſima fuſum erat,

A

vnius ſepulchri cacumē adparuit. Quo paululum eleuato, tellus ſciſſa, apicem alterius patefecit, illoq; emicante ſecutus eſt tertius tumulus, qui nunc iuxta initium oſtenſionis ſuæ gradatim eleuantur ſuper terram. Sed nunc iam primus, liber à mole terrena, liberum ſe viſibus præſtat humanis: duo adhuc ſequuntur: ſed annis ſingulis proficiunt ad egreſſum. O admirabile myſteriū deitatis, quod artuum ſepultorum puritatem manifeſtat ſeculo, dum prodit è pauimento, & præparat ad reſurrectionē non vermi morituros dandos, ſed luci ſolis claritate æquandos, ac dominici corporis conformatione clarificando! ſunt autem hæc ſepulchra infra terminum quem ſuperius diximus, apud vicum Atroam.

Candidati reſurrectionis.

Cap. 52.

Thaumaſtus quoque iuxta expoſitionem nominis ſui, admirabilis ſanctitate, Momociacenſis vrbis fuiſſe fertur epiſcopus: de qua vrbe neſcio quare demolitus, Pictauū oppidum petiit. Ibique præſentem vitam in bona perdurans confeſſione, finiuit. Cui quæ ſit merces in cœlo, ad eius oſtenditur tumulum: cumque inhabitare paradiſum prodit virtus egrediens de ſepulchro: illudque in eo veraciter oſtenditur, quod dominus Ieſus Chriſtus in euangelio Marthæ dicit, *Qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.* Hic ergo ſuper terram ſepulchrum habet ante ipſum atrium beati Hilarii: de quo tumulo eraſus à multis puluis & hauſtus, ita dolori dentium febriumq; medetur, vt qui hauſerit, mireturetur effectum. Nam ita hæc benedictio aſſidue expetitur, vt iam in vno loco ſarcophagus adpareat transforatus.

B

Thaumaſti virtutes & ſepultura.

Cap. 54. Lupianus

Intra ipſum Pictauorum terminum, qui adiacet ciuitati Namneticæ, id eſt vico Ratiatenſi, Lupianus quidā in albis tranſiens requieſcit. Hic fertur à beato Hilario antiſtite donum baptiſmatis ſuſcepiſſe: ſed mox, vt diximus, migrauit à corpore. Cui à Deo bonorum omnium largitore, tanta eſt gratia attributa, vt ad eius ſepulchrum cæcus viſum, paralyticus greſſum, mutus mereretur eloquium.

Cap. 55.

Melanius autem Redonicæ vrbis epiſcopus, poſt innumerabilium ſigna virtutum, iugiter intentus cœlo, emicuit ſeculo: ſuper cuius ſepulchrum miram Chriſtiani fabricam celſitudine leuauerunt: ſed inſtinctu maligni, qui ſemper bonis aduerſatus operibus, quodam tempore ab igne cōprehenditur. Palla ete oim erat lignea quæ ſanctum confeſſoris regebat ſepulchrum: ilicet, vbi lignorum congeries flamma dominante truncatur, ruunt tegulæ cum ligaturis, & reliquo tecti adparatu. Vna tamen è trabibus flammato capite impetu ruinæ propulſa, ſuper tumulum ſancti ruit. Quæ non modo ſuccendere pallam, verumetiam conterere inter ſe & lapidem ſepulchri potuerat. Ruit inſuper & immēſa multitudo carbonum. Alia quoq; vela quæ vel parietib. vel oſtiis dependebant, ad primum flammæ flatum exuſta ſunt. Hæc vero palla non ſolum non vſta, verumetiam nec ſummo ten⁹ ab igne dedecorata eſt. Igitur expleto incendio, ingrediuntur populi cum eiulatu magno, & vſq; ad ſepulchrum antiſtitis properant, inter fletus & lachrymas noua gaudia percepturi: remouent deſuper tumulum ligna cum flammis, adprehenſumque tumuli velum, excuſſis prunis mirantur omnes inlæſum.

C

Melanii ſepulchrum non læditur incendio.

Cap. 56.

Victorius Cenomannorum epiſcopus, magnis ſe virtutibus ſæpius declarauit. Nam ferunt quadam vice, dum ciuitas ipſa cremaretur incēdio, & validis globis flammæ huc illucque impellente vento propellerentur, hic quaſi paſtor bonus non perferēs eccleſiaſticas caulas ab inſidiis Satanæ deuaſtari obuiam ſe turbini obtulit. Eleuataq; manu, facto ſigno crucis e contra, ilico omne ceſſauit incendium, liberataque ciuitas gratias paſtori retulit, eo quod non permiſerit res ſuas ab imminenti igne vaſtari, & ad huius ſepulchrum ſæpius infirmi ſanantur.

D

Victorius cruce extinguit incendium.

Cap. 57. Martini Sanctonici virtutes.

Martinus Sanctonicæ vrbis abbas, Martini vt ferunt, noſtri diſcipulus, apud vicum vrbis ipſius, in monaſterio quod ipſe poſt magiſtri dogmata ædificauit, in pace quieſcit, ad cuius tumulum quædam è pagenſibus manus contractas deferens, retulit ſanas. Alius qui exuſtis humoris febre neruis, poplitibus intortis greſſu caruerat, vt ad ſepulchrum ſanctum proſtratus eſt, nouum robur ſumens, ariditate ſublata, incolumis relatus eſt, multos ipſi deinceps ſeruiens annos. Huius ſepulchrum Palladius epiſcopus cum non valuiſſet cum multis, opitulante adiutorio confeſſoris cum quinque abbatibus mouit, compoſuitque quo voluit.

E

Cap. 58.

Suburbano quoque vrbis huius Bibianus antiſtes quieſcit: cuius virtutum moles, liber qui iam de eius vita ſcriptus tenetur, enarrat. nunc autem exoratus crebro languētibus tribuit ſoſpitatem. Vnde videtur vt de tantis miraculis vel vnū fari præſumam. Mulier enim cuius manus aruerant, vnguibusque iam ſauciatæ, contractis neruis, opus operandi perdiderant, ad beati ſepulchrum deuota proſternitur. Factaque oratione, manus redintegratas laxatis digitorum filis, ad agendas domino gratias meruit eleuare.

Cap. 59. Lux cœleſtis.

Troianus item pontifex ipſius Sanctonicæ ciuitatis ſancto Bibiano huic coniunctus cœlo, vicinus eſt tumulo. Magnæ enim virtutis fuiſſe dicitur hic ſacerdos. Quodam vero tempore, dum inter obſcura noctium tempora, loca ſancta quæ tunc in circuitu vrbis habebantur, vno tantum ſubdiacono comite circuiret, adparuit ei globus magnus luminis quaſi de cœlo deſcendens. Cognita autem vi Dei re, ait comiti, Ne ſequaris penitus, donec ego te vocem. at ille terræ deuolutus, ſpectabat haud procul, quidnam miraculi ageret Dei ſeruus. erat enim ager publicus, in quo conſtiterat. Adpropinquante vero lumine, cucurrit ſacerdos ad occurſum eius, & vſque ad terram ſe humilians, ait, Benedic quæſo mihi beate pontifex. Cui ille qui aduenerat ait, Tu mihi benedic ſacerdos Dei Troiane: & dato ſibi oſculo, facta oratione locuti ſunt diutiſſime ſimul. Subdiaconus vero attonitus, ſpectans vidit lumen quod adparuerat, eadem qua venerat via reuerti. vocans itaque ad ſe ſubdiaconum, ait, Accede nunc, vt expleamus cœptum iter ad viſitanda ſanctorum loca. Tremēs vero ſubdiaconus ait, Quæſo domine ne deſpicias humilitatem meam: ſed indica mihi quæ videris: animaduerti enim, neſcio quid fuiſſe diuinum. Cui ille, Dico tibi: ſed tu nemini dixeris. Nam ſcito quod in quacunque die hæc publicaueris, ab hoc mundo migrabis. Sanctum (inquit) Martinum Turonicum vidi, & ipſe locutus eſt mihi: caue ergo ne cui vulgare audeas arcana Dei. Igitur ſacerdos impleto vitæ huius curſu obiit. Subdiaconus vero plenus dierum ægre ferens quod virtus ſancti Troiani occuleretur, cōuocato epiſcopo cum clericis, ac quibuſdā ſenioribus, omnia quæ à ſancto audierat, & qualiter myſterium luminis viderat, quod manifeſtiſſime fidem Troiani Martinique gloriam patefecit, ex ordine reſerauit: nec quicquam ex his occuluit, adiiciens hæc. Et vt probetis vera eſſe quæ loquor, finito ſermone finem facio vitæ: & his dictis clauſis oculis obiit, non ſine admiratione adſtantium. Magnæ n. vt diximus, virtutis fuit B. Troianus antiſtes & honorabilis inter cunctos ciues vrbis ſuæ. Hic fertur dum eſſet in corpore, ſi nouum, vt adſolet, amphibolum induiſſet, cum quo proceſſurus diœceſim circumiret, fimbriæ huius veſtimenti à diuerſis diripiebantur, ſ. lubte omnis homo computans quicquid ab eo rapere potuiſſet. Qui ſepultus in terris cœlo ſe viuere multis virtutibus manifeſtat. Nam energumeni, frigoritici, cæterique infirmi, plerunque ad eius tumulum exorantes, accepta incolumitate recedunt.

F

Viſio & apparitio B. Martini

G

Frigoritici

Cap. 60.

Haud procul ab huius confeſſoris æde, erat oratorium paruulum, & in angulo vnde arcus oriebatur, erat magnus ſarcophagus, in quo ferebatur ſepultos fuiſſe duos, ſponſum ſcilicet & ſponſam, qui poſt baptiſmum in albis poſiti, à ſeculo diſceſſerant: hos etiam adfirmabat antiquitas fuiſſe ex genere ſancti Pictauenſis Hilarii. Hoc ergo ſepulchrum tali in loco ſitum, non modo penitus arcebat ingredientium, verumetiam qualiter paries qui ab ſtillicidio infuſus fuerat, emendaretur, quia eſſet contiguus, inhibebat. Qua de cauſa Palladius pontifex ciuitatis, qui ex genere quondā diuitis Palladii deſcenderat, remouere ipſum ſummo à loco nitebatur ſtudio, ita vt coniunctis amplius trecentis viris, cum funibus trahere & vectibus impellere conaretur. Poſitis iam lapidibus, ſuper quos hic ſarcophagus locaretur, denique impenduntur totæ vires trahētium, ſed non valent mutilare ſepulchrū. Poos cuncta ſudore perfunditur, ſed opus validū non impletur. Voces dantur hortantium atq; dicentium, Eia age, trahe funem: ſed nō mouetur omnino ſepulchrū. Quid plura? Laſſantur omnes in opere

H

Palladius.

& in-

A & intercedente nocte petunt cuncti dari quieti: ilicet vbi tranſactis nocturnis tenebris nouum inluxit mane, anxius cogitatione ſacerdos, rogat iterum procedere ſuos ad oratorium: ipſe anticipans cunctos, ingrediensque, inuenit ipſum ſuper ipſos quos compoſuerat lapides omni firmitate ſubſiſtere. Admiransque dominum glorificat, qui potenti virtute perfecit quod manus humana nequiuerat: horum tamen nomina nulli ſunt reuelata.

Sepultura immobilis.

Cap. 61. Nicetius quoque confeſſor in vrbe Lugdunenſi, vir totius ſanctitatis, conuerſationis caſtiſſimæ, charitatis eximiæ, vita perfunctus eſt. Cuius eleemoſynæ atque humilitas nec inueſtigari tantum, nec enarrari à nobis poſſunt: qui poſtquam beatum ſpiritum præmiſit ad cœlos, poſitus in feretro ad baſilicam in qua ſepultus eſt, ferebatur. Et ecce vnus puerulus diuturna cæcitate grauatus, cum reliquis plangens adminiculo ſuſtentante ſequebatur. Factum eſt autem cum gradiretur, perlata eſt vox in ore eius ſecretius, dicens, Adpropinquate feretro, & cum ſubter ingreſſus fueris, protinus recipies viſum. Ille vero interrogabat hominem qui eum trahebat, quis eſſet qui hæc verba auribus ſuis inferret. Negat ille quendam videre qui ei loquatur. B Cumque bis & tertio hæc vox aures illius verberaſſet, cognouit aliquid noui gerendum, & ſe ad feretrum poſtulat duci. Accedensque, & inter albentium diaconorum turbã perlapſus, quo iuſſus fuit, ingreditur. Deniq; vt nomen ſancti inuocare cœpit, illico reſeratis oculis lumẽ recepit. Poſt hæc puer erat aſſiduus in baſilica, ad ſepulchrum ſancti deſeruiens, & lumen accendens: ſed à quibuſdã ciuitatis maioribus opprimebatur atq; fatigabatur, vt nec victus alimoniam poſſet habere. Cumq; ſæpius hæc ad beatum imploraret ſepulchrum, adparuit ei ſanctus per viſum, dicens, Vade ad Gunthchramnum regem, & ei quid patiaris diligenter enarra. Ipſe enim tibi præbebit veſtitum & alimentum, eripietque te de manu inimicorum. Denique hac admonitione firmatus puer, ad regem accedens, quæ ſuggeſſit obtinuit. Sed & nunc ad ſepulchrum beati confeſſoris multa miracula Chriſto auſpice tribuuntur. Nam & miſerorum ibi cathenæ rumpuntur, cæci inluminantur, dæmones effugantur, ſanitati redduntur paralytici, perferentes acceſſus febrium, liberantur. In quo loco tam frequenter oC ſtenduntur miracula vt ex ordine ſcribi longum ſit. Tamen retulit mihi vir fidelis quatuor ibi cæcos ante paucos dies fuiſſe inluminatos, & quod hominem quem claudum olim nouerat, incolumem nuper aſpexit.

Cæcus illuminatur.

Confeſſoris Nicetii virtutes.

Cap. 62. Dum quadam vice ad occurſum ſupradicti pontificis ambulaſſem, & loca ſancta Lugdunenſis oppidi circuirem, vir ille qui nos præcedebat, ad cryptam beati Helii inuitat ad orationem, dicens, Quia magnus ſacerdos in hoc loco quieſcit. Cumque oratione facta ſancti tumulum admirarer, & tacitus de meritis eius aliquid interrogare cogitarem, aſpicio in oſtio eſſe ſcriptum, qualiter ſepulchri violator cadauer ſpoliarit exanime. Inquirens vero cauſam, ſi hæc vera eſſent quæ in oſtio picta cernebantur, vir mihi talia retulit: Sanctus Helius tempore Paganorum in hac vrbe fuit epiſcopus qui defunctus, ſepultus eſt à fidelibus. Nocte autem ſequenti veniens quidam paganus, lapidem qui ſarcophagum tegebat, reuoluit: erectumque contra ſe corpus ſancti conatur ſpoliare, at ille extenſis lacertis conſtrictum ad ſe hominem fortiter amplexatur, & vſq; mane populis expectantibus tanquam conſtipatum loris, ita miD ſerum brachiis detinebat. Igitur iudex loci, violatorem ſepulchri iubet abſtrahi, ac legali pœnæ ſententia condẽnari: ſed non laxabatur à ſancto. Tunc intelligens voluntatem defuncti, facta iudex de vitæ promiſſione laxatur, & ſic incolumis redditur. O vere ſanctam vlcionem pietate permixtam: retinuit hominem vt argueret, ſed tradi non permiſit ſupplicio, quem iam reddiderat emendatum.

S. Helius ſepulturæ violatorem comprehendit.

Cap. 63. Leonis autẽ Romani imperatoris filia, cum ab ſpiritu vexaretur immundo, & per loca ſancta duceretur, aſſidue clamabat nequam ſpiritus, Non hinc egredior, niſi archidiaconus Lugdunenſis adueniat, & niſi ipſe me de hoc vaſculo quod acquiſiui, eiiciat: nullatenus hinc ſum egreſſurus. Audiens hæc imperator, dirigit ſuos in Gallias. Quem illi repertum ſuppliciter exorant vt cum eis ad viſitandam puellam Romam dignaretur accedere. Ille vero

Dæmone imperatoris filia.

contradicens, & ſe indignum per quem Chriſtus miracula oſtenderet, eſſe vociferans; admonitus epiſcopi ſui cõſilio, cum eiſdem miſſis iter dirigit: & ad imperatorem veniens cum honore ſuſcipitur. Audiens autem de infirmitate puellæ, ſe ad baſilicam beati Petri apoſtoli confert: ibique continuato cum vigiliis & orationibus triduano ieiunio, quarta die per inuocationem Domini noſtri Ieſu Chriſti & crucis vexillum, immũdum ſpiritum à corpore puellæ depellit. Qua ſanata, tria ei centenaria auri imperator offert: ſed ille vir altioris ſpiritus, caducas diuitias pro nihilo reſpuit, dicens, Si me tuis muneribus locupletare deſideras, illud quod cunctæ proficiet ciuitati largire: tributum ſit, in tertio circa muros miliario populis cede: hoc vtriſque animabus ſalubre beneficium erit. Aurum vero tuum neceſſarium non habeo: pauperibus illud pro tua tuorumq; fœlicitate diſpenſa. Quod ille non abnuens, aurum pauperibus erogat, & tributum petitum ciuitati concedit. Vnde vſque hodie circa muros vrbis illius in tertio miliario tributa non redduntur in publico. Poſt diſceſſum vero beati archidiaconi, ait imperator ſuis, Si iſte inquit, Deum pluſquam pecuniam diligit, digne eccleſia illa cuius nobis miniſter obſequitur, noſtris muneribus inluſtratur. Tunc capſã ad ſancta euangelia recludenda, patenamque & calicem ex auro puro precioſiſque lapidibus præcepit fabricari. Quod miro perfectum opere, per hominem creditum dirigit eccleſiæ: ſed nuncius ille inter Alpes poſitus, qui hæc exhibebat, ad artificis cuiuſdam domum diuertit. Cumque ab eo artifex ſciſcitaretur quid negocii gereret, rem ſecretius ac ſimpliciter pandit: & ille, Si, inquit, meo conſilio conniuentiam præbueris, multa nobis hæc ratio poterit lucra deferre. Ad hæc ille diabolo inſtigante ſeductus, & vt fertur inter ruſticos ſermo vulgatus, quod inhianti auro ac circumuentionis fallacias inferenti, ſæpius animi coniunguntur, ſtatim huius conſilii effectus eſt conſentaneus. Tunc ille deceptor fecit ſimiles de argento ſpecies: vt nihil aliud quam aurum puriſſimum putaretur: & ſic opera quæ cum gemmis foliiſque aureis fuerant ſuperpoſita, ſtudioſiſſime cum clauis adfixit. Veruntamen calicem non comminuit, quia cataclyza in ipſo fuerant ſolidata. Denique portitor cum hac fraude Lugdunum aduenit: oblatiſque muneribus, G ab ipſo muneratur: regreſſuſque ad ſocium, aurum de ſpeciebus figuratum recipere flagitat: aurifex vero adhuc non eſſe totum paratum pronunciat: ſed ſub ipſa explicitarum ſe nocte pollicetur. Exacta igitur cœna, cum in cellula qua hæc operabantur, pariter reſederent concuſſa ſubito à terræmotu ſuper eos diruit, diſruptaq; terra ſub pedibus eorum, ipſos pariter cum pecunia deglutiuit, deſcenderuntq; viuentes ac vociferantes in tartarum. Vltuſq; eſt Deus velociter de fraude eccleſiæ ſuę. Ego vero has ſpecies in eccleſia Lugdunenſi ſæpiſſime vidi. Sit hoc populis documentum, vt nullus res eccleſiæ aut adpetere, aut fraudare nitatur. Nam aliter videbit Dei iudicium ſuper ſe velociter imminere.

Mercedes epiſcopi liberatio populi.

Fraudatores eccleſiæ puniuntur.

Cap. 64. Requieſcit ſub vrbano murorum vrbis ipſius mulier quæ dicitur collegiſſe calciamentum beati martyris Epipodii, quod de pede eius cecidit, cum ad martyrium duceretur. Ad cuius tumulum ſæpius frigoritici cæterique infirmi ſanantur, eraſum de tumulo ipſo puluerem hauriunt, incolumeſque diſcedunt.

Frigoritici.

Cap. 65. Duos in hac vrbe fuiſſe ferunt, virum ſcilicet & coniugem eius, ſenatoria ex gente pollentes, qui abſque liberis functi, hæredem eccleſiam dereliquerunt: ſed vir prius obH iens, in baſilica ſanctæ Marię ſepultus eſt. Mulier vero per annum integrum ad hoc templum degens, aſſidue orationi vacabat, celebrans quotidie miſſarum ſolennia: & offerens oblationem pro memoria viri, non diffiſa de domini miſericordia, quod haberet defunctus requiem: in die qua domino oblationem pro eius anima delibaſſet, ſemper ſextarium Gazeti vini præbuit in ſacrificium baſilicæ ſanctæ. Sed ſubdiaconus nequam reſeruans gulæ Gazetum, acetum vehementiſſimum offerebat in calice, muliere non ſemper ad communicandi gratiam accedente. Igitur cum fraudem hanc Deo placuit reuelare, adparuit vir mulieri, dicens, Heu heu dulciſſima coniunx, defluxit labor meus in ſeculo, vt nunc acetum in oblatione delibem. Cui illa, Verum

Subdiaconus communioni ſupponit acetum.

A inquit, quia charitatis tuæ non immemor, ſemper Gazetū potentiſſimum obtuli pro requie tua in ſacrario Dei mei. Expergefacta autem admirans viſionem, eandemque obliuioni non tradens, ad matutinum ſecundum conſuetudinem ſurrexit. Quibus expletis celebratiſque miſſis, accedit ad poculum ſalutare: quæ tam feruens acetum hauſit ex calice, vt putaret ſibi denteſ excuti; quæ nequiter fuerat defraudata: ſed nec hoc miraculum ſine operis boni merito geſtum puto.

Cap. 66. Memmius mortuum ſuſcitauit.

Catalaunenſis vero vrbis Proprius extat patronus Mēmius antiſtes, qui cum adhuc maneret in corpore mortali, mortuum dicitur ſuſcitaſſe. Ad cuius nunc ſepulchrum ſæpius confractas miſerorum cathenas atque compedes vidimus: ſed & nos propter virtutem eius experti ſumus. Quodam enim tempore, dum in vrbe illa cōmoraremur, puer vnus ex noſtris à febre corripitur, fatigatur vomitu, ac cibum potumque ſimul exhorret. Nobis vero magna conſumptio generatur, quod illud huius pueri infirmitas itineri noſtro moras innecteret. Nec mora, baſilicā ſancti adeo, ſepulchro proſternor pro puero, effuſis lachrymis deprecor vt qui laborantibus vinctis diſruptis compedib. reſpectu pietatis plerunque conſolationem exhibuit, huic febricitanti medelæ refrigeria miniſtraret. Mirum dictu, in ipſa nocte à ſancti virtute viſitatus infirmus, mane facto incolumiſ ſurrexit à lectulo.

B
Cap. 67.

Lupum antiſtitem apud Tricaſſinorum Campaniæ vrbem ſepultum, nulli habetur incognitum: ad cuius baſilicam Maurus cuiuſdam ſeruus, negligentia admiſſa confugit. frendens vero dominus eius de veſtigio proſecutus, ingreſſus baſilicam, nec oratione proſtratus, blaſphemias in ſanctum euomere cœpit, ac dicere, En tu Lupe ſeruū meū auferes & propter te non licebit mihi in eum vltionem debitam exercere? & iniecta manu ſeruum trahere cœpit, dicens, Non mittet hodie hic Lupus manum ſuam de ſepulchro, vt eruat te de manibus meis. Hæc dicente miſero, exemplo linguâ quæ in ſanctum blaſphemias effudit, diuinitus obligatur atque mutatus homo, debacchare cœpit per totam ędem, dans mugitum vt pecus ſermonem vt homo non proferens. Cumque hæc ſuis nunciata fuiſſent, adprehenſum duxerunt ad domum ſuam. Vxor vero eius multa munera in baſilicam poſuit: ſed hic tertia die cum graui cruciatu vitam finiuit. Quo defuncto, mulier quæ dederat recepit: ſeruus tamen permanſit ingenuus.

Blaſphemus luit pœnas.

C
Cap. 68.

Huic antiſtiti famulabatur Auentinus quidam religioſus, ad quem poſt huius obitum captiui fecere confugium, quorum domino Auentinus precium obtulit: ſed ille obligans ſe ſacramento ait, Nunquam hæc niſi in pago meo ſum accepturus. Deditque dexteram ſuam quod ſi illuc pecuniam tranſmitteret, iſte cōfeſtim captiuos à vinculo ſeruitutis abſolueret. Tranſmiſſo itaque precio oblitus dominus fidei ſuæ dum captiuos abſoluere diſſimulat, ipſe ligatur. Nam ſtatim ſummitas digiti de manu quæ fidem fecerat, dolere grauiter cœpit. Deinde paulatim dolor adereſcens, per manum brachiumque totum extenditur, quid plura? Truncatum ad ipſam iuncturam cubiti brachium cum cecidit, & hic ſpiritum exhalauit. Vxor vero eius poſt hæc voluit eos iterum ad ſeruitium reuocare, ſed capitis dolore percuſſa, virum ſecuta eſt, & ſic hi in ingenuitate perpetua abſque vllius ſcripturæ munitione manſerunt.

Periurus plectitur.

Cap. 69. Baptiſmo aqua diuinitus exoritur Lauacro Marcellini.

Habet & Ebredunenſis vrbs patronū proprium, Marcellinum antiſtitem, per quem dum adhuc in corpore moraretur, multa Chriſtus miracula operatus eſt. Hic enim feciſſe dicitur lauacrum ad baptizandum, in quo natale domini & dominicæ cœnæ aqua dicitur diuinitus exoriri. De quo etiam ad aliud lauacrum, in quo conſuetudo priſca baptizari inſtituit, aqua defertur. Non tamen cumulatur, vt de illis fontibus Hiſpaniæ ſupra retulimus. Ad cuius ergo ſancti ſepulchrum lychnus aſſidue lumen præbet: ſed accenſus ſemel multis noctibus ſine vllo additamento perdurat, & plerunque contingit vt extinctus à vento, diuinitus iterum accendatur. Ex eo quo oleo plerunque infirmi medicamenta ſuſcipiunt.

D

Cap. 70.

Fuit autem & Marcellus Deenſis vrbis epiſcopus magnificæ ſanctitatis, ad cuius nihilominus tumulum lychnus accenſus diuturno ſpacio lucere ſolet: præſtat ex eo oleo virtus domini medicinam infirmis.

E
Cap. 71.

Aquenſibus igitur ceſt conceſſus inclytus athleta Metrias, vir in corpore iuxta hiſtoriam actionis magnificæ ſanctitatis: & licet ditione ſeruus, liber tamen iuſtitia: qui vt ferunt legentes certaminis eius textum, peracto curſu boni operis à ſeculo victor abſceſſit, ſæpius ſe in cælis degere virtutibus manifeſtis oſtendens. Tempore igitur quodam cum Franco epiſcopus huius municipii eccleſiam gubernaret, Childericus qui tunc primus apud Sygibertum regem habebatur, villam eius competit, dicens, quia iniuſte ab Aquenſi eccleſia retineretur, & dicto citius conuenitur epiſcopus. Datiſque fideiuſſoribus in præſentia regis adſiſtit, clamans & obſecrans, vt rex ad huius cauſæ audientiam pręſentiam ſuam auerteret, ne cæleſti iudicio condemnetur, addens, Scio enim virtutem Metriæ viri beati, quod velociter in peruaſorem ſuum irrogat vltionem. Denique coniuncti adiutores cauſam diſcutiunt. Inſurgit Childericus, atque improperans criminibus exaceruatum epiſcopum, quod res fiſci ditionibus debitas iniquo ordine retineret, extrahi eum vi à iudicio iubet, & tantum ablata per iudicium præſenoium villa, trecentis aureis condemnatur. Fauebant ei omnes, nec quiſquam contra voluntatē eius audebat decernere, niſi quod eidem libuiſſet. Denique condemnatus ſpoliatuſque ſacerdos, ad vrbem redit, atque proſtratus in orationem coram ſepulchro ſancti, dicto pſalmi capitello ait, Non hic accendetur lumen, neq; pſalmorū modulatio canetur glorioſiſſime ſancte, niſi prius vlciſcaris ſeruos tuos de inimicis ſuis, reſque tibi violenter ablatas eccleſiæ ſanctæ reſtituas. Sic cum lachrymis effatus, ſentes cum acutis aculeis ſuper tumulum proiecit. Egreſſuſque clauſis oſtiis ſimiliter in ingreſſu alias conlocauit. Nec mora, corripitur peruaſor à febre, decumbit lectulo, exhorret cibum, faſtidit & potum, profert æſtuans iuge ſuſpirium. Cui etiam ſi ab ardore febris interdum ſitis accederet, aquā tantum, nihil aliud hauriebat. Quid plura? in hac ægrotatione integrum ducit annum: ſed mens praua nō flectitur. Interea labitur cæſaries cuncta cum barba, & ita omne caput remanſit nudum, vt putares eum olim ſepultum nuper eiectū fuiſſe poſt funera de ſepulchro. His & talibus miſer afflictus malis, ſero recogitat dicens, Peccaui, eo quod expoliauerim eccleſiam Dei, atque epiſcopo ſancto intulerim iniuriam. Nunc autem ite quantocius, & reddita villa ſexcentos aureos ſuper tumulum ſancti deponite. Eſt enim mihi ſpes, quod res reddita tribuat ægrotanti medelam. Quod audientes homines, eius accepta pecunia fecerunt ſicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrū, ſolidoſque ſuper ſepulchrum ſerui Dei poſuerunt. ſed cum hoc feciſſent, ſtatim ille in loco quo erat, ſpiritum exhalauit: lucratuſque eſt detrimentum animę per adeptionem acquiſitionis iniquæ. Epiſcopus autem obtinuit vltionem de inimico eccleſię, quam promiſerat futuram per athletę Dei virtutē.

F

Peruaſor febre corripitur.

G

Cap. 72.

Aruarius vero Traiectenſis epiſcopus tempore Chunorum, cum ad irrumpendas prorumperent Gallias, fuiſſe memoratur: qui & ſepultus refertur iuxta ipſum pontem aggeris publici: circa cuius ſepulchrum quamuis nix deſtilauiſſet, nunquam tamen marmor quod ſuper erat poſitum humectabat, & cum loca illa nimii frigoris gelu ligentur & nix vſque in trium & quatuor pedum craſſitudinem terram operiat tumulum vllatenus non adtingit. Datur enim intelligi verum Iſraelitam hunc eſſe. Nā illis inter muros aquarum aquæ non ſunt perniciei, ſed ſaluti. Et circa huius iuſti tumulum nix decidens, non humoris cauſa eſt, ſed honoris. Videaſque in circuitu montes niueos eleuari, nec tamen adtingere terminum monumenti. & non miramur ſi terra operiatur niue, ſed admiramur quod adtingere auſa non eſt locum beati ſepulchri. Nam plerunq; deuotio ſtudiumque fidelium oratorium conſtruebant de tabulis ligneis leuigatiſque: ſed protinus aut rapiebantur à vento, aut ſponte ruebant. Et credo idcirco iſta fieri, donec veniret qui dignam ędificaret fabricam in honorē antiſtitis glorioſi. Procedente vero tempore adueniens in hanc vrbem Monulfus epiſcopus, templum magnum in eius honorem conſtruxit, compoſuit, ornauitq;: in quod multo ſtudio & veneratione tranſlatū corp⁹, magnis nunc virtutib⁹ pollet.

H
Aruarii tumulum nix nō adtingit.

Cap. 73.

Cœmiterium apud Auguſtudunenſem vrbem Gallica

lingua

A *Pſallentiũ angelorum chorus in eccleſia.*

lingua vocitauit, eo quod ibi fuerint multorum hominum cadauera funerata: inter quæ quod ſint quorundam fideliũ dignarumque Deo animarum ſepulchra, frequens occulti pſalentium myſterium docet, cum plerunq; multis adpareat, in ipſo vocum præconio, reddentes omnipotenti Deo gratiarum debitam actionem. Nam audiui quod duo ex incolis loci, dum loca ſancta orandi gratia circumire diſponerent, audiunt in baſilica ſancti Stephani quæ huic coniungitur cœmiterio, pſallentium ſonum. Admirantesque dulcedinem moduli, adpropinquant ad oſtium templi, autumantes à quibuſdam religioſis vigilias celebrari: ingredientes autem & orationi diutiſſime incumbentes, conſurgunt, pſallentium chorum conſpiciunt nihilque lucere per templũ, niſi propria claritate cuncta proſpiciunt ſplendere: de perſonis vero nullam prorſus agnoſcunt. Denique cum eſſent attoniti & ſtupore perculſi, vnus de pſallentibus accedit ad eos, dicens, Execrabilem rem feciſtis, vt nobis arcana orationum Deo reddẽtibus adeſſe præſumeretis: diſcedite ergo & ad domos veſtras abſcedite, alioquin ab hoc mundo migrabitis. Ex quibus vnus diſcedens abiit, alter vero qui in loco remanſit, poſt nõ multos dies à ſeculo cõmigrauit.

B *Cap. 74.* In hoc cœmiterio vidi beati Caſſiani ſacerdotis magni ſepulchrum à multis infirmis eraſum, quod pene transforatum eo tempore putabatur. Abluuntur enim ex hoc puluere ægroti: ſed protinus virtutis magnitudinem ſentiunt. Ibi & Simplicius ipſius, vt aiunt, vrbis epiſcopus eſt ſepultus, cui crimen adulterii ſæua populorum obiecit inſania.

Cap. 75. Rutici coniugalis caſtitas. Sed quia de his aliquid proloqui iuuat, prius de ſancto Riocio, qui prior obiit, ſermo habendus eſt. Fuit autem nobiliſſimis parentibus & literarum acumine clarus, qui tranſacta adoleſcẽtia vxorem ſimili morum honeſtate præclaram ſortitus eſt. Cum qua ſpiritalis dilectionis cohibẽtia, non luxuria copulatur. Concurrunt eleemoſynæ, vigiliæ celebrantur, & opus Dei per eos inceſſabiliter exercetur. Igitur longa poſt tempora mulier declinans caput ad lectulum, beati viri auribus extrema profert verba, dicens, Deprecor piiſſime frater, vt poſt diſceſſum meum percurſo æui tempore, in illo quo ego conlocor ſepulchro, ponaris, vt quos vnius caſtitatis dilectio vno conſeruauit in toro, vnius teneat ſepulchri conſortium. Hæc effata lachrymans ſpiritum emiſit ad cœlos. At Ruticius epiſcopatum Auguſtidunenſis vrbis populo eligente ſortitur: qui talem ſe præbuit in religione, vt morum bonitas pontificatus gratiæ æquaretur, & ad diem obitus per diuerſos gratiarum ſpiritalium gradus plena perfectione conſummationeque

C veniret: quo abluto & ſuper feretrum poſito, mouere ipſum non queunt officia famulantium. Tunc in ſtupore mentis defixi, audiunt à quodam ſene, virum dominam cõiuraſſe, vt eos vnius ſepulchri amplitudo ſuſciperet: ſermone vero percuſſo, confeſtim ſuſtollitur feretrum, adlatoque eo prope ſepulchrum, reſumit ſacerdos ſpiritum. Adloquitur ſociam, dicens, Recordare dulciſſima coniux, quæ à me fueras deprecata, Nunc ſuſcipe expectatum diu fratrem, & coniungere artubus impollutis, quos non luxuria polluit, ſed caſtitas vera mundauit. Hæc eo dicente, mirum in modum commotum ſepulchrum vno in loco oſſa virginis conglobantur. Beatus vero ſacerdos receptus in pacis ſomno, huius ſepulchri tectus eſt operto no. Huic Caſſianus, cuius ſupra meminimus, ſucceſſit. Poſt hunc Egemonius cathedram pontificatus adſumpſit.

Cap. 76. D Quo decedente, beatus Simplicius eccleſiæ ipſi præponitur, fuit autẽ de ſtirpe nobili, valde diues in opibus ſeculi, nobiliſſimę coniugi ſociatus: his fuit caſtiſſima obtegente ſeculo vita, ſoli Deo cognita, mortalibus tamen ignota. Erant n. ambo iuſti & in eleemoſynarum ſemina ac vigiliarum tolerantiam promptiſſimi. Interea propter illa vt diximus, ſeculi dignitatem, Simplicius decedente Egemonio, à populis eligitur: ſed a Deo pro caſtitatis & ſanctitatis gloria deſtinatur. Accepto quoque pontificatus ordine, beata ſoror quæ prius fuerat, non libidine, ſed caſtitate viro coniũcta, nõ paſſa eſt à ſtratu pontificis ſubmoueri, ſed in illa puritatis caſtitate qua prius viri caſtiſſimi thorũ adibat, ſecura de conſcientia mentis ſanctæ, ſciens ſe vri non poſſe ab incentiui ignis ardore: ſed ſæua dæmonis inuidia contra ſanctos Dei probroſa excitat bella, & quæ inſtinctu ſuo deſtruere non potuit, nititur verbis ſubdolis infamare. Quid E plura? In illo dominici natalis die, commouentur ciues in ſcandalum, & ad beatam virginem rapido curſu concurrũt dicentes, Incredibile eſt mulierem viro iunctam pollui nõ poſſe: ſed nec vir poterit artubus mulieris iunctus, à coitu abſtinere. Sic etiam Salomonis prouerbia proferunt. *Nemo* (ait) *tangens picem, mundus poterit eſſe* neque enim in ſinu ignẽ quis geſtiens non cremabitur. Ergo videmus vos vno in thoro recumbere, & ſuſpicari aliud non poſſumus niſi miſceamini ſimul. His commota virgo ſanctiſſima, adgreditur pontificem ſimili caſtitate pollentem, replicatiſque coram omni populo ſermonibus quos audierat, arculam puella tũc plenam, vt adſolet, pro iniuria hiemis cum carbonibus retinebat. Vocat puellam, expanſoque pallio, prunas ardẽtes ſuſcepit, & fere horæ vnius ſpacio tenens, ſacerdotem euocat, dicens, Accipe mecum tepentem ſolito ignem, nequaquam tuis velaminibus nociturum, vt oſtendant in nobis hæ flammæ extinctas flammas eſſe luxuriæ. Suſcipiente vero pontifice, nihil nocitum eſt velamen eius ab igne. Hoc miraculo populus qui erat tunc incredulus, credidit Deo. & inter ſeptem dies amplius quam mille homines ſacri innouatione lauacri ſunt renati. Quos ſuſcipiens eccleſia, gaudens cæleſti regno per hos milites copulauit. *Probatur igne coniugalis caſtitas.*

F Ferunt etiam in hac vrbe ſimulachrum fuiſſe Berecynthiæ ſicut ſancti martyris Symphoriani paſſionis declarat hiſtoria. Hanc cum in carpento pro ſaluatione agrorum ac vinearum ſuarum miſero gentilitatis more deferrent, adfuit ſupradictus Simplicius epiſcopus haud procul aſpiciens cantantes atque pſallentes ante hoc ſimulachrum: gemitumque pro ſtultitia plebis ad Deum emittens, ait, Illumina quæſo domine oculos huius populi, vt cognoſcat quia ſimulachrum Berecynthię nihil eſt: & facto ſigno crucis contra protinus ſimulachrum in terram ruit: ac defixa ſolo animalia quæ plauſtrum quo hoc vehebatur, trahebãt, moueri non poterant. Stupet vulgus innumerum, & deam læſam omnis caterua conclamat: immolantur victimæ, animalia verberantur: ſed moueri nõ poſſunt. Tunc quadringenti de illa ſtulta multitudine, viri coniuncti ſimul aiunt ad inuicem, Si virtus eſt vlla deitatis, erigatur ſponte, iubeatque boues qui telluri ſunt ſtabiliti, procedere. Certe ſi moueri nequit, manifeſtum eſt nihil eſſe diuinitatis in ea. Tunc accedentes & immolantes vnum de pecoribus cum viderent deam ſuam nullatenus poſſe moueri, relicto gentilitatis errore, inquiſitoque antiſtite loci, conuerſi ad vnitatem eccleſiæ, cognoſcentes veri Dei magnitudinem, ſancto ſunt baptiſmate conſecrati. *Cap. 77.* *Crucis ſigno Symphorianus idola euertit.* G

Cap. 78. Sed quoniam ſuperiore capitello expoſuimus qualiter caſtitas diligentes Deum ornauerit, venit in memoriam quę Felicem Namneticum referentem, dũ de his confabularemur, audiui, Aiebat eum fuiſſe aunſtitem in ciuitate ſua cum coniuge: ſed cum ad honorem ſacerdotii acceſſiſſet, lectulum iuxta ordinem inſtitutionis catholicæ ſequeſtrauit: quod mulier valde moleſtum tulit. Cumque diebus ſingulis cum eo ageret, vt in vno ſtratu quieſceret, nec adquieſceret pontifex, rem tam improbam quã canonum decreta non admittebant, quadam die accenſa furore ait intra ſe, Non puto eſſe abſq; aliqua conſcientia viri mei, quod ab amplexu eius taliter ſum repulſa: ſed ibo & videbo, ne forte alia mulier cum eo decũbat pro cuius me amore deſpicit. Et ſtatim adfuit in cubiculo epiſcopi, inuenitque eum poſt meridiem dormientem: accedenſque ante lectulum eius, vidit agnum immenſæ claritatis ſuper pectus eius quieſcentem, Tunc timore perterrita, velociter ſe à lectulo ſancti remouit: nec adrecit vltra quærere quid vir Deo plenus ageret in occultis ſed cognouit manifeſtiſſime illud cum ſeruis Dei impleri, quod ipſe dominus ſuis fidelibus eſt polliceri dignatus, dicens, *Ecce enim vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* H

Remigius vero Rhemenſis vrbis epiſcopus, qui vt ferunt, ſeptuaginta, aut eo amplius in epiſcopatu annos expleuit, & oratione ſua defunctæ cadauer puellæ obtinuit ſuſcitare, pleruoq; infirmis ſanitatum gratiam porrigit, & in peruaſores ſæpiſſime vltor exiſtit. Erat autem haud procul à baſilica campus tellure fœcundus (tales enim incolæ ol- *Cap. 79. Remigius puellã ſuſcitauit.*

A

cas vocant) & hic datus baſilicæ ſanctæ fuerat: quem vnus ex ciuibus peruadit, deſpiciens hominem qui eum loco ſancto contulerat. Qui cum ab epiſcopo ac loci abbate crebro conuentus fuiſſet, vt quem iniuſte peruaſerat, redderet, parui pendens verba quæ audiebat, pertinaci direpta defenſabat intẽtione. Denique cauſa extitit, & non deuotio, vt Rhemenſem vrbem adiret. Properat ad ſancti baſilicam. Arguitur iterum ab abbate pro inuaſione campi: ſed nihil dignum ratione reſpondet. Explicitiſq; negotiis aſcenſo equo, ad domum redire diſponit: ſed obſtat niſui eius ſacerdotis iniuria. Nam ſauciatus à ſanguine, diruit in terram: obligatur lingua quæ locuta fuerat campi tulli, clauduntur oculi qui concupierant: manus contrahuntur quæ adprehenderant. Tunc balbutiens, & vix ſermonem explicare potens, ait, Deferte me ad baſilicam ſancti, & quantumcunq; ſuper me auri eſt, ad ſepulchrũ eius proiicite, peccaui enim auferendo res eius. Aſpiciens autem dator campi hunc cum muneribus venientem, ait, Ne accipias quæſo, ſancte Dei, munera eius quæ nunquã

B

accipere conſueuiſti: ne ſis deprecor adiutor eius qui inflammante concupiſcentia, rerum tuarum nequam poſſeſſor extitit. Nec diſtulit ſanctus audire vocem pauperis ſui. Nam homo ille, licet dediſſet munera, rediens tamen domum, emiſit ſpiritum, recepitque eccleſia res ſuas. Sed nec illud ſileri placuit, quod illo geſtum eſt tempore cum lues inguinaria populum primæ Germaniæ deuaſtaret. Cum

Lues inguinaria.

autem omnes terrerentur huius cladis auditu, concurrit Rhemenſium populus ad ſancti ſepulchrum, congruum huius cauſæ flagitare remedium. Accenſis cereis lychniſque non paucis, hymnis pſalmiſque cæleſtibus per totam excubat noctem. Mane autem facto quid adhuc precatui deſit in tractatu, rimatur, reperiunt: etenim reuelante Deo qualiter oratione præmiſſa adhuc maiori propugnaculo vrbis propugnacula munirentur. Adſumpta igitur palla de beati ſepulchro componunt in modum feretri. Accenſiſque ſuper cruces cereis, atque ceroferariis dant voces in canticis, circumeunt vrbem cum vicis. Nec prætereunt vllum hoſpitium, quod non hac circuitione concludant. Quid plura? non poſt multos dies fines huius ciuitatis lues adgreditur memorata. Veruntamen vſque ad eum locum

C

accedens, quo beati pignus acceſſit, ac ſi conſtitutum cerneret terminum, intro ingredi non modo non eſt auſa, ſed etiam quæ in principio peruaſerat, huius virtutis repulſu reliquit.

Cap. 20.

Biturigа vero vrbs primum à S. Vrſino, qui à diſcipulis apoſtolorum epiſcopus ordinatus in Gallias deſtinatus eſt, verbum ſalutis accepit, atq; eccleſiam Biturigenſem primum inſtituit rexitq;, qui migrans à ſæculo in campo inter reliqua ſepulchra populorũ ſepulturæ locatus eſt. Non enim adhuc populus ille intelligebat ſacerdotes domini venerari, eiuſq; reuerentiam debitam exhibere. Vnde factum eſt vt increſcente terra, plantata deſuper vinea omnẽ memoriam de primo vrbis ſacerdote conuelleret. Et vſque ad tempus illud, quo Probianus epiſcopus vrbis eius eſt ſubrogatus, nullus de eo ſermo haberetur. Fuit autem quidam Auguſtus nomine de domu Deſiderati quondã epiſcopi: cuius manus ac pedes ita contracti erant, vt non aliter niſi de geniculis atq; cubitis ſuſtẽtaretur, ſi aliquo proceſſurus vellet incedere. Is inſpirante Deo de eleemoſynis

Deuotio infirmi cauſa ſanitatis

deuotorum apud Brias vicum in honore S. ac beatiſſimi Martini antiſtitis oratorium ædificauit: cuius cum in ipſum reliquias detuliſſet, ſtatim directis membris ſanus effectus

D

eſt. Deinde collectis ſecum paucis monachis, ſub regula monaſterii degens, ſemper orationi vacabat. Vnde factum eſt vt in ſequenti acceriſitus ab epiſcopo, abbas ordinaretur in baſilica S. Symphoriani, quam memoratus pontifex fabricauerat ante conſpectum muri Biturigi. Nec tamen monachos quos prius congregauerat, relinquens, ſed inſtituens eis præpoſitum, ipſe vtraſq; cellulas gubernabat. Denique cum apud hanc baſilicam moraretur, adparuit ei S. Vrſinus per viſum noctis, dicens, Defoſſa humo inquit corpuſculum meum. Ego enim ſum Vrſinus huius vrbis pri-

Apparitio Vrſini.

mus Epiſcopus, qui ait, Quo ibo, aut vbi quæram ſepulchrum tuum, cum ignorem locum vbi ſis poſitus? At ille adprehendens eius manum, duxit ad locum, & ait, Sub harum vitium radicibus corpus meum habemus. Expergefactus abbas, narrauit hæc ſacerdoti ſuo: ſed ille parui pendẽs

E

quæ à presbytero dicebantur, nullum inquirendi ſtudium poſuit. Interea B. Germanus Pariſiacæ vrbis epiſcopus adfuit, ſuſceptuſq; ab Epiſcopo, poſt cœnam domus eccleſiaſticæ. cum ſe ſopori dediſſet, adparuit vtriq; per viſum epiſcopo ſimul ſe & abbati: duxitque eos ad locum ſepulchri, deprecans vt auferrent eum à loco illo: expergefacti ſimul ad vigilias conueniũt, in ipſam S. Symphoriani baſilicam. Expliciti ſque officiis matutinis, refert epiſcopus abbati quę viderat, confeſſuſq; eſt & ipſe vidiſſe ſimiliter. Igitur in ſequenti nocte accedentes illuc cum vno tantum clerico qui cereum ferret, venerunt ad indicatum locum: cumq; fodientes vſque in profundum, ſepulchrum reperiunt: quo detecto amotoq; opertorio, viderunt ſanctum corpus tanquã dormientis hominis nulla putredine reſolutum: quod admirantes, & iterum componentes indicarunt epiſcopo, data die quę viderant. Tunc illi conuocatis abbatibus, & clero, cum honore atq; pſallentio leuauerunt beatum ſepul-

Vrſini corporis leuatio

F

chrum: & quia vectes illi quibus ferebatur, valde longi erant, cum veniſſent ad porticum, non poterant deflecti in ingreſſu eius, vt ad oſtium ædis ſine labore accederent, tunc beatus Germanus eleuata voce, ait, Sancte Dei ſacerdos, ſi voluntas tua eſt in hanc baſilicam ingredi, ſentiamus leuamen adiutorii tui: & ſtatim amiſſo pondere ita in ſumma leuitate factus eſt ſarcophagus, vt relictis vectibus pauci manibus ferrent, quem vſque ad locum illum multi detulerãt & ſic celebratis miſſis gaudente populo iuxta altare ſepelitur, multis ſe deinceps virtutibus manifeſtans.

Cap. 21.

Fuit autem in ipſo termino Marianus quidam heremita, cui non erat alter cibus niſi poma agreſtia? & ſi ei aliquoties à quibuſdam mel delatum fuiſſet, aut ſi ipſe reperire potuiſſet in ſiluis, hoc ei erat cibus: qui cum plerumque viſitaretur à plurimis, quodam tempore à quærentibus non poterat inueniri: inueſtigantes denique eum viri qui venerant, deprehenſo veſtigio inuenerunt locum in quo ſtero genu aquam hauſit à fluuio: & exinde progreſſi reperiunt eum ſub vna arbore malo iacentem mortuum: vnde celebre ferebatur in populo, eum eliſum ex arbore ſpiritum exhalaſſe: ſed euidẽter non eſt cognitum, quoniam à nullo refertur viſum: tunc viri qui aduenerant, eleuantes, adtule-

G

tunt ad vicum Euanenſem: quem ablutum, digniſq; indutum veſtibus ſepelierunt in eccleſia. Feſta obitus eius per ſingulos celebrantes annos atq; cõuenientes populi crebro ab infirmitatibus ſanabantur. Quidam autem de vicinis annonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, facto igne ſuper vimina contexta torrere parat ad pocula facienda. Accedens autem vnus vicinorum eius ait, Quid tu ô homo hoc detineris in opere? An ignoras quod ſolennitas eſt beati Mariani? qui cum furore reſpondit, Putaſne ô tu qui hæc loqueris, quod homo eliſus ex arbore propter compendia gulæ, angelorum ſit relatus conſortio, vt ſanctus debeat adorari? Melius eſt enim opus neceſſarium in domo exercere, quam talem ſanctum excolere, quod ille audiens, diſceſſit, & cum reliquis ad baſilicam ſancti abiit, relicto domi vicino in opere laborante. Nec mora, flante vento adprehenditur domus, incendio exuritur omnis, nec quicquam de ſubſtantia reſtat hominis. Exinde eleuati globi flammarum ſuper hoſpitiola aliorum quæ circumlocata erant, huius hominis aream ſepes, tuguriola vel porcorum vel animalium, reliquaq; quæ ad eum pertinebant, flamma peruſſit. Nec quicquam remanſit huic miſero, quod non

H

fuiſſet igni ſuccenſum: quod ſi eueniſſe quis fortuitu putat, admiretur quod nulli vicinorum circummanentium nocuit. Quid nunc agis ô cruda ruſticitas, quæ ſemper in Deum & eius amicos murmuras, vt tibi exinde damnum adquiras? Alterius igitur hominis malitia furis boues abſtulerat, qui adprehenſo veſtigio, & inter infuſos aqua viarum tramites ad profundas luti voragines perdito, ad ſancti recurrit ſepulchrum, fuſaq; oratione dum de baſilica fuiſſet egreſſus, aduertit hominem per aggerem publicum venientem, qui boues illos ante ſe cum caballo ex itinere laſſum proſequens adducebat. Turbatus enim fuerat à via, & quaſi amens factus in illam partem de qua egreſſus fuerat, mente turbata redibat, Cognouitq; vir ille boues, quos

Boues reperiuntur.

perdi-

A perdiderat, hoc recipiens, hominem abſque calumnia redire permiſit, quia cognouit nec ſibi per virtutẽ ſancti Mariani præſtitum, cum in illa hora reperit perditum, quia eius diuit plenus fide ſepulchrum: quæ poſtquam geſta ſunt, diligentiore cura confeſſorem Dei plebs cœpit excolere Biturigа.

Cap. 82. Euſychius gulæ ſanat tumores.

Fuit in hoc territorio & Euſychius multarum vir virtutum, qui tanquam eremita inter ſpinarum condenſitatem, ab hominum ſe familiaritate remouerat, qui aurum vel diuitias mundi huius tanquã ſtercora exhorrebat. Ad hunc cum diuerſi propter diuerſas infirmitates venirẽt, plerunq; et infantes quibus fauces intumuerant, deferebant: quos ille tactu blandiſſimo pertractans, aiebat, quaſi ſpiritali ioco delectans. Merito (inquit) hæc gula doloribus quatitur, quæ inglutire non ſinit: ſed in trinitatis nomine ſignum crucis imponens, infirmas fauces à doloribus & tumoribus liberabat. Quartanariis vero tam præſens beneficium erat, vt aquã tantum benedictã ad bibendum tribuens, continuo eos redderet ſanitati. Habebant clerici eius duo vaſa apum: cumque vnus ex vicinis eius quartani typi vexaretur ardore, ad eum veniens, ſolitam ab eodem accipiens medicinam, ſanus eſt redditus: & rediens domum cupiens vaſa illa eminus cernit in arbore, inflammante protinus cupiditate, quæ radix omnium malorum eſſe deſcribitur, cogitat ea furtum auferre. Inuentoque ſimili ſibi ſatellite, nocte arborem illam petit. Cumque in eam aſcendiſſet, vt ſocio porrigens vaſa deponeret, ecce ab alia parte ſenex aduenit: quo viſo ille qui ad terram erat, fugam petiit, nec ſocio quid caueret expoſuit. Senex vero ſub arbore ſtetit: & vas vnum quod fur porrexit mutuo accepit: cumque & alterum vellet auferre ait ſacerdos, ſufficiat nunc tibi illud. Alterum vero et qui ipſum laborauit relinque: qua ille voce perterritus, ſe deorſum iactat. At ille adprehẽſum eum ad cellulam deducens ait, Cur (inquit) fili, diabolo præcedente ſequeris? Nonne heſterna die ad me veniens, benedictionẽ Domini accepiſti? (inquit) ex melle delectabaris, à me petiſſes. & ego ſine vllo improperio, & tuo impedimẽto, vt tibi fuerat copia, tribuiſſem. Tunc & aliis multis verbis arguens eum, fauum ei mellis largitus eſt: & inlæſum abire permiſit, dicens, Caue ne vltra repetas: quia furtum,

Furtum, Satanæ pecunia eſt

Satanæ pecunia eſt. Ad hunc ergo ſenem Childebertus in Hiſpaniam abiens venit cumque ei quinquaginta aureos

C obtuliſſet, ait ſenex, Quid mihi iſte profers? illis qui ea pauperibus largiantur attribue: mihi autem hæc neceſſaria nõ ſunt. Sufficit mihi vt pro meis peccatis dominum merear deprecari: & adiecit, Vade & victoriã obtinebis, & quod volueris ages. Tunc rex aurum pauperibus erogans, vouit ſi eum Dominus cum ſua gratia de itinere illo reduceret, in honore Dei baſilicam in eo loco ædificaret, in qua ſenis membra quieſcerent: quod poſtea adimpleuit.

Cap. 83. Maximus Regenſis Epiſcopus atque confeſſor, ſæpius ſe incolis in multis virtutibus manifeſtat. Ad eius ſepulchrũ non ſolum cæci inluminantur, ſed etiam & alia morborum genera eius virtutibus depelluntur: nuper autem quę geſta cognoui referam. Puerulus erat quaſi annorum trium adhuc ad matris depẽdes vbera: hic à febre correptus, dum genitricis manibus baiulatur, taliter eſt adflictus, vt nec papillam nec alium cibum ſumere poſſet: interea dum per triduum grauiter agens, amatorum baiularetur in vlnis, ait quidam ex famulis, Vtinam ad ſepulchrum beati Maximi hic paruulus deferretur. Confidimus enim de eius meritis, quod poſſit eum ſanitati priſtinæ reſtaurare: qui dum deferetur inter amatorum manus, ſpiritum anhe-

D lus emiſit: quod cernentes parentes eius, flentes ac clamantes, proiecerunt eum ante ſepulchrum beati Maximi confeſſoris, clauſiſque oſtiis reliquerunt corpus exanime. Nocte vero in lamentatione deducta, cum redditus terris dies alius inluxiſſet, reſeratis ædis ſacratæ oſtiis infantulum erectum ſuper cancellos ſepulchri trahentem ſe atque ambulare conantem aſpiciunt. Nondum enim ei erat ætas perfecta, vt recte poſſet incedere. Quod admirantes parentes, gauiſi ſunt, ſuſcepitque eum mater mœſta cum gaudio, ac domui reſtituit ſanum, ipſum autem iam puerum adultum vidi, qui nobis hæc retulit.

Cap. 84. Valerius beatus confeſſor Conſoranenſis primus Epi-

E ſcopus, hoc ſe reuelauit modo. Nam oratorium ſuper ſe conſtructum prius habuit: ſed per incuriam ruens, obliuioni datum eſt quo in loco quieſceret: hoc tantum ab incolis ferebatur, quod fuiſſet ante ſanctum altare ſepultus. Adueniens autem Theodorus Epiſcopus, oratorio ipſo in maiori ſpacio ampliato, magnam effecit baſilicam. Deinde ſanctum venerabilis viri corpus inquirens, reperit duo ſepulchra, ſed neſciebat vtrum eſſet ſacerdotis illius è duobus. Tunc conuocato clero, vigilias tota celebrabat nocte: deprecans vt ſibi beatus confeſſor quo in loco iaceret exponeret, impleuitque duas ampullas vino, & poſuit ſuper vtrumque tumulum, dicens, In quo falerna fuerint ampliata, ipſam manifeſtum ſit eſſe Valerii antiſtitis ſepulturam; data vero luce egreſſus de baſilica, & oſtiis ſigillis munitis, dedit membra ſopori. Surgens autem ad horam tertiam, venit ad ſanctam baſilicam reſeratis oſtiis cum clero & populo, reperit ampullam vnam parumper vini habentẽ. Alteram vero in tantum ore patulo exundare, vt totum beati pontificis ablueret monumentum. Per hoc naq; cognouit ſacerdos quis eſſet Valerii Epiſcopi tumulus: ſed euidentius adhuc ſcire cupiens, detegit monumentum: amotoque

Valerii cognoſcitur tumulus.

F opertorio reperit venerabile corpus valde integrũ: de quo non cæſaries deciderat, non barba fuerat diminuta: neque aliquid in cute corruptum aſpiciebatur, aut tetrum: ſed erant omnia inlæſa ac ſi nuper fuiſſent recondita: tantuſque odor ſuauitatis fragrabat è tumulo, vt non dubitaretur ibi quieſcere Deramicum: lauri etiam folia ſub ſe habebat ſtrata, de quibus adſumens Epiſcopus multis infirmis præbuit medicinam. De veſtimentis igitur eius reliquias ſumpſit: rurſumque operto tumulo venerandum deinceps antiſtitem honorauit, multaque miracula de his pignoribus cernens in poſterum.

Cap. 85. Beatiſſimus vero Silueſter Cauillonenſem rexit Eccleſiam, qui quadraginta duobus annis, ſacerdotio miniſtrato plenus dierum atque virtutum migrauit ad dominum. Habuit autem lectulum funibus ſubtilibus innexum: ſub quo cum ſemel atq; iterum infirmi, ſiue quartanarii, ſiue variis febrib. oppreſſi ſubderentur, ſtatim virtute diuinitus indita ſanabantur: idcirco hic lectulus in Eccleſiæ ſacrarium deportatus ſimili virtute niteſcit. Multi enim ſicut oculis propriis inſpexi, abſciſis de funibus illis particulis, in lon-

G ginquum deferebant, ipſiſque ſuper infirmos locatis, ſanitatis adeſſe beneficiũ contuebantur. Nam mater mea ſub hoc decisa particula, vt puellę à frigoribus febricitanti collo dependi fecit, morbo eſtẽplo depreſſo puellam ſanã aſpexit.

Cap. 86. In hac vrbe fuit & Deſideratus preſbyter, quem ego apud monaſterium Gurthonenſe vidi, virum ſanctitate magnificum, qui ſæpius frigoriticis, dolore dentium laborantibus, aliiſque morbis, orando finem impoſuit: nam vſquequaque recluſus erat, hoc eſt. non egrediebatur è cellula: ſed qui voluiſſet, videbat eum in cellula: hic vt diximus, eximiis inluſtratus virtutibus emicuit ſeculo: quod audiens Benedictus Agricola Epiſcopus, miſit Archidiaconum ſuum, vt beatum vrbis cœmiterio deferret: ſed reſiſtentibus monachis, quod iuſſus fuerat, non impleuit. Poſthæc ædificato ex Xenodochio leproſorum, ſacerdos ſuburbano in eius baſilicam, conlectis Abbatibus & omni clero, beatum corpus tranſtulit, & in baſilica ſuperius memorata ſummo ſtudio ſepeliuit: qui ſe nunc viuere cum Chriſto magnis virtutibus manifeſtat.

Cap. 87. Fuit in Tomodurenſi pago in parochia Lingonicenſi vir ſanctitate præcipuus, Ioannes Abbas, iuxta ſui nominis

H etymologiam diuina gratia præuentus. Deniq; fertur, quia cum monaſterium ædificare vellet, quod Reomaus nuncupatur: & fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit puteum immani profunditate altum, vbi peſſimus ſerpens baſiliſcus habitabat. Hic itaque diuina inuocatione perempto ſerpente, ac mundato puteo, puteum potabilem fratribus reddidit: de qua aqua & nos cum Lugdunum pergeremus à fratribus illius monaſterii benigne ſuſcepti, cauſa miraculi hauſimus: cuius etiam hauſtu plurimi frigoritici curantur. Fertur & de præfato viro tale miraculum. Quidam fratricida pro enormitate criminis ferreis circulis alligatus, præceptum habuit vt ſeptem annis loca ſanctorum peragiãdo circuiret. Hic cum Romam veniſſet,

Baſiliſcus.

A

debeat. Si enim eo momento præſens fueris, ſanus efficieris. Nec moratus ille, commoto ſigno accedit ad tumulum ſancti: cumque Dauidici carminis laudationem clerici canere cœpiſſent, odor ſuauitatis in baſilicam ſancti aduenit: & hic directis pedibus in columnis eſt erectus. quod non à paucis, ſed à pleriſque viſum regio teſtatur alumna. Sic apud Crouienſem vicum mulier a natiuitate cæca inuocans nomen ſancti, ipſa die illuminata eſt.

Cap. 97.

Fuit in regione Nicenſi Hoſpitius magnus Dei famulus, qui multis virtutibus præditus ab hoc mundo migrauit. Cumque ſepeliretur quidam iuxta ipſum ſepulchrum, manum ponens parumper pulueos eleuauit. Quod in linteo inuoluens rudi ſecum ſuſtulit. Progreſſuſq; poſtridie nauem quæ Maſſiliam ire parabat, oſtendit in littore: ſed hic Lirinenſe monaſterium expetere cupiebat. Viri igitur quorum erat nauis, Iudæi erant à ſtirpe progeniti. Qua exiſtente cauſa, noluit vir indicare nauclerus quæ ferebat. Denique poſtquam progreſſi contra Lirinenſe monaſterium deuenerunt, nauis in medio pelagi reſtitit: flantibuſq; ventis nulla mouetur in parte: ſtupentibus vero Iudæis quid hoc eſſet, homo ille veritatem aperuit, dicens, Reliquias beati Hoſpitii mecum habeo: & nunc Lirinum adire deſidero: quod vobis indicare metui. Nunc autem ſcio quia eius virtute retinetur nauis veſtra. Nec hinc moueri protius poterit, niſi conſenſum illuc præbeam quo ego ire diſpoſui. Quod audientes viri, ſtupore commoti mutatis velis flante vento ſecundo, iam viro in inſula Lirinenſi depoſito, quo voluerunt libere abierunt.

B

Cap. 98.

Ecce quales quantaſque ſuis congregat diuitias mundi paupertas, vt eis non ſolum quæ voluerint, redemptor, qui cuncta ex nihilo condidit, tribuat: verumetiam ipſa eis elementa iubeat famulari. Nam recolo me audiſſe ante hos annos extitiſſe quendam in eremo regionis cuiuſdam. Ad quem requirendum cum frater è proximo prompta deuotione veniſſet, exceptus eſt ab eo plena animi charitate. Tunc ingreſſi paruulum quodammodo tugurium, oratione facta reſederunt. Conferenteſque plurima de verbo Dei ſurgit ſenex a cellula, ingreditur hortulum, olera decerpit ad cibum. Accenſoque foco posuit caldariam ligneam ſuper ignem impletam aqua cum oleribus, vrgenſque ignem ita vehementer feruere coegit, vt putaretur ænea eſſe. Hoc autem videns vir qui aduenerat, ſtupore commotus interrogat quid hoc eſſet: reſpondit ſenex, Multis iam in hac eremo annis inhabito, ſed ſemper in hac caldaria cibos domino iubente ad reficiendum fragile corpuſculum præparaui. Coctiſque cibis, redditis Deo debitis hymnis, vterque ex huius vaſculi miniſterio ſunt refecti. Hæc olim audiui. Nam nuper vidi Abbatem, quem enim ingenuum nominabat, aſſerens eum intra Auguſtidunenſem terminum commoratum fuiſſe, & ſæpius in hoc vaſculo vel olus vel cumelum coctum cum illo ſumpſiſſe. Confirmabat autem cum iuramento vidiſſe ſe caldariam flammis ſuperpoſitam validiſſime feruere: & ita ſemper fundum eius humidum extitiſſe, vt putaretur iugiter ab aliquo humectari.

C

Cap. 99. Auitus obtortum prædixit.

Auitus Abbas Carnotenſi pagi, quem Perſenſem vocãt, ſæpius imminere diſſolutionem ſui corporis ſpiritu ſancto reuelante prædixit. qui recedens à corpore, honorifice apud Aurelianenſem vrbem humatus eſt, ſuper quem fideles Chriſtiani Eccleſiam conſtruxerunt. Poſt cuius obitum cum anniuerſarius adſumptionis eius dies cũ ſummo coleretur honore, vnus e ciuibus aliis ad miſſarum ſpectanda ſolennia currentibus, accepto raſtro vineam paſtinare direxit. Increpituſque à multis, cur huic feſtiuitati deeſſet, redire noluit, dicens, Et hic quem colitis, operarius fuit: verum vbi ingreſſus vineam primo ictu terram aperuit, protinus retorta ceruice facies eius ad tergum conuerſa eſt. Tunc tremens ſpectantibus populis cum fletu magno baſilicam ſancti ingreditur. Poſt paucos vero dies orans, in eodem loco aſſidue directa ceruice conualuit.

D

Cap. 100. Cyprianus leproſos ſanat.

Cyprianus Abbas Petrocorici oppidi magnificæ ſanctitatis vir fuit, per quem Deus multa miracula in hoc mundo operari dignatus eſt. Nam manus debiles frequenter redintegrauit, paralyticis greſſum, cæcis reſtituit viſum. Treſque leproſos inunctos oleo, priſtinæ reddidit ſanitati: ſed & nunc crebro ſuper infirmos ſanitates oſtendit, ſi fideliter eius tumulum expetant, aut exorent.

E

Cap. 101.

Sed & Adeparchi Equolenenſis vrbis recluſi ſepulchro ſæpius infirmi ſanantur. Nam & frigoriticorum febres & alia incommoda eius meritis reſtinguuntur. Cæcus vero de Petrocorico territorio vt ſe ſepulturæ illi proiecit, fuſa oratione lumen recipere meruit. Comes autem antedictæ vrbis Equolenenſis furem inuentum ac ſupplicijs deditum, patibulo condemnari præcepit. At ille cum duceretur ad mortem, inuocare huius ſancti nomen cœpit, & adductus ad ſtipitem, fuſa oratione ſuper terram patibulo adpenſus relictus eſt. quod cum Monachi præſenſiſſent, ſimul proiecti ad tumulum ſancti, orare cœperunt, dicentes, O ſancte confeſſor, ſi tibi vita ſuperſtes eſſet in ſeculo, eruere potueras hunc pauperem de manu mortis: ſicut plerunque tali ſupplicio addictos liberaſti: ſed nec diffidimus de tua oratione, vt quod viuens feciſti in ſeculo, poſſis renouare ſublimatus in cœlo. & data nocte miſit Abbas vſque ad furcam. Accedente autem monacho, ſtatim diſruptis ligaminibus terræ delapſus eſt: & ſic ſuſtentatus à monacho viuens adducitur ad monaſterium, hauſtoque parumper vino, conualuit, vitaque ab iudice obtenta, liber abſceſſit.

Suſpenſus reſtitutus.

F

Cap. 102.

Poſt tranſitum autem Fœlicis Biturigi Epiſcopi, cum ad eius tumulum quod marmore exculptum Pario ſuper terram erat poſitum, cæcus quidam lumen oculorum fugatis tenebris recepiſſet, cognouiſſetq; plebs amicum Dei quẽ in corpore poſitum obſiſtentibus mundanis caliginib. cognoſcere ad plenum non meruit: cœpit in oratorium aſſiduitate eius limina penetrare: ſed quoniam, vt diximus, ſarcophagus marmoreus viliori lapide obtectus erat, ſagacitas ciuium, & præſertim Epiſcopi meliori ſarcophagum opertorio texit, id eſt ex marmore Heracleo. Amoto ergo viliore lapide poſt annum fere duodecimum inuenerunt corpus beati confeſſoris ita illæſum, vt nulla diſſolutio in corpore, nulla putredo reperiretur in veſte: ſed ita erant cuncta integra, ac ſi vera dixerim, ea hora tumulo putarentur ingeſta. Sed nec ibi quidem miſericordia domini defuit, vt lapis repulſus non remaneret inglorius. Ferunt enim quod multi raſo potatoque ex eo pulueris modico, tam à quartanis quam tertianis ſiue quotidianis febribus celeriter liberentur.

Fœlicis corpus non corruptum.

Fuit & Iunianus recluſus intra Lemonicinæ vrbis territorium, qui viuens multa populis oſtendit miracula: ſed & nunc ad ſepulchrum eius ſæpe morbi curantur. Nam vidi multos quos dinumerare putaui longum, qui cæcis oculis eo perducti lumen receperunt, paralyticiq; directi ſunt. Teſtiſque eſt ipſe populus hodieque, qui cum ſanitatem recipiunt, ſtatim ſe tributarios loco illi faciunt, ac recurrente circulo anni pro reddita ſanitatis gratia tributa diſſoluunt. Ex quibus plurimi ſunt qui ad baſilicam ſancti Martini noſtri auitus pertinere videntur.

G

Cap. 103.

Pelagia vero genitrix beati Aredii Abbatis, cuius ſupra meminimus, valde religioſa, cum vrgeretur febribus, & eſſet in tranſitu, petiit filium, dicens, Quæſo fili dulciſſime, ne me ante diem quartum ſepeliatis, vt venientes famuli famulæque omnes videant corpuſculum meũ, nec vllus fruſtretur ab exequiis meis de his quos ſtudioſiſſime enutriui. Et hæc dicens, emiſit ſpiritum: abluta iuxta morẽ, collocatur in feretro, atq; in Eccleſiam deportatur. Quarto vero die priuſquã ſepeliretur, tantus odor ſuauitatis efflagrauit à corpore, vt omnes admirarentur. De nocte vero globus ignis magnus adparuit, qui ab oriente conſurgens ac per cæli circulum currens, ſuper Eccleſiam ſtetit, in qua corpus defunctæ iacebat. Ex hoc enim ita cunctam ædem ſubitus ſplendor obtexit, vt putarent ſe diem medium contemplari. Et ſtatim energumeni multi exclamauerunt, dicentes, Quia Martinus venit ad tranſitum Pelagiæ. Succedente vero dominica die poſtquam ſepulta eſt, poſuerunt cereum ad caput eius, dicentes, Parum nobis eſt ceræ, & iam nox prolixior habetur, cum ad matutinum conſurgimus, tunc accendatur cereus iſte. & clauſo oſtio abierunt. Expleto autem ſomnu, ingreſſi baſilicam, inuenerunt cereum ardentem quem extinctum reliquerant: ſed & ſanitates infirmorum ſæpius aguntur ad huius religioſæ ſepulchrum.

Cap. 104.

H

Energumeni clamant.

Tumulus erat in vico Pariſiorum haud procul à loco, in

Cap. 101.

A quo Senior (vt aiunt) Eccleſia nuncupatur nullo opertus tegmine. Ibiq; in lapide habebatur ſcriptum, Hic requieſcit Creſcentia ſacrata Deo puella: ſed nulla ætas recolere poterat quale ei fuerat meritum, vel quid egiſſet in ſeculo. Nuper autem à quodam clerico hoc epitaphium legitur. Inſtigante vero fide, ſuſpecti ſunt habiti homines, quod aliquid cum diuina maieſtate virgo potuerit obtinere. Dum vero in hac ſuſpitione penderent, quidam quem ardor tertianæ febris cum graui tremore vexabat, raſi à tumulo parum pulueris haurit: moxq; ſedato tremore conualuit. Vulgatumque verbum plerumque profuit multis in hac infirmitate detentis. Succedente deinde tempore, monetarius vrbis grauiter ægrotare cœpit: cui in viſione puella adparuit dicens, Vade (ait) quantocius, & tumulum Creſcentiæ virginis tege. Erit tibi hoc adiutorium, ne à morbo quo captus es diutius fatigeris. At ille confiſus, calces inquirit, oratorium deſuper conſtruit, protinuſque ab infirmitate laxatur.

Creſcentiæ virginis tumulus.

Sed vt virtus virginis in maioribus efferretur honoribus, cuidam ex vrbe dens indoluerat, ita vt intumeſcente maxilla vix vel tenuis cibi parũ capere poſſet. Pergit fide plenus ad tumulum, factaque haſtula vna de parte acuta, vt in humanis vſibus ad purgandos dentes fieri ſolet, ſuper ſepulchrum puellæ ponit: ſtatimque vt exinde dentem qui dolebat, adtigit, omnis dolor obſtupuit. Ex hoc autem accepto experimentũ quos hic dolor vexat, huius virtutis vt expetunt præſidia mox ſanantur.

B

Cap. 106.

Beata vero Radegundis, cuius in initio libri martyrum meminimus, poſt emeritos vitę labores ab hoc mundo migrauit: de cuius tranſitu accipientes nuntium, ad monaſterium Pictauenſis vrbis acceſſimus, quod ipſa inſtituerat: reperimus autem eam iacentem in feretro, cuius ſancta facies ita fulgebat, vt liliorum roſarumque ſperneret pulchritudinem. Stabat enim circa feretrum multitudo immenſa ſanctimonialium ad numerũ circiter ducentarum, quę per illius prędicationem conuerſæ vitam ſanctam agebant, quę ſecundum ſæculi dignitatem, non modò de ſenatoribus, verumetiã nonnullæ de ipſa regali ſtirpe ac religionis forma florebant. Stabant autem plangentes atque dicentes, Cui nos orphanas mater relinquis? cui nos deſolatas commendas: reliquimus parentes, facultateſque, ac patriam, & te ſecutæ ſumus. Cui nos relinquis, niſi perpetuis lachrymis, & nunquam finiendo dolori? Ecce vſque nunc malus nobis erat hoc monaſterium quam villarum aut ciuitatum ſpatia: quæ quocunque loco accedebamus, contemplantes glorioſam faciem tuam, ibi inueniebamus aurum, ibi argentum: ibi ſuſcipiebamus florentes vineas, ſegeteſque comantes: ibi prata diuerſorum florum varietate vernantia. A te carpebamus violas, tu nobis eras roſa rutilans; & lilium candens. Tua nobis verba quaſi ſol reſplendebant, & quaſi luna tenebris conſcientiæ noſtræ lucidam veritatis lampadem accendebant: nunc autem contenebrata eſt nobis omnis terra, anguſtatum eſt ſpatium huius loci, dum tuam faciem non meremur aſpicere. Heu nos derelictas à ſancta matre: feliceſque illas quæ te ſuperſtite ab hoc ſeculo migrauerunt: & ſcimus quidem te choris ſanctarum virginum & Dei paradiſo eſſe coniunctam. Sed cum ex hoc conſolamur, illud nobis eſt lamentabile, quod te corporeis oculis intueri non poſſumus. Hæc & alia inter lamenta dicentibus, cum à lachrymis temperare non valeremus, conuerſus ad Abbatiſſam aio, Sinite parum per ab his fletibus, & ea potius quæ ſunt neceſſaria, tractate. Ecce frater noſter Maroueus huius vrbis Epiſcopus, non eſt coram, eo quod illum cauſa viſendarum parœciarum elongauerit. Nunc autem habete conſilium ne ſanctum corpuſculum iniuriam patiatur, & gratia quam Deus beatis artubus præſtitit, auferatur, dum tempus ſepulturæ differtur: accelerate debitas exequias, vt ſepulchro cum honore reddatur. Ad hæc Abbatiſſa reſpondit, Et quid faciemus, ſi Epiſcopus vrbis non aduenerit? quia locus ille quo ſepeliri debet, non eſt ſacerdotali benedictione ſacratus. Tunc ciues & reliqui viri honorati, qui ad exequias beatę reginę cõuenerant, imperant paruitati meæ dicentes, Præſume de charitate fratris tui, & benedic altare illud. Confidimus n. de eius beneuolentia, quod moleſtum non ferat quæ feceris, ſed magis gratiã referat. Præſume precamur, vt caro ſancta ſepulturæ

C

Radegundis ſupra lib. 9. hiſt. cap. 2.

Marouens.

D

Sepulturæ benedictio

E

reddatur: & ſic ab illis iniunctus altare in cellula ipſa ſacraui. Verum vbi ſanctum corpus mouentes, pſallendo deducere cœpimus, mox energumeni declamantes, & ſanctam Dei confitentes, torqueri ſe ab ea fatebantur. Tranſeuntibus autem nobis ſub muro, iterum caterua virginum per feneſtras turrium, & ipſa quoque muri propugnacula, voces proferre ac lamentari deſuper cœpit, ita vt inter ſonos fletuũ atque conliſiones palmarum, nullus poſſet à lachrymis temperare, ſed & ipſi quoque clerici, quorum erat pſallendi officium, vix inter ſingultus & lachrymas antiphonã poterant explicare: dehinc accedimus ad ſepulchrum. Nam prouidentia Abbatiſſę capſam ligneam fecerat, in qua corpus aromatibus conditum incluſerat, & ob hoc foſſa ſepulturæ ſpatioſior erat: ita vt ablatis duorum ſepulchrorũ ſingulis ſpondis, ac de latere iuncta capſa cum ſanctis artubus locaretur. Tunc facta oratione diſceſſimus, reſeruantes Epiſcopo loci vt ab eo celebrata miſſa tegeretur operculo. Redeuntes vero ad monaſterium, ducebat nos Abbatiſſa cum virginibus per loca ſingula in qua ſancta aut legere conſueuerat, aut orare lugens, ac dicens, Ecce ingredimur in cellulam, & matrem amiſſam non reperimus. Ecce ſpatium in quo flectens genua cum lachrymis Dei omnipotentis miſericordiam precabatur, & à nobis non videtur. Ecce librum in quo legebat, & vox ſpiritali ſale condita non verberat aures noſtras. Ecce fuſos in queis per longa ieiunia & profluas lachrymas nectere ſolita, & almi ſanctitate digiti non cernuntur. Hæc illis dicentibus, renouantur lachrymę, ſuſpiria proferuntur, & ipſa quoque viſcera ab affectu plorãtium reſoluuntur in fletum. Tantuſque mœror pectus meum obſederat, vt à lachrymis non deſiſterem, niſi ſcirem beatam Radegundem ablatam monaſterio corpore, non virtute, & adſumptam à mundo, conlocatam in cœlo.

Energumeni.

F

Cap. 107.

Fuit vir vitę venerabilis Paulinus Nolanę vrbis ex nobili ſtirpe ortus. Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt coniugem, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſſione quam in præſidio domorum valde diues erat ac locuples. Sed cum primum aures eius Euangeliorum lectio illa penetrauit, in qua Dominus adoleſcentem pro diuitiis arguit, dicens, *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni, ſequere me: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem introire in regnum Dei:* ſtatim venditis omnibus quæ habebat pauperibus erogauit. Exoneratus à cunctis cupiditatibus magiſtrum liber ſequitur, per hæc ſe putans paradiſi diuitiis locupletari: ſi videretur nihil de tranſitoriis poſſidere. Cui maieſtas diuina tribuit vt quod impoſſibile dixerat per Euangelium, hic poſſibiliter adimplere mereretur per actum. Quadam vero die venit ad eum qui ſtipem peteret, & ait coniugi, Vade, & da ei quod habet neceſſarium: quæ reſpondit. Non eſt nobis amplius quam vnus panis: cui ille, Vade, inquit, porrige eum: Dominus enim dabit nobis victum: ſed illa quaſi ſtrenua reſeruari cupiens, ne aliquid deeſſet, porrigere noluit. Interea adueniunt quidam dicentes, miſſos ſe a dominis ſuis, vt illi annonæ ac vini deferrent ſpeciem: ſed per hoc ſe moratos quod orta tempeſtas vnam eis cum tritico abſtulerit nauem. Tunc vir Dei conuerſus ad mulierem ait, Intelligite nunc pauperi vnum panem fuiſſe furatum: & ideo hanc nauem eſſe merſam. Perrexit ergo cum coniuge quaſi peregrinaturus in aliam regionem, nihil habens præter ſtatum proprium. Poſt multum vero tempus, cum ab incolis regionis ſuæ requireretur, nec poſſet penitus reperiri negotiator de ciuitate illa ad hanc vrbem aduenit, in qua vir beatus cœleſti domino ſeruiebat. Cumque vidiſſet eum, ſtatim proiciens ſe ſolo, & pedes ſancti amplectens, ait. Hic eſt beatus Paulinus toto vulgatus orbe, qui multum à ſuis ciuibus quæſitus, prorſus non potuit inueniri, & narrante omnes actiones eius eo, obſtupuerunt hæc audientes. Nec mora, decedente ſacerdote apud Nolanam vrbem, ipſe in locum Epiſcopi ſubrogatur: habebat autẽ Eccleſia illa multas diuitias, impleuitque in eum Dominus quæ per Euangelium promittere eſt dignatus, quia *qui reliquerit omnia propter me, centuplum in hoc ſeculo accipiet, in futuro autem vitam æternam poſſidebit.* Verum adſumpto Epiſcopatu ſemper ſe humilem proferebat, quia ſciebat ſe apud Deum excelſum futurum, ſi humilitatem ſectatus fuiſſet. Pecunia

G

Paulinus eleemoſynarius omnia ſua & ſeipſum in captiuorum liberationem expendit de quibus Gregor. lib. 3. Dial.

H

vero

A vero de redditibus Eccleſiæ, quæ manus eius adtingebat, confeſtim pauperibus erogabatur. Caſtiſſima enim coniux eius non diſcedebat ab eo. Erat autem vir ſanctus miræ prudentiæ, & rhetoricis literis eruditus. Quod opus eius de quanto ad nos peruenit, valde patefecit. Nam cum ad diuerſos tam verſu quam proſa ſcriberet, de virtutibus beati Martini * ſex verſu conſcripſit libros: ſcripſit & alios verſiculos in laudem eius. Viditque eum in corpore poſitum, & oculum ſuum ab eo illuminatum recepit. Qui tantum in virtute per multiplicata gratiarũ ſpiritualium chariſmata reſplenduit, vt in obitum ſuum ipſum Martinum Ianuariumque Italicum priuſquam ſpiritum redderet, corporeis oculis contemplaretur. Prius enim eo de hoc mundo migrauerant: & quia de huius beati vita nihil legeramus, idcirco ea quæ per relationem fidelium cognouimus, dum de eleemoſynis proloqui volumus, memorauimus: de tranſitu autem eius eſt apud nos magna lectio, ideo eum ex ordine proſecuti non ſumus. Ecce quid tribuit eleemoſyna. Ecce quales theſauros ſanctis ſuis qui ſe in pauperibus diligunt, Deus indulget. E contrario auaritiæ malo inhiantibus quæ nequiter concupiſcunt, aufert iuxta illud Euangelii B Sancti oraculum: quia *qui habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, quod videtur habere, auferetur ab eo.*

Paulinus vocatus.

** Horum librorum non meminit Trithemius.*

Cap. 108.

Sic & quodam loco in portu maris geſtum fuiſſe multorum confirmat relatio. Quidam pauper & ſenex, marſupiis oneratus, venit ad litus maris: & accedens ad portum petere eleemoſynam à naucleris cœpit. Atque illi qui primus carinæ erat importunior, adſiſtebat, dicens, Da mihi aliquid. Tunc ille commotus ait, Abſiſte quæſo decrepite, & noli à nobis quærere quicquam. nihil enim hic aliud præter lapides habemus. At ille ait, Si lapides dicis eſſe quæ in tuis ditionibus nauis hæc continet, omnia vertantur in lapides: & ſtatim cunctum nauis onus quod mandi potuit, in ſaxum conuerſum eſt. Ego enim ex his & dactylos vidi, & oliuas aſpexi marmore duriores. Nam cum in lapidis duritiem conuerſa fuiſſent, nunquam tamen colorem quem habuerant, perdiderunt, niſi eadem forma eademque ſpecies erat. Dominus autem nauis pœnitentia motus, inquiſitum C ſenem nunquam potuit reperire: & ſicut ferunt, per multas ciuitates de iis quæ in ſaxum mutata fuerant ad videndum direxit, vt ſcilicet exemplum eſſet omnibus, ne ſimilia perpetrarent. Ecce quid agis impudens auaritia: feciſti hominem pauperem, qui non porrigendo pauperi putauit ſe poſſe fieri ditiorem.

Negantis eleemoſynam omnia verruntur in lapides.

Cap. 109.

Quid etiam & alii contigerit, qui per adulteria multiplicare terrena ſtuduit lucra, non ſileam. Quidam apud Lugdunenſem vrbem vix ita laborans, vt vnum trientem poſſet habere: accenſus auri execrabilis ſacra fame voluit per eum ſacculi ora replere, iuxta illum Prudentii noſtri verſiculum,

Auri namque fames parto conquiritur auro.

Igitur de hoc triente vinum comparat, admixtiſque aquis, iterum per argenteos venundans duplat pecuniam. Hoc iterum atque iterum agit & tamdiu turpia lucra ſecutor eſt factos: vſque quo centum ſolidos de hoc triente lucraretur: ſed iudicium Dei conſortauit lucra diaboli. Congeretis enim auarus negotiator aurum in ſacculum, poſſeſſurus pecuniã vnius horæ momento, alterius negotiatoris nundinas adit. Extractoque triente quaſi aliquid negotiaturus, colloqui cum ſocio cœpit. Erat autem ſacculus ex D pelle phœnicia, ſicut his manu geſtare mos eſt. Et ecce ſubito adueniens miluus, rapit eum pedibus, neque decerpere tentat, putans à colore partem aliquam carnis eſſe. Sed cum nihil pinguedinis ſentiret in eo, euolans ſuper alueum Araris, de quo hic aquas hauriens vino miſcuerat, laxatum ſacculum deiecit in flumen. At ille adprehenſis capillis, eliidens ſe ad terram, ſpargenſq; puluerem ſuper caput ſuum aiebat. Væ mihi qui iudicio Dei oppreſſus, perdidi pecuniã, quæ inique fuerat adgregata, nam ex vno triente centum erexi ſolidos. Nunc perditis centum ſolidis, vnus mihi tantum remanſit triens. Væ mihi, ſicut feci, ſic recepi: & qui nihilo eos habui, ad nihilum rediſſe conſpicio. Talis pecunia diabole tua eſt, per tale lucrum deduxiſti Deo inobedientes in tartarum. Tale enim commercium & in præſenti damni notam ingerit, & in futuro diuerſarum pœnarum genera parit. Abſiſtite ab his quæſo, qui hęc legitis abſiſtite & nolite talibus participes eſſe: ſint lucra veſtra diuinæ maieſtatis gratia: ſint exercitia veſtra, ſcripturæ ſanctæ E doctrina. Fiat congregatio veſtra in marſupiis pauperum, quæ æternæ gehennæ flagrans reſtinguat incendium: & hoc ipſum à Domini eſt miſericordia poſcẽdum, non propria virtute quærendum, qui nobis præſtare dignetur illorum intercessione ſancta, quorum hic liber ſacra prodit miracula, vt non ſolum de terrenis diuitiis, ſed etiam de talentis verbi ſui bonam facientes rationem multiplicationis mercede recepta audire mereamur ab ipſo, Euge ſerue bone, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.

Iudicium Dei conſortat lucra diaboli.

Miluus rapit pecuniam maliciæ.

Inuocatio ſanctorum

S. GREGORII TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI, MIRACVLORVM SANCTISSIMI MARTINI LIBRI IV.

Epiſtola Beati Gregorii Turonenſis Antiſtitis, in quatuor libros, quos de miraculis beatiſſimi Epiſcopi Martini deſcripſit.

F *Dominis ſanctis, & in Chriſti amore dilectiſſimis fratribus ac filiis Eccleſiæ Turonicæ mihi à Deo commiſſæ Gregorius peccator. Miracula illa, quæ Dominus Deus noſter per beatum Martinum Antiſtitem ſuum in corpore poſitum operare dignatus eſt, quotidie ad corroborandam fidem credentium confirmare dignatur. Ille nunc exornat virtutibus eius tumulum qui in eo operatus eſt cum eſſet in mundo, & ille præbet per eum beneficia Chriſtianis, qui miſit tunc præſulem gentibus perituris. Nemo ergo de anteactis virtutibus dubitet cum præſentium ſignorum cernat munera diſpenſari, cum videat claudos erigi, cæcos illuminari, dæmones effugari, & alia quæque morborum* G *genera, ipſo mediante curari.*

Ego vero fidem gerens libro huic, quæ de eius vita ab anterioribus eſt ſcriptus, præſentes virtutes, quantum ad memoriam recolo, memoriæ in poſterum, Domino iubente mandabo. Quod non præſumerem, niſi bis & tertio admonitus fuiſſem per viſum. Vnde omnipotentem Deum teſtem inuoco, quia vidi quadam vice per ſomnium medio die in baſilica Domini Martini debiles multos, ac diuerſis morbis oppreſſos ſanari, & videbam eos ſpectante matre mea, quæ ait mihi: Quare ſegnis es ad hæc ſcribenda quæ proſpicis? Cui aio, Non te latet quod ſim inſcius literarum, & tam admirandas virtutes ſtultus & idiota non audeam promulgare? Vtinam Seuerus, aut Paulinus viuerent, aut certe Fortunatus adeſſet, qui iſta deſcriberent. Nam ego iners ad hanc notam incurro: ſi hæc adnotare tentauero. Et ait mihi, & neſcis quia propter intelligentiam populorum ſi quis loquitur, ſicut tu loqui poteris, vo habetur magis præclarum? Itaque ne dubites, & hæc agere non deſiſtas quia crimen tibi erit ſi ea tacueris.

H *Ego autem hæc agere cupiens, duplicis tadii affligor cruciatione mœroris pariter & terroris. Mœroris, cur tantæ virtutes, quæ ſub anteceſſoribus noſtris factæ ſunt, non ſunt ſcriptæ. Terroris vt aggrediar opus egregium ruſticanus. Sed ſpe diuinæ pietatis illectus, aggrediar quod monetur. Poteſt enim (vt credo) per mea lingua ſterilitatem proferre iſta, qui ex arida petra in eremo producens aquas, populi ſitientis extinxit ardorem. Aut certe conſtabit rurſum os aſinæ Dominum reſerare, ſi labia mea aperiens, per me indoctum iſta dignetur expandere. Sed quid timeo ruſticitatem meam, cum Dominus Redemptor & Deus noſter ad deſtruendam mundanæ ſapientiæ vanitatem, non oratores, ſed piſcatores nec philoſophos, ſed ruſticos prælegit? Confido ergo orationibus veſtris, quia etſi non poteſt paginam ſermo incultus ornare, faciet eam tamen glorioſus Antiſtes præclaris virtutibus elucere.*

A

INCIPIT LIBER PRIMVS MIRACVLORVM SANCTISSIMI MARTINI.

Quod Seuerus vitam Sancti Martini conſcripſit.

CAP. I.

MVlti ſunt, qui virtutes S. Martini, vel ſtante verſu, vel ſtilo proſaico conſcripſerunt. De quibus primus ille Seuerus Sulpitius, cui tantus feruor amoris fuit in ſanctum Dei, vt eo adhuc degente in ſeculo, vnum librum de mirabilibus vitæ eius ſcriberet, exinde poſt tranſitum beati viri, duos libros ſcripſit, quos dialogos voluit vocitari. In quibus nonnulla de virtutibus Eremitarum, anachoretarumue inſeruit. Sed nullo inferiorem noſtrum potuit reperire Martinum, quem Apoſtolis, et Sanctis martyribus, ſanctiſque prioribus exæquauit, ita vt etiam diceret, Felicem B quidem Græciam, quę meruit audire Apoſtolum Paulum prædicantem, ſed nec Gallias à Chriſto derelictas, quibus donauit Dominus habere Martinum.

Quod eandem vitam beatus Paulinus verſu compoſuit.

CAP. II.

PAulinus quoque beatus Nolanæ vrbis Epiſcopus, poſt ſcriptos verſu de virtutibus eius, quas Seuerus complexus eſt, quinque libros, illa comprehendit miracula, quæ poſt eius geſta ſunt tranſitum, id eſt, in ſexto operis ſui libro.

Ait enim: Cum energumeni per cancellos baſilicæ vehementer volatu aereo, & ſæpe in puteum impulſu dæmonis iactarentur, abſtracti exinde illæſi, ac populis ſpectantibus ſunt reſumpti. Idque noſtris temporibus vidimus geſtum.

Alius quoq; dæmon acquiſitum vaſculum præcipitem duxit ad amnem, quaſi prædam, quam ceperat, dimiſſurus. Sed non defuit perituro B. Confeſſoris auxilium. Nam ingreſſus in flumen & vlteriorem ripam petens, nihil nocumenti accepit, ſed ſiccis eſt etiam veſtimentis egreſſus. C Cumq; ad cellulam maioris monaſterii perueniſſet, mundatus apparuit. Hunc etiam teſtantur multas voces emittere ſolitum, ac lingua gentium incognitarum ſæpiſſime loqui, venturaq; fateri, & crimina confiteri. Sed vt diximus, poſtquam limen ſancti attigit, ſanus abſceſſit.

Egidios quoq; cum obſideretur ab hoſtibus, & excluſo à ſe ſolatio turbatus impugnaretur, per inuocationem beati viri, fugatis hoſtibus liberatus eſt. Idq; dæmoniacus in medio baſilicæ ipſa hora, qua geſtum fuerat, eſt profeſſus, ſancti Martini obtentu hoc fuiſſe conceſſum.

Puella, quæ paralyſis humore grauata, & quod peius eſt, errore cultus fanatici inuoluta erat, beati ſepulchrum expetiit, vigiliiſq; celebratis, ſanitati eſt reddita. Rurſum autem ad Idololatriæ vomitum reuocata, langorem, quo obtentu beati Pontificis caruerat, iterato incurrit.

Thimus quidam rabidus, inſtinctu dæmonis actus, coronam ſepulchri, quæ ſancti meritum declarabat, violenter D eripuit. Mox lumine priuatus, præda cogente dolore, reſtituta, lumen, quod perdiderat recepit.

Quidam vero à tentatore commotus, prolato gladio, cum quendam ferire conaretur in atrio Confeſſoris, protinus ira in ſe retorta, veloci iudicio Dei proſequente, ipſo ſe mucrone perfodit.

Deniq; cum populus ad beati templi ornatum columnas deferre cuperet gaudens, quidam vir, qui operi huic inuidus & contrarius erat, multa minabatur, pro eo quod ſolatium aliquod ad plauſtra pergentibus non præberent. Cumq; ſuperbus equum feriret, in paruo fluuio præcipitatus in ſinu aquarum gurgitis, ictibus ſuis ſuffocatus interiit. Tunc iuuentute præcedente, columnæ vſque ad beatum templum delatæ ſunt.

Quotiens etiam ad beatum ſepulchrum oleum fuiſſet poſitum, referunt illud vidiſſe adauctum. E Sanctus vero Perpetuus Epiſcopus merito beati diſcipulus prædicandus, ampullam cum oleo ad ſanctum tumulum detulit, vt eam virtus iuſti infuſa ſanctificaret. E raſo à marmore, quo ſancta membra teguntur, puluere, liquore permixto oleum redundauit, ita vt veſtimentum ſacerdotis nectareo fflagrans odore, oleagina vnda perfunderetur. Multiq; ex hoc infirmi potiti ſunt ſalute. Sed & procellæ ab agris hoc liquore ſanctificatis ſæpe prohibitæ ſunt.

Cum autem ad templum ſanctum quidam deuotus fide plenus acceſſiſſet, & gratiam ſancti ſitiens cogitaret, quid de beata æde raperet ad ſalutem, prope ſepulchrum accedens, æditui ſupplicat, vt ſibi parum benedictæ ceræ largiretur è tumulo. Quam accipiens lætus abſceſſit, & agro, cui frugem ſeuerat confiſus impoſuit. Adueniens autẽ tempeſtas ſæuiſſima, quæ omnia in annis præcedentibus ſæpe vaſtauerat, ab hac eſt prohibita benedictione, nec ibidem vltra vti conſueuerat nocuit. Magnifica vero atq; deſiderabili paſchali feſtiuitate adueniente, populus ad beati F cellulam, in qua commoratus ſæpe frequentauerat cum Angelis, deuotus aduehitur. Et ſingula loca allambens oculis, vel irrigans lachrymis, in quæ vir beatus ante ſederat, aut orauerat, ſiue vbi cibum ſumpſerat, vel corporis quieti poſt multos labores indulſerat, claſſe nauium præparata, amnẽ tranſire parat, vt beatum ſepulchrum adeat, & cum fletu veniam deprecans coram confeſſore ſe proſternat. Nauigantibus autem illis, tentatoris impulſu commoto vento, claſſis in profundo demergitur, & populus vndiq; ab amne diripitur. Cumq; inter procellas fluctuum rotaretur, & ſpes omnis euadendi deperiſſet, vna omnium vox in clamore profertur dicens: Miſerator Martine eripe à præſenti interitu famulos famulaſq; tuas. His dictis, ecce inflat aura placidæ actus, ſubmerſos ſubuehit ab vndis illæſos, omneſq; littori, quod deſiderabant, vnda famulante reſtituit, nec vllus deperiit, ſed cuncti ſaluati, paſchalia feſta ſumma cum exultatione proſequuti ſunt. Non enim deſiit illa virtus, quæ Iordanem ſcindens, populum ſub aquarum molibus margine arente traduxit, cum de fundo fluuii duodecim lapidibus ablatis, ſigna Apoſtolica præſtantibus, Ioſue litus, G qui aduenerat, conſecrauit, vel illa, quæ Petrum pereuntẽ pia amplectens dextera, ne periret, eripuit, vel quę nauem ſubmerſurum, Martini Dominum inuocantem de profundo pelagi ad littus, quod optabat, eliciut.

Quidam pro benedictione aliquid de ſancta æde aſſumere flagitans, parum ceræ de ſepulchro ſancti accepit & intra penetralia domus tanquam theſaurum cœleſtium impoſuit. Factum eſt autem, vt inuidia tentatoris immiſſum incendium domum voraci flamma concuteret, & ſparſum per aridas tabulas cuncta vaſtaret. Interea clamor ad cœlũ tollitur, & B. Martini auxilium imploratur. Meminit ille etiam ceræ particulę à ſancti templo delatę. Quæ reperta, & igni iniecta, protinus cunctum reſtinxit incendium nouoque miraculo cera quæ ignem alere erat ſolita, violentias ignis, vi ſanctitatis oppreſſit.

Hæc Paulinus in ſexto operis ſui libro verſu conſcripſit, accepto à ſancto Perpetuo Epiſcopo de his indiculo. Verũ cum ad eum huius indiculi carta veniſſet, nepos eius graui tenebatur incommodo. At ille confiſus in virtute ſancti, ait, ſi tibi placet, B. Martine, vt aliquid in tua laude conſcribam, appareat ſuper hunc infirmum. Impoſitaq; carta pectori e- H ius, extemplo recedente febre ſanatus eſt, qui erat ægrotus.

Sed & Fortunatus presbyter omne opus vitę eius in quatuor libris verſu conſcripſit. His nos illecti, etſi imperiti, tentabimus tamen aliqua de virtutibus ſancti ac beatiſſimi viri, quæ poſt eius obitum acta ſunt, quantum inuenire poſſumus, memoriæ replicare, quia hoc erat ſcribendi ſtudium, quod in illo Seueri aut Paulini opere non inuenitur inſertum.

De ordinatione & tranſitu beati Martini.

CAP. III.

LVcidus, & toto orbe renitens glorioſus Dominus Martinus decedenti iã mundo ſol nouus exoriens, ſicut anterior narrat hiſtoria, apud Sabariã Pannonię ort⁹, ad ſaluationem

A tionem Galliarum opitulante Deo, dirigitur. Quas virtutibus ac ſignis illuſtrans, in vrbe Turonica Epiſcopatus honorem inuitus, populo cogente, ſuſcepit. In quo glorioſam & pene inimitabilem agens vitam, per quinquennia quinque bis inſuper geminis menſibus cum decem diebus, octogeſimo primo ætatis ſuæ anno, Cæſario, & Attico Conſulibus, nocte media quieuit in pace. Glorioſum ergo & toti mundo laudabilem eius tranſitum in die Dominica fuiſſe manifeſtum eſt, vt in ſequentib. certis teſtimoniis comprobabimus. Quod non parui meriti fuiſſe cenſetur, illa die cum Dominus in paradiſo ſuſceperit, qua idem dominus & Redemptor victor ab inferis ſurrexit, & vt qui Dominica ſolennia celebrauerat impolute, poſt mundi preſſuras dominica die locaretur in requie.

Quod S. Seuerino Epiſcopo chorus pſallentium de eius tranſitu reuelatus eſt.

CAP. IV.

B BEatus autem Seuerinus Colonienſis Ciuitatis Epiſcopus, vir honeſtæ vitæ, & per cuncta laudabilis, dum die Dominica loca ſancta ex conſuetudine poſt matutinos hymnos cum ſuis clericis circuiret, illa hora, qua beatus obiit, audiuit chorum canentem in ſublimi. Vocatumque archidiaconum, interrogat, ſi aures eius percuterent voces, quas ille attentius audiret. Reſpondit nequaquam: cui ille, diligentius, inquit, auſculta. Archidiaconus autem cœpit ſurſum collum extendere, aures erigere, & ſuper ſummos articulos, baculo ſuſtentante, ſtare. Sed credo eum non fuiſſe æqualis meriti, à quo hæc non merebantur audiri. Tunc proſtrati terræ ipſe pariter & beatus Epiſcopus, Dominum deprecantur, vt hoc ei diuina pietas audire permitteret. Erectus autem, rurſum interrogat ſenex, Quid audis? Qui ait: Voces pſallentium in cœlo audio, ſed quid ſit, prorſus ignoro. Cui ille, ego, inquit, tibi narrabo. Dominus meus Martinus Epiſcopus migrauit de hoc mundo, & nunc Angeli canendo eum deferunt in excelſum. Et vt parumper moræ eſſet, vt hæc audirentur, diabolus eum cum iniquis angelis retinere tentauit, nihilque ſuum in eodem reperiens, confuſus abſceſſit. Quid ergo de nobis pec-

C catoribus erit, ſi tantum ſacerdotem voluit pars iniqua nocere? Hæc ſacerdote loquente, notauit tempus Archidiaconus, & Turonos miſit velociter, qui hæc diligenter inquirat. Qui veniens, eo die, & hora manifeſtiſſime nouit tranſiſſe beatum virum, quo S. Seuerinus audiuit pſallentem chorum. Sed & ſi ad Seueri recurramus hiſtoriam, ipſa hora eum ſibi ſcripſit cum libro vitæ ſuæ fuiſſe reuelatum.

Quod beato Ambroſio idem tranſitus eſt oſtenſus.

CAP. V.

EO namque tempore B. Ambroſius, cuius hodie flores eloquii per totam Eccleſiam redolent, Mediolanenſi ciuitati præerat Epiſcopus. Cui celebranti feſta Dominicæ diei talis erat conſuetudo, vt veniens lector cum libro, non antea legere præſumeret, quam ſanctus nutu iuſſiſſet. Factum eſt autem, vt illa dominica, prophetica lectione iam lecta, ante altarium ſtante, qui lectionem beati Pauli proferret, beatiſſimus Antiſtes Ambroſius ſuper ſanctum al-

D tare obdormiret. Quod videntes multi, cum nullus eum penitus excitare præſumeret, tranſactis fere duarum, aut trium horarum ſpaciis, excitauerunt dicentes, Iam hora præterit: Iubeat Dominus lectori lectionem legere, expectat enim populus valde iam laſſus. Reſpondens autem B. Ambroſius, Nolite, inquit, turbari, multum enim mihi valet ſic obdormiſſe, cui tale miraculum Dominus oſtendere dignatus eſt: Nam noueritis fratrem meum Martinum ſacerdotem egreſſum fuiſſe de corpore, me autem eius funeri obſequium præbuiſſe, peractoque ex more ſeruitio, capitellum tantum, vobis excitantibus, non expleui. Tunc illi ſtupentes, pariterque admirantes, diem & tempus notant ſolicite requirentes: Qui ipſam diem tempuſque tranſitus ſancti repererunt, quo beatus confeſſor dixerat, ſe eius obſequiis defuiſſe. E O beatum virum, in cuius tranſitu ſanctorum canit numerus, Angelorum exultat chorus, omniumq; cœleſtium virtutum occurrit exercitus, diabolus præſumptione confunditur, Eccleſia virtute roboratur, ſacerdotes glorificantur. Quem Michael ſuſcepit cum Angelis, Maria admiſit cum Virginum choris, paradiſus retinet lætum cum ſanctis. Sed quid nos in laudem eius tentemus, quod non ſufficimus adimplere? Ipſe eſt enim laus illius, cuius laus ab eius ore nunquam receſſit. Nam nos vtinam vel ſimplicem poſſimus hiſtoriam explicare.

De translatione beati corporis ſancti Martini.

CAP. VI.

OPeræpretium eſt etiam illud inſerere lectioni, qualiter eius corpuſculum in locum vbi nunc veneratur, fuerit, Angelo annuente translatum. Anno ſexageſimo quarto poſt tranſitum glorioſi domini Martini, beatus Perpe-

F tuus Turonicæ ſedis cathedram ſortitus eſt dignitatis. Adeptuſq; hunc apicem cum votorum magno conſenſu, fundamenta templi ampliora, quam fuerat, ſuper beata membra locare diſpoſuit. In quod ſagaci inſiſtens ſtudio, miriſico mancipauit effectui. De qua ſabrica multum quod loqueremus erat. Sed quia præ leos eſt, conticere exinde melius putauimus. Adueniente ergo optato tempore ſacerdoti, vt templum dedicaret, & ſanctum corpuſculum à loco, vbi ſepultum fuerat, transferret, conuocauit beatus Perpetuus ad diem feſtum vicinos Pontifices, ſed & Abbatum, ac diuerſorum clericorum non minimam multitudinem. Et quia hoc in Calendis Iulii [illegible] volebat, vigilata vna nocte, facto mane, accepto ſarculo, terram, quæ ſuper ſanctum erat tumulum, cœperunt effodere. Quo detecto, manus, vt eum commouerent, iniiciunt, ibique multitudo tota laborans, nihil prorſus per totam diem profecit. Vigilata denique alia nocte, mane tentantes, nihil omnino agere potuerunt. Tunc conturbati atque exterriti, quid facerent neſciebant. Dicit eis vnus ex clericis, ſciatis quia poſt hunc triduum natalis Epiſcopatus eius eſſe conſueuerat: Et forſitan in hac die ſe transferri debere vos admonet.

G Tunc ieiuniis, ac orationibus, & iugi ſilentio die noctuque inſiſtentes, triduum illud continuatim duxerunt. Quarta autem die accedentes, ponenteſque manus, non valebant penitus mouere ſepulchrum. Pauore autem omnes exterriti, iam in hoc ſtantes vt terra vaſculum, quod detexerant operirent, apparuit eis veneranda canicie ſenex inſtar niuis candorem offerens, dicens ſe eſſe Abbatem, & ait eis, Vſquequo conturbamini, & tardatis? non videtis dominum Martinum ſtantem vos iuuare paratũ, ſi manus apponitis? Tunc iactans pallium quo vtebatur, poſuit manum ad ſarcofagum cum reliquis ſacerdotibus, crucibus paratis, ac cereis, impoſitaq; antiphona, dederunt cuncti voces pſallentes in excelſu. Tum ad ſenis conatum protinus ſarcofagum cum ſumma leuitate commotum, in loco, vbi nunc veneratur, Domino annuente perducitur. Quo ad votum ſacerdotis compoſito, dictis etiam miſſis, vt ventum eſt ad conuiuium, requirentes ſollicite ſenem, nequaquam reperiunt. Sed nec homo quidem extitit, qui eum de baſilica

H exire vidiſſet. Credo aliquam fuiſſe virtutem Angelicam, quæ & beatum virum ſe vidiſſe pronunciauit, & deinceps nulli comparuit. In quo loco ex illa die multæ virtutes factæ ſunt, quæ per negligentiam non ſunt ſcriptæ. Nos vero quantum tempore noſtro aut fieri vidimus, aut factum certe cognouimus, ſilere nequiuimus.

De Theodimindo muto.

CAP. VII.

ADueniens iuuenis quidam Theodimindus nomine, audiendi loquendique obſtructo aditu, quotidianis diebus ad ſanctam baſilicam recurrebat, & inclinans ſe ad orationem, labia tantum mouebat, nam nullam poterat vocem emittere ſenſu integro, ſed erat mulctatus vocis

A officio Qui tam prompte videbatur orare, vt flere cerneretur
inter ipſa tacita verba plerunque. Cui ſi quis pro mer-
cedis reſpectu aliquid eleemoſynæ contuliſſet, continuo
hoc ſimilibus pauperibus erogabat, & ſtipem ab aliis nutu
poſtulans, ſtipendia indigentibus porrigebat. Cumque in
loco illo ſancto in hac deuotione per trium annorum ſpatia
commoratus fuiſſet, quadam die à diuina pietate commo-
nitus, venit ad ſanctum altare. Et ſtans oculis ad cœlum e-
leuatis, & manibus, erupit ab ore eius riuus ſanguinis cum
putredine. Et conſpuens in terram, cœpit grauiter gemere,
& excreare partes neſcio quas cum ſanguine, ita vt putare-
tur quod aliquis ferramento guttur eius incideret. Sed &
tabes ex ore eius tanquam fila ſanguinea dependebat. Tūc
diruptis aurium, ac faucium ligamentis eleuans ſe, & eri-
gens iterum, oculos & manus ad cœlum, ore adhuc cruen-
to in hanc primum vocem prorupit. Grates tibi magnas
refero, beatiſſime domine Martine, quod aperiens os me-
um, feciſti me poſt longum tempus in tuas laudes verba
laxare. Admirante autem omni populo, & ſtupente de tali
miraculo, interrogant, ſi & auditum pariter recepiſſet. Qui
B libere omnia audire populo teſtatus eſt. Poſt ſanitatem er-
go redijt ad Triodechildem Reginam, & pro virtute, reue-
rentiaque ſancti Martini collectus eſt, & ad ſcholam poſi-
tus, omnem pſalmorum ſeriem memoriæ commendauit.
Quem Deus perfectum efficiens clericum, per multos in
poſterum annos in ſeruitio Eccleſiæ commorari permiſit.

De Chamemunda muliere cæca.

Cap. VIII.

MVlier quædam nomine Chamemunda, oculorum lu-
ce priuata, neſciens viſu tenere viam, niſi alio ducen-
te, deuota valde, & fide plena, venit ad venerabile tem-
plum beati Martini antiſtitis. Erat autem non ſolum, vt di-
ximus, cæca, ſed etiam toto corpore vlceribus plena. Obſe-
derat enim omnia membra eius putredo cum puſtulis &
erat miſerabili facie, & horribilis ad videndum, vt tan-
quam leproſa putaretur à populo. Cumq; palpando dieb.
C ſingulis ante ædem glorioſi præſulis cum fide ſtaret, poſt
tres fere annos ſtanti ea ante ſepulchrum, aperti ſunt oculi
eius, ita vt cuncta clare proſpiceret. Amotoque omni lan-
gore membrorum, atque ſiccato humore qui fluebat à
corpore, noua cute ſuperueniente, taliter eſt priſtinæ red-
dita ſanitati, vt nec indicium quidem infirmitatis in eius
corpore reſediſſet. Quæ multos in poſterum viuens annos,
gratias omnipotenti Deo referebat aſſiduas, quod eam per
beatum Confeſſorem ſuum ſic reſtauraſſet incolumem.

De beato Baudeno Epiſcopo.

Cap. IX.

QVod præſens inuocatio nominis eius mare procello-
ſum compeſcuerit, non omittam. Cum beatus Bau-
denus Epiſcopus Turonicæ ciuitatis, de vrbe in vrbem na-
uigio ſubuehente, tranſiret, ſubito adueniente cum violen-
tia vento, nimbus teterrimus mare placidum commouet
fluctuum impulſu, nauiſque vndarum mole turbatur,
D caput primum in fluctus, ſecundum declinatur inter vn-
darum hiatus: Hi in ſcena montis aquoſi dependent, hi
apertis vndis in ima dehiſcunt: ſed nec antennæ reſident,
quæ beatæ crucis ſignaculum præferebant. Tunc reſolu-
tis timore membris, & omnibus ſine ſpe vitæ iam mori
putatis, proſtratus ſenior in oratione cum lachrymis, &
geminas tendens palmas ad aſtra, beati Martini auxilium
precabatur, & vt ſibi dignaretur adeſſe, velociter procla-
mabat. Vnus autem ex perfidis dixit, Martinus ille, quem
inuocas, iam te dereliquit, nec tibi in hac neceſſitate ſuc-
curret. Vere credo hanc vocem ab inſidiatore fuiſſe pro-
latam, vt beatum ſacerdotem ab oratione turbaret,
Sed ille hoc iaculum fidei lorica repellens, magis ac ma-
gis ſancti viri præſidium flagitabat, ſimulque cohortaba-
tur, vt omnes orarent. Cumque hæc agerentur, ſubito
ſuperuenit odor ſuauiſſimus tanquam balſamum in naui,
& tanquam ſi cum thuribulo aliquis circuiret, odor thi- E
mianatus effragrauit. Quo odore aduenience, ceſſit violen-
tia ventorum, eliſiſque aquarum aſtantium molibus, red-
ditur mare tranquillum: Mirantur omnes iam morti dediti
fluctuum pacem, & protinus data ſerenitate redduntur lit-
tori: quo nullus ambigat, beati viri aduentu hanc tempeſta-
tem fuiſſe ſedatam. Tunc omnes in commune Domino
gratias referunt, quod eos per inuocationem Antiſtitis ſui
dignatus ſit de hoc periculo liberare.

De eo, qui ſancti reliquias Cameracum contulit.

Cap. X.

HVius temporis quidam de Cameracenſi Eccleſia reli-
quias beati Martini expetiit. Quibus iam veſpere ac-
ceptis, cum pſallendo proficiſceretur, dumque Ligerim
fluuium tranſit, ſero factum eſt, & ſubito contenebratum
eſt cœlum & ecce fulgura magna ac tonitrua deſcendebāt.
Dum hæc agerentur, duæ puerorum lanceæ, emiſſa flam-
ma, lumen cunctis præbuerunt. Ibantque fulgurantes F
haſtæ, non minus miraculi, quam beneficii præeuntibus
præferentes, virtutemque Antiſtitis oſtendentes.

De Gallis Sueuis conuerſis.

Cap. XI.

DEficit lingua ſterilis tantas cupiens enarrare virtutes.
Chararici cuiuſdam Regis Galliciæ filius grauiter æ-
grotabat, qui tale tædium incurrerat, vt ſolo ſpiritu pal-
pitaret. Pater autem eius fœtidæ ſe illi Arrianæ ſectæ vna
cum incolis loci illius ſubdiderat. Sed & regio illa plus ſo-
lita, quam aliæ prouinciæ, lepra ſordebat. Cumque Rex
videret vrgeri filium in extremis, dicit ſuis, Martinus ille,
quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere, cuius,
quæſo, religionis fuerit enarrate. Cui aiunt, Catholicæ fi-
dei populum paſtorali cura in corpore poſitus gubernauit,
aſſerens filium cum patre & ſpiritu ſancto æquali ſubſtan-
tia vel omnipotentia venerari debere: Sed & nunc cœ- G
li ſede locatus, aſſiduis beneficiis non ceſſat plebi propriæ
prouidere. Qui ait, ſi hæc vera ſunt quæ profertis, diſcur-
rant vſque ad eius templum fideles amici mei, multa mu-
nera deportantes, & ſi obtineant mei filii medicinam, in-
quiſita fide Catholica, quam ille credidit, credam. Pen-
ſato ergo auro, argentoque ad filii pondus, tranſmiſit
ad venerabilem locum ſepulchri. Qui profecti, oblatis
muneribus exorant ad beati tumulum pro ægroto. Sed in-
ſidente adhuc in patris eius pectore ſecta, non continuo
integram recipere meruit medicinam. Reuerſi autem nun-
cii narrauerunt Regi, ſe multas virtutes ad beati tumu-
lum vidiſſe, dicentes: Cur non ſanatus fuerit filius tuus,
ignoramus. At ille intelligens, non ante ſanari poſſe
filium, niſi æqualem cum patre crederet Chriſtum, in ho-
norem beati Martini fabricauit Eccleſiam, miroque ope-
re expedita, proclamat, ſuſcipere mereor viri iuſti reliqui-
as, quodcunque ſacerdotes prædicauerint, credam. Et ſic
iterum ſuos dirigit maiore cum munere: qui venientes ad
beatum locum reliquias poſtulabant. Cumque eis offerrē-
tur ex conſuetudine, dixerunt. Non ita faciemus, ſed nobis H
quæſumus licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum
aſſumamus. Tunc partem palii ſerici penſatam ſuper be-
atum ſepulchrum poſuerunt, dicentes, ſi inuenimus grati-
am coram expetito patrono, quæ poſuimus plus inſequēti
penſabunt, eruntque nobis in benedictionem poſita, quæ-
ſita per fidem. Vigilata ergo vna nocte, facto mane, quæ
poſuerant penſitabant. In quibus tanta beati viri infuſa eſt
gratia, vt tandiu eleuarent in ſublime æream libram, quan-
tum habere poterat quo aſcenderet momentana.

Cumque eleuatæ fuiſſent reliquiæ cum magno trium-
pho, audierunt voces pſallentes qui erant in ciuitate de-
truſi in carcere, & admirantes ſuauitatem ſoni, interrogant
cuſtodes, quid hoc eſſet: qui dixerunt, Reliquiæ Domini
Martini in Galliciam tranſmittuntur, & ideo ſic pſallitur.
Tunc illi flentes inuocabant ſanctum Martinum, vt eos

A ſua viſitatione liberaret. Exterritiſque cuſtodibus, & in fugam verſis, diruptis obicibus retinaculorum; liber populus ſurgit à vinculo, & ſic vſque ad ſancta pignora, plebe inſpectante, venerunt. oſculantes flendo beatas reliquias, ſimulque & gratias beato Martino pro ſui abſolutione reddentes, quod eos dignatus fuerit ſua pietate ſaluare. Tunc obtentis per ſacerdotem à iudice culpis, incolumes dimiſſi ſunt. Quod videntes geſtatores reliquiarum, gauiſi ſunt valde dicentes: Nunc cognouimus, quod dignatur beatus antiſtes nobis peccatoribus propitium ſe præbere. Et gratias agentes proſpero proſequente patroni præſidio nauigio, vndis lenibus, temperatis flatibus, velo pendulo mari tranquillo, velociter ad portum Galliciæ peruenerunt. Tunc commonitus à Deo quidam nomine Martinus de regione longinqua, qui ibidem nunc ſacerdos habetur; aduenit. Sed nec hoc credo ſine diuina fuiſſe prouidentia, quod eo die ſe commoueret de patria, quod beatæ reliquiæ de loco leuatæ ſunt, & ſic ſimul cum ipſis pignoribus Galliciæ portum ingreſſus ſit. Quæ pignora cum ſumma veneratione ſuſcipientes, fidem miraculis firmant: nam filius Regis depulſa omni ægritudine, ſanus properat ad ocB curſum. Beatus autem Martinus ſacerdotalis gratiæ accepit principatum. Rex vnitatem patris & filii, & ſpiritusſancti confeſſus, cum omni domo ſua chriſmatus eſt. Squalor lepræ à populo pellitur, & omnes infirmi ſaluantur, nec vnquam ibi vſque nunc ſuper aliquem lepræ morbus apparauit. Talemque gratiam ibi in aduentu pignorum beati patroni Dominus tribuit, vt virtutes, quæ ibidem illa die factæ ſunt, enarrare perlongum ſit. Nam tantum in Chriſti amore populus ille prtomptus eſt, vt omnes martyrium libentiſſime ſuſciperent, ſi tempus perſequutionis adeſſet.

De Vltrogotha Regina.

Cap. XII.

NAm & Vltrogotha Regina, auditis miraculis, quæ ad locum fiunt, quo ſancta mẽbra quieſcunt, tanquam ſapientiam Salomonis, expetiit corde deuoto proſpicere. Abſtinens ergo ſe à cibis & ſomno, præcurrentibus etiam largiſſimis eleemoſynis, peruenit ad locum ſanctum ingreſſaque baſilicam timens, & tremens, nequaquam audebat adire ſepulchrum, indignam ſe eſſe proclamans, nec ibidem poſſe, obſiſtentibus culpis, accedere. Tamen deducta vigiliis nocte, & orationibus, ac profluis lachrymis, mane oblatis muneribus multis, in honorem beati confeſC ſoris miſſas expetiit celebrari. Quæ dum celebrantur, ſubito tres cæci, qui ad pedes beati Antiſtitis longo tempore priuati lumine reſidebant, fulgore nimio circundati, lumen, quod olim perdiderant, receperunt. Quo facto, clamor in cœlum attollitur magnificantium Deum. Ad iſtud miraculum currit Regina, currit & populus, mirantur omnes fidem mulieris, mirantur gloriam confeſſoris: ſed ſuper omnia collaudatur Deus noſter, qui tantam virtutem præſtat ſanctis ſuis, vt per eos talia operari dignetur, tale inter reliqua luminaria huic mundo beatum Martinum immenſum ſydus attribuens, per quem eius tenebræ refulgerent: Qui vero ſicut oliua fructifera, per ſingulos dies factis exhibet gloriam Domino, & conuerſionibus iuſtorum.

D *De eo qui puſtula in extremis poſitus laborabat.*

Cap. XIII.

SEd nec prætereundum eſt, quod venerabilem conſeruum meum Fortunatũ presbyterum retuliſſe commemoro. Quidam in Italia dum veneno puſtulæ peruaſus in diſcretione ſic ageretur, vt viuere deſperaret, aliquos interrogauit, ad templum beati Martini quis fuerit. Tunc quidam ex aſtantibus aſſerit ſe fuiſſe. Requirit ægrotus, quid idem pro benedictione detulerit. Qui negat, ſe aliquid præſumpſiſſe. Quem iterum interrogat, qua tunc veſte indutus ſit, cum ad templum ſancti peruenerit. Reſpondit, quod ea, qua ſuper ſe, ipſo tempore vtebatur. Tunc abſciſſa fideliter indumenti particula, impoſuit ſuper puE ſtulam. Mox vt ægri membra tetigit, vulnus puſtulæ venenum vim perdidit: Quæ tali medicamine virtutem ſancti protulit, & infirmum refert incolumem. Hanc apud Italos aſſerens ſpiritalem vigere medelam, vt ſi quis puſtulæ percutiatur vulnere, ad propinquum, quod fuerit beati Martini oratorium habeatur perfugium, & aut ex velo ianuæ, aut palliolis, quæ pendẽt de parietibus, quicquid primum raptum fuerit, fit ſalubre. Hæc medela genitorem ſuum carnalem ab interitu puſtulæ, vt ipſe patris ſui teſtis aſſerit, liberauit.

De Caſtello Italiæ Tertio nomine.

Cap. XVI.

IDem his verbis retulit, in cacumine Caſtelli regionis Italię, quod dicitur Tertium, oratorium beati Martini fundatum eſſe, ibique turi vicinæ, quotiens incurſione barbarorum per fraudem hoſtis accederet nocturnis inſidiis, quiſquis de vigilantibus habuiſſet in turre lanceam aut ſpatam, vel cultellum, ſeu graphium protuliſſet ex thecF ca fere per horæ ſpacium tale lumen reddebatur ex euaginato gladio, tanquam ſi illud ferrum verteretur in cereum. Et mox ex ipſo ſigno cuſtodes admoniti, magis intenti vigiliis, hoſtes latebrantes, lapidibus exturbabant. Quod opi ſancti Martini recto iudicio reputatur, qui vicinitate ſua ſibi deuotis populis ſedulam exhibuit, præſentemque cuſtodiam.

De oleo Cicendilis ſuper pictura beati.

Cap. XV.

ET hanc virtutem à ſupradicto cognouimus Fortunato, qui ſibi in Rauenna, & Felici & Rethorico ſociis ſuis ex oleo, quod ſub imagine picturæ beati Martini in cicendili ardebat, dum tetigerunt oculos lumen rediſſe confeſſus eſt.

De placido Procuratore.

Cap. XVI.

G SImiliter in prædicta vrbe dum Placidus procurator deſperatus à medicis, ad illud puellarum oratorium ſibi vicinum confugeret, & in atrio decubaret; venit noctu ad Abbatiſſam beatus Martinus per ſomnum, quam requirens quid faceret, ait, ſe quieſcere. Dicit ſanctus ad illam, in Gallias habui iam redire, ſed propter iſtum, qui foris iacet in atrio, me remoraturum profiteor. Tunc ſurgens Abbatiſſa, & referens viſum, fidem fecit homini, quia de periculo liberaretur. Quod certe meruit obtinere. Sed vt prędictus presbyter aſſerit, multum deſiderabilius in locis Italicis veneratur, quam vbi propria membra recubant: in tantum vt frequentia miracula nec ſparſa colligantur in verbis, nec tamen finita recondantur in paginis.

De his quæ Ambianis geſta ſunt.

Cap. XVII.

H IN porta Ambianenſi, in qua quondam vir beatus pauperem algentem chlamide decisa contexit, oratorium à fidelibus eſt ædificatum, in quo nunc puellæ religioſæ deſeruiunt ob honorem ſancti Antiſtitis, parumper habentes facultatis, niſi quod eas deuotorum alit ſæpe deuotio. Tamen eis quodam tempore pauca apum aluearia fuerant data, quæ cum quidam inuidus aſpexiſſet, ait intra ſe, Vtinam aliquid de his vaſis poſſem auferre. Sequenti autem nocte inſtigatus à dæmone, ablatis tribus vaſis nauim aſcendit, vt ſcilicet tranſito amne ſibi facilius quę abſtulerat vendicaret. Sed credo ei impedimẽtum fuiſſe hoc furtum. ſicut poſtea manifeſte probatum eſt. Igitur cum ſole oriente ad portum fluminis cauſa tranſmeandi homines properarent, nauim ad littus aſpiciunt, apeſque ex aluearis cateruatim emergere, hominemq; ſeorſum iacere proſtra-

A tum. Sed putantes eum à ſomno occupatum (ſicut didicerant iam à puellis furtum factum) quatenus properant ad alligandum eum, ſed accedentes mortuum reperiunt: Statimque puellis notum faciunt factum, & quod furto raptum fuerat cellulæ reſtituunt, admirantes tam velociter in homine diuinæ vltionis acceſſiſſe ſententiam.

De Siroialenſi oratorio.

Cap. XVIII.

SIc & apud Siroialenſe oratorium, cuius altarium ſancti confeſſoris manus alma ſacrauit, dum plerique beneficia expetita mererentur, quidam paralyticus adueniens cereum in ſtaturæ ſuæ altitudine nocte tota vigilans retinuit. qui mane facto, vt lux reddita eſt mundo, abſolutis greſſibus, populo teſte, incolumis exiliit.

De Bella cæca.

B
Cap. XIX.

NEc hoc ſilebo, quid cæcitati contulerit, cum beati ſepulchrum deuota mulier expetiſſet. Quædam de Turonico territorio fœmina, Bella nomine, amiſſo oculorum lumine grauiter laborabat. Et cum die noctuque inceſſabilibus doloribus vrgeretur, dicit ſuis, ſi ad baſilicam Domini Martini ducta fuiſſem continuo ſanitatem recepiſſem: confido etenim, quod poſſit oculis meis lumen infundere qui potuit pauperis lepram oſculo libato ſanare. Deinde adminiculo deducente venit ad ſanctum locum, ibique ieiuniis, & orationibus crebris inſiſtens viſum quem amiſerat, recipere meruit. Et ita ſanata eſt, vt quæ cæca venerat alio producente, cæcis affatim dux futura regreſſa ſit.

De Ammonio præcipitato.

Cap. XX.

ET quia bis aut tertio de ſola glorioſi nominis imprecatione & virtutes factas, & pericula ſedata narrauimus, quale cuidam pereunti in ipſo mortis præcipitio beatus Pontifex inuocatus ſuſtentaculum præbuerit, euoluam.
C Ammonius quidam vices agens ſanctæ Baſilicæ, dum de cœna madefactus vino veniret, de rupe excelſa, quæ viæ coniungitur, inimico impingente præcipitatur. Erat autẽ profundum loci illius ducentorum pedum Cumque per profunditatem præcipitii illius rotaretur, & deorſum ſine alarum remigio volitaret, ſancti Martini auxilium per ſingula deſcenſionis ſuæ momenta clamabat. Tunc quaſi manibus alterũ de iumento ſuo excuſſus, ſuper arbores, quæ valli inerant, deiicitur. Et ſic paulatim per ſingulos ramos deſcendens, ſine mortis periculo ad terram vſque peruenit. Tamen vt opus inſidiatoris non vſquequaque videretur caſſatum, quod fuerat inchoatum, pedem eius leuiter lædit. Sed veniens ad glorioſi Domini templum, orationi incumbens omnem vim doloris amiſit.

De alio appenſo.

Cap. XXI.

NOn credo haberi ſuperfluũ, ſi inferatur lectioni, qua-
D liter inuocatio nominis eius vitam præſtiterit morituro. Quodam loco vnus propter furti ſcelera comprehẽſus, atque grauiter verberibus actus, ductus eſt ad patibulum, vt condemnaretur ſuſpendio. Cumque in huc exitu morte iam appropinquante veniſſet, orandi ſpatium petiit. Tunc ſicut erat ligatis poſt tergũ manibus, iactauit ſe pronus in terram, & cœpit cum lachrymis inuocare nomen beati Martini, vt ſi & in hac neceſſitate non ſuccurreret, vel à culpis eum in poſterum excuſaret. Cumque completa oratione ſuſpenſus fuiſſet, receſſerunt milites à loco illo: ipſe autẽ ore ſemiaperto parumper labia mouẽs, ſancti Martini ſemper nitebatur auxilium implorare. Diſcedentibus tamen illis, ſtatim ſolutæ ſunt manus & pedes eius. Et ſic per biduum pendente eo, reuelatum eſt cuidam religioſo E
vt eum tolleret. Qui veniens inuenit eum adhuc viuentem. Tunc auditorio beati Martini de patibulo depoſitum, incolumem adduxit ad Eccleſiam. Videntes vero eum, ſtupeſcebant, & admirabantur, dicentes: Quomodo viuit. Et interrogabant eum qualiter liberatus eſſet. Ille autem dicebat. Beatus Martinus me de præſenti morte eripuit, & huc-uſque perduxit. Vere hanc ego virtutem in hoc homine oſtenſam, iuxta ſenſus mei intelligentiam non inferiorem cenſeo, quam mortuum ſuſcitatum: Quem ſic beatus confeſſor confracto, vt ita dicam, mortis hiatu, & eius ab ore retractum vitæ reſtituit. Qui vſque hodie ad teſtimonium virtutis beati viri viuus habetur in ſeculo.

De Leomere contracto.

Cap. XXII.

QVid etiam in Condatenſi diœceſi actum ſit, non præ- F
teribo. Locus autem ille crebris virtutibus illuſtratur. In hoc enim vir beatus ſarcina carnis abiecta, migrauit ad dominum. Leomeris ergo quidam nomine, ſeruus cuiuſdam hominis Andegauini, ab angue percuſſus, contracta manu ligatur, lingua quoque rigebat, multoque tempore in hac debilitate detentus, neque ſibi, neque Domino aliquid operis exercebat. Hic fide commonitus, cum ad beati baſilicam vigilaſſet, directa manu, liberataque ab omni impedimento, lingua beati Martini miraculum populis teſtabatur dicens, Ecce quid in hac nocte ſanctus Dei operatus eſt, me teſte probate. Reuerſus autem ad Dominum ſuum narrauit ei omnia quæ acta fuerant. Sed ille minime virtutem glorioſi Pontificis credens, ad ſolitum eum adaptat ſeruitium. Qui cum operari cœpiſſet, rurſum in debilitatem redigitur. Intelligens autem Dominus eius, Dei hoc eſſe myſterium, tranſmiſit eum iterum ad locum, in quem prius abierat. Ad quem ille cum maxima deuotione perueniens, data illi ſanitate, quam prius habuerat, inſtauratur.

De Chranio ſoluto à cathenis.

Cap. XXIII. G

DIgnũ exiſtimaui & illud non omittere in relatu, quod, Viliathario presbytero referente, audiui. Tempore quo propter perfidiam Chranius iram Chlotarii Regis incurrerat, ad baſilicam ſancti Martini confugit, atque ibidem in cathenis poſitus cuſtodiebatur, ſed virtute beati præſulis comminutæ cathenæ ſtare non potuerunt. Neſcio autem qua imminente negligentia foris atrium comprehenſus eſt. Quem oneratum ferro, vinctiſque poſt tergum manibus, ducebant ad Regem. At ille voce magna clamare cœpit, & vt ſibi beatus Martinus miſereretur, orare, ne eum ſineret abire captiuum, cuius deuotus expetierat templum. Statimque in eius vocibus, orante beato Euphronio Epiſcopo de muro ciuitatis contra baſilicam, diſſolutæ ſunt manus eius, & omnes baccæ cathenarum confractæ ceciderunt. Perductus autem vſque ad Regem, ibi iterum in compedibus & cathenis conſtrictus retinebatur. Sed inuocato nomine ſæpe dicti patroni, ita omne ferrum ſuper eũ H
comminutum eſt, vt putares illud fuiſſe quaſi figulum. Hoc tantum erat in ſpatus, vt non ſolueretur à vinculo, quoadusq; nomen illud ſacratiſſimum inuocaſſet. Inuocato autem omnia ſoluebantur. Tunc Rex alterius ingenii videns virtutes ſancti Martini ibidem operari, & ab onere vinculorum abſoluit eum, & priſtinæ reſtituit libertati. Hæc ab ipſius Viliacharii presbyteri ore coram multis teſtibus factum eſſe cognoui. Vtinam ſe mihi in tali virtute dignaretur manifeſtare beatus confeſſor, & ſic abſoluere meorum ligamina peccaminum, ſicut ſuper eum contriuit vaſta pondera cathenarum.

De Alpino Comite debili.

Cap. XXIV.

ALpinus quoq; Comes Turonicæ Ciuitatis cũ per totũ annum grauiter ab vnius pedis dolore cõſumeretur,

& nocte dieque requiem non haberet, atque inter ipſas torturæ ſuæ voces beati Martini iugiter auxilium imploraret, apparuit ei beatus confeſſor in viſu nocte, hilari vultu arridens, & conſueta deferens arma, beatum ſignaculum ſanctæ crucis ſuper pedem infirmum impoſuit. Mox omni dolore fugato ſanus ſurrexit de lectulo.

De Charigiſilo contracto.

Cap. XXV.

His expertis Charigiſilus Referendarius Regis Chlotharii, cui manus & pedes ab humore contracti erant, venit ad S. baſilicam, & orationi incumbens per duos aut tres menſes, à beato Antiſtite viſitatus, membris debilibus ſanitatem obtinere promeruit: Qui poſtea antedicti Regis domeſticus fuit, multaque beneficia populo Turonico, & ſeruientibus beatæ baſilicæ miniſtrauit.

De Aquilino amente.

Cap. XXVI.

Narrabo & illud, qualiter diabolicæ artis inſaniæ ad eius baſilicam deuidennit. Quidam Aquilinus nomine, dum venationẽ cum patre ſuo in ſyluis Franciæ exerceret, pauorem peſſimum, inimico inſidiante incurrit. Erat enim ei tremor cordis, & interea videbatur extenſus. Parentes vero eius intelligentes eũ diaboli immiſſione coarctari, vt mos ruſticorum habet, à ſortilegis, & ariolis ligamenta ei, & potiones deferebant. Sed cum nihil valeret mos ille, ſancti Martini auxilia prompti, dolore cogente, requirunt, dicentes: Poteſt in his inſidiis nudare malitiam, qui deiexit vmbram multam, vt audiuimus, falſo religionis nomine adoratam. Quem de regione commotum miſerunt ad ſanctam baſilicam ibique in orationẽ cum ſumma parcitate ſe continens, opem ſancti poſcebat aſſidue. Cumque in hac fide diutius commoratus eſſet, omni pauore dempto, ſenſum vt habuerat ante, recepit. Oblitiſque parentibus in eo loco vſque hodie pro beneficio accepto deſeruit.

De Charimaldo debili.

Cap. XXVII.

Sed & Charinaldus quidam per venationem ſimiles incurrens inſidias, latus vnum debilitata manu ac pede perdiderat. Qui ad glorioſum templum famulorum manibus deportatus, ieiuniis & orationibus ſe ſubdens aſſiduis, per totum fere annum, omnium membrorum ſanitate recepta, gaudens remeauit ad propria. Et ideo monemus, vt nullus ſolicitetur ab ariolis, quia nihil vnquam proderunt infirmis. Plus enim valet parumper de puluere baſilicæ, quam mille cum medicamentis inſaniæ.

De fune abſciſſo.

Cap. XXVIII.

De puluere, aut cera loci illius, vel quicquid rapere quis potuit de ſepulchro, quantæ virtutes aut aſſidue fiant, aut factæ ſint, quis vnquam poterit inueſtigare, aut ſcire? Vnum tamẽ manifeſtum miraculum, quod à fidelibus comperi, putaui crimen tacere. Vnus fide plenus expetiit, vt aliquid pignoris de ſancti baſilica ſecretius deportaret. Et multis conatus vicibus, nunquam potuit, dum publice nõ præſumpſit. Reuerti autem cupiens, nocte ad funem illum, de quo ſignũ commouetur, aduenit. Ex quo fune deciſam cultro particulam, ſecum detulit. Regreſſuſque ad domũ, multis exinde infirmis ſanitatem commodauit, ita vt non dubium eſſet ægrotum euadere, qui pignus illud meruiſſet fideliter oſculari. Ecce quid ſancte præſtas fidelibus, qui tua mœnia expetunt pie, Per te ſaluantur, qui pignora votiue detulerint, & ſubſequente tuo auxilio, liberantur. Sed hæc omnia fides ſtrenua operatur, dicente Domino, Fides tua te ſaluam fecit.

De Chariberto Rege, qui res eccleſiaſticas peruaſit.

Cap. XXIX.

Viderat, nec ſilẽdum, qualiter vir beatus præſidis famulis ad res ſuas defendendas quaqua iubet accomodat. Charibertus Rex cum exoſis clericis, Eccleſias Dei negligeret, deſpectiſque ſacerdotibus, magis in luxuriam declinaſſet, ingeſtum eſt eius auribus, locum quendam, quẽ baſilica ſancti Martini diuturno tẽpore retinebat, iuſti ſui iuri, reddiq; debere. Loco autem illi Nauicellis nomen priſca vetuſtas indiderat. Qui accepto iniquo conſilio, pueros, velociter miſit, qui Remiculam illam in ſuo dominio ſubiugarent. Cumque hæc recte poſſidens videretur habere, iuſſit in locum illum ſtabularios cum equitibus dirigi, ibique ſine æquitatis ordine præcepit equos ali. Accedentes ergo pueri fœnum quod coaceruatum fuerat, accipiunt in equorum expenſas. Cumque iniunctum ſtudioſe ageretur ſeruitium, atque equi ſuppoſitum fœnum cœpiſſent expendere, corripiuntur rabie. Et frementes adinuicem diruptis loris, per plana proſiliunt, & in fugam vertuntur, & ſic male diſperii, alij excæcantur, alii rupibus præcipitantur, alii ſe ſepibus ingerentes, palorum acuminibus transfodiuntur. Tãdem ſtabularii irã Dei intelligentes, paucos extra terminum loci, quos aſſequi potuerunt expellunt, ſanoſq; recipiunt, nunciantes Regi rem illam iniuſtiſſime retineri. Et ideo hæc cum fuiſſent perpeſſi dixerunt: Dimitte eã, & erit pax tibi. Qui furore repletus ſic dixiſſe fertur, ſiue iuſte, ſiue iniuſte reddi debeat, regnante me, hanc baſilica non habebit. Qui protinus diuina iuſſione tranſitum accipiens quieuit. Adueniente autem glorioſiſſimo Sigeberto Rege, in eius regnum, ad ſuggeſtionem beati Eufronii Epiſcopi hoc in domo ſancti Martini reſtituit, quod vſq; huc ab eius baſilica poſſidetur. Audite hæc omnes poteſtatẽ habentes: Sic veſtite alios, vt alios non ſpolietis: hoc adiungite veſtris diuitiis, vt damna non inferatis Eccleſiis. Vindex eſt enim Deus velociter ſeruorum ſuorum. Et ideo monemus, vt qui de poteſtatibus hæc legerit, non iraſcatur. Nam ſi iraſcitur, de ſe fatebitur dictum.

De Euſtochio Pictauenſi.

Cap. XXX.

Simili conditione beatus Confeſſor in rebus ſibi iniuſte ablatis apparuit. Euſtochius quidam cum plerunque cõtra iuſtitiam ſanctum Epiſcopum de hæreditate Baudulphi cognati ſui pulſaret, qui hæredem baſilicam ſancti Martini inſtituerat, commotus ab eo per inſidias & iniurias, beatus Pontifex aliquid ei de rebus illis reddidit. Portante autem illo hoc ad domum ſuam, protinus filius eius vnicus in febrem corruit, vnaque die & nocte grauiter æſtuans, expirauit. Cui tam preſto fuit mortis occurſus, quam velociter pater eius de rebus ſibi non debitis effectus eſt Dominus. Qui in exemplum Giezi poſſedit aurum, & argentum, ſed, quod illis erat pretioſius, acquiſita animæ lepra, amiſit filium: nec vnquam meruit deinceps alium adipiſci.

De eo qui in ſancta porticu peierauit.

Cap. XXXI.

Qvam preſens, & ſuper illum vltio diuina proceſſit, qui in ſancta porticu peierauerat, ad comprimẽdam perfidorum audaciam non ſilebo. Cum ad maculam illam, quã ſanctus ſuo beneficio deuotorum eleemoſynis paſcit, quotidie à fidelibus neceſſaria tribuantur, conſuetudinem benedicti pauperes habent, vt cũ multi ex his per loca diſceſſerint cuſtodem inibi derelinquant, qui quod fuerit oblatum accipiat. Quidam ergo deuotus vnum trientem mercedis intuitu detulit, quem cuſtos loci collectum fratribus occultare non metuit. Conuenientes autem pauperes ad ſextã, ſciſcitati ſunt antedictum cuſtodem, quid ſibi beat⁹ paſtor ſolita pietate reſpiciens tranſmiſiſſet, audierãt enim ibidem aliquid fuiſſe largitum. Qui ait cum ſacramento, Per hunc ſanctum locum & virtutes domini Martini, quia

A hic amplius non venit, quàm vnus argenteus. Necdum enim verba compleuerat, ſed adhuc in ore ſermo pendebat, cum ſtatim tremens corruit in terrã, ſuoq; lectulo aliorum manibus redditus, cœpit grauiter ſingultare. Interrogatus autem à circunſtantibus quid ſibi eſſet, reſpondit, trientem illum quem pauperes requirebant, periuraui, & ideo me præſens vindicta flagellat, ſed rogo vt eum accipientes reddatis maculę. Quo reddito, ſtatim emiſit ſpiritum. O infelix qui ſic ab iniqua cupiditate præuentus periit, vt & lucrum vitæ perderet, nec damna captæ pecuniæ poſſideret. Sed ad quid non mortalia pectora cogis execranda cupiditas? Quę inuida quondam viduæ duobus minutis cœleſte Regnum mercandi cauſa fueras, hũc per vnum trientem ad ima præcipitas, & quæ Iudam appendiſti laqueo in magiſtri pretio, hunc per paruum numiſma demergis in tartara. Satis ergo hæc ad comprimendam malorum temeritatem dicta ſufficiant.

B *Quod me virtus eius ab infirmitate reſtaurauit.*

Cap. XXXII.

ERgo his exactis, quæ circa alios geſta ſunt, aggrediar: quæ circa me indignum virtus pręſentis eſt operata patroni Anno centeſimo ſexageſimo tertio, poſt aſſumptionem ſancti ac prædicabilis viri beati Martini Antiſtitis, regente Eccleſiam Turonicam S. Eufronio Epiſcopo anno ſeptimo ſecundo anno Sigyberti glorioſiſſimi Regis, irrui in valetudinem cũ puſtulis malis & febre, negatoque vſu potus atq; cibi, ita angebar, vt amiſſa omni ſpe vitæ præſentis, de ſolis ſepulturæ neceſſariis cogitarem. Obſederat enim me mors cum ardore, animam cupiens expellere de corpore. Tunc iam valde exanimis inuocato nomine beati Martini antiſtitis parũper cõualui, & lento adhuc conamine iter incipio præparare, inſederat enim animus, ut locum venerabilis ſepulchri viſitare deberem. Vnde tanto deſiderio C affectus ſum, vt ne viuere me optarẽ, ſi tardius diſtuliſſem. Et quia vix euaſeram ex ardore incõmodi, cœpi iterum feruore febris ſuccendi. Nec mora adhuc parum fortis iter cũ meis arripio, actiſq; vel duabus, vel tribus manſionibus, ingreſſus ſyluas, corrui rurſus in febrẽ, & tam grauiter ægrotare cœpi, vt omnes me autumarent vitam amittere. Tunc accedentes amici, & videntes me valde laſſum, dicebant, Reuertamur ad propria, & ſi te Deus vocare voluerit, in domo tua morieris: ſi autem euaſeris, votiuum iter facilius explicabis: ſatius eſt enim reuerti ad domum, quam mori in eremo. Ego vero hæc audiens, vehementer lachrymabam, & plangens infœlicitatem meam, loquutus ſum cum eis, dicens: Adiuro vos per omnipotentem Deum, & reis omnibus metuendum iudicii diem, vt ea quę rogo, conſentiatis, de cœpto itinere non deſiſtere, & ſi mereor S. Martini videre baſilicã, gratias ago Deo meo, ſin alias, vel exanime corpus deferentes ibidem ſepelite, quia deliberatio mea eſt, non reuerti domum, ſi non eius ſepulchro meruero præſentari. Tunc vna pariter flentes, iter, quod cœperam, aggredimur. Præcedente ergo præſidio glorioſi domini; ad baſilicam eius aduenimus.

D *De Clerico noſtro amente.*

Cap. XXXIII.

EO tempore vnus ex clericis meis Armentarius nomine, bene eruditus in ſpiritualibus ſcripturis, cui tam facile erat ſonorum modulationes appendere, vt eum non putares hoc meditari, ſed ſcribere, in ſeruitio valde ſtrenuus, & in commiſſo fidelis. Hic vero, inficiente veneno, à puſtulis malis omnem ſenſum perdiderat, & ita redactus fuerat, vt nihil penitus aut intelligere poſſet aut agere. Tertia autem nocte, poſtquam aduenimus ad ſanctam baſilicam, vigilare diſpoſuimus, quod & impleuimus. Mane autem facto, ſigno ad matutinas commoto, reuerſi ſumus dormitum: qui lectulis quieſcentes vſque ad horam prope ſecundum dormiuimus. Expergefactus ergo, amota omni languoris & cordis amaritudine, ſentio me priſtinam recepiſſe ſanitatẽ,

E & gaudens puerum familiarẽ, qui mihi ſeruierat, euoco. Exurgens autem Armentarius velociter coram me ſtetit, & ait: Domine ego parabo quod iuſſeris. At ego exiſtimãs adhuc eſſe eum extenſum, vade, inquam, voca puerum. Et ait: Ego quæcunque præceperis adimplebo. Obſtupefactus interrogo quid hoc eſſet. Qui ait: Intelligo me valde ſanum, ſed vnus error eſt animi, quod neſcio de qua parte huc aduenerim. Et ita incipiens ita mihi impendit ſeruitium, ſicut erat ſolitus ante triduum. Tunc ego exultans & flens præ gaudio, gratias omnipotenti Deo tam pro me, quam pro ipſo refero, quod intercedente patrono incolumem me corpore, illum mente reddiderit. & vnus excurſus ex fide etiam alteri amenti, qui nec petere nouerat, ſalutem præſtitiſſet. Sed nec hoc præteribo, quod poſt dies quadraginta eodem die primo vinum delectatus ſum bibere, cum illud, faciente incommodo, vſque nunc exoſum habuerim.

F *Quod virtus eius ab agro noſtro tempeſtatem prohibuit.*

Cap. XXXIV.

NOs vero reuertentes tres cereolos pro benedictione beati ſepulchri portauimus. De qua cera quam multæ virtutes factæ ſunt ſuper frigoreticis, & aliis infirmis longum eſt enarrare. Sed vnum è multis miraculum proferam. Agrum quendam poſſeſſionis noſtræ grando annis ſingulis vaſtare conſueuerat, & tam grauiter ſæuiebat, vt nihil ibidem cum veniſſet relinqueret. Tunc ego in vineis illis arborẽ vnam, quæ erat excelſior cæteris eligens, de ſancta cera ſuper eam poſui. Poſt illam diem autem vſq; præſens tempus nunquam ibidem tempeſtas cecidit, ſed veniens, locum illum tanquam timens præterit.

De ligno beati Cancelli.

XXXV.

FIde commouente, quidam ex noſtris lignum venerabile de cancello lectuli à monaſterio ſancti, me neſciente, detulerat. quod in hoſpitiolo ſuo pro ſaluatione retinebat. Sed credo quia non ſic honorabatur, aut decorabatur, vt docuerat, cœpit familia eius grauiter ægrotare. Et cũ penitus neſciretur quid hoc eſſet: nec minueretur aliquid, ſed G quotidie augeretur deterius, vidit in viſu noctis perſonam terribilem dicentem ſibi, Cur ſic tecũ agitur? Qui ait: ignoro prorſus vnde hoc euenerit. Dicit ei perſona, lignũ, quod de lectulo domini Martini tuliſti. negligenter hic retines, ideo hæc incurriſti. Sed vade nunc, & defer illud Gregorio Diacono, & ipſe ſecum retineat. At ille nihil moratus mihi exhibuit. Quod ego cum ſumma veneratione collectum, loco digno repoſui. Et ſic omnis familia in domo eius ſanata eſt, ita vt nemo ibidem deinceps aliquid mali perferret.

Quod virtus eius nobis inimicos inhibuit.

XXXVI.

FActum eſt autem quodam tempore, vt viſitationis ſtudio ad venerabilem matrem meam in Burgundiam ambularem. Cum autem ſyluas illas, quæ trans Berberem fluuium ſitæ ſunt, prętereirem, latrones incurrimus. Qui circũdantes nos, volebãt ſpoliare & interficere. Tunc ego ad auxilia conſueta confugiens, S. Martini præſidium flagitabã. Quod mihi protinus dignãter aſſiſtens, ita eos conterruit, vt nihil contra nos agere poſſent. Sed verſa vice qui venerant vt timerentur, timere cœperunt, & curſu velociſſimo fugere. Sed immemor Apoſtoli dicentis: Inimicos noſtros potu ciboque debere ſatiari, potum eis offerri præcipio. Qui nequaquam expectantes, quantum poterant, fugiebant. Crederes eos fuſtibus agi, aut inuitos contra poſſibilitatem caballorum ſuorum currere cogi, & ſic tribuente Domino, & iuuãte patrono, quo dirigebamur, aduenimus. De quantis me tribulationibus & ærumnis eripuit, in quantis mihi neceſſitatibus ſua pietas aſtitit, vel quantas in me amaritudines ſua virtute compeſcuit, non dicam ad ſcribendum, ſed etiam ad referendum, perlongum eſt.

A *De diſſintericis.*

Cap. XXXVII.

QVid de diſſintericis dicam, vbi tam velociter inuenitur medela, quam fideliter fuerit inquiſita? Nam vidi mulierem à diſſenteria per quinque menſes laborantem, ita vt cum neceſſitas cõmoueret, inter manus in loca neceſſaria transferretur, quæ ſimul & confortationem cibi, & virtutem corpuſculi ſuperflue digerendo perdiderat, me indice, ad baſilicam vigilaſſe. Reddito autem poſt nocturnas tenebras die, abraſo beati tumuli puluere, & remedium hauſiſſe, ſimul & poculum eamq; domi propriis greſſibus fuiſſe redditam, quæ veniens ab aliis fuerat ſuſtentata.

De Energumenis, & frigoreticis.

Cap. XXXVIII.

B QVid ego de Energumenis, vel frigoreticis referam, quib. ſi vere fuerint parcitas & fides coniunctæ, mox adminiculante patrono, mente ſubmouentur inſidiæ? Sic multi ex frigoreticis, dum vi febris peſſime quatiuntur, tota die inter altarium & ſanctum tumulum debachantes, ad veſperũ hauſto ex beato ſepulchro puluere, continuo promeruerunt accipere ſanitatem. Nam Paulus Energumenus, qui legionem dæmoniorum dicebatur habere, inſiſtente inimico, machinam, quæ ſanctæ cancræ erat propinqua conſcendens dixiſſe fertur. Parcatur vaſculo quod exuius inhabito. Et exæſtuans & præcipitans ſe deorſum, ita beati virtute leniter in pauimentum depoſitus eſt, vt nullum membrorum damnati corpuſculi collideret.

De Leomeria cæca.

Cap. XXXIX.

C LEomena quædam cœca atque contracta, longo tempore miſerabiliter viuens, dum vero per manus aliorum crebris occurſibus verteret, quo ad baſilicam itur, tandem ab eius pietate reſpecta, iacens ad ſanctum oſtium, lumen pariter, greſſumque recepit. O ſi totum proderetur in publico, quod ſinguli quique dum fideliter poſcunt, latenter accipiunt, & retinet occultum multorum conſcientia, quod fideliter poſcendo, clam quæſita ſanitas eſt adepta. Quod ſi hæc, vt diximus, cuncta publicarentur, non ſolum libros, ſed nec ipſum mundum, vt ait Euangeliſta de Domino, arbitror potuiſſe recipere.

De Securo contracto.

Cap. XL.

ET quando ſermo clauſuram petit, vnum vobis adhuc præclarum miraculum priuſquam finem accipiat, enarrabo. Adoleſcens quidam nomine Securus, ex vtero matris egrediens, manum aridam pedemque protulerat, & ita omnium membrorum ſiccata compago diriguerat, vt monſtrum aliquod figuraret: Erat autem & iugo ſeruitutis innexus. Quem cum viderent domini ſui iam per ſeptem annos nihil omnino proficere, manibus deportando poſuerunt eum ante ſepulchrum, vt vel à prætereuntibus paſceretur, qui labore proprio ali non poterat. Iacente autem eo in loco per multos dies directus eſt pes eius qui fuerat debilis, manuſque eius ſicca, infecta ſanguine venis, ſanata eſt, & ita omni corpore, accepta beati Confeſſoris ope ſanatus eſt, vt putares denuo fuiſſe renatum. Qui puerulus à Iuſtino comite redemptus, & ingenuus dimiſſus eſt: & poſtea baptiſmum conſequutus, vſque hodie ſub patrocinio ſanctæ Eccleſiæ perſiſtit incolumis. Quis vnquam iſta ſic ex ordine inquirere, aut referre poterit, vel laudare ſufficiat? Tamen nos, quantum inueſtigare potuimus, ſcribere fideliter ſtuduimus, hanc ſperantes retributionem mercedis accipere, vt dum hæc leguntur in laudem ſanctiſſimi ſacerdotis, nobis fortaſſe retribuatur refrigerium pro delictis, dicente Poeta, Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

D

Explicit Liber primus.

INCIPIT PROLOGVS IN Librum Secundum.

E

QVoniam perſcripſimus virtutes ſancti Martini, quas vidimus, vel à fidelibus viris de anteacto tempore reperire potuimus ardentes valde in hac ſite, ne traderetur obliuioni, quod Dominus exercere dignatus eſt in laudem Antiſtitis ſui, narrare etiam ea cupimus, quæ noſtro tempore agi miramur, relinquentes non paruam materiam eloquentioribus, ſumentes autem magnalia virtutum in noſtris operibus vt quod pertica non dilatat in paginis, numeroſitas virtutum extendat in tumulo.

INCIPIT LIBER SECVNdus miraculorum ſancti Martini Epiſcopi.

F

Qualiter à febre & diſſenteria erutus ſum.

Cap. I.

ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo poſt tranſitum B. Martini Antiſtitis Sigisberto glorioſiſſimo Rege duodecimo anno regnante, poſt exceſſum ſancti Eufronii Epiſcopi, non meo merito, cum ſim conſcientia teterrimus, & peccatis obuolutus, ſed tribuente fideli Deo, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, onus Epiſcopale indignus accepi. Menſe autem ſecundo ordinationis meæ cum iſſem in vrbem, incurri diſſinteriam cum febre valida, & taliter agi cœpi, vt imminente morte viuere omnino deſperarem. Emittebantur autem aſſidue digeſtionum officia, quæ accipere non poterant in expenſa, & erat horror cibi, cumque ab inedia deficeret virtus ſtomachi, febris tantum erat virtus corporis: Nam nullatenus accedebat confortatio ſumpta ſola: Erat autem & dolor grauis tormalium penetrans, & deſcendens ad ilia, non minus conſumens tortura ſua quam febris exegerat. Cumque ſic ageretur mecum, vt non remanſiſſet ſpes vitæ, ſed cuncta deportarem in funere, nec valeret penitus medici antidotum, quem mors mancipauerat ad perdendum, ego ipſe de me deſperans, vocaui Armentarium archiatrum, & dico ei, Omne ingenium artificii tui impendiſti, pigmentorum omnium vim probaſti, ſed nihil proficit. Perituro ex ſeculo vnum reſtat quod facias. Magnam tibi thiriacam oſtendam, Puluerem de ſacratiſſimo Domini ſepulchro exhibe, & exinde mihi facito potionem, quod ſi hoc non valuerit, amiſſa ſunt omnia euadendi præſtigia. Tunc miſſo diacono ad antedictum beati præſulis tumulum, de ſacroſancto puluere exhibuit, dilutumque mihi porrigunt ad bibendum. Quo hauſto, mox omni dolore ſedato, ſanitatem recepi de tumulo. In quo tam præſens fuit beneficium, vt cum datum fuerit hora tertia, incolumis procederem ad conuiuium ipſa die hora ſexta. Viſum eſt & hoc inſerere lectioni, qualiter me Deus arguerit, ne ante me permitterem ſtultos & faciles, & beatis ſolemnibus obtrectarem. In craſtino autem poſtquam conualui, die Dominico ad miſſam veniens, nolenſque me fatigare, vni presbyterorum glorioſa ſ. lectura celebrare præcepi. Sed cum presbyter ille neſcio quæ ruſtice feſtiua verba depromeret, multi eum de noſtris increpare cœperunt, dicentes: Melius fuiſſet tacere, quam ſic inculte loqui. Nocte autem inſequuta, vidi virum dicentem mihi, de myſteriis Dei nequaquam diſputandum. Teſtor enim quia hoc à me non eſt compoſitum: ſed ipſa verba quæ audiui, vobis expoſui. Vnde, dilectiſſimi, nullus de hoc myſterio, etiam ſi ruſtice videatur dici, diſputare præſumat, quia apud Dei maieſtatem magis ſimplicitas pura, quam philoſophorum valet argutia.

G

H

De infirmitate Iuſtini.

Cap. II.

GRatum arbitratus ſum & illud nõ omittere, quod mihi in libro ante nota excidit, cũ retulerim de cereolis illis,

A quos de ſepulchro beati Antiſtitis ſuſtuli, à quibus & tempeſtates ſedatas, & alias infirmitates prohibitas dixi. Hos cum mecum detinerem, Iuſtinus vir ſororis meæ in valetudinem irruit, & inualeſcente febre cum doloribus membrorum omnium, valde ad extremum agi cœpit. Nuncius hæc ad me delatus retulit, efflagitans vt ſi quid medicamenti reperire poſſem, morituro tranſmitterem, ne obiret. At ego in virtute beati Antiſtitis confiſus, vnũ ex cereolis tranſmitto per puerum, dicens: Accendite illum coram eo, & in contemplatione luminis orationem fundat ad Dominum, & deprecetur omnipotentiam Antiſtitis, vt ei ſuccurrat. Miſſus autem puer quod dederam deportauit. Quo accenſo ante lectum ægroti, fauillam ſcirpi, quem iam ignis conſumpſerat, cultro eradunt, dilutumque aqua ægro porrigunt ad bibendum. At ille vt hauſit, ſanitatem protinus recepit, incolumisque redditus eſt nobis. Poſteà qualiter ſibi virtus beati Antiſtitis ſubuenit, expoſuit. Nam referre erat ſolitus, quod vbi primum oculis eius iubar luminis progreſſum à cereo pepulit tenebras noctis, protinus in
B contemplatione flammæ febris receſſit à corpore, ac ſtomachus qui diu languuerat inedia, cibum conſolationis efflagitat, & qui tantum aquam puram ad reſtingendum febris ardorem haurire conſueuerat nunc vinum deſiderat. Facit hæc virtus Antiſtitis, quæ ſæpe miſeris opem profluа miſeratione tribuit, & infirmis medicamenta largitur.

De Mauruſa Cyragrica.

Cap. IIII.

VEreor ne nimium progredi præſumens, obſoleat paginam ſermo ruſticior. Mauruſam quandã grauiter Cyragricus corporis dolor affecerat, ita vt retortis ad crura pedibus, nullatenus ſe erigere poſſet. Erat enim & oculorum luce mutata, quæ longo tempore grauiter agens, tanquam mortua putabatur ſuperſtes, nec erat ei ſpes alimoniæ, niſi aliquis ei manum miſericorditer porrexiſſet. Quotidie
C autem reſpectum intuens deuotorum, victus neceſſaria poſcebat. Factum eſt autem, vt quo tempore extra ſolitum grauius ageret, nec poterat quoquam modo iuuari membrorum officio, niſi quod tantum in pectore flatus ſpiraminis decurrebat. Quæ iam valde exanimis rogauit, vt eam ad pedes ſancti Martini deferrent. Ad quem locum cum manibus fidelium fuiſſet illata, dolore cogente, vociferans beati viri auxilium, vt ſibi miſereretur orabat. Tandẽ pietas illam reſpiciens, quæ pauperes dimittere nunquam conſueuit inanes, in feſtiuitate ſua laxata ſunt fila neruorum arentium, & ſic de dextera, quã per ſex annos non leuauerat, ſignum beatæ crucis in os faciens, in pedibus reſtituta eſt, ita vt ad hoſpitiolum ſuum nullius vſa adiutorio remearet, oculorum lumine non recepto. Poſt annos autem duos iterum veniens ad beati patroni tumulum, cœpit attentius, ſicut erat oportunum, orare: mox apertis oculis, in rediuiua luce ſurrexit. Hanc virtutem ideo hic ſcripſimus, quia Poſtquam huc aduenimus, illuminata eſt. Nam antea à debilitate ſanata fuerat.

De ſeruo Simonis presbyteri.

Cap. VI.

D SImonis fideliſſimi compresbyteri noſtri ſeruus Veranus nomine, qui erat in commiſſis promptuariis prælibatus, dum ad cuſtodiam ſibi depoſitam reſideret, ſuperueniente humore podagrico, pedum greſſu mulctabatur. Qui cum per totum annum talibus doloribus vexaretur, vt etiam vicina in proximo poſita commoueret, contractis ſubito neruis, ad plenum debilitatur. Quod videns Dominus eius, dolens exitum fidelis vernaculi, miſit eum ad pedes beati Antiſtitis deportari, promittens votum, & dicens: Si eum reddideris ſanitati, piiſſime Domine Martine ex illo die abſolutus à mei ſeruitii vinculo, inciſis capillis tuo ſeruitio delegetur. Poſitus ergo ad pedes precioſiſſimi Domini, cum per quinque dies ibidem iaceret immobilis, ſexta die ſopore comprimitur, & obdormienti viſum eſt ſibi quaſi in lectulo ſuo ſolito pedes extendere. Expergefactus autem ſanus ac omni debilitate ſurrexit. Qui tonſurato capite, & accepta libertate, ibidem Domini vſibus deſeruiuit. E
O admirabilem beati viri redemptionem! Quis vnquam de mille talentis ſic redimet, ſicut præſens noſtrorum criminum ſuffragator, qui vno ictu, vnoque momento, ſine nummiſmate auri, & corpus à debilitate, & conditionem ſoluit ab onere.

De Paralytico Antiſiodorenſi.

Cap. V.

QVidam ex Antiſiodorenſi oppido Manluſus nomine, deferentium manibus ad beati Martini ſepulchrũ iactatus eſt. Qui iugi oratione & ieiunio incumbens, pedes quos intortos exhibuit, reddita ſubito ſanitate, retulit in vſu conſueto directos, & ita ſancti virtute reformatus eſt, vt qui aliorum manibus deportatus eſt, propriis firmatus F
veſtigiis, præſentibus nobis conſurgeret ſoſpes.

De Paralytico Aurelianenſi.

Cap. VI.

ALius autem paralyticus ex Aurelianenſi territorio carruca deuectus, venit ad ſanctam baſilicam, qui diebus multis iacens ad oſtium illud, quod ſecus baptiſterium ad medium diem pandit egreſſum, beati Antiſtitis implorabat auxilium. Factum eſt autem, vt vna die iacens, grauius extra ſolitum torqueretur, ita vt vicini de proximo ad eius voces concurrerent. Diſſoluebantur autem ligaturæ neruorum eius, & diſtendebantur, propterea erat dolor intolerabilis, & ſic tribuente patrono, erectus ſuper plantas, flens præ gaudio, populo teſte ſurrexit. Qui continuo clericus factus, & in ſoſpitate firmatus, ad domum egreſſus eſt.

De Paralytico ex Biturigo.

Cap. VII.

SEd & alius greſſu debilis, nomine Leubouius, iam clericus, adueniens, ſed per terram ſe trahens, quia paupertate faciente non habebat qui eum ferret, de die in diem beati Martini limina requirebat. Qui dum quadam die à G
foris ad ſancti pedes fleret, directis genibus atque pedibus, ſpectante populo ſanitatem recepit. Tres virtutes iſta ipſa die factas fuiſſe conſtat, quo Sigibertus glorioſiſſimus Rex Secanam tranſiens, ſine colliſione exercitus pacem cum fratribus fecit. Quod nullus ambigat, hanc tertiam beati Antiſtitis fuiſſe victoriam.

De cæco illuminato.

Cap. VIII.

EO quoque tempore cæcus quidam ab eleemoſynariis poſtulans, cui non erat aliud in victu, niſi aliquis ei manum porrexiſſet pietatis intuitu, nec erat domini præſidium, niſi miſeratio deuotorum, die vna dum ante ſanctum ſepulchrum fixis ſtaret veſtigiis, ſubito corripuit eum dolor in oculis. Et cum grauiter ab hoc dolore conſumeretur, H
cœperunt eius oculi ſpumam emittere. Et ſic erumpente à palpebris ſanguine, in rediuiuam lucem renaſcens, lumen, quod olim perdiderat, videre promeruit.

De alia cæca.

Cap. IX.

GVndeтrudis quædam de Vicomadenſi territorio, oculorum lumen perdiderat. Quæ relinquens domum & patriam, fide commonente, venit ad ſanctam baſilicam, ibique diebus multis deſeruiens, vnius oculi meruit recipere viſum. Quæ mox oblita virum & filios, veſteque mutata, ad religionem Eccleſiaſticam, Domino inſpirante, tranſiuit.

A *De muliere à profluuio ſanguinis liberata.*

CAP. X.

SEd nec hoc ſilebo, qualiter, velut ex veſte Redemptoris noſtri, ad beatum ſepulchrum fluxus ſanguinis ſit ſiccatus. Mulier quædam ex Aruerno veniens cum viro ſuo de pago Tranſilienſi, profluuio ſanguinis ægrotabat, ſecus autem atrium baſilicæ manſionem habebat. Quæ diebus ſingulis ad ſancti confeſſoris limina iacens proſtrata, opem ſanitatis poſcebat. Factum eſt autẽ, vt quadam die accedens ad ſanctum ſepulchrum orans, & oſculans, de palla, quæ ſuper eſt poſita, aures & oculos ſibi tangeret. Protinus ſiccato riuo ſanguinis, ita ſanata eſt, vt putaret ſe redemptoris fimbriam contigiſſe. Cuius vir in valetudinem ruens, ad oſtiũ baſilicæ manibus depoſitus aliorum, fideliter exorans, reſtricta febre, conualuit. Et ſic pariter hic ab incommodo: hæc à profluuio ſanata, magnificantes Deum ad propriam domum regreſſi ſunt.

B *De muliere clauda.*

CAP. XI.

COniunx Aniani Tribuni, nomine Vnimola, nocte conterrita à pauore, vſum vnius pedis perdiderat, & ita in debilitatem ceciderat, vt aliorum manibus ſuſtentaretur euecta, ſi quo propoſuiſſet accedere. Quæ ad beati Martini pedes depoſita, nocte tota cereum manu pro voto detinuit, nobis in baſilica vigilantibus. Mane autem facto moto matutinis ſigno, ſuper pedem debilem conſtitit, ita vt omni debilitate ſedata, ad metatum ſuum proprijs greſſibus, nullo ſuſtentante libere remearet.

De diſſinterico ſanato.

CAP. XII.

C QVodam autem tempore cum beatus Germanus Pariſiacæ vrbis Pontifex, ad feſtiuitatem Antiſtitis glorioſi accederet, Regiamundus tunc diaconus, nunc Epiſcopus, in ſeruitium eius acceſſit, grauiter à diſſinteria laborãs. Sed beatus Germanus prius ad vrbem Eccleſiæ ſuæ, quæ in hoc territorio ſita eſt, venit. Igitur cum ante noctem vigiliarum ſolennitatis eius Turonum aduenire cœpiſſet diaconum in vrbe reſidere iubet, dicens: Ne forte fatigeris eundo, & aliquid tibi deterius contingat. At ille, Poteſtas, inquit, Dei eſt, quæ nos iubeat iuxta meritum pati: Nam ego non exeo aliter, niſi ad baſilicam Antiſtitis eam: confido enim, quod ſi tumulum eius adiero, ſaluus ero. Et ſtatim aſcenſo equo, ad baſilicam venit. Mane autem accepto potione de puluere ſepulchri, ſedata protinus infirmitate, conualuit.

De cæco illuminato.

CAP. XIII.

D VRſulfus autem quidam ex Turonica ciuitate de pago trans Ligerim, cæcus beati Martini ſuffragia expetijt. Qui duobus aſſidue menſibus ad eius templum deſeruiens in ieiunijs, orationibusq; perdurabat: Factum eſt autem in vna reſurrectionis dominicę die, dum eſſet ad pedes Domini, & cum reliquo populo miſſarũ ſolennia ſpectaret ſubito apertis oculis cuncta clare cernere cœpit, ita vt ad ſanctum altare communicandi gratia, nullo ducente, veniret. Quæ autem fuerit cauſa cæcitatis, dicam. Primo die Paſchæ iuſſus eſt à Domino ſuo, vt agros circuiret, iniuentumq; aditum, vnde pecora intrabant, obſeraret. Dum eum claudere conatur, vt diximus excæcatus eſt. Tũc ad ſepulchrũ veniens, & eiulans, viſũ, quem perdiderat, flagitabat. Die autẽ illa dum populo gratia Dominici corporis traderetur, & B. Antiſtes lumen reddere dignatus eſt, ac elucente ſole luminum ſuorum refulſerunt ſtellę. Quis vnquam, rogo, talis medicus poterit inueniri, qui in vna infirmitate duas contulerit medicinas? Ecce in vno cæco duas virtutes operatus eſt, nam & corporales oculos ad contemplanda terrena aperuit, & cordis oculos vt ea non concupiſcat illuminauit, & ad ſuum dignatus eſt dicare ſeruitium. Quem (vt ita dicam) renaſci denuo fecit in mundo. E

De puella paralitica.

CAP. XIV.

SEd neque hoc reticebo, quod in ſua feſtiuitate operatus ſit hic patronus. Palatina quædam paraliſis humore percuſſa; vſum greſſuum perdiderat, ita vt contractis in poplitibus neruis, calcaneos ad crura contingeret. Quam pater Turonum deferens, ante pedes beati Martini deuotus expoſuit, ibiq; tribus menſibus iacens, ſtipem à prętereuntib. poſtulabat. Factum eſt autem, vt in die inſignis ſolennitatis beati viri, illa, nobis miſſas dicentibus in luco, quem ſuperius nominauimus, fideliter exoraret. Cumque nos tunc ſacroſancta ſolennia celebrando conteſtationem de ſancti Domini virtutibus narraremus, ſubito illa vociferare cœpit, & flere indicans ſe torqueri. At vbi expedita conteſtatione, omnis populus ſanctus in laudem Domini proclamat, ſtatim diſſoluti ſunt nerui, qui ligati erant, & ſtetit ſuper pedes ſuos, cuncto populo ſpectante: Et propiciante Domino, vſque ad altare ſanctum ad communicandum proprijs greſſibus nullo ſuſtentante peruenit. Quæ vſque hodie incolumis perſeuerat. F

De cæco illuminato.

CAP. XV.

MErobandus quidam ex pago Pictauenſi dum eſſet laborans in opere, cæcitate peſſima, inſidiatore imminente, percuſſus eſt. Qui cum ſex annos in hac infirmitate duraret, venit ad templum beati Martini, ibiq; aſſidue orationi incumbens, in craſtina die dum in feſtiuitate beati Martini ſtaret, ſubito viſum eſt ei, circa ſe tanquam coruſcationem ſplendere, & ſtatim apertis oculis, cuncta perſpexit. Qui continuo clericus factus in eodem loco, ſanus abſceſſit.

De his quæ nauta retulit.

CAP. XVI.

G FVit & illud inſigne miraculum, cum Dominus in die Epiphaniorum obtentu Antiſtitis Falernum produxit, ac de aluei fundo vinum elicuit pauperi, qui quondam latices in vina mutauit. Igitur cum quodam tempore iter ageremus in pago Beluacenſi, ad Ligerim vſque fluuium peruenimus. Cumque à nauta, qui nos ripæ alteri tranſponere debebat, ſolicite requireremus loca, in quę piſcaturi procederemus, locum indicat dicens, ſit vobis beatus Martinus in adiutorium. At noſtri ingrate ſuſceperunt, dicentes: quod in eius nomine nunquam viſa eſt eueniſſe captura. Ille autem, Haud dubium ſit, quia præſtat hoc virtus eius. Nã referam, inquit vobis, quid mihi hoc anno contigerit, vel qualiter per inuocationem nominis eius, opitulante Domino, quod optaui, promerui. Deniq; dies erat Epiphaniorum, & ingreſſus in promptuario nihil inueni, quod haurire potuerim, ingreſſusq; oraui, dicens, Sanctiſſime Martine, tranſmitte mihi in hac ſacra ſolennitate aliquid vini, ne epulantibus alijs, ego ieiunus remaneam. Dum autem hæc H orarem, vocem in altera ripa audio me vocantem, vt nauim homini, qui iter agebat, adducerem. Verum vbi acceptis contis eo verſus impetum fluminis ſulcare cœpi, & vt in medio amne perueni, ſubito excuſſus magnus ex gurgite piſcis in naui cecidit: quo confeſtim oppreſſo, tranſpoſitis hominibus, domum regreſſus ſum, venditoq; piſce vno vini modio, cum cęteris ſum refectus. Ergo noueritis quam velociter in illud, quod inuocatus fuerit, ſi petatur fideliter, apparebit. Teſtor autem Deum, quia, hæc ab ipſius nautæ ore cognoui.

De Guntramno duce.

CAP. XVII.

QVadã die dũ Guntrãnus Boſo contra vicũ Ambianenſẽ Ligerim fluuiũ tranſmearet, ac irruentib. tenebris

A mundum nox horribilis retineret, ſubito aduerſante vento nautæ turbantur in pelago, ſeparatiſque nauibus, quæ põtem illum ſuſtinebant, & aqua vſque ad ſummam repletis, deſcendunt cuncti vſque ad cingulum cum ipſis nauibus in profundum, nequaquam tamen nauibus ſubductis à pedibus. Exterritiſque omnibus, Boſo non tacce vociferans Beati Martini auxilium implorabat, & vt eis ad liberandum feſtinus occurreret, precabatur dicens fidenter ſuis: Nolite timere, ſcio enim quod dextera ſancti viri ad auxilium porrigendum maxime in neceſſitatibus ſit parata. Hæc eo dicente, directis ab eo nauibus, mutatoque vento contrario in ſecundum, nullo petẽtinte, peruenit in littus, vbi tam præſeos occurrit beati Confeſſoris ſuffragium, vt etiam argentum quod rapiente fluuio perdiderant, denuo fluuio in littus reſtituente, reciperent.

De Laudulpho Lunatico.

Cap. XVIII.

B QVidam ex Vianenſi territorio Laudulphus nomine, grauiter à Lonatici dæmonis infeſtatione vexabatur, ita vt plerunque ab hoſte ſe vallari putans in terram corrueret, cruentaſque ex ore ſpumas emittens, tanquam mortuos habebatur. Quod genus morbi Epilenticum peritorũ medicorum vocitabat auctoritas. Ruſtici vero caducum dixere, eo quod caderet. Cumq; ſe antedictus in hoc exitu videret affligi, audita beati præſulis fama, ſanctam eius adiit baſilicam, vt ſibi præſentia cunctis ſuffragia ſubuenirent. Sed cum eodem in loco plenus fide veniſſet, ardentius eũ ſæuitia, & dæmonis pulſat audacia: nec ei licebat atrium egredi propter publicam dæmonum infeſtationem: in atrio tamen nihil nocebatur. Nam viſibiliter cum magno armorum ſtrepitu venientes, conabantur eum caſſis telorum acuminibus perfodere. Quod ſi ſe ſobderet terræ ranarum ſuper eum multitudo horribilis deſilire videbatur: ſed & voces publice ab eo audiebantur exprobrantium, & dicentium, Martinus quem expetiſti, nihil poterit tibi ſubuenire, quia noſtris es ditionibus mancipatus. Sed ille ad hæc fidẽtet & immobilis ſignum crucis opponens, terribiliter eos C per aera effugabat. Poſt has autem vacuas, & inanes emiſſiones, cũ videret inimicus eum ſibi vendicare non poſſe dolo eum tentauit illudere. Componens namq; ſe in ſpecie veterani, venit ad eum, dicens: Ego ſum Martinus, quem inuocas, Surge, & adora coram me, ſi vis recipere ſanitatẽ. Cui ait ille, Si tu es Dominus Martinus, fac ſuper me ſignum crucis, & credam. At ille audito nomine ſigni ſibi ſemper contrarii, tanquam fumus euanuit. Poſt hæc autem ſtãs ad pedes glorioſi Domini, factus eſt in ſtupore mentis & vidit beatam baſilicam nouo lumine effulgere. Ex qua egrediens ſanctus dixit ad eum. Exaudita eſt oratio tua, & ecce eris ſanus ab infirmitate quam pateris. Poſtea beatæ crucis ſignaculum ſuper caput eius faciens abſceſſit. Ille vero in ſe reuerſus, amotis omnibus inſidiis, ſalutem ſe ſenſit integram recepiſſe. Tamen poſt receptam ſanitatem cum cœpiſſet vino vti ſuperflue, corpuſque diu abſente imbre aluiſſet, latus ei cum vno pede manuque contrahitur. Sed parſimoniæ iterum ſtudens, caputque tonſurans, rurſum beati virtute redditur ſanitati.

D

De Theodomere diacono.

Cap. XIX.

DVm ſingula quoque miracula beati viri ſuccincte ſcribimus, nec ea in ampliori ſermone expandimus, verendo valde, atque timendo iter carpimus inchoatum, ne forte dicatur à prudentioribus, Multum hoc poterat pertius extendi. Sed nobis in Eccleſiaſtico dogmate verſantib[us] videtur, vt hiſtoria, quę ad ædificationẽ Eccleſiæ pertinet, poſtpoſita verboſitate, breui atq; ſimplici ſermone texatur, vt & virtutem beati Antiſtitis prodat, & ſapientibus faſtidiũ non imponat. Quo facto & lector prouocetur in lectione, & ſanctus probetur in opere. Theodomeris diaconus cum pre humore capitis, decidentibus catharactis, oculorũ aditus haberet per quatuor annos grauiter obſeratos, venit ad cellulam Condatenſem, in qua vir beatus tranſiit. Proſtratuſque ad eius lectulum, nocte tota lachrymis & orationibus deducta, immobilis madefecit terram fletibus, tepuitque ſuſpiriis eius venerabile lignum cancelli. Luceſcente autem die, reſerans catharactis Luminum, lumen videre promeruit. Quid vnquam tale fecere cum ferramentis medicis, cum plus doloris negocium exercuerint, quam medelę, cum diſtento transfixoq; ſpiculis oculo, prius mortis tormenta figurant, quam lumen aperiant? In quo ſi cautela fefellerit, æternam miſero præparat cœcitatem. Huic autem beato Confeſſori voluntas ferramentum eſt, & ſola virtus vnguentum.

De Deſiderio Energumeno.

Cap. XX.

IN qua cellula cum Deſiderius Energumenus ex Aruerno veniens, nocte integra debacchaſſet, mane facto, cœpit declamare. Quod eum beatus Martinus incenderet. In his vocibus euomens virulentum neſcio quid cum ſanguine, F dæmone eiecto purgatus eſt. Infectumque ſanie puluerem derelinquens cellulam egreſſus eſt ſanus.

De homine manum contractam habente.

Cap. XXI.

QVidam in eodem loco manum debilem contractis digitis detulit, ita vt vngues in palma eius defixi, decurrente interdum ſanguine, dolorem ei nimium generarent. Hic proiiciens ſe ad antedictum glorioſi Domini tumulum, flens & deprecans, tam dolore inſtigante, quam fide, poſtera die directis digitis, manum recepit incolumem.

De Remigia matrona.

Cap. XXII.

SImilem infirmitatem Remigia matrona incurrens, ad beatam cellulam valde deuota peruenit. Quæ vigiliis & orationibus inſiſtens, cum matriculam, quæ ibidem con- G gregata eſt, paſceret, aridum brachium cum contractis digitis pauperibus deſeruiens, ſoſpes remeauit ad propria. Hæc in poſterum annis ſingulis antedictis fratribus alimentum ſufficiens exhibebat. Factum eſt autem, vt quadam vice vna puellarum ſuarum male à quartani tipi febre quateretur. Dum autem ſecundum conſuetudinem veniens, pauperibus illis exhibet victum, ſancti viri implorat auxilium: & per quatuor dies ad beatam cellulam continue orationi atque ieiuniis decubans, ab omni febre ſanata puella, cum familia magnificans Deum domum regreſſa eſt.

De Viuaſto cæco.

Cap. XXIII.

TAlia exercens quidam Viuaſtus nomine, lumen recepit, dum ſcilicet pauperibus illis victus neceſſaria miniſtrauit. Hic autem cœcitate maxima per annos plurimos aggrauatus, habebat in conſuetudine, vt veniens de regio- H ne ſua ad antedictam ſancti cellulam, pauperibus illis ampliſſimum alimentum exhiberet, vigiliiſque deuotiſſime celebratis, eos in ſacietate reficeret: quibus ipſe iuxta poſſibilitatem tanquam famulus ſeruiebat. Dum igitur hæc per multos, vt diximus, annos impenderet, quadam vice impleto voto, ſeruitioque ſimul, proſternitur ad cancellum ſancti lectuli, orans, & valedicens regredi cupiebat. Poſt completam autem orationem exurgens, apertis parumper oculis, intuetur cortinam ſericam de Cancello pendere, & ait, Video tanquam pallium ſericum hic appenſum. Cui aiunt ſui, Veritatem te videre cognoſcimus. Ipſe autem cœpit iterum flere, atque orare, vt beatus Confeſſor opus cœptum dignanter expleret.

Qui dum orat attentius, obdormiuit, apparuitque ei vir per viſum dicens, Vade ad baſilicam domini Martini, & ibi plenam obtinebis ſanitatem. Qui nihil

thoranis, famulorum manibus deductus, vt limina beati confeſſoris attigit, lumen integrũ, opitulante fide, recepit.

De homine omnibus membris contracto.

CAP. XXIV.

IN Biturico quoque fuit quædam mulier, quæ concipiens peperit filiũ, cui⁹ poplitea ad ſtomachũ, calcanei ad crura contracti erant: manus vero eius erant adhærentes pectori, ſed & oculi clauſi erant. Qui magis monſtrũ aliquod q̃ hominis ſpeciẽ ſimilabat. Qui cum non ſine deriſione multorũ aſpiceretur, & mater argueretur, cur talis ex illa proceſſerit filius, confitebatur cũ lachrymis, nocte illum Dominica generatũ. Quem interimere non audens, vt monſtratũ eſt, tanquã ſanum puerũ nutriebat. Adultum vero tradidit mẽdicis, qui eũ accipientes poſuerunt in carrucam, & trahẽtes oſtendebant populis, multa per eum ſtipendia accipientes. Dum hæc per longa tẽpora gererentur, anno ætatis ſuæ vndecimo, venit ad feſtiuitatẽ beati Martini, proiectuſq; à ſociis ante ſepulchrũ miſerabiliter decubabat. Trãſacta aũt feſtiuitate, viſum auditumq; recepit. Inde reductus ad ſolitã conſuetudinẽ, poſtulabat ſtipem. Poſt annũ fere aut eo amplius, venit iterũ ad ſolennitatem, poſituſq; eſt in loco, quo prius iacuerat, decurſiſq; ſolẽnibus feſtis, directis omnibus mẽbris, pleniſſimã obtinuit ſanitatem. Quæ ne incredibilia fortaſſe videantur, ego cũ ſoſpitẽ vidi: nec audita ab aliquo, ſed ab eius ore narrata cognoui. Sed quia dixi, parẽtibus ei⁹ hoc ob peccatũ eueniſſe per violationẽ noctis Dominicæ: Cauete, ô viri, quibus ſunt iuncta coniugia: ſatis eſt aliis diebus voluptati operam dare: hanc autem diem in laudibus Dei impolluti deducite, quia qui in ea coniuges ſimul conuenerint, exinde aut contracti, aut epileptici, aut leproſi filii naſcuntur ſitq; hoc quod diximus, documentum, ne malum quod vna nocte committitur, in multorum ſpacia annorum perferatur.

De Paralytico ſanato.

CAP. XXV.

ILlud præ cæteris admirandum miraculum nobis orantibus, explicabo, q̈ poſt immenſum mœroris cumulum magnum nobis gaudium patefecit, dum & virtutes beati protulit & quo ſtitubabat, erexit, cordaq; nutantia populorum, larga ſtabilitatis firmitate muniuit. Nam cum in venerabili dominicæ Natiuitatis nocte ſacroſãcti deducta excubiis, procedentes de Eccleſia, ad baſilicã ſancti ire diſponeremus, quidam ex energumenis atrocior cæteris, cœpit nimiũ debacchari, & decerpens ſe, atq; colhdens clamabat, fruſtra appetitis limina Martini, caſto eius æde maditis, quia vos ꝓpter multa crimina dereliquit, & ecce vos abhorrens, Romæ mirabilia facit. Ibi cœcorum oculis lumen infundit: ibi paralyticorum greſſus dirigit, ſed & aliis quoq; morbis ſua virtute finem imponit. Ad hanc diaboli vocẽ omnis populus exturbatur, & non ſolũ obtuta membrorum minorũ corda, ſed etiã noſipſi pauore concutimur. Ingredientibus aũt nobis cum fletu magno baſilicã, omnes pauimento ꝓſternimur orantes, vt ſancti viri præſentiam mereamur. Et ecce Bonulphus nomine, cui ante tres annos præ nimia multitudine febris, manus ambæ cum vno pede contractæ erant, & ad feſtiuitatem beati viri manibus directis, pede ad huc debili claudicabat, ante ſanctum altare ſternitur, orans vt qui ſibi manus aridas reſtituerat, pedem quoq; contractũ ſimili virtute dirigeret. in hac autem oratione à febre nimia circundatur, & tanq̃ extenſus in eculeum, neruorum dolore torquetur. Interea de ſupplici dolor excitat contumacẽ, & qui venerat inquirere medicinam, cœpit inferre calumniam. Aiebat enim, O Domine Martine, ſanitatem à te, non tormenta quæſiui. Quam ſi non merear, vel doloribus non affligar. Cumq; nos cũ fletibus circunſtantes beati præſtolamur aduentum, & inter hæc dum ſancta ſolennia agerentur oblatis ſuper altare ſacris munerib⁹, myſterioq; corporis & ſanguinis Chriſti palla ex more cooperto, molliuntur cõtracturæ neruorũ, & dirupta poſt infirmi poplitis coxo, deſfluente ſanguinis riuo, pẽdem extendit incolumẽ. Quod videns ego, omnipotenti gratias egi, limineque fletib⁹ madefaciens, in hac ad populũ voce prorupi, Timor à cordib⁹ veſtris omnis abſcedat, quia beatus cõfeſſor nobiſcũ inhabitat, nec omnino credite diabolo, qui nihil vnquam protulit verũ. Ille ab initio mendax eſt, & in veritate non ſtetit. Me aũt iſta dicente, omniũ luctus laxatur in gaudium. Ipſe etiã infirmus coram nobis aſſurgens, in pedes conſtitit abſolutus. Videos aũt hæc omnis populus in cœlum clamore prolato plaudebat dicens: Gloria in excelſis Deo, qui ſicut quondam paſtores Angelorum lumine, ita nos hodie præſentia confeſſoris beati clarificauit, & eũ nobis adeſſe præſenti virtute monſtrauit. Et ſic à timore inimici omnes erepti, CHRISTI præſidio roborati ſunt.

De Paulo muto.

CAP. XXVI.

NEC diſſimili virtute per ipſum Epiphaniorum diem vir beat⁹ apparuit, cum os muti cuiuſdam obſtruſum coram populo reſerauit. Paulus quidam Condatenſis cleric⁹, à natiuitate procedens manus clauſas laborioſo mundo protulit, in vſu laboris iners. Et hoc cur acciderit, vtrum hic aut parentes eius peccauerint, vt ſic mancus naſceretur, non eſt noſtræ diſcretionis abſoluere, Vnum tantum ſcimus, quod in eo ſicut & in reliquis infirmis eſt oſtenſa gratia Saluatoris. Nam cum factus eſſet decem annorum, accreſcẽtibuſque vnguibus graues dolores manuum pateretur, eoſdemque ferre non toleraret, limina beati Confeſſoris adiuit. Ibique diebus multis cum ſumma parſimonia demoratus, digitos directos, manuſque retulit ſanas, poſt annos autem fere quinque peſſimum incurrit incommodum & dum vi nimiæ febris attritus, vocis eloquutione mulctatur. Ereptuſque à febre ſine loquelæ officio permanebat. Sed taliter fuerat aditus oris eius obſtructus, vt nec qualitercumque mugitum poſſet emittere: ſed annectens ſua corrigia tres tabulas, manu ferebat eaſdem inter ſe collidens, ſonumq; quem ab ore non dabat, tabulis proferebat. Hoc opus vinitoribus vtile eſt, cum vineas ab infeſtantium auium cateruis defenſare conantur. Cum autem veniſſet antedictus ad ſancti baſilicam in ea nocte, in qua dominus noſter IESVS Chriſtus fluenta laticum hauriens falerna petrexit, ad beati pedes vigilare diſpoſuit. Trãſacto autem tempore mediæ noctis obdormiuit. Qui cum neſcio quid per viſum periculi cerneret, pauore conterritus, in hanc vocem primum obſeratũ aperuit os Domine Martine, libera me. Et ſic erumpens ab ore & faucibus eius ſanguis, auditum pariter, & eloquium recepit.

De muliere paralytica.

CAP. XXVII.

CVM vero interempto Sigiberdo Rege, Chilpericus Regnũ, exemptus ab imminenti morte, cœpiſſet, Rucceolenus cum Cinnomanicis grauiter ciuitatẽ Turonẽſem opprimebat, ita vt cuncta deuaſtans, nullã ſpẽ alimoniæ in domos Eccleſiæ, vel pauperũ hoſpitiola relinqueret. Poſtera aũt die legatos ad ciuitatẽ mittit, vt homines qui propter culpã minime nobis incognitã ad ſancti baſilicã reſidebãt, extraherentur à clericis: Quod ſi differretur fieri, vniuerſa promittit incẽdio cõcremari. Et nos hæc audientes, mœſti valde baſilicã ſanctam adimus, & beati auxilia flagitamus. Statimq; paralytica, quæ per duodecim annos fuerat contracta, dirigitur. Ipſe vero Rucceolenus vlteriorem ripam aggreſſus, morbo confeſtim regio ſauciatur, atque ab infirmitatibus Herodianis, quæ enarrare longũ videtur, alliſus, & ſicut cera à facie ignis guttatim deffluens, quinquageſima die ab hydrope conflatus interiit.

De muliere cæca.

CAP. XXVIII.

SED nec hoc ſilebo, q̈ illo tempore alueus fluuii nutu Dei, vel virtute beati viri abſq; pluuiatũ inundationib⁹

A repletus, hoſtem, ne ciuitatem læderet, tranſire prohibuit. In die autem illa recurrentis ſolennitatis, qua Dominus pro ſalute mundi propenſios, cõfuſo proditore diſcipulo, epulum Apoſtolis miniſtrauit, cum oẽs ad Eccleſiam properarẽt deſiderabilia Domino vota perſoluere, quædam mulier diuturna cæcitate grauata, cum eſſet in vrbe flere cœpit, & dicere: Væ mihi, quia cæcata pro peccatis non mereor hanc feſtiuitatem cum reliquo populo expectare. Tũc cum fletu magno ſolo proſtrata, nomẽ beati inuocat confeſſoris. Cõpleta autẽ oratione luci priſtrinæ reſtituitur. Porro recepto lumine, ob reddẽdas Deo gratias ad beatam baſilicam cum admirabili oculorum claritate peruenit. Sed & vnus ex energumenis die illa ſancti virtute curatus eſt.

De duobus cæcis.

CAP. XXIX.

DVO cæci ex Biturica venientes, arefactis palpebris, & glutino vinctis, ad pedes Domini Martini orantes de-
B cubabant. Factum eſt autem in die feſtiuitatis ſuæ aſtãte populo, dum virtutes de vita illius legerentur, factus eſt ſuper illos ſplendor coruſco ſimilis, & confractis ligaturis, quæ palpebras obſerauerant, defluente ex oculis ſanguine, lateque patente, cernere meruerunt.

De muliere muta.

CAP. XXX.

MVlier quædam, cuius os patulum nimius dolor cum febre ligauerat, vt nec linguam regere poſſet, ſed tantum mugitum vt animal, nõ vocem vt homo poterat emittere, fide inſtigante cum magna animi confidẽtia atria boni confeſſoris ingreditur, ibiq; multis diebus reſidens, ſtipem ſimul atq; oris apertionem poſtulans, tandem ſancti virtute reſpicitur. Nam quadam die Dominica dum miſſarũ ſolẽnia celebrarentur, hæc in baſilica cum reliquo populo ſtabat.
C Factum eſt autem cum Dominica oratio diceretur, hæc aperto ore cœpit ſanctam orationem cum reliquis decantare. Ipſa autem cum iugo ſeruitutis haberetur vincta, de rebus beati Confeſſoris redempta eſt. Et nunc cum vocis officio ingenua perſeuerat.

De muliere debili.

CAP. XXXI.

NEc minori miraculo ſe beatus vir adeſſe inuocatum oſtendit. Abra quædam religioſa, vi febrium oppreſſa, omnem vſum membrorum, ſola tantum lingua famulãte, perdiderat. Nam cum manibus ſimul ac pedibus contractis iaceret, & die nocteq; flagitaret auxilium, viſum eſt ei quadam nocte veniſſe ad ſe ſenem, qui molli tactu membra ci⁹ cuncta tractaret. Expergefacta mane ſentit pedes cum vna manu redditos ſanitati. Alia vero die admonita per ſoporẽ, ad beatam baſilicam nihil retardans proficiſcitur. Nox autẽ illa erat vigilia tranſitus confeſſoris. Mediæ autem noctis tempore tranſacto, vigilans neſcio quo terrore concutitur, & ſubito manus eius contracta dirigitur. Stupente autem populo, cuncta quæ prius pertulerat, narrabat, cognoſcens
D ipſius eandem fuiſſe virtutem, prius in illa erectione pedum, quæ nunc in manus ſuæ directione clarebat.

De oleo ad ſepulchrum eius creſcente.

CAP. XXXII.

CVm talia miracula quæ ſcripſimus, quotidie cernamus, quid illi miſeri ſunt dicturi, qui Seuerum in vita ſancti Antiſtitis mentitum eſſe pronunciant? Nam audiui quendã nequam, vt credo, ſpiritu repletum, proloquentem nõ potuiſſe fieri, vt oleũ ſub Martini benedictione creuiſſet. Sed nec hoc, Quod elapſa ampulla ſuper ſtratum marmoris corruens, perſtitiſſet illæſa. Quid ergo nuper actum eſt, multos in teſtimonium exhibens, declarabo. Quidam de diaconib⁹
E noſtris male à quartani typi febre cruciabatur. Quem cum plerunque arguerem, cur ſegnis ad baſilicam ſancti non proficiſceretur, nec ex corde oraret, vt ei virtus Pontificis ſubueniret, tandem à nobis compulſus ad beatum tumulum prouoluitur tremens. Dehinc cum pauliſper ignis febrium quieuiſſet, rogat ſibi exhiberi ampullam roſaceo oleo ſemi plenam. Iam enim ad ipſam febrem ex illo, licet parum profeciſſet, multum tamen expenderat: & erat media: Perungenſque ab hoc liquore frontem & tempora, poſtulat vt & vaſculum ſecus beati tumulum poneretur. Quarta vero die cum eum febris vrgeret, baſilicam petit, prouolutuſq; diutiſſime orauit. Apprehenſam autem ampullam, quam reliquerat mediam, inuenit plenam, admiranſq; virtutem beati Antiſtitis, eam domũ cum timore & veneratione reportat. Ex qua rurſus cum eſſet perunctus protinus omnis ardor quieuit incommodi, nec ab eodẽ vltra confractus eſt. Quid etiam de eadem ampulla poſt hæc actum ſit, non ſine graui ſuſpirio, atq; miraculo memoramus. Nam cum in antedicti
F diaconi hoſpiolo de pariete penderet, incurſantibus inſidiis inimici, percuſſa eſt, atq; in fruſta decidit comminuta, effuſumque oleum velociter terra abſorbuit. Tamen puer qui aderat cum vidiſſet factum, accepto vaſculo, ipſam terrã exprimens parumper olei elicuit, roſamque quæ effuſa fuerat cum effracto vitro colligens, nobis exhibuit. Quod accipiens, diligẽter in vaſculum alterum tranſmiſi. Erat enim menſura olei quaſi dimidii calicis patuli, & tamẽ in vaſculo duorum digitorum tantum altitudinem fecit. In craſtino autem ꝓſpiciens, erat altitudo olei quatuor digitorum. Obſtupefactus ergo ad virtutem ſancti liquoris hoc ſignaculo meo munitum atque coopertum reliqui. Poſt dies autem ſeptem iterum proſpiciens plus ibi quam vnum ſextarium reperi. Aduocans autem diaconum, & hoc ei oſtendens admirabar. Ille vero affirmabat cum iuramento, tantum tunc in effracta periiſſe ampulla, quantum tunc in iſta cerneretur. Quæ vſque hodie in Dei nomine beneficium petenti-
G bus præſtat. Ipſe quoque poſtea ab hoc vnguento ſimilem infirmum perungens, oleo creſcente ſanauit, & multos deinceps per illud ſanitati reſtituit.

De Alomere contracto.

CAP. XXXIII.

PRoferat & Andegaua regio miraculum ſuum, de qua Alomeris quidam procedẽs cum contractis pedibus ac manibus, lingua etiam debili, beati confeſſoris templũ expetiit. Vbi cum tota quadrageſima reſediſſet, aſſidue orans ac deprecans, vt eum virt⁹ ſancti Antiſtitis viſitaret, aduenit dies illa Dominica ante ſanctum Paſcha, in qua Dominus IESVS ſtratas ab arborum ſoliis vias incedens, Hieroſolymam venit, turba proſequente, ac clamante, Oſanna, benedictus qui venit in nomine domini. Illo ergo die cum ſero iam factum eſſet, & ipſe ſolus à foris ante tumulum decubaret, ſubito factus eſt in extaſi: Et pauore perterritus iacebat vt mortuus. Qui cum (vt ipſe refert) per duarum horarum ſpatium aut ampli⁹ fuiſſet oppreſſus, tanquã de ſomno euigilans, ſubito ad ſenſum ſuum reuertitur. Eleuatuſque ſurſum, ſanum ſe eſſe miratur. Ibique tota nocte vigilans mane nobis quæ acta ſunt, ore proprio reſerauit. Clericuſque fa-
H ctus incolumis ad hoſpitiolum ſuum rediit.

De Clerico cæco.

CAP. XXXIV.

DEnique eodem anno cum feſtiuitas, quæ in æſtiuo celebratur, deſiderabilis populis aduenisſet, clericus quidam, cuius oculum nubes terra contexerat, ac ne lumen videre poſſet arcebat, ædem beati confeſſoris adiuit. Vigilata cum reliquis nocte illuceſcente cœlo, dum de baſilica proceſſit, viſum quem olim perdiderat, reperire meruit. In eadem vero feſtiuitate tres energumeni multum ſe collidentes, ac beatum Antiſtitem declamantes, fatentes crimina, & vt ſibi ſanctus parceret deprecantes, tandem virulentum neſcio quid ex ore proiiciunt, & ſic virtute ſancti mundati ſunt.

De Car-

De Carcerariis dimiſſis.

CAP. XXXV.

IN proximo autem poſt tertium de feſtiuitate diem erant quatuor vincti in carcere. Cumque eos ſæuitia iudicis ita conſtringeret, vt nec neceſſaria vlli præbere liceret, Antiſtitis beati præſidia corde precantur. Dum hæc igitur deuote agerent, medio die ſubito ſcinditur trabs, qua pedes eorum concluſi coarctabantur, confractiſque cathenis liberatos ſe ſentiunt. Nec mora oſtium petunt, quo aperto, Eccleſiam ſancti nemine probibente ingreſſi ſunt. Cuſtodes autem in tantum obſtupefacti fuerunt, vt nec verbis eos quidem increpare præſumerent. Qui etiam ſequentes eos, cum eiſdem in Eccleſia ſe abdiderunt. Illi aût maximas gratias Deo referunt, quod eos obtentu Pontificis dignatus fuerit liberare.

De pignoribus quæ Leodonaldus Epiſcopus detulit.

CAP. XXXVI.

MVlti enim fide pleni reliquias beati viri portantes, virtutes multas experiuntur. Nã Leodonaldus Abrincantinæ ciuitatis Epiſcopus, ſancti Domini reliquias per presbyterum ſuum deuotus expetiit. Quibus acceptis cum terminos ante dictę ciuitatis egreſſus fuiſſet, occurrit ei adhuc in deſerta poſito paralyticus deferentium illatus manibus. Oſculato autem fideliter velo, quo capſa ſanctorũ cooperta erat, mox in pedes conſtitit, ac proprijs greſſibus domum regreſſus eſt. Hæc enim agis beatiſſime confeſſor, nec tibi ſat eſt propriam ædem exornare prodigijs, niſi etiam diuerſos ſaltus, quos pedibus non adiſti, virtutibus tremendis illuſtres. Sed & deinceps cæcus quidam adminiculo deducente, in occurſum earum velociter properat. Adueniens autem, quando beati pignora in ſanctum locabantur altarium, expedita ſolennitate, viſum recipere meruit oculorum. Sed & alia nihilominus mulier, quæ diu muta fuerat, ſermonis vſum recepit.

De Energumeno ſanato.

CAP. XXXVII.

HIs etenim diebus ad beati viri baſilicam quidam ex energumenis cum multis ſe cruciatibus dæmonum perferre declamaret, & ſe acquiſitum vaſculum per beatũ Antiſtitem fateretur, deiectus in terram, ſanguinem fœtidum per os cœpit eiicere. Qui duarum fere horarum ſpatio iacens, expulſo dæmone purgatus, ac erectus eſt.

De puella muta.

CAP. XXXVIII.

PVella quædam paruula indigena Turonicæ ciuitatis ab vtero matris ſuæ muta proceſſit. Cuius os intantum obſeratum fuit, vt nec illas, quæ cunabulorum tempore eduntur voces, poſſet emittere. Mater vero de tam triſti fœtu anxia, cum lugeret aſſidue, commonetur per viſum, vt beati præſulis ſepulchrũ adiret. Quæ excitata, ad templum ſancti cũ puella pergit intrepida. Expoſitaq; ante ſepulchrũ ſancti cum diutiſſime oraſſet, iterum eam ſecum aſſumit. Accenſo vero thymiamate, cum eam deſuper retineret, interrogat eam, ſi bonum ei odorẽ faceret. Illa reſpondit, bonum. Hanc primã vocem filiæ mater mœſta cognouit. Impoſita vero ori eius aqua, quã quondam de fontib. acceperat benedictis interrogat iterum, qualem ei ſaporẽ præberet. Illa reſpondit, bonum. Tunc mater cum gaudio ſoſpitẽ domum refert, quã triſtis ad beati tumulum fide fida detulerat.

De his quæ Aridius presbyter pro benedictione portat.

CAP. XXXIX.

ARidius vir religioſus ex Lemocinio cauſa tantum deuotionis Turonum aduenit, & beatum ſepulchrum orãdo deoſculãs, ad monaſterium ſanctũ amne tranſito peruenit. Qui dum ſingula loca viſitaret, quæ vir beatus aut orando, aut pſallẽdo ſanctificauerat, ac vbi vel feſſo corpori ſomnum, vel inedia deficienti cibum præbuerat: dũ cuncta circuit cuncta peragrat venit ad puteum, quẽ ſanctus Dei proprio labore patefecit. Fuſaq; oratione aquã hauſit, impoſitamq; in ampulla, domum regrediens deportauit. Cumq; exinde infirmis multas tribueret ſanitates, quadã vice Rinolcindus pater eius vi febrium impulſus, decubuit lectulo. Octauo vero die cum iam oculis clauſis in hoc iaceret, vt ſpiritum exhalaret, atq; omnis familia perſtreperet, & mortem condolens patroni vel funeri neceſſaria præpararet, venit in mentem presbytero, vt de aqua beati putei in ore defuncti guttã inferret. Quæ illata vbi primũ os eius tetigit, mox oculos ægrotus aperuit abſolutaque etiam lingua rogat, ſibi adhuc exinde miniſtrari: acceptoq; calice vt bibit, ſtatim omnis febris effugit. Et ſic admirante familia, ſanus in lectulo, in quo iacebat, erectus eſt.

De Siſulfo manco.

CAP. XL.

VErum iſtud miraculum, quod nuper apparuit, quis poterit enarrare, cum aſſumptus ſanctus Dei de mundo, adhuc prædicator habeatur in mundo? Qui ſe palam populis oſtentare nequeat, iugiter ſe patefactis virtutibus manifeſtat, dum cæcos illuminat, dum paralyticos ſanat, dumq; & reliquos ægrotos priſtinæ ſoſpitati reformat. Sed ego, vt ſæpe teſtatus ſum, indignum me cenſeo tanti viri ſigna depromere. Tamen quia audax, audeo veniam peto legentẽ. Quia n. me impulit amor patroni, & quia eſſe adhuc eũ denunciaui prędicatorẽ dicã quid contigerit nuper. Siſulfus ex Cinnomanicis paupereulus dum in hortellum ſuum meridie obdormiſſet, neſcio quid nequitiæ perpeſſus eſt. E ſomno aût exiliens, contractis in volam digitis cum magno dolore perpeſſus, rurſum ſoluitur in ſoporẽ. Et vidit per viſum & ecce vir ſtabat ante eum nigris veſtib. cano aût capite. Qui conuerſus ait, Qui ſic, inquit, in fletib. commoueris? Et ille, Ecce venerabilis domine dum paulumper obdormiui, cum dolore expergefactus opus manuum mearũ perdidi, & neſcio quid ſceleris cõmmiſi. Tunc vir illi, tanquam diſcipulis Dominus de cæco nato, Quia neq; ille peccauerat, neq; parentes eius, ſed vt manifeſtaretur opus Dei in illo, ait. Debilitas tormentũ indicat populi delinquentis. Vade ergo nũc per vicos & caſtella, & ad ciuitatẽ vſq; pertende, & prædica, vt ſe omnis homo à rapinis, & vſuris abſtineat, & nullum opus in ſolennitatib. myſticis agat. Ecce n. coram Domino in lachrymis decumbemus veniam pro populo deprecantes, & adhuc ſpes eſt obtinendi, ſi emẽdatio ſubſequatur in plebe. Nam hoſtilitates, & infirmitates, & alia multa mala, quæ perfert populus indignationem Domini cõmouent. Et ideo nuncia velociter, vt ſe emendare ſtudeant, nec crudeliter in ſcelere ſuo depereant. Tu vero his peractis, quã imperaui, Turonũ ad baſilicam propera, ibiq; te viſitabo, & obtinebis apud Dominũ vt ſaneris. Cui ille, Dic mihi, quæſo, domine, quis es, vel quod eſt nomẽ tuum. Cui vir, Ego ſum inquit, Martinus ſacerdos Turonenſis. In his ſancti verbis pauper ſurrexit à ſomno, apprehenſoq; bacello, iter imperatũ aggreditur & quæ ſibi fuerant imperata, populis nunciauit. Menſe aût ſeptimo poſtquam hæc acta ſunt, beatam baſilicam adiit, ibiq; proſtrat᷒ per triduum, quarta die à ſancti virtute viſitatus eſt. Iam enim computruerat in eo caro, vel nerui palmarum, qua de cauſa detinebatur. Et cũ digiti eius directi fuiſſent, ſanguis ab eiſdem erupit. Sed eis omnibus medicatis, ore proprio quæ recolimus enarrauit.

De cæco illuminato.

CAP. XLI.

FAcis ergo beatiſſime Confeſſor tuo more, propiciaris iniquitatibus populi, & ſanas languores omnium, cunctoſq; fideliter inuocantes tuis medicamentis illuſtras, nec fraudas extraneos quod proprijs libenter indulges. Homo

A ergo incola territorii Turonici, annorū quaſi viginti quinque cū à febre lippitudinis grauaretur, decidentibus catharactis, obſtrictiſq; palpebris valde cœcatus eſt. Super q̧ malū adiiciebatur & illud, q̧ à fuſte percuſſus, dirupto viſu, vnus ei crepuit oculus. Iam o per vigintiquinq; annos io hac cæcitate vixerat. Admonitus ergo per viſum ad beati tumulum venit, vbi orationi incumbens, die tertia vnius oculi lumen recepit. Dehinc animatus hoc medicamine, attentius cœpit orare. Quarto aute die oculus, qui crepuerat, reformato viſu aperitur. Qui licet non tam clare cernat, quam alter, luminis tamen beneficium præſtat.

De manu hominis contracta.

CAP. XLII.

DEbilis quidam, cuius manus cōtracta diriguerat dum in atrio, qood ante beati ſepulchrum habetur, oraret intente, in ſancta eius vigilia viſitatus eſt, directiſq; digitis, manus eius ad vſum priſtinum reſtituta conualuit.

B

De puerulo ſanato.

CAP. XLIII.

QVoties hic prophetarum, & ſublimium virtutes virorum quas olim geſtas legimus, renoouari miramur? Sed quid inquā, Quod molti fecerunt vioentes in ſeculo hic ſolus renouat quotidie etiā poſt ſepulchrū. Quid ergo agimus quid ſilem⁹ qoid occultamos pauci q̧ popoli declamāt? Multine diotius in hac ſtaoone motabimur? Proferamus Heliſeum ſeculo noſtro, q cadauer defuncti viuum remiſit à monumeoto. Id quoq; beatus Confeſſor oobis præſeotib. operatus eſt. Quæ n. cauſa fuerit, adiutoriū indiuiduæ Trinitatis efflagitās, explicabo. Puer genitus, lacte materno deficiente, nutrici ad alendū datur, quæ hoc liquore ſterilis dum nō copioſe, vt illi ætatulæ opportunum eſt, lactis alimentū miniſtrat, cœpit qui proficere debuerat, die prætereūte decreſcere, & ita minui, vt nihil in eo amplius, q̄ pellis tenuis, quæ eius oſſula ſola cōtegeret, remaneret. Qui, matre mor-
C tua vnū prope in hoc exitu duxerat annū. Erat n. vnicus patri & de vxoris dilectiooe quoddam memoriale. Cui, victu, vt diximus, minuente, iā deficieoti ex inedia febris acceſſit. Vt aūt hic eū feruor attigit, concurrit pater ad Eccleſiā, ne ꝓles abſq; baptiſmi regeneratione moreretur. Qui baptizat⁹, nec cōfortatus corpore præter ſpiritale remediū, iā ſuffoſſis oculis, palpebriſq; laxatu atque demiſſis, oullū iam flatum ſpiraminis habens, ſuper beatū ſepulchrum, patre eiulante deponitur. Nec defuit vir⁹ illa cœleſtis, quæ quondam paruulum inter manus confeſſoris beati viuificauit. At vbi primū eius veſtimentū coopertorium tumuli attigit, illico paruulus reſpirauit. Miro miraculo videres pallētes genas gradatim virtute diuina inſiſtente rubeſcere, & ſopitos oculos in lumine rediuiuo laxari. Tunc ſancto viuificatus, & à patre receptus, ſoſpes vſque hodie in teſtimonium virtutis habetur.

De cæco illuminato.

D

CAP. XLIV.

SED & de Pictauo quidam cæcus per ſex annos lumine viduatus, triduana proſtratione ad beatum tumulum orans lumen, quo diu caruerat operante ſolita virtute, recepit. Actum eſt autem hoc per feſtiuitatem ſancti patroni, in qua Meroueus Pictauus Antiſtes aderat, nō immerito Hilarii beatiſſimi diſcipulus prædicandus. Qui ſolennitate explicata, cum illuminato conciue gaudeos, remeauit ad propriam vrbem.

De duobus puerulis ſanatis.

CAP. XLV.

APud Vultaconum quoque vicum Pictauienſem dum duo puerulí nocte Dominica in vno ſtrato quieſcerēt, viſum eſt eis, quaſi ſignum, q̧ matutinis commoueri ſolet, audiſſent, Cumque in atrium Eccleſiæ perueniſſent, inocnerunt ibi choros mulierum canentium. Exterritiq; valde cognoſcentes cateruam eſſe dæmoniorum, dum ad terram corruūt, nec in ætate infirma ſigno ſe ſalutari præmuniunt, vnus lumine, alius lumine & greſſu mulctatur. Cumq; multorum annorum curriculo in his infirmitatib. grauarentur, vnus qui tantum lumine caruerat, ad beati Martini baſilicā deuote veniens, vt orationem expleuit, ſtatim viſum recepit. Alius in eodem ſancto loco lumine recepto, ad propria rediens, adhuc debilis claudicabat. Veniēſque ad cellulam Condatenſem, in qua lectus beati viri habetur, dum ibidē nocte Dominica vigiliæ celebrarentur, ſubito orante populo, ſenſit diuinam virtutem adeſſe. Et ſpectante plebe ſuper terram ſe trahens, contra parietem erexit, in quo feneſtra retinetur, quæ fuit quondam beati corporis porta. Et orans, atque præ gaudio lachrymans, integræ ſanitati reſtituitur nec vlterius vllam pertulit de malis infirmitatibus prauitatem. F

De claudo directo.

CAP. XLVI.

PVerulus quidam Leodulphus pede ſiniſtro debilis, dum cum reliquis petentibus ſtipendia quærendo circuiret, Toronum aduenit. Et parū remoratus, iter quod agere cœperat, conatur explere. Et progreſſus claudicādo cum ſatellibos, decimo ab vrbe miliario, vi doloris opprimitur. Relictus vero à ſociis ſolos ſuper ripā aluei eiulabat, multis ad feſtiuitatē concurrentibus proclamans & dicens: Væ mihi q̧a ſolennitatem glorioſi viri ſpectare nolui, ideo me virtus eius allidit. Qua de re rogo vos fideliſſimi Chriſtiani, q Deū timetis, ſubuenite ignorantiæ meæ, ſubuenite oppreſſo & debili, & ſi timor Dei mouet, me vſq; ad ſanctum locum deportare. Igitur cum hęc multis prætereuntibus imploraret, quidam plauſtro ſuo ſuperpoſitum vſq; ad ſancti baſilicam duxit. Vbi triduanam orationem continuans, reintegratis pedibus, incolumis abſceſſit.

De contracto quem bos trahebat.

CAP. XLVII. G

ERat quidā Contractus, qui in ſimilitudinem Eremitæ, cui bos qoōdam ſolatium fuit, bouem vnum habebat. Qui plauſtro coniunctus per domos trahebat, ſtipem poſtulantem deuotorum. Igitur cū imminente feſtiuitate Pōtificis Turonum adueniſſet, proſtratus coram ſepulchro, & orationi incumbens, beati Antiſtitis auxiliū flagitauit, deportatuſq; iterū à ſuis ante ſanctam abſidā tumuli ponitur. Cumq; expletis miſſis, populus cœpiſſet ſacroſanctum corpus Redemptoris accipere, ilico diſſolutis nodis, qui genua nexa tenebant, in pedes erigitur. Admirātibus cunctis, gratias agens, proprio greſſu vſq; ad beatum altarium, nemine ſuſtentante, proceſſit, ſanos deinceps degens.

De eo, qui manus ac pedes contractos habebat.

CAP. XLVIII.

EX pago autem Carnoenſi, qui in Andegauo territorio habetur, vir quidā nomine Floridus, manib⁹ pedibuſq; cōtractis, ad ſanctam cellulam Condatenſem, de quo beat⁹ cōfeſſor ad Chriſtum migrauit, allatus eſt. Vbi dum io vigiliis & oratione paucis diebus vacare ſtuduit, omnis ægritudo à corpore eius fugata diſceſſit. Sicque directus incolumis ad propria remeauit. H

De eo, qui contractum brachium detulit.

CAP. XLIX.

VEnerat dies feſt⁹ ſolennitatis beati, in qua caterua populorum multa cōuenerat, & ecce debilis quidā cōtracto brachio affuit. Dumque beatū ſepulchrum labiis oſculans, lachrymis rigat, mox beati Confeſſoris auxilium im-

A plorás, fide non diffiſus ſolitum præſtolatur auxilium. Deniq; ſacerdotibus qui aduenerant, ad agends ſolennia procedentibus, cum lector, cui legendi erat officium, aduenißet, & arrepto libro, vitam ſancti cœpiſſet legere Confeſſoris protinus directo brachio ſanus erigitur, & ſpectantibus cunctis, præſidia, quæ fideliter petiit, impetrauit.

De cæco illuminato.

CAP. L.

SIc & cæcus in eadem feſtiuitate implorans receptionẽ viſionis, vt palam attigit, quę ſortis ad pedes ſancti de pariete dependit, mox erumpente à palpebris ſanguine, teſte populo, viſum recepit.

De Diſſintericis.

CAP. LI.

B Cvm autem morbus ille diſſintericus cum occultis puſtulis multas attereret ciuitates, ac inter reliqua loca vrbs Turonica grauius laboraret, multi abraſo à beato tumulo puluere hauſto ſanabantur. Plerique de oleo, quod inibi habetur, delibuti liberabantur, fuitque nonnullis remedium aqua illa, vnde ſepulchrum ablutum eſt. Ante Paſcha igitur, cum multis multa tribuerentur beneficia, vidi vnum in deſperatione à diſſinteria iacẽtem. Qui ad baſilicam ductus, cum aliis vigilias celebrantibus, noctem inquietam duxiſſet, diluculo accedens ad tumulum, potato cum vino puluere, ſanus rediit è ſepulchro.

De alio humore graui ſanato.

CAP. LII.

C ALter quoque arreptus à febre valida, deiiciens ore venenum, & per inferiorem partem extra modũ ſolutus, lectulo decũbebat. Igitur creſcẽte veneno, laboranti oritur vulnus in inguine, & incredibili modo mouet ſe viſibiliter vſque ad plantam. Erat n. in magnitudine oui anſerini. Deinde ſurſum petens, cum nimio dolore diſcurrit per latera, per brachia, & vſque ad ceruicem progreditur. Deinde per aliud latus ad plantã vſque deducitur. Exinde retrorſum reuertens, ad locum vnde primo ortum fuerat venit. Cumq; taliter per membra vagaretur ægroti, quo miſer tenderet, quid ageret neſciebat, niſi tantum voces cũ fletibus dabat. Exigebat n. dolor gemitum, cum in vno corpuſculo tanti dolores irruerent. Tandem cum hæc nobis nunciata fuiſſent, ilico ſolitam tyriacam à vero requiro medico, ex quo vitam monturus haberet, ſuadeo fidenter puluerem aſſumi de tumulo. At Satellites cum magna feſtinatione currentes, eleuatum puluerem monumenti deferunt ad ægrotũ, delibutumque cum vino bibendum porrigunt. Quo hauſto, ita omnis dolor fugatus eſt, vt ipſa hora redderetur incolumis.

De reintegrato.

CAP. LIII.

D SIne numero populi talia audientes, de longinquis regionibus beata expetunt præſidia confeſſoris. In quo illud eſt præ cæteris admirandum, qualiter ſenſus hominum diaboli arte fraudatus reſtituatur. Quidam ergo Baiocaſinus ciuis, dum vino nimium hauſto turbatus per viam incederet, ſubito diuerſis flantibus vẽtis puluis campi commouetur, & mixtus, vt ſolet, cum ſtipulis in ſublime leuatur, ſicq; tot' aer vna nubes pulueris, & hoc hic opertus, amiſſo ſenſu, ilico decidit. Igitur poſt paululum à ſuis inuentus domũ turbulentus adducitur. Hinc effrenis factus conatur fugere, nemine perſequẽte. Quid plura? Arctatur vinculis, conſtipatur catenis, & in cuſtodia detinetur. Qui dentibus fremens ob negatam ſibi libertatẽ, propriis ſe morſibus lacerabat. Dum aũt hæc agerentur, admoniti parentes ad beati

E eum baſilicam perduxerunt. Ita ad longũ temporis oratione facta ſanus abſceſſit, vouens vt ſingulis annis veniens, vota ſancto redderet confeſſori. Deinde ad monaſteriũ ſibi proximũ humiliatis capillis, ac presbyter ordinatus, cœpit Deo ſtrenue ſeruire, non tamen reddens quæ promiſerat beato Pontifici. Quarto igitur ãno data, vt credo, iterum Inimico in eum poteſtate, ruit in rediuiuam amentiam, & conſtrictus, vt fuerat prius, catenis, ad ſanctam reducitur ædẽ. Vbi per ſex dies & eo amplius degens in vigiliis & orationibus, & reddens quæ prius ignaue fraudauerat, ſanus domum regreditur. Sed peccatis facientibus, iterum vino ſæpius madefactus in eadem tribulatione obiit.

De puella Lexonica cæca.

CAP. LIV.

F SI ſingula quæque vel quæ aguntur, vel quæ acta ſunt proſequamur, magnum cumulum congerimus de mirabilibus confeſſoris. Puella vero ex Leſuenſi iam adulta, lumen amiſit oculorum, quæ ſancti limina adiens, per omne tẽpus feſtiuitatis orabat humo proſtrata. Tertia autẽ die poſt ſanctam feſtiuitatẽ, cum ſui eam redire vrgerent, rogat ſe ad ſepulchrum beati deduci. Ibique iterum atq; iterum proſtrata, de palla, quæ ſanctum tegit tumulũ, oculos abſtergens, & valedicens diſceſſit. Cumq; iam in naui aſcenderet, ait: Gratias tibi ago beate Confeſſor, quod ſi videre non merui tua ſancta limina, vel tactu præſenſi. Cum igitur hæc cũ lachrymis edidiſſet, tergens oculos lumen recepit, & cõuerſa ait: Forſitan hæc eſt beata baſilica: Cui qui propinqui erant, ita eſſe aiunt. Tunc illa, Non reuertar, inquit, niſi gratias pro accepta ſanitate referam patrono. Redeuntem autem & in laude Antiſtitis declamantem multi viderant. Quæ, cõpleta oratione, gaudens abſceſſit.

De puerulo manum contractam habente.

G CAP. LV.

IN eadem vero feſtiuitate alias de Senonico puer manum aridam detulit. Poſt quartã autem diem feſtiuitatis beatæ, dum ſtans ad pedes oraret, ſpectante populo directi ſunt digiti eius. Vidit omnis cõuentus plebs magnalia Dei, qualiter inficiebatur manus à ſanguine, aſcendebatq; gradatim per arentes venas, & ita erat menus bibula vt putares ſpongiam diu aridam lymphis infectam, ſitienter haurire liquorẽ Repletis ergo venis, roboratiſque neruis, ac rubeſcente cute pallida, manum retulit ſanatam.

De muliere quæ contractis in palma digitis venit.

CAP. LVI.

PAri quodammodo ordine Pictauenſis mulier meruit obtinere medelam. Nam hæc contractis in volã digitis, vnguibuſque defixis in ipſius vt ita dicam, oſſibus, tota iam manu putrefacta, venit ad ſancti feſtiuitatem deuota, optabilem expectãs medelã. Igitur, ſpectatis ex more ſolennib. ſancti diebus, dicit ſuis, Integro quidẽ corde ad depoſcendum beati præſidũ venimus, ſed obſiſtentibus peccatis, nõ meruimus quod petebamus accipere. Cõſummata ergo nunc oratione, reuertamur ad patriã, fidentes de bonitate præſulis, quod corporis imbecilli proſit animæ fidelis oratio. Hæc & H his ſimilia agens, quaſi ſancto valedicens diſceſſit. Vrgente quoq; in veſperã die, prope Anniſcaris ripã accepit manſionẽ. Ad mediũ autem fere noctis expergefacta, gratias Deo refert, quod viueret, quod eſſet, quod vigeret, vel quod beati Pontificis tumulũ tetigiſſet. Quæ cum maximo fletu proferret, iterũ obdormiuit. Et ecce vir crine cigneo, indumẽto purpureo, crucẽ geſtans manu, ſtans ante eam ait: Nunc ſana eris in nomine Chriſti Redemptoris noſtri. Et apprehenſa manu eius, miſit digitos ſuos inter digitos illius, qui clauſerãt palmã, & parũper mouens, direxit eos. Dum hæc in viſu videret, euigilans, defluente adhuc ſanguine, ſanam eleuauit manũ in Dei laudibus. Diluculo autem egreſſa ad baſilicam, impleta gratiarum actione rediuit.

A

De ea, quæ dum in feſtiuitate S. Ioannis operabatur, debilitata eſt.

CAP. LVII.

IN feſtiuitate vero beati Ioannis cum populus ad miſſarū ſolennia cōuenitet, mulier quędam accepto ſarculo, agrū adiit, vt ſcilicet euulſa mali ſeminis zizania, meſsē ſolā purgaret. Cumq; operari cæpiſſet, protinus manus eius diuino igne ſunt apprehenſæ. Facies quoq; eius quaſi emittens flāmas, tota veſicis ac puſtulis ebulliuit. Vrebatur miſera non minus pudoris dolore, quam corporis, quādo ea quæ clam geſſerat, inuita prodebat. Dehinc vociferando atque eiulando, beati Martini baſilicam velociter expetiuit. Ante cuius ſepulchrum in hoc tormento per quatuor menſium ſpacia proſtrata, reſtincto omni vapore in integritate corporis ſolidata eſt. Erat enim ancilla cuiuſdam ciuis Turonici, qui B medietate precii conceſſa, aliam requiſiuit.

De caco & contracto.

CAP. LVIII.

PVer Pariſiacus, cuius artis erat veſtimenta componere, increſcēte melancolia, decocti ſanguinis fece quartanarius efficitur, atque efferueſcente humore, ita omne corpus eiꝰ minutis puſtulis coarctabatur, vt à quibuſdam leproſus putaretur. Sed & per omnia membra dolores peſſimos ſuſtinebat, ambor om oculorum luce mulctatus. Igitur audita beati Antiſtitis fama, & virtute vbique vulgata, Turonicam expetiuit ciuitatem, accedenſque ad baſilicam ſancti per dies multos ieiunans & orans recepto lumine, priſtinæ reſtituitur ſanitati. Erat n. ingenuus genere. Audiens autē Leo- C dactus, qui tum Turonicum gerebat comitatum, ꝙ talis erat artifex, calumniari cœpit dicens: Refuga es dominorū, nec tibi licebit vltra per diuerſa vagari. Et vinctum in domū ſuam cuſtodiendum dirigit. Sed nec ibidem defuit virtus Angelici Confeſſoris. Nā cū comprebenſus fuiſſet, ſtatim ab infirmitate qua caruerat, coarctatur. Et cum peſſime ageret, videns comes nihil ſe in eum præualere poſſe, laxatum à vincolis liberum abſcedere iubet. Ille vero ad baſilicā regreſſus, ſanatus eſt denuo.

De ea quæ poſt ingenuitatem eſt vendita.

CAP. LIX.

SImile eſt & illud, quod mulier poſt emeritam libertatem rurſum à patroni filiis Barbaris venundatur. Sed virtute ſancti, quo facilius defenſaretur, contractis ad plenū debilitatur membris. Nam & poplitum ita nerui retorti ſunt, vt ſubtus crura contingerēt. Tunc relicta à dominis, quibus fuerat inique diſtracta, patrocinia beati expetit confeſſoris. At cuius ædem non multa tempore commorata, libertati in ſoſpitate donatur.

D

De oculorum & capitis mei dolore.

CAP. LX.

ET quia prior libellus ab eo tempore initiatus eſt, quo Paulinus reliquit, & ſub quadraginta capitulis conſtabat impletus, deſtinaui hunc incœptum ſub ſexaginta cōplere. Sed vt beatus Martinus, qui viduatus ab hoc mundo virginitatis cuſtodiuit integrum decus, martyrium quoque & occultis inſidiis & publicis iniuriis triumphaliter impleuit, ita etiam cui aderat corona triceſimi & ſexageſimi, centeſimo fructu in his centum virtutibus auctus eſt. Spes autē mihi erat nō fruſtrari à voto, ꝙ in octo annis Domino iubēte compleui, ipſum ſcilicet librum à virtute ſuper me facta cœptū in me iterū finire. Quod non ſine prouidentia diuinitatis eſſe arbitror factum, vt ad eū finiretur, à quo legitur cœptꝰ. In quo cū quinquaginta nouē virtutes deſcripſiſſem, & ſexageſimā adhoc attentius præſtolarer, ſubito mihi ſiniſtrū capitis tēpus arctatur doloribus, & pulſantibus venis, E deſluētibuſque lachrymis, tantus imminebat cruciatus, vt oculum vi comprimerē ne creparet. Quod dum per vnam diem ac noctem grauiter ferrem, mane adueniens ad baſilicam ſancti, orationi proſternor. Qua expleta, doloris locū velo, quod ante beatum dependebat ſepulchrū attigi. Quo tacto, protinus & pulſus venarum, & lachrymarum fluxus ſtetit. Poſt triduū vero dextram capitis partē ſimilis tetigit dolor. Pulſabant venæ, atq; vbertim lachrymæ defluebant. Iterum mane conſurgens pari vt prius modo, contacto velo, capite ſanus abſceſſi. Tranſactis vero decem diebus, viſum eſt mihi minuere ſanguinem. Tertia autē die poſt ſanguinis diminutionem ſubiit mihi cogitatio (vt credo) per inſidiatorem iniecta, quod hæc, quæ pertuleram à ſanguine eueniſſent, & ſi vena protinus fuiſſet inciſa, confeſtim iſta ceſſaſſent. Dum hæc cogito, ac reuoluo, amborum tempo- F rum venæ proſiluere, renouatur dolor qui prius fuerat, & iam non vnam partem capitis, ſed totum arripuit caput. Commotus ergo doloribus, ad baſilicam propero, ac pro cogitatione praua deprecans veniam, palla, quæ beatum operit ſepulchrum, caput tetigi. Mox dolore ſedato ſanus receſſi de tumulo.

Multa quidem ſunt & alia, quæ vir beatus quotidie operatur, quæ inſequi longum eſt. Tamen ſi adhuc meremur videre miracula, placet ea alteri cōiungi libello. Nam, vt diximus, hi duo libelli in hoc numero teneantur. Ego quoque pietati Dominicæ maximas refero gratias, quod mihi per ſuffragium Antiſtitis glorioſi cōceſſum eſt, quæ in initio promiſi vſq; ad finem perducere poſſe, deprecans vt quod ſæpe cōfeſſor tribuit populis, mihi peccatori largius indulgeat, purgetque à me morbos, quos ſæpe conſpicit, & intēdit, reſtituatque mihi lumē veritatis, eruat me ab infidelitatis lapſu, mundet cor & mentem à lurida lepra luxuriæ, purget cogitationes à cōcupiſcentiis prauis, atque omnem à G me facinorū molem diluat atq; proſternat. vt cum in iudiciū in ſiniſtra parte fuero locatus, ille medio hædorū ſacroſancta dextra dignetur abſtrahere, reſeruatumq; me tenens poſt tergum, ſententiā Iudicis præſtoletur. Cumque eo iudicante fuero flammis infernalibus deputatus, ſacroſancto pallio, quo ille tegitur in gloria, me contectū excuſet à pœna, dicentibus Regi Angelis, quod quondam de monacho reſuſcitato dixerunt. Iſte eſt pro quo Martinus rogat: ſiatq; vt quia non mereor illa claritate veſtiri, vel ab truentibus tartarorum miniſtris merear liberari. Nec tantū mihi noxa præualeat, vt me ſeparet ab eius Regno, quem fideliter ſum confeſſus in ſeculo.

Explicit liber ſecundus.

INCIPIT LIBER TERTIVS
PROLOGVS.

TErtium, ordinante Chriſto, libellum de virtutibus beati Martini ſcribere incipientes, gratias agimus omnipotenti Deo, qui nobis talem medicū tribuere dignatus eſt, qui infirmitates noſtras purgaret, vulnera dilueret, ac ſalubria medicamenta conferret. Nā ſi ad eius beatum tumulum humilietur animus, & oratio ſublimetur, ſi defluant lachrimæ & compuncto vera ſucedat, ſi ab imo corde mittātur ſuſpiria, & pectora facinoroſa tundantur, inueniet ploratus lætitiam, culpa veniam, dolor pectoris peruenit ad medelam. Nam ſæpius tactu beati ſepulchri profluuia imperat ſiſtere, cæcos videre, paralyticos ſurgere & ipſam quoque pectoris amaritudinem longe diſcedere. Quod ego plerunque expertus indignum me iudico, vt inter tantorum miraculorum moles etiam illa hic inſeram, quæ ſuper me operari dignatus eſt. Sed iterum timeo, ne noxialis appaream, H *ſi ea tanquam fraudulentus abſcondam. Teſtor enim Deum, ſpem illam, quam in eius virtute poſui credens, ab illius miſericordia non fruſtrari, quia quotieſcunque aut dolor capitis irruit, aut tempora pulſus impulit, aut aures auditus grauauit, aut oculorum aciem caligo ſuffudit, ſtatim vt locum dolentem vel tumulo, vel pendente tetigi, protinus ſanitatem recepi.*

De dolore faucium mearum.

CAP. I.

QVod autem nuper pertulerim, primum inſeram huic libello miraculum. Dum ad conuiuium reſidentes poſt ieiunium ederemus, piſcis infertur in ferculo. Quem Dominica cruce ſignatum dum edimus, vna mihi ex ariſtis ipſius piſcis iniurioſiſſime adhæſit gutturi. Quæ dolores cōmouens graues, incidebat fauces acumine, & ipſam gulam longitudine obſerabat, impediebat vocis ſonitum, & neque ipſum ſaliuæ liquorem, qui ſæpe à palato defluit, tranſire ſinebat. Tertia autem die eum neque tuſſiens, neque exercens eam valerem proiicere, recurri ad nota præſidia. Accedo ad tumulum, prouoluor in pauimento, profuſiſque cum gemitu lachrymis, auxilium deprecor confeſſoris. Dehinc erectus velo, quod dependebat, gulam, fauceſque, & reliquum capitis attigi. Nec mora, ſanitatem recepi, & priuſquam limina ſancta egrederer, nullam fatiga-
B tionem ſenſi. Quo tamen aculeus deuenerit, ignoro. Non enim reieci vomitu, nec diſceſſiſſe ſenſi in aluum. Vnum tantum ſcio, quod ita me in velocitate ſenſi ſanum, vt putarem, quod iniecta aliquis manu, illa quæ iniuriam faucibus intulerant abſtuliſſet.

De puella debili ſanata.

CAP. II.

PVella vero annorum duodecim, omnibus membris debilis, per ſex annos tanquam mortua in domo parentum lectulo decubabat, non greſſum faciens, nō opus manuum implens, non lucem cernens, non ſermonem eloquens, non audiens eloquium. Ad beati tumulum fundunt parentes pro filia preces, offerunt munera, ad hęc vota promittunt. Conuenit autem populus ad ſolennia, celebratur cum gaudio ſacra feſtiuitas. Tertia vero de feſtiuitate die, vocat patrem puella dicens: Sitio. Qui gaudens quod filiæ vocem, quam nunquam audierat, meruiſſet audire, cucur-
C rit velocius, & aſſumptum aquæ paululum puellæ detulit ad bibendum. Qua hauſta, ait: Porrige mihi manum. Apprehenſa quoq; pater eius dextera, leuauit eam. Quæ ſtans ſuper pedes ſuos, eleuatis ad cœlum manibus, oculiſq;, ait: Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui reſpiciens humilitatem meam, me per ſanctum Antiſtitem tuum ſaluare dignatus es. Et ſic reintegratis membris, viſum auditumque recepit, ac domum læta regreſſa eſt.

De homine in cuius manu fuſtis adhæſit.

CAP. III.

ANte duos autem annos, quam hæc agerentur, quidam non metuens, neque honorans diem ſanctum Dominicæ reſurrectionis, accepta annona, ad molam vadit, impoſitoq; tritico, molam manu vertere cœpit. Expleto autem opere nō poterat molam aperire, ſed cum graui dolore fuſtem, quem apprehēderat, tenebat inuitus. Poſt hæc videns ſe non laxari, inciſo ab vtraque parte fuſte, ad ſancti
D baſilicam venit, ſanctaque oratione, & vigiliis celebratis, laxatis digitis, manus eius ad opus priſtinum reſtituta eſt. Alio vero anno in hac die ſancta opera, propter quam prius increpatus fuerat, apprehendit, rurſumq; lignum in manu eius adhæſit. Ille autem cum dolore plorans ad baſilicam ſancti reuertitur, ſed non protinus meruit exaudiri. Poſt duos vero annos in eadem feſtiuitate, qua puellam ſanatam retulimus, & iſte liberatus eſt ab onere ligni.

De contracto ſanato.

CAP. IV.

EX Lemocino autem adueniens contractus, qui nec greſſum facere poterat, nec lumen oculorum habebat, deportatus manibus deuotorum, ante ſanctum ſepulchrū deponitur. Deprecatuſq; miſericordiam Antiſtitis, directis membris debilibus, ſanitati donatur.

De cæco illuminato.

CAP. V.

QVidam cæcus, qui longo tempore lumine caruerat oculorum, ad eandem feſtiuitatem venit. Et facta oratione, dum ante ſanctum ſepulchrum ſtaret, ſubito apertis oculis, recepto lumine iocundatur.

De debili ſanato.

CAP. XI.

PVer autem & incola ciuitatis Toronicæ, dum valetudine nimia ac diuturna conſumitur, omnibus membris debilitatus, & ſine ſpe greſſuum à febre relinquitur, cui tibiæ ſeu funes intortæ ſeparari non poterant. Poſt diſceſſum vero febris, expetiit à parentibus vt eum ad ſanctam baſilicam deportarent. Quem exhibitum deponētes ad pedes ſancti, orationem faciunt vti virtūs ſolita ſubueniret. Ter-
tia vero die cum ille & parentes eius in oratione ac ieiunio F permanerent, exorto miſericordiæ lumine, diſtortis ribus, à parentibus incolumis eſt receptus.

De eo qui clauem die Dominico faciebat.

CAP. VII.

SIc & alius Senator nomine, de Cracotonno Andegauenſi vico, dum die Dominico clauem facit, digiti ambarum manuum eius contrahuntur, vnguibus in palmam defixis. Sic qui oſtium pandere voluit, manus reſerare non poterat. Dehinc per quatuor menſes iam vnguibus in carne defixis, computreſcente palma, auxilia expetiit confeſſoris, & per quatuor dies orationi ac ieiunio vacans, manus ſanas eleuans incolumis eſt regreſſus, collaudans virtutem Antiſtitis, & vt nullus aggrederetur quod ipſe præſumpſerat, prædicabat.

De mortuo ſuſcitato.

CAP. VIII.

EO tempore, quo talia apud Vrbem Turonicam gerebantur, legati de Hiſpaniis Florentius & Exuperius ad G Chilpericum Regem veniebant. Quos cum ad conuiuium Eccleſiæ recepiſſent, epulantibus nobis, eo quod ſe aſſererent catholicos, Florentius qui erat ætate ſenior, ſolicite flagitat aliqua de beati viri virtute cognoſcere. At ego Deo gratias agens, interrogo ſi vel nomen eius in illis regionib. audiretur, vel vita illius legeretur ab aliquo. Hæc me interrogante ait: In illis locis magnifice honorari nomen eius. Sed & ſe peculiarem alumnū Antiſtitis narrat, dicens ſuper ſe magnam eius virtutē oſtenſam fuiſſe. Auus, inquit, meus ante multorū curricula annorum, baſilicam conſtruxit in honore B. Martini. Perfectaq; ac eleganti opere exornata, Turonum clericos religioſos deſtinat, expetens Pontificis reliquias, vt ſcilicet locum, quem in eius nomine ædificauerat, eius reliquiis conſecraret. Quod cum feciſſet, per ſingulos dies veniebat, & proſtratus ſolo cum coniuge, ſancti Pontificis auxilium implorabat. Poſt multū vero tempus infans his naſcitur. Cum autem trium menſium eſſet à febre pulſatus in tantum exinanitur, vt ne papillam ſugere, neque vllum alimentum valeret accipere. Interea per-
durante morbo, cibo abnegato, palpitante tantum ſpiritu, H ſolus tranſitus præſtolabatur. Nec mora, ipſe quoq; exhalatur ſpiritus. Tū mater mœſta, vel auia, de voto, ac primogenitæ ſobolis morte, apprehenſum inter brachia ante altare B. Martini iam exanime corpuſculum ſpe non incerta depoſuerunt, & tanquam ſi factum viſibilibus cerneret oculis, anus alloquitur dicens: Spes erat nobis maxima beatiſſime confeſſor, tua hic pignora deportare, per quę morbi depellerentur, febres extinguerentur, fugarentur cæcitatis tenebræ, & aliæ quoq; infirmitates emundarentur, pro eo quod de te legantur plurima, quæ vel viuens feceris, vel poſt tranſitum operaris. Nam audiuimus te oratione mortuos ſuſcitaſſe, lepram oſculo depuliſſe, energumenos curaſſe verbo, venenū digito cōpreſſiſſe, & alia multa feciſſe, hic apparebit virtus tua, ſi nunc iuxta fidem noſtram hunc ſuſcitauens paruulum. Quod ſi non feceris, non hic vltra

A colla curuabimus, luminaria accendemus, aut alicuius ho-
noris gratiam exhibebimus. Et hæc dicens, relicto ante al-
tare infantulo, ipſa, & qui cum ea erant, abierunt. Mane au-
tem facto, venientes inuenerunt eam ad altare conuerſum,
& dum admirarētur, ſuſcepit eum mater in vlnis, & cogno-
ſcens eum reſumpſiſſe flatum, applicat ad papillam. Quo
protinus, hauſto lacte, confortatus eſt. Tunc mater cum
patre vel domo omni eleuata in cœlum voce, benedixerūt
Deum dicentes; Nunc cognouimus, quia magnus Deus
es, & facis mirabilia ſolus, qui nobis paruulum confeſſoris
tui oratione reſtituiſti. Loco autem illi maiorem deinceps
quam prius fecerant, reuerentiam exhibebant. Hæc ab
ipſius Florentij ore geſta cognoui.

De eo qui pedem debilem habuit.

CAP. IX.

CLeticus erat ab vrbe Pictauo in agro illius regionis, qui
ad ſanctam baſilicam pertinebat, vnius vſu pedis debi-
lis, quem vt ipſe aſſerebat, per incurſum dæmonii meridia-
B ni perdiderat. Qui inciſo fuſte ad menſuram geniculi, pel-
le ſuperpoſita ad ipſum geniculum extenſo retrorſum ve-
ſtigio, greſſum, quem pede nitebatur agere, fuſte admini-
culante perficiebat. Ad antedictam baſilicam nouem poſt
annos aduenit, fuſaq; oratione per triduum, ante tertium
feſtiuitatis diem poplite directo ſurrexit. Adueniente au-
tem ad ſancta ſolennia populo, qualiter per virtutem eius
ſanatus eſſet, edocuit.

De tibia matris meæ.

CAP. X.

MAtri vero meæ hoc ordine ſanctus ſubuenit. Tem-
pore quo tranſactis parturitionis doloribus me edi-
dit, dolorem in vno tibiæ muſculo incurrit. Erat autem
ſubitaneus tanquam clauus affigens, atque ita fictam gra-
uiſſimam dabat, vt plerunque eclypſim generaret, nec erat
C quod eum mitigare poſſet, niſi cum diutiſſime cōtra ignem
tentus à vapore foci obſtupeſceret. Sed etſi vnguentum a-
liqnod parumper fuiſſet infuſum, quieſcebat. Quid plura?
Poſt ordinationem meam venit Turonum vel ad occur-
ſum Antiſtitis ſancti, vel cauſa deſiderij mei. Cum hic igi-
tur per duos aut tres menſes commorata fuiſſet aſſidue
beati Pontificis auxilium precabatur. Tandem reſpiciente
miſeratione conſueta, diſceſſit dolor tibiæ, qui per triginta
quatuor annos fœminam fatigauerat.

De mulieris manu ſanata.

CAP. XI.

SEd & alia mulier de Andegauo territorio, digitis in pal-
ma defixis, vt ad locum ſanctum preces effudit, digitis
directis, ſanata manu diſceſſit.

De puero à valetudine ſanato.

CAP. XII.

D PVer familiaris noſter correptus à febre grauiter vreba-
tur. Ardebant enim extrinſecus membra, intrinſecus
vero ſitis valida erat. Et ſi potum aliquem accipiebat, mox
reiiciebat à ſtomacho, nihil tamen capiens cibi. Cumque
in hoc quarto aut quinto anno fatigaretur, petiit vt ei pa-
rumper exhiberent pulueris de ſepulchro ad bibendum.
Quo exhibito, vinoque dato vt hauſit fideliter, recepta ſa-
nitate conualuit.

De Theoda pede ſanato.

CAP. XIII.

THeoda vero Viliacarij quondam presbyteri filia, dum
ob humorem pedum frequentius laboraret, vnius pe-
dis vſum, qui in debilitatem redactus fuerat, perdidit. Poſt
hæc ad beatam aduenit baſilicam, in qua dum crebras ef-
funderet preces, amota debilitate, incolumitati donatur.

De homine inclinato. E

CAP. XIIV.

ERat tunc temporis in vrbe, quæ ſub tuitione matris
Eccleſiæ habebatur, homo quidam, qui tanquam ef-
fractis renibus inclinatus ambulabat. Hic iuxta illam Eu-
angelicæ ſeriei mulierē, deorſum procliuis nequaq̃ ſurſum
poterat erigi, ſed duobus in aſellis fuſtibus additis, incur-
uus agebat greſſum. Ad feſtiuitatem autem aduenient, ter-
tia die poſt acta ſolennia erectus, ab omni incurſione dia-
bolica mundatus, ſanus abſceſſit.

De Gundulfo debili.

CAP. XV.

GVndulfus vero quidam ipſius vrbis ciuis, ab infantia
ſua cum Gunthario, Clotarij Regis filio habitauit. In
cuius dum haberetur ſeruitio, ordinante Rege, aſcendens
in arborem vt decerperet poma, effracto ramo, corruit,
colliſoque ad lapidem pede, debilitatus eſt. Poſt multos
vero annos dum in hac debilitate perſiſteret, & aſcenſo e- F
quo velociter eum impelleret ad terram, lapſante greſſu,
præcipitatur, compreſſumq; pedem alium, qui ſanus erat,
grauiter læſit. Dehinc portari ſe ad ſanctam baſilicam po-
ſtulat, proiectusque ad pauimentum orationem fideliter
fundit. Nec morata eſt pietas, quæ ſemper tribulantibus
ſubuenire conſueuit, ſed protinus ablato omni dolore in-
columis à pauimento ſurrexit. Igitur per triginta circiter
annos, de alio pede, ſicut ſuperius diximus, claudicabat.
Tandem inſpectis propriæ conſcientiæ notis, conuerti de-
creuit, ſcilicet vt humilitatis capillis, ipſi ſancto deſeruiret
Antiſtiti. Sed prius à Rege præceptum elicuit, vt res ſuas
omnes baſilicæ traderet viuens. Quo facto capite tonſura-
to, impleroq; bonæ deliberationis voto, pes eius qui effra-
ctis oſſibus fuerat breuiatus, eſt elongatus. Et qui antea
duobus pueris ſuſtentatus ibat, nunc ſine vllius hominis
adminiculo, quo voluerit, abſque aliquo debilitatis impe-
dimento diſcurrit.

De cæco illuminato. G

CAP. XVI.

POſt hæc puerulus quidam ex Lemonico cæcus adue-
niens, lumē recepit oculorum hoc modo: Anno tertio
natiuitatis ſuæ cum iam greſſum inciperet figere, erum-
penteque lingua in verbis labra laxaret, dum matri alludit
blande, dum oſcula libat, dum collo eius appenditur, dum
in vlnis defertur, commota per immiſſionem diabolicam
viuenti, puluis à terra cum paleis eleuatur, & ſuper pue-
rum ac matrem eius cum magno turbine fertur, ſed ruſti-
ca mulier & incauta, non tentat ſe filiumque Saluatoris
vexillo munire, ideoque præualentibus inſidiis oculi ado-
leſcentis repleti puluere obſerantur. Qui diu vociferans,
tandem mitigatus à matre permanſit cæcus. Adultus au-
tem datus eſt mendicis, vt vel cum eiſdem ambulans, ſti-
pendij quiddam acciperet. Erant autem parentes eius val-
de pauperes. Igitur duodecimo ætatis ſuæ anno aduenit
Turonum ante diem ſolennitatis, qua Deus pater verbum
carni glutinans, mundo ſalutem inuexit. Decurſa autem H
feſtiuitatis vigilia, dum recedentib. aliis hic ad pedes ſancti
decubaret immobilis, tunc ſenſit quaſi pupugiſſet aliquis
oculus eius ſpiculo, & ſtatim ſanguis ab his erumpēs cœpit
defluere per genas eius, auerſaque ſurſum facie vidit ſuper
ſe cereum elucere, & exclamans voce magna, ait: Gratias
tibi ago ſancte confeſſor Dei, quia virtute tua lumen reci-
pere merui. O admirabilis gratia, ô virtus immenſa, mul-
tis enim affectibus dona tua ſpargis in populo. Nam qui
ſtipem petierat, lumen recepit, & diu exter à luce, virtutis
tuæ lumine vultus ornatus. O ſi te multorum criminum
tenebræ à noſtris viſibus non arcerent, nempe venires viſi-
biliter, & infirmis voce Petri diceres: Aurum & argentum
non habeo, ſed quod habeo do vobis: In nomine
Chriſti Ieſu abite inco-
lumes.

A

De Sigone Referendarij aure.

CAP. XVII.

FVerat cauſa quædam vt Remenſe oppidum peteremus. Cumque ab Egidio Epiſcopo, qui tunc Eccleſiam regebat, benigne fuiſſemus excepti, illuceſcente in craſtinū Dominica die ad Eccleſiam acceſſimus, reſidenteſque in ſacrario aduentum præſtolabamur Antiſtitis. Eo tempore ſancti Martini reliquias, licet temerario ordine, ſuper me habebam. Igitur Sigo Referendarius quondam Sigiberti ad occurſum noſtrum accedit, oſculatumque iuxta me ſedere depoſtulo. Sed ille vnam habens obturatam aurem, vix de alia poterat, quæ loquebamur aduertere. Verum vbi ſufficienter colloquio vſi ſumus, ille in domo vocatur Eccleſiæ. Protinus igitur vt à me diſceſſit, dirupto auris ſurdæ clauſtro, quaſi magnum exinde ventum exire ſentiens, auditum recepit, reuerſuſque continuo mihi gratias agere cœpit, dicens: Tertia iam dies erat, quo de hac aure auditum amiſeram, ſed cum tecum loquerer, ſenſi velociter reſeratam. B Tunc ego confuſus, ne mihi adſcriberetur, aio: Noli dilectiſſime fili, mihi aliquid gratiarum referre, ſed ei, cuius tibi virtus auditum reſtituit. Nam ſcias beati Martini mecum habere pignora, cuius tibi potentia auditus grauitas eſt depulſa.

De infirmitate pecorum.

CAP. XVIII.

QVodam vero tempore dum ſæua lues taliter deſæuiret in pecora, vt nec ad recuperandum genus putaretur aliquod remanere, quidam de noſtris baſilicam ſanctam adiit, oleumq; lichnorum, qui cameræ dependebant, ſuſcepit cum ipſis aquis in vaſculo, deportatoque domum, pecora quæ adhuc hic morbus non attigerat, intincto digito in liquore, per frontes & dorſa cruce Dominica ſignat, ipſiſque terræ animalibus deiectis, ac reſupinatis, ex hoc vnguento fide plenus fudit in ore. Mox dicto citius, clandeſtina peſte propulſa pecora liberata ſunt.

C

De cæco illuminato.

CAP. XIX.

ABſricatinus quoque incola, cui per ſex annos videndi vſus fuerat denegatus, beati confeſſoris petiit ſaluari præſidio. Ad cuius baſilicam accedens multo honore, ieiunus & orationibus vacans, auxilium beati implorabat Antiſtitis. Denique adueniente ſacroſancta feſtiuitate, populis miſſarum ſolennia ſpectantibus, huic viſus eſt redditus, reditque in patriam videns, qui ad ſanctam baſilicam alio deducente peruenerat. Ipſe autem pro tantæ pietatis gaudio vouit ſe ibidem tonſurari. Quod poſtea deuotus rediens impleuit.

De alio cæco illuminato.

CAP. XX.

NAm & quidam de tranſmarinis partibus veniens, dum opera exerceret in agro, ſubito orta ſuper ſe violentia D venti cum puluere, lumine caruit oculorum. Et qui diu cæcis via fuerat, ipſe domum, alio, regente, deducitur. In hac enim cæcitate per trium annorū curricula detinetur. Poſt hæc baſilicam beati confeſſoris expetiit Ad quam per quatuor annos orationi incumbens, viſitatus virtute diuina, patefactis luminibus, lucem videre promeruit.

De Iuliano contracto.

CAP. XXI.

SEd & hæc fama, vt ſæpe diximus, non ſolum ad propriā vrbem, verumetiam aliis vrbibus, & pene in toto mundo vulgata properauit. Iulianus quidam ab Hiſpaniis veniens, manus & pedes habens debiles, ad hunc medicum deuotus ingreſſus eſt, dicens: Credo indubitanter, ſanctiſſime præſul, quod poteris mihi ea medelæ adiumenta præbere, quæ cæteris in te ſperantibus non es ſolitus denegare. In hac credulitate orationi aſſidue inſiſtens, & de Domini miſeratione non dubitans, directis pedibus manibuſque incolumis eſt redditus. E

De muliere ad ſancti lectulum illuminata.

CAP. XXII.

VErum quia in ſuperioribus libellis ſæpius diximus, & in loco illo, de quo migrauit ad cœlos, plerunque miracula celebrari, quid nuper geſtum ſit, pandam: Mulier indigena vrbis Turonicæ viſus claritate mutata, cellulam Condatéſem, in qua lectulum beati Antiſtitis habetur, expetiit, putans ſibi præſidium fore, ſi cancellos ipſius lectuli tetigiſſet. Lectulum autem non aliud dicunt, niſi in pauimento illo ſubſtratus cinis, & appoſitus capiti lapis, in quo nocturno tempore flexa ceruice recumberet. Ergo ad hoc F oraculum mulier viro adminiculante deducitur, in quo per multos dies orationem compuncta faciebat. Tandem pietas ad miſerandum ſępe profuſa eam reſpiciens, viſum mulieri amiſſum reſtituit. Tantaque deinceps fœminam fides accendit, vt vſque ad diem ſui obitus nunquam à loco illo diſcederet.

De muto, cui fratres abſtulerunt facultatem.

CAP. XXIII.

INcola autē Andegauenſis vrbis, turbatis membris morbo, caput conuertit ad lectulū. Dehinc per ſingulos dies inualeſcente febre, cunctis artubus deſtitutus, auditu & locutione pariter, priuatur. Poſt paucos vero dies cum de febre cōualuiſſet, & ſine voce maneret, ablata ſibi à fratribus facultatis parte, de domo proiicitur, dicentibus fratrib. Hic amens effectus eſt, non patiatur Deus, quod aut facultati noſtræ inhæreat, aut partem hæreditatis acquirat. Erant autem inquilini, & poſſeſſioni propriæ incumbentes, ſed inique cogitantes de his quæ Dei erant, eiecerunt mutū & ſurdum quem potius fouere debuerant. Ille vero quanquā G ſine his vſibus eſſet, ſenſum tamen in corde retinebat. Porro autem apprehenſis manu tabulis, & inter ſe colliſis, vocem quærentis imitabatur. Cum hoc enim artificio ad ſupradictum vicum aduenit, ibique aliis ſtipem flagitantibus adiungitur. Sextus igitur iam effluxerat annus, quod pauper iſte à diuitiis ſanctæ cellulæ paſcebatur. Factum eſt autem, vt in vna Dominicarum nocte, dum in domo hoſpitis ſui decūberet, ſubito locus ille immenſo repleretur lumine: & ecce hic pauore perterritus ſolo proſternitur. Et ſtatim viſus eſt ei vir quidam ſacerdotali habitu comptus, tangens eum, & crucem Chriſti fronti eius imponens, ait, Dominus te ſanum fecit, ſurge & propera ad Eccleſiam, & age gratias Deo tuo. Ipſe autem eleuata cum gratiarum actione voce, clamoribus viciniam complet. Illico cōcurrunt omnes ad ſpectaculum, & mirantur loquentem quem prius viderant mutum. Interea B. ſignum mouetur horis matutinis, aggregatur & populus, vigiliiſque celebratis virtus ſancti clarificata perpatuit. His diebus duo energumeni in hoc loco, eiecto dæmone, ſunt mundati.

De oleo creſcente.

CAP. XXIV.

H

SEd reuertamur ad Aridium noſtrum, immo etiam peculiarem, vt ita dicam, beati confeſſoris alumnum, cui ſæpe de ſuis pignoribus cernere miracula præſtat. Hic ad feſtiuitatem ſancti cū illa, qua ſolitus eſt, benignitate, humilitate & charitate peruenit. Regrediens vero ampullā de oleo S. ſepulchri completam ſecum detulit, dicens: Forſitan infirmus aliquis in via adeſt, qui de hac beati Martini benedictione corde compuncto accipere deſiderat. Denique in quodam loco deuota mulier acceſſit ad eum, exhibens ampullam aliam cum oleo dicens, Rogo te ſerue Chriſti, vt tua hoc oleum benedictione ſanctifices. At ille, ne vanitati ſubiectus videretur, ait: Parua eſt virtus mea, ſed ſi placet oleum de ſepulchro B. Martini habeo, ex quo hoc oleum perfundatur. Tu vero ſi credis eius virtutem

A magnam, ex hoc ſalutem hauris. At illa gaudens petiit expleri, quæ presbyter loquebatur. Vas etenim illud medium erat. Cumque de hoc liquore, qui à ſancta baſilica ſancti aſſumptus fuerat, perfunderetur, protinus ebulliens oleum, ampullam vſque ad ſummitatem impleuit. Quod matrona cernens, admirans virtutem Confeſſoris beati, domum reuerſa eſt gaudens.

De digitis cuiuſdam mulieris directis.

CAP. XXV.

ALia vero mulier, cuius digiti in ipſam palmam defixi erant, baſilicam beati Martini Antiſtitis expetiit. Paucis quoque interpoſitis diebus orationem fundens, & ſancti auxilium implorans, directis digitis, manum recepit incolumem.

De muliere contracta.

CAP. XXVI.

B ANte hoc annos puella in infirmitatem peſſimam ruens, membris omnibus debilitata contrahitur. Hæc auditis miraculis, quæ Antiſtes glorioſus in ſingulis operabatur, nomen eius inuocabat deuote. Poſt dies autem paucos rogat ſe ad eius baſilicam deportari. In cuius atrio diebus multis iacens, fuſa ſæpius oratione cum lachrymis, virtute Pontificis viſitatur. Sicque ſubueniente diuina miſericordia, ſanata diſceſſit.

De puero contracto.

CAP. XXVII.

PVer vero ex Andegauo territorio dum in domo parentum reſideret, per immiſſionem (vt ipſe aſſerebat) artis diabolicæ manuum pedumque perdidit vſum, ita vt contractis intrinſecus digitis, vngulæ in palmam defigerentur, neruique poplitum areſacti calcaneos ad crura diuerterent. Sicque per ſex annos à parentibus male baiulatus, ad templum ſancti Antiſtitis deportatur. Sed in oratione perdurans, reſtitutis membris, iuxta nominis ſui proprietatem, quaſi nouus efflorùit Floridus. C

De cæco illuminato.

CAP. XXV.III.

CLericus ex natiuitate ſeruus ipſius ſanctæ baſilicæ, per incuriam inſidiatoris lumine mulctatus, in hoſpitiolum proprium, nihil ibi laborare potens, reſidebat ægrotus. Tribus fere annis hanc ſuſtinuit cœcitatem, & ædem beati ſacerdotis expetiit. Ibique deprecans conſuetam miſericordiam, illuminatus rediit ad propria.

De homine, cui fuſtis in manu adhæſit.

CAP. XXIX.

EX Turonico vero territorio ſeruus cuiuſdam dum die Dominico ſepem componeret, manus eius ad lignum ipſum hærere cœperunt. At ille velociter extracta dextera, dum factum admiratur attonitus, manus ipſa cum dolore magno contrahitur, defixæque ſunt vngulæ in palmam: cõtractiſque totis digitis dexteræ, ad diuerſorium regreditur
D cum mœrore. Poſt quatuor vero annos ad baſilicam ſancti aduenit, orationeque facta ſanatus eſt, prædicans populis ne factum eius quis imitaretur, ne tanti diei ſolennia aratus agricola macularet, ne reſurrectionis ſacræ, redemptionis noſtræ cœleſte myſterium, humanitas infirma terrena exercens opera diſſolueret.

De puero à dolore ſtomachi ſanato.

CAP. XXX.

PVerulus quidam ex Albigenſi, tabeſcente diuerſis morbis ſtomacho, cibum, potumque exhorrebat. Cumque per dies multos in hoc languore cruciaretur, ipſum quoque quod accipere videbatur, cum graui renceret amaritudine, fide plenus deſiderium habuit veniendi ad baſilicam beati confeſſoris. In qua per triduum ieiunans, & orans, die quarta accipiendi deſiderium capit, vinumque bibens confortatus eſt. Dehinc gratias agens, ſanus diſceſſit. E

De dextera mulieris arida.

CAP. XXXI.

MVlier quædam ex Andegauo veniens, quæ omnibus quidem membris arida erat, ſed præcipue dexteram cum digitis aridiorem cæteris artubus deferebat, ad ſepulchrum ſancti proſternitur. Exinde egreſſa per paucum tempus in atrio commorata eſt. Succurrente vero interuentu Antiſtitis glorioſi, vena ſanguinem, cutis ruborem, corpus reliquum fortitudinem recipiens, ſolidatum eſt. Cuius hæc fuit cauſa vt iſta perferret, quia die ſubbati poſt ſolis occaſum, qui nocti Dominicæ adiacebat, panem voluit conformare.

De muliere, cuius manus in ſe hæſerunt.

CAP. XXXII.

SImile huic alia mulier fecit, cuius manus retrorſum contractæ, & ad ſe inuicem coniunctæ adhæſerunt. Cumque doloribus maximis vexaretur, viam ingreditur, dicens, ſi ad baſilicam beati Martini abiero, protinus hæc abſcedet infirmitas. Confido enim quod & mihi ſubueniet, qui ſæpe talia perferentibus eſt miſertus. Hæc cum ita ageret, & inceptum, vt poterat, carperet iter, manus eius ſeparatæ ſunt, non tamen directis digitis. At vero vbi ad locum ſanctum acceſſit, & orationem fudit, protinus ablato omni dolore, ſolidati ſunt digiti. Et manus ſolidas cum gratiarum extulit actione. F

De morbo caballorum.

CAP. XXXIII.

IN Burdegalenſi autem regione hoc anno grauis caballorum extitit morbus. Apud vrbem vero Marciacenſem, quæ in hoc termino continetur, ſubdita ditionibus beati Martini, oratorium eſt eius, & nomini, & virtutibus conſecratum. Denique adueniente ſupradicta clade, accedebant ad oratorium vota facientes pro equis, vt ſcilicet ſi euaderent, ipſi decimas loco conferrent. Cumque his hæc cauſa commodum exhiberet, addiderunt vt de claue ferrea, quæ oſtium oratorij recludebat, caracteres caballis imponerent. G Quo facto, ita virtus ſancti præualuit, vt & ſanarentur, qui ægrotauerant, & qui non incurrerant, nihil vltra perferrent.

De lue, quæ cum veſicis fuit.

CAP. XXXIV.

SVperiori quoque anno grauiſſime populus Turonorum à lue valetudinaria vaſtabatur. Erat enim talis languor, vt apprehenſus homo à febre valida, totus veſicis, ac minutis puſtulis ſcateret. Erant autem veſicæ albæ cum duritia, nullam habentes molliciem, niſi tantum dolorem nimium inferentes. Iam ſi data maturitate crepantes cœpiſſent defluere, tunc adhærentibus corpori veſtimentis, dolor validus augebatur. In qua ægritudine nihil medicorum poterat ars valere, niſi cum Dominicum affuiſſet auxilium. Multi enim de baſilica ſancta benedictionem petentes, opem merebantur. Sed quid de plurimis memorare neceſſe eſt, cum id meruerint cæteri, quod vnam vidimus meruiſſe? H
Vxor ergo Eborini Comitis, cum ab hac lue detineretur, ita his operta veſicis eſt, vt neque manus, neque plantæ, neque vlla pars corporis eius remaneret vacua, ſed & ipſi quoque oculi ab his continebantur obtecti. Cumque iam in diſcrimine mortis haberetur, ſancti ſepulchri benedictionem expetiit. Tunc tranſmiſſum eſt ei de aqua qua beati tumulus eſt in Paſcha Domini ablutus. Denique delibutis ex ea vulneribus, ipſa exinde potum ſumpſit. Mox igitur reſtincta febre, ſine dolore decurrentibus veſicis ſanata eſt.

De duobus paralyticis, & vno cæco ſanato.

CAP. XXXV.

SEd quando multæ virtutes ſunt, quas orbis totus experitur, de quibus ad nos nec minima vt opinor pars per-

A uenit, vel illa, quæ vicinitas experitur indicemus. Inuitatus itaque Badogiſilus Canomanorum Epiſcopus, ad quendam locum diœceſis ſuę, venit ad baſilicam beati viri, & nomine & reliquiis conſecrandam. Vbi autem celebrat ſolennia, inuocantes ſancti Martini nomen, duo paralitici greſſum, cæcuſque vnus viſum recepit.

De Auguſto contracto.

C A P. XXXVI.

AVguſtus autem quidam ciuis vrbis Toronicæ, dum nimio renum dolore laboraret, contractis pedibus pene ad ipſos renes, peſſime debilitatus eſt. In qua infirmitate per duorum annorum curricula laborauit. Deinde à ſuis commonitus baſilicam ſancti expetiit, ibique per ſeptem dies ieiunans & orans, dempto dolore, directiſque pedibus, ſanus abſceſſit.

De puella muta.

CAP. XXXVII.

B HOc tempore & mulier quædam dum diſcedentibus paribus ſolo remanſiſſet ad telam, apparuit ei vmbra teterrima, quæ arripiens illam trahere cœpit. At illa vociferans & plangens, cum nullum aſpiceret auxilium, viriliter tamen reſiſtere conabatur. Poſt decurſa vero duarum aut trium horarum ſpatia, regreſſæ mulieres reliquæ inuenerunt eam ſemiuiuam humo iacentem, nihil penitus loqui poſſe. Innuebat quidem manu: ſed nihil eis intelligentibus, hæc muta permanſit. Vmbra vero, quæ ei apparuerat, intantum hominibus domus illius inſidiata eſt, vt relinquentes locum, alio commigrarent. Poſt vero, duorum, aut trium menſium diebus decurſis, ad baſilicam puella veniens, eloquium meruit recipere. Sicque cuncta, quæ pertulerat, ore proprio enarrauit.

De diacono Catalamenſi.

CAP. XXXVIII.

C IGitur Catalamenſis diaconus, vt mos eorum eſt, aliis matutinas gratias celebrantibus, cum potum hauriret, oculorum amiſſione mulctatur, recognoſcenſq; reatum ſuum, & ſe non digna propoſito ſuo geſſiſſe, ſuſpenditur à cibo potuque, pernoctans in vigiliis, orationibuſque inſiſtens. Interea dum hæc ageret, fama, quæ totum compleuit orbē, ad eius aures vſque peruenit, eſſe apud Turonos Martinum Antiſtitem, ad cuius ſepulchrum ſæpe talium infirmitatum clades depulſa quieſceret. Nec moratur diaconus, ſed illoriter inſtruit iubens, ad baſilicam ſanctam non dubius de virtute beati viri peruenit: Ibiq; proſtratus ſolo, orationi ſubnixus, die tertia apertis oculis lumen recepit. Ego autem cautius nitens extorquere veritatem, cur ei hæc euenissent, hæc ab eo didici. Ante hos inquit, ſeptem menſes dū commoto matutinis ſigno, Eccleſiam peterem, obuiam habui vnum amicorum meorum: in cuius amplexos, & oſcula ruens, ſciſcitari cœpi, ſi cuncta domi proſpera reliquiſſet. Tūc reuocatus à via, potum cum eodem haurire cœpi. Poſtquā autem charitatem per pocula expleuiſſe viſus eſt, vale dicto abſceſſit. Quo abeunte, tantæ oculis meis caligines coniunctis palpebris adhęſerunt, vt eos nullatenus aperire poſſem. Denique cum hac infirmitate triſtis abirem, deſideriū habui ſepulchrum beati Antiſtitis viſitare. Die autem tertio poſtquam veni, cum eius ſepulchro aſſiſterem, ſubito febris magna oculos meos arripuit. At ego ingemere vehementer cœpi, & ſancti auxilium fortiter deprecari, Illico autem erumpens ex oculis meis ſanguis noctem pepulit, lucemque reduxit. Hæc nobis diaconus effatus, incolumis remeauit ad propria.

De muliere contracta & cæca.

CAP. XXXIX.

D ERat etiam mulier quædam cæca, quæ contractis retorſum manibus ac pedibus, cum parentum ſolatio celebrare beatam feſtiuitaté glorioſi Antiſtitis expetiuit. Quæ cum die tertia poſt decurſam feſtiuitatem domū redire cuperet, proſtrata in ſancta baſilica orare cœpit, vt ei Dominus ſolitæ miſericordiæ ſuæ opē dignaretur oſtēdere. Quod dum cum lachrymis peteret, illico directis manibus, ac pedibus ſtabilitis, ad ſanctum adducta ſepulchrum gratias pro accepta ſoſpitate peregit. Poſt hæc rogat ſe deduci ad oſtium, vbi proſtrata iterum dicit ſuis, Non hinc conſurgam, niſi prius mihi oculorum lumen reddat, qui pedum, manuumque reſtituit vſum. Hæc ea dicente, ſubito energumeni torqueri ſe proclamant, & Martini adeſſe præſentiam cōfitentur. Sed cum diabolus, qui ab initio mendax eſt ad credendum minime admittatur, rebus ipſis viri præſentia declaratur. Nam fœmina hæc, quæ paulo ante directa fuerat, nunc illuminata, intereſſe beatum Antiſtitem approbauit. E

De Paralytico ſanato.

CAP. XL.

MOdico autem ſuccedente ſpatio, Iacebat Paralyticus vnus in grabatu, qui ex Biturico plauſtro deuectus aduenerat. Ipſe etiam pari modo virtute beati Antiſtitis ſurrexit incolumis, ſuiſque redditus greſſibus, conſanguineorum ſpectante caterua, ſanus excipitur. F

De catenis ſuper puellam confractis.

CAP. XLI.

HIS diebus puella quædam iam ex liberis parentibus procreata à filiis patroni, confracta libertate, ad iugū ſeruitutis addicitur: Vnde factū eſt, vt illa non acquieſcente iniuſtis Dominis quicquam operis exercere, catenis & compedibus vinceretur. In qua cuſtodia dum aliis beatam feſtiuitatem expetentibus, reſideret, flens & eiulans, cur nō intereſſet beatæ feſtiuitati, ſubito trabs, in qua pedes eius arctati erant, ſcinditur, & hæc quaſi libera, nexa quidam catenis, beatam baſilicam expetiuit. Vbi vero primum pedes ſacra limina contigerunt, ſtatim confractæ catenæ ceciderunt à collo eius: & ſic incolumitati pariter libertatique donata eſt.

De libro vitæ eius inter flammas ſaluato.

CAP. XLII.

QVid ſi ad ipſa beatæ vitæ ſcripta recurram? Nunquid nō erit admirabile, quod ſacer ille huius hiſtorię liber circundatus flammis, nec aduſtus eſt, nec conſumptus. Monachus igitur maioris monaſterij ex iuſſu Abbatis ad cellulam aliam, quaſi aliquid operaturus acceſſit, ac pro ſalute animæ, ac vitæ correctione, librum vitæ Antiſtitis detulit ſecum. Adueniente vero nocte, in lectulo ſe diuturno oppleto ſtramine collocat, librum ad caput locans. Cui dormienti apparuit vir per ſomnum dicens. Noli dormire in his paleis, ſanguine enim aſperſæ ſunt. Facilis autem prima viſio viro fuit: nec ſecunda commonitio valuit. Tertia igitur terribiliter monachum quatit. At ille ſurgens, & ad operam diluculo progrediens, puero iubet vt paleas à lectulo detractas, igni conſumeret, nihil de libro commemorans, Puer ignarus inter paleas apprehenſum librum foras eiecit, & ignem accendit. Quibus in fauillam redactis, cum nihil aliud niſi cineres remanſiſſent, apparuit liber illęſus, de quo non littera, non vnum, vt veritas habet, folium eſt conſumptū. Ita virtus diuina cuſtodire dignata eſt alumni quodammodo proprij laudes, vt librum eius flamma non vreret, quem aculeus concupiſcentiæ in hoc ſeculo non aduſſit. Sed ne cui incredibile videatur, index ipſe nobiſcum vſque hodie retinetur. G

De duobus pueris ſanatis.

CAP. XLIII.

DEnique cum quadam vice iter ageremus, duo de cuſtodibus equorum ægrotare cœperunt. Et vnus quidem eorum valetudine, alter diſſinteria laborabat. Vtrumque tamen febris valida detinebat, laſſatique taliter erant, vt nec ſuper dorſa caballorum poſſent impoſiti ſuſtineri. Extractum autem puluerem, quem de ſepulchro ſancti abſtulerant ſuper capſellam, delibutum aqua ipſis haurire præcipio. Mox compreſſa febre, reſtrictoque dolore, vterque conualuit. H

De Ma-

A *De Madulpho contracto.*

CAP. XLIV.

INclita enim ſunt miracula, quæ quotidie Dominus ad
laudem Antiſtitis ſui operari dignatur, &c, vt ſæpe teſtatus
ſum hæc à me imperito narrari non poſſunt: tamen, vt ipſa
imperitia præſtat, elucubrabuntur, ne contemni vel obli-
uioni tradi videantur. Madulphus quidam Tutonici terri-
torij ciuis, ægritudine ſæua compreſſus lectulo in ſuo, an-
helus occubuit, ex quo tabeſcens incommodo manibus
pedibuſque contrahitur. Quinque vero annorum curricu-
la in hac debilitate ſuſtinuit. Sexto denique anno ad ſancti
B basilicam ſe efferri depoſcit: in qua rationi incumbens,
perdita debilitate, ſoſpitatem meruit adipiſci.

De alterius manibus contractis.

CAP. XLV.

ET ne ob hoc cuiquam quæ referuntur videantur incre-
dibilia, quia ſingulorũ nomina nõ ſunt in paginis præ-
notata. Facit hoc hæc cauſa, quia cum à ſancto Dei incolu-
mitati fuerint redditi, ſtatim recedunt. Et aliquoties ita
clam redeunt, vt ſi dici fas eſt, à nemine videantur. Cumq;
rumor ſurrexit beati Antiſtitis apparuiſſe virtutem, vocatis
ad nos cuſtodibus ædis, quæ ſunt acta cognoſcimus: No-
mina tamen nõ ſemper ab his didicimus. Illos vero plerũ-
que nominatim ſcribimus, quos videre potuerimus, aut
ipſi diſcutimus. Venit ad feſtiuitatem vir quidam ex Byturi-
cenſibus debilis, cuius digiti in palma erant infixi, tantum
vt putarentur vermibus ſcatere. Sed celebrata ſolennitate,
directis ambarum manuum digitis, incolumitati donatus
eſt, viditque eum omnis populus ſoſpitem redeuntem. Cui
cauſa debilitatis ex hoc contigit, quod ſepem ſegetis die
C Dominico componere voluiſſet.

De mulieris brachio contracto.

CAP. XLVI.

MVlier à Pictano territorio erat cuius brachium cõtra-
ctis neruis emarcuerat. Ad ſepulchrum autem beati
viri veniens, ac in oratione vigiliiſque pernoctans, brachiũ
ſuum ſanum retulit. Sed illico à dominis in ſeruitute man-
cipata, eadẽm incurrit. Reuertitur iterum, & ſanatur. Tunc
venientes domini eius, & eam abducere nitentes, accepto
de rebus pretio quieuerunt: & ita hæc libertati donatur.

De eo qui pro debito tenebatur.

CAP. XLVII.

HIs certè diebus cum quidam pro diſſoluendo debito,
quod in neceſſitatibus ſuis contraxerat, interpellare-
tur, nec eſſet virtus atque facultas ad reddendum quæ mu-
tuauerat, in carcere coarctatur. Deinde cum videret credi-
tor, quod ei nihil extorquere poſſet, quia nihil habebat,
nec eſſet qui ei manum miſericordiæ porrigeret, arctius eũ
in vincula conſtringit, negatoq; cibo ac potu dicebat, Ego
te faciam ad omne documentum fame tabeſcere, donec
omnia reddas. Hæc autem cum agerentur, ſancti Antiſtitis
D reliquiæ, quæ in Sueſſonicum pagum ferebantur, per pla-
team præteribant. Auditis itaque vinctus pſallentium vo-
cibus, orauit, vt eum virtus Antiſtitis ſancti viſitaret. Sta-
timque diſſolutis ligaminibus, nullo retinente, baſilicam
ſanctam ingreditur. Dehinc à deuotis redemptus, à nexu
debiti abſolutus eſt.

De cæca illuminata.

CAP. XLVIII.

FActum eſt autem in vna feſtiuitate, vt mulier, quæ per-
dito lumine in cæcitate durabat, auditis ſancti viri mi-
raculis, alacri deuotione baſilicam eius expeteret. Proſtra-
ta autem ſuper nudam humum ante ſepulchrum, mox vt
orationem fudit, lumen recipere meruit.

De Paralytico omni corpore. E

CAP. XLIX.

IN hac ſolennitate aduenit puerulus oculorum obtuti-
bus clauſis, aurium aditibus opilatis, oris officiis obſtru-
ctis, manuum vſibus perditis, greſſibus condemnatis.
Quid plura? Ita erat omnium membrorum vſu præmor-
tuus, vt ſolo ſpiritu palpitaret. Vt autem locum ſanctum
attigit, omni prorſus debilitate ſummota, cum gratiarum
actione ſanus abſceſſit.

De presbytero à febre ſanato.

CAP. L.

LVpus Burdegalenſis vrbis presbyter quodam tempo-
re grauiter à quartano typo vexabatur, ita vt accedente
febre, neque cibum, neque potum ſumere poſſet. Interea
aduenit feſtiuitas ſancti Martini Antiſtitis, & ille celebratis
cum reliquo populo vigiliis, mane præcedit omnes, & ad F
baſilicam ſancti feſtinat. Dum autem properaret, obuium
habuit Iudæum, & eo inquirente quo pergeret, reſpondit,
Typum quartanum incurri, & nunc ad baſilicam ſancti
propero, vt me virtus eius ab infirmitate hac diſcutiat. Qui
ait, Martinus tibi nihil proderit, quem terra opprimẽs ter-
reum fecit, & tu caſſo eius ædem expetis. At ille deſpiciens
verba ſerpentis antiqui, abiit quo cœperat, & proſtratus
coram ſanctis pignoribus, orationem fudit, repetitque ibi
duas candelas ex cera & papiro formatas. Quibus aſſum-
ptis ad domum rediit, illuminatiſque eis, fauillam papiri
cum aqua munda hauſit, moxque ſanitatem recepit. Iudæus
vero ab hac infirmitate correptus, per anni ſpatium ventila-
tus eſt. Sed mens iniqua neque tormentis mutari potuit
vnquam.

De Cardegiſili filio ſanato.

CAP. LI.

CArdegiſilus vero Sanctonicæ vrbis ciuis, cognomento G
Gyſo, ſuſceptis nobis ad domum ſuam, inuitat ad ora-
torium, quod mater eius ædificatum B. Martini reliquiis
conſecrauit. Denique enim expleta oratione, ſoliciti eſſe-
mus ſi ibidem virtus ſancti Antiſtitis oſtenſa fuiſſet, reſpõ-
dit. Ante annum tertium puerulus meus, quem coram
cernitis, eum adhuc penderet ad matris papillam, incõmo-
do agi cœpit, ac per triginta dies & eo amplius inter manus
non ſine labore deportabatur, donec ita afflictus eſt, vt nec
mamillam valeret ſugere, nec alium capere cibum. Defici-
ente autem eo, iam die ſexto poſtquam grauius agere cœ-
pit, depoſuimus eum ante altare flentes, atque eius obitum
præſtolantes. Ego autem dolorem non ferens, diſceſſi à do-
mo, mandans mulieri, vt cum obiſſet, ſtatim ſepulturæ eum
locaret. Flente autem genitrice, iacuit infans vſque ad ve-
ſperum. Cadente autem ſole, eleuat vocem ſuam, dicens:
Dulciſſima ſoror vbi es? Sic enim genitricem, vt blanditia
infantium habet, vocitare ſolitus erat. At illa accurrit: di-
cens, Adſum fili dulciſſime, Suſceptoq; eo in vlnis, & mox
porrecta papilla, hauſto lacte, protinus conualuit.

De clerico diſinterico.

CAP. LII. H

HIs diebus quando nobis hæc relata ſunt, vnus clerico-
rum noſtrorum ventris fluxum incurrit cum febre, ac
nimiam defectionem ſtomachi: & quæ proiiciebat per in-
feriorem partem pars maxima cruor erat. Et ea eum magis
affecerat, quia cibum, quem accipiebat, inualeſcente nau-
ſea, ſtatim reiiciebat. Sed protinus, vt de ſepulchro bibit,
omni infirmitate dempta, firmatus eſt.

De appenſo abſoluto: item de alio.

CAP. LIII.

SED nec hoc ſilendum putaui, quod ſæpius morte præ-
cipites extenſa pietatis dextera, ſubleuauit. Deniq; no-
ſter ſeruus à iudice pro furti ſcelere comprehenſus patibu-
lo adiudicatur. Qui dum duceretur, nomen beati Antiſtitis

A inuocabat, dicens: Libera ſancte Confeſſor ab imminenti periculo. Appenſus igitur ac ſolus relictus, commoto ſubito vento, audiuit vocem dicentem: Liberamus eum. Et ecce à quatuor partibus cœli concuſſus ſtip s qui hominem ſuſtentabat, cum immenſo ceſpite, in modum arboris eradicatæ, à terra diuellitur, & ſic homo morti deditus rediuiuus erigitur. Alius quoq; qui multa fecerat ſcelera, & compunctus à Deo, pœnitētiam pro malis quæ geſſerat, agebat, apprehenſus cum ſimili nece damnatur, inuocans ſemper B. Confeſſoris auxilium. Qui cum appenſus fuiſſet, diruptis vinculis illæſus ad terram ruit. Sed mala mens hominum iterum apprehendit, quem Deus eripuit. Quod audiens Abbas monaſterij. à loco proximo occurrit ad comitem, rogaturus pro eo, (Erat enim longe exinde quaſi tribus milibus) obtentaq; ab eo rei huius vita, rediit, viuumq; reperiit. Quo à ſuſpendio depoſito, adduxit ad monaſterium profitentem atque dicentem; Quia ſenſi virtutem S. Martini, qui me eripuit.

De muto ſanato.

CAP. LIV.

B ERat homo infra terminum Turonicæ vrbis ex vico Montis Laudiocēſis, & homo ille erat natura ſimplex, nexus vinculo coniugali. Cui cum coniuge quieſcenti nocte media pauor exoritur, exterritusq; ac de lectulo exiliēs, dum per hoſpitiolum ſuum vagatur, trepidus, vocis perdidit famulatum. Nec moratus indicat nutu coniugi, vt eum ad ſancti baſilicam exhiberet. Qui adueniens dum ante dictum ſepulchrum per ſex aſſidue decubat menſes in oratione, abſoluta lingua, eloquium ſicut antea habuerat, recipere meruit virtute beati.

De mulieris manu contracta.

CAP. LV.

MVlier trans Ligirim in die Dominico cum operam exerceret, quam in die illo fieri patrum inhibet authoritas, manus eius contracta diriguit, digitiq, in palmam C defixi ſunt. Quæ dum doloribus cruciaretur, ad ſanctam ædem Confeſſoris acceſſit, vouitq; vt ſi ab hac ſanaretur infirmitate, nullum opus deinceps in hac dominicæ reſurrectionis ageret die, quod illi diei eſſet incongruum. Statimq; amotis digitis à palma, manu directa diſceſſit.

De muliere contracta & cæca.

CAP. LVI.

MAgna eſt enim pietas Confeſſoris, quæ ſic arguit inſipientes, vt ponens vitium ante oculos, reddat in poſterum emēdatos. Pro hac cauſa muliercula debilitatur. Nam cum die Sabbati poſt ſolis occaſum, qui adiacet reſurrectionis Dominicæ nocti, panē furno collocaret, brachiū eius dolore quatitur. Poſt iniectum alium, & tertium panem, manus intra lignum quod tenebat, cœpit aſtringere: intelligensq; mulier diuinæ ſe virtutis iudicio condemnari, velociter palam, quam tenebat, abiecit: nihilominus nō effugere potuit pœnam. Nam ita manus eius graui dolore contractæ ſunt, vt vngulæ in ipſa defigerētur palma. Ex hoc D nullius medici ſe credens poſſe fomento ſanari, beati baſilicam expetiuit. Ibiq; fideliter orans, directis manibus ſanata diſceſſit: vouitq; vt per ſingulos menſes vna hebdomada ad ſanctum templum veniens, debeat Deo & beato Antiſtiti deſeruire. Quod per vnum annum eam obſeruaſſe manifeſtiſſime cognitum eſt. Poſt annum vero intermiſſa vnius menſis hebdomada, non acceſſit ad ſanctam baſilicam. Sedenti vero in hoſpitiolo ſuo oculus à dolore transfigitur. Illum autem comprimēs perdidit. Alius quoque dolore cœpit extemplo. Ita in vnius horæ momento cœca ambobus oculis efficitur. Nec mora, confeſſa culpam ad præſidia nota confugit. Ibique orationem ſuppliciter fundens, ac pœnitentiam pro negligentia compuncta agens, die octaua, ſanguine ab oculis profluente, illuminata eſt.

De cæco illuminato.

CAP. LVII.

E HOminis cuiuſdam oculi craſſæ caliginis nube cōtecti, quodam glutino coniunctis palpebris fuerant obſerati, & quod ſuperetat viro, magnis dolorib. tenebatur. Quid plura? Feſtiuitatem ſancti cum reliquis deuotus expetiit, attente exorans, vt à virtute B. Antiſtitis viſitari mereretur in die ſolennitatis. Sed ſacra ſolennia præuenit potentia Confeſſoris, oſtendens ſe adeſſe populis, cum tenebras pepulit, lumenq; refudit. Igitur ante diem tertium feſtiuitatis hoc in atrio, quod abſcidam corporis ambit, orante ſubito aperti ſunt oculi eius, & aſpiciēs lucē videre meruit. Quod cum his qui aderant, cum gratiarum actione narraret, dictū eſt ei, vt ſilens potius orationem funderet, quo cœptam virtutem B. Antiſtes celerius adimpleret. Tunc proſtratus terræ, cum in lachrymas prorupiſſet, firmatis oculis, à ſolo incolumis ſurrexit.

F *De Paralytico & duobus cæcis ſanatis, & duobus energumenis emundatis.*

CAP. LVIII.

POſt diem vero tertium huius ſolennitatis, erat quidam paralyticus bo. in loco exorās, cui debilitas hac de cauſa, vt ipſe enarrauit, euenerat, quia dum eſſet puer paruulus, & cum reliquis paſtoribus pecorum in campo cuſtodiam gereret, ſuper fontem quendam obdormiuit. Tandemque relictus à ſomno, dum conſurgere nititur, doloribus coarctatur. Mox membris omnibus contractus, ac retortis extrorſum brachiis, contractis in poplite neruis, calcaneis ad crura deductis, cum nulla eſſet virtus eundi, immenſæ ab eo lachrymæ magnis vocibus effluebant. Reuerſis autem ſociis ad viſenda pecora hic eiulans inuenitur. Dehinc parentū vlnis ablatus, domui reſtituitur. Poſt dies paucos cum parumper à doloribus laxaretur, mendicis quibuſdam deputatus eſt, cum quibus per decē aut eo amplius annos regiones vrbeſque circumiens, ad hanc feſtiuitatem adueniens, membris omnibus ſolidatus eſt. Duo eadem die illuminati G cœci, duo energumini ad ſepulchrum Antiſtitis emundati ſunt.

De puero febriciante.

CAP. LIX.

ADoleſcens quidam ex noſtris, nocturnis febribus vexabatur, intantum vt ab hora diei octaua vſq; craſtinū ſecunda diei hora, nullam æſtuandi quietē poſſet accipere. Erat enim ei & horribilis omnis cibus, nec quicquam vnde confortaretur, accipiebat. Dolor etiam ſæuus membra omnia quatiebat, ſed & pallor genas obſederat. Dum ſic inter manus ferretur parentum vt æger, ægre obtinere potuit, vt ad ſepulchrum beati Antiſtitis deferretur. Tandem allatus, vt de ſacroſancto tumuli puluere diluto potū ſumpſit, mox ab hac benedictione, fugato vniuerſo dolore, febris extincta eſt. Nec mora, ſecreta digeſtionum loco poſt expetit, deducitur in angulo ventris purgandi gratia. Verum vbi voluntatem alui, flatu impellente profudit, ſtatim duo vermes ab eo in modum ſerpentum proceſſerunt. Qui ita moueri oculis omnium videbantur, vt viuere puta- H rentur. His ergo ab eo digeſtis, illico ad plenum ſanatus, & cibum, vt ſolitus erat, hauſit, & potum, ruborque genis, fugato pallore, redditur, membriſque omnibus ſolidatur.

De his quæ in meo itinere geſta ſunt.

CAP. LX.

OPportunitatis cauſa nuper extiterat, vt ad viſitandam genetricem meam in territorium Cabilonenſis vrbis adirem. Sed metuens ſuperuenturas infirmitates, de hoc puluere ſepulchri beati Antiſtitis auferre, & mecū deferre præſumpſi, ſcilicet vt eū quemlibet noſtrū morbus aliquis tentaſſet, virtus ſancti ope conſuetudinaria ſubueniret. Vbi igitur ad matrem acceſſi, protinus vnum puerum febris cū diſſinteria arripit, atterit & conſumit, ita vt negato vſu veſcendi, de ſolis febribus aleretur. Die tertia cū hęc audiſſem,

A delibutum puluerem ad bibendum porrigo moribundo. Statimq; fugata febre, ſedatoque dolore conualuit. His diebus à Verano Antiſtite audiui, quod quodam tempore dũ typi quartani æſtu vreretur, expetita beati Martini baſilica, quæ in illo loco erat, celebrata vigilia, ſanatus fuit. Nos vero ex hoc itinere Aruernum venientes, reperimus Auitũ Epiſcopum à tertiano typo ita grauiter concuti vt etiam ſi aliquid cibi ſumeret, ſtatim reiiceret. Sed de hoc pignore potu ſumpto, calcata febre roboratus eſt. Duos ex pueris noſtris valetudinaria febris inuaſerat, omniumque membrorum iuncturas (vt ex hoc contagio plerunque aſſolet) dolor ſæuus obſederat. Sed ab hac benedictione potati, ſanati ſunt. Ego ipſe in hoc itinere cum dolorem dẽtium grauiter ſuſtinerem, & iam non ſolum ipſi dentes, ſed omne caput venarum pulſibus, ac dolorum ſpiculis figeretur, ac tempora valde proſilirent, hoc præſidium experij, & mox dolore compreſſo conualui. O tyriacam inenarrabilem, ó pigmentum ineffabile, ô antidotum laudabile, ô purgatoriũ, vt ita dicã, cœleſte, quod medicorũ vincit argutias, aromatũ ſanitates

B ſuperat, vnguentorumq; omniũ robora ſupercreſcit, quod mundat ventrem vt agridium, pulmonem vt hyſopus, ipſumque caput purgat, vt piretrum. Etiam non ſolum membra debilia ſolidat, ſed q his omnibus maius eſt, ipſas conſcientiarũ maculas abſtergit ac leuigat. Sufficiant ergo hæc huic libello quæ indita ſunt. Tamen ſi adhuc miracula cernere meremur, placet ea alteri libello inſeri, vt ea quæ oſtẽduntur, non occultari, ſed magis debeant propalari. De cætero vero virtutem eius depoſcimus, vt qui, talia præſtat ex tumulo, nos iam à peccatis Deo mortuos ſuſcitare dignetur mortis iſtius de ſepulchro: vt in illo reſurrectionis carnis noſtræ tempore, nobis obtineat indulgentiam, cum ille prouehetur ad coronam.

Explicit liber tertius.

INCIPIT LIBER QVARTVS.

PROLOGVS.

C *Saluberrimo nos hortatu propheta admonet, dicens: Honorandi ſunt amici tui Deus. Nihilominus & in alio Pſalmo, Qui timentes Dominũ magnificat, beatitudini copulatur domus æternæ. Ergo perſpicue patet intellectui humano, quod admoneantur quique non ſolum immunes crimine, verũ etiã noxiali crimine multa dedeti, cultũ reuerenter reddere amicis Dei. Qui ea res non ſolũ in præſenti ſeculo tribuit beneficiũ, verumetiã præſtat & refrigeriũ in futuro. Nam cum ſæpe videamus virtutum inſignia prodire de tumulo beatorum, non immerito commonemur, debitam eis, honoris reuerentiã impendere, à quibus nõ deſiſtimus infirmitatum remedia flagitare. Quorum precibus & ipſam peccaminum remiſſionẽ non dubitamus, adipiſci: & non modo hanc mereri, verum ab infernalibus ſuppliciis eorũ interuentu ſaluari. Confidimus enim quod ſicut hic morborũ genera reſerant, ita illic ſæuas tormentorum pœnas auertant, & ſicut hic mitigant febres corporeas, ita illic reſtringant æternas: Et quomodo hic liuida lepræ vlcera ſordentia mundant, ita illic delictorum languoribus moderi ſuo interuentu obtineant: Ac ſicut hic*

D *mortuorũ cadauera ad vitã reſuſcitant: ita illic peccato ſepultos, ex Acherontico ſtagno manu iniecta eruentes vitæ æternæ reſtituãt. Quocirca dum vnuſquiſque lætificatur in gaudio ſub patrono tunc impenſius honorem reddit debitum, cum ſe ſenſerit ab infirmitate qua detinetur, eius virtute mundatum: Sicut nunc de beato, ac toto orbi peculiari patrono Martino Antiſtite, & nos, & innumeri populi ſũt experti. Et vtinam ignauia mentis noſtra permitteret eum ſic venerari, ſicut decet amicum Dei, qui tantis nos morborum oppreſſos generibus plerunque reſtituit ſanitati.*

De dolore ventris mei.

CAP. I.

NVperrimo autem tempore ventris dolorem incurri. Et licet non vſquequaque dabat ſolutionem, tamen doloris malum in illis intraneorum flexuoſis receſſibus, bacchabatur. Adhibui, fateor, ſæpius balnea, atque res calidas ſuper ipſas alui torturas: ligari faciebam. ſed nihil mederi poterant infirmitati. Sexta

E etenim dies illuxerat, quod magis ac magis dolor inualeſcebat, cum mihi venit in memoriã, ante paucos annos (ſicut in libro ſecundo huius operis continetur ſcriptum) me ab hoc dolore ſancti virtute fuiſſe ſanatum. Acceſſi haud temerarius ad locum ſepulchri, proiectuſq; ſolo orationem fudi, atque ſecretius à pendentibus velis vno ſub veſtimento iniecto filo, crucis ad hoc ſignaculum depinxi. Protinus dolore ſedato, ſanus abſceſſi.

De lingua, & labiis meis.

CAP. II.

QVodam vero tempore lingua mihi grauiter intumuerat, ita vt plerunque dum loqui vellem, balbutire me faceret. Quod non mihi ſine improperio erat. Acceſſi autem ad tumulum ſancti, ac per lignum cancelli linguam impeditã traxi. Protinus tumore compoſito conualui. Intumuerat etiam valde, & totum palati impleuerat antrum. Deinde poſt

F diem tertium labium mihi exilire grauiter cœpit. Acceſſi iterum quærere ſanitatem ad tumulum. Tactuſque à dependentibus velis, protinus ſtetit venæ pulſus. Et credo mihi hæc ex abundantia ſanguinis euenisse: non tamen ſanguinẽ minuere ſtudui propter ſancti virtutem. Nullam tamen mihi vltra moleſtiam fecit hæc cauſa.

De puero à febri ſanato.

CAP. III.

DEnique puerulus paruulus grauabatur à febre, & exeſis membris cum nullum acciperet cibum, in hoc etiã & ſpiritum exhalaret, cucurrit ad me pater cum lachrymis. Cui ego indicaui, vt delatum ad baſilicam ſuper eum nocte tota vigilaret. Quod cum feciſſet, ſtatim puerum ſanum per virtutem ſancti recepit.

De contracto & cæca.

CAP. IV.

G AD feſtiuitatem vero quæ menſe quinto celebratur adueniens quidam, cuius digiti in palma contracti erant, oratione facta digitos directos abſceſſit. Mulier vero cæca poſt 8. annos, proſtrata ſolo coram ſancti ſepulchro illuminatis oculis repedauit in locum ſuum. Tres tunc inergumini ſancti virtute mundati ſunt.

De ſeruo Theodulphi.

CAP. V.

EO anno Childeberti regis tertio decimo ad feſtiuitatẽ, quæ de beato eius tranſitu celebratur, ſeruus Theodulphi, ciuis Turonici, cuſtos vitulis, dum nocte circa gregem creditum excubaret, ne quicquam ex eo, aut beſtia raperet, aut fraus furis auferret, oculis ſubita caligine interfuſis lumen amiſit. Qui per ſex annos in cœcitate durans, ad hanc feſtiuitatem aduenit. Poſt tertium vero diem ſancti virtute illuminatus à Domino eſt dimiſſus ingenuus.

De multis infirmitatibus ſanatis.

CAP. VI.

H ANno quoque quarto decimo regis ſupradicti, adueniente ſolẽnitate ſancti, duodecim paralitici directi, tres cæci illuminati, quinque inergumini emundati ſunt. Affuit huic feſtiuitati & Aridius Lemouicinæ vrbis Abbas, cuius in ſuperioribus libris meminimus, per quem paralyticam vnam, quæ per octo annos carrucæ ſuperpoſita, in atrio beati confeſſoris decubuerat, directis veſtigiis reſtaurauit. Nam aſſerebat ipſe vir Dei ſenſiſſe ſe, quaſi beati Martini manum, cum infirmæ membra, impoſito ſigno crucis, tactu ſalutari palparet. Aduenerat etiam in hac feſtiuitate & Florentianus maior cũ Temulpho palatij comite. Quibus non parua admiratio fuit de gloria confeſſoris, per quem Dominus talia tunc miracula dignatus eſt operari.

De vua apud Galliciam.

CAP. VII.

ET quia Florentiani maioris memoriam fecimus, quid ab eo didicerim nefas puto taceri. Tempore quodam cauſa legationis Galliciā adiit, atque ad Mironis regis præſentiam accedens, negocia patefecit iniuncta. Erat enim eo tempore Miro rex in ciuitate illa, qua deceſſor eius baſilicā ſancti Martini ædificauerat, ſicut in libro primo huius operis expoſuimus. Ante huius ædis porticum, vitium camera extenſa per traduces dependentibus vuis, quaſi picta vernabat. Sub hac enim erat ſemita, quæ ad ſacræ ædis valuas peditem deducebat. Cumque rex ſub hac præteriens, gratia hoc templum adiret, dixit ſuis, Cauete ne contingatis vnum ex his botrionibus, ne forſitan offenſam ſanctitatis eius incurratis. Omnia enim quæ in hoc habentur atrio, ipſi ſacrata ſunt. Hoc audiens vnus puerorum, ait intra ſe, Vtrum ſint hæc huic ſeculo ſacrata an non, ignoro, Vnum ſcio quia deliberatio animi mei eſt de his veſci. Et ſtatim iniecta manu caudam botrionis cœpit incidere protinuſque dextera eius adhærens cameræ, arente lacerto diriguit. Erat enim mimus regis qui ei per verba ſcularia lætitiam erat ſolitus excitare. Sed non eum adiuuit cachinnus aliquis, neque præſtigium artis ſuæ, ſed cogente dolore voces dare cœpit ac dicere: Succurrite viri miſero, ſibilitante oppreſſo, releuate appenſum, & ſancti Antiſtitis Martini virtutē deprecamini, quia tali exitu crucior, tali plaga affligor, tali inciſione diſiungor. Egreſſus quoq; rex num quæ acta fuerāt didiciſſet, tanto furore contra puerum eſt accenſus, vt eius manus vellet incidere, ſi à ſuis prohibitus non fuiſſet. Dicentibus tamen præterea famulis: Noli ô rex iudicio Dei, tuam adiungere vltionem, ne forte iniuriam quā minaris puero, in te retorqueas. Tunc ille compunctus corde, ingreſſus baſilicam, proſtratus coram ſancto altari cum lachrymis preces fudit ad dominum. Nec antea à pauimento ſurrexit, quam flumen oculorum huius paginam delicti deleret. Quo à vinculo quo nexus fuerat abſoluto, ac in baſilicam ingreſſo, rex eleuatur à ſolo, & ſic recipiens incolumē famulum palatium repetiuit. Teſtabatur autem maior præfatus hæc ſe ab ipſius regis relatione, ſicut actum narrauimus, cognouiſſe, ſic enim glorioſus pontifex, ſuam illuſtrat vrbem miraculis, vt deeſſe non ſentiatur alienis.

De baſilica ſancti apud vrbem Sanctonicam.

CAP. VIII.

PRæſenti vero anno, Palladius Sanctonicæ vrbis Epiſcopus, huius ſancti confeſſoris reliquias petiit. Conſtruxerat enim in eius honore baſilicam, quam his pignoribus conſecrauit, meruitq; ſuſcipere miracula quæ ſæpius vrbs propria habet experta. Nam poſt duorum, aut trium menſium curricula, literas eius accepi, in quibus indicauit tres paraliticos, contractis pedibus aduenisse. Qui ſtatim vt in baſilicam ingreſſi orationē fuderunt, directis veſtigiis, ſanitati ſunt redditi. Duo cæci in eo loco lumen recipere facta oratione meruerunt, & amplius quam duodecim à febre frigoretica detenti, depulſo tremore conualuerunt.

De duobus diſſintericis.

CAP. IX.

DVo de pueris noſtris clericus ſcilicet Dagoaldus, & laicus Theodorus, diſſintericam cum febre patiebātur. In tantumque laſſati morbo erant, vt non aliter niſi manibus aliorum cum digeſtionis neceſſitas adueniſſet, obſtractu ſubleuarentur. Sed de ſepulchri puluere hauſto, ſtatim conualuerunt.

De patenis quas ſanctus exhibuit.

CAP. X.

EStapud nos patena colore ſaphirino quā dicitur ſanctus de Maximi Imperatoris theſauro detuliſſe: de qua ſuper frigoreticos virtus ſæpe procedit. Nam in acceſſu febrium quis poſitus qui cum tremore fieri ſolet, aduenerit & de ea aquam hauſerit, mox ſanatur. Eſt & apud Condatenſem vicum, alia quoque patena a ſancto exhibita olocriſtallina, ſimile infirmis beneficium præbens, ſi fideliter expetitur. Bodilo vnus de notariis noſtris cum ſtomachi laſſitudine animo turbatus erat, ita vt nec ſcribere iuxta conſuetudinem, nec excipere quæ ei dictabantur poterat. Tūc cum ſæpius verbis increparetur, ſuper hanc beati viri patenam quam nobiſcum eſſe diximus, aquam fudit, ipſamque ore tranſponit. Mox ſenſu ſuo redditus, opus officij ſagacius quam conſueuerat, expediebat.

De Bladerico, cui filij non erant dati.

CAP. XI.

SEd quid mirum, ſi ſenſum aduerſitate turbatum reddat hominibus, qui ſæpius ſterilitatem in fœcunditatē conuertit? Bladerius quidam carnoterij territorij ciuis, accepta vxore vt dono Dei, procreationis ſuæ prole ditaretur orabat, ſcilicet quia nihil ex ea geminis merebatur accipere. Triceſimus etenim annus curriculum expedierat, vxore ſterili permanente, cum vir ſaluberrime pro animæ commodo tractans ait vxori. Ecce ſeculum quo viuimus præteriens eſt, & nulla inter nos ſoboles gignitur, quæ nobis deficientibus congeſtum laboris noſtri debeat poſſidere. Accedam (inquit) ad baſilicam ſancti Martini, & eam faciam hæredem mihi, vt liberis abnegatis, vel cum eodem habere potero, quæ poſſideam in futuro. Conſenſit mulier ſapiēs, viri prudentis conſilio. Nec mora proceditur ad baſilicam ſancti, fuſaq; oratione inuitat abbatē domi ſecum accedere. Quo accedente, tradidit ei omnem poſſeſſionem ſuam dicens: Sint hæc omnia penes ſancti Martini ditionem, quæ habere videor, & hoc tantum exinde vtar, vt de his dum vixero alar. Conſignatiſq; rebus coegit abbatem manere ibi. Mirum dictu, poſt triginta, vt diximus, annorum curricula, in ipſa qua res ſuas baſilicę tradidit nocte, cognouit vxorem ſuam. Quæ concipiens peperit filium. Sed & deinceps alios habuit, quod non ambigere hoc virtute ſancti præſtitum huic viro fuiſſe. Verumtamen non refragauit acceptis filiis promiſſionem homo ille, ſed eis alia loca tribuens, quæ primum ſancto largitus fuerat firmauit.

De cæca apud Tornacenſem vrbem.

CAP. XII.

APud Tornacenſem vero Cinnomannici territorii vrbem, quæ nūc in ipſius ſanctæ baſilicæ ditionibus detinetur, mulier quædam diuturna cæcitate detēta, & ſenio prægrauata, ad oratorium vrbis ipſius reſidens, dum ſtipem peteret, ac aſſidue nomen Martini inuocaret, quadā nocte dominica cœperunt oculi eius à dolore compungi. Tunc illa proſtrata coram ſancto altari, erumpente ſanguine lumen recepit. Verumtamen reliquiæ in ipſo loco beatiſſimorum Apoſtolorū Petri & Pauli habentur, ſed hæc aſſerebat virtute ſancti Antiſtitis ſe fuiſſe ſanatam. Attamen fides noſtra retinet in multorum Sanctorum virtutibus dominum operari vnum, nec illos diſiunctos virtutibus, quos cœlo pares, miraculis Dominus æquales reddit in terris.

De manu arida reſtituta.

CAP. XIII.

AD feſtiuitatem vero illam cui Annacharius Antiſiodorenſis vrbis pontifex affuit, quidam manum aridam contractamque detulit, ſed poſt diem tertium feſtiuitatis, reintegratam domi reportauit.

De Bandegiſillo debili.

CAP. XIV.

BAndegiſillus quidam ex Andegauenſis vrbis territorio Baudulphi filius, vici Gennenſis incola dum humoris ſæui iaculo ſauciatur, debilitatus occubuit. Iſq; cum à patre paupere ſine operis beneficio paſceretur, vt baſilicæ ſancti Martini limina oſcularetur, patrem lacrymis obortis efflagitat. Qui nec mora in naui poſitum quia vehi altera ve-

A ctione noo potuit, ante pedes ſancti fortis ſepulchrum filium deuotos expoſuit Qui per dies aliquos orationi vacãs, ſancti auxilium poſcẽs, amota debilitate ſanitati reſtituitur, ſicq; cum genitore domi incolumis reſtitutus eſt.

De homine qui ceram transmiſit.

CAP. XV.

IN Anſcienſi quoque territorio erat homo Cœleſtis nomine, cui multa erant apum aluearia, ex quibus cum examen egreſſum alta conſcendens longa competeret, & ille ſequens, nullum prorſus ſucipiendi obtineret effectum, proſtratus ſolo S. Martini inuocat nomen dicens. Si virtus tua beatiſſime Cõfeſſor hoc examẽ retinere voluerit, eumque ditioni meæ reddiderit, quę impoſterũ ex eo procreata fuerint, mel vſibus meis ſumam, ceram vero ad luminaria baſilicę tuæ cum omni ſoliditate dirigam: Hæc effatus, cum adhuc terræ decumberet, ſtatim examen apum ſuper vnam arbuſculam, quæ viro erat proxima, decidit & inſedit, colle- B ctumq; & in alueolo reconditum retulit. De quo infra duos aut tres annos multa congregauit. Ex quibus cum iam amplius quam ducentas ceræ libras aggregatas haberet, rumor hoſtilitatis obortus eſt. At ille ne votum ſuum perire cerneret, ceram foſſa humo operuit. Pace quoque reddita, diaconem vt eam peteret acceſſiuit Erat nunc cum eo puer, qui rem grauiſſimum perferebat dolorem. Qui accedẽs ad virum, & cognoſcens ab ore eius quæ geſta fuerant, ceram quæ in terra latebat detegi iubet. Puer vero qui dolorem quem diximus patiebatur, accepto ſarculo vt terram foderet, ait: Si tu propitius es ſancte Martine ad hoc munus hominis aſpiciendum, contingat virtus tua renes meos, & ſit mihi ſalus cum hanc detexero ceram. Cumq; percuſſiſſet ſarculo terram, ſonuit oſſiculum renum eius, & ſtatim omnis dolor ablatus eſt. Sicq; incolumis cum hac cera beatæ baſilicæ præſentatus eſt.

De abſolutione vincti.

CAP. XVI.

C HOmo quidam vrbis Turonicę iudici culpabilis extitit. Quem in vincula compactum cuſtodiri præcepit. Aduenientibus autem diebus ſanctis dominicæ reſurrectionis, iuſſit eum iudex in vlterius Ligeris fluuij littus, in alia retrudi cuſtodia. Ducebatur ergo non ſolum cathenis colla reuinctus, verumetiam poſt tergum manibus colligatis. Cumque ad ripam nominati amnis aduenisſet, & nauigium quo tranſire deberent præſtolarentur, atque ille ſancti Martini auxilium inceſſabiliter flagitaret, viſum eſt repente cuſtodibus quaſi ab aliquo capite verberati fuiſſent. Protinusque in terram ruunt, ac cathenæ quæ vinctum tenebant hominem confractæ ſunt. Laxatæ vero corrigiæ de manibus ſoluuntur. Ipſe autem liberum ſe ſentiens decumbentibus adhuc ſolo hominibus ſeceſſit ab eis, & ſanctæ eccleſiæ limen ingreſſus eſt, ſicque à iudice laxatur. Ferebant enim nonnulli his diebus & apud Pictauenſem vrbẽ vinctos ergaſtulo carcerali fuiſſe reſolutos. Quod ambigi non poteſt, quia confeſſoris virtus vtramque vrbem ſacris potuit illuſtrare miraculis.

D

De puero cæco.

CAP. XVII.

PVerulus paruulus nomine Lendonaldus, ſeruus cuiuſdam Baudeleiſide vico Andegauenſi, cui cronio antiquitas nomen indidit. Poſtquam renatus ex aqua & ſpiritu ſancto cum reliquis infantibus ludum in platea exerceens, vt ætas illa patitur, huc illueque diſcurreret, ſubito commotus cum impetu ventus, & puluerem eleuans, oculos infantis impleuit. Qui cum cæcitate percuſſus, doloribus cruciaretur, apparuit auiæ eius vir quidam per ſomnium taliter eam inſtruens. Vade ad baſilicam ſancti Martini, recipiet viſum puer iſte. Nec morata mulier fide plena venit ad feſtiuitatem beati viri, recipitque illuminatum virtute pontificis nepotem ſuum.

E *De puella cæca.*

CAP. XVIII.

HVius etenim vrbis territorij puella Vigiogundis vocabulo, ſimili conditione cœcauit. Dum enim cum reliquis puellis per ſtrata vrbis ludum exercendo diſcurreret, venti violentia puluere eleuato impleuit oculos eius. Quæ ſtatim doloribus vexata petiit parentes, vt eam ad baſilicam ſancti Martini deducerent Quo facto, protinus vt orationem pro ea fuderunt, illuminata eſt. Nobis quoque egredientibus de ſanctis miſſarum ſolenniis occurrerunt, ſimul præfatus puer atque puella: dicentes ſe ipſa hora lumina virtute beati Antiſtitis recepiſſe. Quod nobis magnum præſtitit gaudium, credentibus, quod nos virtus beati confeſſoris viſitare dignata ſit.

De contracto & cæco.

CAP. XIX.

F LItoneus autem quidam ex infantia ſua membris debilis, accedente febre cæcatus eſt: ſed ad ſuperiorem veniens feſtiuitatem, directis membris, lumine tamen adhuc dempto diſceſſit. Sed cum ad hanc iterum regreſſus fuiſſet ſolennitatem, exemptis tenebris lumen ei clarum exoritur.

Item de alio cæco.

CAP. XX.

IN hac etiam feſtiuitate & Lendaidus ſeruus Emneti Nãneticæ vrbis diaconi, cum per ſex annos cæcitans foiſſet cathenatis conſtrictus, ad baſilicam accedens virtute beati cõfeſſoris illuminatus eſt. Per viſionem enim ſomnij ammonitus fuerat, vt huius ſancti auxilia flagitaret Antiſtitis.

De Eulogiis quæ quidam ciuis Turonicus ſuſtulit.

CAP. XXI.

QVidam de ciuibus Turonicis, dum ad gregis properaret occurſum, vas cum vino, vnumque panem ad ſepulchrum vna manſurus nocte depoſuit, vt ſcilicet in itinere G poſitus hoc haberet ſalutis præſidium. Quibus exinde aſſumptis iter carpere cœpit. Factum eſt autem vt metatum requirens, nominis cuiuſdam ingrederetur hoſpitium. Depoſitiſque ſarcinis, mulier quæ habebat ſpiritum immundum beati Martini aduentum vocibus immenſis annunciare cœpit & dicere: Quid nos perſequeris ſancte, quid nos crucias ſerue Dei? Tunc hoſpes ille qui venerat, accepto calice, paululumque vini de illo vaſe auferens, fruſta benedicti panis effracta poſuit in eo. Quod vbi mulier, illa quæ debacchabatur accepit, mox cum ſanguine eiecto dæmonio ſaluata eſt. Alia in eodem loco mulier quæ diu à frigore febrium ęgrotabat, accepto ab hac benedictione modico panis, mox vt ſumpſit, ſanata eſt.

De contracto directo.

CAP. XXII.

SImillimus incola Baiocaſinus cum in rure poſitus operaretur quiddam, commoto vento pauore perculſus, tremere cœpit, ac membris omnibus deſtitui. Vociferari H etiam, & ſibi mortem imminere teſtabatur. Interea concurrentibus vicinis ad ſpectaculum, per iter ipſe inter voces & vlulatus, contractis neruis debilitatur ad integrum, & non ſolum ei viſus aurium denegatur, verumetiam & ipſo lumine caruit oculorum. Poſt quindecim vero annos dum in hac infelicitate degeret, ad feſtiuitatem ſancti Martini adueniens, ſolidatis membris oculiſque receptis, abſceſſit.

De cæca ac debili ſanatis.

CAP. XXIII.

NEc diſſimili virtute mulier Erinigundus, Andegauienſis ciuis, vici incola Eronicſis, cõtracta ac cæca, in hac feſtiuitate directa, illuminataq; diſceſſit. Sed & Chamnundos ex Briſcillami debilis veniens, virtute beati Antiſtitis reintegratus eſt.

A *De plurimis cæcis inerguminuque ſanatis.*

CAP. XXIV.

IN huius etiam ſolennitatis virtute, nonnulli eo operante Chriſti gratiam præſenſerunt. Nam Leodomundus cæcus poſt ſeptem annos ad baſilicam præfati Antiſtitis veniens, viſum recipit. Inſuper alij cæci in hac feſtiuitate viſum per opem beati Antiſtitis receperunt, & inergumini plerique mundati ſunt.

De puella à febre ſanata.

CAP. XXV.

LEonis presbyteri noſtri vernacula, cum ad villulam vbi proximam, parentalibus vlnis deportata ſeceſſiſſet, vi febris opprimitur, & die ac nocte valde commota, in mortis diſcrimine cernitur. Quam videns presbyter exanimari violentia morbi; nocte aſcenſo equo, ad baſilicam ſancti confeſſoris acceſſit, pulſanſque oſtium cellulæ, in qua ædi-
B tuus quieſcebat, virum ſuſcitare nequiuit. Cumque baſilicam ſancti ingredi nõ valeret, coram abſcinda ſepulchri fudit orationem, collegitq; parum de puluere terreno, quod ſecum fide plenus euexit, eumque dilutum, vt puellulæ ad bibendum protulit, protinus febris abſceſſit.

De carcerarys abſolutis.

CAP. XXVI.

FVerat nobis cauſa quædã, Childeberti regis adire præſentiam. Pergentibus quoque nobis, iter per pagũ Remenſem aggreſſi ſumus, reperimuſque hominem quendam qui nobis relatu patefecit, patefactum carcerem huius vrbis, in quo inter reliquos vinctos huius famulus tenebatur, Martini virtute fuiſſe, vinctuſque ergaſtulo abſolutos, liberoſque abſceſſiſſe. Erat homini carcer ita rectus, vt ſuper ſtrue lignorum, apes validi ſuperpoſiti palpitarentur, ac deſuper qui eoſdem opprimerent, inſignes fuerant lapides collocati. Nihilominus & oſtium carceris, ſera ferro munita, obducta claue peſſulo obſerabatur, ſed virtus Antiſtitis, vt ipſe relator aſſeruit, lapides dimouit, deiecit pulpita,
C cathenas confregit, & trabem quæ cunctorum coartabat pedes aperuit, ac nec reſerato, homines per aera ſubleuatos, foris tecto patente produxit dicens: Ego ſum Martinus miles Chriſti, abſolutor veſter, Abſcedite in pace & abite ſecuri. Sed cum nos ad regem accedentes, huius virtutis diffamaremus miraculum, affirmauit rex, quoſdam ex his qui abſoluti fuerant ad ſe veniſſe, atque compoſitionem fiſco debitam, quam illi fretum vocant, à ſe fuiſſe reis indultam. Hoc autem factum eſt ante quatuor feſtiuitatis dies, in anno memorati regis ſexto decimo.

De ſeruo Monichij Epiſcopi à debilitate ſanato.

CAP. XXVII.

ADueniente autem feſto beati Martini Monichius Nanneticorum Pontifex, ad baſilicam ſancti aduenit, exhibens ſecum puerum membris diſſolutum nomine Baudegiſillum. Celebratis igitur ſolenniis ſancti, hunc artubus
D reſtitutis, ſecum reduxit incolumem.

De Claudij regalis Cancellarij febre.

CAP. XXVIII.

NObis quoque cum rege morantibus, Claudius quidam ex Cãcellariis regalibus à febre corripitur. Cumque cibum potumque nimia oppreſſus febre exhorruiſſet, nobis quæ patiebatur quæſtus eſt, dilutumque puluerem, quem de ſancto beati ſepulchro pro ſaluatione leuauimus, vt hauſit, mox compreſſa febre ſanatus eſt.

De eo quod Agnes Pictauenſis abbatiſſa de nauta retulit.

CAP. XXIX.

VEnerabilis vero Agnes Pictauarum Sanctimonialium Abbatiſſa relatum ſibi ab ipſo cui contigit, Treuerico negociatore, rem miraculi proueniſſe, ſic retulit. Dum, inquit, Metis acceſſiſſem, interrogauit me quidam negociator vnde venirem. Dixi: De Pictauis. Dixit mihi, Si alij ad baſilicam B. Martini Turonis occurriſſem. Dixi quod dum in Auſtria ambularem, vrbi me præſentaſſem. Dixit mihi quale beneficium domini Martini ſenſerat. Dum enim Metis ſalem negociaſſet, & ad pontem Metis applicuiſſet, dixit: Domine Martine, me & puerulos meos quos habeo, & nauiculam meam tibi commendo. Inter hæc recubantes in naui condormiuimus. Mane excitans me cũ puerulis, quos mecum habebam, inuenimus nos ante portam Treuericam, neſciẽtes quomodo veniſſemus, qui nos adhuc Metis credebamus conſiſtere, qua ratione nauigatum eſt, aut volatum, ſola commendatione beati Martini, nec fluuium ſenſiſſemus, & Moſellæ tunc ſæuientes vndas naufragas euitaſſemus, & quod ſatis eſt mirabile, quomodo inter ſaxa nocturno tempore præteriſſemus incolumes, non nauta vigilante, non vento flante, non remo ducente.

De virtutibus Locociagenſis monaſterij.

CAP. XXX.

TEmpore poſt habito cum vſque Pictauam acceſſiſſemus vrbem, libuit gratia tantum orationis monaſteriũ Locociagenſe adire, quo congregatam monachorum cateruam locauerat vir beatus. Ibi enim mortuum primum ſuſcitaſſe legitur, & ex illo ad epiſcopatum ductus ſcribitur. F
Ergo deſideratum ego experens locum, proſternor ad cancellos anguli, in quo dicitur defuncti ſpiritum reduxiſſe. Poſt effuſas vero cum oratione lachrymas, ac celebratas ſolenniter miſſas, percunctor abbatem ſi aliquid ibi Dominus miraculum oſtendiſſet. Aſſeruitque ille coram, qui aderãt, fratribus, plerunque ibi illuminari cæcos, ac debiles reintegrari. Quid tamen nuper ſit geſtum, inquit, ibi Domine, quia ſollicite inquiris euoluam. Mulier quædam vicina loci huius, paralyſi humore perculſa, officiũ membrorũ omniũ vſquequaque perdiderat. Quæ carrucæ impoſita, à duobus trahentibus ferebatur, vt circumiens domos diurna ſtipe, inopiæ ſuæ expleret neceſſitatem. Ergo dum delata ad hũc locum pauimento proſternitur, lento conamine accedens, velum quod ſanctum tegebat cancellum deuote oſculatur dicens: Hic te beate Cõfeſſor adeſſe credo, hic te mortuum G
ſuſcitaſſe teſtificor. Confido enim quod ſi volueris poteris me ſaluare, ac ſanitati reſtituere, ſicut quõdam diruptis, inferni faucibus, defuncti animam eduxiſti. Hęc effata genas lachrymis rigabat vbertim ac ſtatim impleta oratione, quicquid aridum, quicquid contractum, quicquid diſſolutum fuit, reintegratum eſt mulieri in corpore à beati Antiſtitis virtute. Simili ſorte & alius paralyticus ad hoc accedens monaſterium, vt velum ipſius cancelli attigit, amota omni debilitate ſanus abſceſſit. Diſtat autem ab vrbe Pictaua quaſi ſtadiis quadraginta.

De fonte quem oratione ſanctus, vt oriretur, obtinuit.

CAP. XXXI.

EXinde egreſſi, Sanctonicũ territorium ingreſſi ſumus: Cumq; in quodã conuiuio de beati Martini virtutibus fabularemur, hæc mihi vnus de ciuibus, affirmantibus alij vera eſſe retulit. Nanogialo villa eſt in hoc territorio ſita. Ad quã cum ſanctus Martinus adhuc ſuperſtes in corpore adiret, obuium habuit virum exhibentem aquam cum vaſculo. Erat enim puteus ille de quo hanc exhibebat, ſitus in H
valle quaſi mille paſſus à villa, & ex eo incolæ hauſtã deferebant aquam. Tunc ait vir Dei homini aquam ferenti. Quæſo dilectiſſime contine manum tuam, & huic aſello cui ſedeo, paululum aquæ ad bibendum indulge. Qui ait: Si neceſſarium ducis animal tuum adaquare, accede ad puteum, & hauri eos dabis ei. Nam ego quod cum labore, detuli, non præbebo. Et hæc dicens præteriit. Quo diſcedente, venit protinus mulier, & ipſa deferens aquam in vlnã, dixitque ei ſimiliter vir Dei. Quæ illico ei ac ſi Rebecca quondã audiens nuncium Dei, & tibi præbebo ait: & aſino tuo potum, nec mihi labor eſt vt hauriã. Tantum voluntas tua fiat, qui iter pergens neceſſitatem pateris. Et depoſito de vlnis vaſculo dedit aſino illius bibere, Quo facto, iterum hauſta

A aqua, impleteq; vaſculo reuertebatur ad vrbē. Quam proſequens ſanctus ait: Reddam tibi pro mercede beneficium, quia adaquaſti aſinum meum. Et poſitis genibus in terra, orauit ad Dominum, vt loco illo fontis oſtenderet venam, ac ſtatim conſummata oratione, dirupta terra fontem immenſum populis admirantibus patefecit, qui vſque hodie beneficium præbet hominibus commanentibus in agro illo. In huius enim fontis ore eſt lapis in teſtimonium qui veſtigium retinet aſelli huius, ſuper quem ſanctus ſedit Antiſtes.

De incendio vrbis Pictauæ.

CAP. XXXII.

NEc illud ſilendum puto, quod hoc tempore cum Placidus epiſcopatum Pictauæ vrbis adeptus eſt, virtus ſancti fuit oſtenſa. Domus adiuncta Eccleſiaſticæ domui incendio maximo cremabatur, ac ſcintillæ cum carbonib. ſuper domum Eccleſiæ impellente vento, cadebant. Sed ille de puluere beati ſepulchri ſecum habens, eleuato chri-
B ſmario contra ignem, exortus ſubito ventus, vento illi contrarius, flammas à tecto Eccleſiaſtico auertens, altam pepulit in partem, & ſic domus Eccleſiæ liberata eſt.

De puero à febre ſanato.

CAP. XXXIII.

CVm autem puer eius in valetudine acerbiſſima febre exuſtus iaceret in lectulo, & iam quaſi exanimis haberetur, vt de hoc puluere diluto porrexit infirmo, protinus fugata febre puer conualuit de labore. Sed ad baſilicam ſancti redeamus.

De Lendulfo amente & debili.

CAP. XXXIV.

CVm ante hos annos, terræ motus magnus terram cōcuteret, cunctaque valde mouerentur, quaſi in vno momento caſura, Lendolfus quidam ab eo vehementer excuſſus, non ſolum ſenſu mulctatur, ſed etiam omnibus membris debilis eſt effectus. Qui veniens ad baſilicam
C ſancti Turonis, & orationi paucis dieb. incumbens, & voci redditur & ſenſui, & membris omnibus quaſi reduuius, ſoſpes eſt redditus.

De homine vincto.

CAP. XXXV.

NEc illud prætereundum puto, quod innocens homo accuſatus per calumnias malorum, adducebatur ad vrbem vinctus loro, vt truderetur ergaſtulo. Cumq; ante baſilicam S Petri Apoſtoli in publicum adductus æger deueniſſet, ſolutæ ſunt manus eius, dixitq; cuſtodibus: In hoc apparet me à culpa quam dicitis, eſſe immunem, cum meæ manus diuinitus ſunt ſolutæ. Tunc illi indignantes arctius eum reuinxerunt, & inſuper adhuc alio loro ligaminis adiecto, vt ita dicam, vincula ipſa vinxerunt. Contigit autem eo tempore, vt nos de Baſilica S. Martini per plateam veniremus. Hi autem cum nobis obuiam venientes appropinquarent, vt primum baſilicam Sancti homo vinctus aſpexit, ſtatim ſolutæ ſunt manus eius. Exilienſque de caballo
D in quo ſedebat, pedes noſtros arripuit, exponens ſe iniuſte damnari. Sicque nobis cum iudice loquentibus, abſque faſcinatione diſceſſit.

De muliere obmuteſcente ſanata.

CAP. XXXVI.

COniunx ſerenati hominis noſtri cum de cultura viro præmiſſo rediret, ſubito inter manus dilapſa comitantium, terræ corruit, ligataq; lingua, nullum verbum ex ore potens proferre obmutuit. Interea accedentibus ariolis, ac dicentibus eam meridiani dæmonij incurſum pati, ligamina herbarum atq; incātationum verba proferebant, ſed nil medicaminis iuxta morem conferre poterant peritoræ. Cumque familia mixto vlulatu perſtreperet, filius eius ad neptem noſtram Euſteniam citius occurrit, nuncians matrem ſuam extremæ vitæ terminū attigiſſe. Quæ adueniens ad ægrotam, eamque viſitans, amotiſque ligaminibus, quæ ſtulti indiderant, oleum beati ſepulchri ori eius infudit. Mox ſermone reddito, nequitiæ dolo perempto, ægra conualuit. E

De frigoriticis ſanatis.

CAP. XXXVII.

TEmpore autem quo poſt obitum glorioſiſſimi regis Gunitranni Childebertus rex Aurelianenſium vrbem adiit, puerorum vnus aulicorum grauiter à typo tertiano accedentibus, diſcēdentibuſq; febribus, tremore ſuperueniente quatiebatur. Iſtecum nobis fuiſſet quæſtus, de puluere ſancti ſepulchri ei porreximus. Quem hauriens, compreſſo tremore conualuit. In ſequente vero nocte cum dies ille, quo frangi conſueuerat aduenisset, vidit per viſum venientem perſonam teterrimam dicentemq; ſibi. Ecce iam tempus tui tremoris aduenit, quid diſſimulas? Age quod conſueuiſti. Hæc eo dicente, aduenit vir quidā vultu ſplendidus. Cæſareæ nitens aſpectu decorus, dicens ei: Ne tremueris, ſed facito ſuper frontem tuam ſignum venerandæ crucis, ſtatimq; ſaluaberis. In hac viſione expergefactus, munimiſq; hoc ſignaculo quo fuerat iuſſus, nunquam vlterius quæ pertulerat paſſus eſt. Ab hoc typo reginę puella fatigata, a potu huius ſancti medicaminis ſumpto ſanata eſt. F

De cæcis, Energumenis & paralyticis curatis.

CAP. XXXVIII.

NOn poſt multos dies, cum ſolennia ſancti dies annuus retuliſſet, nus à grege regreſſi, feſtiuitati eius aſſuimus, in qua quatuor cæci lumine recepto regreſſi ſunt, duo energumini mundati, duo paralytici contracti, reſtitutis greſſibus incolumes redierunt.

De contracto & carceratis laxatis.

CAP. XXXIX.

POſt paucos vero dies cum culpabiles quoſdā vrbis Turonicæ, iudicis ſententia carcerali ergaſtulo concluſiſſet, lamentantibus cunctis, beatus confeſſor apparuit, diruptiſq; vinculis compeditorum, liberos in baſilicam abire permiſit. Sicq; & hi à iudice relaxati, ad propria acceſſerūt. G
Quidam in regione Cantabrina, Auranus nomine, mane à lectulo conſurgens, dum de domo egreditur, viſum eſt ei quaſi ab aliquo percuſſus fuerit in ceruicem. Qui protinus ruens in terram, factus eſt tanquam mortuus, ac per triduū ſolo ſpiritu viuens. Quarto autem die apertis oculis nihil poterat loqui. Ablata enim ei fuerat ſandi facultas: Auditis autem beati Martini miraculis, votum trientem nautis porrigere innuit cum ſupplicatione, vt eum ad beati Antiſtitis templum deferrent. Quibus abeuntibus, ille ad domum ſuam reuerſus, vidit ante pedes ſuos aureum in ſimilitudinē trientis. Quo aſſumpto, penſatoq; vnius ſolidi appenſus eſt pondere. Quod ille cernens, dixit intra ſe: Reddidit mihi virtus B. Martini meritum pro fœnore, quod eius templo direxi. Et accenſus deſiderio voluit in vnam atq; aliam nauim conſcendere, ſed à parentibus eſt retētus. Reperta autem tertia naui, retineri non potuit. Qua aſcenſa, cum impellente vento altum mare ingreſſi fuiſſent, os eius virtus S. Antiſtitis reſerauit. Qui extenſis ad cœlum manibus, locutus eſt, dicens: Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui H
me hoc iter ſulcare iuſſiſti. Iam enim priuſquam templum ſancti tui videā, eius refertus ſum beneficiis. Quibus nauigantib. Burdegalæ vrbi appulſi ſunt: Egreſſuſq; de mari, hic ad baſilicam S. Dei accedens, ac votum ſuum exſoluens, quæ ſcripſimus, ab ipſius ore relata cognouimus.

De alio contracto, & vinculatis liberatis.

CAP. XL.

ALia vero feſtiuitate adueniente, quę in hyeme celebratur, Martellos quidam ex domo Ponticonenſi, ſeruus Agini ducis, qui mēſe Martio per incurſionem neſcio quā, vnius poplitis perdiderat vſum, & greſſum figere nō valens, adhibito ſibi ad geniculum fuſte: vt mos eſt claudorum,

A affuit. Is cum per tridnum orationem fudiſſet ad dominum, quarta die quæ eſt in craſtinum de feſtiuitate, genu directo ſan⁹ abſceſſit. Poſt paucos autem dies homines, qui carceris vinculis tenebantur, diuinitus abſoluti, ſancti baſilicam ſunt ingreſſi, & per iudicem immunes à damno laxati ſunt.

Item de alio contracto.

CAP. XLI.

PVer quidam pedibus manibuſque contractus, de vrbe Themallo in pago Turonicæ vrbis, vici Ambiacenſis, aduenіens ad baſilicam ſancti, dum inter reliquos petentes poſtularet victus ſtipem, viſitatus à ſancti virtute directus abſceſſit.

De pueris febricitantibus ſanatis.

B

CAP. XLII.

ALius quoque puerulus Ethymi presbyteri noſtri, cum in valetudinem febris nimiæ incidiſſet, ac exanimari ab eadem putaretur, de puluere ſancti ſepulchri presbyter leuans, ac fimbrias pallæ ſuperpoſitæ dirumpens ſecum detulit, puluerемque pueto hauriendum dedit, fimbrias vero collo eius alligauit. Mox febre reſtincta ſanatus eſt. Non diſpari modo & Vlfarieus presbyter alteri puero febricitãti ſtudium adhibens, ſubuenit, & ille protinus per virtutem ſancti, febre carens conualuit.

De præcipuo amente.

CAP. XLIII.

PRæcipuus quidam, vir bonus, Petragoricæ vrbis, amentiam neſcio quam incurriſſe putabatur. Et tam grauiter agebatur interdum, vt de ſenſu videretur excidere. Quod cum multis menſibus perferret, beati Antiſtitis baſilicam
C expetiuit. Ibique vt arbitror quatuor reſidens menſes, abſtinens ſe à cibo carnium ac vino, adiutus confeſſoris beati præſidio, incolumis domi ſuæ reſtitutus eſt.

De Leodulpho cæco ſanato.

CAP. XLIV.

ET quia ruſticitas hominum dum parum prædicationem ſacerdotalem ſequitur, ipſa ſe Dei præparat ad offenſam: Quod nuper geſtũ fuit, edicam: Leodulphus quidã Bituricæ vrbis homo, cum fœnum ſecuiſſet, metuens ne euentu pluuiæ venientis infunderetur, & laborẽ ſuum perderet, die Dominico mane iunctis bobus ad pratum perrexit, ac ſuper plauſtrum fœnum agglomerare cœpit, ſtatimq; pes eius vnus quaſi ardens ei viſus eſt. Regreſſuſque ad hoſpitium ſuum, conuenit ab opere. Poſt miſſarum ſolennia vero celebrata, iterum iunctis bobus opus cœptum cœpit explere. Completumque cum eſſet plauſtrum fœno, ſtatim oculi eius quaſi à quibuſdam aculeis puncti, dolorem maximum intulerunt. Quibus concluſis nunquam deinceps
D eos aperire potuit. Sicque per annum in cæcitate manens, ad feſtiuitatem ſancti Antiſtitis deuotus aduenit, cuius poſt diem tertiam beneficio lucis quã perdiderat, reſtaurat⁹ eſt.

De duobus aliis contractis.

CAP. XLV.

EO tempore, & alius contractus adueniens, virtute ſancti directus, proptiis greſſibus ad vrbem ſuam regreſſus eſt. Aduenit quidam ex Britannia nomine Paterimanus, qui cœcus, mutus, ac ſurdus, & manibus contractus, per quoddã contagium fuerat, & conflictis omnibus membris morbo, ſoli tantum pedes præbebant homini ſuſtentaculum. Patroni præpotẽtis hic expetit baſilicam, orationem fundit, apertis oculis lucem perditam, cernit, manus ad vſum priſtinum recipit, & ſe ſaluatum beati Antiſtitis virtute mirans, ſoſpitatis ſuæ gratiam populis declarabat. Ob huius miraculi gratiam à multis munera cœpit, de quibus nonnullos à iugo captiuitatis exemit.

De incendio ope eius extincto.

CAP. XLVI.

PRæſenti quodam tempore apud Burdegalenſem vrbem, domus vna ignibus comprehenſa vehementer cœpit exuri. Cumque flammis hinc & inde ſpaciantibus aliæ domus huic diſcrimini ſubiacerent, nec dubium eaſdem huius fomitis calore depaſci congregatus in circuitu populus nomen beati Martini cœpit attentius inuocare, & ne vicinas domos virtus eius exuri permitteret cum lachrymis deprecari. Sicque ad eleuatam vocem deflentium cœpit crepitus flammæ decedere. Atque illis clamantibus ad cœlum, aduenit ſubito Antiſtite impartiente præſidium, colliſumque ſupplici oratione incendium, reſtinxit plebs per lachrymas quod nequiuerat ſuperare per vndas. Eo tempore puer noſter Laudonaldus cum grauiter à diſſinteria fatigaretur, vt de puluere ſepulchri accepit, protinus morbo caruit.

S. GREGORII TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI LIBER, QVEM IPSEmet De Sanctorum Patrum, Seu De quorundam fœlicioſiorum vita, appellauit.

INCIPIT PRÆFATIO S. GREGORII TVRONENSIS ARchiepiſcopi, in librum Suum De vita Patrum.

Statueram quidem illa tantum ; &c.

STATVERAM quidem illa tantum ſcribere quæ ad ſepulchra beatiſſimorum Martyrum Confeſſorumq; diuinitus geſta ſunt: ſed quoniam quædam de iis nuper reppeti, quos beatæ conuerſationis meritum euexit ad cœlum, quorumque vitæ tramitem, certis relationibus cognitum, Eccleſiam ædificare putaui, dicere aliqua ex illis, opportunitate cogente, non differo: quia Sanctorum vita non modo eorum pandit propoſitum, verumetiam Auditorum animos incitat ad profectum. Et quæritur à quibuſdam: vtrum vitam Sanctorum, an vitas dicere debeamus. Aulus Gellius autem & complures alii, Philoſophorum vitas dicere voluerunt: Nam Plinius auctor, in tertio artis Grammaticæ libro ait: Vitas, antiqui, cuiuſcunque noſtrum dixerunt: ſed grammatici, pluralem non putant habere, vitam: vnde manifeſtum eſt, melius dici vitam patrum quam vitas: quia cum ſit diuerſitas meritorum virtutumque; vna tamen omnes vita corporis alit in Mundo. Et ſcripſi (fateor) in inferiore Confeſſorũ libro, aliqua de quorundã vita, quę in corpore operati ſunt, breuiora. Idcirco cum de virtute ingentia cenſeantur; parua tamen reducuntur in ſcriptis: prolixiora quoque in hoc (quem de vita Sanctorum vocitare voluimus) libro imperiti idiotæque præſumimus propalare; orantes Dominum, vt dignetur dare verbum in ore noſtro, qui ora mutorum ad vſus priſtinos ſæpius reſerauit; vt auditoribus lectoribuſque ſalutaria, & ſanctis Patribus digna, labia mea referant; & quæ in ſanctis præcipit ſcribi, reputet ea ſuis in laudibus declamari.

A

EXPLICIT PRÆFATIO.

Sequitur Narratio de Lupicino atque Romano Abbatibus.

CAP. I.

SERIS Euangelicæ admonet diſciplinæ, vt dominicæ largitionis pecunia nũmularis fœnerata, cum digno multiplicationis fructu, diſpẽſante domino reſtauretur. Nec altis deffoſſa foueis recondatur ad detrimentum: ſed rationabili diſpenſatione porrecta, & æternæ vitæ creſcat ad lucrum: vt incipiens retributionis dominus quæ commodauit inquirere, cum vſuris receptis ſœnerationis ſuæ duplici ſatisfactione talentis dicat. Euge ſerue bone, quia ſup pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Prædeſtinatorum eſt enim iſta cum Dei ope perficere qui ab ipſis incunabulorum vagitibus, vt ſæpe
B
de multis legitur, Dominum ſcire meruerunt, cognitoque eo nunquam ab eius præceptionibus receſſerunt. Neque poſt baptiſmi ſacramentum niueam illam pollentemq; regenerationis ſtolam impudicis actibus polluerunt: qui merito ſequuntur agnum quocunq; ierit: quos ipſius agni candor egregius liliis decoris nullo tentationis æſtu marcentibus coronauit. His denique ſertis dextera inclytæ dominationis extenta inchoantes prouocat, vincentes adiuuat: victores adornat, quos nominis ſui titulo præſignatos, de terrenis gemitibus eleuans in cælorum euehit gaudia glorioſos: de quorum niueo electionis numero & illos eſſe non ambigo, qui Lorenſis eremi opaca luſtrantes non modo Dei templum efficere meruerunt: Verumetiam in multorũ mentibus ſpiritusſancti gratiæ tabernacula parauerunt, id eſt Lupicinus Romanuſque germanus eius.

Igitur Lupicinus ab exordio ætatis ſuæ Deum toto requirens corde literis inſtitutus: cum ad legitimam tranſiſſet ætatem, genitore cogente cum animi nõ præberet coõſenſum: ſponſali vinculo nectitur Romanus vero adhuc adoleſcentior & ipſe ad Dei opus animum extẽdere cupiens nuptias refutauit. Parentibus vero relinquentibus ſæculum
C
communi conſenſu eremum petunt: & accedentes ſimul inter illa Lorenſia deſerti ſecreta quæ inter Burgundiam Alemanniamq; ſita Auenticæ adiacent ciuitati tabernacula figunt proſtratique ſolo Dominum diebus ſingulis cum pſallenti modulamine, deprecantur, victum de radicibus quærẽtes herbarum. Sed quoniam liuor, illius qui de cœlo delapſus eſt: ſemper inſidias humano generi conſueuit intendere: contra hos Dei ſeruos armatur: hoſque per miniſtros ſuos accepto itinere nititur reuocare. Nam lapidibus vrgere eos dæmones per dies ſingulos non deſinebant. Et quocunque genua ad orandum dominum deflexiſſent, ſtatim imber lapidum ſuper eoſdem iacientibus dæmonibus decidebat. Ita vt ſæpe vulnerati imminentis dolorum cruciatibus torquerentur. Interea ætas adhuc immatura cœpit iniurias quotidiani hoſtis metuere: nec paſſa diutius ſufferre dolores, relinquens eremum ad propria redire deliberat: Sed quid inuidia non cogat inimici? Verum vbi relinquentes hoc habitaculum quod expetierant, ad villas manẽtium ſunt egreſſi, domum cuiuſdam pauperis ingrediuntur; percunctatur mulier de qua ratione milites Christi venirent.
D
Reſpondent non ſine confuſione ſe reliquiſſe eremum & quæ eos cauſa à cœpto diſtulerit opere per ordinẽ pandunt. At illa ait, oportuerat vos, ô viri Dei contra inſidias diaboli viriliter dimicare: nec formidare eius inimicitias, qui ſæpius ab amicis Dei ſuperatus occubuit. Æmulus eſt enim ſanctitati dum metuit, ne vnde ille perfidia vilis corruit genus humanum fide nobilitatum aſcendat. At illi compuncti corde & ſeorſum diſcreti à muliere dixerunt, Væh nobis quia peccauimus in Deum dimittendo propoſitum noſtrum. Ecce nunc à muliere arguimur pro ignauia: & qualis nobis in poſterum erit vita, ſi ea vnde æſtu inimici expulſi fuimus non repetamus? Tunc armati vexillo crucis, ſumptis in manu bacillis, regreſſi ſunt ad eremum: quibus venientibus iterum eos inſidiæ dæmonis lapidibus cœperunt vrgere: ſed perſiſtentes in oratione obtinuerunt à Domini miſericordia, vt remota tentatione liberi ad illum diuini cultus famulatum expeditique perſeuerarent. His deniq; in oratione perſiſtentibus, cœperunt ad eos turbæ fratrum hic & inde cõfluere, & audire verbum prædicationis ab eis. Cumq; iam beati eremitæ populis, vt diximus, publicari fuiſſent, fecerunt ſibi monaſterium, quod Condatiſcone vocitari voluerunt. In quo ſucciſis ſyluis & in plana redactis de laboribus manuum propriarum victum quærebãt. Tantuſq; feruor de Dei amore proximos locorum accenderat, vt congregata ad officium Dei multitudo ſimul habitare non poſſet. feceruntque aliud monaſterium in quo fœlicis aluearis examen inſtituerunt: ſed & his deinceps cum Dei adiutorio ampleatis, tertium intra Alamaniæ terminum monaſteriũ locauerunt. Ibantque viciſſim hi duo patres requirentes filios, quos diuinis imbuerant diſciplinis, prędicantes in ſingulis monaſterijs ea quæ ad inſtitutionem animæ pertinebant. Lupicinus tamen Abbas ſuper eos obtinuit monarchiam. Erat autem valde ſobrius & cibo potuq; abſtinens,
F
ita vt plerumque tertia die reficeretur. Cum autem eum, ſicut corporis humani depoſcit neceſſitas, ſitis arriperet, vas cum aqua exhiberi faciebat in qua manus immerſas diutius retinebat: mirum dictu ſic abſorbebat caro ei aquam appoſitam, vt putares eam per os eius adſumi, & ſic ardor ſitis extinguebatur. Erat enim ſeuerus valde in diſtrictione fratrum, nec quemquam non modo peruerſe agere, verumetiam nec loqui ſinebat, mulierum quoque vel colloquia, vel occurſus valde vitabat. Romanus ita erat ſimplex vt nihil de penitus ad animum duceret: ſed omnibus tam viris quam mulieribus æqualiter flagitatam benedictionem, diuinitatis nomine inuocato, tribueret. Lupicinus igitur Abbas, cum minus haberet vnde tantam ſuſtineret cogregationem, reuelauit ei Deus locum in eremo, in quo antiquitus theſauri recõditi fuerant.

Ad quem locum accedens ſolus aurum argentumque, quantum leuare potuerat, monaſterio inferebat. Et exinde coempto cibo reficiebat fratrum multitudines, quos ad Dei officium congregauerat, ſicque faciebat per ſingulos annos nulli tamen fratrum patefecit locum quem Dominus dignatus eſt reuelare.

Factum eſt autem vt quodam tempore viſitaret fratres:
G
& quos in illis Alamaniæ regionibus diximus cõgregatos, accedens meridie, cum adhuc fratres in agro eſſent, Ingreſſus eſt domum in qua cibi coquebantur ad reficiendum: Viditque diuerſorum ferculorum apparatum magnum, piſciumque multitudinem aggregatam, dixitq; in corde ſuo. Non eſt dignum vt monachi, quorum vita ſolitaria eſt, tam ineptis vtantur ſumptibus: & ſtatim iuſſit præparari æneũ magnum: Cumque locatus ſuper ignem feruere cœpiſſet, poſuit in eo cunctos ſimul quos parauerant cibos, tã piſces quam olera ſiue legumina, vel quicquid ad comedendum monachis deſtinatum fuerat, dixitque. De his pultibus nũc reficiantur fratres: Nam non delicijs vacent quæ eos à diuino impediant opere quod illi cognoſcentes valde moleſte tulerunt. Tum duodecim viri habito conſilio, iracundia inflammati, reliquerũt locum & abierunt p deſerta vagantes, ea quæ erant ſæculi delectabilia inquirentes. Reuelatumq; eſt ſtatim per viſum Romano. Nec ei voluit diuina miſeratio rem actam occultare, Regreſſo quoque Abbate ad monaſterium dicit: ſi ſic futurum erat vt ad diſperſionem fratrum abires, vtinam nec acceſſiſſes ad eos: Cui ille, Noli inquit moleſte ferre frater dilectiſſime quia ea acta ſunt. Nam ſcias purgatam eſſe aream Domini, & triticum tantũ reconditum in horreo, paleas autem eiectas eſſe foras, & ille vtinam nullus abſceſſiſſet ex his: ſed nunc indica quæſo mihi
H
quanti exinde abierunt, qui reſpõdit, duodecim viri cothurnoſi atque elati, in quibus Deus non habitat. Tunc Romanus, cum lachrymis ait, credo in illo diuinæ miſerationis reſpectu, quia nec illos ſeparabit à theſauro ſuo. Sed congregabit eos, & lucri eos faciet pro quibus pati dignatus eſt. Et, facta pro his oratione, obtinuit vt reuerterẽtur ad gratiã omnipotentis Dei: Dominus autem compungi fecit corda eorum & agentes pœnitentiam pro excuſſu ſuo, congregauerunt ſinguli congregationes ſuas & fecerunt ſibi monaſteria, quæ vſq; hodie in Dei laudibus perſeuerant. Romanus autem perſiſtebat in ſimplicitate & operibus bonis, vi-

ſitans

A ſitans infirmos & ſaluans eos oratione ſua. Factum eſt autẽ quodam tempore, dum iter ageret ad viſitandos fratres, vt occupante crepuſculo, ad hoſpitiolum diuerteret leproſorum. Erant autem nouem viri, ſuſceptuſque ab eis ſtatim, plenus charitate Dei, iuſſit aquam calidam fieri, atque omnium pedes manu propria lauit: lectulumq; ſpacioſum fieri præcepit, vt omnes in vno ſtratu requieſcerent, nõ abhorrens luridæ maculam lepræ: quod cum factum fuiſſet, obdormientibus leproſis hic, inter decantationes pſalmorum vigilans, extendit manũ ſuam & tetigit latus infirmi vnius, ſtatimque mundatus eſt. Tactuque ſalubri iterum tangens alium & ipſe protinus eſt mundatus. Quumq; ſe ſenſiſſent redditos ſanitati, tetigit vnuſquiſque proximum ſuum, vt ſcilicet expergefacti, rogarent ſanctum pro emundatione ſua. Sed cum tacti abinuicem fuiſſent, & ipſi mundati ſunt. Mane autem facto aſpiciens omnes nitente cute effulgere, gratias agens Deo & vale dicens, ac ſingulorũ oſcula libans, abſceſſit mandãs eis vt ſemper, ea quæ Dei erant, & retinerent pectore & operibus exercerent. Lupicinus autem iam ſenex factus acceſſit ad Chilpericum regem, qui tunc Bur-
B gundiæ præerat. Audierat enim eum habitare apud vrbem Lanubam cuius cum ingreſſus eſt portam tremuit cathedra regis, qui ea hora ad conuiuium reſidebat. Exterritusq; ait ſuis: Terræ motus factus eſt. Reſponderunt, q aderant, nihil ſe ſenſiſſe cõmotionis. Et ille, occurrite, quantotius ad portam ne forte aliquis aduerſari cupiens regno noſtro adſit, quaſi nociturus nobis. Non enim ſine cauſa hæc ſella contremuit, qui protinus concurrentes offenderunt ſenem in veſte pellicea, & dixerunt regi de eo. qui ait; Ite, adducite eũ in conſpectu meo vt intelligam cuius ordinis homo ſit; & ſtatim adductus, ſtetit coram rege. ſicut quondam Iacob coram Pharaone; cui ille ait, Quis es, vel vnde veniſti, aut quod eſt opus tuum, vel quid neceſſitatis habes vt venias ad nos? Cui ille, Paſtor ſum, inquit, dominicarum ouium, quas cum dominus ſpiritalibus cibis iugi adminiſtratione reficiat, corporalia his interdum alimenta deficiunt. Ideo petimus potentiam veſtram, vt ad victus veſtitusque neceſſaria aliquid tribuatis. Rex vero hæc audiens, ait: Accipite
C agros vineaſque de quibus poſſitis viuere, ac neceſſitates veſtras explere; qui reſpondit: Agros & vineas non accipiemus, ſed, ſi placet poteſtati veſtræ, aliquid de fructibus delegate, quia non decet monachos facultatibus mundanis extolli, ſed in humilitate cordis Dei, regnum iuſtitiamque eius exquirere. At rex. cum audiſſet hæc verba, dedit eis præceptionem vt annis ſingulis trecentos modios tritici, eiuſdemque menſuræ numero vinum accipiant, & centum aureos ad comparanda fratrum indumenta, quod vſq; nunc à fiſci ditionibus capere referuntur. Poſt hęc autem, eum iam ſenex prouectæque eſſet ætatis, Lupicinus Abbas ſcilicet, & Romanus frater eius, ait Lupicinus germano ſuo: Dic, inquit, mihi, in quali monaſterio vis tibi parari ſepulchrum vt ſimul quieſcamus; qui ait: Non poteſt fieri vt ego in monaſterio ſepulchrum habeam, à quo mulierum acceſſus arcetur. Noſti enim quod mihi, indigno & non merenti, Dominus Deus meus gratiam tribuit curationum, multiq; per impoſitionem manus meæ, ac virtutem crucis dominicæ, aduerſis languoribus ſunt erepti. Erit autem concurſus ad tumulum meum, ſi ab hac luce migrauero. Ideoq; Emimus à monaſterio in monte paruulo ſepultus eſt, ſuper cuius deinceps ſepulchrum magnum templum ædificatum eſt; In
D quod ingens frequentia populi diebus ſingulis accurrit: Multæ enim virtutes ibi in Dei nomen nunc oſtenduntur, nã & cæci ibi lumen, & ſurdi auditum, & paralytici greſſum plerumque recipiunt. Lupicinus autem abbas obiens intra monaſterii baſilicam eſt ſepultus, reliquitque domino pecuniæ creditæ multiplicata talenta, id eſt, beatas monachorum congregationes in eius laude deuotas.

De ſancto Portiano Abbate.

CAP. II.

QVanta omnipotens Deus ſuo dicatis nomine indulgeat, quantamque eiſdem pro fideli ſeruitio benignitatis opem compenſet: Magna quidem ſe pollicetur red-

E diturum in cœlo; Sed quæ accepturi ſunt plerunque hoc declarat in ſæculo. Nam ſæpius de ſeruis liberos, de liberis efficit glorioſos: iuxta illud pſalmographi dictum, ſuſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus populi ſui. De hoc & Anna Helcanæ ait, ſaturati prius pro pane ſe locauerunt, & famelici ſaturati ſunt. Ex hoc & ipſa redemptoris noſtri genitrix virgo Maria dicebat: Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. Sic & Dominus in euangelio ait: Erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi. Illicet ergo amore ſuo diuina miſericordia inopum, vt de paruis magnos ſtatuat, ac de infimis vnigeniti ſui faciat cohæredes. Præfecit enim de hac mundana egeſtate in cœlo, quo ſcandere non potuit, terrenum imperium, vt accedat illuc ruſticus quo accedere non meruit purpuratus. Sic nunc de beato Portiano Abbate, quem non modo de onere mundani ſeruitii eruit, ve- F
rumetiam magnis virtutibus ſublimauit, atq; poſt motum & preſturas ſæculi in requie æterna conſtituit, locauitque eum inter angelorum choros, de quibus expulſus eſt dominus ille terrenus. Beatiſſimus igitur Portianus ab ineunte ætate Deum quærere cœli ſemper, etiam inter terrena ſeruitia, conabatur. Hic enim ſeruus fertur fuiſſe cuiuſdã barbari; Iſque cum plerunque ad monaſterium confugeret, vt eum domino ſuo abbas redderet excuſatum, ad extremum fugientem Dominus eum de veſtigio ſequitur, & abbatem calumniari, cœpit, imputans quod ipſe eum ſeduceret ne ſibi ſuus famulus deſeruiret. Cumque de conſuetudine, vt eum redderet calumniãdo abbatem inſiſteret: Dicit abbas Portiano, quid vis vt faciam? & ille, Redde, inquit, me excuſatum. Cumq; excuſatus redditus fuiſſet & dominus eius reducere eum domum vellet, ita cæcatus eſt vt nihil penitus poſſet cognoſcere: Cernens autem ſe grauibus doloribus affici, abbatem vocat dicens, ſupplica, quæſo, pro me dominum & accipe hunc ſeruum ad eius cultum, forſitan promerebor recipere lumen amiſſum. Tunc abbas vocatum beatum ait: Impone, quæſo, manus tuas ſuper oculos eius. Cumque ille refutaret, tandem abbatis deuictus pre- G
cibus ſuper oculos domini ſui ſignum beatæ crucis impoſuit: Statimque, diſrupta caligine & ſedato dolore, priſtinæ redditus eſt ſanitati.

At vero exin beatus Portianus clericus factus, tanto virtutis cumulo eſt prælatus, vt decedente abbate ipſe ſuccederet; qui fertur æſtiuo tempore, cum ardor ſolis vi caloris ſui cuncta conſumeret, & etiam corpora, quæ robuſtiora potu ciboque erant, ab æſtu defatigaret, in ieiuniis poſt perditum omnem ab ore humorem ſalem æſtuatis ruminabat. Ex quo iterum adſumpto liquore arentes gingiuas paulumper reficere quærens, quanquam palatum aridum humectaret, tamen maius tormentum, addita corporis ſiti, præſtabat; Sal enim vt nulli occulitur magis ardorem ſitis concitat, quam extinguat, ſed hic tribuente domino arcebatur ab eo. His diebus Theodoricus ingreſſus Aruernum terminum omnia exterminabat, cuncta deuaſtabat. Cumque in Archonenſis vici pratis caſtra metaſſet, antedictus ſenex ad occurſum eius properat; quaſi pro populo rogaturus: Ingreſtuſque caſtra mane, rege adhuc in tentoriis dormiente, Siginaldi papilionem, qui tunc primus cum eo habebatur, aggreſſus eſt. Et dum de hac captiuitate conqueritur, Siginaldus, vt, ablutis aqua manibus, merum dignaretur accipere, deprecatur, dicens: Magnum H
mihi hodie gaudium commodumq; diuina pietas præſtat, ſi intra tentorii mei ſepta, facta oratione, potum dignaris accipere. Audierat enim famam ſanctitatis eius, idcirco & honorem ei, pro Dei reuerentia, impendebat. Quod ille diuerſis modis excuſans, adſerebat hoc non poſſe fieri quia, inquit, nec hora debita eſſet, nec regi dignum præuiſſet occurſum, &, quod his omnibus potius erat, nec dum adhuc domino pſalmorum decantationem debitam exoluiſſet; ſed his ſepoſitis vi eum compulit, allatumque vaſculum quo potio tenebatur, rogat vt cũ ſanctus, impoſita prius manu, ſanctificaret. Qui eleuata dextera, cum ſignum crucis impoſuiſſet, vaſculum ſcinditur in medium: ac vinum, quod intra tenebatur, cum immenſo ſerpente terræ diffunditur, quod cernentes qui aderant, metu exterriti, ad pedes beati viri decidunt, lambunt veſtigia, oſculantur &

A plantas mirantur; omnes virtutem ſenis mirantur, & ſe ab iniqui angius viri diuinitus fuiſſe ſaluatos. Ad iſtud miraculum concurrit omnis exercitus, vallat multitudo omnis beatum virum, cupiens eius fimbrias manu rãgere, & ſi oſculo honorare nõ potuit, & rex exilit de ſtratu ſuo, accurritque ad beati confeſſoris aduentum. Illoque tacente cunctos, quos reperiebat captiuos, abſoluit, & reliquos deinceps, vt voluit, ſic recepit. Duplex ibi beneficium, domino cooperante, largitur: & illos à morte eruit & hos à iugo captiuitatis exemit. Vere, vt ego credo, & fides mea eſt, quia conſtat ab hoc periculo ſaluatos, quaſi ſuſcitatos à mortuis. Nec hoc prætetire volui, quod cum diabolus diuerſis machinis conatus illudere, cum videret ſe nihil ei poſſe nocere, viſibilibus illum prælijs eſt aggreſſus: Nam nocte quadam dum ſe ſopori dediſſet, ſubito expergefactus vidit cellulam ſuam quaſi incendio concremari, exurgenſque, perterritus oſtium petiit. Quem cum reſerare nequiret, in oratione proſternitur, ac ſignum ſalutare coram ſe & circum ſe faciens, protinus phantaſia flammarum, quæ apparuerat, B euanuit, cognouitque hoc diaboli fuiſſe fallaciam; idque ſtatim reuelatum eſt beato Prothaſio, qui tunc apud Canbidobienſe monaſterium habebatur recluſus; Qui cum ſumma feſtinatione monachorum, ex cellula ſua ad fratrem dirigens, hortatus eſt, dicens: Oportet te, dilectiſſime frater, inſidijs diaboli reſiſtere viriliter, nihil de illius doloſitate pauefcere, ſed omnia quæ intulerit, oratione aſſidua, ac ſigno crucis è contra oppoſito, euincere; quia talibu ſemper tentationibus ſeruos Dei nititur expugnare. Senuit autem vir beatus, & impleto boni operis curſu migrauit ad dominum; Cuius nunc tumulum ſæpius diuinis glorificatur virtutibus. Hæc tantum de ſancto vero cognouimus: non diiudicantes alios qui maiora de eo cognouerunt, ſi voluerint aliqua in eius laudem conſcribere.

De Sancto Gallo epiſcopo.

CAP. III.

C NObilitatis mundanæ faſtigium ſemper inhiat cupiditatibus, gaudet honoribus, inflatur occurſibus, litibus forum pulſat, rapinis paſcitur, calumnijs delectatur, rubiginoſi auri talenta deſiderat; &, dum paru poſſidere videtur, vt agglomeret plurima magis accenditur, ingeritq; ei congeries auri ſitim arduam poſſidendi, ſicut Prudentius ait: Auri nanque fames procedit maior ab auro. Vnde fit vt, dum gaudet pompis ſæculi & vanis honoribus oblectari, nihil ei de manſuris dignitatibus in memoriam reuocetur: Nec reſpicit ad ea quæ non videntur, dummodo illa, quib. ſatiari animum putat, importune poſſideat. Sed ſunt qui ſe de his nexibus tanquam aues de muſcipulis euolantes & ad altiora tendentes, mentis alacriori ingenio abſoluerunt, ac relictis terrenis facultatibus, totis ſe viribus ad illa, quæ ſunt cæleſtia, aptauerũt, ſicut ſanctus Gallus incola Aruernę vrbis, quem à Dei cultu abſtrahere non potuit, non dilectio patris, non matris blanditiæ, non amor nutricum, non obſecundatio baiulorum, ſed his omnibus pro nihilo deductis & tanquã ſtercore exoſis, Dei ſe dilectione, Dei ſe officio vouens, monaſterioli ſe diſtrictioni ſubegit; Sciebat n. iuuenilis feruoris flammas non aliter poſſe deuincere, niſi D cenſuræ canonicæ & diſciplinæ ſeueriſſimæ ſubderetur; Sciebat n. ſe ab humilitate ſæculi ad altiora ſubleuandum, & per patientiam tolerationis ad illam excelſi apicis gloriam euehendum, quod poſtea probauit euentus. Sanctus denique Gallus ab adoleſcentia ſua deuotus Deo eſſe cœpit, diligenſq; ex tota anima dominum & ea, quæ Deo dilecta eſſe nouerat, diligebat; pater ei, nomine Georgius, mater vero Leocardia ab ſtirpe Vettij Epagati deſcẽdens: Quẽ Lugduno paſſum Euſebij reſtatur hiſtoria, quia ita de primoribus ſenatoribus fuerunt, vt in Gallijs nihil inueniatur eſſe generoſius atq; nobilius. Cumq; ei pater cuiuſdam ſenatoris filiã quærere vellet, ille, aſſumpto ſecum vno puerulo, monaſterium Cromonenſe expetit, ſexto ſitum ab Aruerna vrbe miliario, ſuppliciter Abbatem exorans vt ſibi comam capitis tondere dignaretur. At ille, videns prudentiam, atque

E elegantiam pueri, nomen inquirit: Interrogat genus & patriam. Ille vero Gallum ſe vocitari pronunciat, ciuem Aruernum, Georgij filium ſenatoris, quem abbas vt cognouit de prima progenie eſſe progenitum, ait: Bene deſideras fili, ſed primum oportet hæc in patris tui deferri notitiam, & ſi hæc ille voluerit, faciam quæ depoſcis: demq; Abbas pro hac cauſa nuncios ad patrem, interrogantes quid de puero obſeruari iuberet, miſit. At ille parumper contriſtatus, ait: Primogenitus, inquit, erat mihi, & ideo eum volui coniugio copulare, ſed ſi eum dominus ad ſuum dignatur adſcire ſeruitium, illius magis quam noſtra voluntas fiat. Et adiecit: Quicquid vobis infans Deo inſpirãte ſuggeſſerit, adimplete. Tunc Abbas iſta nuntijs referẽtibus, puerum clericum fecit. Erat autem egregiæ caſtitatis & tanquam ſenior, nihil peruerſe appetens, A iocis ſe etiam iuuenilibus cohibebat, habens miræ dulcedinis vocem cum modulatione ſuaui; Lectioni incumbens aſſidue, delectans ieiunijs & abſtinens ſe multum à cibis. Quem cum beatus Quintianus F epiſcopus ad idem monaſterium veniens cantantem audiſſet, non eum permiſit vltra illuc retineri, ſed ſecum ad ciuitatem adduxit: Et, vt cœleſtis pater, in dulcedine ſpiritali nutriuit. Cumque, defuncto patre, vox eius magis ac magis die adueniente componeretur, atque idẽ in populis maximum haberet amorem; Nunciauerunt hæc Theoderico regi, quem dicto citius arceſſitum tanta dilectione excoluit, vt eum proprio filio plus amaret; à regina autem eius ſimili amore diligebatur. Non ſolum pro honeſtate vocis, ſed etiam pro caſtimonia corporis. Nam tunc Theodericus rex ex ciuibus Aruernis clericos multos abduxit, quos Treuericæ eccleſiæ, ad reddendum famulatum domino, iuſſit adſiſtere. Beatum vero Gallum a ſe nequaquam paſſus eſt ſeparari: vnde factum eſt, vt eunte rege in Agrippinam vrbem & ipſe abiret ſimul. Erat autem ibi fanum quoddam diuerſis ornamentis refertum, in quo barbaries opima libamina exhibens, vſque ad vomitum cibo potuque replebatur. Ibi & ſimulacra, vt Deum, adorans membra, ſecundum quod vnumquenque dolor attigiſſet, ſculpebat in ligno. Quod vbi ſanctus Gallus audiuit, ſtatim illuc cum vno tantum clerico properat. Accenſoq; igne, cum nullus ex ſtultis paganis adeſſet ad fanum, adplicat ac ſuccendit: illi videntes G fumum delubri ad cælum vſque conſcendere, auctorem incendij quærunt, inuentũ euaginatis gladijs proſequuntur: Ille vero, in fugam verſus, aulæ ſe regiæ condidit. Verum poſtquam rex, quę acta fuerant paganis minantibus, recognouit, blandis eos ſermonibus leniuit: Et ſic eorum furore improbum mitigauit. Referre enim ſæpe erat ſolitus vir beatus hæc cum lachrymis & dicebat: Væh mihi qui non perſtiti vt in hac cauſa finirer, fungebatur eo tempore diaconatus officio. Denique cum beatus Quintianus epiſcopus ab hoc ſæculo, iubente domino, tranſiiſſet ſanctus Gallus apud vrbem Aruernam eo tempore morabatur. Ciues autem Aruerni ad domum Impetrati presbyteri eiuſdem auunculi conuenerunt conquerentes de obitu ſacerdotis, & qui eius in locum deberet ſubſtitui requirentes. Quod diutiſſime pertractantes, regreſſus eſt vnuſquiſq; ad ſemet ipſũ. Poſt quorum diſceſſum ſanctus Gallus vocauit vnum à clericis & intuente in ſe ſpiritu ſancto ait, quid hi muſſitant? Quid curſitant? Quid tractant? vacuum eſt inquit opus eorum. Ego ero epiſcopus: mihi dominus hunc honorem largiri dignabitur. Tu vero, cum me redire de præſentia regũ audieris, accipe equum deceſſoris mei ſtratum, & egrediens te obuiam exhibe mihi. Quod ſi audire deſpexeris, caue ne te in poſterum pœniteat. Cumque hæc loqueretur, H ſuper lectulum decumbebat. Tunc iratus contra eum clericus, cum multa exprobaret, eliſum ſuper ſpondam lecti latus eius læſit, turbiduſque diſceſſit: Quo diſcedente ait Impetratus presbyter ad beatum Gallum: Audi fili conſilium meum, Noli penitus retardare, Sed vade ad regem & nuncia ei quæ hic contigerunt: Et ſi ei inſpirat dominus vt tibi hoc ſacerdotium largiatur, magnas Deo referimus gratias: Sin aliud, vel ei qui ordinatus fuerit commendaberis, ille vero abiens, quæ de beato Quintiano contigerant, regi nunciauit: Tunc etiam & Aprunculus Treuerorum epiſcopus tranſiit. Congregatique clerici ciuitatis illius ad Theodericum regem, Sanctum Gallum petebant epiſco-

A pum. Quibus ille ait, Abſcedite & alium requirite: Gallum
enim diaconum alibi habeo deſtinatum. Tunc eligentes,
ſanctum Nicetium epiſcopum acceperunt. Aruerni vero
clerici cum conſenſu inſipientium facto & multa munera
ad regem venerunt. Iam tunc germen illud iniquum cœ-
perat pullulare, vt ſacerdotium aut venderetur à regibus,
aut compararetur à clericis. Tuncq; audiunt a rege quod
ſanctum Gallum habituri eſſent epiſcopum. Quem
presbyterum ordinatum iuſſit rex vt, datis de publico ex-
penſis, ciues inuitarentur ad epulū, & lætarentur ob hono-
rem Galli futuri epiſcopi. Quod ita factum eſt: Nam re-
ferre erat ſolitus non amplius donaſſe, pro epiſcopatu,
quam vnum trientem coco qui ſeruiuit ad prandium. Poſt
hæc rex, datis ad ſubſidium eius duobus epiſcopis, Auer-
nos eum direxit. Clericus vero ille, qui ſuper ſpondam le-
cti eius inluſerat, Viuentius nomine, ad occurſum pontifi-
cis ſecundum verbum illius properat non ſine magno pu-
dore & ſe, ſimulque equum quem inluſerat, repræſentat, in-
greſſiſque vtriſque in balneum dolorem latens, quem
B ab impulſu ſuperbiæ eius clerici incurrerat, clementer im-
properat. Magnam ex hoc ei ingerens verecundiam non
cum ira, ſed tantum ioco ſpiritali delectatus. Igitur exinde
cum multo pſallentio in ciuitatem ſuſcipitur, & in ſua ec-
cleſia Epiſcopus ordinatur. Iam vero aſſumpto epiſcopatu,
tanta humilitate, tantaque charitate cum omnibus vſus eſt,
vt ab omnibus diligeretur; Patientiam vero vltra homi-
num mores habens, ita, vt, ſi dici fas eſt, Moyſi comparare-
tur ad diuerſas iniurias ſuſtinendas. Vnde factum eſt vt à
presbytero ſuo in conuiuio percuſſus in capite, ita ſe quie-
tum reddiderit, vt nec ſermonem quidem aſperum reſpon-
diſſet, ſed omnia quæ ei accidebant, patienter ferens. In
Dei hoc arbitrio, à quo ſe petebat eruturi, iactabat: Nam
& Ennodius quidam ex ſenatoribus presbyter, cum in con-
uiuio eccleſiæ multis calumniis, atque conuiciis laceſſiſſet,
conſurgens ſacerdos loca baſilicarum ſanctarum circuibat,
Tamen cum hoc Ennodio fuiſſet perlatum, poſt eum cur-
ſu veloci dirigens, & ſe ante pedes eius in ipſa platea pro-
ſternens, veniam petit, deprecans vt eum oratio eius cum
omnipotente iudice non fuſcaret. At ille benigne eum col-
C ligens, cunctaque, quæ locutus fuerat clementer indulſit,
eum arguens ne hæc vltra contra ſacerdotes domini aude-
ret appetere, quia ipſe epiſcopatum nunquam promerere-
tur accipere. Quod poſtea probauit euentus. Nam cum in
Gabalitano ad epiſcopatum iam electus, iam in cathedra
poſitus, iā cuncta parata eſſent vt benediceretur epiſcopus,
ita ſubito contra eum omnis populus conſurrexit, vt vix vi-
uus poſſet euadere; Qui poſtea presbyter tranſiit. Apud Au-
relianenſem autem vrbem incriminato ab iniquis Marco
epiſcopo & in exilium truſo, magnus epiſcoporum con-
uentus eſt aggregatus, Childeberto rege iubente, in qua
ſynodo cognoſcentes beati epiſcopi hoc eſſe vacuū quod
cōtra eum fuerat muſſitatū, eum ciuitati & ſuæ cathedræ re-
ſtituunt, deniq; tunc in ſeruitio ſancti Galli Valentianus dia-
conus, qui nunc presbyter habetur, atq; vocalis, abiit. Cum-
que, epiſcopo alio miſſas dicente, Diaconus ille, propter ia-
ctantiā potius quam pro Dei timore, cantare vellet, à ſancto
Gallo prohibebatur dicente ſibi, ſine inquit, fili quādo, do-
mino iubente, nos celebrauerimus ſolemnia, tunc & tu ca-
nere debes; nunc eius clerici concinant qui conſecrant miſ-
D ſas. At ille, & tunc ſe poſſe, pronunciat. Cui ſacerdos, fac vt
libet. Nam quod volueris non explebis. Ille quoque negli-
gens mandatum Pontificis abiit. Et tam deformiter ceci-
nit, vt ab omnibus irrideretur. Adueniente autē alia domi-
nica, dicente ſæpedicto pontifice miſſas, iuſſit abire: Nunc,
inqt, in nomine domini, quod volueris explicabis, Quod
cū feciſſet in tantum vox eius præclara facta eſt, vt ab omni-
bus laudaretur. O beatum virum cui talis gratia conceſſa eſt
vt ſicut animæ, ita & cum eo voces hominum ſub eius po-
teſtate conſiſterent, quas & cum voluit, cantu prohibuit; &
cum libuit, cantare permiſit. Præſtitit autem Deus & alia
miracula magna per illū. Nam cū Iulianus defenſor presby-
ter deinceps, dulciſſimæ voluntatis homo, à quartano typo
correptus grauiter cruciaretur, lectulum ſancti ſacerdotis
expetiit: in quo decubans à lectuaria ipſe opertus paulu-
lum obdormiens, ita ſanatus eſt, vt nec contactus quidem

E poſtea ab hac infirmitate videretur. Cum autem Arurna
ciuitas maximo incendio cremaretur, & hoc ſanctus com-
periſſet, ingreſſus eccleſiam diutiſſime dominum ante ſan-
ctum altare, cum lacbrymis, exorauit. Surgenſque, euange-
liis comprehenſis, apertiſq; in obuiam ſe igni obtulit: quo
obtemperante protinus ad aſpectum eius ita omne incen-
dium eſt extinctum, vt nec fauillæ quidem in eo igne remā
ſiſſent. Sub eius autem tempore magno terræ motu Auer-
na ciuitas eſt cōcuſſa, ſed cur hoc acciderit ignoramus; Hoc
tamen ſcimus, quod nullum ex populo læſit. Cum autem
lues illa, quam inguinariam vocant per diuerſas regiones,
deſæuiret & maxime tunc Arelatenſem prouinciam depo-
pularet, Sanctus Gallus non tantum pro ſe, quantum pro
populo ſuo trepidus erat. Cumque die noctuq; dominum
deprecaretur, vt viuens plebem ſuam vaſtari non cerneret,
per viſum noctis apparuit ei angelus domini, qui tam cæſa-
riem quam veſtem in ſimilitudinem niuis candidam effere-
bat. Et ait ad eum: Bene eounte, ô ſacerdos, proſpectat di-
uina pietas pro populo tuo ſupplicantem, Ideoq; ne time-
as, exaudita eſt enim oratio tua & ecce eris cum populo
F tuo ab hac infirmitate liberatus: nulluſque te viuente in re-
gione iſta ab hac ſtrage deperiet: Nunc autem noli merue-
re; Poſt octo vero annos expletos migrabis à ſæculo: quod
poſtea manifeſtum fuit; Expergefactus autem & Deo grati-
as pro hac conſolatione agens, quod per cœleſtem nunci-
um confortari dignatus eſt, Rogationes illas inſtituit, vt
media quadrageſima pſallendo ad baſilicam beati Iuliani
martyris itinere pedeſtri venirent. Sunt autem in hoc iti-
nere quaſi ſtadia trecenta ſexaginta. Cum autem regiones
illas, vt diximus, lues illa conſumeret, ad ciuitatem Auer-
nam, ſancti Galli intercedente oratione, non attigit: vnde
non paruam cenſeo gratiam eius qui hoc meruit, vt pa-
ſtor poſitus oues ſuas deuorari, defendente domino, non
videret. Sed veniamus ad illud tempus cum eum dominus
de hoc mūdo iuſſit aſſumi. Cum grauatus incommodo de-
cubaret, ita febris interna omnia membra eius depilauit, vt
capillos & barbam ſimul amitteret. Sciens autem, ſe, reue-
lante domino, poſt triduum migraturum, conuocat popu-
lum & omnibus, confracto pane, communionem ſancta ac
pia voluntate largitur. Adueniente autem die tertia, quæ
erat dominica dies, quæ ciuibus Aruernis immanem intu-
G lit luctū, Albeſcēte iā cælo, interrogat quid in eccleſia pſal-
lerent. Dixerunt benedictionē ſeſe pſallere: At ille, pſalmo
quinquageſimo & benedictione decātata, & alleluyatico
cum capitello expleto, conſummauit officium totum tem-
poris matutini. Quo iam extremo perfunctus officio, ait:
Vale dicimus vobis fratres. Et hæc dicens, extenſis mem-
bris ſpiritum cœlo intentum præmiſit ad dominum. Tran-
ſiit autem ætatis ſuæ anno ſexageſimoquinto, epiſcopatus
vero ſui ſeptimo & vigeſimo anno. Exinde ablutus atq; ve-
ſtitus in eccleſiam defertur, donec comprouinciales ad eū
ſepeliendum conueniant: Magnū enim ibi miraculum o-
ſtenſum populis fuit; quod ſanctus Dei attracto dextro pe-
de in feretro ſe in aliud latus quod erat verſus altare contu-
lit. Dum hæc agerentur rogationes illæ, quæ quotannis v-
bique paſcha fiunt, celebrantur. Iacuit autem in eccleſia tri-
duo aſſiduo inſtante pſalterio cum magna frequētia populi.
Epiſcopis autem quarta die aduenientibus, eum de eccleſia
leuauerunt. Et portantes in ſancti Laurentii Baſilicam, ibi
ſepeliunt. Iam vero in exequiis eius quantus planctus,
H quanti populi affuere enarrari vix poteſt. Mulieres cum
lugubribus indumentis, tanquam ſi viros perdidiſſent,
ſimiliter & viri obtecto capite, vt in exequiis vxorum
mos eſt, ipſi quoque Iudæi accenſi lampadibus plan-
gendo proſequebantur. Omnes præterea populi vna
voce dicebant, væh nobis qui poſt hanc diem nunquam
ſimilem merebimur habere pontificem. Et quia, vt dixi-
mus, prouinciales longe diſtabant, nec celerius venire
poterant, vt mos ruſticorum habetur, glebam ſuper bea-
tum corpus poſuere fideles, quo ab æſtu non intumeſceret,
quem ceſpitem poſt eius exequias mulier quædam, & ve-
re, vt ego diligenter inquiſiui, virgo putiſſima & deuota
Deo, Meratina nomine, ab aliis erectū collegit: in ortu ſuo
poſuit infuſa ſæpius aqua, domino incrementum dāte, vi-
uere fecit. De quo ceſpite infirmi, non ſolum auferentes

atque

A atque bibentes herbam, ſanabantur: verum etiam fidelis ſuper eum oratio ſuffragium merebatur. Qui poſtea per incuriam virgine migrante, deperiit. Deinque ad ſepulchrum eius multæ virtutes oſtenſæ ſunt. Nam quartanarii & diuerſis febribus ægroti, vt ad beatum tumulum fideliter attingunt, protinus hauriunt ſanitatem: Valentinianus igitur cantor cuius ſupra meminimus, qui nunc presbyter habebatur, cum diaconatus fungeretur officio, à typo quartano corripitur, ac per multos dies magna defectione laborauit: factum eſt autem vt in die acceſſus huius febris, loca ſancta circuire diſponeret, orans: veniensque ad huius ſancti ſepulchrum, proſtratus ait. Memor eſto mei, beatiſſime ac ſancte ſacerdos, à te enim educatus, doctus ac prouocatus ſum. Memor eſto alumni proprii quem amore vnico dilexiſti: Et erue me ab hac, qua detineor, febre. Hæc effatus herbulas, quæ ob honorem ſacerdotis tumulo reſperſæ fuerant, à deuotis collegit Et quia virides erant, ori applicat dentibus, decerpit, ſuccumque earum degluit. Præteriit enim dies illa, nec ab hoc eſt pulſatus incommodo. Et deinceps ita ſoſpitati eſt reſtitutus: vt nec illas, quas vulgo fri-B ctiones vocant, vltra perferret. Hoc ab ipſius presbyteri ore ita geſtum cognoui: non enim ambigitur, per illius potentiam, prodire virtutes de tumulis ſeruorum ſuorum, qui Lazarum vocauit ex monumento.

De ſancto Gregorio Epiſcopo.

CAP. IV.

EGregiæ ſanctitatis viri, quos palma præfectæ beatitudinis à terris editos euexit ad cælos, ij ſunt quos aut nō fictæ charitatis vinculum ligat, aut eleemoſynarum fructus ditat, aut flos caſtitatis adornat aut martyrii agonizatio certa coronat, in quibus, ad inchoandū perfectæ iuſtitiæ opus, illud fuit ſtudium, vt in primis corpus ſine macula præparatum habitaculum ſpiritui ſancto præberēt: Et ſic ad reliquarū virtutum excelſa contenderent. Atq; ipſi ſibi perſecutores facti, dum in ſe ſua perimebant vitia, tanquam martyres C probati, peracto curſu agonis legitimi triumpharēt. Quod nullus, ſine Dei ope, valebit efficere, niſi dominici adiutorii protegatur, vel parma vel galea. Et qegerit nō ſui ſed ad diuini nominis gloriā deputet: iuxta illud apoſtoli, Qui gloriatur, in domino glorietur. In hoc n. & beat⁹ Gregorius ininē gloriam contulit, qui de excelſa ſenatorii ordinis potentia ad illam ſe humilitatem ſubdidit, vt, omnibus ſæculi curis abiectis, ſoli ſe Deo dicaret, opere, quem in pectore retinebat Igitur ſanctus Gregori⁹ ex ſenatoribus primis bene literis inſtitutus, Auguſtudunēſis ciuitatis comitatum ambiuit. In comitatu autē poſitus, regionē illam per quadraginta, annos, Iuſtitia comitante, correxit: Et tam ſeuerus atque diſtrictus fuit in malefactoribus, vt vix eum vllus reorū poſſet euadere. Coniugem de genere ſenatorio habens, Armentariā nomine, quā ad propagandā generatione tantum dicitur cognouiſſe, de qua & filios, domino largiente, ſuſcepit. Aliam vero mulierem, vt in iuuenilia aſſolet feruor inardeſcere, non contigit. Poſt mortem autem vxoris ad dominum conuertitur: & electus à populo, lingonicæ vrbi epiſcopus ordinatur. Cui magna fuit abſtinentia: ſed ne iactantia putaretur, occulte ſubcinericios panes ex ordeo aliis teD nuibus ſupponebat Triticum frangens aliis erogabat: ipſe vero clam ordeum nemine intelligente, præſumens. Similiter de vino faciens, dum aquam ei pincerna porrigeret ad diſſimulandum, aquā deſuper effundebat: Tale vitrum eligens quod claritatem aquæ obtegeret. Iam in ieiuniis, eleemoſinis, orationibus, atque vigiliis, tā efficax tamque deuotus erat, vt in medio mundi poſitus, nouus effulgeret eremita. Nam cum apud Diuionēſe caſtrum moraretur aſſidue & domui ei⁹ baptiſterio adhæreret, in quo multorum ſanctorum reliquiæ tenebantur nocte: de ſtratu ſuo, nullo ſentiente, cōſurgens ad orationē, Deo tantum teſte, pergebat, oſtiud nutibus reſerato, attente pſallebat in baptiſterio. Sed cum hoc multi temporis ſpacio ageret, tandem ab vno diacono res cognita atque manifeſtata eſt. Idem cum cognouiſſet hæc agi alonge, ne eum vir beatus ſentire poſſet proſequebatur & quid ageret ſpectabat: Aiebat enim diaconus, quod veniēs ſanctus Dei ad oſtium baptiſterii, pulſans manu propria oſtium, nemine comparēte, aperiebatur, illoq; E ingrediente diutiſſime ſilentiū erat. Poſtea pſallentium tāquam multarum vocum per trium horarum, & fere ampli⁹ ſpacium audiebatur. Credo ego quod cum magnorum ſanctorum in eodē loco haberentur reliquiæ, ipſi ſe beato viro reuelantes, pſallentiū domino in cōmune reddebantur. Nā impleto curſu reuertēs ad lectulum, ita ſe caute ſuper ſtratū deponebat, vt prorſus nemo ſentiret. Obſeruatores vero oſtium baptiſterii obſeratum inuenientes, claue ſua ſolita aperiebant, commoque ſigno ſanctus Dei, ſicut reliqui, nouum ad officium dominicum conſurgebat. Nam eum energumini eum in primo die epiſcopatus ſui eon fiterentur, rogabāt eum presbyteri vt eos benedicere dignaretur Quod ille viriliter ne vane incurreret gloriam refugiebat, clamans indignum ſe ad manifeſtandas virtutes dominicas eſſe miniſtrum: ſed tamen qa diutius hoc diſſimulare nō potuit, adduci eos ad ſe iubēs ſine vllo tactu, facto tantum ſign o crucis è contra verbo dæmonia diſcedere imperabat. Quod illa protinus audientia corpora, quæ nequicia ſua deuexerāt, abſoluebant. Nam illo abſente multi de virga, quā in manu ferre ſolitus erat, ſuſpenſos atq; ſignatos energuminos expellebant. Nam & de ſtratu eius ſi quis ægrorū quippiam abſtuliſſet, erat præſens medicamentum. Armentaria autē neptis eius, cum grauiter quodam tempore in adoleſcētia ſua à quartano fatigaretur incommodo, ac medicorum ſtudio plærunq; ſota, nullum poſſet ſentire lauamen: & ab ipſo cōfeſſore beato ſæpius, vt orationi inſiſteret, hortaretur, quadam die lectum eius expetiit, in qua inpoſita ita febris cuncta reſtincta eſt, vt nunquam ea deinceps ægrotaret: Sāctus vero Gregorius cum per diem ſanctum epiphaniorum ad ciuitatem lingonas ambulaſſet, à modica febre pulſatus, relicto ſæculo, migrauit ad Chriſtū. Cuius beata facies ita erat glorificata, poſt tranſitū, vt roſis ſimilis cerneretur: hæc n apparebat rubea, reliquum vero corpus, tanquā candens lilium refulgebat, vt æſtimares eum iam tunc ad futuræ reſurrectionis gloriam præparatum. Quod deferentes ad caſtrum Diuion eoſe, vbi ſe iuſſerat tumulari, in Campania illa G q̄ à parte aquilonis habetur, haud procul à caſtro aggrauati geſtatores, non ſuſtinentes feretrum, ſolo depoſuerunt, ibique parumper reſumētes vires, & poſt paululum eleuātes, ad intramuraneam eum eccleſiam detulerunt. Aduenientib. autem quinta die epiſcopis, ab eccleſia ad baſilicā beati Ionnis deferebatur & ecce vincti carceris ad beatum corpus clamare cœperunt dicentes. Miſerere noſtri piiſſime domine, vt quos viuens in ſæculo non abſoluiſti, vel defunctus, cæleſte regnū poſſides digneris abſoluere, viſita nos, quæſumus, & miſerere noſtri. Hæc & alia illis clamantibus aggrauatum eſt corpus, ita vt ipſum penitus ſuſtinere nō poſſent. Tunc ponentes feretrum ſuper terram, virtutē beati antiſtitis præſtolabantur: his ergo expectantibus, ſubito reſeratis carceris oſtiis, trabes illa, qua vinctorum pedes coarctabantur, repulſis obicibus ſcinditur media: Confractiſq; cathenis omnes pariter diſſoluuntur. Et ad beatum corpus nemine retinente perueniunt: dehinc eleuantes feretrum geſtatores ii inter reliquos obſequuntur, quieti à iudice poſtea ſine damno aliquo ſunt dimiſſi Poſt hęc beatus confeſſor multis ſe virtutibus declarauit: Aiebat n. quidam religioſus cœlos ſe apertos in die eius ſepulturæ vidiſſe. Nec n H ambigitur, quin, poſt actus angelicos, ſydereis ſit cœtibus aggregatus. Vinctus quidā per viam illam, qua beatum corpus à Lingonia eſt exhibitum, ad antedictum caſtrum adducebatur: Cumq; milites cum equitibus præcedentes poſt terga traherent vinctum, ad locum, vbi beati confeſſoris artus quieuerant, peruenerunt. Quam prætereuntes vinctus, inuocato nomine beati antiſtitis, petiit vt eum ſua miſericordia liberaret: Quo orante laxati ſunt laquei de manibus eius, & ſentiens ſe ſolutum, quietum reddidit; Coopertiſq; manib. putabatur adhuc eſſe ligatus. Ingreſſi aūt portā caſtri cum ad atrium perueniſſent, hic exiliens & corrigiā ligaminis trahentiū in manu tenens, cum auxilio omnipotētis domini, & obtentu beati pōtificis liberatus eſt. Admirabile autem eſt & illud miraculū qualiter beatū corpus eius cū, poſt multa tēpora trāſferretur, apparuit glorioſū. Cū beatus pōtifex in angulo baſilicæ fuiſſet ſepultus & paruus fuiſſet loc⁹

illę,

A ille, nec ibi populi ſic poſſent accedere, vt deuotio poſtula-
bat, ſanctus Tetricus filius & ſucceſſor eius hęc cernens, &
virtutes ibidem aſſidue operari proſpiciens, ante altare ba-
ſilicæ fundamenta jacit, erectaque abſida miro opere con-
ſtruit & tranſuoluit: Qua tranſuoluta, diruptoque pariete,
arcum ædificat. Quod opus perfectum atq; exornatum, vt
in medio abſidæ loculū fodit, quo corpus beati patris tranſ-
ferre volens conuocat presbyteros & Abbates ad illud offi-
cium. Qui vigilantes, orabant vt ſe beatus confeſſor ad hác
præparatam habitationem transferri permitteret. Mane
autem facto, cum choris pſallentiū apprehenſum ſarcopha-
gum ante altare in abſidam, quam beatus epiſcopus ædifi-
cauerat, tranſtulerunt, quod ſepulchrum dum diligenter
componunt, ſubito, & vt credo, ad Dei iuſſum opertorium
ſarcophagi motum eſt in vna parte, & ecce apparuit beata
facies eius ita integra & illæſa vt putares eum nō mortuum
eſſe, ſed dormientem. Sed nec de ipſo veſtimento, q̄ cum
eo poſitum fuit, aliquid oſtenſum eſt diminutum, vnde non
immerito apparuit glorioſus poſt tranſitum, cuius caro
B non fuit corrupta ludibrio. Magna eſt enim corporis & cor-
dis integritas, quæ & in præſenti ſeculo præſtat gratiam, &
in futuro vitam largitur æternam, de qua Paulus apoſtolus
ait: Pacem ſequimini & ſanctificationem, ſine qua nemo
videbit regnum Dei. Puella quædam die Dominico, dum
ſuum caput componeret pectine apprehenſo, credo ob in-
iuriam diei ſancti, in manibus eius adhæſit, ita vt affixi den-
tes in digitis quam in palmis magnum ei dolorem inferrēt.
Quæ, cum baſilicas ſanctorum flens atque obſecrans cir-
curet, ad ſepulchrum beati Gregorii antiſtitis, in eius vir-
tute confiſa, proſternitur, Cumque diutiſſime beati confeſ-
ſoris præſidium flagitaſſet, directa manus eius ad opus pri-
ſtinum pectine decidente reducitur. Sed & energumeni,
eum confitentes, ad eius ſepulchrum ſæpe purgantur. Nam
plerumq; vidimus poſt eius tranſitum virgulæ, cuius ſupra
meminimus quam manu gerebat, per parietes ita eos affi-
xos, vt putares illos validis atque acutiſſimis ſudibus reti-
neri. Multa quidém de eodem geſta cognouimus, ſed, ne
faſtidium incitarent, de pluribus pauca perſtringimus. Ob-
iit autem triceſimo tertio epiſcopatus ſui anno, ætate nona-
C genaria, qui ſe virtutibus manifeſtus ſæpius declarauit.

De ſancto Friardo recluſo.

CAP. V.

MVlti variique ſunt gradus, per quos ad cœlorum re-
gna conſcenditur; De quibus (vt opinor) & Dauid di-
cit, quia aſcenſus in corde poſuit: Accipiuntur ergo hi gra-
dus diuerſorum operum ad cultum diuinum profectus, &
nullus in his greſſum figere poteſt, niſi fuerit, ſicut ſæpe te-
ſtati ſumus, Dei adiutorio prouocatus. Sic enim pſalmogra-
phus in illo medię profectionis gradu loquitur, dicens: Niſi
Dominus ædificauerit domum, in vanum laborāt qui ædi-
ficant eam. Quod adiutorium non modo martyres, verum
etiā & illi, quos ſacræ vitæ celebrauit auctoritas, iugiter in-
quirentes, ad hoc quod ſuis deſiderii ſpiritalis promebat, a-
lacres peruenerunt. Nam ſi ad martyrium mens accenſa eſt,
huius adiutorii opem popoſcit martyr vt vinceret; ſi ieiunii
obſeruantiam adhibere ſtuduit, vt ab eo conſortaretur affli-
ctus eſt; ſi caſtitati artus reſeruare voluit impollutos, vt ab
D illo muniretur, orauit; ſi poſt ignorantiam pœnitendo con-
uerti deſiderauit, vt ab eo nihilominus ſubleuaretur, cum
lachrymis flagitauit. Et ſi quid operis boni exercere eorum
quiſpiam meditatus eſt, vt ab hoc adiutorio iuuaretur, ex-
petiit. Per hos ergo ſcalæ huius aſcēſus tam difficiles, tamq;
excelſos, tam arduos, cum ſint diuerſi, ad vnum tamen Do-
minum per huius adiutorii opem conſcēditur. Idcirco ſem-
per ille poſcendus, ille quærēdus, ille inuocandus erit, vt q̄
de bono mens cōcipit, adiutorio ſuo ipſa perficiat? De quo
& nobis ſine fine oportet dicere: Adiutorium noſtrum in
nomine Domini, qui fecit cœlū & terram. Sicut & ille bea-
tiſſimus, de quo nunc nobis futurus eſt ſermo, qui inter
diuerſas vel tempeſtationes, vel cruces ſæculi, ſemper eius
adiutorii munimen expetiit. Fuit igitur apud inſulam Vin-
dunittam vrbis Namneticæ vir egregię ſanctitatis, Friardus
nomine, recluſus; de cuius vita pauca ſemper ad ædificationem
eccleſiæ dicere delectat animam, quia ignoro ſi ab aliquo ſit
ſcripta. Hic ab infantia ſua ſemper Deo deuotus fuit, atque
pudicus. Factus autem vir, ſemper in Dei laudibus, ſemper
in oratione, ſemp̄ in vigiliis degebat, victus neceſſaria pro-
priis manibus exigebat à terra. Et ſi in operantes reliquos
properaret, nunquam ab oratione ceſſabat. Quod vicinis
aut extraneis, vt mos ruſticorum habet, ridiculum erat.
Quodam vero die, dum cum reliquis in ſegetem culmis in-
ciſis manipulos colligaret, examen mirabilium atq; ſæuarū
muſcarum, quas vulgo veſpas vocant, reperiunt. Cumque
acerrime meſſores emiſſis aculeis lacerarent, vndique cir-
cumeuntes meſſem. locum illum in quo hæ adunatæ erant,
tranſiliunt. Atq; irridendo beatum Friardum alloquuntur,
doloſe, dicentes: Veniat Benedictus, veniat religioſus qui
orare non deſinit, qui crucem auribus & oculis ſemper im-
ponit, q̄ viis itineris ſui ſalutaria vexilla præmittit, ipſe me-
tat ſuper examen, ipſe ipſum ſua oratione miteſcat. Tunc,
quaſi ad cōfuſionem Dominicæ virtutis, hæc verba ſuſcipi-
F ens, prouolutus terræ orationem fudit ad Dominum. Et ac-
cedens. facto deſuper ſigno crucis, ait: Adiutorium noſtrū
in nomine Domini qui fecit cœlum & terram. Ad hanc eiꝰ
orationem confeſtim omnes veſpæ ſe intra antrum, vnde e-
greſſæ fuerant abdiderunt. Ille vero ad ſpectaculum omniū
meſſem deſuper illæſus expetiit. Quod non ſine miraculo
irridentibus fuit, eo q̄ Dominus in ſe ſperantem, ad con-
fuſionem eorum, ſic dignatus fuerit roborare. Deniq; poſt
hæc, cum in arborem pro quadā neceſſitate aſcendiſſet, ſu-
bitu conſilio ſub pedibus ramo ruere cœpit, cadenſq; deor-
ſum per ſingulos, quos percutiebat ramos, Chriſti beatiſſi-
mum nomen inuocabat, dicens: Chriſte omnipotens ſalua
me. Cumque peruenisset ad terras nihil eſt læſus, ſed aiebat
ſemper. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit
cœlum & terram. His & aliis virtutibus animatus, cœpit in-
tra ſecreta cordis tacitus cogitare, dicens: Si crux Chriſti &
inuocatio nominis eius, atq; adiutorium poſtulatum ab eo,
tantam potentiam habet, vt aſpera quæq; mundi deuincat,
periculoſa obtuat, tentationum atra depellat, & omnia q̄
ſunt ſæculi huius oblectamenta, pro nihilo reputata faſti-
diat, Quid mihi & mundo? Niſi vt, relictis omnibus quæ eiꝰ
ſunt, in illius vacare ſolius debeam obſequiis, cuius nomi-
nis inuocatione à periculis ſum ſaluatus iniquis? Et egreſſus
ab hoſpitiolo ſuo, oblitus parentes & patriam, Eremum pe-
tiit, ne in ſeculo habitanti impedimentum aliquod de ora-
tione mundi ſollicitudo conferret. Ipſe quoq; & abbas Sa-
baudus, qui quondam regis Clotharii miniſter fuerat, pœ-
nitentiam accipiētes, Vindunitenſem Namnetici territorii
inſulam ſunt aggreſſi. Habebant autem ſecum & Secundellū
diaconum: Abbas vero, ablata de antro Domini manu, ab
inſula diſcedens, ad monaſterium rediit, nec multo poſt oc-
cultis cauſis gladio eſt peremptus. Sanctus vero Friardus cū
Secundello diacono in ſupradicta inſula ſtetit immobilis.
Habebat tamen vterq; eorum propriam cellulam, ſed pro-
cul inter ſe poſitam. Cumque ſtrenue in oratione perſiſte-
rent, nocte Secundello diacono apparuit tentator in ſpecie
Domini, dicens: Ego ſum Chriſtus, quem quotidie depre-
caris; iam enim ſanctus effectus es, & nomen tuum libro
vitæ cum reliquis ſanctis meis adſcripſi. Egredere nunc ab
hac inſula, & vade, fac ſanitates in populos: his & ille ille-
ctus deceptionibus diceſſit ab inſula, nec ſocio nuntiauit;
H tamen cum infirmis, in nomine Chriſti, manus imponeret,
ſanabantur. Regreſſus autem poſt multum tempus ad inſu-
lam, venit ad ſocium cum vana gloria, dicens: Abii enim
extra inſulam, & virtutes multas in populis feci. Cumque,
conternitus ille, interrogaret quid hoc ſibi vellet, cuncta,
quæ geſſerat, ſimpliciter pādit. At ſenior obſtupeſcens, ſuſ-
piranſq; & lachrymans, ait: Veh nobis. in quantum audio à
tētatore deluſus es? Vade, age pœnitentiā, ne vltra tibi pre-
naleant eius doli. Quod ille intelligēs, & periſſe ſe timens,
cum fletu ad pedes eius proſternitur, rogans, vt pro ſe Do-
minum deprecaretur. Vade, inquit, & pariter eius omnipo-
tentiam pro ſalute animæ tuæ poſcamus: Non eſt enim dif-
ficilis Dominus ſe confitentibus miſereri. Cū ipſe per pro-
phetam dicat: Nolo mortem peccatoris, ſed vt cōuertatur
& viuat. Orantibus aūt illis aduenit iterū tentator in ſimili

A ſpecie ad Secundellum diaconum, dicens: Nonne præceperam tibi, eo quod oues meæ morbidæ eſſent, & paſtore indigerent, vt egredereris & viſitares, atq; opem ſanitatis eis tribueres? Et ille. In veritate enim comperi quod ſeductor ſis, neq; te Deum credo, cuius te ſpeciem mentiris habere. Tamen ſi Chriſtus es, crucem tuam, quam reliquiſti, ipſam oſtende, & credam tibi. Cumq; non oſtenderet, diaconus crucem Domini in os eius faciens, confuſus euanuit. Rurſumq; ad eum veniens cum multitudine dæmonum, tanta eum cæde mactauit, vt vix putaretur euadere, & diſcedens, nuſquam comparuit. Idem poſtea diaconus, in ſumma ſanctitate perdurans, die debito defunctus eſt. Beatus vero Friardus cum magnis virtutibus effulgeret, quadam vice effractum è vento ab arbore ramum, quem, vt ferunt, ipſe inſeruerat, collegit, compoſitumq; baculum ſibi exinde, quem manu gereret, fecit. Poſt multum vero tempus iam areſactam virgam in terra plantauit, infuſaq; aqua ſæpius baculus ille frondes emiſit & poma, atq; intra duos aut tres annos, in magnam arboris proceritatem diſtent⁹, excreuit. Quod B cum grande miraculum populis cernentibus haberetur, & quotidie ad hanc viſendam immanis turba cõflueret, vt etiam ipſam remotionem inſulæ virtus prodita publicaret; Sanctus Dei, ne vanæ gloriæ labe ſubrueret, arborẽ arrepta ſecure ſuccidit, ruſuſq; ſanctus alterius arboris ruinam cernens, quæ acta venti violentia floribus plena corruerat: miſericordia motus orauit, dicens: Ne pereat, quæſo Domine, huius arbuſculæ fructus quæ, te iubente, florum ornamenta produxit, ſed potius à te incrementum reparationis indultum, fructuũ adipiſci mereatur effectum. Et hæc dicens, accepta ſecure, amputata arboris colũna, ſuper radices, quæ adhuc hærebant columnam ipſam in modum ſudis fecit acutam, eamq; terræ defixit. Mox ligatis ſine radice ramis, & ad priſtinum reſtitutis ſtatum, flores, qui aruerant viruerunt. Ipſo quoque anno hæc arbor fructus cultori ſuo reſtituit. Credo ego de miſericordia Dei quod miraculum præſens exegit loqui, quia obtinere potuit hic oratione ſua vitã mortuis à Domino impertiri, qui obtinuit arbores aridas in C rediuiua viriditate frondeſcere. Idem cum plærumq; tranſitum ſuum fratribus prædiceret, quadam die tactus a febre, dicit ſuis. Ite ad fœlicem epiſcopum & nũtiate ei diſceſſum meũ, dicentes: Frater tuus Friardus dixit: Ecce conſummato curſu vitæ huius de hoc mundo abſoluor, & vt certior ſis de hoc verbo, die dominica tranſitum accipio, & vado ad requiem quam mihi promiſit rex æternus Deus: Veni obſecro & videam te priuſquam obeam. Cumq; ille occaſione neſcio qua detineretur, mandatum miſit, dicens: Rogo, ſi fieri poteſt, vt me modicum ſuſtineas, donec moris actionũ diſſolutis ad te vſque perueniam. Reuertentibus vero nuntiis & iſta dicẽtibus, cum iam lectulo decubaret, ait. Surgamus ergo & ſuſtineamus fratrem noſtrum. O virum ſanctitate ineffabilem, qui quamquam feſtinaret diſſolui, & cum Chriſto eſſe, non tamen oblitus charitatem, obtinuit apud dominum adhuc eſſe in mundo, vt fratrem cerneret ſpiritali intuitu: ſed nec illum infimi reor fuiſſe meriti, cuius aduentu dominus huius ſancti dilatare dignatus eſt diem. De qua tarditate accepto nuntio, protinus quieſcente febre, ſanus ſurrexit à lectulo. Poſt multum vero tempus, adueniente epiſcopo, à febre corripitur: ingreſſoque ad ſe ſalutar, & oſculatur, dicens: Grandes mihi moras de itinere debito D facis, ô ſancte ſacerdos. Quibus vigilantibus, nocte quæ erat dominica, mane facto, tradidit ſpiritum quo emiſſo, mox omnis cellula ab odore ſuauitatis repleta, tota contremuit. Vnde indubitatum eſt angelicam ibidem adfuiſſe virtutem, quæ ſancti meritum ſignans, cellulam diuinis faceret aromatibus efflagrare. Cuius glorioſum corpus ſacerdos ablutum recondit in tumulo: Chriſtus animam ſuſcepit in cœlo, relinquens terrigenis exempla virtutum.

De ſancto Æmiliano Eremita, & Brachione abbate.

CAP. VI.

QVantum diſciplina cœleſtis ſe cuſtodientibus præbeat, quantumque non cuſtodita negligentibus irrogare debeat, per os pſalmographi ſpirituſſanctus pandit. Apprehendite, inquit, diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus, E & pereatis à via iuſta. De bonis autem Salomon ait: Diſciplina patris erit ſuper eum. Diſciplina ergo hæc, timorem domini facit: Timor aũt domini initium ſapientiæ præbet. Sapientia vero diligere Deum docet, Dilectio autẽ Dei hominem à terrenis ſubleuat, ad cœlos euocat, paradiſo locat, in quo fœliciũ animæ, ex illius vitis vitalis ſumpto vini noui liquore, epulantur in regno Dei. Deſiderare ergo oportebat homines huius vitis haurire myſterium vt accedere valerẽt ad illum tam iocundæ habitationis amœniſſimum locum: Quia ſi iſte quas nunc cernimus vites, quæ per traduces extenſæ, emiſſis palmitibus pampino intexta, dependentibus vuis, amœna nos contemplatione lætificant: dum non ſolum proferunt copiam fructuum, verumetiam opportuno nos vmbraculo protegunt igniti ſolis ab æſtu, quas ſcimus, poſt aſſumptum fructum temporis legitimi, deciduis F foliis quaſi aridas reddi: quanto magis illa deſiderare debemus, quæ nullo fine deficiunt, neque vllo tentationis æſtu marceſcunt, vbi ſpe præterita res ipſa quæ ſperabatur, & tenetur & fruitur? Hæc multi deſiderantes, non modo facultates proprias reliquerunt: verumetiam deſerta quæque & inculta aggreſſi ſunt, vt ſitim huius deſiderii ſolitariæ, ac remotioris orationis patrocinio, lachrymarumque fluento reſtinguerent: ſicut nuper beatus Æmilianus, nouus noſtris temporibus Eremita, feciſſe probatur. Hic igitur relictis parentibus, ac facultate propria Eremi deſerta petiuit, & ſe intra ſecreta ſiluarum Ponticiacenſium Aruerni territorii abdidit, in qua deciſa ſilua, modicum deplanans campum raſtro, ipſam effodiens humum, vitæ eliciebat alimẽtum. Habebat & hortum paruulum quem, aqua ſuperueniẽte, rigabat, de quo hol⁹ ad refectionem nullo impinguatum adipe præſumebat. Solatium vero, abſque Dei adiutorio, nullum habens. Cohabitatores enim beſtiæ aueſque illic erant, quę ad eum quotidie, tanquam ad Dei famulum, confluebant. Vacabat autem ieiuniis & orationi, nec eũ ab hac cauſa vlla mũdanæ ſollicitudinis occaſio impedire poterat, quia præter Deum aliud nihil habebat, Erat autem tunc temporis apud Aruernam vrbẽ Siginaldus magna potentia præditus, G in cuius ſeruitio erat adoleſcens quidam, nomine Brachio, quod eorum lingua interpretatur vrſi catulus. Hũc antedictus vir, ad capeſſendam porcorum ſilueſtrium venationẽ, delegerat. Ibatq; cum ingenti moloſſorum turba, circuiens ſiluas, & ſi quid cœpiſſet domino deferebat. Quadam vero die dum ſuem immenſi corporis, cum allatrantium turba, perſequeretur, ſuis intra ſepta, quæ circa cellulam erant, ſancti ingreditur. Proſequens vero canum turba cum latratu vſque ad aditum acceſſit veſtibuli. Moxque in ſuis hæſit veſtigiis, nec ingredi eſt permiſſa poſt ſuem. Quod cernens, brachio & cæteris, hęc eueniſſe admirans, ad cellulam ſancti ſe confert. Viditque ſuem ante oſtium ſtantem, nihil penitus formidantem. Conſalutatus autem, ac oſculatus à ſene, inuitatur, ad reſidendum. Quibus conſedentibus ait ſenex: Video te, fili dilectiſſime, in grandi elegãtia compoſitum, & ſequi ea quæ magis detrimentũ animæ præparant, quam ſalutem. Relinque quæſo terrenum dominum, & ſequere Deum verum, cœli terræque factorem, cuius nutu omnia gubernantur, cuius imperio omnia ſubduntur, cuius maieſtate ipſa, quã cernis, beſtia adſtat intrepida. Non te tumidũ faciat, aut extollat potentia domini tui, quæ nihil eſt: H Sic enim ait Paulus Apoſtolus, Qui gloriatur in domino, glorietur. Et alibi, Si hominib. placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem. Subde te eius ſeruitio, qui ait, Venite ad me, oẽs qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ipſe eſt dominus cuius onus leue eſt, cuius iugum ſuaue eſt, cuius cultus & tribuit præſentia & vitam largitur æternam. Sic enim ait, Si quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, cẽtuplum accipiet, & inſuper vitã æternam poſſidebit. Hæc & his ſimilia ſene viriliter diſſerente, ſus illæſus ſiluas petiit. Puerque diſceſſit ab eo, non ſine grandi admiratione, quod aprum, quẽ inchoauerat ſequi, ferum, in cõſpectu ſenis manſuetum adſtare videbat, vt agnũ. Plurima igitur animo tractãs ac multa ſecum reuolnẽs quid ageret, quidve faceret, Vtrum ſæculũ relinqueret, an ſæculo deſeruiret, tandem compunctus à diuina pietate, & credo, ſancti Aemiliani oratione, aditũ quærere cœpit occulte qualiter clericus eſſe poſſet: quia publice ꝓpter terrenũ dominũ non audebat. Tamen cũ eſſet adhuc

A laicus in nocte bis aut ter de ſtratu ſuo cõſurgens, terræ proſtratus, orationem fundebat ad dominum. Neſciebat tamẽ quid caneret, quia literas ignorabat. Videns autem ſæpius in oratorium literas ſuper iconicas apoſtolorum, reliquorũque ſanctorum eſſe conſcriptas, exemplauit eas in codice. Cumq; ad occurſum domini ſui clerici, vel abbates aſſidue conuenirent, hic ex iunioribus quem primum potuiſſet accerſire, ſecretius interrogabat nomina literarum, & ob hoc eas intelligere cœpit. Antea autem, inſpirante domino, & legit & ſcripſit, quam literarũ ſeriem cognouiſſet. Exin mortuo Siginaldo ad antedictum ſenem properat: & cum eodem duos vel tres annos faciens pſalterium, memoria cõmendauit. Quem eius germanus plerumq; interficere voluit, quod nollet matrimonio copulari. Dehinc monachi ad eos additi ſunt. Impletis autem beatus Emilianus diebus vitæ ſuæ, & circiter nonagenaria ætate egrediens à corpore, Brachionem reliquit hæredem. Hic ſtabilito monaſterio obtinuit, à Ranichilde Siginaldi Memerati filia multa terrarum ſpatia, quæ ad hoc monaſterium dereliquit. Erat n.
B ſaltus ex domo Viudiacenſi. Hic vero de hoc egreſſus monaſterio Turonos venit, ibiq; ædificatis oratoriis, duo monaſteria congregauit. Quodam autem tempore aduenientes homines peregrini, reliquias ſanctorum detulerunt ſecũ. quas ſuper altare baſilicæ ſancti Martini Turonis locauerunt, quaſi in craſtinum profecturi Adfuit ei Brachio Abbas, qui vigilans in baſilica, circa medium fere noctis, vidit quaſi globum ignis immenſi ſanctis pignoribus emicare & vſq; ad tẽpli cameram cũ lumine magno cõſcendere. Quod non eſt dubiũ aliquid fuiſſe diuinum: nulli tamen de aſtantibus aliis, niſi illi tantum, fuit oſtenſum. Poſt hæc autem regreſſus eſt Aruernũ ad prius monaſterium in quo per quinque annos inhabitans, venit Turonos ſtabilitiſq; Abbatib. in monaſteriis ſupradictis, Aruernum regreſſus eſt. Cum ad
C priorem cellulam reſideret, in monaſterium Manatenſe, quod, per incuriam abbatis lntepuerat, ordinatur; vt ſcilicet eius ſtudio congregatio ipſa canonice regeretur. Erat enim caſtiſſimæ conuerſationis, ſed & alios ſtrenue diſtringebat caſtam gerere vitam, qui erat ſuauis colloquio, & blandus affatu. In tranſgreſſoribus vero regulæ ita ſeuerus habebatur, vt aliquoties putaret eſſe crudelis. In ieiuniis, vigiliiſque, & charitate perfectum reddiderat virum. Cumq; tempus migrationis appropinquaret, vidit in viſu, ſicut ipſe beato Auito epiſcopo retulit, ductum ſe ad æthera in præſentiam domini, ibique Seraphin obumbrare maieſtatem domini: & Eſaiæ prophetæ verba, quæ vaticinaturus erat intimare, turba circunſtãte angelorum, in laudẽ Dei voces ſedẽtes æthereas, & in hac ſeraphim obumbrare maieſtatem Eſayam prophetam extenſo volumine, verba quæ vaticinaturus erat clamare: Dumq; hoc attonitus ſpectaret, expergefactus, ſomniumq; ſuum attente diſcutiens, & finem vitæ ſuæ, domino reuelãte, cognoſceret: dicit abbati quem in priorem ſtatuerat in monaſterio, Locus ille ſecus fluuiũ, in quo oratorium facere putabã, iocundus eſt valde. Ideo rogo, vt quod ego volui tu expleas, atque illuc oſſa mea transferre non abnuas. Quo migrante, & in oratorio prioris cel-
D lulæ ſepulto, cum Abbas iniunctum cuperet opus explere, nutu Dei lapides coctos antiquitus & fundamentum, in ea menſura qua ipſe ponere cogitabat, nactus eſt: perfectoque ædificio, detexit abbatis ſepulchrum. Quo patefacto, reperit corpuſculum illæſum, vt putaretur ante diem alterum fuiſſe defunctum, & ſic cum gaudio, proſequente caterua monachorum quam ipſe edocuerat, in locum illum poſt duos annos tranſlatus eſt.

De ſancto Lupicino.

CAP. VII.

ATHletæ Chriſti, atque triumphatores mundi, vitæ iſtius fugitiuæ iacturam facere cupientes, pertendere ad illam vitam voluerunt, quæ in exultatione perpetua manet quæ nullo gemitu obſtrepit, nec quoquam fine concluditur, cuius lumen numquam extinguetur, cuius ſerenitas nulla obſcuritate nubis obtegitur: Ideoque ſemper præſentium dolorum contumelias pro nihilo habuerunt, ſcientes ſe, in paucis vexatos, in multis bene diſponẽdos: & ob hoc qui ſi quis ille eſt, qui in iſto agone contendit, metu non terretur, pœna non ſoluitur, dolore non frangitur. Vt tantũ illa æternæ iocũditatis amœnitate, cum electis Dei, perfrui mereatur: Sicut multos feciſſe nouimus, de ſanctis viris, quorum nunc vita tractatur aut legitur. Igitur Lupicinus quidam magnæ ſanctitatis, fortiſſimuſq; in operibus Dei, qui primũ eleemoſynã per domos deuotorũ depoſcens, quæq; acquirere potuiſſet, ſibi ſimilibus erogabat; ad extremũ iam mediam habens ætatem, ad vicũ Berberenſem, qui nunc Lipidiaco dicitur, veniens, parietes antiquos repperit, ibiq; recluſus ab omnium ſe hominum aſpectibus inhibebat, ac per modicam feneſtellam parumper panis vel aquæ accipiens, quod ei aliquotiens cum eſſet valde exiguum vſq; ad diem tertium perdurabat. Aqua enim per canalem paruulũ inferebatur. Feneſtella vero velo operiebatur. Vtriuſque tamen rei aditus ita obtectus erat, vt nullos beatos eius vultus poſſet aduertere, & dum ibi hem die noctuque in Dei laude, pſalmorum modulis delectatur, tormentũ ſibi, quod corpuſculum plus grauaret, adhibuit. Non immemor illud apoſtoli, quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Lapidem namque grandem, quẽ duo homines vix leuare potuerant, ceruici impoſitum, tota die, dum Deo caneret, per cellulam deportabat: Nocte autem ad additamentum iniuriæ in virga, quam manu gerebat, duas defixerat ſudes deſuper acumina patans, quæ ad mentum ſuum, ne ſomnũ caperet, ſupponebat. Denique ad extremum vitæ tempus, corrupto pectore, à pondere ſaxi ſanguinem per os eiicere cœpit, quem per parietes præſentes proiiciens, ſpuebat: ſed & plerumq; fidelibus viris nocte, ad cellulam clàm appropinquantibus, quaſi vox multorum pſallentium, reſonabat: ſed & multos infirmos & præſertim, ab acceſſionibus frigoriticis vel puſtulis malis, oppreſſos tactu tantum, vel ſigno ſalutari impoſito ſanitati reſtituebat. Cum autem iam ſenio inclinatus eſſet, vocauit miniſtrum ſuum, dicens: Prætierito tempore occulendi, manifeſtandi tempus aduenit: ſcito ergo me poſt triduum ab hoc ſæculo liberandũ: Voca nunc fideles quoſque fratres & filios quibus ſum vale dicturus, vt veniant ad nos viſitandum Illuceſcente autẽ die tertia confluentib. fratribus, oſtiũ quod clauſum erat aperuit, atq; ingredientibus cunctis, qui aderant, conſalutatis deoſculatiſq;, orationem fudit ad dominum, dicens: Gratias tibi ago, domine Ieſu Chriſte qui me ſaluari iuſſiſti ab huius mundi impedimentis, & ita me fouere dignatus es in hoc ſæculo, vt nihil ſuum in me auctor criminis inueniret: & conuerſus ad plebem, ait, Magnificate quæſo, dilectiſſimi, dominũ mecum, & exaltemus nomen eius in commune, qui me erectũ de ſtercore, erutum de tenebrarum opere, amicorum ſuorũ fecit eſſe conſortem; Qui miſit angelum ſuum ad me accerſendum ab hac mundana ſtatione, & pollicitus eſt me in requiem ſempiternam perducere, vt collega amicis eius effectus mereret regno eius aſcribi. O beatum virum qui ita conſolari meruit in hoc corpore, vt prius cognoſceret quo erat fruiturus in cœlo, quam migraret à ſæculo, Meruitq; hic obtinere apud diuinam potentiã quod Dauid ſæpius decantabat, Notum fac mihi, domine, finem meum, & numerum dierũ meorum, vt ſciam quid deſit mihi. Dehinc humo incũbens, ſpiritũ cœlo intentũ præmiſit ad dominum. Tunc omnes in fletu proſtrati, alii plantas oſculantur, alii fimbrias veſtimenti diripiunt, alii de pariete beatum ſanguinem, qui ab eius fuerat ore proiectus, inter ſe certãtes excudunt. Miſerum ſe quiſq, dicebat ſi immunis ab eius pignoribus diſceſſiſſet. Teſtis eſt hodie quoque & ipſe paries qui tot foſſulis patet, quot ab ore beati confeſſoris ſputos emeruit; Teſtis eſt & ipſe canalis de quo vir beatus aquam ſumpſit ad vſus, de quo fideliter oſculãtes hauriũt ſanitatem: Nam vidi ego multos qui euulſos à pariete ſacrati oris ſputos, in diuerſis infirmitatibus poſitu, meruerunt accipere medicinam. Deniq; hoc (vt diximus) defuncto, affuit quædã matrona quæ ablutum dignis induit veſtimentis, & cum eum ad vicum Tranſalienſim inferre vellet, reſtitit ei populus pagi Lipidacenſis, dicens: Noſtrum hunc ſolum fouit, nobis corporis eius glebã debetur. Matrona autem reſpondebat ad hæc, ſi aliqua de victus eius exprobratis neceſſitate ſæpius ei ego &

A triticum miſi,& ordeum,quod vel ille ſumeret, vel alijs miniſtraret. At illi dicebant, Noſtri generis homo effect⁹ eſt, noſtri fluminis aquas hauſit, noſtra eum terra cœlo tranſmiſit. Aequumne ergo eſt vt tu,de terra aliena veniens, rapias eum de manu noſtra? Noueris enim qui non hoc ſuſtinet et quiſquā noſtrum,ſed hic ſepelietur. Matrona reſpondit, Si germen ſtirpis eius inquiritis, ex alijs hic regionibus aduentauit: Si aquas fluminis ingentis, parum ſitim eius mollierunt,quam potius è cœco manans fons ille reſtinxit. Cumque hæc & huiuſmodi inter ſe verba proferrent,& Lipidiacenſes, effoſſa humo & depoſito ſarcophago,eum ſepelire niterentur: conuocatis matrona auxilijs, fugatis Pagenſibus, rapuit ſanctum corp⁹, ac ferre cœpit in pheretro ad vicum Tranſaliacenſem, depoſitis in itinere pſallentium turmis,cum crucibus cæreis,atque odore flagrantis thimiamatis,quod illi cernentes,pœnitentia moti,miſerunt poſt matronam,dicentes: Peccauimus, reſiſtēdo tibi: profecto enim cognoſcimus in hoc eſſe domini voluntatem. Nunc autē petimus vt non abiiciamur ab huius funeris obſequiis, B ſed admittamur officiis eius: illa quoque permittente vt ſequerentur, coniunctus eſt vterque populus, & ſic pariter vſq; ad Tranſaliacenſem vicum venientes,celebratis miſſis, beatum corpus cū ſummo honore, gaudioq;, ſepelierunt in quo vico ſæpius ſe beatiſſimus in virtutibus declarauit. Sed & Lipidiaco, vt ſupra præfati ſumus, plerumque opus eius ſanctum oſtenditur: Vterque n. locus vnius ſancti præſidus communitur,& fortaſſis quorumdam incredibilium latratus de his conatur obſtrepere; Nouerit à me viſum Deodatum presbyterum ſummam octogenarii æui ferentem, qui mihi hæc, vt ſcripta ſunt,contulit; confirmans ſacramento nihil ſe de his admixto mendacio enarraſſe.

De ſancto Martio Abbate.

CAP. VIII.

Magnum nobis diuina pietas largitur augmētum, cum delictis noſtris fieri præcepit de remiſſione refugium, negligentibus ignoſcamus, ſi indulgeamus lædentibus,ſi odientibus nos è contrario commodum benedictionis impertiamus Dicente domino Ieſu Chriſto, Diligite inimicos C veſtros,benefacite his qui oderunt vos,& orate pro calumniantibus & perſequentibus vos, vt ſitis filii patris veſtri qui in cælis eſt. Ecce quam magnum theſaurum congregat contemptus iræ, reconciliatio damnati, remiſſio iudicati, filium de Dei patris facit, cohæredem Chriſti adſcribit, cæleſtibus regnis habitatorem ſtatuit. Vnde manifeſtum eſt oblita delicta eius in cælo, qui delinquenti beneficiū veniæ impertitur in ſæculo. Sic enim dominici oris ſententia prolata teſtatur Si (inquit) dimiſeritis hominib. peccata eorū, dimittet & pater veſter cæleſtis peccata veſtra. Cum vero ſupplices famulos docet orare, ait, Sic enim dicetis ad patrem, Dimitte nobis debita noſtra, quemadmodum & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hic igitur ſanctus Martius beatus Abbas,ſanctitate præclarus, diuinis eruditus ſtudiis huius ſententiæ bonum retinuit corde, vt libenter dimitteret delinquenti: & non ſolū ignouit noxam,verum etiā munere præbuit gratiam, ne in aliquo vilem redderet culpari perſonam. Sed ante de conuerſatione eius pauca locuturi ſumus priuſquam ad huius gratiæ beneficium accedamus. Igitur beatiſſimus Martius, Aruernæ vrbis Abbas, eiuſdem D territorii fuiſſe incola fertur: & à pueritia ſua religioſam agens vitam, totum ſe Dei operib. dedicauit. Erat enim parcus in cibis, largus in eleemoſinis, promptus in vigiliis, in orationib. valde deuotus, Totis viribus luxuriam abſtinentiæ freno, ac parcitatis agone coercens, ne ſibi aliquid ſubrepere poſſet. Non immerito Martius vocitatus, q Marte triumphali pullulantes actionum mortalium cogitationes, gladio ſpiritus ſancti, in ipſo dimicationis exordio ſuccidebat, non ſurde auditor apoſtolicæ exhortationis dicta commemorans. Accingite vos armatura Dei & gladio ſpiritus ſancti, vt poſſitis ignita diaboli tela contēnere. Cumq; ad illam ætatis legitimæ perfectionē veniſſet, & tanquā ſydus egregium in hac vrbe fulgere; adhuc aliquid ſibi deeſſe putans haud procul ab ea ſeceſſit: Acceptoq; ſarculo, montem lapideum cædere cœpit, in quo cellulas ſculpēs, habitacula

E ſibi patuula fecit: Scilicet vt arctius ſobrietatis cathena cōſtrictus, facilius Deo omnipotenti precum thura, laudationumq; holocauſtomata ſuper cordis mundi altare proferret, recolens dominum dixiſſe per euangelium: Intra in cubiculū, & clauſo oſtio ora patrem tuum, & pater tuus qui videt in abſcōſo, reddet tibi. Sciebat enim & angelicæ ſibi viſitationis conſolationem adfore, ſi ſe ab humanis aſpectibus longius amouiſſet In hac ergo rupe cauati mōtis habitationis, vt diximus, neceſſaria præparabat; formans in antris, ex ipſo lapide, ſcamnū & cellulam, ſiue lectulū in quo poſt laborem multum feſſi corpuſculi requiem indulgeret: ſed erant hęc immobilia, quia ex ipſo lapide inciſæ maſſæ ipſi petræ inhærebant: nihil aūt ſuper eam cum quieſceret ſternebat, niſi tantum cum veſtimento, quo indutus erat, decumbebat: nec alios habens tapetes, plumellas, aut ſtragula quo hæc operirentur, niſi cum ipſe deſuper conſediſſet: nihil n. habebat propriū, niſi Dei cultū, in quo indeficiens permanebat: Victum ei interdū deuotorū largitio miniſtrabat omniq; & æternus dominus, qui iugiter glorificat ſanctos ſuos cœpit cæleſte famuli meritum terrigenis declarare, vel qua F lis eſſet cultor ſuæ diuinitatis oſtendere, dum ei curationū gratiam dignatus eſt impertire. Nam dæmones de obſeſſis corporib. in nomine Ieſu Chriſti, verbo fugabat: Venenum malæ puſtulæ, crucis ſignaculo, opprimebat: quartanis, tertianiſue febrib. infuſo benedicti olei liquore medebatur: & multa alia beneficia populis, annuente largitore bonorum omnium tribuebat. Ad tanti viri famā cœpérunt quidam ad eum confluere, gaudentes eius inſtrui diſciplinis. Quid plura? Collegit viros format monachos, efficit ad opus Dei perfectos: Erat n. ei magna patientia, tāntamq; aduerſus ſuſtinēdatum iniuriarū tela, ſumpſerat bonitatē vt putares eum lorica dulcedinis eſſe vallatum Erat aūt monachis hortus, diuerſorum olerū copia ingēti refertus, arborumq, fructuum & amœnus viſib. & fertilitate iocundus; ſub quarū arborū vmbraculo, ſuſurrantib. auræ ſibilo foliis, Beatus ſenex plerumq, ſedebat Quidam aūt imprudens & ſine timore Dei, gulæ circumſcriptus deſiderio, effracta ſæpe, horti furtiuo eſt ingreſſus aſcenſu, ſicut dominus exprobrat in euangelio quia qui non intrat p ianuam, hic fur eſt & latro. Porro aūt erat noctis tempus, nec n. poterant hæc, niſi in nocte, perpetrari: quia omnis, qui male agit, odit lucē. Hic vero colle- G ctis olerib. cepiſq;, & aliis, ſiue pomis, oneratus faſce fraudis iniquæ, ad aditū quo ingreſſus fuerat pergit, ſed nequaquā reppetit vt egrederetur: grauatus onere conſcientiæ terretur, & inter labores ponderū alta ſuſpiria ducit: ſuſtentatur interdum ſuper columnas arborum. Circuit iterū, iterumq; omnem abitum horti, & non modo oſtium nō repperit: verum etiam nec ipſum quē inter nocturnas tenebras patefecit aduertit ingreſſum: torquetur n. duplici cruciatus dolore ne aut teneatur à monachis, aut à iudice capiatur. Inter has cogitationum faces nox ei elongatur: Iubar lucis deſideratæ non redditur Abbas vero in pſallentio noctem ducit &, vt credo, reuelante Deo, q̄ gerebantur agnoſcit. Etenim albeſcente iam polo, vocat præpoſitum, dicens, Accurre velocius ad hortum: Bos enim petulcus ingreſſus eſt in eum, ſed nihil læſit ex eo. Accede nunc, & impoſitis neceſſariis dimitte eum: Sic n. legitur, boui trituranti os non colligabis. Præpoſitus quoq;, non intelligens quæ narraret, abiit implere iuſſionem. Quem cum vidiſſet homo appropinquan- H tē, proiectis in terrā quæ ſumpſerat, fugere cœpit: ac, inter ſpinas & rubos caput immergit &, in modum porcorum, aditum vnde egrederetur, ictu facili conatur aperire: quem monachus apprehendens, ait, Ne timeas, fili, q̄a ſenior noſter miſit me, vt ducā te ab hoc loco. Tunc collectis monachus q̄ ille proiecerat, tam pomis quā olerib. impoſuit humeris eius, & aperto oſtio dimiſit eū, dicens: Vade in pace, & ne vltra repetas, quæ, ignauia comitāte, geſſiſti. Ipſe quoque ſacerdos, velut iubar veri luminis in orbe reſplendens, infirmitatū morbida virtutū efficacia pellebat aſſidue. Niuardus quidā diuturna febre detētus, dum aquas æſtuās ab ardore, haurit aſſidue ab hydrope intumultata vt tā venter, q̄ ſtomachus, in modum veſicæ cerneretur extenſus. In deſperatione ergo p tali infirmitate, poſit⁹ deferri ſe ad ſanctū beneficio plauſtri, depoſcit. Denique eleuatur à lectulo: imponitur ſuper vehiculum, atq; ad cellulam ſancti marty-

A ris perducitur, deprecãs humiliter vt ſibi ſacerdos Dei ma-
nus imponeret. At ille, proſtratus in oratione corã domino
conuerſus eſt ad infirmum, Tactuq; blandiſſimo eius mẽ-
bra contrectans eum, in contemplatione adſtantiũ, reddi-
dit ſanum: Nam ita fertur tumor omnis ante digitos eius
aufugiſſe de corpore obſeſſo, vt nullum in eo vlterius ægri-
tudinis huius remaneret indiciũ. Hæc autem à mei genito-
ris relatione cognoui; eo q; ei fuerat hic Nunardus in ami-
citiæ cõiunctione deuinctus: Aſſerebat aũt idem vidiſſe ſe
ſanctum his verbis, Cum eſſet adhoc puer quaſi annorum
vndecim, ab illo tertianarum accenſu febrium occupatur.
Tunc amici apprehenſum puerum duxerũt ad virum Dei.
Erat enim iam ſenex & proximus reſolutionis diei, caliga-
bantq; oculi eius. Poſita vero manu ſuper puerum ait, Quis
eſt hic, vel cuius eſt filius? Reſponderunt, Famulus tuus eſt
puer Florentius, Georgii quondam filius ſenatoris. Et ille,
Benedicat (inquit) tibi dominus Deus, fili, & ſanare digne-
tur languores tuos. At ille, oſculans manus eius, & gratias
agens, abſceſſit ſanus. Adſerebat n. nunquam deinceps ſe,
B in omni vita ſua, ab hoc contagio fuiſſe pulſatum. Ipſe autẽ
iam ætate nonagenaria, bono deſudans certamine, conſum-
mato curſu vitæ, ſeruans in Deo fidem, ad illam coronam
iuſtitiæ, quam in illa retributionis die redditurus eſt ei do-
minus, commigrauit. Dehinc cum ſummo honore ablutus
dignisque veſtimentis indutus, infra oratorium monaſterii
eſt ſepultus. Quod autem beatum eius tumulum diuinis
virtutibus illuſtretur, ipſa, quæ aſſiſtit caterua poterit conte-
ſtari; Quæ cum infirmos mittit ad tumulum e templo in-
columes remittit ad domum: Nam cum diuerſis partibus
confluentes, deferenteſq; morborum genera ibi capiant
medicinam frigoriticorum tamen vibrantia tremore mem-
bra ſæpius ad ſoliditatem integram reſtaurantur. Tribuen-
te hoc domino noſtro Ieſu Chriſto qui glorificat illuſtribus
miraculis ſanctorum nunc tumulos, quondam mortuos re-
ducens è tumulis; Ipſi gloria in ſecula ſeculorum.

De ſancto Venantio Abbate.

CAP. IX.

C SOlitarium atque multiplex donum eccleſiis, populiſq;
terrigenis cœleſtis potentia præſtat cum largitor iugiter
ſeculo, non modo peccatorum ſuffragatores, verum etiam
vitæ doctores æternæ: quod vtrumque cernitur, dum à maie-
ſtate diuina tribuitur: multiplex, quia cunctis, qui expetere
voluerint, affluenter indulgetur; iuxta illud. Petite & acci-
pietis, & reliqua. Vnde vigilanter inceſſanterque debet in-
ueſtigare mens humana ſanctorum vitam, vt hoc prouoca-
ta ſtudio, a ceniũ exemplo, ad ea ſemper extendatur, quæ
Deo nouit eſſe acceptabilia vt ab ipſo vel mereatur erui, vel
poſſit audiri. Hæc autem ab eius maieſtate quærebant ſan-
cti percipere, poſcentes iugiter vt ipſe inſinuaret cordi, ipſe
perficeret in opere, ipſe loqueretur in ore. Quo facili⁹ pur-
gata mens, cogitatione, eloquio, actione cogitaret ſancta,
loqueretur iuſta, operaretur honeſta. Vnde factum eſt vt, dũ
in his, quæ diuinitate ſunt placita, famulabantur, obtinerẽt
ſibi remitti peccati debitum, eruerentur à cœni ſordentis
contagio, cœleſte pro meritis inuitarentur ad regnũ. Pone-
bant etiam & prædeceſſorum exempla ante oculos ſuos; atq;
omnipotentem dominum, pro eorum affectibus, collauda-
D bant, quorum (vt diximus) exempla ſequi meditabantur.
Vnde & nos in præconio, deuoti Deo famuli Venantii abba-
tis eſſe nitentes, diuinitati potius dona ſua referimus, quia
dexteram eius manifeſtum eſt effeciſſe, quod ſanctos con-
ſtitit operatos eſſe; deprecantes vt aperiat os meum ad pub-
licanda opera antiſtitis ſui. quia ſicut eſſe nos recognoſcim⁹
ſcientia tenues, ita nouimus conſcientia peccatores. Igitur
beatus Venantius Biturigi territorii incola fuit, parentibus,
ſecundum ſeculi dignitatẽ, ingenuis atque catholicis. Qui,
dum eſſet iuuenili ætate florens, à parentibus ſponſali vin-
culo obligatur. Cumq;, vt ætati huic conuenit, amori ſe pu-
ellari præſtaret affabilem, & eum poculis frequentib. etiam
calciamenta deferret, contigit vt ad vrbem Turonicam, do-
mino inſpirante, veniret. Erat n. tunc temporis monaſteriũ
baſilicæ ſancti Martini propinquum, in quo Silinus Ab-

E bat gregem Deo deuotum regulari ſceptro regebat; ad hoc
vir iſte deuotus accedens, virtuteſq; cernens beati Marti-
ni, ait intra ſe (vt coniicio) melius eſt ſeruire impollutum
Chriſto, quam per copulam nuptialem contagio inuolui
mundano. Relinquã ſponſam territorii Biturigi & annectar
Catholicæ, per fidem eccleſiæ; vt, quæ credo corde, & iam
opere merear effectui condonare. Hęc intra ſe voluens, ad-
uenit ad intedictum Abbatem. Prouolutuſq; ad pedes eius,
quod intimo corde gereret, cum lacbrymis patefecit. At il-
le, gratias agens Deo pro fide pueri, addita etiam prædica-
tione ſacerdotali, iuuenem totondit; & gregi monaſteriali
adſciuit. Ex hoc ſe in humilitate fratribus exhibens, chari-
tatem cum omnibus diligens, in tantum ſanctitatis apicem
euectus aſſeritur, vt ab omnibus, tanquam parens proxi-
mus, ſummo ſtudio coleretur. Vnde factum eſt vt, decedẽ-
te abbate iam dicti monaſterii, ipſe in loco Abbatis eligen-
tibus fratribus, ſubſtitueretur. Denique quadam dominica
ad miſſarum celebranda ſolennia inuitatur: Dixitq; fratri-
F bus, Iam n. oculi mei caligine obteguntur, nec poſſum li-
bellum aſpicere. Presbytero igitur hæc alteri agenda man-
date. Dicente igitur presbytero, ipſe proximus adſtitit: Ven-
tum que eſt vt ſanctum munus, iuxta morem catholicum,
ſigno crucis ſuperpoſito, benediceretur. At ille intuitus, vi-
dit quaſi ad feneſtram abſidæ ſcalam poſitam, & quaſi de-
ſcendẽtem per eam virum ſenem, clericatus honore vene-
rabilem, atque oblatum altario ſacrificium dextera extenſa
benedicentem. Hæc enim agebantur in baſilica ſancti Mar-
tini, quod nullus videre meruit niſi ipſe tantum. Reliqui ve-
ro, cur non viderint, ignoramus. Ipſe tamen deinceps fra-
tribus retulit: Nec enim eſt dubium hæc fideli famulo do-
minum demonſtraſſe; cui etiam dignatus eſt arcanorum ſe-
creta cœleſtium reuelare. Nam idem, dum de baſilicis ſan-
ctorum die dominica expleta oratione reuerteretur, ſuper
bacillum ſuſtentatus, in medio confeſſoris atrio, erectis au-
ribus, oculiſque ad cœlum diutiſſime attentis, ſtetit immo-
bilis. Deinde, motus à loco, cœpit dare gemitus, ac ſuſpiria
longa producere. Interrogatuſque à ſuis quid hoc eſſet, aut,
ſi aliquid diuinũ fuiſſet intuitus, enarraret. Reſpondit Væh
nobis inertibus & pigris. Ecce iam in cœlo miſſarum ſolen-
nia expediuntur: & nos ſegnes, nec inchoare cœpimus hu-
G ius myſterii ſacramentum. Vere (inquit) dico vobis, quod
ego audiui voces angelorũ in cœlis ſanctus in laude domi-
ni proclamantes: &, dicto citius, in monaſterio miſſarum
ſolennia iuſſit expleri. Sed nec illud prætcribo quod quadã
vice, dum iuxta conſuetudinem (vt ſupra diximus) de baſili-
cis quas, orationis gratia, adierat, repedaret, & in baſilica ad
miſſas dominicæ orationis verba decantarentur; cum illi
dixerunt, Libera nos à malo, audiuit è tumulo cuiuſdam vo-
cem dicentem ſimiliter: Libera nos à malo. Quod non ſine
perfectionis merito cenſetur, vt hæc meruiſſet audire: ſed &
ad Paſſini presbyteri tumulum veniens, & qualitatem eius
meriti & quantitatẽ refrigerii ipſo docente, cognouit & li-
cet hæc magna ſint, ad illam tamen ſalutatum gratiam, quã
per eum dominus infirmis protulit, libet accedere. Non n.
ambigitur quod per eũ, ſicut ſupra diximus, operata ſit dex-
tera Dei; cui iſta quæ memorauimus tanta voluit reuelare.
Puerulus n. quidam, Paulus nomine, crurum poplitũq; gra-
ui dolore vexatus, ſanctum adiit: Proſtratuſq; genibus eius
exurare cœpit, vt ei medicinam, oratione ſua, à domini mi-
ſericordia obtineat impertiri. Qui protinus oratione facta,
oleo benedicto palpãs membra infirmi, eum ſuper lectulũ
ſuum requieſcere fecit. Quo paululũ quieſcente poſt vnius,
H horæ curriculum ſurgere iubet. Qui conſorgens, ſanus ma-
tri ſuę ſancti eſt manibus reſtitutus. Pharetri cuiuſdam ſer-
uus, infenſus domino hui⁹ ſacerdotis, oratorium expetiuit:
Sed ille elatus ſuperbia, abſente beato viro, ſeruũ abſtrahit,
ceciditque: ſed mox à febre correptus, ſpiritum exhalauit.
Quartanarum, tertianarumve, vel reliquarum accenſus fe-
brium, oratione facta ſæpius mitigauit. Venenum malę pu-
ſtulæ, impoſito ſalutari ſigno reſtrinxit. Obſeſſos dæmonib.
inuocato Trinitatis nomine, emundauit: Nam ſurgente eo
quadam nocte de ſtratu ſuo ad reddendũ officiũ, vidit duos
arietes magnos ſuis foribus aſſiſtentes, quaſi præſtolantes
aduentum eius: Quo viſo furibundi ad eum cum impetu
valido diriguntur. At ille, ſignũ crucis opponens, illis eua-

A neſcentibus abſque metu oratorium eſt ingreſſus. Alia nocte regreſſus ab oratorio, inuenit cellulam ſuam plenam dæmoniis: Dixitque eis, Vnde venitis? A Roma, aiunt, heſterna die egreſſi, ad hunc locum acceſſimus: Quibus ille, Abſcedite (inquit) deteſtabiles, & nolite accedere ad locū in quo nomen domini inuocatur. Hæc eo dicente, ſicut fumus euanuerunt. His & talibus virtutum magnarum gratia pollens, impleto vitæ præſentis curriculo, vitam percepturus æternam, emicuit ſæculo; Cuius beatum ſepulchrū, miraculorum illuſtriū effectu, plerumq; redditur glorioſum. Maſcarpionis, ſerui ipſius monaſterii, mentē iniquus dæmon obſederat, qui per triū annorum curricula energuminꝰ factus, ad ſepulcrū beati viri debacchans, tandem eius eſt (vt credimus) oratione, eiecto dæmone, expurgatus multos deinceps mente integra viuens annos. Iuliani coniunx, quartanæ febris accenſu laborans, vt ſepulchrum beati viri attigit, compreſſo ardore ac tremore corporali ſanata diſceſſit. Simili ſorte & Baudimundi vxor ab hac febre laborabat, ſed vbi ad lectulum ſancti viri proſtrata fudit orationem, mox incolumitate reſtituta, conualuit. Multa quidem & alia de B eo audiuimus, ſed ſufficere hæc ad credulitatem catholicorum, quæ ſcripta ſunt, arbitramur.

De Vrſo & Leubatio, ſeu Leupatio, Abbatibus.

CAP. X.

LEgiſeri vatis oraculum cum de principio principium fandi ſumpſiſſet, & dominum extendiſſe cœlos dextra maieſtatis fuiſſet effatum, ait: Et fecit duo luminaria magna & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cœli, vt præeſſent diei ac nocti, vt lucerent in firmamento cœli: ſit nunc & in illo mentis humanæ cœlo, ſicut priorum ſanxit auctoritas, luminaria magna dedit, Chriſtum ſcilicet & eccleſiā eius quæ luceant in tenebris ignorantiæ, & illuminent ſenſus humilitatis noſtræ, ſicut Ioannes euangeliſta de ipſo domino ait: quia hic eſt lux mundi, quæ illuminat omnem hominē venientē in hunc mundum. Poſuit etiā in eo & ſtellas; patriarchas videlicet, prophetas, apoſtoloſq; qui vel doctrinis nos erudiant, vel mirabilibus ſuis illuminant, ſicut in euangelio C ait: quia vos eſtis lux huius mundi, & ſic luceat lux veſtra corā hominibus vt videant opera veſtra bona corā & glorificent patrē veſtrū qui eſt in cœlis. Hi n. apoſtoli merito tota accipiuntur eccleſia, q̄ non habens rugam aut maculam impolluta ſubſiſtit, ſicut apoſtolus ait: Quia ipſe ſibi exhibuit eccleſiā mundam, non habentē maculā aut rugam, aut aliquid huiuſcemodi. Ex horū ergo doctrina & vſq; ad noſtra fuerūt tēpora, qui in hoc ſæculo, quaſi aſtrorū iubar, nō ſolū meritorū radiātes luce, verumetiā dogmatū magnitudine coruſcantes, orbē totū radio ſuæ prædicationis illuſtrauerūt. Euntes per loca ſingula prædicando, ac monaſteria ad diuinum cultū locādo, docendo homines à curis ſæcularibus abſtinere, & relictis tenebris cōcupiſcētiæ, Deū verū ſequi per quē facta ſunt omnia ſicut de Vrſo Leobatioque abbatibus fideliū fratrū relatio ſignat. Igitur Vrſus abbas, Caduricinæ vrbis incola fuit, ab ineunte ætate religioſus, & in Dei amore deuotus; de quo egreſſus loco, Bituricum terminum eſt ingreſſus, fundatiſq; monaſteriis apud Tauſiriacū Oniam, atq; Pontiniacum, ſtabilitiſq; præpoſitis ſanctitate honorificis diſpenſatione libratis Turonicum territorium eſt ingreſſus & ad locum, quem Senaparium vocitari priſcus inſtituit an- D ctor, acceſſit: ædificatoq; oratorio monaſterium ſtabiliuit, commiſſaq; Leubatio præpoſito ſumma regulæ, monaſterium aliud ſtatuit quod nunc Locis vocant, ſitum ſcilicet ſuper fluuium Angerē receſſu montis, cui nunc caſtrum ſupereminet, ipſo nomine vt monaſterium vocitatū. Vbi, adiūcta cōgregatione, ſtatuit apud animum ſuum ne vltra alium proficiſceretur in locū, ſed in eo cum omni congregatione manibus propriis operari, & victū à terra in ſudore vultus exigere, illud fratrib. inter reliqua prædicationum dona cōmendans, q Paulus apoſtolus ait: Labora manibus, vt habeas vnde poſſis retribuere neceſſitatem patientibus: & illud, qa qui non laborat, nec manducet. Dedit aūt ei dominus & gratiam curationis, ita vt in iuſſiatis energuminis protinus dæmonia eiicerentur à corporibus [illegible]ſeſſis: ſed & alias per eū dominus dignatus eſt operari virtutes. Erat n. abſtinens à cibis & potu; Indicens monachis ſine ceſſatione auertere E oculum & cogitationem ab omni luxuria. Dum autem hæc ageret, ſe fratres molam manu vertentes, triticū ad victus neceſſaria cōminuerent, pro labore fratrū viſum eſt ei molendinū, in ipſo Angeris fluuii alueo, ſtabilire: Defixiſq; flumē palis, aggregatis lapidū magnorū aceruis, excluſam fecit, atq; aquam canale collegit: Cuius impetu rotam fabricæ in magna volubilitate vertere cœpit. Hoc opere laborem monachorum releuans, atq; vni fratrum delegans, opus neceſſarium implebatur. Hanc autem fabricam Sichlarius quidā Gothus, qui magno cum Alarico rege amore diligebatur, æmulus monaſterio concupiuit, dixitq; Abbati: dona mihi hoc molendinum, vt ſit ſub ditione mea, & quod volueris repenſabo: Cui ille, Cum grandi, inquit, labore paupertas noſtra ſtatuit, & nunc nō poſſumꝰ ipſum donare, ne fratres F mei fame pereant. Et ille, Si vis inquit ipſum bona voluntate tribuere, gratias ago; ſi nō, vi ipſum auferam, aut certe faciā aliud cuius excluſis aqua retrorſum conuerſa, totam tuā vertere amplius nō permittam. Abbas reſpōdit: Non facies autē quod Deus non voluerit. Nam à nobis ipſum penitus non accipies. Tunc Sichlarius feruens felle, ſimilē ſub hoc fabricā adaptauit. Cumq; aqua retrorſum cōuerſa, ſub huꝰ operis rotam inundans, gurgitem feciſſet, reſtitit prorſus, nec omnino verti potuit, vt conſueuerat. Venitq; cuſtos eius ad Abbatem, media, vt ferunt, nocte illo in oratorio cum fratribus vigilantē, & ait: Surge, Abbas, deprecare attentius dominum: reſtitit n. rota molendini ab inondatione canalis alieni quem Sichlarius fecit. At ille hæc audiens miſit cōfeſtim fratres ſingulos ad monaſteria illa quę ſtatuerat, dicens: Proſternite vos in oratione, & non ſit vobis opus aliud, donec iterum ad vos dirigam. Sed & ipſe non egreſſus ab oratorio, deprecans dominū attente, ac præſtolans aduētus eius miſericordiam ſic fecit per integros duos dies, totidēq; noctes: Tertia iam illuceſcente die, acceſſit iterum monachus ille qui cuſtos fuerat, nuntians totam fabricæ ſuæ, iuxta cōſuetudinē priorē, in ſumma verti velocitate. Egreſſuſq; abbas cum fratribus de oratorio, accedit ad littus, cōſpicienſq; molendinum, q Sichlarius fecerat, non reppe- G rit: Accedenſq; ad littus, & fundum aluei intuens, nullum indicium de eo accepit. De quo nō quicquā ligni nō lapidis non ferri, nec vllius vnquā genus indicii potuit oſtendi, niſi quod coniici potuit, ipſo quo fabricatum fuerat loco, virtute diuina dehiſcens, ab oculis hominum ablatū. Tunc miſit nuntios ad fratres, dicens: Requieſcite iam à labore, qa vltus eſt Deus iniuriam fratrum noſtrorum. His & talib. virtutibus præditus, conſummato curſu vitæ, migrauit ad dominū; Ad cuius tumulū poſtea & energumini, ſicut & cæci illuminati ſunt. Poſt cuius obitum præpoſiti, qui per monaſteria erant, abbatum officium, epiſcopis largientibus, ſuſceperunt. Sed & Leubatius apud Senaparium monaſterium quod intra terminum Toronicum erat Abbas inſtituitur: In ſumma ſanctitate, ac ſenectute perdurans, ibique & obiit ac ſepultus eſt.

De beata Monegunde.

CAP. XI.

INſignia diuinorū beneficiorū chariſmata, quæ humano H generi cælitus ſunt indulta, nec ſenſu concipi, nec verbis effari, nec ſcripturis poterunt comprehendi; cum ipſe ſaluator mundi ab illo rudis ſæculi exordio patriarchis ſe præſtat videri, prophetis annuntiari, ad extremum ſemper virginis intactæq; Mariæ dignatur vtero ſuſcipi: & præpotens, immortaliſq; creator mortalis carnis patitur amictu veſtiri, mortem pro hominis peccato mortis reparatione adire, victorq; reſurgere, qui nos grauium facinorum ſpiculis ſauciatos, ac latronum inſidiantium vulneribꝰ affectos, infuſo meri oleiq; liquore ad ſtabulum medicinæ cœleſtis, id eſt eccleſiæ ſanctæ dogma, produxit. Qui nos exemplis ſanctorum viuere, inceſſabili pręceptionis ſuę munere, cohortatur iugiter, nonmodo viros, ſed etiam ipſum inferiorē ſexum, non ſegniter, ſed viriliter agonizantem præbet exēplum, qui non ſolum viris legitime decertantibus, verumetiam fœminis in his prœliis fauorabiliter deſudantibus

A ſyderea regna participat. Sicut nunc beata Moneguodis quæ, relicto genitali ſolo, tanquam regina prudens quæ audire ſapientiam Salomonis adiuit: ita hæc beati Martini baſilicam, vt eius miracula quotidianis indulta momentis miraretur, expetit: hauriretque de fonte ſacerdotali quo poſſet aditum nemoris paradiſiaci recludere. Igitur beatiſſima Monegundis, Carnotenæ vrbis indigena, parentum ad votum copulata coniugio, duas filias habuit ſuper quibus valde gauiſa lætabatur dicens: quia propagauit Deus generationem meam, vt mihi duæ filiæ naſcerentur: ſed hoc mundiale gaudium præuenit ſæculi huius amaritudo dum puellæ, modica febre pulſatæ, metam naturæ debitam concluſerunt. Ex hoc genitrix mœſta deplorans, orbatamque ſe lugens, non diebus, non noctibus à fletu ceſſabat, quam non vir non amicus, non vllus propinquorum poterat conſolari. Tandemque, in ſe conuerſa, ait: Si nullam conſolationem de obitu filiarum capio, vereor ne ob hoc lędam dominum meum Ieſum Chriſtum. Sed nunc hæc lamentare linquens, cum beato Iob conſolata decantem, Dominus dedit, Dominus abſtulit: quomodo Domi-

B no placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum: & hæc dicens, exuta veſte lugubri, iuſſit ſibi cellulā paruulam præparari, in qua tantummodo feneſtellulam, per quā modicum lumen poſſet cernere, præcepit aptari. Ibique cōtempto mundi ambitu, ſpreto viri conſortio, ſoli Deo, in quo erat confiſa, vacabat, fundens orationem pro ſuis populique delictis, habens puellulam vnam, cuius ei famulatu miniſtrabatur aquæ neceſſitas. accipiebat etiam & farinam ordeaceam, infuſoſq; limphis cineres, ac diligenter colans; ex ea aqua mixturam maſſæ conficiebat: formatoſque propriis manibus panes, ac ipſa coquens. poſt longa ieiunia reficiebatur, reliquum domus ſuæ cibum pauperibus diſpenſabat. Factum eſt autem quadam die vt memorata puella quæ ei conſueuerat famulari, & credo inimici aſtu ſeducta, cui ſemper bonis iniurias irrogare mos eſt, ſe ab eius famulatu ſubtraheret, dicens: Non potero ego cum hac domina permanere, quæ in tali abſtinentia commoratur, ſed potius vtar ſęculo, ac cibum potumq; in abundātia ſumā. Quintus

C autē iam fluxerat abſceſſionis eius dies, quod hæc religioſa neque farinam conſuetam, neque aquam acceperat, ſed perſtabat immobilis & fixa manens in Chriſto. in quo quiſque locatus, vel fundatus, nec venti turbine, nec fluctuum impulſione dilabitur: nec ſibi illa de mortali cibo vitam, ſed de verbo Dei, ſicut ſcriptum eſt, putabat inferri; Commemorans illud ſapiētiæ Salomoniacæ prouerbium: Quia nō necabit Dominus fame animā iuſti. Et illud. Quia iuſtus ex fide viuit Sed quoniam corpus humanum abſque eſu terreno ſuſtentari nequit, proſtrata in orationem petiit, vt, qui manna eſurienti de cœlo, limphaſque ſitienti produxit è ſaxo, Ipſe quoque alimentum, quo parumper corpuſculum confortaretur, dignaretur indulgere. Protinuſque ad eius orationem nix de cælo decidua humum operuit. Quod illa cum gratiarum actione cernens, educta manu per feneſtrā, quod circa parietem erat, ex ipſa niue collegit, de qua aquā exprimens panem ſolito formauit, quouſque ad alios quinque dies victum corporeum miniſtrauit. Habebatque contiguum cellulæ paruulum viridarium. In illud autem pro quadam releuatione prodire erat ſolita; in quod ingreſſa intuens herbas loci, ac deambulans, mulier, quæ triticum

D ſupra rectum ſuum ſiccandum poſuerat, quaſi de eminentiori loco curis oppleta mūndanis importune proſpexit, moxq; oculis clauſis lumine caruit. Cognoſcens autem reatum ſuum, ad eam accedit. rem, vt geſta fuerat, pandens. At illa deiiciens ſe in oratione ait. Vęh mihi quia pro paruitatis meæ perſona peccatrice aliorū clauſi ſunt oculi: & conſummata oratione impoſuit manum mulieri. Confeſtim autem vt ſignum crucis expreſſit, mulier viſum recepit. Homo ex pago illo, qui olim auditum perdiderat, ad hanc cellulam deuotus aduenit? Pro quo deprecati ſunt parentes eius, vt ei manus hæc benedicta dignaretur imponere: ſed illa indignam ſe proclamans, per quam Chriſtus operari dignaretur, ſolo proſtrata, & quaſi ipſa dominicorum pedum veſtigia lambes, humiliter pro eo diuinā clementiā ſupplicauit, illaque adhuc ſolo decumbentem, aures ſurdi apertæ ſunt, rediitque ad domum propriam, mœrore ablato, cum gaudio. His ſignis glorificata inter parentes, ne vanæ gloriæ lapſum incurreret ſancti Martini antiſtitis baſilicam, relicto coniuge cum familia, vel omni domo ſua, fideliter expetiuit. Cumque iter cœptum carperet: venit ad vicum vrbis Turonicæ, cui nomen eſt Euena, in quo beati Medardi ſueſſionici confeſſoris reliquiæ continentur, cuius & vigiliæ ea nocte celebrabantur; in quibus illa attente excubans in oratione, hora debita cum reliquo populo ad miſſarū acceſſit ſolennia. Quæ, dum à ſacerdotib. Dei celebrarentur, aduenit quædā puella puſtulæ malæ veneno conflata, procidítq; ad pedes eius, dicens: Subueni mihi, quia mors iniqua vitam conatur eripere. At illa, more ſolito, in oratione proſtrata, ſuplicauit pro ea Deo omniū creatori. Erectaq; ſignum crucis impoſuit; ſicque in quatuor partes, vulnere excrepante, puellam pure decurrentem mora importuna reliquit. Poſt hæc ad baſilicam ſancti Martini Monegundis beata peruenit, ibique proſtrata coram ſepulchro gratias agens, quod tumulum ſanctum oculis propriis contemplari meruerat, in cellula parua conſiſtens, quotidie orationi ac ieiuniis, vigiliiſque vacabat, ſed nec ille locus ab eius virtute fuit inglorius, Nam viduæ cuiuſdam filia manus contractas detulit, quæ vt exorata ſignum ſalutis impoſuit, manibus ſuis digitos puellæ contrectare cœpit. Extenſis digitis, vnuſquiſque directis, volas laxauit incolumes. Dum autē hæc agerentur, audita vir ille fama beatæ, conuocans amicos, vt vicinoſq; ſuos perrexit poſt eam, ac reduxit ad propria, & eā in cellulam, in qua prius habitauerat, intromiſit. At illa non ceſſabat ab opere quo conſueuerat: ſed exercebatur in ieiuniis obſecrationibuſque, vt tandem locum, in quo habitare deſiderabat, poſſet acquirere, Inchoat iterum iter deſideratum, implorans beati Martini auxilium, vt, qui dederat deſiderium, tribueret & effectum perueniendi ad baſilicam: reuertitur ad cellulam illam in qua prius fuerat commorata, in eaque perſtitit inconcuſſa: Nec eſt amplius à viro ſuo quæſita. Ibique paucas colligens monachas, cum fide integra & oratione degebat, non ſumens panem niſi ordeaceum, non vinū niſi parumper in diebus feſtis, & hoc ipſum immolarice temperatum: Nullum habens ſtratum, fœni, paleæq; mollimen, niſi tātum illud quod in textis iunci virgulis fieri ſolet, quas vulgo nattas vocant. Hoc ſuperponens formulæ, hoc ſolo ſuperſterneos, hoc erat quotidianum ſcamnum; hoc culcitra, hoc plumella, hoc erat ſtragulum, hoc omnis lectuli neceſſitudo, ſic docens eaſdē facere quas ſecum adſciuit Ibique, in Dei laudibus degens, mulos infirmis oratione facta ſalutaria impertiebat medicamenta. Mulier quædam filiam ſuam exhibuit vulneribus plenam, &, vt quidā vocant, pus eadem genuerat. Tūc illa facta oratione, ſaliuam ex ore ſuſcipiens, vulnera ſeua perunxit: Puellamque reddidit ſanam opitulante eius virtute qui cœci nati oculos ſputo formauit. Puer vero incola loci maleficium in potione hauſit, de quo medificatus, vt aſſerunt, ſerpentes generati in intraneis pueri magnum dolorem ſuis morſibus excitabant: ita vt nulla quieſcendi mora, vel in modicum momentum, indolgeretur: Sed neque cibum aut potum capere poterat, & ſi poſt diu aliquid accipiebat, protinus reiiciebat, qui adductus ad beatam fœminam, petiit ſe eius virtute mundari. Cumq; illa reclamaret indignam ſe eſſe quæ hæc agere poſſet, implicita precatu parentum, ventrem pueri palpabat, & palma demulcet, ſenſitque ibi anguium venenatorum nequitiam latitare. Tunc accepto pampini viridis folio, ſaliua liniuit: fixitque ſuper eum crucis beatæ ſignaculum, quod ponens ſuper aluum iuuenculi, dolore paululum ſedato, obdormiuit in ſcamno, qui olim doloribus inſiſtentibus caruerat ſomno. Poſt vnius vero horæ momentum conſurgens ad purgandum ventrem egreſſus, peſtiferæ generationis germen effudit, gratiaſque referens ancillæ Dei, ſanus abſceſſit. Alius vero puer paralytica ægritudine contractus, ante eam inter manus delatus eſt aliorum, deprecans à beata ſanari. At illa, in oratione proſtrata, precem pro eo fudit ad dominum. Conſummata vero oratione conſurgens, apprehenſa manu pueri, erexit eum, ſoſpitemque abire permiſit. Mulier erat cœca, quæ adducta ad ea, deprecata eſt, vt ei manus imponeret. At illa reſpondit: Quid vobis & mihi homines Dei? Nonne ſanctus Martinus hic habitat, qui quotidie

A illuſtrium virtutum opere refulget: illuc accedite, ibi obſecramini, vt ipſe vos viſitare dignetur: nam ego peccatrix quid faciam? Illa vero in ſua petitione perdurans, aiebat: Deus per omnes nomen ſuum quotidie opus exercet egregium. Ideoque ſupplex ad te confugio, cui præſtita eſt diuinitatis gratia curationum. Tunc commota Dei famula luminibus ſepultis manus impoſuit, ſtatimque reſeratis cataractis mundum late patentem, quæ fuerat cœca, proſpexit. Multiſque etiam energumenis ad eam ingreſſis, vt manus impoſuit, fugato hoſte nequam, ſoſpitatem reſtituit; nec morabatur ex his curari quos ad ſe ſancta permiſiſſet accedere. Iam autem tempus vocationis eius appropinquabat, & defeſſa corpore ſoluebatur: quod cum viderent ſanctimoniales, quas ſecum habebat, flebant valde dicentes: Et cui nos mater ſancta relinquis? vel cui commendas filias quas in locum hunc pro Dei intuitu congregaſti? At illa parumper lachrymans, ait: Si pacem ſanctificationemque ſequamini, Deus erit protectio veſtra, habebitiſq; ſanctum Martinum antiſtitem paſtorem magnum: nam & ego non diſcedam à vobis, ſed inuocata adero in medio charitatis veſtræ. At illæ rogabant, dicentes: B Venturi ſunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem à te accipere, & quid faciemus cum te nõ viderint eſſe ſuperſtitem: Confuſę enim eos foras emittemus, cum tuam faciem non contemplabimur. Rogamus autem vt quia hæc ab oculis noſtris abſconditur, vt ſaltem digneris oleum ſalemq. benedicere, de quo poſſimus ægrotis benedictioné flagitantibus miniſtrare. Tunc illa benedicto oleo ac ſale tradidit eis, quæ ſuſcipientes diligentiſſime ſeruauerunt. Sicq; beatiſſima obiit in pace & ſepulta eſt in ipſa cellula. Multis ſe inpoſterum virtutibus repræſentans: nam de memorata benedictione multi, poſt eius tranſitum, ægroti incolumitatis beneficia ſunt experti. Boſonis denique Diaconi pes vnus à puſtula mala conflauerat, ita vt greſſum facere non valeret: deportatuſque ad eius tumulum orationem fudit. Puellæ vero accipientes ex oleo memorato quid ſancta reliquerat, poſuerũt ſuper pedem eius, & extemplo, erumpente vulnere defluente veneno, ſanatus eſt. Cæcus quidã C adductus ad eius tumulum in oratione proſternitur: irruẽte autem in eum ſopore obdormiuit, apparuitque ei beata, dicens: Indignam quidem me iudico exæquari ſanctis, ſed tamẽ vnius hic oculi recipies lumen. Deinceps autem propera quantotius ad pedes beati Martini, & proſternere in cõpunctione animi corã eo: ipſe enim tibi reſtituet alterius oculi viſum. Expergefactus homo, vnius oculi recepto lumine, abiit quo iuſſio impulit imperantis, ibique iterum obſecrans beati confeſſoris virtutem, depulſa cæci oculi nocte, videns abſceſſit. Mutus etiam ad hunc beatæ tumulum proſtratus occubuit, qui in tantum fide compunctus eſt, vt riuis lachrymarum cellulæ inficeret pauimentũ. Qui conſurgens, abſoluta lingua virtute diuina, regreſſus eſt. Alius denique mutus veniens & decumbens, corde tãtum implorabat, & non voce ſolubili beatæ fœminæ auxilium, in cuius ore de memorata benedictione parte infuſa, erumpente ſanguine mixto tum puræ vocis officium meruit adipiſci. Frigoriticus quoque accedens ad hoc monumentum, vt pallam tegentem attigit, extincta contagionis febre cõualuit. Cõtractus vero Marcus nomine, manibus deporta- D tus aliorum ad ſepulchrum beatę orationem diutiſſime fudit: hora autem nona pedibus propriis ſtetit, domumq; regreſſus eſt. Leodonis puer, cum in valitudinem grauem irruens, quarto ægrotaret menſe, & non ſolum greſſum, verumetiam iam ciborum vſum inſiſtente febre nimia perdidiſſet, ad eius deportatus ſepulchrum præmortuus, accepta ſalute ſurrexit è tumulo rediuiuus. Quid de frigoreticis reliquis loquar: cum pleriſque hoc fuit beneficium remedij, cum pallam tumuli ſunt fideliter oſculati: Quid etiam de energumenis, qui adducti ad cellulam beatæ cum limen ſanctum ſuerint ingreſſi, integræ menti reſtituuntur? Nec moratur larua egredi è corpore, cum ſanctæ huius ſenſerit adeſſe virtutem: Operante hoc Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui timentibus nomen ſuum præmia largitur æterna.

* *
*

E *De ſancto Leobardo recluſo, in maiori monaſterio prope Turonenſe.*

CAP. XX.

ECcleſia fidelis ædificatur quotieſcunque ſanctorum geſta deuotiſſime replicãtur, & licet de his teneat maximum gaudium, quod hi qui, ab initio ætatis religioſam vitam ducentes, peruenire meruerunt perfectionis ad portum, tamen & de his, domino iubente, lætatur, qui conuerſi à ſæculo opus inchoatum valuerunt perducere, diuina opitulãte miſericordia ad effectum. Igitur beatiſſimus Leobardus Aruernici territorij indigena fuit, genere quidem non ſenatorio, ingenuo tamen, qui ab initio Deum in pectore tenens, cum non floreret natalibus, glorioſis mentis præfulgebat, qui tempore debito cum reliquis pueris ad ſcholam miſſus quempiam de pſalmis memoriæ commendauit: & neſciens ſe clericum eſſe futurum, iam ad dominicum parabatur, innocens, miniſterium. Sed cum ad legiti- F mam peruenisset ætatem, cogentib. iuxta conſuetudinem humanam parentibus, vt arram puellæ, quaſi vxorem accepturus, daret, impellitur illo quoq; reſpuente, ait pater: Cur dulciſſime fili, voluntaté paternam reſpuis, nec te vis iungere connubio, vt ſemen excites noſtro de genere, ſæculis ſequentibus profuturum: Caſſo enim labore exercemur ad operandum, ſi poſſeſſor deerit ad fruendum, vel cur implemus domum opibus, ſi de genere noſtro nõ proceſſerit qui vtatur? Quid mancipia dato pretio noſtris ditionibus ſubiungamus, & ſi tui ſum alienis debent dominationib. ſubiacere? Obedite filiis voci parentum ſcripturæ teſtantur diuinæ: & tu cum inobediens eſſe parentibus probaris, vide ne te cœleſtibus eruere nequeas ab offenſis. Hæc patre loquente, licet haberet alium filium, facile tamen tali ætatulæ perſuaſit voluntati propriæ contraire. Denique dato ſponſæ anulo porrigit oſculum, præbet calciamentum, celebrat ſponſalium diem feſtum. Interea genitor genitrixq; mortis ſomno ſopiti migrauerunt à ſæculo, vitæ poteſtatis curriculo iam peracto. Hic vero, cum Germano tempore G luctus expleto, oneratus donis nuptialibus fratris pergit ad domum, quem intantum repperit vino madidum, vt nec cognoſceret, nec reciperet propria in domo Germanum. Ille vero ſuſpirans & lachrymans ſeceſſit in partem. Venit ad tugurium in quo fœnum fuerat aggregatum, ibiq; conligato præbens equo pabulum, decubuit ſuper fœnum ad quieſcendum. Expergefactus autem media nocte ſurgit de ſtratu ſuo, erectiſq; ad cœlum manibus, gratias agere cœpit omnipotenti Deo: quod eſſet, quod viueret, quod aleretur donis eius, & alia huiuſcemodi proſecutus, cum ſuſpiria longa protraheret, atq; lachrymis crebris genas vberrim rigaret, Deus omnipotens, qui illos quos præſciuit & prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, compunxit cor eius, vt relicto ſæculo, mãciparetur ad cultũ diuinum. Tunc ille, quaſi iam ſacerdos, animæ ſuæ prędicare ſibipſi exorſus eſt, dicens: Quid agis anima, quid in ambiguo ſuſpenſa teneris? Vanum eſt enim ſæculum, vanæ ſunt concupiſcentiæ eius, vana gloria mundi, &, ea quæ in illo ſunt omnia, vanitas. Melius eſt igitur relinquere eum & ſequi Dominum, quam ad eius opera præbere conſenſum. Hæc effatus, cum diem terris reddere lux diuina cœpiſſet, adſcenſo equo cœ- H pit ad hoſpitium ſuum reuerti. Cumq; per viam iam alacris pergeret, voluere intra ſe cœpit, quid ageret: quo abiret: Dixitque: Expetam beati Martini tumulum vnde procedit virtus alma ſuper infirmos. Credo enim quod & mihi eius oratio iter referet ad Deum, qui deprecatus Dominum mortuos reduxit à tartaro: & ſic viam carpens, oratione comite S. Martini baſilicam eſt ingreſſus; Circa quam paucis diebus commoratus, tranſito amne, ad cellulam maiori monaſterio propinquam, de qua Alaricus quidam receſſerat deuotus acceſſit. Ibique ſe propriis manibus, membrana faciens ad ſcribendum, aptauit: ibi ſe, vt Scripturas ſanctas intelligeret, ac Dauidici carminis Pſalmos, qui dudum exciderant, memoriæ vt retineret, exercuit. Sicq; diuinarum Scripturarum lectionibus eruditus, cognouit verum eſſe, quod ei Dominus prius inſpirauit in corde: ſed ne hæc cuiquam fabuloſa videantur, quæ retulimus, teſtor Deum

quia

A quia ab ipſius benedicti hæc ore cognoui. Is vero interpo-
ſito pauci temporis ſpacio, humilem ſe tantumq; præbuit,
vt honoraretur ab omnibus. Acceptoq; ſarculo, cellulam,
in quam ingreſſus fuerat, incidens, lapidē ampliauit; in qua
cellula delectabatur ieiuniis, oratione, pſallentio, lectione.
Nec vnquam à diuinis officiis & oratione ceſſabat. Scribe-
bat interdum vt ſe à cogitationib. noxiis diſcuteret: interea
vt ſe tentator manifeſtaret Dei ſeruis ſemper inimicum eſſe
ac inuidum, cum quidam de illius monachulis litem quan-
dam cum vicinis habuiſſet, immiſit ei cogitationem, vt re-
licta cellula illa ad aliam transmigraret. Cumq; ibi ad ora-
tionem ſolito deueniſſemus, dolum nobis veneni graſſan-
tis aperuit. Ego vero ſuſpitans nō minimo dolore increpa-
re hominem cœpi, aſſerēs diaboli eſſe calliditatē, libroſq; ei
& vitas patrum, ac inſtitutionem monachorum, vel quales
qui recluduntur eſſe debeant, vel cum quali cautela mona-
chos viuere oporteat, abſcedens ab eo direxi. Quibus leli-
ctis, non ſolum cogitationem prauam à ſe diſcuſſit, verum
etiam tanto ſenſum acumine erudiuit, vt mirarētur facun-
diæ locutionis eius. Erat n. dulcis alloquio, blandus horta-
B tu: eratq; ei ſolicitudo pro populis, inquiſitio pro regibus,
oratio aſſidua pro omnibus eccleſiaſticis Deum timentib.
Veruntamen nec ille, vt quidā dimiſſis capillorum flagellis
aut barbarum demiſſione plaudebat: Sed certo tempore
capillum tōdebat, & barbam. In qua cellula viginti & duos
annos in hoc opere degens, tanta Domini gratia conforta-
tus eſt, vt puſtulis malis ſalius oris ſui perunctis vim veneni
ſæuien is uppnimeret. Frigoriticis vero per poculum vini
charactere crucis beatæ ſanctificatum frigus accedens, æ-
ſtumq; reſtinxit. Non immerito diſcutiens incommodas
febres ab aliis qui in ſe extinxerat incētiua criminis noxia-
lis. Quodam autem tempore cæcus ad eum veniens, æru-
mnam doloris ſui humiliter deplorabat, ac depoſcebat vt
tactu dexteræ ſuæ ſanctus lumina clauſa palparet. Quod ille
diutiſſime renuens, tandem fletibus hominis victus, miſe-
ricordia motus, cum per triduum pro eo orationem fudiſ-
ſet ad Dominum, quarta die imponens manum ſuper ocu-
los eius, ait: Domine omnipotens fili, vnigenite Dei patris,
qui cum eo ac Spiritu ſancto regnas in ſæcula, qui homini à
C natiuitate cæco reddidiſti lucem beati oris ſputo; Tu red-
de huic famulo tuo luminis viſum, vt cognoſcat quia tu es
Dominus omnipotens & hæc dicens, vt crucem ſuper o-
culos cæci depinxit, mox pulſis tenebris lucem de præſen-
ti reſtituit. Huius virtutis teſtimonio Euſtachius Abbas ad-
ſtipulator adſiſtit. Denique, hic de labore lapidis ſubmonta-
ni, quem aſſidue cædebat, confractus, ieiunij auſteritate cō-
fectus, orationi indeſinēti debilitatus: cœpit paulatim cor-
poris firmitate deſtitui. Quadam autem die, dum nimium
feſſus haberetur, nos ad ſe vocari præcepit: Ad quem acce-
dentes, poſtquam funeris ſui neceſſitatē defleuit, eulogias à
nobis peccatoribus flagitauit: quibus acceptis, hauſto me-
ro, ait: Tempus meum iam impletur, iubente Domino, vt
me ab huius corporis vinculis iubeat relaxari. Sed adhuc
paucis diebus erit ſpacium. Verum tamen ante diem ſan-
ctum Paſchæ vocandus ero. O beatum virum qui ſic ſer-
uiuit creatori omnium, vt ſuum obitum reuelatione diui-
na cognoſceret! Erat etiam mēſis decimus quando hæc eſt
effatus. Duodecimo autem menſe cœpit iterum grauiter
ægrotare. Aduenit dies Dominica, vocat miniſtrum ſuum,
D & ait: Præpara quiddam cibi quod accipiam, quia valde de-
feſſum me ſentio. Illo quoq; reſpondente, præſto eſt Do-
mine: Ait ad eum, Egredere foras & aſpice ſi iam celebra-
tis ſolennibus, populus de miſſis egreditur. Hoc autem
dicebat, non quod cibum capere vellet, ſed vt tranſitus ſui
nullus teſtis adeſſet. Quo egrediente & reuertente cum
ingreſſus fuiſſet cellulam, inuenit virum Dei extenſum cor-
pore, clauſis oculis ſpiritum exhalaſſe. Vnde factum mani-
feſtum eſt eum ab angelis ſuſceptum; qui hominem adeſſe
noluit ſuum facere hetos ad tranſitum: hec cernens miniſter
ille eleuauit vocem in fletu, ſic quod concurrentibus reli-
quis fratribus ablutus, ac veſtimentis dignis indutus in ſe-
pulchro, quod ipſe ſibi in antedicta cellula ſculpſerat, recō-
ditus eſt; Quem in conſortio ſanctorum adſcitum,
nulli fidelium haberi reor in-
certum.

S. GREGORII TV-
RONENSIS ARCHIEPI-
SCOPI, DE VITA S. HILLIDII, AR-
uernorum Epiſcopi,

LIBELLVS.

E *QVI ſequuntur, octo libelli, erant partes ſeu capita libri ſuperioris, S. Gregorij Turonenſis de Vita Patrum: eoſq; excerpſi non ad oſtentationem, vt plures libros edere me in hac Bibliotheca pateat: verum (teſte Deo) vt tuum (ſtudioſe Lector) expleam, ſanctorum Patrum integra iam opera legendi deſiderium. Cum enim Author ipſemet, Libellorum ſuo etiam librorum nomine illos appellauerit, locis à me, in initio cuiuſq; libelli annotatis: non exiſtimaui poſſe me ſatisfacere illius inſtituto, ſi non eorum vnumquemq; ſigillatim ac ſeorſim tibi exhiberem. Proinde, id (quæſo) æqui ac boni conſule.*

F *S. HILLIDIVS AB IMPERATORIS TREuerici filia expetitus eſt vt ſpiritu immundo curaret: quod in libro illo, quem de eius vita conſcripſimus, memorauimus: Greg. Tur. Hiſtoria Francorum 1. lib cap. 45.*

INter reliqua vitæ perpetuæ ſemina, quæ cœ-
leſtis ſator ex illo diuinitatis fonte mentis in-
cultæ aruum, vel inrigauit inſtitutione, vel do-
gmate fecit in Dauid, ait: Omnis, qui non ac-
cipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me
dignus: Et alibi, Niſi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum
fuerit multum fructum affert. Qui amat animam ſuam
perdet eam: Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in
vitam æternam cuſtodit eam. Sed ille nihilominus vas
electionis Beatus Paulus Apoſtolus dicit: ſemper mortifi-
cationem Chriſti in corpore veſtro circumferentes, vt &
G vita Ieſu manifeſtetur in corde veſtro mortali. Ergo con-
feſſores Chriſti, quos tempus perſecutionis ad martyrium
non laceſſiuit, ipſi ſibi perſecutores effecti, modo vt digni
Deo haberentur, diuerſas abſtinentię cruces adhibuerunt,
& vt mortificatis membris ſoli Chriſto viuerent; de quo
idem Apoſtolus dicit: Iam non viuo ego, viuit autem in
me Chriſtus. Et alibi allegans illud Pſalm. 43. Propter te
mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſio-
nis. Aſpiciebant enim, per illos mentis internæ oculos,
Dominum cœlorum deſcendiſſe ad terras, non abiectum
ad humilitatem, ſed humiliatum miſericorditer ad mundi
redemptionem: Aſpiciebant pendentem in patibulo, non
Deitatis gloriam, ſed adſumpti corporis hoſtiam mundam:
de qua Ioannes paulo ante prædixerat: Ecce agnus Dei, ec-
ce qui tollit peccata huius mundi. Habebant in ſe & clauo-
rum adfixionem, cum à timore eius confixit, atq; à iudiciis
diuinis exterriti nihil indignum eius omnipotentiæ in cor-
poris ſui habitatione gerebant. Iuxta illud quod Pſal. 118.
ſcriptū eſt: Cōfige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim
H tuis timui. Fulgebat in his & illud reſurrectionis lumen
inſigne quo Angelus refulſit, dum reuoluit lapidem monu-
menti. De quo Marci 16. Et introeuntes in monumentum
viderunt iuuenem ſedentem in dextris, coopertum ſtola
candida, & obſtupuerunt. Quo & Ieſus ſplenduit ſub illa
hoſtiorum obſeratorum incluſione, cum improuiſus in
mediu Apoſtolici Senatus adſtitit comitam, quos idē Do-
minus eoſdem verbis vitæ imbuens cœleſtem eſt euectus
in arcem: Inter quos & beatus confeſſor Hillidius ita hæc
omnia in cordis ſui tabernaculo collocauit, vt & ipſe quoq;
templum ſancti Spiritus effici mereretur, de cuius vita ali-
qua ſcripturus, veniam peto à legentibus: Non enim me ar-
tis Grammaticæ ſtudium imbuit: neque auctorum ſæcula-
rium polita lectio erudiuit, ſed tantum beati patris Auiti
Aruerni pontificis ſtudium ad eccleſiaſtica ſollicitauit ſcri-
pta: ſi mihi non ad iudiciū contingerent quæ ipſo prędican-
te audi-

A te audiui, vel cogente relegi, quia ea nequeo obſeruare; qui
me, poſt Dauidici carminis cannas, ad illa euangelicæ præ-
dicationis dicta, atque Apoſtolicæ virtutis hiſtorias epi-
ſtolaſque perduxit; de quo ea tantum capere potui, vt
cognoſcerem Ieſum Chriſtum Filium Dei ad ſalutem mū-
di veniſſe, atque amicos eius qui, accepta cruce, auſteræ
obſeruantiæ ſponſum ſequuti ſunt, dignis obſequiis hono-
rare. Qua de re crudæ ruſticitatis temeritatem oſtendens,
quæ de beato cognoui Hillidio, illi quo poſſum, proferam
ſtilo. Sanctus igitur Illidius cum perfectæ vitæ ſanctitate
polleret, ac diuerſarum in ſe gratiarum chriſmata, largien-
te domino, congeſſiſſet: illud, quod adhuc ſanctitatis cul-
mini deerat, Deo inſpirante, ac populo eligente prome-
ruit, vt ſacerdos Aruernæ Eccleſiæ, & dominicarum ouium
paſtor eligeretur: cuius ſanctitatis fama, dum per diuerſos
gratiarum euehitur aſcenſus, non ſolum ipſos aruerni terri-
torij terminos, verumetiam vicinarum vrbiū fines adiuit.
Vnde factum eſt, vt hæc gloria Treuerici imperatoris aures
attingeret. Cuius filia, cum à ſpiritu immundo correpta
B grauiter vexaretur, & non inueniretur à quo poſſit erui,
Beatum Illidium fama detexit: & dicto citius, ab imperato-
re directi pueri ſanctum ſenem, in antedicta repertum vr-
be, poteſtati regiæ celeriter repræſentant. At ille venera-
biliter exceptum de exitu infœlicis conqueritur filiæ. Ille
vero confiſus in Domino, in oratione proſternitur: Nocte-
que cum ſacris hymnis canticiſque ſpiritalibus ducta, im-
miſſis in os puellæ digitis, nequam ſpiritum à corpore abe-
git obſeſſæ. Quod miraculum imperator cernens, immen-
ſos auri argentique cumulos ſancto offert ſacerdoti; quod
ille execrans ac refutans, hoc obtinuit vt Aruerna ciuitas
quæ tributa in ſpecie triticea ac vinaria dependebat, in au-
ro diſſolueret: quia cum graui labore penu inferebantur im-
periali. Sanctus vero, vt aiunt, impleto vitæ præſentis tem-
pore, in ipſo itineris curriculo migrauit ad Chriſtum, A
ſuiſque delatus in vrbe ſua ſepultus eſt: & forſitan, vt plæ-
rumque homines murmurare ſoliti ſunt, quiſpiam garrula-
bit, dicens: Non poteſt hic haberi inter ſanctos pro vnius
tantum operatione miraculi. Nam ſi perpenditur illud
quod Dominus ait in euangelio, Multi mihi dicent in illa
C die, Domine, Domine; Nōne in nomine tuo dæmonia eie-
cimus, virtuteſque multas fecimus? & reſpondebo eis, di-
cens, quia non noui vos. Profecto intelligit, quod magis
proficit ad laudem virtus egreſſa de tumulo, quam ea quæ
quiſquam viuens geſſit in mundo: quia illa labem habere
potuerunt per aſſidua mundanæ occupationis impedi-
menta, hæc vero omni labe ad liquidum caruerunt. Ergo
quia illa, vt credimus, quæ ſanctus Hillidius ante hoc
tempus operatus eſt obliuioni data ſunt nec ad noſtrā noti-
tiam peruenerunt; ea quæ propriis inſpeximus oculis ex-
pertiq; ſumus, vel quæ à fidelibus agnita cognouimus, de-
claramus. Tempore quo Gallus epiſcopus aruernam rege-
bat eccleſiam, horū ſcriptor in adoleſcentia degēs grauiter
ægrotabat. Et hic ab eo plerumque dilectione vnica viſi-
tabatur, eo quod patruus eius eſſet: Erat enim valetudo,
cum nimia ſtomachi pituita, ac febre valida. Interea adue-
nit paruulo deſiderium: & credo, inſpirante Deo, vt ad bea-
ti Illidij baſilicam deportaretur; Illatuſq; manibus puero-
rum ad eius tumulum, fuſa oratione cum lachrymis leuio-
rem ſe ſenſit eſſe quam venerat: Reuerſuſque ad domum i-
D terum à febre corripitur. Quadam vero die cum grauius a-
gere cœpiſſet, eumque febris aſperior ſolito adgrauaret, &
vtrum euaderet dubia ſub ſorte iaceret, accedens genitrix
eius ait ad eum, Mœſtam hodie, dulcis nate, ſum habitura
diem, cū te talis detinet febris, & ille; Nihil inquit, prorſus
obſecro contriſteris, ſed ad ſepulchrum me remitte beati
Hillidij pontificis. Credo enim, & fides mea eſt, quod
virtus eius & tibi lætitiam, & mihi tribuat ſoſpitatem. Tūc
ſancti deportatus ad tumulum orationem fundit; ſpondēs,
proſtratus, ſponte ſi eum antiſtitis ſui virtus ab hoc conta-
gio liberaret, Clericum ſe futurum, nec prorſus moraretur
ſi deprecatio obtineret effectum. Hæc effatus, ſenſit pro-
tinus diſcedere febrem. Vocatoque puero domum ſe re-
portari popoſcit. Cumque in recubitu, vbi tunc epulaban-
tur, fuiſſet illatus, erumpente è naribus ſanguinis copia, fe-
bris ſimul cruorque defluxit; quod meritis beati confeſſo-
ris præſtitum habetur probatum. Sed & nuper venerandi E
comitis ſeruus, cum in diuturna cæcitate reſideret, celebra-
tis vigiliis ſanus abſceſſit. De reliquiis vero eius hæc ipſe
præfatus ſcriptor, vt actum eſt, propria contemplatione
proſpexit. Dedicauerat igitur oratorium intra domum Ec-
cleſiaſticā vrbis Turonicæ in primo ſacerdotij ſui anno; in
quo, cum reliquorum ſanctorum pignoribus, huius anti-
ſtitis reliquias collocauit. Poſt multos vero dedicationis
dies ammonitus eſt ab abbate, vt reliquias, quas in altari ip-
ſo locauerat, viſitaret, ne ab humore noui ædificij humecta-
tę aliquid in his putredinis inſideret; Quas cum, requirens,
reperiſſet inſectas, ablatas ex altari contra ignem ſiccare
cœpit. Verum, vbi ligaturas illas ſingillatim compoſuit,
ventum eſt ad reliquias beati Illidij epiſcopi. Denique te-
nens eaſque contra ignem, filum, quo ligatæ erant, quia e-
rat valde prolixum, ſuper ardentes decidit prunas, & tan-
quam æneum aut ferreum ab ardore ignis incanduit: Illo
quoque paruipendente quid filum fieret, tantum ſanctæ
reliquiæ ſiccarentur; æſtimās autem ipſum iam in fauillam F
fuiſſe reſolutum, comperit adhuc integrum & incorruptū:
quippe quod vinculū & ligamen paulo ante fuiſſet huius glo-
rioſi pontificis. Multa quidē & alia de hoc ſancto miracula
ſunt relata, quæ ſcribere longum putaui hæc æſtimans fidei
perfectæ ſufficere quæ dicta ſunt: Quia cui pauca non ſuf-
ficiunt, plura non proderunt. Nam ad hunc tumulum cæ-
ci illuminantur, dæmones effugantur, ſurdi auditum, &
claudi recipiunt greſſum; Præſtante Domino noſtro Ieſu
Chriſto, qui credentibus repromiſit à ſe petita ſine ambi-
guitate largiri.

S. GREGORII TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI; DE VITA ABBATIS ABRAHÆ; LIBELLVS.

Sidonij Epiſcopi tempore, fuit in monaſterio B. Cyriaci, vrbis ipſius,
Abbas Abraham nomine, qui fide atque operibus Abrahæ illius prio-
ris refulgebat, ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus: Greg. G
Tur. Hiſtoriæ Franc. lib. 2. Cap. 21.

NVlli Catholicorum eſſe occultum reor quod
Dominus ait in euangelio, Amen dico vobis,
ſi habueritis fidem integram & non hæſita-
ueritis, ſi dixeritis, huic monti transfer te, &
transferet ſe, & omnia quæcunq; petieritis in
nomine meo, credite quia accipietis & venient vobis. Ergo
non erit dubium quin ſancti obtinere poſſint à Domino
quod petierint, quia in eis fides fundamine poſito nullis
hęſitationum fluctibus vacillat. Pro qua fide, non ſolū intra
patriæ terminum propriæ, dum cœleſtem vitam agere cu-
piunt, exules facti ſunt, ſed etiam tranſmarina ac peregrina
petierunt loca, vt ei, cui ſe deuouerant plus placerent; ſicut
nunc beatus Abraham abbas qui, poſt multas tentatio-
nes ſæculi, fines eſt territorij ingraſſus aruerni, qui non
immerito Abrahæ illi comparatur ſeni pro magnitudine
fidei, cui quondam dixerat Deus, exi de terra tua & de co-
gnatione tua & vade in terram quam monſtrauero tibi. Re- H
liquit autem hic non ſolum terram propriam, ſed etiam il-
lam veteris hominis actionem; & induit nouum hominem
qui ſecundum Deum formatus eſt in iuſtitia, ſanctitate, &
veritate. Ideoque cum ſe perfectum in Dei opere cerneret.
nō fuit dubius in fide petere, quod per vitam ſanctam con-
fiſus eſt obtinere; per quem opifex cœli maris ac terræ par-
ua quidem numero, ſed admirāda miracula operari digna-
tus eſt. Igitur Abraham iſte ſuper Eufratis fluuij littus exor-
tus eſt; Vbi in Dei opere proficiens, ad viſitandos eremitas
adire Ægypti ſolitudines concupiuit; quo dum tenderet à
paganis comprehenſus, & multis pro Chriſti nomine adfe-
ctos verberibus, in vincula conicitur; in quibus per quinq;
annos exulans angelo ſoluente laxatur. Occidentalē quo-
que plagam viſitare cupiens Aruernis aduenit, ibiq; ad ba-
ſilicam ſancti Cirici monaſterium collocauit: Erat enim

A mirę virtutis, fugator dæmonum, illuminatorque cæcorum aliorum quoque morborum potentiſſimus mediator. Igitur cum feſtiuitas ſupradictæ baſilicæ aduenisſet, præpoſitum vocat, vt vaſa vino plena, ad reficiendum populum qui ſolennitati aderat in atrio, ex more componeret: cauſatur monachus, dicens. Ecce epiſcopum cum duce & ciuibus inuitatum habes, & vix nobis ſuperſunt quattuor vini amphoræ, Vnde omnia iſta complebis? & ille: Aperite mihi inquit penum, quo aperto ingreſſus eſt: & dans orationem, quaſi nouus Helias, eleuatis ad cœlum manib. infuſis fletu luminibus, ait: Ne deficiat quæſo, Domine, de hoc vaſculo vinum, donec cunctis miniſtretur in abundantia; & irruente in ſe ſpiritu ſancto, ait: Hæc dicit Dominus, Non deficiet vinum de vaſe, ſed omnibus petentibus affatim tribuetur & abundabit. Verum tamen ad verbum & hilaritatem diſpenſationis illius cuncto populo in abundantia miniſtratum eſt & ſuperfuit: ſed quia ſtrenuitas præpoſiti prius mēſuraverat vaſculum quinquagenarium, & reppererat quattuor palmorum menſuram, cernens quæ acta fuerant; in B craſtino iterum menſurans tantum reperit in vaſe, quantum in eo præcedente reliquerat die. Ea hoc ſancti virtus in populis declarata eſt, In quo monaſterio plenus dierum obiit, ibique cum honore ſepultus eſt. Erat enim eo tempore ſanctus Sydonius epiſcopus & Victorius dux, qui ſuper ſeptem ciuitates principatum, Eorico Gothorū Rege indulgente, ſuſceperat. Huius vero ſancti epitaphium beatus Sidonius ſcripſit; In quo aliqua de his quę loquuti ſum eſt præfatus: Ad huius enim beati Abrahæ ſepulchrum plærumque frigoritici decubantes medicinæ cœleſtis prędidio ſubleuantur.

S. GREGORII TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI; DE VITA S. QVINTIANI, Aruernorum Epiſcopi; Libellus.

C *S. Quint anno, qu. et tundecimus Aruernorum Eccleſiæ præpoſitus eſt: Reliqua vero quæ geſſit; tam virtutes quam tempus migrationis eius, ſcripta ſunt in libro quem de eius vita compoſuimus.*

OMnis, qui ſe terrenæ materiæ corpus ferre cognoſcit, cogitare debet, ne in his deuoluatur quæ terrena & carnis huius amica eſſe noſcuntur: quia, iuxta Apoſtolum Paulum, manifeſta ſunt opera carnis plena immunditia & iniquitate, pollutumque & fœtidum hominem, qui ea ſectatus fuerit, reddunt: atque ad extremum fletibus deputant ſempiternis; fructus autem ſpiritus eſt omne quod in Deo pollet, ac inter quod in hoc ſæculo, mortificata carne, animam exultare facit, in futuro autem gaudiis donat ęternis: Vnde nos qui nunc ſumus in corpore poſiti aſpicere debemus. quæ operatus eſt Deus in ſanctis ſuis, In quibus, tanquam intra ſplendidum candidumq; ac leuigatum mentis tabernaculum, diuerſiſque virtutum floribus adornatum, reſidēs æterna dexteræ maieſtate dignatus eſt per eos D miſeratione propria perficere quæ petiſſent, ſicut nunc per beatum Quintianum, de quo ſermo futurus eſt, mentis nobilis generoſitate fulgidum, iuſtitiæ opus plærumque compleuit. Ergo nō, nos more peccatorū, carnis ſectatio ad terrena ſubmergat ac deprimat: Sed potius ſanctorū exemplis illectos prudenter intelligentes quæ Dei ſunt ſpiritalia, nos opera ad cœleſtia ſe ſempiterna ſubſtollant: Neq; in nobis mens, ab impudicis actionibus victa, luxuriet: ſed æternitatis pro meritis vendicans ſolium victrix ſapientia regnet. Igitur beatiſſimus Quintianus, Apher natione, & vt, quidā volūt, nepos Fauſti epiſcopi qui genitricem ſuam ſuſcitaſſe perhibetur, ſanctitate præditus, virtutum dote fulgidus, charitatis igniculo feruidus, caſtitatis flore præcipuus, ad epiſcopatū Rotenæ eccleſiæ eligitur, expetitur, ordinatur. In quo epiſcopatu ampliatis adhuc virtutibus, cum in Dei ſemper operibus creſceret, aucta beati Amantij antiſtitis baſilica, ſanctum corpus in antea tranſtulit, ſed non fuit ſancto acceptabile hoc opus: Vnde factum eſt vt per viſum apparens diceret ei, quia auſu temerario artus in pace quieſcētes viſus es amouiſſe, Ecce ego remouebo te ab hac vrbe & eris exul in regione altera; Veruntamen non priuaberis ab honore quo frueris. Non poſt multum vero tempus, orto inter ciues & epiſcopū ſcandalo, Gothos, qui tunc in antedicta vrbe morabātur ſuſpicio attigit quod ſe vellet epiſcopus Francorum ditionibus ſubdere; Conſilioque accepto cogitauerunt eum perfodere gladio. Quod cum viro ſancto nunciatum fuiſſet, de nocte conſurgens cū fideliſſimis miniſtris ſuis, ab vrbe illa egrediens, Aruernos aduenit: Ibiq; à ſancto Eufraſio epiſcopo, qui Aprunculo quondam antiſtiti ſucceſſerat, receptus eſt, largitiſq; ei tam domibus quā agris & vineis, ille & qui Lugdunenſi vrbi præerant ſumma cum diligentia excolebant. Erat enim iam ſenex & verus Dei cultor; decedēte autem ab hoc mundo ſancto Eufraſio Apollinaris tribus menſibus ſacerdotio ſubminiſtrato migrauit. Cum autem hæc Theoderico regi nunciata fuiſſent, F iuſſit inibi ſanctum Quintianum conſtitui, & omnem ei poteſtatem tradi eccleſiæ, dicens: Hic ob noſtri amoris zelum ab vrbe ſua electus eſt. Denique cum ſanctus Quintianus in antedicta vrbe poteretur epiſcopatu, Proculus quidā, ex ærario presbyter ordinatus, multas ei iniurias intulit: Omnemque poteſtatem illi de rebus eccleſiæ auferens, vix ei & ſatis tenuem quotidianum victum miniſtrari pręcepit: ſed per eius orationem a ciuibus correptus prudentioribus, reſtituta omni poteſtatē ſe ab eius remouit inſidiis. Antedictus tamen ſacerdos nō immemor iniuriæ, ſicut quondam Paulus Apoſtol de Alexandro. Ita & hic de Proculo decantabat, dicēs. Proculus ærarius multa mala mihi fecit, reddet illi Dominus ſecundum opera ſua; quod in poſterum ei euenisse manifeſtum eſt. Erat enim vir beatus in oratione aſſiduus, & in tantum amator populi ſui, vt adueniente Theoderico ac vallante cum exercitu vrbem, ſanctus Dei muros eius per noctem pſallendo circuiret; & vt regioni vel populo Dominus velociter ſuccurrere dignaretur afflictus in ieiuniis atq; vigiliis inſtanter orabat. Porro Theodericus rex cum cogitaret etiam muros vrbis euertere, mollitus eſt miſericordia Domini & oratione ſacerdotis eius G quem in exilium retrudere cogitabat. Nam nocte pauore perterritus de ſtratu ſuo exilit, ac ſolus per viam publicam fugere nititur. Perdiderat enim ſēſum, neſciens quid ageret. Quod aduertentes, ſuique eum retinere conantes, vix potuerunt cohortantes vt ſe ſigno ſalutari muniret. Tunc Hilpingus dux accedens propius ad regem, ait: Audi, glorioſiſſime rex, conſilium paruitatis meæ: Ecce muri ciuitatis iſtius fortiſſimi ſunt, eamque propugnacula ingentia vallant: quod vt plenius magnificentia veſtra cognoſcat de ſanctis quorum baſilicæ muros vrbis ambiunt, hę loquor, ſed antiſtes loci illius magnus apud Dominum habetur. Noli facere quod cogitas; noli epiſcopo iniuriam inferre aut vrbem euertere. Cuius conſilium rex clementer accipiens, præceptum poſuit ne vllus ab octauo vrbis miliario læderetur, quod obtentu ſacerdotis præſtitum nullus ambigat. Tunc & Proculus ille presbyter, inruptis Vtrenſis caſtri muris ab ingredientibus hoſtibus, ante ipſum eccleſiæ altare gladiorum ictibus in fruſta diſcerptus eſt: Redditque illi Dominus ſicut ſacerdos cantare conſueuerat, ſecundum opera ſua. Poſt peractam igitur ſtragem cladis H Aruernæ, Hortenſius vnus ex ſenatoribus, comitatum vrbis illius agens, quendam de parentibus ſancti, id eſt Honoratum nomine, in vrbis platea nequiter retineri iuſſit, quod celeriter beato viro nunciatum eſt. At ille per amicos ſuos cœpit rogare vt eum, data audientia, abſolui iuberet; quod ille nullatenus præſtitit. Tunc beatus ſenex deferri ſe in plateam, qua ille tenebatur, iubet. Allatus autem rogabat milites vt eum dimitterent. Illi vero timentes, obedire auſi non ſunt pontifici: & ſacerdos ad domum, inquit, Hortenſij me velociter deportate. Erat enim ſenex valde & propriis pedibus abire non poterat. Deferentes autem eum in domum Hortenſij miniſtri eius, excutiens in eam puluerem calciamenti ſui, ait: Maledicta ſit Domus hæc & maledicti habitatores eius in ſempiternum: Fiatque deſerta & non ſit qui inhabitet in ea: & dicit omnis po-

A nis populus, Amen: & adiecit, quæſo Domine, nunquam de hac generatione proueh atur quiſquam ad epiſcopale ſacerdotium, qui epiſcopum non exaudit. Egreſſo autem ex ea ſacerdote, protinus omnes familiæ, quæ in domo illa erant, à febre corripiuntur & parumper ingemiſcentes ſpiritum exhalabant. Quod cum iam die tertia ageretur, vidēs Hortenſius ſibi nihil de ſuis ſeruientibus reſeruari, timens ne etiam & ipſe pariter interiret, ad ſanctum virum mœſtus ingreditur: Proiectuſq; ad pedes eius cum lachrymis veniā rogat: Quam ille benigniſſime indulgens benedictam aquam domui transmiſit, illaque per parietes reſperſa omnis ægritudo protinus eſt depulſa, magnaq; ibi virtus apparuit: Nam & qui incurrerant ſanati ſunt, & qui ſanati erant vltra non incurrerunt. In eccleſiaſticis vero ſcripturis eruditus eſt habitus hic ſacerdos, ſed & in eleemoſynis magnificus fuit. Nam cum pauperem quempiam clamare cerneret, aiebat: ſuccurrite quæſo, ſuccurrite, & pauperi victus neceſſaria miniſtrate: Ignari enim eſtis, ô deſides, & forſitan ipſe eſt qui ſe per euāgelicæ lectionis ſeriem reficiendū, in pauperibus minimis eſſe mandauit. Euciebat autem & dæmonia

B ſe confitentia. In monaſterium autem Canbidobrenſe veniens, cum energumenum quendam reperiſſet atrocius debacchantem, miſit presbyteros vt ei manus imponerēt: ſed cum eorum exorcizatione larua nō fuiſſet expulſa, ſanctus Dei comminus appropinquans, immiſſis in os eius digitis, perſonam reddidit abſolutam. Multa & alia miracula vir beatus operatus eſt, & oratione facta ſæpius, quæ petiſſet à Domino, obtinebat. Porro in Arucrno quodā tempore, cum magna ſiccitas conſumeret, & arentib. herbis nulla penitus iumentis pabula remanerent, & ſanctus Dei rogationes illas, quæ ante aſcēſionem dominicam aguntur, deuotiſſime celebraret; die tertia, cum iam portæ ciuitatis appropinquarent, ſuggerunt ei vt ipſe antiphonam dignaretur imponere, dicentes: Si tu, beate pontifex, deuote antiphonam impoſueris, confidimus de ſanctitate tua ꝙ protinus nobis Dominus pluuiam dignabitur benigna pietate largiri. At ille, proſtratus ſuper cilicium ſuum, in ipſa platea diutiſſime cum fletu orauit. Exurgens autem antiphonam, quam petebant, vt viſus fuit, impoſuit. Verba

C autem ei ex illa Salomonicæ orationis edita hæc erant. ſi clauſo cœlo pluuiæ non fuerint propter peccata populi, & conuerſi deprecati fuerint faciem tuam, exaudi Domine, & dimitte peccata populi tui, & da pluuiā terræ quam dediſti populo tuo ad poſſidendum. Cumq; pſallere deuotiſſime cœpiſſent, penetrauit excelſæ potentiæ aures humilis oratio Confeſſoris; & ecce contenebratum eſt cœlum ac nubibus obtectum, & priuſquam portam vrbis attingerent, deſcendit pluuia vehemens ſuper vniuerſam terram illam, ita vt omnes mirarentur, ac dicerent ad preces hoc beati viri fuiſſe largitum. Senuit autem ſacerdos Dei & intantum in ætate prouectus eſt, vt ſputum oris in terram proiicere nō valeret, ſed adhibito labiis tuſſione in eum ſaliuas oris exponeret. Non caligauit oculus eius, nec immutatum eſt cor à vis Dei: non ſepoſuit vultum pauperis, nec metuit perſonam potētis: ſed vna eademq; ei fuit in omnibus ſancta libertas, vt ita ſuſciperet penulam pauperis ac ſi veneraretur togam inclyti ſenatoris. Obiit autem perfectus in ſanctitate, & ſepultus eſt in Baſilica S. Stephani ad leuam altaris, ad cuius nunc tumulum plerunq; quartanæ febris melancholia compreſſa reſtinguitur.

D

S.GREGORII TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI; DE VITA S. NICETII Lugdunenſis; Libellus.

Meminit huius cæci (videlicet; qui dum fideliter orationem fundit in Baſilica, a Latomere quodam in honorem S Martyris Iuliani ædificata: meruit viſum recipere) in libro vitæ S. Nicetij, quia dignum eſt, &c. Gregor. Turonen. lib. 2. de Gloria Martyrum, cap. xlt.

PRæſentiæ diuinæ bonum, quod plerumque regno ſuo prouideat quos adſciſcat, ipſa ſæpius ſacræ lectionis re-

E ſtantur oracula. Sicut ad Hieremiam eximium vatem cœleſtis oris myſtica deferuntur eloquia, dicentis: Priuſquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te. Et ipſe Dominus, vtriuſq; cōditor teſtamenti, cum illos, quos largitio hilaris agnino decoratos vellere ſuis locat à dextris qui ait: Venite benedicti patris mei, percipite præparatū vobis regnum à cōſtitutione mundi. Sed & illud vas electionis B. Apoſtolus, quos, inquit, præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. Nam & de Iſaac Ioanneq;, qualiter naſcerentur vel quid agerent, & nomen & opus prædixit & meritum. Sic nunc & de B. Nicetio, ipſa illa priſca miſeratio pietatis, quæ immerita ditat, non nata ſanctificat, & omnia priuſquam gignantur & diſponit & ordinat, qualibus ſacerdotalis gratię infulis floreat in terris prius genetrici voluit reuelare. De cuius vita retinetur quidem exinde libellus nobiſcum, neſcio à quo compoſitus, qui multas quidē virtutes eius pandit, non tamen vel exordium natiuitatis cōuerſioniſq; eius, vel ſeriem virtutum declarat ad liquidum. Et licet nec nos omnes eius

F virtutes inueſtigauimus, quas per eum Dominus vel occulte operari eſt dignatus, vel publice: tamen quæ ad priorem auctorem non peruenerunt, etſi ruſticiori ſtylo, pandere procurauimus. Igitur Florentinus quidam ex ſenatoribus, accepta Artemia coniuge, cum duos iam haberet liberos, ad epiſcopatum Ianubenſis vrbis expetebatur: & re iam obtenta, cum principe ad domum reuertitur, coniugiq;, quæ egerat, nunciauit. Quod illa audiens, reſpondit viro: Deſine quæſo, dulciſſime coniunx ab hac cauſa, & ne quæſieris epiſcopatum vrbis, quia ego ex concepto à te ſumpto epiſcopum gero in vtero. Requieuit vir ſapiens audita vxore, rememorans illud quod diuina quondam principio fidei noſtræ Abrahæ præcepto beato præceperat: Omnia quæ dixerit tibi Sara audi vocem eius. Deniq; impletis pariendi diebus, mulier enixa eſt puerum: Quem quaſi victorem futurum mūdi, Nicetium in baptiſmo vocitauit. Eundemq;, ſumma nutritum diligentia, literis eccleſiaſticis mandauit inſtitui. Defuncto autem patre, hic cum genetrice iam clericus in domo paterna reſidens cum reliquis famulis manu propria laborabat: Intelligens commotiones corporeas non aliter niſi laboribus & ærumnis opprimi poſſe. Quo-

G dam vero tempore cum adhuc in domo ipſa degeret, orta eſt ei puſtula mala in facie: quod virus, inualeſcens ac excoquens, fecit puerum deſperatum. Sed mater eius iugiter, inter ſanctorum nomina, B Martini nomen pro eius ſalute peculiarius inuocabat. Cumque per biduum puer iacuiſſet in lectulo, clauſis oculis, & nullum verbum conſolationis matri lamentanti proferret: ſed potius ipſa genitrix inter ſpem metumque titubans, iuxta ritum exequiarum neceſſaria funeris præpararet, ſecunda die ad veſperam aperiens oculos, ait: Quo iuit mater mea? Quæ ſtatim adueniens ait: Ecce adſum. Quid vis fili? & ille, ne timeas inquit mater. Beatus enim Martinus ſuper me crucem Chriſti faciens, ſurgere me iuſſit incolumem. Hæc effatus, ſtatim ſurrexit à lectulo. Geminauitq; virtus diuina miraculi huius gratiam, vt & Martini panderetur meritum, & hic, quia futurus erat Pontifex, à contagio ſaluaretur. Teſtis enim fuit huius cauſæ viſa cicatrix eius in facie. Ætate quoque iam tricenaria presbyterij honore præditus, nequaquam ſe à labore operis, quod prius geſſit, abſtinebat: ſed

H ſemper manibus propriis operabatur cum famulis, vt Apoſtoli præcepta compleret, dicentis: Laborate manibus, vt habeatis vnde tribuere poſſitis neceſſitatem patientib. Illud omnino ſtudebat, vt omnes pueros, qui in domo eius naſcebantur, vt primum vagitum infantiæ relinquentes loqui cœpiſſent, ſtatim literis doceret, ac pſalmis imbueret: ſcilicet vt ingreſſui tale iungeretur pſallentium: vt tam antiphonis, quam meditationibus diuerſis, vt deuotio flagitabat animi, poſſet implere. Caſtitatem autem non modo hic diligenter erat cuſtodiens, verū etiam cuſtodiendi gratiam aliis iugiter prædicabat: & à polluto tactu & verbis obſcœnis, vt deſiſterent, edocebat. Nam recolo in adoleſcentia mea, cum primum literarum elementa cœpiſſem agnoſcere, & eſſem quaſi octaui anni æuo, & ille indignum me lectulo locari iuberet, ac paterna dilectionis dulcedine vlnis ſuſciperet; oram indumenti ſui articulis arripiens, ita

A ſe ı olobio concludebat, vt nunquam artus meos beata eius membra contingerent. Intuemini, quæſo, & aduertite cautelam viri Dei; qui ſic ab infantuli artubus, in quo nulli adhuc eſſe poterant ſtimuli concupiſcentiæ, nulla incitamenta luxuriæ, ita ſe, ne ab eius artubus tangeretur, abſtinuit: qualiter de loco, vbi ſuſpicio luxuriæ eſſe potuit, ille refugit; Erat enim, vt diximus, caſtus corpore, mundus corde, non in ſcurrilitate verba proferens: ſed ſemper, quæ Dei ſunt, loquens. Et, licet omnes homines in illo cœleſtis charitatis vinculo diligeret, Matri tamen ita erat ſubditus, vt quaſi vnus ex famulis obediret. Denique, ægrotante Sacerdote Lugdunēſi antiſtite in vrbe Pariſiaca, cum à Childeberto ſeniore magno amore diligeretur, voluit rex vſque ad eius lectulum proficiſci ac viſitare infirmum: quo veniente, ait Epiſcopus: Optime noſti, ô piiſſime, quod tibi in omnibus neceſſitatibus tuis fideliter ſeruierim, ac quæcunque iniunxiſti deuotè impleuerim: Nunc precor, vt quia tempus reſolutionis meæ adeſt, ne dimittas me ab hoc mundo dolure diſcedere. Sed vnam petitionem, quam ſupplico, libenter indulge & ille, Pete, inquit, quod voluens, obtinebis: Rogo, ait, vt Nicetius presbyter,
B nepos meus, Eccleſiæ Lugdunenſi ſubſtituatur Epiſcopus. Eſt enim, vt mei teſtimonij verba proferunt, amator caſtimoniæ, dilectorque Eccleſiarum, & in eleemoſynis valdè deuotus. Et, quæcunque ſeruos Dei decent & operibus gerit, & moribus. Reſpondit rex: Fiat voluntas Dei. Et ſic, pleno regis & populi ſuffragio, Epiſcopus Lugdunenſi ordinatus fuit præcipuus concordiæ ac pacis amator. Et ſi læſus fuiſſet ab aliquo, ſtatim aut remittebat per ſe, aut per alium inſinuabat veniam deprecari. Nam vidi ego quodam tempore Baſilium presbyterum miſſum ab eo ad Armentarium comitem, qui Lugdunenſem vrbem his diebus poteſtate iudiciaria gubernabat, dixitque ad eum: Pontifex noſter cauſæ huic, quæ denuo impetitur, dato iudicio terminum fecit, ideoque commonet ne eam iterare præſumas. Qui, furore ſuccenſus, reſpondit presbytero: Vade & dic ei: Quia multæ ſunt cauſæ in meo conſpectu poſitæ, quæ alterius iudicio finiendæ erunt. Regreſſus presbyter, quæ audiuit ſimpliciter expoſuit. Sanctus vero
C Nicetius commotus contra eum, ait: Verè, inquam, quia eulogias de manu mea non accipies; pro eo quod verba, quæ furor exegit, meis auribus intuliſti. Erat autem conuiuio recumbens, ad cuius & ego leuam cum adhuc diaconatus fungerer officio propinquus accubueram. Dixitque mihi ſecretius: Loquere presbyteris, vt deprecentur pro eo. Cumque locutus fuiſſem, non intelligentes voluntatem ſancti, ſilebant: quod ille cernens; Tu, inquit, ſurge & deprecare pro eo. At ego cum trepidatione conſurgens, oſculatus ſum ſancta eius genua, orans pro presbytero; quo indulgente atque eulogias porrigente, ait: rogo dilectiſſimi fratres, vt verba inutilia, quæ ignaue muſſitantur aures meas non verberent: quia non eſt dignum, vt homines rationabiles irrationabilium hominum procacia verba ſuſcipiant. Hoc tantum vos ſtudere oportet, vt illi qui contra Eccleſiæ vtilitatem quædam machinare cupiunt, veſtris propoſitionibus confundantur irrationabilia enim non ſolum non admirari, ſed nec audire deſidero. O beatum virum qui omni intentione vitare cupiebat ſcandalum! Audiant autem hæc illi qui, ſi offenſi fuerint, ignoſcere nolunt: ſed totam pro ſua vltione conuo-
D cantes vrbem, etiam teſtes adhibere non metuunt, qui vocibus nefarijs dicant: Hæc & hæc audiuimus de te hunc loquentem: & ita fit, vt pauperes Chriſti talibus accuſationibus, miſericordia poſtpoſita opprimantur. Quodam autem mane, cum ſurrexiſſet ad matutinas Sanctus Nicetius, expectatis duabus antiphonis ingreſſus eſt in ſacrarium; vbi dum reſideret, Diaconus reſponſorium Pſalmū canere cœpit. Et ille commotus, ait, ſileat, ſileat; nec præſumat canere iuſtitiæ inimicus: & dicto citius oppilato ore ſiluit: iuſſitque eum vocari ad ſe ſanctus, & ait: Nonne præceperam tibi ne ingredereris Eccleſiam Dei? & cur auſu temerario ingredi præſumpſiſti; aut cur vocem ioculanticis dominicis es auſus emittere. Stupentibus autem omnibus, qui aderant, & nihil mali de diacono nouerant, exclamauit dæmonium in eo & ſe torqueri à ſancto im-

menſis cruciatibus confitetur. Ipſe enim præſumpſera[cut off]
in Eccleſia canere, cuius vocem ignotam obus populis ſan[cut off]
ctus agnouit: & ipſum verbis acerrimis, non dicam, exe[cut off]
crauit: tunc impoſitis ſanctus diacono manibus, eiecto[cut off]
dæmone, perſonam reſtituit integræ menti: His & alijs ſi[cut off]
gnis declaratus in populis, viceſimo ſecundo Epiſcopatu[cut off]
ſui anno, ætate ſexagenaria migrauit ad Chriſtū; qui dun[cut off]
ferretur ad ſepeliendum, cæcus quidam ſe ſub feretro fla[cut off]
gitauit adduci. ſtatimque ingreſſus vultus diu lumine vi[cut off]
duatus, reſeratis oculis, adornatur: nec diſtulit diuina[cut off]
pietas beatos artus glorificare ſignis, cuius beatam animam[cut off]
cum choris angelicis ſuſcipiebat in aſtris. Poſt dies autem[cut off]
quos lex Romana ſanciuit, vt defuncti cuiuſpiam volun[cut off]
tas publice relegatur, huius antiſtitis teſtamentum in foro[cut off]
delatum turbis circumſtantibus à iudice reſeratum recita[cut off]
tumque eſt: presbyter quoque baſilicæ tumens ſelle[cut off]
quod nihil loco illi, in quo ſepultus fuerat, reliquiſſet, ai[cut off]
Aiebant ſemper plerique ſtolidum fuiſſe Nicetium: Nun[cut off]
ad liquidum verum eſſe paret, cum nihil baſilicæ, in qu[cut off]
tumulatus eſt, delegauit. Sequenti autem nocte appa[cut off]
ruit presbytero cum duobus Epiſcopis, id eſt Iuſto atqu[cut off]
Eucheno, in veſte fulgenti, dicens ad eos: Hic presby[cut off]
ter, ſanctiſſimi fratres, blaſphemijs me obruit, dicens. Qui[cut off]
nihil facultatis ſcripſerim templo huic, quo requieſco, &[cut off]
neſcit quia quicquid precioſius habui ibidem reliqui, i[cut off]
eſt, glebam corporis mei. At illi dixerunt; iniuſte fecit, v[cut off]
detraheret ſeruo Dei. Conuerſuſque ſanctus ad presbyte[cut off]
rum, pugnis palmiſque gutturi eius inliſit, dicens. Peccato[cut off]
contere ende, deſine ſtultè loqui. Expergefactus auten[cut off]
presbyter, tumefactis faucibus ita doloribus coarctatur[cut off]
vt ipſas quoque ſaliuas oris vix cum labore poſſet maxim[cut off]
deglutire: Vnde factum eſt, vt per dies quadraginta lectu[cut off]
lo decubans, grauiter cruciaretur: Sed inuocato confeſſo[cut off]
ris nomine, ſanitati redditus, nunquam auſus eſt ea verba[cut off]
quæ prius præſumpſerat garrulare. Et quia nouimus pr[cut off]
ſcum Epiſcopum huic ſancto ſemper fuiſſe aduerſum, dia[cut off]
cono cuidam huius caſulam tribuit. Erat autem valida[cut off]
eo quod & ipſe vir Dei robuſto fuiſſet corpore. Capſa au[cut off]
tem huius indumenti ita dilatata erat atque conſuta, vt ſo[cut off]
lent in illis candidis fieri quæ per paſchalia feſta Sacerdo[cut off]
tum humeris imponuntur, ibatque diaconus cum hoc ve[cut off]
ſtimento diſcurrens, ac paruipendens de cuius vſibus r[cut off]
manſiſſet: hoc habens in lectulo, hoc vtens in foro, c[cut off]
cuius fimbrijs (ſi credulitas certa fuiſſet) reddi potuit ſa[cut off]
lus infirmis; cui ait quidam: O diacone, ſi ſcires virtute[cut off]
Dei: & quis fuit cuius veſtimento vteris, cautius te cu[cut off]
eo viuere oportebat. Cui ille: vere, inquit, dico tibi qu[cut off]
& hac caſula tergo vtor: Et de capſa eius parte prolixio[cut off]
deciſa teguinen pedum aptabo. Fecit ilico miſer quæ po[cut off]
licitus eſt, ſuſcepturus protinus diuini iudicij vltionen[cut off]
verum, vbi deciſo cucullo aptatis pedulis pedes operui[cut off]
extemplo arreptus à dæmone ruit in pauimento. Er[cut off]
enim ſolus in domo, nec erat qui ſuccurreret miſer[cut off]
Cumque ſpumas cruentas ore projceret; extenſis ad focu[cut off]
pedibus, pedes cum pedulis ignis pariter deuorauit. H[cut off]
ctenus de vltionibus. Agulfus quoque diaconus noſt[cut off]
à Roma veniens, beata nobis ſanctorum pignora defere[cut off]
bat: hic cauſa orationis tantum locum, quo ſanctus qui[cut off]
ſcit, adiuit: ingreſſuſque ædem, dum diuerſorum mira[cut off]
culorum opus illuſtre perpendit, Vidit immenſum cate[cut off]
uatim populum ad eius ſepulcrum: ac, velut fœlicium[cut off]
examina apum ad conſuetum alueare, confluere & alio[cut off]
presbytero qui aderat miniſtrante, particulas ceræ p[cut off]
benedictione ſumere. Alios parumper pulueris, no[cut off]
nullos diſruptas ab opertorio eius fimbrias capere. & ab[cut off]
re, ferentes in diſparibus cauſis vnam gratiam ſanitati[cut off]
Hæc ille cernens, fide compunctus, lachrymans, ait: S[cut off]
marinorum me moles fluctuum ſulcare tuuſis actum m[cut off]
Sacerdotis deuoto fecit; vt luſtrata orientalium mar[cut off]
tyrum ſepulchra, aliquid de eiſdem pignoris deferre d[cut off]
berem; cur non gallicani mei confeſſoris pignora c[cut off]
piam? Perque mihi, meiſque ſalus integra reparetur? [cut off]
ſtatim accedens quaſdam de herbulis, quas deuotio p[cut off]
puli ſacrum iecit in tumulum, manu linteo operta Sace[cut off]
dote porrigente ſuſcepit: repoſitaſque diligenter domn[cut off]

A detulit : Sed ſtatim fidem hominis miraculorum actio
comprobauit. Nam diſcerptis de his folijs frigoritiçis
cum aquæ potu porrectis, protinus cum hauſtu ſalutem
inuexit. Sed & multis deinceps : quando autem nobis
hæc retulit, iam quatuor exinde ſanos factos ab hac infir-
mitate narrauit. Ioannes autem presbyter noſter dum
ab vrbe Maſſilienſi cum commercio negociationis ſuæ re-
diret, ad huius ſancti ſepulchrum in oratione proſterni-
tur, de qua conſurgens aſpicit confractas compedes diſru-
ptaſque maculas cathenarum, quæ culpabilium vel aſtrin-
xerant colla, vel ſuras attriuerant & admiratus eſt: ſed
contemplatio non fuit miraculis vacua. Nam rediens ad
nos presbyter, aſſerebat cum Sacramento tres coram ſe ibi
cæcos fuiſſe lumini redditos, ac domum rediſſe ſaluatos.
Nam apud Genabenſem Galliarum vrbem, dum eius reli-
quiæ cum honore pſallentij portarentur, tantam ibi Do-
minus gratiam præſtare dignatus eſt, vt, ſuppliciter ado-
rantes, & cæci viſum & claudi reciperent greſſum. Nec
dubitare poterat quiſpiam præſentem eſſe confeſſorem,
cum videbāt talia infirmi, remediorum munera miniſtra-
B ri. Seditio etenim in quodam loco exorta, cum vulgo ſæ-
uiente volantibus ſaxis, ac facibus furor arma non medio-
criter miniſtraret, vnus eleuato enſis acumine cum aſſul-
tu graui virum percuſſit. Poſt dies autem paucos nactus,
ab interempti germano ſimili exitu trucidatur: quod cum
iudex loci illius compeririſſet, vinctum virum in carcerem
retrudi præcepit, dicens: dignus eſt letho hic ſceleſtus oc-
cumbere, qui voluntatis propriæ arbitrio, nec expectato
iudice, auſus eſt temere mortem fratris vlciſci. In quadam
teneretur cuſtodia, & multorum ſanctorum nominibus
inuocans miſericordiam precaretur, quia ad ſanctum Dei
conuerſus, ait : Audiui de te, ſancte Niceti, quod ſis po-
tens in opere miſericordiæ, ac pius in compeditorum flē-
tium abſolutione: deprecor nunc, vt me illa ſuperemi-
nenti pietate viſitare digneris, qua in reliquorum abſo-
lutione vinctorum ſæpius claruiſti. Et poſt paululum ob-
dormiens, apparuit ei vir beatus, dicens : Quis es tu qui
nomen Nicetij inuocas, aut vnde noſti quis fuerit quod
eum obſecrare non deſinis ? At ille, cauſam delicti ex
ordine referens, adiecit : miſerere, quæſo, mihi, ſi tu es
C vir Dei quem inuoco : cui ſanctus ait: Surge in nomine
Chriſti & ambula liber, à nullo enim comprehenderis.
At ille in hac expergefactus voce, ſe abſolutum cathenis
comminutis confractaque trabe miratur. Nec moratus,
nemine retinente, vſque ad eius ſepulchrum pertexit in-
trepidus: tunc à iudice noxialis culpæ damnatione cōceſſa
laxatus abſceſſit ad propria. Gratum eſt illud addi miracu-
lis, quod accenſis ad lectum eius fecerit ricendulis: quia in-
genia ſunt quæ in cœlis habitans operatur in terris. Igi-
tur lectulus, quo ſanctus quieſcere erat ſolitus, ſæpius mi-
raculis adornatur illuſtribus ; Quique grandi ſtudio
ab Ætherio nunc Epiſcopo fabricatus deuotiſſimè adora-
tur non immerito cum frigoritici ſæpius ſub eo ſiti, com-
preſſo vapore ac frigore ſaluantur : cæteriq; infirmi ibi-
dem proiecti protinus ſubleuantur. Palla etenim ſpecioſa
tegitur, lichni in ea iugiter accenduntur: vnus igitur ex
his per quadraginta dies totidemque noctes, vt ipſe ædi-
tuus aſſeruit, abſque vllius fomenti adiutorio perdurauit,
ſplendens in quo nec papirus addita, nec gutta olei eſt ſtil-
lantis adiecta, ſed in ipſa, qua primum ſtatutum eſt com-
D poſitione, permanſit in luce præclara. Huius ſancti reli-
quias gallomagnus, tricaſſinorum pontifex deuotus, ex-
petijt: Quæ cum pſallentio deducerentur, & cæcorum o-
culi illuminati ſunt earum virtute, & aliorum morborum
genera meruerunt recipere medicinam. Ad nos quo-
que facietergium dependentibus villis intextum, quod
ſanctus ſuper caput in die obitus ſui habuit, eſt perlatum;
Quod nos tanquam munus cœleſte ſuſcepimus. Factum
eſt autem vt poſt dies plurimos, ad benedicendam Eccle-
ſiam in Parochia Paternacenſi vrbis Turonicæ, inuitare-
mur: acceſſi, fateor, ſacraui altare : Decerpſi fila de
lintheo, locaui in templo : dictis miſſis, facta oratione
diſceſſi. Paucis deinde diebus interpoſitis aduenit ad nos
ille qui inuitauerat, dicens : Gaude in nomine Domini,
Sacerdos Dei, de virtute beati Nicetij antiſtitis. nam no-
ueris quia oſtendit miraculum in Eccleſia quam ſacraſti. E
Cæcus enim erat in pago noſtro diuturnæ cæcitatis, & ca-
liginis oculorum nocte detentus, cui apparuit vir quidam
per viſum noctis, dicens : Si vis ſanus fieri, proſterne-
re in orationem coram baſilicæ ſancti Nicetij altari, & re-
cipies viſum : quod cum feciſſet, diruptis tenebris lumen
ei virtus diuina patefecit. Poſui, fateor, de his pigno-
ribus, & in alijs baſilicarum altaribus, in quibus & ener-
gumeni ſanctum confitentur, & fidelis oratio ſæpius pro-
meretur effectum. Phronimius igitur Agatenſis Epiſco-
pi famulus, epileptici morbi acceſſu fatigabatur, ita vt
plærumque cadens ac ſpumans linguam ſuam proprijs
dentibus laceraret: & cum ei à medicis plurima fierent,
accidebat vt paucis menſibus interpoſitis non tangere-
tur à morbo. Sed iterum in recidiuum cruciatum ruens
peius quam prius egerat perferebat: Dominus vero eius
cum vidiſſet tantas virtutes ad ſepulchrum beati Nicetij
fieri dixit ad eum, vade & proſternere coram ſepulchro
ſancti, orans vt te adiuuare dignetur ; qui cum iuſſa ex-
pleſſet ſanus regreſſus eſt, nec vltra eum hic attigit mor- F
bus: ſeptimus enim erat ab incolumitate pueri, quando
eum nobis Epiſcopus præſentauit. Quidam vero pauper,
viuente ſancto, literas ab eo elicuit manu eius ſubſcriptas,
qualiter ſibi per deuotorum domos eleemoſynam flagita-
ret. Poſt cuius obitum adhuc, cum ipſa circumiens Epi-
ſtola, non pauca ab eleemoſynarijs pro ſancti memoria ca-
piebat: deſiderium enim erat omnibus, vt quiſque viderat
ſubſcriptionem ſancti aliquid præberet egenti. Quod vi-
dens quidam Burgundio, non honorans neque venerans
ſanctum, obſeruare pauperem cœpit à longè : videnſque
eum ſyluas ingreſſum, irruit; abſtulit ei ſex aureos cum E-
piſtola, colliſumque calcibus reliquit exanimem. At ille
inter calces & reliqua verbera, hanc vocem emiſit : Ad-
iuro te per Deum viuum & virtutem ſancti Nicetij, vt vel
Epiſtolam eius mihi reddi facias: quia mihi vltra non erit
vita ſi eam perdidero: ille vero ea proiecta in terram abijt;
quam pauper colligens, venit ad ciuitatem. Erat enim
ibi eodem tempore Phronimius Epiſcopus cuius ſupra
meminimus; ad quem accedens pauper ille, ait: Ecce ho-
mo qui me grauiter cæſum expoliauit, abſtulitque ſex au-
reos, quos pro intuitu Epiſtolæ ſancti Nicetij acceperam. G
Epiſcopus autem narrauit hæc comiti: Iudex vero voca-
uit Burgundionem : percunctari cœpit ab eo quid exinde
diceret; Negauit autem coram omnibus, dicens : Quia
nunquam vidi hominem iſtum, neque res eius abſtuli.
Epiſcopus autem aſpiciens Epiſtolam, vidit ſubſcriptio-
nem ſancti, & conuerſus ad Burgundionem, ait : Ecce in
hac Epiſtola ſubſcriptio ſancti Nicetij tenetur: ſi es inno-
cens accede propius, & iura, tangēs manu ſcripturam quā
ipſe depinxit : Credimus enim de virtute illius, quia aut
te hodiè reddet ab hoc ſcelere comprobatum : aut
certe abire permittet innoxium. At ille nihil moratus ac-
cedit ad manus Epiſcopi, qui hanc Epiſtolam extentā te-
nebat, eleuanſque manus ſuas vt Sacramentum daret, ce-
cidit retrorſum ſupinus : & clauſis oculis ſpumas ab ore
proijciens, quaſi mortuus putabatur: Tranſeunte autem
quaſi duarum horarum ſpatio aperuit oculos ſuos, dicens:
Væh mihi quia peccaui auferendo res pauperis huius. Et
ſtatim retulit per ordinem, qualiter iniuriam intulerat ho-
mini illi : Tunc Epiſcopus cum iudice obtenta culpa, ea
tantum quæ abſtulerat inopi reddidit, & pro cæde duos H
inſuper ſolidos addidit, & ſic vterque à iudicis conſpectu
diſceſſit. Quanti per hunc ſanctum carcerali ergaſtulo
retinēti abſoluti ſint, quantorum compeditorum cathe-
næ ſiue compedes ſint confractæ, teſtis eſt hodie moles
illa ferri, quæ in baſilica eius aſpicitur, de ſupradictis ſup-
plicijs aggregata. Nuper autem in conſpectu Gunthchrā-
tu principis, Siagrium Auguſtunenſem Epiſcopum regi re-
ferentem audiuimus vna nocte in ſeptem ciuitatibus carce-
rarijs apparuiſſe beatum virum, eoſque abſoluiſſe ab er-
gaſtulo & abire liberos permiſiſſe. Sed nec iudices con-
tra eos quicquam agere deinceps auſi ſunt. De cuius
ſepulchro ſi febricitans, ſi frigorationes habens, ac di-
uerſis morbis laborans, quid pulueris ſumpſerit ac di-
lutum acceperit, mox recipit ſanitatem: quod non eſt

A dubium præſtate eum qui ait ſanctis ſuis: Omnia quæcunque petieritis in nomine meo, credite quia accipietis & venient vobis. Igitur apud vicum Priſciniacenſem vrbis Turonicæ Eccleſia dudum cōſtructa, abſq; ſanctorum pignoribus habebatur. Cumque incolæ loci plerunque peterent, vt eam quorumpiam ſanctorum cineribus ſacraremus, de ſupradictis reliquijs ſancto altari collocauimus; in qua Eccleſia ſæpius virtus Domini per beatum manifeſtatur antiſtitem. Nuperrimo autem tempore, mulieres quædam vexatæ à dæmonio, ex termino Biturigiæ venientes tres numero; dum ad baſilicam ſancti Martini deducerentur, hanc Eccleſiam ſunt ingreſſæ: igitur colliſis in ſe palmis, dum ſancti Nicetij faterentur ſe virtutibus cruciari, projcientes ab ore neſcio quid purulentum cum ſanguine, ab obſeſſis ſpiritibus protinus ſunt mundatæ. Dado vnus ex his pagenſibus, cum in hoſtilitate illa, quæ apud conuenas acta eſt, acceſſiſſet: & plærumq; in pericula mortis incueret, vouit vt ſi domum reuerteretur incolumis ad memoratam Eccleſiam exornandam, in honore beati Nicetij, aliqua ex his quæ acquiſierat largiretur. B Rediens igitur duos calices argenteos detulit: vouitque iterum in itinere, vt hos Eccleſiæ conferret, ſi ad propria ſoſpes accederet. Ad domum igitur accedens, vnum tantūmodo dedit, alium fraudare procurauit, dans coopertoriū ſarmaticum, quo altare dominicum cum oblationibus tegeretur. Apparuit autem viro vir beatus per ſomnium, dicens: Quouſq; dubitas & votum implere diſſimulas? vade, inquit, & calicem alterum, quem vouiſti, redde Eccleſiæ, ne pereas tu & domus tua. Coopertorium vero, quia ratum eſt, non ponatur ſuper munera altaris: quia nō exinde plene tegitur myſterium corporis ſanguinisq; dominici. At ille exterritus, nihil moratus votum, quod vouerat, velociter adimpleuit. Huius hominis frater ad vigilias dominici natalis aduenit, monuitq; presbyterum, dicens: vigilemus vnanimiter ad Eccleſiam Dei, atq; exoremus deuote beati Nicetij potentiam, vt eo obtinente huius anni curriculum cum pace ducamus. Quod presbyter audiens, gauiſus, iuſſit ſignum ad vigilias commoueri: quo commoto, adueniente presbytero cum clericis & reliquo C populo, hic, gulæ inhians, moras veniendi innectebat: Miſitq; ſæpius presbyter ad eum arceſſendum, quibus reſpōdebat, Pauliſper ſuſtinete & venio. Quid plura? Tranſactis vigilijs, data luce hic, qui prius commonuerat, ad vigilias non acceſſit. Presbyter vero impleto officio, commotus contra hominem, ad metatum eius properat quaſi eum à communione ſuſpenderet. At ille correptus febre, ſicut vino ita diuino exurebatur incendio. Nec mora, viſo presbytero, datis vocibus cum lachrymis ſupplicabat ſibi pœnitentiam tradi: Cumq; eum presbyter increparet, dicens: Merito à ſancti Nicetij virtute exureris, ad cuius Eccleſiam venire ad vigilias neglexiſti: & inter ſermocinantium colloquia ſpiritum exhalauit. Facta quoque hora tertia, cum populus ad miſſarum ſolemnia cōueniret hic mortuus in Eccleſiam eſt delatus: quod virtute ſancti antiſtitis actū nemo ambigere poteſt, hæc enim nobis ipſe expoſuit presbyter. Plurima etenim de his vel propriè experti ſumus; vel per fidelium reuelationem cognouimus, quæ indicare longum putauimus. Sed quoniam placuit libello clauſulam dare, vnum adhuc admirandum de libro vitæ eius, quem ſupra à quodam ſcriptum præfati ſu- D mus, memorabo miraculum; de quo virtus diuina procedens non reliquit inglorium: Sed, ad comprobandum virtutem dictorum, pateſecit eſſe plurimis glorioſum. Diaconus enim Auguſtidunenſis, graui oculorū cæcitate turbatus, audiuit hæc, quæ glorificator ſanctorum ſuorum Deus ad ſancti tumulum exercebat, dixitque ſuis: ſi eius adirem ſepulchrum, aut aliquid de ſanctis pignoribus ſumerem, aut certe, ſi pallium, quo ſancti artus teguntur, mererer attingere, fierem ſanus. Cumque hæc & huiuſcemodi cum ſuis verba conferret, adſtitit repente clericus quidam, dicens: Bene inquit credis: ſed ſi de hiſdem firmare mentem cupis virtutibus, En volumen chartaceum quod de his habetur ſcriptum, vt facilius credas ea quæ ad arduum tuarum aurium peruenerunt. At ille, priuſquam legere appeteret, inſpirante diuinæ pietatis reſpectu, ait: Credo, quia potens eſt Deus, egregia operari per famulos ſuos. Et ſtatim poſuit volumen ſuper oculos ſuos: exemplo autem fugato dolore diſruptaq; caligine, vſum videndi recipere meruit voluminis à virtute. Et in tanta claritate poſitus eſt, vt ipſe, proprijs oculis legens, virtutum geſta cognoſceret: operatur autē hæc vnus atq; idem Dominus, qui gloriatur in factis ſuis; vt qui ipſos illuſtribus miraculis editos effecit glorioſos: ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen. E

S. GREGORII, TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI; DE VITA PATROCLI RECLAVSI; LIBELLVS. F

Fuit autem in Biturico termino Reclauſus; nomine, Patroclus, &c. Scripſimus & de huius vita, libellum: Greg. Turonen. Hiſtoria Franc. lib. 5. cap. 10.

CVM egregia Moyſei vatis prudentia, ad conſtituendum diuinæ deſcēſionis tabernaculum, iuxta ipſum ons dominici præceptum fabricare diſponeret: atque ad hoc eiuſdemque apparatum multa congerere iuſſus, non haberet cuncta in regeſtu promptuarij quæ ab ipſo Domino oſtenſa fuerant, in montis ardui ſummitate iuſſit commoneri populum, vt offerret vnuſquiſque pro viribus quiddam muneris Deo; Et hoc non ex neceſſitate, ſed ſponte. Offerebant ergo donaria auri, argentique, æris, ac ferri metalla. Gemmarum etiam micantium pulchritudines ac fila biſſi duplicati coccique bis torti: non- G nulli pelles arietum rubricatas, piloſque caprarum. Sed cum hæc omnia doctores Eccleſiarum eſſe allegotica tradidiſſent, & in reliquis donarijs gratiam in genera demonſtraſſent, in illis caprarum pilis laudationum verba comparauerunt: ita nunc & nos ſteriles ſenſu, imperiti ſtudio, ſqualentes in actu: & ſi aurum argentumque vel gemmas filaque duplicata ac torta non offerimus, ſaltem vel pilos caprarum, id eſt, verba quæ ſanctorum atque amicorum Dei prodant, miracula in Eccleſia ſancta porrigimus: vt legentes eo incitentur ſtudio, quo ſancti meruerunt ſcandere polum. Ergo quia nobis de beati Patrocli vita nuper data relatio, quædam prodidit, non omittenda, ſed manifeſtanda curaui. Et licet ſermone ruſticorū tamen occulenda arbitratu rū, quæ Deus geſſit per famulum ſuum. Igitur beatiſſimus Patroclus biturigi territorij incola, Aëtherio patre progenitus, cum decem eſſet annorum paſtor ouium deſtinatur, fratre Antonio tradito ad ſtudia litterarum. Erant enim non quidem nobilitate ſublimes, ingenui tamen: cumque quodam meridie hic ab ſcholis, ille à grege comiſſo ad capiendum cibum paterno in hoſpitio conuenissent, dicit Antonius fratri ſuo: diſcede longius ô ruſtice. Tuum eſt enim opus oues paſcere, meum H litteris exerceri; quia de te nobiliorem me ipſius officij cura facit, cum te huius cuſtodiæ ſeruitus vilem reddat. Quod ille audiens & hanc increpationem quaſi à Deo ſibi tranſmiſſam putans, reliquit oues in campi planicie: & ſcholas puerorum, niſu animi agili atque curſu velociſſimo, expetiuit. Traditiſque elementis ac deinceps quæ ſtudio puerili neceſſaria erant, ita celeriter memoria opitulante imbutus eſt, vt fratrem vel in ſcientia præcederet, vel alacritate ſenſus, adiuuante diuini numinis auxilio, anteiret. Dehinc Mumioni, qui quondam cum Childeberto Parrhiorum rege magnus habebatur, ad exercendum commendatus eſt. A quo cum ſumma amoris diligentia nutriretur, ita ſe humilem atque ſubiectum

A omnibus præbebat, vt omnes eum tanquam proprium parentem in ſumma bonitate diligerent. Regreſſuſque ad domum, patre defuncto, reperit matrem ſuam adhuc ſuperſtitem; cui illa ait: Ecce genitor tuus, ô dulciſſime nate, obijt: Ego vero abſque ſolatio dego; requiram puellam pulchram ingenuamque, cui copulatus ſolatium, præbeas maternæ viduitati. At ille reſpondit: Non coniungor mundanæ coniugi, ſed quæ concepit animus cum Domini voluntate perficiam: cui, cum genitrix non intelligens quæreret quid hoc eſſet, perdere noluit: ſed abijt ad Archadium, biturigæ vrbis Epiſcopum, petijtque ſibi comam capitis tondi, aſciſcique ſe in ordinem clericorum; quod Epiſcopus, Domino volente, ſine mora compleuit: nec multo primus diaconatus officium ſubiens, vacabat ieiunijs, delectabatur vigilijs; exercebatur lectione, atque in oratione aſſiduus promptius effundebatur: vt nec ad conuiuium menſæ canonicæ cum reliquis accederet clericis. Quod audiens Archidiaconus, frendens contra eum, ait: Aut cum reliquis fratribus cibum ſume, aut certe diſcede à nobis. Non enim rectum videtur, vt diſſimules cum

B his habere victum cum quibus Eccleſiaſticum implere putari officium. Non eſt autem de his ſeruus Dei commotus animo, qui iam Eremi ſitiebat adire ſecretum: ſed egreſſus ab vrbe memorata venit ad vicum Neronenſem: ibique a diſtructo oratorio, ſancti Martini reliquijs conſecrato, pueros erudire cœpit in ſtudijs litterarum. Veniebant autem ad eum infirmi & ſanabantur: atque energumini nomen eius confitentes emundabantur. Nec ei erat ſolitudo vt voluerat, ſed patefacta virtus publicum vſquequaque reddebat. Tunc pro hoſpitio quoddam breuibus conſcriptis poſuit ſuper altare, vigilans & orans tribus noctibus: vt quid ei Dominus iuberet, dignaretur manifeſtiſſimè declarare: ſed pietatis diuinæ inclyta miſeratio, quæ eum præſciens Eremitam eſſe decreuerat, Breuem illum accipere monet, vt ad Eremum properaret. Ille autem in cellula, qua degebat, congregatis virginibus monaſterium inſtituit puellarum. Nihil de omni labore ſuo, quod ibidem aggregauerat, cum abſcederet ſumens niſi raſtrum vnum, viamque bipennem: ingreſſuſque altas ſiluarum ſolitudines, venit ad locum qui dici-

C tur mediocantus; ibique conſtructa cellula in opere, quod ſupra diximus, Deo vacabat. Atque inibi cum multos energumenos manu impoſita, per ſignum crucis effugatis dæmonibus, mente integra reddidiſſet; Vnus ad eum adductus eſt rabidus, qui ictibus patulis dentibuſque cruentos, quod attingere poterat, dentibus propijs laniabat. Pro quo per triduum in oratione proſtratus, obtinuit ad illam diuinæ miſerationis potentiam, vt mitigato furore leto obnoxius mundaretur. immiſſiſque in os eius digitis, fugato ſeualis atrocitatis ſpiritu, perſonam teſtituit incolumitati. Nullas enim ante eum vires habere poterat perturbationis iniquæ præſtigium. Nam ſicut hos, qui vexabantur, emundabat: ita & quæ immittebat occulte atrocia, auctor criminis repellebat per crucis ſacratiſſimæ virtutem. Nam Leubillæ cuidam fœminæ, cum per luem illam inguinariam diabolus, Martinum mentitus, oblationes quibus quaſi populus ſaluaretur, nequiter obtuliſſet: hæc ad ſanctum delata, non ſolum reuelante ſpiritu ſancto euanuerunt, verumetiam ipſe inuentor malorũ ſancto teterrimus apparens,

D quæ nequiter geſſerat, eſt profeſſus. Transfigurat enim ſæpe diabolus ſe in angelum lucis, vt hac fraude decipiat innocentes: ſed cum ei multas intentaret inſidias, ne hic aſcenderet, vnde ille corruerat; immiſit ei cogitationem, vt præter miſſa Eremo ad ſæculum reuerti deberet: ſed hic ſanctus cum vitia graſſari ſenſiſſet in pectore, in oratione proſtratus petebat, vt nihil aliud, niſi quod Deo eſſet placitum, exerceret. Tunc apparuit ei angelus Domini per viſum, dicens: Si vis mundum videre, Ecce columna, in quam aſcendens contemplare omnia quæ geruntur in eo. Erat enim ante eum per ipſam viſionẽ columna miræ altitudinis collocata, in quam aſcendens vidit homicidia, furta, cædes, adulteria, fornicationes, & omnia praua quæ geruntur in mundo. Et deſcendens ait: Ne quæſo Domine, ſinas me ad has prauitates quas dudum, te confeſſus,

E oblitus ſum. Tunc ait illi angelus qui cum eo loquebatur, Deſine ergo quærere mundum, ne pereas cum eo: ſed potius vade in oratorium in quo Dominum deprecaris, & quod ibi inueneris, hoc tibi erit conſolatiu in peregrinatione tua. Ingreſſuſq; cellulam oratorij, inuenit tegulam fictilem in qua ſignum crucis dominicę erat expreſſum. Agnoſcenſque munus diuinum, intellexit ſibi ad omnia mundanæ perſuaſionis incitamenta, hoc eſſe inexpugnabile munimentum. Poſt hæc ædificauit monaſterium columbarienſe in milliaribus quinque à cellula Eremi in qua habitabat: & cũgregatis monachis, vt ſolitudine libro potius fungeretur arbitrio, abbatem inſtituit qui gregi monaſteriali præeſſet. Octauum enim & decimum in hoc Eremi loco expleuerat annum. Tunc congregatis fratribus tranſitum ſuũ annuncians, obijt in ſenectute bona, ſanctitate præcipua; qui aquis ablutus feretroque impoſitus ferebatur ad monaſterium ſuum, vbi ſe viuens ſepelire mandauerat. Tunc archipresbyter Neronenſis vici, collecta clericorum cohorte, voluit vi auferre glebam ſancti corpuſculi; videlicet vt ad vicum ſuum vnde egreſ-

F ſus fuerat ſepeliretur. Sed cum furibundus veniens vidiſſet à longe palliam quæ ſanctos tegebat artus eximio albere nitore, ita nutu Dei eſt metu perterritus, vt omni velocitate reuocaret ab animo quod malè conceperat leuitatis arbitrio. Coniunctuſque pſallentio in exequijs ſancti progreſſus, tumulauit eum cum reliquis qui aderant fratribus in ipſo Columbarienſi monaſterio. Ad cuius ſanctum ſepulchrum Prudentia cæca, cum alio Lemouicina puella ſimiliter lumine viduata, vt ſepulchrum ſanctum in oratione oſculatæ ſunt, lumen recipere meruerunt, Maxonidius autem poſt quintum cæcitatis ſuæ annum, hunc tumulum ſanctum adijt, lumenque recepit. Energumini vero Lupus Theodulphus, Rucco, ſcopilia, nectariola, tachildis, ad hunc ſancti tumulum ſunt mundati: ſed & puellæ duæ de Lemouicino venientes, oleo quod is ſe ſanctus benedixit perunctæ à nequitia, qua obſidebantur, mundatæ ſunt: & quotidiè ibidem ad corroborandam fidem gentium operatur Dominus, qui perpetualiter glorificat ſanctos ſuos.

G

S. GREGORII TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI; DE VITA S. CALVPPÆ RECLAVSI; LIBELLVS.

Eodem quoque anno (quo ſcilicet Sanctus Germanus Pariſiorum Epiſcopus tra ſijt; & Childebertus Sygiberti filius primum regnauit) & Caluppa Reclauſus obijt. His ab infantia ſua ſemper fuit religioſus; &c. ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus: Greg. Tur. Hiſtoria Franc. lib. 5. cap 9.

SEMPER ſanè paupertas ſæculi regna reſerat cœli: atque vtentes ſe, non modo præparat polo, verumetiam glorificatos miraculis illuſtres eſſe declarat in mundo. Quo fit vt, dum illa ergaſtularis

H cõtritionis reuinctio paradiſi ianuam patefacit, anima angelicis choris inſerta in requie ſempiterna præſultet; ſicut nunc de beato Caluppane recluſo, q̃ veruni cognouimus, protſus ſilere nequimus. Hic aũt ab ineunte ætate ſemper religionis Eccleſiaſticæ bonũ quæſiuit & reperit: & apud monaſterium Meletenſe termini Aruerni conuerſatus, in magna humilitate ſe fratribus præbuit. Erat o. ſummæ abſtinentiæ, ita vt, ab inedia nimium attritus, quotidianam cum reliquis fratribus operam explere nequiret. Vnde, vt mos eſt monachorum, magnum improperium inferebãt; dicente ſibi præſertim præpoſito, qui non deliberat laborare, indigne poſtulat manducare. Dum autem hic aſſiduè vteretur his exprobrationum verbis, vallem haud procul à monaſterio conſpicatur; de cuius medio lapis, natura præbente, cõſurgens prouehitur in excelſum, quaſi in

A quingentis aut eo amplius pedibus, nullam penitus ha-
bens cum reliquis montibus circumpoſitis coniunctio-
nem. Cuius vallis medium fluuius alluit, qui hunc mon-
tem placidè contingens dilabitur. In huius ergo lapidis
ſciſſuram, quod priſcis quondam propter tranſitum ho-
ſtium receptaculum fuit, Eremita ſanctus ingreditur, & ex-
ciſo lapide habitacula ſtatuit, in qua nunc per ſcalam valdè
difficilem ſcanditur. Locus etenim ille tam difficilis eſt ad
incedendum, vt etiam feris beſtijs illuc accedere ſit labo-
ris. In hoc loco oratoriolum paruulum quodammodo fe-
cit. Cui oranti vt ipſe nobis cum lachrymis referre erat
ſolitus, ſerpentes ſuper caput eius ſæpius decidebant: &,
inuoluentes ſe circa collum eius, non minimum ei infere-
bant horrorem: ſed quia diabolus ad ſpeciem calidi ſer-
pentis habetur, non ambigitur eius hanc fuiſſe immiſſio-
nis inſidiam. Nam cum ille ad hæc perſtaret immobilis,
nec moueretur minorum anguium ictibus, quadam die
duo dracones immenſæ magnitudinis, ad eum ingreſſi,
adſtiterunt procul; quorum vnus (vt arbitror) ipſe dux
tentationis validior altero erat, qui erecto pectore os ſuum
B contra os beati, quaſi aliquid muſſitaturus, erexit. At ille
timore perterritus tanquam aheneus valde diriguit, nul-
lumque pœnitus membrum mouere, potens, neque ma-
num eleuare vt ſignum beatæ crucis opponeret. Cumq;
ambo diutiſſimè in ſilentio conſtitiſſent, venit in mentem
ſancto, per ſpiritum, vt orationem dominicam etſi labia
mouere non poterat; vel corde clamaret: Quam dum
tacitus loquitur, cœperunt paulatim membra eius, quæ
inimici fuerant arte reuincta, diſſolui: & ſentiens ſe ma-
num dextram habere iam liberam, ori ſignum beatæ cru-
cis imponit: rurſumq; conuerſus ad hydrum, pingit ite-
rum crucem Chriſti aduerſus eum, dicens: Tune es il-
le qui protoplaſtum de paradiſi habitaculo proieciſti;
qui germani dexteram parricidio cruentaſti; qui Pha-
raonem, vt populum Dei perſequeretur, armaſti: qui ad
extremum ipſum Hebræum populum, vt inuidia ſuccen-
dente perſequeretur dominum, excitaſti? Diſcede à ſeruis
Dei, à quibus ſæpius ſuperatus, diſceſſiſti confuſus. Tu
es enim in Caim proiectus, In Eſau ſupplantatus, in Go-
lia proſtratus, in Iuda traditore ſuſpenſus: & in ipſa illa
C dominicæ virtutis cruce cum poteſtatibus & dominatio-
nibus tuis triumphatus, atque contritus es. Abde nunc,
inimice, caput & humiliare ſub ſignaculo crucis diuinæ:
quia non eſt tibi portio cum ſeruis Dei, quorum eſt hære-
ditas regnum Chriſti. Hæc & huiuſcemodi ſancto di-
cente, Crucemq; per ſingula faciente, draco huius vexilli
virtute confuſus, viciſſim ſe humilians terræ ſubditur. Sed
dum hæc agerentur, ille alius circa pedes & tibias ſancti in
inſidijs voluebatur. Cumque hunc ad pedes ſuos confu-
ſum ſanctus Eremita videret, orationem faciens, eum abi-
re iuſſit dicens: Vade retro ſathanas, nihil mihi in nomine
Chriſti mei poteris vltra nocere. At ille, vſq; ad limen cel-
lulæ egreſſus, ſonum validum per inferiorem partem emi-
ſit: & tanto cellulam fœtore repleuit, vt nihil aliud quã dia-
bolus crederetur; nec vltra coram ſancto aut ſerpens aut
draco comparuit. Erat enim aſſiduus in opere Dei, nec va-
cabat ad aliud, niſi aut legeret aliquid aut oraret: Et iam
cum parumper cibi caperet, ſemper orabat. Sumebat in-
terdum piſcem de flumine (raro quidem) ſed cum voluiſ-
ſet, opitulante domino cõfeſtim aderat. Cibum panis non
D aliunde ſumebat, niſi qui de monaſterio mittebatur. Si quis
vero deuotorum panes detuliſſet, aut vinum, id in cibos
deputabatur egentium; in illorum duntaxat qui ab eo aut
ſignum ſalutare ſuſcipere, aut infirmitatum remedia ſume-
re flagitabant: Scilicet vt quos per orationem ſaluti dabat,
etiã cibi refectione foueret; illud Domini recolens quod
in Euangelio de turbis quas à diuerſorum morborum con-
tagio ſanauerat, dixit: Dimittere eos ieiunos nolo, ne defi-
ciant in via. Sed nec illud beneficium occuli arbitror, quod
ei in loco illo diuina pietas eſt largita: Nam cum à profun-
do vallis illius quaſi ſtadia decem aqua deferretur, orauit
ad Dominum, vt ei in ipſo cellulæ ſuæ habitaculo fontis ve-
nam oſtenderet; ſed non defuit virtus illa cœleſtis, quæ
quondam ſitientibus populis aquas produxit à ſilice: ſta-
tim igitur ad huius orationem gutta laticis à caute pro-
rumpens, cœpit ſolum ſtillis frequentibus irrigare. At ille E
munus cœleſte congaudens, concauum in lapide paruu-
lum in modum ciſternæ faciens, tenentem quaſi condia
duo, limphas diuinitus ſibi indultas ſuſcipiebat. De qui-
bus tantum ei miniſtrabatur per dies ſingulos, quantum
ipſi pueroq; ſufficeret; qui ei miniſter fuerat datus. Ac-
ceſſimus autem & nos ad locum cum beato Auito Epi-
ſcopo: & omnia quæ narrauimus, quædam ab ipſo relata
cognouimus, quædam oculis proprijs inſpeximus. A me-
morato autem pontifice diaconatus ac presbyterij ſorti-
tus eſt gradum, multa populo diuerſis vexato morbis re-
media conſulit. Nulli tamen cellulam egreſſus ſe præbuit
contemplandum, niſi tantum per feneſtellam extendens
manum, ſalutare ſignaculum imponebat. Et ſi à quoquam
viſitatus fuiſſet, ad hanc accedens ſpeculam, orationem
colloquiumq; præbebat. Deniq; in hac religione curſum
vitæ conſummans, quinquageſimo (vt opinor) æui anno
migrauit ad dominum.

F

S. GREGORII, TV-
RONENSIS ARCHIEPI-
SCOPI; DE VITA S. ABBATIS
SENOCH; LIBELLVS.

Benedictus Senoch Presbyter, qui apud Turonos morabatur; &c. ſuper infirmos, multas virtutes fecit, quas in libro vitæ eius ſcripſimus: Gregor. Turonen. Hiſtoria Franc. lib.5.cap 7. Et idem Greg. Turon. Hiſtor. Franc. libr.3.cap. 3. libri de gloria confeſſorum, Cap. 25. Senoch Abbatis vita (inquit) dudum, à nobis ſcripta fuit; In quo libello, multis eiuſdem virtutibus memoratis, finem fecimus.

VANITAS vanitatum, dicit Eccleſiaſtes, ò-
mnia vanitas. Verumne eſt ergo quod om-
nia quæ geruntur in mundo cuncta ſint va-
nitas? Vnum fit vt ſanctos Dei, quos nul-
lus libidinum æſtus exuſſit, nullus concupi-
ſcentiæ exagitauit ſtimulus, quos nullum luxuriæ cœ- G
num, nec in ipſa (vt ita dicã) cogitatione tentauit, aſtu ten-
tatoris elati. viti ſunt ſibi eſſe iuſtiſſimi; & ob hoc iactan-
tiæ cothurnoſæ perflati ſupercilio ſæpius corruerunt. Fa-
ctumque eſt ita vt, quos nõ valuit maiorum criminum gla-
dius trucidare, leuis vanitatis fumus addictos facilè per-
fundaret, ſicut & ipſe ille, de quo nunc nobis ſermo futu-
rus eſt, cum multis virtutibus floruiſſet, pœnè in illo arro-
gantiæ barathro obrutus occumberet, ſi eum non exhorta-
tio fratrum fidelium attẽta recuperaſſet. Igitur beatus Se-
noch, generatione Theiphalis pictaui pagi, quem Thei-
phaliam vocant, oriundus fuit: & conuerſus ad Dominũ,
clericusq; factus monaſteriũ ſibi instituit. Repperit enim
intra territorij Turonici terminũ parietes antiquos, quos
eruderans à ruinis habitationes dignas aptauit: Repperit-
que ibi oratoriũ in quo ferebatur celebre noſtrum oraſſe
Martinum: quod diligenti cura compoſitum, erecto alta- H
ri, loculumque in eo ad recipiendas ſanctorum reliquias
præparatum, ad benedicendum inuitat Epiſcopum. Affuit
tunc Euphronius beatus Epiſcopus, qui conſecrato altari
eum diaconatus honori donauit. Celebratis igitur miſſis,
cum capſulam reliquiarum in loculo cuperent collocare,
Extitit capſa prolixior, nec recipi in loculum poterat: Tunc
proſtratus diaconus cum ipſo Sacerdote pronus ad oratio-
nem: lachrymas precibus mixtas effudit, obtinuitque pe-
tita: Mirum dictu! Ita enim loculus diuinitus amplifica-
tus, capſulaque conſtricta eſt, vt in eum ſpacioſiſſimè nõ
ſine admiratione reciperetur. In hoc loco, collectis tribus
monachis, Domino aſſiduè ſeruiebat; Et in primis arcto
vitæ tramite incedebat: Exiguosq; cibos, & tenues po-
tiones ſumens. Diebus autem quadrageſimæ ſanctæ adde-

A batur augmentum abſtinentiæ ciborum diminutione: Nam eſus illi panis tantum bordeaceus erat & aqua; de vtriſq; elementis libras ſingulas per dies ſingulos ſumens. Rigorem vero hyemis ſine vllo pedum tegmine pati contentus, manibuſq; ac pedibus ſimul & collo ferrea cathena reuinctus. Dehinc à fratrum contemplatione ſemotus, ſolitariè ſe reclusit in cellula, orans aſſiduè atque in vigilijs & orationibus die noctuque ſine ambiguitate perdurans. Cōferebat autem deuotio fidelium plærumq; pecuniam; ſed non eam in abditis loculis, ſed in pauperum poſterum marſupijs condebat, illud dominici eloquij oraculum ſæpè commemorans: Nolite theſaurizare vobis theſaurum ſuper terram, quia vbi fuerit theſaurus tuus, illic erit & cor tuum. Dabat enim hic quæ accipiebat pro Dei intuitu, in diuerſis neceſſitatibus indigentium. Vnde factum eſt vt in vita ſua de his amplius quam ducētos à nexu ſeruitutis, debitique onere ſubleuaſſet. Cum autem nos in Turonicum veniſſemus, egreſſus eſt de cellula, venitque ad inquirendos nos; ſalutatiſque ac deoſculatis regreſſus eſt iterum. Erat enim (vt diximus) valde abſtinens ſanans

B infirmantium languores: ſed vt de abſtinentia ſanctitas, ita de ſanctitate vanitas cœpit obrepere. Nam egreſſus de cellula, iactantia cothurnosâ ad requirendos viſitandoſq; parentes in pago Pictauenſi, cuius ſupra meminimus, abijt. Regreſſuſq;, tumidus arrogantia ſibi ſoli placere nitebatur; ſed vbi iurgatus à nobis & accepta ratione quod ſuperbi longè fiant à regno Dei, ita ſe purgatus iactantia humilem reddidit, vt nulla in eo penitus radix ſuperbiæ remanſiſſet; ita vt profiteretur, dicens: Vera nunc eſſe cognoui quæ beatus Apoſtolus ſacri oris conteſtatur eloquio: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Sed cum per eum Dominus ſuper infirmos multas faceret virtutes, & ille ita ſe dixit includere, vt nunquam humanis aſpectibus appareret: conſilium ſuaſimus, vt non ſe perpetuo in hac concluſione conſtringeret. Niſi in illis tantum duntaxat diebus qui inter depoſitionem ſancti Martini, ac Dominici natalis ſolennitate habentur: vel in illis ſimiliter quadraginta, quos ante paſcalia feſta in ſumma duci abſtinentia patrum ſanxit auctoritas. Reliquis vero diebus infirmorum gratiam populis ſe præberet. Audito autem conſilio noſtro

C libenter quæ dicta ſunt accepit, impleuitque ſine ambiguitate. Denique quia de conuerſatione eius pauca prolocuti ſumus, ad virtutes, quas per illū medicabilis diuinæ potentiæ dextera operari dignata eſt, accedamus. Cœcus quidam, Popuſitus nomine, ad eum venit; Erat enim tunc beatus Senoch iam presbyter ordinatus, qui dum aliquid alimenti poſtulat, tactis à ſancti Sacerdotis manu oculis, vt ſignum ſalutare meruit, protinus viſum recepit. Alius quoque Pictauenſis puer huiuſcemodi morbo laborans, audita confeſſoris huius opera, pro luminis perditi receptione precatur: nec moratus ille, ſed inuocato Chriſti nomine crucem oculis cæci imponit. Statimq; defluente riuo ſanguinis lux intrauit, ac poſt viginti annorum curricula orbatæ fronti geminorum ſyderum iubar inclaruit. Duo pueri membris omnibus debiles, & in modum ſpheræ in rotunditate contracti, eius conſpectib. ſunt delati; quibus impoſitis manibus, reintegratis artubus vnius horæ momento vtrunque reddidit abſolutum. Geminauitq; deinde geminæ virtutis beneficium. Puer cum puella coram eo contractis manibus adſteterunt. Erat autem tunc me-

D dium paſchalis feſtum ſolennitatis. Cumque pro ſuæ directionis medela Dei famulo ſupplicarent, & ille, pro ea quæ ad Eccleſiam conuenerat populi frequētia, hæc agenda differret, indignum ſe clamitans per quem Deus infirmis præbere beneficia dignaretur; Supplicantibus cunctis manus eorum ſuis ſuſcepit in manibus. Quibus attrectatis directis digitis ſanos abſcedere iubet. Sic & Benaia (hoc enim erat nomen mulieris, oculos deferens clauſos) tactu ſalutaris dexteræ benedicta illuminata diſceſſit. Sed nec illud occuli potui, quod ſæpius eius oratio virus ſerpētium exinanire obtinuit. Duo enim tumidi morſu hydri eius pedibus proſternuntur, deprecantes vt virus, quod Deus malæ beſtiæ artubus moribundis iniecit, ſua virtute diſcuteret. At ille orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Ieſu Chriſte, qui in principio cuncta mundi elemēta

E creaſti, & ſerpentem illum humanis dignitatibus æmulum ſub maledicto eſſe ſanxiſti; Tu depelle ab his famulis tuis veneni huius malum, vt nō angues de his, ſed hi de angue valeant triumphare. Hæc autem cum dixiſſet, palpauit omnem compagem corporis eorum, ſtatimque compreſſo tumorē virus mortiferum nocendi perdidit vires. Dies Dominicæ reſurrectionis aduenerat, & homo quidam, dum ad Eccleſiam pergeret, vidit pecorum multitudinem ſuam ſegetem depaſcentem, ingemuitq; & ait: Væ mihi quia annualis mei laboris opera ita deperit, vt nihil prorſus ex ea remaneat: & accepta ſecure amputatis ramis aditum ſepis claudere cœpit. Confeſtimq; contracta manus inuita retinuit, quod voluntariè comprehēdit. Dolore eriam inſtigante ad ſanctum confeſſorem mœſtus acceſſit, trahens poſt ſe ramum quem manu conſtrictum erat; narrauitq; omnia ſicut geſta erant: Tunc ille oleo benedictione ſanctificato, manum manu perungens, abſtracto ramo ſanitati reſtituit: ſed & deinceps multos à ſerpentiū morſu, & à puſtulæ malignæ veneno, ſigno crucis locato deſuper reddidit ſoſpitati. Nonnullos antè obſeſſos dæmonis

F ſæuo liuore, vt manus impoſuit, exemplo fugatis dæmonibus mentem energia turbatā ad integritatem intelligētiæ reparauit. Omnes n. quoſcunq; per eum à diuerſis infirmitatib. dextera diuina ſaluauit, ſi inopes fuiſſent, ipſe cibum veſtitumque diſpenſatione hilari porrigebat. Tantaque ei cura de egenitibus fuit, vt etiam pōtes ſuper alueos amnium diligēter inſtrueret ne quis inundantibus aquis naufragia ſæua lugeret. In his ergo virtutibus clarus in populis declaratus, cum eſſet annorum circiter XL. modica pulſatus febre per triduum lectulo decubauit. Nunciatumq. eſt mihi cum tranſitus eſſet propinquus. At ego velocius illuc properans, ad lectulum eius acceſſi; ſed nihil ab eo collocutionis elicere potui: Erat enim valde feſſus. Dehinc interpoſito quaſi vnius horæ ſpatio ſpiritum exhalauit. Congregataq; eſt ad eius exequias multitudo illa redemptorum quos ſupra diximus, ab eo vel à iugo ſeruitutis, vel à diuerſis debitis abſolutos; quos vel alebat cibo, vel veſtitu tegebat: Plangebant enim dicentes, Cur nos pater ſancte relinquis? Poſt hæc ſepulturæ locatus, ſæpius ſe manifeſtis virtutibus declarauit. Nam trigeſimo ab eius

G obitu die, cum ad eius tumulum miſſa celebraretur, Chaidulphus quidam contractus, dum ſtipem poſtulat, ad eius ſepulturam accedit; qui dum pallam ſuper poſitam oſculis veneratur, diſſolutis membrorum ligaturis directus eſt. ſed & multa alia ibi geſta comperi, de quibus hæc tantum memoriæ habenda mandaui.

S. GREGORII, TVRONENSIS ARCHIEPISCOPI; DE VITA S. NICETII TREVERORVM EPISCOPI;

LIBELLVS.

SI fides dictis adhibetur, relatoribus ſacrorum operum pro fidei merito fideliter arbitror eſſe credendū: quia non omnia, quæ in ſcripturis leguntur, obtutibus proprijs cerni

H potuerunt. Sed quædam ipſius ſcripturæ relatione firmata, quædam aliorum auctorum teſtimonio comprobata, quædam vero proprij intuitus auctoritate creduntur: ſed ſunt, quod peius eſt, qui peruerſo ſenſu, vt ſcripta nō credunt, ita teſtificata reprehendunt: viſa vero tanquā conficta faſtidiunt, nō habentes illud in ſua credulitate quod Thomas Apoſt. geſtabat in corde, dicēs: Niſi videro, nō credā; beati quidē qui non viderunt & crediderūt. Sed iſte vt vidit, ſtatim credidit. Nam (vt diximus) multi videntes ea non modo non credunt, ſed & derident. Vnum & ego, aliqua de ſancti Nicetij Treuerici Sacerdotis virtutibus, virilitate, magnanimitate, ſanctitate ſcripturus, reprehendi ab aliquibus vereor, dicentibus mihi: Tu, cum ſis iunior, quomodo ſeniorum geſta poteris ſcire? qualiter te co-

A cum facta venerunt? Nempe non aliud niſi confiċta à ſe hæc, quæ ſcripta ſunt, decernunt me. Qua de cauſa relatorem huius operis in medio ponere neceſſe eſt: vt hi, qui veritati derogant, confundantur. Nouerint igitur à beato Ardio abbate vrbis Lemouicinæ, qui ab ipſo Nicetio antiſtite enutritus, & clericatus ordinem ſortitus eſt, hęc quæ ſubiecta ſunt me audiſſe, quem in hoc non credo feſelliſſe: cum per eum Deus, eo tempore quãdo mihi iſta retulit, & cæcorum oculos illuminauit, & paralyticis greſſum præſtitit, & energumenos ejectis dæmonibus ſanæ menti reſtituit. Nec credendum eſt eum mendacij nube obumbrari poſſe; quem Deus ſæpius ab hymbrium nube obrectum ita protexit, vt imbutus locus ipſe nulla ſtillarum cadentium infuſione madeſceret. Denique ſi de tali re dubitatur, de beneficiis Dei diffiditur. Aiebat ergo memoratus ſacerdos de antedicto antiſtite: Multa quidem, dulciſſime frater, de ſancto Nicetio honorum virorum teſtimonio diuulgata cognoui: ſed plura meis oculis proprijs inſpexi, vel etiam ab eo vix elicita cognoui: & cum mihi quępiam, de his quæ per illum Deus operatus eſt, explanaret, non cothurno iactantiæ tumeſcebat, ſed compunctus corde cum lachrymis aiebat: Ideo tibi hæc, fili chariſſime, pandere volo, vt & tu cum ſumma conuerſans innocentia cordis ſimilia mediteris. Non enim ad excelſa virtutum Dei contendere quis poterit, niſi fuerit innocens manibus & mundo corde, ſicut canit Dauidici carminis canit. Hæc ergo de eo præfatus relator exorſus eſt. Igitur ſanctus Nicetius Epiſcopus ab ipſo ortus ſui tempore clericus deſignatus eſt. Nam cum partu fuiſſet effuſus, omne caput eius, vt eſt conſuetudo naſcentium infantum, à capillis nudum cernebatur: in circuitu vero modicorum pilorum ordo apparuit, vt putares ab eiſdem coronam clerici fuiſſe ſignatam. Exinde ſtudioſiſſimis enutritus parentibus, litteris inſtitutus, abbati cuidam in monaſterio commendatur: In quo loco ita ſe deuotum Deo exhibuit, vt migrante abbate ipſe ſuccederet. Iam vero aſſumpto abbatis officio, tantum ſe, talemque ad inſtructionem atque diſtrictionem fratrum exhibuit, vt non modo agere, verum etiam nulli liceret aliquid vel loqui peruerſe, dicens: Cauenda eſt ſcurrilitas, dilectiſſimi, & omne verbum ocioſum: vt, ſicut corpus omne purum exhibere debemus Deo, ita etiam & os non ad aliud aperire, niſi ad laudem Dei: quia tria ſunt in quibus genus

C diabitur humanum: aut enim cogitat, aut loquitur, aut agit. Ergo vos, dilectiſſimi, oportet vitare ſcurrilitatẽ, malitiam, & omne opus peſſimum. Multa & alia exhortabatur fratres, vt eos dignos Domino exhiberet ac mundos. Venerabatur autem eum & rex Theodoricus magno honore, eo quod ſæpius vitia eius nudaret ac crimina, caſtigatus emendatior redderetur: & ob hanc gratiam, decedente Treuericæ vrbis ſacerdote, eum ad Epiſcopatum iuſſit arceri. Cumque dato conſenſu populi, ac decreto regis ad ordinandum, à viris ſummo cum rege honore præditis adducebatur. Verum tamen cum propinqui ad vrbem, cadente ſole, fixis tentoriis manſionem pararent, illi confeſtim laxatos equos per ſegetes pauperum dimiſerũt. Quod cernens beatus Nicetius miſericordia motus, ait: Expellite quantotius equos veſtros à ſegete pauperis, alioquin remoueam vos à communione mea. At illi indignantes, dixerunt: Quænam eſt hæc causa quam loqueris? Adhuc

D enim epiſcopalem apicem non es adeptus, & iam excommunionem minari? Et ille: Vere (inquit) dico vobis, quia deſtinauit rex vt me, auulſum à monaſterio, huic oneri conſecrari iuberet; fiet quidem voluntas Dei: nam regis voluntas in omnibus malis, me obſiſtente, non adimplebitur. Tunc curſu rapido abiens, eiecit equos à ſegete: & ſic cum admiratione hominum illorum ad vrbem deductus eſt. Non enim honorabat perſonam potentis, ſed Deum tantum & in corde, & in operibus metuebat. Impoſitus itaque in cathedra, dum lectionum ſeriem auſcultaret, ſenſit neſcio quid graue ſuper ceruicem ſuam. Cumque bis aut ter manum clam ad tentandum iniecíſſet, nullius rei cauſam inuenire potuit, quæ hoc pondus inferret. Diuertenſque caput ad dexteram & læuam odoratus eſt odorem ſuauitatis, intellexit quoque hoc onus eſſe ſacerdotij ipſius dignitatem. Aſſumpto vero Epiſcopatu tam

E terribilem ſe præbuit omnibus, ſi Dei mandata non ſeruarent, vt imminere mortem proximam voce præconia teſtaretur. Quibus de cauſis pauca loqui placet, ad roborandam ſacerdotum cenſuram, vel ad inſtructionem populi, ſic etiam ad ipſorum regum præſentium emendationem. Nam cum Theoderico decedente, Theodebertus filius eius regnum ambiſſet, ac multa inique exerceret, & ab eodem plærunque corriperetur; quod vel ipſe perpetraret, vel perpetrantes non argueret, aduenit dies Dominicus: & ecce rex, cum his qui ab hoc ſacerdote communioni abeſſe iuſſi fuerant, Eccleſiam eſt ingreſſus: lectis igitur lectionibus, quas Canon ſanxit antiquus, oblatis muneribus ſuper altare Dei, ait ſacerdos: Non hic hodie miſſarum ſolennia conſummabuntur, niſi communione priuati prius abſcedant. Hæc rege renitente, ſubito exclamat vnus de populo, arreptus à dæmone, puer iuuenis: Cœpitque voce valida inter ſupplicia torturæ ſuæ & ſancti virtutes, & regis crimina conſiteri: dicebatque Epiſcopum caſtum, regem adulterum: hunc timore Chriſti humilem, illum gloria regni ſuperbum: iſtum ſacerdotio impollutum à Deo in poſterum præferendum, hunc ab auctore

F ſceleris ſui velociter elidendum. Cumque rex, timore concuſſus, peteret vt hic energumenus ab Eccleſia eijceretur, dixit Epiſcopus: Prius illi qui ſecuti ſunt, id eſt inceſti, homicidæ, adulteri, ab hac Eccleſia extrudantur, & hunc Deus ſilere iubebit. Et ſtatim rex iuſſit omnes hos, qui ſacerdotis ſententia damnati fuerant, egredi ab Eccleſia. Quibus expulſis, iuſſit ſacerdos dæmoniacum foras extrahi. Sed cum apprehenſa columna, euelli à decem viris non poſſet, ſanctus Dei ſub veſtimento ſuo, propter iactantiam faciens crucem Chriſti, econtra dæmonem relaxari præcepit. Qui protinus corruens, cum his qui eum trahere nitebantur, poſt paululum ſanus erectus eſt. Deinde poſt acta ſolennia requiſitus, nunquam reperiri potuit: nec vllus ſciuit vnde venerit, vel quo abierit. Conijciebatur tamen à plurimis eum à Deo miſſum, qui regis ſacerdotiſque opera nõ taceret. Vnde factum eſt vt ſacerdote orante, rex mitior fieret: Paſtor à Domino remonerãdos digne prophericum illud audiret. Quia qui reddiderit preciosum de vili, tanquam os meum erit. Quotidie autem

G prædicabat ſacerdos populis, denudans crimina ſingulorum, & pro remiſſione deprecans aſſidue confitentium. Vnde aduerſus eum ſæpius odij virus exarſit, quod tam veraciter multorum facinora publicaret. Nam plærumque ſe perſecutoribus vltro obtulit, & gladio exſerto ceruicem præbuit: ſed nocere ei Dominus non permiſit. Voluit enim pro iuſtitia mori, ſi perſecutor fuiſſet infeſtior. Aiebat enim, Libenter moriar pro iuſtitia. Sed & Clotharium regem pro iniuſtis operibus ſæpius excõmunicauit: exiliumque minitanti nunquam eſt territus. Quodam vero tempore, cum iam ad exilium ductus ab Epiſcopis reliquis, qui adulatores regis effecti fuerant, remoueretur, atque à ſuis omnibus derelictus, vni diacono qui adhuc perſtabat in fide, ait: Quid tu nunc agis? quare non ſequeris fratres tuos, vt eas quo volueris ſicut illi fecerunt? Qui ait, Viuit Dominus Deus meus, quia vſque quo ſpiritus meus intra hos artus continentus fuerit, nunquam derelinquam te. Et ille: Quia (inquit) hæc dixiſti, dicam tibi quæ Domino reue-

H lante cognoui: Cras enim in hac hora & honorẽ recipiam, & Eccleſiæ meæ reſtituar. Hi autẽ qui me reliquerunt cum magno pudore ad me confugient. Præſtolabatur itaque diaconus rem promiſſam, attonitus, quod poſtea eſt expertus. Illuceſcente autem die craſtina, ſubito aduenit legatus Sigiberti regis cum litteris, nuntians regem Clotharium eſſe defunctum, ſeq; regnum debitum cum Epiſcopi charitate debere percipere. Hæc ille audiens, ad Eccleſiam regreſſus, poteſtati reſtituitur. Confuſiſque his à quibus derelictus fuerat, omnes in charitate recepit. Iam vero quam fortis fuerit ad prædicandum, quam terribilis ad arguendum, quam cõſtans ad ſuſtinendum, quam prudens ad docendum, quis euoluere queat? Vnus enim ei ſemper erat rigor in proſperis & aduerſis: Nec minitãtem timuit, nec à blandiente deluſus eſt. Nam vere (vt aiebat relator ille memoratus) parum fuit quod iuxta Paulum Apoſtolum non fuiſſet iniuriatus, periculis fluminum, periculis latronum,

A

Authoris proœmium, quomodo ad ſcribendum præſentem hiſtoriam acceſſerit. & quod poſt impij Iuliani interitum, cum hæreſes pauliſper conquieuiſſent poſtea diaboli malignitas denuo fidem exagitauit.

CAPVT I.

Euſeb. Pamphili. Sozomeni. Theodoriti Socratis, cum Euagrio cōparatio.

EVSEBIVS cognomento Pamphilus, vir ſane cum in alijs rebus diſertiſſimus, tum in ſcribendo tantum pollens, vt poſſit Lectores ſuorum librorum, etſi non efficere perfecte Chriſtianos, ita tamen perſuadendo impellere, vt Chriſtianam religionem lubentes colant: Euſebius, inquam, Sozomenus, Theodoritus & Socrates, de clementiſſimi noſtri Seruatoris in mundum aduentu, de eius in cælos aſcenſione, de rebus geſtis Apoſtolorum, de certaminibus à ſanctis martyribus confectis, & ſi quid aliud factum ſit dignum commemoratione, vel ſecus ad aliquam partem regni Theodoſij literis accuratiſſime prodiderunt. Et quoniam ea, quæ deinceps geſta ſunt, illis videntur non multo inferiora, atque hactenus nullo ordine commemorata ſunt: quamuis ipſe in eiuſmodi rebus tractandis indiſertus videar, tamen arbitror laborem in illis memoriæ

B

prodendis à me poni, hocque opus ſuſcipi, inque eo qui & piſcatores ſingulari imbuit ſapientia, & linguam indiſertam ita limauit, vt voces articulatim & diſtincte poſſit exprimere, firmam ſpem collocari debere: ad eum plane finem, vti res geſtas iam obliuione intermortuas, quaſi ad vitam denuo reuocare queam, ſicque animare oratione, & ſempiternæ memoriæ commendare: non modo vt quiſque rem quid factum ſit ad noſtram vſque ætatem, tum quo tempore, quoue loco, tum quomodo, tum aduerſum quos, tum denique à quibus, verum etiam vt nihil dignum memoria, præ languida & diſſoluta inertia, obliuione, quæ

Euagrius vbi ſcribendi initium faciat.

illi rei finitima eſt & vicina maxime, obruatur. Ibi igitur diuino adiutus auxilio, initium faciam ſcribendi, vbi illi ſcriptores, quos ſupra dixi, finem Hiſtoriæ impoſuerunt. Cum iam impia Iuliani crudelitas ſanctorum martyrum ſanguine ſatiata erat, & amens Arij furor veræ doctrinæ quaſi catenis in Concilio Niceno fabricatis conſtrictus, & Eunomius ac Macedonius ſacroſancti Spiritus virtute in Boſphoro acerbe exagitati, & Conſtantinopoli, vrbe in primis illuſtri, facti debilitatique, & ſancta Eccleſia ſordes, quibus

C

Pſal. 44.

recens contaminata fuiſſet, depoſuerat, eratque ad priſtinum decus reſtituta, & in veſtitu deaurato circumdata varietate, & amatori ac ſponſo adornata: hoſtis probitatis dæmon, qui iſta ferre non poſſet, peregrinum quoddam & monſtroſum belli genus contra nos excitauit. Ac cum videret & cultum idolorum quaſi pedibus conculcatum, & ſeruilem illam atque abiectam Arij inſaniam penitus ab Eccleſia depulſam: quanquam verebatur fidem aperte, vt hoſtis, oppugnare, præſertim à tot ac tam ſanctis patribus roboratam, hincque munitam (quippe in ea ob-

Dæmonis aſtutia.

ſidenda multum amiſiſſet virium) ex occulto tamen rem aggreditur, & rogatis quibuſdam, reſponſiſque excogitatis, errorem ad Iudaiſmum nouo more ac modo traducere ſtuduit: neque intellexit miſer inde ſe euictum & profligatum iri. Quod autem antea vnum ſibi habuit aduerſarium, iam idem ipſum reuereri & quodammodo amplecti videbatur: quandoquidem non vtrum Eccleſiam à fide v-

D

niuerſa detrudere, ſed verum verbum aliquod in ea deprauare poſſet, inſolens laborauit. Atq; ſæpenumero ſua ipſius inuolutus malitia, etiam literam ad ipſum ſenſum & ſententiam inuerte..dam pertinentem immutare ſubdole molitus eſt. Cæterum quemadmodum ſenſum à lingua diſiunxerit, quo hæ duæ res minime velut vno cōſenſu Deum & ſyncere confiterentur, diuiniſque efferrent laudibus, quin etiam qua ratione iſtarum rerum vnaquæque geſta ſit, & quem ad exitum peruenerit, ſuo loco explicabo: attexamque præterea, ſi quid aliud potero reperire, quod ab inſtituto videatur alienum, dignum tamen quod hiſtoriis mandetur: ibique finem ſcribendi faciam, vbi Deo clementi ac propitio viſum fuerit.

E

Quomodo Neſtorius ex Anaſtaſij diſcipuli ſui diſſertatione, ſanctam Dei matrem, non Deiparam, ſed Chriſtiparam vocitaſſe, deprehenſus ſit. qua de cauſa hæreticus habitus eſt.

CAPVT II.

Vide Niceph. ca. 31 12. lib. 14 Socr. lib. 7 c. 29 32. 33 Bar anno 428. n. 13. & ſeqq. Ioan. 19.

QVoniam Neſtorius, qui lingua Deum oppugnauit, qui alterum cum Caipha cōtra filium Dei coegit Cōcilium, qui blaſphemiæ officinam, in qua Chriſtus denuo crucidatur & diuenditur, inſtruxit, qui naturas illius (qui in ipſa cruce ne os quidem, vti ſcriptum eſt, omnino habuit confractum, neque veſtem penitus textilem à parricidis diſciſſam) diuiſit, diremitque, vocem hanc Deiparam, à multis lectis ſpectatiſque patribus fabricatam repulit, at-

Neſtorius Mariā Chriſtiparam nō Deiparam appellat Neſtorius Eccleſiam ſeditionibus infinitis replet.

que adeo reiecit, & vocem Chriſtiparam, à b ſe vetera tione effictam & conflatam ei oppoſuit, ſeditionibuſque infinitis referſit Eccleſiam, atque inteſtina ac ciuili ſanguinis effuſione repleuit: arbitror orationem mihi deeſſe non poſſe, cum ad hiſtoriam apte appoſiteque contexendam, tum ratione ac via in ea ad finem vſque progrediendum, ſi Chriſto omnium gubernatore opem ferente, à nefaria iſtius impij Neſtorij blaſphemia exordium capiam. Concertatio in

F

Eccleſijs ſuſcepta hinc habuit initium. Anaſtaſius quidam presbyter peruerſa imbutus opinione, Iudaicorum dogmatum, quæ tenebat Neſtorius, acerrimus fautor, & ei ad Epiſcopatū proficiſcenti comes, vbi Neſtorius cum Theodoro in vrbe Mopſueſtia congreſſus, audita illius doctrina à vera pietate deſciuit: Anaſtaſius (inquam) vt à Theodulo

Anaſtaſij ſócio impia Neſtorium inſtruxit ad hæreſin.

in Epiſtola quadam de iis rebus ſcriptum eſt, in diſputatione apud populum Chriſtum ſancte colentem, in Eccleſia Conſtantinopolitana habita, palam auſus eſt dicere, Nemo Mariam Deiparam vocet. Nam Maria, inquit, homo erat: atqui ab homine Deus naſci non poteſt. Quæ quidem verba cum populus Chriſto conſecratus grauiter & acerbe ferret, & diſputationem illam non ſine cauſa haberet pro blaſphemia: Neſtorius iſtius blaſphemiæ author & dux, non ſolum non prohibuit illum, neq; rectam ſanamque doctrinam tutatus eſt, verum etiam eius verba reuera in primis roborare contendit, & in eiſdem defendendis acrius inſtitit. Atque ſua ipſius opinione hiſce adiuncta at-

G

que adeo aſcripta, venenoque animi ſui in Eccleſiam effuſo & eiecto, multo maiorem blaſphemiam docere conatus eſt, adeo vt ad ſuiipſius capitis perniciem, hanc impiam ſententiam, vt in iis, *Ego eum qui ſpatio menſtruo, hoc eſt, bimeſtri & trimeſtri, & ita deinceps, adoleuerit, Deum certe non appellauero.* proferre non dubitaret: ſicut tum à Socrate, tum à priore Concilio Epheſi celebrato perſpicue narratum eſt.

Quid magnus Cyrillus ad Neſtorium ſcripſerit, & de tertio Concilio Epheſino, ad quod Ioannes Antiochenus Epiſcopus & Theodoritus tardius acceſſerunt.

CAPVT III.

Vide Niceph. ca. 33. l. 14. Soc. l. 7 c. 32. 33. Bar anno 429. n. 28.

HÆc nefaria Neſtorij dogmata cum Cyrillus, Epiſcopus Alexandriæ, vir ſane ipſa famæ celebritate inſignis, ſigillatim per literas refutaſſet, Neſtoriuſque eius ſcriptis reluctatus eſt, & neque Cyrillo neque Cœleſtino que Romæ Epiſcopi Concilijs obſecundauit, ſed ſuum

H

& 32. & anno 431. Cyrillus Neſtorij refutator.

ipſius virus nihil veritus euomuit in Eccleſiam, poſtulauitque vt authoritate ac nutu Theodoſij iunioris, qui tum Orientis adminiſtrauit Imperium, primum Cōcilium Epheſi cogeretur. Itaque literæ Imperatoris erant ad Cyrillum, & ad alios omnes vbique ſanctarum Eccleſiarum præſides miſſæ: quæ diem Pentecoſtes, quo die vitalis & ſacer ſpiritus ad nos deſcendit, conueniri præſtituerunt. Neſtorius autem, propterea quod Epheſus nō longe abeſt à Conſtantinopoli omnino anteuertit. Cyrillus vero, & qui cum eo erant, conuenerunt ante diē præſtitutum. Ioannes præſul Antiochiæ vna cum ſuis ad diem dictum abfuit, non quidem ſua ſponte, ſicut multis videtur, qui eius factum defendere volunt: ſed quod ſuos Epiſcopos iam cito cogere nō poterat, quippe nōnullæ è ciuitatib. quibus præerat, ab Antiochia (ſic enim olim appellabatur, at iam Theopolis dicitur,

A — Epheſi ab Antiochia diſtantia.

id eſt, ciuitas Dei) homini expedito ac ſtrenuo diſtant, iter duodecim dierum, & quibuſdam amplius eo: & Epheſus abeſt Antiochia circiter triginta dierum iter. Ac cum Ioannes conſtanter affirmaret, ſe non poſſe ad ſtatutum diem, id eſt, ad nouum Dominicum (ſic enim vocatur) adeſſe, ſui omnes apud ſedes proprias, ac ſuas manſere.

Quomodo Ioanne Antiocheno Epiſcopo non præſente, Neſtorius gradu depoſitus ſit.

CAPVT IV.

Vide Niceph. c. 34. l. 14. Bar. anno 431. nu. 49. & ſeqq.

VBi igitur quindecim dies vltra diem præfiuitam prætenerunt, Epiſcopi qui Epheſi cōuenerant, quaſi iam Epiſcopi verſus Orientem habitantes non eſſent venturi, aut ſi forte venirent, multum dilaberetur temporis antequam in vnum cogerentur, Cyrillo locum Celeſtini Epiſcopatum antiquæ Romæ, vt ſupra docui, gerentis obtinente, accerſunt Neſtorium, hortanturque vt criminibus ipſi obiectis reſpondeat. Ac cum ſuperiore die polliceretur ſe venturum, ſi ita res poſtularet, & poſtea etiam ter vocatus, promiſſa neglegeret, qui conuenerant, res in quæſtionem vocare cœperunt. Atque cum Memnon antiſtes Epheſi dies vltra diem ſtatutum præterlapſos (præterierant autem numero decem & ſeptem) recenſuiſſet, & diuini & admirabilis Cyrilli Epiſtolæ quas ſcripſerat ad Neſtorium, & quas hic ad illum denuo, eſſent perlectæ, & Epiſtola illa plane diuina Celeſtini, viri cum primis illuſtris, ſcripta itidem ad Neſtorium, recitata, & Theodotus Epiſcopus Ancyræ, & Acacius ſedem obtinens Eccleſiæ Melitinæ, verba blaſphemiæ, quæ Neſtorius Epheſi profuderat, in medium protuliſſent, & multæ præclaræ ſententiæ à ſanctis & ſpectatis patribus ſanam & ſynceram fidem aperientibus in eo congreſſu commemoratæ, & nonnullæ etiam, quę à Neſtorio inconſiderate & cum blaſphemia prolatæ fuiſſent, inter eas interiectæ, ſanctum Concilium iſta totidem verbis contra Neſtorium pronunciauit: *Vt omittamus alia honoratiſſimi ſcilicet Neſtorij ſcelera, quoniam à nobis accerſitus, obtemperare noluit, neque ſanctiſſimos religioſiſſimoſque Epiſcopos à nobis ad eum miſſos recipere. inducti neceſſitate, ad impia eius dogmata excutienda aggreſſi ſumus: & cum partim ex ipſius Epiſtolis & libris à nobis perlectis, partim ex verbis nuper in hac vrbe primaria recitatis ab eo, & quaſi teſtimonio confirmatis, eum impie & ſenſiſſe & prædicaſſe deprehenderimus, tum Eccleſiæ Canonibus, tum Epiſtolis ſanctiſſimi patris noſtri, & collegæ Celeſtini, Epiſcopi Eccleſiæ Romanæ, neceſſario compulſi, idque non ſine crebris lachrymis ad hanc ſeueram ſententiam contra eum pronunciandam venimus. Itaque Dominus noſter Ieſus Chriſtus, contra quem blaſphemis loqui non dubitauit Neſtorius, per iſtud ſanctum Concilium decidit ſtatuitque, eum & Epiſcopatus dignitate abdicandum, & ab omni conuentu ſacerdotum penitus excludendum eſſe.*

Neſtorius vt contumax damnatus abſens.

B — Memnon antiſtes.

Theodotus Epiſcopus. Acacius Epiſcopus.

Concilij in Neſtorium ſententia.

C

Neſtorius Epiſcopatus dignitate abdicatus.

Quod Ioannes Epiſcopus Antiochenus, quum quinque dies poſt aduenisſet, Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum abdicat, & Memnona Epheſinum: quos contra Concilium abſoluit, & Ioannem viciſſim cum ſuis loco monet: & quomodo Cyrillus & Ioannes ſcriptis ad vtrumque, à Theodoſio Imperatore literis in gratiam redierint, & Neſtorij abdicationem approbauerint.

D

CAPVT V.

Vide Niceph. c. 35. l. 14. Socr. lib. 7. c. 33. Bar. præd. anno

Ioannes Epheſum venit.

Socrates reprehenſus.

POſt iſtam autem æquiſſimam iuſtiſſimamque pronunciatam ſententiam, Ioannes Antiochiæ Epiſcopus vna † cum ſuis ſacerdotibus, quinque dies poſt abdicationem Neſtorij venit Epheſum, & ſuis omnibus ibi in vnum conuocatis, Cyrillum & Memnonem abdicat. Deinde poſt libellos à Cyrillo & Memnone, Concilio cum his in vnum coacto (licet Socrates rem aliter, vtpote eiuſdem ignarus, commemoret) oblatos, accerſitus Ioannes, de abdicatione ab ipſo facta reſponſurus. Qui cum iam ter accitus, minime aduentaret, Cyrillus quidem & Memnon liberantur ab abdicatione, ipſe autem ſuique ſacerdotes à ſancta communione, & omni authoritate ſacerdotali amouentur: atque vbi Theodoſius (qui primo Neſtorij abdicationem minime approbauit, poſt tamen eius blaſphemia explorate cognita, eidem aſſenſus eſt) literas admodum pias ad Cyrillum & Ioannem Epiſcopos dederat, illi inter ipſos redeunt in gratiam, abdicationemque Neſtorij ratam faciunt.

E — Theodoſius Ioannem cum Cyrillo reconciliat.

De aduentu Pauli Emiſeni Epiſcopi Alexandriam, & laude, qua Cyrillus Ioannis Epiſtolam proſecutus eſt.

CAPVT VI.

Vide Niceph. ca. 35 lib. 14. Bar. anno 432. nu. 58. & ſeqq.

Paulus Emiſæ Epiſcopus.

Ioannis Antiocheni Epiſtola ad

F — Cyrillum, & Cyrilli ad eundem reſponſio.

EAdem tempeſtate, cum Paulus Epiſcopus Emiſæ, aduentaſſet Alexandriam, inque Eccleſia concionem illam, quæ illius nomine circumfertur, recitaſſet, Cyrillus Epiſtolam Ioannis ad ipſum ſcriptam laudauit plurimum, hæcque ſcripſit his fere verbis, *Lætentur cæli & exultet terra: diruta eſt enim interpoſita materia: & bilis, qua animos vexabat, compreſſa, & omnis diſſenſionis materia ſublata. Quippe Seruator noſter, Ieſus Chriſtus, pacem largitus eſt Eccleſijs, & nos ad idem ipſum impulerunt religioſiſſimi ſanctiſſimique Imperatores: qui quidem patriam & auitam pietatē ſummo ſtudio imitati, rectam veramque fidem firmam ac ſtabilem in ſuis ipſorum animis retinent, ſingularique animi cura ac prouiſione ſanctis proſpiciunt Eccleſijs, vt ipſi percelebrem nominis famam in perpetuum duraturam inde conſequantur, & ſuum imperium ad ſummam gloriam efferant. Quibus Dominus exercituum larga liberalique manu defert beneficia: largiturque præterea, vt non modo hoſtes profligent, verum etiam ab eiſdem illuſtrem ſemper reportent victoriam. Neque enim Dominus mentiri poterit, qui dicit: Viuo ego, quod glorificantes me, glorifico. Atqui cum dominus Paulus, frater & collega noſter ſanctiſſimus, veniſſet Alexandriam, maxima ſane eſſerebamur lætitia, idque iure optimo: propterea quod ille, vir plane eximius, ſe medium interpoſuit, & grauiores quam vires ferebant, ſuſcepit in concionando labores, quo tum diaboli ſuperaret inuidiam, tum diſtracta Eccleſiæ membra amore copularet, tum denique Eccleſiam noſtram pariter ac veſtram ad mutuam concordiam & pacem reduceret.* Ac paulo poſt addit iſta: *Quod autem contentio in Eccleſia suborta, leuis fuit, & leui admodum de cauſa ſuſcepta, iam pleniſſime perſuaſum habemus, quod dominus meus ſanctiſſimus. Paulus Epiſcopus literas, in quibus ſana & ſyncera fides elucebat confeſſio, ad me attulit: eaſque affirmauit à tua ſanctitate & Epiſcopis religioſiſſimis, qui ibi ſunt, compoſitas eſſe. Literæ quidem ita ſe habent, & in Epiſtola iſta Cyrilli totidem verbis inſeruntur. De Deipara quidem certe, & quæ ſequuntur. Quas voces adeo pias cum legiſſemus, voſque ipſos ita ſentire comperiremus (Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma) totius vniuerſitatis conſeruatorem Deum laudibus extulimus: & ſumus propterea inter nos animis admodum læti, quod veſtra ſimul & noſtra Eccleſia partim Scripturis diuinitus inſpiratis, partim noſtrorum ſanctorum patrum traditione impulſa, concordem inter ipſas fidem amplectantur. Iſta quidem ei qui res id temporis geſtas accurate indagare voluerit, erunt facilia ad cognoſcendum.*

G

Quænam impius Neſtorius paſſum fuiſſe ſe literis ſuis declaret, & quod tandem lingua vermibus eroſa, apud Oaſim inſulam expirauit.

CAPVT VII.

H — *Vide Niceph. ca. 36 l. 14. Bar. anno 435. nu. 15. & 436 nu. 3. & ſeqq.*

Narratio de Neſtorio ex ipſius ſcriptis.

Matth. 7.

QVemadmodum autem Neſtorius in exilium eiectus ſit, & quid poſtea de illo factum, & quem vitæ exitum ſit conſecutus, & quas pœnas blaſphemiæ cauſa dederit, neutiquam ab illis, qui eius res geſtas literis prodiderunt, traditum eſt: quæ omnia plane intercidiſſent, fuiſſentque temporis diuturnitate ita deleta obrutaque, vt ne de illis omnino vt ſemel audiri poſſet, niſi in librum quendam ab ipſo Neſtorio editum, in quo iſtarum rerum continetur narratio, forte fortuna incidiſſem. Itaque blaſphemiæ parens Neſtorius, qui non ſuper fundamentum firme poſitum, ſed ſuper arenam ædificium extruxerit (quod quidem, vt domini loquitur parabola, cito diſſoluitur) ad eos qui illi crimini dederant, tum quod incōſiderate res nouas molitus erat, tum quod imprudenter popoſcerat Conciliū Epheſi cogi, præter alia nonnulla, quibus ſuam blaſphemiā

tueri

A

Chriſtotocos vocabulum qua occaſione introductum à Neſtorio.

tueri ac defendere volebat: iſta præterea ſcribit, *ſe nimirum ad hoc inſtitutum ſuſcipiendum neceſſitate compulſum fuiſſe, quippe cum Eccleſia diſtraheretur, & pars Mariam hominiparam, vt ita dicam, pars Deiparam nominandam affirmarent: ipſe equidem, inquit, quo in neutram partem peccarem, vel Chriſtum morti minime obnoxium eſſe aſſeuerando, vel in alteram partem inclinando, eum immortalitate priuatem, hanc vocem Chriſtiparam, qua Maria appellaretur, excogitaui.* Porro autem in eodem libro oſtendit, Theodoſium primo propter amorem, quo eum complectebatur, eius abdicationem minime ratam feciſſe: deinde cum quidam Epiſcopi ex vtraque factione ab vrbe Epheſo ad Theodoſium (idem ipſum namque Imperator poſtulauerat) miſſi eſſent, poteſtatem ſibi datam ad ſuum monaſterium reuertendi: quod ante portas Antiochiæ, quæ iam Theopolis dicitur, ſitum eſt: cuius nomen à Neſtorio non ponitur illud quidem, tamen fertur appellatum eſſe monaſterium Euprepij: quod quidem ante portas Antiochiæ locatum eſſe pro certo cognoſcimus, & ab iiſdem non amplius duobus ſtadiis diſtare. Narrat item ipſe Neſtorius, ſe in eo loco quadriennij ſpatio commoratum eſſe variis affectum honoribus, variiſque præmiis donatum: poſtea autem relegatum ad Oaſim edicto Theodoſij. Verum quod caput omnium erat, penitus occultauit. Neque certe in eo loco vitam degens, à ſua deſtitit blaſphemia, adeo vt Ioannes Antiochiæ præſul iſtam in apertum proferret ſententiam, Neſtorium ſcilicet perpetuo exilio mulctandum eſſe. Scribit præterea Neſtorius alium libellum acute & ſubtiliter ad quendam videlicet Ægyptium, de ſua in Oaſim relegatione: in quo de iis rebus diſputat vberius. Quæ autem pertulerit ſupplicia ob conceptas ab ipſo blaſphemias (quippe obtutum Dei omnia contemplantem latere non potuit) ex aliis literis quas ad præfectum Thebaidis dabat, ſatis poterit intelligi. Nam in illis videre licet, quod cum iuſtas bonis oibus pœnas non luerit, vltio diuina eum ex improuiſo oppreſſit, & quaſi captiuum ducens, in acerbiſſimam omnium coniecit calamitatem. Nam quoniam maiores luere debebat pœnas, ex Blemmyis, à quibus captus erat, dimiſſus, Theodoſio reditum illi per edicta decernente, circiter extremas oras Thebaidis, de vno loco in alium demigrans, atq; ad terram colliſus, finem viuendi dignum ante acta vita eſt conſecutus, ipſoque vitæ exitu alter Arius declaratur: in quo perſpicue elucet, & quaſi pro certo dignoſcitur, quæ merces ſit impiæ in Chriſtum blaſphemiæ propoſita. Vterque enim & Arius & Neſtorius in eum ſimiliter iecit blaſphemiam, alter appellando creaturam, alter hominem eſſe exiſtimando. Libéter equidem à Neſtorio, qui acta Epheſi, non vt æquitas poſcebat, ſed vt aſtutia & iniqua quaſi machinatione Cyrilli aduerſus eum inſidias parantis edita, queritur, ſciſcitari vellem, qua de cauſa tãdem, cum Theodoſius eum tanto ſtudio proſequeretur, ſolum vertere coactus ſit, & abſque vlla miſericordia tam acerbis addictus exiliis, & adeo infelicem vitæ exitum habuerit? Aut quid aliud ſit præterea, quam diuinum iudicium, quod à Cyrillo & cæteris cum eo ſacerdotibus factitatum eſt, præſertim cum ambobus, id eſt, Neſtorio & Cyrillo in numerum mortuorum iam aſcriptis (quando, vt ſapienti inter gentiles ſcriptori placet, quiſque ſtabili & conſentiente omnium beneuolentia, modo nihil ſit, quod iure debeat eſſe impedimento, honorari ſolet) Neſtorius, vt author blaſphemiæ, & Dei hoſtis iudicatur: Cyrillus autem, vt præco verbi inſignis, & ſtrenuus veræ ac ſalutaris doctrinæ anteſignanus, laude & prædicatione celebratur. Verum ne crimen ſubeamus mendacij, ipſum Neſtorium, qui nos iſtas res doceat, in medium adducamus. Age Neſtori, recita mihi quædam ad verbum ex Epiſtola abs te ipſo de his quæ iam dudum Epheſi de ſanctiſſima religione agitabantur, conſcripta, & ad præfectum Thebaidis miſſa. *Ex Imperatoris edicto Oaſim, alio nomine Ibin appellatam, demigrare coacti ſumus. Ac quibuſdam deinceps interpoſitis, adiungit iſta: Poſtquam Oaſis, quam ſupra dixi, a barbaris capta erat, igneque & ſedibus funditus vaſtata, nos ab eiſdem barbaris, qui nos, qua cauſa adducti neſcio, ſunt derepente commiſerati, dimiſſi ſumus: minatis quibuſdam conteſtationibus ad nos perterrefaciendos adiectis, vt quamprimum è regione illa egrederemur. Nam Mazici, inquiunt, nobis abeuntibus, ſunt extemplo eam occupaturi. Venimus igitur in Thebaidem cum captiuis quibuſdam, quos barbari ob miſericordiam (quid autem voluerint, equidem non habeo dicere) nobis adduxerunt. Poſtremo iſti ad chara ſua quiſque domicilia dimiſſi ſunt, nos autem ad Panopolim noſipſos propere recepimus. Verebamur namque, ne quis, quoniam captiui eramus, anſam inde ad negotium nobis faceſſendum arripiens, vel fugitiuorum crimen contra nos confingeret, vel alio quodam accuſationis genere (varia calumnia hominibus malitioſis ſolent abunde ſuppetere) nos per fraudem implicare moliretur. Quapropter veſtram celſitudinem obſecramus, vt noſtræ captiuitatis, ſicut leges poſtulant, curam habeatis, & ne patiamini quenquam hominem captiuum veteratoribus ad perniciem dedi: ne omnis poſteritas velut tragice hoc decantet, ſatius eſſe a barbaris duci captiuum, quam auxilij cauſa ad imperium Romanum confugere. Atque iureiurando adiecto ſic præterea ab illis poſtulauit: Nobis per vos, quæſo, liceat in hoc commorari domicilio, ad quod ab Oaſi, cum eſſemus a barbaris dimiſſi, acceſſimus, vt quicquid à Deo de nobis decretum ſit, id iam nobis obueniat.* Ex ſecunda etiam Epiſtola Neſtorij ſcripta ad eundem, iſta itidem ſumpſimus. *Has literas ad tuam amplitudinem a nobis perſcriptas, ſiue vt argumentum amoris erga te mei, ſiue vt admonitionem à patre ad filium miſſam ducis, animum, quæſo, attende rebus in illis explicatis quæ ſane permultæ ſiunt, eæque pauciſſimis verbis, quantum fieri poterat, à nobis comprehenſa. Oaſis, quæ Ibis quoque dicitur, Nomadum multitudine in eam irruptionem facientem iam pridem penitus vaſtata eſt. Et paulo poſt: Quæ res cum ita accidiſſent, tua amplitudo, neſcio qua cauſa impulſa, aut qua arrepta occaſione, iuſſit vt ad regionem quandam, Elephantinam nomine, ſitam ad extremam oram Prouinciæ Thebaidis, per milites Barbaros ex Panopoli abduceremur. quo quidem manu militum, quos dixi, miſere raptati ſumus. Ac cum itineris longitudine eſſemus fracti contritique, mandatum minime ſcriptum illud quidem rurſus à tua magnanimitate accepimus, vt Panopolim reuerteremur. Itaque moleſtiis quæ in tanto & tam prolixo itinere nobis obtigerunt, debilitati, corpore morbo vexato & præ ſenectute languido, manibus etiam & lateribus confractis, venimus denuo Panopolim, ibique aduerſis caſibus, & acerbo dolorum morſu concisi, vere animam egimus. Rurſus aliud mandatum ſcriptum à tua celſitudine ad nos allatum, nos à Panopoli ad quoddam illius confinium traduxit. Ac cum nos iam finem mandatis contra nos editis ſtatutum fore putaremus, expectaremuſque Imperatorum illuſtriſſ. de nobis voluntatem, de improuiſo aliud crudele ſane dabatur mandatum, vt iam quarto mulctaremur exilio. Ac paulo infra: Sis, quæſo, his rebus geſtis contentus: ſatis ſit tibi tot exilia contra vnum corpus decreuiſſe: acquieſcas, amabo te, incommodis, quæ tam abs tua amplitudine accepimus. Quæſtionem: quæ eſt exercenda de nobis (per quos oportuerat cauſam declaratam fuiſſe) quæſo imperatoribus noſtris inuictiſſimis, vt æquitas poſtulat, permittas. Iſta conſilio à nobis ad te, tanquam à patre ad filium ſcripta ſunt. Quod ſi eadem iam, ſicut antea, grauiter & inique animo feras, fac quod voluntas iubet, ſi modo vincere ratio non poſſit voluntatem.* Ad iſtum modum Neſtorius tam Imperatores, quam eorum magiſtratus literis, velut pugnis & calcibus verberare, maledictiſque figere non dubitauit: neque rebus aduerſis, quas perferre erat, ad modeſtiam traductus fuit. Ipſe equidem accepi à ſcriptore quodã, modum quo deceſſit è vita, talem fuiſſe: nimirum eius linguam vermibus exeſam eſſe, ſicque eum ex huius vitæ miſeriis ad grauiora ſupplicia iuſto Dei iudicio infligenda, eaque ſempiterna migraſſe.

Euprepij monaſterium, in quo aliquandiu egit Neſtorius.

B

Neſtorium diuina vltio exemplo oppreſſit, vt olim Arium.

C

Arij & Neſtorij ſimiles blaſphemiæ.

Refutatur Neſtorij in Cyrillum conuitium.

D

Neſtorij ipſius verba ex Epiſtola ad præfectũ Thebarum Oaſis, alias Ibis.

E

Ex alia eiuſdem ad eundem Epiſtola.

F

Elephantina regio.

G

Neſtorius quomodo è vita deceſſerit.

Quod Neſtorio Conſtantinopoli ſucceſſit Epiſcopus Maximianus, & illi Proclus, deinde Flauianus.

CAPVT VIII.

POſt ſcelerati Neſtorij mortem, Epiſcopatum Conſtantinopolis, vrbis percelebris, capeſcit Maximianus, cuius temporibus Eccleſia Dei pace fruebatur tranquilliſſima. Quo mortuo, Proclus illius ſedis gubernacula ſuſcipit. Cui viam vniuerſæ carnis conficienti, ſuccedit Flauianus.

H

Vide Niceph. c. 37. l. 14. Socr. 7. c. 34. 39. 40 Bar. anno 431. n 173. & ſeqq.

Maximianus Neſtorij ſucceſſor, huius Proclus, huius Flauian.

* * *

Dein-

A

De infortunato Eutyche, & quomodo à Flauiano Conſtantinopolitano Epiſcopo de gradu deturbatus ſit, & de ſecundo Concilio, illo ſcilicet nefario, quod Epheſi coiuit.

CAPVT IX.

Vide Niceph. c. 47. l. 14. Bar. anno 448. n. 19. & ſeq. Eutyches error quando ortus, & quomodo in ſynodo Conſtantinopol. damnatus ſit, ortus eſt a anno 449.

TEmporibus Flauiani, error impij Eutychis oritur, de quo Concilium prouinciale cogitur Conſtantinopoli: inque eo Euſebius Dorylænſis Epiſcopus, & dicendi facultate peritus, prolatis libellis, primus Neſtorij blaſphemiam coarguit. Vbi vero Eutyches accedit vocatus, iſtos errores tenere ſuis ipſius verbis deprehenditur. Nam confiteor, inquit, Dominū noſtrum, antequam diuinitas cum humanitate coniungeretur, ex duabus fuiſſe naturis: at poſt harum rerum coniunctionem, vnam ſolum naturam in eo extitiſſe affirmo. Idem etiam corpus Domini non eſſe eadem ſubſtantia cum noſtro corpore cōſtare aſſeruit. Abdicatur igitur ſacerdotio: & tamen cum Theodoſium pro ſe ipſe orauiſſet (libellos enim contra ipſum à Flauiano falſo confictos dixit) primum Concilium Conſtantinopoli ex finitimis Epiſcopis ad eam rem exquirendam conuocatur: à

B

quo in Flauianum, & ab aliis quibuſdam Eccleſiarum præſidibus accurate inquiſitum eſt. Ac libellis, quod veri eſſent, confirmatis, alterum Epheſi celebratur Concilium.

Quod ſtudio & opera Dioſcori & Chryſaphij effectum eſt, vt veſanum Epheſi conciliabulum congregaretur.

CAPVT X.

Vide Niceph. c. 47. l. 14. Bar. anno 449. n. 102. & ſeqq. Dioſcorus Cyrilli ſucceſſor. Epheſina ſynodus 2. quæ Λῃστρικὴ dicitur, in qua reſtitutus eſt Eutyches & omnes Epiſcopi bene ſentientes condemnati ſunt. Eutyches à Dioſcoro abdicatione liberatus.

HVius Concilij Dioſcorus, qui in Alexandriæ Epiſcoparum poſt Cyrillum ſucceſſit, quoodium in Flauianum incenderetur; (Chryſaphius enim, qui tum præfectus palatij fuit, hāc rem callide molitus fuerat) præſes deſignatus fuit eoque Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus, qui etiam Epheſinā texiſſet Eccleſiam, multis ipſum comitantibus ſacerdotibus commeauit. His acceſſit Domnus, qui Ioanne mortuo Antiochiæ creabatur antiſtes: Iulius præterea, qui locum ſuppleuit Leonis, antiquæ Romæ Epiſcopi. Aderat quoque Flauianus, cum ſuis Epiſcopis. Theodoſius iſta quæ ſequuntur Elpidio mandauit: Qui ante hac iudicium de Eutyche religioſiſſimo abbate tulerunt, interſint

C

Concilio illi quidē, & quiete ſe gerant, & iudicandi authoritatem nullam habeant: ſed cōmunem omnium ſanctiſſimorum patrum ſententiam expectent. quandoquidem ea quæ fuerunt ante ab illis iudicata, iam excutiuntur. In hoc Concilio Eutyches à Dioſcoro ac ſuis Epiſcopis abdicatione liberatus fuit, ſicut in actis eiuſdem Concilij continetur. At Flauianus & Euſebius Dorylænſis Epiſcopus abdicati. In eodem Concilio Ibas quoque Edeſſenorum Epiſcopus Eccleſia interdictus. Abdicatus præterea Daniel Epiſcopus Carrorum, & Irenæus Tyri. Itemque Aquilinus Epiſcopus Bibli. Nonnulla porro ibidem acta fuere contra Sophronium Epiſcopum Cōſtantinopolitanum. Abdicatur etiam ab iis Theodoritus Epiſcopus Cyrenenſis, & Domnus quoque Eccleſiæ Antiochenæ antiſtes. De quo quid poſtea factum ſit, non conſtat. Hoc modo ſecundum Conci-

D

lium Epheſi habitum, dimiſſum fuit.

Authoris pro opinionum apud Chriſtianos repugnantia Apologia, & de ridiculis gentilium deorum deliramentis.

CAPVT XI.

Vide Niceph. c. 48. lib. 14. Excuſat diuerſitatem iudiciorum de controuerſiis Religionis Chriſtianæ. Clementia Dei imperueſtigabilis.

NEquiſquam gentilium, qui inſano ſimulachrorum colendorum errore ducuntur, nos Chriſtianos propterea irrideat, quod poſteriores Epiſcopi priorem ſententiam abrogant, & ſemper videntur aliquid noui fidei noſtræ adiungere. Nam nos, quanquam clementiam Dei, quæ nec verbis exprimi, nec ratione vlla perueſtigari poſſit, ſedulo perſcrutamur: hoc tamen animo ſumus, vt ſiue in hanc ſiue in illam ſententiam deflectimus, eam aſſidue ſumma gloria decoremus, laudibusq; in primis extollamus. Neque quiſquam eorum qui hæreſes inter Chriſtianos excogitarunt, dedita opera blaſphemiam loqui voluit, neque ſua ſponte ad diuinum numen contumelia afficiendum ruere: ſed potius perſuaſum habuit, ſi hoc vel illud aſſeueranter affirmaret, ſe melius dicturū, quam alios qui ipſum antegreſſi fuiſſent. Ac quod ad ea quæ ſunt fidei fundamenta, quæq; rata eſſe debent, attinet, cōmuni omnium conſenſu conceduntur. Nam numē quod adoramus, Trinitas iudicatur: & perſonæ, quib. laudes decantamus, vnitas. Deiq; Verbum ante ſecula genitum, & ob commiſerationem creaturæ ſuę ſecunda generatione incarnatum creditur. Quod ſi in aliis rebus quædam nouantur, fiunt ea quidem, Deo libere hominum voluntati permittēte poteſtatem, de illis pro arbitratu ſentiendi, quo S. Catholica & Apoſtolica Eccleſia ea quę in vtramq; partem dicantur, coerceat, ad ſanam doctrinam veramq; pietatem traducat & ipſa ad planam rectamque viam ſe recipiat. Et ob hanc cauſam dictum eſt ab Apoſtolo planiſſime: Oportet hæreſes in vobis eſſe; vt qui probati ſint, manifeſti fiant. Atq; in hoc etiam arcanam Dei ſapientiam licet admirari, ad D. Paulum ſic loquentis: Virtus

Hæreſes magnæ Dei prouidentiæ cedunt in Eccleſiæ vtilitatem. In Corinth. 2.

F

mea in infirmitate perficitur. Ex quibus namq; rebus Eccleſiæ diſrupta ſunt membra, ex eiſdem recta dogmata, quę in nullam reprehenſionem poſſunt incurrere, accuratius limantur, & reponuntur integrius, & Eccleſia Catholica in dies creſcit, & ad cælum quodammodo extollitur. Gentiles autem erroris alumni, qui neq; Deum neq; eius de hominibus ſuſceptam curam omnino ſtudent inuenire, hi & quę antegreſſi ſunt, & quæ ipſi inter ſe ſanciuerunt, antiquant, tum nouos deos, alios ex aliis excogitādo, tum ſuas animorum perturbationes pro diis conſecrando, nominaq; deorum illis imponendo, tum deniq; res eiuſmodi in deorum numerum adſcribendo, quo ſuæ ipſorum intemperantiæ parent impunitatē. Ac propterea certe, qui apud illos ſummo habetur pro Deo, pater nempe hominumq; deumq;, in auis ſpeciem mutatus, adoleſcentulum Phrygem per laſciuiam rapuit, mercedemq; turbis & flagitioſi facinoris poculum tribuit, amoris cauſa propinare ipſi permittens, quo cum nectare probra vterq; cōmuniter hauriret. Idem Deus aliis infinitis ſe obſtrinxit ſceleribus, quæ etiam vulgus hominum deteſtatur. Nam in omnem ſpeciem animantium rationis expertium ſe commutans flagitioſiſſimus ille, androgynus factus eſt: & quanquam fœtum non geſſit vtero, fœmore tamen geſſiſſe dicitur, vti hæc res ab eo cōtra naturam fieri videretur. A quo etiam Bacchum editum ferunt, eumque androgynum quoq; fuiſſe, qui vtrumq; ſexum aſfecit ignominia: eundemque extitiſſe ducem ebrietatis, temulentiæ, crapulæ, grauedinis ex heſterna ingurgitatione contractæ, & malorum inde naſcentium. Huic Ægiocho, & altitonanti Ioui aliud facinus memorabile attribuunt, parricidamq; (quod ſcelus apud omnes gētes grauiſſimo ſupplicio coerceri debet) nuncupāt. Nam Saturnum, qui eum ad perniciem in lucem ediderat, memorant ab eo e regno exturbatum. Quid ſtuprum cōmemorem, in deos relatum? cui Venerem Cypriam è concha ſatam præficiunt: quæ & continentiam, tanquam ſcelus execrabile & plane abſurdū odit, & ſtupris omniq. flagitij genere delectatur, ſeq; ne bis placari vult. Qua cum Mars turpitudinem admiſit, Vulcanique aſtutia conſtrictus, diis contemplandus deridendoſque proponebatur. Quis eſt, qui non iure rideat illorum Phallos, Ithyphallos, Phallagogia, maximomq; illum Priapum & Pana turpi membro honoratum, & myſteria in Eleuſine celebrata? ob vnam rem ſolum laudanda, quod ea ſol non videt, ſed in tenebris peragenda decernuntur. Verum iſtis, qui turpiter & colunt & coluntur, relictis, redeamus, vnde digreſſi ſumus, & reliquam partem Imperij Theodoſij omnium quaſi oculis ſubiiciamus.

Iupiter in aquilam mutatus Ganymedem rapuit.

Iupiter androgynus.

G

Bacchus androgynus.

Saturnus regno expulſus.

Venus Cypria.

H

Quomodo Theodoſius Imperator hæreſim Neſtorij abegerit.

CAPVT XII.

Extat hoc lex in Codice Iuſtiniani eo loco quem hic indicat.

PLum admodum decretum à Theodoſio ſcriptum eſt, & poſitum in libro Iuſtiniani, qui Codex dicitur, lege tertia primi tituli: quo quidem Neſtorium, cuius amore ac deſiderio olim, ſicut idem ipſe ſcribit Neſtorius, admodum

teneba-

A

Idque Græce & Latine, in his tamen editionib. quæ correcta ſunt, in Theodoſiano codice non eſt.

tenebatur, diuina impulſione ad id incitatus, omnibus, vt dicitur, calculis condemnauit, eique denunciauit anathema. Sic enim ſcribit: Item decernimus, vt qui impiam fidem ſectentur Neſtorij, aut nefariæ eius doctrinæ obtemperent, ſi Epiſcopi fuerint, è ſanctis Eccleſiis eiiciantur: ſin laici, damnentur anathemate. Extant aliæ leges ab eo pro noſtra religione editæ, quæ ardens illius erga eam ſtudium perſpicue declarant.

De S. Symeone qui columnam incolebat.

CAPVT XIII.

Vide Niceph. ca. 51. l. 14. Theodoſ. l. vlt. c. Bar. anno 460. nu. 7.

Symeones quando floruerit.

B

Domnus Epiſcopus cum Symeone congreſſus.

EIſdem temporibus floruit, inque magna gloria fuit Symeones, vir & inſignis pietatis, & memoriæ percelebris: hic primus ſtationē in columna inſtituit, domiciliumque in ea, cuius menſura vix duos continebat cubitus, conſtruxit. Per idem tempus Domnus Antiochenum procurauit Epiſcopatum: qui vbi venit ad Symeonē, manſionem & rationem viuendi admiratus, ea quę apud illum ſecretiora erant, cognoſcere valde cupiebat. Ambo igitur ſimul ingrediuntur, & puro Chriſti corpore conſecrato, vitalem inter ſe mutuo participant communionem. Iſte Symeones vitam cæleſtium poteſtatum in carne æmulatus, ſe à rebus terrenis abſtrahere laborauit, vim afferre naturæ, quæ ſolet ſuopte nutu deorſum ferri, res in ſublimi locatas perſequi: & inter cælum & res terreſtres quaſi medius interiectus, cum Deo colloqui, cum pariter cum angelis laudibus extollere, & tum preces pro hominibus è terra in cælum ſubleuans, Deo offerre, tum miſericordiam Dei de cælo in terram deferens, hominibus impertiri. Huius res geſtas literis prodidit cum alius quidam, qui eum oculis aſpexiſſet, tum Theodoritus Eccleſiæ Syrenenſis Epiſcopus eadem diſerte expoſuit: à quo cum alia, tum hoc, quod deinceps dicemus, in primis prætermiſſum eſt, quod quidem inuenimus apud ſanctę eremi incolas reſeruatum, ipſumque ab illis accepimus. Cum Symeones iſte, qui in terra angelus, in carne cæleſtis Hieruſalem ciuis fuit, peregrinam hanc viuendi viam, hominibus plane incognitam inſtitueret, ſanctę eremi incolæ mittunt quendam ad illum, iubentque vt ab eo ſciſcitaretur, quid hæc noua & inuſitata vitæ ratio ſibi vellet, & quamobrem trita viuendi via & ſanctorum preſſa veſtigiis relicta, aliam quandam peregrinam, & hominib. omnino ignotam ſequeretur: eumque hortantur per nuncium, vt ex ſuo domicilio deſcenderet, viamque electorum patrum inſtaret. Quod ſi alacri animo ac parato deſcendere videretur, mandarunt, vt ei ſua ipſius viuendi via inſiſtēdi poteſtas fieret, (ex obedientia enim ſatis conſtare poſſe dixerunt, eum Deo duce in eam viam ingreſſum fuiſſe, tamque graue certamen ad ſe affligendum in vita ſuſcepiſſe) ſin reſiſteret, aut ſuæ inſeruiret voluntati, ac non ſtatim ipſorum hortationi morem gereret, vt vi inde abſtraheretur. Nuncius, vbi acceſſit ad eum, & patrum mandatum illi expoſuit, iſque extemplo alterum produxit pedem, patrum hortationi obſecuturus, permiſit ſua ac propria viuendi via incedere, ſic eum affatus: Bono animo ſis, & strenue rem gere, ſtatio tua à Deo eſt inſtituta. Hæc res ab aliis, qui de eo ſcripſerunt, prætermiſſa, digna tamen quæ literis prodatur, à me hoc loco commemorata eſt. Virtus porro diuinæ gratiæ tam penitus in iſtius inſedit animo, vti ad Imperatorem Theodoſium per legem iubentem, vt Iudęis Antiochiam incolentibus ipſorum ſynagogæ, quas ante Chriſtiani ab illis abſtuliſſent, redderentur, adeo libere ſcripſit, adeoque acriter eum propterea increpauit (ſolum namque ſuum imperatorem Deum veritus eſt) vt Imperator Theodoſius, quo Chriſtianorum ſatisfaceret voluntati, ſua mandata reuocaret, præfectumque qui ipſum de Iudæorum ſynagogis reddēdis docuerat, abdicaret magiſtratu, & ſanctiſſimum ac æterium oraret martyrem, vti nominatim pro ipſo Deum obſecraret obteſtareturque, atque ſua ipſum impertiret benedictione. Iſte Symeones hoc ſeuerum viuendi genus in carne traducens, vitam ad quinquaginta ſex annos propagauit. Nam in monaſterio, in quo primum diuinas viuendi præceptiones didicit, annos vixit nouem: in Mandra autem, ſic enim vocatur, quadraginta ſeptem: atque horum annorum decem in loco admodū an-

Symeonis res geſtæ à Theodorito deſcriptæ, ſed nō plene.

C

Obedientia argumentum pietatis.

D

Theodoſius quantum tribuerit Symeoni.

Symeonis vitæ curſus & mors & translatio Antiochiā

guſto confecit: in columnis arctioribus, ſeptem: deniq; in columna quadraginta cubitorum, triginta. Huius ſanctiſſimum corpus poſt migrationem è vita Antiochiam deportatum fuit, Leone tum Imperium gerente, & Martyrio adminiſtrante Epiſcopatum Antiochiæ. Ardaburio præterea præfecto præſidiorum in Oriente, cum militum ducib. & cæteris ordinibus in ipſa Mandra commorantibus, ſeruantibuſque ſanctiſſimum B. Symeonis corpus, ne vrbes vicinæ illud ſurriperent. Itaque corpus ſacratum, multis miraculis in itinere editis, defertur Antiochiam: quod Leo Imperator poſtea ab Antiochenis petiuit. At Antiocheni cōtra Imperatori aliud poſtulatum offerebant, quod ita ſe habet: *Quoniam ciuitas mœnibus caret (Imperatoris namque furor ea diruit) ſanctiſſimum Symeonis corpus huc apportauimus, vt nobis & muri & munimēti loco ſit.* Quibus verbis perſuaſus Leo, eorumque obſecutus poſtulationi, venerandum corpus illis conceſſit. Iſtius corporis cum multæ aliæ partes ad noſtram vſque ætatem fuere, reſeruatæ, tum caput ipſe equidem cōſpicatus ſum: Gregorio viro magni nominis id temporis Epiſcopatum illius Eccleſiæ gerente, & Philippico efflagitante vti ſanctorum reliquiæ, quo tutius in Oriente expeditiones militares faceret, ad ipſum mitterentur. Atq; quod valde mirandum videtur, capilli in capite inhærētes, minime conſumpti ſunt. ſed perinde, ac ſi viueret, & cum hominibus verſaretur, integri manſerunt. Frontis item cuticula, quanquam contracta fuit in rugas, exaruitq;, tamen manſit incorrupta: multi etiam ex dentibus, qui hominum fidelium manibus minime fuiſſent euulſi: hique figura ſua indicarunt, qualis diuinus ille Symeones fuerit, & qua ſtatura. Ibi quoq; catena ferrea quam collo geſtabat, reponebatur: qua cum (nam ne mortuum quidem charum illud ferrum Symeonem deſeruit) corpus omnium ſermone celebratum, quod tam graues exantlaſſet labores, diuinos honores conſecutum eſt. Cuius ſingulas res geſtas cum ad meam ipſius, tum ad legentium vtilitatem narrando percenſerem, niſi de eiſdem à Theodorito, vti ſupra dixi, vberius diffuſiuſque diſputatum eſſet.

De ſtella, quæ ſæpenumero in porticu columnæ Symeonis conſpicitur, quam ſcriptor hic & alij complures viderunt, & de ipſo etiam S. Symeonis capite.

CAPVT XIV.

DEinceps aliud, quod ipſe oculis vidi, ſcriptis mandabo. Permagno tenebar deſiderio templum iſtius ſancti Symeonis aſpiciendi. Abeſt autem Theopoli, id eſt, Antiochia, ſtadiis ad ſummum trecentis, poſitum in ipſo montis iugo. Iſtud Mandram vocant indigenæ: cui loco ſeuera vitæ diſciplina, arbitror, quam ſanctiſſimus Symeones in eo exercuit, iſtud nomen tribuit. Montis autem accliuitas porrigitur ad viginti ſtadia. Templi ædificium extructum eſt in modum crucis, porticibus ex quatuor lateribus pulchre illuſtratum. Porticibus vero columnæ expolito lapide concinne fabricatæ, adiunctæ ſunt, quæ tectum ſcite admodum in ſublime erigunt. Verſus medium templum, atrium eſt ſub dio, ſummo artificio elaboratum: in quo ſita eſt columna illa quadraginta cubitorum, in qua vitam cæleſtem iſte terreſtris corporeuſque angelus tranſegit. At qui porticus, quas diximus, tanquam cancellos, quos feneſtras vocant, in tecto habent, tum ad atrium, tum ad ipſas porticus vergētes. Ad læuam columnæ in vno cancellorū ipſe equidem cum tota agricolarum circa columnam incedētium multitudine ibi in vnum coacta, vidi ſtellam inuſitata magnitudine, diſcurrentem per totā rimam, iubarq; fundentem: neque id quidem ſemel biſve aut ter, ſed ſæpius, eandemq; crebro euaneſcentem, & ex improuiſo apparentem denuo: quæ ſolum in iſtius ſanctiſſimi viri die feſto cernitur. Sunt qui memorant (ac miraculo ſane tum propter fidem eorum, qui idem ipſum narrāt, tum propter alia, quæ ipſi ſumus conſpicati, credendum eſt) veram perſonæ illius effigiem huc illucque volitantem ſe vidiſſe, barba demiſſa, & capite, vt ſolet, tiara operto. Viris, qui ad eum locum veniunt, liber & facilis patet introitus: hiq; cum iumentis ſuis columnā ſæpe circumeunt. Fit autē cuſtodia accuratiſſima, ne mulier (qua de cauſa haud equi-

A

Mulieres templum Symeonis non ingrediuntur.

dem habeo dicere) aliquando in templum ingrediatur: ſed ſi quæ accedunt, extra limen conſiſtunt, miraculum admiratæ. Nam eregione ſtellæ fulgenos vna ex portis ſita eſt.

De Iſidoro Peluſiota, & Syneſio Syrenæ Epiſcopo.

CAPVT XV.

Vide Niceph. ca. 53. 54. 55. l. 14. Bar anno 410. nu 72. & c.

Iſidorus quo tempore floruerit.

Iſidori opera.

EOdem Imperatore regnante, magno etiam in honore fuit Iſidorus, cuius gloria ob illius tum facta, tum dicta longe lateque peruagata eſt, omniumque ſermone celebrata. Iſta carnem ſic macerauit laboribus, ſicque animum arcanis & diuinis doctrinis ſaginauit, vt vitam angelicam in terris traduceret, & viuam expreſſamq; effigiem vitæ monaſticæ, & diuinæ contemplationis omnibus perpetuo intuendā proponeret. Scripſit quidem cum alia multa opera perquām vtilia, tum vnum ad Cyrillū: ex quo perſpicuum eſt, eum eiſdem cum admirabili illo Cyrillo vixiſſe temporib. His iam à me ea elegātia qua poteram explicatis, deinceps veniat in medium Syneſius Syrenenſis, vti mentione, quæ de illo fiet, noſtra illuſtretur oratio. Iſte Syneſius fuit cum in aliis rebus diſertus, tum in Philoſophia egregie excolenda adeo præ cæteris eximius, vt etiā à Chriſtianis, qui neq; amore, neq; odio adducti, de eo iudicium fecerunt, in magna haberetur admiratione. Itaq; illi perſuadent, vt licet nondum doctrinam de reſurrectione carnis admiſiſſet, neque ita cenſere vellet, ſalutari regenerationis lauacro ingeretur, & iugum ſuſciperet ſacerdotij: recte admodum de eo augurantes quod hæ res alias eius virtutes ſequerentur, diuinaq; gratia nihil pateretur in eo deſiderari. Quę ſpes illos minime fruſtrata eſt. Nam qualis & quam eximius vir euaſerit, argumento ſunt tum Epiſtolæ ab eo poſt ſacerdotij ſuſceptionem eleganter & ornate compoſitæ, tum liber ille, quem dedicauit Theodoſio, tum aliæ præclare illius, quæ extant lucubrationes.

Syneſius Syrenenſis eiuſque ſcripta.

B

Quod D. Ignatius à Theodoſio Roma tranſlatus, Antiochiæ ſepultus eſt.

CAPVT XVI.

C

De hac ſecūda Ignatij tranſlatione. Bar. anno 438. nu 13.

Ignatij oſſa Antiochiā deportata ibique recondita dedicato in eius honorem templo Ioan. Rhetor.

MAiora robuſtioraque Ignatij viri plane diuini oſſa à beſtiis relicta (quæ, ſicut tum à Ioanne rhetore, tum ab aliis memoriæ proditum eſt, poſteaquam ſanctus martyr beſtiarum ventres, vti ei erat in optatis, ſepulchri loco in amphitheatro Romano conſecutus fuerat, Antiochiam deportata fuerunt) regnante etiam Theodoſio, quod fuit longo tempore poſt eius martyrium, in cœmiterium tranſlata ſunt: quippe Deus Opt. Max. animum Theodoſij impulit, vt diuinum illum martyrem maioribus afficeret honoribus, & templum iam olim dęmonib. dedicatum (quod indigenę templum Fortunæ nuncupant) Ignatio victori & martyri conſecraret. Itaq; quod olim Fortunæ dicatū fuit, iam ſacrum ſanctuarium, & templum Auguſtum ad Ignatij memoriam celebrandam factum eſt: cuius martyris ſacræ reliquiæ curru cum ſolenni pompa per ciuitatem portatæ, & in templo repoſitæ fuerunt. Qua de cauſa feſtum celebre, & lætitiæ communis ad noſtram vſque ætatem peragitur: quod quidem feſtum à Gregorio pontifici multo maiore magnificentia illuſtratum eſt. Iſta propterea in eo loco facta fuerunt, quod Deus ſacras ſanctorum ſuorum memorias ibi coli honorarique voluit. Nam ſceleſtus ille & impius tyrannus Iulianus, quoniam Apollo (qui in Daphne coli ſolet, quique vocem & vim vaticinandi ex fonte, qui Caſtalia dicitur, haurit) ei tum Imperium gerenti, ſciſcitantiq; illius oraculum, reſponſum dare nō poterat (ſanctus namque Babylas, cuius corpus in proximo conditum fuit, ei os obturauerat) Iulianus, inquam, licet inuitus, & quaſi plagis ad eam rem compulſus, ſanctum Babylæ corpus honorifice ex eo loco tranſtulit, templumq. ampliſſimum, quod adhuc integrum manet, ante portas vrbis Antiochiæ extruxit: hocq; egit ad eum plane finem, vti dæmones in poſterum ſua libere obirent negotia, quēadmodum ſe facturos ante Iuliano, vt fertur, polliciti fuiſſent. Verum iſtud certe Dei ſeruatoris prouidentia adminiſtratum fuit, cum vt virtus, quæ ineſt martyribus, omnibus pateat, tum vt ſacratæ huius ſancti martyris reliquiæ in locum transferrentur ſacratum, & templi præclariſſimi honore decorarentur.

D

Apollo Daphnæus.

Iulian Imp. Babylæ martyri templū extruit.

E

De Attila rege Scytharum, & quomodo partes tum Orientales, tum Occidentales depopulatus ſit, & de mundo terræmotu, aliiſq; terribilibus, quæ orbi incumbebant ſignis.

CAPVT XVII.

Vide Niceph. c. 57. l. 14. Bar anno 442. & ſeqq.

Attilæ bellum.

Priſcus rhetor Attilæ belli ſcriptor.

Terræmotus ſub Theodoſio, itemque & inundatio.

TEmporibus iiſdem bellum, quod multorum ſermone celebratur, ab Attila Scytharum rege excitatum fuit: de quo accuratiſſime diſertiſſimeque cum magno verborum apparatu ſcribit Priſcus rhetor, oſtenditque & quomodo partes tum Orientem, tum Occidentem verſus inuaſerit, & quas ac quam multas vrbes ſubegerit, & quibus denique rebus geſtis nobilitatus, ex hac luce migrauerit. Porro autem eodem Theodoſio Imperium gubernante, maximus maximeque memorabilis terræmotus, qui ſua magnitudine omnes terræmotus, qui ante extitiſſent, omnino obſcurauit, orbem terrarum occupauit, prope dixerim vniuerſum: ſic vt multæ turres in palatio ad terram ruerent, murus Cherrhoneſi, qui longus dicitur, concideret, dehiſceret terra, & multos pagos deglutiret, multæ atque adeo innumerabiles terra mariq; graſſarentur calamitates, nonnulli fontes exiccarentur, alibi aquæ, vbi nullæ ante fuiſſent, inundarent, arbores ingentes extirparentur radicitus, plurimæ terræ moles ita coaceruarentur, vt montes efficerent, mare piſces eiiceret mortuos, multæ in eo ſubmergerentur inſulæ, nauigia per mare tranantia, vndis retrocedentibus, in arido conſiſtere cernerentur. multa denique loca Bithyniæ, Helleſponti, & vtriuſq; Phrygiæ grauibus efficerentur incommodis. Hæc clades terram multum diuque oppreſſit: non tamen tam grauis eſſe pergebat vt cœperat, ſed vſque eo ſenſim langueſcere & remittere videbatur, quoad penitus extincta eſſet.

F

De Antiochiæ ædificiis, & illorum conditoribus.

CAPVT XVIII.

Antiochiæ ædificia

G

memorabilibus exornata, Memnonius.

Zoilus.

Calixtus.

EAdem tempeſtate Memnonius, Zoilus & Calixtus, viri propter accuratam noſtræ religionis obſeruationem præſtabiles, à Theodoſio ad magiſtratus Antiochiæ gerendos miſſi fuerunt. Ac Memnonius quidem locum illum, qui à nobis Pſephium appellatur, à primis fundamētis magnifice & artificioſe extruendum curauit, atrio, quod libero cœlo patebat, in medio relicto. Zoilus autem regalem porticum (hoc quidem nomine etiam noſtra ætate, quamuis multis variatus ædificiis, nuncupatur) qui ad Auſtrale latus tecti palatij, quod Ruffini nomen obtinet, ſpectat, exædificauit. Quinetiam Calixus magnificum & illuſtre ædificium, quod tum à veteribus tum ab hominibus ætatis hominibus porticus Calixti dicitur, ante ſedes, quæ ad exercēdum iudicium poſitæ ſunt, eregione fori (in quo pulcherrima domus eſt, quam præfecti præſidiorum incolere ſolent) extruxit. Poſt iſtos Anatolius rurſus, qui ordinibus in Oriente militiam exercentibus præficiebatur, eo miſſus porticum ipſius nomine appellatam ædificauit, eamque varia exornauit materie. Iſta quidem, licet à propoſito videantur aliena, ſunt tamē ſtudioſis nō inelegātia ad cognoſcendū.

De bellis variis tum in Italia, tum Perſide regnante Theodoſio ſuſceptis.

H

CAPVT XIX.

Theodoſius Perſarum furorē euincit.

Scriptores rerū Theodoſij Euſtathius Syrus & Epiphan.

REgnante item Theodoſio crebræ in Europa ſeditiones conflatæ, idque dum Valentinianus Romæ imperabat: quas Theodoſius ingentibus copiis & exercitu tum pedeſtri tum nauali terra marique emiſſis, adeo penitus repreſſit. Atque eo pacto etiam Perſarum euicit furorem, quorum rex tum fuit Iſdigerdes, pater Bararanis (vel vt Socrati placet, ille ipſe Bararanes) & miſſis ab illis de pace legatis, pacem eis conceſſit: quæ ad duodecimum annum imperij Anaſtaſij continuata eſt. Quæ res cum ab aliis ſcriptoribus commemoratæ ſunt, tum ab Euſtathio Syro ex Epiphanio valde ſcite & eleganter compendio quodam explicatæ, qui quoque ſcribit, quo pacto Amida capta fuerit. Eodem tempore Claudianum & Cyrum poetas homi-

A

num fama celebratos ferunt. Ac Cyrum primarium præfectum, quem maiores noſtri præfectum aulę vocant, conſtitutum copiiſque Romanis verſus Occidentem eo tempore præfuiſſe quo Carthago capta fuit a Vandalis, & Genzericus barbarorum ductauit exercitum.

De Eudocia Imperatrice & filia eius Eudoxia, & de eius Hieroſolymas profectione & ſtatua, quæ ab Antiochenis donata eſt.

Vide Niceph. c. 50. l. 14. Bar. anno 438. nu 18 & 433 n 8. Eudociam Theodoſius in matrimonium ducit, ex qua Eudoxiam procreat, vxorem poſtea Valentiniani.

CAPVT XX.

ISte Theodoſius impulſu Pulcheriæ Imperatricis, ſororis ſuæ, Eudociam, genere Athenienſem, forma ſane perhoneſta & liberali, poſtquam ſalutari baptiſmatis lauacro tincta fuit, duxit in matrimonium, ex qua filiam ſuſcepit, nomine Eudoxiam. Hanc cum eſſet nubilis, Imperator Valentinianus duxit vxorem, abduxitque Roma antiqua, & ad Conſtantinopolim deduxit. Eudocia vero poſtea ad ſanctam Chriſti Dei ciuitatem profecta eſt, vbi habita oratione ad populum, in extrema parte illius hoc carmen recitauit:

B

Stirpe ſatam veſtra me, & ſanguine glorior eſſe.

Scriptores originum & antiquitatum.

Quo quidem ſignificauit, * colonias è Græcia eo deductas fuiſſe. Quod ſi quiſquam iſtarum rerum accuratius cognoſcendarum ſtudio teneatur, ſunt à Strabone Geographo, Phlegonte, Diodoro Siculo, Arriano, & Piſandro poeta, ab Vlpiano præterea, Libanio, & Iuliano Sophiſtis omnium præſtantiſſimis, ſcriptis exquiſite mandata. Poſtea autem Antiochiam profectam, Antiocheni illam ſtatua ex ære artificioſe fabricata, quæ adhuc integra ſeruatur, honorarunt. Eius hortatu Theodoſius impulſus, maximam ciuitati adiunxit acceſſionem, murumque amplificauit ad portam vſque, quæ ad Daphnem ſuburbium ducit, ſicut cuique cupienti perfacile eſt videre. Nam ad noſtram vſque ætaté veteris muri veſtigia ex ipſis reliquiis, quæ oculos quodammodo ad eam quaſi manu ducunt, facile indagari poſſunt. Sunt tamen, qui dicunt, murum illum ab antiquiore Theodoſio dilatatum: quinetiam eundem aurum ducentarum librarum reficiendo Valentis balneo in quadam parte accenſo tribuiſſe.

Theodoſius Antiochiæ magnam acceſſionem adiungit.

C

* Quo quidem ſignificauit, &c.] Verſum Eudociæ male interpretatur Evagrius. Nam Græci, (teſte Ioſeph. lib. 10 antiquitat cap 5 & lib. 13. cap 1.) e Palæſtinis, non contra Palæſtini e Græcis originem traxerunt. Vide Baron. anno 438 num. 19.

Quod Eudocia multa Hieroſolymis præclare adminiſtrauit, & de diuerſa monachorum Palæſtinæ victus viuendique ratione.

Vide Niceph. c. 50. l. 14. Bar. anno 438. n. 25. Eudocia bis Hieroſolymam profecta, quid ibidē præſtiterit.

CAPVT XXI.

EVdocia vero Conſtantinopoli Hieroſolymam bis profecta eſt: & quanquam qua de cauſa, aut quid potiſſimum, vt aiunt animo intenderet, eis qui de vita illius ſcripſerunt, licet mea quidem ſententia, minime vere rem, vt geſta eſt, narrant, relinquendum cenſeo: tamen cōſtat, eam cum in ſancta illa Chriſti ciuitate verſabatur, multas res ad Dei ſeruatoris honorem illuſtrandum, geſſiſſe. Nam ſancta ædificauit monaſteria, & loca illa, quæ Lauras vocāt: in quibus tametſi varia ratione viuitur, tamen vitæ inſtitutio ad vnum eundemque finem ſpectat, eumque ſanctiſſimum. Nam alij gregatim vitam degunt nihil rerum, quæ animos hominum ad terram deprimere ſolent, poſſident, quippe aurum illis non ſuppetit: at quid dixi aurum? imo vero, ne propria veſtis, aut cibariorum quicquam. Nam quo pallio aut tunica vnus iam induitur, alter veſtitur eodem paulo poſt, adeo vt omnium veſtitus vnus eſſe videatur, & vnius omnium. Quinetiam menſa cōmunis apponitur, non opiparis inſtructa delitiis, aut alio quouis cibariorum genere: ſed oleribus ſolum & leguminibus apparata, iiſque eatenus ſuppeditatis, quatenus ſolum ſati eſſent ad viuēdum. Porro autem in precibus ſolum, quas communiter inter ipſos ad Deum fundunt, ſe dies noctesq; defigunt: ſicq; atterunt ſeſe, ſic laboribus affligunt, vt mortui in ſepulchro ſuper terram iacentes videantur. Nonnulli eorum leges, quas ὑπερόρους vocant, id eſt, leges legibus, quibus tenentur, ſupra irrogatas, ſæpe exequuntur: quippe ieiunant ad biduum, atque etiam ad triduum. Sunt ex illis, qui quinque dies continuos & amplius ieiunant, & vix tum quidem cibum capiunt necessarium. Alij autem aliud ingrediuntur viuendi genus, idque diuerſum à ſuperioribus. Nam ſe ſeparatim in ædiculas concludunt, quæ tantum habent latitudinis altitudiniſque, vt in illis neque corpore erecto conſiſtere, neque ſe libere inclinare poſſint. Quorum alij, vt eſt apud Apoſtolum*, in ſpeluncis & cauernis vitam aſſidue degunt, vnaque cum beſtiis habitant, & in quibuſdam occultis & ignotis terræ latibulis Deo precationes adhibent. Quinetiam alius viuendi modus à nonullis eorum excogitatus eſt, qui omnem fortitudinis & tolerantiæ vim ſuperat. Etenim viri ac mulieres in ſolitudinem ardoribus efferueſcentem ſe abdunt, & ſolis illis membris, quę naturæ ſeruiunt neceſſitati, obtectis, reliquum corpus frigoribus immenſis & feruidis aeris caloribus nudum exponunt, æſtu ęque atque algore contempto. Eo accedit, quod alimentis, quibus homines veſci ſolent penitus reiectis, depaſcuntur terram, vnde βοσκοὶ, id eſt, pabulatores appellantur: indeque ſolum victum ſibi ſuppeditant, adeo vt tempore beluis ſimiles efficiantur, quippe cum forma corporis & animi habitu ab aliis hominibus omnino diſcrepent. Ac ſi forte viderint homines, ſtatim aufugiunt: & ſi qui eos inſequantur, aut elabuntur velocitate pedum, aut abſtruſis terræ locis, ad quæ difficulter accedi poſſit, ſe occultant. Aliud præterea commemorabo, quod quamuis præ aliis merito primas tenet, ipſe tamen pene præteruiſſem. Etſi perpauci ſunt ex hoc genere, ſunt tamen aliqui, qui ſimul ac virtutis ſubſidio ab omnibus animi perturbationibus liberi ac vacui ſint, prodeunt in hominum ſocietatem, ſeque in medias turbas iniiciunt, ſeque dementes eſſe ſimulant: ſicque inanem gloriam, quam vt ſapiens Plato ait, anima poſtremo omnium, tanquam vltimam tunicam ſolet exuere, quaſi pedibus conculcant. Adeo etiam ſine delectatione cibum capiunt, ioque ea re tam auſteram exercent diſciplinam, vt ſiue ad cauponam, ſiue ad lupanar eos diuertere cogat neceſſitas, nec locum refugiunt, nec operiunt faciem, nec quicquam prorſus erubeſcunt. Porro, balneis crebro vtuntur, ac ſæpe vna cum mulieribus verſantur, ſimulque lauant ſeſe: atque ita perturbationum omnium ſunt expertes, vt naturam ipſam ſibi ſubieciſſe videantur: quandoquidem neque aſpectu, neque tactu, neque denique ipſo complexu mulieris ad naturalem cōcupiſcentiam inclinari impellive poſſunt. Sed ſunt cum viris viri, mulieres autem cum mulieribus: atque tametſi non recuſant cum vtroque ſexu coire ſocietatem, tamē vnius ſolum vſum norunt. Verum vt comprehendam breui, in hoc ſanctiſſimo diuiniſſimoque vitæ genere virtus naturæ iura præſcribit, legeſque conſtituit proprias: nempe vt nemo eorum, res ad vitam neceſſarias capiat ad ſatietatem, quandoquidem ipſorum lex eos eſurire & ſitire iubet, corpus eo veſtitu tegere, quem poſcit neceſſitas. Eorum vitæ ratio adeo exquiſitis libratur laudibus, vt cum in contrariam partem, eamq; ab altera multum diſtantem ſe inflexerint, nullam ſe mutationem feciſſe ſentiant. Ita enim res contrariæ in illis temperatę ſunt, diuina gratia ea, quę nullo modo commiſceri poterant, in vnum cogente, eademque rurſus dirimente, vt vita in illis ac mors, duæ res & natura & effectu pugnantes maxime, ſimul habitent: & in quibus rebus perturbationes dominari ſolent, in illis mortui eſſe, & quaſi in ſepulchro conditi: & vbi aſſidua facienda ſit ad Deum precatio, ibi, etiamſi ætate exacta fuerint, corpore valentes & viribus integris eſſe videantur. Atque ſic in iſtis vtrunque vitæ genus cohæret, vt certe tum veluti carne prorſus depoſita, perpetuo viuant, cumque viuis verſentur, tum corporibus medelam adhibentes, ſupplicum voces Deo offerant, aliaque officia, quæ ſuperiori viuendi modo apte conueniant, exequantur, & neque rebus neceſſariis egeant, neque locis circumſcribantur, ſed omnes audiant, & cum omnibus verſentur: crebris, imo vero aſſiduis genuum flexionibus vtūtur, quas graues viciſſim ſtationes excipiunt, ſolo appetitu ætatem, & imbecillitatem ſpōte ſuſceptam recreante. Sunt athletæ carne nudati, ſūt luctatores expertes ſanguinis: qui etſi ieiunium habeant pro conuiuio omni ciborum genere inſtructo, proq; opiparis delitiis, ac nihil, ſi modo ita viui

Diuerſa monachorum viuendi inſtituta ad eundem tamen finem ſpectantia.

D

E

Heb. 11.

Monachi Palæſtinæ βοσκοὶ, qui victus conſuetudine, vt imitantur, ita moribus quoque referunt feras.

F

Aliud genus monachorum.

G

Exercitatio quantum valeat in domandis affectib. hoc exemplo patet.

H

A *Monachorum Palæſtinæ ieiunium.*

pullu, guſtare, loco menſæ dapibus onuſtæ ducunt: tamen quando hoſpes aliquis ad eos accedit, ſi etiam primo mane illud forte eueniat, magna cum beneuolentia & amica inuitatione tum ad comedendum, tum ad bibendum, illum accipiunt, alio ieiunandi genere excogitato, videlicet vt inuiti comedant, adeo vt res magnam omnibus admirationem excitet, quippe qui cum pluribus ad naturæ ſuſtentationem egeant, admodum paucis contenti ſunt, propriæ voluntatis inimici & naturæ. Iuxta veterum placita proditores, ſic vt omnibus modis illecebræ carnis arceantur, & anima gubernet, pulcherrima Deoque placita prudenter tum diligens tum obſeruans: felices ſane illi propter præſentis vitæ inſtitutum, multo tamen feliciores hinc diſceſſum, quo omnes ſuos conatus dirigunt, ad illud quod in optatis habent, videndum properantes.

Quæ Eudocia Imperatrix in Palæſtina reparauerit, & de S. Stephani Eccleſiæ ædificatione.

CAPVT XXII.

B *Vide Niceph. c. 50 & 58. l. 14. Soz. lib. 9. cap. 17.* *Eudocia Hieroſolymorum mœniorum refectrix.* *Theodoſij mors.*

CVm multis huius generis hominibus Theodoſij coniunx collocuta eſt, & multa eiuſmodi monaſteria, vt ante dixi, ædificauit: Hieroſolymorum refecit mœnia, eaque pulchriora reddidit. Templum extruxit præterea ad memoriam S. Stephani primi & diaconi & martyris, ſplendore ac pulchritudine eximium, (quod quidem non ſtadio ab vrbe Hieroſolyma diſtat) inque eo ſimulatque ad vitam immortalem profecta eſt, condita fuit. Theodoſius autem poſtea, vel vt quidam putant, ante mortem Eudociæ, vbi triginta octo annos Imperium gubernauerat, deceſſit è vita: inque eo honoris gradu poſt eum locatus fuit vir omnium facile præſtantiſſimus, Martianus. Cuius res geſtas, Imperium etiam Orientis adminiſtrantis, perſpicue, cæleſti Dei gratia benigne nobis opem ferente, ſequens docebit hiſtoria.

C *Valentin. 3. & Martianus Imper. anno Chriſti 453*

EVAGRII SCHOLASTICI, HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, LIBER SECVNDVS.

Secundus & Tertius liber ſimul continent acta ſub Valentiniano Tertio, Martiano, Leone, Zenone, Anaſtaſio, annis ſexaginta ſex. Huc refer vitam Rom. Pontif. Leonis 1. Hilarij, Simplicij, Felicis 2. Gelaſij, Anaſtaſij, Symmachi, & Hormiſdæ, quos ex illis ſcriptoribus adnotauimus ad Euſebij lib. 1. & 2. Adde his Tomos Concil. & Hæreſ. His adiunge Rerum Rom. lib. 14. 15. Ioan. Maiorem, Bedam in hiſtor. Angl. Trithemium de Regibus Francorum: Paulum diaconum lib. 16. Ioannem Baptiſtam Egnatium, item Caßiodorum. Procopium etiam de bello Vandalico item Blondum, & Agathium de bello Gothico, Iornandem.

De Martiano Imperatore, & quæ ſigna præceſſerunt, Imperium eius portendentia.

CAPVT I.

D *Vide Niceph. ca. 1 l. 15. Bar. anno 450. nu. 17 & ...* *Martianus Imperat. quis, vnde, quomodo ad Imperium euectus.* *Patricius rhetor Martiani res geſtas deſcripſit.*

RES quidem Theodoſij temporibus geſtas primus liber complexus eſt: ſequitur, vt deinceps Martianum, celebrem illum Romanorum Imperatorem ponamus in medio, commemoremuſque quis fuerit, vnde ortus, & quomodo ad gubernacula imperij Romani aſcenderit. Sic namque res ab eo geſtas, ſuo quaſque loco commodo exponere poterimus. Cuius vita cum ab aliis multis, tum à Patricio rhetore literis prodita eſt. Thrax erat genere, filius viri rem exercentis militarem: qui propterea quod ſtudio paternæ vitæ æmulandæ ducebatur, ad Philippopolim recta ſe contulit, inque ea ciuitate aſcriptus eſt in militum numerum. Forte fortuna ei illic proficiſcenti inter vias, corpus recens occiſum, humiq; proiectum viſum eſt. Cui aſtans (erat enim cum in aliis vitæ officiis facile præſtantiſſimus, tum propenſiſſimus ad miſericordiam) factum admodum miſeratus eſt, & diu ibi propterea commoratus, quod funeri iuſta ſoluere cupiebat. Verum vbi quidam iſtud viderunt, rem deferunt ad magiſtratus Philippopolis. Illi prehendunt Martianum, quæſtionem de cæde facta in eum exercent: ac eum coniecturis & ſignis plus tribueretur, quam aut veritati, aut verbis Martiani cædem pernegantis; cumque Martianus iam pœnas homicidæ eſſet perſoluturus, ex improuiſo, diuina largiente gratia, deprehenſus eſt ille ipſe, qui cædem feciſſet: quo pro facinore capite mulctato, Martianus capitis periculo liberatur. Quocirca mirandum in modum ereptus diſcrimine, ad quandam militum turmam ibi accolentium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare. Illi admirati hominem, & præpotentem fore certiſſimis coniecturis augurati, libentiſſime eum admittunt, inque ſuum album referunt: neque ponunt infimo in loco, ſicut lex poſtulabat militaris, ſed ad quendam honoris gradum, quem vir nuper mortuus (cui nomen erat Auguſtus) obtinuerat, Martianum, qui Auguſtus itidem appellabatur, efferunt, inque album inſcribunt, ſic vt nomen, quo donantur Imperatores noſtri, vna cum purpura (vocantur namque Auguſti) prius quam potiretur Imperio, obtineret. Neque certe nomen abſque dignitate in eo reſidere poterat, neque rurſus dignitas Imperij aliud nomē ad ſuum decus illuſtrandum requirebat, adeo vt idem ipſum nomen & proprium & appellatiuum exiſteret, ſemelque prolatum tum dignitatem eius ſignificaret, tum appellationem. Aliud præterea accidit, quod itidem Martiano portendebat imperium. Cum enim contra Vandalos ſimul cum Aſpare bellaret, deuicto à Vandalis Aſpare, ille cum aliis quam plurimis captus, & cum reliquis captiuis deductus fuit in campum, vbi Gezerichus eos viuos videre voluit. Quibus in vnum coactis, Genzerichus in tabulato quodam ſedens, multitudinem captiuorum ſpectando multum cepit voluptatis. Captiui autem, tempore pro cuiuſq; arbitratu contrito (nam Genzerichi mandato cuſtodes eorum vincula diſſoluerant) in campo manſerunt. Proinde cum alij alias res agerent, Martianus corpore humi poſito, in ſole feruido & vehementius quam tempus anni ferebat, exardeſcente, ſomno ſe dedidit. Cui dormienti aquila deſuper imminens, & corpore ſoli velut ad perpendiculum oppoſito, alis paſſis obuolitans, inſtar nubis, illum vmbra texit, indeque magnam ei attulit leuationem, vſque adeo vt Genzerichus oſtentum admiratus, de rebus quæ ei euenturæ eſſent, veriſſimam coniecturam faceret. Itaque Martianum accerſitum, liberum dimiſit, eumque obſtrinxit iureiurando, vt ſi ad imperium aliquando aſcēderet, fœdera iungeret cum Vandalis, nec vnquam contra eos arma ferret: quod quidem Martianum firme re ipſa tenuiſſe ſcribit Procopius. Sed omiſſis illis quæ ſunt ab inſtituto aliena, ad hiſtoriam redeamus. Iſte quidem Martianus, ſicut pietate erga Deum, ſic iuſtitia erga ſubiectos admodum excelluit. Diuitias putauit, non quæ ſunt conditę in theſauro, aut ex tributis collectæ ſed eas ſolum, quę poſſint tum his qui opis indigent, ſubſidio eſſe, tum illis qui multa poſſident, vitam tutam ſecuramque præſtare. Suis erat formidini non in puniendo, ſed ne aliquando puniret: ac propterea Imperium ei fuit non hæreditas, ſed virtutis præmium: quod quidem conſecutus eſt ſuffragiis omnium iam ſenatorum, quam aliorum cuiuſcunque fortunæ & conditionis eſſent, idque Pulcheria illis idem ipſum ſuadente: quam tametſi in domum ſuam aſciuit, vt Imperatricem: tamen cum ea, vtpote quæ virgo ad ſummam manſerit ſenectutem, nunquam rem habuit. Iſta confecta fuere, cum Valentinianus Romanus Imperator nondum quidem Martiani electionem confirmauerat, qui tamen poſtea propter hominis virtutem ei ſuffragatus eſt. Martianus igitur magnopere cupiebat, vt communis honos ab omnibus Deo tribueretur, & linguæ, quas impietas confuſione quadam refer ſerat, iam pie inter ipſas concordantes ſacrum eius numen vno eodemque laudationis genere percelebrarent.

* * *

E

Martianus capitis periculo liberatus.

F *Omen Imperatoriæ dignitatis in Martiano.*

Aſpar à Vandalis deuictus.

G *Augurium portendens Martiano imperium. Genzerichus Martianum liberum dimittit.*

Martiani virtutes.

Quibus ſuffragiis ad Imperium aſcenderit.

H *Pulcheria perpetuam virginitatē coluit in coniugio Martiani Imper.*

A

De Chalcedonenſi Concilio, & eius congregandi cauſa.

CAPVT II.

Vide Niceph ca. 2. l. 15. Bar. anno 449. nu. 106 & ſeqq. & 451. n. 63.

MArtiano igitur iſta in animo habenti, accedunt tum illi, qui Leonis antiquioris Romæ Epiſcopi reſponſa ad alios perferre ſolent, docentq; Dioſcorum deciſionem Leonis in ſecundo Epheſino Concilio rectam ſanamque doctrinam præſcribentem repudiaſſe, tum alij qui erant à Dioſcoro iniurijs & contumelia affecti, orantq; vt de ipſorum rebus Concilium diiudicaret. Quod quidem ab Imperatore maxime omnium contendit Euſebius Dorylæenſis Epiſcopus, oſtenditque tum ſe tum Flauianum fraude & fallacijs Chryſaphij Theodoſij ſatellitis abdicatum fuiſſe: quod Flauianus Chryſaphio aurum pro eius ad Epiſcopatum ordinatione poſtulanti, ſacra Eccleſiæ vaſa, quo eum pudore ſuffunderet, miſiſſet, quodq; Chryſaphius in ſimili errore & prauitate cum Eutyche verſaretur. Ait præterea, Flauianum miſerandum in modũ à Dioſcoro interfectum, per vim ab eo Eccleſia extruſum, & calcibus verberatum.

B

Chalcedonenſe Concilium cur coactum.

His de cauſis Concilium Chalcedoni coactum eſt, nunciique ac tabellarij miſſi, ſacerdotes per literas plenas pietatis vndique acciti. Ac primo Nicæam, adeo vt cum Leo Epiſcopus Romanus ad eos literas daret, per Paſcaſianum, Lucentium & cæteros quos eo ad ſuum locum ſupplendum miſerat, eas ſic inſcriberet: EPISCOPIS NICEÆ CONVOCATIS S. Poſtea autem Chalcedonem vrbem Bithyniæ, quo Neſtorium etiã accerſitum Zacharias rhetor affectione quadam animi inductus narrat.

Zacharias rhetor refutatus Neſtorium Cõcilio Chalcedonenſi interfuiſſe ſcribens.

Verum rem minime ita ſe habere, argumento eſſe poteſt, quod Neſtorius Cõcilio penitus per anathema interdictus fuit. Quod etiam perſpicue declarat Euſtathius Epiſcopus Beryti per literas, quas tum ad Ioannem Epiſcopum, tum ad alterum Ioannem presbyterum de rebus in eo Cõcilio agitatis dedit, ſic enim ſcribit: *Huc aduenerunt, qui Neſtorij reliquias ſedulo conquirunt, & contra Concilium ita cæperunt vociferari: Quid eſt, quamobrem ſanctis viris denunciatur anathema? ſic vt Imperator rem grauiter & acerbe ferens, iuſſerit ſatellitibus, vt eos inde procul expellerent. Quomodo igitur Neſtorius, qui binis demigrauerat, ſit accerſitus, non poſſum equidem dicere.*

C

Templi ſanctæ martyris Euphemiæ apud vrbem Chalcedonenſem deſcriptio, & editorum in illo miraculorum commemoratio.

CAPVT III.

Vide Niceph ca. 3. lib. 15. Bar anno 451. nu. 56. & 61.

Euphemiæ templi à Boſphoro diſtantia.

ITaque congregantur Epiſcopi in ſacro Euphemiæ martyris templo, quod Chalcedoni vrbi Bithyniæ locatũ eſt. Abeſt autem hoc templum à Boſphoro amplius duobus ſtadiis, ſitum in loco quodam amœno, qui adeo paulatim erigitur in accliuitatem, vt aſcenſus perfaciles minimeque moleſtos præbeat ad templum martyris accedentibus: qui quidem videntur ſibi derepente in ſublime ſublati, atque adeo intra ipſum templi ſanctuarium verſari. Vnde tanquã ſpecula oculos diicientes, campos omnes ſubſtratos cernunt, eoſque in æquabilem & patentem planitiem porrectos, herba quoque virentes, onuſtos ſegetibus, arboribus cuiſque generis pulchre ad aſpectum veſtitos: quinetiam mõtes aſperos, ſere erectos, in altitudinem leuatos incuruatoſque: diuerſos præterea pelagos, partim præ tranquillitate purpureum colorẽ præ ſe ferentes, & placide ac quiete cum ipſis quaſi ludentes litoribus, quibus adiacentes agri à tempeſtatibus vacui ſunt: partim turbulentos, & vaſtis, furentes fluctibus vnde vmbilici, alga, & minutiores piſciculi ex teſta eorum genere reciproco vndarum impetu excutiuntur.

D

Templi ſtructura.

Porro autem iſtud templum e regione Cõſtantinopolis poſitum eſt, adeo, vt talis & tam egregiæ vrbis aſpectus illi permultum ſplendoris afferat. Hoc templũ conſtat ex tribus ampliſſimis ædificiis: vnum libero cælo, patens, atrio oblongo, & columnis vndique concinne exornatum. Alterum deinceps, latitudine longitudineque, par, is itidem columnis priori ſimile, faſtigio ſuppoſito ſolummodo diſſimile. Ad cuius latus verſus Aquilonem eſt alterum ædificium ductum in gyrum, quod ſpectat ad ſolis ortum, ipſumque ad formam teſtudinis, columnis valde artificioſe fabricatis, ex eadem confectis materia, magnitudine eadem, intus in orbem tornatum, ſubter his tabulatum eſt ſublime, eodem opertum tecto, in quo liberum eſt cuique preces martyri fundere, & ſacris intereſſe myſteriis.

E

Capſa argentea qua O Euphemiæ reliquiæ cõtinentur.

Euphemiæ martyris miracula.

Intra teſtudinem ad Orientem, eſt ſacrarium decore conſtructum: in quo ſanctiſſimæ martyris reliquiæ in capſa bene longa (quam propterea quidam μακρὰν, id eſt, longam, veluti proprio nomine appellant) eaque ex argento valde ſcienter confecta conditæ reponuntur. Miracula autem, quæ ab iſta ſanctiſſima martyre quibuſdam temporibus eduntur, nemini Chriſtiano obſcura ſunt. Nam ſæpenumero aut Epiſcopis qui ordine illius vrbis Eccleſiam rexerant, ſecundum quietem ipſa martyr apparens, aut aliis quibuſdam ob piam vitæ rationem nobilitatis accedens, iubet, vt in ipſo templo feſtum delitiis & opiparis epulis celebrent. Quod vbi ſignificatum eſt Imperatoribus, pontifici & toti ciuitati, ad templum accedunt omnes, tam qui reip. clauum tenent, quam ſacerdotes, magiſtratus, & reliqua vniuerſa multitudo, quo efficiantur myſteriorum participes.

F

Deinde omnibus his inſpectantibus, Epiſcopus Conſtantinopolis vna cum ſuis ſacerdotibus ſacrarium, in quo ſanctiſſimum martyris corpus, de quo ſupra dixi, reconditum eſt, ingreditur. Eſt in ipſa capſa ad læuam velut tranſenna exigua, paruis ianuis obfirmata, per quam ferrum oblongum ſpongia circumligatum ad reliquias vſque immittunt: quod quidem vbi circumtorſerint, ſpongiam plenam ſanguine retrahunt, plenamque cruentis guttis concretis plurimis. Quod vbi videt populus, ſtatim Deum propterea veneratur, gloria ac laudibus effert.

Olei cõpia & fragrantia fluentis ex ſepulchro.

Tanta autem guttarum concretarum inde extractarum copia, vt piis Imperatoribus, ſacerdotibus omnibus ibi congregatis, & vniuerſæ populi frequentiæ abunde ſatis ſuppetant, tum ad participandum, tum ad mittendum cæteris fidelibus, per orbem vniuerſum illarum rerum cupientibus fieri participes. Ac guttæ illæ concretæ manent integræ perpetuo, & ſacer ſanguis neutiquam in aliam formam commutatur. Quæ res fiunt non certo aliquo & definito tempore, ſed prout Epiſcopi vita, & morum illius grauitas fert.

G

Aiunt namque cum aliquis ſpectatus vir, & virtutibus eximius eam gubernet Eccleſiam, hoc miraculum ſæpiſſime fieri ſolere: cum autem improbus illo munere fungatur, raro admodum ſigna illa diuina edi. Aliud præterea commemorabo, cui neque tempus neque occaſio vlla eſt impedimento, neque diſcrimen inter fideles & infideles ab eo confertur, ſed omnibus ex æquo oſtendit ſeſe. Cum aliquis eo loci accedat, vbi ſacra capſa, in qua ſunt conditæ ſanctiſſimæ illæ reliquiæ, reponitur, tam fragrante completur odore, vt alij omnes odores, quibus homines vti ſolent, ab eo longe ſuperentur. Nam neque odori florum, qui ex pratis colliguntur, ſimilis eſt, neque illi qui ex rebus ſuauiſſime olentibus capitur, neq; talis, qualis conficitur ab vnguentario: ſed peregrinus eſt, & præ cæteris eximius, ex ipſius martyris reliquiis vim & virtutem illam ei tribuentibus efflatus.

De iis quæ in Concilio tractata ſtatutaque ſunt, & quod Dioſcoro Alexandrino Epiſcopo ab Epiſcopali ſede ſummoto, Theodoretus & Ibas & aliquot alij reuocati fuerunt.

CAPVT IV.

H

Vide Niceph c. 4. 5. 6. 7. lib. 15. Bar. anno 451. nu. 71. &c.

Concilium Chalcedonenſe in O. Euphem. templo.

Paſchaſian. Epiſcopus. Lucentius Epiſcopus Bonifacius Presbyter. Anatolius Epiſcopus. Dioſcorus Epiſcopus.

HOc eodem in loco Concilium cogitur, in quo aderant Paſcaſianus & Lucentius Epiſcopi, & Bonifacius presbyter, Vicarij, vt dictum eſt, Leonis antiquæ Romæ Pontificis: Anatolius item antiſtes Conſtantinopolis, Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus, Maximus Epiſcopus Antiochiæ, & Iuuenalis Hieroſolymorum, & horum omnium ſacerdotes eidem Concilio interfuerunt. Quorum numero adiuncti erant ſenatores primarij: quib. dixerunt Vicarij Leonis, Dioſcorum non debere cum illis in Concilio conſidere. Iſtud enim ſuum Epiſcopum Leonem mandaſſe: quod quidem ſi minime obſeruarent, ſe ab Eccleſia deceſſuros. Ac cum ſenatores rogarent, quænam crimina obiicerentur Dioſcoro, reſponderunt, illum qui perſonam iudicis præter æquum & bonum ſuſceperat, debere pro iudicio, quod ipſe de aliis dederat, iudiciũ ſubire. Quæ cum

A

Dioſcorus à Leonis Legatis & Euſebio accuſatus.

dixiſſent, & Dioſcorus de ſententia Senatus in medio conſeſſu ſtatueretur, petebat Euſebius, vt ſupplex libellus quē ad imperatores miſerat, coram iam perlegeretur, hæcque verba adiecit: Mihi certe à Dioſcoro facta eſt iniuria, fidei etiam facta iniuria: Flauianus Epiſcopus ab eo interfectus, vnaque mecum iniq; ſacerdotio abdicatus. Iubete meum ſupplicem libellum legi. Quæ cum dixiſſet, ſupplex libellus lectus fuit, qui eſt hæc verba complexus:

†† *Vide annotat. pag. 35 lat. 1. lin. 6. & 7.*

Supplex † libellus Imperatoribus noſtris Chriſtum vere colentibus, religioſiſſimis & ſanctiſſimis, Fl. Valentiniano & Martiano ſemper Auguſtis, ab Euſebio humilimo Epiſcopo Dorylæenſi, qui pro ſe, pro orthodoxa fide, † pro Flauiano denique ſanctiſſimo Epiſcopo Conſtantinopolitano verba fecit, oblatus.

Eſt quidem veſtræ amplitudinis propoſitum, vt cunctis, qui veſtro parent Imperio, ſedulo prouideatis, & cum cæteris omnibus iniuria affectis tum maxime ſacerdotibus benigne opitulemini. In hoc enim diuinum numen, à quo mortalium imperium & dominatus vniuerſi orbis vobis tributum eſt, vere colitur. Quare quoniam & fides Chriſtiana & nos etiam incommoda multa grauiaque contra æquitatis regulam à Dioſcoro reuerendiſſimo Epiſcopo Alexandriæ vrbis primariæ, accepimus: ad veſtram benignitatem ſupplices accedimus vt quod æquum eſt à vobis impetremus. Cauſa autem querelæ eiuſmodi eſt. In Concilio nuper Epheſi vrbis primariæ habito (quod vtinam nunquam fuiſſet habitum, ne orbem terrarum tantis malis ac turbis oppleuiſſet) ille bonus vir Dioſcorus, qui iuris & æqui normam pro nihilo putauit, qui timorem Dei contempſit, qui eandem tenuit cum Eutyche homine pleno maniaturis, atque adeo hæretico, opinionem & ſententiam, qui quiſnam eſſet, aliquandiu multos celauit: poſtea tamen ſeipſum prodidit, cum excriminatione, quam ego Eutychi intuliſſem, & ex ſententia, quam Flauianus ſanctæ ac piæ memoriæ Epiſcopus contra eum pronunciaſſet, occaſionem arripuiſſet, multitudine populorum ſeditioſorum coacta, & potentia ſibi pecuniæ ſubſidio acquiſita, piam orthodoxorum religionem, quoad eius fieri poterat, labefactare, & peruerſam Eutychis monachi doctrinam, quæ ab ipſis Apoſtolorum temporibus hactenus à ſanctis patribus condemnata fuerit, ſtabilire laborauit. Itaque cum facinora, quæ tam confidenter tum contra Chriſtianam fidem, tum contra nos admiſerit, non exigui momenti ſint, ſupplices accedimus ad genua veſtræ celſitudinis, obſecramuſque, vt iubeatis reuerendiſſimum Epiſcopum Dioſcorum ad crimina ei à nobis obiecta, reſpondere, iniuerum ad Commentarios rerum ab eo contra nos geſtarum in ſancto Concilio perlectos: quibus certe oſtendere poterimus, eum & à noſtra orthodoxa fide alienum eſſe, & hæreſim propugnare impietatis plenam, & iniquè nos abdicaſſe, & grauibus nos affeciſſe incommodis: atque oramus præterea, vt diuina & honorifica veſtra mandata mittere dignemini ſancto & generali diuiniſſimorum Epiſcoporum Concilio: quo & quid nos, & quid prædictus Dioſcorus egerit, audiri, & omnia quæ in Concilio geruntur, veſtræ pietati ſignificari poſſint, vti immortali noſtro capiti Chriſto placeamus. Cuius rei facti compotes, Imperatores ſanctiſſimi, aſſiduas preces pro proſpero veſtri Imperij ſtatu perpetuando Deo offerre non deſiſtemus. Quæ autem in ſecundo Concilio Epheſino ab Epiſcopis acta erant, poſtea rogatu tum Dioſcori, tum Euſebij publice legebantur: quorum ſubtilem & exquiſitam diſputationem cum à multis alijs traditam, tum in actis Concilij Chalcedonenſis comprehenſam, ne his quorum animos inter legendum ad exitum rerum geſtarum cognoſcendum feſtinat, nugas ſi hoc loco ponerem, agere videar, extremo huic libro, qui in manibus eſt, ſubiungam: quo etiam his qui omnia ad vnguem, vt dicitur, ſcire volunt, copia ſit & cuncta perlegendi, & rem quamque vt geſta eſt, accurate in memoria imprimendi. Ac iam ea quæ ſunt inſtituti noſtri maxime propria perſequamur: nempe quomodo Dioſcorus tum ex reiectione Epiſtolæ Leonis antiquæ Romæ Epiſcopi, qualis eſſet, deprehenſus ſit, tum præterea ex abdicatione Flauiani Epiſcopi nouæ Romæ, quam vno eodemque die fecerat, callideque prouiderat, vt Epiſcopi in vnum coacti, chartæ, in qua iam nihil inerat ſcripti, poſtea tamen in eadem Flauiani inſcriberetur abdicatio, ſubſcriberent. *Poſt hæc Senatores iſta decreuere. Poſtridie cum conſilium exquiſitum habitum eſſet, de Orthodoxa & Catholica fide multo accuratim quæſitum videmus. At quoniam Flauianum, piæ memoriæ Epiſcopum, & Euſebium reuerendiſſ. Dorylæi Epiſcopum, ex Concilij actorum decretorumque inquiſitione, & ex verbis eorum qui tum Concilio præſederunt (dixerant enim ſe errore lapſos fuiſſe, iniuſteque Flauianum & Euſebium abdicaſſe) declarati ſunt minime in fide hallucinari, & propterea iniquè abdicati, æquum nobis ſane videtur, idque Deo noſtram approbante ſententiam, vt Dioſcorus (modo ita placuerit diuiniſſimo & ſanctiſſimo Domino noſtro Imperatori) reuerendiſſimus Alexandriæ Epiſcopus, Iuuenalis reuerendiſſimus Epiſcopus Hieroſolymorum, Thalaſſius reuerendiſſ. Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Euſebius reuerendiſſimus Epiſcopus Armeniæ, Euſtathius Epiſcopus reuerendiſſimus Beryti, & Baſilius reuerendiſſimus Epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ (penes quos tum poteſtas erat, concilioque illi præſidebant) ſacri Concilij ſententia ac iudicio, eodem pene genere ſicut Canones Eccleſiæ poſtulant, mulctati dignitate Epiſcopali abducentur, omniaque de ſententia Imperatorum diuiniſſ. decernantur. Poſt iſta libellis ab alijs contra Dioſcorum, cum de criminibus quæ admiſerat, tum de pecunia quam acceperat prolatis, & Dioſcoro iterum ac tertio ad Concilium vocato, cauſis quibuſdam ſimulatis pro ſe adductis, non veniret, Leonis Epiſcopi antiquæ Romæ Vicarij iſta totidem verbis in Concilio pronunciarunt: Facinora ea quæ ſunt à Dioſcoro dudum Alexandriæ vrbis primariæ Epiſcopo contra Canonum præſcriptionem & diſciplinam Eccleſiaſticam admiſſa, partim ex illis quæ in priore conſeſſu inquiſita erant, partim ex his quæ hodie acta ſunt, omnibus ſunt explorate perſpecta. Iſte enim (vt multa alia miſſa faciamus) Eutychem eiuſdem cum ipſo opinionis, à proprio ac ſuo Epiſcopo, patre videlicet ſanctiſſimo, & Epiſcopo noſtro Flauiano, ſicut Canon poſcebat Eccleſiæ, abdicatum, ſua ipſius authoritate contra Eccleſiæ Canonem recepit in communionem: idque antequam Concilio illi, quod Epheſi cum Epiſcopis ſanctiſſimis habebat, interfuiſſet. Quibus Epiſcopis ſedes Apoſtolica veniam propterea tribuit, quod res quas ibi geſſerant, contra voluntatem geſſiſſent. qui ad præſens vſque tempus Leoni Epiſcopo ſanctiſſimo, & vniuerſo ſancto & generali Concilio morem gerunt: & ob eam cauſam eos, vtpote eidem fidei conſentientes, in ſuam recepit communionem. At iſte Dioſcorus de illis rebus, de quibus gemere, lugere, ſeque humi abiicere debuerat, etiam adhuc gloriari non deſinit. Accedit eodem, quod Epiſtolam Beati Papæ Leonis, quam ſcripſit ad Flauianum ſanctæ memoriæ Epiſcopum, legi non permiſit, idque ſæpius rogatus ab iis qui eam attulerant, vt legeretur, ipſeque cum iureiurando adiecto ſe eam legendam curaturum pollicitus eſſet. Quæ minime perlecta, ſanctiſſimis per orbem terræ Eccleſiis & offenſioni fuit, & detrimento. At quanquam talia conſciuerat facinora, tamen Concilium à nobis initum eſt, quomodo tum ei pro impio ſcelere ab ipſo ante admiſſo, tum reliquis itidem piis Epiſcopis, penes quos minime par cum eo erat poteſtas iudicandi, aliqua impertiretur miſericordia. Verum quoniam prior eius impietas poſterioribus ſceleribus longe ſuperata eſt (non enim dubitauit etiam ſanctiſſimum & religioſiſſimum antiquæ Romæ Archiepiſcopum communione interdicere: quin etiam cum libelli pleni impietatis ab ipſo commiſſæ contra eum eſſent producti, & ille ipſe ſemel, iterum ac tertio, vti Canon Eccleſiæ vult, eſſet ad Concilium per Deo amatiſſimos Epiſcopos vocatus, minime obtemperauit, vtpote propria conſcientiæ ſtimulis exagitatus, & eos qui à variis Conciliis iure eſſent abdicati, contra ius recepit ad ſe: ac denique variis Eccleſiæ legibus ab eo quaſi pedibus conculcatis, contra ſe ipſe quodammodo ſententiam pronunciauerat) quoniam, inquam, hæc omnia demum ipſe admiſit, idcirco ſanctiſſimus & beatiſſimus Archiepiſcopus magnæ & antiquæ Romæ Leo, per nos & præſens Concilium, cum beatiſſimo & omni laude celebrando Apoſtolo Petro, qui eſt petra & baſis Catholicæ Eccleſiæ, & fidei Orthodoxæ fundamentum, ſpoliauit omni dignitate Epiſcopali, & omni ſacerdotali miniſterio prorſus abdicauit. Quamobrem hoc ſanctum & frequens Concilium ſententiam, quam Eccleſiæ Canones poſtulant, contra Dioſcorum, de quo noſtra ſuperior inſtituta fuit oratio, pronunciat. His rebus à Concilio confirmatis, aliiſque nonnullis confectis, Epiſcopi qui fuerant cum Dioſcoro abdicati, Concilij rogatu & conſenſu Imperatorum ad ſuos Epiſcopatus reuocantur: & cum aliæ res his quæ geſta erant, adiuncta eſſent, deciſio Concilij recitata fuit, his fere verbis: Dominus noſter & Seruator* Iesvs Christvs, *dum diſcipulis fidei cognitione confirmare volunt, Pacem, inquit, meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: vt nemo videlicet cum proximo de pietatis dogmatis diſſentiat, ſed*

Supplex Euſebij libellus ad Imp. aduerſus Dioſcorum in ſynodo recenſitus.

B

Eutychis doctrinam peruerſam Flauianus ſtabilire laborat.

C

Petitio.

D

E

Dioſcorus & ſocij, Concilij decreto excommunicati.

Thalaſſius Epiſcopus.

Euſtathius Epiſcopus.

Quibus cauſis Dioſcorum Epiſcoporum dignitate priuarit Concilium.

F

G

H

Dioſcorus omni Epiſcopali dignitate ſpoliatus.

Concilij deciſio qualis. Ioan. 14.

A

vt conſentientibus animis verbum prædicaretur veritatis. Poſtea vero, lecto ſancto Concilij Nicæni ſymbolo, lecta etiam deciſione centum quinquaginta ſanctorum patrum Conſtantinopoli congregatorũ, hæc quæ ſequuntur, adiunxerunt: Diuinum iſtud & ſalutare diuina gratia ſymbolum cum ad abſolutam fidei cognitionem, tum ad certam eiuſdem confirmationem ſatis profecto habet momẽti ac ponderis. Nam de patre, & filio, & Spiritu ſancto, quæ ſunt neceſſario cognoſcenda, docet accuratiſsimè, & Domini incarnationẽ his qui eam cum fide amplexantur, manifeſto tradit. Cæterum quoniã quidam ſuis erroribus veritatis doctrinã tollere molientes, multas inanitates pepererunt, quorũ alij myſterium incarnationis Domini pro nobis ſuſcepta deprauare, & vocem Deiparã, quæ virgini Mariæ tribuitur, denegare non ſunt veriti: alij confuſione quadã & commixtione naturarũ introducta, vnã eandemq́; carnis & diuinitatis naturam eſſe ſine ſe cõmentiſunt, & ea confuſione diuinam vnigeniti naturam patibilem monſtroſe confinxerunt: idcirco hoc præſens, amplum & generale concilium, cupiens omnib. machinis contra veritatem paratis quaſi aditũ præcludere, prædicationem fidei a patribus ductã, firmam ac ſtabilem manere debere docet: ac propterea decernit, fidei formulam a trecentis de-

B

cem & octo ſanctis patrib. traditam potiſsimum omnium integrã ſeruandam eſſe. Quinetiam quæ Spiritus ſancti oppugnatores conuincantur, doctrinam poſtea a centum quinquaginta patribus, qui Conſtantinopoli vrbe primaria conuenere, de Spiritus ſancti eſſentia editam ratam facit: quam quidem illi patres omnibus palam propoſuerunt, non quaſi aliquid quod in decretis Concilij Nicæni ante promulgatis deſiderabatur, adiecturi, ſed vt ſuam ipſorum de Spiritu ſancto ſententiã ac mentem contra eos, qui eum Dominum eſſe denegabant, teſtimonijs ex ſcriptura petitis perſpicuè declararent. Porro autem, quo eos qui myſteriũ incarnationis dominicæ deprauare non dubitabant, & eum qui ex ſancta Virgine natus fuit, hominem ſolum eſſe impudenti & maledico ore affirmabant, beati Cyrilli Eccleſiæ Alexandrinæ paſtoris Epiſtolas, quæ Synodicæ dicuntur, ad Neſtorium & Epiſcopos verſus Orientem incolentes ſcriptas, authoritate ſua approbauit: quippe quæ tum ad amentiam Neſtorij refutandam, tum ad eos erudiendos, qui pio ſtudio ad ſalutare Symbolum rite intelligendum rapiuntur. Quibus Epiſtolis beatiſsimi quoque & ſanctiſsimi antiquæ Romæ Archiepiſcopi Leonis Epiſtolam, ad ſanctiſsimum Archiepiſcopum Flauianum de tollendo inſano Eutychis errore ſcriptam, vtpote eximij Petri confeſsioni conſentientem, & velut columnam quandam ad veram doctrinam contra male de fide ſentientes roborandam non ſine cauſa

Commẽdãtur Cyrilli Epiſtolæ Synodales aduerſus Neſtorium, & ea Leonis quæ eſt ad Flauianum contra Eutychem.

C

adiunxit. Nam illis qui myſterium incarnationis in duos filios dirimere nituntur, ſtrennè reſiſtit, & eos qui diuinitatem vnigeniti patibilem dicere audent, a ſanctorum conuentu excludit, & illis qui in duabus Chriſti naturis commixtionem aut confuſionem eſſe ſtatuunt, fortiter aduerſatur, & qui formam ſerui, quam ex nobis ſumpſit, ex cœleſti aut alia quapiam eſſentia conſtare pra inſania ſentiunt, eos exagitat: denique eis, qui ante coniunctionem naturarum duas, poſt coniunctionem autem vnã ſolummodo Domino inaniter & falſo confingunt, anathema edicit. Quamobrem ſanctorum patrum ſententiam ſecuti, vnum & eundem filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum confitemur & vno conſenſu omnes docemus eum perfectum in diuinitate, perfectum etiam in humanitate, vere Deum, hominem vere, eumq́; ex animo rationis participe & corpore conſtare, ſecundum diuinitatem patri conſubſtantialem nobis autem conſubſtantialem ſecundum humanitatẽ, nobisq́; in omnibus, excepto peccato, ſimilem: ante ſecula à patre genitum ſecundum diuinitatem, in extremis diebus propter nos noſtramq́; ſalutem, ex Maria virgine & Deipara natum ſecundum

D

humanitatem: vnum & eundem Ieſum Chriſtum, filium, dominum, vnigenitum, ex duabus naturis ſine earum confuſione, ſine mutatione, ſine diuiſione, ſine ſecretione cognitum, & naturarum differentiam propter copulationem minimè ſublatam, ſed proprietatem vtriuſq; naturæ integram ſeruatam: & in vna perſona, ſiue ὑποστάσει vna, vt Græci loquuntur, cohærentem, non in duas partitam aut diuiſam perſonas, ſed vnum & eundem filium vnigenitum, Deum verbum, & Dominum Ieſum Chriſtum, ſicut antiquitus Propheta de eo, & poſt ille ipſe Chriſtus nos docuit, & idem ipſum nobis patrum ſymbolum tradidit. His igitur accuratiſsimo, & ſumma cum diligentia à nobis deciſis definitisq́;, ſanctum & generale concilium ſtatuit, vt nemini liceat aliam fidem aut proferre, aut conſcribere, aut componere aut aliter ſentire docereve. Eos autem qui audeãt aliam fidem componere, aut inferre, aut docere, aut aliud Symbolum his qui ex gentilitate, vel ex iudaiſmo, vel ex alia qualicunq; ſecta ad cognitionem veritatis aliquando ſe transferunt, tradere, ſi Epiſcopi fuerint, dignitate Epiſcopali priuari: ſin clerici, clericali miniſterio: ſin autem monachi vel laici, anathemati addici iubet.

E

Itaq; hac deciſione perlecta, Martianus Imperator, qui Concilio Chalcedonenſi interfuit, quiq; orationem in eodem habuit, Conſtantinopolim reuertitur. Iuuenalis & Maximus, Theodoritus & Ibas ad Epiſcopatus, quibus erant abdicati, reuocantur. Alia præterea ibi agitata, quæ vt ſupra dixi, in extremo hoc libro ponentur. Decretum eſt præterea vt ſedes Epiſcopalis nouæ Romæ, id eſt, Conſtantinopolis, propterea quod ſecundas poſt Romam antiquam obtinebat, primas inter alias vrbes ferret.

Vide ſupra lib.1.c.10 Epiſcoporũ reuocatio. Decretũ de dignitate & prærogatiua Sedium Epiſcopalium Roman. & Conſtant.

De ſeditione propter ordinationem Proterij Alexandriæ ſuſcitata, & itidem Hieroſolymis.

Cap. V.

Vide Niceph. l.15. c.9.l.15. Bar. anno 452.n.27.

Gangrena Paphlagoniæ vrbs.

POrro autem Dioſcorus ad Gangrenam vrbem Paphlagoniæ incolendam condemnatus, & Proterius cõmunibus concilij ſuffragijs ad Epiſcopatum Alexandriæ gerẽdũ delectus. Quo in ſede illa Epiſcopali locato, maximus tumultus, & plane intolerabilis à populo varijs æſtuante ſententijs cietur. Nam, vti in eiuſmodi rebus euenire ſolet, alij Dioſcorum repetere, alij partibus Proterij firmè adhæreſcere cœperunt, adeo vt clades ingens eaq; certe inſanabilis inde naſceretur. Nam Priſcus rhetor ſcribit, præfectum Thebaidis eadẽ tempeſtate veniſſe Alexandriam, vidiſſeq; populum vno conſenſu contra magiſtratus impetum feciſſe, ieciſſeq; lapides in militũ copias, quæ ſeditionem comprimere ſtudebant, atq; milites vi coëgiſſe ad templum, quod olim Serapidis dicebatur, confugere: tum populũ concurriſſe eo, templum expugnaſſe, militesq; viuos ignis cremaſſe incendio. De quibus rebus cum certior factus eſſet Imperator, militum recens ad eam rem lectorũ duo millia illo miſiſſe. Quos adeo ſecundo vento & proſpera vſos nauigatione, vt ſexto poſt die Alexandriam appellerent. Deinde cum milites petulãter in vxores & filias Alexandrinorum inſultarent, cladem poſteriorem priorẽ ſua acerbitate pene obſcuraſſe. Poſtea populum in circo congregatum oraſſe Florum, qui & præſidiariorum militũ geſſit præfecturã, & ciuilem vrbis adminiſtrationẽ tenuit, vt ipſis frumenti congiarum, quod illis ademerat, quinetiam balnea, ſpectacula, & alias deniq; res, quæ eis propter tumultuoſam ipſorum ſeditionem ablatæ fuerant, reddenda curaret. Florum aũt populi impetum, cum corã adeſſet, ſua hortatione cohibuiſſe, paruerq; ſeditionem ad tempus ſedaſſe.

F

Proterius in Dioſcori exulis locum.

Alexandriæ Epiſcopus, vnde pop. ſeditio. Priſcus rhetor de ſeditione Alexandriæ.

G

Florus præfectus ſeditionẽ ſedat.

Verum interea monachi, qui ſolitudinem in confinijs Hieroſolymorum ſitam incolebant, minime pacato tranquilloq; animo fuêre. Nonnulli enim eorum, qui cõcilio interfuiſſent, & ab eius decretis penitus diſſentirent, veniunt in Palæſtinam, de fide prodita conqueſturi, & alios monachos ad ſeditionem incendere excitareq; cœperunt. Ac cum Iuuenalis ad ſui Epiſcopatus ſedem reuertiſſet, & vi compulſus ab illis aduerſarijs, qui illum in contrariã ſententiã retrahere nitebantur, ſuam ipſius ſententiam refellere deteſtariq;, ad vrbem in qua tum Imperator vixit, cõfugiſſet, qui concilio Chalcedonenſi, vti ſupra diximus, refragabantur, in vnũ coacti, in ſancto die feſto Reſurrectionis Theodoſium, qui maximè omniũ concilium illud perturbaſſet, quiq; prim⁹ illos de eo certiores feciſſet, deſignãt Epiſcopũ: de quo poſtea monachi in Palæſtina ſcripſerunt ad Aciſonẽ, qͥ à ſuo proprio Epiſcopo in maleficijs deprehenſus, expulſus fuit monaſterio: & qͥ, dum forte Alexandriæ verſabatur, adhæſerat Dioſcoro, & multis, vtpote ſeditioſus, verberib. dilaceratus, cameloq; maleficorũ more impoſitus, circa vrbẽ ductus fuerat. Ad iſtum multi ex vrbibus Palæſtinæ accedentes, effecerunt, vt ipſis ab eo deſignarétur Epiſcopi. Inter quos Petro ex Iberia orto, Epiſcopatus Maiumæ prope Gazã ſitæ donatus fuit. Quib. rebus nunciatis, Martianus primũ iubet Theodoſium militum manu ad ſe adduci: mittitq; eo Iuuenalẽ, qui res ibi perturbatas ad meliorẽ tranquillioréq; ſtatũ reduceret: quinetiã omnes à Theodoſio ad Eccleſiæ miniſteriũ deſignatos exturbari mandat. Poſtea vero quã Iuuenalis eo aduentauit,

Alia ſeditio monachorũ in Palæſtina Theodoſio quodã eius ordinis in Eccleſiam furente.

H

Aciſo cur monaſterio excluſus.

Petro Maiumæ Epiſcopatus donatus.

A

multa & acerba mala, qualia (dæmone inuido, & Deo infeſto vafrè excogitãte) animus cuiusq; ſuggerere ſolet, ex vtraq; factione manarũt. Nam dæmon ex mutatione vnius literæ, falſaq; eius interpretatione perfecit, vt vtrouis modo efferretur, ſententiã omnino diuerſam induceret: quę quidẽ tam diſcrepans à cõpluribus putatur, ſenſuſq; tam penitus inter ſe pugnantes inſerere, vt alter alterũ prorſus labefactet. qui n. fatetur Chriſtum ἐν, hoc eſt, in duabus eſſe naturis, perſpicuè dicit eum ἐκ, hoc eſt, ex duabus naturis conſtare: ſiquidẽ Chriſtum in diuinitate pariter & humanitate ineſſe concedens, eum ex humanitate & diuinitate pariter conſtare concedit: qui rurſus ἐκ, hoc eſt, ex duabus naturis cõſtare dicit omnino cõfitetur ἐν, hoc eſt, in duab. ineſſe: quippe ex diuinitate & humanitate conſtare aſſerẽs eum in diuinitate & humanitate ineſſe aſſerit: ſic tamen vt neq; caro in diuinitatẽ, neq; diuinitas in carnẽ (quarũ coniunctio inexplicabilis eſt) cõmutetur: atq; adeo per hanc vocem prolatam, Ex Dvabvs, intelligitur ſimul proferri, In Dvabvs: & per vocem, In Dvabvs, intelligatur pariter proferri, Ex Dvabvs & alteram ab altera minimè abeſſe: quandoquidẽ ex abundanti conſtat non modo totũ ex partib. conſtare, ſed in partib. totum intelligi: & tamen iſta penitus ab ſe mutuo ſeiuncta quidã homines opinãtur, quippe quorum animi ſunt ante ita occupati, vel quadã de Deo opinione, quæ ipſis aſſueta eſt. vel, tali voluntate, vt quoduis mortis genus ſubire malint, quam ei, quod verum eſt, aſſentiri. Vnde mala, quæ ſupra poſuimus, profecta ſunt. Sed iſta quidem hoc modo.

Vnius literæ diſcrimẽ diſſenſiones in Eccleſia peperit.

B

De imbrium penuria. fame ac peſte. vtq; incredibiliter quibuſdam in locis tellus ſua ſponte fructus protulerit.

Cap. VI.

Vide Niceph. c. 10. lib. 15. Bar. anno 454. n. 32. Imbrium paucitas. Fames. Peſtis.

Iiſdem temporibus tanta fuit imbrium paucitas in vtraque Phrygia, Galatia, Cappadocia & Cilicia, vt homines rerum neceſſariarum penuria coacti, alimentum peſtiferum & exitiale caperẽt, vnde etiam peſtis nata eſt. & ob victus mutationem ægrotare cœperunt, & corporibus intumeſcentib. propter nimiã inflammationem lumina amiſerunt: ac tuſſi ſimul afflictati, tertio die migrarũt è vita. Cui quidem peſti quanquã nullum potuit omnino remediũ inueniri, fames tñ his quib. vita ſuppetebat, per ſalutarem Dei omnium moderatoris prouidentiã leuata eſt: quippe anno illo ſterili & effœto alimentũ ex aëre non aliter atq; manna olim Iſraëlitis delapſum dicitur, & inſequente anno fructus maturos terrã ſua ſponte produxiſſe. Atq; non modo hæc mala per Palæſtinam graſſabantur, verumetiam aliæ graues calamitates per alias multas & prope infinitas regiones perertabant.

Manna ex aere delabitur. Fruges ſpõtaneæ.

C

De Valentiniani cæde, & Romæ expugnatione, & alijs qui illic imperitabant.

Cap. VII.

Vide Niceph. c. 11. lib. 15. Bar. anno 455. n. 3. 13. & 14 & 7 ac 10 anno ſequenti. Maximus imp. Aetij interitus. Valentiniani interitus. Heraclij interitus.

Dvm hæc in Oriente gerũtur, in antiqua Roma Aëtius miſere interfectus eſt. Valentinianus quoq; partium verſus Occidentem Imperator, & Heraclius vna a quibuſdã Aëtij militibus è medio ſublati: inſidijs à Maximo, qui imperium ambiebat, propterea contra eos comparatis, quod coniunx Maximi fuerat a Valentiniano ſtuprata, & per vim compreſſa. Iſte Maximus Eudoxiam Valentiniani vxorem coëgit inuitam ſibi nubere. Illa igitur, neq; id ſane immerito, hoc facinus & contumeliæ & turpitudinis maximæ loco ducens, & oẽm aleam, vt dicitur, iacere cupiens. propter ea, quæ maritus paſſus eſt (mulier n. eſt, & propter pudicitiam quã ipſa amiſerat atrox, & animo implacabili, cum pudicitiã retinere ſtudens ea ſpoliatur, idq; ab eo maxime, cuius atrocitate virũ amiſit) mittit in Libyam ad Genzerichum, dona quã plurima illi dat, bonamq; ſpem etiã animo eius inijcit, de alijs in poſterum potiundis: ſuadet vt ex inopinato Imp. Romanum inuadat pollicetur q; ſe omnia in manus eius tradituram. Qua re confecta, Roma capitur. Genzerichos, vtpote barbarus, morum inconſtãtia & mobilitate præditus, fidem huic minime ſeruauit, ſed vrbe incenſa, rebusq; omnib. direptis, Eudoxia deniq; cum binis filiabus capta, reuertitur: inq; Libyam ſe recipit, & Eudoxiam maiorẽ natu filiam filio ſuo Honoricho collocat in matrimonium: Placidiam aũt natu minorem vna cum Eudoxia matre poſtea famulatu plane regio comitatam, quo Martiani animum (nam & incendiũ Romæ, & Imperatoris Valentiniani filiæ tam cõtumelioſe tractatæ ei bilẽ mouerant) pacatum & tranquillum efficeret, mittit. Itaq; Placidia iuſſu Martiani eam deſpondentis, nubit Olybrio, viro nobili ex ordine ſenatorio: qui Roma capta, confugit Conſtantinopolim. Mortuo Maximo Imperium Romanorũ obtinet Auitus ad menſes octo. Quo peſte extincto, Maiorinus proximo anno ſuſcipit Imperij gubernacula. Maiorino etiam à Rhecimero Romanorum duce per inſidias interempto, Seuerus triennio Imperium occupauit.

D

Parua libidinis. Furens quid fœmina poſſit exemplo ſuo docet Eudoxia.

E

Genzerichus Romam diripit, nec demum Valentiniani parcit.

Tyranni in imperio. Auitus. Maiorinus. Seuerij Imp. Occidentis circa annũ Chriſti 460

De morte Martiani & Leonis Imperio, & quod heretici Alexandrini Proterium occidunt, eumq; Epiſcopatum Timotheo Æluro tradunt.

Cap. VIII.

Vide Niceph. c. 15. 16. 17. lib. 15 Bar. an. 457. n. 1 & ſeq vſque ad 29.

Severo porro Romanorum adhuc Imp. gerente, Martianus, cum ſeptẽ ſolum annis regnaſſet, depoſito hoc regno, ad præſtabilius domicilium demigrauit, exemplari imperandi vere regio omnibus ad intuendum relicto. De cuius morte Alexandrini certiores facti, iracundiam cum maiore furore & æſtu contra Proterium renouarunt. Nam populus ad iram facile accendi, leuiq; arrepta occaſione ad tumultus ciendos inflammari ſolet, idq; Alexandrinus in primis: qui quidẽ frequenti ſua multitudine eaq; obſcura & abiecta maximè ſe efferens, temeraria audacia magnos ſumit ſpiritus. Atq; ea de re aiunt plebeium quemq;, modo ipſe voluerit principium dare, ciuitatem illam ad popularẽ ac ciuilem ſeditionem poſſe incendere, & quo velit deducere rapereq;, adeo vt eam non pudeat res plane ridiculas & ineptas (ſicut de Amaſi ſcribit Herodotus) plerumque conſectari. Ac talis eſt in eiuſmodi quidem rebus populus iſte: at in alijs tñ non eſt talis, qualis contẽnendus videatur. Alexandrini ergo tempore, quo præſidiorum præfectus Dionyſius in ſuperiori Ægypto commorabatur, diligenter obſeruato, Timotheũ cognomento Ælurum, qui iam pridem monaſticum vitæ genus excoluiſſet, poſtea autẽ eſſet in numerum presbyterorum Alexandrinorum aſcriptus, ad Epiſcopatus gradum capeſſendum ſuffragijs deligunt; ac ſimul atq; in magnam Eccleſiam, quæ Cæſaris nomine nuncupatur, deduxerãt, illum ſuum declarant Epiſcopum, dum Proterio adhuc ſuppeditabat vita Sacerdotijq; muneribus fungebatur. Timothei electioni interfuit Euſebius antiſtes Peluſij, & Petrus ex Iberia ortus, Maiumæ ciuitatis Epiſcopus: quas etiam res, hiſtoricus ille, qui vitam Petri Iberi prodidit, cõmemorat: à quo traditur, Proterium nõ à populo, ſed à quodam milite trucidatum. Nam cum Dionyſius, ſcelerib. ibi admiſſis impulſus, maxima cum celeritate Alexandriam veniret, maturaretq; incenſam ſeditionis flammam reſtinguere, quidam ex Alexandrinis, Timothei ſuaſu, vti ſcriptum erat ad Leonem, Proterium abeuntem, cõfugientemq; ad Baptiſterium, viſcerib. eius gladio trãſfixis, conficiunt, funeq; circum ligatum, in loco, qui Tetrapylon, id eſt, quatuor portæ, dicitur, omnium oculis ſubijciunt ad cõtemplandum, ac cum irriſione & clamore Proterium occiſum prædicant. Poſtea vero corpus per totam ciuitatem raptatum, igni cremandum tradunt: atq; more beluarum viſcera eius deguſtare neutiquam exhorreſcunt: ſicut ex poſtulatione Epiſcoporum Ægyptum incolentiũ, & totius cleri Alexandrini hæc omnia complectente conſtat, quæ ad Leonem imperio Romano, vti diximus, poſt Martianum potitum, facta fuit, ipſq; fere verbis conſcripta.

F

Martianus quamdiu regnarit. Populus Alexandrinus in primis ſeditioſus.

Timotheus Ælurus Alexandriæ Epiſcopus per ſeditionem conſtitutus ſuperſtite

G

adhuc Proterio. Proterij Epiſcopi miſeranda cædes, ab Arianis facta.

Tetrapylum locus

Leo Imper anno Chriſti 459.

H

Pio Chriſti amantiſſimo, & victori a Deo declarato, triumphatori, Auguſto Leoni poſtulatio ab Epiſcopis omnib. diœceſeos Ægypti veſtræ, & à clericis maxima & ſanctiſſima veſtra Eccleſia Alexãdrina miſſa. Cũ ſit humana vita diuina & cæleſti gratia velut dono tributum, Auguſte Imperatorum omniũ ſanctiſſime, non deſinis reuera proxime & ſecundum Deum in dies ſingulos communis Reip. vtilitati prouidere. Et poſtea Timotheus qui tũ presbyter fuit, pace populi recte de fide ſentientis cum apud vos, tum apud Alexandrinos diſturbata ſe ſtatim poſt Concilium Chalcedonis celebratũ cum quatuor aut quinq; duntaxat Epiſcopis & paucis monachis, tum peruerſo Apollinarij, tum pernicioſo eius ipſius Timothei errore pariter cum eo infectis (ob quem omnes id temporis à Proterio,

Epiſcoporũ Ægypti incolentiũ poſtulatio apud Leonẽ aduerſus Timotheum.

De Timothei hæreſi & ſcelerib.

viro

A

vero diuina plane memoria & concilio Epiſcoporum in Ægypto coacto, dignitate ſacerdotali, ſicut canon Eccleſiæ poſtulat, abdicati ab Imperatoribus, quibus bilem mouerant, in exiliũ eiecti fuerunt) ab Eccleſia Catholica & fide ſe ſeparauit ſeiunxitq́. At paulo poſt: Idem Timotheus tempore, quo Martianus ſanctiſſimæ memoriæ Imperator ex hac luce ad Deum migrauit, diligenter obſeruato, maledicis verbis, vtpote nullis ſubiectus legibus, eum impudens lacerare non dubitauit: ſancto etiam & generali Concilio Chalcedonis habito, quaſi perfricta fronte anathema denunciare, pertrahere ad ſe populi venalis & ſeditioſi turbam, contra diuinos canones, ordinem Eccleſiaſticum remp. & leges dimicare ſe includere in ſanctã Dei Eccleſiam paſtorem ſuum & doctorem habentem, ſanctiſſ. noſtrum patrem & Archiepiſcopum Proterium, conſuetas celebrantem ſynaxẽ, & preces noſtri omnium ſeruatori Chriſto pro ſancto veſtro Imperio, & pro palatio veſtro Chriſti amantiſſimo offerentem. Et paulo infra, Vno die præterlapſo, Proterio ſanctiſſimo Epiſcopatus munere, vt moris eſt perfungente, Timotheus aſſumptis ſibi duobus Epiſcopis dignitate Epiſcopali abdicatis, & clericis iiſdem exilio, vt diximus, mulctatis, à duobus illorum creatur Epiſcopus nullo omnino Epiſcoporum orthodoxorum ex diœceſi Ægyptiaca, ſicut in creando Epiſcopo Alexandrino fieri ſolet, præſente: & ita cathedram Archiepiſcopatus, ſicut ipſe putabat, obtinet ſtupro plane contra Eccleſiam habentem unum proprium ſponſum, qui diuina mea obibat myſteria, ſedemq́; ſuam, vti Eccleſiæ canon flagitat, gubernabat, admiſſo. Et quibuſdam interpoſitis ſequuntur iſta: Beatus ille Proterius nihil aliud facere poterat, quam dare locum iræ, ſicut ſcriptum eſt, & quo impetum eorũ, qui ad necem illi inferendam accurrebant, effugeret, ad venerandum ſe recipere baptiſterium: quem locum maxime omnium, etiam barbari & agreſtes homines, qui ſacratum eius decus & gratiam inde emanantem penitus ignorant, violare extimeſcunt. At iſti tamen, qui propoſitum ab initio Timotheo conſilium reipſa perficere nitebantur, ne in puris illis & inuiolatis quaſi adytis Proteriũ ſeruari paſſi ſunt, neq; ſanctimoniam loci, neq; tempus (ſolennis enim dies feſtus ſalutaris Paſchatis tum celebrabatur) reuerentes, neq; reformidantes Sacerdotij dignitatem quæ inter Deum & homines mediatrix eſt, innocentem occidunt, crudeliterq́; cum alijs ſex è medio tollunt: atq; corporis reliquias vulneribus vndiq; plenas abducunt ſecum, trahunt per vniuerſam ferè vrbem, ludibrio miſerandum in modũ exponunt, atrociter verberibus lacerant corpus illud, quod verbera minime ſentiebat, diſcindunt membratim, & ne à viſceribus more ferarum, deguſtandis illius quem nuper mediatorem inter Deum & homines exiſtimabant, ſe continuerunt. Poſtremo quod reliquum erat corporis igni tradunt abſumendum: & cineres illius in ventum ſpargunt diſſipantq;. adeo vt efferatam beſtiarum immanitatem longè ſuperare viderẽtur. Atq; iſtorum omnium malorum author & architectus fuit Timotheus. Zacharias autem, qui res eaſdem narrat, literis nimirum Timothei ad Leonem miſſis perſuaſus, tradit plura præterea geſta eſſe, idq; culpa Proterij, qui maximas turbas, vt ait ille, in Alexandriam inuexerat: facinoraque ea non à populo, ſed à quibuſdam militibus deſignata: eoque miſſum Stelam ab Imperatore, Leone, pœnas illis inflicturum.

Timothei Epiſcopi creatio.

B

Rom 12.

Proterij interitus.

C

Zacharias de Timotheo & Proterio.

De circularibus Leonis literis.

Cap. IX.

Vide Niceph. c. 18. 19 lib. 15. Bar. anno 458.

Leo conſulit Occidẽtis Epiſcopos

D

ſuper iſtis rebus.

LEo Imperator cum ab Epiſcopis temp. Romanam incolentibus, tum ab alijs pijs viris ob monaſticum vitæ genus plurimum commendatis, de Concilio Chalcedonenſi, & Timothei cognomento Æluri creatione interrogaſſet, literas generatim ad omnes ſcripſit: miſitq; vna exemplaria ſupplicum libellorum tum à Proterij, tum à Timothei fautoribus ſibi oblatorum.

Literæ autem Leonis quaquauerſum ad omnes miſſæ, fuit his verbis compoſitæ: Exemplar literarum diuinarum ſanctiſſimi Imperatoris Leonis, Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano & omnibus alijs per totum orbem terrarum metropolitanis Epiſcopiſq; reliquis miſſarum.

IMPERATOR CÆSAR LEO, PIVS, VICTOR, Triumphator, Maximus, ſemper Auguſtus, Anatolio Epiſcopo, S.

Leonis literæ ad Anatolium.

Fuit meæ pietati in optatis, vt tum omnes ſanctiſſimæ orthodoxæq́; Eccleſiæ, tum præterea ciuitates reip. Romanæ ſubiectæ ſummâ tranquillitate fruerentur, nihilq́; accideret, quod quietum earum ſtatũ perturbaret. Quæ aũt turbæ nuper Alexandriæ contigerint, tuæ ſanctitati minime iam obſcurum arbitramur. Verum quo accuratius omnia intelligas, & quæ cauſa tanti tumultus tantæ perturbationis extiterint, vere cognoſcas exemplaria ſupplicum libellorũ, quos ſanctiſſimi Epiſcopi & clerici à prædicta vrbe & diœceſi Ægyptiaca Conſtantinopolim vrbem Imperij primariam aduentantes, contra Timotheum ad meam pietatem attulerunt, quin etiam exemplaria ſupplicum libellorum, quos quidam etiam Alexandria à Timotheo ad caſtra noſtra accedentes, noſtræ clementiæ tradiderunt, ad tuam pietatem miſimus, ad cuius plane finem, vti quid factum ſit à Timotheo, quem & populus Alexandrinus, & primarij viri, & ciues, & nauicleri ſibi popoſcerunt Epiſcopũ: deq; alijs rebus in ipſo ſupplicum libellorum corpore comprehenſis, & præterea de Chalcedonenſi Concilio, cui minimè aſſentiuntur quidam, ſicut libelli ſupplices infra poſiti declarant, tua ſanctitas perſpicuè intelligere poſſit.

Proinde tua pietas faciat, vt omnes orthodoxi & ſancti Epiſcopi qui in hac vrbe primaria in præſentia commorantur, quin etiam omnes ſanctiſſimi clerici confeſtim apud ſe conueniant, & omnibus rebus (quippe Alexandria, quæ vt in ſtatu tranquillo & pacato locetur, nobis maxime curæ eſt, iam eſt vehemẽter turbata) diligenter tractatis diſquiſitiſq́;, quid de eo de quo ſupra diximus, Timotheo, quid etiam de Concilio Chalcedonenſi, omni humano timore gratia & odio penitus depoſito ſoloq́; Dei omnipotentis timore ante oculos ſtatuto (noſtis enim vos de hac re ſancta eius & ſinceræ diuinitati rationem reddituros) quid, inquam, vobis videatur, plane ſignificetis, quo nos de omnibus per veſtras literas certiores facti edictum, quod appoſitè illis conueniat, promulgare poſſimus. Iſtæ quidem ſunt literæ ſcriptæ ad Anatolium. Non diſſimiles ab eodem Imperatore ſcriptæ fuerunt, cum ad alios Epiſcopos tum ad viros illuſtres, qui per id temporis, vt ſuprà demõſtratum eſt, vitam inopem, & rebus omnibus ad victum neceſſarijs deſtitutam egerunt: ex quorum numero Symeones (de quo ſuperior noſtra mentionem fecit Hiſtoria) fuit: qui quidem primus omnium cœpit in columna habitare, illudq; domicilij genus inuenit. His annumerantur Baradatus & Iacobus Syoj.

De quibus rebus Epiſcopi & Symeones, qui columnam incolebat, reſcripſerunt.

Cap. X.

PRimum igitur Leo Epiſcopus antiquæ Romæ pro defenſione Concilij Chalcedonẽſis ſcripſit, creationemq; Timothei, vtpote contra Eccleſiæ leges factam, improbauit: quam Leonis Epiſtolam Imperator per ſilentiariũ eius mandata exequẽtem, Timotheo Alexandriæ antiſtiti mittit: cui reſcripſit Timotheus, & cum Concilium Chalcedonenſe, tum Leonis Epiſtolã coarguit. Iſtarum Epiſtolarum exemplaria extant in literis Leonis Imperatoris generatim ad oẽs ſcriptis, & à me quidẽ omittuntur, ne nimis multa eius generis ſcripta in hoc Opere intexere videar. Porro alij itidem Epiſcopi Chalcedonenſis Concilij firme adhæſere decretis, & creationem Timothei conſentientib. ſuffragijs condemnauẽre. Ac ſolus Amphilochius Epiſcopus Sidæ Epiſtolã ſcripſit ad Imperatorem, in qua vti contra Timothei creationem grauiter vociferatur, ſic Concilium Chalcedonenſe improbat: quæ res ſunt etiam à Zacharia rhetore literis mandatæ, ipſaq; Epiſtola Amphilochij in eius libro poſita. Symeones item vir ſanctæ memoriæ, binas de iiſdem rebus ſcripſit Epiſtolas, alterã ad Leonem Imperatorem, ad Baſilium Antiochiæ alteram: quarum eam, quæ eſt ſcripta ad Baſilium, vtpote breuem, in hac mea ponam Hiſtoria; cuius hæc eſt ſententia.

DOMINO MEO RELIGIOSISSIMO, SANCTISſimo, Deoq́; Chariſſimo Baſilio Archiepiſcopo, Symeones humilis peccator in Domino, S.

Iam opportune dicere poſſumus: Benedictus Deus, qui non auertit precem noſtram, & miſericordiam ſuam à nobis peccatoribus. Cum literas veſtræ amplitudinis accepiſſem, admiratus ſum, tum ſingulare ſtudium & pietatem Imperatoris noſtri ſanctiſſimi, quam nõ modo erga ſanctos patres, verumetiam erga fidem ab illis confirmatam demonſtrauit, declarauitq́;. Verum hoc non ex no-

bis do-

A

bis donum, vt ſanctus loquitur Apoſtolus, ſed ex Deo, qui per preces veſtras hanc propenſam illis largitus eſt voluntatem. Poſtea adiungit iſta: Quapropter ego abiectus & vilis velut abortus monachorum, Imperatori ſignificans, tum quid ipſe de fide ſexcentorum illorum & triginta ſanctorū Patrum Chalcedone in vnum coactorum ſenſerim, tum me illis adhæreſcere, & ab eadem vtpote ſancti Spiritus afflatu demonſtrata confirmatum aſſirmaus. Nam ſi Seruator adeſt in medio duorum aut trium in nomine eius congregatorum, qui fieri poteſt, vt tam multorum tamq; ſanctorum patrum non interſit Concilio, cum Spiritus ſanctus fuerit cum illis ab initio? Et poſtea: Quamobrem confortare, & eſto robuſtus in vera pietatis defenſione, non aliter atq; Ieſus filius Naue, ſeruus Domini in populo Iſraelitico gubernando tuendoq;. Vniuerſo clero tuæ ſanctitati obſequenti, & populo benedicto ac fideli, a me, quæſo ſalutem dicito.

Vide Niceph. c. 16. lib. 15. Bar. anno 460. n. 2. & ſeqq.

De Timothei Æluri exilio, & Timothei Salofacioli creatione, & de Gennadio & Acacio Conſtantinopolitanis Epiſcopis.

Cap. XI.

B

Timothei Æluri exilium.

POſt iſta Timotheus Ælurus addicitur exilio, iubeturq; Gangrenæ domicilium rerum ſuarum collocare. Itaq; Alexandrini alterum Timotheum Proterij ſucceſſorem deſignant: quem alij Baſilicum, Salofaciolum alij vocarunt. Mortuo Anatolio, ſedem Epiſcopatus Conſtantinopolis vrbis primariæ capeſſit Gennadius: cui Acacius, qui in eadem vrbe orphanorum collegio præfuerat, ſucceſſit.

Anatolio ſuccedit Cōſtantinopoli Gennadius, huic rurſus Acacius.

Vide Niceph. c. 20. lib. 15. Bar. anno 458. n. 27.

De terræmotu qui accidit Antiochiæ trecentos & quadraginta ſeptem annos poſt illum, qui fuerat, regnante Traiano.

Cap. XII.

Antiochia terræmotus quando acciderit, & quantū vrbi nocuerit.

SEcundo anno Imperij Leonis ingens terræmotus, & conquaſſatio Antiochiæ accidit ante cuius initium quidam è populo eiuſdem vrbis ſati, ſupra modum inſanire, & omnem belluinam feritatem longe ſuperare viſi ſunt, quaſi procœmium eiuſmōdi cladibus præbituri. Anno autem ſexto & quingenteſimo poſt nomen illi vrbi impoſitum, grauiſſimus terræmotus accidit, quippe decimoquarto die menſis Gorpiæi, quem Romani Septembrem vocant, circiter horam quartam noctis, trecentum quadraginta ſeptem annis decurſis ab eo terræmotu, qui ſub Traiano fuit. Ille enim terræmotus anno centeſimoquinquageſimó nono poſt ciuitatem liberam & ſui iuris factam contigit: hic autem regnante Leone, ſicut à ſcriptoribus, qui eum accuratè perſecuti ſunt, commemoratur, accidit, ſexto & quinquageſimo anno. Qui quidem omnes fere ædes vrbis nouæ diſturbauit, quæ vrbs à multis hominibus incolebatur, nullaque eius pars deſerta fuit aut neglecta, ſed tota Imperatorum magnificentia aliorum alios in ea re ſuperare contendentium exquiſite elaborata extructaque. Quinetiam prima & ſecunda palatij domus deiecta, alijs ſtantibus vna cum adiuncto balneo, quod cum ante nulli fuiſſet vſui, iam tum in ea calamitate neceſſario propter clades, quæ reliquis balneis obtigerunt, ciuitati abluendæ inſeruiuit. Euerſæ etiam porticus ante palatium, & locus qui Tetraphylon dicebatur: & turres circi prope ianuas, & quaſdam etiam porticus ex illis egredientes: aliquam item partem balneorum Traiani, Seueri & Adriani concuſſit diruitque: aliquam quoque viciniæ, quæ Oſtracina dicitur, vna cum porticibus, & Nymphæum (ſic enim nominatur) proſtrauit: quorum ſingula accuratè à Ioanne rhetore narrantur. Ait porro tum ciuitati de tributis mille auri talenta ab Imperatore eſſe condonata, tum ciuibus etiam vectigalia, qui ea clade afflicti erant, tum denique ab eodem curam de publicis ædificijs reficiendis ſuſceptam.

C

accidit autem anno Christi 462.

D

Tetraphylon.

Ioan. rhetoris hiſtoria de terræmotu Antiochiæ.

* *
*

De incendio, quod extitit Conſtantinopoli.

Cap. XIII.

E

Vide Niceph. c. 21. lib. 15. Bar. anno 465. n. 1. & ſeqq.

Conſtantinopolis incendium quale.

Dæmon incendiarius fœminæ incendij potius.

CLades præterea huic non diſſimilis, imo vero multo acerbior Conſtantinopoli accidit, quæ in parte vrbis mare tangente, quam Viam Bouis nuncupant, primum incœpit. Fertur dæmonem quendam maleficum & conſceleratum mulieris gerentem ſimilitudinem, ſiue mulierem egentem, quæ victum manibus quæritabat (vtrumque namque dicitur) circiter tempus, quo lucernæ accendi ſolent, lucernam in forum detuliſſe, quaſi aliquid ſalſamenti empturam, depoſitaque ibi lucerna ſe inde ſubduxiſſe. Flammam lucernæ ſtupam occupaſſe, maximum excitaſſe incendium, ædificiumque in foro poſitum dicto citius combuſſiſſe, atque ædificia alia in proximo ſita, non modo quæ facile incendi poterant, verumetiam quæ erant ex lapidibus conſtructa, depaſcentem, facile abſumpſiſſe: quod quidem incendium duraſſe ad quatriduum, nulliſque viribus comprimi potuiſſe: per vrbem mediam totam peruagans, à Septentrionali regione ad Auſtralem vſque omnes domus ad quinque ſtadia in longum, in latum autem ad quatuordecim ſtadia penitus vaſtaſſe, nullumque ædificium vel publicum vel priuatum, nullas columnas, nullos deniq; fornices ex lapidibus ſtructos, toto illo ſpatio, quo graſſabatur, omnino reliquiſſe: ſed omnem duram concremaſſe materiam, perinde ac ſi fuiſſet res perfacilis ad incendendum. Hanc cladem in Boreali vrbis regione, in qua nauale eſt, à Via Bouis (hoc enim nomine eſt) vſque ad vetus templum Apollinis oberraſſe: in Auſtrali autem à portu Iuliani ad ædificia Eccleſiæ, quæ Concordiæ nomine nuncupatur, non multum diſtantia graſſatam. In media ciuitate, à foro Conſtantini ad Tauri forum vſque, miſerabile ſpectaculum, & cum primis horrendum ante omnium oculos poſuiſſe. Nam quæcunque vrbis loca in ſublime cum ſumma pulchritudine erecta fuiſſent, aut quæ ad magnificentiam & ſingularem præſtantiam affabre elaborata, aut ad publicos priuatoſve vſus extructa, aceruatim velut in montes colleſq; inuios & abruptos aggerata fuiſſe, atq; conferto omni materiæ genere, ſic priorem deformaſſe effigiem, vt ne ab eorum habitatoribus internoſci poterat, qui locus hic vel ille ante fuiſſet, vel vbi ſitus.

F

Concordiæ templum.

Deformatio Conſtantinopolis ex incendio.

G

De varijs variarum regionum calamitatibus.

Cap. XIV.

Terræmotus.

EIſdem temporibus, bello Scythico, quod contra Romanos verſus Orientem incolentes ſuſceptum fuit, exardeſcente, Thracia, Helleſpontus, & Ionia terræmotu admodum concuſſæ ſunt: concuſſæ etiam eodem Cyclades inſulæ, concuſſæ item Cnidus & Coo inſulæ, vſque adeo, vt multa in illis deturbarentur ædificia. Porro autem Priſcus memorat tam ingentem pluuiam Conſtantinopoli, & in Bithynia extitiſſe, vt ad tres aut quatuordies aquæ inſtar fluuiorum de cœlo præcipitarent, & montes illarum violentia in planitiem deprimerentur: quinetiam ſic obruerentur pagi, vt in extremi diſcrimen venirent, inque Boana lacu, qui non longe abeſt Nicomedia, ob crebram ſordidæ cuiuſque generis materiam in eum congeſtam, nonnullæ fierent inſulæ. Verum iſta euenêre poſtea.

Priſcus Rhetor.

Pluuia inuſitata.

H

De Zenonis & Ariadnæ nuptijs.

Cap. XV.

Vide Niceph. c. 27. lib. 15. Bar. anno 470. n. 2.

Leo Imp. Zenoni filiā ſuam deſpōdet.

Euſtathius Syrus hiſtoricus.

IMperator Leo Zenoni Ariadnam deſpondet filiam, eum ſibi generum aſciſcit, qui ab incunabulis Aricmeſius quidem vocatus fuerat: at poſt nuptias nomen à quodam viro ab Iſauris oriundo, ſic appellato, qui ad magnum decus & ſplendorem peruenisſet, obtinet. Vnde vero iſte Zeno ad tantam dignitatem aſcenderit, & quam ob cauſam omnibus à Leone ſit prælatus, ab Euſtathio Syro commemoratum eſt.

A

Romani Imp. Occidentis Anthemius an. Chriſti 464. Vide Niceph. c. 27. l. 15. Bar. anno 467. n. 1. & 469. n. 1. & 475. n. 1. Olymbrius. Glycerius. Nepos. Oreſtes. Romulus. Odoacer. Anthemius Imperator. Priſcus rhetor.

De Imperatore Romano Anthemio, & qui poſt illum imperauerint.

Cap. XVI.

ANthemius porro rogatu legatorũ à Romanis ad Occidentem habitantibus Conſtantinopolim ad Leonẽ miſſorum, Imperator ad Romam gubernandam mittitur cui Martianus, qui dudum rexerat Imperiũ, filiam deſponderat. Baſiliſcus præterea, frater Berinæ coniugis Leonis, cum exercitu ex militibus lectiſſimis collecto dux contra Genzerichum mittitur: quæ res ſunt à Priſco rhetore, accuratiſſimè conſcriptæ: neq; hæc ſolum, verum etiam quomodo Leo Aſparem, qui Imperium ei tradiderat, per dolũ, quaſi mercedem honoris, ad quẽ ipſum extulerat, ei redditurus, è medio ſuſtulit. quinetiam filios eius Ardabunũ, quem antea Cæſarem creauerat, & Patricium, quo Aſparis patris eorum inſolentiam & inſcitiam ludificaret, inde interucidauit. Poſt occiſum Anthemium, qui quinquennio Rom. Imperium adminiſtrauerat, Olymbrius a Rhecimere Imperator renunciatur: quo extincto, Imperator creatur Glycerius: quem Nepos poſt quintum Imperij ſui annum exturbat, ipſeq. potitur Imperio, epiſcopum aũt Rom. Glycerium apud Salonas vrbem Dalmatiæ deſignat. Iſtum Nepotem regno eijcit Oreſtes: poſt Oreſtem filius eius Romulus, cognomine Auguſtulus, qui poſtremus Romæ Imperator fuit, 1300. annos poſt regnum Romuli, Imperium occupauit. Quo mortuo, ſummam rerum Romanarum adminiſtrat Odoacer, qui Imperatoris nomine repudiato, ſe regem appellari voluit.

B

Leo ſuſtulit Aſparẽ Ardaburium Patricium. Finis Imperij Roman. in Occidentem ad regnũ relapſi. Odoacer ex Imp. Rom. Rex an. 475. poſt quem Imperium occidentis iacuit annis *

* ces, vſque ad Carolum Magnum: & ſunt proinde interea temporis omnes qui hoc opere memorantur Imperatores Orientis.

Leo Iunior Imperator Orientalis, Mox Zeno eius pater an. Chriſt. 475. Vide Niceph. c. 29 l. 15.

De morte Leonis & parui Leonis Imperio, & Zenonis rurſum pactu eius.

Cap. XVII.

C

Bar. anno 474. n. 1. & ſeq. Leo Imperator Imperio depoſitus anno 475. Zeno obtinet Imp. anno 474.

PEr idem tempus Leo Imperator, cum decem & ſeptem annis regnaſſet, Conſtantinopoli deponit Imperium, Leonemq; Ariadnæ filiæ ſuæ & Zenonis filiũ, iam admodum tenerum ætate, in Imperij gradu locat. Poſt quem Zeno pater purpuram induit, vt Leonis gener, ſubſidio Berinæ coniugis Leonis: mortuoq; puero paulo poſt, Zeno ſolus Imperij obtinet gubernacula. Quæ autem res fuerint vel ab eo contra eum geſtæ, quæq; eius temporib. acciderint, proximus Liber, Deo iuuante, perſpicuè docebit.

Compendium rerum in Chalcedonenſi Concilio geſtarum, in huius ſecundi Libri fine collocatum.

Vide notas Cõc. Chalc tom. 1 conc. gen. edit. Rom. Vide Niceph. c. 30. lib. 15. Euag. l. 2. c. 4.

Cap. XVIII.

EPITOME EORVM QVÆ ACTA SVNT, & Deciſa in Concilio Chalcedonenſi.

PAſcaſianus & Lucentius Epiſcopi, & Bonifacius presbyter in hoc cõcilio, Leonis antiquæ Romæ pontificis fuêre vicarij: Anatolius item antiſtes Conſtantinopolis, Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus, Maximus Epiſcopus Antiochiæ, & Iuuenalis Hieroſolymorũ, & horum omniũ Sacerdotes, eidem concilio interfuerunt. Quorum numero adiuncti erant ſenatores primarij, quibus dixerunt vicarij Leonis, Dioſcorum non debere cum illis in concilio conſidere. Iſtud enim ſuum Epiſcopum Leonem mandaſſe: quod quidem ſi minimè obſeruarent, ſe ab Eccleſia deceſſuros. Ac cum ſenatores rogarent, quænam crimina obijcerentur Dioſcoro? reſponderunt, illum qui perſonam iudicis præter æquum & bonum ſuſceperat abſque Romani pontificis † præſidentis permiſſu, debere pro iudicio, quod ipſe de alijs dederat, iudicium ſubire. Quæ cum dixiſſent, & Dioſcorus de ſententia ſenatus in medio conſeſſu ſtatueretur, petebat Euſebius, vt ſupplex libellus quem Imperatores miſerant, corã iam perlegeretur, hæcque verba adiecit: Mihi enim à Dioſcoro facta eſt iniuria, fidei etiam facta iniuria: Flauianus Epiſcopus ab eo interfectus, vnaq; mecum iniquè Sacerdotio abdicatus. Iubete meum ſupplicem libellum legi. Quæ cum dixiſſet,

† Curterius cum paucis habeat codex Græcus impreſſus,

D

ſuſpicor malo animo ab aliquo voce Romanis, ſublatam, Niceph. l. 15. c. 30. eam etiã habet, & debet ea textũ hoc loco reddere.

Epiſcopi præcipui concilij Chalcedonenſis Leonis Pont. vicarij.

ſupplex libellus lectus fuit, qui eſt hæc verba complexus: Supplex libellus Imperatoribus noſtris Chriſtum verè colentibus, religioſiſſimis & ſanctiſſimis, Fl. Valentiniano & Martiano ſemper Auguſtis, ab Euſebio humillimo Epiſcopo Dorylæenſi, qui pro ſe, pro orthodoxa fide, pro Flauiano deniq; ſanctiſſimo Epiſcopo Conſtantinpolitano verba fecit, oblatus:

E

Dioſcorum à cœtu reijciunt & ſe prius purgare poſtulant.

Eſt quidem veſtræ amplitudinis propoſitum, vt cunctis qui veſtro parent Imperio ſedulò prouideatis, & cum cæteris omnibus iniuria affectis, tum maximè Sacerdotibus benigne opitulemini. In hoc enim diuinum numen, à quo mortalium imperium & dominatus vobis tributus eſt vere colitur. Quare, quoniam & fides Chriſtiana & nos etiam incommoda multa grauiaq; contra æquitatis regulam à Dioſcoro reuerendiſſ. Epiſcopo Alexandriæ, vrbis primariæ, accepimus: ad veſtram benignitatem ſupplices accedimus, vt quod æquum eſt, à vobis impetremus. Cauſa autem querelæ eiuſmodi eſt: In concilio nuper Epheſi vrbis primaria habito (quod vtinam nunquam fuiſſet habitum, ne orbem terrarum tantis malis ac turbis oppleuiſſet) ille bonus vir Dioſcorus qui iuris & æqui normam pro nihilo putauit, qui timorem Dei contempſit, qui eandem tenuit cum Eutyche homine pleno inanitatis atque adeo hæretico opinionem ac ſententiam, qui quæ ſua eſſet, aliquandiu multos celauit: poſtea tamen ſeipſum prodidit, cum ex criminatione, quã ego Eutychi intuliſſem, & ex ſententia, quam Flauianus ſanctæ ac piæ memoriæ Epiſcopus contra eum pronunciaſſet, occaſionem arripuiſſet, multitudine populorum ſeditioſorum coacta, & potentia ſibi pecuniæ ſubſidio acquiſita piam orthodoxorum religionem, quoad eius fieri poterat, labefactare, & peruerſam Eutychis monachi doctrinam, quæ ab ipſis Apoſtolorum temporibus hactenus à ſanctis patribus condemnata fuerit, ſtabilire laborauit. Itaq; cum facinora, quæ tam confidenter tum contra Chriſtianam fidem, tum contra nos admiſerit, non exigui momenti ſint. ſupplices accidimus ad genua veſtræ Celſitudinis, obſecramusq; vt iubeatis reuerendiſſim. Epiſcopum Dioſcorum ad crimina ei à nobis obiecta reſpondere, ut ...erum commentaria rerum ab eo contra nos geſtarum in ſancto concilio perlegantur, quibus certe oſtendere poterimus, eum & ab orthodoxa fide alienum eſſe, & hæreſim propugnare impietatis plenam & iniquè nos abdicaſſe, & grauibus nos affeciſſe incommodis: atque oramus præterea, vt diuina & honorifica veſtra mandata mittere dignemini ſancto & generali diuiniſſimorum Epiſcoporum concilio, quo & quid nos, & quid prædictus Dioſcorus egerit, audiri, & omnia quæ in concilio gerentur, veſtræ pietati ſignificari poſſint, vt immortali noſtro capiti Chriſto placeamus. Cuius rei facti cõpotes, Imperatores ſanctiſſimi, aſſiduas preces pro proſpero veſtri Imperij ſtatu perpetuando, Deo offerre non deſiſtemus. Quæ autem in ſecundo concilio Epheſino ab Epiſcopis acta erant, rogatu tum Dioſcori, tum Euſebij publicè ac palam legebantur: ex quibus conſtabat, Epiſtolam Leonis minime lectã fuiſſe, idq; cum verba de eadẽ ſemel atque iterum facta fuiſſent. Vnde Dioſcorus cauſam rogatus reſpõdit ſe ſemel atque iterum egiſſe cum Epiſcopis, vt illud fieret: poſtulauitq; Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus, & Thalaſſius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, vt res iſtæ aperte declararentur (hos etiamq; vna cum Dioſcoro authoritatẽ in Concilio Chalcedonenſi ſibi aſſumpſiſſe conſtat) atque Iuuenalis dixit, affirmauitque, Dioſcorum quidem per literas Imperatoris de legenda Leonis Epiſtola admonitum, poſtea tamen mentionem eiuſdem Epiſtolæ à nemine factam: Thalaſſius autem dixit ſe minime obſtitiſſe, quo minus legeretur, neque tantum habuiſſe authoritatis, vti ipſe ſolus decidere poſſet, vt legeretur. Itaque actis concilij perlectis, & quibuſdam Epiſcopis nonnullas veteratorias & quaſi cõmentatitias ſententias in illis deprehendentibus, Stephanus Epheſiorum antiſtes rogatus, quinam eorum qui tum ſubſcribebant cum exceptione ſubſcripſiſſent, reſpondit Iulianum, qui poſtea Lebidi fuit Epiſcopus, & Criſpinum ita ſubſcripſiſſe: eos tamen qui ſubſcribebant Dioſcoro, iſtud fieri minime permiſiſſe, ſed prehendiſſe ſubſcribentium digitos, adeo vt turpiſſima ignominiæ nota affecti viderentur. Proinde Stephanus confitebatur eodem ipſo die abdicationi Flauiani fuiſſe ſubſcriptum. Quippe Acacius Ariarathiæ Epiſcopus, chartæ, in qua nihil ſcriptum erat, omnes per vim & neceſſitatem infinitis ferè malis à militibus, qui cum cruentis gladijs diſtrictiſq; circũſiſtebant, diuexatus,

Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus aducitus Euſebij libellus ſupplex.

F

Dioſcorus ab orthodoxa fide alienus.

G

Thalaſſius Cappadociæ Epiſcopus.

H

Stephanus Epheſiorũ Epiſcopus. Acta concilij Epheſini lecta in Synodo Chalcedonenſ ſeſſione prima.

ad ſub-

A

Epiſcopi neceſſitate coacti perſiſſorum ſubſcribere abdicationi Flauiani.

ad ſubſcribendum impulit. Deinde alia rurſus accuſatione
perlecta, Theodorus Epiſcopus Claudinopolis dixit, ne-
minem iſta locutū fuiſſe. Cum aūt ita actorum lectio pro-
grederetur, vbi locus quidam occurrebat, qui complecte-
batur, Eutychem & eos, qui aſſerunt carnem Dei & Do-
mini ac Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti de cœlo deſcendiſſe,
ita locutos, actorum cōmentarij oſtenderunt, Euſebiū re-
ſpondiſſe, Eutychen dixiſſe quidem de cœlo, ſed non adie-
ciſſe, vnde ſumpſerat. Diogenem autē Epiſcopum Cyzici
tum vrgere: Dic ergo vnde? eos vero vlterius quærere nō
fuiſſe permiſſos. Tum ipſa acta in mediū proferunt. Dein-
de Baſilius Epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ dixit: Adoro vnum
Dn. noſtrū Ieſum Chriſtum, filium Dei, ſolū Deum verbū,
q poſt incarnationem & copulationē diuinitatis & huma-
nitatis in duabus naturis conſiſtere intelligitur. Contra iſta
cœperunt Ægyptij ita vociferari: Nemo eum qui partiri
nequit, in partes diuidat: vnū filium oportet, non duos di-
cere filios. Tum Epiſcopi Orientis clamare: Anathema ſit
Chriſtum partienti, anathema eum diuidenti. Eadem etiā
acta referunt, Eutychem interrogatū verum duas in Chri-
ſto eſſe naturas aſſereret? reſpondiſſe, ſe ſcire Chriſtū ante

B

Eutychetis impius error.

coniunctionē diuinitatis cum humanitate ex duabus con-
ſtitiſſe naturis, at poſt copulationem, vnā in eo eſſe? Baſiliū
tum dixiſſe Quod ſi non dicat, poſt coniunctionem natu-
rarum duas eſſe naturas, quæ nec ſeparari nec confundi
poſſint, confuſionem inducere & cōmixtionem: ſin autem
adijciat, diuinitatem incarnatam eſſe, & humanitatem in-
duiſſe, & incarnationē eo modo quo Cyrill⁹ intelligat, ea-
dem eum dicere, quæ ipſi. Nam aliud diuinitatem eſſe quæ
ex patre fuit, humanitatem aūt aliud quæ ex matre. Qui cū
eſſent interrogati, quamobrē abdicationi Flauiani ſubſcri-
pſiſſent, actorum cōmentarij declarant, Epiſcopos Orien-
tis ſic clamaſſe: Omnes peccauimus, oēs igitur veniā peti-
mus. Deinde cum vlterius in actis legendis procederetur,
cōſtabat Epiſcopos rogatos fuiſſe, cur Euſebiū in congreſ-
ſum & colloquium cum illis venire cupientem nō permi-
ſiſſent? ad quæ Dioſcorus reſpondet, Elpidiū literas admo-
nitorias attuliſſe illis, cōfirmaſſeq; Imperatorem Theodo-
ſium dediſſe in mandatis, vt in concilium minimè intro-
mitteretur. Idem quoq; Iuuenalē reſpondiſſe, docent ipſa

C

acta. Thalaſſios aūt dixit, ea nihil habere authoritatis, quæ
à principib. condemnationem habuiſſent, neq; fidei pro-
poſitæ hanc defenſionem eſſe. Vnde Dioſcorum quæ fie-
bāt reprehendiſſe acta indicant, his ferè verbis: & dixiſſe,
Quales iam ſeruantur canones? Cum Theodoritus in cō-
uentum veniſſet, tum fertur ſenatū dixiſſe, q pro accuſato-
re ingreſſus eſt: reſpondiſſe Dioſcorum eum Epiſcopi loco
conſidere. Tum ſenatū dixiſſe, cum Euſebium, tum Theo-
doritum locum accuſatorum obtinere, non aliter q̃ Dio-
ſcorum ipſum locū tenere rei. Omnib. igitur actis ſecundi

Vociferatio Synodi aduerſus Reos Epiſcopos. Dioſcori abdicatio Flauiani abdicatio.

concilij Epheſini perlectis, ſententia quoq; contra Flauia-
num & Euſebiū pronunciata, vſq; ad verbū quoddam. quo
prolato, Hilarius Epiſcopus loqui cœpit. Epiſcopi Orientis
& qui cum illis erant, clamabant: Anathema Dioſcoro. Eo-
dem momento Chriſtus abdicauit Dioſcorū: Flauianus à
Dioſcoro abdicatus eſt. Sancte Domine, tu in illum anim-
aduerte: tuq; Imperator orthodoxe, illum vlciſcere. Viuat
Leo multos annos, multos annos viuat Patriarcha. Poſtre-
mo lectis illis literis, q̃ oſtendebant, oēs Epiſcopos ibi in
vnum collectos abdicationi Flauiani & Euſebij cōſenſiſſe,

D

illuſtriſſimi magiſtratus iſta q̃ ſequuntur, totidem verbis
locuti ſunt: *Poſtridie cum cōcilium exquiſitius habitum eſſet, de or-
thodoxa & Catholica fide multo accuratius quæſitū videmus. Ac
quoniā Flauianus, piæ memoriæ Epiſcopus, & Euſebius reuerendiſſ.
Dorylæi Epiſcopus ex concilij actorū decretorumq; inquiſitione, &
ex verbis eorum qui tum concilio præſederunt (dixerant n. ſe erro-*

Cōcilij ſententia aduerſus Dioſcorum eiuſq; ſocios.

*re lapſos fuiſſe, iniuſteq; Flauianum & Euſebium abdicaſſe) de-
clarati ſunt minimè in fide hallucinati, & propterea iniquè ab-
dicati: æquum nobis ſane videtur, idq; Deo noſtram approban-
te ſententiam, vt Dioſcorus (modo ita placuerit diuiniſſimo &
ſanctiſſimo Domino noſtro Imperatori) reuerendiſſ. Alexandriæ E-
piſcopus, Iuuenalis reuerendiſſ. Epiſcopus Hieroſolymorū, Thalaſſius
reuerendiſſ. Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Euſebius reuerendiſſ.
Epiſcopus Armeniæ, Euſtathius reuerendiſſ. Epiſcopus Seleuciæ Iſau-
riæ (penes quos tum poteſtas erat, concilioq; illi præſidebant) ſacri*

E

*concilij ſententia ac iudicio eodē pœnæ genere (ſicut canones Eccleſiæ
poſtulant) multati, dignitate Epiſcopali abducētur, omniaq; ex ſen-
tentia Imperatorum diuiniſſ. decernantur.* Quibus verbis reci-
tatis, clamare Orientis Epiſcopi: Iuſtum eſt iſtud quidem
iudicium: deinde vociferati Epiſcopi Illyrici, Omnes erra-
uimus, oēs veniam poſtulamus. Ac cum Epiſcopi Orientis
rurſus clamaſſent, Iuſta eſt iſta ſententia: homicidā abdica-
uit Chriſtus, martyres vltus eſt Chriſtus, ſenatores iuſſe-
runt, vt ſinguli Epiſcoporum ibi coactorum, ſeparatim ſuā
ipſorum fidem exponerent: vt qui pro certo cognoſcerēt,
Imperatorem diuiniſſimum ſecundū formulā illam fidei à
trecentis decē & octo patribus Nicææ, & à centum quin-
quaginta Conſtantinopoli coactis editam, & ſecundū Epi-
ſtolas ſanctorū patrum, Gregorij, Baſilij, Hilarij, Athanaſij,

Eutyches cur à Leone Rom. Epiſcopo abdicatus
Seſſio ſecunda rurſus contra Dioſcorum.

Ambroſij, & ſecundum Epiſtolas Cyrilli in primo concilio
Epheſino palam recitatas credere. Etenim Leonem reue-
rendiſſ. antiquæ Romæ Epiſcopum Eutychē propterea ab-
dicaſſe. Iſto igitur cōuentu ad hunc modū dimiſſo, cū Epi-
ſcopi ſanctiſſ. ad aliū conuentum agendū in vnum cogerē-
tur, Euſebius Dorylæi Epiſcop⁹ libellos pro ſe ac Flauiano

F

illis obtulit. quibus Dioſcorū, vtpote eundē cum Eutyche
tenentem errorē, & q ipſos Sacerdotio abdicauerat, accu-
ſauit: addidit præterea, quod Dioſcorus voces quaſdam in
concilio tum congregato minimè prolatas in cōmentarijs
inſeruerat quod chartas, in quibus nihil inerat ſcripti, ſub-
dole parauerat, quib. ipſi ſubſcriberēt, poſtulauitq; vt om-
nia acta ſecundi concilij Epheſini ſententia Epiſcoporum
iam coactorum abrogarentur, ipſiq; reſtituerentur ad Sa-
cerdotiū, ſceleratumq; illud Eutychis dogma anathemate
damnaretur: petebat porro vt poſt actorū lectionē aduer-

Dioſcorus per nuncios ad conciliū vocatus pa tres verbis eludit.

ſarius in concilio cōpareret. Quod cum vt fieret cōceſſum
eſſet, Aëtius primicerius notarius dixit, ſe ad Dioſcorū ve-
niſſe, ſicut eō ā ad alios: reſpondiſſeq; Dioſcorū, non ſibi à
cuſtodib. ſuis permiſſam poteſtatē ad concilium acceden-
di. Ferebatur etiā Dioſcorum ante conciliū coactum quæ-
ſitum fuiſſe: quo minimè inuento, dixiſſe Anatolium Epi-
ſcopū, eum debere acceſſi, & ad concilium venire. Quare
cōfecta, qui ad eum miſſi erāt, reuerſi dixerunt, dixiſſe Dio-
ſcorum, Teneor equidē à cuſtodibus: quod ſi faciant mihi
copiā veniendi, dicant. Ac cum illi q miſſi erāt, dixiſſent ſe

G

ad eum, nō ad Magiſtrianos miſſos, eum ferunt ſic dixiſſe:
Paratus ſum ad ſanctū & generale conciliū venire, ſed im-
pedior. Quibus adiunxit Himerius, q ipſis redeuntibus à
Dioſcoro obuiā factus eſt Boëtius, magiſtro diuinorū offi-
ciorum, & cum eo rurſus Epiſcopi ibant ad Dioſcorum; &
q quædā de colloquio habito cum Dioſcoro ſchedis nota-
ta habebant: q̃ cum eſſent perlecta, declarabant Dioſcorū
iſta his ferè verbis dixiſſe: *Cum hanc rem mecū ipſe conſidero,

Dioſcorus ab Eccleſiæ & ad laicos principes prouocat.

comperioq; per quam vtilem mihi eſſe, iſta reſpondeo: quoniā præſides
illuſtriſſimi, qui in iſto concilio ſedent, multa poſt crebra ſingulorū
colloquia decreuerunt: ipſeq; ad ſecundum iam vocor conciliū, quo
ea quæ ante dicta fuerint, retractentur: quæſo ab illis, vt præſides
excellentiſſimi ſacerq; ſenatus, qui primo interfuēre concilio, etiam
huic interſint, vt eadem res denuo accuratè diſquirantur.* Cū acta
referunt, *Actium reſpondiſſe ad hunc modum: Non iuſſit ſanctū
& exmiuum concilium vt tua ſanctitas ideo accedat, vt ea quæ co-
ram illuſtriſſimis præſidibus, & coram ſacro ſenatu acta fuerunt,
retractentur: ſed nos miſit eo plane animo, vti tu ad concilium ve-
nias, & ne tua ſanctitas abſit ab illo.* Cū Dioſcorum dixiſſe, oſtē-
dunt actorum commentarij: *Significaſti mihi, Euſebium iam li-

H

bellos concilio obtuliſſe: vos obteſtor denuo, vt coram præſidibus &
ſenatu mea cauſa penitus expendatur cognoſcaturque.* Poſtea
alijs quibuſdam eius generis interpoſitis, mittebantur de-
nuo quidam ad Dioſcorum hortandum, vti rebus in cōci-
lio gerendis intereſſet. Quo facto, qui miſſi erant, redeun-
tes dixerunt, ſe eius verba in ſchedis notaſſe, quę ſignifica-
bant dixiſſe eum: Iam pridem ſignificaui veſtræ ſanctitati,
me morbo teneri, idcirco peto, vt illuſtriſſimi præſides, &

Dioſcori excuſatio.

ſacer ſenatus rerum diſquirendarū diiudicationi adſint. Ac
quoniā morbus ingraueſcit, eam ob cauſam aduentū dif-
fero Tum Cecropium actorum commentarij memorant,
dixiſſe Dioſcoro: Antea nulla abs te de morbo facta eſt mē-
tio, debueras igitur canonib. Eccleſiæ feciſſe ſatis. Huic aūt
reſpondiſſe Dioſcorū: Semel dixi, præſides debere intereſſe

Ruffinus Epiſcopus.

concilio. Deinde Ruffinum Epiſcopum Samoſatenum

dixiſſe

A

dixiſſe Dioſcoro: Ea quæ quærebantur, ſecundum canones eccleſiæ quæri, & propterea eum ad concilium accedentem poſſe, quæ vellet, libere dicere. Perſuaſo igitur Dioſcoro, Iuuenalis etiam & Thalaſſius eo aduentarunt. Euſtathius autem protulit ea quæ nihil ad rem pertinebant. Ad quæ reſpondiſſe Dioſcorum, acta docent: rogaſſeque Imperatorem Chriſti amantiſſimum, vt præſides, & illi qui cum ipſo iudicium in concilio dediſſent, eo accederent.

His rebus eos qui miſſi erant reſpondiſſe, Euſebium eum ſolum accuſare: & propterea non neceſſe eſſe, vt omnes accederent: dixiſſe tum Dioſcorum, Omnes qui cum ipſo iudicium in concilio dederant, debere accedere. Nam Euſebium non habere priuatam contra ipſum actionem: ſed ea de quibus omnes decidiſſent, iudicaſſentque. Rurſus illis qui miſſi erant, idem vrgentibus, reſpondiſſe Dioſcorum: Semel dixi, quæ dixi, & amplius quod dicam non habeo. Poſt iſta Euſebium Dorilæi epiſcopum dixiſſe, ſe contra Dioſcorum ſolum habere actionem, contra alium præterea neminem, poſtulaſſeque vt tertio acceſſiretur Dioſcorus: quem interpellantem Aetium, docuiſſe, iamdudum

B

quoſdam, qui ſe clericos eſſe dicebant, vna cum laicis quibuſdam Alexandria ad concilium veniſſe, dediſſe libellos contra Dioſcorum, eos ſtantes pro foribus templi, in quo concilium ſedebat, clamores edidiſſe. Ac primum Theodorum concilio libellum exhibuiſſe, qui ſanctæ eccleſiæ Alexandrinæ diaconus fuit, deinde Iſchyrianum eiuſdem eccleſiæ diaconum, tum Athanaſium presbyterum filium fratris Cyrilli: Sophronium item dediſſe libellos, quibus Dioſcorum tum ob blaſphemiam, tum ob res ad corporis vſum pertinentes, violentamq; pecuniarum direptionem criminabatur. Porro autem vocatur tertio Dioſcorus, vt ad concilium accedat. Qui autem ad hoc negotium deſignati erant, reuerſi ſignificabant concilio, Dioſcorum dixiſſe: Satis multa docui veſtram pietatem, quibus nihil addere poſſum.

Dioſcorus Tertio ad concilium fruſtra vocatus.

Dioſcorus eccleſiæ canonibus obnoxius.

Ac rurſus illis qui ad eam rem miſſi erant, vrgentibus vt veniret, Dioſcorus eadem ipſa reſpondit. Tum Paſchaſinus dixit: Dioſcorus iam tertio vocatus non venit, conſcientiæ ſtimulo perculſus: rogauitque quid meritus eſſet. Ad quod reſponderunt epiſcopi, eum factum eccleſiæ canonibus obnoxium. Deinde Protetius, epiſcopus Smyrnæ: Quando, inquit, ſanctus Flauianus ab eo fuit interfectus, non prout meruerat, pœnas perſoluit. Poſtremo Leonis antiquæ Romæ archiepiſcopi vicarii, iſta toidem verbis in concilio recitarunt: *Facinora ea quæ ſunt à Dioſcoro dudum Alexandriæ vrbis primario epiſcopo, contra canonum præſcriptionem & diſciplinam eccleſiaſticam admiſſa, partim ex illis quæ in priore conſeſſu inquiſita erant, partim ex his quæ hodie acta ſunt, omnibus ſunt explorate perſpecta. Ille enim (vt multa alia miſſa faciamus) Eutych in eiuſdem cum ipſo opinionis à proprio ac ſuo epiſcopo, patre videlicet ſanctiſſimo, & epiſcopo noſtro Flauiano, ſicut canon poſcebat eccleſiæ, abdicatum, ſua ipſius authoritate contra eccleſiæ recepit in communionem: idque ante, quam concilio illi quod Epheſi cum epiſcopis ſanctiſſimis habebat, interfuiſſet. Quibus epiſcopis ſedes Apoſtolica veniam propterea tribuit, quod res quas ibi geſſerant, contra voluntatem geſſiſſent: qui ad præſens vſque tempus Leoni, epiſcopo ſanctiſſimo & vniuerſo ſancto & generali concilio morem gerunt, & ob eam cauſam eos vtpote eiudem fidei conſentientes, in ſuam recepit communionem. At iſte Dioſcorus de illis rebus de quibus gemere, lugere, ſeque humi abiicere debuerat, etiam adhuc gloriari non deſinit. Accedit eodem, quod epiſtolam beati Leonis, quam ſcripſit ad Flauianum ſanctæ memoriæ epiſcopum, legi non permiſit. idque ſæpius rogatus ab his qui eam attulerant, vt legeretur, ipſeque cum iureiurando adiecto ſe eam legendam curaturum pollicitus eſſet. Qua minime perlecta, ſanctiſſimis orbis terrarum eccleſiis & offenſioni fuit, & detrimento. At quanquam talia conſciuerat facinora, tamen conſilium à nobis initum eſt, quomodo tum & pro impio ſcelere ab ipſo ante admiſſo, tum reliquis itidem piis epiſcopis, penes quos minime par cum eo erat poteſtas iudicandi, aliqua impertiretur miſericordia. Verum quoniam prior eius impietas, poſterioribus ſceleribus longe ſuperata eſt (non enim dubitauit etiam ſanctiſſimum & religioſiſſimum antiquæ Romæ archiepiſcopum communione interdicere: qui etiam cum libelli pleni impietatis ac ipſo commiſſa contra eum eſſent producti,*

C

Vicariorum Leonis Papæ ſententia aduerſus Dioſcorũ.

Epiſcopis venia tributa, ob id quod coacti deliquerint & veniam petierant.

D

Dioſcori crimina.

& ille ipſe ſemel, iterum ac tertio, vti canon eccleſiæ vult, eſſet ad concilium vocatus, minime obtemperauit, vtpote propriæ conſcientiæ ſtimulis pulſus, & eos qui à variis conciliis iure eſſent abdicati, contra ius recepit ad ſe: denique variis eccleſiæ legibus ab eo quaſi pedibus conculcatis, contra ſe ipſe quodammodo ſententiam pronunciauerat) quoniam, inquam, hæc omnia deinceps admiſit, idcirco ſanctiſſimus & beatiſſimus archiepiſcopus magnæ & antiquæ Romæ Leo, per vos & præſens concilium cum beatiſſimo & omni laude celebrando Apoſtolo Petro, qui eſt petra & baſis eccleſiæ Catholicæ & fidei orthodoxæ fundamentum, ſpoliauit omni dignitate epiſcopali, & omni ſacerdotali miniſterio prorſus abdicauit. Quamobrem hoc ſanctum & frequens concilium ſententiam, quam eccleſiæ canones poſtulant, contra Dioſcorum, de quo noſtra ſuperior inſtituta fuit oratio, pronunciat.

E

Quibus ab Anatolio, Maximo & reliquis epiſcopis confirmatis, illis exceptis qui à ſenatu erant vna cum Dioſcoro abdicati, de his per literas à concilio referebatur ad Martianum: & abdicatio per idem concilium miſſa fuit Dioſcoro, quæ ita ſe habet: *Scito te tum quod diuinos eccleſiæ canones contempſeris, tum quod ſancto huic & generali concilio minime obtemperaueris, tum propter alia multa crimina præterea, quæ commiſiſſe deprehenſus es, tum quod tertio vocatus à ſancto hoc & celebri concilio, vt illis quæ ſunt tibi obiecta, reſponderes, non veneris: ſcito, inquam, te propter iſta omnia à ſancto & generali concilio, tertio idus ipſius menſis Octobris epiſcopatu abdicatum eſſe, & ab omni iure eccleſiaſtico penitus abalienatum.* Quibus verbis in commentarios relatis, miſſiſque ad pios ſanctiſſimæ eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopos, & decreto contra Dioſcorum edito, conuentus iſte dimiſſus fuit, eoque modo exitum habuit.

Dioſcori abdicationis ratio, per Concilium Chalcedonenſe.

F

Verum poſt in vnum rurſus congregati, primum reſponderunt ad rogatum principum de vera rectaque fide doceri cupientium: deinde dixerunt, non debere quicquam amplius de cauſa Eutychis ſemel ab epiſcopo Romano concluſa definitaque ſtatui: in quam ſententiam omnes quaſi pedibus iuerunt. Quinetiam cum omnes epiſcopi ſe eadem affirmare clamarent, & principes verbis quemque patriarcham hortarentur, vt vna & altera perſona cuiuſque eorum diœceſeos in medium prodiret, quo ſententia cuiuſque perſpicue cognoſceretur, Florentius epiſcopus Sardenſis poteſtatem petiit, vt cum concilio & rebus tempore deliberatis, ipſi poſſent ad veritatem accedere: Et Cecropius epiſcopus Sebaſtopolis: *Fides, inquit, præclare expoſita eſt à trecentis decem & octo ſanctis patribus, & confirmata deinde à ſanctis patribus, Athanaſio, Cyrillo, Celeſtino, Hilario, Baſilio & Gregorio, & iam denuo à ſanctiſſimo Leone ſtabilita. Itaque petimus, vt fidei formula tum trecentorum ſanctorum patrum, tum Leonis ſanctiſſimi legatur, qua perlecta, totum concilium clamauit, Iſta eſt fides orthodoxorum: ſic omnes credimus, ſic Papa Leo credit, ſic credidit Cyrillus, ſic Papa interpretatus eſt.* Ac cum colloquium inter eos fieret, vt formula fidei à centum quinquaginta ſanctis patribus Conſtantinopoli edita legeretur, illa quoque lecta fuit. Poſtea totum denuo concilium clamauit, Hæc fides orthodoxorum: ſic omnes credimus. His confectis rebus, Aetius archidiaconus: Habeo, inquit, ad manum diui Cyrilli epiſtolam ad Neſtorium, quam omnes epiſcopi Epheſi congregati, ſuis ſubſcriptionibus ratam fecerunt: habeo etiam alteram eiuſdem Cyrilli epiſtolam, ſcriptam ad Ioannem epiſcopum Antiochiæ, eamque confirmatam: quæ epiſtolæ vt perlegerentur, poſtulauit. Colloquio igitur de his facto, vtraque lecta fuit. Prioris autem quandam partem hoc loco poſuimus, quæ ſe habet ad hunc modum:

Acta Chalcedonenſis Synodi poſt condemnationem Dioſcori.

Florentius epiſcopus. Cecropius epiſcopus.

G

Nicæna fides lecta & probata.

Acclamatio patrum.

Epheſinæ primæ ſynodi acta lecta & probata.

H

A

REVERENDISS. SANCTISSIMOQVE COLLEGÆ NOSTRO NESTORIO CYrillus S.

Cyrilli epiſtola ad Neſtorium.

SVnt, vt audio, nonnulli, qui meæ exiſtimationi apud tuam reuerentiam obtrectent, idque non raro: quod quidem tum faciunt potiſſimum, cum illuſtres viros ac magiſtratus in vnum frequentes conueniſſe animaduertunt, rati fortaſſe tuas aures eiuſmodi rebus audiendis oblectari. Ac paulo infra: Sanctum & celebre concilium aſſerit, eum qui ex Deo patre naturaliter genitus eſt, filium eſſe vnigenitum, Deum verum ex Deo vero, lumen de lumine, per quem pater omnia fecit: deſcendiſſe de cælo, incarnatum eſſe, hominem factum, paſſum, reſurrexiſſe tertio die, ad cælos aſcendiſſe. His verbis, huicque doctrinæ nos oportet aſſentiri, rationeque & mente luſtrare, quid ſibi velit incarnari, quid, verbum Dei hominem fieri. Non enim dicimus, quod Dei verbi natura commutata, facta ſit caro: neque quod in totum hominem, qui conſtat ex animo & corpore, conuerſa: ſed illud potius, quod verbum ſecundum ſubſiſtentiam carnem anima rationis participe animatam ſibi coniungens, factus eſt homo, eo certe modo, qui nec exprimi verbis, nec cogitatione comprehendi poteſt: & vocatus filius hominis, non ſecundum voluntatem ſolam, aut quod ſuæ benignitati ita viſum erat, neque aſſumptione duntaxat perſonæ aut quod diuerſæ naturæ in veram vnitatem coniunctæ erant: ſed quod vnus Chriſtus ex duabus conſtabat naturis, vnuſque filius: non quod naturarum differentia ſublata erat propter vnitatem, ſed diuinitas & humanitas inexplicabili quadam & arcana coniunctionis concurſione vnum dominum & Chriſtum & filium effecerunt. Et alijs quibuſdam interpoſitis iſta adiungit: Quoniam propter nos & propter noſtram ſalutem ſibi ſecundum ſubſiſtentiam naturam iunxit humanam, & proceſſit ex muliere, idcirco dicitur ſecundum carnem natus eſſe. Nam non primum, vti communis natura fert, natus eſt homo ex ſancta virgine, ac deinde Verbum Dei in eum ingreſſum eſt: ſed in vulua cum carne copulatum, dicitur carnalem ſuſtinuiſſe natiuitatem, vtpote qui ſuæ carnis natiuitatem ſibi propriam effecerit. Eodem modo dicimus eum paſſum eſſe, reſurrexiſſe, non quod Deus verbum in ſua natura aut plagas aut confixus clauorum, aut alias afflictationes paſſus eſt (diuinum enim numen, quia ſit corporis expers, pati non potuit) ſed quod corpus, quod ipſius proprium factum eſt, patiebatur, dicitur ille ipſe iſta pro nobis paſſus eſſe. Nam in corpore quod patiebatur, inerat ille qui pati non poterat. Sed de hac quidem epiſtola hactenus. Alterius epiſtolæ magna pars in primo Hiſtoriæ libro poſita eſt. In ea quidem epiſtola quam Ioannes epiſcopus Antiochiæ ſcripſit, Cyrillus vero etiam ſuo ſuffragio penitus confirmauit, talis extat ſententia: *Confitemur ſanctam virginem Deiparam eſſe, propterea quod ex ea Deus Verbum carnem ſumpſit & humanitatem, & ex ipſa conceptione ſibi templum, quod accepit ab ea, coniunxit. Ac non ſumus neſcij, homines diuinitus inſpiratos voces euangeliorum & epiſtolarum ſcriptarum ab Apoſtolis, quæ ſunt de Domino traditæ, partim communes aſſeruiſſe, velut de vna perſona prolatas: partim ſeparatim diuiſiſſe, velut de duabus naturis poſitas: partim diuinas affirmaſſe, velut de Chriſti diuinitate duntaxat loquentes: partim denique humiles & abiectas, velut de humanitate ſolum conſcriptas. Quibus addit iſta: Cum iſtas veſtras pias voces legiſſemus, voſque ipſos ita ſentire comperiremus (Vnum Dominus, vna fides, vnum baptiſma) totius vniuerſitatis conſeruatorem Deum laudibus extulimus: & ſumus propterea inter nos animis admodum lætati, quod veſtra ſimul & noſtræ eccleſiæ partim ſcripturis diuinitus inſpiratis partim ſanctorum patrum traditione impulſa, concordem inter ipſas fidem amplectantur.*

Duarum in Chriſto naturarum vnio.

B

Eiuſdem incarnatio.

Chriſtus dici ſecundum carnē natus eſſe dicatur.

C

Paſſio. Chriſtus quomodo paſſus eſſe dicatur. Reſurrectio.

Ex epiſt. Ioannis Antiocheni.

D

His epiſtolis perlectis, qui aderant in concilio, ſic acclamabant: Omnes ita credimus, ita Leo Papa credit: anathema ei qui Chriſtum diuidit, qui eius confundit naturas: iſta fides Leonis archiepiſcopi, ſic credit Leo: Leo & Anatolius etiam ſic credunt. Omnes ſic credimus: & Cyrillus ita credit: ſempiterna ſit memoria Cyrilli & epiſtolæ eius ſimiliter. Sic nos ſentimus, ſic nos & credidimus & credimus. Leo archiepiſcopus ſic credit, ſic ſcripſit. Ac cum fieret colloquium inter eos vt Leonis epiſtola legeretur, lecta fuit, & interpretatio illi adiuncta, quæ in actis concilij extat. Poſt lectam epiſtolam, cum epiſcopi clamaſſent, Hæc fides patrum, hæc fides Apoſtolorum, omnes ſic credimus, orthodoxi ſic credunt, anathema ei, qui ſic non credit, Petrus per Leonem iſta pronunciauit, Apoſtoli ſic docuerunt, Leo pie & vere iſta docuit, Cyrillus ſic docuit, Leo & Cyrillus ſimiliter docuerunt, anathema ei, qui ſic non credit, iſta vera fides, ſic orthodoxi ſentiunt, iſta fides patrum, iſta cur in concilio Epheſino non legebantur, iſta Dioſcorus occultauit: cum, inquam, epiſcopi ad hunc modum clamaſſent, acta concilij referunt, quod cum pars epiſtolæ Leonis, quæ hæc verba complectebatur: *At perſoluendum noſtræ naturæ debitum, diuina natura naturæ patibili iuncta fuit, quo vnus & idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus (quæ quidem res ad noſtra vulnera curanda admodum accommodata fuit) ex vna natura mori poſſet, ex altera non poſſet*: cum, inquam, hæc pars lecta eſſet & de verborum ſenſu ac ſententia epiſcopi Illyrici & Palæſtini ambigerent, Aetius archidiaconus ſanctiſſimæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſententiam Cyrilli in medium protulit, quæ ita ſe habet:

Concilio probatur Cyrilli epiſtola.

E

Leonis epiſtola in concilio lecta & interpretata probatur.

Ambigentibus Illyricis & Palæſtinis epiſcopis ſuper Leonis quibuſdam Aetius Cyrilli ſententiam in medium profert ad clarioris in collatione intellectū. Hebr. 2.

F

Quoniam corpus ipſius proprium, gratia Dei, vt ait Apoſtolus Paulus, pro omnibus guſtauit mortem, idcirco ipſe dicitur pro nobis mortem paſſus: non quod ipſe mortem, quantum ad ipſius naturam pertinebat, eſſet expertus (iſtud namque vel dicere vel ſentire inſania eſt) ſed quod, vt dixi modo, caro eius guſtauit mortem. Ac rurſus de ſententia epiſtolæ Leonis, quæ ita ſe habet: *Agit vtraque forma alterius communione, quod vtriuſque proprium eſt: verbo quidem illud operante, quod verbi eſt, corpore autem ea exequente, quæ ſunt corporis: atque illud claret miraculis, hoc contumelias ſuſtinet*, de hac, inquam, ſententia cum dubitarent Illyrici & Palæſtinæ epiſcopi, idem Aetius ſententiam Cyrilli legebat, hæc verba complectentem: *Quædam voces de Domino in Sacris literis traditæ, maxime diuinæ naturæ conueniunt: aliæ rurſus humanæ, aliæ medium locum obtinent, vtpote, quæ filium Dei, & Deum & hominem pariter eſſe declarant.*

Poſtea cum de alia parte epiſtolæ Leonis epiſcopi ſupra poſitis ambigerent, quæ ſic ſe habet: Tametſi in Domino Ieſu Chriſto vna eſt reuera Dei & hominis perſona: tamen aliud eſt, vnde in vtroque communis eſt contumelia: aliud, vnde communis eſt gloria. De noſtro enim illi eſt minor patre humanitas, de patre illi eſt æqualis cum patre diuinitas. Theodoritus, re ponderata, dixit à Beato Cyrillo hæc eſſe ad verbum tradita: Cum homo factus erat, non depoſuit, quod proprium erat, ſed manſit, quod erat: & altera natura in altera habitauit, hoc eſt diuina natura in humana.

G

His explicatis, cum illuſtres principes ſciſcitarentur, vtrum quiſquam eſſet qui amplius dubitaret? omnes reſponderunt, ſe non amplius dubitare. Poſt Atticus epiſcopus Nicopolis dies aliquot omnibus dari poſtulauit ad deliberandum, vt ea, quæ & Deo placerent, & ſanctorum patrum doctrinæ conſentirent, conſtanti & ſtabili mente decernerentur: poſtulauit etiam epiſtolam Cyrilli ad Neſtorium ſcriptam, in qua Cyrillus hortatur Neſtorium, vt duodecim fidei quaſi capitibus conſentiat, quibus omnes conſenſerunt.

Atticus epiſcopus Nicopolitanus in ſynodo ad vi... ſubſcriptam Cyril. ad Neſtorium epiſtolam argumentum.

H

Ac cum principes de hac re verba inter ſe feciſſent, conceſſiſſentque illis ad deliberandum dies quinque, vt cum Anatolio Conſtantinopolis antiſtite conuenirent: omnes aſſenſerunt, dicentes: Nos ſic credimus, omnes ſic credimus: vt Leo credit, ſic credimus: nemo noſtrum dubitat, nos omnes ſubſcripſimus.

Ad quæ rurſus dicebantur iſta: Non neceſſe eſt vt omnes conueniant: ſed quoniam conſentaneum videtur, vt qui ambigant confirmentur, reuerendiſſimus epiſcopus Anatolius ex illis, qui ſubſcripſerunt, eligat eos quos ad docendum ambigentes, idoneos putauerit. His adiecit concilium: Petimus à patribus, vt concilij huius primarij pro nobis orthodoxis Imperatori & Auguſtæ ſupplicent:

omnes

A

omnes peccauimus, omnibus detur venia. Clerus autem eccleſiæ Conſtantinopolitanæ clamauit: Pauci clamant, non totum loquitur concilium. Tum clamant epiſcopi Orientis: Exilio abdicatur Ægyptius. Ac cum epiſcopi Illyrici idem poſtularent, clamauit clerus Conſtantinopolitanus: Exulet Dioſcorus, exulet AEgyptius, exulet hæreticus, Chriſtus Dioſcorum abdicauit. Rurſus Illyrici epiſcopi, & qui cum illis erant, clamant: Omnes peccauimus, veniam omnibus tribuito. Dioſcorus concilio, Dioſcorus expelletur eccleſiis. His rebus aliiſque eiuſdem generis exagitatis conuentus dimiſſus eſt. Proximo poſt conuentu, cum ſenatus ſimul collocutus eſſet, vt formulæ iam poſtulatæ legerentur, Conſtantinus ſecretarius à ſcheda iſta quæ ſequuntur, legit:

Conſtantinus ſecretarius recitat acta concilii. Eadem ſupra poſita ſunt, tum in hac epitome, tum in 4. cap. li. eiuſdem.

Poſtridie cum Concilium exquiſitius habitum eſſet, de orthodoxa & catholica fide multo accuratius quæſitum videmus. At quoniam Flauianus piæ memoriæ epiſcopus, & Euſebius reuerendiſſ. Doryleæ epiſcopus ex concilii actorum decretorumque inquiſitione, & ex verbis eorum, qui tum Concilio præſederunt (dixerant enim ſe errore lapſos fuiſſe, iniuſteque Flauianum & Euſebium abdicaſſe) declarati ſunt minime in fide hallucinati, & propterea inique abdicati: æquum nobis ſane videtur, idque Deo noſtram approbante ſententiam, vt Dioſcorus (modo ita placuerit diuiniſſimo & ſanctiſſimo domino noſtro Imperatori) reuerendiſſimus Alexandriæ epiſcopus, Iuuenalis reuerendiſſimus epiſcopus Hieroſolymorum, Thalaſſius reuerendiſſimus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, Euſebius reuerendiſſimus epiſcopus Armeniæ, Euſtathius reuerendiſſimus epiſcopus Beryti, & Baſilius reuerendiſſimus epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ (penes quos tum poteſtas erat, concilioque illi præſidebant) ſacri concilii ſententia ac iudicio eodem pœnæ genere, ſicut eccleſiæ canones poſtulant, mulctati, dignitate epiſcopali abdicentur, omniaque de ſententia Imperatoris diuiniſſima decernantur.

B

Deinde aliis ſcriptis perlectis, epiſcopi qui ibi erant coacti, cum rogarentur, vtrum literæ Leonis fidei trecentorum decem & octo ſanctorum patrum in Concilio Nicæno olim congregatorum, & fidei etiam centum & quinquaginta patrum, qui Conſtantinopoli in vnum conuenerant, conſentirent: Anatolius Conſtantinopolis antiſtes, & omnes ad vnum qui aderant, reſponderunt, epiſtolam Leonis cum fide ſanctorum patrum quos diximus, conſentire: eidem epiſtolæ ſubſcripſerunt. Quibus ita conſtitutis, clamauit concilium: Omnes aſſentimur, omnes iſta approbamus, omnes ſimiliter credimus, omnes eadem ſentimus, omnes ſic credimus. Sic credere patres, qui ſunt in concilio, ſic qui ſubſcripſere concilio. Ad multos annos viuat Imperator, ad multos annos viuat Auguſta, ad multos annos viuant patres, qui interſunt concilio, qui eiuſdem fidei ſunt cum concilio. Ad multos annos viuat Imperator, ad multos annos viuant, qui eadem ſentiunt cum concilio, ad multos annos Imperator. Omnes fidei ſubſcripſimus, ſic ſentit Leo, ſic nos ſentimus. poſtremo ſic locuti ſunt: de iis rebus retulimus ad diuiniſſimum & ſanctiſſimum dominum noſtrum Imperatorem, reſponſumque ab eius clementia expectamus. Ac cum illis à quibuſdam diceretur, Veſtra reuerentia & de Dioſcoro à vobis abdicato, diuiniſſimi Imperatoris celſitudine inſciente, & nobis ſimiliter inſcientibus & de omnibus illis de quibus à vobis poſtulatio facta eſt, & de huius concilii actis eſt Deo rationem redditura: clamarunt, Dioſcorum Deus abdicauit, Dioſcorus iure abdicatus eſt, Dioſcorum Chriſtus abdicauit. Poſt iſta, cum reſponſum, quo quid de abdicatis conſtituere epiſcopis permiſit, à Martiano allatum erat, quemadmodum à principibus monſtratum eſt, petebant epiſcopi iſta ſic locuti: Oramus, vt qui eiuſdem ſunt opinionis, qui idem ſentiunt cum concilio, qui epiſtolæ Leonis in concilio ſubſcripſerunt, in concilium ingrediantur. Qui, facto colloquio, in concilium aſcripti ſunt. His confectis rebus, ſupplices libelli ab epiſcopis diœceſeos AEgypti Imperatori Martiano oblati legebantur, qui præter alia iſta etiam complexi ſunt: Sentimus, ſicut à trecentis decem & octo epiſcopis in Concilio Nicæno coactis, fides expoſita eſt: & ſicut beatus Athanaſius & ſanctus Cyrillus ſentiunt, anathema denunciantes omni hæreſi, tum Arii, tum Eunomii, tum Manetis, tum Neſtorii, tum eorum, qui dicunt carnem Domini noſtri de cælo delapſam, & non ex Maria Deipara & ſemper virgine ſumptam, eamque noſtri omnium carni omnino, peccato excepto, ſimilem. tum omnes, qui erant in concilio clamarunt: Cur iſti dogmati Eutychis non denunciarunt anathema? ſubſcribant epiſtolæ Leonis, denuncientque anathema Eutychi & eius dogmatis, Leonis epiſtolæ conſentiant: volunt fortaſſe nos deludere, nos in fraudem impellere. Quibus dixerunt epiſcopi AEgyptii, multos eſſe in AEgypto epiſcopos, ſeque non poſſe abſentium perſonam ſuſcipere: rogaruntque concilium, vti expectarent ſuum archiepiſcopum, quo, ſicut nos poſtulat, illius ſententiæ morem gererent. Quod ſi ante primatus electionem aliquid tranſigerent, epiſcopos AEgyptiacæ diœceſeos in illos impetum facturos. Cum autem multum precarentur, & concilium illis admodum reſiſteret, fit ſermo, vt ſpatium epiſcopis AEgyptiis vſque eo daretur, quoad archiepiſcopus illis deſignaretur. Tum ſupplices libelli quorundam monachorum proferebantur, quorum ſumma fuit, vt nemo chartis vllis ſubſcriberet, donec concilium frequens cogeretur, quod cogi decreuerat Imperator, & decreta intelligere. Quibus perlectis, Diogenes epiſcopus Cyzici memorat, Barſumam vnum ex numero eorum, qui conuenerant, Flauianum trucidaſſe. Eum enim clamaſſe, Occidito, & cum in libello inſertus non ſit, contra quam oportet in concilium intraſſe. Clamare omnes epiſcopi: Barſumas vniuerſam Syriam perdidit, induxitque contra nos mille monachos. Ac cum rogatum erat, vt qui conuenerant, deciſionem Concilii expectarent, monachi poſtularunt, vt libelli ab ipſis compoſiti legerentur.

C

Epiſcoporū acclamatio, probantiū decreta Concilii.

In quibus continebatur, vt Dioſcorus & epiſcopi, qui cum eo ſentirent, concilio intereſſent. Quo omnes ad vnum commoti, clamarunt: Anathema Dioſcoro, Dioſcorum Chriſtus abdicauit, iſtos foras eiicito: tolle è concilio contumeliam, tolle vim. Has impias voces Imperatori adime, tolle è concilio contumeliam, tolle dedecus. His reſtiterunt monachi, clamaruntque: Tolle contumeliam à monaſteriis.

Cum rurſus eadem concilium clamaſſet, fit ſermo, vt reliqui libelli legantur, qui aſſerunt Dioſcorum inique abdicatum, oportereque, fide ad diſcutiendum propoſita, eum concilii fieri participem: & niſi hoc fieret, ſe ſuorum veſtimentorum excuſſuros puluerem, & à communione epiſcoporum, qui ibi conuenerant, ſe ſeparaturos. Quæ cum dixiſſent, Aetius archidiaconus legit canonem de his, qui ſe ſeparant.

D

Rurſus cum monachi rogatis ſanctiſſimorum epiſcoporum, & Aetii etiam archidiaconi repugnarunt, & pars Concilii Neſtorio & Eutychi anathema edicerent, pars illud deprecarentur: habitum eſt colloquium à principibus, vt ſupplices libelli Fauſti, & reliquorum monachorum legerentur: qui quidem libelli petebant ab Imperatore, ne monachi, qui ante rectis dogmatis reſtitiſſent, deinceps reciperentur, propterea quod Dorotheus monachus Eutychem vocauerat orthodoxum. Contra quem varia Eutychis dogmata coram principibus agitabantur. Poſt quinto conuentu facto, principes iubent decreta de fide plana fieri: legitque Aſclepiades diaconus Conſtantinopolis deciſionem, quæ videbatur non eſſe in commentarios referenda. A qua nonnulli diſſederunt, alii aſſenſi ſunt eidem.

Libelli ſupplices Martiano oblati quid continuerint.

Cum autem clamores tollerentur contrarii, dixere principes, dixiſſe Dioſcorum, Flauianum ob hanc rem à ſe abdicatum, propterea quod duas affirmarat in Chriſto naturas, & deciſione contineri, eum ex duabus conſtare naturis. Tum Anatolius, Non, inquit, ob fidem abdicatus erat Dioſcorus: ſed quod Leonem à communione excluſerat, & ter vocatus ad concilium non venerat. Deinde principes epiſtolam Leonis in deciſione inſeri voluerunt. Cui cum epiſcopi contradicerent, affirmarentque aliam non debere fieri deciſionem (eam enim perfectam eſſe) referebantur iſta ad Imperatorem: qui iubet, vt ex epiſcopis Orientis ſex, tres ex Ponto, ex Aſia tres, ex Thracia tres, tres ex Illyrio, præſente vna Anatolio & epiſcopi Ro-

A

mani vicariis, in templo conuenirent, recteque de fidei rebus deciderent: vel vt ſinguli ſuam ipſius fidem declararent, vel certo ſcirent, Concilium in Occidente ea de re coactum fore. Cum autem ab illis rogatum eſſet, Dioſcoro ne aſſentirentur Chriſtum ex duabus eſſe naturis aſſerenti, an Leoni dicenti duas naturas in Chriſto eſſe? clamarunt, ſe & Leoni credere, & eos, qui ei contradicunt, habere pro Eutychianiſtis. Dixere tum principes, à Leone hoc adiungi, nempe duas in Chriſto coniunctas naturas, quæ nec conuerti, nec partiri nec confundi poſſunt: templumque diuæ Euphemiæ vna cum Anatolio & Vicariis Leonis, & Maximo epiſcopo Antiochiæ, & Iuuenali Hieroſolymorum epiſcopo, & Thalaſſio Cæſariæ Cappadociæ, & aliis præterea ingrediuntur. Quibus ingreſſis deciſio fidei legebatur, quæ ita ſe habet: Dominus noſter & Seruator Ieſus Chriſtus, & quæ ſequuntur: quæ ſupra in Hiſtoria à nobis poſita ſunt. Qua perlecta clamatum eſt: Iſta omnium patrum fides, epiſcopi primarii iam huic ſubſcribant: iſta Apoſtolorum fides, huius quaſi veſtigiis omnes inſiſtimus, omnes ita ſentimus. Tum principes: Ea, inquiunt, quæ ſunt decreta à patribus, quæque omnibus probata, ad diuinam Imperatoris celſitudinem referentur. In ſexto vero conuentu aderat Martianus Imperator, deque concordia ad epiſcopos orationem habuit: atque eius iuſſu deciſio fidei per Actium archidiaconũ Conſtantinopolitanũ lecta fuit, cui ſubſcripſere ad vnum omnes, ſciſcitatuſq; eſt Imperator, illa ne deciſio facta eſſet de omnium ſententia? Quod ita eſſe omnes ſecundis acclamationibus confirmarunt. Rurſus Imperator binas habuit apud eos conciones, quas omnes vehementer collaudabant. Atque Imperatoris hortatu canones ſanciti ſunt, iuſque metropolitanum Chalcedoni tributum, à quo etiam mandatum, vt epiſcopi ad triduum aut quatriduum manerent, & quod cuique viſum eſſet, illud coram principibus quiſque proponeret ad exquirendum, & vt quæ eſſent conſentanea conſtituerent. Quibus confectis, conuentus dimiſſus eſt. Alia præterea acta ſunt, alii conſtituti canones. Aliud item celebratum concilium à Iuuenale & Maximo: in quo decretum eſt, vt epiſcopus Antiochiæ vtranque Phœniciam & Arabiam ſuæ diœceſi ſubiectam haberet: epiſcopus autem Hieroſolymorum, tres Palæſtinas. Quod quidem colloquio à principibus & epiſcopis habito confirmatum fuit. In nono conuentu tractabatur cauſa Theodoriti, qui Neſtorium damnauit anathemate, hiſque verbis vſus eſt: Anathema Dioſcoro & ei qui negat ſanctam Mariam virginem Deiparam, quique vnum vnigenitum filium in duos filios diuidit. Ego, inquit, & fidei deciſioni, & Leonis epiſtolæ ſubſcripſi. Itaque facto inter omnes colloquio, ad propriam epiſcopatus ſedem reſtitutus eſt. In alio conuentu Ibæ cauſa fuit agitata, & legebantur iudicia, quæ Photius epiſcopus Tyri, & Euſtathius Beriti epiſcopus, de eo pronunciauerant: ſententia autem in poſterum diem dilata fuit. Vndecimo conuentu, cum multi epiſcopi ei ad ſacerdotium ſuffragati eſſent, certi epiſcopi teſtiterunt, dixeruntque accuſatores pro furibus eſſe, & ingredi debere. Legebantur etiam acta de eo promulgata. Fit præterea à principibus ſermo, vt acta Epheſini concilii de Iba legerentur, omniaque acta concilii ſecundi Epheſini irrita fierent, creatione Maximi epiſcopi Antiochiæ ſola excepta: orabantque de ea re Imperatorem, vt nihil eorum, quæ poſt primum concilium Epheſinum, cui præſidebat ſanctus Cyrillus Alexandriæ pontifex, ratum fieret: iudicatumque eſt, vt Maximus epiſcopatum retineret. In altero conuentu, cauſa Baſiani epiſcopi Epheſi examinata fuit, & decretum, vt Baſianus de eo dignitatis gradu dimoueretur, inque eius locum ſufficeretur Stephanus. Altero conuentu facto, iſta ſtabilita fuere. Conuentu decimo tertio, cauſa Eunomii epiſcopi Nicomediæ, & Anaſtaſii epiſcopi Nicææ diſquiſita fuit, qui inter ſe de ſuis ipſorum ciuitatibus contenderunt. Decimo quarto conuentu, cauſa Baſiani fuit excuſſa. Ad extremum decretum fuit, vt epiſcopalis ſedes Conſtantinopolitana, proximum locum poſt Romanum obtineret.

Fidei deciſio qualis. Cap. 4 huius libri, eademque & approbata.

B

Sexta Seſſio. Martianus conatus in conciliandis epiſcopis.

Concilium de finibus Diœceſeõ.

C

Nona Seſſio. Theodoritus reſtituitur.

Decima Seſſio.

Ibæ cauſa agitata.

Vndecima Seſſio.

Acta concilii Epheſini primi abrogata.

D

Duodecima Seſſio. Eiecto Baſiano reſtituitur Stephanus. Seſſio 13. Seſſio 14.

Decretum de primatu ſedis Romanæ.

FINIS SECVNDI LIBRI.

E

EVAGRII SCHOLASTICI, HISTORIÆ ECCLESIASTICAE LIBER TERTIVS.

De Zenonis Imperio & vita.

CAP. I.

Zenonis libido. Vide Niceph. ca. 1. lib. 16. Bar. anno 474. n. 6. &c.

ZENO poſteaquam Imperii clauum filio ſuo mortuo obtinuit, perinde ac ſi perſuaſum ſibi haberet, ſe minime totius orbis terræ dominatu poſſe potiri, niſi omne voluptatum genus, quod forte occurreret, licenter & effuſe conſectaretur: in initio ita libidinum illecebris ſe totum dedidit, vt à nulla turpitudine & nefario flagitio ſe contineret, ſed ſic in illis volutaretur, vti eadem iſta in tenebris & in occulto admittere, abiecti & puſilli animi putaret: palam autem atque in oculis omnium, regale quiddam eſſe, & ſolo Imperatore dignum. In qua re peruerſo & plane ſeruili iudicio vſus eſt: quippe Imperator non ex eo, quod aliis imperat, ſpectari debet, ſed ex eo, quod ſeipſum ita regere ac moderari poteſt, vti nullum abſurdum voluptatis genus ſinat in animum irrepere, ſed ita inuictum ſe ab intemperantia præſtet, vt vita eius ſit tanquam imago virtutis, quam & imitentur ſubiecti eius, & ad virtutem erudiantur. At iſte ſe expoſuit voluptatum blanditiis, pedetentimque in tam turpem ſeruitutem redactus fuit, vt inde nullo modo redimi poſſet: quippe qui dominos perſæpe mutarit, non aliter atque ſerui inutiles ac perditi, quibus voluptates innumerabiles velut dominæ præficiuntur: quæ quidem continenter titillant animum, & crebræ alia aliam ſequuntur, quandoquidem voluptati, quæ iam quaſi in manibus eſt, nullus terminatur modus: ſed ex ea quidem alia atque alia vſque eo incenditur, ortumque habet, quoad aliquis vel ita ſibi imperare aggrediatur, vti totum voluptatum imperium abs ſe penitus repellat, deque cætero regno potiatur ille ipſe, vel earum tyrannide oppreſſus ad extremum vſque ſpiritum illis inſeruiens, tandem ad inferos miſer detrudatur.

F

Imperator quomodo ſe gerere debeat.

Voluptatis nullus modus.

G

De Barbarorum tum in Oriente, tum in Occidente incurſionibus.

CAP. II.

AD hunc modum Zeno in initio Imperii ſui vitam inſtituit. Illius autem ſubiecti tam qui Orientem, quam qui Occidentem incolebant, grauibus afficiebantur incommodis: quippe Barbari, qui Scenitæ vocantur, loca omnia populati ſunt, multitudoque Hunnorum, qui olim vocabantur Maſſagetæ, in Thraciam incurſionem fecit: quinetiam traiecit Danubium, prohibente nemine. Zeno vero reliquis etiam Imperii partibus per vim barbaro quodam more ac modo ſpoliatus fuit.

Vide Niceph. ca. 1. lib. 16. Zenonis ſubiecti grauibus incommodis affecti. Vide Plin. lib. 6. c. 28.

H

De tyrannide Baſiliſci, & Zenonis fuga.

CAP. III.

ISTE Zeno, cum Baſiliſcus Berinæ frater contra eum arma ferre pararet (erat enim ſuis ideo odioſus, quod omnes ex æquo flagitioſiſſimam eius vitam deteſtabantur: quandoquidem nulla in eo animi magnitudo elucebat, ſed ignauia & deſperata nequitia, quæ fractam illius & enectam à voluptate ſocordiam ſatis indicauit) animo demiſſo fugam capeſſit, auguſto Imperii honore ſine vllo negotio Baſiliſco relicto. Atque vna cum coniuge Ariadna, quam ſecum habebat, quæque fugerat à matre, & ſi quis alius erat, in quo quicquam erga eum reſidebat beneuolentiæ, in Iſauria, quæ illum ante educauerat,

Vide Niceph. ca. 2. lib. 16. Bar. anno 476. n. 29. & ſeqq. Baſiliſcus contra Zenonem arma parat. Zenonis fuga.

A

obſeſſus eſt. Hoc modo igitur Baſiliſcus Imperii Romani nactus gubernacula, Marcum filium Cæſarem renunciauit: rationemque imperandi tum Zenoni, tum Imperatoribus, qui ante regnauerant, omnino contrariam ſecutus eſt.

* Baſiliſcus Imperio occupato Marcum Cæſarem deſignat.

Quod Baſiliſcus, Timotheo Æluro reuocato, ab eo perſuaſus, circulares quaqua verſum literas ad condemnandum Chalcedonenſe Concilium emiſit.

Cap. IV.

Vide Niceph. ca. 3. lib. 10. Baronio 470. n. 30. & ſeqq. Baſiliſcus Timotheũ ab exilio reuocat.

ISte Baſiliſcus, rogatu quorundam Alexandria ad ipſum miſſorum, Timotheum ab exilio, in quo decem & octo annos ætatem degerat, reuocauit, Acacio id temporis epiſcopatum Conſtantinopolis gerente. Timotheus igitur cum veniſſet Conſtantinopolim, ſuadet Baſiliſco, vt literas generatim ad omnes vbique ſacerdotes ſcribat, & tum acta Concilii Chalcedonenſis, tum Leonis de fide deciſionem anathemate damnet: quæ literæ ſcriptæ fuere in hunc modum.

B

Epiſtola Baſiliſci aduerſus acta Concilii Chalcedonenſ.

*Imperator Cæſar. Baſiliſcus, Pius, Victor, Triumphator, Max. ſemper Auguſtus: & Marcus Cæſar illuſtriſſ. Timotheo reuerendiſſ. & ſanctiſſ. nobilis ciuitatis Alexandriæ archiepiſcopo S. Leges pro defenſione ſynceræ, & Apoſtolicæ fidei à ſanctiſſimis Imperatoribus, qui nos ſunt antegreſſi, quique beatam, æternam & vitæ parentem Trinitatem rite coluerunt, ſancitas, vtpote, quæ vniuerſo mundo ſemper ſalutares fuerint, nullo tempore antiquari, imo vero eas vt noſtras ac proprias diuulgari volumus. Nam & pietatem & ſingularem amorem erga Deum & Seruatorem noſtrum Ieſum, qui nos tum fabricauit, tum ad gloriam extulit, vniuerſo illi ſtudio, quod in rebus humanis poni ſolet, præponimus, proque certo credimus, firmam Chriſti gregis in charitate colligationem cum ſaluti nobis ipſis ſubiectiſque omnibus, tum fundamentum, quod nequit frangi, atque adeo murum, qui expugnari non poteſt, noſtro Imperio eſſe. Itaque diuina mentis impulſione commoti, concordem ſanctæ eccleſiæ conſenſum non ſine cauſa velut primitias Imperii noſtri Deo & Seruatori noſtro Ieſu Chriſto offerre animo inſtituentes, baſim & firmamentum vitæ beatæ, quæ hominibus tribuitur, ſymbolum videlicet trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum Nicææ olim Spiritus ſancti inſtinctu in vnum congregatorum (in quod quidem cum nos, tum omnes maiores noſtri credentes baptizati ſunt) decernimus, vt ſolum in omnibus ſanctiſſimis Dei eccleſiis à populo orthodoxo ſeruetur cuſtodiaturque: quippe in quo vno ſyncera fides vere & abunde ſatis, cum ad errorem quemque tollendum, tum ad concordiam ſanctarum Dei eccleſiarum ſtabiliendam definita ſit: quinetiam acta, quæ ad illius ſymboli confirmationem edita ſunt, ſatis reuera ad eam rem habent in ſe virium & firmitatis. Porro ſanctum ſymbolum à centum quinquaginta ſanctis Patribus in hac vrbe Conſtantinopoli, contra eos, qui blaſphemias aduerſus Spiritum ſanctum locuti ſunt, compoſitum, ratum facimus. Itemque acta concilii Epheſini contra impium Neſtorium, & eos, qui poſt eadem cum illo ſentiebant, edita confirmamus. At ea, quæ conſenſum & ordinem ſanctarum Dei eccleſiarum, & pacem totius orbis terræ diſturbant, nempe Leonis de fide deciſionem, & omnia, quæ in Concilio Chalcedonenſi de fide definienda, de expoſitione ſymboli, interpretatione, *doctrina aut diſceptatione eiuſdem dicta actave, quo noua fides contra ſanctum illud ſymbolum à trecentis decem & octo epiſcopis compoſitum (de quo iam diximus) introducatur: ſtatuimus decernimuſque, vt tum hic, tum in ſingulis aliis paſſim eccleſiis à ſanctiſſimis vbique epiſcopis anathemati addicantur, & vbicunque locorum forte reperta fuerint, igni tradantur comburenda (quandoquidem Imperatores piæ ac beatæ memoriæ Conſtantius & Theodoſius Iunior, qui ante noſtram ætatem vixerunt, eodem modo de *omnibus hæreticorum dogmatis decreuere) atque ita abrogata, ex vna ſolaque Catholica, Apoſtolica & orthodoxa eccleſia prorſus eiiciantur: vtpote, quæ tum ſalutaria illa trecentorum decem & octo ſanctorum decreta, quæ perpetuo rata eſſe debent, tum ea, quæ beati patres Spiritus ſancti impulſu in concilio Epheſino ſanciuerunt; penitus tollant.*

C

Approbatio fidei Nicenæ.

D

E

*Denique ne cuiquam vel ſacerdoti vel laico integrum ſit diuiniſſimam illam ſancti ſymboli legem violare, ſed vt vna cum omnibus nouis ſanctionibus in Concilio Chalcedonenſi editis etiam hæreſis eorum, qui non confitentur filium Dei vnigenitum ex Spiritu ſancto, & ſancta Maria ſemper virgine, & Deipara vere incarnatum, hominemque factum, ſed carnem eius aut è cælo delapſam, aut viſo quodam & ſpeciei figura tam monſtroſe confingunt: & omnis omnino error, & ſi quid aliud aliquo in tempore, aliquo modo locove in toto mundo nouandarum rerum ſtudio vel cogitatum vel verbis expreſſum ad diuinum hoc ſymbolum euertendum fuerit, funditus profligetur. At quoniam Imperatoris eſt ſedulo proſpicere, vt ſubiectis non in præſentia ſolum, ſed etiam in poſterum futura tranquillaque vita prouido eius conſilio ſuppeditetur: decernimus, vt ſanctiſſimi vbique epiſcopi his diuinis noſtris literis generatim ſcriptis ad omnes, palamque diuulgatis ſubſcribant, quo declarent perſpicue, ſe in ſolo diuino trecentorum decem & octo ſanctorum patrum ſymbolo velle inſiſtere, quod etiam centum & quinquaginta ſancti patres confirmarunt: idemque poſt ab orthodoxis ac ſanctis patribus, qui Epheſi vrbis primaria conuenerunt, definite ſtabilitum: viſumque ſolum illud trecentorum decem & octo ſanctorum patrum ſymbolum velut ratam fidei deciſionem ſequendum, anathemaque indicendo actis Concilii Chalcedonenſis, quæ populo orthodoxo offenſioni eſſe poſſunt, eaque eccleſiis penitus eiiciant, vtpote à quibus cum totus orbis terrarum conturbetur, tum noſtra impediatur felicitas. eos autem, qui poſt has noſtras diuinas literas acceptas, quas, vti credimus, Dei nutu diuulgari curauimus, quo concordia, quæ omnibus optabilis eſt, in ſanctis Dei eccleſiis ſtabiliatur, aliquando aggredientur vel proferre, vel nominare ſiue diſputando, ſeu docendo, ſeu ſcriptis vllo tempore, modo aut loco nouam illam deciſionem in Concilio Chalcedonenſi contra fidem promulgatam, velut tumultus, & perturbationis ſanctis Dei eccleſiis, & omnibus, qui noſtro parent Imperio, authores: Deo præterea & noſtræ ſaluti aduerſarios, iubemus, idque ſecundum leges iam ante noſtram ætatem ab Imperatore beatæ & diuinæ memoriæ Theodoſio, contra talem & tam peruerſam amentiam conditas, hiſque noſtris diuinis literis generatim ad omnes ſcriptis ſubiunctas, ſi epiſcopi fuerint aut clerici, dignitatis ſuæ & miniſterii gradu abdicari: ſin monachi aut laici, exilio, omnium bonorum publicatione & aliis grauiſſimis ſuppliciis mulctari. Enimvero ſancta, conſubſtantialis, procreatrix omnium & vitæ parens trinitas tali à nobis obſeruantia honorata, iam non ſolum propter zizania, quæ modo commemorauimus, per nos radicitus extirpata: ſed etiam propter rectas & Apoſtolicas ſancti ſymboli traditiones à nobis ſtabilitas propitia & clemens animis noſtris, omnibuſque noſtris ſubiectis futura eſt, ſemper vna nobiſcum *adminiſtratura Imperium, rebus denique humanis ſtatum pacatum & quietum allatura.*

Imperatorum officiũ.

F

Concordia omnibus optabilis.

G

De iis, qui circularibus Baſiliſci literis aſſenſi concilium reiecerunt.

Cap. V.

Timotheus Vide Niceph. ca. 14. l. 16. Bar. anno 476. n. 40. & ſeqq.

HIs literis à Zenone generatim ad omnes ſcriptis, Timotheus, qui modo, vti dixi, ab exilio reuerterat, vti à Zacharia rhetore literis proditum eſt, aſſenſit. Idem fecit Petrus antiſtes Antiochiæ, cognomento Cnapheus, qui erat tum Conſtantinopoli vna cum Timotheo. His rebus ita conſtitutis, Paulus ad ſedem archiepiſcopatus Epheſiani capeſſendum deligitur. Fertur Anaſtaſium quoque, qui poſt Iuuenalem antiſtes Hieroſolymorum fuit, illis Baſiliſci literis ſcriptis ad omnes generatim, ſubſcripſiſſe: alioſque præterea complures circiter quingentos numero idem præſtitiſſe, qui Leonis deciſionem & concilium Chalcedonenſe abrogarunt. *Quinetiam extat ſupplex libellus ab epiſcopis Aſiæ, qui Epheſi conuenerunt, ad Baſiliſcum ſcriptus: *ex quo nonnulla ſumpſimus, quæ ſunt hoc loco à nobis poſita: Sanctiſſimis Chriſtique amantiſſimis, dominis noſtris Baſiliſco & Marco Victoribus, ſemper Auguſtis S. Et aliis*

H

* Deciſionem Leonis Papæ & acta Concilii Chalcedonenſis Zeno damnat.

* Conſtantius & Theodoſius quid de omnibus hæreticorum dogmatis decreuerint.

* Baſiliſci Imper. literis aſſenſit itemque alii complures.

* Fragmentum ſupplicis libelli epiſcoporum quorundam ad Baſiliſcum.

A

interiectis adiungit iſta: Omnino ò ſanctiſſimi & Chriſto dediciſſ. Imperatores, vna cum fide, quæ & iniuſta eſt, & variis modis impugnata, vos impugnari declaraſtis. Ac paulo poſt: Terribilis quædam expectatio iudicii, diuinæ iræ flamma, & iuſta veſtræ clementiæ indignatio cœleſtigro aduerſarios occupauit, qui & præpotentem Deum & veſtrum Imperium vera fide roboratum arroganter inuadere impugnareque moliuntur: quique non modo non ceſſant noſtram tenuitatem variis incommodis afficere, verum ſemper nos calumniari, falſa crimina contra nos confingere ſtudent, nimirum veſtris diuinis & Apoſtolicis literis generatim ſcriptis ad omnes, nos non niſi vi ac neceſſitate compulſos ſubſcripſiſſe: quibus certe nos libentibus animis & propenſa voluntate ſubſcripſimus. Ac rurſus infra paulo: *Nolite alia decreta contra literas veſtras generatim ſcriptas decernere, pro certo, vti diximus, perſuaſi, mundum, ſi id feceritis, ſeditionibus euerſum eri. & mala à Concilio Chalcedonenſi orta (ob quæ quidem infinitæ cædes factæ, ſanguiſque orthodoxorum iniuſte & inique fuſus eſt) exigua admodum videri.* Poſtea etiam addit: *Conteſtamur coram Seruatore noſtro Ieſu Chriſto, noſtrum cultum erga Deum & pietatem liberam eſſe: oramuſque vt cum alii tum præcipue epiſcopus Conſtantinopolis, qui inique multis in rebus ſuo officio functus deprehenditur, iuſte, Canonico & Eccleſiaſtico iudicio condemnetur, abdicetur-*

B

que epiſcopatus gradu. Zacharias porro iſta quoque ſcribit ad hunc modum: *Literis Imperatoris, quas ſcripſit generatim ad omnes, diuulgatis, monachi, qui Conſtantinopoli peruerſo errore Eutychis infecti erant, eati, ſe, cum Timotheum & literas Imperatoris nacti fuiſſent, ſubſidia ad hæreſim ſuam tuendam inueniſſe, ſperanteſq; ſe iam ſuum inſtitutum commode poſſe perſequi: propere ad Timotheum ſe conferunt, ac cum à Timotheo, qui Dei verbum ſecundum carnem nobis conſubſtantiale, patri autem conſubſtantiale ſecundum diuinitatem oſtendit, eſſent refutati, domum euerterunt.*

Zacharias rhetor Monachi item accedunt ſententiæ Imp.

Quod Ælurus Timotheus Alexandrino epiſcopatu recuperato, patriarchatus ius eccleſiæ Epheſinæ reddens, Chalcedonenſe Concilium anathemate percellebat.

Cap. VI.

C

Vide Niceph. ca. 3. lib 16. Baron. eiſdem

Timotheus Paulum epiſcopum in ſede epiſcopali collocat.

IDem ſcriptor narrat, Timotheum Conſtantinopoli egreſſum perrexiſſe Epheſum, Paulumque illius vrbis pontificem (qui quidem iam dudum ab epiſcopis prouinciæ, ſicut vetus eccleſiæ conſuetudo poſtulat, creatus fuerat, ſede tamen poſt exciderat) in ſede epiſcopali collocaſſe. Reddidit præterea idem Timotheus eccleſiæ Epheſianæ ius patriarchatus, quod Concilium Chalcedonenſe, vt ante demonſtratum eſt, ei ademerat. Inde tandem ſoluit, petitque Aleſandriam: ibi ab omnibus, qui ad eum accedebant, poſtulauit, vt Concilio Chalcedonenſi anathema denunciarent. Reſilierunt ab eo, ſicut à Zacharia traditum eſt, cum alii complures ſuæ factionis, tum Theodotus, vnus ex eorum numero, qui Ioppe à Theodoſio, epiſcopo tum à quibuſdam deſignato Hieroſolymorum, cum Iuuenali Conſtantinopolim confugerat.

* Timotheus eccleſiæ Epheſianæ patriarchatus ius reddit.
* Zacharias rhetor

D

Quod monachis Acacii ſuaſu motum concitantibus, Baſiliſcus timens ſibi, circulares literas ſuperioribus contrarias, in omnes partes emiſit.

Cap. VII.

Vide Niceph. ca. 6. 7. l. 16. Bar. anno 476. n. 62.

Acacius contra Baſiliſcum tumultum concitat.

EST porro apud eundem ſcriptorem, Acacium antiſtitem Conſtantinopolitanum iis de rebus circuiſſe, monachoſque & populum Conſtantinopolis contra Baſiliſcum, vtpote hæreticum, concitaſſe, illumque denegaſſe literas generatim ſcriptas ad omnes, atque adeo decreuiſſe, vt ea quæ tam temere & quaſi repentino impetu facta fuiſſent, penitus abrogarentur: effeciſſeque, vt contrariæ literæ ab eodem Imperatore, quæ Concilium Chalcedonenſe approbabant, paſſim ad omnes mitterentur.

E

Zacharias non ex fide ſed ex affectu hiſtoriã ſcripſit.

Baſiliſci litera ſuperioribus contraria.

Has autem literas, quas ait contrarias alteris fuiſſe, Zacharias, qui quandam animi affectionem ſecutus, totam illam conſcripſit hiſtoriam, miſſas fecit. Quæ quidem literæ ita ſe habent: *Contraria litera Imperatoris Baſiliſci Imperatores ac Cæſares Baſiliſcus & Marcus: Apoſtolicam & orthodoxam fidem ab initio in eccleſiis conſeruatam & ad noſtrum vſque continuatam Imperium, & nobis iam regnantibus cuſtoditam, & in perpetuum cuſtodiendam, in qua baptizati ſumus, & credimus, ſolam integram firmamque retinendam, retinendamque in omnibus catholicis & Apoſtolicis orthodoxorum eccleſiis perpetuo continuandam decernimus, nullamque præterea quærendam eſſe. Quam ob cauſam literas, nobis imperantibus, ſeu generatim ad omnes ſcriptas, ſeu alias vel ſi quid præterea fidei & eccleſiaſticæ conſtitutionis gratia à nobis editum ſit, mandamus irrita fieri, abrogarique: atque tum Neſtorio & Eutychi, tum omnibus qui ſunt eiuſdem cum illis opinionis, tum omni denique hæreſi anathema denunciari, & nec concilium cogi, nec inquiſitionem fieri de fide: ſed ea quæ de ea decreta ſunt, rata ſtabiliaque manere: quin etiam prouincias, quarum epiſcoporum creatio penes ſedem huius regiæ & illuſtris ciuitatis eſt, reuerendiſſimo & ſanctiſſimo patriarchæ & epiſcopo Acacio reſtitui: atque epiſcopos qui illis iam*

F

præſunt prouinciis, proprias nihilominus ſedes tenere, ſic vt poſt iſtorum mortem nullum præiudicium contra ordinationis ius, quod ad ſanctam ſedem huius regiæ & eximiæ vrbis pertinet, ex ea re fiat. Denique quod hoc diuinum noſtrum decretum vim habeat diuini edicti, nemini dubium aut obſcurum eſſe volumus. Iſtæ res iſto modo fuere confectæ.

De reditu Zenonis.

Cap. VIII.

Vide Niceph. ca. 8. lib 16. Bar. anno 477. n. 4.

Zeno aduerſus Conſtantinopolim exercitum.

ZEno vero per viſionem, vt fertur, conſpicatus ſanctam, ſtrenuam & eximiam martyrem Theclam non ipſum ſolum impellentem, verum etiam Imperii pollicentem reſtitutionem, verſus Conſtantinopolim exercitum ducit. Atque viris qui illum obſidebant muneribus inductis, Baſiliſcum, cum iam biennio regnauerat, Imperio exturbat, & ad ſacri templi adyta confugientem, hoſtibus auferendum tradit. Quam ob cauſam Zeno egregiæ martyri Theclæ ampliſſimum templum, ſplendore & pulchritudine eximium, Seleuciæ vrbis Iſauriæ dedicauit, pluribuſque ac plane regalibus monumentis, quæ ad noſtram vſque ætatem ſeruata ſunt, exornauit. Baſiliſcus autem mittitur in Cappadociam mortem oppetiturus. Vbi in diuerſorio nomine Aconſo vna cum vxore & liberis trucidatur. Zeno autem legem ſancit, qua decreta Baſiliſci tyranni in literis generatim ad omnes perſcriptis comprehenſa, abrogata fuere: & Petrus cognomine Cnapheus eccleſia Antiochena, & Paulus Epheſiana expellitur.

G

Theclæ viſio Zenonẽ ad Imperium recuperandum animat Baſiliſci gratia.

* Zenonis decreto acta Baſiliſci reſciſſa.

Quod vita functo Baſiliſco, epiſcopi Aſiæ, dum Acacium placare ſtudent quod Chalcedonenſe Concilium damnaſſent, pœnitentiæ libellum exhibuerunt.

Cap. IX.

H

Vide Niceph. ca. 9. lib. 16. Bar. anno 477. n. 11.

Aſianorum epiſcoporũ pœnitentia de reprobato Concilio Chalcedonenſi.

Aſianorum epiſcoporũ ad Acaciũ ſupplex libellus.

EPiſcopi Aſiæ, quo Acacium placarent, deprecari culpam, veniamque petere cœperunt: mittunt quoque ad eum pœnitentiæ libellos, quibus aſſerebant ſe non ſua ſponte, ſed vi ac neceſſitate coactos literis Baſiliſci generatim ad omnes datis ſubſcripſiſſe: atque adeo iureiurando confirmant rem ita reuera ſe habere, ſeque non aliter, quam Concilium Chalcedonenſe vel credidiſſe, vel credere. Libelli autem hanc habent ſententiam. Epiſtola, ſiue ſupplex libellus ab epiſcopis Aſiæ ad Acacium epiſcopum Conſtantinopolitanum miſſus. Acacio ſanctiſſimo religioſiſſimoque eccleſiæ Conſtantinopolis, quæ Roma noua dicitur, Patriarchæ S. Et poſtea: Venit ad vos, vti par eſt, qui noſtrum locum ſuppleat. Ac paulo infra: Per iſtos libellos agnoſcimus, nos non noſtra voluntate, ſed neceſſitate adductos literis ſubſcripſiſſe Baſiliſci: eiſdemque non animo, ſed verbis dun-

taxat

A taxat conſenſiſſe. Nam Dei opt. max. aſpirante numine, cui noſtræ preces gratæ acceptæque ſunt, credimus non aliter quam à trecentis illis decem & octo orbis terræ luminibus, & centum quinquaginta ſanctis patribus accepimus. Credimus præterea actis, quæ à ſanctis patribus Chalcedoni coactis ſancte ſyncereque decreta ſunt. Quod autem ad ea attinet, quæ Zacharias rhetor de iis epiſcopis tradidit, ſiue ipſe falſo eos criminatus eſt, ſiue illi ipſi mentiti ſunt, ſe inuitos literis Baſiliſci ſubſcripſiſſe, non poſſum pro certo affirmare.

Confeſſio epiſcoporũ Aſianorum.

De iis qui Antiochiæ epiſcopatu fungebantur.

CAP. X.

PEtro eccleſia Antiochena exturbato, Stephanus illius ſedem capeſſit: quem Antiocheni calamis, ad ſimilitudinem haſtarum præacutis, vti ſcribit Ioannes rhetor, confecerunt. Quo extincto, Calandio illius ſedis clauum ſuſcipit: qui omnes qui ipſum adibant induxit, vt tum Timotheo, tum literis Baſiliſci generatim ad omnes ſcriptis anathema inducerent.

Vide Niceph. ca. 10. l. 16. Bar. anno 482. n. 1. & ſeq. Stephani e piſcopi interitus tragicus.

B

Quod Imperator Zeno cum Ælurum perſequi conſtituiſſet, illi ob ingraueſcentem ætatem pepercit: qui cum è viuis exceſſiſſet, Petrus Mongus epiſcopus Alexandrinus creatus eſt: ſed Timotheus, qui Proterium in epiſcopatu ſequebatur, pulſo ille, ſedem eius Imperatoris mandato capeſſit.

CAP. XI.

ZENO autem, quanquam habebat in animo Timotheum Alexandria expellere: tamen, cum à quibuſdam iam certior factus eſſet, eum admodum ſenem eſſe, & quam primum commune vniuerſæ carnis domicilium ſubiturum, deſtitit de ſententia. Timotheus vero non multo poſt commune naturæ debitum perſoluit. Quo mortuo, epiſcopi Alexandrini Petrum cognomento Mongum ſua ipſorum authoritate ſibi epiſcopum diligunt. Quod Zenonem, vbi ad aures eius peruenit, vehementer conturbauit. Itaque Petrum mulctauit morte: Timotheum autem qui Proterio ſucceſſerat, qui, cum propter quandam populi ſeditionem ætatem degebat in Canobo, accerſit. ſic Timotheus Imperatoris iuſſu ſuam epiſcopalem ſedem denuo obtinet.

Vide Niceph. ca. 11. l. 16. Bar. anno 477. nu. 16. vbi Euagrium de ſide Timothei male ſenſiſſe, conuincit, re-fellit.

C

* Timotheum cur Zeno Alexandria pellere deſtiterit. Timotheo Petrus Mongus. Petro Timotheus Alexandriæ ſucceſſit.

De Ioanne, cui poſt mortem Timothei eccleſia Alexandrina gubernacula obtigerunt, vtque illum Zeno tanquam peierantem abigens, Petrum Mongum eccleſiæ Alexandrinæ præficit.

CAP. XII.

IOannes presbyter, cui auguſti templi diui Ioannis Baptiſtæ & præcurſoris Domini adminiſtratio commiſſa fuit, quorundam impulſus conſilio Conſtantinopolim venit, Imperatorem precaturus, vt ſi forte epiſcopus Alexandriæ migraret è vita, ſibi liceret antiſtitem, quem vellet, ciuibus illius ciuitatis nominare: qui quidem, vt Zacharias memorat, epiſcopatum pro ſe ambire ab Imperatore deprehenſus eſt: & cum ſe iureiurando obſtrinxiſſet, ſe nunquam ſedem epiſcopalem Alexandrinam petiturum, domum reuertitur. Quapropter Zeno eum poſt mortem Timothei epiſcopum creandum decreuit, quem clerus & laicorum multitudo deligerent. Non longo tempore poſt, mortuo Timotheo, Ioannes data pecuniæ ſumma, quemadmodum ab eodem Zacharia traditum eſt, & iureiurando, quod Imperatori dederat, neglecto, Alexandrinorum deligitur epiſcopus. Qua re cognita, Imperator illum Alexandria exigendum mandat: atque quorundam impulſu epiſtolam ſcribit Alexandrinis, quam ἑνωτικὸν vocauit, id eſt, de concordia: decreuitque, vt Petro ſedes epiſcopalis Alexandrina redderetur, modo epiſtolæ illi ſubſcriberet, & eos qui Proterianæ factionis erant, in communionem reciperet.

Vide Niceph. c. 12. li. 16 Bar. anno 478. n. 12. & 19 vbi Zachar. notat.

D

Ioannes epiſcopatum ambit.

Ioannes Alexandrinorum epiſcopus deligitur data pecunia. Ioanni exauthorato Petrus Mongus ſufficitur.

Quod Petrus Mongus Zenonis henoticum, hoc eſt, conciliatricem epiſtolam recipit, & iis qui à Proterii partibus ſteterant, coniungitur.

CAP. XIII.

HVius rei adminiſtrationem Pergamius præfectus Ægypti iam deſignatus, de ſententia Acacii epiſcopi Conſtantinopolis, ſuſcepit: qui cum Alexandriam appuliſſet, comperiſſetque Ioannem aufugiſſe, venit cum Petro in colloquium: ſuadet, vt epiſtolam Zenonis Alexandrinis dedicatam, & eos etiam qui ab ipſo diſſentiunt, admittat. Itaque Petrus epiſtolam, quam dixi, recipit, eique ſubſcribit: pollicetur que ſe eos qui partes aduerſarias ſequebantur, admiſſurum. Poſtea ergo cum celebris conuentus Alexandriæ ab vniuerſo populo ageretur, & ad vnum omnes epiſtolam Zenonis de concordia admitterent, Petrus quoque eos qui ſtabant à Proterio, recipit: & concione apud populum in eccleſia habita, epiſtolam Zenonis de concordia legit.

De Henotico quod vocant Zenonis, hoc eſt, conciliatrice eius epiſtola.

CAP. XIV.

ZENO IMPERATOR, CÆSAR, PIVS, VICTOR, TRIVMPHATOR, MAX. SEMPER AVGVSTVS, Reuerendiſſ. Alexandriæ, Ægypti, Libyæ & Pentapolis epiſcopis, clericis, monachis, & laicis S.

QVemiam pro certo ſcimus, Imperium noſtrum à ſyncera ſolum & vera fide tum initium habuiſſe, tum ſtabilitum eſſe, tum robur ac præſidium, quod expugnari nequit, ex ea ſumpſiſſe (quam quidem fidem diuini numinis inſtinctu trecenti decem & octo ſancti patres Nicææ congregati expoſuerunt, quamque etiam confirmarunt centum & quinquaginta ſancti patres Conſtantinopoli coacti) noctes dieſque non precibus ſolum, ſed ſtudio omni & legibus ſancitis laborauimus, vt ea in ſancta, Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia, quæ vbique terrarum eſt, quæque immortalis & ſempiterna noſtri principatus quaſi parens eſt, plene perfecteque expleatur: piuſque Dei populus in pace & diuina concordia perſeuerans, gratas acceptaſque precationes vna cum ſanctiſſimis epiſcopis & clero pietatis deditiſſimo, & monaſteriorum præpoſitis & monachis, Deo pro noſtri imperii conſeruatione efferat. Nam ſi præpotens Deus & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, qui ex ſancta virgine Maria Deipara carnem ſumpſit & natus eſt, noſtras conſentientes laudes & cultum quem ei tribuimus, approbet, lubenſque & quaſi parato animo excipiat: non modo omnia aduerſariorum genera, fracta debilitataque concident, verum etiam alii omnes mortales ſuam ipſorum ceruicem iugo noſtri Imperii, proxime ac ſecundum Deum ſponte ſubiicient: & pax eiuſque commoda, æquabilis aeris temperatio, fructuum cuiuſque generis abundantia, aliaque omnia quæ ſunt ad humana vita vſum accommodata, affatim ſuppeditabuntur. Iam igitur cum conſtet inter omnes, nos Imperiumque Romanum ſyncera fidei ſubſidio conſeruari, afferuntur nobis libelli ſupplices à piis monaſteriorum præfectis heremitis, & aliis reuerendiſſimis viris, qui nos vehementer obteſtantur, vt ſanctiſſimis Eccleſiis reſtituatur concordia, membraque membris coniungantur, quæ hoſtis probitatis dæmon iam longiſſimo temporis ſpatio dirimere pro virili laborauit: pro certo perſuaſus, ſi corpus Eccleſiæ concordia vinculis firme cohærens impugnaret, ſe ſuperatum iri. Nam quia membra Eccleſiæ non coaleſcebant, factum eſt, vt infinita hominum multitudines, quas temporis longinquitas tot annorũ curriculis ex hac vita exemerit, partim baptiſmatis lauacro carentes morte obierint, partim diuinæ cõmunionis minime facta par-*

A *ticipes, ex corporis cuſtodia (quod nemo homo vitare poteſt) emigrarint: qui etiam cædes ferè infinita inde facta, & non terra modo, verumetiam aër copioſa ſanguinis effuſione inquinata. Quotuſquiſque ergo eſt, qui non optarit iſta corrigi, adque ſtatum reduci meliorem? Quocirca dedimus operam, vt vos intelligatis cum nos, tum omnes vbique Eccleſias non aliud ſymbolum, vel doctrinam, vel deciſionem fidei, vel fidem, quam ſanctum ſymbolum, de quo diximus, trecentorum decem & octo epiſcoporum, quod centum quinquaginta patres, quos ſupra commemorauimus, confirmarunt, aut habuiſſe, aut habere, aut habituros eſſe, aut ſcire alios habere. Quod ſi quiſquam aliud habeat, eum alienum ab Eccleſia exiſtimamus. Nam hoc ſolo noſtrum Imperium, vt decuimus, conſeruari confidimus, idemque ipſum populi amplexati, ſalutari Spiritus ſancti illuſtrantur lumine, ſacroque Baptiſmatis lauacro tinguntur: eidem quoque aſſenſi ſunt ſancti patres in concilio Epheſino congregati, qui impium Neſtorium & eius erroris fautores miniſterio Eccleſiaſtico abdicarunt. Cui etiam vna cum Eutyche) vterque enim fidei decretis, quæ diximus, repugnat) anathema denunciamus, approbamuſque ea quæ duodecim capita dicuntur Cyrilli piæ memoriæ*

B *ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ archiepiſcopi. Nam confitemur, vnigenitum Dei filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verè incarnatum eſſe, conſubſtantialem Patri ſecundum diuinitatem: ſecundum humanitatem nobis conſubſtantialem: deſcendiſſe de cælo: carnem ſuſcepiſſe à Spiritu ſancto & Maria virgine Deipara: vnum eſſe, non duo. Vnius enim eſſe dicimus & miracula quæ edidit, & paſſiones quas in carne ſuſtinuit. Eos autem qui eum diuidunt, aut naturas eius confundunt, aut carnem ſuſcepiſſe imaginariam introducunt, omnino reijcimus. Quippe incarnatio ſine labe peccati ex Deipara reuera facta, acceſſionem alterius filij non effecit. Nam manet trinitas, etiam cum vna trinitatis perſona, nempe Deus ſermo, incarnata ſit. Quare exploratum habeamus, cum omnes ſanctas vbique & orthodoxas Eccleſias, tum earum præſides Deo chariſſimos, tum noſtrum imperium nullum aliud ſymbolum aliamve fidei deciſionem præter ſymbolum, de quo ſummo modo locuti, vel admiſiſſe vel admittere velle, abſque vlla heſitatione nos ad concordiam reducamus. Iſta quidem certe vobis ſcripſimus, non vt nouaremus fidem ſed vt vobis de fide penitus perſuaderemus.*

Chriſtus patri conſubſtantialis.

C *Cuique autem, qui aliud quiddam vel ſenſerit vel ſentiat, ſeu nunc, ſeu alias, ſeu in Concilio Chalcedonenſi, ſeu in alio quouis concilio, anathema indicimus: maximè verò omnium Neſtorio, Eutychi, & illorum doctrinæ fautoribus. Quocirca vos ſpirituali matri Eccleſiæ adiungite, atque ſecundum vnam ſolamque fidei deciſionem trecentorum decem & octo ſanctorum patrum nobiſcum vna diuina in ea communione fruimini. Nam ſacroſancta veſtra mater Eccleſia, tum vos ingenuos ſuos filios amplecti cupit, tum veſtram diu optatam, dulcemque vocem audire deſiderat. Propere igitur vos ad eam recipite. Nam ſi hoc peraſtiteritis, non modo Domini Seruatoris & Dei noſtri Ieſu Chriſti beneuolentiam vobis conciliabitis, verumetiam à noſtra celſitudine magnam laudem conſequemini.* Iſta epiſtola perlecta, omnes Alexandrini ſe ſanctæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ adiunxerunt.

Concordia conſtituta in eccleſia Alexandrina.

Quod Ioannes Alexandrinus epiſcopus Romam profectus, effecit vt pontifex Romanus Simplicius ad Zenonem de irrogatis ipſi iniurijs literas daret.

D

Cap. XV.

IOannes, de quo ſupra mentio facta eſt, fugiens Alexandria, ad antiquam Romam contendit: ibiq; magnas concitauit turbas. Dixit namque, ſe pro decretis Leonis & Chalcedonenſis Concilij ſua ſede epiſcopali exturbatum fuiſſe, alterumq; qui illis aduerſabatur, in ipſius locum ſurrogatum. Quare cum Simplicius antiquæ Romæ epiſcopus vehementer conturbaretur, & literas propterea ad Imperatorem Zenonem daret, reſcribit Zeno, crimenque periurij obiectat Ioanni, eumque eius rei, non autem alterius gratia epiſcopatu abdicatum eſſe.

Vide Niceph. ca. 15. lib. 16.

Ioannes Romæ magnas turbas concitat. Zenonis reſponſum ad Simplicium Papam de Ioanne Alexandrino.

E

De Calandione Antiocheno pontifice, qui propter amicitiæ cum Illo, Leontio & Pamprepe ſuſpicionem, in exilium actus eſt: & quod cum Petro Cnapheo Mongus, & Conſtantinopolis & Hieroſolymorum epiſcopi, amicitiæ fœdus inierunt.

Cap. XVI.

CAlandio antiſtes Antiochię ſcribens ad Imperatorem Zenonem & Acacium Conſtantinopolitanum epiſcopum, Petrum non ſolum adulterum vocat, verumetiam eum cum eſſet Alexandriæ, Chalcedonenſi Concilio anathema indixiſſe aſſerit: qui poſtea ad incolendam Oaſin condemnatus fuit, quod partes Illi & Leontij & Pamprepis contra Zenonem fouebat. Petrus vero cognomento Cnapheus, qui ante Calandionem & Stephanum epiſcopus fuit, vt ſupra dixi, Antiochiæ, propriam ſedem recuperauit: qui & epiſtolæ ſubſcripſit Zenonis de concordia, & ſynodales literas ad Petrum Mongum Alexandrinorum epiſcopum ſcripſit. Iſti Petro Acacius etiam epiſcopus Conſtantinopolitanus reconciliatus fuit. Martyrius item epiſcopus Hieroſolymæ ad eundem literas ſynodales ſcripſit.

F

Poſtea tamen nonnulli ſe à Petri communione ſepararunt: vnde factum eſt, vt Petrus Concilio Chalcedonenſi palam denunciaret anathema. Quæ res ad aures Acacii epiſcopi Conſtantinopolitani perlata, magnopere eum conturbauit: & propterea quoſdam miſit, qui quid eſſet factum, ſedulo cognoſcerent: quibus Petrus, quoniam cupiebat illis penitus perſuadere, ſe nullum eiuſmodi facinus admiſiſſe, ſcripſit literas quibus ſe purgaret: in quibus tamen Petrum nihil tale ſcripſiſſe, quidam ſe certo ſcire affirmant.

Vide Niceph. ca 15. lib. 16. Bar. anno 482 nu. 5. & 6. Calandio antiſtes de ſceleribus Petri Cnaphei.

Petrus reijcit Concilium Chalcedonenſe.

De ijs quæ ad Acatium Chalcedonenſis Concilij propugnatorem Petrus ſcripſit.

Cap. XVII.

G

ISte Petrus, homo fraudulentus, verſutus & temporibus ſeruiens, minime in vna perſtitit ſententia: ſed modo concilium Chalcedonenſe anathemate damnauit, modo palinodiam cecinit, idemque ipſum concilium omnibus ſuffragiis approbauit. Itaque epiſtolam ſcripſit ad Acacium epiſcopum Conſtantinopolitanum, his vere verbis. *Summus omnium Deus tuam ſanctitatem pro tantis tuis laboribus & vigilijs ſuſceptis, compenſet: qui tot annorum temporis curriculo non modo fidem ſanctorum patrum obſeruaſti ipſe, ſed etiam eandem ſine intermiſſione palam prædicando confirmaſti. Ad quam roborandam ſymbolum à trecentis decem & octo ſanctis patribus apte compoſitum animaduertimus: ſecundum quod ſymbolum baptizati, credidimus & credimus: quod etiam quinquaginta ſancti patres, qui Conſtantinopoli in vnum conuenerant, ratum fecerunt. Proinde tu aſſidue omnibus præis, vt dux: ſanctam Dei Eccleſiam traducis ad concordiam, nobis denique firmiſſimis argumentis perſuades, nihil in ſanctiſſimo & generali Concilio Chalcedonenſi actum contra iſta patrum decreta ſed ea quæ erant olim Nicææ à ſanctis patribus ſancita, hoc concilio conſenſu omnium confirmata eſſe. Nos*

H *igitur, quoniam nihil in fide nouatum inuenimus, noſtra ſponte illi conſenſimus credidimuſque. Attamen non ſumus neſcij, monachos quoſdam qui noſtræ fraternæ concordiæ inuident, tuis pijs auribus quædam inculcaſſe commenta, quæ tuam ſanctitatem non adeo facile offendere potuerunt: primum quod reliquias ſanctiſſimi & beatiſſimi noſtri patris Timothei archiepiſcopi in alterum locum tranſtulimus: quam rem nec acceptam Deo, nec legibus conſentaneam eſſe prædicant. Deinde ad alterum crimen tranſiliunt, quod vt commentitium, ita priore multo deterius eſt. Nam qui fieri poteſt, vt nos Concilium Chalcedonenſe anathemate damnemus, cum idem credendo confirmemus? Tua enim pietati minime obſcuram aut incognitam eſſe arbitror, populi qui apud nos eſt, æmulationem, monachorumque leuitatem nouis rebus ſtudentium: qui vna cum alijs quibuſdam ſceleratis hominibus ab Eccleſia refugere*

Vide Niceph. ca. 16. l. 16. Bar. anno 482. n. 57 & ſeqq. Petri Cnaphei verſutia & ad Acacium Conſtantinopolitanum epiſtola.

Purgat duo obiecta crimina.

A

gere cogitarunt, populumque inde auellere conati ſunt. Quamobrem veſtris precibus adducti, literas haſce excogitauimus, quæ huic malo remedio ſint, quæque de authoritate Concilij Chalcedonenſis nihil detrahant: pro certo perſuaſi, nihil in eo nouatum eſſe. Atque quo tum ſimplicibus perſuaderemus, tum vt illi qui nobiſcum vna verſabantur, pro defenſione idem ipſum dicerent, effecimus: in quod quidem negotium cum aſſidue incumberemus, exiguo momento populi animum repreſſimus. Illud etiam veſtra ſanctitas intelligat velim, quod adhuc etiam monachi non deſinunt diſſeminare zizania, ſibique quoſdam homines, qui nunquam vixere in monaſteriis, velut inſtrumenta ſibi adſciſcere, & circumcurſitando rumores varios contra nos, & contra pacem Eccleſiæ Chriſti diſſipare: nihilque nobis permittere, ſicut canones & decet, vitam ſancta & Catholica Dei Eccleſia poſtulat, obire: ſed efficere vt noſter populus nobis potius imperet, quam pareat: omniaque moliuntur, quæ Deo indigna ſunt, & indecora. Spes eſt igitur, tuam ſanctitatem diuiniſſimo totius orbis terræ domino Imperatori de omnibus ſignificaturam, effecturamque vt decretum ab illius clementia illis tribuatur, quod ea quæ ſunt conſentanea Eccleſiaſticæ tranquillitati (quæ tum Deo tum Imperatori congruens eſt) præſcribat, ad eum ſane finem, vt omnes in illis rebus acquieſcant.

Acceſſit monachos quoſdam.

B

Quomodo Ioannes Alexandrinus Epiſcopus Felici pontifici Romano conſuluerit, vt Acacio Conſtantinopolitano epiſcopo abdicationem denunciet.

Cap. XVIII.

IOannes, qui Romam confugerat, Felicem, qui poſt Simplicium epiſcopus Romanus fuit, admonet de rebus a Petro geſtis, ſuadetque, vt narrat Zacharias, vti epiſtolam abdicationis ideo mittat Acacio, quod cum Petro communicauerat. quod quidem, vtpote contra canones Eccleſiæ factum (quidam enim qui vitam monaſticam in monaſterio eorum qui ἀκοίμητοι vocantur, eam epiſtolam attulerunt) Acacius admittere noluit. Quæ res etiam à Zacharia ſcriptis proditæ ſunt. Sed mihi videtur nihil iſtarum rerum explorate cognitum habuiſſe, ſed extremis, vt dicitur, auribus ſolum accepiſſe, ſicque commemoraſſe. Itaque ipſe res vt geſtæ ſunt, accurate explicaturus venio. Cum libelli Felici à Ioanne contra Acacium, quod contra Eccleſiæ iurium cum Petro communicauerat, deque aliis facinoribus ab eo contra canones admiſſis, dati erant, mittuntur à Felice ad Zenonem Vitalis & Miſinus epiſcopi, vt eius authoritate tum Concilium Chalcedonenſe confirmaretur, tum Petrus vt hæreticus epiſcopatu pelleretur: tum denique Acacius mitteretur ad ipſum Felicem, rationem de rebus, quas Ioannes (cuius mentionem ſæpe fecimus) ei obiectaſſet, redditurus.

Vide Niceph. ca. 16. l. 10. Felix Simplicij ſucceſſor. Hanc epiſtolam reperies to. 2. Concil. gen. edit. Romanæ.

C

Meſenus autem tom. 2. Concil. generali. Decretum Felicis Roman. Papæ.

De Cyrillo monachorum qui inſomnes vocantur præfecto, quonam pacto Romam ad Felicem literas dederit, extimulans eum, vt illatas contra fidem iniurias vlciſceretur.

Cap. XIX.

AT prius quam Vitalis & Miſinus venere ad Imperatorem, Cyrillus qui monachis, quos ἀκοιμήτους vocant, præerat, mittit ad Felicem, quo eum, cum tam grauia peccata contra veram fidem admiſſa eſſent, inſimularet tarditatis. Felix igitur ſcribit ad Miſinum, vt nihil ante moliretur, quam eſſet cum Cyrillo collocutus, & ab eo quid eſſet faciendum didiciſſet.

D

Vide Niceph. ca. 16. l. 10. ἀκοίμητοι monachi, quorũ præſes Cyrillus. Felicis literæ ad Miſinum de Cyrillo.

De iis quæ Felix ad Zenonem, & Zeno viciſſim ad eum ſcripſit.

Cap. XX.

ALiæ præterea literæ à Felice tum ad illos tum ad Zenonem ſcriptæ fuerunt, quibus eos non modo Concilii Chalcedonenſis, verum etiam perſecutionis in Africa, regnante Theodorico excitatæ in memoriam redigeret. Scripſit porro aliam ad Acacium epiſtolam. Zeno autem reſcripſit, eum fruſtra perturbatum verbis Ioannis: qui cum iureiurando ſe aſtrinxiſſet, nunquam omnino ſedem epiſcopatus Alexandrini occupaturum, violata fide & iureiurando neglecto nullum non ſacrilegii genus admiſiſſet. Petrum vero non ſine accurata de eius fide inquiſitione ad ſacerdotii gradum elatum fuiſſe: ſed eum ſubſcripſiſſe ſua manu, ſe fidem trecentorum decem & octo ſanctorum patrum, qui Nicææ olim in vnum conuenerunt, cui ſanctum Concilium Chalcedonenſe conſentit, approbare. Iſta enim à Zenone ſcripta ſunt his verbis: *Debet pro certo cognoſcere, & noſtram pietatem, & Petrum ſanctiſſimum, de quo ante dictum eſt, & omnes ſanctiſſimas Eccleſias, ſanctiſſimum concilium Chalcedonenſe amplecti & venerari: quod quidem concilium cum fide Concilii Nicæni conſentit.* Extant præterea in actis eiuſdem concilii epiſtolæ tum à Cyrillo, quem ſupra poſuimus, tum ab aliis monaſteriorum præpoſitis Conſtantinopolis, tum ab epiſcopis, & clericis Ægypti ad Felicem contra Petrum, vtpote hæreticum, & eos qui cum eo communicabant. Qui autem ex domicilio monachorum, quos ἀκοιμήτους vocant, venere ad Felicem, Miſinum & Vitalem propterea coarguerunt, quod ad ipſorum vſq; Conſtantinopolim aduentum, Petri nomen clam & occulte in ſacris tabulis legi conſueuerat: ex eo autem ad præſens vſq; tempus palam & aperte & Miſinum ac Vitalem cum Petro communicaſſe. Epiſtola quidem Ægyptiorum tum iſta de Petro complexa eſt, tum etiam quod Ioannes & orthodoxus eſſet, & vt leges Eccleſiæ poſtulant, ordinatus, Petrus autem ex duobus ſolum epiſcopis eadem erroris prauitate cum illo infectis, creatus, tum deniq; quod ſtatim poſt Ioannis fugam, nulla non ſupplicii genera orthodoxis ab eo inflicta. Quæ omnia Acacio per quoſdam, qui Conſtantinopolim venerunt ſignificata eſſe, Acaciumque Petro in omnibus, quæ moliebatur, ſubſidio fuiſſe memorant.

Vide Niceph. ca. 15. 16. 17. 18. 19. l. 16.

E

Bar. anno 484. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & ſeqq. Felicis Papæ literæ ad Zenonem & Acaciũ.

Zenonis literæ ad Felicem Papã.

F

Rom. Legati a monachis reprehenſi.

Epiſtola Ægyptiorum.

Quod Symeones monaſterij Inſomnium monachus Romam profectus, eos quos Roma Conſtantinopolim miſerant, cum hæreticis communicaſſe accuſat, quodque tum illos, tum qui cum Petro communicabant, Eccleſia Romana abdicabat.

G

Cap. XXI.

CReuere etiam res iſtæ ſermone Symeonis monachi (qui fuit ex numero eorum, qui vocantur ἀκοίμητοι,) miſſi à Cyrillo ad Felicem. Nam Miſinus & Vitalis ab eo fuere reprehenſi, propterea quod cum hæreticis communicarant, idque cum nomen Petri, vt hæretici palam in ſacris tabulis recitaretur: quodque ea ratione multi ſimplices homines ab hæreticis in errorem inducerentur, qui affirmare non dubitarunt, Petrum ab epiſcopo Romano in communionem receptum eſſe. Addidit etiam Symeones, cum quædam quæſtiones rogarentur, Miſinum & eius fautores noluiſſe quenquam orthodoxorum in colloquium venire, vel literas reddere, vel quicquam contra veram ſynceramq; fidem admiſſum accurate examinare. Producebatur item in medium Syluanus presbyter, qui vna cum Miſino & Vitali fuiſſet Conſtantinopoli, isq; verba monachorum confirmauit. Lecta eſt præterea Acacii epiſtola ad Simplicium, quæ ſignificabat, Petrum iam pridem & abdicatum fuiſſe, & filium tenebrarum declaratum. Quibus de cauſis Miſinus & Vitalis de ſacerdotii gradu dimouentur, & à ſacroſancta ac pura ſeparantur communione, idque de ſententia totius concilii, quod iſta quæ ſequuntur, de Petro pronunciauit, Petrum hæreticum iam pridem ſententia ſacræ ſedis apoſtolicæ condemnatum, interdictum eccleſia & anathemate mulctatum, eccleſia Romana non recipit: cui quidem licet nullum aliud crimen obiiciatur, hoc profecto ſatis habet ponderis, eum quidem non poſſe orthodoxis præeſſe, quod ab hæreticis ordinatus fuit. Eadem concilii ſententia hoc quoque complexum eſt: Acacium epiſcopum Conſtantinopolis grauiſſimo crimine dignum, res ipſa declarauit: quippe qui tametſi literas ad Simplicium ſcripſerit, & Petrum appellarit hæreticum

Bar. anno 484. n. 9. & ſeqq. item acta Concilij Romani in cauſa Miſini & Vitalis ſub Felice, to. 3. Conc. gen. edition. Romanæ. Miſini & Vitalis reprehenſio.

H

Vide hanc epiſtolã to. 2. Conc. general. edit. Romanæ.

Acacius cur grauiſſimo crimine dignus.

tamen

A tamen idem ipſum iam Zenoni minime patefecerit, cum certe iſtud, ſi modo amaret Zenonem, præſtare deberet. Verum Imperatoris deſiderio ſatisfacere, quam fidei conſulere expetit. Sed ad ea, quæ deinceps explicanda ſunt, ſermonem transferamus. Extat epiſtola Acacii ad aonſlites Ægypti, clericos, monachos & ad populum vniuerſum, qua eos ſchiſmate diſſidentes conatur ad concordiam reducere. De qoibus rebus ſcripſit etiam ad Petrum epiſcopum Alexandrinum.

De turba Alexandriæ ac plerisque in locis alijs ob Chalcedonenſe Concilium ſuſcitata.

Cap. XXII.

Vide Niceph. ca 17. lib. 16 Bar. anno 484 n. 40 & 41

B

Alexandrina ſeditio ob Petrum Mongum Chalcedonenſis Synodi oppugnatorem.

ITaque cum ſchiſma Alexandriæ ardeſceret, Petrus quibuſdam epiſcopis, & monaſteriorum præpoſitis perſuaſit, vti cum ipſo communicarent: Leonisque etiam de fide deciſionem & acta Concilii Chalcedonenſis, & eos, qui libros Dioſcori & Timothei non reciperent, damnauit anathemate. Quinetiam alios plurimos, cum illis idem perſuadere non poſſet, ſuis ipſorum monaſteriis exturbauit. Quibus de cauſis Nephalius Conſtantinopolim profectus, quid factum ſit nunciat Zenoni: qui animo propterea conturbatus, Coſmam vnum ex ſatellitum ſuorum numero eo mittit, qui quidem grauiſſimis minis coargueret Petrum, quod tum contra literas Zenonis de concordia ſcriptas feciſſet, tum ſua aſperitate grauem ſeditionem excitaſſet. At cum nihil Coſmæ ſuccederet ex ſententia, præterquam quod monachi expulſi eius opera, ſuis ipſorum monaſteriis eſſent reſtituti, ad Imperatorem reuertitur. Quare Imperator rurſus mittit Arſenium, Ægypti præſidem, & militum præſidiariorum præfectum: qui vna cum Nephalio Alexandriam profectus, de concordia inter eos conſtituenda verba facit: ac cum illis non poſſet perſuadere, nonnullos eorum mittit Conſtantinopolim. Et quanquam multa verba coram ipſo Zenone de concilio Chalcedonenſi fiebant, nihil tamen de eo concluſum eſt: quandoquidem Zeno illi nequaquam omnino aſſenſit.

Zeno non aſſentit Cõcilio Chalcedonenſi.

C

De Phranita & Euphemio Conſtantinopolitanis, Athanaſio, & Ioanne Alexandrinis, Palladio & Flauiano Antiochenis, & aliis.

Cap. XXIII.

Vide Niceph. ca. 18 19. 20. lib. 16. Bar. anno 484. n. 1. & ſeqq. & 485 n 1. & ſeqq.

Acacii obitus Phranitas Acacii ſucceſſor, & Phranitæ Euphemius.

Petro Mongo defuncto Alexandria ſucceſſit Athanaſius.

INterea temporis, cum Acacius epiſcopus Conſtantinopolis communem vniuerſæ carnis viam eſſet ingreſſus, Phranitas epiſcopatum illum capeſſit. Qui cum literas ad Petrum de communicando inter ipſos ſcripſiſſet, reſpondit Petrus per literas, actaq; Concilii Chalcedonenſis grauiter perſtrinxit. Vbi Phranitas, qui quatuor ſolum menſes eo epiſcopatus munere fungebatur, è vita migrauit, Euphemius epiſcopus illius vrbis deligitur: qui cum literas Petri de mutua inter ipſos communione accepiſſet, animaduerteretque eas actis Concilii Chalcedonenſis anathema indixiſſe, valde animo commotus fuit, ſeque à Petri communione penitus ſeiunxit. Vtraque iſtorum extat epiſtola, tum Phranitæ ad Petrum, tum Petri ad Phranitam: quas quidem epiſtolas propter earum prolixitatem miſſas facio. Quapropter cum Euphemius & Petrus eſſent inter ipſos grauiter dimicaturi, & ſynodos alter aduerſus alterum conuocaturi, forte Petrus ante exceſſit è vita: in cuius locum ſucceſſit Athanaſius: qui quidem dedit operam, vt partes inter ipſas diſſidentes reconciliaret. Verum id efficere ideo non poterat, quod earum animi erant in iam varias & diſcrepantes ſententias diſtracti. Idem Athanaſius poſtea literis de communione mutua ad Palladium, qui poſt Petrum Antiochiæ rexit epiſcopatum, miſſis, idem ipſum, quod Petrus antea, de Concilio Chalcedonenſi præſtare molitur. Idem quoque conatur Ioannes, qui ſedem epiſcopatus Alexandrini poſt Athanaſium obtinuit. Porro Palladio epiſcopo Antiochiæ morte extincto, & Flauiano in eius locum ſuffecto, Salomon preſbyter Antiochiæ mittitur ab illo Alexandriam cum literis de communicando inter ipſos mutuo ad Ioannem, illiuſque reſponſum per literas Flauiano requirit. Ioanne mortuo, alter Ioannes epiſcopus Alexandriæ deligitur. Atque hæ quidem res ad aliquot annos, quibus Anaſtaſius geſſit Imperium, (hic enim Imperator Euphemium epiſcopatu eiecit) ad hunc modum progreſſæ ſunt: quas quidem, quo Hiſtoria planior & magis perſpicua redderetur, coactus ſum ordine percenſere.

D

Palladius epiſcopus Antiochiæ. Ioannes Alexandriæ epiſc. Flauianus Antiochiæ epiſcopus Ioannes alter Alexandriæ epiſcopus.

E

De Armati Imperatricis Berinæ cognati interitu.

Cap. XXIV.

Vide Niceph. ca 22 lib 16 Bar. anno 477. n. 3.

Armati interitus.

ZEno autem Armatum, cognatum Imperatricis Berinæ, quem à Baſiliſco ducem contra ipſum miſſum, muneribus ad ſuas partes pellexerat, & ſocium pro hoſte effecerat, & Baſiliſcum filium eius Cæſarem Nicææ deſignauerat, de ſententia Ili interficit. Nam Conſtantinopolim profectus, & Armatum per dolum tollit è medio & Baſiliſcum eius filium pro Cæſare ſacerdotem creat: qui poſtea ad gradum epiſcopatus elatus fuit.

F

De Theodorichi Scythæ, qui contra Zenonem arma ceperat, morte.

Cap. XXV.

Vide Niceph. c. 21. l. 16 Bar anno 481. n. 2.

Theodorichus bellũ contra Zenonem gerit.

PEr idem tempus Theodorichus, Scytha genere, contra Zenonem arma ferre parat, & copiis ſuis in Thracia collectis bellum gerit aduerſus Zenonem: agriſque omnibus, qui ante pedes iacebant, vſque ad oſtium Ponti vaſtatis, parum aberat, quin Conſtantinopolim cœpiſſet, niſi quidam ex illius maxime neceſſariis vehementer erga eum offenſi, conſilium de illo interimendo iniuiſſent: qui cum ſuorum intellexiſſet maleuolentiam, retulit pedem, atque non adeo multo poſt in mortuorum numerum aſcriptus eſt. Verum quo genere mortis occubuerit, dicam: quod ita habet. Pro caſtris eius haſta cuſpide bifida in ſublimi ſuſpenſa fuit, more barbarico. Deinde corpus ſuum agitare exercereque cupiens, equum ſibi adduci iubet. Tum abſq; mora (cuius etiam in aliis rebus gerendis impatiens eſſe ſolet) in equum inſilit. Equus autem vtpote indomitus & ferox, cum nondum Theodorichus pedibus vtrinque rite diſpoſitis, firme inſideret, pedes anteriores tollit in ſublime, ac poſterioribus ſolum inſiſtit erectus, adeo vt Theodorichus cum magna contentione cum eo luctaretur, & neque auderet eum freno, ne in ipſum caderet, retrahere: neque adhuc in ſella firme ſederet, huc illucque ſic volutaretur, vt haſtæ ſuſpenſæ cuſpidem vehementer agitaret, qui in eum impactus, latus grauiter vulnerauit. Inde igitur in lecto coactus decumbere, paucis poſt diebus ex eo vulnere periit.

G

Theodorichi interitus.

De Martiano, qui contra eundem bellum mouit, & quid illi poſtea acciderit.

Cap. XXVI.

Vide Niceph. c. 22 l. 16. Bar anno 482 n. 7. & 8.

H

Martianus cũ Zenone inimicitur.

Fronte capillata, poſt eſt occaſio calua.

HIs rebus confectis, Martianus cum Zenone inimicitias exercere cœpit: qui filius fuit Anthemii, qui Romæ imperauerat: affinis autem Leonis, qui ante Imperium geſſerat. Iſte vbi Leontiam Leonis filiam minorem natu vxorem duxerat, tyrannidem occupare molitur. Ac pugna graui in palatio commiſſa, & multis vtrinq; cadentibus, Martianus aduerſarios terga dare cogit: atque certe palatio potitus fuiſſet, niſi negotio quod ſuſceperat, in craſtinum dilato, oblatam occaſionem omiſiſſet. Nam occaſio præceps eſt, quæ vt cum ad pedes accedit, forſan capi poteſt: ſic cum quaſi è manibus elapſa eſt, in ſublime ſubuolat, rideique inſequentes, ac de reliquo omnem aditum ad ſe illis penitus præcludit. Itaq; qui fingendi pingendique artem norunt, ſolent quidem in illius ſincipite comam adhibere, in occipiti velut abradere ad cutem: ſcite admodum innuentes, quod dum adhuc à tergo eſt, ab illis qui comam eius prehendunt, teneri poteſt: verum vbi à fronte eſt, penitus

auolat,

A

Martianus presbyter deſignatur.

auolat, nihil habens quo à perſequente capi queat. Quod plane, euenit Martiano, qui vt tempus opportunum ſibi datum amiſit, ſic idem ipſum de cætero repente non potuit. Nam poſtero die à ſuis proditus, & relictus ſolus, confugit ad templum ſanctorum Apoſtolorum: indeque vi abſtractus, Cæſaream Cappadociæ demigrat: ibique ad quoſdam monachos ſe aggregans, poſtea dum latitare cuperet, deprehenſus eſt: atque ab Imperatore Tarſum vſque Ciliciæ amandatus, coma abraſa, presbyter deſignatus eſt. Sunt iſta quidem ab Euſtathio Syro ſcripta pereleganter.

Euſtathius Syrus Hiſtoricus.

De Illi & Leontij tyrannide.

Cap. XXVII.

Vide Niceph. ca. 23. lib. 16. Bar. anno 482. n. 9 & 10. Vide Cuſpinianum in vita Zenonis.

EST apud eundem ſcriptorem, Zenonem infinitas fere inſidias contra Berinam ſocrum ſuam ſtruxiſſe, poſtea autem eam relegaſſe in Ciliciam: eamque inde denuo ad arcem, quæ Papiriana dicitur, illo iam tyrannidem exercente, tranſtuliſſe: in qua excesſit è vita. Res autem ab Illo geſtas idem Euſtathius per diſerte ſcribit, tum quemadmodum à Zenone inſidias appetitus effugerit, tum quo pacto Zeno eum, cui dederat mandatum, vt Illum interficeret, morte mulctarit, capite ideo ceruicibus abſciſſo, quod eum ob conatus fruſtrationem tali mercede compenſare voluit. Illum vero, quo facinus tentatum occultaret, ducem copiarum in Oriente militantium deſignauit. Is amicitia non cum Leontio ſolum, ſed cum Marſo etiam, viro ſpectato, & Pamprepe contracta, in partibus Orientis commoratus eſt. Iam vero quod narrat Leontius, Tarſi Ciliciæ Imperator renunciatus fuerit, & quem fructum iſti ex tyrannide ſua perceperint, cum Theodoricus vir genere Gothus, & apud Romanos in magno honore habitus, dux cum noſtris, tum exteris copiis ſtipatus, contra eos emiſſus eſſet, quinetiam qua ratione miſeri à Zenone pro beneuolentia, quam verſus illum præſtiterant, trucidati, & præterea quod Theodorichus, cognito Zenonis conſilio & voluntate, ad antiquam Romam ſe receperit: idem Euſtathius literis concinne admodum perſequitur. At quidam memorant Theodorichum, Zenone authore, viciſſe Odoacrem, & ita tum Romam ſibi ſubiecisse, tum ſe regem nuncupaſſe.

B

Odoacer à Theodorico Gotho victus & ab eodē capta Roma.

C

De Mammiano & geſtis eius.

Cap. XXVIII.

Mammianus quiſdo fuerit. Structuræ inſignes à Mammiano factæ.

MAmmianum temporibus Zenonis fuiſſe, narrat Ioannes rhetor. Cum eſſet infimo loco natus, ad ordinem ſenatorium peruenisse, cumque ædificium in ſuburbio Daphne, quod antiphorum dicitur (qui locus antea vites produxit, fuitque ad agriculturam idoneus) extruxiſſe, è regione balnei publici, vbi poſita eſt ſtatua ænea, quæ hanc habet inſcriptionem: MAMMIANVS AMATOR CIVITATIS. Idem præterea Ioannes ſcribit, eum in vrbe duas regales porticus cum ob eximiam ædificationem valde magnificas, tum ob lapidum concinnitatem & ſplendorem in primis ornatas ædificaſſe: erexiſſeque tetrapilon, velut interſtitium inter duas illas porticus interiectum, columnis & ænea materia pereleganter & exquiſite elaboratas. Ac nos quidem haſce porticus vidimus, quæ non nomen ſolum, verum etiam reliquias antiqui ſui ſplendoris adhuc propterea retinent, quod lapides ex Proconneſo inſula deportati, in ſolo conſtrati iacent: at ipſum tamen ædificium nihil inſignium, quibus olim decoratum erat omnino habet: ſiquidem ex veteribus eius ruinis nouum ædificium extructum eſt: nihil tamen ornatus illi veteri ex eo acceſſit. Quod autem ad tetrapilon attinet à Mammiano ædificatum, ne veſtigium quidem illius reliquum vidimus.

D

E

De morte Zenonis, & Anaſtaſij electione.

Cap. XXIX.

Anaſtaſius Imper. anno Chriſti 492. Vide Niceph. ca. 24. lib. 16. Bar. anno 491. n. 1. & ſeqq. Zeno quarto decimo regni ſui anno ſit extinctus. Vide Cuſpin. in vita Anaſtaſij Euſtathij Syri chronologia.

CVm autem Zeno abſque liberis, decimoſeptimo regni ſui anno confecto, comitiali morbo extinctus eſſet: Longinus eius frater magnam adeptus potentiam, tametſi ſpem animo concepit, ſe Imperio potiturum, tamen ea, quæ expectabat, minime eſt conſecutus. Nam Ariadna Anaſtaſio, qui nondum ad ſenatorium ordinem aſcenderat, ſed ſolum in ſcholam ſilentiariorum eorum, (ſic enim dicitur) aſcriptus erat, coronam impoſuit Imperatoriam. Commemorat porro Euſtathius, annos ducentos ſeptem à regno Diocletiani ad mortem Zenonis, & Anaſtaſij deſignationem præteriiſſe: ab Imperio autem Auguſti, qui ſolus regnauit, quingentos triginta duos annos & menſes ſeptem: à regno Alexandri Magni regis Macedonum, octingentos & triginta duos annos, & menſes itidem ſeptem: à Roma condita, & regno Romuli, mille & quinquaginta duos annos, & menſes præterea ſeptem. à Troia capta, mille ſexcentos & octoginta ſex annos, & menſes ſeptem. Iſte Anaſtaſius patriam habuit Epidamnum, quæ iam Dyrrhachium nuncupatur: ac non imperium ſolum Zenonis, ſed etiam eius vxorem ſibi comparauit: & primum Longinum fratrem Zenonis officio fungentem magiſtri, quem vetuſtiores præfectum ordinem aulicorum vocabant, mittit in patriam: multiſque aliis poſtea Iſauris idem poſtulantibus, ad ſuos reuertendi conceſſit poteſtatem.

F

Zenoni in Imperium ſucceſſit Anaſtaſius, anno Chriſti 494.

De Anaſtaſio Imperatore, qui cum nouare quicquam in Eccleſiæ ſtatu noluerat, Eccleſiæ tum plagis innumeris afflictæ ſunt, tum complures ob id epiſcopi eiecti.

Cap. XXX.

ISte Anaſtaſius pacis ſtudioſus, cum in rep. tum maxime in Eccleſiæ adminiſtratione nihil omnino rerum nouarum moliri voluit: imo vero omnibus modis elaborauit, vt tum Eccleſiæ ſanctiſſimæ ab omni tumultu & perturbatione vacarent, tum omnes, qui ipſius parebant Imperio, ſumma tranquillitate fruerentur, omni contentione & diſcordia ex rebus tam Eccleſiaſticis, quam ciuilibus prorſus ſublata. Quod autem ad Concilium Chalcedonenſe attinet, illud id temporis neque palam in eccleſiis ſanctiſſimis prædicatum fuit, neque ab omnibus reiectum. Nam ſinguli eccleſiarum præſides pro ſuo arbitratu in ea re egerunt. Atque vt nonnulli decretis in eo concilio editis firme & conſtanter adhæſerunt, & ne ſyllabam de rebus in illo definitis remittere, imo vero ne literæ mutationem admittere voluerunt, quinetiam ab illis, qui eiuſdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia refugerunt, recuſaruntque penitus cum illis communicare: ſic alii non ſolum illud concilium & eius decreta reiecerunt, verum etiam tum illud, tum Leonis de fide deciſionem damnarunt anathemate. Alii vero epiſtolam Zenonis de concordia mordicus tenuere, idque cum inter ſe vtrum vna, an duæ ſint in Chriſto naturæ, grauiter diſſiderent. Ac pars eorum ipſa litterarum compoſitione decepti ſunt, pars ad pacem ſe magis inclinarunt, vſque adeo vt omnes Eccleſiæ in ſeparatas factiones diuiderentur, & earum præſides inter ipſos minime communicare vellent. Vnde plurimæ diſſenſiones tum in Oriente, tum in Occidente, tum in Libya ortæ ſunt, dum epiſcopi Orientis, neque cum epiſcopis Occidentis, neque cum epiſcopis Libyæ, neque ipſi viciſſim cum Orientalibus in gratiam reduci poterant: ſed res ad maiorem abſurditatem indies prolapſa eſt. Quippe antiſtites Orientis, nec ſecum ipſi communicare voluerunt, nec Europæ præterea, & Libyæ epiſcopi nedum cum exteris. Quas res cum Anaſtaſius Imperator animaduerteret, epiſcopos, ſicubi eos nouis rebus ſtudentes, aut quenquam præter conſuetudinem illorum locorum, in quibus ætatem degebat, Concilium Chalcedonenſe prædicantē,

G

Vide Niceph. ca. 25. 26. l. 16. Bar. anno 492. n. 41. Anaſtaſius pacis ſtudioſus. De Chalcedonenſi ſynodo diſſentientes ſententiæ.

Epiſcoporū & eccleſiarum inter ſe ſuper Chalcedonenſi Concilio diſſidia.

H

Anaſtaſius in exilium mittit epiſcopos.

aut

A

aut idem ipſum damnantem anathemate comperiret, exturbauit. Ac primum Euphemium, vt ſupra ſcripſi, eiecit Conſtantinopoli: deinde Macedonium, cui ſucceſſit Timotheus: Antiochia porro Flauianum expulit.

Monachi Palæſtinæ ad Alciſonem de Xenaia monacho, & alijs quibuſdam epiſtola.

Cap. XXXI.

Vide Niceph. ca. 27.28. lib. 16 Bar. anno 512 n. 19. 20 & ſeqq.

De Macedonio & Flauiano quales literæ ad Alciſonem ſint ſcriptæ à monachis Palæſtinæ.

ATqui ſunt literæ de Macedonio & Flauiano à monachis Palæſtinæ ad Alciſonem his fere verbis ſcriptæ: *Cum Petrus excessiſſet de vita, Alexandria, Ægyptus & Lybia inter ſe denuo diſsidere cœperunt, reliquaque partes verſus Orientem contra ſeipſas digladiari: quandoquidem Eccleſiæ verſus Occidentem non alia conditione cum illis communicare volebant, niſi præter Neſtorium & Eutychem & Dioſcorum, etiam Petrum cognomento Mongum & Acatium anathemati addicerent. Itaque cum eccleſiæ totius orbis terrarum hôc loco erant conſtitutæ, fautores Dioſcori & Eutychis fuere ad minimum plane numerum redacti. Ac cum parum abeſſet, quin fuiſſent funditus è terra ſublati, adeo vt non amplius inter homines verſarentur, Xenaias quidam, à Deo remotus* ξένος, *id eſt, peregrinus, neſcio quid apud animum proponens, aut quas inimicitias contra Flauianum ſusceptas vlciſci cupiens, ſimulatu fidei ſpecie, vt is multis prædicant, hominum vrbem vniuerſum eum concitare, eique tanquam Neſtoriano obtrectare cœpit. Ac cum Neſtorio vna cum eius errore anathema indixiſſet, ex illo digreſſus ad Dioſcorum, & Theodoritum, & Theodorum, & Ibam, & Cyrum, & Eutherium, & Ioannem, & ad alios neſcio quos, neque vnde collectos, tranſit: quorum alij reuera Neſtorij doctrinam tuebantur: alij, quoniam eiuſdem doctrina in ſuſpicionem venerant, Neſtorium anathemate damnabant, in que eccleſia communione conquieſcebant. Iſtos omnes, inquit Xenaias, Neſtorij olentes hæreſim, niſi anathemate damnaueris, tu ipſe Neſtorij errore fauere videberis, etiamſi eius cum ſua doctrina & opinione millies anathema edixeris. Idem porro Xenaias per literas eum eos, qui Dioſcori errorem ſequebantur, tum hæreſis Eutychianæ patronos commouit perſuaſitque, vt ipſi contra Flauianum ſubſidio eſſent: non tamen concilium, ſed per ſonas duntaxat, de quibus ante dictum eſt, anathema damnari poſtularent.*

B

Xenaias Flauianum ad Chalcedonenſis ſynodi condemnationem tentat adigere.

C

Quibus cum Flauianus epiſcopus diu reſtitiſſet, alique ſe cum Xenaia contra eum coniunxiſſent, & Eleuſinus epiſcopus vrbis cuiuſdam Cappadociæ minoris, & Nicias epiſcopus Laodiceæ, quæ eſt in Syria, & ex alijs locis alij (quorum criminationes, quas æmulationis animo abiecta adduci Flauiano inferebant, non noſtrum eſt, ſed aliorum certe commemorare) tandem Flauianus ratus, illos propter hos, quibus anathema denuntiari cupiebant, placatos fore, ceſſit eorum contentioni. At cum ſcripto perſonas illas anathemate damnaſſet, ſcripſit ad Imperatorem. Etenim animum eius iſti contra Flauianum, vtpote opinionis Neſtorij patrocinium ſuſcipientem, commouerant. Neque his rebus contentus Xenaias, poſcebat denuo à Flauiano, vt tum Concilium ipſum, tum eos, qui duas naturas in Domino eſſe dixerunt, carnis alteram, alteram diuinitatis, anathemati adduceret. Quem cum poſtulationi nequiquam obſequentem, rurſus vt Neſtorianum accuſat. Poſtremo cum de iis rebus vehementer certatum eſſet, & patriarcha Flauiano formulam fidei edidiſſet, in qua ingenue fatebatur, Concilium quantum ad abdicationem Neſtorij & Eutychis attinebat, approbandum eſſe, at quantum ad deciſionē & doctrinam fidei, non item: rurſus illum vt ſubdola ac latenter errori Neſtorij patrocinantem ſe adorturos minantur, niſi tum Concilio ipſi, tum illis qui duas naturas in Domino eſſe dixerunt, alteram carnis, diuinitatis alteram, anathema denunciare vellet. Iſauros præterea verborum fuco & fallacijs in ſuam pertrahunt ſententiam, formulam que fidei componunt, in qua concilium vna cum illis, qui duas in Domino eſſe naturas dixerunt, anathemati addicunt: & ad extremum ſe ſeparant à Flauiano & Macedonio, & ad alios, qui formulæ illi ſubſcribebant, aggregant.

Concilium Chalcedonenſe.

D

Interea etiam poſtulant ab epiſcopo Hieroſolymitano, vt formulam fidei ſcriptis prodat: quam cum edidiſſet, per Dioſcori ſectatores mittunt ad Imperatorem. Quam fidei formulam illi tandem proferunt, in qua eos tum comprehenſa fuit, eos anathemate damnabus, qui duas in Domino naturas eſſe aſſerebant. Attamen ipſe epiſcopus Hieroſolymitanus, eam ab illis deprauatam conſtanter affirmans, aliam in medium produxit, in qua nullum tale continebatur anathema. Nec plane mirum. Etenim ſanctorum patrum libros ſæpe deprauarunt, multoſque Apollinarii libros Athanaſio, Gregorio cognomento Thaumaturgo, id eſt, qui eximia edebat miracula, & Iulio, inſcriptionibus commutatis, attribuerunt quibus quidem libris plurimos in ſuum impium errorem induxerunt. Popoſcerunt item formulam fidei à Macedonio ſcriptis mandatam: qui fidem trecentorum decem & octo Nicææ olim, & quinquaginta etiam Conſtantinopoli conuocatorum, ſolum ſe noſcere aſſeueranter affirmauit, atque Neſtorio, Eutychi & iis, qui duos filios aut Chriſtos eſſe ſtatuunt, aut naturas diuidunt, indixit anathema: & tamen nec concilii Epheſini, quo abdicatus fuit Neſtorius: nec Chalcedonenſis, quod abdicauit Eutychem, vllam mentionem fecit. Qua de re monachi Conſtantinopolitani grauiter commoti, ſe à Macedonio epiſcopo ſeparant. Interim Xenaias & Dioſcorus cum multos epiſcopos ſibi adiunctos haberent, adeo moleſti fuere illis qui anathema nolebant denunciare his quibus ipſi anathema denunciari cupiebant, vt intollerabiles & non ferendi viderentur: quorum nonnullos, cum cedere nollent, per fallaciam exilio mulctandos curarunt. Ad hunc modum igitur Macedonius, Ioannes epiſcopus Palis, & Flauianus ſolum vertere coacti ſunt. Sed de monachorum literis hactenos.

E

Hæreticis familiare eſt patrũ libros deprauare falſoſque ſupponere. Gregorius Thaumaturgus.

F

De Macedonii Conſtantinopolitani epiſcopi, & Flauiani Antiocheni eiectione.

Cap. XXXII.

Vide Niceph. ca. 26 7. lib. 16. Bar. anno 511 n. 3. & ſeqq. &c. & anno 512 n. 52.

SEd quæ occulte animum Anaſtaſii angerent, longe diuerſa fuere. Nam cum Ariadna haberet in animo Anaſtaſium habitu induere purpureo, Euphemius epiſcopus vſque eo conſentire noluit, quoad Anaſtaſius chirographum iureiurando confirmatum ei dediſſet, quod plane declararet, eum ſi ſceptra ſuſciperet Imperii, fidem ſyncetam ſeruaturum, nihilque rerum nouarum introducturum in ſacroſanctam Dei eccleſiam: quod chirographum Macedonio ſacri theſauri cuſtodi tradidit. Factum autem eſt illud propterea ab Euphemio, quod Anaſtaſius putabatur à nonnullis errore Manichæorum infectus eſſe.

G

Euphemius cur in Anaſtaſii [illegible] nationem conſentire noluerit, vnde & od um Anaſtaſii in [illegible] Anaſtaſius Ma[illegible] hæ[illegible] ſpectus.

Vbi vero Macedonius ad ſacerdotii dignitatem aſcendit, voluit Anaſtaſius chirographum ſuæ confeſſionis recipere: Quippe dedecori, inquit, eſt imperio, ſi chirographum illud teſeruetur. Cui poſtulationi cum Macedonius ſtrenue reſiſteret, ſeque fidem minime proditurum conſtanter aſſeueraret: Anaſtaſius Imperator inſidias contra eum tendere cœpit, ad eum ſane finem, vti epiſcopatu exturbaret. Itaque tandem accedunt adoleſcentes calumniatores, qui tum ſe, tum Macedonium flagitioſi cuiuſdam facinoris falſo reos agunt. At vero vbi Macedonius genitalibos carere deprehenſus fuit, ad alias fallacias ſe conuertunt: nec deſtiterunt, quoad conſiliis Celeris aulicorum ordinum præfecti ex occulto ſede epiſcopali dimouiſſent. Iſtam Flauiani expulſionem aliæ quoque res ſecutæ ſunt. Nam ipſi ab hominibus ætate prouectiſſima, qui ea, quæ acciderant Flauiano, firme memoria tenebant, accepimus, quod à Xenaia (fuit hic quidem epiſcopus Hierapolis vrbis Antiochiæ finitimæ, Græcoque vocabulo Philoxenus appellatus) monachi Cynegicæ† (ſic enim vocantur) qui apud gentem, quæ Syrorum primaria eſt, accolunt, perſuaſi, frequentes cum tumultu & ſumma confuſione Antiochiam præcipites feruntur, vi Flauianum coacturi, vt tum Concilio Chalcedonenſi, tum deciſioni Leonis anathema indicat. Quod cum Flauianus valde ægre ferret, & monachi impetu inſtarent, populus ciuitatis, ſeditione conflata, tam magnam cædem* fecere monachorum, vt multi eorum, atque adeo fere innumerabiles Orontem fluuium, corporibus fluctibus conditis, pro ſepulchro haberent. Euenit

Macedonius calũniis ſupplantatur.

H

Monachorum cædes.

† Monachi tumultuantur aduerſus concilium Chalcedonenſe.

* Monachorum Syrorum tumultuatio.

porro

A

porro aliud hiſce nihilo inferius. Monachi enim, qui Cœloſyriam, quæ iam Syria minor dicitur, accolebant, quique amore incredibili ac ſtudio erga Flauianum propterea incendebantur, quod vitam monaſticam in cœnobio in agro (huic quidem nomen eſt Tilmogium) poſito, agebat, properant Antiochiam eo quidem conſilio, vti Flauianum propugnarent, vt ex eo non exigua incommoda contingerent. Quamobrem Flauianus, ſiue prioribus de cauſis, ſiue de poſterioribus factum, ſiue de vtriſque, eiectus fuit, & ad Petras incolendas, quæ ſunt in vltimis oris Palæſtinæ ſitæ, condemnatus.

Flauiani exilium.

De Seuero Antiocheno epiſcopo.

Cap. XXXIII.

Vide Niceph. ca. 28. 30 31 l. 16. Bar. anno 511 n. 16. & ſeqq.

Flauiano igitur in exilium eiecto, Seuerus ad epiſcopatum Antiochiæ delatus fuit, anno quingenteſimo ſexageſimo primo poſt illud nomen ciuitati impoſitum menſe Nouembri: iam vero, hoc eſt, tempore quo iſta à me ſcribuntur, anno ſexcenteſimo quadrageſimo primo. Huic Seuero patria fuit Sozopolis, vrbs Piſidiæ: qui antequam epiſcopatu potitus ſit, Beryti in oratione forenſi ac iudiciali ſe exercuit. Verum ſimul ac in ſacro templo Leontii, diuini martyris, quem Tripolis Phœniciæ vrbs maritima colit, fuit lauacro baptiſmi cinctus, ſe à legum ſtudio ad vitam monaſticam tranſtulit: quam quidem vitam traduxit in monaſterio, quod medium locum inter vrbem Gazam & oppidum Maiumam occupat. In quo loco Petrus Iberus, qui eiuſdem Gazæ fuerat antiſtes, quique cum Timotheo Æluro fugerat, eiſdem incedens gradibus, hominum ſermone poſt multum prædicatus fuit. Porro autem Seuerus, de quo inſtituitur oratio, cum Nephalio (qui antea eiuſdem cum eo ſectæ & opinionis fuiſſet, nimirum quod vna in Chriſto natura ſit, poſtea tamen Concilio Chalcedonenſi, & doctrinæ eorum qui duas naturas in Domino noſtro Ieſu Chriſto ineſſe aſſerunt, conſentit) in diſputationem veniens, à Nephalio & eius fautoribus vna cum aliis compluribus qui in eadem fuere opinione, è monaſterio ſuo pulſus eſt. Inde igitur Conſtantinopolim recta ſe contulit, pro ſe quoque illis qui cum eo eiecti erant, legationem obiturus: ſicque Imperatori Anaſtaſio, ſicut traditum eſt ab eo, qui vitam Seueri ſcripſit, notus eſſe cœpit.

B

Seuerus quando ad epiſcopatũ Antiochiæ delatus ſit. Seueri patria, ſtudiũ, profeſſio, vitæ genus.

C

Itaque literas ſcripſit ad ſuos fautores de mutua inter ſe communione, in quibus nominatim Concilium Chalcedonenſe anathemate damnauit. De qua re literæ monachorum ſcriptæ ad Alciſonem iſta loquuntur: *Literæ Timothei, qui iam epiſcopus Conſtantinopolitanus eſt, de mutua communione huc in Palæſtina recepta ſunt. At abdicatio Macedonii & Flauiani, quin etiam litera Seueri de mutua communione reiecta fuerunt. Porro qui eas literas huc attulerunt, dedecore & contumelia merito ſane affecti (populus namque ciuitatis & monachi contra eos concitati erant) fuga ſalutem ſibi quæſiuere. Hoc quidem in loco res fuere Palæſtinæ. Qui autem eccleſiæ Antiochenæ paruerunt, partim fuerunt vna cum cæteris in errorem inducti, ex quorum numero fuit Marianus epiſcopus Beryti, partim vi & neceſſitate compulſi, literis Seueri de mutua communione (quæ non concilio ſolum, verumetiam cæteris omnibus qui duas naturas ſiue proprietates in domino ineſſe, alteram carnis, diuinitatis alteram, aſſerebant, anathema indixerunt) conſentiebant. Verum quos neceſſitas ad conſentiendum compulerat, hi poſtea mutata ſententia, ſe ad Eccleſiam reuocarunt. Ex quorum numero fuerunt epiſcopi qui Eccleſiæ parebant Apameæ. Erant vero alii qui omnino conſentire noluerunt: ex quibus erant Iulianus epiſcopus Boſtri, & Epiphanius Tyri epiſcopus, & alii nonnulli, vt fertur, epiſcopi. Iſauri autem, qui iam reſipuerant, ob priorem ſuum errorem ſe ipſi condemnarunt, Seueroque & eius ſectatoribus denunciarunt anathema. Alii epiſcopi & clerici qui ſub Seuero erant, eccleſiis ſuis relictis fugerunt: inter quos eſt Iulianus epiſcopus Boſtri, & Petrus Damaſci epiſcopus, qui hic vitam degunt: Mamas autem, alter è duobus illis Dioſcorianis, qui duas ab initio naturas aſſerebant: quorum arrogantem pertinaciam ab illis ipſis ad id quidem coactus, Seuerus condemnauit, & paulo infra: Monaſteria autem, tum quæ hic ſunt, tum quæ Hieroſolymis, Dei iuuante gratia, in recta fide conſentiunt: aliaque plurimæ ciuitates & epiſcopi eodem modo. Pro quibus omnibus, & pro nobis quoque tu ſanctiſſime domine & pater noſter honoratiſſime precari digneris, ne intremus in tentationem.*

Monacho cum litera ad Alciſonẽ de ſtatu concilii Chalcedonenſis & de Seuero. Bar. anno 512. n. 2. & ſeqq.

D

De miſſa ad eum à Coſma & Seueriano abdicatione.

Cap. XXXIV.

E

Qvoniam autem iſtæ literæ memorant, epiſcopos, qui eccleſiæ Apameæ parebant, à Seuero desciuiſſe, deinceps ponamus in medio, quod à patribus nobis traditum eſt, licet nulla hiſtoria huc uſque comprehenſum. Coſmas, qui noſtræ Epiphaniæ Orontem fluuium tangentis epiſcopatum geſſit, & Seuerianus epiſcopus Arethuſæ, vrbis finitimæ, literis Seueri de mutua communione grauiter offenſi, primum ſe ab eius communione ſegregarunt: deinde libellum abdicationis ad eum iam tum epiſcopatum Antiochiæ adminiſtrantem mittunt, quem libellum tradunt Aureliano, præcipuo Epiphaniæ diacono: qui, quoniam Seuerum extimeſcebat, & tam illuſtris epiſcopatus amplitudinem reuerebatur, vt primum venit Antiochiam, induit ſe veſte muliebri, & ita ad Seuerum accedit: ſeque ipſe effœminatum & mollem oſtendit, mulieremque omnino eſſe ſimulat: atque velamine, quo caput obuoluebatur, ad pectus vſque demiſſo, lamentari, & exili voce velut ex imis præcordiis ducta obteſtari cœpit, Seueroque prodeunti, libellum abdicationis dat: & clam omnibus, ex turba quæ ſequebatur Seuerum, euadit, fugaque ſibi ante ſalutem parat, quam Seuerus ea quæ libellus complectebatur, potuiſſet cognoſcere. At Seuerus, quanquam libellum recipiebat, & quæ in eo ſcripta erant, ſatis intelligebat: tamen in ſua ſede epiſcopali firme perſtitit ad mortem vſque Imperatoris Anaſtaſii. Vbi autem Anaſtaſius de his quæ Seuero acciderant, certior factus eſt (facinus namque tam benigne & clementer ab Anaſtaſio editum, hoc loco commemorandum eſt) mandatum dat Aſiatico, præfecturam Libaneſæ, quæ eſt in Phœnicia, gerenti, vt Coſmam & Seuerianum ſuis ſedibus expelleret, propterea quod Seuero libellum abdicationis miſerant: qui cum veniſſet in Orientem, & multos Seueriani & Coſmæ doctrinis adhæreſcentes, & ſuas ipſorum ciuitates ſtrenue propugnantes reperiret, retulit ad Anaſtaſium, hos ſine ſanguine non poſſe ſuis ſedibus exturbari. Itaque tantum in Anaſtaſii animo inſedit clementiæ & manſuetudinis, vt per literas Aſiatico plane ſignificaret, ſe velle nullum facinus aggredi, quantumuis magnum & memorabile, ſi vel gutta ſanguinis pro eo fundenda eſſet. Hic quidem Eccleſiarum totius orbis terræ ſtatus fuit, dum regnaret Anaſtaſius: quem nonnulli, tanquam Concilii Chalcedonenſis aduerſarium exiſtimantes, ex ſacris tabulis exemerunt: Hieroſolymis autem anathema fuit illi denunciatum.

Vide Niceph. ca. 35. l. 16. Bar. anno 512 n. 3. & ſeqq.

Coſmas & Seuerianus epiſcopi magno aſtu Seuero ex ſubitaneo libello inſinuant.

F

Anaſtaſius de his factus certior quæ Seuero acciderunt, Coſmam & Seuerianũ ſuis ſedibus expellit. Clemens Anaſtaſii vox.

G

De tyrannorum Iſaurorum euerſione.

Cap. XXXV.

Non fuerit forſitan ab eo quod ſumus ante polliciti, alienum, ſi alias quoque res Anaſtaſii temporibus geſtas huic Hiſtoriæ attexamus. Longinus Zenonis frater, cum in patriam, vt ante dixi, veniſſet, bellum palam contra Imperatorem parat: & multis copiis vndique collectis (quibuſcum epiſcopus * duntaxat prouinciæ Apameæ, quæ eſt in Syria, coniunctus fuit) vna cum Iſauris & ipſe quoque Iſaurus ad bellum gerendum proficiſcitur. Cui bello finis tandem imponebatur, partim quod Iſauri, qui vna cum Longino ad bellum ierant, penitus deleti, partim quod Longini & Theodori capita à Ioanne Scytha Conſtantinopolim miſſa fuere: quæ quidem capita Imperator palis alligata, in loco cui Sycæ nomen eſt, è regione Conſtantinopolis in vlteriore maris littore ſito ſuſpendit: gratum ſane ſpectaculum propterea Conſtantinopo-

Vide Niceph. ca. 36 l. 16. Bar. anno 498. n. 9.

H

* *pro duntaxat, lege, Canon.*

Longinus contra Anaſtaſium. Anaſtaſii clementia, ca. 29.

* Longini & Theodori capita à Ioanne Scytha Conſtantinopolim miſſa

A

Selemantheus a Curſ.. dictus.

litanis, quod ipſi à Zenone & Iſauris grauibus ante affecti fuiſſent incommodis. Alter porro Longinus, cognomento Selinuntius, qui magnam partem tyrannidis pariter occupauerat, & Indus, vna à Ioanne cognomine Cyrto, viui capti ad Anaſtaſium mittuntur. quæ res animos tum Imperatoris, tum Conſtantinopolitanorum magnopere recreauit: quippe & Longinus & Indus, catenis ferreis collis eorum circumiectis, inſtar triumphi per plateas ciuitatis, & per circum ducebantur. Atque ea de cauſa, quæ iam ante vectigalia Iſaurica dicebantur (erant quidem iſta ſumma auri ad quinque millia librarum, quæ quotannis barbaris penſitari ſolet) in theſauros Imperatoris importata fuere.

De Scenetis barbaris, quod fœdera cum Romanis ſanxerunt.

Cap. XXXVI.

Vide Niceph. ca. 36 l. 16

Sceneti barbari arma contra Imperium Romanum ferunt

B

BArbari porro (quos σκηνίτας, id eſt, in caſtris & tabernaculis habitantes vocant) arrogantia elati, contra Imperium Romanum non ſine ſuo damno arma ferunt: Meſopotamiam, vtramque Phœniciam & Palæſtinam depopulantur: qui quidem à ducibus cuiuſque prouinciæ grauiter & acerbe afflictati, in poſterum fœdere cum Romanis omnium ſuorum nomine pacto, conquieuerunt.

De Amida obſidione, & ædificatione Daras.

Cap. XXXVII.

Vide Niceph. ca. 36. 37 lib. 18. Bar. anno 502 n. 27. & 503 n. 7.

Perſarum in Armeniam irruptio.

Euſtathius hiſtoricus & mors

PErſæ præterea ruptis fœderibus & propriis ſedibus relictis, Cabade ipſorum rege duce, primum in Armeniam incurſionem faciunt: atque oppido, quod Theodoſiopolis vocatur, capto, Amidam, vrbem Meſopotamiæ ſatis munitam accedunt, eamque obſidione capiunt, quam Imperator Romanus non ſine multis moleſtiis ac laboribus recuperauit. Quod ſi quiſquam ſtudio ducitur iſtas res ad vnguem (vt aiunt) cognoſcendi, & omnes perueſtigandi accurate Euſtathium legat, à quo diſerte admodum ſummoque cum labore & exquiſita elegantia narratæ, literiſque proditæ ſunt: qui cum Hiſtoriam ad tempus, quod nos iam perſequimur, deduxiſſet, & ad annum duodecimum regni Anaſtaſii finem ſcribendi feciſſet, exceſſit è vita. Hoc bello confecto, Anaſtaſius locum quendam Meſopotamiæ, qui Daras dicitur, in extremis Imperii Romani finibus ſitum, & velut terminum, quo altera reſp. ab altera diſtinguitur, ex agro in ciuitatem muniuit: ac primum muro fortiſſimo circumdedit, deinde varia ædificia, eaque eximia in illo extruxit, vt eccleſias & alias ſacras ædes: vt regales porticus, balnea publica & alia id genus, quibus illuſtres vrbes magnifice & egregie adornari ſolent. Ferunt autem nonnulli locum illum ideo Daras appellatum, quod Darius ibidem ab Alexandro rege Macedonum, Philippi filio, penitus deuictus fuit.

C

Anaſtaſius vrbem Daras munit & amplificat.

De Muro longo.

Cap. XXXVIII.

Vide Niceph. ca. 39 l. 16.

Longus murus

D

IDem porro Imperator opus plane ampliſſimum, & cum primis memorabile ædificauit (quod longus Murus appellatur) in Thracia in loco commodo ſitum: quod abeſt Conſtantinopoli ad ſummum ducentis & octoginta ſtadiis. Mare vtrumque complectitur ad quadraginta & viginti ſtadia, inſtar freti cuiuſdam: & vrbem ferme inſulam pro peninſula efficit: tranſportatque eos quibus libitum eſt nauigare, à Ponto ad Propontidem, & mare Thracium cum ſummæ ſecuritate: barbaros denique, qui ex Ponto Euxino, & Colchide, & Meotide palude excurſiones faciunt, quique ex locis vltra Caucaſum, & qui ex Europa erumpunt, arcet repellitque.

E

De Chryſargyro, vt vocant, quod Anaſtaſius deruebat.

Cap. XXXIX.

Vide Niceph. ca. 40 l. 16. Bar. anno 491 n. 11.

Chryſargyrum ab Anaſtaſio ſublatum

EST præterea res ſupra modum illuſtris, & plane diuina ab eodem Imperatore in tributo quod Chryſargyrum dicitur, tollendo geſta. De qua quidem dicturis, vel lingua Thucydidis, vel alia pleniore diſertioreque opus eſſet. Ipſe tamen dicam, non tam oratione, quam ipſius rei dignitate fretus. Ampla & eximiæ reipublicæ Romanorum tributum ſceleratum, Deo inuiſum, & ne ipſis quidem barbaris, nedum Chriſtianiſſimo Romanorum Imperio dignum impoſitum fuit, quod ad tempora Anaſtaſii, qua de cauſa non equidem habeo dicere, neglectum, ipſe regifice & cum ſumma omnium commendatione ſuſtulit. Impoſitum vero fuit cum aliis compluribus, qui quæſtu victum ſibi quæritabant, tum meretricibus, quæ corporis pulchritudinem habebant venalem, & effuſe ac libidinoſe ſtupris in abditis & occultis locis ciuitatis, id eſt, in ganeis ſe dedebant, tum præterea omnibus, quos ſcortari non pudebat, qui non naturam modo, verum etiam ipſam rempublicam dedecore & ignominia affecerunt, vſque adeo vt quæſtus inde perceptus, non aliter atque lex quædam, eos qui tam turpis flagitii cupiditate flagrarent, velut voce emiſſa, ad id quidem impelleret: & qui in locis ſingulis impium illud & nefarium tributum, quod ex eiuſmodi ſceleribus cogi ſolet, colligebant, idem ipſum ſingulis quadriennius ad ſummum & primarium magiſtratum deferebant, adeo vt non minima tributorum regni pars cenſeretur, & in primaris ſcriniis (ſic enim nuncupant) reponeretur: & qui rerum eiuſmodi cenſores extiterunt, illud munus non obſcurorum & ignobilium eſſe, vt reliqua officia, quæ in republica geruntur, exiſtimabant: quod cum Anaſtaſius intellexiſſet, detuliſſetque ad ſenatum, & ſcelus eſſe ac facinus inauditum oſtendiſſet, decreuit ſtatuitque vt omnino tolleretur: quinetiam ſchedas, quæ rationem exactionum complectebantur, igni cremandas tradidit. Porro autem cum in animo haberet Deo velut ſacrificium in ea nequitia delenda offerre, quo ne cuiquam poſt eum integrum eſſet veteres illas turpitudines denuo reuocare, ſimulat ſe in mœrore eſſe, & temeritatis ſe ipſe atque extremæ dementiæ inſimulat: nimium, inquiens, ſe inani gloriæ tribuiſſe, & eo pacto reipublic. neglexiſſe vtilitatem, propterea quod tam amplum tributum tamque antiquitus inceptum, & tam longo temporis ſpatio continuatum confirmatumque, tam imprudenter & inconſulto abrogauerat: neque proſpexerat pericula inde impendentia, vel ſumptus ex eo in militiam ſuppeditatos, quibus reſpublic. tanquam mœnibus defendi ſolet, vel eos qui ad cultum Dei ab eodem conferuntur. Poſtremo conſilio quod intendebat, intra animi ſui cogitationem occultato, denunciat ſe velle tributum illud in integrum reſtituere: atque eam ob cauſam eos qui tributo colligendo præfuiſſent, accerſit ad ſe, docetque factu ſe pœnituiſſe, nec habere quid agat, aut quo modo culpam ſuam præſtet, præſertim cum ſchedæ quæ rationem ac ſummam exactionis demonſtrare poterant, eſſent igne penitus abſumptæ. Atque cum illi non ſimulatione vlla, ſed vere & ex animo factum ideo deplorarent, quod inde iniuſta iniquaque merces ipſis ſuppetere conſueuerat: & ſimul cum Anaſtaſio tributum non poſſe reſtitui affirmarent, hortari atque adeo orare cœpit, vt omnibus modis perueſtigare pergerent, ſi forte poſſent ex omnibus tabulis, quæ in ſingulis locis reſeruatæ eſſent, elicere totius tributi exigendi rationem. Itaque ſingulis ſummam pecuniæ quam in tabulis colligendis conſumerent, miſit: imperauitque vt quæque ſcheda, quæ ad huius rei declarationem faceret, quocunque in loco inueniretur, ad ipſum apportaretur: quo accuratæ conſideratione, & valde exquiſita hæc res denuo fieret, & in integrum reſtitui poſſet. Poſtea vero quam aliquo temporis ſpatio interiecto reuertiſſent hi, quibus datū fuiſſet negotiū. Anaſtaſius geſtire lætitia & gaudiu exultare viſus eſt. Nā lætabatur admodū, q ea de quibus tan-

F

G

H

A

tum laborauerat, reuera iam eſſet conſecutus. Rogat, qua ratione tabulas repeiiſſent, & apud quos, & ſi quid apud quenquam, quod ad tale inſtitutum faceret, etiamoum reliquum eſſet? Com autem illi multos ſe labores in illis in vnum cogendis collocaſſe aſſueuerarent, iurarentque per ipſum Imperatorem nullam iam ſchedam in tota rep. Romana remanere, quæ tribori rationem poſſet oſtendere: rurſus magnum rogum incendi, ſchedaſque apportatas in eo comburi, & cineres aqua oppleri obruique iubet: eo quidem animo & conſilio, vt tributi illius ratio ita penitus deleretur, vti nec familiæ neccims, nec vllum denique literæ ex ſchedis iam combuſtis veſtigium appareret. Verum ne dum Anaſtaſii factum in hoc tributo tollendo tanta laude efferimus, ignotare videamur, quæ de eo veteres ſuis indulgentes affectibus tradiderint, deinceps ea ponemus in medio, & ex rebus ab illis ipſis commemoratis perſpicue falſa oſtendemos.

B

De iis quæ Zoſimus ſcripſit de Chryſargyro & Conſtantino Imperatore.

CAP. XL.

Vide Niceph. ca. 41. l. 16. Zoſimi calumniæ aduerſus Cōſtantinum Magnum.

ZOſimus vnus eorum qui nefariæ & execrabili gentilium religioni dediti ſunt, iracundia propterea contra Conſtantinum inflammatus, quod primus ex Imperatoribus, deteſtabili gentilium ſuperſtioone relicta, religionem Chriſtianam amplexatus eſt, narrat, tributum, quod Chryſargyrum dicitur, ab eo primum excogitatum, ſancitumq; vt ad quartum quemque annum illud idem penſitaretur. Aliis item infinitis maledictis pium & magnificum Conſtantinum laceret. Nam ait eum cum alia nonnulla mala contra homines cuiuſque fortunæ & conditionis iniueniſſe, tum Criſpum filium miſerandum in modum occidiſſe, tum Fauſtam coniugem in balneum extra modum exardeſcens concluſam, è medio ſuſtuliſſe. Et cum de tam nefandis cędibus à ſuis ſacerdotibus expiari laboraret, minimeq; good volebat conſequeretur (illos enim plane reſpondiſſe, eas non poſſe expiari) forte in Ægyptum qui ex Iberia venerat, incidiſſe, & perſuaſum ab eo fidem Chriſtiani hominis, vim habere peccati cuiuſque tollendi, ea ex animo amplexatum, quæ Ægyptius ipſi tradiderat. Deinde patrio de religione inſtituto relicto, impietatem, vt iſte prædicat, ſectari aggreſſum eſſe. Quod autem iſta omnino falſa ſint, mox oſtendam: interim iſta de Chryſargyro dicta ſint.

Intelligit ſacerdotibus ſimulachrorum.

Ç

Inuectiua in Zoſimum propter nephariam eius in Conſtantinum & Chriſtianos maledicentiam.

CAP. XLI.

Vide Niceph. ca. 41. 43. li 16. Calumniarū depulſio.

TV demoo ſcelerate & crudelis ais Conſtantinum, cum vrbem Romæ parem extruere conſtitueret, primum in agro Troadis & Ilii amplam & illuſtrem ciuitatem condere aggreditur: atque fundamentis iactis muroque in ſublime erecto, vbi Byzantium locum ad eam rem commodiorem reperit, ſic ſepſit mœnibus, ſic vrbem antiquam amplificauit, ſic ſplendore illuſtrauit ædificiorum, vt Roma, quæ pedetentim multorum annorum ſpatio creuerat, non multo videretur inferior. Dicis præterea, eom populo Byzanoi frumenti congiarium tribuiſſe: & magnam vim auri his qui Byzantium commigrabant, ad ædes ſibi extruendas largitum. Addis quoque (tuis enim verbis vtar) ſummam rerum ad Cooſtantium, Conſtantino iam patre mortuo, mortuis etiam fratribus rediiſſe: & Cooſtantium, cum Magnentius, & Bretanoio tyrannidem occuparent, Bretannioni pacem ſuadere aggreſſum: atque ambobus exercitibus in vnum coactis orationem habuiſſe, milites redegiſſe in memoriam patris ſui in eos liberalitatis & magnificentiæ, qoo duce multas hoſtium copias profligaſſent, & à quo ampliſſimis muneribus donati fuiſſent. Vt primum vero milites iſta audiuerant, Bretannionem veſte regali nudarunt, dignitatis gradu ſpoliatum ad Conſtanoium velut

D

Conſtantinus Chryſargyri vectigal non

priuatum deducunt: qui certe à Conſtantio (quem vna cum patre tantis conuitiis conſectatis) nihil pertulit incommodi. Quemadmodum fieri poſſet, vt qui tam liberalis tamque magnificus fuiſſet, idem ipſe adeo ſordidus & parcus exiſteret, vti tale & tam nefandum tributum ſuis imponeret, equidem penitus ignoro. Quod autem neque Fauſtam, neque Criſpum interemerit, neque ab vllo Ægyptio propterea myſteriis noſtræ religionis initiatus ſit, audi quæſo, quid Euſebius cognomine Pamphilus de his rebus ſcribat, qui eodem tempore cum Conſtantino & Criſpo vixit, & cum illis multum verſatus eſt. Tu vero ea quæ ne audiuiſti quidem, nedum quæ vera ſunt, ſcribis: qui quidem longo tempore poſt, Arcadio videlicet & Honorio regnantibus, ſcripſiſti, vel poſt illorum ætatem. Euſebius autem in octauo libro hiſtoriæ Eccleſiaſticę ſcribit hæc hiſce fere verbis: *Non longo temporis interuallo interiecto, Imperator Conſtantius, qui & vniuerſam vitam placidiſſime inſtituerat, & erga ſubiectos ſuos beneuolentiſſime animatus erat, & erga Dei verbum amiciſſime affectus, filium ſuum ingenuum Conſtantinum, Imperatorem & auguſtum pro ſe relinquens, communi lege naturæ finem viuendi fecit.*

Et paulo infra: Huius filius Conſtantinus, ſtatim vt Imperii gubernacula ſuſceperat, Imperator ſummus & Auguſtus cum ab exercitibus, tum multo ante ab ipſo ſummo omnium imperatore Deo declaratus, ſe paternæ pietatis erga noſtræ religionis diſciplinam æmulum & imitatorem præſtitit. Quinetiam ſub finem totius hiſtoriæ his verbis vtitur: Conſtantinus, Max. Victor, omni pietatis genere ornatus, vna cum filio Criſpo Imperatore Deo chariſſimo, & patris rebus in omnibus ſimilis, Orientem in ſuam redegit poteſtatem. Non tantum profecto laudis Euſebius, cui poſt Conſtantinum vita ſuppetebat, Criſpo tribuiſſet, ſi à patre fuiſſet interfectus. Theodoritus porro ſcribit, Conſtantinum in ipſo extremo ætatis tempore Nicomediæ baptiſmi lauacro tinctum, illudq; ad id temporis propterea diſtuliſſe, quod magnopere cupiebat in Iordane fluuio eſſe baptizatus. At tu, ô nefarie & ſceleſtiſſime Zoſime, ais, ex eo tempore, quo religio Chriſtiana cœpta eſt diuulgari, ſtatum Imperii Romani dilapſum eſſe, & penitus labefactatum: quod quidem factum eſt abs te, vel quod veterum ſcripta minime euolueris, vel quod erga veritatem male animo affectus ſis. Nam contrarium plane oſtenditur, oimirum ſtatum Imperii Romani vna cum fide noſtra creuiſſe. Conſidera igitur quæſo, quomodo circiter Chriſti Dei noſtri incarnationem complures ex Macedonibus à Romanis ſubacti fuerunt: Albania item, Iberia, Colchi & Arabes Romanorum ditioni ſubiugati: Galli præterea, Germani & Britanni poſt centeſimam vigeſimamtertiam Olympiadem à Caio Cæſare magnis & grauibus prælis deuicti, & quingentæ ciuitates quas incolebant, Imperio Romano, vt ab Hiſtoricis proditum eſt, adiunctæ. Hic Caius primus poſt Conſules ſolus Imperio potitus eſt, viamque ad monarchię decus muniuit, & pro ſtatu reipublicæ populari & multitudinis arbitrio gubernato, illud Imperii genus introduxit. Quod quidem diuinitus factum eſt propterea quod Chriſti monarchia breui eſſet ſecutura. Iudæa quoque tota & regiones ei finitimæ Imperio Romano adiectæ, adeo vt tum primus cenſus, in quo Chriſtus vna cenſeretur, factus ſit: adeo vt ipſa Bethleem prophetiæ de ſe olim edictæ expletionem perſpicue ante omnium oculos ſtaueret. Sic enim de ea à Michæa propheta dictum eſt: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exibit dux, qui reget populum meum Iſrael.

Poſt natum Chriſtum Deum noſtrum Ægyptus Romano imperio addita fuit, Auguſto Cæſare (cuius temporibus Chriſtus natus fuit) regnante, qui Antonium & Cleopatram omnino profligauit: hique poſt ſibi ipſi necem conſciuere.

Quibus extinctis Cornelius Gallus ab Auguſto Cæſare præſes Ægypti conſtitutus eſt, & poſt Ptolemæorum occaſum, vt tradunt Hiſtorici, Ægypto præficitur. Quæ autem regiones Perſis à Ventidio & Curbulone duce Neronis, à Seuero etiam, Traiano, Caro, Caſſio & Odænatho ex Palmyra, ab Apollonio & aliis denique ereptæ, quoties præterea Seleucia & Cteſiphon captæ, quoties Niſibis nunc ad Romanos, nunc ad Perſas tranſlata, & quo pacto Arme-

A

tis, aliæque gentes finitimæ Romanorum imperio acceſſerint, tu non aliter atque alii literis prodidiſti. At me propemodum præteriiſſent illa, quæ ſcribis à Conſtantino (qui certe noſtræ religionis ſubſidio adiutus, valde ſtrenue & viriliter imperio Romano præfuit) confecta eſſe: quinetiam quæ acciderint Iuliano, ſuis impiis myſteriis initiato, & quæ tum vulnera reipublic. reliquerit. Verum autem quicquam eorum quæ Prophetæ cecinerunt vel de mundi fine, vel verum principium habuerit, vel exitum ſit habiturus, altioris myſterii eſt, quam vt in tuam intelligentiam cadat. Itaque expendamus, ſi placet, quemadmodum Imperatores, qui gentilium ſuperſtitionem propugnabant, & qua ratione etiam qui Chriſtianæ religionis ſtudio ducebantur, imperandi finem fecerint. An non C. Iulius Cæſar, qui primus imperio ſolus potiebatur, per dolum occiſus, ceſſit è vita? An non deinde quidam milites Caium, nepotem Tiberii, gladiis trucidarunt? An non Nero à quodam neceſſario & familiari interemptus fuit? Annon Galba eundem exitum habuit, Otho & Vitellius, qui tres ſedecim duntaxat menſes regnarunt? Quid Titum Imperatorem commemorem, quem Domitianus, quamuis eſſet frater illius, veneno ſuſtulit? Rurſus, annon Domitianus miſere à Stephano necatus, ex hac luce migrauit? Quid ais de Commodo, annon Narciſſus illi vitam ademit? Quid Pertinax, quid Iulianus, annon eodem mortis genere occubuerunt? Quid Antonius filius Seueri, annon Getæ fratri manus violentas attulit, ipſique non diſſimilis mors à Martiale illata fuit? Quid dicam de Macrino, annon circiter Byzantium inſtar captiui à ſuis militibus crudeliter cæſus? Quid Aurelius Antoninus ex Emeſſa, annon vna cum matre interemptus? Quid poſt illum Alexander, annon vna cum matre eandem peregit fabulam? Quid loquar de Maximino, qui à ſuo ipſius exercitu mactatus fuit? Aut de Gordiano, qui Philippi inſidiis & dolo, à ſuis itidem militibus confectus, extremum ſuum diem obiit? Dicito tu, quæſo, Zoſime, quid Philippo, & poſt illum Decio obtigerit: annon ab hoſtibus perempti? Adde his Gallum, & Voluſianum, annon à ſuis ipſorum copiis è vita extruſi? Quid Æmilianus, annon in eandem cladem incidit? Quid Valerianus, annon in bello captus à Perſis, & ab eiſdem in triumpho circumductus? Quid? annon Galieno per dolum occiſo, & Carino obtruncato, rerum ſumma ad Diocletianum redit: quos Diocletianus, ne ſimul cum ipſo regnarent, è medio ſuſtulit. Poſt quos Herculius Maximianus, & Maxentius huius filius, & Licinius etiam cum ſumma turpitudine & ignominia perierunt. At vero ex eo tempore, quo illuſtriſſimus Conſtantinus imperare cœpit, & vrbem extructam, ſuoque ipſius nuncupatam nomine, Deo dedicauit circumſpice iuxta mecum, quæſo, num quiſpiam in ea vrbe Imperator, Iuliano eiuſdem tecum religionis ritibus initiato, tuoque Imperatore excepto, vel à ſuis, vel ab aduerſariis interiit, vel omnino tyrannus quiſquam Imperatorem debellauit, præter Baſiliſcum ſolum: qui quanquam Zenonem expulit imperio, ab eodem tamen profligatus, vitam edidit? Quod autem ad Valentem attinet, qui Chriſtianos tot affecit incommodis, facile tibi dicenti aſſentior: de alio enim nulla abs te facta eſt mentio. Iſta quidem nemo putet ab hiſtoria Eccleſiaſtica aliena eſſe, ſed cum ad legendum perutilia, tum inſtituto propterea conſentanea, quod gentiles hiſtorici propter maleuolentiam rerum geſtarum veritatem deprauare contenderint. Verum iam ad reliquas res ab Anaſtaſio geſtas pergamus.

Comparatio Chriſtianorum principum & Ethnicorum quoad cuiuſque vitæ finem. Vide vltimo Suetonii de vita Tiberii Imperatorum idololatrarum diuerſos tragicos exitus.

B

C

Vide Cuſpin. in vita Carini.

Piorum & Chriſtianorum imp. exitus tranquilliores.

D

Etſi Euagrius iuſte in Zoſimum excanduerit, vtpote qui odii concitatum affectus multa calumnioſe in Conſtantinum coaceruarit; tamen in his quæ ſpectant ad Criſpi & Fauſtæ necem non temere in eum inuehitur: ſiquidem hanc non tantum Zoſimus, ſed etiam ipſe Euſebius in Chronico, Aurelius Victor, Eutropius, Oroſius, Sidonius Apollinaris, acta Concilii Romani I. ſub Sylueſtro habiti locis allegatis. Supra apud Euſeb. in fine cap. vltim. lib. 10 & Sozomenum lib. 1 cap. 5 expreſſe meminerunt. Vide Baron. anno 324. n. 8.

De Chryſotelia, hoc eſt, auri tributo.

Cap. XLII.

Quemadmodum ea quæ ſupra commemorauimus, ab Anaſtaſio egregie, & vt Imperatoris poſtulat maieſtas, facta ſunt: ita alia ab eo geſta, quæ iſtorum dignitatem non parum videntur obſcurare. Nam & tributum, quod Chryſoteliam, id eſt, aureum tributum vocant, excogitauit, & ſtipendia militaria vna cum exactionibus non ſine grauiſſimo reipublic. detrimento diuendidit. Suſtulit autem conſuetam vectigalium exactionem à curiis, & eos qui vindices appellantur, in ſingulis ciuitatibus conſtituit, impulſione, vt ferunt, Marini Syri, qui ſummum magiſtratum, quem præfecturam aulæ nuncupant, adminiſtrauit. Vnde factum eſt, vt magna pars vectigalium perierit, & ciuitatum decus labefactatum conciderit. Nam ante illud tempus patriciorum nomina in albo cuiuſque ciuitatis inſcribebantur: quippe vnaquæque ciuitas eos qui in curias erant relati, pro ſenatu quodam habuit numerauitque.

E

Vide Niceph. ca. 44. l. 16. Chryſotelia ab Anaſtaſio excogitata. Vindices.

F

De Vitaliani tyrannide.

Cap. XLIII.

Contra Anaſtaſium porro Vitalianus, genere Thrax, tyrannidem occupare ſtuduit. Hic Thracia & Myſia ad Odyſſum & Anchialum vſque vaſtata, Conſtantinopolim cum multitudine ex gentibus,* quæ incertis ſedibus vagati, & habitare ſub dio conſueuerant, collecta proficiſci maturat: cui obuiam iturum Hypatium miſit Imperator. At poſteaquam Hypatius proditus à ſuis viuus captus fuit, ingentique pecuniæ ſumma redemptus, Cyrillus belli expeditionem capeſſit: ac primum prælio ancipiti pugnatur, deinde non pauci vertuntur in fugam: deinceps cum Cyrillus tum hoſtes perſequendo, tum ſuos reducendo, ſuperiores partes haberet, Vitalianus in Cyrillum conuerſus, cum militibus præ maleuolentia cedentibus, in Odyſſo capit. Poſtremo ad Sycas vſque excurſus facit, omnia ferro & igni vaſtat: nihil aliud cogitatione complectens, quam Conſtantinopolim excidere, & potiri imperio. Caſtris igitur in Sycis locatis, Marinus Syrus, de quo ante mentionem fecimus, cum claſſe ab Imperatore mittitur, contra eum depugnaturus. Itaque exercitus vterque propius inter ſe accedit, atque puppes nauium alterius Sycas, alterius Conſtantinopolim verſus ſpectabant. Ac primum ſe aliquantiſper à pugna continent: deinde fit nauibus excurſio, & tanquam proluſione quadam & vmbratili pugna dimicatur: poſtea graui nauali prælio circiter Bythariam commiſſo, Vitalianus puppibus nauium conuerſis, & multis copiis amiſſis, animo attonito fractoque ſe fugæ mandat. Fugiunt quoque eius milites, quantum poſſunt, adeo vt poſtridie eius diei ne vnus quidem ex hoſtium numero vel in traiectu, vel circiter ipſam vrbem reperiretur. Vitalianum autem in Anchialo aliquandiu commoratum, acquieuiſſe ferunt. Porro aliud genus barbarorum, qui itidem ſub dio habitare ſolebant, tranſmiſſo mari, in Pylas vrbem Cappadociæ irruptionem facit. Iiſdem temporibus Rhodus ingenti terræmotu iam tertio intempeſta nocte miſere concuſſa, & prope labefactata fuit.

Vide Niceph. ca. 38. l. 16. Bar. anno 514. n. 40. & an. 515. in principio. * Hunnicas Vitaliani tyrannis anno 515. Hypatius Vitaliani dux viuus captus Cyrillus Anaſtaſii dux viuus captus.

G

Vitalianus fuga ſe mandat.

Hunnorum in Cappadociam irruptio. Terræmotus Rhodū concutit. Aliud genus Hunnorum à ſuperiori.

Quod cum hymno triſagio particulam hanc, Qui propter nos crucifixus eſt, *Anaſtaſius adiungere voluiſſet, turba ac ſeditio in populo excitabatur: quam rem extimeſcens cum ſummiſſionem ſimularet, ita plebis furor compreſſus eſt, & de Anaſtaſii ex hac luce migratione.*

H

Cap. XLIV.

Per idem tempus Conſtantinopoli grauiſſima ſeditio propterea à populo ciebatur, quod Imperator ad hymnum triſagium, illud, Qui crucifixus eſt propter nos, addere voluit: perinde ac ſi ea particula adiecta religio Chriſtiana tolleretur. Cuius ſeditionis ducem & principem fuiſſe Macedonium & clerum ei ſubiectum, Seuerus ad Soteri-

Vide Niceph. l. 16. c. 45. Bar. anno 512. n. 14. & ſeqq. Conſtantinopolitana ſeditionis cauſa verſiculus vnus hymno additus.

A chum ſcribens, memorat: qui quidem Seuerus nondum ad ſacerdotii gradum aſcenderat, ſed vitam in aula Imperatoria degebat, neque vna alius ſuo, vt antea à me dictum eſt, monaſterio eiectus erat. Macedonium vero non ſolum ob crimina illi falſo intentata, quæ ſupra poſuimus, verumetiam ob iſta iam ei obiecta expulſum arbitror. Et cum populus hac de cauſa effrenate ferretur, non ſolum nobiles in grauiſſima deuenere diſcrimina, verumetiam multa præclara ædificia incenſa fuere; quinetiam monachum quendam, hominem agreſtem & ſimplicem, populus cum in ædibus Marini Syri offendiſſet, primum obtruncat, inquiens, eius hortationibus particulam illam, quam dixi, ad ſanctum hymnum adiectam; deinde alligat ad contum, & in ſublimi ſuſpendit: tum clamore ſublato, inſidiatorem Trinitatis cum irriſione vocat. Ac ſic creuit ſeditionis flamma vaſtantis omnia, & omnes vires perfringentis, vti imperator neceſſitate ad commiſerationem compulſus, corona depoſita ad circum veniret, mitteretque præcones ad populum proclamaturos, ipſum ad ſe imperio abdicandum paratiſſimum: ac fieri non poſſe, vt omnes in eo dignitatis gradu locarentur, cum minime multos, ad ſe admittat: ſed vnum omnino, qui quidem poſt ſe eſſet Imperium gubernaturus. Quæ cum populus vidiſſet, ſubito velut nutu quodam diuino captus, mutauit ſententiam: rogat Anaſtaſium, vt coronam ſibi imponat: pollicet urque ſe ea lege acquieturum. Anaſtaſius autem poſt hæc ad breuiſſimum temporis ſpatium vitam protrahens, cum viginti ſeptem annos, menſes tres & dies totidem Romanum rexiſſet Imperium, ex hac luce migrauit.

B

Anaſtaſii obitus anno 518.

FINIS TERTII LIBRI.

EVAGRII SCHOLASTICI, HISTORIÆ ECCLESIASTICAE, LIBER QVARTVS.

C

Liber quartus continet acta ſub Iuſtino primo, & Iuſtiniano Magno annis quadraginta ſeptem: huc refer vitam Pontif. Rom. Ioannis 1. Bonifacii 2. Ioannis 2. Agapeti, Syluerii, Vigilii, Pelagii, Ioannis 3. ex authoribus quos ad 1. & 2. lib. Euſeb. adnotauimus. Adde his rerum Rom. ſiue Annalium Conſtantinop. lib. 15. 16. Paul. Diaconum de geſtis Longobardorum, Procopium item & Agathium & Blondum, & Pompon. Laetum. Paulum Æmylium. Trithemium Anonimum. Iornandem de rebus Geticis, Ioannem Mauerum. Adde his tomos Concil. & Hæreſ. & D. Gregorii dialogos.

De Imperatore Iuſtino primo.

CAP. I.

D

Iuſtinus Imp. anno Chriſti 518. Vide Niceph. ca. 1. lib. 16. Bar. tomo 7. an. 518. n. 1. & 2. Iuſtinus quando purpura Imperatoria veſtitus & qua ratione imperium adeptus.

POSTQVAM Anaſtaſius ex corporis ergaſtulo ad præclarius domicilium, vt dixi, demigrauit, Iuſtinus genere Thrax, nono die menſis Panemi, qui à Latinis Iulius nominatur, anno autem quingenteſimo ſexageſimoſexto ex eo tempore, quo vrbs Antiochia primum illud nomen accepit, purpura veſtitus Imperatoria: & à militibus prætorianis, quibus ante, cum eſſet præfectus ordinum aulicorum, præfuerat, Imperator declaratur. Qui quidem ad iſtam Imperatoris dignitatem præter omnem ſpem propterea aſcendit, quod multi & præſtantes viri cum Anaſtaſio cognatione coniuncti, adhuc ſuperfuerunt: qui cum omnibus rebus, quas proſper & beatus vitæ ſtatus poſtulat, abundare videbantur, tum eam conſecuti potentiam, quæ homines in tam amplo honoris gradu locare poſſit.

De Amantio eunucho & Theocrito, vtque Iuſtinus illos trucidauerit.

CAP. II.

E

Baron. anno prad. n. 2 & 3. Amantius Imperatoris cubicularius. Iuſtinus aliena pecunia ſibi, quã aliis imperium mercari maluit.

PEr idem tempus Amantius, vir potens in primis, cubiculo Imperatoris præfuit: qui, quoniam non licebat eunucho imperio Romano potiri, cupiebat Theocrito, homini ſecum fide & beneuolentia coniuncto, coronam donari Imperatoriam. Itaque Iuſtino acceſſito, magnam pecuniæ vim ei dat: quam iubet illis diſtribui, qui poſſent purpuram Imperatoriam Theocrito impertiri, & ad id præſtandum maxime viderentur idonei. Iuſtinus autem ſiue quod populum largitione ſuum plane reddidit, ſiue quod excubitorum beneuolentiam pecunia ſibi conciliauit (vtrumque enim memoratur) imperio ipſe potitus eſt. Ac ſtatim poſt Amantium & Theocritum cum aliis nonnullis à medio ſuſtulit.

Quo dolo Vitalianum Iuſtinus interemit.

CAP. III.

F

Bar. anno 519. n. 92. & 520. n. 1. Iuſtini vafrum conſilium aduerſus Vitalianum.

VItalianum vero vitam in Thracia degentem, qui Anaſtaſium imperio exturbare moliebatur, Iuſtinus Conſtantinopolim accerſit. Nam & potentiam eius extimuit, & ancipitem fortunam, quæ in bellis eſſe ſolet, & nominis eius celebritatem, quæ in omnium ore fuit, & imperii, qua flagrabat, cupiditatem. Ac cum coniectura proſpiceret, idque ſane veriſſime, ſe non alia ratione eum poſſe vincere, niſi amicitiam erga eum ſimularet: vultu mire ad fraudem compoſito, quæ facile deprehendi non poſſet, vnum ex ducum numero, qui Præſentes vocantur, eum deſignat. Et quo magis perſuaderetur Vitaliano, & facilior aditus ad fraudem pateret, ad conſulatus quoque honorem effert. Qui conſul factus, cum in palatio verſaretur, in porta quadam poſt aulam poſita, per dolum cæſus occubuit: haſque pœnas pro ſceleribus, quæ tam inconſiderate contra imperium Romanum conſciuerat, perſoluit. At vetuſta geſta fuere poſtea.

Vide Cuſpin. in vita Iuſtini. Vitaliani cædes.

Quomodo etiam exacto Seuero Paulum pro illo induxerit, paulo vero poſt Euphraſius Antiochena ſedi præficitur.

CAP. IV.

G

Vide Niceph. ca. 2. lib. 17. Bar. anno 519. n. 143. Literæ ἐνθρονιστικαί.

SEuerus, qui antiſtes Antiochiæ, vti ſupra commemoratum eſt, ordinatus fuit, quoniam Concilio Chalcedonenſi in dies ſingulos anathema indicere non deſtitit; & maxime in literis, quæ ἐνθρονιστικαί, id eſt, quæ de epiſcopis in ſede epiſcopali collocandis ſcriptæ ſunt, & in aliis quas ad iſtarum defenſionem compoſuit: quaſque, licet ad omnes miſerit patriarchas, ſolus tamen Ioannes Alexandriæ antiſtes, Ioannis alterius ſucceſſor, Dioſcorus & Timotheus, receperunt (quæ literæ etiam ad noſtram ætatem reſeruatæ ſunt) & quoniam etiam hinc in Eccleſia multæ contentiones ortæ ſunt, & populus in varias factiones diuiſus: Seuerus, inquam, idcirco mandato Iuſtini, primo regni ſui anno prehenſus, pœnas dat, lingua, vt nonnulli prædicant, abſciſſa: quod negotium datum fuit Irenæo, qui magiſtratum quendam Antiochiæ in Oriente id temporis adminiſtrauit. Confirmat quoque Seuerus ipſe, ſupplicii eius irrogandi negotium Irenæo commiſſum, in literis quas ſcribit ad Antiochenos, modumque fugæ ſuæ exponit: in quibus quoque Irenæum grauiſſimis vexat conuitiis, eumque diligentiſſime obſeruaſſe ait, ne Antiochia euolaret. Sunt qui dicant Vitalianũ (ad id enim temporis videbatur maxime & authoritate & gratia apud Iuſtinum valere) linguam Seueri ideo poſtulaſſe, quod Seuerus in ſuis concionibus probra & contumelias in eum iecerat. Ex ſua vero epiſcopali ſede fugit Gorpiæo menſe, quem Latini ſeptembrem vocant, anno quingenteſimo ſexageſimoſeptimo poſt nomen vrbi Antiochiæ impoſitum. In cuius ſedem ſucceſſit Paulus, cui dabatur mandatum, vti Concilium Chalcedonenſe palam prædicaret. Qui ſua ſponte decedens Antiochia, certo iam vitæ curſu confecto, communem vniuerſæ carnis iter ingreditur. Cuius epiſcopatus ſedem Euphraſius Hieroſolymis Antiochiam profectus, capeſſit.

Seuerus Antiochiæ epiſcopatu pulſus lingua amputata.

H

Paulus ſuccedit Seuero. Euphraſius Paulo.

A

De incendiis & terremotibus apud Antiochiam, quo tempore Euphraſius ruinarum congeſtu obrutus interijt.

Cap. V.

Vide Niceph. ca. 3. lib. 17. Bar. anno 525. n. 15. 16. & ſeqq. Antiochiæ incendia & magni terræmotus.

EIſdem temporibus, regnante Iuſtino, grauia crebraque incendia Antiochiæ contigerunt, velut prænuncia terræmotuum maxime horribilium in ea ciuitate ſtatim inſecuturorum, & aliarum etiam calamitatum præuia. Nam breui tempore poſt, anno ſeptimo regni eiuſdem Iuſtini, menſe decimo, Artemiſio videlicet, id eſt, Maio, quarto Calend. Iunii, die Veneris, in ipſa meridie, conquaſſatio & terræmotus vrbem occupant, parumque aberat, quin totam penitus euerterent: quæ duo ſequebatur incendium quaſi calamitatem quandam illis partiturum. Nam quas res illa non attigiſſent, incendium eas depaſcens, prorſus abſumpſit, & in cineres redegit. Quæ autem ciuitatis partes hac clade labefactatæ fuerint, & quot mortales incendio & terræmotu, ſicut veriſimile fuit, vaſtati, quam præterea graues caſus, quamque mali, qui certe nulla dicendi facultate exprimi poſſunt, id temporis obtigerint, tam luctuoſo orationis genere à Ioanne rhetore explicantur, vt cuiuſque animum magnopere commouere poſſint: qui quidem illis commemoratis finem Hiſtoriæ ſuæ impoſuit. Poſtremo omnium Euphraſius (cuius mors aliam nouam calamitatem attulit ciuitati) eiſdem cladibus oppreſſus, interiit, ne quiſquam reliquus fieret, qui vrbi res prouideret neceſſarias.

B

Ioannis rhetoris hiſtoria. Euphraſii epiſcopi interitus.

De Ephraimo Euphraſii ſucceſſore.

Cap. VI.

Vide Niceph. ca. 3. lib. 17. Bar. præd. loco, anno 528. n. 21. Ephraem fit epiſcopus.

VErum ſalutaris Dei erga humanum genus prouidentia, quæ ante plagam inflictam remedia parare, & gladium iræ ſuæ clementia demulcere, & cum res in deſperationem venerint, ſuæ miſericordiæ quaſi fores aperire ſolet, Ephraimium Orientis præfecturam gerentem, ad curam de vrbe illa ſuſcipiendam, quo nulla res ei deeſſet neceſſaria, exſuſcitauit. Quem Antiocheni propterea vehementer amplexati, epiſcopum ſuum deligunt. Itaque ſedes Apoſtolica, velut merces & præmium tantæ erga ciuitatem prouidentiæ ei donata fuit. Ciuitas illa rurſus biennio & ſex menſes poſt, terræmotibus concuſſa eſt. Quo quidem tempore tum Theopolis pro Antiochia nuncupata fuit, cum aliis rebus Imperatoris prouidentia locupletata.

C

Terræmotus alius. Antiochia Theopolis dicta.

De Zoſima & Ioanne, qui miraculis claruerunt.

Cap. VII.

Vide Niceph. ca. ... lib. 17. Bar. anno 526. n. 15. ... Zoſimæ ...

CÆterum quoniam calamitatum, quæ ſupra poſitæ ſunt, mentionem fecimus, deinceps alias quaſdam res plane memorabiles, quas illi qui eaſdem videbant, nobis narrarunt, huic operi adnectamus. Zoſimas quidem, genere Phœnix, ex Sinda pago Phœniciæ maritimæ ortus (qui pagus non abeſt Tyro viginti ſtadia) qui monaſticum vitæ genus excolens, ita tum abſtinentia à cibis, tum eiſdem capiendis, tum aliis virtutibus, quæ in eius vita elucebant, Dei gratiam ſibi conciliauit, vt non modo res futuras præuideret, verumetiam ab omni perturbatione liber & vacuus exiſteret, cum forte fortuna cum nobili quodam viro patricio, & prudentia eximio, nomine Arceſilao, qui & præclaris honoris inſignibus & cæteris vitæ ornamentis egregie decoratus fuit, Cæſareæ vrbis primariæ Palæſtinæ verſaretur, ipſo temporis articulo, quo Antiochia cecidit, ſubito ingemiſcere, grauiter lamentari, & ſuſpiria ex intimo pectore ducere cœpit, tantamque vim profudit lachrymarum, vt terram madefaceret: deinde thuribulum poſtulat, & toto choro, in quo ſimul conſtiterunt, thuris incenſi nidore perfuſo, ſe proſternit humi, precibus & orationibus Deum placaturus. Tum Arceſilao ſciſcitanti, quid eſſet, quod eum tantopere conturbaret? liquido reſpondit,

D

Zoſimas monachus cladem Antiochiæ abſens ſpiritu percepit.

fragorem ruentis Antiochiæ iam tum eius auribus circumſonuiſſe: adeo, vt Arceſilaus, & alii qui forte aderant, præ admiratione obſtupeſcentes, ipſam horam qua res gerebatur, literis mandarent, reperirentque poſtea ita ſe habuiſſe, vti Zoſimas declarauerat. Sunt & alia complura ab eo edita miracula, quarum maximam partem ſilentio præteriens (quippe vix aut ne vix quidem numerari poſſunt) quædam hoc loco percenſebo. Eodem tempore, quo Zoſimas in magna nominis celebritate, & pari cum Zoſima virtutum excellentia præditus vixit Ioannes, in Chuzibitarum laura, (qui locus poſitus eſt in extrema valle ad Aquilonarem partem viæ regiæ, quæ Hieroſolymis recta ducit ad vrbem Iericho) vitamque monaſticam eamque à rebus terrenis quaſi penitus ſecretam & liberam degit, & vrbis Cæſareæ, quam diximus, epiſcopatum procurauit. Hic Ioannes Chuzibites, poſtquam vxori Arceſilai, de quo ſupra locutus ſum, alterum oculum radio effoſſum audiuit, propere ad illam contendit, plagam, quam acceperat, conſpicaturus. Vbi autem vidit pupillam penitus excidiſſe, & oculum ſede dilapſum, cuidam ex medicis, qui eo commearent, mandat vt ſpongiam afferat, oculumque dilapſum in ſedem, quam commode poſſet, inducat, & ſpongiam appoſitam faſciolis alliget. Arceſilaus vero aberat: ſiquidem id temporis fuit cum Zoſima in eius monaſterio, quod eſt locatum in oppido Sindena, quod Cæſarea abeſt, ad ſummum quingenta ſtadia. Cum maxima igitur celeritate itur ad Arceſilaum, vt de his rebus certior fieret. Arceſilaus forte cum Zoſima conſidens, ſermonem cum eo contulit. Quibus rebus nunciatis, flebiliter eiulare, vellere capillum, dilacerare, & eundem cælum verſus iacere cœpit. Zoſimæ vero cauſam roganti, Arceſilaus, quid acciderat, lamentis & lachrymis crebris interpoſitis, exponit. Itaque Zoſimas illo relicto, ſolus ad cubiculum propere accurrit, in quo Deum, ſicut fas eſt id genus hominibus familiariter compellat. Paulo poſt egreſſus ad Arceſilaum, geſtiens, & modeſte ridens dixit: Abito domum lætus, abito: gratia Chuzibitæ tributa eſt, vxor tua ſanata, vtrumque oculum habet integrum: nam calamitas iſta nihil ei potuit adimere, quandoquidem ita Chuzibitæ placuit. Quæ duo miracula ab vtriſque illis iuſtis viris vno eodemque momento edita fuere. Porro iſti Zoſimæ iter quodam tempore Cæſaream facienti, ſecumque aſinum, cui res quaſdam ſibi neceſſarias impoſuerat, ducenti occurrit leo, & aſino Zoſimæ abrepto, diſcedit. Zoſimas per ſyluam vſque eo inſequitur, quoad leo, voratis aſini carnibus, ſatur eſſet. Eo quem hilari vultu & ſubridenti intuitus; dixit: At vero, ô amice, iter iam mihi penitus interruptum eſt: quippe cum annis plurimis onuſtus ſim, & ætate admodum prouectus, nec valeam ea, quæ aſino erant impoſita, humeris portare. Quare tu hoc onus contra naturæ tuæ conſuetudinem geſtes, neceſſe eſt, ſi modo Zoſimam ex hoc loco diſcedere volueris: poſtea autem ad priſtinam feritatem naturamque propriam redibis. Tum Leo, furoris prorſus oblitus, ſubblandiri, & placidus exemplo ad Zoſimam accurrere, & ipſo corporis habitu obſequii ſignificationem dare cœpit. Cui Zoſimas onus, quod aſinus geſtauerat, imponit, eumque ad portas vſque Cæſareæ deduxit, quo declararet tum virtutem & potentiam Dei, tum quod omnia tam diu hominibus inſeruiant obtemperentque, quandiu ſecundum eius voluntatem vitam inſtituimus, & gratiam nobis donatam neutiquam deprauamus. Verum ne pluribus commemorandis ſim longior, reuertar eo, vnde deflexit oratio.

B

Ioannes Chuzibites monachus Zoſimæ coæqualis, eodem miraculo clarus.

F

Sindena à Cæſarea diſtantia.

G

Zoſimæ Leo obtemperat.

H

De calamitatibus, quæ paſſim occurrebant.

Cap. VIII.

IVſtino adhuc Imperium adminiſtrante, oppidum, quod iam Dyrrachium, olim Epidamnus appellatum fuit, terræmotu grauiter concuſſum eſt. Similiter & Corinthus, quæ eſt in Græcia ſita. Adde his Anazarbum, vrbem minoris Ciliciæ primariam, quæ iam quarto illud cladis genus pertulerat. Quas vrbes Iuſtinus magna pecuniarum vi ſuppeditata, refecit. Eiſdem temporibus Edeſſa

Vide Niceph. ca. ... lib. ... Bar. anno 525. n. 18. Dyrrachii terræmotus, concuſſus, vt & Anazarbum.

A

Iuſtinopoles duæ.

vrbs Oſroenorum ampliſſima, & beata imprimis, vndis Scirti corrrentis præter labentis ſic obruebatur, vt multa ædificia aquæ impetu abriperentur, & infinita hominum multitudo, quos flumen ſecum auexerat, interiret. Edeſſa igitur & Anazarbus ab ipſo Iuſtino noua nomina accepere, & vtraque vrbs Iuſtinopolis appellata eſt.

Quod Iuſtinus adhuc viuens, Iuſtinianum, qui ſimul cum ipſo regnaret, aſciuit.

Cap. IX.

Vide Niceph. ca. 7. lib. 17. Bar. anno 527. n. 1. &c. Iuſtinus Iuſtinianum in ſocietatem imperii gerendi adſciſcit anno

CVm Iuſtinus octo annos, menſes nouem & dies tres regnaſſet, Iuſtinianum ſororis filium ſibi in ſocietatem Imperii gerendi aſciſcit. Qui Imperator declaratus fuit primo die menſis Xanthici, id eſt, Calend Aprilis, anno quingenteſimo ſeptuageſimoquinto poſt nomen Antiochiæ impoſitum. His ita conſtitutis, Iuſtinus ſupremum vitæ diem obiens, ex iſto migrauit Imperio, primo die menſis Loi, id eſt, Calendis Auguſti, qui vna cum Iuſtiniano menſes regnauit quatuor. Totum autem regni ſui tempus nouem annos integros, & tres dies complexum eſt. Cum autem Iuſtinianus iam ſolus totius Imperii gubernacula teneret, & Chalcedonenſe Concilium paſſim per omnes ſanctiſſimas Eccleſias mandato Iuſtini, ſicut antea à me demonſtratum eſt, prædicaretur, adhuc ſtatus Eccleſiæ cum in aliis quibuſdam prouinciis conturbatus fuit, tum maxime Conſtantinopoli & Alexandriæ: quandoquidem epiſcopatum Conſtantinopolitanum adminiſtrauit Anthimus, Alexandrinum autem Theodoſius, qui vterq; vnam in Chriſto naturam ineſſe aſſeuerarunt.

B

Chr. 527. Iuſtinianus quando Imper. declaratus.

Anthimus Conſtantinop. Theodoſius Alexandrinus.

Quod Iuſtinianus eos, qui Chalcedonenſe Concilium approbabant, charos habuit: ſed Theodora coniunx ipſius contra fouit illos, qui concilio renitebantur.

Cap. X.

Vide Niceph. ca. 7. lib. 17. Bar. anno 535. n. 61. & ſeqq.

C

Theodora Iuſtiniani coniunx diuerſam ſectã ſouet à marito.

QVemadmodum Iuſtinianus epiſcopis, qui Chalcedonii in vnum conuenerant, & decretis ab illis editis valde conſtanter adhæſit: ſic Theodora eius coniunx, illos qui vnam in Chriſto naturam ineſſe aſſerebant, admodum amplexata eſt. Siue igitur ita reuera ſentiebant (quando enim de fide propoſita eſt controuerſia, & parentes à liberis, & liberi à parentibus, & vxor à ſuo marito, & maritus rurſus ab vxore diſſentit) ſiue ita, dedita opera inter eos conuenerat, vt ille eorum, qui duas naturas in Chriſto Deo noſtro poſt diuinitatis & humanitatis copulationem ineſſe: hæc eorum, qui vnam aſſerunt, patrocinium ſuſciperet, (nam neuter alteri cedebat) ille certe decreta Concilii Chalcedonenſis valde ſtudioſe tuebatur, hæc illis, qui contrariam partem, vnam nimirum ineſſe in Chriſto naturam, tenebant, omnibus modis proſpexit: & eius opinionis homines, ſi noſtrates eſſent, beneuole & amice complexa eſt: ſin exteri, præmiis benigne remunerata: quæ etiam perſuaſit Iuſtiniano, vti Seuerum accerſeret.

Quod Anthimum Conſtantinopolitanum epiſcopum Seuerus peruertit, & item Theodoſium epiſcopum Alexandrinum, quos expellens Imperator alios conſtituit.

Cap. XI.

D

Vide Niceph. ca. 7. & l. 17. Bar. anno 535. nu. 69. & ſeqq. & an. 536. nu. 21. & ſeq. q. Seueri ad Iuſtinianũ epiſtolæ; qui Anthimum Conſtantinopolitanum & Theodoſiũ

EXtant quidem adhuc epiſtolæ Seueri ad Iuſtinianum & Theodoram ſcriptæ, ex quibus intelligi poteſt, eum in initio, poſtquam ſedem epiſcopatus Antiochení deſeruerat, iter ſuum Conſtantinopolim verſus detuliſſe: poſtea tamen eo ſe contuliſſe, ſcripſiſſeque, ſe, cum eſſet Conſtantinopoli, & cum Anthimo collocutus eſſet, comperiſſetq; eum eandem ſecum tenere opinionem, idemque de Deo ſentire, perſuaſiſſe, vt ſedem epiſcopalem relinqueret. Scripſit præterea iiſdem de rebus ad Theodoſium epiſcopum Alexandrinum literas: in quibus magnopere gloriatur ſe Anthimo, vti dictum eſt, perſuaſiſſe, vt eiuſmodi dogmata gloriæ terrenæ & ſedi epiſcopali longe præponeret. Extant porro Anthimi ad Theodoſium de eiſdem rebus epiſtolæ, & Theodoſii rurſus ad Seuerum & Anthimum: quas, ne in librum, qui in manibus eſt, nimis multas res includere videar, præterire animus eſt, eaſque relinquere his, qui earum euoluendarum cupiditate ſuccenduntur. Ambo iſti epiſcopi, poſtquam Imperatoris mandatis ſe opponere, & Concilii Chalcedonenſis decreta repudiare cœperunt, ſuis eiecti ſunt ſedibus, & in ſede Alexandrina Zoilus, Epiphanius autem in Conſtantinopolitana locatus: quo de cetero Concilium Chalcedonenſe in omnibus eccleſiis palam prædicaretur, nemoque illud anathemati auderet addicere: & qui aliter ſentirent, hi omnibus modis inducerentur ad ei conſentiendum. Nam Iuſtinianus cõſcripſit edictum, in quo Seuero & aliis eiuſdem ſectæ anathema denunciauit: eoſq; qui illorum tuebantur dogmata, grauiſſimis mulctauit ſuppliciis: ad eum plane finem, vt ex eo tempore in omnibus totius orbis terrarum Eccleſiis nihil omnino reſideret diſcordiæ, ſed patriarchæ cuiuſque diœceſeos conſenſu inter ipſos conſpirarent, & epiſcopi ſingularum ciuitatum ſuis obſequerentur archiepiſcopis, & quatuor concilia in Eccleſiis prædicarentur, Nicænum primum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, & Chalcedonenſe. Cogebatur etiam quintum concilium mandato Iuſtiniani: de quo quæ fuerint conſentanea, dicam equidem ſuo loco. Interea res ſigillatim iiſdem temporibus geſtæ, quæ ad commemorandum præclaræ videantur, huic noſtræ Hiſtoriæ attexendæ ſunt.

E

Alexãdrinũ in ſuam opinionem trahit.

Idẽ Imper. iuſſu pelluntur Epiphanio & Zoilo in eorum locum ſuſfectis Iuſtiniani decreta pro eccleſiæ pace.

F

De Cabada Perſarum rege, & Choſroe eius filio, ex hiſtoria Procopii Cæſarienſis.

Cap. XII.

Vide Niceph. ca. 10. l. 17. A Procopiô literis proditæ res. Iuſtiniani.

PRocopius rhetor, à quo res geſtæ Beliſſarii literis proditæ ſunt, ſcribit Cabaden regem Perſarum animo inſtituiſſe Choſroe filio ſuo natu minimo regnum tradere, iniuiſſeque conſilium, quo pacto ab Imperatore Romano adoptaretur, ad eum plane finem, vt regnum ei eo pacto in tuto collocaretur. Verum cum id nullo modo aſſequi potuerit, Procli impulſu, qui aſſiduus cum Iuſtiniano fuit, eiuſque quæſtor conſtitutus, maiores inimicitiæ inter eos & Romanos ſuſceptæ ſunt. Porro autem idem Procopius res à Romanis & Perſis, dum inter ipſos præliis decertabant, geſtas, Beliſſario tum Orientalium copiarum duce, accuratiſſime diſertiſſimeque narrat. Ac primum victoriam Romanorum apud Daras & Niſibin partam commemorat: quo quidem tempore Beliſſarius & Hermogenes copiis Romanis præfuerunt. Quibus adiungit res in Armenia geſtas, & mala illa, quæ Alamundarus dux Barbarorum, qui Scenitæ vocantur, in finibus Romanorum patrauit: qui Timoſtratum fratrem Ruffini vna cum militibus ſuis viuum cepit, ac poſtea magna pecuniæ ſumma accepta eos dimiſit liberos.

G

Beliſard.

Hermogenis.

De Alamundaro & Azaretho, & populi apud Byzantium coorta ſeditione, cui nomen à ſymbolo, quod populo dabatur, impoſitum erat, Nica, hoc eſt vince.

Cap. XIII.

Vide Niceph. ca. 10. lib. 17. Alamundari & Azarethi in Romanorũ fines incurſio anno 530.

INcurſionem porro in fines Romanorum ab Alamundaro, de quo dixi, & Azaretho factam, & quo modo cum his in patriam reuertentibus Beliſſarius coactus ab exercitu ſuo, in littore Euphratis, ipſo die feſto Paſchatis appropinquante, manus conſeruerit, & qua ratione exercitus Romanus propterea, quod conſilio Beliſſarii obtemperare noluit, penitus profligatus ſit, & quo pacto Ruffinus & Hermogenes pacem perpetuam (ſic enim vocarunt) cum Perſis conſtituerint, tam diſerte narrat, vt animos legentium valde commoueat. Quib. adiicit ſeditionem popularium Conſtantinopoli conflatam, quæ nomen ex teſſera populi accepit: quippe Nica, id eſt vince, fuit propterea appellata, quod populus inter ſe cõgreſſus, hãc teſſerã, Nica, ſibi præſcripſit, quo alter ab altero internoſceretur. In qua quidem ſeditione Hypatius & Pompeius à plebe ad tyrannidem occupandam compulſi, plebe deuicta mandato Iuſtiniani capite mulctati fuerũt, & in mare proiecti. In qua dimicatione triginta hominũ millia cecidiſſe memorat Procopi⁹.

H

Pax cũ Perſis. Seditio Conſtantinop. anno 532. In qua teſſera fuit, Nica, id eſt

A

De Vandalorum rege Onoricho, & Chriſtianis quorum à lingua ab illo runcſæ fuerunt.

CAP. XIV.

Vide Niceph. ca. 11. lib. 17. Onorichus Genzerichi ſucceſſor, Arianus ſæuit in catholicos variis ſupplicijs.

AB eodem authore hiſtoriam Vandalorum literis mandante, narrantur res præclariſſimæ & plane dignæ, quæ memoriæ ſempiternæ commendentur, de quibus iam dicturus venio. Onorichus, qui poſt Genzerichum in imperium ſucceſſit, & hæreſi Arianæ addictus fuit, aduerſus Chriſtianos, qui Libyam incolebant, maximam exercuit crudelitatem. Nam eos, qui ſectam & ſanam tuebantur doctrinam, vt coegit ad opinionem Arianam ſe transferre: & eos, qui neutiquam eius voluntati cedebant, ignis incendio & aliis innumeris mortis generibus è medio ſuſtulit; quibuſdam vero excidit linguas. Quos quidem Conſtantinopoli, cum eo profugiſſent, ſe oculis aſpexiſſe docet Procopius, & perinde locutos, atque eos quibus nihil tale accidiſſet: ac tametſi linguæ eſſent radicitus excisæ, voces articulatim protuliſſe, & clare diſtincteq; locutos eſſe. Quod quidem miraculi genus fuit, nouum certe & pene incredibile. De quibus in edicto Iuſtiniani fit mentio: quorum duo, vt idem ſcribit Procopius, lapſi ſunt. Nam vt primum voluerunt cum mulieribus colloqui, vox illis adempta fuit, nec donum martyrii amplius cum illis permanſit.

B

Miraculum ... qui ... linguis ... loquuntur

De Cabaone Mauruſiorum duce.

CAP. XV.

Vide Niceph. ca. 11. lib. 17. Bar. anno 512. n. 1. Cabaon Mauruſiorũ dux pius in Chriſtianos factus Vãdalos vincere meruit.

ALiud præterea miraculum commemorat dignum plane admiratione, quod in hominibus (qui licet id temporis religione à nobis diſſentirent, pie tamen ſe in vita geſſerunt) Dei ſeruatoris virtute factum eſt. Cabaonem narrat Mauruſiis circiter Tripolim accolentibus præfuiſſe. Iſte Cabaones (Procopii enim verbis præclare admodum de his rebus diſſerentis vtar) ſimul atque accepit, Vandalos contra ſe arma tuliſſe, iſta egit. Primum edicit omnibus, qui eius ditioni parebant, vt tum ab omni iniuſtitia, tum à cibariis, quæ ad luxum facerent, tum maxime omnium à mulierum conſuetudine ſe abſtinerent. Deinde duo valla conſtruxit, in quorum altero ipſe vna cum viris omnibus caſtra locauit: in alterum mulieres cunclusit, minatuſque eſt, ſi quis ſuite ad vallum mulierum iret, eum morte mulctatum fore. Poſtea miſſis Carthaginem ſpeculatoribus, imperat iſta, vt ſimulatque Vandali in expeditione conſtitutum, templum aliquod à Chriſtianis cultu & veneratione dignatum, turpiter violare aggrederentur, ipſi quæ facta eſſent, diligenter conſiderarent: & cum Vandali ex eo loco diſcederent, ipſi templum, à quo Vandali abiiſſent, contra quam feciſſent Vandali, purgare cohoneſtareq; conarentur: eumq; dixiſſe fertur, ſe Deum, quem colebant Chriſtiani, ignorare quidem, eſſe tamen veriſimile, ſi tam potens ſit, quam prædicatur, & vlturum eos, qui ipſum afficiunt contumelia: & qui honore & obſeruantia proſequuntur, eos defenſurum. Speculatores igitur, cum veniſſent Carthaginem, dedere operam, vt bellicum Vandalorum apparatum penitus cognoſcerent. Ac ſimul vt Vandali Tripolim verſus iter ſuſceperunt, ſpeculatores habitu vili & abiecto induti ſequuntur. Vandali autem templa Chriſtianorum, ſicut primo die, ſpoliare aggrediuntur, equos aliaque animalia in ea introducere, nihil denique turpitudinis prætermittunt aut contumeliæ, ſed ſuam ipſorum libidinem ceperunt, & intemperantiam explere: ſacerdotes quos prehenderunt, verberibus cædere, lacerare eorum terga, ex illiſque complures ſibi ſeruire mandarunt. Vt primum vero inde deceſſere, ſpeculatores Cabaonis faciunt, quod illis fuit imperatum. Nam ſtatim aggrediuntur templa perpurgare, fimum & ſi quid aliud per impietatem iniectum fuit, diligenter educere, omnes accendere cereos, proſequi magna reuerentia ſacerdotes, & cæteris humanitatis officiis complecti: pauperibus denique, qui circa templa illa conſidebant, pecuniam erogare. His rebus geſtis Vandalos ſequi, & ex eo tempore per iter vniuerſum, vt Vandali ſimilia conſciſcere ſcelera, ſic ſpeculatores ſimilibus pietatis officiis perfungi, non deſtiterunt. Vbi propius ad Tripolim ventum eſt, ſpeculatores anteuertunt: nunciant Cabaoni, quæ tum Vandali, tum ipſi in Chriſtianorum templa præſtitiſſent, & quod hoſtes eſſent in proximo. Quibus auditis, Cabaones parat ſe ad prælium: in quo magna pars Vandalorum interiit, multi ab hoſtibus capti, perpauci autem ex eo exercitu domum reuerterunt. Atque hæc quidem plaga à Mauruſiis Thraſymundo inflicta fuit: qui poſtquam viginti ſeptem annos Vandalorum gentem rexiſſet, abiit è vita.

C

D

Vandali Chriſtianorum templa ſpoliant.

Cabaonis Legati templa Chriſtianorum, à Vandalis prophanata, purgant.

E

Cabaonis Victoria de Vandalis

De Beliſarii contra Vandalos expeditione, & eorum internecione.

CAP. XVI.

Vide Niceph. ca. 12. l. 17.

ESt apud eundem ſcriptorem, Iuſtinianum miſericordia erga Chriſtianos, qui in illis locis miſere affligebantur, adductum, bellum induxiſſe Vandalis, ſed hortatu Ioannis, qui aulæ præfectus fuit, à propoſito deſtitiſſe: poſtea tamen per viſionem, quæ ei apparuit, admonitum, vt eam expeditionem, ſuſcipere non tardaret. Nam iniurias Chriſtianis illatas vlciſcendo, eſſet Vandalos omnino profligaturus. Hac igitur viſione animatus, ſeptimo anno imperii ſui, Beliſarium ad bellum Carthagini contra Vandalos geſturum mittere ſtatuit. Nauis igitur prætoria, in qua traiiceret Beliſarius, circiter æſtiuum ſolſtitium ad litus, quod ante palatium eſt, appellit: Epiphanius, qui tum Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit, de more precari, nonnullos ex militibus baptiſmi lauacro tingere aggreditur, poſtremo eos ad nauem prætoriam deducit. Commemorantur præterea ab eodem authore nonnulla de Cypriano martyre, quæ ſunt huic noſtræ Hiſtoriæ valde accommodata, ſic enim ſcribit: Cyprianum, virum ſanctiſſimum Carthaginenſes ad vnum omnes, in primis colunt, cui templum plane memorabile extra vrbem ad litus maris extruxerunt, eumque cum aliis pietatis officiis venerantur, tum feſtum diem, quem Cypriana vocant, quotannis celebrant. Atq; nautæ tempeſtatem quæ ſolet incidere eo ipſo tempore quo Libyes hoc feſtum celebrandum ſtatuebant, huius nomine cuius mentionem nuper feci, nuncupare ſolent. *Iſtud templum Vandali, regnante Onoricho Chriſtianis ſtabſtulerunt: indeque ſacerdotibus ignominia expulſis, deinceps Arianis, reponi ad eorum ius pertinens reddiderunt. Ex quibus rebus cum Libyes magnam ægritudinem & angorem animis caperent, fertur Cyprianum illis ſecundum quietem ſæpe apparuiſſe: dixiſſeq; Chriſtianos non debere ob eam cauſam in mœrore & ſollicitudine eſſe. Se enim poſt aliquod temporis ſpatium eam iniuriam vindicaturum: quæ prædictio temporibus Beliſarii expleta fuit. nam idem Cyprianus martyr prædixerat, Carthaginem poſt nonageſimum quintum annum quo à Vandalis capta & excisa fuit, in poteſtatem Beliſarii ducis exercitus Romani venturam, & Vandalos omnino expugnatos fore, & opinionem Arianam ex finibus Libyæ prorſus relegatum iri, & Chriſtianos ſua templa recuperaturos.*

F

Iuſtinianus Vandalis bellum indicit admonitus per viſionem. Anno Chriſti 536.

Procopii teſtimoniũ de Cypriano martyre, eiuſ templo à Vandalis tradito Arianis.

Vide Baſilium in Hexaemeron.

Cypriana dies feſtus Carthaginenſium

G

Beliſarii de Vandalis victoria Arianorumq; Afris ejectio à D. Cypriano præſignificata.

De manubiis quæ ab Aphrica venerunt.

CAP. XVII.

H

Vide Niceph. ca. 12. lib. 17. Gelimer Vandalorum dux à Beliſario in triumphum ductus.

AB eodem porro authore literis proditum eſt, Beliſarium, poſtquam Conſtantinopolim profligatis Vandalis rediret, ſpolia & captiuos circum vrbem duxiſſe, ipſumque Gelimerem Vandalorum ducem, triumpho ei decreto, per circum, vndique vexiſſe, quæ omnia admiratione plane digna fuere, inter quæ ſpolia monumenta erant admodum pretioſa, Genzerichi nimirum: qui quidem palatium Romanum id temporis, ſicut ante narraui, diripuerat, cum Eudoxia coniunx Valentiniani Imperatoris Romanorum verſus Occidentem habitantium, à Maximo ſpreta vitam amiſit, & ob calumniam contumeliis affecta, Genzerichum acceſſiuit, cui pollicita eſt ſe vrbem proditurum. Eo tempore igitur Genzerichus, Roma incenſa, Eudoxiam vna cum filiabus in Vandalorum regionem

Lib. 2. cap. 7.

abdi-

A

Vide Ioſephum de capt. Iudaic. li. 7. c. 17. qualia hæc ſpolia fuerint.

Spolia Hieroſolymis Romam, Roma Carthag. euecta, inde rurſus Romam, Roma Hieroſolymas reuecta.

Eccleſ. 1.

abduxit. Eodem tempore etiam vna cum aliis monimentis, eripuit ea quæ Titus filius Veſpaſiani, Hieroſolymis ſubactis, Romam deportauerat: id eſt, monimenta, quæ Salomon Deo quem eximie colebat, conſecrauiſſet. Quæ Iuſtinus ad honorem Chriſti, Dei noſtri, illuſtrandum remiſit Hieroſolymam: in qua re certe pietatis in Deum, cui ante illa dedicata fuiſſent, ſedulo, vti par erat, officio perſunctus eſt. Eodem quoque tempore, memorat idem Procopius, Gelimerem humi proiectum in circo coram Iuſtiniani Imperatoris ſella, in qua ſedebat res quæ ibi gerebantur, ſpectaturos, ſuo & patrio ſermone illud diuinum Salomonis prouerbium, Vanitas vanitatum & omnia vanitas, recitaſſe.

De Phœnicibus qui à Ioſue filio Naue fugerunt, & Theoderico Gotho, & iis quæ illo regnante Romæ & quæ ad Iuſtiniani tempora contigerunt: & quod Roma in poteſtatem Romanorum Vitige ab ea diſcedente denuo redacta eſt.

Cap. XVIII.

B

Vide Niceph ca. 12. 13. lib. 17. Bar. anno 537. n. 5. & 6.

Maurilii Palæſtinorum indubitatum Coloni à Ieſu Naue pulſi. Procopii conjectura. Phœnicum epigramma. Libya ruſſus imperio Romano ſubiecta. Vrbes in Libya per Iuſtinianum reſtitutæ.

C

ALiam item rem geſtam narrat idem hiſtoricus, quæ ad ſuam ætatem literis minime mandata fuit, valde tamen memorabilis, & omnem prope ſuperans admirationem. Sic nanque ſcribit: Maurilios, gentem Libyæ, eiectos Palæſtina, in Lybiam demigraſſe. Hos vero Gergeſæos, Iebuſæos, & reliquas gentes, quas Sacra memorant eloquia, à Ioſue filio Naue expugnatas. Remque ita ſe habere, argumentum capit ex epigrammate, quod literis Phœnicum conſcriptum, ait ſe legiſſe: illud autem prope fontem eſſe, in quo loco duæ extant columnæ ex albo lapide fabricatæ, in quibus inciſa ſunt hæc verba: Nos Svmvs, Qvi A Facie Iosve Latronis, Filio Navs, Fvgerimvs. Ad hunc modum igitur hæ res fuere conſopitæ, cum Libya denuo Romanis pareret, & tributa quotannis, vt ante conſueuerat, penſitaret. Fertur porro Iuſtinianum centum & quinquaginta ciuitates, quarum pars penitus deletæ fuerunt, pars non paruas ruinas perpeſſæ, in integrum reſtituiſſe: & tam eximio ſplendore, tantis ornamentis, tam præclara ędium tum publicarum, tum priuatarum fabricatione, tam amplis mœnibus cuſtodatis, aliiſque egregiis ædificiis, quibus tum vrbes exornari ſolent, tum ſacrum numen coli, denique tam multis aquarum ductibus ad vſum partim, partim ad pulchritudinem accommodatis: quorum hi tam primum, cum ante non ſuppeterent ciuitatibus, in eas deriuati. illi ad priſtinum ſtatum denuo redacti fuerunt, eas illuſtraſſe, vt nihil fieri poſſet magnificentius. Iam vero res quæ in Italia geſtæ erant, commemoraturus venio: quę etiam ab eodem Procopio rhetore aliquouſque ſunt ſcriptis perſpicue proditę. Simulatque Theodorichus, vti ſupra demouſtratum eſt, Romam cepit, Odoacro tyranno penitus profligato, & adminiſtratis ad tempus imperii Romani gubernaculis, finem viuendi fecit: Amalaſuntha eius coniunx, Reip. procurationem pro Atalaricho filio, quem Theodorichus ab ea ſuſceperat, capeſſit, & imperium ſic gubernat, ſicque eius proſpicit rebus, vt ad virilem grauitatem quam proxime videretur accedere. Hęc primum induxit Iuſtinianum, vt bellum contra Gotthos ſuſcipere magnopere cuperet, legatoſque ad eum de inſidiis ſibi comparatis miſit. Atque cum Atalarichus, dum adhuc valde tenera ętate eſſet, è vita abiiſſet, Theodatus cognatus Theodorichi imperio Occidentis potitur. Qui ſimul vt Beliſſarius à Iuſtiniano ad partes Occidentales miſſus fuit, ideo ceſſit imperio, quod & literis potius operam nauaret, & vſu belli gerendi minime valeret: quo quidem tempore Vittiges, vir belli coſiſſimus, copiis Romanorum verſus Occidentem pręfuit. Ex hiſtoria Procopii pręterea intelligi poteſt, Vittigem, Beliſſario in Italiam aduentante, Roma deceſſiſſe: Beliſſarium autem cum exercitu ſuo Romam veniſſe, quem Romani, portis patefactis, libentiſſime in vrbem receperunt: quippe Siluerius pontifex hoc perfecerat, miſeratque ea de re Fidelium curatorem Atalarichi ad Beliſſarium. Ciuitas igitur Beliſſario ſine pugna tradita eſt,

Theodorichi & Atalarichi mors.

Amalaſuntham, alias Atalarichus legit Cuſpin.

D

Theodatus regno Italiæ exutus

Roma à Beliſario capta anno 538 Roma à Gotthis capta.

& Roma denuo Romanis ſubiecta, poſt annos ſexaginta, quibus à Gotthis occupata fuiſſet, nono die Apellæi, hoc eſt, ad quintum idus Decembris, vndecimo anno imperii Iuſtiniani. Scribit item Procopius, quod Gotthis iterum Romam obſidentibus, Beliſarius, quoniam Siluerium pontificem ſuſpectum habebat de proditione, eum in Gręciam relegarit, Vigiliumque conſtituit pontificem.

E

Siluerius & Vigilius Roman. Pont.

Quod Eruli qui dicuntur, Iuſtiniani temporibus Chriſti fide initiati ſunt.

Cap. XIX.

IIſdem temporibus, vti idem ſcribit Procopius Erulos, qui tempore, quo Anaſtaſius Romanum rexit imperium, Danubium traiecerunt, à Iuſtiniano benigne & humanitus tractatos, & magna pecuniæ vi ab eodem donatos, omnes ad vnum religionem Chriſtianam recepiſſe, agreſtemque vitæ conſuetudinem in manſuetiorem cultioremque commutaſſe.

Procopius. Vide Niceph. ca. 13. lib. 17.

Eruli quo tempore Chriſtianã religionem receperint.

F

Quod rurſus Ro[illegible] ſub Gothis cum fuiſſet, Beliſſarius iterum in libertatem aſſeruit.

Cap. XX.

NArrat porro idem author, Beliſſarium rediiſſe Conſtantinopolim, & Vitigem cum ſpoliis Romæ ſecum deportatis eo deduxiſſe, Totilamque Romano potitum imperio, & vrbem rurſus in Gotthorum veniſſe poteſtatem: quinetiam Beliſſarium ſecundo in Italiam profectum, Romam recuperaſſe, eundemque, bello cum Medis ſuſcepto, ab Imperatore Conſtantinopolim iterum accerſitum.

Procopius. Vide Niceph. ca. 13. lib. 17 Bar. anno 527. n 52.

Roma rurſus in Gotthorum poteſtatem venit, an. 540.

Quod etiam Abaſgi iiſdem temporibus Chriſtianæ fidei myſteriis imbuti ſunt.

Cap. XXI.

MEmorat præterea idem Scriptor, Abaſgos ad mitius humaniuſque vitæ genus traductos, iiſdem temporibus fidem Chriſtianam recepiſſe, Iuſtinianumque Imperatorem quendam ex eunuchis aulicis Abaſgum genere, nomine autem Euphratam, ad eos miſiſſe, qui vetaret, ne cuiquam in ea gente, quaſi vi illata naturæ, teſticuli execarentur. Nam qui cubiculis Imperatorum inſeruiebant, quos vulgo vocant eunuchos, perſæpe ex ea gente ſumi conſueuerunt. Per idem tempus Iuſtinianus, templo Deiparæ apud Abaſgos ædificato, ſacerdotes illis deſignauit, à quibus Chriſtianæ religionis dogmata accuratiſſime didicerunt.

Procopius. Vide Niceph. ca. 13. li. 17. Bar. anno 529. n. 23.

G

Abaſgi qua[illegible] Chriſtianã fidem receperint. Lege Iuſtiniani, caſtratio puerorum apud Abaſgos vetita. Templum Deiparæ virginis.

Quod qui Tanaim incolunt, eodem tempore Chriſti fidem amplexati ſunt, & de terra quaſſationibus, quæ per Græciam & Achaiam euenerunt.

Cap. XXII.

EStporro ab eodem Hiſtorico ſcriptis mandatum, eos qui circiter Tanaim habitant (Tanain autem appellant indigenæ amnem illum, qui ex Mæotide palude in Pontum Euxinum influit) oraſſe Iuſtinianum, vti epiſcopum ad ipſos mitteret Iuſtinianum autem diligenter, quod erat ab illis rogatum, perfeciſſe, libentiſſimoque animo ad eos miſiſſe epiſcopum. Idem author docet, idque valde diſerte, Gotthos, regnante Iuſtiniano, ex Mæotide in fines Romanorum excurſiones feciſſe: ingenteſque terræ motus accidiſſe in Græcia: Bœotiam quoque, Achaiam, & loca circa ſinum Criſſæum concuſſa, regiones infinitas vaſtatas, vrbes ad terram deturbatas, & hiatus multis in locis contigiſſe: qui in vnum denuo in aliquibus locis coiuere, in nonnullis locis aperti manſere.

Vide Niceph. ca. 13 li. 17.

Tanis flu. Gens ad Tanaim ſita Chriſti fidẽ ſuſcipit.

H

Terræmotus per Græciam anno 546.

De Nar-

A

De Narſe ductore exercitus, & eius erga Deum pietate.

CAP. XXIII.

Vide Niceph. ca. 13. lib. 17. Bar. anno 553. n. 18 & an. 568. n. 9. & ſeqq. Totila à Narſe victus. Deipara virgo Narſi apparet.

SCribit etiam Procopius expeditionem Narſis ducis à Iuſtiniano in Italiam miſſi, & qua ratione Totilam deuicerit, & poſtea Teiam, & quemadmodum Roma iam quinto capta fuerit. Commemoratum eſt porro ab his qui vnà cum Narſe fuerunt, dum precibus & aliis pietatis officiis diuinum numen placaret, debitumque cultum ei tribueret, ſanctam virginem Deiparam ei apparuiſſe, planeque tempus præſcripſiſſe, quo bellum cum hoſtibus gereret: atque vt non prius ad prælium committendum ſe accingeret, quam cælitus ſignum acciperet. Multæ aliæ quoque res à Narſe valde memorabiles geſtæ ſunt. Nam Buſelinum & Synduald um expugnauit, multaque loca ad Oceanum vſque in ſuam redegit poteſtatem. Quæ res ſunt quidem ab Agathio rhetore literis proditæ, nondum tamen ad nos peruenerunt.

Agathius rhetor.

B

Quod Choſroes propter ſecundas Iuſtiniani res inuidia tabeſcens, contra Romanos exercitum eduxit, ac plurimas ciuitates deleuit, inter quas Antiochia magna vna fuit.

CAP. XXIV.

Vide Niceph. ca. 14. l. 17. Bar. anno 540. n. 40. & ſeqq. Choſroes Iuſtiniani ſucceſſibus inuidet.

LIteris eſt etiam ab eodem Procopio traditum, Choſroem, vbi accepit res tum in Libya, tum in Italia tam proſpere ſucceſſiſſe imperio Romano, graui inuidiæ flamma exarſiſſe, Imperatorique obiectaſſe, nonnulla ab eo contra fœdus ictum factitata, & pacem inter ipſos conſtitutam propterea diremptam eſſe. Iuſtinianum vero primum legatos miſiſſe ad Choſroem, qui illi ſuaderent, ne pacem, quam ſempiternam vocabant, rumperet, neve fœdera pacta violaret: ſed ſi quid anceps videretur aut controuerſum, amice & beneuole componeretur. Choſroem inuidiæ æſtu, qui in eius animo efferueſcebat, furentem, nullam æquam conditionem admiſiſſe, ſed magno exercitu collecto, feciſſe in imperii Romani fines decimotertio anno regni Iuſtiniani incurſionem. Scribit præterea idem author, Choſroem Surum vrbem ad littora Euphratis ſitam, obſidione expugnatam diruiſſe: qui alia cum illis paciſci videbatur, alia vero eaque ſceleſtiſſima in eos admittebat: quippe nihil quod paciſcebatur ſeruauit, atque dolo potius quam armis vrbe illa potitus eſt. Eundem item Berœam incendiſſe, deinde impetum feciſſe in Antiochiam, cum iam Euphraimius illius epiſcopatum geſſit: qui quidem vrbem propterea reliquit, quod nemo ex ſpeculatoribus, quos emiſerat, ad ipſum reuertit. Cuius prouiſione Eccleſiam, & omnia ad eam ſpectantia ſeruata dicuntur. Nam eam ſacris monimentis vndique ornauit, vti eo pacto ab hoſtium violentia redimeret. Quin eſt apud eundem ſcriptorem, acri quodam orationis genere ad animos legentium commouendos commemoratum, qua ratione idem Choſroes Antiochiam ceperit, & quod omnia in ea ferro & igne vaſtarit: & quomodo deinde venerit Seleuciam, & Daphnem eius ſuburbium, & poſtea Apameam, cuius eccleſiam adminiſtrauit Thomas, vir non doctrina modo, ſed recte factis etiam facile præſtantiſſimus. Qui forte vna cum Choſroe certamen equorum in circo ſpectare (licet hoc eccleſiæ canon vetaret) neutiquam recuſauit: quod propterea ab eo factum eſt, vti omnibus modis Choſrois furorem molliret mitigaretque. Quem percunctanti Choſroi, velletne eum in ſua videre ciuitate? reſpondiſſe ferunt vere & ex animo, nolle libenter eum ibi videre. Quod eius dictum Choſroem admiratum eſſe, hominemque veritatis cauſa, vti merebatur, admodum amplexatum.

C

Choſroes in Romani imperii fines incurſionem facit anno 540. & antea ſæpius mouit bellum imperante Iuſtiniano anno 529. & poſtea 541.

D

Antiochiã qua ratione Choſroes ceperit.

E

De miraculo quod Apameæ, honorabilis viuificique crucis ligni virtute editum eſt.

CAP. XXV.

Vide Niceph. ca. 15. lib. 17. Baron. præd. loco. Crucis Chriſti lignum quoto in honore Apameæ habitum.

SEd quoniam in hunc ſermonem noſtra delapſa eſt Hiſtoria, miraculum, quod Apameæ factum fuit, quodque huic noſtro Operi eſt valde accommodatum, commemorabo. Vt primum Apameenſes intellexere Antiochiam igne incenſam, Thomam, quem dixi, rogabant, vt ſalutare vitaleque lignum crucis, licet conſuetudo id minime pati videretur, in medium proferret, inque omnium oculis ſtatueret, quo iam cum ſupremum vitæ diem viderentur obituri, illud contemplarentur, amplexarenturque, vtpote in quo ſolo hominum ſalus poſita eſſet: atque adeo ad alteram vitam iam profecturi, crucem venerandam haberent pro viatico, quæ poſſet eos ad meliorem locum incolumes peruehere. Itaque Thomas facit, quod rogatum eſt, certiſque diebus ad eam rem præſtitutis, vitale crucis lignum profert, vti omnes vicini ibi in vnum conuenire poſſent, & ſalutis inde promanantis participes fierent. Eo etiam parentes mei vna cum aliis commearunt, meque id temporis ad ſcholam euntem ſecum duxerunt. Poſtquam vero data nobis fuit poteſtas honoratam crucem adorandi amplexandique, Thomas ſublatis manibus, lignum crucis, quo vetus peccati maledictio deleta fuit, totum ſanctuarium circumiens (vti in ſtatis adorationis diebus fieri ſolebat) omnibus oſtendit. Ac Thomam de loco in locum progredientem ingens flamma ignis ſplendeſcentis, non ardentis ſequebatur, adeo vt totus locus, in quo conſiſtens venerandam crucem populo oſtendebat, conflagrare videretur. Atque hoc factum eſt non ſemel aut iterum, ſed ſæpius, cum Thomas omnem illum locum circuiret, & populus congregatus, eum, vt illud fieret, rogaret. Quæ res ſalutem, quæ poſtea Apameenſibus contigit, præſignificauit. Ob quam cauſam imago in teſtudine ſanctuarii ſtatuta fuit, quæ inſcriptione in baſi inciſa hoc miraculum illis, qui eiuſdem ignari erant, commonſtrauit. Ipſa imago ad irruptionem ab Adaarmano & Perſis in ea loca factam ſeruata fuit, ac tum vna cum ſancta Dei eccleſia quæ ibi fuit, & cum tota vrbe combuſta: atque hæc res hunc quidem habuere exitum. Choſroes autem in ea incurſione, fœderibus violatis, alia prætetea (quoniam ita tum animo ſuo viſum eſt) admiſit ſcelera leuitati & inconſtantiæ morum ſuorum admodum conſentanea, non tamen viro rationis participi, nedum Imperatori fœderis rationem habenti conuenientia.

Euagrii parentes.

F

Crucis ligni miraculum.

G

Choſroes ſcelera.

De Choſroe contra Edeſſam expeditione.

CAP. XXVI.

Vide Euſebium ſupra lib. 1. ca. 13. Vide Niceph. ca. 7 lib. Itemque l. 17. c. 12.

IDem porro Procopius literis mandauit, ea quæ ſunt de Edeſſa & Abgaro à veteribus commemorata, & quemadmodum Chriſtus ad Abgarum ſcripſerit epiſtolam: deinde quo pacto Choſroes altera facta incurſione, Edeſſam obſidere conſtituerit, ratus ea ſe falſa eſſe conuicturum, quæ de ea ciuitate omnium fidelium ore ac ſermone celebrantur, nempe Edeſſam nunquam ab hoſtibus ſubiugatam fore. Quæ res in epiſtola à Chriſto Deo noſtro ad Abgarum ſcripta non ponitur illa quidem (vt ſtudioſi ex hiſtoria Euſebii cognomento Pamphili, apud quem hæc epiſtola ad verbum citata eſt, intelligere poſſunt) ſed tamen eum exitum conſecuta eſſe à fidelibus non decantatur ſolum, ſed etiam creditur, ratuſque eius euentus prædictionem illam veram eſſe confirmat. Nam poſtquam Choſroes vrbem inuadere aggreſſus eſt, quanquam multos in eam impetus fecit, & aggerem adeo ingentem ſtruxerat, vt mœnia ciuitatis facile tranſgredi poſſet, aliaſque complures machinas apparauit, re tamen infecta inde deceſſit. Sed quemadmodum res geſta ſit, exponam. Choſroes primum militibus ſuis imperat, vt magnam ſtruem lignorum, qualiacunque illa eſſent, ad vrbem obſidendam in vnum congerant. Quibus dicto ſere citius in vnum co-

H

Procopius de bello Perſic. l. 2. Bar. anno 545. n. 11. Chriſti ad Abgarum epiſtola. Choſroes aduerſus Edeſſa conatus irriti.

A

Stratagema militare Choſrois.

aceruatis, inque orbem ductis, aggerem in medium iniicit, eumque verſus vrbis murum recta dirigit: atq; extruit pedetentim, ligno & alia materiei congerie impoſita. Tum ita tollit in ſublime, & eius altitudine ita mœnia ſuperat, vt tela in eos qui in muro pro vrbis defenſione capita ſua periculo obiiciebant, percommode iacere poſſint. Vbi qui obſeſſi erant, vident aggerem inſtar montis vrbi appropinquare, & veriſimile eſſe, hoſtes in eam pedibus ingreſſuros, primo mane è regione aggeris foſſam ſtruere moliuntur, inque eam ignem inücere, ad eum plane finem, vt eius flamma ligna aggeris abſumpta, ipſum aggerem ſolo æquarent. Qua quidem machina confecta, rogoque accenſo, neutiquam ſucceſſit quod intenderant, propterea quod ignis erumpere, aeremque admittere non poterat, quo ſtruem lignorum occuparet. Ad extremum igitur, cum deſperatione debilitati ſeſe ſuccumberent, ſanctiſſimam imaginem diuinitus fabricatam, quam non hominum manus effinxerant, ſed Chriſtus Deus Abgaro (quandoquidem eum videre cupiebat) miſerat, proferunt, eamque in foſſam, quam conſtruxerant, importatam aqua conſpergunt: ex qua non parum in rogum ac ſtruem lignorum immittunt, atque diuina potentia fidei illorum qui iſtud moliebantur, ſubſidio veniente, quod ab illis ante fieri neutiquam poterat, iam facile confectum fuit. Nam extemplo ligna inferiora concepere flammam, & dicto citius in carbones redacta, ad ligna ſuperiora, igne omnia vndique depaſcente eam tranſmiſere.

Chriſti imago Abgaro miſſa [illegible] pectus re- fundit. Caſtus ſ. imaginum vide infra l. 3. c. 18.

B

Strategema Edeſſenorum.

Vbi vero qui obſidione premebantur, vident fumum in ſublime erumpere, iſtam machinam ad hoſtes ludificandos excogitant. Paruas educunt lagenas, eaſque ſulfure, ſtupa & alia id genus materiæ ad flammam concipiendam apta faciunt, deinde coniiciunt in aggerem. Quæ fumum, igne ipſa iaciendi vi & impetu accenſo, ea ſe emittunt: quo quidem fumus erumpens ex aggere adeo penitus obſcuratus fuit, vt omnes qui machinæ ignari erant, exiſtimarent fumum illum non aliunde, quam ab iſtis lageuis effuſum eſſe. At vero triduo poſt flammulæ ignis è terra erumpentes viſæ ſunt: ac tum quidem Perſæ, qui in aggere pugnabant, intellexere in quod diſcrimen deueniſſent. Verum Choſroes, quaſi diuinæ virtuti ac potentiæ reluctaturus, aquæ ductus qui extra vrbem erant ad rogum deriuat, eumque ita reſtringere conatur. At rogus aquam, velut oleum, ſulphur aut aliud quippiam eorum quæ facile incendi ſolent, excipiens, magis magiſque exarſit: vſque adeo vt totum aggerem vaſtaret, inque cineres prorſus redigeret. Poſtremo igitur Choſroes de ſpe penitus deturbatus, cum reuera intelligeret ſe turpem admodum dedecoris notam propterea ſubiiſſe, quod in animum induxerat, ſe Deum, quem nos colimus, omnino ſuperaturum, domum cum ignominia reuertit.

C

Choſroes domum cum ignominia reuertit.

De miraculo quod Sergiopoli viſum eſt.

Cap. XXVII.

ALiam præterea rem alio tempore à Choſroe Sergiopoli geſtam, hoc loco commemorabimus: quippe quæ & explicari oratione, & ſempiternæ memoriæ reuera commendari debeat. Hanc vrbem quoque Choſroes inuadere, eamque obſidione expugnare parat. Ac ſimul vt mœnia aggreditur, fit vtrinque ſermo & colloquium de ſeruanda ciuitate: conuenitque inter eos, vti ſacris theſauris ac monumentis, inter quæ crux à Iuſtiniano & Theodoro miſſa fuit, vrbs redimeretur. Vbi iſta fuere ad Choſroem apportata, percunctatur à ſacerdote & Perſis, qui cum eo ad eam rem miſſi erant, ecquæ alia ſupereſſent? Cui quidam eorum qui verum dicere minime conſueuerat, reſpondet, alia etiam adhuc monumenta reſtare à paucis quibuſdam ciuibus occultata. Relinquebatur autem ab his qui theſauros & monumenta attulerant, auri argentive prorſus nihil, ſed alterius cuiuſdã materiæ multo præſtabilioris, quæ Deo omnino dicata ſunt: ſanctiſſ. dico reliquias Sergii inuicti Chriſti martyris, quæ in capſa erant oblonga, argentoque obducta repoſitæ. Itaq; poſtquã Choſroes

Vide Niceph. l. 17. l. 17 Bar. anno 544. n. 5 & ſeq. De hac eruce rempſa vide infra l. 6. c. 20. Sergiopolim Choſroes obſidione expugnare parat. Sancta donaria redempta ſalus Sergiopolitarum. Proditoris exemplum. Immunis & cultus, diuorum

E

his verbis perſuaſus, totũ exercitum ad vrbẽ excidendã dimiſerat, derepente in ipſis mœnibus magna hominum multitudo clypeis munita viſa eſt ciuitatem propugnare. Quam qui erant miſſi à Choſroe, conſpicati reuerterunt, ac tum multitudinem tum armaturam admirati, ad Choſroem rem referunt. Vbi autem rurſus certior factus eſt, paucos admodum in vrbe remanere, eoſque vel ætate exacta eſſe, vel tenera & immatura (quippe omnes qui firma fuere ætate & robuſta, è medio ſublati erant) pro certo nouit illud miraculum à ſancto martyre editum: & propterea metu perculſus, admiratuſque Chriſtianorum fidem, domum reuertitur: quem ferunt ſub extremum ætatis tempus diuino regenerationis lauacro tinctum fuiſſe.

vide infra l. 6. c. 20. Sergius martyr vrbem tuetur.

De peſtilente morbo.

Cap. XXVIII.

IAm venio narraturus hiſtoriam nunquam antea memoriæ proditam, de morbo, qui quinquaginta duos annos inter homines graſſatus eſt, & ita inualuit, vt vniuerſum orbem terrarum depaſceretur. Nam biennio poſt Antiochiam à Perſis captam, peſtifer morbus in eam inuaſiſſe dicitur, in nonnullis rebus ei qui à Thucydide deſcribitur, perſimilis, in aliis quibuſdam ab eo multum diſcrepat: initium cœpit in Æthiopia, ſicut & ille qui à Thucydide commemoratur, orbemque terrarum vniuerſum deinceps peragrauit: neque quiſquam mortalium fuit, qui eius effugerit contagionem. Ac nonnullas vrbes vſque eo opprimebat, quoad eas omnibus ſuis habitatoribus orbaſſet: cum alias autem, quas forte occupauit, leuius egit & mitius. Neque certo definitoque tempore graſſari cœpit, neque rurſus cum graſſaretur, ſimili ratione & modo deſiit: quippe nonnulla loca ineunte hyeme, alia ſub finem veris, media æſtate quædam, alia autumno progrediente occupauit: & quibuſdam in locis cum partem vrbis attigiſſet, reliquas deſeruit. Ac non raro licebat videre in ciuitate morbo illo laborante, quaſdam familias prorſus extinctas: interdum vero vna & altera familia interempta, reliquam vrbem integram incolumemque manſiſſe. Quinetiam familiæ quæ integræ manſerunt, ſicut accurata obſeruatione comperimus, ſequenti anno ſolæ morbo vexabantur. Atq; quod eſt omnium maxime mirandum, ſi qui forte vrbes infectas incolentes ad alia loca, quæ morbus minime inuaſerat, demigrarent, illi ſoli morbo opprimebantur, licet ex ciuitatibus infectis ad alias integras ſe, quo vitæ conſulerent, tranſtuliſſent. Atque hæc quidem calamitas circulorum conuerſionibus, quos [illegible] vocant, ſæpe tum in vrbes tum in alia loca peruaſit: ſed tamen maxima omnium pernicies ſecundo anno circuli, qui ſpatium quindecim annorum complectitur, in homines perlapſa eſt, adeo vt me, qui iſta literis prodo (placet enim ea etiam Hiſtoriæ attexere, vt res quarum aliæ aliis appoſitæ conueniunt, coniungam) me, inquam, dum ſcholas adhuc frequentarem, in initio huius contagionis abſceſſus illi qui in inguine naſci ſolent, occuparent. Accidit quoque vt morbo iſto variis graſſante modis, tum complures ex liberis meis, tum coniugem, tum permultos cognatos partim in vrbe, partim in agris degentes amitterem, prout circuli [illegible] calamitates iſtas mihi diſtribuerant. Cum autem iſta ſcriberem, quinquageſimo octauo anno ſcilicet ætatis, non biennio ante, morbus iſte quater Antiochiam occupauerat: ac cum iam quartus ab initio circulus dilapſus eſſet, præter liberos, quos ſupra poſui, filiam præterea & nepotem perdidi. Morbus vero iſte ex variis morborum generibus compoſitus fuit. Nam in nonnullis hominibus à capite primum exorſus oculos cruentos, vultumque tumidum reddidit: deinde in guttur delapſus eſt, & quemcunque occuparit, è medio ſuſtulit. Aliis fluxus alui contigit, quibuſdam abſceſſus in inguine exorti, indeque febres in primis ardentes, adeo vt biduo aut ad ſummũ triduo mortem obirent, perinde tum animo tum corpore affecti, atq; illi quib. nihil mali accidiſſet. Alii de mentis ſtatu deturbati, vitam edidere: quinetiam carbunculi è carne erumpentes

F

Vide Niceph. l. 18. l. 17 Bar. anno 544. n. 2. & ſeqq. Conſimile fere malum vide apud Euſeb. l. 7. cap. 17. Peſtilens morbus 52. annos inter homines graſſans, multas vrbes ciuibus exhauſit.

G

Morbus ipſi Euagrio & familiis eius depaſcitur βυβῶνες.

D

multos

A multos extinxere. Euenit etiam interdum, vt qui ſemel atque iterum hoc morbo correpti, euaſiſſent, rurſus eodem oppreſſi interirent. Quod autem ad rationem morbi contrahendi attinet, ex ſane tam varia fuit, vt nulla poſſit oratione explicari. Nam alii ſolum vna verſando, pariterq; vitam degendo fuere infecti. Alii tangendo duntaxat, & in eandem domum ingrediendo, alii in foro: non pauci qui ex vrbibus contagione infectis fugientes, integri manebant, ſanis & valentibus morbum impertierunt. Alii qui cum ægrotantibus verſabantur, & non modo ęgros, ſed etiam mortuos attingebant, non omnino in morbum inciderunt. Alii, quibus tametſi propter liberorum aut neceſſariorum interitum in optatis fuit morte occumbere, & maxime ob hanc cauſam ſe ægrotantibus admiſcuere: tamen perinde ac ſi morbus eorum aduerſaretur voluntati, neutiquam eo occupati ſunt. [a] Morbus autem, vt ante à me dictum eſt, totum orbem terrarum tam ad ſpatium quinquaginta duorum annorum depaſtus eſt, omneſque morbos qui vnquam extitiſſent, longe ſuperauit. [b] Philoſtratus autem demiratur, peſtem quæ ſua ætate viguit, ad quindecim annos continuatam eſſe. Verum quæ futura ſunt, hominibus incerta ſunt & incognita, eoque voluntur, quo Deo qui & cauſas rerum, & quorſum tendant, cognoſcit, viſum eſt. At iam eo redeamus, vnde deflexit oratio, & cæteras res geſtas Iuſtiniani deinceps perſequamur.

a Peſtilentiæ morbi contrahendi ratio.
b Philoſtratus dum ante nunc morbum vixit, & ea propterea fuit incognitus Idcirco magis miratur peſtem illam ſui temporis: quod ſi hunc morbum vidiſſet, non ſuiſſet eam peſtem tantopere miratus. Sed quæ futura ſunt, cuiq; ignota ſunt.

B

De inexplebili Iuſtiniani pecuniæ cupiditate.

Cap. XXIX.

IN Iuſtiniano vero tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis atque adeo abſurda rerum alienarum appetitio, vt omnia ſubiectorum bona his qui magiſtratus adminiſtrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de cauſa inſidias hominibus ſtruere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures, imo vero innumerabiles qui multa bona poſſidebant, cauſa falſa commentitiaque conficta, omnibus fortunis mulctauit. Quod ſi quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiiciens, conſuetudinem ſe vllam cum eo vel coniunctionem habuiſſe ſimularet, ſtatim omnia iura ac leges, modo Iuſtinianum turpis lucri ſocium conſtitueret, eius cauſa euerſæ iacuerunt, facultateſq; omnes illius qui falſo in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum tranſlatæ. Erat porro tam largus in pecunia eroganda, vti multa ſancta & magnifica templa in multis locis extrueret, aliaque ſacra ædificia, quibus tum viri, tum mulieres & ætate tenera, & exacta, tum qui variis morbis vexabantur, ſedulo accurarentur, ædificaret: magnamque ſeorſum colligeret à ſuis pecuniarum vim, vnde iſta perficerentur: alia denique infinita exequeretur opera, quę ſane pia Deoque accepta eſſent, ſi modo vel ille vel alii qui talia moliuntur, de ſuis ipſorum bonis efficienda curarent, ſuęque vitæ actiones vacuas à ſceleris labe tanquam hoſtiam Deo offerrent.

Vide Niceph. ca. 19. lib. 17. Bar. anno 565. n. 8 & 9. Iuſtiniani philargyria.

C

Eiuſdem ingens largitas.

De ſancta Sophiæ ſanctorumque Apoſtolorum templo eminentiſſimo.

Cap. XXX.

IDem Iuſtinianus Conſtantinopoli cum alias multas ſacras ædes pulcherrimo artificio elaboratas Deo & ſanctis erexit, tum inſigne illud & præ cęteris eximium ędificium, ampliſſimum dico Sophiæ templum extruxit: quod quidem tale fuit, quale non aliquando viſum fuiſſet, quodq; ornatu & ſplendore adeo excelluit, vti nulla dicendi vi facile explanari poſſet. At ipſe tamen illud pro virili deſcribere conabor. Teſtudo ſanctuarii quatuor fornicibus in ſublime erecta, & ad tantam ſublata altitudinem, vt ad eius hemiſphærii faſtigium acies eorum, qui infra ad baſin conſiſtentes, oculos ſurſum tollebant, ægre penetrare poſſet. & qui ſupra ſtabant, etiamſi valde eſſent animoſi, deſpicere neutiquam auderent, oculoſve ad baſin deiicere. Fornices

D

Vide Niceph. c. 20. l. 17. Bar anno 557. n. 10. & ſeqq. Sophiæ templum quale. Deſcriptio templi Sophiæ.

E

à ſolo vſque ad tectum (vſque eo namque eriguntur) penitus vacant. In dextro templi latere, ſunt homini ingredienti ad læuam columnæ ordine locatę, quæ ex lapide Theſſalico confectæ ſunt: ſunt etiam alta tabulata aliis columnis ſimilibus ſuffulta, in quibus, ſi qui volunt, myſteria peracta videre poſſunt. In illis quoque Imperatrix diebus feſtis, dum ſacroſanctæ myſteriorum celebrationi intereſſet, aſſidere ſolet. Quæ quidem partim verſus Orientem ſolem, partim Occidentem verſus ſic diriguntur, vt minime impedimento ſint, quo minus amplitudo talis operis ſpectari queat. Porro autem porticus eorundem tabulatorum, quę infra columnis paruiſq; fornicibus operis extremitates ambiunt. Verum quo magis admirabilis ædificii fabrica velut ante oculos cuiuſque verſetur, viſum eſt hoc loco intexere, quot pedes eius longitudo contineat, quot latitudo, quot altitudo: & de fornicibus eodem modo, quot pedes vacuus eorum complectatur ambitus, quot deniq; eorum altitudo. Sic igitur ſe habent: Longitudo à porta, quæ e regione ſacræ conchæ, in qua incruentum offertur ſacrificium, ſita eſt, ad ipſam concham vſque, pedes continet CLXXXX. Latitudo à parte Septentrionali ad Borealem, pedes CXV. Altitudo ab ipſo puncto in vertice hemiſphærii ad ſolum vſque, pedes CLXXX. Latitudo autem cuiuſque fornicis pedes habet LXVI. Longitudo totius templi ab Oriente ad Occidentem, pedes CCLX. Latitudo vero τῶν ὑπαιθρίων illius, pedes tononet LXXV. Sunt præterea verſus ſolis occaſum altæ duæ porticus valde eximiæ, & atria vndiq; ſub dio poſita. Ab eodem porro Iuſtiniano ædificatum eſt templum ſanctorum Apoſtolorum, quod omnium facile primas fert: in quo Imperatores & ſacerdotes ſepeliri ſolent. Verum de iis rebus iſta hactenus.

ἁγίου κόγχης.

F

Apoſtolorũ templum ab eodem Iuſtiniano extructum.

De amentia potius quam amicitia Iuſtiniani immodice fauentis Venetorum factioni.

Cap. XXXI.

DE alio item Iuſtiniani facto mihi dicendum eſt, quod quidem ſiue ex naturæ vitio, ſiue ex formidine & timore ortum ſit, non habeo dicere: eius tamen generis fuit, vt omnem beluinam immanitatem longe ſuperaret: duxit autem initium ab ea ſeditione populari, quam Nica, hoc eſt, vince, vocant. Placuit Iuſtiniano ita vehementer in alteram factionem eorum qui Praſini dicuntur, animo propendere, vt impune poſſent ipſa meridie in media ciuitate aduerſarios trucidare, & non modo non pœnas metuerent, verum etiam dignarentur honoribus: adeo vt inde multi homicidæ exiſterent. Licebat autem illis in ædes alienas irrumpere, theſauros diripere in illis reconditos, hominibus ſuam ipſorum ſalutem ac vitam diuendere. Et ſi qui magiſtratus illos cohibere moliretur, ſuo ipſius capiti creauit periculum. Vnde certe vir quidam, qui geſſit in Oriente magiſtratum, quoniam nonnullos eorum, qui rebus nouis ſtudebant, neruis coercere voluit, quo modeſtiores efficerentur, per mediam vrbem circumductus fuit, neruiſque grauiter cæſus. Callinicus porro præfectus Ciliciæ, cum duo Cilices, Paulus & Fauſtinus, homicida vterque, in eum impetum facerent, occidereq; in animo haberent, quoniam pœna ex legib. conſtituta eos mulctauit, in crucem actus eſt, hocque ſupplicio pro recta conſcientia & legum obſeruatione affectus. Inde factum eſt, vt qui alterius erant factionis, cum à domiciliis ſuis fugiſſent, & à nemine vſquam exciperentur hoſpitio, ſed velut ſcelerati vbique exagitarentur, tendere inſidias viatoribus, compilare, cædes facere cœperint, vſque eo, vti omnia loca nece immatura, direptione & reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam ſententiam mutato, eius generis homines interfecit, legumq; permiſit poteſtati etiam eos quos ante paſſus fuiſſet more barbarorum in ciuitatib. impia ſcelera conſciſcere. Sed ad iſta ſigillatim perſequenda mihi nec tempus ſuppetit, nec facultas dicendi. Atq; ea quæ diximus, ſatis eſſe poterunt ad coniecturam de reliquis eius facinoribus faciendam.

Vide Niceph. ca. 21. l. 17. Bar anno 538. n. 12

G

Iuſtiniani immanitas vnde tamen dicitur Cyaneis odiis [illegible] Iuſtinianum.

Vide Chil. Eraſ in [illegible] Procopium, item [illegible] Cuſpin.

H

Eoſdem eiſdem perſequitur.

A

Vide Nicephor. c. 22. lib. 17. Bar. ann. 548. n. 14. Barſanuphius monachus quidam floruerit.

De Barſanuphio monacho. CAP. XXXII.

VIxere per idem tempus viri plane diuini, qui multis in locis magna edebant miracula, & quorum gloria vbiq; peruagata fuit. Ex quorum numero erat Barſanuphius, genere Ægyptius. Iſte vixit in monaſterio prope vrbem Gazam, & in carne vitam carni aduerſariam degit, adeo vt multa memorabilia ederet miracula. Creditur porro eum in ædicula quadam concluſum ætatem egiſſe, atque à tempore, quo in eam ingreſſus eſt, ad ſpatium quinquaginta annorũ & amplius neque à quoquam viſum eſſe, neque quicquam alimenti vel aliarum rerum in terra cepiſſe. Quibus rebus cum Euſtochius epiſcopus Hieroſolymorum minime fidẽ adhiberet, cumque ędiculam, in qua vir ille diuinus concluſus fuit, perfodere conſtituiſſet, parum aberat, quin ignis ex ea erumpens, omnes qui cum eo illuc venerant, combuſſiſſet.

B

Vide Nicepho. c. 22. li. 17. Bar. anno 568. n. 15. & ſeqq. Symeonis monachi vita qualis.

De Symeone monacho, qui propter Chriſtum ſe morionem eſſe ſimulauit. CAP. XXXIII.

FVit Emeſę vir quidam nomine Symeones, qui omni inanis gloriæ cupiditate abiecta, quanquam ſapientia cuiuſque generis & diuina gratia refertus fuit: tamen his qui eum minime ignorabant, delirare viſus eſt. Iſte maxima ex parte remotus ab aliorum conſpectu, vitam tranſegit, nec cuiquã omnino conceſſit poteſtatẽ cognoſcendi, quando aut quomodo Deum precaretur, neque quo tempore ſolus apud ſe vel abſtineret cibarijs, vel eadem capeſſeret. Interdum vero cũ in publica platea aut in foro verſaretur, viſus eſt à priſtina viuendi conſuetudine deflexiſſe, imo vero etiam nihil omnino vel prudentiæ habere, vel ingenij: quinetiam tabernã aliquãdo ingreſſus, eſculentis, cum eſuriret & cibis quibuſlibet veſcebatur. Quod ſi quiſpiam inflexo capite eum ſalutabat, ira accẽſus, è loco illo celeriter exceſſit, veritus ne ſua virtus à vulgo deprehenderetur. Atq; ad hunc modum Symeones, dum eſſet in foro, ſe gerere conſueuit. Erant tamẽ nonnulli, quibus ſine vlla ſimulatione ſe familiarem reddidit. Ex quorum numero vnus forte habuit ancillã, quæ ſtuprata à quodam & grauida facta, cum ab hero heraq; aperte dicere cogeretur, quis hoc feciſſet facinus: reſpõdet Symeonẽ clam cũ ea concubuiſſe, & ab eo cõcepiſſe, velleq; nõ iurare modo rem plane ita ſe habere, verũ etiã ſi opus eſſet, perſpicue probare. Quod cum Symeones accepiſſet, ita eſſe affirmauit, ſeque carnem geſtare, rem ſane quam lubricam. Vbi vero facinus in omniũ ore eſſe cœpit, & Symeones propterea non exiguam, vti videbatur, ſubierat notam infamiæ, ſe tum ab hominũ oculis ſubduxit, tum erubeſcere ſimulauit. Poſtquam igitur dies pariendi aduenerat, eaq; de more in lecto ſedit, labor pariendi tam aſperum, tam ingentem, tam denique intolerabilem dolorẽ ciebat vt hominem illam in extremũ vitæ periculum deduceret: & tamẽ partus minime proceſſit. Itaq; cum Symeonem, qui eo dedita opera venit, orarent, vt preces pro illa ad Deũ funderet: dixit palam, mulierem nõ prius parituram, ꝙ vere fateretur, quis infantem, quẽ geſtat in vtero, procreaſſet. Quod cũ feciſſet & verũ oſtẽdiſſet infantis patrẽ, extẽplo infans, velut veritate obſtetricis munus exequẽte, ex vtero exilijt. Idẽ Symeones à quibuſdã viſus eſt aliquãdo in domũ meretricis intrareq; oſtio occluſo, ſolus cum ſola diu commoratus eſt. Deinde oſtio reſerato, abijt atq; vndiq; circumſpiciens, ecquis eum videret, auxit magnopere ſuſpicionem, adeo vt qui illum vidiſſent meretricem ad ſe accerſerent, ab eaq; ſciſcitarẽtur, quid ſibi vellet Symeonis ad eam introitus, tantique temporis moratio. At illa ſe inopia rerum neceſſariarũ, triduo ante illum diem nihil guſtaſſe pręter aꝗ ſolam: Symeonẽ autẽ obſonia & cibos, & vaſculum quoddam vini ad ipſam ſecũ apportaſſe, & occluſo oſtio appoſuiſſe menſam, iuſſiſſe vt cœnaret, ſeq; illis ſaturaret epulis, quippe quæ abſtinentia à cibo ſatis preſſa afflictaque fuiſſet. Quæ cum illis narraſſet, reliquias cibariorum, quæ attulerat Symeones, profert. Porro autem idẽ ipſe Symeones, cum terræmotus, qui Phœniciam maritimam conquaſſauit, appropinquaret (quo quidem tempore Berytus, Biblium & Tripolis grauiſſimas patiebãtur ruinas) flagello manu ſublato, columnarum, quæ erant in foro, cõplures cædebat, ſic vociferatus: Cõſiſtite firme, breui nanq; eſtis ſaltaturę. Itaq; quoniã nihil ab eo temere fieri ſolebat, illi qui huic rei geſtæ intererant, accurate animo notarunt, quas columnas ſine verberibus, prætermiſſet: quæ certe non multo poſt terræmotus violentia cõcuſſę corruerũt. Multę aliæ res ab eo præterea geſtæ fuere, quæ opere ſeparato egere videntur.

Obiectum meretrice ſtuprũ quomodo Symeones purgauerit.

C

Quomodo eluxerit meretricẽ paſſerit.

D

Quo modo terræmotũ præſignificauerit.

E

Vide Niceph. c. 23. lib. 17. Thomę monachi vita, qualis & dimnatio. Anaſtaſij obitus.

De Thoma monacho, qui eodem modo fatuitatem fingebat. CAP. XXXIV.

PEr id temporis Thomas quoque vitam auſteram in Cœleſyria coluit, qui Antiochiam profectus eſt, vt ſubſidiũ, quod inde quotannis monaſterio ſuo ſuppeditari ſolebat, acciperet. Ab ea quidẽ eccleſia presbyter fuerat ordinatus. Hunc Anaſtaſius, qui illam procurabat eccleſiam, quoniã nõ raro multũ ei faceſſebat moleſtiæ, in maxilla cædit. Quã rem illis qui aderant ægre ferentibus, dixit neq; ſe ab Anaſtaſio poſtea accepturum, neq; Anaſtaſium daturum. Quæ vtraq, ita acciderunt. Nam Anaſtaſius poſt vnũ diẽ mortẽ oppetijt: Thomas autem in hoſpitio infirmorum, ꝙ fuit in Daphne ſuburbio, dum abiret Antiochia domum, ad vitam immortalem migrauit: cuius corpus conditum eſt in ſepulchro, quod aduenis paratum fuit. Vbi vero vno & altero corpore in eodem ſepulchro repoſito, eius corpus Deo poſt mortem illius maximũ edente miraculum, illis ſuperiectum fuit (nam ea corpora inde amota longeque depulſa fuere) homines ſanctum illum admirati, rem ſignificant Ephremio. Itaque ſanctiſſimum eius corpus cum ſolenni celebritate ac pompa tranſportarunt Antiochiam, ibique in cœmiterio ſepelitur: cuius virtute peſtis, quæ illic tum graſſabatur, ſedata eſt. Ad cuius honorem Antiocheni diem feſtum quotannis ad noſtram vſque ætatẽ agere nõ deſierunt. Verũ ad inſtitutã hiſtoriã deinceps ſermonẽ transferamus.

F

Sepultura Thomæ & miracula poſt mortẽ.

Vid. N[icep.] c. 25. [l. 17.] Baro. [anno] 552. n. 23. & Mena epiſcopi tem[poribus] ...

G

De Mena patriarcha, & miraculo, quod ea tempeſtate in Hebræi pueri actum eſt. CAP. XXXV.

ANthimo ex ſede Conſtantinopolitana, vti ſupra dixi, eiecto, Epiphanius eum capeſſit epiſcopatũ. Epiphanio mortuo ſucceſſit Menas: cuius temporibus miraculum editum fuit plane memorabile. Vetus fuit conſuetudo Cõſtantinopoli, vt ſi quando multæ admodũ particulæ puri & immaculati corporis Chriſti Dei noſtri ſupereſſent, pueri impuberes qui ſcholas frequentabant, accerſerentur, easq; manducarent. Quod cũ factum fuit, filius cuiuſdam hominis, Hebræi quidem opinione, arte autem vitrarij, vna cum pueris veſcitus eſt: qui quidẽ parentibus percũctantibus ob eo cauſam moræ, reſpondit, vti res ſe habuit, ſe cũ alijs pueris pariter comediſſe. Hebræus bile, furore & iracundia inflãmatus, in clibanum ardentem, in quo vitrum formare ſolebat, puerum coniecit. Poſtquam vero mater puerum quæritans, reperire non potuit, paſſim per totam vrbẽ ibat, Deũ cum gemitu obteſtans, & flebilibus lamẽtis ſe dedens. Triduo autem poſt ad oſtium officinæ viri ſui conſiſtens, luctu miſerabiliter diuexata, nomine puerũ compellat. Puer matris vocem vt agnouit, è clibano reſpõſum dat. Mater effractis foribus intro irrumpit, videt puerum in medijs carbonibus candentibus conſiſtentẽ, illæſum, ab ignis incendio. Qui cum rogaretur, quo pacto illæſus manſerit? Mulier, inquit, veſte amicta purpurea crebro ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammas corpus ambiẽtes extinguerem: cibum denuq; dedit, quoties eſuriebã. Quare ad Iuſtinianum perlata, puerum cũ matre lauacro regenerationis tingendos decernit: patrem autem pueri, qui recuſauit in numerum Chriſtianorum aſcribi, in Sycis cruci ſuffigendum curauit. Atque iſta quidem hoc modo.

Mos eucharistiæ ... quam pueris tradẽdi.

Puer Hebræus in fornace ſeruatus.

H

Vide Niceph. c. 26. li. 17. Baro. anno 547. n. 13. Epiſcopi Conſtantinopolitani, Hieroſolymitani, Alexandrini.

Qui magnarum vrbium id temporis fuerint epiſcopi. CAP. XXXVI.

POſt Menam Eutychius ad ſedẽ epiſcopatus Cõſtantinopolitani aſcendit: ſedem autem Hieroſolymorum obtinet poſt Martyrium Saluſtius, cui ſucceſſit Helias: hũc Petrus, Petrum autem Macharius ſecutus eſt Imperatore nõdum ei ſuffragante, qui poſtea ſede ſua pulſus fuit. Nã ferebatur, eum dogmata Origenis tutatum. Cui in eo epiſcopatu ſui ceſſit Euſtochius. Theodoſio porro, vt ſupra demonſtratum eſt, exturbato, Zoilos epiſcopus declaratus fuit Alexandriæ: quo mortuo, Apollinarius ſedem illam capeſſit.

A

De ſancto vniuerſaliq́ue concilio quinto, & quam ob rem inſtitutum fuerit.

CAP. XXXVII.

Vide Niceph. c. 27. 28. lib. 17. Nouiss. homine Concilium tom. 2. Concil. gen. editionis Binianæ.

POſt Euphremiũ ſedes Antiochena Domnino cõcredita fuit. Iã vero cũ Vigilius antiquæ Romæ, & Menas nouæ primum, deinde Eutychius, Alexandriæ autẽ Apollinarius, & Domninus Antiochiæ epiſcopatũ geſſit, Iuſtinian⁹ quintum concilium cõuocauit, tali cauſa adductus Euſtochius, vbi illi qui dogmata Origenis tuebãtur, cũ in alijs locis, tum maxime in Noua laura (ſic n. vocabatur) inualeſcerent, omnẽ curã ac ſtudium ſuum eo contulit, vt eos expelleret. Qui ad Nouã ꝓfectus lauram, omnes inde eiecit, & tanq̃ cõmunẽ perniciẽ omniũ lõge fugauit. Illi in varia loca diſperſi, multos in ſuã pellexerunt opinionẽ. Quorũ patrocinũ ſuſcepit Theodorus cognomine Aſcidas, epiſcopus Cæſareæ, vobis gẽtis Cappadocũ primariæ, q cũ Iuſtiniano aſſidue verſabatur, eiq; fidelis fuit & in primis neceſſarius. Cũ igitur iſte animos nobiliũ palatiũ incolẽtium incẽdiſſet cõtra Euſtochiũ, eumq; omni impietate ac ſcelere plenũ affirmaret: Euſtochius mittit Cõſtantinopolim Rufum, q monaſterio Theodoſij præfuit, & Cononẽ abbatem Sabæ.

Iuſtinianus quidẽ, cur quintum concilium conuocauerit Cõſtantinopoli.

B

Rufus Theodoſij monaſterij præſes Conon Sabæ Abbas.

q duo cũ ob virtutis ſuæ pſtantiã, tũ ob amplitudinẽ monaſteriorũ, quib. præerant, facile primas inter monachos ſolitudinẽ incolẽtes obtinuerunt. Eos comitati ſunt etiã alij illis dignitate nõ multo inferiores. Hi potiſſimũ de Origenis dogmatis, de Euagrio & Didymo diſceptationem inſtituerunt. Theodorus autem epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, iſtos ab ea diſceptatione ad aliam traducere cupiens, cauſam Theodori epiſcopi Mopſueſtiæ, & Theodoriti, & Ibæ introducit: idque non ſine Dei clementiſſimi prouidentia, qui oẽs illas res tam præclare adminiſtrauit, ad eum ſane finẽ, vti omnis ꝓfana & impia doctrina vtrinq; reijceretur. Primo igitur q̃ſtione ꝓpoſita, ſitne mortuis anathema denũciandũ, an non, Eutychius, qui tũ aderat, vir in Sacris literis exquiſite eruditus, nõ tamen in numero illuſtriũ (quippe iã tum munere functus eſt ꝓ epiſcopo Amaſiæ reſpondendi) viuente adhuc Mena, cũ eos qui in vnũ coacti erant, nõ ſolũ nõ ſapere, ſed deſipere potius animaduerteret, aperte quæſtionem illã nulla egere deliberatione dixit.

Eutychij ſententia, licere etiã in mortuos anathema mittere.

C

Nã Ioſiã regem non modo ſacerdotes, qui dæmones colebant, quibuſq; vita adhuc ſuppetebat, trucidaſſe: ſed eorũ ẽt ſepulchra, qui iam pridem mortẽ obierant, effodi curaſſe. Hæc ab Eutychio dicta accõmodate omnib. videbãtur. Quę cũ Iuſtinianus intellexiſſet, Eutychiũ, ſtatim vt mortu⁹ fuit Menas, ad ſedem epiſcopatus Conſtantinopolitani extulit. Vigilius aũt per literas cõſenſit concilio, nõ tamen intereſſe voluit. Cũ vero Iuſtinianus à cõcilio iam coacto ſciſcitaretur, quid de Theodoro, q̃d de his, quæ Theodoritus cõtra Cyrillũ & duodecim illius de fide capita diſſeruiſſet, quid denique de epiſtola Ibę ad Marim Perſam ſcripta ipſis videretur: vbi multæ ſententiæ Theodori perlectæ erant, perſpicueq; demõſtratũ, iã pridẽ Theodorũ cõdẽnatũ fuiſſe, & eius nomen ex ſacris tabulis deletũ, & hæreticos poſt mortem etiam condemnari oportere, non Theodoro ſolũ, verũ etiã verbis Theodoriti cõtra duodecim capita Cyrilli & ſanam veramque fidem habitis, & epiſtolæ Ibę ad Marin Perſam ſcriptæ omnibus, vt dicitur, ſuffragijs anathema denunciarent, hæcque proferrent verba: *Quoniam à magno Deo & Seruatore noſtro Ieſu Chriſto, vt eſt in Euangelij parabola, dictum eſt,* &c. Et paulo poſt: *Cõdẽnamus & anathemati addicimus non ſolũ alios omnes hæreticos, qui ſunt à quatuor ſanctis prædictis concilijs, & à ſancta catholica eccleſia cõdemnati, verum etiã Theodorum epiſcopũ Mopſueſtiæ, & impios eius libros, & impia ſcripta Theodoriti, tum fidem veram, & duodecim ſanctiſſ. Cyrilli de fide capita, tum ſanctũ concilium Epheſinum primum impugnãtia, & quæcunque ab eodem Theodorito pro defenſione Theodori & Neſtorij literis prodita ſunt.* Præterea anathemate etiam damnamus impiam epiſtolam Ibæ ad Marim Perſum ſcriptam. Atque alijs quibuſdã interpoſitis, quatuordecim veræ & ſynceræ fidei capita expoſuerunt. De quibus rebus ſic actũ accepimus. Poſtquam autem libelli ab Eulogione, Conone, Cyriaco, & Pancratio monachis contra dogmata Origenis Adamantij, & eos qui huius impietatem & errorem ſequebantur, cõcilio oblati erant, percunctatur Iuſtinianus à cõcilio cõgregato, quid de his ſtatueret: adiungit etiã eodem libelli vnius exemplar, quinetiam literas Vigilij de [illegible] bus perſcriptas. Ex quibus animaduerti poteſt, quẽadmodum elaboratum fuerit ab Origene, vt ſimplicem Apoſtolicorum dogmatum doctrinam gentilium & Manichæorũ zizanijs referciret. Itaq; vbi contra Origenem, & eos, qui in eodẽ cum illo errore verſati ſunt, clamores editi fuerunt, res relata eſt ad Iuſtinianum per epiſtolam, cuius pars aliqua his verbis continebatur: *Qui animum nobili tatu antiqua participem tenes, Imperator Chriſtianiſſime.* Et paulo infra: *Fugimus igitur, fugimus iſtam doctrinam. Nã voces eorum, qui ſunt ab eccleſia alieni, non agnoſcimus, imo vero ſi quis talis ſit, eũ vt furẽ & latronẽ vinculis firmis anathematis conſtrictum extra ſacra eccleſiæ mœnia ejicimus.* Ac poſt adiũgũt iſta: *Actorũ noſtrorũ vim ex eorũ lectione facile intelliges.* His adiunxere capita, q̃ patroni dogmatũ Origenis didicerant: q̃ nõ eorũ ſolũ conſenſum, verumetiam diſſenſionem, atq; adeo multiplicem errorẽ perſpicue declararunt. Quorũ quintũ caput fuit blaſphemiarũ, q ex pſona nonnullorũ monachorũ nouum monaſteriũ incolentiũ proferebantur, q̃ ita ſe habet: *Theodorus qui Aſcidas dicitur, epiſcopus Cæſareæ dixit, Siiã Apoſtoli & martyres qui miracula edunt, in tanto honore ſint, quæ tandem erit illis reſtitutio in vltima carnis reſtitutione, niſi pares & æquales Chriſto efficiãtur.* Recenſebãtur porro ab illis q has res ſtudioſi ad modũ collegerunt, complures Didymi, Euagrii, Theodoti, aliæ blaſphemię. Poſt iſtud cõciliũ aliquo tẽporis interuallo interiecto, Eutychius ſede epiſcopatus Conſtantinopolitani expellitur, Ioannes ex Sirimi ortus (eſt quidem Sirimis pagus Cynegicæ regionis Antiochiæ finitimæ) in eius locum ſubrogatur.

D

In Aduerſus ... fidei intelligit.

Aduerſus Origenem libelli oblati.

E

Blaſphema vox Theodori in ſanctos martyres.

F

Quod Iuſtinianus à recta fidei cultura excidens, Domini corpus omnis prorſus corruptionis expers eſſe contendebat.

CAP. XXXVIII.

Vide Niceph. c. 39. lib. 17. Bar. anno 563. n. 89 & ſeq. Iuſtinianus à recta fide aliud excidit.

EOdẽ tẽpore Iuſtinianus à recta ſanæ doctrinę via auerſus, & ſemitã ingreſſus, q̃ nec Apoſtoli neq; Patres vnquã triuerant, in ſpinas & tribulus delapſus eſt, quibus eccleſiam farcire inſtituens, id q vulebat minime eſt ꝓpterea conſecutus, q Dominus regiam viam ita firmis munimentis ſepſerat, vt homicidæ in eã perinde ac ſi paries eius inclinatus, & maceries depulſa fuiſſet (in qua re expleta eſt quidem ꝓphetia) minime inſilirent. Itaque cum Ioannes, qui etiã Catelinus dicebatur, mortuo Vigilio antiquæ Romæ, & Ioannes Sirmienſis nouæ, & Apollinarius Alexãdriæ, & Anaſtaſius poſt Domninũ Antiochiæ, & Macari⁹ qui ad ꝓpriam ſedẽ iam reſtitutus fuit, Hieroſolymorũ epiſcopatũ gubernaret, vbi conciliũ Origeni, Didymo & Euagrio poſt Euſtochij abdicationẽ anathema denũciauerat, Iuſtinianus edictũ ſcripſit: in quo aſſeruit, Corpus Domini nrũ eſſe obnoxiũ internecioni, neq; affectionũ illarũ q̃ naturaliter inſitæ ſunt, inq; nullã incurrunt reprehẽſionẽ, participes eſſe, & Dominũ eodẽ modo ante paſſionẽ comediſſe, quo poſt reſurrectionẽ comedit, & corpus eius ſanctiſſimũ nullam conuerſionẽ mutationemue vel ex formatione, q̃ in matrice facta eſt, vel ex voluntarijs naturalibuſve affectionibus accepiſſe, imo ne poſt reſurrectionẽ quidẽ: quib. opinionib. vt ſacerdotes & epiſcopi vbique aſſentirentur, compellere inſtituit. At omnes ſe Anaſtaſij epiſcopi Antiochiæ ſententiam expectare reſpondendo, primum illius conatum depulerunt.

G

Iuſtinianus ſuper Dominici corporis errat.

H

De Anaſtaſio Antiocheno Archiepiſcopo.

CAP. XXXIX.

Vide Niceph. ca. 30 lib. 17 Bar. anno 5[illegible] n. 9[illegible] & ſeqq. Antiochiæ epiſcopus Anaſtaſius quomodo ingenium ſuum temperarit.

ANaſtaſius, vir quidẽ erat cũ in Sacrarũ literarũ cognitione apprime diſertus, tũ in morib⁹ & tota vitæ ratione adeo exquiſitus, vt etiã rerũ leuicularũ magnã curã haberet, inq; illis ne à conſtãti & ſtabili animi ſui ꝓpoſito decedere vellet, ne dũ in rebus maximi momenti & ponderis, & q̃ ipſum Deũ viderentur attingere. Quinetiã ita ſuum temperauit ingeniũ, vt neq; ꝓpter lenitatẽ animi, atque comitatẽ, nimis facile his rebus q̃ minus rationi cõſentientes erãt, crederet, neq; ꝓpter ſeueritatẽ & inclementiã ægre his quas recta ratio poſtulabat, aſſẽtiretur. Ac reb⁹ ſerijs audiẽdis ei⁹ parabãt aures, & vt ſermone ꝓfluẽs, ita in q̃ſtionib⁹

A

diſſoluendis acutus & perſpicax. Rebus autem ineptis & nullius momenti occluſas aures: linguam vero ſic quaſi freno cohibuit, vt & ſermonem ratione moderaretur, & ſilentium loquela præſtabilius efficeret. Iſtum tanquã turrem munitiſſimam oppugnare omni machinarũ genere aggreſſus eſt, illud ſcil. complectens animo, ſe, ſi iſtum euerteret, nullo labore ciuitatem totam occupaturum, recta fidei dogmata redacturum tanquam in ſeruitutem, & oues Chriſti deniq; captiuas ab eccleſia abducturum. Verum Anaſtaſius ſic diuina quadam animi celſitate elatus fuit (nam ſupra firmam fidei petram conſtitit) vt Iuſtiniano per literas ſuas libere & aperte contradiceret, cum perſpicue admodũ, tum diſerte oſtenderet, diuinos Apoſtolos, & ſanctos Patres cõfeſſos eſſe, atq; adeo tradidiſſe, corpus Domini internecioni obnoxium eſſe, & affectionũ, quæ ſunt natura in animis impreſſæ, quæq; reprehenſione carent, particeps. Eodem modo etiã monachis Maioris & Minoris Syriæ eius de hac re ſciſcitantibus ſententiam, reſpondit: Omnes confirmauit mentes, ad certamen ineundum præparauit: in eccleſia deniq; lectitauit quotidie illam Pauli, vaſis electionis ſententiam: Si quis vobis Euangelizauerit, præter id quod accepiſtis, etiam ſi angelus de cœlo ſit, anathema eſto. Quib. omnes, paucis exceptis, aſſenſi, ſimile ſtudiũ erga fidei defenſionem declararunt. Idem porro Anaſtaſius cum accepiſſet, Iuſtinianum velle illum in exilium mittere, ſcripſit ad Antiochenos orationem, qua eorum animos in fide cõfirmaret: quæ certe tum ob ſermonis elegantiam, tum ob crebritatem ſententiarum, tum ob teſtimoniorum à Sacris literis petitorum frequentiam, tum denique ob hiſtoriam, quæ tam commode in ea narrata eſt, optimo iure ſane permagni facienda eſt.

Anaſtaſius conſtanter impugnat Iuſtiniani ſententiã de Domini corpore.

B *Galat. 1.*

Anaſtaſij λόγ[illegible]

De Iuſtiniani morte. CAP. XL.

VErum Iuſtiniani edictum diuina prouidentia, qua melius nobis proſpectum fuit, minime diuulgatum eſt. Nam Iuſtinianus, qui Anaſtaſio & ſuis ſacerdotibus exiliũ indixerat, ex improuiſo perculſus, cum triginta octo annos integros & menſes octo regnaſſet, ex luce migrauit.

Vide Niceph. c. 31. lib. 17. Baro. anno 565. n. 2. & ſeqq. Iuſtiniani obitus anno 565.

Finis Quarti Libri.

C

EVAGRII SCHOLASTICI HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, LIBER V.

Quintus liber continet acta ſub Iuſtino ſecundo, & Tiberio annis octodecim. Huc igitur refer ex authoribus ad Euſeby lib. 1. & ſupra relatis vitam Pontif. Rom. Benedicti, Pelagy, Gregory Magni: his adde tomos Concil. & Hæreſ. Item rerum Rom. ſiue Annalium Conſtãtinop. lib. 17. Blondum, Pomponium Lætum, Iornandem, Procopium, Agathiam, Paul. Diac. Æmilium, Antoninum, Ioannem Maior. m. Polydorũ Virgil. & Michaelem Ritiũ.

Iuſtinus 2. Imp. anno Chriſti 565

De Iuſtini creatione & eius moribus.

CAP. I.

IVSTINIANVS igitur cum omnia omnino turba ac tumultu compleuiſſet, mercedemq; his rebus debitam in extremo vitæ ſuæ tempore reportaſſet, ad ſupplicia iuſto Dei iudicio apud inferos luenda profectus eſt. Iuſtinus autem ſororis eius filius, qui præfectus palatij fuit, purpura induitur Imperatoria, cum nemo præter ſuos, vel Iuſtinianum mortem oppetiuiſſe, vel eum Imperatorem declaratũ eſſe, vſq; eo intelligeret, quoad in circo munera, quæ ius imperij poſtulat, tum ipſe exequeretur, tum alij ei præſtarent. Itaq; his rebus confectis, cum nemo omnino eſſet, qui nouis rebus ſtuderet, ad aulam reuertitur. Ac primum dat mandatum, vt omnes epiſcopi & ſacerdotes, qui ex omnibus locis in vnum Conſtantinopoli conuocati erant, ad ſuas ipſorum dimitterentur ſedes, vti conſuetos cultus Deo ſancte religioſeq; adhiberent: nemoq; quicquã quod ad fidem pertineret, nouare moliretur. Atque iſtud eius factum in laude quidem ponendũ eſt. Verum quod ad vitæ eius rationẽ attinet, delitijs reuera diffluxit & mollitie, in voluptatibus obſcœnis volutatus, alienæ pecuniæ adeo ardẽter appetẽs, vti omnia iniqui quæſtus gratia diuenderet: imo vero etiam ipſa ſacerdotia, diuinum numen minime reuerens, plebeiis hominibus venalia palam exponeret. Quinetiam audacia & timiditate duobus vitijs contrarijs irretitus, primũ Iuſtinum cognatum, virum in magna gloria apud omnes, tum ob rerum bellicarum vſum, tum ob alia ornamenta, iam circiter Danubium ideo commorantem, vt Abaros, ne eo flumine traiecto in fines Romanorũ irrumperent, prohiberet, ad ſe accerſit. Iſti Abari ſunt ex gente Scytharum, qui Hamaxobij dicuntur, quiq; agros vltra Caucaſum iacentes accolunt, oriundi. Qui Turcas vicinos ſuos, ab illis grauibus affecti incommodis, cum omnibus ſuis fugientes, primum ad Boſphorum venerunt: deinde littorib. Euxini Ponti relictis (vbi multæ gentes barbaræ habitabant illæ quidem, ſed vrbes & caſtella à Romanis incolebantur, atque eo tum nonnulli milites rude donati aduentauerant, tum coloniæ erant de imperatorum ſententia deductæ) recto itinere cõtenderunt, omnibus barbaris qui ante pedes erant vſq; eo expugnatis, quoad Danubij ad littora peruenirent: vnde legatos miſerunt ad Iuſtinianum. Ex eo loco Iuſtinus accerſebatur, eo nomine videlicet, vti conditionibus inter ipſum & Imperatorem Iuſtinum pactis frueretur. Nam quoniam ambo in ſimili vitæ ſplendore poſiti videbantur, & imperium ad vtrunq; ſpectaret, poſt magnam de rerum ſumma diſceptationem & controuerſiam conuenit inter eos, vt vter illorum ad imperij honorem aſcenderet, alteri deferret ſecundas, eatenus quidem, vti licet ſecundas ab Imperatore, præ cæteris tamen omnibus primas obtineret.

D

Vide Niceph. c. 33. lib. 17. Baro. ann. 565. n. 2. & ſeqq. ann. 500 n. 21. & ſeqq. anno 556. n. 1. 2. 3. Iuſtinus imperatoria purpura induitur. Mandatum Iuſtini.

E

Plin. lib. 4. cap. 12. Abarorum ortus. Abari Turcas fugiunt.

Iuſtini Imperatoris cognatus.

F

De Iuſtini cognati ſui occiſione.

CAPVT II.

QVapropter Iuſtinus Imperator beneuolentia quadam fronte ſimulata alterum Iuſtinum complectitur, & criminibus paulatim contra eum confictis, & ſatellitibus, militibus, prætorianis ac ſtipatoribus ab eo remotis, vetat, quo minus in publicum prodiret (domi enim aſſidue ſe continuit) & tandem mandat, Alexandriam tranſportandum. In qua vrbe nocte intempeſta, cum iam decumberet in lecto, miſerandum in modum interemptus eſt: iſtaque mercede tum ob beneuolentiam in Remp. tum ob res præclare in bello geſtas remuneratus. Atque non prius Imperatoris, eiuſque coniugis furor & iracundiæ flamma reſtincta fuit, quam caput eius ceruicibus abſciſſum oculis cernerent, ijque illud calcibus inſultarent.

G

Vide Niceph. c. 34. l. 17. Bar. anno 567. Simulatio Imperatoris. Imp. cognatus Iuſtinus miſerandũ in modum interẽptus.

De execrabilibus Addæo & Ætherio.

CAPVT III.

NOn longo tempore poſt, Ætherium & Addæum vtrunque ex ordine ſenatorio, qui principem locum apud Iuſtinianum diu tenuerant, in iudicium ob piaculum quoddam adducit Iuſtinus. Quorum alter, Ætherium dico, confeſſus eſt ſe animo inſtituiſſe, Imperatorem veneno conficere, habuiſſeque Addæum illius conatus ſocium & in omnibus adiutorem. Verum Addæus graui cum iureiurando affirmat, ſe iſtius rei prorſus ignarum eſſe. At vterq; tamen ſecuri percuſſus eſt: atque Addæus, cum iam caput abſcinderetur, dixit ingenue, ſe licet falſo de ijs rebus eſſet accuſatus, iuſta tamen debitaque à Deo facinoris cuiuſque contemplatore & vindice ſibi inflicta ſupplicia. Theodorũ nanque aulæ præfectum ſe præſtigijs quibuſdam è medio ſuſtuliſſe. Cæterum iſta itane ſe habeant, an ſecus, non poſſum equidem pro certo affirmare. Attamen vterque ſceleſtus fuit: quippe Addæus inſano puerorum amore exarſit: Ætherius autem nullum calumniæ genus præteriens, tum viuos, tum mortuos nomine aulæ Imperatoriæ, cui regnãte Iuſtiniano præfuit, fortunis ſpoliauit. Atq; hæ res hunc habuere exitum.

Vid. Niceph. c. 34. lib. 17. Baro. prad. anno. Ætherij & Addæi interitus.

H

Quod differtur, non aufertur.

A

De fidei edicto, quod Iuſtinus ad Chriſtianos vbicunque ſcribendum curauit.

CAP. IV.

Vide Niceph. ca. 35. lib. 17. Bar. anno 566. n. 3. &c. Ioan. 14.

Iuſtini pium edictum de fide Chriſtiana ad ſarciendæ eccleſiæ concordiam.

Salus omnium hominum prima quæ.

PORro autem edictum omnibus vbique Chriſtianis à Iuſtino ſcriptum fuit, his fere verbis: *In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar, Fl. Iuſtinus fidelis in Chriſto, Manſuetus, Max. Beneficus, Alamanicus, Gotthicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Erullicus, Gepidicus, Pius, Fortunatus, Glorioſus, Victor, Triumphator, ſemper Auguſtus. Pacem meã do vobis, inquit Chriſtus Dominus, verus Deus noſter: pacẽ meã relinquo vobis, idem Dominus omnibus hominibus prædicat. Atque iſtud aliud nihil eſt, quã vt credentes in eum, ad vnam eandemq; eccleſiã ſe conferant, in recta Chriſtianorum fide ipſi inter ſe conſentiant, eoſque qui ei contradicunt, opinionemve aduerſariam conſectantur, penitus deteſtentur. Eſt enim prima omnibus hominibus ſalus, ingenua veræ fidei confeſſio. Quocirca nos, tũ præceptis Euangelicis, tũ ſancto ſymbolo, id eſt, doctrinæ ſanctorum patrum obſequentes, hortamur omnes, vt ad vnam eandemq; Eccleſiam & diſciplinã ſe recipiant, credentes in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatẽ cõſubſtantialem, vnã deitatem, id eſt, naturã & ſubſtantiã, ratione & reipſa vnam, vim, potentiam & facultatẽ vnã in tribus perſonis glorificantes, in quas baptizati ſumus, in quas credimus, quibus in vnũ coniungimur.*

Trinitatis diuiſio & coniunctio.

B

Vnitatẽ in Trinitate, & in vnitate Trinitatem adoramus, tũ diuiſionẽ habentem, tum coniunctionem plane admirabilem: vnitatem ſecundum ſubſtantiam, id eſt, diuinitatem, Trinitatẽ ſecũdũ proprietates, id eſt, perſonas (Diuiditur enim ratione, vt ita dicã, indiuidua: coniungitur autẽ diuidua. Siquidẽ diuinitas, vnum eſt in tribus, & tres in vnũ, in quibus eſt diuinitas, vel, vt accuratius dicam, quæ ſunt ipſa diuinitas) Deum Patrem, Deum filiũ, Deum Spiritũ ſanctũ: quandoquidẽ ſingulæ perſonæ per ſe conſiderantur, mente, ea quæ ſeiungi non poſſunt, ſeiungente, Deum tamen verum tres eſſe perſonas, quæ in vnum motus & natura, vt ita dicam, identitate coniuncta intelliguntur. Nã oportet & vnũ cõfiteri Deũ, & tres perſonas, ſiue proprietates prædicare. Confitemur etiã ipſum vnigenitum filium Dei, Deum verbum ante ſecula & ab æternitate à patre genitum, non factum: & in nouiſſimis diebus propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlis & incarnatum ex Spiritu ſancto, & ex domina noſtra, ſancta & glorioſa Deipara, ſemperque virgine Maria, & natũ ex ea, qui eſt æqualis patri & Spiritui ſancto. Nam quartæ perſonæ acceſſionem, id eſt, Dei verbi incarnati, qui eſt vna perſona trinitatis, ſancta trinitas nõ admittit: ſed eſt vnus & idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt conſubſtantialis patri ſecundum diuinitatem, nobis autẽ conſubſtantialis ſecũdum humanitatem, patibilis quidem carne, diuinitate autẽ impatibilis.

C

Chriſtus quomodo patri & nobis conſubſtantialis.

Non enim alium Deum verbum, qui miracula edidit, & aliũ qui paſſus eſt, agnoſcimus: ſed vnum & eundem confitemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei verbum incarnatũ, & vere hominem factum, & tum miracula quæ edidit, tũ afflictationes, quas ſua ſponte pro noſtra ſalute carne ſuſtinuit, vnius & eiuſdem fuiſſe. Nam nõ homo aliquis ſeipſum pro nobis tradidit, ſed ipſe Deus verbum, qui ſine diuinitatis mutatione factus eſt homo, & ſua ſponte paſſionem & mortem pro nobis ſubijt.

Chriſtum ſua ſponte paſſionem pro nobis ſubiiſſe.

Quapropter dum Deum illũ confitemur, non inficiamur hominem eſſe: & dum illũ confitemur hominem, Deum eſſe non negamus. Vnde dum vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex vtraque natura, diuinitate & humanitate conſtare aſſerimus, non confuſionem in vnitatem introducimus. Etenim quod ſecundum noſtram naturam factus ſit homo, non deſinet Deus eſſe: neque quod Deus ſit ſecundum ſuam naturam, ſimilitudinemq; habeat noſtræ ſimul eiuſdem haud capacem, homo eſſe detrectabit: ſed manet, ſicut Deus in humanitate, ſic non minus in diuinitatis præſtantia, homo.

D

Ambo igitur in eodem, & vnus Deus pariter & homo qui eſt Emanuel. Eundem porro dum perfectum, in diuinitate, perfectum quoque in humanitate, ex quibus duabus rebus conſtat cognoſcimus, vnius eius compoſitæ perſonæ diuiſionẽ ſectionẽve particularem non inferimus: ſed naturarũ ſignificamus differentiã. quapropter copulationẽ minime collitur. Siquidem neq; diuina natura mutata eſt in humanã, neq; humana natura in diuinã conuerſa: ſed quia vtraq; in propria natura ſiue ratione atque melius intelligatur, exiſtatque, idcirco copulationẽ factã in perſona dicimus Copulatio autẽ, quæ eſt in perſona, oſtendit Deum verbum, hoc eſt, vnam ex tribus perſonis in diuinitate, non hominem, qui ante extitit, coniunctum fuiſſe: ſed in vtero dominæ noſtræ ſanctæ & glorioſæ Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ ſibi ex ea in propria perſona carnem nobis conſubſtantialem, & eiſdẽ nobiſcũ affectionibus, peccato excepto, obnoxiam, eamq; anima rationis & intelligentiæ participi imbutam fabricaſſe. Ipſe namq; per priũ habuit perſonam, & factus eſt homo, & eſt vnus & idẽ Dominus noſter Ieſus Chriſtus, eiuſdem cũ Patre & Spiritu ſancto particeps gloriæ.

E

Chriſtus eiuſdem cũ patre & ſpiritu ſancto gloriæ particeps.

Ac dum mente cõplectimur inexplicabilem eius copulationem, confitemur vere vnam naturam Dei verbi incarnatã carne, anima rationali, & mentis participi imbuta. Rurſus autẽ cũ cogitatione cõprehendimus naturarũ differentiã, dum naturas, nulla tamẽ inducta earum diremptione, aſſerimus Nam in eo vtraq; ineſt natura, & propterea vnũ & eundẽ confitemur Chriſtũ, vnũ filium, vnam perſonam, ſiue vnam proprietatẽ eſſentiæ diuinæ, Deum pariter & hominẽ. Quocirca omnibus qui iſtis contraria vel ſenſerunt, vel ſentiũt, denunciamus anathema, alienoſq; à ſancta Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia iudicamus. Et cũ recta veraq; dogmata, quæ ſancti patres nobis tradiderũt, nobis prædicata ſint: hortamur vos omnes imo vero etiam obſecramus, vt in vnam eandemque Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam coaleſcatis. Nam non grauamur, licet ſimus in hoc eximio imperij gradu locati, eiuſmodi verbis pro omnium Chriſtianorum concordia & coniunctione vti. eo quidem cõſilio, vt omnes vno ore laudem & gloriam Dei Opt. Max & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti celebrent, & nemo de reliquo vlla de cauſa, vel de perſonis Trinitatis, vel de vlla ſyllaba in ea cõprehenſa digladietur: quãdo quidem ipſa ſyllaba nos ad vnam & ſincerã fidem ſententiamque ferunt, & eadẽ conſuetudo & modus in ſancta Catholica, & Apoſtolica Dei Eccleſia hactenus omnino firmus & minime nouatus manſit, & in vniuerſum poſterum tẽpus manſurus eſt

F

Huic edicto quanquam conſenſere oẽs, illudq;, ſicut vera fides poſcit, editũ dixere: mẽbra tñ eccleſiæ, q̃ opinionum varietate diſtracta erant, minime fuerunt ad concordiam reducta, propterea quod edictum plane & apertis verbis ſignificauit, vnam conſuetudinem in eccleſiis firmam & minime nouatã hactenus manſiſſe, & in poſterum tempus manſuram.

De Anaſtaſii Epiſcopi Theopolitani, id eſt, Antiocheni eiectione.

CAP. V.

Vide Niceph. ca. 36. lib 17. Baro. anno 5[?]7. n. 16. 17. & ſeqq.

IVſtinus porrò Anaſtaſium, his illi obiectis criminibus, primum quod ſacrum theſaurum extra modũ & in nullum vſum neceſſarium profuderat, deinde quod contitia in ipſum iecerat (Anaſtaſiũ enim, cũ rogaretur quid cauſæ eſſet, cur ſacrum theſaurum tam effuſe abſumpſiſſet ingenue reſpõdiſſe ferunt: Ne à Iuſtino communi totius orbis pernicie diriperetur) ſede Antiochena exturbauit.

G

Anaſtaſius à Iuſtino ſede Antiochena ſe[?] bono.

Quin etiam dicitur Iuſtinũ Anaſtaſio ſuccẽſuiſſe, quod poſtulãti ei pecuniam, cum epiſcopus eſſet deſignatus, Anaſtaſius dare uoluit. Alia præterea crimina à quibuſdam, qui Imperatoris inſtituto, credo, inſeruire ſtudebant, ei intendebantur.

Quod Anaſtaſio ſucceſſit Gregorius epiſcopus, & quibus moribus præditus fuerit.

CAP. VI.

Vide Niceph. ca. 36. l. 17. Baron. præd. loco.

POſt illum Gregorius ad ſacrum epiſcopatus gradũ elatus fuit, qui ob poeticam facultatem magnam apud omnes gloriam conſecutus eſt. Hic ineunte ætate monaſticam viuendi viam ingreſſus, adeo viriliter & excelſo animo in ea decertauit, vt cũ iã primũ pubeſcere inciperet, ad ſummũ & perfectiſſimũ gradũ peruenerit: præfueritq; monaſterio Conſtantinopoli, in quo vitam inopem & auſteram degit.

H

Anaſtaſ. ſucceſſor Gregorius ob poeticã facultatem magnam apud omnes gloriam cõſequutus Vitæ eius & morum probitas.

Deinde mandato Iuſtini, monaſterio in monte Syna præfectus fuit: vbi obſeſſus à barbaris Scenetis Arabibꝰ, in grauiſſima incidit pericula. Ac cum in illis locis pacẽ cõſtituiſſet, inde ad epiſcopatum capeſſendum accerſitus fuit. Erat vir quidem, ſiue prudentiam, ſiue virtutem ſpectes, omnino præſtantiſſimus, & ad quancunque rem animum ſuum applicaret, in ea perficienda longe diligentiſſimus: atque vt metu percelli nõ poterat, ſic nullo modo adduci, vt vel ſententia cederet, vel hominum pertimeſceret poteſtatem. Ita porro magnificas pecuniarum fecit largitiones (liberalitate namq; & beneficentia in quenq; vſus) vt cum aliquo prodiret, ingẽs multitudo p̃ter eos q illũ comitari cõſueuiſſent, eũ ſequerentur, & q vel viderẽt vel audirẽt eũ quopiã iturũ, frequẽtes cõfluerẽt. Atq; ad eximiã illiꝰ dignitatis amplitudinẽ, in qua collocatꝰ fuit, hęc velut ſecũda adiecta fuere ornamenta,

A

menta, quod videlicet homines ſua ſponte inducti, tam ſæpe vel prope eum intueri, vel verba facientem audire cuperent. Erat enim ad deſiderium in animis omnium, qui quacunque de cauſa, vel quocunque modo ipſum compellaſſent, inſerendum aptiſſimus: admirabilis cum primis aſpectu ſermone propter leporem iucundiſſimus: Et ſicut ad rem quampiam intelligentiæ acumine ex tempore eliciendam peracutus, ſic ad optimum conſilium capiendū, & ad iudicandū tum de ſuis rebus, tum de alienis, ſolertiſſimus. Vnde etiam euenit, vt tot & tam egregia facinora gereret. nihil enim diſtulit in craſtinum. In magnam præterea traduxit admirationem, non ſolum Imperatores Romanos, verum etiam reges Perſarum, propterea quod omnibus ita vti poterat, ſicut tum poſcebat neceſſitas, tum occaſio, quam non aliquando omiſit, poſtulabat. Cuius quidem rei ſingulæ eius res geſtæ argumento eſſe poſſunt. Erat quoque in eo multa ſeueritas, & interdum ira: non exigua rurſus, imo vero etiam permagna comitas & manſuetudo, vt illud prudens Gregorij Theologi dictum in eum optime conueniret. Seueritas ſic cum pudore temperata fuit, vti neutra res læderetur ab altera, ſed vtraque alterius ope maximam conſequeretur commendationem.

Gregorius ad iudicandum ſolertiſſimus.

B

Quod qui Perſarmeni dicti ſunt, ſe ditioni Romanorum tradiderunt, atque hinc bellum in Perſas ſuſceptum eſſe.

CAPVT VII.

PRimo anno quo iſte epiſcopatum adminiſtrauit, qui maiorem accolebant Armeniam (ſic enim olim appellata eſt, poſtea tamen Perſarmenia, quæ ante fuerat Romanis ſubiecta, & à Philippo, qui Gordiano ſucceſſit, Saporæ prodita atque vt Armenia, quæ minor dicitur, fuit in ditione Romanorum, ſic reliqua tota Perſis paruit) qui inquam maiorem accolebant, fidem Chriſtianam profeſſi, quoniam à cæteris Perſis miſere, & potiſſimum religionis ſuæ gratia vexabantur, clandeſtinam ad Iuſtinum miſere legationem, ſupplicaturi, vt Romanorum ſubijcerentur Imperio, quo libere, nemine impediente diuinos cultus exequerentur. Quam legationem cum Iuſtinus admiſiſſet, & quædam conditiones in literis, quas ad eos dabat, explicatæ eſſent, & ſacroſancto ac ſolenni iureiurando confirmatæ, Armenij ſuos ipſorum principes trucidant, & ſe cum ſuis omnibus Romano adiungunt Imperio. Quibuſcum regio finitima, in qua homines cum eiuſdem gentis tum peregrini habitabant, vna Romanorum ditioni acceſſit. duce Vardane, qui apud eos tum ob generis & honoris ſplendorem, tum ob periciam rei militaris facile primas obtinuit. Itaque Iuſtinus Choſroem his de rebus eum inſimulantem hac oratione repulit: Præfinitum paci tempus effluxiſſe, nec fas eſſe vt Chriſtiani Chriſtianos in tempore belli ad ſe confugientes deſertos eſſe patiantur. Atque Iuſtinus, tametſi iſtud dedit reſponſum Choſroi, tamen ad bellum gerendum neutiquam ſe parat, ſed conſuetis delicijs tenetur irretitus, omniaque ſuæ voluptati poſtponit.

Vide Niceph. c. 37. lib. 17. Baro. anno 572. n. 22. Armenia maior. Perſarmenia, cur ad Romanos deficerit.

C

Iuſtini reſponſum ad Choſroë de ſuorum defectione cōqueſtem.

De Martiano duce, & obſidione Niſibis.

CAPVT VIII.

INterea Martianum cognatum ſuum mittit ducem in Orientem, cui neque exercitum aptum ad prælilandum, neque res alias ad bellum gerendum neceſſarias ſuppeditat: qui non ſine aperto diſcrimine & extremo de ſumma rerum periculo petit Meſopotamiam, ductis ſecum perpaucis militibus, ijsque inermibus: inter quos habuit & oſſores & bubulcos nonnullos ex numero vectigalium exemptos. Leuem igitur pugnam circiter Niſibin contra Perſas quoſdam inſtituit, reliquis Perſis nondum ad arma paratis: atque ſuperiores adeptus, obſidet ciuitatem. At Perſæ ne portas quidem occludere operæpretium putarunt, ſed exercitum Romanum turpiſſimis affectum contumelijs penitus contemnere viſi ſunt. Ac quanquam multa alia prodigia calamitates futuras portendentia viſa fuere, inter cætera tamen in ipſo belli initio vitulus recens editus viſus eſt, qui duo capita habuit ex vna ceruice excreſcentia.

D

Vide Niceph. c. 38. li. 17. Martianus à Iuſtino cū exercitu inepto miſſus aduerſus Choſroem.

Perſas aliquos ſuperat. Niſibin obſidet. Vitulus biceps.

Quod Choſroes, vbi cōtra Romanos Adaarmanem ducem emiſerat, qui illos magnis multisq; cladibus affecit, ipſe Niſibin profectus eſt.

CAP. IX.

CHoſroes vero vbi ſatis ad bellum gerendum inſtructus fuit, Adaarmanem aliquouſque perductum trans Euphratem, qui in ditione ſua erat, mittit cum exercitu: qui eius iuſſu in fines Imperij Romani per vrbem, quæ Circeſium dicitur, irrumpit. Circeſium autem eſt vrbs Romanis opportuniſſima, in extremis oris ditionis Romanæ ſita: quæ non ſolum mœnibus firme munita eſt ad immenſam altitudinis erectis, verum etiam Euphrate & Abora fluuijs circundata, & ab eiſdem velut inſula facta. Deinde ipſe Tigrim fluuium vna cum copijs ſuis tranſgreſſus Niſibin recta contendit. Quæ res geſtæ diu Romanos latuerunt, adeo vt Iuſtinus famæ, Choſroem aut mortuum eſſe, aut ad extremum ſpiritum reddendum veniſſe loquenti, fidem adhiberet: iniquoque animo & grauiter ferret, obſidionem Niſibis tardatam eſſe, miſiſſeque quoſdam qui Martianum incitarent, & claues vrbis quam primum ad ipſum adferrent. Verum vbi res minime procedit, ſed Iuſtinus grauem ſubit turpitudinis & infamiæ notam, propterea quod in tanta & tam ampla vrbe obſidenda, cum tam abiecto præſertim exercitu rem, quam nullo modo conficere poterat, tentare videbatur, primum de ea fit certior Gregorius epiſcopus Antiochiæ. Nam huic epiſcopus Niſibis amiciſſimus fuit, magnis muneribus ab eo donatus, & propterea cum inſanam Perſarum contumeliam contra Chriſtianos admiſſam, qua ſemper fere premebātur ægre admodum pateretur, & magnopere cuperet ciuitatem, cuius ipſe fuit epiſcopus, in ditionem Romanorū venire, omnia q̄ extra fines Romanorū circiter Niſibin gerebātur, ſignificauit oportune expoſuit. Quæ quidem Gregorius illico ad Iuſtinum retulit, eiq; quā celerrimam declarauit Choſrois incurſionem. At vero ille in conſuetarum voluptatum ſordibus volutatus, Gregorij literis neque animum attendere, neque fidem habere voluit, illud duntaxat verum arbitratus, quod ipſe in animum induxerat. Nam hominum intemperantium & luxu perditorum conſuetudinem imitabatur, in quorum animis ſicut ignauia inſita eſt, ita de proſpero rerum euentu nimis magna fiducia, & ſi quid contra ipſorum voluntatem acciderit, ei nolunt vllo modo fidem adiungere. Itaque ſcribit Gregorio, reſque ad ſe relatas, quaſi omnino veræ non ſint reijcit. Quod ſi veræ ſint, Perſas non ante ſuos obſidionem occupaturos: ſin autem ante occuparent, cum magno ſuo malo diſceſſuros. Deinde mittit Acacium, hominem ſuperbum & contumelioſum ad Martianum cum hoc mandato, vt, ſi Martianus alterum pedem in ciuitatem ante inmiſiſſet, honoris ſui gradu eum abdicaret. Quod quidem factum eſt ab eo ſedulo, idque non ſine Reipubl. detrimento, quo Imperatoris mandato inſeruiret. Nam profectus ad caſtra Romanorum, Martianum extra fines imperij verſantem, inſciente exercitu ſpoliat dignitate. Præfecti autem manipulares & centuriones, vbi peractis vigilijs didicerant ducem ſuum de honoris gradu dimotum, copias non vlterius ducunt, ſed clam ſe inde ſubducētes, ſparſi fugiunt, obſidione cum omnium irriſione dimiſſa. Adaarmanes igitur, qui Perſarum & Scenetarum barbarorum ſatis magnum & validum habebat exercitum, Circeſium præteriens, res Romanorum incendio, occiſione & alijs omnibus vaſtationis generibus populatur, nec quicquam clementiæ omnino vel cognitione complexus eſt, vel factis declarauit. Capit caſtella & pagos multos, nemine propterea repugnante, primum quod copiæ Romanæ nullum ducem habuere: deinde quod militibus circiter Daras à Choſroe circumcluſis, populationes agrorum, & incurſiones abſque vllo timore fiebant. Inuadit porro Choſroes Antiochiā per ſuos duntaxat milites (ipſe namq; eo non venit) qui præter omnem ſpem inde fuere repulſi, cum tn̄ nemo vel pauci admodum in ciuitate remanerent: cumq; epiſcopus inde fuiſſet, ſecumq; eduxiſſet ſacrū eccleſiæ theſaurū, propterea q̄ magna pars muri ceciderat, & populus, vt fit in eiuſmodi p̄ſertim tēporibus, ſeditione conflata nouis rebus ſtudebat: quibus fugientibus vrbs deſerta relicta fuit, neq; quiſquam erat, qui vel ad machinas vllas cōtra hoſtes fabricandas, vel ad eiſdem vllo modo reſiſtendum animum intenderet.

E

Vide Niceph. c. 38. lib. 17. Baro. anno 574. n. 2. Adaarmanes Choſroe dux.

F

Gregorius Iuſtino amiciſſimus, fruſtra tamē bene conſulit.

G

Stoliditate Iuſtini Martiano exauthorato Romanum exercitum diſſipſo Niſibin relinquit.

Vide ſequēs caput.

Hoſtili exercitu remoto Perſæ impune Romanorum ditiones populantur.

H

A

Vide Niceph. c. 38. li. 17. Baro. præd. loco. Heraclea, poſtea Gagalica.

De Apamea & Daræ expugnatione.

CAP. X.

POſtea vero quam hic conatus Adaarmani minime ſucceſſit ex ſententia, vrbe, quæ olim Heraclea, poſtea autem Gagalica nominata eſt, incenſa: Apameam, quam Seleucus filius Nicanoris habitatoribus compleuit, ciuitatem quondam beatam, temporis tamen diuturnitate multum diminutam & prope labefactatã, iter capit. At cum vrbem quibuſdam pactis conditionibus acquiſiuiſſet, quoniam ciues reſiſtere minime poterant, muro præ vetuſtate ad terram collapſo, eam totam igni abſumpſit, & direptis omniũ fortunis, & omnibus rebus contra pactas conditiones vaſtatis, & vrbe ipſa agriſq; finitimis in ſeruitutem redactis, abiit: ſimulq; non epiſcopum ſolum, ſed præfectum vrbis etiam viuum ſecum abduxit. Quinetiam in itinere ſuo inde ſuſcepto grauiſſima patrauit mala, obſtante nemine aut omnino reſiſtente, pauciſſimis copiis exceptis à Iuſtino eo miſſis, quibus Magnus præfuit, qui ante menſæ Argentariæ Conſtantinopoli præfuiſſe dicebatur, poſtea vero vnam ex ædibus Imperatoris Iuſtini mandato procuraſſe: quæ quidem copiæ illinc profugientes attonitæ, parum aberat, quin captæ fuiſſent. Itaque Adaarmanes his rebus confectis, ad Choſroem ſe recipit, qui ciuitatem obſeſſam nondum expugnauerat. Hic eius copiis adiunctus, & eas effecit valentiores, & ſuorum cõfirmauit animos, & hoſtes denique perterrefecit. Vrbem autem oſtendit vallo circumdatã, & aggerem ingentem prope mœnia factum, & machinas ad vrbes capiendas accommodatas, & catapultas, tela ex locis ſuperioribus commode iacientes, quæ vulgo baliſtæ vocantur. Quibus rebus adiutus Choſroes, vrbem tempore hyberno vi capit, Ioanni Timoſtrati filio, qui ei præerat, nulla curam ad hoſtem propulſandum ſuſcipiente, imo vero eam prodente. Vtrumq; enim dicitur. Obſederat autem vrbem Choſroes amplius quinque menſes, nemine reſiſtente. Omnibus igitur è ciuitate promiſcue eductis, & quibuſdam miſerandum in modum ibi interfectis, quam plurimis autem viuis captis, vrbẽ vtpote ſibi ſuiſq; opportunam, præſidio muniuit, ipſeque domum regreſſus eſt.

B

Daræ expugnatio. Proditor Ioannes.

C

Quod Iuſtinus Imperator cum in phrenitidem incidiſſet, Tiberius totius imperij adminiſtrationem capeſſit.

CAP. XI.

Vide Niceph. c. 39. lib. 17. Baro. præd. ann. n. 1. & an. 578. n. 1. Iuſtini phreneſis

HIs rebus auditis, Iuſtinus præ nimia inſolentia ac ſuperbia, ſanitate animi & prudentia ex mentis domicilio exturbata, caſum qui acciderat, multo acerbius, quam humana ferre conſuetudo, tulit: indeq; in morbum, quẽ Græci φρενῖτιν vocant, id eſt, mentis alienationem & inſaniem incidit, adeo vt de cætero rerum quæ gerebantur, nullum omnino ſenſum haberet. Itaque Tiberius genere Thrax, qui facile primas apud Iuſtinum obtinuit, Reipubl. capeſſit adminiſtrationem. Hunc Iuſtinus, ingenti collecto exercitu, ad congrediendum cum Abaris iam pridem miſerat. Qui quidem, militibus aſpectum barbarorum haud ferentibus, parum aberat quin captus fuiſſet, niſi diuina prouidentia eum præter omnium opinionẽ ſeruaſſet, & in fines imperij Romani reduxiſſet incolumem: quippe temerarius Iuſtini inſtitutis obſecutus, ipſe cum tota Romana Republic. in periculum venit penitus intereundi, & amplum imperij Romani decus barbaris concedendi ad occupandum.

Tiberius imperij præfectus.

Iuſtini temeritas.

D

Quod Traianus ad Choſroem legatione fungens, res Romanorum in integrum reſtituit.

CAP. XII.

Vide Niceph. c. 39. lib. 17. Baro. anno 575. n. 13. & 14. Traianus legat. Sophiæ Imperatricis ad Choſroem.

PRoinde initium eſt mature conſilium rebus Romanis peropportunum & accommodatum, quo illud quod temeritate peccatum erat, in integrum reſtitutum eſt. Nam mittitur ad Choſroem Traianus, vir eximius, ex ordine ſenatorio, magno in honore ab omnibus tum ob canos, tum ob ſingularem prudentiam habitus, nõ ex perſona Imperatoris aut Reip. legationem obiturus, ſed pro Sophia duntaxat Imperatrice verba facturus. Nam ſcripſit illa literas ad Choſroem, quibus apud illum de viri calamitate deque Rep. principe orbata conqueſta eſt, & quòd non oporteat illum in mulierem viduam in Imperatorem iacentem & afflictum, in Remp. deſertam opeq; deſtitutam imperium facere. Nam ij olim morbo diuexato non modo parem benignitatem declaratam, verum etiam optimos quoſque medicos à Repub. Romana ad ipſum miſſos, qui eum morbo leuarent. Quibus verbis perſuaſus fuit Choſroes: & quanquam in res Romanorum extemplo erat incurſionem facturus: tamen ad triennium paciſcitur inducias pro partib. verſus Orientem, ſimulq; decretum fuit, vt Armenia ſimili frueretur conditione, nullumq; bellum ibi gereretur, ne quiſquam partibus ad Orientem vergentib. quicquam faceſſeret moleſtiæ. Dum hęc geruntur in Oriente, Sermium oppidum à barbaris capitur: quod quidem fuerat iam olim à Gepidis occupatum, poſtea ab iiſdem Iuſtino traditum.

E

Imperatricis verbis Imperatricis obtẽperat.

De cooptato in imperium Tiberio & moribus eiuſdem.

CAP. XIII.

Tiberius Imp. anno Chriſti 576. Vide Niceph. c. 40. li. 17. ... lib. 18. c. 1. Bar. anno 578. n. 1. & ſeqq.

INterea temporis Iuſtinus de conſilio Sophiæ Tiberium Cæſarem declarat, taliaque verba in eo declarando locutus eſt, qualia à nulla hiſtoria vel vetere vel recentiore ſunt omnino commemorata, Deo videlicet propitio tempus largiente tum ad ſua ipſius peccata confitenda, tum ad explicanda ea, quæ ex vſu Reipublic. forent. Nam cum Ioannes epiſcopus vna cũ ſuis, cumq; principes ac magiſtratus, cum deniq; milites prætoriani in atrio ſub dio, vbi eiuſmodi negotia de more inueterato agi ſolent, in vnum cogerentur. Iuſtinus Tiberium tunica induens Imperatoria, & lęna circumueſtiens, ſic clara voce locutus eſt: Ne te in errorem inducat veſtis ſplendor, neq; illuſtris ornatus iſtarum rerũ, quæ ſub aſpectum cadunt, decipiat: quibus ipſe in fraudem impulſus, imprudens meipsũ grauiſſimis ſupplicijs obnoxium reddidi. Itaq; tu in Rep. ſumma cũ manſuetudine & animi lenitate regenda, mea vitia præſtato. Atq; digito magiſtratus demonſtrans: Non oportet, inquit, horum conſilijs morẽ gerere. nã hi me in iſtas, quas cernis, miſerias deduxerunt. Aliaq; eius generis protulit verba, quæ omnes cum in maximam traduxere admirationẽ, tum ad immenſam vim lachrymarũ profundendã impulere. Erat iſte Tiberius corpore maxime procero & robuſto, & pulchritudinis excellẽtia omnium opinione maior, adeo vt non regibus ſolum & Imperatoribus, ſed omnibus etiam hominibus facile præſtaret. Ac primum quòd ad corporis formã attinet, ea principatu plane digna fuit: quòd autem ſpectat ad animum, illum mãſuetudo & benignitas exornarunt. Primo ipſo aſpectu omnes videbatur ad ſe diligendum inuitare. Diuitias eas putauit, quæ cuique ſatis eſſent ad largiendum, non ſolum ad neceſſitatem, verum etiam ad affluentiam. Nam non iſtud modo conſiderabat, quod, qui opis indigeant, illis beneficia accipienda ſint: ſed quod Imperatorem Romanum deceat liberaliter dare. Aurum vero adulterium exiſtimauit, quod cum ſubiectorum lachrymis collectum eſt. Quare inductus, tributum vnius integri anni vectigalibus condonat. Quinetiam prædia, quæ Adaarmanes tributis impoſitis fere labefactauerat, quaſi in libertatẽ vindicauit: & non modo damnum pro eius magnitudine, ſed etiam cum fœnore ſarciuit. Atque iniquas largitiones, pro quibus alij Imperatores ſuos ſubiectos magiſtratibus pro libidine abutendos exponere, & quodammodo diuendere conſueuerant, remiſit: cauitq; per leges ne quid eiuſmodi in poſterum committeretur.

F

Tiberius Cæſar declaratur. Iuſtini verba Tiberiũ inaugurantis.

Tiberius qualis fuerit.

G

Tiberij leges.

H

Quod Tiberius Imperator coacto magno contra Choſroem exercitu illum, ductore militum Iuſtiniano, ab Romanorum ditione repulit.

CAP. XIV.

Vide Niceph. c. 2. lib. 18. Baro. anno 579. 3. 4. &c. Tiberij cõtra Choſroem exercitus.

IDem Tiberius, cum pecuniam male & inique partam ita collocaſſet, ſicut ratio & æquitas poſtulabat, res ad bellum faciendum neceſſarias parare, ingentem cogere exercitum virorum facile præſtantiſſimorum tam ex gentibus tranſalpinis circiter Rhenum incolentibus, quàm ex ciſalpinis, quinetiam ex Maſſagetis, aliiſq; ex genere Scytharum, ex Pæonia prętereà, Myſia, Illyria & Iſauria collectorum, adeo vt prope centum quinquaginta turmas equitum lectiſſimorum inſtructas haberet: quorum ſubſidio Choſroem, qui ſtatim poſt Daras expugnatas, tempore æſtiuo in Ar-

meniam

A meniam inuaſerat, indeque iter verſus Cæſaream vrbem Cappadociæ primariam ſuſceperat, penitus profligarunt. Iſte Choſroes tam inſolenter ſe geſſit aduerſus imperium Romanum, vt cum Imperator legatos ad eum miſiſſet, illis ne ſe quidem adeundi poteſtatem facere dignaretur, ſed iuberet eos Cæſaream vſque ſequi. Ibi namque ſe conſilium de eorum legatione initurum dixit. Poſtquam vero exercitum Romanum ex aduerſo ſibi occurrentem & à Iuſtiniano fratre Iuſtini, qui tam miſerabiliter interfectus fuit, gubernatum, & armis firme munitum, & tubas claſſicum canentes, & ſigna ad pugnam ſublata, & milites acute vociferantes, & in acie pulchro ordine locatos iram & furorem anhelantes, & tantum ac tam egregium equitatum, quantum nemo aliquando ex Imperatorum numero vel ipſa cogitatione conceperit, animaduertit: vehementer obſtupefactus, præ re tam inſperata inexpectataque ex intimo pectore ingemuit, & prælium exordiri noluit. Eum igitur pugnam differentem, cunctantem, terentem tempus, & callide ludificantem Curs Scytha, qui dextro cornu exercitus Romani præfuit, adortus eſt: & cum Perſæ impetum eius ferre non poſſent, ſed aciem penitus deſererent, Curs magnam cædem hoſtium fecit. Poſtremum agmen à tergo in-

Pr Tiberius dux Tiberii

Choſroes obſtupefactus prælium exordiri detrectat. Curs Scytha dux Tiberii exercitu Choſrois fundit & impedimenta ipſius capit.

B uadit, vbi apparatus tum Choſrois, tum totius exercitus locatus fuit. Capit theſaurum Regis vniuerſum, & omnem præterea apparatum bellicum, idque Choſroe inſpectante tolerante que. atque hoc potius perpetiendum arbitrante, quam Curs impetu facto in ipſum irrueret. Curs igitur cum ſuis magna pecuniæ vi & multis ſpoliis potitus eſt: iumenta cum ſarcinis, inter quas ignis fuit, quem pro Deo colit Choſroes, abducit: atque Perſarum exercitu repulſo, lætum pæana canens, ſub crepuſculum redit ad ſuos, qui iam ſtationes, in quibus ordine locabantur, reliquerant. Et adhuc neque Choſroes, neque illi præliari cœperant, ſed quædam duntaxat velitares pugnæ factæ ſunt, ſicubi ſinguli ex vtroque exercitu, vti fieri ſolet, cum ſingulis congrederentur. Choſroes autem ingenti rogo noctu accenſo, prælium nocturnum inſtituit. Ac cum Romani duos haberẽt exercitus, illum: qui verſus Septentrionem erat, intempeſta nocte adoritur. Quo repente & de improuiſo pedem referente. Meletinam vrbem ſitam in proximo, præſidiis nudatam atque prorſus deſertam à ciuibus, inuadit,

C qua igne abſumpta, parat ſe ad fluuium Euphratem traiciendum. Vbi vero copiæ Romanorum in vnum coactæ eum ſequi cœperunt, ipſe metuens de ſalute ſua, conſcenſo elephante, fluuium tranſmittit: magna autem pars exercitus ſui tranando flumine vndis obruta eſt. Quam, ſubmerſum cum accepiſſet, mature deceſſit. Itaque Choſroes hoc poſtremum ſupplicium pro inſana temeritate contra Romanos admiſſa luens, vna cum ſuis, qui ſupererant, in Orientem reuertit. Ibi autem pactas habuit inducias, ne quis eum inuaderet. Iuſtinianus vero incurſione cum toto exercitu in fines ditionis Perſarum facta, tota hyeme ibi commoratus eſt, nemine quicquam omnino ei exhibente moleſtiarum. Circiter vero ſolſtitium æſtiuum redit, nulla parte exercitus amiſſa: atque in finibus, quibus Romanorum & Perſarum imperium terminatur, cum magna vitæ proſperitate & rerum geſtarum gloria, totum æſtatis tempus contriuit.

Acta ſunt hæc anno 578.

Quod Choſroes, cum ſe ſuperatum pugna dolenter tuliſſet, mortuus eſt, filio ſuo Hormiſda Perſarum Imperio relicto.

D

CAP. XVI.

CHoſroes autem ingenti doloris cumulo oppreſſus animo fracto & ancipiti, cura debilitato languens, crebris denique & variis ægritudinis fluctibus demerſus, miſerandum in modum interiit: ac legem quam ſcripſit, ne rex Perſarum in poſterum contra Romanos arma ferret, velut ſempiternum ſuæ fugæ monimentum poſt ſe reliquit. Quo extincto, Ormiſdes eius filius regnum capeſſit: de quo in præſentia omitto dicere, quandoquidem res deinceps exponendæ me ad ſe vocant, & ſermonis noſtri curſum eo transferri expectant.

Vide Niceph. ca. 1. lib. 18. Baron. præd. loco. Choſrois interitus

Ormiſdes Patri Choſroes ſuccedit

Quinam tum temporis præcipuarum eccleſiarum epiſcopi fuerint.

E

CAP. XVI.

CVM Ioannes, qui alio nomine Catelinus dicebatur, ex vita migraſſet, Bonoſus epiſcopatus Romani ſuſcipit gubernacula: cui ſucceſſit Ioannes alter, hunc rurſus ſecutus eſt Pelagius. Epiſcopatum autem Conſtantinopolitanum poſt Ioannem Eutychius, qui etiam antea eundem texerat, capeſſit. In ſedem vero Alexandrinam, Apollinario mortuo, Ioannes ſucceſſit: poſt quem Eulogius. Ad epiſcopatus Hieroſolymitani gradum poſt Macarium aſcendit Ioannes, qui in monaſterio, quod ὀχυρωτὸν dicitur, vitam valde inopem & auſteram tranſegerat: cuius temporibus nihil in ſtatu eccleſiæ nouatum fuit.

Bonoſus Anaſtaſio Benedictus vocatur. Epiſcopi, qui?

De terræmotu Antiochiæ regnante Tiberio.

F

CAP. XVII.

ANtiochiæ porro & Daphnæ, quæ eſt illi finitima, ad tertium annum imperii Tiberii Cæſaris tam ingens terræmotus in ipſa meridie extitit, vt Daphne tota eius vi & impetu concideret, & Antiochiæ ædificata tam publica quam priuata ad terram vſque diſrumperentur illa quidem, ſed non ita tamen, vt ad ſolum ruerent. Acciderunt præterea tum Antiochiæ, tum Conſtantinopoli alia nonnulla quæ longum ſermonem requirunt: quæ quidem certe vtramque vrbem grauiter exagitarunt, & in maximas turbas coniecerunt: atque vt ex diuino quodam zelo orta ſunt, ſic exitum habuere plane admirabilem, de quibus deinceps verba facturus ſum.

Vide Niceph. ca. 3. lib. 18. Bar. anno 580. n. 1. & ſeq. Daph. Antiochiæ finitima Terræmotus Antiochiæ Daphnæ, & Conſtantino. ali.

De tumultu qui propter ſceleſtum Anatolium fiebat.

G

CAP. XVIII.

ANatolius quidam, vir primum quidem plebeius & mollis, poſtea vero ad magiſtratus & alia munera obeunda ſubdole, neſcio quo modo arrepſit, & Antiochiæ ætatem traduxit. Quo in loco res, quas habebat in manibus, ſedulo executus eſt. Vnde cum Gregorio eius vrbis antiſtite maximam conflauit familiaritatem: perſæpeque illum adiit, partim gratia de negotiis ſuis colloquendi, partim vt maiorem authoritatem ex crebra eius conſuetudine ſibi conciliaret. Iſte Anatolius hoſtias ſimulachris immolaſſe forte deprehenſus eſt: qui cum vocaretur in quæſtionem, homo impius, præſtigiator, & infinitis inuolutus ſceleribus repertus fuit. Et tamen parum aberat, quin & ipſe & ſui omnes (habuit namque alios ſui ſimiles, qui idolis itidem ſacrificaſſe manifeſto tenebantur) liberi dimiſſi fuiſſent, niſi populus excitato tumultu, omnia turbis ita miſcuiſſet, vt conſilium de illis impiis initum eo pacto diremptum eſſet. Quinetiam contra Gregorium epiſcopum clamores tolluntur, cum conſilii Anatolii participem fuiſſe palam prædicatur. Porro autem execrabilis dæmon, humanæ vitæ perturbator, nonnullos induxerat, vt victimis immolandis cum Anatolio ſe ſocios adiungerent. Hinc Gregorius in maximum venit diſcrimen, populo eum grauiſſime exagitante inſectanteque: hinc etiam tam vehemens in illum mouebatur ſuſpicio, vt Imperator ipſe Tiberius coram ex ore Anatolii rei veritatem expiſcari laboraret. Mandatum igitur dat, vt Anatolius & ſui omnes Conſtantinopolim quam celerrime aduentarent. Quibus rebus cognitis, Anatolius ad imaginem quandam Mariæ Deiparæ ſune in carcere ſublimem appenſam accurrens, manibus à tergo complicatis ſe ei ſupplicare preceſque adhibere

Vide Niceph. ca. 4. lib. 18. Bar. præd. anno. Anatolius vnde cum Gregorio familiaritatem conflauerit Anatolius Diis ſacrificare deprehenſus.

H

Gregorius epiſcopus ob familiaritatẽ eiuſdem idololatriæ cum Antiocho inſimulat.

Imago Dei.

A

para virginis ſupplicë Anatolium auerſara multis videntibus. Cultus imaginum, vide ſupra lib. 4. c. 26.

oſtendit. Illa autem eum velut ſacrilegum deteſtata, & vt Deum inuiſum coarguens, penitus abs ſe auertit: ſpectaculum plane horribile, & ſempiternæ memoriæ prodendum. Quod quidem à præſidiariis militibus & ab his, quibus illios cuſtodia commiſſa fuit, viſum eſt, & ab iiſdem omnibus aliis diuulgatum. Apparuit item Deipara re ipſa nonnullis aliis fidelibus, eoſque contra ſceleſtum illum incitauit, inquiens, Anatolius filium ſuom contumeliis afficere. Vbi vero Anatolium ad vrbem Conſtantinopolim deductus fuit, & ibi verberibus ſupra modum cæſus, nihil contra epiſcopum potuit dicere, ipſe cum ſuis maioris tumultus & ſeditionis plane popularis ciuitati author & cauſa extitit. Nam cum quidam illorum ſententiam haberent de ſe pronunciatam, vt non morte, ſed exilio duntaxat mulctarentor: populus diuino quodam zelo inceoſus, omnia turbare, bile & iracundia exardeſcere, exilioque damnatos rapere cœpit: qui in naoem piſcatoriam impuſiti, totius populi ſuffragiis viui ignis tradebantur incendio. Contra Imperatorem porro & Eutychium epiſcopum ſuum tanquam fidei proditores grauiter vociferari. Nec dubium quin & Eutychium & eos quibus poteſtas in Anatolium eum ſuis inquirendi petioilla fuit, (iſtos nanque iii ſingulis locis conquirere, & vndiqoe circumſidere cœperunt) prorſus è medio ſuſtuliſſent, niſi Dei prouidentia, quæ omniom ſaloti proſpicit, illos è quærentium manibus eripuiſſet, & tam ingenos populi multitudinis furorem pedetentim ſedauiſſet: ſiquidem ita factum eſt vt, neque vllum atrox facious eorum manibus ederetur, & Anatolius primum in amphitheatro beſtiis expoſitus, ab iiſdem dilaniaretur, deinde ageretur in crucem. Neqoe tamen ita finem ſuppliciorum ſibi inflictorum reperit. Nam lupi corpus eius in terram diſturbantes (quod ante nunquam viſum fuiſſet) paſtu crudeli membratim deuorarunt. Erat autem quidam è noſtris hominibus, qui prius quam res iſtæ confectæ eſſent, dixerat, ſe ſecundum quietem vidiſſe, ſententiam contra Anatolium ac ſuos à populo latam. Quinetiam vir illuſtris, qui Imperatoris palaoo præfuit, quiqoe partes Anatolii acriter admodum tuebatur, dixerat quoque, ſe vidiſſe Deiparam Mariam, eamque ſic ipſi locutam: Quouſque defendis cauſam Anatolii, qui tum me, tum filium meum tantis onerat contumeliis? Sed de his hoc modo.

ἀσχμύς. Vide Bayſium. Populi Conſtantinopolitani furor in iudices propter nimis lene in idololatras iudicium.

B

Anatolii ſupplicium dignum.

C

Deipara virgo patronos Anatolii reprehëdit.

De Mauritii præfectura, & eius virtutibus.

CAPVT XIX.

Vide Niceph. ca. 5. lib. 18 Baronium 582. n. 4. item an 583. n. 2. & ſeqq.

Tiberius ademptam Iuſtiniano præfecturã Mauritio tradit.

TIberius Iuſtino mortuo corona decoratus Imperatoria, Iuſtinianum honore propterea ſpoliat, quod noo tam feliciter atque antea contra barbaros depugnaoerat. Ducem vero Orientis deſignat Mauritium, qui & genus & nomen traxit ab antiqua Roma: verum ob parentes, ex quibus proxime oriundus eſt, Arabiſſum vrbem Cappadociæ patriam agnouit. Vir erat prudens, ingenioſus. in rebus quibuſque diligens, animo conſtans ac ſtabilis: ipſa vitæ ratione & moribus compoſitus, beneque cultus. Ventris etiam cupiditates ſic coercuit, vt noo modo rebus neceſſariis & facile parabilibus, verum etiam aliis omnibus, quibus vita intemperans ſe inſolenter efferre ſolet, abſtinuerit. Vulgus hominum non facile admiſit ad colloquium, neque aures cuiuſque ſermonibus patefecit, quippe qui ſciret alterum contemptom alterum, aſſentationem parere. Raro ſe adeundi conceſſit poteſtatem, eamque non niſi vehementer oratus largitus eſt. Aures ſermoni ſuperuacaneo obturauit oon cera, vt eſt apud Poëtam, ſed ratione, vt illa pro clauiexiſteret, quæ eas hominum ſermonibus commode tum aperiret, tum occluderet. Inſcitiam autem matrem audaciæ, & timiditatem, quæ ei vicina & finitima eſt, ſic ab ſe depulit, vt in temeritate periculum, in cunctatione ſecuritatem eſſe cenſeret. Quippe fortitudo & prudentia, quæ in eius animo inſidebant, ſic ferebantur ad res gerendas, ſicut temporum momenta poſtulabant, habenaſqoe appetitionis ita direxerunt, vti vſus rerum requirebat, adeo vt in ea tum remittenda, tum intendenda modus quidam & moderatio conſeruaretur. Sed de hac re poſtea accuratius diſputabimus.

D

Mauritii mores.

Odyſſ. 10.

E

Nam quam egregius quiſque ſit, & qualem naturam moreſque habeat, ex eius imperio conſiderandum eſt: quæ vna res hominem ſolet perſpicue, qualis ſit, oſtendere: quandoqoidem cum libera ſit ei viuendi poteſtas, ea quæ ſunt in animi domicilio recondita, omnium oculis ſubiicit ad cootemplandum. Iſte Mauritius, cum bellum in exteris regionibus gereret, ciuitates & arces Perſis accommodatiſſimas cepit, tantamque prædam inde auexit, vt inſulas, vrbes, agroſque diu ab hominibus deſertos, captiuis quos abduxerat, compleret: terramqoe, vt ante cultora omnino caruerat, iam ſedulo coli efficeret: atque adeo ex illis hominibus ingentem cogeret exercitum, qui contra alias gentes valde viriliter & excelſo animo dimicarunt: denique quamque familiam domeſticis miniſteriis impleret, quoniam captiui quam minimo comparari poterant.

Eiuſdem aduerſus Perſas præclare geſta.

F

Quod Mauritius Choſroen & Adaarmanem Perſarum ductores ſuperauit.

CAP. XX.

Vide Niceph. ca. 5. lib. 18. Baron prad. anno 583.

Mauritius cum quibus decertauit Tamo Choſroen, & Adaarmane à Mauritio ſuperati.

POrro autem idem Mauritius cum præſtantiſſimis quibuſque Perſarum, vtpote cum Tamo Choſroe & Adaarmane, qoi copias ingentes ad bellum faciendum ducebant, præliis decertauit. Verum quo modo, quove tempore, & qua fortuna res iſtæ ab eo geſtæ ſint, vel alii literis perſequantor, vel nos in alio Opere ſeparato, (præſertim cum in Opere, quod in manibos eſt, aliarum rerum explicationem ſimus polliciti) fortaſſe expooemus. Tantum tamen hoc loci dicam, Tamo Choſroen in acie oon exercitus Romani fortitudine, ſed ſola ducis pietate, & in Deum fide cecidiſſe: Adaarmanom autem viribos io prælio profligatum, ac mulos amiſſis copiis verſum in fugam, idque cum non ſolum Alamundaros, barbarorum Scenetarum dux, Maoritium propterea prodiderat, quod fluuium Eophratem traiicere, & contra Scenetas barbatos, qui ex aduerſis partibus militabant, ei ſubſidio venire ooluit (iſti enim Scenetæ ab aliis propter equotum velocitatem euinci non poſſunt neque ſicubi interclusi ſint, capi: ſed hoſtes, dum fuga ſit ipſis facienda, longe præuertunt) verumetiam Theodoricus dux Scytharum, qui intra teli iactum conſiſtere noo audebat, ſed ſe cum ſuis illico fugæ mandauit.

G

Alamundarus Scenetarum dux.

Theodoricus dux Scytharum.

De ſignis quæ Mauritii imperium indicabant.

CAP. XXI.

H

Vide Niceph ca. 9. lib 18. Bar. anno 583. n. 6. & ſeq.

Mauritio quæ ſigna diuinitus oſtenſa,

1.

SIgna quoque diuinitus oſtentata antegreſſa ſunt quæ Mauritium Imperatorem fore præſignificarunt. Nam ad multam noctem ei intra Sanctuarium templi ſanctæ & caſtiſſimæ virgini & Deiparæ Mariæ dedicati, quod quidem ab Antiochenis templum Iuſtiniani nuncupatur, thus incenſum offerenti, aulæum ſacræ menſæ igne conflagrare viſum eſt, adeo vt ingens admiratio ac ſtupor illum inceſſerit, viſionemque magnopere extimuerit. Cui aſtans Gregorius illius vrbis epiſcopus dixit viſionem cælitus demiſſam eſſe, & ſummum ei ſpleodorem atque eximium portendere. Apparuit præterea verſus Orientem re ipſa Chriſtus Deus, vltionem de hoſtibus requirens. Qua quidem viſione Imperium Mauritii perſpicue præmonſtratum eſt. Nam à quo quæſo, niſi ab Imperatore, & ab homine, qui ipſum pie colebat, rem eiuſmodi poſtularet?

2.

Quin-

A

Quinetiam mihi de his rebus percunctanti, aliæ res ſane memorabiles & dignæ hiſtoria à parentibus ſuis narratæ ſunt. Nam pater eius memorauit, ſe eo tempore, quo Mauritius conceptus fuit, in ſomnio vidiſſe vitem maximam ex ſuo cubili pullulaſcere, & botros ferè innumerabiles & maturos ex ea dependere. Mater autem narrauit, terram tempore partus ſui ſuaueolentem odorem, peregrinum, & alternis vicibus variatum ex ſe efflaſſe: atque ſæpe laruam, quam Græci ----- vocant, infantem de loco in locum mouiſſe, tanquam illum voraturam, minime tamen ei nocere poſſe. Itemque Symeones, qui prope Antiochiam in columna habitauit, vir ad res quaſque prudenter ac ſtudioſe exequendas aptiſſimus, & omnibus diuinis virtutibus eximie exornatus, multa cum verbis, tum factis expreſſit, quæ Mauritium Imperatorem fore plane indicarunt. De quo Symeone, quæ ſunt ad commemorandum accommodata, proximus liber explicabit.

Margin: Ἔμπουσα (?) Symeones Stylites.

B

Hunc porro librũ hic quintus vna cum ſexto continet acta Mauritii annis 12. vt Euagrius ipſe teſtatur cap. vltim. libri ſexti. Refer igitur huc vitam Gregorii Magni Pontif. & ſcriptores iſtos vniuerſos quos adnotauimus ſupra ad principium huius libri quinti.

De Mauritii & Auguſtæ creatione.

CAP. XXII.

CVM autem Tiberius iam prope ad extremum ſpiritum edendum veniret, Mauritio, qui ad Imperium gubernandum iam elatus fuit, filiam Auguſtam collocauit in matrimonium, & imperium pro dote tribuit: qui tametſi ad exiguum tempus in adminiſtrando imperio ætatem propagauit, tamen pro rebus præclare à ſe geſtis (quas quidem hoc ſermone commode complecti non poſſumus) tum immortalem nominis ſui memoriam, tum optimam Reip. hæreditatem, Mauritium nempe, quem Imperatorem declarauerat, Reipublicæ reliquit: quique etiam ſua ipſius nomina illis impertiuit: ſiquidem Mauritium Tiberium, Auguſtam Conſtantinam appellauit. Quæ vero res ab illis geſtæ ſint, proximus liber, Dei iuuante gratia, perdocebit.

Margin: Mauritius Imp. anno 584. Vide Niceph. ca 8. lib 18. Bar. anno 586. n. 17. & ſeqq. Tiberius Auguſtam Mauritio in matrimonium collocat. Mauritius Imperium dotale habuit.

C

De temporũ, à Iuſtino iuniore vſque ad Mauritium, ſupputatione.

CAP. XXIII.

VT autem ordinem temporum accuratiſſime complectamur, intelligendum eſt, Iuſtinum Iuniorem per ſe ſolum ad annos duodecim & menſes decem cum dimidio regnaſſe, atque vna cum Tiberio ad annos tres & vndecim menſes, totumque tempus regni ſui annos ſedecim & nouem menſes cum dimidio complexum eſſe. Regnauit autem Tiberius per ſe ſolum annos quatuor, cum Iuſtino autem annos tres & menſes vndecim, adeo vt ſi annos à Romulo ad declarationem Mauritii Imperatoris in vnum colligere volumus, erunt ſicut tum numerus annorum antegreſſus, tum hic, quem in præſentia ſubduximus, manifeſto declarat.

Margin: Bar. anno 578. n. 1. & 582. n. 10. Iuſtinus Iunior quandiu regnarit. Deſideratur aliquid in Græco codice. Vide Cuſp. Numerus annorum deſideratur

D

Margin: Vide Chro. Euſeb.

De Hiſtoria ſerie ad nos vſque ſeruata.

CAP. XXIV.

QVOD autem ad ſeriem temporum, quam Eccleſiaſtica poſtulat hiſtoria, attinet ea quidem in monumentis eorum, qui eandem hiſtoriam ſcripſerunt, ſtrictim & breuiter tradita eſt. Nam tempora à Chriſto ad Conſtantinum complexus eſt Euſebius: à Conſtantino ad Theodoſium iuniorem, Theodoritus, Sozomenus & Socrates: de cuius Imperatoris rebus geſtis etiam hoc opus, quod habemus in manibus, multa deſſerunt. Quod vero ſpectat tum ad veterem, tum ad externam hiſtoriam, qua res ab initio mundi geſtæ continentur, eſt illa quidem ordine à diligentibus ſcriptoribus literis mandata. Etenim primum Moyſes hiſtoriam ſcribere exorſus (vti eſt ab illis, qui has res in vnum colligunt, perſpicue demonſtratum) res à primis mundi iactis fundamentis geſtas, vere, ſicut à Deo, qui cum in monte Sina collocutus eſt, didicerat, literis prodidit. Deinde alii qui hunc ſecuti, viam ad noſtram religionem muniebant, res deinceps geſtas ſacris momentis expoſuerunt. Longam porro Ioſephus ſcripſit hiſtoriam, eamque refertam vtilitate cuiuſque generis.

Margin: Quid ſcriptis ſuis complexi ſint Euſebius, Theodoritus, Sozomenus, Socrates. — E Moyſes. Eſdras & prophetæ. Ioſephus.

Quæ vero vel fabulis commentitiis redundantia, vel re ipſa à Græcis & veteribus barbaris geſta, qui & ipſi inter ſe & alteri contra alteros multa prælia commiſerunt, referuntur, aut ſi quid aliud poſt homines natos factum conſtat, hæc omnia tum à Charace, Theopompo & Ephoro, tum ab aliis fere infinitis conſcripta ſunt. Quod autem pertinet ad res geſtas Romanorum, quæ totius pene orbis terrarum hiſtoriam complectuntur, aut ſi quid aliud acciderit, ſiue ex mutua inter ipſos diſcordia, ſiue ex bellis contra alios ſuſceptis, ſunt iſta à Dionyſio Halicarnaſſeo accurate ſcriptis prodita: qui hiſtoriam ab illorum ætate, qui Aborigines vocantur, ad Pyrrhum regem Epiri deduxit. Ex cuius temporibus ad euerſionem Carthaginis, Polybius Megalopolitanus res geſtas explicauit: quarum ſingulas ſcite & ſolerti cum iudicio diſtinxit Appianus, eaſque licet variis temporibus confectas in vnum congeſſit: quinetiam, quæ poſt illorum ætatem facta ſunt, itidem commemorauit. Porro res vſque ad Iulium Cæſarem geſtæ, à Diodoro quoque Siculo ſunt expoſitæ: & à Dione Caſſio, qui hiſtoriam ad Antonium ex Emeſa ortum deduxit. Eadem fere aut ſimilia ſunt ab Herodiano, qui ad mortem Maximi finem ſcribendi fecit, explanata. Itemque Nicoſtratus Sophiſta ex Trapezunte, res geſtas ab imperio Philippi, qui Gordiano ſucceſſit, vſque ad Odænathum ex Palmyra ſatum, turpem ignominioſamque Valeriani contra Perſas expeditionem narrauit. De eiſdem quoque Dexippus ſcripſit plurima, qui hiſtoriam orſus eſt à regno Medorum, & ad Imperium Claudii, qui ſucceſſit Galieno, eam continuauit. A quo literis etiam conſignata ſunt ea, quæ Carpi, & aliæ gentes barbaræ in Hellade, Thracia & Ionia bello gerendo confecerunt. Euſebius item initium ab Imperatore Octauiano capiens ad Traiani & Marci tempora, quinetiam ad mortem Cari hiſtoriam prouexit.

Margin: Charax. Theopompus Ephorus. Dionyſius Halicarn. Polybius. Appianus. F *Diodorus Siculus. Dion Caſſius. Herodianus. Nicoſtratus Sophiſta. Dexippus. Euſebius.* G

De eiſdem temporibus quædam ſunt ab Ariano & Aſinio Quadrato notata. Tempora autem quæ ſunt deinceps conſecuta vſque ad Arcadium & Honorium Imperatores, pertexuit Zoſimus: res vero poſt eorum ætatem geſtas, Priſcus Rhetor & alii complexi ſunt. Quas res omnes Euſtathius Epiphanenſis ſtrictim quidem, ſed præclare tamen impr. mis, duobus voluminibus perſecutus eſt. quorum alterum res geſtas à mundi primordio ad Ilii vaſtationem, alterum ab eo tempore ad duodecimum annum Imperii Anaſtaſii comprehendit. Quæ deinceps ad tempore Iuſtiniani facta ſunt, ſcribit Procopius Rhetor. Tempora quæ poſt ſecuta ſunt, etſi Agathius rhetor & Ioannes tum ciuis tum cognatus meus ordine expoſuerunt ad tẽpus non ſolum quo Choſroes Iunior ad Romanos profugit, verum etiam quo in regnum reſtitutus eſt per Mauritium (qui ad eam rem conficiendam minime langueſcere, ſed ſtrenue, vt decebat Imperatorem, aggredi viſus eſt, & Choſroem cum magna pecuniæ vi & exercitu in regnum deducere) tamen Hiſtorias ſuas hactenus non ediderunt. De quibus poſtea etiam, benigna Dei gratia nobis facultatem largiente, ea quæ ſunt conſentanea, diſſerere animus eſt.

Margin: Arianus. Aſinius Quadratus. Zoſimus. Priſcus Rhetor. Euſtathius Epiphanenſis. Procopius Rhetor. Agathias. Ioannes. H

Finis quinti libri.

A

EVAGRII SCHOLASTICI HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ, LIBER ſextus.

De Mauritii & Auguſtæ nuptiis.

CAPVT I.

Vide Niceph. ca 8. lib. 18 Bar. anno 586. n. 21. & ſeqq. Mauritii & Auguſtæ nuptiæ, earumque magnifici apparatus.

MAVRITIVS ſuſceptis Imperii gubernaculis, primum ea quæ ad nuptias ſpectabant, apparauit: deinde Auguſtam, alio nomine Conſtantinam appellatam, ritibus, quos decus exigit imperii, ſolenniter celebratis, vinculo matrimonii ſibi copulauit: tum pompam magnifice ac ſplendide egit nuptiarum: poſtremo conuiuia publica cum ſummo ſplendore per totam vrbem agitanda curauit. Aderant autem his nuptiis vera pietas & regia magnificentia, quæ eas & præclariſſimo comitatu & muneribus honorificentiſſimis adornauere. Nam altera non ſolum vtrunque Mauritii parentem (quod nulli ante Imperatori eueniſſe aliquando traditum eſt) nuptias decora canicie, & rugis plane venerandis cohoneſtaturum, B verumetiam fratres pulchritudine & forma eximios, ea ſolennia exornaturos adduxit. Altera vero veſtem auro intertextam, purpura & lapidibus Indicis colluſtratam, coronas multo auro & magna lapidum pretioſorum varietate ac ſplendore illuminatas, & omnes nobiles tam qui in militiam, quam qui in aulam aſcripti erant, attulit: qui quidem & tædas accendebant nuptiales, & ſplendide ornateque, quo ſe magis in luce & in oculis omnium collocarent, ſolennem illam nuptiarum celebritatem decorabant: ſic vt pompa illa nihil inter homines vel illuſtrius vel beatius vnquam factum eſſe memoriæ proditum ſit. Quinetiam Damophilus rerum Romanarum ſcriptor ait, Plutarchum Chæroneum ſcite quidem dixiſſe, quod huius vnius vrbis gratia (Romam dico) virtus & fortuna ſocietatem inter ipſas coiuerunt: at ipſe equidem dicerem, pietatem veram & felicitatem in vno Mauritio ad hunc C modum propterea coiuiſſe, quod vera pietas felicitatem vi ſuadeſſe coegit, & neutiquam omnino eam euerti labefactarive paſſa eſt. His rebus confectis, Mauritius deinceps non corpus modo, verumetiam animum eximia purpura & corona veſtiuit. Nam ſolus fere ex Imperatorum numero ſibi ipſi imperare nititur, & Imperator reuera factus, primum popularem perturbationum ſtatum ex animo ſuo exigere: deinde ſtatum optimatum in rationis domicilio conſtituens, viuum ſe virtutis exemplar præbere, quo ſubiectos ad ſe imitandum erudiret. Atque iſta dicantur à me quidem non vti eum blanditiis & aſſentatione deliniam (cur enim amabo hæc à me ad eum finem dicerentur, cum ille, quæ ipſe litteris prodo, penitus ignoret?) ſed quod tum dona à Deo ei tam munifice tributa, tum res quæ tam variis modis adeo proſpere & feliciter acciderunt, ea ita ſe habere liquido oſtendunt. Quæ ſane omnia ex animo & ingenue Deo accepta referre debemus. D

Damophilus hiſtoricus.

Mauritius viuum Imperatoris exemplar.

De Alamundaro Saraceno & nato eius Naamane.

CAP. II.

Vide Niceph. c. 10. lib. 18. Alamundarum mulctæ loco in Sicilia migrare iubet.

ISte Imperator præter cæteros omnes operam dabat, vt nullius ſanguis, qui læſæ maieſtatis reus fuit, omnino funderetur: & propterea ne Alamundarum quidem Scenetarum Arabum ducem, qui ipſum (vt ante commemoraui) prodiderat, mulctauit morte: ſed vna ſola inſula expulſum cum vxore & quibuſdam liberorum, iuſſit mulctæ loco in Siciliam demigrare. Quinetiam Naamanem huius filium, qui infinita mala in Rempublicam inuexerat, qui vtramque Phœniciam & Palæſtinam populatus fuerat, qui denique eaſdem regiones opera barbarorum, quos circum ſe habebat, eodem tempore, quo pater Alamundarus capiebatur, in ſeruitutem redegerat, cum omnes morti addixiſſent, in libera tenuit cuſtodia, nulloque præterea ſupplicio affecit. Eadem quoque clementia erga infinitos alios ab eo oſtentata eſt, vti ſingillatim, cum locus opportunus inciderit, declarabo.

E

Mauritius iam erga maieſtatis reos.

De Ioannis præfectura, & Philippico, & quæ ab eo geſta ſunt.

CAP. III.

Vide Niceph. ca. 10. lib 18. Philippici ſpolia & victoria.

DVx vero copiarum in Oriente militantium primum Ioannes, genere Thrax, à Mauritio miſſus eſt, qui nonnullis præliis male rem gerens, in aliis rurſus, quod ante peccauerat, ſarciens, nihil, quod ſit in laude ponendum, tranſegit. Deinde Philippicus, affinitate cum Mauritio (vnam namque ex ſororibus duxerat vxorem) coniunctus: qui extra fines Imperii Romani F in regiones alienas egreſſus, omnia quæ ante pedes erant depopulatus eſt, magniſque ſpoliis potitus, multos tum ex nobilibus & patritiis Niſibis, tum ex aliis qui cis Tigrim fluuium accolebant, interfecit. Congreditur porro cum Perſis, & graui commiſſo prælio, multos è Perſis eoſque illuſtres proſtrauit, complures viuos cepit, atque vnam turmam, quæ in collem opportuno in loco ſitum confugerat, cum capere poſſet, dimiſit illæſam: quæ quidem pollicebatur, ſe quam primum ad regem ſuum legatos de pace miſſuram. Alias præterea res, dum copias Romanorum ductabat, confecit, militeſque à luxu & delitiis vindicauit, & velut freno ad modeſtiam & obſequentiam aſſuefecit. Quas res iis qui vel de eiuſmodi modo ſcripſerint, vel ſcribere ſint aggreſſuri, eatenus ſi placet perſequendas relinquimus, quatenus vel auditione acceperint, vel conceperint opinione; quorum oratio præ ignoratione labi, atque adeo claudicare, & vel præ nimio partium ſtudio remiſſa, vel præ nimio odio cæcata à vero aberrare ſolet. G

De Priſci præfectura, & quæ facto repente à militibus ſuis in eum impetu, perpeſſus ſit.

CAP. IV.

Vide Niceph. ca. 11. lib 18. Priſcus Philippici ducis munus capeſſit.

POST Philippicum illud ducis munus capeſſit Priſcus, ad quem ſine cauſis grauibus & neceſſariis non facilis & expeditus patebat aditus: quippe exiſtimauit, ſi modo multum ipſe ſecum ſolus verſaretur, tum ſe omnia ex ſententia geſturum, tum copias quibus præfuit, eo pacto inductas ad metuendum, multo facilius eius mandatis obtemperaturas. Verum cum ad exercitum ſupercilius elatis, inſolenti obtutu & toto corporis habitu ad nimiam arrogantiam compoſito accederet, militibuſque nonnulla de militum in bellis gerendis tolerantia, de exquiſita armatura, denique de H præmiis quæ eſſent à republica accepturi, expoluiſſet: illi ante de iis rebus ſatis perſuaſi, palam ſuæ iræ furorem oſtendere, ſimulque eo prorumpentes, vbi tentorium ſibi poſuerat, omnem magnificum eius apparatum & theſaurum pretioſiſſimum barbarorum more diripere cœperunt: atque parum certe aberat, quin eum ipſum confeciſſent, niſi equo quodam vectario conſcenſo, Edeſſam propere confugiſſet: quam vrbem, miſſis quibuſdam copiis, obſidebant, Priſcumque repetebant.

Priſcus magno periculo eruitur.

A

De Germano, qui imperij ſummam inuito reluctanteque animo ſuſcepit.

CAP. V.

Vide Niceph. ca. 11. lib. 18. Germanus copiarum dux deſignatus.

VBi vero ciues Edeſſæ Priſcum reddere noluerunt, milites eo relicto, Germanum copiarum in Phœnicia Libaneſienſi militantium ducem vi manuque captum, ſuum ducem atque adeo imperatorem deſignant. Cum autem is id muneris recuſaret, illique inſtarent acrius & grauis contentio vtrinque oriretur, partim quod hic cogi noluit, illi eum compellere conati ſunt: & cum illi minarentur ſe eum interfecturos, ni ſponte munus illud ſuſciperet, hicque plane declararet, ſe neque metuere, neque vlla ex parte attonitum eſſe, tandem eum verberibus cædere, & corporis membra mutilare aggrediuntur: quos cruciatus illum minime toleraturum (nam eum neutiquam plus habere duritiæ ad plagas ferendas, quam qood natura eius ætaſque præ ſe ferebat) in animum induxerunt.

B

Germanus ad imperatorium munus ſuſcipiendum à militibus coactus.

Eum igitur aggreſſi, & quid pati poſſet, experti, cautione quidem & clementia, ne eum grauiter læderent, adhibita, tandem eorum inſtituto aſſentiri, & iuſiurandum dare, ſe reuera fidem illis ſeruaturum cogunt. Itaque ad eum modum, illum cui ipſi imperauerant, imperare: & quem rexerant, regere: & quem velut captiuum duxerant, ipſis dominari compellebant. Quinetiam alios omnes ordinum præfectos, duces, manipulares, tribunos, centuriones, & decuriones de gradibus ſuis deturbant, ſibique quos volunt, præficiunt: Imperium denique maledictis figunt. Et quanquam erga vectigales gerebant ſe moderatius, quam barbari ſolent: tamen erga ſocios & reipubl. adminiſtros animo erant plane alieno. Nam neque commeatum menſuratum pondere accipere, neque diuerſoriis ſibi præſtitutis conteoti eſſe voluerunt: ſed mens cuiuſque cuique lex, & voluntas pro regula præſcripta fuit.

C

Quod cum rurſus Philippicum Imperator emitteret, exercitus illum recuſauit.

CAP. VI.

Vide Niceph. ca. 12. lib. 18. Philippicū exercitus recuſat.

IMperator igitur mittit Philippicum, qui iſtas res corrigeret: quem milites non ſolum non admiſerunt, ſed ſi quem eius partibus fauere ſuſpicarentur, eum in grauiſſimum vitæ diſcrimen adduxerunt.

De Gregorio Theopolitano, hoc eſt, Antiocheno epiſcopo, & intentata aduerſus eum calumnia, & quomodo falſam illam redarguerit.

CAP. VII.

D

Vide Niceph. ca. 12. lib. 18. Bar. anno 587. n. 3. & ſeqq. Aſterius Orientis præfectus.

HIs rebus hoc loco conſtitutis, Gregorius Antiochiæ epiſcopus Conſtantinopoli domum reuertitur, graui confecto certamine, de quo iam dicturus venio. Cum Aſterius Orientis gereret præfecturam, & contentio inter eum & Gregorium orta eſſet, primum omnes ciuitatis primores partibus Aſterii ſe adiunxerunt. Deinde adiuncti ſunt etiam ei, ſi qui populares erant, & artes exercebant in ciuitate (ſinguli enim ſe aliquid damni à Gregorio accepiſſe affirmabant) poſtremo plebi vt conuitia in Gregorium iacerent permiſſum erat. Ambo igitur & optimates & populares in eandem cum plebe quaſi pedibus ivere ſententiam: & tum in plateis tum in theatro probra & contumelias in epiſcopum Gregorium intorquere non ceſſauere, quinetiam ne à ſcena quidem talis abfuit petulantia.

Criminationes falſæ in Gregoriū.

Quapropter Aſterius abdicatur præfectura, ad quam adminiſtrandam Ioannes deligitur: cui Imperator dabat mandatum, vt de ſeditione illa accurate inquireret. Hic Ioannes vir quidem erat, ne ad minima quidem negotia procuranda, nedum ad tam grauem prouinciam ſuſcipiendam idoneus. Itaque cum ciuitatem tumultu ac perturbatione referſiſſet, edictumque publicaſſet, cuique liberum eſſe pro arbitratu epiſcopum inſimulare, libellum contra eum à quodam argentario recepit, quo accuſabatur, cum propria ſorore alteri viro in matrimonium data, rem habuiſſe. Recipit item ab aliis eius generis hominibus, quod proſperum ciuitatis ſtatum non ſemel, ſed ſæpius labefactauerat. At Gregorius cum de eo ſe purgauit crimine, tum de aliis ad Imperatorem & concilium prouocauit. Me igitur cum eo aſſidue verſante, præſenteque, iter capit Conſtantinopolim de criminibus illis ſe purgaturus. Ac cum patriarchæ omnes partim per ſe, partim per vicarios quæſtioni de Gregorio habitæ intereſſent, & cauſa eſſet coram ſacro ſenatu, & multis ſanctiſſimis primarum vrbium epiſcopis cognita, poſt multas & graues contentiones ſecundum Gregorium ſententia pronunciata eſt, vt eius accuſator neruis excruciatus, & circum ciuitatem actus, exilio mulctaretur.

E

Aſterio abdicato iudicatur Gregorius.

Euagrius cum Gregorio verſatus.

Criminis abſolutus Gregorius ad ſedē ſuā reuertitur.

F

Itaque Gregorius inde ad ſuam ſedem reuertitur: interea loci milites tumultus ciere non deſinuot, Philippico circiter Beream & Chalcidem vrbem commorante.

Quod iterum terræmotibus Theopolis concutiebatur.

CAP. VIII.

Vide Niceph. ca. 13. lib. 18. Bar. anno 587. n. 22. & ſeqq. Theopolis quando terræmotu cōcuſſa Euagrii nuptiæ.

QVatuor menſibus poſt reditum Gregorii dilapſis, anno ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo poſt nomen Antiochiæ vrbi impoſitum, & anno ſexageſimo primo poſt terræmotum, qui proximus ante in ea ciuitate extitiſſet, cum ipſe pridie Calend. Octobris teneram virginem vxorem ducerem, & ciuitas propterea feſtum celebraret, & publicos conuentus cum pompa circiter thalamum iugalem agerent, tertia hora poſt crepuſculum turbatio & terræmotus ſimul cum impetu irruens totam ciuitatem concutit, multaque loca conquaſſatis fundamentis deturbat, adeo vt omnia ædificia circa Eccleſiam ſanctiſſimam ad terram proſternerentur, excepto ſolo hemiſphærio, quod Euphremius ex lauro conſtruendum curauerat, quodque terræmotu temporibus Iuſtini facto non parum acceperat incommodi, quod denique terræmotibus, qui deinceps acciderunt, grauiter agitatum verſus Septentrionem ita inclinabatur, vt trabes ligneas eiiceret, quæ cum ingenti fragore conciderunt, hemiſphærio in proprium locum reſiliente, & velut perpendiculo quodam directe locato.

G

Briſia loca.

Multæ etiam partes Oſtracinæ & Pſephium, de quo ſupra diximus, & omnia illa loca quæ Briſia vocantur, quinetiam ædificata ſanctiſſimi templi Deiparæ Mariæ corruerunt, media quadam porticu mirum in modum conſeruata. Porro autem omnes turres quæ in plano conſtructæ erant, diſiectæ ſunt, reliquo ædificio, pinnis muri exceptis, integro ſtante manenteque. Pinnarum autem lapide nonnulli retro pulſi, minime tamen prolapſi ſunt. Alia præterea templa, & vtrumque balneum publicum, quod duobus diſtinctis temporibus inſeruit, eadem oppreſſit calamitas.

H

Sexaginta hominum millia terræmotu eliſa.

Multitudo quoque promiſcue eſt eadem inuoluta clade: & vt quidam coniecturam ex pane, qui in tota ciuitate conſumi ſolet, faciunt, hæc lues ſexaginta hominum millia extinxit. Verum epiſcopus præter omnium expectationem euaſit incolumis, toto domicilio in quo ſedebat ruinam paſſo, & ſolis illis qui eum circumſiſtebant ſeruatis, alio præterea nemine: qui illū omni feſtinatione ſubleuantes, cū terræmotus locū ſecunda concuſſione patefaceret, per funē demiſſum, è periculo eripuerunt. Accidit aūt to hoc infelici caſu res quædam ciuitati perſalutaris. Nam

A

clementia Dei propitii furorem ſuum mitigantis, & virga miſerationis & miſericordiarum peccata populi corrigentis, nullum incendium factum eſt, cum ingens flamma, quæ partim ex foco & lucernis tam publice quam priuatim accenſis, partim ex culinis, balneis & aliis locis prope infinitis erumpebat, totam vrbem circuiret. Hoc terræmotu oppreſſi fuere tum nobiles & illuſtres viri quam plurimi, tum Aſterius vna extinctus. Quam cladem vrbi inflictam pecunia ſarcit Imperator.

Quod barbari propter exercitus Romani defectionem audaciam ſumentes, illum adorti à Germano fuſi proſtratique ſunt.

CAP. IX.

B

Vide Niceph. c. 14. l. 18. Baron. præd. anno. Barbari à Germano fuſi

QVod autem ad exercitum attinet, eodem fere loco fuit, adeo vt barbari perſuaſum habentes, neminem eos prohibiturum, quo minus ſuo more graſſarentur, in fines Romanorum irruerent. Verum Germanus cum ſuis copiis illis obuiam profectus, vi manuque ſic profligauit, vt vnus fieret reliquus, qui cladem cæteris Perſis nunciaret.

De Imperatoris clementia in eos qui ducem ſuum deſeruerant.

CAP. X.

Vide Niceph. c. 14. l. 18. Bar. anno 588. n. 1. &c. Abari quas ciuitates & arces expugnarint.

EXercitum igitur pecunia remuneratur quidem Imperator, ſed Germanum aliosque in iudicium vocat: & tametſi contra omnes mortis pronunciata fuit ſententia, tamen neminem eorum vllo affici incommodo paſſus eſt, ſed munera illis impertit. His rebus ita conſtitutis, Abari bis vſque ad locum qui Longus murus appellatur, irruptione facta Singedonem, Anchialum, totam Helladem, & alias præterea ciuitates & arces expugnant, ſibique ſubiciunt, omnibus rebus ferro & igne vaſtatis, idque cum multæ copiæ Romanorum in Oriente verſarentur. Itaque Imperator Andream

C

Andreas Satellitum præfectus.

ſuorum ſatellitum facile principem mittit, perſuaſurum exercitui, vt duces manipulares & alios præfectos, quos ante habuerant, admitterent.

Quod Gregorius Theopolitanus epiſcopus ad reconciliandum exercitum mittitur, & eius apud milites oratio.

CAP. XI.

Vide Niceph. c. 14. 15 l. 18. Baron. præd. anno. Gregorio cur exercitus multum honoris iure debuerit.

AC cum milites Andreæ hortationem ne audire quidem ſuſtinerent, negotium ad Gregorium transfertur, non ſolum quod res maximas commode conficere poterat, ſed quod multum honoris ei iure debebat exercitus: quippe nonnulli milites ab eo pecunia liberaliter donati erant, alii veſtitu, cibo & aliis rebus adiuti tum cum in album militum relati, & per eum admiſſi fuerunt. Itaque nuntiis in loca ſingula miſſis, totius exercitus facile principes Litarbis (qui locus Antiochia abeſt circiter trecenta ſtadia) in vnum cogendos curat.

D

Ad quos cum acceſſit, genibus humi poſitis talem habuit orationem: *Iam pridem mecum decreueram, ô Romani (qui hoc nomen vere vſurpatis) ad vos iter ſuſcepiſſe, quo tum de rerum præſentium ſtatu vobiſcum communicarem, tum illud vna inirem conſilium, quod mea erga vos beneuolentia, quam vos veſtris animis ſine dubio percepiſtis, ſatis iam tum confirmatam, cum nauale m pugnam à vobis ſuſceptam tempeſtatemque inde excitatam ſubſidiis opportunis ac neceſſariis ſubleuaui.*

Gregorii oratio ad milites rebelles vt Imperatori & Ducibus ſe concilient.

Verum hactenus illud à me dilatum eſt, diuina fortaſſe prouidentia nequaquam poteſtatem concedente, quo tum Perſæ vires ac fortitudinem Romanorum, à quibus etiam duce deſtitutis erant profligati, penitus perſpicerent, tum veſter ſyncerus & beneuolus in rempublicam animus & tempore explorate cognitus, & rebus geſtis comprobatus, omnino confirmaretur. Nam illud plane omnibus notum ac teſtatum feciſtis, quod quamuis aduerſus duces veſtros alienato ſitis & offenſo animo, nihil vobis republica exiſtit antiquius. Quod cum ita ſit, deinceps iam quid agendum ſit videamus. Imperator vos ad amicitiam vocat, pollicetur omnium quæ ante hac à vobis peccata ſunt, ſe prorſus obliuionem: veſtram in rempublicam beneuolentiam, & animorum in bello gerendo magnitudinem ſatis putat habere ponderis ad veniam vobis iure impetrandam: atque iſta omnia velut certiſſima pignora dat, ſe vobis veſtra errata condonaſſe. Atque, ſi veſtra erga rempublicam beneuolentia Deus tantum tribuebat, vt propterea perficeret, vt poſt peccata depulſa non minor quam ante in vobis eluceret fortitudo (quod quidem euidens culpæ remiſſæ argumentum eſt) qui fieri poteſt, vt ipſe meum voluntatem non dirigam eo, quo diuinus inſtinctus eam inclinauerit? Mihi igitur, ô Romani, quam celerrime obſecundate: & ne prodamus occaſionem nobis in præſentia oblatam, neque noſtra incuria eam præterlabi ſinamus.

E

F

Etenim cum prætergreditur, odit moram, & ægre admodum ferens, quod negligentia præterita ſit, ſe rurſus prehendi omnino non patitur. Quocirca paternæ & auitæ obedientiæ eſtote heredes, quemadmodum eſtis & fortitudinis, vt in omnibus rebus vos vere Romanos declaretis: atque nullus obtrectator vel nominis veſtri perſtringendi cauſam habeat, vel vos filios degeneres eſſe ac ſpurios oſtendendi. Nam patres ac maiores veſtri a Conſulibus & Imperatoribus gubernati obedientia & animi celſitate vniuerſum orbem terrarum in poteſtatem ac ditionem ſuam redegerunt.

Occaſio moram odit.

Quid Manlium Torquatum commemorem, qui filium ſuum, licet res præclaras geſſiſſet, tamen propter neglectam ab eo obedientiam è medio ſuſtulit? Num prudenti ducum conſilio, & militum alacri obedientia magnæ & præclaræ res confici ſolent. Verum cum altera iſtarum rerum alterius ope careat, negotium ſuſceptum claudicat, labat, & omnino male geritur: nec immerito, præſertim cum duæ res, quæ neceſſario coniungi debent, penitus diſſocientur. Ne ſit igitur vlla in vobis mora, ſed mihi quamprimum morem gerite (quippe epiſcopus inter Imperatorem & exercitum cauſam agit) & declarate, quod in veſtris conatibus nulla ſubſit tyrannidis exercendæ ſignificatio: ſed quod iuſtum odium à vobis ad tempus contra duces, qui vos iniuria affecerint, ſuſceptum ſit. Quod ſi ita ſit, vt nunquam celerrime his conſiliis aſſentiamini, ipſe tamen videbor cum beneuolentia in rempublicam tum amicitia erga vos officio perfunctum eſſe. Illud porro cum veſtris mentibus conſiderate, quales tyrannorum exitus fuerint. Cogitate præterea, qua ratione res, quas habetis in manibus, expedire poſſitis, præſertim cum mea quidem ſententia, vt omnes vna conſiſtatis, fieri nullo modo poteſt (vnde namque vel frumentum vel res, quas mare ad hominum ſubſidium continens ſuppeditare ſolet, vobis apportabuntur) niſi Chriſtianos bello oppugnantes, & viciſſim ab illis oppugnati, turpiſſimum dedecus tum admittere, tum ſubire volueritis? Et quis tandem futurus eſt exitus? Certe in varia loca diſperſi diſſipatique vitam miſere transfigetis. Atque inde cuſtigio vitio ſequetur, quæ vobis de cætero veniam concedi non ſinet.

Manlius Torquatus filium inobedientem è medio tollit.

G

Quare date mihi dexteras; & mutuo inter nos conſideremus, quid tum ex noſtri ipſorum, tum ex republica vſu futurum ſit, præſertim cum feſtos dies tum ſalutaris paſſionis, tum ſanctiſſimæ reſurrectionis Chriſti Dei noſtri inſtante quodammodo opem ferentes habeamus.

H

Quod poſt habitam Gregorii orationem milites mutata ſententia, denuo Philippicum Imperatorem exercitum recipiunt.

CAP. XII.

CVm hæc dixiſſet Gregorius, magnamque vim lachrymarum profudiſſet, omnium illorum mentes

velut

A

Gregorii oratione perſuaſi milites.

Iuriſiurandi neceſſitas per epiſcopum remiſſa.

Milites per epiſcopum iuramento ſoluti ſacra ſynaxi muniuntur.

velut diuina quadam vi ac virtute momento temporis mutatæ ſunt, adeo vt poſtularent poteſtatem è conſeſſu exeundi, quo ſeparatim ipſi inter ſe quid agendum eſſet, deliberarent. Itaque haud diu poſt veniunt, ſe epiſcopi voluntati atque arbitrio dedituri. Ac eum Gregorius Philippicum illis nominaret, quem voluit vt ſibi ducem peterent: reſpondent, tum ſe tum reliquum vniuerſum exercitum ſancte iuraſſe, nunquam ſe illud facturum. Tum ille ſine mora aut vlla omnino conctatione: Epiſcopo, inquit, conceſſum eſt, & poteſtas data ſoluendi & ligandi in cælo & in terra, ſententiamque Euangelii illis citauit. Cum vero illi etiam in hac re eius arbitrio cederent, Deum idcirco precibus & obſecrationibus placare cœpit. Atque immaculato Chriſti corpore eis diſtributo (erat enim ſacroſancta illa dies, quæ ſanctæ Domini paſſioni proxima eſt) cùm omnes, qui circiter duo millia erant, toris in herba ad eam rem confectis accumbentes cœna excepiſſet, poſtridie domum rediit: decreuitque vt illi quo ſecumvellent, in vnum conuenirent.

B

Philippici exercitus recipit...

Itaque Philippicum interim Tarſi Ciliciæ ætatem degentem accerſit, vt Conſtantinopolim mature contendat. [illegible] his rebus refert ad Imperatorem, eique p[illegible] exercitus de Philippico per literas ſignificat. Milites autem Philippico poſtea Antiochiam profecto occurrunt, & hominibus qui lauacro diuinæ regenerationis tincti erant, ſibi, vt pro eis deprecarentur, aſcitis, ad genua Philippici accidunt. Qui cum ad dexteram illis dediſſet, ſe præteritæ culpæ memoriam obliuione penitus deleturum, cum eo denuo in militiam proficiſcuntur. Atque iſtæ res ad hunc exitum peruenere.

De capta Martyropoli.

CAP. XIII.

Vide Niceph. c. 17. lib. 18.

Sittas Martyropolis proditor.

SITTAS quidam, vnus ex decurionibus Martyropolis; quoniam animo aduerſus quendam militum præfectum exulcerato fuit, ciuitatem prodidit, tempore, quo milites præſidiarii aberant, ad eam rem obſeruato. Atque cohorte Perſica, Romanæ cohortis ſpecie in vrbem introducta, eam occupauit, vrbem Romanis plane opportuniſſimam: ac mulieres complures ætate florente integraque intra vrbem continuit, aliosque omnes, ſenis quibuſdam exceptis, exegit. Quare extemplo Philippicus eo iter mature facit: vrbem milite circundans obſidet. Et quamuis res ad obſidionem neceſſariæ ei deeſſent, tamen illis quæ ſuppetebant, depugnauit. Atque quibuſdam foſſis excitis, vnam turrim diſturbat.

C

Philippicus Martyropolim obſidione cingit.

Verum ciuitatem capere propterea non poterat, quod Perſæ de nocte vigilantes, quod dirutum erat, denuo reſarciebant. Vbi vero Romani crebro in murum impetu facto repulſi ſunt, (tela enim ex locis ſuperioribus exquiſite in eos coniiciebantur, & plus incommodi accepere ipſi, quam illis qui erant in vrbe intulere) dimittunt obſidionem, & paululum inde digreſſi, caſtra ponunt: illudque duntaxat agunt, vt illis qui vrbem defendebant, nulli alii Perſæ adiungerentur. Cæterum Gregorius mandato Mauritii ad caſtra profectus, ſuadet, vt ad obſidionem reuertantur. At nihil amplius efficere poterant, præſertim cum nulla machina bellica ad vrbes expugnandas accommodata eis ſuppeteret. Idcirco dimittitur exercitus ad hyberna: inque finitimis caſtellis multa præſidia relinquuntur, eo quidem conſilio, vt Perſæ non clandeſtino introitu in vrbem ingrederentur.

D

Perſæ quanquam pugna inferiores Martyropolim ingrediuntur.

Proxima autem æſtate exercitu collecto & Perſis ex aduerſo dimicantibus, circiter Martyropolim fit grauis pugna. Et quanquam Philippicus in eo prælio ſuperior fuit, & multi Perſæ, vno ex illorum principibus deuicto, ceciderunt tamen ſatis magna eorum multitudo (de qua re vna potiſſimum ab illis laboratum eſt) in Martyropolim introiit. Inde ergo Romani tametſi de vrbe per obſidionem capienda prorſus deſperare cœperunt, (fieri enim haud poterat, vt eam viribus obtinerent) tamen alteram vrbem ſeptem inde ſtadia e regione in loco montoſo & natura communito, extruunt, vt machinationes quaſdam & aggreſſiones in Martyropolim comminiſcerentur. Atque hæ res æſtate ab illis geſtæ ſunt: hyeme autem dimittitur exercitus.

E

De Commentioli ducatu, & Ocbæ deiectione.

CAP. XIV.

Vide Niceph. ca. 5 lib 18.

COMMENTIOLVS autem genere Thrax, mittitur in Orientem ad Philippicum in ducatu ſuccedendum: qui tametſi bello feliciſſime contra Perſas depugnabat. parum tamen abfuit, quin ipſe præceps vna cum equo delapſus, vitam amiſiſſet, niſi vnus ex ſatellitibus, equo vectario conſcenſo, eum è prælio ſubduxiſſet. Perſæ vero, qui ſupererant, in omnibus ſuis ducibus amiſſis, terga dant, & Niſib in confugiunt. Ac quoniam ad regem ſuum redire extimeſcebant (mortem enim illis minatus fuerat, niſi duces ſuos ſaluos & incolumes reducerent) ibi contra Ormiſdam coniurare conſtituunt: atque etiam Barames dux Perſarum, qui iam cum ſuis ex prælio contra Turcas commiſſo reuerterat, idem ipſum ſuaſit.

Perſarum fuga.

Conſpiratio Perſarum aduerſus Hormiſdam Regem.

Ocbas arx capta.

F

Interim Commentiolus, Martyropolim obſidens, maiorem partem copiarum ibi relinquit: ipſe autem cum quibuſdam lectiſſimis militibus excurſionem facit ad Ocbas, arcem munitiſſimam in ripa vlteriore à regione Martyropolis in rupe abrupta ſitam, vnde tota ciuitas Martyropolis facile conſpici poteſt. Quam arcem obſidione cingens, nihil quod ad eam expugnandam facere videbatur, intentatum reliquit: ſed quibuſdam muri partibus catapultis detritis, illac tranſgreſſus, arcem vi capit. Proinde Perſæ de reliquo cœpere de Martyropoli deſperare.

De cæde Hormiſdæ.

CAP. XV.

G

Vide Niceph. c. 19. l. 18 Baron. an. 592. n. 2[illegible]

Hormiſda à Perſis trucidatur.

DVM hæc geruntur, Perſæ Hormiſdam regem omnium ſceleratiſſimum iniuſtiſſimumq; propterea trucidant, quod ſubiectos ſuos non modo pecunia, ſed variis etiam mortis generibus mulctaſſet.

De iuniore ad nos Choſrois fuga.

CAP. XVI.

Vide Niceph. c. 5[illegible] l. 18. Baron. eo anno. n. 27.

Barames contra Choſroem arma fert.

HORMISDA extincto, Choſroem eius filium regem creant, contra quem Barames cum ſuis copiis arma fert. Choſroes igitur cum exiguo exercitu illi obuiam it: ac cum ſuos ab ſe deficere cerneret, capeſſit fugam, rectaque eum Deum, vt ipſe aiebat, Chriſtianorum inuocaſſet, vt equus ipſum eo deportaret, quo ab illo duceretur, Circeſium contendit. Vbi autem cum vxoribus duobus tenellis liberis & quibuſdam Perſis nobilibus qui eam ſua ſponte comitabantur, eo veniſſet, inde legatos mittit ad Mauritium Imperatorem.

H

φιλόξενοι.

Humanitatis officia exhibita Choſroi ab Imperatore eiuſque familia.

Ille, eum de hac re conſilium accuratiſſime iniuiſſet, & inconſtantem volubilemque vitæ humanæ rationem, & repentinas tum eius tum aliarum ſimilium rerum mutationes viciſſitudineſque ponderaſſet, ſupplicem admittit legationem: & Choſroem hoſpitem pro exule, & pro fugitiuo filium efficit: muneribus plane regalibus donat, quibus eum ad ſe diligendum inuitaret. Atque non Mauritius ſolum tam magnifica dona miſit ad Choſroem, ſed imperatrix etiam erga Choſrois coniuges, & liberi Mauritii erga liberos eius, paria benignitatis officia præſtiterunt.

A

Quod Imperator Gregorium & Domitianum in Choſroæ occurſum emiſit.

CAP. XVII.

Vide Niceph. ca. 20. lib. 18. Baron. ſupr. præd. loco. Mauritius quantum honoris Choſroi detulerit. Domitianus epiſc. Melitinæ. Gregorius.

PORRO Mauritius omnes ſatellites ſuos & totum exercitum Romanum cum duce, qui Choſroem quocunque vellet comitarentur, mittit. Quinetiam quo plus honoris ei deferret, mittit quoque Domitianum epiſcopum Melitinæ, ſuum cognatum, virum prudentia & ingenio præſtantem, & tum verbo, tum re ipſa ad res maximas gerendas maxime idoneum, & ad grauiſſima obeunda negotia aptiſſimum. Mittit præterea Gregorium, qui Choſroem cum ob prudentes ſermones, quos de aliis rebus omnibus cum eo conferebat, tum ob munerum magnificentiam, & conſilia, quæ pro rerum quibus perturbatus erat conditione peropportune ei impertiebat, in maximam traduxit admirationem.

B

Quod rurſum Perſarum Imperium Romanorum ope recepit Choſroes.

CAP. XVIII.

Vide Niceph. c. 20. l. 18. Bar. an. 593. n. 1. Hierapolis ciuitas.

CHOSROES vero cum Hierapolim, quæ primaria Euphrateſiæ ciuitas eſt, perueniſſet, rurſus reuertit. Quod cum intellexiſſet Mauritius, pluris faciens commodis Choſrois ſupplicis, quam ſuæ ipſius gloriæ conſulere, ingenti pecuniæ vi (quod non ante aliquando viſum fuiſſet) eum iuuat: atque ex Perſis conſcribit exercitum, & impenſis omnibus de ſuo ſuppeditatis, Choſroem vtroque exercitu, Romano ſcilicet & Perſico inſtructum, extra fines Imperii Romani ad Martyropolim vſque producendum curauit. Cui Sittas primum traditus eſt, deinde à Martyropolitanis lapidibus obrutus, poſtea ab eiſdem in crucem actus. Traditum eſt ei quoque Daras oppidum, à quo clam exiuerant Perſæ: atque Barame à Romanis ſolis vnico prælio ſuperato, & ſolo cum ignominia in fugam verſo, Choſroes ad ſuum regnum reductus fuit.

Sittas proditoris ſupplicium. Barames profligatur. Choſroes in Regnum reductus.

C

Quod id temporis ſancta martyr Golanduch viuebat.

CAP. XIX.

Vide Niceph. c. 25. l. 18. Baron. an. 593. n. vlt. Golanduch martyr. Stephanus Hierapolis epiſc. hiſtoricus.

EODEM tempore vixit apud nos Golanduch martyr, quæ multa tormenta perpeſſa, & à magis Perſis grauiter excruciata martyrii coronam poſt magna miracula quæ ediderat, aſſecuta eſt. Cuius vita ab antiquiore Stephano, Hierapolis epiſcopo, literis mandata eſt.

D

De donariis, quæ ad ſanctum Martyrem Sergium miſit Choſroes.

CAP. XX.

Vide Niceph. c. 17. lib. 18. Item lib. 17. c. 22. Bar. an. 593. n. 2. & ſeqq. Cultus Diuorum. Choſroes quibus donariis ad Sergium martyrem miſerit. 1. 2. *Vide ſupra lib. 4. c. 2.*

CHOSROES autem iam ad ſuum regnum reſtitutus mittit ad Gregorium crucem multo auro & lapidibus pretioſis exquiſite elaboratam, qua honorem Sergii martyris inclyti illuſtrari voluit. Hanc crucem primum Theodora coniunx Iuſtiniani ei dedicauerat, deinde Choſroes ſenior cum aliis monimentis, vt à me ſupra commemoratum eſt, inde abripuerat. Mittit quoque aliam crucem auream, in qua literis Græcis iſta curauit inſcribenda: *Hanc crucem ego Choſroes, rex regum, filius Ormiſdæ miſi. Cum enim diabolico conatu, & veteratoriè infeliciſſimi Barami, & ſuorum Caballariorum in Romaniam confugere eramus compulſi, & propter aduentum ſcelerati Zadeſpram cum exercitu ad Niſibin, quo Caballarios, qui à partibus Niſibenorum ſtabant, ſubduceret: Caballarios cum duce ad Charchas vſque, qui Zadeſpram reſiſterent, eiuſque vires frangerent, miſeramus, ope & præſidio communiti S. Sergii, martyris honoratiſſimi & in primis memorabilis, quoniam acceperamus, eum res ab ſe poſtulatas ſolere largiri primo anno regni noſtri.*

E

Votum Choſrois.

Septimo idus Ianuarii poſtulauimus opem ab eo, votumque fecimus, ſi Caballarii noſtri Zadeſpram vel interficerent, vel captiuum ſecum ducerent, nos auream crucem lapillis diſtinctam ad eius templum miſſuros, qua venerandum eius nomen illuſtraretur: atque ad quintum idus Februarii caput Zadeſpram, ad nos perlatum fuit. Itaque poſtulationis noſtræ facti compotes, quo res geſta nemini dubia eſſet, ad venerandum S. Sergii nomen illuſtrandum hanc crucem a nobis fabricatam, ad templum eius miſimus vna cum cruce, quam Iuſtinianus Imperator Romanus ad idem templum miſit, quamque Choſroes rex regum, filius Cabadis proaui noſtri, temporibus, quibus Romani & Perſæ grauiſſime inter ſe diſſiderent, huc aduexit, quamque demum in noſtris theſauris inuenimus, & ad ædem ſancti & venerabilis Sergii mittendam curauimus. Has cruces Gregorius cum de ſententia Mauritii Imperatoris accepiſſet, cum magna pompa ad ſacrum martyris templum detulit, inque eo repoſuit. Haud ita multo poſt alia dona ad ſanctum illud templum miſit Choſroes, inter quæ erat diſcus ex auro confectus, in quo inſcribenda curauit hæc verba: *Ego Choſroes rex regum, filius Ormiſdæ hæc in hoc diſco inſcribenda curaui, non vt ſpectentur ab hominibus, neque vt amplitudo tui venerandi nominis ex meis verbis agnoſcatur: ſed partim propter rerum in eo inſcriptarum veritatem partim propter multa beneficia & liberalia, quæ abs te accepi.*

1. Operculum calicis.

F

Votum alterum Choſrois.

Nam mecum feliciter actum puto, quod nomen meum in tuis ſacris vaſis extet. Cum forte Beramais eſſem, petebam abs te, ſancte Sergi, vt mihi ſubſidio venires, & Sira coniunx conciperet. At cum Sira Chriſtiana eſſet, & ego gentilis, & lex noſtra non permitteret nobis poteſtatem, mulierem Chriſtianam in vxorem ducendi: tamen ob meum ſingularem erga te amorem, legem in hac muliere neglexi, & eam de die in diem inter cæteras vxores ingenue diligere non deſtiti, neque deſiſto. Quamobrem viſum erat tuam bonitatem, ſancte Sergi, deprecari, vt grauida fieret. Quinetiam votum tibi nuncupaui, ſumque pollicitus, ſi Sira conciperet, me crucem quam illa geſtat, ad ſanctiſſimum templum tuum miſſurum. Quapropter ipſe equidem & Sira hoc apud animos noſtros proponebamus, vt hanc crucem in memoriam nominis tui, ſancte Sergi, ipſi teneremus, & viſum erat pro illa pretium eius, quod quatuor millia & quadringentos ſtateres miliarenſios non excederet, mittere, & ſic idem augere, vt eius ſumma quinque millia ſtaterum complecteretur. Atque ex eo tempore, quo iſtam poſtulationem animus noſtris concipere, hæcque cogitare cœperamus, ad tempus, quo Rhoſem Choſron venimus, non amplius decem dies prætererant: ad quod quidem tempus mihi ſancte Sergi, non quod ipſe dignus eſſem, ſed propter tuam ipſius bonitatem mihi noctu ſecundum quietem viſus es, & iam tertio dixiſti Siram concepturam. Atque ego in eadem viſione tertio aperte tibi, quæ erant conſentanea, reſpondi. At quoniam tu rerum abs te poſtulatarum largitor es, ex eo die Sira morbum, quo mulieres laborare ſolent, non ſenſit. Ego autem etſi hac de re animo habitabam, vtrum verbis tuis fidem haberem an non cum ſis poſtulationum largitor: poſtea tamen ex eo, quod morbus muliebris Siram non attigit, tum vim exploratam habui viſionis, tum tuorum verborum veritatem. Quocirca crucem hanc illico, & eius pretium vna ad tuam ſanctiſſimam ædem miſi: dedique mandatum, vt ex eius pretio diſcus vnus, & vnus calix fierent, qui diuinis myſteriis celebrandis inſeruirent: quinetiam & crux fieret, & thuribulum fabricaretur, vtrumque aureum in vſum ſacræ menſæ, & velum vtrinque apertum conficeretur auro collustratum. Quod autem de ſumma pretii reſtaret, ad neceſſarios vſus tuæ ſacræ ædis reſeruaretur, vt mihi & Siræ tu ſancte Sergi, cum in aliis rebus opitulareris, tum maxime in hac petitione ſubſidio venires: & quod per tuam interceſſionem nobis euenerit, idem ipſum per tuam clementiam & bonitatem mihi & Siræ ex ſententia penitus ſuccedat, quo tum ipſe tum Sira, tum alii omnes demumque in toto orbe terrarum, tua in virtute ſpem ponamus? & in te deinceps credamus. Hæc donaria à Choſroe oblata ea loqui videntur, quæ cum Propheta Balaam conſentiunt: quod plane Dei prouidentia factum eſt, vt gentilium linguæ verba ſalutaria proferrent.

G

Choſroi ſanctus Sergius apparens prolem promittit.

Menſtrua.

H

4. 5. 6. 7. 8.

Propheta Balaam.

A

De Naamane Saraceno.

CAP. XXI.

Vide Niceph c. 23 lib. 18. Bar. an 593 n. 6. &c. Naamanes Saracenus quando ad baptiſmum acceſſerit.

PER id temporis Naamanes gentis Scenetarum tribubus gentilis adeo nefarius & ſceleratus, vt propria manu homines dæmoniis ſuis mactaret, ad ſanctum acceſſit baptiſmum, ſtatuamque Veneris auream igne liquefactam pauperibus erogauit, & omnes qui ad eum ſpectabant, ad veram in Deum fidem traduxit. Gregorius autem poſtquam cruces à Choſroe donatæ erant, de ſententia Imperatoris omnia monaſteria in ſolitudine, Limetarum dicta, & maxime in quibus peruerſa Seueri dogmata regnabant, perluſtrauit, expoſuitque illis vera eccleſiæ dogmata, & multa caſtella, pagos, monaſteria & gentes integras ad Dei eccleſiam adduxit.

De ſancti Symeonis, qui columnam incolebat, morte.

CAP. XXII.

B

Vide Niceph. ca. 34. lib 18 Vide ſupra li. 5. c. 34. l. 1 ca. 13. 14. Bar anno 574. n. 5. & ſeqq. Symeonis monachi obitus. Cur Symeones columnam incoluerit.

INTEREA loci cum Symeones ſanctiſſimus tam grauiter ægrotaret, vt nulla eſſet ſpes vitæ reliqua, Gregorius à me de hac re certior factus, maturat, vt Symeoni extremum ſpiritum agenti adeſſet. Verum quod volebat, minime eſt conſecutus. Erat autem iſte Symeones propter eximiam virtutem omnium hominum ſuæ ætatis facile præſtantiſſimus, qui in columna vitam ſeueram coluerat, adeo à teneris, vt aiunt, vnguiculis, vti dentes ſuos in ea manſione commutaret. Ad vitam autem in columna degendam tali cauſa inductus fuit: Cum adhuc valde tenella ætate eſſet, & puerorum more per montis iuga ludendo ſaltandoq; pererraret, forte fortuna incidit in parduм, cuius collo cingulo circumiecto, eo velut freno beſtiam quæ iam ſuam feram naturam exuerat, ad ſuum monaſterium ſecum ducit. Quod cum magiſter eius, qui ætatem agebat in columna, videret, percontatur quid ſit. Reſpondet puer felem eſſe quẽ vulgo catum nominant. Hinc igitur coniecturam faciens, quantopere virtute eſſet in poſterum præſtiturus, ad vitam in columna degendam eum induxit. In qua columna, ſimul & in altera ſummo in montis vertice ſita, ſexaginta octo annos vixit, omnibus gratiæ donis repletus: quippe dæmones expulit, ſanauit omnem morbum & omnem languorem, res futuras perinde ac præſentes præuidit.

C

Qui prædixerat Gregorio, illum eius morti minime adfuturum, atque adeo ignoraturum, quid poſt ipſum mortuum eueniret. Quinetiam cum ipſe mecum cogitarem de liberorum amiſſione, quærerémque quid cauſæ eſſet cur gentilibus, qui liberis abundarent, idem ipſum neutiquam accideret: Symeones, quamuis hanc cogitationem nemini omnino patefeciſſem, ſcripſit ad me, vt ab eiuſmodi cogitationibus, vtpote Deo minime probatis, deſiſterem.

Symeonis ad Euagrium literæ.

Porro autem cum vxor ſcribæ mei, quoniam lac illi, poſtquam pepererat, ita obſtructum fuit, vt infans in maximum vitæ veniret periculum: Symeones, vbi manum dextram viri eius tetigerat, iuſſit vt ad vxoris vbera mitteret. Quo facto, extemplo lac velut ex fonte erupit, adeo vt veſtem mulieris totam madefaceret.

E

Miraculum Symeonis.

His accedit, quod puerum à viatoribus, quibuſcum iter fecerat Symeones, intempeſta nocte à tergo relictum, leo dorſo impoſuit, & ad monaſterium Symeonis aduexit. Itaque miniſtri Symeonis iuſſu egreſſi, puerum à leone apportatum introduxerunt. Multa alia præterea geſſit plane memorabilia, quæ & linguam diſertam, & vacuum tempus, & ſeparatam tractationem deſiderant: quæ certe crebro hominum ore ſunt atque ſermonibus decantata.

Acta Symeonis.

Nam cuiuſque nationis homines, non Romani ſolum, ſed etiam barbari ad eum aduentarunt, rerumque poſtulatarum compotes facti ſunt. Huic Symeoni rami quidam fruticis in monte creſcentis, & cibi & potionis loco fuere.

Alimentũ Symeonis.

De Gregorii Theopolitani epiſcopi ab hac vita migratione.

CAP. XXIII.

F

Vide Niceph ca. 26 lib. 18 Bar. anno 594. n. 29. Gregorius epiſcopus quando obierit.

NON longo tempore poſt Gregorius podagra correptus, qua maxime torquebatur, cum medicamentum ex Hermodactylo (ſic enim vocatur) confectum quod medicus quidam ei dediſſet, ebibiſſet, exiit è vita. Moritur autem tempore, quo Gregorius, qui ſucceſſerat Pelagio, epiſcopatum antiquæ Romæ geſſit, nouæ autem Ioannes, & Alexandriæ Eulogius, vt ſupra dixi, & Anaſtaſius Antiochiæ, qui poſt viginti tres annos ad ſuam ſedem reſtitutus fuiſſet, & Hieroſolymorum Ioannes, qui paulo poſt obiit mortem, & nemo adhuc ad illius epiſcopatus gubernacula capeſſenda deſignatus eſt.

Anno Chriſti 594. Euagrii hiſtoria vbi deſinat.

Hoc loco Hiſtoriæ finem imponere animus eſt, anno ſcilicet duodecimo regni Mauritii Tiberii imperatoris Romani, reſque quæ deinceps ſequuntur, his quibus libitum fuerit narrandas, monimentiſque literarum prodendas relinquere. Quod ſi quicquam à nobis vel omiſſum negligentia, vel minus accurate expoſitum videatur, nemo nobis crimini det: illud ſecum cogitans, nos hiſtoriam diſperſam diſſipatamque in vnum collegiſſe, quo vtilitati hominum, quorum gratia tantos & tam graues labores ſuſcepimus, inſeruiremus.

Aliud Euagrii opus.

Aliud præterea opus à nobis elaboratum eſt, quod relationes, epiſtolas, decreta, orationes, diſputationes, & alias res nonnullas complectitur.

G

Euagrii dignitates.

Relationes autem, quæ in eo continentur, ſunt maximam partem ex perſona Gregorii epiſcopi Antiochiæ factæ. Pro quibus duos honoris gradus conſecuti ſumus, quæſturam à Tiberio Conſtantino, & munus tabellarum ſeruandarum, in quibus præfectorum nomina inſcribebantur, à Mauritio Tiberio: quo regnante eas relationes compoſuimus, idque eo ipſo tempore, quo Theodoſium, qui tum ei tum Reipublicæ principium felicitatis cuiuſque generis dabat, in lucem edidit.

A

SANCTI ISAACI SYRI PRESBYTERI ANTIOCHENI DE CONTEMPTU MUNDI.

LIBER I.

Sanctum hunc Patrem Isaacum, illum eſſe dubito quem Gregorius magnus Dialogorum lib. 3. de Syria partibus ad Spoletanam vrbem prioribus Gothorum temporibus veniſſe ait, narratque porro de illo multa, illud vero imprimis quod ad huius libri argumentum reddit quam proxime, Monachum qui in terra poſſeſſiones quærit, non eſſe Monachum. Plura vide ibidem, Cap. 14.

De operatione corporali, & ſui abiectione. Cap. 1.

ANIMA, quæ Deum diligit in ſolo Deo hæret: Anticipa ſoluere omnem colligationem extrinſecam à teipſo, & tunc Deo corde colligari: præcedit enim colligari Deo, ſolutio à mundanis. Eſus panis poſt ablactationem datur infanti: Et homo, qui vult delectari in diuinis, prius ſe debet à ſeculo, velut infans ab vberibus maternis, alienare. Operatio corporalis operationem animæ, ſicut in Adam limus inſpiratam animam antecedit. Qui corporalem actionem non acquiſiuit, nec animæ poteſt operationem habere, quia hæc ab illa naſcitur, ſicut ſpica de nudo grano: & illis qui non habent operationem animæ ſpiritualia dona deſunt. Labores huius ſeculi, qui pro vanitate fiunt, non comparantur diuitiis, quæ præparatæ ſunt affligentibus ſe bonis. Sicut ſequuntur ſeminantes in lachrymis manipuli exultationis; ita conſequitur lætitia afflictionem, quæ fit propter Deum. Panis qui ſudore acquiritur, dulcis apparet agricolæ: & operationes quæ propter iuſtitiam fiunt, cordi, quia cordi dant ſcientiam Dei. Suſtine abiectionem & humilitatem bona voluntate, & ſecuritatem habeas ante Deum. Omne verbum durum ſuſtinens homo, ſciens abſque malo aliquo eſſe quod præceſſerit ab illo contra loquentem, coronam quidem ſpineam capiti ſuo ſuperimponit, ſed beatus eſt, quia tempore quo ignorat, incorruptibiliter coronabitur. Qui fugit gloriam ſcienter, hic in anima ſua futurum ſeculum iam præſentit. Qui dicit ſe reliquiſſe mundum & litigat cum hominibus pro vſu rei alicuius, neque ſpectat ad quietem ſuam, minantur eidem: cæcus eſt omnino hic, quia corpus quidem voluntarie penitus dereliquit. Pro vno autem membro eius litigat atque pugnat. Qui fugit præſentis vitæ quietem, huius mens futurum ſeculum intuetur. Qui vero cupiditate ligatus, ſeruus vitiorum exiſtit: Ne putes, quod ſit cupiditas quæſtus auri tantummodo & argenti, ſed in cuiuslibet, in qua voluntas tua dependet: Ne laudes illum, qui corporaliter ſe affligit, tamen eſt ſenſibus diſſolutus, videlicet auditu & ore diffuſo, ac oculis impudicis. Si quando animæ poſueris terminos, vt per pœnitentiam ædifices temetipſum, & non quæras iuſtitiam in rebus alienis: In hoc animam tuam aſſueſcas, ne videaris vna quidem manu operans, aliaque diſpergens. Illic enim ſolicitudo noſtra eſt, hic vero dilatatio cordis. Scias quod dimittere debitoribus debita, de operibus iuſtitiæ eſt, & tunc videbis tranquillitatem vndique cum ſplendore. Cum aſcenderis viam iuſtitiæ, adhærebis tuæ in omni te libertati. Quidam ſanctorum dixit, quod miſericors, niſi fiat iuſtus, cæcus eſt, vt ex his det aliis, quæ laboribus propriis acquiſiuit, non ex acquiſitis per machinationes & mendacia, periuria & falſitates. Si vis ſeminare in pauperibus, de propriis ſemina. Nam ſi de alienis ſeminaueris, erunt zizaniis amariora. Ego vero dico, quod niſi fiat miſericors ſupra iuſtitiam, non eſt miſericors, id eſt, quod non ſolum hominibus miſereatur de propriis, ſed & ſuſtineat cum lætitia iniuriam ab eiſdem, ac etiam miſereatur ipſorum. Cum autem iuſtitiam per eleemoſynam vicit, coronatur non coronis, quæ ſunt in lege iuſtorum: ſed coronis quæ ſunt in Euangelio perfectorum. Nam quod aliquis det pauperibus, & nudum induat, & diligat proximum ſicut ſemetipſum, nec iniuſtum faciat, nec etiam mentiatur, hæc & in Teſtamento veteri continentur. Sed perfectio Euangelicæ diſpenſationis ſic præcipit: Ab auferente tibi tua non exigas, & omni petenti te tribues. Et non ſolum iniurias rerum & cæteros euentus extrinſecos decet ſuſtinere cum gaudio, verum in optimo animam poni pro fratre: Hic eſt enim miſericors, & non ille, qui tantummodo pro dono fratribus miſeretur. Et quicunque audierit vel viderit quicquam contriſtans fratrem ſuum & aduſtus fuit corde, hic miſericors eſt vere. Similiter, qui percuſſus à fratre ſuo, motus non fuerit ad dicendum aliquid, quod contriſtet cor eius, miſericors eſt.

Humilitatis fructus.

C

Cupiditas quid ſit.

Dimittere debita.

D

Eleemoſyna.

E

De vigiliæ preciositate Cap. 2.

Operationem vigiliarum habeas precioſam, vt inuenias conſolationem appropinquantem in anima tua. Perſeuera legens in ſolitudine, vt ſemper mens tua ad Dei mirabilia deducatur. Dilige autem patientiam, & paupertatem, vt à diſperſione tuus animus colligatur. Affabilitatem odio habebis, vt cogitationes tuas ſine turbatione conſerues: Retrahe teipſum à multis, & cura de anima tua, vt ſerues eam à diſperſione tranquillitatis internæ. Dilige caſtitatem, vt non confundaris tempore orationis tuæ, & in memoria mortis accendatur lætitia in corde tuo. Vt à magnis non excidas caueto obià paruis. Non ſis lentus in operatione tua, ne confundaris cum ſteteris in medio amicorum tuorum, & inueniaris ſine viaticis, ac te ſolum in viæ medio derelinquant. Intelligibiliter confitere opera tua, ne à toto curſu tuo derelinquaris: Acquire libertatem in conuerſatione tua, vt libereris à tempeſtate. Ne vincias libertatem in voluptate carnis, ne ſeruus ſeruorum fias. In veſtitu tuo dilige vilia indumenta, vt orientes in te cogitationes abiicias, ſcilicet elationis. Nam qui ſplendida diligit, humiles cogitationes habere non poteſt, quia cor exterioribus figurationibus conformatur. Quis diligens turpiloquia, poteſt habere mundam mentem? Quis ſe fingit, vt ab hominibus glorietur, & poteſt cogitationes humiles adipiſci? Vel quis luxurioſus exiſtens & diſſolutus membris, poteſt fieri mente mundus & humilis corde? Cum mens à ſenſibus trahitur, tunc cum eis cibum comedit beſtiarum. Cum vero ſenſus retrahuntur à mente, cum ipſis ſtatim Angelorum cibum aſſumunt. Abſtinentia & retractio ſequuntur humilitatem. Vana gloria vero opus eſt ſuperbiæ, fornicationisque miniſtra. Humilitas propter continuam retractionem ſuam contemplatione occurrit animamque ornat in caſtitate; vana gloria propter continuam turbationem & fermentationem cogitationum ſuarum quæ fiunt ex occurſu rerum, theſauros continet execratos & pollutt. Cor ipſum vero naturas rerum luxurioſo intuetur aſpectu, & in turpibus imaginationibus facit mentem ſtudere. Humilitas quoque per contemplationem ſpiritualiter retrahitur, & ad contemplandum Deum monet acquiſitorem ſuum.

F

Turpiloquium

G

De ſolitudine Cap. 3.

Noli comparare facientes ſigna & prodigia & virtutes in mundo, illis qui in ſolitudine ſunt ſcienter. Dilige ocium ſolitudinis plusquam eſurientes ſeculi ſaturare, & conuertere multas gentes ad agnitionem ſupernam, & ad honorem Dei. Melius eſt enim à peccati vinculo ſoluere temetipſum, quam liberare ſeruos à ſeruitute. Gregorius namque dixit, Bonum eſt Theologiam ædere propter Deum, ſed melius eſt quod ſeipſum mundet quis apud Deum. Melius eſt tibi pacificare in anima tua vnitatem Trinitatis quæ in te eſt, quam pacificare doctrina tua diſcordes. Melius eſt, tibi breuiloquum eſſe, cum doctus ſis & peritus, quam proferre in ſubtilitate mentis doctrinam, quaſi torrentem. Expedit tibi ſolicitum eſſe ad erigendum, quod de anima in vitiis eſt collapſum per motum cogitationum tuarum in rebus diuinis, quam mortuos ſuſcitare. Multi operati ſunt virtutes & mortuos ſuſcitarunt, & poſtmodum ipſi qui viuificarunt alios, ad execrabilia & horribilia ceciderunt & facti ſunt aliis in ſcandalum, quia cum infir-

H

Breuiloquium.

mitate

A

mitate animi laborarent, de ſanitate propria non curarunt: ſed expoſuerunt ſe mari huius ſæculi ad ſanandum animas aliorum dum ipſi ægrotarent. Nam ſuorum infirmitas ſenſum obſtare non poterat flammæ terum habentium ex conſuetudine vitiorum difficultatem. Adhuc egebant cauere ſibi, ne viderent mulieres, aut pecunias poſſiderent, neq; præeſſent aliis, nec contra quemquam extollerentur. Melius eſt tibi exiſtimari vitis imperitum ob breuitatem ſcientiæ ad diſputandum, quam eſſe vnum de ſapientibus præſumptoribus.

De modo arguendi peccatores Cap. 4.

Argue contradicentes tibi in fide, virtutum tuarum potentia, non ſuggeſtibilitate verborum, Inflexibilium quoque præſumptione manſuetudine ac tranquillitate verborum tuorum refrena. Argue luxurioſas tuæ conuerſationis mobilitates & ſenſum impium ducas ocioſorum retentione motum. Peregrinum te ſentias omnibus diebus vitæ tuæ quocunque ingrediaris, vt à damno poſſis erui quod à ſecuritate contingit. In omni tempore te ipſum reputa nihil ſcire, vt culpam effugias quam facit inſpicio volentis ſiſtere contra alterius arbitrium diſputantis. Perſeuera ſemper ore benedicendo, & nunquam maledixeris. Nam benedictio benedictionem facit, & maledictio maledictionem. In omni re teipſum æſtima egere doctrina, & inueniens ſapiens omnibus diebus vitæ tuæ. Ne tradas quidquam alicui, nondum quod comprehendiſti. Ne verecunderis, ſi in ipſo & ex comparatione tuæ conuerſationis ad illam tuæ traditionis falſitas reueletur. Si quid tale loquaris alicui, non temetipſum oſtendes, quod ſufficientior in eo ſis, vt & auditoribus ordinem humilitatis oſtendas, & eos ad audiendum verba tua, ad currendum ad operationem inducas & fias venerabilis in oculis eorundem. De huius rebus loquere cum lachrymis, vt tibi proſint & audientibus & gratia Dei erit tecum.

B

Blaſphemiæ ſpiritui quo modo ſit obuiādum Cap 5.

Si ad Dei gratiam perueniſti & in contemplatione creaturarum Dei viſibilium, quod eſt primus ordo ſcientiæ delectari promeruiſti, contra ſpiritum blaſphemiæ, præparata teipſum & arma. Sine armis non ſtes in hac regione, ne ab inſidiatoribus & decipientibus quam citius occidaris. Sunt autem tibi pro armis, lachrymæ ieiuniumque frequens. Caue tibi ne documenta hæreticorum legas hoc enim eſt quod blaſphemiæ ſpiritum contra te amplius armat. Cum repleueris ventrem non te pigeat ad ſcrutandum aliquid de diuinis rebus*, ne mouearis. Nam in ventre repleto, ſecretorum Dei ſcientia non exiſtit, intellige quod tibi dico. Lege continue & inſatiabiliter in libris doctorum de Prouidentia Dei, quia ipſi dirigunt mentem ad intuendum ordinem creaturarum Dei & operum eius, & roborant eam ex ipſis & aptant ad acquirendum intellectum illuminatum ex claritate ipſorum, & ad conſiderationem creaturarum Dei cum mundicia faciunt ambulare. Lege in Euangelus vt viaticum acquiras ex diſpoſitis à Deo ad ſupernorum agnitionem in toto mundo, virtute prouidentiæ ſuæ. Peregrinationes ſingulos operare, vt mens tua in Dei mirabilibus profundetur, huiuſmodi idcirco tuo labori coaptetur. Ne ſint penes te ſermones peritorum, ſcilicet fallaciorum, & qui diuina eloquia vendunt, vt non remaneas in tenebris vſque ad finem vitæ tuæ, defectum patiaris incommoditatis ipſorum, ac ſi fermentatus terrearis tempore pugnæ tuæ, & in foueam incidas occaſione percipiendæ commoditatis ex ipſis. In omnimoda tranquillitate lectio tibi ſiat, & eſto liber à multa ſolicitudine corporis rerumque turbatione, vt delectabilem guſtationem in anima tua guſtes per dulcem conſiderationem quæ ſuperat omnem ſenſum, & ſentiet eam anima tua perſeuerando in ipſa. Hæc tibi ſit pro ſigno in rebus quas ſubire voluiſti, ne de regione illa egrediaris.

C

* Mouearis.

D

De contemplatione rerum. Cap. 6.

Cum inceperit gratia tua oculos aperire ad percipiendum contemplationem rerum in veritate, tunc ſtatim incipient oculi tui fundere lacrymas quaſi flumen, vt multoties lauentur ex abundantia genæ tuæ. Et tunc ceſſat pugna ſenſuum & retrahitur intus. Si quis iuſtorum docuerit contraria, ne credas ipſi, nam præter lachrymas aliud ſignum non quæras à corpore. Quam cito enim mens à creaturis attollitur, tum corpus tam à lachrymis, quam à ſenſualitate recedit. *Cum mel inueneris, ne inde repletus vomitas, ex ipſo comede moderate.* Natura enim animæ tenuit res & leuis exiſtit. Aliquando enim pſallens deſiderat aſcendere ſupra naturam ſuam; multoties autem à lectione ſcripturarum & contemplatione rerum aliqua comprehendit, cum vero comparatur his quæ comprehenſa ſunt, ab illa inſufficientior & timidior apparet ſecundum ſuæ diſpoſitionis menſuram, reſpectu illorum, ad quæ ſcientia eius intrauit. Sic & inducat in cogitationibus ſuis timorem atque tremorem & feſtinet redire ad infimum ſui, propter formidinem, vtpote quæ mota eſt, & de his, quæ ſupra ſe ſunt diuinis rebus ſcrutari præſumpſit. Nam propter timiditatem rerum formido quædam ſitei, & diſcretio iuuat intellectum animæ, vt ſilentio vacet & non moueatur, ne pereat, nec exquirat, quæ ſupra ſe ſunt altiora. Cum vero poteſtas tibi data fuerit conſiderandi, ne mouearis contra myſteria, ſed ad ora glorifica, & ſilendo regratiare. Nam ſicut non expedit multum mellis comedere, ſic nec de diuinis eloquiis perſcrutari, ne volentibus intueri res breuiores nec adhuc eas ex aſperitate viæ valentibus infirmetur viſionis virtus & offendatur. Aliquando enim loco veritatis fantaſmata quædam videntur, & cum mens ab inquiſitione ſcitiua occupatur, obtuſcitur ſuæ intentionis. Bene ergo ait ſapiens Salomon; Quod homo ſine ſapientia, eſt ſicut ciuitas ſine muro. Munda igitur ô homo animam tuam, & excute à te ſolicitudinem rerum quæ ſunt extra naturam tuam, & apprehende humilitatis & caſtitatis velamina contra intellectus & motus tuos. Et per hoc inuenies id quod intra te eſt, humilibus enim myſteria reuelantur.

E

Prou. 25.

F

Prou. 25.

De oratione & lectione bene instituenda. Cap. 7.

Si vis animam tuam dare ad operationem orationis quæ mundat mentem, & perſeuerantiam in vigilus noctis, elonga teipſum ab aſpectu mundi, ſuccinde colloquia, & noli excipere ex conſuetudine amicos in cella tua, nec etiam ſub ſpecie bonitatis, præter illos qui ſunt tibi eiuſdem moris & arbitrii ac ſocietatis eiuſdem. Et timeto fermentationem locutionis animæ, quæ conſueuit inuita moueri. Et poſtquam ſuccideris & ſolueris exteriorem locutionem, coniunge orationi tuæ miſericordiam, & anima tua lumen veritatis videbit. Nam quanto magis cor ab extrinſecis rebus in tranquillitate manet, tanto magis mens poteſt recipere comprehenſionem, quæ à conſideratione intellectus habet eſſe. Eſt enim mos animæ cito mutare colloquium, ſi tamen laboranerimus paruam diligentiam adhibere, ſtude in lectionibus ſcripturarum quæ demonſtrant viam ſubtilitatis contemplationis, & in vita ſanctorum, quamquam à principio non ſentias dulcedinem, propter obtenebrantes propinquitates rerum vt mutes colloquium in colloquium. Et cum ſurrexeris ad orationem & regulam, loco meditationis ſæcularium quæ vidiſti & audiſti, inuenies te meditatione ſcripturarum quas legiſti, & recordationis illorum ſæcularium obliuiſceris, & taliter ad mundiciam mens accedit. Et hoc eſt illud quod ſcriptum eſt, quod anima iuuatur à lectione, quando ſtat in Oratione, & ex oratione illuminatur in lectione, ac eodem loco extergi fece fermentationis inuenitur tota in forma orationis. Turpe eſt, carnis amatores & gaſtrimargos de rebus ſpiritualibus perſcrutari. Corpus grauiter ægrotans, odit cibos aſperos & repellit: & mens ſæcularibus rebus intenta non poteſt appropinquare ſcrutinus diuinorum. Ignis in humidis lignis non accenditur, & diuinus calor in corde diligentis quietem & ocium, non gignitur: Meretricis non manet amicitia penes vnum, & anima quæ colligata eſt in rebus pluribus, in diuinis non permanet documentis. Quemadmodum is qui non vidit oculis ſuis Solem, ex audita ſolo non poteſt recitare cuiquam lumen eius, nec ſenſit, ita & ille cuius anima dulcedinem cæleſtium non guſtauit.

G

H

Amor meretricius.

De Eleemoſyna. Cap. 8.

Si habes quid vltra neceſſitatem tuam diurnam, pauperibus illud eroga, & eris cum ſecuritate. Offer orationes tuas, id eſt, loquere cum Deo, ſicut filius cum Patre ſuo. Nihil facit ita appropinquare Deo, ſicut eleemoſy-

A

na. Nihil ita facit menti tranquillitatem, ſicut paupertas quæ voluntario ſuſtinetur. Melius eſt tibi pro pluribus uerti idiotam, quam propter gloriam, ſapientem atque perfectum. Si quis ęquum [illegible] extendat ad te manum vt accipiat ab te eleemoſynam, ne repellas eum; quia illo tempore, ſicut vnus de pauperibus egens eris. Cum autem dederis, cum magnanimitate da, & vultu hilariore plus quam ille petierit præbe. Emitte namque Domine panem tuum ante faciem pauperis, & poſt multum temporis retributionem videbis. Ne diſcernas pauperem à diuite, neque ſcire dignum ab indigno: Sed ſint apud te omnes homines æquales ad bonum. Hoc modo poteris indignos trahere ad bonum, quia cito trahitur anima per temporalia in Dei timorem. Nam & Dominus publicanis & peccatoribus communicabat in mensis, nec ſeparabat indignos, vt hoc modo traheret ad Dei timorem vniuerſos & per corporalia ſpiritualibus propinquarent. Ob hoc in bono & honore in omnes homines ſis æquales, quamuis Iudæus vel paganus ſit, & maxime quia frater tuus eſt, & de natura tua & à veritate ſine [illegible] deuiauit. Quando feceris alieno bonum, retributionem non expectes ab illo, & ſecundum vtramque rem retribuetur tibi à Deo. Et ſi tibi poſſibile fuerit, neque propter retributionem futuram facias bonum, ſed propter amorem Dei facias ſimpliciter.

Eleemoſyna omnib. indifferẽter danda.

B

De paupertate. Cap. 9.

Si poſueris animæ tuæ terminum paupertatis & per gratiam Dei fueris à ſollicitudinibus liberatus, & in tua paupertate factus fueris ſupra mundum, caue ne propter amorem pauperum quæſtum diligas pro eleemoſyna facienda, & ponas animam tuam in turbatione, vt accipias ab alio, vt aliis largiaris, & exiſtimes honorem tuum ſubiectione petitionis rerum nomine aliorum, & excidas à libertate & nobilitate intentionis tuæ in ſollicitudines ſæcularium rerum, quia gradus tuus ſublimior eſt gradu miſericordium, ſupplico tibi, ne ſubijciaris eleemoſynæ, quæ ſimilis eſt nutrimento puerorum. Sed ſolitudo perfectionis eſt caput. Si res habes ſemel illas diſperge. Quod ſi non habes, noli habere. Munda igitur cellam à ſuperfluitatibus & delicijs. Quia hoc te adducit ad abſtinentiam etiam inuitum & nolentem. Defectus rerum docet hominem abſtinere. Quia cum opportunitatem rerum accipimus, noſmetipſos non poſſumus continere. Qui exteriorem pugnam ſuperauerunt, ſocietatem acceperunt de timore interiori, nec opportune inſtat in eis, nec ab ante nec à retro quatiuntur in pugna. Pugnam autem dico, quæ aduerſus animam à ſenſibus & negligentia ſuſcitatur, ſicut eſt dare & accipere, auditus & lingua, quæ ſemper inducuntur animæ, ſibi faciunt cæcitatem, vt propter ſuperinductionem turbationis exterioris non poteſt ſibi ipſi attendere in latenti prælio, quod mouetur aduerſus eam, & cum tranquillitate illa videre, quæ mouentur ab intus. Quando quis clauſerit oſtia ciuitatis ſenſuum, tunc pugnat ab intus & inſidiatores qui ſunt extra ciuitatem, non timet.

C

De oratione & labore Cap. 10.

Beatus, qui nouit hoc & manet in ſolitudine, nec fluctuat in operum multitudine, ſed omnes corporales operationes in laborem orationis conuertit, & credit, quamdiu operatur cum Deo, & habet ſollicitudinem in ipſo die noctuque, quod non deficiat ei quicquam de neceſſariis vſibus quemadmodum non ceſſat ab opere pro eodem. Si quis autem non ſuſtinuerit in ſolitudine ſine opere vtens quidem eo, tanquam adiutore; non tamen auide propter lucrum. Nam illud poſitum eſt infirmis, quia fortioribus turbamentum exiſtit, pauperibus & pigris patres expoſuerunt, vt operarentur, ſed non ſicut rem neceſſariam. In tempore, quo Deus compungit cor, da te ipſum continuis extentionibus corporis in terra & genuflexionibus. Et cum cœperint in te Dæmones ſuggerere, vacare in labiis, cor tuum ſollicitum eſſe de aliquo, non dimittas, & tunc vide & mirare, quid debet ex hoc maius oriri. Nihil aliud maius eſt quam aliquem ſternere ſenſum ante crucem Chriſti die ac nocte, & manus poſt terga ligare, id eſt à manuali opere quieſcere. Vis non frigeſieri tibi calorem & lachrymis non perpetrari, in his exerce teipſum. Et beatus es ô homo, ſi die ac nocte ſtudueris in his, quæ dicuntur tibi aliud quæſieris cum eiſdem, tunc enim oritur tibi lux interius & iuſtitia tua cito fulgebit, & fiet ſicut indeficiens fons aquæ, & ſicut florida paradiſus. Vides qualis bona homini de certamine oriuntur, multoties inuenitur cum iacet ſuper genua in orationibus, manus habens extenſas ad cœlum, & reſpiciens faciem in crucem Chriſti, & colligens omnes cogitationes ſuas in Deum in oratione. Et quamdiu orat cum lachrymis & compunctione, in ipſa hora ſtatim ſubito manat in corde ſuo fons producens delectationem, & diſſoluuntur membra eius, & conuelantur oculi eius, & cecidit facie in terram, cogitationes autem ipſius alterantur ita, vt non poſſit facere genuflexionem præ gaudio, quod in toto corpore ſuo erit. Attende igitur hæc ô homo quæ legis, quia niſi laboraueris, non inuenies, & niſi cum feruore pulſaueris ac ſuperuigilaueris oſtio continue non exaudieris. Quis audiens hoc, deſiderabit niſi tamen extraneum, ille ſcruret qui non poteſt in ſolitudine inſtruere. Veruntamen ſi quis non poterit facere, pro eo quod gratia Dei eſt, eſſe hominem intra oſtium, non derelinquam viam, ne vtriuſque vitæ factus ſit expertem. Donec moritur exterior homo à rebus mundi, non ſolum à peccato, ſed ab omni actione corporali, ſimiliter interior homo à prauis cogitationibus & antiteretur motus corporalis naturalis, vt non moueat in corde dulcedinem peccatorum, non mouebitur in homine dulcedo Spiritus ſancti, & membra eius non purgabuntur in vita ſua, & in anima eius intellectus diuini non apparebunt. Et quouſque deſtruat in corde ſuo ſollicitudinem ſæcularium, præter neceſſarium vſum naturæ, & dimittat Deum curare de ipſis, ſpiritualis ebrietas in ipſo non mouebitur & conſolationem illam non ſentiet, de qua erat Apoſtolus conſolatus, quando dicebat: *Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt.* Et iterum, *viuo ego, iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus.* Hoc autem dixi non ſuccidens ſpem, ita vt ubi ſet, quod niſi quis attingeret ad ſummitatem perfectionis, non promereatur gratiam Dei, aut ſibi conſolationem inueniat occurrentem. In veritate cum aliquis commiſſa publicauerit & ab eis elongauerit ſe omnino, & acceſſerit conſtanter ad bona, in modico tempore ſentiet auxilium, quod ſi ſuperauerit aliquantulum, inueniet conſolationem animæ ſuæ, remiſſionem conſequenter, & abundantiam bonorum recipiet, & gratia dignus fiet. Veruntamen minor eſt iſte in comparatione apud perfectionem illius, qui ſeipſum ſegregauit à mundo, & inuenit in anima ſua beatitudinis ſecretum, & comprehenſionis illam rem, pro qua Chriſtus aduenit, Cui ſit gratia in ſæcula ſæculorum, Amen.

E

F

G

Gal. 2.

Multum honorem dedit Deus hominibus doctrinam duplicem, quæ eis aperuit oſtium intrandi ad ſupernam agnitionem. Vis autem teſtem fidelem ſuper præmiſſis, fac temetipſum templo, non peribis. Et ſi ab exterius vis hoc ſcire, habes aliam magiſtram & teſtem, qui ad viam te dirigit veritatis. Mens fermentata obliuionem vitare non poteſt, & ſapientia non aperit talibus portam ſuam. Qui poterit comprehendere diligenti cognitione, ad quam æqualitatem ſinis omnium ſinatur abbreuiatio temporalium, alio magiſtro non eget. Naturalis lex quæ primum hominibus data fuit à Deo, contemplatio eſt creaturarum ſuarum. Poſt præuaricationem vero addita eſt literalis. Qui non elongat ſe à cauſis vitiorum voluntarie, inuitus trahitur ad peccatum. Hæ ſunt cauſæ peccandi, Vinum, mulieres, proſpera corporis habitudo & diuitiæ. Hæc naturaliter non ſunt peccatum, ſed per hæc declinat ad paſſiones peccati, vnde oportet ſtudioſe cauere ſibi.

De honore à Deo dato Cap. 11.

H

Non vult dicere hominem cœlibe ac neceſſario peccare, cum ſine vſu libero arbitrii non ſit peccatũ, ſed hyperbolice ita indicat vim paſſionum, & vitioſæ conſuetudinis

De occaſionibus vitiorum vitandis. Cap. 12.

Si ſemper fragilitatis tuæ fueris memor, terminum cuſtodiæ non excedes. Apud homines abominabilis eſt paupertas, apud Deum vero plus anima corde ſublimis. Apud homines ſunt diuitiæ pretioſæ ſed apud Deum, anima humiliata. Cum volueris facere initium bonæ operationis, contra venturas tibi tentationes prius præpara te ipſum, ne hæſites veritati. Nam, con-

fictu-

A ſuetudo eſt inimici, vt cum videt aliquem accipientem bonam conuerſationem fide feruenti & conſcientia pura, obuiat ei varijs & diuerſis tentationibus; vt vel ſubito timore vincatur, auellatur à bono propoſito, vel habeat aliquatenus calorem appropinquandi Deo: non quod talem virtutem habeat aduerſarius (nam nullus poſſet tangere bonum) ſed permittitur à Deo, ſicut in beato Iob docti ſumus. Iob.1. Tu vero præpara temetipſum viriliter ad obſtandum tentationibus, quæ virtutibus adueniunt, ac deinde virtutes incipe operari. Quia niſi prius te præparaueris, à virtutum operatione recedes. Homo dubitans Deum eſſe adiutorem bonæ operationis, ab vmbra ſua terretur, & in tempore fœlicitatis & abundantiæ, fame laborat, & in tranquillitate ſpirituali tempeſtate replebitur. Qui vero confidit in Deo, confortatur corde, & coram omnibus apparebit precioſitas eius, & in conſpectu inimicorum ſuorum. Mandata Dei ſuper omnes theſauros mundi ſunt, & qui acquiſiuit ea, inuenit in eis ſe Deum: qui ſemper quando cubas, ſollicitus eſt de eo, ipſum acquirit procuratorem, & qui conſiderat voluntatem eius, B cæleſtes Angelos deductores habebit. Qui timet peccata, inoffenſibiliter tranſibit tremendum iter, & ante ſe lumen inueniet tempore tenebroſo. Greſſus cuſtodit Dominus peccata timentis, & tempore ruinæ præueniet eum miſericordia Dei. Qui delicta ſua exiſtimat parua, cadet in deteriora prioribus, & in ſemetipſo ſolum vindictam. Semina eleemoſynam in humilitate, & in miſericordia iudicium metes. In quibus perdidiſti bonum, in illis iterum acquire illud ad te, non obolum des Deo, quod à te non pro te ipſe recepit. Margaritam videlicet caſtitatem perdidiſti, non recepit à te Deus Eleemoſynam. Caſtitas. Caſtitatem corporis tui vult à te, ex quo prævaricatus es, mandatum putes acquiſitionem mundi dereliquiſſe, pro alijs pugnes. Radicem dereliquiſti & alios veniſti impugnare. Dixit beatus Ephrem, quia nullus repugnat æſtiui tempore meſſis hyemalibus indumentis indutus, hic quilibet quod ſeminat, illud & metet, & qualibet infirmitas medetur proprijs medicinis. Et tu forſitan agitatus inuidia, vt quid ſomnium impugnare feſtinas? Quouſque paruum habeas & incipiat florere delictum, exſcinde illud priuſquam amplificetur, & fructum faciat. Non C ſis negligens, quando paruum tibi videtur delictum, quoniam videbis illud primo Dominum inhumanum & coram illo ligatus, tanquam ſeruus incides, ſed ille qui repugnat à principio dominabitur eius cito.

De patientia perſecutione Cap. 13 Humilitas Qui poteſt iniuſtitiam ſuſtinere cum gaudio, habens vtique præ manibus, quo reſiſtere poſſit: hic recipit conſolationem diuinitus per charitatem quam gerit ad ipſum. Qui cum humilitate ſuſtinet accuſationes obiectas, hic ad perfectionem venit, & à ſanctis Angelis admiratur. Nulla enim ita magna & difficilis ad obtinendum virtus exiſtit. Ne credas tibimet quod ſis fortis, quouſque examineris, & inueniãs teipſum inalteratum, ſic in omnibus proba temetipſum. Non habeas mentem elatam, nec confidas de virtute tua, ne permittaris in fragilitate naturæ, ac tunc ex propria natura fragilitatem tuam addiſcas. Ne credas tuo arbitrio, ne te vinculo ſuo illaqueet inimicus. Acquire fidem robuſtam in temetipſo, vt inimicos tuos valeas conculcare, habeas manſuetam linguam & omnino tibi dedecus non occur-D ret. Acquire tibi dulcia labia, & habebis tibi omnes amicos. Ne glorieris vnquam in bonis operibus tuis, ne in lingua tua confundaris. Quamlibet rem, in qua gloriatur homo, Deus alterari permittit, vt humilietur homo & omnia prouidentia diuina permittat. Ne credas, quod ſit tibi aliquid inalterabile in hac vita, tuos autem affectus tuos oculos ſemper ad Deum extolle. Protectio Dei & prouidentia contra omnes homines eſt, nec videtur niſi ab his; qui purgauerunt ſemetipſos à peccatis, & meditationem habent in Deo. Specialiter autem manifeſtatur his prouidentia Dei, qui pro Deo incidunt in magnam tentationem, tunc ipſam ſentiunt & quaſi oculis corporis apparet, quibus videre eam iuxta quantitatem & circumſtantias contingentis tentationis vt ad extremitatem pugnantes inungat, ſicut in Iob, Ieſu naue, Petro, & ſimilibus

E quib. in humana ſpecie apparebat confortans, & confirmans ad fidem. Si vero ſanctis hic diſpenſatorie datum fuit, quam ſpecialiter promeruiſſent, huiuſmodi viſiones: in tentationibus ſunt ubi ad fortitudinis exemplum martyres Chriſti, quorum multi multoties aut ſingulariter vnus, & vnus in multis locis certauerunt in Chriſto, & in occulta virtute, quæ in eis erat mirabiliter ſuſtinuerunt in ſuis corporibus, campo, ferro & omnimoda tormenta, item quidem ſupra naturam. Talibus enim ſancti Angeli viſibiliter apparebant, vt addiſceret quilibet, Angeli Martyrib. apparebant. quod abundanter diuina prouidentia prouenit ad illos, qui modis omnibus ſuſtinent omnem tentationem & omnem tribulationem pro ipſo adiutorio. fortitudinis eorum. Nam quanto ſancti magis viſionibus roborabantur, tanto plus aduerſarij propter ipſorum patientiam furebant. Quid neceſſe eſt dicere de Monachis peregrinis & anachoretis, qui deſertum inhabitabant & fecerunt illud habitabile hoſpitium Angelorum, ad quos ſancti Angeli ſæpe accedebant, propter conuerſationis ſuæ ſanctitatem, F & vt ſub manu Domini protectione ſtatuti, inuicem conueniebant ad tempus, qui in omnibus diebus vitæ ſuæ vitam eremiticam amplexantes in montibus & ſpeluncis, & cauernis terræ degebant, propter dilectionem diuinam. Vnde ſicut terrena dereliquerunt, cæleſtia dilexerunt. Angelorum imitatores facti ſunt: ita de iure Angeli ſuam eis voluntatem non aſconderunt, ſed ad Angeli cum monachis ſunt conuerſati. tempus apparebant eis, qualiter oportebat eos conuerſari docentes, & aliquando quædam eis ambigua exponebant, & quandoque ſanctos per deuia errantes dirigebant. Aliquando vero in tentationibus incidentes liberabant: & quandoque ſubita ruina lapidum & lapidum ictu, ab inimico ſanctos manifeſte impugnante, eripiebant, & ſe illis viſibiliter oſtendebant, & ad ipſorum conſilium ſeu auxilium ſe dicebant tranſmiſſos, & confortationem & refrigerium & audaciam eis faciebant, & quandoque per ipſos ſanitatem operabantur. Aliquando vero ipſos ſanctos curabant in paſſiones incidentes. Aliquando vero corpora eorum fame corruentia, tactu manus aut verbis naturalibus confortabant, & fortitudinem apponebant, quandoque & tranſitus ſui modum exponebant. Vt quid ergo G multa enarramus, charitatem exprimendo, quam gratia noſtri, & curam quam gratia iuſtorum ſancti Angeli geſſerunt & gerunt? Nam ſicut maiores Fratres minoribus Fratribus, ſic prouident ipſi ſuper nos. Sed hæc dicta ſunt, vt Pſal.144. ſciat quilibet, quoniam *prope eſt Deus omnibus inuocantibus eum in veritate*, & quantam prouidentiam facit illis qui ſe beneplacitis eius tradiderunt, & ſequuntur ipſum ex toto corde ſuo. Si credis, quod Deus procuret pro te, quare ſolicitus es, & curas de temporalibus & neceſſarijs tuis? Quod ſi non credis quod prouideat tibi Deus, & ob hoc de neceſſarijs tuis es ſolicitus ſine ipſo, miſerrimus es omnium hominum. Vt quid ergo viuis? *Iacta ergo ad Dominum* Pſal.54. *cogitatum tuum*, & à timore ſuperueniente non formidabis. Qui ſeipſum ſemel obtulit Deo in mentis quiete degit. Niſi aliquis fuerit ſine proprio, à turbatione cogitationum non poterit eius anima liberari, & ſine tranquillitate ſenſuum non ſentiet pacem mentis. Et niſi intrauerit in tentationem, ſapientiam Spiritus non acquiret. Et ſine laborioſa lectione, ſubtilitatem cogitationum non ſentiet. Sine H tranquillitate cogitationum, mens in occultis myſterijs non mouebitur, & ſine confidentia quæ fit per fidem, animæ audaciam contra tentationes ſumere cũ ſecuritate non poteſt. Et ſine experientia protectionis Dei, cor in ipſo ſperare non poteſt. Et niſi guſtet anima paſſiones Chriſti ſenſibiliter, communionem non habebit cum ipſo. Illum Chriſti Paſſiones guſtandæ. reputat hominem Dei eſſe, qui ob multam pietatem ſemetipſum mortificat ad neceſſariæ vtilitati. Nam qui miſeretur pauperis, Deum habet pro ſe cogitantem. Et qui pro ipſo pauper, indeficientes theſauros iam inuenit. Deus non eget aliquo, ſed lætatur cum videt aliquem ſuam imaginem, id eſt, hominem complectentem & honorantem illam pro ipſo. Quando quis poſtulauit quid à te quod habes, Eleemoſyna. non dicas corde dimittam hoc animæ meæ, vt requieſcam in ipſo. Et Deus habet vnde illi porrigat neceſſitates abunde. Iniquorum certa ſunt hæc & ignorantium Deum. Nam

A iuſtus homo & bonus ſuum honorem non dat alij, neque permittit gratiæ tempus inaniter præterire: pauper quidem & egenus homo procuratur à Deo, quia nullum Dominus derelinquit. Tu autem reliquiſti honorem tuum procuratum tibi à Deo, & repellens pauperem, ſuam à te gratiam elongaſti: cum autẽ dederis, gaude, & dic: Gloria tibi Deus, qui feciſti me dignum, vt aliquem inuenirem ad complacẽdum. Quod ſi non habes quod des, gaude potius, & dic referens grates Deo: Gratias tibi ago Deus meus, qui dediſti mihi hunc honorem, vt ſim pro nomine tuo pauper, & feciſti me dignum guſtare tribulationem poſitam in via mandatorum tuorum in infirmitate & paupertate, ſicut guſtauerunt ſancti qui per hanc viam ambulauerunt.

Contemplatio in ægritudine.

Cum infirmaueris, dic, beatius eſt his qui meruerunt à Domino tentari in his quibus vitam hæreditarie poſſidemus, infirmitates enim corporis adiuuat pro animæ ſanitate. Dixit quidã ſanctorum, & illud notatu, quod monachus qui non ſeruit Deo iuxta beneplacitum eius, nec ſtudioſe laborat pro ſalute animæ ſuæ, ſed erga virtutum acquiſitionem ſe continet negligenter, permittitur à Domino in tentationes incidere, ne per nimiã ocioſitatem ſuam ad deteriora B declinet. Ob hoc enim prouehit Deus tentationes ſuper pigros & negligentes, vt in ipſis, & non in vanitatibus meditentur. Facit hoc Deus diligentibus eum, vt caſtiget, & faciat ſapientes, & ipſos doceat ſuam voluntatem, quos, quando ad eum orant, citius non exaudit, quouſque confeſſi ſint, & ſciant pro certo, quod hoc ſibi pro ſua negligentia contigit. Scriptum eſt enim, *cum extenderitis ad me manus veſtras, auertam à vobis oculos meos. Et ſi multiplicaueritis orationes, non exaudiam.* Hoc licet pro alio ſit dictum, tamen pro his ſcriptum eſt, qui viam Domini dereliquerunt. Ex quo Deum miſericordem multum dicimus, quia inter precationem poſtulantes & pulſantes non exaudimur, hæc autem docemur à Propheta dicente: *Non enim breuis manus Domini ad erudiendum, neque grauis auditu ad audiendum, ſed peccata noſtra diuiſerunt nos ab illo, & iniquitates veſtræ, ne exaudiat, qui ſuam faciem auerterunt.* Eſto Dei memor in omni tempore, & cum incideris in mala, recordabitur ipſe tui. Natura tua facta eſt receptibilis vitiorum, etiam præſentis ſæculi tentationes multæ ſunt, nec longe ſunt à te mala, ſed C intra te ipſum & ſubtus te, & pedibus tuis oriuntur. De loco non exeas, in quo manes, & ab ipſis liberaberis cum Deus annuerit tibi. Sicut propinqua tibi ſunt ſupercilia, ita ſunt & hominibus tentationes propinquæ. Hoc autem diſpoſuit Dei ſapientia pro vtilitate tua, vt aſſidue oſtium ſuum pulſes, & timore tribulantium, in mente tua eius memoria inſeratur, & appropinques ei per interceſſiones, & ſanctificetur cor tuum per continuam memoriam, & te deprecantem exaudiat, & addiſcas quia Deus eſt qui te liberat, &

Duplex mundus.

ſenties creatorem tuum qui mundum duplicem pro te fecit, vnum tanquam doctorem, & caſtigatorem temporalem, alium tanquam paternam domum & hæreditatem tuam æternam, vnum in præſenti, alterum in futuro. Non fecit te Deus irreceptibilem triſtium, ne ad diuinitatem aſpirans, hæreditates, quod hæreditauit prius Lucifer, qui propter elationem Satanas poſtmodum eſt effectus. Similiter nec indeclinabilem, nec immobilem, ne fieres ſimilis inanimatorum: nam & fierent tibi bona ſine lucro & mercede, ſicut ſunt irrationabilibus naturales effectus. Quanta D vtilitas & gratiarum actio, & humilitas oriuntur de ſuperna inductione ſtimulorum, omnes fac le ſcire poſſunt. manifeſtum eſt quod nobis eſt ſtudere in bonis & declinare à malis, & ad nos honor & dedecus quæ habent ex his fieri, referuntur, pro dedecore verecundantes timemus, pro honore vero Deo gratias agimus & extendimur ad virtutes. Hac de cauſa permittit te Deus in contriſtationib. eſſe, ne aliquando declines exaſperans eum, & ſuperinductione pœnæ deſtruat te à facie ſua.

Mala ex proſperitate.

Prætermitto enim doctrinæ impietatem, & cæteras blaſphemias, quæ naſcuntur per proſperitatem & ſecuritatem. Quoniam prædicta doctrinę quis non præſumat? Hos magiſtros Deus tibi multiplicauit, ne ſi liber eſſes exers & non receptibilis contriſtantium ac ſupra timorem exiſtens, obliuiſceris Dominum Deum tuum, & declinares ab ipſo, & ad culturam multorum deorum recideres, ſicut multi, qui vtiq; tuæ conditionis conſimiles exiſtentes, & eiuſdem E contriſtabilibus non flagellati, in vno momento temporis pro breui potentia, non ſolum ad multorum deorum inciderunt culturam, ſed & ſeipſos vocari Deos inaniter præſumpſerunt. Hac igitur de cauſa per paſſiones & contriſtabilia multiplicauit Deus memoriam ſui in corde tuo, & timorem adiuui ſtatum excitauit te ad pulſandum oſtium ſuæ pietatis, & pro liberatione tua ab ipſis & occaſione eorum in te ſuam inſeruit charitatem. Charitatem autem inſerens honore vbi adoptionis appropinquauit, oſtenditque tibi abundantiam ſuæ gratiæ, quanta eſſet. Vnde ſciebas ô bone huiuſmodi diſpenſationem, & curam ſuam niſi tibi contraria contigiſſent? Nam ex his impoſſibile eſt animam tua doctrinam multiplicari per amplius charitatem, ſcilicet ex recordatione ſuorum chariſmatum, & ex recordatione multitudinis prouidentiæ ſuæ. Hęc omnia bona de contriſtabilibus tibi oriuntur, vt diſcas regratiari. Memento Dei, vt ſaluans te, recordetur & ipſe tui & omnem benedictionem largiatur. Ne obliuiſcaris eius elatus in vanitatibus, ne obliuiſcatur & ipſe tui tempore pugnæ tuæ. In abundantia tua obediens ſibi eſto, vt in tribulationibus F præcordialem habeas, & aſſiduam deprecationem cum ſecuritate apud eum. Mundate ipſum coram Deo, ſemper habens memoriam eius in corde tuo, ne moram protrahens extra memoriam eius ſine ſecuritate fias cum acceſſeris ad eum, quia ſecuritas apud Deum ex ipſius fit feruenti colloquio multaque oratione. Affectus qui fit erga homines & frequentatio, fit per corpus, & affectus ad Deum, fit per memoriam ſuam & ac ſupplicationem, & orationem, & holocauſtum. Ex multa enim recordationis ipſius aſſiduitate, quando ad ſtuporem & admirationem transfertur, lætatur cor quærentium Dominum. O condemnabiles & conformamini ſpe quærite faciem eius per pœnitentiam & ſanctificabimini ſanctificatione vultus eius, & à peccatis veſtris mundabimini. Currite ad Deum ô vos, qui eſtis rei peccatis, quia potens eſt dimittere peccata & poteſt delere delicta. Cum iureiurando ait per Prophetam dicens: *Viuo ego dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.* Et iterum: *Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem & rebellem. Et nunc, quare moriemini Domus* G *Iſrael; Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos,* Et iterum

Ezech. 33.

Ezechiel: *In quacunque die peccator conuerſus fuerit à via ſua praua ad Dominum, & fecerit iudicium & iuſtitiam, iniquitatum eius non recordabor, vita viuet dicit Dominus & iuſtus, ſi dereliquit iuſtitiam ſuam, & peccauit iniuſtitiam fecerit iuſtitiæ eius non recordabor, ſed ponam lubricum coram eo & in obſcuritate operum ſuorum morietur, perſeuerans in ea.* Qua de cauſa peccator non obligabitur peccato ſuo, quandocunq; conuertetur ad Dominum, & iuſtitia iuſti non liberabit eum, quacunque die peccauerit, dummodo permanſerit in peccato. Et Hieremiæ quoque ſic ait Deus: *Accipe in pergamenum & quæcunque dixero tibi, ſcribes eam huic populo, vt audiens & timens homo, derelinquat viam ſuam malam, ſed conuerſi pœniteant & tollantur peccata eorum.* Et Sapientia dixit; *Qui abſcondit peccatum ſuum inutilis erit; qui vero confitetur peccata ſua & tranſcendit ea, miſericordiam obtinebit à Deo.* Et Eſaias ait: *Quærite Dominum & inuenientes inuocate eum, & appropinquantes, derelinquat propriam viam peccator, & iniquus vir cogitationes ſuas, & conuertimini ad me & ego miſerebor veſtri.* Cum cuſtodieris vias Domini, & feceris voluntatem eius, tunc ſpera in eum, & adhuc clamante te, dicet tibi, ecce adſum. Sed ſuperueniente tentatione iniquus non habet confidentiam H inuocandi Deum, nec de propria ſalute ſperandi, quia in diebus quietis ſuæ elongatus eſt à voluntate ipſius. Priuſquam pugnare incipias, exquire compugnatores, & antequam infirmeris, require medicum, & priuſquam contingant tibi tribulationes, ora, & tempore triſtitiæ inuenies eum, & exaudiet te. Priuſquam labores, inuoca & ſupplica, & antequam votum emittas præpara promiſſa viatica, ſcilicet ab hoc mundo.

Gen. 8.

Arca Noe tempore pacis condita fuit, centum annis ante ligna eius parata erant, tempore vero iræ perierunt iniuſti, & iuſto protectio fuit facta. Os iniquum per orationem obſtruitur: nam redargutio conſcientiæ hominem facit formidoloſum. Cor bonum effundit lachrymas

A

chrymas cum gaudio in oratione: nam quibus mundus mortuus eſt, hi ſuſtinent aduerſitates gaudenter. Magiſtrorum eſt enim & potentum ſuſtinere labores mundi inter ſuos, & illorum, quibus mundus iſte mortuus eſt, & omnis conſolatio deſperatur. Et quibus non eſt mortuus, nequeunt iniurias ſuſtinere, ſed à vana gloria moti irataturbantur, ſeu etiam à triſtitia occupantur.

Patientia.

O quam difficile eſt, vt hæc acquiratur virtus, & quantam gloriam obtinet apud Deum, qui vult hanc virtutem acquirere, ſcilicet iniurias ſuſtinere, neceſſe habet ſe elongare à ſuis atque peregrinari, quia non poteſt ea acquirere in ſua patria commorando, ſicut appropinquant gratia humiliati, ſic & ſuperbiæ contriſtantes euentus. Oculi Domini ſuper humiles ad lætificandum eos, vultus etiam Domini contra ſuperbos ad humiliandum illos. Humilitas ſemper recipit à Deo miſericordiam. Duritie vero cordis, & mordacitate fidei terribiles obuiationes occurrunt. Paruipende teipſum in omnibus apud omnes homines & exaltaberis ſuper principes huius mundi, prætereuntes omnes inclinatione ad ſalutationem tuam, & honoraberis ſuper illos, qui offerunt munera, auri & ophyr:

B

Humilitas.

Vilipende teipſum & videbis gloriam Dei in temetipſo. Nam vbicunque humilitas naſcitur, ibi gloria oritur Dei. Si laboraueris manifeſte contenti ab omnibus, faciet te Deus gloriari. Quod ſi habes humilitatem in corde tuo, oſtendet tibi Deus gloriam in corde tuo. Eſto contentus in magnitudine tua, & non magnus in paruitate tua, ſtudeas deſpici & repleberis honore diuino. Non quæras honorari, cum interius ſis repletus illecebris, contemne honorem vt honoreris: ne diligas illum, vt dedecus non incurras. Qui currit poſt honorem, fugiet ab eo, & qui fugit illum, ſequetur ab ipſo, & de illius humilitate fiet omnibus hominibus prædicator. Si deſpicis teipſum, Deus te diuulgabit: ſi vero propter veritatem contempſeris teipſum, præcipiet Deus creaturis omnibus vt te laudent. Aperiet ante conſpectum tuum, oſtium gloriæ creationis tui, & commendabit te, quia ſecundum imaginem & ſimilitudinem eius exiſtentem hominem, quidem virtutibus fulgentem, hominibus vero contemptibilem apparentem, & vita ſplendentem, ſcientia quoq; præclarum, humilem vero Spiritu, quis vidit?

C

Beatus qui humiliat ſe in omnibus, quoniam exaltabitur. Nam qui propter Deum humiliat & paruipendet ſeipſum, glorificatur à Deo: & qui propter Deum eſurit & ſitit, Deus illum bonis ſuis inebriabit: & qui propter eum fit nudus, ſtolam incorruptionis & gloriæ inductur ab illo: & qui pauper efficitur propter eum, miris ipſius diuinis conſolabitur. Teipſum deſpice propter Deum, & multiplicabitur tibi gloria, te penitus ignorante. In tua vita teipſum reputa peccatorem, vt ſemper inſufficens. Fias idiota in ſapientia tua, nec apparere te facias ſapientem, idiota exiſtens, & timeto ſuperbiam, & magnificaberis. Fuge vanam gloriam & glorriaberis. Non eſt enim diſtributa filiis hominum vana gloria, neque nationi mulierum elatio.

Mulierum ſuperbia.

Si ſponte renunciaſti omnibus mundi rebus, ne velis aliquatenus cum aliquo litigare. Si vanam gloriam abominaris, fuge venantes eam. Fuge tam amatores rerum, quam acquiſitionem earum. Elonga teipſum à prodigis, ſicut à prodigalitate: fuge luxurioſos, ſicut à luxuria. Quia vbi ſimpliciter memoratio peccatorum conturbat mentem, quanto magis aſpectus & conuerſatio cum eiſdem. Appropinqua iuſtis & Deo per ipſos appropinquaberis.

Cum bonis conuerſandum.

D

Conuerſare cum habentibus humilitatem, & addiſce mores eorum; ſi enim aſpectus eorum eſt vtilis, quando magis doctrina oris eorum. Dilige pauperes, quia per ipſos miſericordiã obtinebis. Ne appropinques litigioſis, ne foras tranquillitatem compelles. Ne feras abominabiliter infirmorum dolores, quia & tu eumne indueris ſicut & ipſi. Ne exacerbes contriſtatos corde, ne ipſorum baculo flagelleris, & quæras, & non inuenias conſolantes. Ne irrideas mutilatos membris, quoniam ad mortem imus æqualiter vniuerſi. Dilige peccatores, ſed ipſorum tibi ſint opera inſidioſa, ne quoniam in iis, in quibus ipſi ſunt, tu tenearis. Memento, quoniam communionem habes cum terrena ſubſtantia, & benefac vniuerſis. & ne exacerbes egentes, & orationibus tuis & ſuauibus ſermonibus & conſolationibus ne priues illos ne pereant, & à teipſorum animæ requirantur. Sed imitare medicos, qui calidiores paſſiones medicinis frigidioribus, & contrariis medentur frigidiora.

E

Excita teipſum cum obliuiſceris proximo tuo, vt eum honores ſupra menſuram, oſculare etiam pedes eius & manus, & tene ipſas multoties cum multo honore, & ſuperpone ipſas ſuper oculos tuos, & commenda ipſum etiam in eo quod non habet. Cum vero receſſeris ab illo, de ipſo loquere omne bonum & quicquid eſt pretioſum. Per hæc & huiuſmodi trahes eum ad bonũ, & ita ſemen virtutis ſeminabis in ipſo. Ex tali autem conſuetudine formatur in te forma bona multam humilitatem acquires in teipſo, & magna obtinebis ſine labore. Quinimo ſi habet etiam defectus aliquos, honoratus à te, recipiet ſanitatem erubeſcens ex honore quem feciſti. Hic modus ſalutationis & honoris ſit tibi ſemper apud omnes; non exacerbes aliquem, neque turbes, neque inuideas alicui; ſed cuſtodi teipſum, nec aliquem in aliquo arguas, aut iudices, aut culpes, habemus enim in cœlis iudicem non acceptantem perſonas.

F

Quod ſi velis ipſum conuertere ad veritatem, contriſtare pro ipſo, & cum lachrymis loquere ipſi vnum verbum aut duo, nec accendaris furore contra eum, ne inimicitiæ videat in te ſignum. Nam charitas non nouit furere, aut exacerbare, aut abominari aliquem vitioſe. Signum charitatis & ſcientiæ eſt humilitas, quæ naſcitur ex conſcientia bona in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui eſt gloria & poteſtas cum Patre & Spiritu ſancto, & nunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

Appropinquare Deo, quomodo debeamus, &c. *Cap.* 14.

Quando aliquis in aliquam ruinam labitur peccati, ſignificatiuum eſt naturalis frigiditatis, quia conuenienter permiſit Deus naturam humanam receptibilem eſſe vitiorum: non enim prouidit conſtituere ipſam ſuper illa, ante regenerationem futuram. Ipſam autem eſſe receptibilem vitiorum, vtile eſt ad conſcientiæ pungimenta: ſed perſeuerantia in eiſdem, imprudens eſt & turpis. Tres modi ſunt, per quos omnis anima rationalis Deo poteſt appropinquare: Vel per feruorem Dei, vel timorem, vel Domini diſciplinam. Nullus enim poteſt appropinquare charitati Dei, niſi præceſſerit vnus ex his tribus modis: ſicut enim ab ingluuie ventris naſcitur turbatio cogitationum, ita & à multiloquio, & immoderantia locutionum, ignorantia & mentis exceſſus:

G

temporalium rerum ſollicitudo turbat animam, & fermentatio quæ fit ex ipſis, mentem corrumpit. & exenit à quiete.

Temporalium ſolicitudo.

Decet enim religioſum, qui ſe tradidit operationi cœleſti quotidie, extra omnem ſolicitudinem temporaliũ ſemper eſſe, vt factus in ſemetipſo, nihil penitus in ſe inueniat de hoc mundo, ab huiuſmodi enim ſanctus in otio irreuocabiliter in lege Domini, die ac nocte poterit meditari.

Pſal. 1.

Corporalis labor ſine mentis mũditia eſt, ſicut ſterilis matrix & vbera ſicca, quia ſcientiæ Dei appropinquare nõ poteſt: laborioſum quidé facit corpus, ſed nihil acquirit. Sicut qui ſeminat ſuper ſpinas, nihil metere poteſt, ita qui ſe odio & cupiditate deſtruit, non poteſt aliquid adipiſci, ſed ea multis vigiliis & occupatione rerum infirmatur in loco ſuo. Et hoc teſtatur Scriptura quæ dicit, ſicut populus operans iuſtitiam, & nullum mandatum Domini negligens, veritatem & iuſtitiam quærunt à me, & nolunt mihi appropinquare dicentes: Quare ieiunauimus & non vidiſti, & nos humiliauimus & non nouiſti? *Iſa.* 58. In diebus enim ieiuniorum veſtrorum facitis voluntates veſtras, & tanquam idolis ſacrificia offerentes malignas operationes animæ,

H

& cogitationes prauas, quas ſicut Deos reputaſtis, vobis & corda veſtrum omnium precioſiora thymiamate immolantes eiſdem: quæ vos oportebat offerre mihi per bonam operationem, & ſinceram conſcientiam veſtram.

Gula.

Sicut nubes operiunt lumen Lunæ, ita & vapores ventris in anima ſapientiam Dei. Sicut eſt flamma ignis in ſiccis lignis; ita eſt in ventre repleto. Sicut auget pinguis materia flammam ignis, ita & diuerſitas ciborum corporis motum. In corpore luxurioſo ſcientia Dei non habitat. Qui diligit corpus ſuum, Dei gratiam non acquiret.

Amor corporis.

Sicut ex doloribus partus, fructus oritur lætificans patientem, ita ex labore naſcitur in anima ſecretorum Dei ſcientia. Sicut pater curam gerit filij ſui, ita Deus curam gerit corporis, quod pro ipſo affligitur, iuxta illud: Pre-

cioſiſſima

A ciofiſſima eſt corporis acquiſitio, quæ cum ſapientia exercetur.

Quomodo homo ſit peregrinus & Monachus. Cap. 15.

Peregrinus eſt, qui mente factus extra ſæcularia vniuerſa: lugens eſt, qui in fame & ſiti vitam ducit omnibus diebus vitæ ſuæ propter ſpem futurorum bonorum. Diuitiæ religioſi ſunt, conſolatio quæ fit ex luctu & lætitia quæ fit ex fide quæ in cubilibus ſplendent, Monachus eſt, qui ſedet extra ſæculum, & ſemper ſupplicat Deo, vt adipiſcatur futura bona. Miſericors eſt, qui dat omnibus, & in mente aliquem ab aliquo non diſcernit. Virgo eſt, qui non cuſtodiuit corpus ſuum à pollutione tantum, ſed is, qui quando ſolitarius eſt verecundatur in ſemetipſo. Si diligis caſtitatem, turpes cogitationes per meditationem lectionis & attentam orationem expelle, & tunc armaberis contra cauſas naturæ, quia ſine his impoſſibile eſt munditiam in anima inueniri. Si vis inuenire gratiam vel miſericordiam poſſidere, prius aſſueſce teipſum contemnere omnia, ne mens ipſorum pondere diſſoluatur, & extra terminos ſuos fiat. Nam certificatio miſericordiæ in iniuriarum patientia demonſtratur. Humilitatis perfectio eſt accuſationis flagella cum gaudio ſuſtinere.

Miſericordia. Humilitas. B

Si in veritate miſericors es, cum auferuntur tibi iniuſte tua, ne contriſteris interius, nec exterius damnum recites, ſed diluatur potius iactura iniuriantium à miſericordia tua, ſicut vini auſteritas per abundantiam aquæ; oſtende cuique multitudinem miſericordiæ tuæ in bonis, quæ tribuis iniuriatoribus tuis, & ſicut B. Heliſæus fecit inimicis ſuis ipſum volentibus captiuare: nam quando orauit & excæcauit eos caligine, virtutem quæ erat in ſe, oſtendit. Et cum cibum & potum dedit eis, & eos abire dimiſit, miſericordiam Domini monſtrauit.

De perfectione humilitatis. Cap. 16.

Qui in veritate humilis eſt, patiendo iniuriam non turbatur, nec excuſat ſe ſuper re in qua iniuriam eſt perpeſſus, ſed recipit accuſationem, vt virtutem; nec ſollicitus eſt ſuggerere hominibus quod ſit accuſatus, ſed veniam petit. Quidam enim infamiam luxuriæ ſponte attraxerunt ſibi, cum tales non eſſent: adulterij, alij longe exiſtentes ab eo, ſuſtinuerunt, & ſemetipſos lachrymando pœna peccati quod non fecerant, honorabant, & indulgentiam de iniquitate quam non perpetrauerunt, cum lachrymis ab iniuriantibus expetebant, omni puritate & munditia exiſtentes in anima coronati. Alij quoq; ne glorificarentur in virtuoſa conuerſatione ſua quæ occulta erat in ipſis, ſe inſanos oſtendebant cum eſſent diuino ſale conditi & tranquillitate formati, vtpote qui ex conuerſatione ſua ſumma ſanctos Angelos operationum ſuarum prædicatores habebant. Tu enim humilitatem putas habere, ſed non poteris accuſari. Si ergo ſcire volueris, vtrum ſis humilis, proba teipſum in ſupradictis.

C

De manſionibus æternitatis. Cap 17. Ioan. 14.

Multas manſiones Patris ſui Saluator vocat menſuras mentium in illa commorantium regione, videlicet diſcretiones & diuerſitates, quibus in animo perfruuntur. Non enim doctrina locorum, ſed ordine chariſmatum multas fore manſiones expreſſit: ſicut quilibet materiali Sole iuxta ſinceritatem virtutis viſus & gratia fruitur, & ſicut vna lucerna in vna domo lucente, fit cuilibet lux diuerſa in ſplendores plurimos lumine indiuiſo, ita in futuro ſæculo iuſti omnes indiuiſi in vna regione morabuntur; quilibet autem ab vno intelligibili Sole illuſtrabitur, ſecundum menſuram ſuam, & pro meritis valet gaudium, & lætitiam, tanquam ab vno aere eris & loco & cathedra, & aſpectu & forma: nec inuidebit quis menſuris plus habentis vel minus, nec videndo gratiam ſuperabundantem amici ſui propriumque defectum, fiet ſibi turbationis & triſtitiæ cauſa, quod abſit, vbi non eſt triſtitia, neque gemitus. Quinimo quilibet ſecundum conceſſam ſibi gratiam, iuxta menſuram interius delectatur. Vna eſt enim, viſio omnibus exterius & lætitia vera. Et ab iſtis duobus ordinibus alius ordo medius non eſt, videlicet vnus ſuperior, alius inferior. In medio autem iſtorum veritas differens retributionum exiſtit. Quod ſi verum eſt, ſicut verum eſt, quid inſipientius & amentius illis qui dicunt, ſufficit mihi vitare gehennam, ſi non intrauero in regnum, non curo; Nam euitare gehennam, nihil aliud eſt, quam intrare regnum, ſicut & à regno excidere, eſt intrare gehennam.

D

E Matth. 25.

Non enim docuit nos Scriptura tres regiones, ſed quod cum *venerit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, oues quidem à dextris, hœdos autem ſtatuet à ſiniſtris*: nec dixit tres ordines, *ſed vnum à dextris & alium à ſiniſtris*, & diſtinxit terminos eorum, & tabernacula dicens: *Ibunt iſti in æternum ſupplicium*, ſcilicet peccatores: *Iuſti autem in vitam æternam, qui fulgebunt ſicut Sol*. Et iterum: *venient ab Oriente & Occidente & recumbent cum Abraham in regno cælorum. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium*, qui horribilior eſt omni igne. Quid ergo non intellexiſti, quod contrarium ſuperioris ordinis eſt ipſa gehenna, quæ cruciat: bonum eſt igitur inſtruere homines ad bonum, & trahere ipſos ad commorandum ſub diſpenſatione diuina, & ab errore ad veritatis agnitionem tráſferre: Hic enim fuit Chriſti & Apoſtolorũ ordo, & eſt valde ſublimis. Si vero ſe ſentit homo ex huiuſmodi continentia & aſſidua communicatione, quod in viſione rerum ſua continentia infirmetur & turbetur eius tranquillitas, & ſcientia obſcuretur, pro eo quod mens ſua eget adhuc cuſtodia & ſenſuum ſubiectione, & dum velit alios curare, ſuam deſtruit ſanitatem, & exit à libertate propriæ voluntatis ad mentis turbationem:

F

1. Cor. 3. Heb. 5. Luc. 4.

Iſte recordetur Apoſtolici verbi, *eſſe cibum ſolidum perfectorum*, & reuertetur retro, ne audiat tanquam in prouerbio: Medice cura teipſum. Contemnat quoque ſeipſum: conſeruet propriam ſanitatem, & tam pro ſenſibilibus verbis ſuis quam vocibus ſuis, miniſtret & doceat conuerſatione bona. Cumque animam ſuam in ſanitate ſenſerit, tunc etiam profit aliis, & de aliis curam gerat. Nam cum infirmus inuentus fuerit ab hominibus, elongatus poterit eis benefacere potius in cœlo bonorum operum quam in verbis, dum & ipſe infirmus ſit & egeat ſanitate plus eis. *Cæcus enim, ſi cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt*. Illi enim, qui ſanas habent ſenſualitates, & exercitati ſunt, qui etiam poſſunt ſumere omnem cibum, videlicet inſultus omnium ſenſuum, nec ab omnibus, quæ ſibi occurrunt læſionem incurrunt cordis, propter exercitationem perfectionis, prædicent & fructificent in humilitate. *Oculi Domini ſuper humiles corde, & aures eius ad preces eorum*.

Luc. 6.

Pſal. 33. G

Quando diabolus vult mentem Religioſorum contaminare, immemor fornicationis, prius in amore vanæ gloriæ probat mentem ipſorum, quis initium huius cogitationis eſſe vitium non putatur: Ita enim facere conſueuit cuſtodientibus mentem ſuam, in quibus non poteſt ſeminare cogitationes iniquas, & poſtquam eduxerit eos annunciatione ſua, & cœperint cum cogitatione priſtina diſputare, & elongauerit eos, ſtatim inde occurrit ei in forma fornicationis, & ſubuertit mentem in rebus luxuriæ. Et primo quidem turbantur in ſubito eorum incurſu propter præcedentem caſtitatem cogitationum, quæ occurrerat rebus à quibus mens fuerat ſeparata. Et quamuis non contaminantur omnino, à propria tamen dignitate deiicit ipſos. Si vero mens conuerſa fuerit retrorſum, & conculcauerit primum cogitationum inſultum, quæ eſt cauſa ſuperdictionis ſeruiendi, tunc de facili poterit vitium ſuperari. Melius eſt enim per virtutum memoriam, quam per impugnationem ſubripere vitia, quoniam cum vitia à ſua regione recedunt, & mouentur per pugnam, tunc menti imagines imprimunt atque formas potentium, namque magnam hic pugnam poſſidet contra mentem, cogitationes vehementer conturbans & tumultum excitans. Sed ſecundum primam determinationem quam diximus, veſtigia cunctorum vitiorum nec apparent in mente poſt expulſionem.

H

Mentis Munditia.

Corporalis labor & Diuinarum meditatio ſcripturarum conſeruant munditiam, laborem vero corroborat vt ſpes & timor. Spem & timorem in mente cõſtituunt, elongatio ab omnibus, & Oratio continuata. Quodiſque recipiat homo Paracletum, eget diuinis Scripturis, vt in mente ſua bonorum memoria informetur, & ex continua lectione innouetur in ipſo motus in bono, & cuſtodiat animam ſuam, & ab omni ſubtilitate peccati, quia nondum acquiſiuit virtutem Spiritus, quæ prolongat errorem captiuantem vtiles animæ recordationes & appropinquantem frigiditate mentis, quæ fit in conſperſione ipſius. Nam quando virtus Spiritus ſuperuenit virtuti animæ, quæ operatur per ipſum, tunc pro lege

A Scripturarum mandata ſpiritus adducuntur, & à ſenſuali materia auxilio nullo eget. Quamdiu enim cor animalibus inſtruitur, doctrinam nimirum error & obliuio comitantur: cum vero doctrina Spiritus adeſt, tunc memoria cuſtoditur illæſa. Sunt cogitationes bonæ atque malæ, ſimiliter & voluntates. Primus ordo ſcilicet cogitationum, eſt motus tranſiens in mente, ſicut ventus qui ſurgit in mari, & in vndam ſe extollit. Secundus ſcilicet voluntatum ordo eſt quaſi pauimentum & fundamentum, & ſecundum pauimentum termini non iuxta cogitationum motus fit boni retributio atque mali. Anima ex motu cogitationum conuertibilium non quieſcit, ſi vero vnicuique illarum mutationum dedecus inſeueris in cordis fundamento non exiſtente tui, es tu ad alteram dum quotidie aduerſus tua mala atque bona.

Labor in oratione. Auis impennata eſt mens educta noviter à connexione vitiorum per pœnitentiam, & in tempore orationis laborans extolli à terrenis rebus, & nequiens: ſed adhuc ſerpēs ſuper terræ faciem, & adhuc volare non potens. Verumtamen colligit cogitationes ſuas in lectione, & operatione, & timore, & cura veritatis. Nam præter hæc aliquid

B ſcire non poteſt, & hæc quoque conſeruant mentem impollutam ad breue tempus: poſtea vero veniunt recordationes, & conturbant & contaminant cor, quia nondum perſentit tranquillum aerem libertatis, ad quem per obliuionem rerum poſt longum tempus colligit mētem, quoniam adhuc alas habet corporeas, id eſt virtutes quæ manifeſte operantur. Nam contemplationis virtutes nōdum inſpexit, nec ipſas ſentire promeruit, quæ ſunt alæ mentis, quibus elongatur à terrenis & cœleſtibus appropinquatur. Quamdiu ſenſibilibus rebus miniſtrauerit quis Domino, in figuris diuina conſiderat, & formæ rerum ipſarum in ſuis cogitationibus informantur: cum vero per interiora fiunt, tunc iuxta menſuram ſenſualitatis ſuæ,

Anima ſatiata ſignis. mens erit ad tempus ſublimior formis rerum. Quando anima tua appropinquauerit vt exeas à tenebris, hæc tibi ſint pro ſignis: æſtuat cor tuum & caleſit, ſicut ignis die ac nocte, ita vt totum mundum reputes tanquam ſtercora & cinerem, nec cibum appetas præ dulcedine mirabilium

C & feruentium cogitationum, quæ ſemper mouentur in anima tua, & datur tibi fons ſubito lachrymarum. Sicut torrens montium abſque violentia, quæ omnibus operibus tuis commiſcentur. Cum autem hæc in anima tua videris, confortare, quia mare transfretaſti, & ſic adiicias operibus tuis, & tene bene cuſtodiam, vt multiplicetur in te gratia de die in diem, quouſque hic obiuraueris. Nondum enim perfeciſti viam tuam, niſi pertingas ad opus

Gratia lachrymarū. Dei. Quod ſi poſtquam veneris & acceperis gratiam lachrymarum, ceſſauerint lachrymæ, & calor tuus frigefactus fuerit ſine alteratione alterius rei, ſcilicet infirmitate corporis, ne tibi quid, quoniam in elationem aut negligentiam perueniſti. Si opera non habes, de virtutibus non loquatis. Pretioſæ in conſpectu Domini tribulationes, quæ ſunt pro ipſo & propter ipſum, & ſuper omnem orationem & ſacrificium & odorem, & ſudor ipſarum ſuper omnia aromata.

Quamlibet virtutem, ſine labore corporis factam, reputa ſicut abortiuum exanime. Oblatio iuſtorum, lachrymæ oculorum ſuorum, & ſacrificium acceptabile, gemi-

D tus eorum in vigiliis. Oratio humilis tanquam ab ore ad aures Dei. Domine Deus meus, tu illumina tenebras meas in tempore tranquillitatis tuæ. Clama in operibus bonis humiliaris: Clamabunt ad Dominum iuſti, corporis pondere anguſtiati, & in dolore preces ad Deum emittent, in clamore vocis ſuæ ſancti ordines ad auxilium accedent, vt

Angeli. cōfortent eos & in ſpe conſolentur. Communicant Angeli

* *Recte iſtud accipito, certum eſt viros perfectos interdum in exercitio virtutum, quarum habitus alte defixos conſeruant, ſumma cum animi tum corporis voluptate affici. At nec illud minus exploratum actiones virtutum frequentes corpus extenuare, atterere, frangere, conſumere, & plerumque cum maximo corporis labore & niſu perfici, præſertim cum corpus domandum, & retundenda eius effrenis ſuperbia.*

ſancti in paſſionibus & tribulationibus propter propinquitatem ſuam. Bona operatio & humilitas, hominem Deum faciunt ſuper terram. Fides vero & miſericordia cito faciunt ad munditiam tranſmeare. Calorem & contritionem in vna anima fieri impoſſibile eſt, ſicut in vno homine ebrietatem & modeſtiam cognitionum; cum animæ datur hic calor, aufertur ab eo contritio & luctus. Vinumque ad hilaritatem. Sed calor ad animæ lætitiam, exhibet ibi illud, calefacit corpus. Sed verbum Dei ad futurum ſæculum mentes. Sicut illi qui inebriantur vino, figuras & formas alteratas imaginantur, ſic & illi qui inebriantur ſpe & caleſiunt, nec tribulationem percipiunt, nec aliquid ſæculare. Hæc autem contingunt ſimplicioribus corde & feruentioribus ſpe & alia ſimilia poſt aſſiduam operationem & munditiam, quæ omnia præparata ſunt illis qui ambulant in ſemita mandatorum Dei, hic vtique guſtat in principio viæ Dei propter fidem animæ ſuæ. Omnia enim quæcunque vult Deus facit. Beati qui præcinxerunt lumbos ſuos ad mare tribulationum, in ſimplicitate, inſcrutabili modo propter amorem Dei; nec dederunt terga, quoniam ad ſalutis portum quam citius dirigētur, & quieſcent in tabernaculis eorum qui bene laborauerunt, & conſolabuntur à tribulationibus ſuis, & exultabunt in lætitia cordis ſui, qui ſpe currunt, propter aſperitatem viæ non reuertuntur, nec expectant ad inquirendum de hac aſperitate, ſed per hoc mare tranſeuntes & aſperitatem videntes, Deo gratias offerunt, quoniam liberauit eos de anguſtiis & rupibus & huiuſmodi aſperitatibus neſcientibus ipſis. Illi vero qui multas cogitationes in mente reuoluunt volentes nimium eſſe ſapientes, quia exponunt ſe cogitationum ſubuerſionibus, præparant ſe pigritiæ: & præuidere volentes viam nocumenti, plures eorum ante portas domorum ſuarum ſemper ſedentes inueniunt quaſi dicentes, vt piger tranſmiſſus ad viam, dicit: *leo eſt in via & homicida in plateis*: & iuxta illos dicentes: *filios Gigantum vidimus, & eramus eis ſicut locuſtæ.* Prou. 22. Num. 13.

E

F

Hi ſunt qui in tempore ſui in via, qui ſemper volunt eſſe ſapientes. Sed ponere principium omnino non valent. Idiota vero tranſnatat in primo calore, de corpore nullatenus curam gerens, nec cogitans in ſemetipſo, vtrum lucretur aliquid nec ne de ſua negotiatione. Non fiat tibi multitudo ſapientiæ lubricum animæ & laqueus ante faciem tuam: ſed in Deo confiſus, viriliter pone initium incedendi per viam quæ ſaginæ plena eſt. *Ne ſemper videaris egenus & nudus à ſcientia Dei, timidus enim & qui ventos præſtolatur non ſeminabit*: melior eſt enim mors pro Deo, quam vitæ tum verecundia & pigritia. Cum volueris incipere opus Dei, prius conde teſtamentum, tanquam non habeas viuere in hac vita: & ſicut ille qui ſe parauit ad mortem deſperans de vita ſua, donec perueniat ad tempus termini ſui. Et hæc habeas in mente tua, & caueas ne impediaris ſpe pœnitentis vitæ ad pugnandum & vincendum. Nam ſpes huius vitæ relaxat mentem, propter quod nihil excogites omnino, ſed fidei da locum in mente tua. & hoc memorare dierum qui erunt poſt mortem tuam, & nūquam laxatio veniet tibi iuxta ſapientem, qui dicit, quod *mille anni huius ſæculi non ſunt ſicut dies vnus in ſæculo iuſtorum.* Malac. 3.

G

Eccleſ. 11.

In fortitudine tua incipe omnem bonam operationem, nec in duplicitate animi accedas ad eam, nec hæſites in corde tuo ſuper ſpe; ne labor tuus fiat inutilis, & oneroſa oratio laboris tui, ſed crede in corde tuo, quod miſericors eſt Dominus, & exquirentibus eum dat gratiam, non ſecundum operationem noſtram, ſed ſecundum multitudinem & fidem animarum noſtrarum. Ait enim, *fiat tibi, ſicut credidiſti.* Diuerſitates operationum ſunt. Quidam enim pertulit virtutem capitis ſui pro collectis horarum tota die taliter agens. Alius genuflexionibus laborans, & ſic permanens colligit numerum orationum ſuarum. Alius multitudine lachrymarum ſupplet locum collectarum ſuarum, & contentus eſt eis. Alius ſollicitus in meditatione intentionis ſuæ, & colligit regulam iniunctam. Alius cruciat animam ſuam in fame, ita vt etiam nequeat complere collectas. Alius in feruenti cogitatione pſalmorum permanens continuam collectam facit ipſam. Alius ſtudet lectioni, & calefit cor eius. Alius abripitur diuinos cōſiderans in- Matth. 8.

H

relléctus

A tellectus. Alius ſtupefactus ex admiratione ſuâ à ſilentio præpeditur à conſueta meditatione detentus. Alius guſtans ex his omnibus & ſaturatus, conuerſus eſt retrorſum, & remanſit inanis. Alius modicum ex his guſtans tumefactus errauit. Alius multa infirmitate, & debilitate ſua impeditus eſt conſeruare regulam ſuam. Et alius conſuetudine alicuius concupiſcentiæ occupatus, vel ambitionis vel vanæ gloriæ, vel cogitationis errans ruit. Alius corruit & ſurrexit, nec conuertit terga ſua, donec accepit pretioſiſſimam margaritam; cum gaudio & promptitudine ſemper incipe opus Dei, & ſi mundatus fueris à vitiis & hæſitatione cordis, ipſe Deus aſcendere te faciet ad virtutum ſummitatem & auxiliabitur tibi, & prudentiorem te faciet, & ſecundum voluntatem ſuam mirabiliter ad perfectionem attinges. Cui ſit gloria & potentia in ſecula ſeculorum, amen.

Quid impediat cor, ne ad mala ruat.

Quo vinculo tenetur cor, ne diſcurrat ad mala? R. ſapientiam ſequi ſemper & doctrinæ in vita ſtudere. Aliud enim vinculum effrenationi mentis fortius non reſiſtit. *Quæſt.* Vſque quo eſt terminus itineris ſapientiam inſequentis, & in quo finitur, doctrina eius? R. Ita eſt impoſſi-

B bile inuenire terminum iſtum, quod etiam ſancti, quoad profectionem eius patiuntur defectum, contermini etiam ſapientiæ, quia vſque adeo ſublimatur, donec inſecutorem ſuum vniat, Deo, & hoc eſt ſignum quod eius conſideratio eſt ſine fine, quia ſapientia eſt ipſe Deus. Q. Quæ eſt prima ſemita & initium eorum, quæ nos faciunt appropinquare ſapientiæ? R. Quod quis totis viribus inſequatur ſapientiam, & inſequendo tota mente ſuſtinet, vt etiam, cum expedierit, exuat ipſam vitam, & proiiciat à ſe, nec fiat, negligens propter amorem ſui. Q. Quis eſt ille, qui digne nominatur intelligens? R. Qui vere intellexit quid ſit terminus huius vitæ, idem enim potens eſt ponere terminum delictis ſuis. Quæ namq; ſcientia, quiſve intellectus eſt maior iſto, videlicet, vt excogitet quis, qualiter exire poſſit de hac vita, cum incorruptione non habet membrorum aliquod concupiſcentiæ fœtore infectum, vel animæ maculam ab ipſius dulcedine ſordeſcentem. Homo enim, qui acuit intellectus ſuos vt ingrediatur ad ſecreta omnium naturarum, & ditatus in adinuentione & conſideratione, in omni ſcientia, & a-

C nima eius exiſtit ſordibus peccati polluta, nec acquiſiuit teſtimonium in ſpe animæ ſuæ, ſed putat bene ad portum confidentiæ peruenire, inſipientiorem eo mundus non habet. Nam neque ad ſpem huiuſmodi adducunt eum opera ſua, propter indeficientem curſum ſuum.

Sapientiæ nullus finis.

Vera fortitudo.

Q. Quis eſt fortis in veritate? R. Qui proſperatur in tribulationibus temporalibus, in quibus abſcondita eſt gloria victoriæ ſuæ: nec deſiderat delectationem, in qua abſcondita eſt vita confuſionis, quæ calicem luctus propinat ſemper inuenientibus eam. Q. Si læditur in itinere quo itur ad Deum, ſi quis declinat à bonorum operum ſtudio propter tentationes? R. Non decet aliquem appropinquare Chriſto ſine tribulatione: nec ſine ipſa conſeruatur iuſtitia cuiuſquam inalterata, & ſi quis exigit opera quæ augent ipſam, recedit ab ea, nec conſeruant eam: ſed inuenitur ſicut theſaurus incuſtoditus, & tanquam athleta armis ſuis expoliatus, quando circundat eum acies inimicorum ſuorum, & ſicut nauis non habens apparatum ſuum. Et tanquam pomarium irrigationis fonte priuatum. Q. Quis eſt illuminatus in intellectibus ſuis? R. Quicunque peruenit ad ama-

D ritudinem quæ eſt abſconſa in dulcedine mundi, & continet os ſuum, nec de calice hoc guſtat, & ſemper ſcrutatur de ſalute animæ ſuæ, nec ceſſat à curſu ſuo donec diſſoluatur à mundo iſto, claudit quoque oſtia ſenſuum ſuorum, ne ſubintret vnquam in ipſo concupiſcentia huius mundi, & ſubripiat occulto theſauros eius.

Mundus meretrici ſimilis.

Q. Quid eſt mundus, & quomodo cognoſcimus eum, & in quo lædit diligentes ſe? R. Mundus eſt meretrix, quæ deſiderio pulchritudinis ſuæ ad concupiſcentiam trahit videntes eam: qui autem particulariter eius amore deceptus ipſum fuerit amplexatus, à manibus eius non poteſt euadere, donec ſpoliet eum vita ſua: & cum expoliauerit omnibus, eiiciet eum à domo ſua, & in die obitus ſui homo cognoſcit eum. Quando vero laborat quis exire de mondo iſto, quandiu abſconſus eſt in ipſo, non poteſt videre connexiones eius, & ſic non ſolum condiſcipulos ſuos & filios, & illos qui colligantur, in ipſo detinet mundo: ſed etiam illos qui proprium non habent, ſcilicet, religioſos, qui eius vincula diſrumpunt, ſi in vnum facti erant ſupra eum, iam incipit quibuſdam modis in operibus ſuis venari, necnon etiam conculcare.

E Q. Quid faciemus corpori, quando circumdat id dolor & grauitas, quia conlaxatur cum eo voluntas prioris fortitudinis deſiderio boni? R. Hoc fit multoties, pro eo, quod medietas eorum exiuit poſt Deum, & reliqua medietas remanſit in mundo, & corda eorum non ſunt, ab his quæ ſunt hic, ſeparata ſed diuiſa ſunt tua, & quandoque reſpiciunt ante, retro vero quandoque. Et ſicut ego puto, illos, qui taliter ſunt diuiſi & appropinquant Deo, monet Scriptura, dicens: *Ne accedas ad Deum in duplicitate cordis, ſed ad illum accede, ſicut qui ſeminat & metit.* Eccl. 1. Et Dominus, illis qui abrenunciant imperfecte, & ſunt diuiſi, & redeunt mente retrorſum occaſione timoris tribulationem, ſcies, quod nondum à ſe carnis deſiderium abiecerunt, cum abscere illud voluit à mentibus eorundem, dixit eis verbum determinatum. *Quicunque vult poſt me venire, prius abneget ſemetipſum*, Matth. 16. vt ſicut ille qui paratus eſt aſcendere crucem, aſſumit

F in mente ſua mortis intentionem ac ſic egredietur, velut homo non cogitans habere partem iterum in hac vita. Ita facere debet, qui perficere vult prædicta. Nam crux eſt ad omnem tribulationem parata voluntas. Item cum Dominus dicere voluit, quare hoc eſſet, dixit: *Qui vult viuere in hoc mundo, perdet ſemetipſum à vera vita. Qui vero perdet ſemetipſum propter me, hic, illic inueniet ſemetipſum.* Id eſt, qui tranſit per viam crucis, & ponit greſſus ſuos in ipſa, & habet iterum ſolicitudinem in hac vita, perdit ſeipſum à ſpe, pro qua vt ſuſtineret, exiuit, quia huiuſmodi ſolicitudo non permittit eum appropinquare tribulationibus, quæ ſuſtinentur pro Deo; ſed propter moram quam trahit in eadem, trahit ipſum ſolicitudo modicum, & educit eum à certamine vitæ beatitudinis. Et augetur in ipſo in totum hæc cogitatio, vt ſuperet eam. Et: Qui perdit animam ſuam propter me in mente ſua, ac propter dilectionem meam: hic in vitam æternam illæſus & innocens cuſtoditur. Hic enim qui perdit animam ſuam propter me,

G inueniet eam deinceps. Ergo præpara animam tuam ad exterminationem ex hac vita totalem, & ſicut repromiſi, dabo tibi vitam æternam, & in hac quoque vita, pro opere tuo, repromiſſionem meam & certitudinem futurorum bonorum oſtendam: tunc enim inuenies æternam, cum neglexeris iſtam. Cumque interius intraueris in huiuſmodi præparationem, tunc contemnentur in oculis tuis omnia quæ laborioſi & tribulantia reputantur. Nam cum mens ita fuerit præparata, non habet certamen neque tribulationem in tempore periculi mortis. Propter quod, pro certo, niſi habuerit homo odio vitam ſuam in hoc mundo, propter affectionem futuræ vitæ, tribulationes non poterit ſuſtinere. Q. Quomodo reſecat homo primam conſuetudinem, & aſſueſcit ſe ipſum in vita, religioni & egeſtati? R. Corpus viuere ſine neceſſariis non acquieſcit: ſed in quantum poſſibile eſt, mens ſeipſam à voluptatibus & laxatione, quamdiu ab his, quæ laxationem operantur, longe conſiſtat. Nam quando Matth. 16. videt materias rerum voluptatis, excitatur in ea, concupiſcentia cum feruore, propter quod Saluator ſequenti eum, ſpoliari mandauit & exire de mundo, quia oportet hominem laxationis cauſas abiicere à ſeipſo, & ſic appropinquare labori. Matth. 4. Et ipſe quoque Dominus, quando inci-

H pit pugnare cum diabolo, ipſum in deſerto ſicciſſimo expugnauit. Et Paulus etiam admonet tollentes crucem Chriſti, exire de ciuitate, dicens: *Egrediamur cum eo & aſſumamus opprobrium eius.* Hebr. 13. Quia Chriſtus extra ciuitatem paſſus eſt, per ſegregationem mundi, & eorum quæ ſua ſunt. Cito quis tradit obliuioni primam conſuetudinem ſuam, nec laboret in his tempore multo? Pro iniquitate vero mundi & rerum eius, mens à fortitudine ſua quantocius relaxatur. Expedit namque monacho, quod in hoc certamine viuat, vt ſit in neceſſitate & inopia ſtatus cellæ monachi, & vt ſit cella eius vacua, & ab omnibus ocioſa, quæ deſiderium quietis mouent in ipſo. Quum cauſæ relaxationis longe ſunt ab homine, non

pericli-

A

periclitatur in duplici prælio; interiori & exteriori. Nam quando homo eſt egens neceſſaria vtilitate tabernaculi ſui, tunc & vtilitas eius fit contemptibilis, nec in tempore neceſſitatis cum deſiderio videt cibum, & modico quodam facit corpus eſſe contentum, & illud etiam tanquam contemptibile videt, nec propter delectationem cibi comedit, ſed vt naturam tantum ſuſtentet ac confortet. Occaſiones

Monaſtica ſolitudo.

enim huius vitæ cito transformant hominem ad religioné ſine tribulatione ac triſtitia mẽtis, expedit autem monacho nullatenus commiſceri impugnantibus eum. Sed ab eorundem aſpectibus abſtinere, & elongare ſe à propinquitate eorundem, & hoc dico non ſolum pro ventre, ſed etiam pro omnibus in quibus examinatur & probatur libertas monachorum. Quando homo accedit Deum, fœdus init cum Deo de his omnibus abſtinere, quę ſunt hic: Non videre faciem mulieris, nec reſpicere formoſarum aſpectus, nec cõcupiſcere quicquam, vel epulari, vel ornatum in veſtibus: non videre nec reſpicere hominum ſæcularium dignitates, eorum verba nunquam audire, nec ea quæ ſunt de eis.

B

Vitiorum fomenta.

Quia multas vires acquirunt vitia de propinquitate ipſorum laxantium alterantium athletæ ſapientiam & propoſitum eius. Et ſi aſpectus bonorum mouet arbitrium zelum habentis, vt inclinetur ad operationem eorum, manifeſtum eſt, quod aſpectus contrariorum potentiam habet captiuandi animum ad ſeipſum. Et interdum plus fiat ſolitario ad infrenationem cum prælium inducit eum. Et ideo quidam de certatoribus ſenibus religioſis videns quendam imberbem ſimilem mulieribus, reputauit hoc nociuum menti ſuæ, atque damnoſum in pugna ſua. Quis enim poterit ſeſe ingerere in aliis confidenter, poſtquam ſanctus iſte non acceptauit intrare, vt ſalutaret fratrem illum? Decreuit enim prudenter ille ſenex: quia (inquit) ſi cogitauero hac nocte tantum, quod hic ſit talis, fiet mihi iactura non parua: propter quod dixit aliis: Ego quidem filij non timeo, veruntamen cur volo mihi inducere pugnam in vanum? Nam recordatio talium infructuoſam facit menti tribulationem. Ad vnumquodque membrum corporis habet pugnam homo, & debet cuſtodire ſeipſum, & dimittere pugnam in ipſis, tanquam ſi iam appropinquaſſet: & quanquam homo ſibi faciat violentiam ad bonum, tamen periclitatur videndo ſemper ac concupiſcen-

C

do. Sicut medicinales herbæ multæ ſunt in terra contectæ, & in æſtate nemo cognoſcit eas propter æſtum: cum autem ex aqua fuerint humectatæ, ac perceperint virtutem aerei frigoris, tunc apparet quælibet illarum, & ſpecies vbi fuerat in terra ſepulta: ita & homo quando eſt in gratia tranquillitatis & feruore abſtinentiæ, quieſcit à multis vitiis; ſed cum ad ſæculares accedit, tunc videt quomodo quodlibet vitium excitatur & ſubleuat caput ſuum maxime cum odorauerit quietis odorem. Hæc autem dixi, ne quis confidat in corpore ſuo, quandiu viuit, donec moriatur, & vt oſtendam, quantum fuga receſſuſque longus à ſæculo iuuant contra ea quæcunque ferunt nobis confuſionem in recordatione ſui. Expedit nobis timere nec conculcare conſcientiam & contemnere eam. In deſertum tentemus ducere corpus, & faciamus per quod patientiam acquiramus. Maius autem omnibus eſt, vt cauſas pugnæ prolon-

D

gemus à nobis, quanquam ex hoc corpus anguſtiam patiatur. Quia timeo, ne cum ſuperuenerit occaſio & neceſſitas, ruinam propter propinquitatem eorum incurrat. Q. Quicunque abiecerit à ſe tentationem, & intrauerit ad pugnam, quod eſt initium eius in pugna abſtinentiæ, & vnde incipit pugna? R. Illud notum eſt omnibus, quod cuiuſlibet certaminis peccati & concupiſcentiæ initium eſt, labor ieiunij, maxime pugnantium contra peccatum, quod intra nos eſt. Signum quoque odij contra peccatum & concupiſcentiam eius, apparet ex hoc in certatoribus inuiſibilis huius pugnæ, ſi cum ieiunio vigiliæ noctis cooperantur. Quicunque autem per totam vitam ſuam ſocietatem huius coniugij diligit, hic fit caſtitatis amicus. Sicut enim quies ventris, initium omnium malorum eſt, & laxatio ſomni, quæ accendit luxuriæ concupiſcentiam, ita via Dei ſancta & omnis virtutis fundamentum ieiunium eſt ac vigilantia in ſeruitio Dei, in crucifixione corporis per totam noctem contra dulcedinem ſomni.

E

De laude ieiunij.

Ieiunium protectio eſt omnis virtutis, & initium certaminis, & corona continentium, & pulchritudo virginitatis & ſanctitatis, & ſplendor caſtitatis & principium viæ Chriſtianitatis, & mater orationis, & fons ſapientiæ, & magiſter tranquillitatis, quæ præcedit omnia bona. Sicut imitatur ſanus oculus deſiderium lucis; ita ſequitur ieiunium

Ieiunij fructus.

quod cum diſcretione fit, deſiderium Orationis. Cum quis cœperit ieiunare, ex hoc, deſiderium alloqui Deum, & peruenire ad eum incipit in mente ſua. Ieiunans corpus non expectat in lecto ſuo vt dormiat tota nocte, cum ſigillum ieiunij ſuperponitur ori hominis, mens compunctione meditatur, & cor eius producit orationem & mœſtitia iacet in vultu eius, & prauæ cogitationes elongantur ab ipſo. Hilaritas non inuenitur in oculis eius & concupiſcentiarum & vaniloquiorum non eſt amicus. Nunquam vidi aliquem ieiunantem cum diſcretione, à mala concupiſcentia redactum in ſeruitutem, eſt enim hoc magnum donum ad omne bonum, quoniam illud eſt mandatum, & qui negligit illud, amouet omne bonum quod ab initio fuit impo-

F

ſitum ad cuſtodiam noſtræ naturæ, & inde condit principium plaſmationis noſtræ. Veruntamen vnde facta eſt exterminatio prima, inde certatores veniunt ad Dei timorem, poſtquam legem eius cœperint cuſtodire, Saluator etiam quando apparuit mundo huic, incepit. Nam *poſt baptiſmum eduxit eum Spiritus in deſertum, & ieiunauit quadraginta*

Matth. 4.

diebus: ſimiliter autem & omnes qui exeunt poſt eum & ſequuntur eum, ſuper hoc fundamentum ponunt initium pugnæ ſuæ. Armatura eſt enim operata per Deum, quis negliget illam & non culpabitur? Et ſi is, qui edidit legem, ieiunat: Quis eſt ex obſeruantibus legem, quem non oporteat ieiunare: propter quod vſque tunc genus humanum victoriam ignorabat, nec diabolus vnquam fuit expertus ſuperationem ſuam per naturam noſtram, ante ieiunium. In hac armatura ab ipſo principio fuit homo formidoloſus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus princeps & primogenitus victoriæ factus eſt, vt daret primam coronam victoriæ ſuper caput naturæ noſtræ. Et diabolus quando videt hanc armaturam apud aliquem hominum, ſtatim terretur, & venit ad recordationem ſuperationis ſuæ, quam à ſaluatore paſſus eſt in deſerto, & virtus eius confunditur in armatura nobis data à principe noſtro.

G

Quæ igitur arma ſunt iis fortiora & magis confortationem exhibentia in pugna quæ fit contra ſpiritus malignos, ſicut experimentum factum à Chriſto? Nam quanto plus fatigatur & affligitur corpus, tanto magis tempore quo circundat hominem acies dæmonum, cor ipſius à confidentia defenſatur: & qui ieiunij armatura veſtitur, omni tempore eſt accenſus. Zelotes Helias cum zelauit pro lege Dei, in hac armatura vicit reducens ad memoriam poſſeſſoris ſui, mandata Spiritus ſancti. Mediatrix eſt ieiunatio veteris Teſtamenti & gratiæ datæ nobis à Chriſto. Qui negligit ieiunium, apud cætera propugnacula laxus eſt & infirmus, & ſignum laxationis animæ demonſtrat, & dat locum victorię impugnanti eum. Quia nudus aggreditur pugnam, manifeſtum eſt quia nudus egreditur ab ea, quia membra eius non ſunt induta feruore famis. Item per ieiunium homo inconcuſſa mente ſeruatur apud occurſus difficilium vitiorum. Dicitur de multis martyribus, quod nihil guſtabant in die in qua coronam præſtolabantur martyrij, ſed ſicut ad nuptias præparati expectabant occurrere gladio in ieiunio, cum hymnis, pſalmis & canticis.

H

Nos quoque qui ad inuiſibile martyrium vocati ſumus ad percipiendas ſanctificationis coronas, vigilemus, ne in aliqua parte negationis ſignum noſtris inimicis exhibeamus. Sunt quidam habentes hæc opera, qui quærunt cogitationem pacem, & tranquillitatem non ſentiunt vitiorum. O fratres vitia abſconſa ſunt in anima, quæ non corriguntur per labores tantummodo corporales, nec etiam per eas cogitationes arctantur apud illos qui à ſenſibus ſemper expergefiunt, quia labores huiuſmodi à concupiſcentia tuentur homines, ne ab eis & dæmonum turbatione vincantur. Pacem vero & tranquillitatem animæ non

Pax interior.

impediunt, ſed tunc membra quæ ſunt in terra mortificantur & præſtant cogitationum pacem, cum ſolitudinem communicamus. Nam quanquam cito ſenſus exteriores

A ceſſauerint à turbatione, & permanſerint in operatione ſcilicet bona, per aliquod tempus ſentiet homo pacem, tamen quouſque defecerit homini occurſus & membra eius ceſſauerint à diffuſione cogitationum, & ad ſe collegerit ſemetipſum, non poterit cognoſcere ſuam infirmitatem. Quietudo enim, ſicut ait beatus Baſilius, initium eſt munditiæ animæ. Cum exteriora membra ceſſauerint ab exteriori ſchiſmate & diſtractione ad exteriorem regionem; expergeſit cor ad ſcrutationem intentionum, quæ intus in anima ſunt, & ſi bene permanſerint, homo huiuſmodi incipiet ad munditiam animæ ambulare. R. Arbor quæ quotidie irrigatur, quando ſiccatur radix eius & minuitur vas quotidie recipiens incrementum; Et ſi munditia vicit, aliud eſt, quā euitare conuerſationes & recedere à conſuetudine, ille qui actualiter in ſemetipſo vel malus per ſenſus ſuos innouat eiuſdem libertatis commemorationem, quæ eſt agnitio malitiæ non poterit animam ſuam ex hoc mundare, vel quando poterit ceſſare ab impugnatoribus exterioribus, licet contempletur. Si enim cor quotidie ſordeſcit, quando mundatur à ſordibus, & ſi exteriorum effectui reſiſtere nequit, quanto minus poteſt cor mundare? B Et qui eſt in medio exercitus conſtitutus, & expectat quotidie frequenter belli nunciationem audire, quando præſumit pacificam animam ſuam. Veruntamen cum ex hoc elongatus fuerit, tunc primo modicum quieſcere poterit ab intus, quia quouſque fluuius ſuperne confluit, aquæ ipſius inferius minime deſiccantur. Cum aliquis venit in quietem, tunc poteſt animam ſcrutari vitia & diſcernere ſapientiam quæ eſt in ea, tunc interior homo expergeſit ad opera ſpiritus, & de die in diem percipit ſapientiam occultam, quæ floret in anima ſua, ſtatim ad gratiam lachrymarum pertingit, quæ ſine violentia fiunt & perducit ipſum ad perfectionem dilectionis Dei. *Gratia lachrymarū.* Q. Quæ ſunt certa argumenta & ſigna appropinquantia incipienti videre fructum occultum in anima ſua.

Lachrymæ. R. Eſt quod quis promeruit gratiam lachrymarum multarum, quæ ſine violentia fiunt. Nam ſicut, terminus poſitæ ſunt lachrymæ menti inter corporalia & ſpiritualia, & inter vitioſitatem & munditiem quouſq; non recipit homo iſtud donum, adhuc in exteriore homine manet efficacia operis ſui, nec perſenſit adhuc efficaciam occultorum C ſpiritualis hominis. Nam cum quis incœperit à corporalibus huius ſeculi ſeparari, & ita terminum, qui eſt intra naturam, viſus fuerit tranſeundo ad hanc gratiam lachrymarum, ſtatim pertigiſſe. Et ſola prima occulta conuerſatione incipiunt lachrymæ iſtæ, quæ perducunt ipſum ad perfectionem dilectionis Dei, & quanto magis procedit illic, tanto magis ditatur in ipſa, donec bibat ipſas lachrymas in potu & cibo ſuo, propter multam perſeuerantiam earundem, & hoc ſignum certitudinis, quod mens receſſit de mundo iſto & perſenſit mūdum illum ſpiritualem. Quanto magis quis appropinquat mente ſua huic mundo, tanto plus de his lachrymis defectum incurrit: & cum mens eius omnino fuerit in mundo iſto, totalem defectum patitur huiuſmodi lachrymarum. Et eſt ſignum, quod in vitiis ſit ſepultus: *Lachrymarū 2. genera.* Lachrymarum quædam adurentes; & quædam impinguantes. Omnes autem lachrymæ quæ ex corde procedunt propter peccata, deſiccant corpus & adurunt, & ipſum cerebrum lædunt. De primo quidem, per hunc D ordinem ex neceſſitate occurrit homo, & per eas aperitur ſibi oſtium intrādi in ſecundum ordinem meliorem, quod eſt gaudium, in quo recipit homo miſericordiam. Hæ lachrymæ ſunt, quæ ab intellectu profluunt, quæ corpus decorant pariter & impinguant, & ſine violentia per ſemetipſas emanant. Et aſpectus hominis alteratur: ſicut dicitur, læn ficati corde facies viret. Q. Quæ eſt reſurrectio animæ, quam dixit Apoſtolus: *ſi conſurrexiſtis cum Chriſto*, &c. R. Illud quod dixit Apoſtolus: Deus qui dixit de tenebris lucem irradiari, vere in cordibus veſtris reſurrectionem vocans, oſtendit receſſum a vetuſtate, videlicet, vt fiat homo nouus, nihil habens de vetere. *Dabo eis cor nouum & ſpiritum nouum.* Tunc enim figuratur Chriſtus in nobis per ſpiritum ſapientiæ & reuelationis agnitionis Dei. *Breuiloquium.* Q. Quid eſt breuiloquium? R. Virtus operationis ſolitudinis: ſolitudo ſenſus mortificat exteriores, & ſuſcitat motus interiores, ſed extrinſeca operatio iſtorum contraria operatur. E Q. Quæ eſt iſta cauſa viſionum & reuelationum, quia quidam vident, quidam vero laborant: plus eis, & viſio non operatur in eis? R. Cauſæ multæ ſunt. quædam enim fiunt per diſpenſationem gratiæ generalis vtilitatis, quædam vero fiunt ad confortationem, & doctrinam. Et primo quidem per miſericordiam Dei diſpenſantur hæc omnia hominib. Et tribus quoq; modis ex maxima parte. Vel in ſimplicioribus qui ſunt abſque malitia penitus; vel in quibuſdam perfecte ſanctis, vel habentibus zelum ignitum fidei, & de hoc ſeculo deſperatis, qui perfecte abrenunciauerunt & à cohabitatione hominum receſſerunt, & poſt Deum nudi egreſſi ſunt, nullum auxilium à viſibilibus expectantes, ſuper quos irruit aliquando formido propter ſolitudinem: Vel quando circumdat periculum mortis ex fame, vel infirmitate, aut etiam ex aliquo incurſu aut tribulatione, ita vt etiam appropinquet deſperationi. Conſolationum ergo, quæ fiunt talibus, nec fiunt illis qui eos ſuperant in labore: prima cauſa hæc eſt, F quod quanto quis habet conſolationem humanam ab aliquo viſibilium, tanto ſibi huiuſmodi conſolationes non fiunt niſi per diſpenſationem aliquam communitatis. Nobis autem ſermo de ſolitariis, & hoc teſtatur vnus de Patribus qui pro ipſa conſolatione preces effudit & audiuit. Sufficit conſolatio & colloquium hominum. Alius eodem modo cum eſſet in ſolitudine & viueret iuxta conſuetudinem ſolitariorum, epulabatur in omni hora gratia conſolationis. Cum autem appropinquaſſet mundo, quæſiuit eam iuxta conſuetudinem, nec inuenit: & ſupplicanit à Deo cauſam ſibi ſignificari dicens: Nunquid Domine propter Epiſcopatum receſſit à me gratia? Reſponſum eſt ei, Non: ſed quia Dominus diſpenſat cum his qui in eremo commorantur vt eos huius conſolationis dignos faciat. Indecens eſt enim quemquam diuinam recipere conſolationem, & iſtam, niſi ſit ob diſpenſationem aliquam prædictorum. Quæſtio. Eſt idem reuelatio & viſio? Reſponſio. Non, immo differentia eſt. Reuelatio enim multoties dicitur de duobus: nam quia reuelatur occultum.

Omnis viſio dicitur reuelatio, ſed non omnis reuelatio G dicitur viſio. Nam reuelatio ex magna parte defectis & à mente guſtatis accipitur. Viſio fit quaſi imaginib. & formis, ſicut olim fiebat antiquis vel in ſomno profundo, vel vigilando, & aliquando certius, aliquando vero in phantaſmate, & quodammodo obſcuro: propter quod & ipſe qui videt, multoties ignorat vtrum vigilādo videat, an dormiendo, aut per vocem audit ſuſceptionem. Quandoque vero formam videt, aliquando magis, ſcilicet facie ad faciem. Et viſio & collocutio virtutes ſunt ſanctæ dignis apparentes & reuelationes facientes in deſertiorib. locis & remotiſſimis ab hominibus. Hæc igitur fiunt cum ex neceſſitate homo eget eis, ſi non habet aliam ſuſceptionem vel conſolationem ex loco. *Reuelationes.* Reuelationes vero, quæ ſequuntur in mente per munditiam, & accepta ſunt, & ſolummodo perfectorum & per totum conſtant. Q. Si peruenit aliquis ad munditiam cordis, quod eſt ſignum eius, & quando cognoſcit homo quod peruenerit ad munditiam cor ipſius? *Mundus corde quis ſit.* R. Cum videt quis omnes homines eſſe bonos, nec apparet ei quiſquam immundus vel contaminatus, tunc eſt mundus cor-H de, & quidam etiam perficitur verbum Apoſtoli: *Reputate omnes potiores vos ex cordis ſinceritate*, niſi perueniat ad illud quod dicitur: *ſimplex bonus non videt mala.* Q. Quid eſt munditia, & vſque quo eſt terminus eius. R. Munditia eſt obliuio ſpecierum ſcientiæ, quæ ſunt contra naturam, quas in mundo adinuenit natura: terminus autem quo quis liberetur ab eis, eſt, vt redeat homo ad primam ſimplicitatem naturæ ſuæ & innocentiam, vt puer ſine puerili defectu. Q. Decet aliquem ad hunc ordinem peruenire? R. Sic, Ecce Abbas Syſois ſic peruenit ad hanc menſuram, vt quæreret à ſuo diſcipulo, ſi comediſſet an non? Et alius quidem de Patribus ad talem ſimplicitatem paulominus puerilem deuēnit, vt omnium, quæ hic ſunt, eſſet oblitus & comediſſet ante communionem niſi à diſcipulis impediretur, & diſcipuli ſui ducebant ipſum ad communionem, quaſi puerum, & mundo quidem puer erat, ſed in

anima

A anima perfectus erat apud Deum. Q. Quam meditationem & exercitium habere debet ſolitarius in ſolitudine ſua, ne ſtudeat mens in cogitationibus vanis? R. De meditatione & exercitio quibus mortificetur homo, in cella ſua. Nunquid homo peruigil & feſtinus, qui ad animam eget interrogatione, quomodo conuerſetur, dummodo ſit ſecum. Quid aliud eſt meditatio monachi, quam luctus in cella ſua? Nunquid ob luctum valeat etiam ad aliam cogitationem reſpicere? Quænam meditatio melior

Monaſtica meditatio.

hac exiſtit? Ipſa namque ſeſſio & ſolitudo monachi ſimilis eſt conuerſantibus in ſepulchris quæ ab humano gaudio diſtat. Docet eum, qui luctus eſt operatio eius & ipſum cognomen nominis ſui adhæc inducit eum, luctuoſus etenim appellatur, id eſt, amarus corde. Et omnes quoque ſancti lugendo egreſſi ſunt de hac vita. Ex quo ſancti lugebant & eorum oculi pleni lachrymis ſemper erant, donec egrederentur de hac vita, omnes plorabant. Conſolatio ſane monachi de planctu naſcitur & vbique perfecti & triumphatores hic plorauerunt, ille qui vulneribus eſt repletus, quomodo ſuſtinebit vt à planctu quieſcat? Qui

B mortem ſuam habet ante ſe poſitam, eget doctrina, quo cogitatione vtatur lachrymis. Anima tua mortificata eſt in peccatis, vt iacet ante conſpectum tuum, quæ maior eſt apud te, quam totus mundus, & planctu non eget. Si venitemus in ſolitudinem, poſſemus in planctu manere, propter quod aſſidua mente Domino ſupplicemus, vt nobis hoc largiatur. Nam ſi gratiam hanc obtinuerimus præ cæteris donis eſt potior & ſuperior, ad munditiem ingrediemur & cum ingreſſi fuerimus ad eandem, non auferetur à nobis munditia, vſque ad noſtrum exitum huius vitæ. Beati mundo corde, æt aſ quoniam non eſt tempus in quo non percipiant delectationem huiuſmodi lachrymarum, & ipſæ ſemper Dominum contemplantur: & exiſtentibus adhuc lachrymis in oculis ſuis promerentur viſionem reuelationum eius. In excellentia autem ſuarum orationum,

Mat. 5.

nec eſt eis oratio ſine lachrymis. Et hoc eſt quod Dominus ait: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* De luctu quidem venit homo ad miſericordiam animæ, propter quod dicit Dominus, *quoniam ipſi conſolabuntur.* Non expreſſit

C quam conſolationem. Nam cum monachus per lachrymas regionem tranſire promeruerit vitiorum & peruenerit ad campum munditiæ animæ, tunc occurrit ei huiuſmodi conſolatio quæ non pertranſitur ab his qui inueniunt eam, & in iſta occurrit conſolatio quæ hic nullatenus inuenitur. Et tunc intelligit, quam conſolationem ſuſcipit finis luctus, quam Deus per munditiam lugentibus elargitur. Quia indecens eſt continue lugentem aliquem vitiis moleſtari. Impoſſibilius enim eſt iſtud, quod ſi mentem lugentis ad tempus à commemoratione poſſunt lachrymæ alterare. Quid dicemus de his qui experientia habent die noctuque hanc conſolationem? Auxilium autem, quod fit ex lachrymis, nemo nouit, niſi illi, qui huic operationi ſuas animas tradiderunt. Omnes ſancti introductionem hanc affectant, quia per lachrymas aperietur oſtium coram eis, vt ad regionem conſolationis ingrediantur, in qua regione veſtigia Dei per reuelationem imaginantur.

Quomodo meditari debeat aliquis in ſolitudine. Cap. 20.

Ex operatione violenta oritur calor ſine menſura, qui in corde ingeritur ex nouis cogitationibus, quæ de nouo ſuperueniunt menti. Nam operatio & cuſtodia mentem acuunt in ipſarum feruore, & præſtant viſionem, & hæc viſio parit ferventes cogitationes, quas prædixi in profunditate viſionis animæ, quæ contemplatio appellatur. Hæc autem contemplatio parit feruorem, & hoc feruore qui fit ex gratia contemplationis, dum fluxus gignitur lachrymarum: In principio quidem prius modicæ ſcilicet ſuperuenient homini per diem & iterum deficiunt,

D & ex hoc prouenitum eidem indeficientes lachrymæ, & recipit anima pacem cogitationum & ad mentis munditiam exaltatur. Per munditiam vero mentis peruenit ad videndum ſecreta, quia munditia eſt abſcondita in pace, quæ pugnis ſucceſſit. Poſt hoc autem contingit mens ad videndum reuelationes & ſigna, ſicut videt Ezechiel Propheta qui deſignauit tres ordines per quos appropinquat anima Deo. Initium omnium horum eſt bonum propoſitum erga Deum, & ſpecies inconuertibiles operum ſolitudinis, quæ naſcuntur ex multa abſtinentia & elongatione ſecularium, nec eſt adeo neceſſarium ſpecies horum operum per ſingula recitare, quia ſunt pluribus notæ: veruntamen quia indemnis eſt occurrentibus expoſitio earundem, quinimo vtilis eſſe poterit, ſicut ego duco, illas explicare non pigritabor. Quæ ſunt iſtæ, fames, lectio, peruigiles totius noctis vigiliæ iuxta poſſe vniuſcuiuſque, multitudo genuflexionum, quæ ad faciendum ſunt neceſſariæ in horis die ac nocte multories. Fiant autem ad minus xxx. qualibet vice & adoretur crux, & ſic deinde recedatur. Sunt quidam qui addiderunt huic numero iuxta poſſe ſuum, Alij in oratione faciunt per triginta, habentes mentem peruigilem abſque violentia & elatione, proſtrati in faciem, & hæ duæ ſpecies manifeſtant, & exponunt multitudinem diuitiarum gratiæ quæ cuilibet homini diuiduntur ſecundum ſua neceſſaria. Quis vero ſit modus alterius orationis & perſeuerantiæ in ipſa ſiue violentia indignum reputauimus publicare, nec verbis linguæ aut exaratione calami, ne ſi lector inueniretur comprehendere, quod legeret, æſtimaret inutilia & quæ ſcriberentur. Vel ſi inueniretur, & ſcite paruipenderet, vtique nullum qui rerum ordinem ignoraret, & ſi ex hoc vltimo contingeret vilipenſio, ex præſidenti vero deſiderio & hoc modo apparent vt barbarus in huiuſmodi rebus, iuxta verbum Apoſtoli qui ait de prophetante. Quicunque igitur homo adiicere cupit, & viam ambulet ſupradictam & operationem menti faciat conſonantem, & eum qui in his factus fuerit ipſe addiſcet per ſemetipſum, vnde dicitur, ſede in cella tua, & eadem omnia te docebit.

Beatus eſt homo qui ſcit infirmitatem ſuam, quia hæc ſcientia initium ſibi fit & etiam fundamentum. Cum enim didicerit aliquis & in veritate perſenſerit ſuam infirmitatem, tunc compeſcit animam ſuam à laxatione quæ denigrat ſcientiam & theſaurizat cuſtodiam ſibi ipſi. Nemo autem poteſt percipere infirmitatem, niſi tentari modicum permittatur in his, quæ ſiue animam opprimunt, ſiue corpus. Tunc enim comparationem faciens infirmitatis ſuæ ad auxilium Dei, eius magnitudinem ſcire poteſt. Et idem, cum perſpexerit ad omnia artificia ſua, videlicet ad cuſtodiam, abſtinentiam, protectionem animæ ſuæ, per quæ ſperat confidentiam inuenire, nec inuenit ſibi portanti tranquillitatem, propter timorem percipiat & cognoſcat ex eo, quid timor cordis deſignat & manifeſtat, quod egeat vtique conſilio alicuius. Cor enim teſtatur interius ex timore, quoniam producit ab intus demonſtrans, quod defectum alicuius patiatur, ob hoc confidentia nequeat habitare. Et quoniam auxilium Dei eſt quod ſaluare poteſt, quando ſcit aliquis quod egeat auxilio Dei, orationes multiplicat, & quanto magis augeat eas, tanto plus cor eius humiliatur. Nullus enim egens & poſtulans poteſt non humiliari: *Cor enim contritum & humiliatum Deus non ſpernit.* Igitur quouſque humiliatur cor ab elationibus non ceſſare non poteſt, quia humilitas colligit cor. Cum autem humiliatus fuerit homo, ſtatim circundat eum miſericordia & diuinum auxilium, tunc enim ſentit cor, quia inuenerit virtutem confidentiæ, quæ mouetur in ipſo.

Quando homo vere percipit diuinum auxilium præſtari ſibi, ſtatim fide repletur, & intelligit ex hoc, quoniam oratio refugium eſt auxilij & fons ſalutis & confidentiæ theſaurus, & lumen iis qui in tenebris ſunt, & portus liberans à tempeſtate, & auxilium in ægritudinis violentia, & clypeus liberationis in prælio, & ſagitta acuta contra inimicos. Et ſimpliciter dico, per orationem habet indicium tota multitudo bonorum, & ideo epulatur homo in oratione fidei, & cor eius decoratur ex confidentia, & nullatenus in priori cæcitate & oris locutione moratur cum taliter animo percipit, tunc poſſidet orationem in anima ſua, ſicut theſaurum & præ multa lætitia formas orationis, in voces gratiarum commutat. Et hic eſt ſermo, quem dixit ille, qui cuilibet rerum formam propriam diffiniuit. Quoniam oratio gaudium, eſt gratiarum referens actiones: hanc exponens, qui perficitur in ſcientia Dei, id eſt, à Deo deſtinatur. Quomodo & ex tunc & in labore non erit bo-

A

mo, nec in ærumna, ſicut fit in cæteris orationibus, quæ prius fiunt, quam iſta percipiatur: Sed cum gaudio cordis & admiratione producit regnatabiles motus continue cum genuflexionibus taciturnis, & præ multitudine motus eius ad ſcientiam & admirationis & ſtupefactionis ad gratiam Dei, ſubito exaltat vocem ſuam laudans & glorificans Deum, & gratias refert & omnis ſtupefactus minimum, non mouet linguam. Quicunque igitur peruenit huc vſq; in veritate & non in phantaſmate, & poſuit hic ſignacula multa, & multas agnouit differentias propter multam probationem, ipſum hic nouit, quia non eſt contrarium id quod dico. Igitur ceſſet de cætero talis cogitare vias & maneat in Deo per continuam orationem pauidus & timens, ne priuetur multitudine auxilij Dei. Hæc omnia naſcuntur homini ex recogitatione infirmitatis ſuæ. Nam ex multo affectu eius ad diuinum auxilium appropinquat Deo, permanens in oratione, & quanto magis appropinquat Deo, tanto magis attingit eum Deus per chariſmata ſua, nec aufert ab eo gratiam propter multam

B

humilitatem: Quod Dominus differt aliquando, quia ſicut illa vidua clamat indeſinenter ad iudicem aduerſario

Luc. 15.

ſuo indicanti. Ob hoc enim miſericors Dominus continet ab eo gratias, vt hæc ſibi materia fiat appropinquandi eidem, & propter neceſſitatem ſuam permaneat apud eum, à quo vtilia producuntur, qui in quibuſdam quaſdam petitiones eius ei exhibet feſtinanter, illa dico, ſine quibus ſaluari non poteſt. Continet vero quaſdam ab eo & in quibuſdam rebus quaſdam inimici aduſtiones excutit & expellit ab ipſo. In quibuſdam vero eum tentari permittit, vt illud ſibi cauſa fiat appropinquandi Deo, ſicut prædixi, vt experientiam habeat tentationum & caſtigetur. Et hic eſt ſermo Scripturæ, quod Dominus reliquit gentes multas ne diſpergeret eas, nec tradidit eas in manus Ieſu filij Naue, vt caſtigaret in eis filios Iſrael, & vt docerentur tribus filiorum Iſrael ac addiſcerent bellum. Iuſtus autem non recognoſcens propriam infirmitatem ſuam in arido loco res ſuas habet, nec receſſit à lapſu, neque à corrumpente leone, ſcilicet dæmone ſuperbiæ: Et item? Quicunque ignorat infirmitatem ſuam deficit ab humilitate, qui

C

vero deficit ab ea, deficiens eſt etiam à perfectione. Et qui deficiens eſt ab ea, timidus eſt ſemper, quia ciuitas eius non eſt fundata ſuper columnas ferreas, neque ſuper liminaria ærea, id eſt, humiliationem.

Quomodo acquiritur humilitas. Cap. 23.

Humilitatem autem acquirere nemo poteſt, niſi per modos ſuos, per quos fit contritio cordis, & cogitationes elationis contemnuntur. Ob hoc enim multoties videt inimicus veſtigia cauſarum ad hominem declinandum. Nam ſine humilitate opus hominis perfici nequit, quia nullatenus eſt appoſitum inſtrumentum libertatis ſuæ Spiritus ſancti ſigillum, immo ſeruus adhuc exiſtit. Et opus eius nondum eſt à timore ſublatum, ſicut quis non corrigit opus ſuum ſine humilitate, neque caſtigatur niſi per tentationes ac ſine caſtigatione non comprehendit humilitatem. Propter hoc dimittit Dominus ſanctis cauſas humilitatis & contritionis cordis ac laborioſæ orationis, & multoties permittit eos per paſſiones naturæ & lapſus prauarum cogitationum & execrabilium, multoties quoque per iniurias & humana verba.

Tentationum cauſæ.

D

Aliquando vero per ægritudines & corporales infirmitates, & quandoque per paupertatem & vſus neceſſariorum egeſtatem. Aliquando etiam per timorem diri doloris, ac derelictionem, necnon & pugnam diaboli manifeſtam. Per quæ omnia timorem incurrere conſueuit, aliquando per materiales & diuerſas, & terribiles. Et hæc quidem omnia fiunt, vt habeat materias humiliationis, & eis negligentiæ ſomnolentia non contingat, vel ex rebus in quibus athleta viſus eſt infirmari, vel etiam ex timore futuro. Neceſſario igitur tentationes vtiles

Tentationũ vtilitas.

ſunt hominibus. Hæc igitur non dico, quod deceat hominem in turpibus ſponte laxari, vt fiat ei humilitatis occaſio ipſarum, neque vt feſtinet intrare ad alias tentationes, ſed quia decet eum, dum in bono laborat, omni tempore vigilare & cogitare quoniam creatus eſt, ob hoc etiam eſt caducus. Quilibet autem creatus eget virtute ac protectione diuina, & omnis qui eget protectione alterius

E

naturalem infirmitatem oſtendit. Omnis vero, qui ſuam infirmitatem agnoſcit, neceſſario eget humiliari ad impetrandum humilitatem ſuam, ab illo qui potens et eſt ſubuenire: & ſi nouiſſet à principio & vidiſſet infirmitatem ſuam, negligens non fuiſſet, nec obdormiuiſſet, vt traderetur in manus tribulantium eum, & expergefacerent eum. Vnde decet ambulantem in via Dei gratias agere ſibi in omnibus ſuperuenientibus, & culpare & conuitiari animam ſuam & cognoſcere, quod nequaquam permiſſus fuiſſet à procuratores, niſi per negligentiam vel elationem, vt expergefiere, nec timeat ex hoc nec recedat, nec ipſum excuſet, ne duplicetur ſibi malum, quia non eſt apud producentem Iuſtitiam Deum, iniquitas, abſit.

De perfectionibus, virtutibus & Officijs Monachorum. Cap. 24.

Decet monachum eſſe in omnibus rebus ſuis formam humilitatis videntibus eum, vt ex multis virtutibus eius fulgentibus, ſicut radios perſpicientes inimici veritatis, & inuite confiteantur, quod ſit Chriſtianis ſpes certa ſalutis, & tanquam ad refugium vndique occurrant ad eum, & cornu Eccleſiæ exaltetur contra inimicos ſuos, & multi moueantur ad virtutis zelum, & recedant à ſeculo, ipſeque fiat venerabilis ex pulchritudine

F

conuerſationis ſuæ. Conuerſatio etenim monaſtica, gloria eſt Eccleſiæ Ieſu Chriſti. Decet vtique monachum pulchros habere geſtus ex omni parte ſui propter viſionem viſibilium, certiſſimam priuationem rerum, omnimodum carnis contemptum, altum ieiunium, conſtantium in quietudine temperantiam, ſenſuum viſus cuſtodiam, omnium conuentionum in rebus huius ſeculi abſtinentiam, breuitatem in verbis, in multa recordatione munditiam, cum diſcretione ſimplicitatem: ſcire quod hæc vita ſuperflua ſit & inanis, & quod prope eſt illa ſpiritualis & vera, non ligare ſeipſum amicitiis & vnioni hominum, alicuius habere locum habitationis auxilium fugere hominis, & indeſinenter permanere in orationibus, non habere ambitionem, nec gaudere anthemis, non ligare ſeipſum huic vitæ, tentationes viriliter ſuſtinere. Alienari à mundanis affectibus & interrogatione rerum ipſarum, continue curare ac meditari in regione veritatis. habere vultum pallidum & rugoſum, lacrymari die noctuque, & plus his omnibus cuſtodire caſtitatem, eſſe mundum ab ingluuie ventris, & à paruis etiam & à magnis. Hæ ſunt virtutes monachi ſub compendio dictæ, quæ ſibi teſtimonium perhibent de omnimoda mortificatione

G

ſua in mundo, & propinquare eius ad Deum. Decet ergo nos de his ſemper curam gerere. Quod ſi quis dixerit, Quæ neceſſitas fuit exprimere ſingula & non dicere ea generaliter & vniuerſaliter, dico hoc, neceſſario factum eſt, vt quomodo quæſierit vnum ex præmiſſis in anima ſua, ille qui ſtudet pro vita ſua, & inuenerit quod egeat vno aliorum, cognoſcat exinde defectum ſuum in omni virtute, & erit ſibi odor iſte in parte recordationis. Cum autem acquiſierit iſta omnia in ſemetipſo, tunc reliquorum ſcientia quã non expreſſimus, largietur eidem, & erit hominibus materia glorificationis Dei, & exinde præparabit animæ ſuæ locum quietis, priuſquam egrediatur de vita iſta.

De principali conſolatione ſpirituali non recipitur homo, ſed legat in libris Patrum & ſuſtineat patienter. Cap. 25.

Quicunque conuenerit vnum cum mente ſua, & vt conuerſetur in ſolitudine, conformet ſeipſum operationi, & ſecundum ordinem ſolitudinis deducat reſiduum annorum ſuorum & dierum. Cum autem contigerit tibi fili, ſicut moris eſt in ordine ſolitudinis, à diuina gratia conſtituente vt inueniat à tenebris anima confundatur, & ſicut ſolares radij veluti ſuper terram, à caligine nubium, priuetis modicum tempus conſolatione ſpiritu

H

tuali; necnon & lumen gratiæ confundantur interius propter vmbrantem vitiorum orbem, ac tibi modicum virtus lætifica ſubtrahatur & obumbret mentem inconſueta caligo, ne turberis in anima, nec ad ignorantiam manum extendas, ſed ſuſtine patienter, & lege in libris patrum, & infer tibi violentiam ad orandum, & præſtolare auxilium, & veniet tibi te ignorante. Nam ſicut reuelatur facies terræ per radios ſolares, obſcuritate aeris occupante, ita potens eſt oratio ſoluere & annihilare ab anima nebulas vitiorum, & irradiare mentem luce lætitiæ & conſolationis, quod gignere conſueuit in cogitationibus noſtris, & maxime cum habuerit pabulum à

A

Sacræ lectionis fructus.

pagina ſacra, & vigilantia quæ mentem illuminat & illuſtrat. Continua enim lectio in ſcripturis ſanctorum replet animam incomprehenſibili admiratione ac lætificatione diuina. Quod ſi quando homo venit ad lacrymas, tunc egreditur mens ſua de carcere. Dico tibi rem; quam ſicut minimam non contemnes, nec hæſites in cæteris verbis meis, quia veraces ſunt qui mihi eadem tradiderunt. Si ſuſpenderis teipſum à palbebris, ne putes quando perueneris ad lachrymas, quod perueneris ad continentiam conuerſationis tuæ. Huc vſque mundo etenim ſeruierunt oculi tui: id eſt, ſtas in habitatione mundanorum, & opus Dei per exteriorem hominem operaris. Nam interior adhuc infructuoſus exiſtit, pro eo quod ad lachrymas non peruenit fructus eius. Cumque ad regionem ipſarum perueneris, tunc ſcito quod egreſſa eſt mens tua de carcere mundi huius, & poſuit pedem ſuum in itinere noui hominis, & cœpit adorare aerem mirabilis atque noui, & tunc incipit effundere lachrymas, quia incipit dolor exitus pueri ſpiritualis. Nam gratia, quæ communis eſt inter omnes, traducitur ad animam, vt pariat diuinam formam

B

ſecreto ad futuri ſeculi claritatem, cumque tempus partus aduenit, ſtatim moueri mens incipit in quibuſdam, quæ inde ſunt ſicut ſpiramen, quo attrahitur infans intra membra in quibus nutritur, & quoniam ſuſtinet, quod conſuetudini ſibi non eſt, ſtatim incipit mouere corpus ad planctum mixtum dulcedine mellis, & quanto magis nutritur infans internus, tanto plus habet augmentum lacrymarum. His autem ordo lachrymarum dixi, quod non eſt ille qui ſolitarius ex incitatione contingit, quia illa conſolatio, quæ de tempore fit ad tempus, vbique fit in ſolitudine commoranti cum Deo & cuilibet exiſtenti in contemplatione mentis, quandoque in ſermonibus ſcripturarum, aliquando in orationum occurſu. Sed de ordine iſto dico, qui adeſt indeſinenter lachrymanti noctu dieque. Quicunque autem pro certo veritatem formarum iſtarum inuenit, in ſolitudine ipſam inuenit, fiunt autem oculi eius ad inſtar fontis aquarum, vſque ad biennium vel vltra, poſtea vero ingreditur ad pacem cogitationum, & ſic ingreditur ad illam quietem, de qua dicit beatus Paulus: *Sicut particulariter caput naturæ à pacifica quoque quiete incipit mens contemplari myſteria, & tunc Spiritus ſanctus incipit ei reuelare cœleſtia, & Deus habitat in ipſo & fructus Spiritus excitat in eo*, & ea hoc

C

ſentit alterationē, quæ in omni innouatione debet excipere naturam interiorem. Obſcure quodammodo, & ſicut in ænigmate ſcripſi hæc ad recordationem veſtram & omnium ſecundum quod comprehendi poteſt à contemplatione ſcripturarum & veracibus orationibus, & nondum ab experientia, vt ſit mihi auxilium per orationes eorum qui exinde fuerint vtilitatem adepti, quia non modicum laborem in his impendi. Audi etiam ibidem quod debeo tibi dicere quod ab ore nō didici fallace. Cū ingreſſus fueris ad regionem pacis cogitationum, tunc à te multitudo lachrymarum auferetur, & poſtea prouenient lachrymæ in menſura conuenienti. Hæc eſt pro certo veritas, ſicut ab Eccleſia creditur generali.

De tribus ordinibus quibus homo proficit. Cap. 26.

Tres ſunt ordines, in quibus proficit homo: Nouitiorum, medius, & perfectorum. Qui eſt ergo in primo ordine, quanquam intentio eius ad bonum tendat, motus tamen ſuæ mentis iniquus eſt. Medius autem, medium quidem eſt inter paſſibilitatem & impaſſibilitatem, & cogitationes tam dextræ quam ſiniſtræ æqualiter mouentur

D

in ipſo, nec ceſſat omnino lumen in ipſo producere tenebras, ſicut iam dictum eſt. Si vero ceſſauerit modicum ab aſſidua lectione diuinarum ſcripturarum, ac deſiderio videndi imagine formarum veritatis, & à poſſe ſuo, quod ad exteriorem cuſtodiam, ex qua fit interior cuſtodia, & ſufficiens operatio ad initia, detrahetur. Quod ſi nutrierit naturale ſuum in his quæ dixi, nec dimiſit mihi inquiſitionem & ſcrutationem & affectum eorum de longo, quamuis non viderit ea: ſed ex nutu lectionis diuinarum ſcripturarum nutriat cogitationes ſuas, & contineat ne declinet ad ſiniſtram, nec recipiat ſemen aliquod diabolicum ſub ſpecie veritatis, cuſtodiat quoque animam ſuam cum deſiderio in Deo, cum oratione laborioſa, & patientia: ipſe præſtabit ei partitionem ſuam, & aperiet ei oſtium ſuum, & maxime pro vtilitate ipſius. Secreta quoque humilibus reuelantur. Si vero mortuus fuerit in huiuſmodi ſpecie, & nunquam viderit terram illam de prope; puto quod hæreditas eius erit cum antiquis iuſtis, qui ad perfectionem venire ſperabant. Nec videtur iuxta verbum Apoſtoli, quam in ſpe operati ſunt omnibus diebus vitæ ſuæ, & dormierunt. Quod autem dicimus: Si non peruenerit homo ad terram promiſſionis, quæ eſt figura perfectionis, id eſt, comprehenſio veritatis manifeſta, iuxta menſuram virtutis naturalis, nunquid prohibetur propter hoc ab iſto, vt in extremo cordis maneat in omne propoſitum ad ſiniſtram, & pro eo declinat quod non comprehendit omnem veritatem, nunquid permanet in fortitudine primi ordinis, qui nec nouit hæc; nec deſiderat, vel conuenit eum exaltari ad mediam viam dixi. Non enim vidit eam, niſi tanquam per ſpeculum, ſed ſperauit de longe, & propter hanc ſpem poſitus eſt cum patribus ſuis. Et

E

F

non ſuit dignus hac perfecta gratia factus. Sed quia ſemper alloquebatur eandem, & eam reducebat ad mentem, & quia mouebatur in deſiderio eius in quantum poterat dum vixiſſet: & cogitationes referebat, cor eius repletum hac ſpe exit à mundo: nam omne quod habet humilitatem, decorum videtur, quia incorporeum mentis exercitium circa deſiderium, quod dirigitur ex conſideratione diuinarum ſcripturarum animam interius corum malignis cogitationibus circumuallat, & conſeruat animam in recordatione futurorum bonorum, nec laxatur mens in negligentia ſua ad commemorationem ſecularium rerum, quia ex his frigeſcunt calores motuum eius, & ad concupiſcentias cadit.

De...

Fit ſpes in Deo per fidem præcordialem, & quæ bona eſt, diſcretione & ſcientia fit. Homo, qui penitus non curat de rebus temporalibus, ſed commendat ſe Deo die noctuque, nec eſt ſolicitus de re aliqua ſeculari, propter ſtudium quod gerit circa virtutes & omnem curam ſuam poſſidet in diuinis, & propter hoc negligit parari ſibi cibos & indumenta & præparationem loci habitationis & cætera cuncta: Hic bene & magiſtraliter ſperat in Deo, quod ipſe debeat ſibi neceſſaria præparare, & hæc eſt prudentiſſima ſpes & vera. Iuſtum eſt etenim talem ſperare in Deo, quoniam ſeruus eius exiſtit & ſtudio ſe incumbit operi eius, abſque omni negligentia quæ ab aliqua cauſa contingat.

G

Nam huic dignum eſt à Deo fieri prouidentiam ſpecialem, quia ſeruat mandatum eius qui dixit: *Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Cum autem ſic diſponimus, mundus tanquam ſeruus nobis omnia præparabit, & tanquam Dominis indubitanter obediet verbis noſtris, & noſtris voluntatibus non reſiſtet. Ne igitur ceſſet de ſtatu ſuo continuo coram Deo, non tradit ſeipſum ad curandum de neceſſaria vtilitate corporis, nec quoque de alio curat niſi tantum otioſus fieri, propter timorem Dei, ab huiuſmodi ſolicitudine magna & parua, vnde quæ ſpectant ad voluptatem, obtinebit. Veruntamen hæc omnia mirabiliter, neque curat de eis, neque laborat in ipſis. Homo quippe, qui cor ſuum ſepultum habet penitus in terris, & ſemper terram comedit cum ſerpente, & in nullo ſtudet complacere Deo, ſed in omnibus corporalibus diſtractus & diſſolutus exiſtit & otioſus ab omni virtute propter aſſiduum colloquium & luxum elationis & occaſiones quaſdam proponit; hic propter deſi-

H

diam & otium excidit iam à bono, & contingit cum arctatur ab aliqua neceſſitate vel morte, ſeu tribulatur à fructificatione ſuarum iniquitatum, dicat: Sperabo in Deo, & ipſe me ſanet abſque ſollicitudine, & auxilium mihi præſtabit. Inſipiens vſque modo non ſuiſti recordatus Dei, immo initiatus es ei per vitia tuorum operum, per te blaſphematur à gentibus nomen Domini ſicut ſcriptum eſt, & nunc præſumis ore pleno dicere: In ipſo ſperabo, & ipſe auxiliabitur mihi, & ſolicitus erit de me. Benedictum eſt à Deo, confundendo tales, per Prophetam dicentem: *Quotidie exquirunt me, & volunt addiſcere vias meas. Et ſicut aliqua facientes iuſtitiam & iuſtificationes Dei ſui non relinquentes quærunt iudicium & iuſtitiam.* De talibus enim eſt inſipiens, qui etiam mente ſit proximus Deo. Sed cum à tribulationibus circundatur, extollit manus confidenter ad Deum. Hic

A

Quod ſolicitudo impedit quietem. Cap. 30.

Homo multæ ſolicitudinis, mitis & quietus eſſe non poteſt. Quia neceſſario cauſæ rerum in quibus ſtudet compellunt eum inuitum & renitentem in ipſis morari; & diſperdunt tranquillitatem & quietudinem. Decet ergo, in oppoſito vultus Dei ſtatuere ſemetipſum, & ad eum extendere viſum ſuum, ſi mentem ſuam vult vere cuſtodire, ac prauos motus, qui in ipſa pullulant, emundare, necnon addiſcere cum cogitationum tranquillitate vt diſcernat ingredientia, & egredientia, quia multæ occupationes ſunt in argumentum laxationis monachi contra operationem mandatorum Chriſti, & manifeſtatio ſuorum defectuum in diuinis. Niſi ſis ſine ſollicitudine, lumen in anima tua non quæras, neque tranquillitatem aut quietudinem in laxatione ſenſuum, vel vbicunque manet occupatio rerum. Ne multiplices tibi occupationes, & non inuenies in oratione tua concuſſiones. Nam ſine aſſidua oratione appropinquare Deo non potes: poſt laborem vero orationis, ſi menti fuerit alia ſolicitudo illata, operabitur in ipſa diſperſionem, lachrymæ ac percuſſio capitis in orationem, necnon voluntatem in terra

B

cum feruore expergeſaciunt calorem dulcedinis ſuæ intus in corde, & cum laudabili mentis exceſſu tranſuolat cor ad Deum & clamat: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei.* Qui de hoc vino bibit & poſtea priuatus eſt eo, ipſe ſolus nouit quanta miſeria occupatur, & quid eſt ablatum ab eo propter laxationem ſui. O quam malum hominibus eſt aſpectus & locutio illis omnibus qui conuerſantur veraciter in ſolitudine plus multo quam illis, qui ſunt à ſolitudine colligati! Quia ſicut vehemens glacies ſubito incidēs ſummitatibus plantarum deſiccat eas, ita colloquia hominum quamuis omnino breuia ſunt, & putentur ad bonum prolata, deſiccant tamē flores virtutum, quæ de nouo floruerunt ex temperantia ſolitudinis, quæ etiam circundāt cum ſimplicitate & temeritate plantam animæ, quæ plantata eſt ſecus decurſus aquarum pœnitentiæ. Et ſic vehemens gelu comprehendens nouellas plantarum productiones, vrit eas: ita & colloquium hominum radices virtutum quæ incipiūt ſicut paſcua pullulare,

Pſal. 42.

C

quod ſi eorum colloquium, qui ex parte quidē abſtinentes ſunt, ea parte vero aliquem defectum patiuntur, conſueuit animæ iacturam inferre, quanto magis colloquium & aſpectus laicorum & ſtultorum, ne dicam potius mundanorū? Nam ſicut nobilis & venerabilis homo cum inebriatur, obliuiſcitur ſuæ voluntatis, & ſtatus eius exhonoratur, & irridetur pretioſitas eius propter alienas cogitationes quæ ſuperuenerunt eidem vini virtute: ita & caſtitas animæ turbatur ab aſpectu & incauta locutione, & eradicatur ab iſta omne ſuſtentaculum laudabilis ſtatus ſui. Si ergo colloquiū & dilatio & diſperſio ſuperuenientes in ſolitudine commoranti, vel ipſorum propinquitates ad videndum & audiendum ſufficiunt inferre menti turbationem & frigefactionē in diuinis propter multa quæ fiunt ex viſu & auditu, & in breui hora hoc faciunt: quid dicemus de continuo eorum occurſu & de multa hora & diuturna in eiſdem? furioſitas ventuis obnubilat mentem in cognitione Dei, quemadmodum & vapor ex humiditate terræ producitur, aſcendens aërem reddit obſcurum. Superbia vero nō conſiderat quod in tenebris ambulat, quia propter prædictam obtenebrationem neſciens intentionem ſapientiæ, extollitur ſuper omnia cum ſit infima omnium, & addiſcere vias Dei non poteſt. Nam & Dominus voluntates ſuas occultat ab ea quam in via humilium voluit ambulare.

Animæ periculum ex confabulationibus.

D

Quod non eſt maior operatio monachorum vigiliis nocturnis cum diſcretione. Cap. 31.

Noli putare ô homo, quod inter omnes operationes monachorum ſit alia quamlibet ſancta conuerſatio, maior vigiliis nocturnis. In veritate fratres, ſi non fiat religio, ſtatio, diſperſio, & turbatio in carnalibus rebus in ſolicitudine temporalium: ſed cauerit ſibi à mundo, & cuſtodierit ſeipſam vigilijs mens eius, quaſi cum alis in breui tempore volat, & exaltatur in dilectionem Dei, & cito peruenit ad gloriam. Tranſit enim per leuitatem ſuam & agilitatem ad ſcientiam quæ ſuperat intellectum humanum. Monachum perſeuerantem in vigiliis cum menos diſcretione, ne reſpicias illum ſicut carne ſeruientem. Hoc vtiq; Angelici ordinis opus eſt, non humanum. Impoſſibile eſt autem quod illos qui ſemper in huiuſmodi cōtinentia conuerſantur, dimittat Deus ſine magnis bonis propter eorum ieiunium & vigilantiam cordis.

E

Sed propter ſollicitam conuerſationem cogitationum ipſorum in ipſo, Anima quæ in huiuſmodi vigiliarum conuerſatione laborat & perſeuerat, quaſi Cherubin oculos ſuos habebit, quibus ſemper intueatur & perſpiciat contemplationem cœleſtem. Ego vero puto impoſſibile eſſe, vt ille qui cum ſcientia & diſciplina prælegit ſibi laborem iſtum magnum atque diuinum, & arbitratus eſt eos portare grauamen, & ſtudioſe laborat in hac glorioſa parte quam elegit, & in die ſibi cauet à turbatione locutionum & ſollicitudine pugnarum, fiat nudus & fatuus admirabili fructificatione magnæ dilectionis, quæ colligi præſtolatur ab ipſo. Quicunque autem hoc negligat, præſumo dicere quod ignorat ad quid laborat & ſomno abſtinet, & in laudum collatione multa, & fatigatione linguæ & erecta ſtatione totus affligitur, non habens mentem ſuam in oratione & in cantu ſuo, ſed quaſi ductus eſt à conſuetudine indiſcrete. Et niſi ſint hæc taliter vt prædixi, quomodo deficeret à metendo, ex continua ſeminatione ſua in labore fructificationes maximas.

F

Nam ſi vice ſolicitudinum exercet ſemetipſum in lectione diuinæ ſcripturæ quæ roborat mentem, cum orationis ſit maxima fortitudo, & in vigilijs quibus coniungitur præſtet auxilium, fiat ei lux mentis, & diſcretio in ſemitam rectam, & fertilis materia in contemplatione orationis quæ ligat mentem à diſperſione, nec in vanitatibus quæritur, fiet quoque indeficiens ſibi ſeminatrix diuinæ recordationis in anima, & commemorationis vitarum ſanctorum vel ſanctarum, qui vel Deo placuerunt facietque mentem acquirere ſubtilitatem, & ſapientiam inuenerit vtiq; operationum huiuſmodi fructum maturum.

Vigilia infructuoſa.

Quare ergo homo indiſcrete te tuamque diſponis, quia totam quidem noctem peruigilem erectus ſtando deducis, & affligis teipſum orationibus laudibuſque: oneroſum vero non modicum tibi videtur per breuem in die curam te diuinam gratiam promereri, ne quis forſitan pro te contriſtaretur? Vt quid teipſum affligis & de nocte quidem ſeminas, de die vero ſpargis laborem tuum, & videris infructuoſus? Quare diſpergis vigilantiam & ſtudium & calorem quem fuiſti adeptus, & perdis inaniter lucrum tuū ob turbabiles rerum curſus?

G

Nam ſi nocturnæ meditationi concordem faceres operationem diurnam calore cordis, nec in medio doctrinam adhiberes, in breui vtique tempore amplexans pectus Ieſu. Sed ex hoc manifeſtum eſt, quoniam indiſcrete conuerſaris, nec ſcis qualiter oporteat monachos vigilare. Tu enim putas, quod hæc omnia ſunt ad hoc tantum ſtatuta, vt labores, nec ob aliud quod oriatur ex eis. Illi vero qui promeruerunt à gratia, pro qua ſæpe obſtant athletæ ſomno, & naturæ violentiam inferunt tam per violentiam corporum quam cogitationum ſuarum, cui ſingulis noctibus preces offerunt, ille ſolus nouit virtutem: Quæ fit ex diurna cuſtodia, & quale menti præſtat auxilium in quietudine noctis, & qualem poteſtatem circa ſe contra cogitationes, & qualem munditiam, & qualem intelligentiam ſine pugna & violentia ſibi donat, & quod faciat ipſum intelligere cum libertate verborum nobilitatem. Ego quoque dico, quod ſi corpus feſſum fuerit propter infirmitatem ſuam, vt ieiunare non poſſit, poteſt ſolis vigiliis mens acquirere ſtatum animæ, & intellectum præſtare cordi, virtutem ſpiritualem addiſcat, dummodo non fiat ſibi exterminatio à dilatatione diuinarum cauſarum,

Exhortatio ad vigilias.

H

vnde rogo te, qui affectas adipiſci mentem ſtudioſam apud Deum & agnitionem nouæ vitæ toto tempore vitæ tuæ, noli negligere conuerſationem vigiliarum, quia per ipſam aperiuntur oculi ad intuendum totam gloriam conuerſationis & virtutem viæ iuſtitiæ. Quod ſi fiat tibi (quod abſit) iterum laxationis cogitatio, & nidificauerit in te forſitan propter probationem protectoris tui, qui ex conſuetudine te permittit in huiuſmodi alterari, ſiue in calore ſeu etiam in frigefactione vel ex aliqua cauſa vel infirmitate corporis, vt non poſſis facere laborem multi cantus quem cantare conſueuiſti ac extenſæ orationis ac multarum genuflexionum quas facere conſueuiſti. Rogo in charitate, ſi derelictus fueris in huiuſmodi, nec poſſis eadem operari, ſaltem ſedendo vigila, nec dormias in corde tuo, & omni ingenio educ noctem ſedens, & bonos

A cogitans intellectus, & ne indures cor tuum & obtenebres illud in ſomno, quia veniet iterum tibi primus ille calor & lenitas & virtus, & exultans gaudebis, & referes Deo gratias. Nam frigefactio & huiuſmodi grauedo, & ad examinationem & probationem hominis permittuntur, & ſi ſemetipſum excitauerit cum feruore, ac excuſſerit eas à ſeipſo, inſtans aliquantulum importune, ſtatim appropinquat gratia ſicut erat, & accedit ad eum alia virtus continens omne bonum occultum in ſemetipſa, & etiam ſpes protectionis, & homo admiratur obſtupefaciens de prima grauedine ac de ſuperueniente lenitate ac virtute: necnon etiam quod tam ſubito huiuſmodi alterationem recepit, & ex tunc inſtruitur, quod ſi venerit ſibi talis grauedo, cognoſcat illam ex prima experientia. Nam ſi in primo tempore non certauerit, hanc ſcientiam nõ poteſt recipere nec habere. Vides in quantum inſtruitur homo, quando compellit ſeipſum aliquantulum & ſuſtinet tempore pugnæ. Si virtus corporis infirmata eſt non ex pugna, ſed ex infirmitate neceſſitatis, tunc etenim non eſt conueniens impugnare naturam. B In reliquis vero bonum eſt, vt quis in omnibus quæ ſibi proſunt importune incitet ſemetipſum. Continua enim quietudo conſcientiæ, & moderata ciborum aſſumptio cum vigiliis, cito expergefaciunt mentem à ſtupefactione rerum, niſi forte fiat aliqua cauſa, quæ quietudinem ſoluat, cogitationes autem quæ mouentur in ſolitariis ſubito ſine conſenſu faciunt ambos oculos quaſi lauacri fontem in lachrymarum effuſione atque ſua multitudine genas lauant. Cum autem per abſtinentiam domitum fuerit corpus tuum & per ſtudioſam cuſtodiam quietudinis, & percipis quod corpus tuum moueatur violenta paſſione fornicationis, & præter naturalem motum, ſcias quod cogitationibus ſuperbiæ es tentatus. Appone ergo, quærere in cibo tuo & cohibeas ventrem tuum, & ſcrutare quid cogitaſti, & adiice alterationem naturæ tuę, & in naturalia opera tua, & forſitan Deus miſerebitur tui, & emittet tibi lucem; vt adiicias humilitati, ne tua malitia augeatur. Ne ceſſemus ergo laborando & ſtudendo, vt pœnitentiam videamus in nobis, & inueniamus humilitatem, & requieſ- C cant in Deo corda noſtra, cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Quod homo debeat meditari pſalmos & cauſas cõpunctionis & futura gaudia Cap. 12.

Si ſingulariter manes in cella tua, meditare ſemper ſuper pſalmos & cauſas compunctionis, & in memoria mortis & in ſpe futurorum, ſi nondum es veram contemplationem adeptus. Hæc etenim colligunt mentem, nec permittunt eam diſcurrere, donec veniat contemplatio vera. Nam potentia ſpiritus fortior eſt vitiis, meditare etiam in ſpe futurorum cum recordatione Dei, & conſidera diligenter intelligentiam prædictorum, & caue tibi à rebus extrinſecis quæ te mouent ad concupiſcentias, & à paruis quæ facis in cella tua caueas tibi ſicut ab ipſis, & ſcrutare cogitationes tuas, & ora vt oculos in omni conuerſatione acquiras, & exinde incipit oriri gaudium, tunc etenim inuenies tribulationes dulciores melle. Nemo poteſt vitia ſuperare, niſi per ſenſibiles viſibileſque virtutes. Diſperſionem vero mentis nullus vincere poteſt niſi in exercitatione ſcientiæ ſpiritualis. Mens noſtra leuis eſt, niſi ligetur alicui cogitationi, à diſperſione nõ ceſſat, ac ſine perfectione virtutum impoſſibile eſt hanc virtutem adipiſci, niſi quis deuicerit inimicos non poteſt in pace morari. Et ſi pax non regnat, quomodo poteſt inuenire quæ ſunt con- D tra pacem? vitia quoque diafragia virtutem animæ occultauerunt, & niſi prius diruantur per manifeſtas virtutes, non poſſunt interiora videri, quaſi nec poteſt aliquis extra murum exiſtens, cum iis qui intus ſunt conuerſari: nullus quoque videre poteſt ſolem ſub nube, nec virtutes animæ, vitiorum adhuc turbatione manẽte. Ora Deum, vt tibi ſentire det affectum ſpiritus & deſiderium eius. Cumq; venerit tibi hæc ſenſualitas & deſideriũ ſpiritus, tunc debes à mundo diſcedere, mundus à te diſcedet, nam ſine iſtis, quietudinem, religionem & colloquium lectionis ad hoc ſegregato nullus ſentire poteſt; & ſine his illa nõ quæras: ſi vero quæſieris, conuertẽtur poſtmodum & corporalia fiunt, qui intelligit intelligat. Placuit ſapienti Deo vt in ſudore hic comedatur panis, nec pro malitia hoc fecit, ſed ne fieret indigeſtioni nobis & moreremur: vnaquæque virtus mater eſt

Gen. 2.

ſecundæ. Si dimiſeris matrem quæ parit virtutes & abieris E quærere filias, nec prius matrem ipſarum acquiras, ipſæ inuehientur animæ ſicut viperæ, ſi a te non proiicias illas.

Signa charitatis. Cap. 13.

Charitas Dei naturaliter calida eſt, & quãdo cadit ſuper aliquem, moderare facit illam animã exceſſiuam, quia charitatem in ſe capi percepit & mutari. Iuxta menſuram vero qualitatis ſuperuenientis ſibi, Charitatis inconſueta videtur alteratio in eodem, & hæc ſunt ſenſibilia ſigna eius. Fit facies hominis rubicunda, iocunda, corpus eius calefit, recedunt ab eo timor & verecundia, & fit exceſſiuus, & virtus quæ mentem colit recedit ab ipſo, & fit quaſi demens, & terribilem mortem reputat gaudium. Nec cecidit contemplatio eius à conſideratione cœleſtium, & abſens tanquam præſens alloquitur nõ viſus ab aliquo. Scientia & viſio eius naturalis pertranſeunt, nec percipit ſenſualiter motum qui eſt in rebus ſuis, & quaſi eſſet cum aliquo exercetur. In hac paſſione inebriati ſunt Apoſtoli & martires, & quidam eorum deſtruxerunt totum orbem, & laborauerunt, & ſuſtinuerunt opprobria, ſimiliter & martyres cum eiſdem & in deſertis errauerunt, & irregularitatibus compoſitis, & cum F eſſent ſapientes, deputati ſunt, dementes: ad hanc dementiam dignetur Deus nos peruenire, Amen.

Antequam perueneris ad ciuitatem humilitatis, ſi videris teipſum quod quieuiſti ab infeſtatione vitiorum, ne credas tibimet. Inſidias quaſdam tibi ſtatuet inimicus, & expecta poſt quietem, turbationem multam, poſtquam vero tranſieris hoſpitia virtutum, non occurris quieti à fatigatione tua ab aduerſariis reſpirationi donec poſſis ad humilitatis habitaculum peruenire.

De ſpontanea tribulatione pro proximo. Cap. 14.

Religio mater eſt ſanctitatis, ex qua oritur prima perceptionis guſtatio ſecretorum Dei, quæ vocatur primus ordo cognitionis ſpiritus. Nemo decipiat ſeipſum fantaſmate diuinationis, quare videat anima. Anima enim infecta non aſcendit ad regnum mundum, nec coniũgitur ſpiritibus ſanctorum, clarifica decorem caſtitatis tuæ cum lacrymis & ieiuniis & ſolitaria quietudine: tribulatio parua ꝑ Deo facta melior eſt opere magno quod ſine tribulatione perficitur. G Quia ſpontanea tribulatio probationẽ fidei charitatis facit oriri, opus quietis ex ſaturitate conſciẽtiæ fit. Et ideo in tribulationibus probati ſunt ſancti pro charitate Chriſti, ſed non in refrigeriis, quoniam opus quod fit ſine labore, iuſtitia eſt perſonarum ſecularium quæ de exterioribus faciunt eleemoſynam, nec lucrantur in ſemetipſis. Tu autem ô paſſionis conator vel ſectator ſtude in temetipſo vt dignus fias guſtare gloriam eius. *Quod ſi compatimur & glorificabimur*: id eſt, non glorificatur mẽs cum Ieſu, niſi patitur corpus cum Chriſto, ergo qui cõtemnit humanam gloriam, hic eſt ille, qui fit dignus gloria Dei, & glorificatur corpus eius cum anima. Gloria enim corporis ſubiectio eſt caſtitatis cũ Deo. Gloria vero mentis, contemplatio vera de Deo. Abrenunciatio vero duplex eſt in operibus & opprobriis, nam quomodo patitur corpus & cõpatiatur eor. Si vero non noſti Deum, impoſſibile eſt in te moueri charitatem eius, nec potes diligere Deum niſi videas eum, viſio namque Dei fit ex ipſis ſcientia, non enim præcedit viſio ſcientiam. De ipſo fac me Domine ſcire te, & diligere non in ſcientia diſperſionis mentis, quæ fit ab exercitatione. ſed fac me dignum illa ſcientia in qua meos te videns glorificat naturam ſuam, in contemplatione quæ ſurripit ſenſualitatem mundi, à mente fac me attolli ab aſpectu voluntatis quæ fantaſmata gignit & videre te in violentia vinculi, cuius in parte ſecun- H da crucifixionis mentis, quæ in libertate conſtituta ceſſat ab efficacia intellectuum per continuam cõtemplationem tuam quæ eſt ſupra naturam; Pone in me augmentum charitatis tuæ, vt poſt amorem tuum veniam à mũdo iſto, extra conſiderationem humilitatis tuæ in qua conuerſatus es mundo in velamento, quod induiſti de membris noſtris, vt in hac indeficienti ex inoblita recordatione aſſumam cum delectatione humilitatem naturæ meæ.

Rom. 8.

Abrenunciatio duplex.

De duabus aſcenſionibus in crucem. Cap. 15.

Duo ſunt modi aſcenſionis in crucem, vnus eſt crucifixio corporis, & alius eſt aſcendere in contemplationem: & primus quidem fit à libertate tua, ſecundus vero ab affectu operum, cui non ſubiicitur mens, niſi corpus ſubiiciatur. Crucifixio corporis eſt regnum mentis, nec ſubiicitur mens Deo, niſi ſubiiciatur libertas arbitrii, tamen

A difficile eſt exhiberi quædam ſita illi qui nouitiis eſt & ſtatu puer. Scriptum eſt vtique: *Væ ciuitati cuius rex puer* vel iunior *eſt*. Quicunque ſubiecerit ſe pro Deo, prope eſt vt ſubiiciantur ſibi. Qui cognoſcit ſeipſum, ſcientia omnium datur ei: nam cognitio ſuimet, ſcientiæ omnium eſt plenitudo, & in ſubiectione animæ ſuæ cuncta ſibi ſubijciuntur. Tempore quo humilitas in anima tua regnat & in conuerſione tua ſubiicitur anima tua, & cum ea cuncta ſubiicientur: quia gignitur in corde tuo pax à Deo. Cum tu extra eum fueris, non ſolum à vitiis, ſed ab accedentibus etiam perſequeris. Vere Domine niſi humiliati fuerimus, non ceſſas nos humiliare. Vera humilitas germen eſt ſcientiæ, & ſcientia vera genimen eſt tentationum.

De continuo ſilentio & quietudine. Cap. 16.

Continuum ſilentium & cuſtodia quietudinis ex tribus his cauſis fiunt, vel propter gloriam hominum, vel propter gloriam cœli virtutis, vel aliquem diuinum occurſum quẽ habet aliquis intra ſe, ad quem trahitur animus eius. Quicunque non habet ex alterius neutra, neceſſatio ægrotat. in primo virtus eſt non vtique manifeſtatio multarum ac diuerſarum actionum, quæ corporaliter exercentur; ſed ſapientiſſimum cor in ſpe ſua. Copulat enim ipſum diuinis operibus intentio. & animus quidem multoties poteſt ſine corporalib. actionibus exercere bonum. Corpus ſine ſapientia cordis quamuis operetur, non poteſt prodeſſe. veruntamen non ſuſtinet homo Dei cum opportunitatem inuenit B bonam operandi, quia oſtendit laborem bonum operationis ſuæ charitatem quam habet ad Deum. Primus autem ordo ſemper proſperatur. Secundus vero ordo quandoque proſperatur, quandoque non. Non putes quod res iſta pura ſit, vt vitia carnis ſemper quieſcant. Deo autem noſtro ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

De motu carnis. Cap. 17.

Motus autem inferiorum membrorum corporis, qui fit abſque acutioribus cogitationibus irrationabilibus delectationis quæ mouetur cum immundis, & trahit animam ad miſeriam ſine ſponte, indubitanter eſt à ventris repletione: quod ſi forte venter moderatus eſt in dieta, membra quantumcunque moueantur ſua ſponte, noueris quod in corde oritur vitium, & armaturam fortem & inexpugnabilem æſtima eſſe, in hoc agone diſtare ab aſpectibus mulierum, quoniam aduerſarius nequit operari in nobis, id quod C natura nequit agere ſua virtute: ne putes, quod natura tradat obliuioni quæ à Deo in ipſa naturaliter ſunt inſerta ad filiorum procreationem & examinationem illorum qui ſunt in certamine. Sed diſtantia rerum, concupiſcentiam in membris mortificat, & obliuionem & perditionem operatur in ipſis. Aliæ ſunt cogitationes rerum longe diſtantium, quæ ſimpliciter pertranſierunt in animo, & paruum motum & modicum faciunt à ſeipſis. & aliæ ſunt cogitationes, quæ in aſpectu materiæ ſubmergunt animum ſine obliuione, & ex propinquitate mouent vitia & hominem nutriunt, ſicut oleum aſcenſionem lucernæ, vitiumque quod mortuum eſt & extinctum accendunt, & turbant pelagus corporis per motus, in nauicula mentis. Hic autem naturalis motus, qui habitat in nobis, propter ſolam creationem abſque appoſitione vel operatione extrinſeca turbare munditiæ arbitrii caſtitatem non poteſt. Deus enim non condidit naturæ potcotiam ad ſuperandum arbitrium bonum quod eſt in aliquo erga ipſum, ſed quando aliquis mouetur vel ab ira vel à deſiderio, non compellit eum natura vel virtus de terminis exire naturæ & extra fieri quæ debentur, ſed appoſitio quam facimus ſuper naturam

D Motus naturalis in peccando potench.

per voluntatis actiones. Nam Deus omnia quæcunque fecit bene fecit & menſurate, & quanto menſuram proportionis naturalium in nobis recte ſeruamus, tanto naturalis motus compellere nos poſſit ad declinandum à via Dei, ſed tantummodo temperat. His motibus mouetur corpus, vt ſciamus tantum, quo ſit in nobis paſſio naturalis non ad titillandum & infeſtandum quo charitas impediatur, aut ad obtenebrandum mentem à feruore, & à pace monendum ad viam. Si vero nos attracti fuerimus à ſenſualibus rebus per quas indignatio contra naturam conſueuit impetum facere vel in eſu vel in potu, vel in ſuperabundantia quantitatis, ſeu in propinquitate mulierum, & acceſſio ipſarum aſpectu aut collocutionibus quæ fiunt contra ipſas, ex quibus flamma concupiſcentiæ accenditur, & exultat in corpore, conſtituamus & ferocitatem

E

exinde manſionem naturalem vel propter complexionis abundantiam vel propter incurrentes rerum aſpectus. Eſt aliquando ipſorum motus à permixtione quæ propter opinionem noſtram fit caſte, & non eſt ſicut ille, illas quidem pugnas libertatis vocemus, quæ ſunt communis naturæ; pugna vero quæ fit ex promiſſione, quæ fit ex cauſa naturæ: opinionis, ſcimus quod in laboribus & cautione per multa tempora facti ſumus & opinamur aliquid feciſſe, permittimur impugnari, vt diſcamus humilitatem. Reliquæ vero pugnæ quæ propter hanc cauſam fiunt nobis vltra vires, à noſtro tempore ſiunt, quam natura cum oppoſitione aliqua materialem per gaſtrimargiam recepit nec quieſcit. Deinde ordine ſuæ primæ plaſmationis. Nam ille qui turbationes & tentationes depoſuit, compellitur inuitus peccatum diligere, ſine his enim recedere à blandimento ſenſualitatis nequimus. Qui quanto plus multiplicantur dolores, tanto magis hæc minuuntur. Quoniam turbationes & pericula voluntatem vitiorum occidunt: quies vero nutrit & auget eam. Igitur notum eſt manifeſte,

Doloribus fugiunt peccata.

F

quoniam Deus & Angeli eius in quiete, quod ſi in tribulationibus & angoſtiis perficiuntur mandata Dei, nos quia ipſa contemnimus, ipſum ideo qui mandauit machinamur contemnere propter vitia quæ à quiete naſcuntur, & euacuamus virtutis cauſam, videlicet tribulationem & anguſtiam. Nam in quantum menſura quietis in nobis inducitur, in tantum vitiis aptamus locum in nobis, quia in corpore anguſtiato cogitationes in vanitatibus agitari non poſſunt. Cum autem quis in gaudio tribulationes ſuſtinet & labores, poteſt vtique cogitationes refrenare potenter, quia ipſæ cogitationes in fatigationibus ceſſant. Quando vero recordatus fuerit homo propriorum peccatorum ſuorum, & cruciauerit ſeipſum, tunc & Deus curam gerit, vt ipſum quieſcere faciat, & gaudet Deus ex eo quod ipſemet ſibiipſi pœnam inflixit de præuaricatione viæ Dei, quod vtique veræ pœnitentiæ ſignum exiſtit: & quanto plus ipſe pœnitentiam egerit animæ ſuæ, tanto magis eius præmium multiplicatur à Deo. Omne autem gaudium quod à virtute non habet cauſam ſtatim, excitat motus concupiſcentiarum inuentori ſuo. Intellige quidem hæc de omni G concupiſcentia vitioſa. Non enim hoc dicimus de concupiſcentia naturali.

Quod virtutes inuicem ſibi ſuccedunt. Cap. 18.

Virtutes inuicem ſibi ſuccedunt, ne enim fiat via ipſarum oneroſa, grauiſque & non ordine peragatur: & ex ea alleuiatur, & vt ita facilia ſint ea quæ ſunt difficilia propter bonum, ſicut & bona. Nemo enim poteſt acquirere inopiam virtute niſi ſeipſum inducat, & præparet ad ſuſtinendum tentationes, niſi qui credidit quod aliquid ſuperans corporalem quietem, pro tribulationibus ad excipiendas ſe præparauit, primo dilectio tribulationum mouetur in ipſo, deinde ſuperuenit & cogitatio inops fieri de his quæ ſont mundi, & omnis qui appropinquat tribulationibus. Quicunque priuauerit ſe rebus materialibus nec priuauerit ſeipſum etiam efficacia ſenſuum viſus videlicet & auditus, tribulationem duplicem ſibi mendicabit, & duplex miſer fiet & tribulabitur quinimo quæ vtilitas priuari materialibus rebus, & in ipſis delectari per ſenſus. Nam illud idẽ patitur ex paſſionibus quæ in eis ſunt, quod actualiter prius patiebatur pro eo quod memoria conſuetudinis earum nõ recedit ab animo ſuo. Si enim imagines ipſarum mẽti factæ dolorem miniſtrant homini ſine rebus eiſdem: quid habemus dicere de appropinquante eſſentia? bonus eſt ergo exceſſus, etenim valde operatur, quum cogitationes viriliter manſueſcit, & potentiam in exercitatione imponit, necnon patientiam magnam imponit homini in ſuperuenientibus ſibi neceſſariis tribulationibus à quo requirere eſt H conſilium.

Ne homo conſulat alienum. Cap. 19.

Ne quæras conſilium ab aliquo qui non ſit de conuerſatione tua, quamuis ſit ſapiens valde, & committe potius cogitationes tuas idiotæ in experientia rerum facto, quam eloquenti philoſopho ſuper ſcrutationem loquenti ſine experientia rerum. Quid eſt igitur experientia rerum? Experientia eſt non quod aliquis ingrediatur & perſpiciat aliquarum rerum, nondum aſſumens in ipſis earundem agnitionem in ſeipſo, ſed quod excipiat illarum experien-

A

na vtilitatem & damnum ipſarum operabiliter per motam quam fecit in eiſdem. Quemadmodum videtur multoties res damnum, & eius habitus inuenitur merces vtilitate repleta: eodem quoque modo intellectu & in huiuſmodi contrario videlicet videre, multoties res vtilitatem habentes & habitus damno repleri. Vnde plures homines ex rebus quæ videntur lucrabiles, inueniunt damnum, & nec ex ipſis teſtimonium ſcientiæ verum exiſtit. Illo ergo conſiliario vtere, qui nouit probare in patientia res diſcretionis: propter hoc autem non eſt quilibet fide dignus ad dãdum conſilium, niſi qui prius bene voluntatem propriam gubernauerit, & actores & detractores non pertimeſcet.

Quod quanto magis homo vigilãs proficit, tanto maiores tẽtationes habet. Cap. 40.

Quando enim inueneris in via tua pacem inalterabilem, tum pertimeſce, quia longe diſtat recto tramite qui laborioſis pedibus ſanctorum calcatur. Nam quanto progrederis in via ciuitatis regis, & appropinquas ciuitati hoc tibi ſit ſignum, fortitudo tentationum occurret tibi: & quanto proficis, tantum tentationes multiplicantur contra te. cum autem perſenſeris in anima tua alium gradum excelſum in occulto recipe & addita eſt gratia in ſtatu in quo ſtabat. Nã ſecundum magnitudinem gratiæ tantum in tribulatione

B

tentationum Deus adducit animam non in ſeculares tentationes quæ fiunt ad refrenãdum malitiam & res manifeſtas neque corporales turbationes intelligas eas eſſe, ſed tentationes conueniẽtes monachis in ſolitudine ſua, quas poſtmodum diſtinguemus. Quod ſi anima infirmitatem habet, nec eſt ſufficiens ad magnas tentationes, poſtulat non intrare in eas, & Deus exaudiet eam. Scito vere, quod in quantum inſufficiens eſt ad magnas tentationes, in tantum eſt & ad magna chariſmata inſufficiens, & quemadmodum magnarum tentationum introitus præpeditus in ipſa ſit, & magna chariſmata præpediuntur in ea: quoniam non dat Deus magna chariſmata ſine magnis tentationibus. Nam & tentationes ſecundum chariſmata dinumerata ſunt à Deo, iuxta ſapientiam eius, quoniam hi qui ab eo creati ſunt non comprehendunt. Igitur à difficilibus tribulationibus contingentibus tibi ex diſpenſatione diuina, comprehendis quantam conſolationẽ recepit anima tua de magnitudine eius. Nam ſecundũ triſtitiam, & conſolatio Quid ergo prius eſt, tentatio & deinde chariſma: an prius chariſma, & fit deinde tentatio? *Reſponſio.* Non venit tentatio niſi

Anima tentationum capax.

C

prius recipiat anima tua in occulto etiam magnitudinem ſuper primam ſuam menſuram & ſpiritum gratiæ quoniam recipiat prius & teſtatur ad ipſum tentatio Dei, ſimiliter & tentationes Apoſtolorum. Non enim permiſſi ſunt in tentatione intrare quouſque paracletum receperunt. Nam qui communicabant bonis, conuenit eos ſuſtinere tentationes ipſorum, quia poſt bonum eſt & tribulatio eius. Ita enim placuit ſapienti Deo in omnibus facere, & in hoc ſcit gratiam eſſe priuſquam tentationem, veruntamen præceſſit ſenſualitas tentationum: ſenſualitatem gratiæ propter probationem libertatis. Nunquid etenim prouenit in aliquo gratia, priuſquam guſtet tentationem: præcedit etiam gratia mentem, in ſenſualitate vero retardat, vnde decet nos habere in his tentationum temporibus quædam duo contraria inuicem, & in nullo ſimilia. Hæc autem ſunt gaudium & timor. Gaudium quidem. quod in via ſumus quam calcauerunt ſancti, quinimo viuificator in ea inuentus eſt ambulare & hoc eſt manifeſtum ex agnitione tentationum. Timorem vero debemus habere, ne forte ex cauſa ſuperbiæ tentemur. In iſtis autem humiles inſtruuntur à gratia,

Hominis gaudium & timor.

D

vt hoc diſcernere poſſint, & ſcire quid ſit tentatio, quæ fit ex fructu ſuperbiæ: etiam quæ ſit illa quæ fit ex alapis in illis qui verberantur ex charitate, diſcretæ ſunt enim ab inuicem tentationes quæ ſunt à conamine & augmento conuerſationis in bono & tentationibus promiſſionis, quæ ſunt melius ad caſtigationem vel guſtationem propter ſuperbiam cordis.

Tentationes quæ fiunt à virga ſpirituali ad profectum & augmentum animæ, in quibus exercitatur anima, & probatur atque mundatur, ſunt iſtæ. Pigritia grauitas corporis, laxatio membrorum, accidia, confuſio mentis, dolores corporis, excuſſio ſpei ad horam, obtenebratio cogitationum, defectus humani auxilii ad horam, egeſtas corporalis vſus, & his ſimilia.

E

Quæ ſunt tentationes quibus anima proficit. Cap. 41.

Ex his tentationibus acquirit homo animam ſolitariam & ſui protectionem & humilitatem & cor contritum, & ex his probatur quis veniat ad deſiderium creatoris. Hæc autem diſpenſator ordinat iuxta poſſibilitatem & iuxta neceſſitatem ſapientium ea. His contemperantur conſolatio. & aduerſitatis lux, & tenebræ, prælia & aduerſiones, & breuiter dicere anguſtant hoc atque hoc, eſt ſignum profectus hominis per auxilium. Tentationes itaque quæ fiunt à promiſſione Dei contra imprudentes, & extollẽtes ſe in mentibus ſuis coram bonitate Dei in ſuperbia ſua: ſunt iſtæ tẽtationes dæmonum manifeſtæ, quæ ſunt ſupra potentiam animæ, defectus virtutum ſapientiæ quæ ſunt in eis ſenſualitas acuta intentionis fornicandi, quæ permittitur contra eos ad humilitatem elationis eorum: indignari cito, velle ſtatuere & contemnere, error mentis totalis, blaſphemia contra nomen Dei, intentiones famæ plenæ riſu, immo planctu, contemni ab omnibus, deſtructio honoris ſui, fieri confuſio & opprobrium in modis multis a dæmonibus occulto, manifeſteque deſiderium commiſceri & conuerſari in mundo, loqui & nugari ſemper inſipienter, adinuenire, ſibi renouationem, ſemper

F

cum falſa prophetia promittere multa ſupra poſſe ſuum, hæc quidem ſunt animæ. In corporalibus vero contingunt doloroſi euentus: permanentes ſemper perplexi, vixque ſolubiles occurſus malorum, ſemper & impiorum hominum incidere in manus hominum tribulantium in otio cordis ſemper ſine cauſa. & repentino timore parati multoties minas magnas ex lapidibus & altis locis ex his ſimilia quæ fiunt & corporis fractione. Vltimo egeſtas ſapientiæ noſtrum cor ex diuina virtute & ſpe fidei ſuæ, vt cito dicantur, quotquot impoſſibilia & ſupra vires ſunt, inducuntur ei. Hæc autem quotquot ſuperius narrauimus, & determinauimus, dæmonis ſunt tentationum ſuperbiæ: apparet autem principium in homine. quando quis incipit ſe habere ſapientem in oculis ſuis, & ſic tranſmutatur in omnibus malis, ſecundum menſuram ſuſceptionis huiuſmodi cogitationum ſuperbiæ: à ſpeciebus ergo cogitationum tuarum comprehende viam ſubtilitatis mentis tuæ. Quod ſi videris aliquas ex his tentationibus commixtas cum aliis tentationibus quæ ſuperius ante dictæ ſunt, ſcito quod in quantum habes ex iſtis, in tantum ſuperbia tibi contigit vel incumbit.

G

Quod patientia homines repellit aduerſitates. Cap. 42.

Mens aduerſitates & tribulationes quæ nõ participant, patientiæ duplex habet tormentum. Patientia enim hominis repellit aduerſitates eius. Puſillanimitas enim mater eſt cruciatus. Patientia vero mater eſt conſolationis. Et virtus quædam quæ à latitudine cordis habet orin, quam virtutem difficile eſt hominem inuenire in tribulationibus ſuis abſque diuino Chriſmate, quæ ex perſeuerantia orationis inuenitur & lachrymarum effuſione.

De puſillanimitate. Cap. 43.

Quando vult Deus peramplius tribulari promittit etiam venire ad manus puſillanimitatis. Hæc autem parat in eo potentiam Accidæ, in qua guſtat ſuffocationem animæ, quæ eſt guſtatio gehennæ, & ex hac ſuperinducitur ſpiritus exceſſus ex quo naſcuntur plurimæ tentationes, ſcilicet confuſio, furor blaſphemia, fatua colpatio, peruerſæ cogitationes, & de terra in terram tranſmigratio, & his ſimilia. Quod ſi dixeris quæ eſt cauſa horum? dico tibi, quod negligentia tua, quia non curaſti medicinam eorum: vna eſt enim omnium eorum medicina, per quam quis inuenit ſtatim in anima conſolationes: hæc eſt, humilitas cor-

H

dis, & præter hanc deſtruere terminum iſtorum malorum nemo poterit, quinimo, inuenit eum ſub potentia contra eum. Ne indigneris contra me, quia dico tibi veritatem, non quæſiſti eam ex tota anima tua vnquam: idem ſcire ſi vis, fac rem regione ſua, & videbis quomodo dabit malitiæ tuæ. Nam ſecundum menſuram humilitatis tuæ, datur tibi & patientia in aduerſitatibus tuis, & ſecundum patientiam tuam alleuiatur grauitas tribulationis tuæ, & conſolationem obtinebis. Secundum vero conſolationem tuam magnificatur tua dilectio circa Deum, & ſecundum dilectionem tuam magnificatur gaudium in Spiritu ſancto: ab illis vero qui vere ſint Filii, Pater miſericors quando placet ei effectum facere tentationum earum, non aufert ab

actione

A

actione tentationes ipſorum, ſed patientiam præſtas eis in ipſis, & omnia bona hæc & in patientia eorum recipit ad perfectionem animarum ipſarum. Dignos nos igitur faciat Chriſtus in gratia ſua ſuſtinendi mala cum amore ſuo, & cum regeneratione cordis Amen.

De virtute corporali & virtute ſpirituali, quomodo purgant hominem Cap. 44.

Virtus corporalis in ſolitudine mundat corpus à ſordibus quæ ſunt in ipſo, virtus vero mentis humiliat animam & purgat eam à groſſis & pernicioſis intellectibus, vt moueatur potius in contemplatione ſua. Hæc autem contemplatio propinquare facit eam ad nuditatem mẽtis, quæ vocatur contemplatio immaterialis. Et hæc eſt ſpiritualis virtus; hoc enim extollit animam à terrenis, & appropinquare facit eum primæ contemplationi ſpiritus, & apud Deum conſtituit animum ad contemplationem gloriæ ineffabilis, quæ eſt motio intellectuum magnitudinis ipſius, & ſeparat illum ab hoc ſeculo & eius ſenſualitate, & ex hoc, de ſpe noſtra illa depoſita certificamur, & ad certitudinem eius ordinis peruenimus, & hæc perſeuerantia eſt certificatio, de qua dicit Apoſtolus perſeuerantia eſt certificatio, in qua lætatur mens intelligibiliter. videlicet in ſpe promiſſa nobis. Quid autem ſint hæc & quomodo quodlibet iſtorum eſt, audi. Conuerſationem corporalem quæ ſecundum corpus eſt, vocat corporalia opera quę fiunt ex emendatione carnis in actione virtutis per opera manifeſta in ſemetipſis in quibus purgantur ab immunditia carnis.

B

Conuerſatio vero animi, eſt operatio cordis quæ fit inceſſanter in ſolitudine iudicii ſcilicet iuſtitiæ & iudiciorum eius, oratio indeficiens cordis conſideratio diſpenſationis & curæ Dei in hoc mundo ſimiliter facta ſpiritualiter & localiter, necnon & cauere à vitiis collectis, ne occurrat quid ex eis in regione occulta & ſpirituali, hoc eſt opus cordis, quod vocat conuerſationem animi.

De contemplatione materiali. Cap. 45.

In opere conuerſationis, quod vocantur actus animæ humiliatur cor, & ſeparatur à communione confuſæ vitæ, quæ eſt contra creaturam. Ex his incipit aliquando moueri ad intelligendum & intuendum in contemplatione naturalium quæ creata ſunt ad vſum & augmentum corporis, & quomodo in miniſtratione eorum datur virtus quatuor elementis, quæ ſunt actione vel in corpore.

De conuerſatione ſpirituali. Cap. 46.

C

Conuerſatio quoque ſpiritualis eſt actio ſine ſenſibus, & hæc eſt quam deſcripſerunt Patres, quam cum mentes ſanctorum ſuſcipiunt, ſubſtantialis aſpectus & pinguedo corporis tolluntur, ac deinde aſpectus fit intelligibilis. Aſpectum autem ſubſtantialem vocat orationem primæ naturæ, & ex hoc aſpectu ſubſtantiali dehinc facile tranſcendit ad agnitionem ſolitariæ conuerſationis, quæ eſt in expoſitione manifeſta miſericordiarum Domini: hic eſt magnus ſtatus futurorum bonorum, qui datus in libertate in immortalium vita, in conuerſatione quæ eſt poſt Reſurrectionem, qui non ceſſat in humana natura mirari Deum, nec conſiderat omnino quid de creaturis, nam ſi eſſet aliquid ſubſtantiale Deo, habuiſſet vtique mens memoriam in illo. Quod ſi omnis pulchritudo illorum quæ fiet in reſurrectione futura inferior eſt pulchritudine eius, quomodo poteſt aliquis exire in aſpectu ſuo extra pulchritudinem Dei? Quid ergo mors conuiſtat eum, vel grauitas carnis ſeu memoria conſanguineorum eius, ſine neceſſitas naturæ ac diuerſitas vel contrarietas ſeu exultatio ignota, ſeu naturæ imperfectio, aut circundatio elementorum, vel cum aliquo locutio, ſeu accidia laborioſiſſima, ſeu ſolicitudo carnis? Sed hæc omnia quamuis in hoc mundo fiant, & in tempore illo quando ablatum fuerit velamen vitiorum ab oculis animi, & perſpexerunt ad illam gloriam, ſtatim extollitur animus in obſtupefactione, & niſi quem terminum Deus poſuit in hac vita ſuper huiuſmodi rebus, & quantum deceat in ipſis morari, per totam vitam hominis promiſſum eſſet, non haberet exire à contemplatione eorum, & quanto potius oſtendimus, vbi hæc omnia non ſunt. Virtus autem illa indefinita eſt, & eiſdem rebus ſubſtantialiter erimus intra imperiales aulas ſi digni fuerimus pro conuerſatione noſtra. Quomodo poteſt ergo aliquis in tantum exire & elongari ab illa mirabili & diuina contemplatione & in aliam rem incidere. Væ nobis, quia non cognoſcimus noſtra, neque ad quam conuerſationem vocati ſumus: ſed

D

E

viam huius infirmitatis, & ſtatũ vitæ & tribulationes mundi, & ipſum mundum & malitiam eius, & quietes eius reputamus, aliquid. Sed ô Chriſte qui ſolus potens es cuius ſuſceptio eſt apud te, & aſcenſiones in corde tuo diſpoſuit, tu Domine auerte facies noſtras à mundanis in deſiderio tuo donec videamus eum ſicut eſt, nec credamus malitiæ ſicut veritati, neque ſimus increduli veritati ſicut & vmbræ. Innoua in animo ſolicitudines ante mortem, vt in hora exitus noſtri cognoſcamus, quomodo ſint ingreſſus noſtri & exitus in hoc mundo, quouſque perficiamus opus in quo vocati ſumus ſecundum voluntatẽ tuam in hac vita prius, poſtea, ſuperabimus in animo repleto cõfidentia recipere magna ſecundum promiſſionem ſcripturarum, quæ præparauit charitas tua in ſecunda renouatione, quorum memoria conſeruatur in fide ſecretorum.

De munditia corporis & animæ. Cap. 47.

Munditia corporis, eſt ſanctitas de pollutione carnis: mũditia vero animæ, liberatio ab occultis paſſionibus quæ ſiſtunt in animo, Munditia quoque mentis eſt in reuelatione ſecretorum, purgatur enim ex omnibus accidentibus ſenſuum in mundo pinguedinis eorum. Nam & infantes parui, mundi ſunt corde & innocentes anima & nemo vocat eos mundos mente. Munditia autẽ mẽtis, perfectio eſt in conuerſatione cœleſti, ſcilicet in contẽplatione q̃ ex ſenſu mouetur in virtute ſpirituali ſuperborũ mundorum innumerabiliũ, quorũ cõuerſatio diuiſa eſt ab inuicẽ ſubtili & inuiſibili myſterio ipſorũ exiſtentium in inuentione diuinarũ & reuelationũ contraria ipſarũ in omni hora ipſe aũt Deus noſter nos faciat ſemper videre eũ in nuditate mẽtis & poſtea immediate in Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum cui ſit gloria, Amen.

F

De oſtio ſecretorũ. Cap. 48.

Fides eſt oſtium ſecretorum. Nam quemadmodum corporales oculi, ſubſtantialibus rebus; ſic eſt fides, oculis occultis & intelligibilibus, theſaurus: oculos duos habemus animæ, ſicut dicunt patres, velut duos oculos corporis, nec eſt idẽ vſus aſpectus in vtroq; In vno enim oculo intuemur occulta gloriæ Dei, q̃ occulta in naturis: ſcilicet potentiã eius ſapientiã ipſi⁹, & diſpenſationẽ eiuſdẽ coæternã circa nos, q̃ comprehenditur ex magnitudine regiminis ei⁹ apud nos, & in hoc oculo cœleſtes ordines cõſeruos noſtros videmus: in oculo alio contemplamur gloriam naturæ eius. ſanctæ, hoc eſt, ipſius Dei beneplacitum, quando fuerit Deo inducere nos in ſecreta ſpiritualia, & mare fidei aperire in animo noſtro Gratia poſt gratiam data eſt hominibus, pœnitentia eius eſt regeneratio ſecunda ex Deo, & arrã q̃ ex fide recepimus, per pœnitentiã recepimur donum eius. Pœnitentia eſt porta miſericordiæ, quæ aperta eſt perſequentibus eam. Per hanc portam intramus ad diuinam miſericordiã, & abſque introitu illo non inuenimus miſericordiam, quia omnes peccauerunt iuxta diuinam ſcripturam. *Iuſtificati gratis per gratiam eius*, & omni in corde à fide & timore. Timor autem eſt baculus ſpiritualis nos gubernans quouſq; perueniamus ad paradiſum ſpiritualem bonorum, & cum ibi applicamus, dimittit nos vt reuertamur. Paradiſus eſt Charitas Dei, in qua eſt delectatio cunctarum beatitudinum, vbi beatus Paulus nutritus eſt cibo ſupra naturam, ex quo guſtauit in lignum vitæ clamauit dicens: *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* De hoc bono fuit prohibitus Adam non conſilium diaboli. Lignum vitæ, eſt charitas ex qua excidit Adam, & vlterius non occurrit ſibi gaudium, ſed in terra ſpinarum operatur & laborat Qui de charitate Dei ſeparati ſunt panẽ ſudoris comedũt in operib. ſuis, quanq̃ in rectitudine ambulent, quẽ protoplaſtus viſus eſt comedere poſt occaſum donec inueniamus charitatẽ. In terra ſpinarũ eſt operatio noſtra, & inter ſpinas ſeminam⁹, & metimus quãuis ſemen noſtrũ fuit ſemẽ iuſtitiæ, & in omni hora pungimur ab eis, & quantũcunq; iuſtificemur, in ſudore viuim⁹ vultus noſtri, & quando inuenimus charitatẽ, pane cœleſti veſcimur & confortamur ſine opere & labore. Cœleſtis *panis eſt* Chriſtus, *qui de cœlo deſcẽdit & vitã tribuit mundo*. Hic eſt cib. Angelorũ: Qui charitatẽ inuenit, Chriſtum manducat in vnaquaq; hora, & fit immortalis. Ait n. Qui comederit panem quẽ ego dedero ei, mortẽ non guſtabit, vel viuet in æternum. Beatus autem qui comedit de pane charitatis qui eſt Chriſtus: Chriſtum enim comedit qui, eſt omnium

G

Rom. 5.

1. Cor. 2.

Gen. 3.

H

Ioan. 6.

Deus.

A Deus. Et teſtatur beatus Ioannes dicens: *Deus charitas eſt.* Igitur vitam ex Deo fructificat, qui in charitate viuit, & in hoc mundo exiſtens illum aerem Reſurrectionis odoratur, ita iſto namque delectantur iuſti in Reſurrectione. Charitas eſt regnum quod permiſit Deus figuratim vel figuratiue Apoſtolis comedere in regno ſuo. Quid enim comedetis & bibetis in menſa regni mei? Charitas enim ſufficiens eſt nutrire hominem pro cibo & potu: hoc eſt, vinum quod lætificat cor hominis. Beatus qui bibit ex vino iſto. ex hoc biberunt impudici, & facti ſunt pudici: & ebrii, & facti ſunt ieiuni, ſeu ieiunatores: & peccatores, & obliti ſunt vias offenſionũ: & diuites, & affectarunt paupertatem: & pauperes & ditati ſunt ſpe; & fragiles, & facti ſunt robuſti & idiotæ, & facti ſunt ſapiẽtes. Sicut impoſſibile eſt tranſire magnum mare ſine naui, ſine vaſculo, ſic nõ poteſt aliquis ſine timore tranſfretare ad charitatem. Mare fœtidum quod ſtatutum eſt inter nos & charitatem intelliges. Paradiſum cum vaſculo pœnitentiæ transfretare poſſumus, habentes pro remigatore timorem: quod ſi iſti remigatores timoris non gubernauerĩt hanc nauem pœnitentiæ cum qua tranſimus mare huius mundi ad Deum, ſubmergimur in fœtido mari. B Pœnitentia eſt nauis, timor vero gubernator eius, charitas portus diuinus; facit ergo timor nos ſedere in naui pœnitentiæ, & transfretat nos mare mundi fœtidum, & ad portum diuinum qui eſt charitas perducit nos, ad quem reſpiciunt omnes qui laborant & tribulantur in pœnitentia. Cumque peruenimus ad charitatem, peruenimus ad Deum, & via noſtra perficitur, & inde tranſimus inſulam quæ eſt vltra mundum, vbi Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus facit nos dignos gloria ſua charitateque per timorem, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De duplici ſcientia ſcilicet naturali, & quæ eſt ex fide, & de menſura vtriuſque. Cap. 49.

Eſt ſcientia præcedens credulitatem, & ſcientia quæ naſcitur ex credulitate. Scientia quidem præcedit credulitatem in naturalibus, ſcientia vero quæ naſcitur ex credulitate eſt ſcientia ſpiritualis. Scientia naturalis eſt, quæ diſcernit bonum à malo, & vocatur diſcretio naturalis, in qua nouimus bonum, & diſcernimus bonum à malo. Naturalis abſque documento hanc poſuit Deus in naturali natura & à documento, additamentum ſuſcepit & augmentum, nec eſt aliquis qui hanc non habeat. Hæc autem virtus naturalis, diſcretio eſt boni & mali quæ mouentur inceſſanter in ipſa, & qui priuati ſunt ex ea, inferius naturali C natura ſubſiſtunt, & qui habent eam in motu naturali recte conſiſtunt nec habent aliquam confuſionem in his quæ contulit Deus naturæ ad honorem naturalium ſuorum. Illos vero qui hanc agnitionem perdiderunt quæ diſcernit bonum à malo, & inter illos qui perdiderunt eam, *aſſimulauit inſipientibus iumentis non* habentibus rationem nec diſcretionem. (*Pſal. 48*) In hac impoſſibile eſt inuenire viam Dei & ſcientiæ naturalis, & hæc præcedit credulitatem. Hæc etiam ductrix eſt ad Deum, quia in eo cognoſcimus bonum à malo. Hanc recipere credulitatem teſtatur vtique virtus naturæ, quod deceat hominem credere illi qui perducit ad creatorem. Hęc omnia & credere verbis mandatorum eorum & facere ea quæ ex credulitate naſcuntur: Naturalis vero ſcientia quæ eſt diſcretio boni & mali, quæ ex Deo eſt impoſita naturæ nec ſuggerit nobis quæ debeat credere Deo qui producit omnia. Ex credulitas facit in nobis timorem; & timor compellit nos pœnitere ac operari, & Deus eſt dator ſpiritualis ſcientiæ hominum quæ eſt perceptio ſecretorum, quæ parit fidem veræ contemplationis. D Diximus & non ſimpliciter ex credulitate tantum nuda naſcitur ſpiritualis ſcientia, ſicut dixit Sanctus Ioannes Chryſoſtomus. Quod quando quis acquiſierit voluntatem ſequendi timorem Dei & ſecretam prudentiam, cito recipit reuelationem ſecretorum, id eſt, ſpiritualem ſcientiam hominis. Timor autem Dei parit hanc ſpiritualem ſcientiam, quia in natura non eſt adiiciens, naſci non poteſt: ſed accidentatur ſcientia hæc dum fit operatio in timore Dei & inuenis quia pœnitentia & ſcientia ſpiritualis hæc eſt. Hæc ſiquidem quam diximus, quod eius actam recepimus in baptiſmate, pœnitentiam voto recepimus. Donum eius, & donum quoq; quod diximus quãdo per pœnitentiam recepimus, eſt hæc ſcientia, ſpirituale donum ſcilicet, quod per efficaciã timoris Dei datur.

E De ſcientia ſpirituali. Cap. 50.

Spiritualis ſcientia eſt occultorum perceptio & quando quis huiuſmodi inuiſibilia, & valde ſuperacuta ad ſumit, ex his ſpiritualis ſcientiæ nomen naſcitur in ipſius perceptione, & credulitas alia quæ non eſt contraria primæ, ſed certificans credulitatem illam quæ eſt, & vocauit eam credulitatem contemplationis, vſque illic eſt auditus, aſpectus vero certior eſt auditu. Hæc ergo omnia ex illa ſcientia diſcernente bonum à malo, quæ eſt in natura naſcuntur, & ſemen bonum virtutis eſt quod iam dictum eſt. Quando vero hanc naturalem ſcientiam reuelauerimus in voluntate noſtra voluptuoſa, ex omnibus his bonis excedis: ſequitur ergo hanc ſcientiam continua ſcientia memoria mortis, indeficiens ſolicitudo quædam tormentum exiſtens, vſque ad exitum iſtum poſt hanc triſtitiam, mœſtitiam, timor Dei, quæ eſt à natura triſtitia pro prioribus peccatis decens ſtudium, etiam omnia communis vitæ & ſolitudo diuinitatis eius, petitio, cum gemitu à Deo intrandi ad portam iſtam, quæ eſt omnis naturæ iſtius conceptus mundi, & multum pro virtute certamen.

F Hæc omnia inueniuntur in ſcientia naturali, faciat ergo collationem de ſpiritualibus operibus ſuis & iſta, & cum inuentus fuerit in iſtis in via naturali ambulet, & quando de his fuerit elatus, & ad charitatem peruenit extollẽs ſupra naturam. & recedit ab eo certamen & timor & labor & fatigatio quæ conſiſtit in cunctis. Hæc ſunt ſequentia ſcientiam naturalem, & hæc eadem inuenimus in nobis, quando reuelâmus eam voluntate noſtra voluptuoſa, & in his donis peruingimus ad charitatem quæ nos liberat ab omnibus his; ex ſupradictis ergo conſolationem faciat quis & perſcrutetur ſemetipſum in quibus ambulat vtrum in illis quę ſunt contra naturam. Ex modis perfecte prędictis, cito quis inuenire poteſt regimen totius vitæ ſuæ, & cum non fuerit inuentus in his quæ ſecundum naturam dicta ſunt à nobis quæ diſtinximus nec eſt in his quæ ſunt ſupra, manifeſtum eſt, quod in illis, quæ contra naturam ſunt, detectus.

De tentationibus. Cap. 51.

Non eſt enim tentatio bona quæ non fit à gratia diuina incidente in corde, nec cogitatio mala propinqua eſt animæ, niſi ad tentationem & probationem. Homo qui peruenit ad agnitionem menſuræ infirmitatis, hic ad humilitatis perfectionem peruenit. G Qui conducit chariſmata Dei ad hominem cordis & quod ad indeficientem negationem mouetur, qui conducit tentationem ad animam cogitatus eſt murmurationis, qui inquietur ſemper in corde: omnes infirmitates hominis ſuſtinet Deus, hominem murmurantem non ſuſtinet niſi corrigat cum anima enim omni caret illuminatione ſcientiæ in huiuſmodi tentatione inuenitur Os vero ſemper laudans Deum, benedictionem accipit à Deo, & perſeuerans in actionibus gratiarum in ipſum ſuperuenit, gratiamque ſecutur humilitas, & cogitationem præcedit operatio. Qui ſuperbit in blaſphemias cadere permittitur, & qui de operatione virtutum extollitur, & qui Deum præ oculis non habet, contra Deum, vel contra proximum ſemper penſat, in fornicationem permittitur cadere, & de ſapientia eleuatur, tenebroſos ignorantiæ laqueos patiens. Qui ignorat omnem hominem memoria Dei auxilium inuenit ab omni homine in occulto vultu Dei, qui ſe obiicit pro iniuria patienter Deum inueniet auxiliatorẽ ſibi. Qui pro malitia fratrem ſuum accuſat, Deum inueniet accuſatorem ſuum. Qui occulte proximum corrigit, malitiam eius ſentit. Qui vero in conuentu accuſat delicta, vulnera exacerbat. H Qui occulte corrigit fratrem ſuum, affectum charitatis oſtendit: amicꝰ in occulto redarguẽs, ſapiens medicus eſt. Signum compaſſionis eſt debiti indulgentia: & ſignum malæ operationis culpanti contradicere. Qui ad ſanitatem reprehendit, in charitate corrigit: qui autem quęrit vindictam in animo ſine charitate Deus in charitate corrigit non vlciſcens, ſed quærit vt ſanetur imago eius, & ad tempus non ſeruat iram vſque, hic modus charitatis ex rectitudine eſt, & malitioſe ad communicationem non declinat Iuſtus ſapiens ſimilis eſt Deo, non corrigit vlciſcens malitiam, ſed vt correctus dirigatur, vt cæteri caueant. Correctio huic correctioni nõ eſt diſſimilis. Qui vero in fortitudine ſuæ ſcientiæ admirans in contemplatione diuinæ ſcientiæ, contemplatur magnitudinem carnis inquiſitione

à vir-

A à virtute non deriuat, & in corde ſuo eleuatur, qui dirigit mentem ſuam ad dignam Dei retributionem, ipſe ad profundum humilitatis corpore & anima deſcendit in conuerſatione ſua, cum vero ſcientiæ proximus totus eleuatione eleuatur, & quantumcumque eleuatus fuerit, aſcenſio ſuæ ſcientiæ non perficitur, donec gloriæ ſeculum per ſe quæratur. Quantum quis proficit apud Deum, tantum eius veſtigiis adhæret, & in ſecundo ſeculo faciem oſtendet illi non quod eſt, quia iuſti in ſeculo etiam fidem Dei in ænigmate conſpiciunt, in futuro vero manifeſtatione veritatis contemplantur.

Ignis in ſiccis lignis accenſus difficilius extinguetur. Et calor Dei qui fit & incidit ad cor renunciantis ſeculo, eius ignitio non extinguetur, & eſt acutior igne. Vel vinum membra ſubiectans omnibus obſtructionem inducit fortitudinis ſuæ, & cum memoria Dei viuum tenet in mente, viſibilium memoriam tollit è corde. Mens quæ tenetur ſapientiam ſpiritus, ſimilis eſt illi qui nauiculam paratam ad transfretandum inuenit, & cum ſedet in ea, transducit de mari mundi, & facit applicari, inſulam futuri ſeculi, ſic eſt ſenſus futuri ſeculi, in hoc mundo, ſicut nauicula parua in mari, & qui appropinquat illi non vlterius laborat in fluctibus phantaſiæ huius mundi. Negotiator forte ſua finita properat ire domum ſuam; & monachus reſiduo B vitæ ſuæ futurum ſeculum deſiderat. Quouiam redemit tempus ſuum, & aream recipit ſuam quamdiu eſt negotiano in mari, timor poſſidet mentem ſuam, ne forte fluctus ſurgant in eum, ſubmergatur ſpes operationis ſuæ. Et monachus, quamdiu eſt in mundo, timor detinet conuerſationem ſuam, ne forte inſurgat in eum hyems, & amittat quod eſt operatus.

Negotiator autem & monachus inſpicit horam mortis, tanta conſideratione dirigit nauem ſuam, & monachus orationem reſpicit, quia corrigit ſemetipſum & dirigit viam ſuam ad qualemcunque portum tendit conuerſatio ſua. Monachus in oratione quæ fit per horam, videt inſulam in qua alligabit nauiculam ſuam. & inde tranſit ad aliam inſulam, hæc eſt via monachi tranſeuntis de ſcientia ad ſcientiam, & profectu ſcientiarum profuit, donec deſcendat de mari & ad ſanctitatem veram perueniat, via ſua in qua habitantes non amplius negotiantur, ſed vnuſquiſque in C ſuis deliciis requieſcit: Beatus homo, cuius via non eſt confuſa in hoc mundo magno, id eſt, in mari magno. Cum gaudio ad portum qui natat nudus mergitur in mari, donec inueniat margaritam, & ſapiens monachus nudus perambulat in hac vita, donec inueniat ſibi monachorum margaritam Ieſum Chriſtum, & cum inuenerit ipſum, non amplius poſſidet cum ipſo aliquod aliud. Margarita in penetrabilibus cuſtoditur, & voluptas monachi totius quietudine conſeruatur. In congregatione & multitudine virgo maculatur, & mens monachi multorum locutione violatur.

Auis ab omni loco currit ad nidum ſuum, vt paſcat pullos ſuos, & monachus diſcretus accelerat ad habitaculum ſuum, vt in ſeipſo faciat fructum vitæ. Serpens cum tactum fuerit totum corpus eius, cuſtodit caput, & monachus ab omni malo fidem ſuam quæ principium vitæ ſuæ. Nubes operit ſolem, & multa verba operiunt animam incipientem illuminari in contemplatione orationis. Herodius ſecundum dicta ſapientum tunc exultat & lætatur, quando eſt in deſerto, & anima noſtra tunc gaudium accipit cœleſte, cum elongauerit ſe ab omnibus & vadens habitat in regione quietis, expectat tempus exitus ſui. Dicitur D de Syrene quod audiens vocem ipſius modulationis, propter obliuiſcetur itineris, & cantus dulcedine captus cadens moritur; ſic & res animæ, cum peruenerit in ipſam dulcedo cœleſtis per modulatione ſuauitatis verborum Dei, quæ ſubintrant cum ſenſu intellectu, ſic tota abit poſt ipſam, vt obliuiſcatur ipſius vitæ temporalis, & deſtruat corpus delectationibus ſuis, & exaltatur ad Deum de vita ſua. Arbor niſi proiiciat folia priora, non producit recentes ramos, & monachus niſi prius proiiciat à corde ſuo memoriam priorum, non producit recentes ramos & fructus in Chriſto Ieſu. Ventrem impinguat fructus, & ſolicitudo Dei fructus animæ. Canis qui lingit vlcera, prius ſanguinem bibit, & nocumentum non ſentit propter dulcedinem quæ fit ad horam. Sic & monachus vanam gloriam E bibens propriam vitam conſumit, & non ſentit nocumentum, propter dulcedinem quæ ad horam fit gloriæ ſecularis.

Dixerunt patres, in animam guloſam vitia reuertuntur, quæ prius ſubiecta fuerant & expolſa. Nubes parua cooperit circulum Solis, & Sol cum nube facet multum, & mæſtitia modica cooperit animam, ſi tamen eius gaudium exiſtit magnum verbia myſteriorum diuinæ ſcripturæ ſine petitione & oratione & adiutorio Dei, nec appropies, ſed dic: Domine, da mihi ſenſus virtutis, & quæ in ipſa eſt, clauem intellectũ verborum veriorum quæ ſunt in diuinis ſcripturis orationem exiſtima eſſe, cum volueris appropinquare Deo corde tuo, prius in temporalibus oſtende laborem tuum. Ex his enim principium conuerſionis eſt, multum enim appropinquat cor Deo, in ſubtractione neceſſitatis, in abſtinentia vſus ſpecialis cibi & ſequitur operibus, & Dominus ex hoc facit fundamentum humilitatis. Exiſtima otioſitatem principium obtenebrationis animæ. Sunt obtenebrationes autem ſuper tenebrationes collocutionis ſermonum ſecularium, primum occaſio ſecundi & ſecundum primi. Et viles ſermones ſine menſura probati obtenebrationem etiam faciunt, viliſicatur enim anima multitudine F collocutionum, quamuis præparatio eius fit in timore Dei. Obtenebratio animæ ex inordinatione conuerſationis fit menſura, & tempus in conuerſatione illuminat mentem & confuſionem expellit. Confuſio mentis quæ eſt ab inordinatione, obtenebrationem facit in anima, & obtenebratio [illegible] Pax ex ordinatione fit, & lux ex pace naſcitur in anima, & ex luce & pace, mundus aer in mentem ſecundum menſuram appropinquationis cordis ad ſapientiam ſic ſuſcipit gratiam à Deo. Diſcretio ſapientiæ occupationum ſpiritus eſt extra mundanarum, ſicut ſentis in anima tua, quia in ſapientia ſpiritus ſilentium tenet in anima. In ſapientia autem mundi fons occupationis actus eſt, poſt inuentionem autem primæ ſapientiæ, impleueris humilitate multa & manſuetudine & pace regnante ſuper omnes cogitationes tuas, & membra tua ceſſabunt & requieſcent ex turbatione & inquietudine. Poſt inuentionem autem G ſapientiæ ſecundæ, id eſt, mundanæ, poſſides ſuperbiam in ſenſu tuo, & cogitationes immundas indicibiles & turbationem intellectus dominationem & obduratiorem ſenſuum & leuationem non exiſtimes hominem in Oratione fiducialiter agere coram Deo temporalibus obligatus. Anima fraudulenta defraudatur ſapientia. Miſericors autem ſapientia & ſpiritu adiuuatur, ſicut oleum ſplendorem lampadis, ſic eleemoſyna nutrit animæ cognitionem. Clauis cordis diuinorum donorum in charitate proximorum datur & ſecundum menſuram ſolutionis cordis ex vinculis cordis aperitur coram ipſo oſtium cognitionis, tranſitus animæ à mundo in mundum, ſuſceptio intellectus eſt. Quã pulchra & laudabilis eſt dilectio proximi: ſi non ſolicitudo eius extrahat nos a dilectione Dei. Quam ſpecioſa eſt collocutio ſpiritualis fratrũ noſtrorũ, ſi poſſumus cuſtodire, cum dat collocutionẽ Dei! Ergo bonũ eſt nomen tacere, prober bonæ operationis ſiue boni operis & conuerſionis occaſionem indeficientem ad Deum. Confuſio enim ſecundi ex ſtabilitate primi. Non ſufficit autem mens ad duas collocutiones, vnum tantum habet collocutorem conſtitutum & timentem Deum, & ſemetipſum cuſtodientem; pauperem quidem exiſtẽtem in tabernaculo ſuo, diuitem vero in miniſteriis Deo, viſio ſecularium confuſionem facit animæ, [illegible] propter opus Dei equidem ſpiritualium fratrum aſſidua locutio nocet, ſecularium autem & ſola exterior viſio operationem corporalem impedit. Qui vult ex parte mentis vindemiare gaudium, eſt in operatione abſconditorum, & vices ſine viſione turbant requiem cordis, e cõuerſo: Mortificatio ſuper operatione ſenſuum non firmatur. Corporalis conuerſio euigilationem ſenſuum quærit. Conuerſatio autem ſcientiæ euigilationem cordis, ſicut in natura melior eſt anima corpore, & ſicut plaſmatio præuenit animationem, ſic & corporalis coram eo opus animæ Magna eſt virtus, parua conuerſatio perſeuerans petram duram voluit. Quando incipit in te ſpiritualis homo ſurgere mortificatio ex hominibus euigilet in te & ſerueat H

De abſtinentia ſpirituali. Cap. 12.

Pax animæ.

Temporalium cura.

Dilectio Proximi.

A in gaudio anima tua ſupernæ ſimilitudine creationis, & non pacificantur cogitationes pro delectatione cordis tui, & quando incipit mundus ſurgere in te, occupatio mentis tuæ multiplicatur, & prudentia ſecularis & inordinata: ſeculum autem voco vitia quæ parit occupatio, & quando concepta fuerint & perfecta, perficiuntur peccata, & interficiunt hominem. Sic non fiunt vitia ſine occupatione mentis, nec conſummatio peccati ſine multiloquio vitiorum. Cum remultiplicata fuerit patientia in animabus noſtris, ſignum eſt, quod recepimus in occulto gratiam conſolationis fortitudo patientiæ, fortior eſt paſſionum cadentium in corpore vita in Deo directa ſenſum, quando autem vixerit cor, cadunt ſenſus. Reſurrectio ſenſuum eſt mortificatio cordis à Deo ex virtutibus, quando ſine homine ſuum non recipit conſcientia rectitudinem. Virtus quæ per alios operatur, quæ ſcilicet valet mundare animam, ad mercedem enim opus æſtimatur & perficit virtutem vtrumq; & munditiam facit, propter hoc ſaperis primo, & ſecundum quatenus præter ſolicitudinem quæ in hoc relinquitur aliquid, manifeſtus animus à Deo, ſecundum autem & locum primi adimpletur ſine operatione

B eius. Requies & otioſitas eſt perditio animæ, & magna quam dæmones poſſunt nocere. Corpus infirmum ſi ſupra virtutem ſuam operari cogis, obtenebrationem imponis animæ, & confuſionem magis ſuperinducis. Corpus vero forte ſi otioſitati & requiei dederis, omnis malitia animæ habitabit in eo. Et quis bonum deſiderat, ſed tepide, & illud bonum à ſeipſo tollit. Cum anima inebriata fuerit in gaudio ſpei ſupernæ lætitiæ Dei, inſenſibile fit corpus eius ad tribulationem, quamuis infirmum ſit. Suſtinet enim duplex onus: ſcilicet infirmitatis & tribulationis. Et non intelligit, ſed concupiſcit in delicijs animæ. Si cuſtodiens linguam tuam, ô Frater, datur tibi gratia à Deo compunctionis cordis, vt in ipſam animam tuam intres, & in hoc in gaudium ſpiritus. Si lingua tua te vicerit, crede mihi in hoc quod dico tibi, nunquam poteris exilire à tenebris. Si non habes cor mundum, ſaltem habe cor purgatum ſicut beatus Hieronymus dixit, cum volueris aliquem admonere ad bonum, prius da ſibi quietem corporalem, & honora eum in ſermone charitatis. Nil ſic verecundari facit hominem & commutari à malitia ſua ad meliora, ſicut & corporalia bona & honor quem ſibi videt exhiberi. Quantum a-

C gonem aggreditur quis pro Deo, tantum cordi eius in oratione fiducialius operatur. Et quantum à multis occupatur, tantum fundatur ad introitum Dei. Ne triſteris, ne conturberis in calefactionibus corporis, mors enim accipiet eas à te perfecte. Ne timeas mortem, quia Deus te fecit ſuper mortem.

Otii dāna.

De ſobrietate & continentia. Cap. 13.

Hic eſt ergo ſubtilis & Deo amabilis non reſpicere oculis hinc inde, ſed temperantem ſe otioſa verba loqui, ſed tantum neceſſaria. Indumentis vilibus contectum eſſe ad neceſſitatem corporis, & ſic cibis ad ſuſtentationem corporis vti, vt non gaſtrimargiæ, & participare parum de omnibus, & non hæc reprobare & hæc eligere, nec impleat ex ipſis ventrem, maior eſt enim omni virtute diſcretio, vinum propter infirmitatem & debilitatem non ſumere. Non præſciudas verbum loquentis. Nec ſicut indoctus reſpondeas, ſed ſicut prudens tacitus eſto vbicunque inuentus fueris, minorem teipſum æſtima & ſeruum fratrum tuorum. Ne denudes aliquid tuorum coram aliquo membrorum tuorum, ne appropies corpori alicuius præ-

D ter neceſſitatis cauſam. Nec corpori tuo permittas aliquem appropinquare, niſi vt dixi de cauſa rationabili. Declina à fiducia mulierum ſicut à morte, poſce ſobrium ordinem & ſanctum, ne elongetur à te virtus quæ te cuſtodit. In quocunque loco dormieris, ſi poſſibile eſt, nullus te videat. Spiritum coram aliquo non proijcias ſi euenerit tibi tuſſis ſedenti ad menſam, verte faciem tuam retro, & tuſſi. Cum ſobrietate comede, & bibe, ſicut decet filios Dei. Ne extendas manum tuam vt accipias à conſpectu ita corã aliquo, quid proximi tui inuerecunde vel præſumptuoſe. Si autem ſederit tecum extraneus, admone eum ſemel & bis vt comedat, & ordinate ponas te ad menſam nõ turbulẽte, & ornate ſedeas & honeſte, non denudans quid membrorum motum. Cum oſcitas, operi os tuũ ne videaris, retines

Decorum menſæ.

E enim aſpirationes tranſiens ſi potes. Si intraueris præceptoris tui cellam, aut amici aut diſcipuli, caue ne videas aliquid ibi. Si non vero fueris coactus, hoc non facias. Quia qui in his aſſiduus eſt alienus eſt monaſtici habitus & Chriſti qui hunc donauit. Ne reſpicias loca, in quibus abſcondita ſunt vaſa amici tui. Cum tranquillitate aperi oſtium proximi tui, & claude ſimiliter. Non ſubito ad aliquem introeas, ſed pulſans vt externus permiſſus ingredere. Ne ſis velox ingreſſu tuo præter cauſam neceſſariam te compellentem. Eſto omnibus obediens in omni tempore præter auaros, & amatores: poſſeſſionem autem non ſequeris, vt non fiat opus diabolicum. Manſuete cum omnibus tracta, & cum ſobrietate, & honeſtate omnes aſpice, & ne impleas oculos tuos aſpectu alicuius rei ambulans in via, ne præuenias maiorem te. Si autem tardauerit ſocius tuus parum dum progrederis, expecta eum: Qui enim hoc non facit, inſipiens eſt, quando loquitur ſocius obuianti, expecta eum. Sanus dicat infirmanti, ante tempus faciamus neceſſitatem. Ne arguas aliquem in aliquo delicto.

F Sed teipſum in omnibus æſtima culpabilem & delicti cauſam. Omne opus vile cum omni humilitate facere non recuſes. Si coactus fueris ridere, non appareant dentes tui. Compulſus loqui cum muliere, auerte faciem tuam à viſione eius, & ſic cum ea loquere. A monialibus fuge, ſicut ab igne & laqueo diaboli, fuge obuiationem earum & collocutionem & viſionem ne coloret cor tuum ſordibus vitiorum quamuis ſint ſorores tuæ ſecundum carnem. Sicut ab extraneis te cuſtodi. A fiducia iuuenum & allocutione fuge, ſicut ab amicitia diaboli. Vnum habe collocutorem & conſortem timentem Deum. & ſemetipſum cuſtodientem: pauperem quidem exiſtentem in tabernaculo ſuo, diuitem vero in miniſterijs Dei, ab omnibus abſconde myſteria tua & tuas operationes ſerua. Ne ſedeas coram aliquo ſine habitu tuo, præter neceſſitatem. Cum ſobrietate ad neceſſaria tua egredere ſicut verecundans cuſtodiente te Angelo, & timorem Dei perfice. Melius eſt tibi comedere venenum mortiferum, quam cum muliere comedere, quamuis ſit mater tua vel ſoror tua. Melius eſt habitare cum dracone quam dormire cum aliquo, & cooperiri cum

Decorum in ridendo.

Lites fugiendæ.

G eo, quamuis ſit tibi frater ſecundum carnem. Si dixerit tibi, quis maior te, tibi ambulanti in itinere: veni, pſallamus: noli eſſe inobediens ei. Si autem non dixerit, lingua quidem tace, corde vero Deum glorifica. Non reſiſtas alicui pro aliquo nec certes, nec mentiaris, nec iures per nomen Dei. Deſpice teipſum, & alios non deſpicias. Iniuriam ſuſtine, & alij iniuriam non erogès. Melius eſt corporalia corrumpere cum corpore, quam damnificare quid animæ. In iudicio cum aliquo non introeas, ſed ſuſtine condemnatus vel condemnabilis exiſtens. Ne diligas animæ tuæ quid ſeculare, ſed ſubditus eſto ducibus & principibus, & à coniunctione ipſorum teipſum abſtine, ipſa namque illaqueatio eſt illaqueans negligentiores in perditionem. O guloſe, qui propriam quæris curare gulam, melius eſt tibi mittere in ventrem tuum carbones ignis, quam frixaturas diuitum & principum. Supe funde tibi ſemper omne oleum miſericordiæ, & eſto obſeruans te ab omnibus. A multilo-

H quio teipſum cuſtodi, illud enim extinguit in corde motiones intellectuales à Deo pullulantes. Fuge dominari: cum prælatis Eccleſiæ, ac cum alijs ſicut à leone audaci. Et in plateis iracundorum aut compugnantium ne tranſeas, vt non impleatur cor tuum furore, & detur animæ tuæ erroris obſcuritas. Ne habites cum ſuperbo vt enim ſancti ſancta operatio auferatur ab anima tua & efficitur habitaculum omnium vitiorum. Has depoſitiones ſi ſeruaueris ô homo & cuſtodieris teipſum in meditatione Dei in veritate videbit anima tua in ſemetipſa lumen, & in ſeculum non tenebreſcet: ipſi honor & gloria in ſecula, Amen.

Multiloquio

A

CHRYSIPPI PRESBYTERI HIEROSOLYMITANI DE SANCTA MARIA DEIPARA, SERMO.

Io. Pico interprete.

Virgam Ieſſe ſemper vitentem, quæ cuncto generi humano, vitam pro fructu attulit, omni quidem tempore beatam prædicare, admirari, & laudibus extollere conuenit. Iis tamen, qui hymnis celebrant eam, eſt quoddam tempus præſcriptum, quo & vt plurimum præclara ſolennitas hæc peragitur. cumque plane circa myſterium iſtud quippiam geſtum ſit, quod ſenſum multorum effugiat. Agite ergo, & nos & ſi munera digna offerre nequimus, pro viribus tamen bonam voluntatem adſtramus. Mox vero ſumamus initium à verbis quæ Gabriel apud eam fecit, *Aue gratia plena, dominus tecum.* Aue, inquit, tuum enim

B Luc. 1.

eſt re vera auere & gaudere: tuum eſt veriſſime audire illud, Gratia plena, quia tecum eſt vniuerſus lætitiæ theſaurus. totius lætitiæ & gratiæ Rex cum ancilla: cum ſpecioſa inter mulieres, ſpecioſus forma præ filiis hominum: cum puella impolluta, is qui ſanctificat omnia. Tecum eſt conditor omnium tecum inquam, vt ex te gignatur, tecum conceptione, vt ex partu tuo generetur, tecũ velut Deus, vt ex te ſit Deus & homo. Hactenus Gabriel verbu ſalutationi finem imponit. Nos autem peropportunum eſt modo vt plurimarum prophetiarum fauſtas acclamationes illi adſcribamus & dedicemus. Aue igitur ſemper, Aue gratia plena, Aue quæ vuluam adepta es præter naturam, vel ipſis cœlis latiorem: quandoquidem per hanc comprehendiſti eum, quem ne Cœli quidem capiunt. Aue fons lucis omnem hominem illuminantis. Aue Solis ortus, qui nullum ferre poteſt occaſum. Aue armarium vitæ. Aue quæ es hortus Patris. Aue quæ es pratum odoris fragrantiæ ſancti Spiritus. Aue radix omnium bonorum. Aue ſpecimen gemmę omne precium excedentis. Aue vitis vuas pulchras producens. Aue nubes pluuiæ, potum animis Sanctorum exhibentis. Aue quæ es puteus ſemper viuentis aquæ. Aue quæ es rubus ardens igne ſpiritali, nuſquam tamen adureris. Aue porta clauſa ſoli Regi aperta. Aue mons vnde lapis angularis abſciſſus eſt ſine manibus. His enim atq; aliis multis huiuſmodi cuncti qui Deum geſtant particulatim eam alloquuntur. Cæterum nobis ſufficit nunc admetiri ſermonem cum his quæ in medium adduxerunt illi, qui ſuppeditant ea quæ ad feſtum pertinent, quod celebramus. Quapropter dico in primis quod me vultis dicere, quo pacto Eſaias laudibus proſequitur partum ſeminis expertem, ſed fertilem: incultum, & nihilominus pulchros fructus producentem, præter naturam ſimul & ſecundum naturam, quia quę noſtra ſunt accepit: præter naturam quia digreſſus eſt à ſuperis: ſecundum naturam propter tempus conceptionis, inſuper & propter legem generationis, præter naturam, eo quod is qui ſupra nos eſt, hęc omnia ſuſcepit noſtri gratia. Dico porro quæ & Paulus exclamauit, dico etiam quæ Lucas prædicat, aut placet vobis vt antea dicam qualia nunc decantauit Dauid, dum pulſaret liram Dei imitatricem: ſcio quod hoc anteponitis & vultis. Quæ enim quiſpiam vehementius expetit, hæc audire magis deſiderat. Manulris vos merito cantica Dauidis, eo quod in ipſis omnem vitam ducatis, quod Hymnorum cantionem continuam obſeruetis, quod diu noctuq; eorum gratia chorum congregari ſolitum non deſeratis: quod eorum dulcedinẽ vtte ſemper hauriatis, atque ex eis viuificas delicias abſque ſatietate in animis recondatis. Agite ergo agite, denuo illa cum clamore pronunciate quæ prodeunt ex tam grata vobis cythara. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Arca enim vere regia. Arca precioſiſſima eſt Virgo deipara. Arca quæ excepit totius ſanctificationis theſaurum. Arca non ea in qua erant omnium animalium genera, quemadmodum in arca Noe, quę fluctuantis vniuerſi mundi effugiebat naufragium, Arca non ea in qua erant tabulæ lapideæ, quemadmodum in arca quę per totum deſertum vna cum Iſraele perambulabat: ſed arca cuius architectus & incola, gubernator & mercator, comes viæ & dux erat opifex omnium creaturarum quas in ſe ipſe vniuerſas portat, ſed à cunctis ipſe non comprehenditur. *Surge Domine in requiem tuam*, tua enim requies, inquit, eſt Virgo, & vterus tua requies, quia tibi cubile efficietur & habitatio. Surge Domine. Nam niſi tu exurgas è ſinu paterno, inquit, genus noſtrum quondam lapſum non reſurget. Surge Domine, quia etiam ſi exurgas, nõ ſeparaberis à gloria paterna, & verſaris in terra, non relinques Cœlos, & licet appareas in carne, non imminues poteſtatem quam habes ante ſecula, *Tu & arca ſanctificationis tuæ.* Cum enim tu inde ſurrexeris, ſigillabis arcam ſanctificationis tuæ. tumq; arca cum omnibus exurget à lapſu, in quo vel illam conſtituit Euæ cognatio. Talia præclamabat & exorabat illius gratia, quæ ex eo germinare debebat, imo vero totius generis humani nomine. Age vero alteram etiam recolite Pſalmorum cantionem, quę illuſtriorem hymnis prę ſe ferat honorem. Audiſti quæ fuerint hymnorum, iam audi quæ ſint odæ verba. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domũ Patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum, quia eſt ipſe Dominus tuus, & adorabis eum.* Tractemus igitur quantum licet etiam in his latentem ſenſum. Audi, inquit, filia, hoc eſt, de cætero ſermo meus dirigitur ad te, quæ à me ortum accepiſti, ſermo, inquam, ad te, per quem eadem etiam Euangelizo Eccleſiæ gentium. ſermo meus ad te, quæ deſponſanda es Regi magno: ſermo eſt ad te, quæ Deum Verbum, pro vt ipſe nouit, conceptura es. Audi filia, & vide: adeo diligenter auſculta, vt etiam ipſis noſtris oculis intuearis effectum. Audi etiam hæc mecum inclinatione prædicentem, atq; Gabrielem eadem tibi indicaturum, *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam*, hoc enim fauſtum nuncium eſt de redemtione Mundi. *Inclina aurem tuam* & auſcultatio diriget cor tuum. *Et obliuiſcere populum tuum & domum Patris tui*, populus enim à quo cognationem contraxiſti, nequam eſt, ignominiam tibi affert. Populus imprudẽs tibi irreprehenſæ naturæ propagini familiaritate innctus eſt, & cultura ſpinarum ferax totam viam producit, obliuiſcere autem vna cum populo, etiam ipſam domum paternam. Audi paulliſper dignitatem quam adeptura es è conceptione indicibili, Et enim Propheta & Rex ſum ego, qui tibi ſemen ſuppeditabo, tu vero declarabere mater Regis, qui Dominus eſt ſceptrorum non terrenorum, at cœleſtium. *Et obliuiſcere populum tuum & domum Patris tui.* Ne poſthac attendas animum huic inferiori cognationi, quoniam in Reginam tranſmutaberis. Et audi, inquit, quantu te amore proſequetur is qui & conditor omnium eſt, & poteſtatem habet. *Concupiſcet enim*, ait, *Rex decorem tuum.* ipſe Pater te ſibi ipſi deſponſabit, Spiritus ſanctus coefficiet ea quæ ad deſponſationem pertinent, & Filius ipſum templi tui decorem aſſumet. Itaq; ne exiſtimaueris te pariturã infantem humanũ, *quoniam ipſe eſt Dominus tuus, & adorabis eum.* Ipſe formator tui, ipſe etiam infans, ipſum concipies, & cum cæteris adorabis vt dominum. Animaduertite quodnam Epithalamium Dauid obtulit Deiparæ, dum velut modulator quiſpiam hymnum decantat, quo etiam velut Pater congratulatur tantæ puellæ beatitudini. Cæterum quis circunſtantias partus, quis inquam, vt par eſt explicare poſſit? Inde clãgere incipiat tuba Eſaiæ, & oportune ſubminiſtret vocem reſonanti verba. *Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel.* Nunc primum inquit, vobis reuelo myſterium quale non viderunt anteriores nationes, imo vero quale ne ipſa quidem lex naturæ nouit. Oſtendito mihi virginitatem & conceptionem. Oſtendito mihi partum nullis demonſtratis nuptiis. Itaque ne diffidat quis infantem eſſe Deum. Quod ſi Deus eſt ſimul & infans, horũ concurſus appellationem Emmanuelis expoſcit. *Et vocabunt nomen eius Emmanuel*, hoc eſt Deum, & eundem indiuidue hominem, Deum & hominem ipſum. Etenim partus ſecundum carnem humanus eſt: qui vero natus eſt Deus, partus ſecundum carnem humanus, & ob id quæ pertinet ad partum humanæ legi ſubiecta ſunt, natus vero eſt Deus, propterea & vuluæ ſigillum permanſit ei quæ peperit. Eſt Deus qui natus eſt, alioqui quo pacto ſtella natiuitatẽ eius in gentes diuulgaſſet? Eſt Deus * qui natus eſt, ſed ex mu-

Margin notes (left): Pſal. 4. Virginis Conceptio ſine macula qua Chriſtum concepit. — Ioan 1. Cant. 4. 5. — C — Exod 3. Ezech. 44. Dan 2. — Eſa. 7. — Gal. 4. Luc. 1. & 2. — D — Nocturnæ preces. — Pſal. 131. — Gen. 6.

Margin notes (right): E Ioſue 4. 5. & 6. — Ioan. 1. — Pſalm. 4 — F — Pſalm. 4 — G — H — Per hum… nam leg… intellige… humanitate… humana… dempto peccato. — * Intellig… Deum p…

A
Chriſtus per communicationẽ filiorum adoptionẽ reſtituit. Gal. 4.

liere naturam haber humanam. *Miſit enim Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege vt eos qui ſub lege erant redimeret. vt filiorum adoptionem reciperemus.* Audiamus hæc Pauli verba dicentis conuenientia cum his quæ dicta ſunt ab Eſaia. O ſermonem ſuperantem omnem intellectum! vt ego efficiar filius Dei, vnigenitus Dei filius factus eſt ad ſimilitudinem autem meam dico participatione carnis, in qua tamen nulla ſit communicatio peccati. Quænam igitur, quænam veriſimile eſt hoſtem humani generis ſecum loqui, dum videt nos per mulierem reuocatos ad filiorum adoptionem quam initio habebamus? Nonne hæc dicit & queritur? Qui fit ut inſtrumentũ quod in principio cooperabatur mihi, nũc mihi aduerſetur? Mulier me cum effecit, vt in genus humanum tyrannidem occuparem, & mulier me è tyrannide deturbauit. Antiqua Eua me erexit in altũ, & noua deiecit. Ipſa eſt etiam Eua ſecundum naturam, licet non Eua ſecundum generandi rationem. Quæ enim mulier poſſit edere partum adeo alienum ab omnium opinione? nulli coitus inſeruiens corruptioni impręgnata mater effecta eſt citra ſolutionem virginitatis. Lac edidit quæ nullas nouit nuptias, nutriuit infantem, cuius tamen infantis nullus ſit Pater in terra.

1. Cor. 15. Dempto ſolutio peccato.

B

Quamobrem merito immutatæ ſunt res meæ ab eo qui immutat naturam: & per quam captiuitati ſubiciebam, in captiuitatem redactus ſum: per quam vincebam, ſuccubui, Ego vero fruſtra in eam maligne moliebar inſidias, & ipſi etiam Ioſeph ſuadens vt de ea male ſuſpicaretur, conſilium ei ſubieci, vt occulte eam dimitteret, & hac ratione declararet ex adulterio proficiſci conceptionem. Angelus autem aſtans in ſomnis aperte reuelauit ei quod latebat in conceptione myſteriũ. At vero quantum mihi tempus ſufficere poſſit ad proſequẽdum verbis, quibus modis triumphauit de me qui partum ex ea ſubiit? In his quæ attentabam deprehenſus, in his quæ impugnabam pudefactus, dum ab ipſis qui mecum ſunt dæmonibus frequenter audirẽ ipſum appellari Dei filium? Eripuit mihi cunctos variis morbis laborãtes: eripuit omnes à malignis ſpiritibus perturbatos: eripuit etiam eos quos ipſi morti tradidi, tandem etiam cõſiliis meis in Crucem actus, multo maiore me verecundia perfundit, & mecum denuo mortem, dum è Cruce concuſſi vniuerſa quæ ſunt in terra, ex motu patefaciens omnia ſub terra iacebant, decerpens tam me hic quam mortem ibi, reſurgentibus cum eo mortuis.

Matth. 2.

Luc. 4.

Matth. 27.

Gen. 3.

C

Horum igitur omnium quæ mihi cauſa eſt? Quæ alia præter eam quæ genuit eiuſmodi miraculorum opificem? profecto præſtabat mihi, vt Euam illam antiquam non inducerem in dolum: ſatius erat mihi etiam per Serpentem illam non decipere. Nam quid lucri mihi acceſſit ex circumuentione? ſiquidem eos quos in ſeruitutem redegi, modo video priſcam libertatem recipere, imo vero vna cum præcedente libertate etiam ipſum regnum cœlorum hæreditario iure poſſidere. Talibus equidem communis omnium noſtrum inimicus apud ſeipſum vſus eſſe ſermonibus videtur.

Matth. 1.

Luc. 2.

Nos vero denuo recurrentes ad ea, quorum ſuperius fecimus mentionem, laudemus virgam Ieſſe, beatum prædicemus, & fauſtis omnibus proſequamur ſacrum Dauidis ſurculum. *Aſcendit enim & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ad ciuitatem Dauid, quæ quidem vocatur Bethleẽ, eo quod ipſe eſſet de domo & familia Dauid, cum Maria ſibi deſponſata & grauida.* Iſta Lucas nobis nunciauit per hiſtoriã Euangelicam, teſtificans familiam & propinquitatem Dauidis non ſolum ad Ioſeph, ſed etiam ad Deiparam & ſemper Virginem pertinere. Quid igitur poſteaquam aſcenderant, quid accidit? *Impleti ſunt, inquit, dies vt ipſa pareret, & peperit filium ſuum primogenitum.* Peperit filium ſuum, qui & illius ſimul & Patris cœleſtis eſt primogenitus & vnigenitus. *Et pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat locus in diuerſorio.* Inuoluit panniculis illum qui amictus eſt lumine ſicut veſtimento. Faſciis inuoluit eum, qui ſua ipſius potentia omnem creaturam inuoluit. Reclinauit in præſepio eum, qui proprio arbitrio cœlos inclinat. Reclinauit in præſepio eum, qui ſedet ſuper ſolium. Hæc porro non fruſtra contingebant, ſed in præſepi animalium irrationalium proponebatur λόγος, id eſt Verbum & ratio, vt pro inſtituto accurentes homines irrationales, ſenſus rationalis participes efficeret. In menſa beſtiarum proponebatur panis cœleſtis, vt ex hominum genere, his qui beſtiales erant, communicationem eſcæ myſticæ exhiberet. *Et non erat locus ipſis in diuerſorio.* Locum in quo habitaret non habet, is qui domum totius mundi conſtruxit. Non habet locum habitationis, quia cum eſſet diues, ſponte pauper effectus eſt. Locum non habebat, quia enim locus capere poſſet eum qui locum excedit? Quare peropportunum eſt, vt hoc etiã e Pſalmis dicamus, *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine.* Vnde enim hæc? Vnde enim niſi ex tua, qui gratia noſtra deſcendiſti, bonitate? Vnde tanta ipſius humilitas, niſi ex ipſius erga naturam noſtram clementia? Cæterum quemadmodum quę ſpectant ad Dominum omnium, reſplendere ſolent in eius honorem, per ea quæ geruntur in Cœlis, ita & per ea quæ geſta ſunt apud nos eo ſuper Cherubim ſedente, circunſtare ſolent exercitus Angelorum. Verum & in præſepio choreæ circunſteterunt: illic à virtutibus cœleſtibus continuam habet adorationem: hic à gentibus, ſtella obtemperante, illic vniuerſa elementorum turba, quæ habent à natura offerunt: hic & paſtores pro muneribus exhibent tripudia, & magi theſauros. Illic præterquam quod ſedet in ſolio ſuper Cherubim, etiam eſt in ſinu Patris. hic non ſolum reſidet in præſepio, ſed etiam ſein vlnis maternis. Iſte porro thronus vere regius, thronus iſte glorioſus, thronus ſanctus, thronus ſolus dignus qui ſanctum ſanctorum geſtaret in terra. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

E
Philip. 2.

Pſal. 30.

F

ANASTASII PATRIARCHÆ THEOPOLITANI ET CYRILLI ALEXANdrini, Compendiaria orthodoxæ fidei explicatio.

CATECHISTA Heus tu, cuius es religionis? CATHECVM. Chriſtianus ſum. CATECHISTA. Quid eſt vero Chriſtianus? CATHECVM. Qui ex Dei voluntate viuit, & pie, & ita vt Deo placere ſtudeat: bene denique ſe gerit. CATECHISTA. Quod ad Deum attinet; quot naturas profiteris? CATHECVM. Vnicam. CATECHISTA. Quamnam? CATHECVM. Deitatem. CATECHISTA. Quid eſt Deus? CATHECVM. Eſſentia cuius nullus eſt author, cauſa omnipotẽs: cui prorſus nihil deſit: omnis denique cauſæ & naturæ ſupereſſentialis cauſa. CATEC. Quomodo credis? CATH. Credo in vnum Deum Patrem, & in vnum Filium ac Deum, ex Deo ac Patre genitum: & in vnum Spiritum ſanctum, Deum ex Patre procedentem. CATEC. Qua re differt Filius à Patre? CATH. Hypoſtaſi, quatenus Pater eſt ingenitus, Filius autem genitus. Eſt enim ex Patre. CATEC. Spiritus ſanctus vero quonam differt à Patre & Filio? CATH. Hypoſtaſi, quatenus procedit. CATEC. Ergo conſequenter in tres Deos credis. CATH. Abſit. CATEC. At certe in tres naturas. CATH. Minime. CATEC. Atqui tres Deos recenſuiſti: quomodo igitur inquis, Abſit? CATH. Atqui etiamſi tres recenſui, tria tamen dico propter triplicem coeſſentialis & indiuiduæ Trinitatis ſubſiſtentiam. Nam & Pater eſt vnus Deus, & Filius eſt vnus Deus, & Spiritus ſanctus eſt vnus Deus, & vnica deitas in tribus hypoſtaſibus ſtatuitur, & vnica eſſentia, vnicum regnum, vnica potentia & natura. CATEC. Quid eſt autem eſſentia? CATH. Res quæ per ſe eſt, neque altero indiget ad hoc vt ipſa ſubſiſtat. CATEC. Quid eſt natura? CATH. Res vniuerſalis, & hypoſtaſes ſibi ſubiectas complectens. Aut ſic definito: Vera exiſtentia rerum: vt eſſentia natura, forma, ſint vna & eadem res. CATEC. Quot hypoſtaſes agnoſcis in Deitate? CATH. Tres, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. CATEC. Quid eſt hypoſtaſis? CATH. Eſſentia cum ſuis quibuſdam proprietatibus, ab iis quæ eiuſdẽ ſunt ſpeciei numero differens

G

H

D

rens

A rens, id eſt, perſona coeſſentialis. Perſonas autem in Deo dicimus incorporeas & omnis figuræ expertes. CATEC. Quidnam eſt ſingulis iſtis tribus hypoſtaſibus proprium? quid item commune? CATH. Proprium eſt Patris, ingenitum eſſe: Filii vero, genitum eſſe; Spiritus ſancti, proceſſio. (Matth. 8. 1. Tim. 2.) Communis autem illis eſt Deitas, & commune regnum. CATEC. In œconomia (*id eſt incarnationis myſterio*) quot naturas profiteris? CATH. Duas. Deitatem & humanitatem: (Ioan. 1.) vt idem Filius ſit perfectus Deus & perfectus homo. CATEC. Quot naturales volontates & actiones in Chriſto profiteris? CATH. Duas: vnam diuinam, alteram humanam. CATEC. Quæ eſt voluntas diuina. CATH. Purgare leproſos: vt, Volo, purgare: & cætera huiuſmodi: vt & illud, Vade, & fiat tibi ſicut credidiſti. CATEC. Quæ eſt actio diuina? CATH. Vt ſeruentur omnes homines, & ad veritatis notitiam perueniant, vt illud, Pater meus vſque nunc operatur, & ego operor. CATEC. Quæ eſt voluntas humana? CATH. Potum quærere, quod etiam in cruce accidit: & cibum expetere, vt illud: Habetis hic aliquid edulii? CATEC. Quæ actio humana? CATH. Iter facere, fatigari, & ſimilia. (Ioan. 4. Ioan. 19. Luc. 14. Ioan. 4.) CATEC. Quot hypoſtaſes in fidei de Filio profeſſione profiteris? CATH. Vnicam: vt idem & vnus ſit Filius Dei & Filius virginis. CATEC. Quid commune habet B Filius cum Patre & Spiritu ſancto? CATHEC. Communem habet cum illis naturam ſuæ deitatis quatenus eſt Deus perfectus: communem vero cum hominibus habet naturam humanitatis ſuæ, quatenus eſt homo perfectus. CATEC. Quid eſt Deus? CATH. Si vis noſſe quid ſit Deus & quomodo ſit adorandus, attente auſculta, & veritatem cognoſce. Patris, Filii & Spiritus ſancti vnum eſt conſilium, ſapientia vna, potentia vna: neque vnus quidem exſtitit ante ſecula, alter vero poſt ſecula, ſed ſimul Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: Filius in Patre, & Spiritus in Filio, cohæret enim hæc natura: vnde vna eſt natura, & vna Deitas: diſtincta quidẽ in tres hypoſtaſes, ſed in vnitatem occurrens, habita eſſentiæ ratione. Idcirco etiam quum Patrem dicimus, & Filium ac Spiritum ſanctum profitemur, vnicum Deum dicimus, Eſt vero Deus commune nomen Patri, Filio, & Spiritui ſancto: Pater vero, & Filius, & Spiritus ſanctus, non ſunt communia nomina, ſed propriæ ſingulorum hypoſtaſes. Pater enim non dicitur Filius, nec Filius dicitur Pater, nec Spiritus ſanctus vocatur Pater aut Filius: at Deus ſemper Trinitas appellatur. Itaque quum tres hypoſtaſes ſiue tres perſonas dicimus, non dicimus tres eſſentias ſiue C tres naturas, ſiue tres Deos: ſed vnum Deum, vnam eſſentiam, ſiue vnam naturam profitemur, ne arianizemus. Et rurſus quum vnam eſſentiam ſiue naturam dicimus, non dicimus vnam hypoſtaſim, ne Sabellianizemus: ſed tres hypoſtaſes ſiue tres perſonas in vna deitate, vnam eſſentiam & naturam credimus. Eſt autem Deus eſſentia quæ omnem contemplationem ſuperat, mens quæ comprehendi nequit, pulchritudo cuius pro ea nulla inueniri poteſt, magnitudo quæ cerni non poſſit, gloria omnem cogitationem effugiens. Filius eſt ineffabilis proles, ſermo nulla ratione explicabilis, mens inſeparabilis, eſſentia inuariata, natura inacceſſa, character ſubſiſtens. Spiritus eſt intellectualis & ſimplex, ſubtilis, purus ac pellucidus, omnis noxæ & maculæ expers, & omnia ignoſcens. Imago Patris eſt ſol, radius Filii, radii calor eſt Spiritus ſanctus. Itaque ſol eſt Pater, radius Filius, ſplendor ignitus eſt Spiritus ille prorſus ſanctus. Et ſol quidem nunquam cælum deſerit: Filium autem vt radios, ſplendorem videlicet ab ipſo reD fulgentem, emiſit in terram, & Spiritum ſanctum, vt calorem quo ſuperiorem & inferiorem mundum vndequaque foueret & bonis cumularet. Ita nobis cogitandum eſt de vnica in tribus hypoſtaſibus Deitate. Natura, eſſentia, forma ſimul eadem eſt, hypoſtaſis & perſona eadem eſt. Et eſſentia quidem ſiue natura id quod commune eſt deſignat: hypoſtaſis autem ſiue perſona, quod ſingulorum proprium eſt declarat. Vt (exempli gratia ſic dicamus) in homine, Omnes homines vnius & eiuſdem naturæ ſumus, vna & eadem natura omnium eſt: ſiquidem omnes homines ex anima intellectuali & corpore conſtamus: hypoſtaſibus vero multis, & infinitis & innumerabilibus. Et Petrus ac Paulus vnius & eiuſdem ſunt naturæ, hypoſtaſibus autem diuerſis: & naturam quidem inter ſe communem habent, E diuiduntur autem hypoſtaſibus ſiue perſonis.

SERMO S. GALLI CONFESSORIS, DICTVS CONSTANTIÆ IN TEMplo S. Stephani.

IN CONSECRATIONE IOANNIS EPISCOPI CONSTANTIENSIS.

Nunc primum ex mſſ. S. Galli editus, per Henric. Caniſ.

VVALAFRIDVS STRABVS LIBER I. DE *vita S. Galli Confeſſoris. Cap. 24.*

PRæmiſſis ex more diuinæ libationis initiis (*die, quo Ioannes Conſtantiæ conſecratus eſt Epiſcopus*) poſt lectionem Euangelii F rogauerant venerabilem Gallum, vt multitudini, quæ aderat, verbi officio ſacræ inſtructionis pabulum miniſtraret. Qui aſſumpto Ioanne Epiſcopo, gradum aſcendit, eo videlicet pacto, vt ipſe quidem ædificationis inſtrumenta colligeret, Epiſcopus vero ad vtilitatem barbarorum bene prolata interpretando transfunderet. Cœpit ergo verbum facere de initio creaturarum, & Adæ peccatum, pro quo depulſus eſt de paradiſo, commemorare: Tranſiens inde ad diluuium, Patriarcharum conſequenter tempora perſtrinxit & actus. Egreſſum quoque filiorum Iſrael de Aegypto, & tranſitum per mare rubrum, legiſque lationem per Moyſen & cœleſtis alimenti miracula replicauit. Regum deinde ſucceſſiones, & tempora Prophetarum breuiter attingens, aduentus Dominici tempus retexuit. Baptiſmum etiam Saluatoris, G & mirabilium eius gloriam commemorans, crucis ignominiam cum impiis inſectationum generibus veraci relatione ſubiunxit. Hæc audientes Eccleſiæ paſtores cum populi multitudine lacrymas fuderunt vberrimas, & ad inuicem dixerunt vere Spiritus ſanctus locutus eſt hodie per os viri iſtius. Ille vero prædicationem perduxit vſque ad reſurrectionem Chriſti, & in commemoratione generalis iudicii terminauit. Omnes ergo qui aderant, alacri mentis exultatione repleti, benedicebant Dominum, & ad ſua cum gaudio remeabant. Doctor itaque venerabilis manens apud Ioannem Epiſcopum ſeptem diebus, inter multa ſalutiferæ conſolationis verba, hæc ſæpius inculcauit: Quem Deus elegit, homo non deſpiciet. *Hæc* H *VValafridus: cui Hartmannus S. Galli doctiſſimus pariter & religioſiſſimus Monachus vitio vertit, quod totam orationem S. Galli hiſtoriæ ſuæ non inſeruerit; vt fecit S. Notkerus cognomento Balbulus eiuſdem Monaſterii Monachus, & Magni Othonis nepos, qui vitam S. Galli ligata & ſoluta oratione tribus libris complexus eſt.* Porro nobile hoc & eximium antiquitatis monumentum miſit ad nos ex S. Gallo R. P. Iodocus Metzlerus, eiuſdem Monaſterii profeſſus, & SS. Canonum Doctor, cui vna mecum lectores gratias debent.

SERMO SANCTI GALLI CONFESSORIS DOMINI, HABITVS CONSTANTIÆ.

SEmpiternus & inæſtimabilis Deus, cum coæterna ſibi ſapientia, hoc eſt, Filio ſempiterno, & charitate ſibi, & filio ſuo conſempiterna, id eſt, Spiritu ſancto, abſque vlla inchoationis, vel temporis mutabilitate, vel locorum, vel miniſteriorum indigentia, ſemper in ſemetipſo beata & immortali maieſtate ſubſiſtens. Nequaquam tamen ſine congruo ſibi ſeruitiorum obſequio ſolitarius manſiſſe putandus eſt, cum manifeſtiſſime dicat Apoſtolus: *Elegit nos in Chriſto ante conſtitutionem mundi*, prædeſtinatione ſcilicet æterna, non creatione temporania, ſed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed qui ſemper omnia futura in ſua bonitate, & maxime ſanctorum Angelorum, & hominum ſocietatem, præſentialiter continendo quaſi facta diſponit, aliquando etiam preſcitam & prędeſtinatam immobili conſilio creaturam, ad ſe laudandum, & ex ſe, & in ſe, & per ſe beate viuendum omnipotentiſſimo dignatus eſt opificio creare de nihilo, & ſuper cœleſtia quidem beatis ſpiritibus habitaculum fecit: terram vero futuris hominibus præparauit. Quorum creationis cauſſam noſſe nos conuenit, fratres Chriſtianiſſimi, ne viles vos & abiectos arbitrantes, pecudum conuerſatione dignitatem veſtram nullificetis.

Deus ſumme bonus, beneuolentia plenus, inuidæ carens, malitiæ neſcius, ſpiritus Angelicos exemplo ſui rationabiles creare diſpoſuit, vt ipſum Dominum, ſuæ cognoſcentes originis autorem, dilectionis eius pinguedine referti, in ipſo delectarentur eſſe beati. Sed cum de illis aliqui nondum de eius dulcedine deguſtata, ſeipſos ſibi eſſe principium, & caput, vitamque, & ſuauitatem, curſu temerario & ſtultiſſimo perſuadere ſibi præſumerent: intus inanes & vacui, ſuperbiæque pondere prægrauati, de tranquilliſſimo cœlorum habitaculo, in huius aeris tempeſtuoſam turbulentiam, vſque in diem generalis, & ſempiterni iudicii repentino ſunt caſu detruſi. Sed immutabilis benigniſſimi creatoris voluntas præfinitum beatiſſimi cœtus numerum supplere diſponens, humanum genus in eorum locum ſubſtituit. Quos homines ratione præditos, præceptis inſtructos, minis coercitos, proprio dereliquit arbitrio, vt imitatione Dei praua & iniqua contemnerent, ac recta & æqua retinere curarent. Impius autem homicida ſatanas, qui nec ſibimetipſi pepercit, tantum à Deo terrigenis honoré collatum perdolens, caſum, quo ipſe ſuperbus periit, incautis & fallaciæ neſciis mundus perſuaſit, vt videlicet non creatorem ſempiternum pro Deo venerari: ſed creaturam temporalem, hoc eſt, ſeipſos ſibi pro diis habere delectatione mortifera conſentirent. Quod maximum & immaniſſimũ peccatum tanta flagitia & facinora, vel etiam crimina ſunt ſubſecuta, vt iuſtitia diuina mundum, quẽ omnimodo decorauit ornatu, cum humano genere, quod eidẽ regendo præfecit, aquis diluuii delere decreuerit: Et faceret niſi multam malitiam noſtram, eius immenſa bonitas ſuperaret.

Ergo nec tanta ſcelera inulta reliquit, nec tamen creaturam bene conditam penitus cõſumpſit. Ex omnibus hominibus, vno delecto iuſto, per cuius prouidentiam, imo ſuam admonitionem, talis quædam archa conſtrueretur, in qua ipſe cum domo ſua, & reliqua creatura ad reſuſcitandum ſemen competente, in ſupremis licet periculis ſe quaſi defuncti mundi ſuperſtitem remanere miraretur. Cumque poſt totius anni pene circulum præſago nomine Noe nuncupatum, quaſi conſolatorem tantæ, licet iuſtiſſimæ vindictæ, de clauſtri illius ergaſtulo creator miſeratus eduxiſſet, & ipſum cum prole ſua, & ſeminariũ cunctę creaturæ noua benedictione ditauit. Iamque renaſcentibus filiis Adam, reuixit & ſuperbia dudum in radice damnata, adeo vt Lutei mortales luteo & bitumine turrim conſtruere molirentur, de cuius cacumine ſidereum & immortale habitaculum, Deo poſſeſſore inuito poſſent inuadere. Cuius tam inuicti (vt ſtolidis videbatur) machinamenti conſpirationem tam facile omnipotentiſſima ſapientia diſſipauit, vt linguis omnium confuſione diuerſiſſima, vel ſimilitudine diſſimilia diſparatis, nullus contanguineus, vel fratris ſui linguam intelligere poſſet. Et ideo vniuerſi per regiones & loca varia diuiſi, vt moris & loquela diſſoni, ita & religione, vel potius furore diſperſi, & alii quidem creaturam hominum miniſterio, Deo autore prouiſam, diuino cultu & ſeruitute venerati ſunt. Alii vero mortuis hominibus, ſimulacra facientes, malignos ſpiritus aſſidentes eis, quaſi tutores & fautores animæ vel corporis viuorum, licet iuſte mortalium dementes colere cœperunt. Sed adhuc indefeſſa pietas immortalis & veræ Deitatis creaturam benigne conditam, non vſquequaq; ſua miſeratione priuatam diſpulit, ſed de medio idololatriæ deditarum gentium Abraham patrem futurorum fidelium, ad ſe, verum & vnum Deum cognoſcendum de cœlo vocauit.

Qui incomparabili plenius obedientia diuino parens imperio, exiit de terra & cognatione ſua, neſciens adhuc quo ire deberet, dummodo Dei iuſſionem expleret. Qua de re huiuſcemodi deſuper accepit oraculum, quod & terram peregrinationis ſuæ in poſſeſſionem eſſet accepturus: quod factum eſt in Iudæis de carne eius, mortali propagine deſcendentibus: & quod in ſemine ipſius benedicerẽtur omnes gentes. Quod in nobis ipſis per Chriſtum, ex eius ſemine, ſecundum carnem, procreatum per virginem, completum eſſe gaudemus. Huius igitur fidei in præputio comprobatę quaſi quoddam ſignaculum eidem patri Abraham circumciſionis impoſuit ſignum. Quo tamdiu gentem de eius femore propagatam oportuit inſigniri, donec ille veniret, qui omnes in ſe credentes ab omni peccato, & circumciſionis iniuria ſua paſſione redimeret. Cum autem populus de illo non modicus exortus, cauſſa famis de terra Canaan, quam incolebant, terram ingrederentur Ægypti, quo Deus vnum de pronepotibus eius, cauſſa multorum ſalutis, direxit, per cuius prouidentiam mundus pene totus, alimentorum penuria periclitatus, aliquatenus conſeruaretur; & iuxta ritum gentis illius mille formia cœpiſſet monſtra venerari, duriſſimis etiam operibus premerentur ab Ægyptiis, recordatus Deus fidei, probitatiſque Patrum, direxit ad eos ſeruum ſuum Moyſen, qui per multa ſigna & plagas intolerabiles, domitis Ægyptiis, Dei populum ad terram, Patriarchæ Abraham dudum promiſſam, cœleſti ducatu directus introduceret. Cumque de terra illa progreſſi inter oram rubri maris, & vaſtiſſimam ſolitudinem feſſi conſediſſent, Rex Ægyptiorum damno ſeruitutis amiſſæ ſtimulatus, congregato exercitu, iunctiſque curribus, eos ita quaſi piſces in gurguſtio concluſit. Quibus ad Deum verum leuantibus vocem, aquæ maris huc atque illuc diuiſæ, iter ſiccum viantibus præbuerunt. Quod cernẽtes cultores ſimiarum, & caniformis Anubis, Neptunum tam ſuperuacue placandum ſibi putabant, ſic vndis in partes diuiſis, Omnes igitur ſequẽtes veſtigia commeantium, extremo ſuorum barathrum ingreſſi, nouiſſimoque plebis Dei ad naturale litus tranſgreſſi, ita ſunt montibus aquarum inuoluti, vt nullus remaneret, qui factum domi reſidentibus referre potuiſſet.

Cum autem expenſæ, quas de Ægypto ſecum tulerant, Hebræis defeciſſent (quod nomen populo Dei idcirco impoſitum eſt quia tranſierant de gente in gentem, & de regno ad populum alterum) dedit eis Deus panem vel carnes de cœlo, aquam vero vel amaram dulcorauit, vel non habitam de petra produxit, & ſic eos per deſertum quadraginta annos ad terram promiſſionis circumduxit, donec deſueſcerent idololatriã, de qua erant educti, & quam vbicunque venirent, erant inuenturi, à qua, ſicut & de cæteris malis, de cœlis illos cauere monuit, & ad ſe cognoſcendum, vel alia bona & iuſta ſectanda, diligenter inſtructos, tandem in terram, pollicitationis ſuæ memor, miſeratus introduxit. Et vt pridem rubrum mare, ita modo Iordanem fluuium nauigabilem ſiccis pedibus tranſmeare præcepit & fecit. Dumque adhuc, qui hæc mirabilia viderunt, ſuperſtites in carne vixerunt, notitia & cultus veræ Deitatis & diuinæ veritatis incontaminata perſeuerauit. Illis vero ad patres ſuos repoſitis, filii de carne ipſorum propagati, non fidei bonum imitati, ſed circumpoſitarum gentium ſimulacra colendo, ſunt

A in præcipitium idololatriæ deuoluti. Pro quo ſcelere dati ſnnt in manus inimicorum ſuorum, circumcirca vel longe poſitorum. Et cum aliquando preſſi iuſtiſſime, per preces ad Deum patrum ſuorum fuiſſent reuerſi, ſuſcitauit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis & ſaluator contra hoſtes, & ad concordiam inuicem retinendam iudex idoneus exiſteter. Cumque multo tempore influctuarent, id eſt, vt cum aliquando illis proſperitas arrideret, ad venerationes idolorum deſluerent: Quum vero tempeſtas perſecutionum immineret, ad Deum verum, ad tutiſſimum portum, omni adniſu redire conarentur.

Tandem dedit illis Regem, nomine Dauid, qui & à finitimarum gentium incurſiombus defenderet, & timorem Dei, cuius ipſe pleniſſimus erat, & iuxta nomen ſuum, Manu fortis, continuis teneret habenis. Poſt cuius mortem, cum propter peccatum filiorum eius, non amplius de duodecim tribubus filiorum Iſrael (quod nomen patri eorum, & ipſis idcirco impoſitum eſt: quia viſione ſua Deus eundem dignaretur) quam duæ tantum, Beniamin **B** ſcilicet & Iuda, à qua & Iudæi ſunt appellati, poſteris Dauid cum paucis Sacerdotibus & Leuitis adhærerent, (quo nomine omnes diuino miniſterio mancipandi, à patre ſuo Leoi ſunt nuncupati) Reliquæ vero decem, vel potius vndecim tribus per Regem vna ſubuerſorem ſuum Hieroboam nuncupatum, & peſſimam ipſius progeniem ad immunditiam idololatriæ fœdiratis à gloria ſua, Deo ſcilicet ſempiterno, immaniſſima dementia receſſerunt. Qui & tradidit eos in manus inimicorum ſuorum, quibus ſubiecti, idola, ſunt etiam qui nollent adorare compulſi. Sed & fideliſſimi Dauid propagatio ad infidelitatis malum non poſt multum temporis aberrauit, adeo vt & ipſi Reges & Sacerdotes, neglecto vnius veri Dei cultu, Saturnos, Iunones, turpiſſimumque Priapum, in ipſa Hieruſalem, quam ciuitatem cum templo in ſanctificationem ſibi delegit, acti furore, venerarentur. Propter quod competenti ſatis ratione impie derelictus ab eis, iuſte dereliquit eos Deus, in poteſtatem paganorum vt impleretur, quod eis antea comminabatur. Sicut ſeruiſtis Diis alienis in terra veſtra, ſic ſeruietis diis alienis in terra non veſtra, qui non dabunt vobis re- **C** quiem.

Sed & tunc non oblitus Fidei Abraham, & Dauid, aliquos ex iis, pro reliquiis, in terra ſua retinuit, templumque ſuum in Hieruſalem ad tempus aliquantulum conſeruauit, donec peccatis eorum crebreſcentibus, etiam ipſum cum ciuibus & ciuitate mereretur incendi. Sed neque tunc eos vſquequaque diuina deſeruit clementia, quin imo de fauillis & ruinis vrbis euerſæ quoſdam reſeruauit, quibus aptiſſime propheticum illud conueniret: Facti eſtis quaſi torris de incendio raptus. & nec ſic rediſtis ad me, dicit Dominus. Quod quidem in eis, quos in terra ſua reſidere fecit, completum cognouimus, vt peccata peccatis addentes, & ſe mutua cæde vaſtantes vltima neceſſitate, vt ſibi videbatur, compulſi, in Ægyptum quaſi reſeruandi, contra vetitum diuini oraculi, vere trucidandi confugiſſent. Qui vero à Rege; qui ſuperbiam eorum Dei voluntate domuerat in captiuitatem longinquam fuiſſent abducti, ibi ad Deum Patrum ſuorum ex toto corde conuerſi ita tribulationis igne decocti ſunt, vt nec igne materiali ab ipſius poſſent a- **D** more diuelli.

Tandem ergo miſericors & miſerator Dominus tam graues eorum labores miſertus, Regum adeo animos, qui eoſdem in captiuitate tenuerunt, ad indulgentiam & relaxationem voluntariam illorum permutauit, vt de publicis redditibus & ærariis, plurima impendi præciperent, in adminiculum ad terram ſuam reuertendi, & templum Dei in ea demum reſtaurandi. Sed heu prô dolor! cum legem Dei vel cæremonias, in quantum à finitimis, imo commixtis hoſtibus impediri non poterant, ſedulo curaſſent obſeruare; quod nullus vnquam vel excogitare potuiſſet, repentino caſu Rex neſandiſſimus Græcorum, vt puta, prauus & præco maligniſſimi Antichriſti, eos ita oppreſſit, vt non niſi manu cœleſtis Imperatoris ſe vllo modo vlterius crederent alleuari. Qui & tanto miraculo ab immaniſſimorum, diuerſiſſimorum atque innumerabilium aduerſariorum eos impetu liberauit, vt pauciſſimi de Iudæis plurimis eorum interfectis, reliquis, qui manere poterant, non parum **E** incuterent vbicunque terroris. At cum illi, qui talibus flagellis eruditi, Dominum patrum ſuorum metuere noſſent diuerſis caſibus abſumpti, morte ſua mundum reliquiſſent orbatum, & propter peccata in ſeculo remanentium. Primum viles perſonæ de ſucceſſoribus eorum populo Dei præficerentur: Poſtea vero & ipſi alienigenis miſcerentur, vel potius ſeruitutis eius iugo ſubiicerentur, neceſſarium erat, vt ipſa diuina ſapientia, per quam cuncta ſunt facta, reficiendo generi humano per ſeipſam conſulere dignaretur.

Sed quia in ſua incomprehenſibili maieſtate, natura illa diuina ab infirmis, & mortalibus comprehendi non poterat, mira pietatis diſpenſatione procurauit, vt noſtræ infirmitatis mortali, manente tamen incommutabilitatis ſuæ potentia conformata, de incorruptæ Virginis vtero naſceretur, & conſueto nobis more vſque ad iuueniles annos ætate & incrementis, gratia vero & ſapientia ſingulari perueniret. Nec tamen cum carne ſua Deitas illius eſſet ob- **F** umbrata, per totum potuit humanis mentibus abſcondi, his duntaxat, qui eum cognitum ſuſcipere voluiſſent. Quando & in hora Natiuitatis illius Angelus Domini cum magna claritate paſtoribus gentis ipſius apparuit, & ortum eius omnibus gentibus profuturum nunciauit, in quæ verba eidem Angelo multitudo cœleſtis militiæ concinuit. Sed & ipſa hora in remotioribus Orientis partibus ſapientiſſimis, & aſtrorum gnaris hominibus noua ſtella inopinato apparens, eos ad ortum noui Regis attraxit. Nec non & quadrageſimo natiuitatis eius die, cum eum ad templum Dei, pro ſolenni eius gentis conſuetudine, Mater Virgo præſentandum deferret, ibidem à ſanctis hominibus mundi Saluator eſt agnitus, & ab eis cæteris fidelibus nuntiatus.

Duodecimò quoque ætatis anno cum in eodem templo parentibus remaneret ignaris, videlicet æſtimantibus inter cognatos & notos eum receſſiſſe de vrbe, ſed eo non inuento, regrederentur ad templum, & ibi eum poſt triduum in medio Doctorum ſapientiſſime ſe agentem reperiſſent, interrogante Matre, cur eam dolentem reliquiſſet: reſpondit: in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe: vtique inſinuans templum non minus ad ſe, quam **G** ad Deum patrem pertinere. Trigeſimo vero, ex quo inter homines conuerſari cœpit, anno ad Baptiſma ſeruuli ſui properauit, vt ex eo ſcilicet ſequacibus ſuis exemplum tribueret, ne quis ab inferiori perſona baptizari contemneret, quando ipſum Dominum & Deum ſuum famuli ſui manibus baptiſatum meminiſſet. ſed quia non aliqua ſui neceſſitate, ſed humilitatis propagandæ gratia voluiſſet in aqua lauari: Ecce Deus pater cum voce de cœlo delata, conteſtatus eſt, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, ipſum audite. Et Spiritus ſanctus, cuius iam & opere conceptus eſt, ad declarandam ſanctitatis eius innocentiam, in columbæ ſuper eum ſpecie deſcendit.

Ita ergo Chriſtus homo glorificatus & confortatus ad prælium cum diabolo conſerendum, quadraginta dierum ieiunium exacturus, abiit in deſertum, Quibus expletis, calidiſſimus aduerſarius, ex aliquibus, vt creditur, huma- **H** ni corporis geſtibus, aut habitu, illum eſurite perſentiſcens, & idcirco hominem eum tantum eſſe reputans. Sed propter vitam innocentem actam ſuper homines formidans, hac arte illum aggreditur, vt ſi quidem eſuriem ſuam pane de lapide facto, vt ipſe ſuadebat, conſolari potuiſſet, diuina in eo potentia deprehenſa, ab eius iniuriis & infectationibus quieuiſſet. ſi in tanta neceſſitate nec ſeipſum recreare quiuiſſet, puro tamen homine comprobato, non minus eum ſibi, quam cæteros mortalium obnoxiom conſideraret. Sed admirabilis Magiſter pietatis, ita verſutias eius eluſit, vt nec in panes lapidibus permutatis, diuinitatis in eo deprehenderet inſignia, nec impoſſibilitate confeſſa, ad noſtra animaretur infirma. Dicens, quod vita rationalis animæ non tantum in materiali conſiſtat alimento, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

In hoc ergo conflictu certior factus, quam ante fuerat,

A diabolus per oſtentationem inanis gloriæ, qua plurimum delectari mortalium mentes agnouerat, diuinitatem Chriſti ſe explorare poſſe putabat. Aſſumpto eo, & ſuper faſtigia celſiſſimi templi poſito, ſuaſeque vt inde ſi filius Dei eſſet, ſe præcipitem daret, & non læderetur. Ad quem bellator inuictus huiuſmodi temperauit eloquium, vt nec filium Dei ſe negaret, nec diaboli ſuaſionibus conſentiendum eſſe doceret, dicens: quia ſanæ mentis non eſſet, vt quiſquam Dominum & Deum ſuum tentare preſumeret. Igitur & in hoc eluſus certamine inimicus, per auaritiam qua mundum ſe peremiſſe gaudebat, & Chriſtum ſibi ſubiugare non diffideus, oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, eo pacto, vt ſi pro his accipiendis ipſum proſtratus adoraret, talibus ab eo donatus abiret. Quam immaniſſimam blaſphemiam magiſter humilitatis exhorreſcens, turbida indignatione monſtrum nefandiſſimum à ſe repulit, dicens: Religioſi cordis eſſe, Dominum Deum adorare, & illi ſoli ſeruire. Cuius vi ſolemnis attonitus aduerſarius, & ab eo receſſit vſque ad tempus. Victorioſiſſimum vero Regis noſtri triumphum admirantes angeli, debitis eum venerati B ſunt obſequiis.

His ergo ita peractis, Chriſtus Dominus ad homines regreſſus, ſecundum ſcripturam, operatus eſt ſalutem in medio terræ: Cæcis viſum reſtituens, ſurdis auditum, mutis loquelam, leproſis emundationem, mancis opificia, demoniacis mentem, paralyticis vigorem, claudis greſſum, & mille ſine nomine morbis omnimodam impertiens medelam. Qui & ſequentium quatuor millia de ſeptem panibus, & pauciſſimis piſcibus ſaturauit. Aliquando vero de quinque panibus & duobus piſcibus ita quinque millia virorum, excepta mulierum & paruulorum immenſa numeroſitate, repleuit, vt de fragmentis reliquiarum, quæ de his paucis rebus, inter manus & dentes conuiuantium ſuccreuerant, duodecim corbes ad teſtimonium tanti miraculi ſarcirentur. Mare quoque ſiccis pedibus ambulauit, & fœtentes mortuos de ſepulchro ſuſcitauit, & ad conuiuium vocatus, aquas in vina mutauit. Et ſuper hæc omnia, Pater de cœlo, quondam, diſcipulis audientibus, interdum vero turbis infinitis aſtantibus, pariter & auſcultantibus eum filium ſuum commendauit, & ſe illum iam clarificaſſe, & adhuc clarificaturum promiſiſſe.

C De doctrina vero eius quis aliquid digne commemoret? cum & diſcipulis ſuis talia mandata proponeret, quæ vix aut nequaquam humana poſſibilitas, niſi valida Dei ipſius adiuta vel attracta poſſet exequi, & omni ſexui vel conditioni tam leuia, & ita ſalubria ipſa monita intimare curaret, vt nullus omnino, niſi multum ingratis, & per omnia diuina gratia vel protectione indignus, à regno Dei debeat excludi. Denique ipſis Apoſtolis & eorum ſequacibus ita bonum virginitatis arripiendum perſuaſit, vt hoc ſcirent non humanæ induſtriæ, ſed muneris eſſe diuini. Abrenunciationem quoque omnium facultatum & affectionum ſic eiſdem aggrediendam intimauit, vt ſe cognoſcerent & in hoc ſeculo multo plura, quam reliquerant, accepturos, & in futuro vitam æternam poſſeſſuros, & in die magni iudicii cum ipſo iudices eſſe venturos. Cæteros autem fideles docuit, vt humilitate, manſuetudine, pace, miſericordia, iuſtitia vel patientia Deo ſe ſuos & ſibi regnum Dei, perſecutiones etiam improborum, ſi ita neceſſitas incumberet, ſuſtinendo acquirere non laſſarentur. In commune autem cunctis præceptum dedit, ne fratribus iraticommotorum maledicta in eos iacularentur, vel his occaſio-D nibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et ne quis vxorem proximi ſui impuro contueretur oculo, & idcirco maculari poſſet adulterio, & ne temere iurare præſumeret, ne forte periuraret, nec quiſquam obſtinate aduerſario ſuo reſiſteret, & inde non ſolum animæ, ſed & corporis periculum incurreret.

Porro autem profectioris vitæ cupidis, & regni cœlorum auidis, ita ordinatem & contemptum terrenorum indixit, vt tamen nequaquam hæc ſibi defutura confiderent, cum cæteros Chriſtianos his abundantes ſic ad illorum accenderet obſequium, vt quicunque illorum hæc ſuis pauperibus miniſtraret, ipſi Chriſto & Deo Patri ſe impendere nõ dubitaret. Fictos autem Dei cultores, & de generis nobili-

E tate glorianteſ, Hypocritas & genimina viperarum nuncupauit. Ipſos quoque ſacerdotes, qui pietatem nomine prætendebant, & maliciam in corde contegebant, cæcitatis notauit & cæcorum duces redarguit, & multum conuenienti comparatione ſepulchris dealbatis aſſimiles deuicit, quæ à foris quidem apparent hominibus pulchra intus vero plena ſunt omni ſpurcitia. Nec non & Phariſæos, qui ſibi iuſti videbantur, & aſpernantes cæteros, pœnitentium peccatorum recipere noluerant, ita confutauit, vt ſe ipſum diceret ideo veniſſe, non vt iuſtos, ſed peccatores & perditos inquireret, & ſaluos faceret. Et ſe eſſe verũ Dei filium non ſolum atteſtatione ſignorum, & incomparabili ſapientia manifeſtauit, ſed etiam propheticis literis, ac multiſſimis allegationibus approbauit, ſed increduli Iudæi quotiens in Sanctis ſuis Deum contemptore non timuerunt nec ab ſuo illo malitiæ ſuæ machinamenta continuerunt, inſultis eum laceſſentes & maledictis: inſuper & lapidibus eum inſectantes. Cum ergo incorrigibiles eos perſiſteret, tum diſcipulis ſuis ſocialiter ab eis ſeorſum, ruinam non ſolum iam illis quæ incumberet, ſed & mundi totius ti- F morem non longe poſt futurum terminauit: & ſe pro ſalute generis humani ſcelerato cruciis patibulum ſubiturum, & die tertia reuerſurum eſſe prophetauit.

Interea vnus de diſcipulis iam dudum auaritiæ morbo corruptus promiſſa pecunia, ad proditionem Magiſtri & Domini ſui pro trahere curauerat, cum illo diabolo plenus, & iam viſo inimicis eum tradere paratus eſſet. Captans igitur opportunitatem quando ſine turbis, quæ illum frequentiſſime ſequi ſolebant, ita ab aduerſariis capi, ligari talique potuiſſet, vt eum defendendi vel defendendi facultas eis non illis videbatur, non eſſet. Poſt orationem quam valde prolixam pro ſalute noſtra Dei Patri profudit, obuiam perſecutoribus ſuis proceſſit, & quem quærerent, interrogauit. Qui cum ſe Ieſum (quod nomen eius erat proprium) quærere dixiſſent, & ille ſe eſſe reſponderet, ite- propriũ. rum atque iterum retro acti abierunt, & ceciderunt in terram. Sed quia ad hoc venerat, vt paſſione ſua nos ab æterna damnatione liberaret, tandem aliquando, maieſtatis ſuæ potentia ad tempus abſcondita, in poteſtatem ſinentium ſe ſponte permiſit, vt indebita morte ſua nos ab omnibus debitis peccatis abſolueret. Captum ergo & ligatum impii miniſtri ad Tribunal Pilati præſidis perduxerunt, quod gentem illorum ſubuerteret, & tributa Cæſari dare prohiberet, & Chriſtum regem ſe eſſe diceret, & idcirco Iudex ipſe, ſi amicus Cæſaris eſſe voluiſſet, talem viuere in ſui condemnationem capitis permittere non deberet. Tum G ille neceſſitate compulſus, dedit illum militibus ſuis, ad illudendum. Qui irriſoria veſte, velut qui Regium ſibi nomen vſurpare præſumeret, induens. Et corona ſpinea pro diademate coronatum, quin & arundine pro ſceptro imperiali dextra completum, ſputis in faciem illius proiectis, & colaphis alapiſque crebeřrimis, flagelliſque cædentibus cominantes, & regis nomine ſalutantes: inſuper & ſingulorum hominum prodere velantem poſtulantes, quaſi vile mancipium (vt interim Dei filium taceam) maximum Prophetam, & tantorum effectorem ſignorum, ſapientiſſimumque virum turpiſſime tractare ſtuduerunt, & illuſum, immo caligatum, & vt apertius quidem dicam, mortificatum præſecto ſuo iterum illum præſentauerunt.

Iudæi vero nec dum tantis eius iniuriis ſaturati, petierunt præſidem, vt eum crucifigi præciperet. Quod cum ille ſæpius abnueret, dicens: ſe in eo ſe nihil dignum morte inue-H niſſe. Tunc impia gens, & cunctis abominanda, tali maledicto ſe damnauit, vt imprecarentur ſanguinem eius venire ſuper ſe & ſuper filios ſuos, adiicientes quia ipſi legem haberent, & ille ſecundum legem deberet mori, qui ſe Dei filium præſumptuoſe faceret, ſed ne verbo quidem ſimplici diceret, niſi eo modo, vt ipſi ex operibus, quæ in nomine Patris ſui faciebat metirentur, aut conſectarent, vtrum tantorum mirabilium operator, filius Dei dici & credi merito deberet. His igitur præſes tremefactus, & maxime propter illud conſtrictus, quod quaſi maximum & intolerabile ſibi metuebat obiectum, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, adiudicauit fieri petitionem eorum.

Tunc impoſuerunt ei crucem, quam ad locum vſque

portaret,

A portaret, ſed tamen quaſi honorantes & compatientes ei, quem tam indigna morte perimere ſategerunt, coegerunt quendam alienigenam crucem ferre poſt illum. Et cum veniſſet ad locum, qui Caluariæ dicebatur, pro eo quod ibidem ad mortem condemnati truncari ſolebant, Chriſtum Dominum crucifigentes; vt ex hoc turpiſſima morte redderetur infamior, latrones vnum à dextris, alterum ſuſpenderunt à ſiniſtris, & his verbis irridere gaudebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Vnus etiam de latronibus ſimili bacchatus inſania dixit ad illum. Si tu es filius Dei, ſaluum fac teipſum & nos. alter vero, cuius Deus illuminare dignatus eſt mentem, ad cognoſcendam veritatem præſentem, increpabat ſocium, & obſecrauit Dominum pendentem, vt ſuimet in regno ſuo meminiſſe dignaretur. Cuius credulam mentem & os confitens Chriſtus approbans, eodem die ſecum in paradiſo illum ſpopondit aſſumturum. Dum hæc creator à creatura quam rationabilem condidit, pertuliſſet: irrationabilia & inſenſibilia maieſtatis eius nutu conterrita, defectum ſui mortalibus minabantur: Cum & ſol in tenebras ſit conuerſus, & terra mota, & petræ ſciſſæ, & monumenta aperta, & rerum natura turbata, quæ iniuriam Dei ferre non ſuſtinebat. Poſthæc vero cum omnia reliqua, quæ fieri oportuerat, eſſent impleta, vt conſummaretur Scriptura, quod acetum potandus eſſet: ſitire ſe dixit, & cum accepiſſet acetum, & ſuum ſpiritum in manus patris commendaſſet, dixit: Conſummatum eſt, & ſic inclinato capite tradidit ſpiritum, & honorifice ſepultus ab amicis, cautiſſime ſeruabatur à cuſtodibus, metuentibus videlicet, ne die tertia, ſicut ante prædixit, reſurgere potuiſſet.

Sed angelus cœlo veniens, milites ſepulchrum euigilantiſſime cuſtodientes, mortuorum inſtar ſtupefactos reddidit, & poſt modicum recreato animo & ſpiritu, teſtes glorioſæ reſurrectionis eius effecit. Porro interim cum ipſi iacerent, vt exanimes, pias cum aromatibus eius * corrumpendi corporis viſitatrices idem angelus * gratanter affatus, nec timerent hortatus eſt. Et quia Dominus Ieſus Chriſtus deuicto mortis imperio reſurrexit, certo patefecit iudicio, & vt locum, viderent, vbi poſitus erat Dominus admonuit. Quo cum intrarent, vident duos angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, quondam ibi requieſcentis, & modo reſurgentis inde auctoris æternæ vitæ. Cumque pauefactæ cœpuleor egredi, aufugere cupientes, occurrit eis ipſe Dominus benigniſſime ſalutatas ad diſcipulos ſuos deuictæ mortis nuntias deſtinauit. Et eodem die Petro ſpecialiter apparuit. Qui & duobus ambulantibus, & de ſermocinantibus conuiator effectus, de ſcripturis aſſeruit, *quia ſic oporteret Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam*. A quibus etiam inuitatus ad cœnam in fractione panis eſt cognitus, cum ob cæcitatem cordis prius videretur ignotus.

* vagendi
* fore gaudentes.

B

C

Sero quoque cum factum eſſet, ipſa die apparuit Apoſtolis ſuis, & eis gaudia pacis mandans inſufflauit & dixit: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt*. Ad confirmanda quinetiam corda dubitantium, qui ſe putarent, ſpiritum potius videre quam corpus, oſtendit eis manus & pedes recentiſſimæ paſſionis ſigna retinentes, vt indubitatæ reſurrectionis eius fierent idonei teſtes. Sed illis adhuc non credentibus & mirantibus præ gaudio, vt per effectum comeſtionis veritas pateſceret carnis, interrogauit, ſi haberent aliquid ad manducandum. Cumque obtuliſſent ei partem piſcis aſſi & fauum mellis, manducans coram illis, reliquias dedit eis, & commemorauit eis hæc eſſe verba, quæ ante paſſionem ſuam prædixerat, quomodo neceſſe eſt ſua morte mortis imperium diſſolui, & in ſuæ reſurrectionis agnitione pœnitentiam & remiſſionem peccatorum, cunctis gentibus prædicari, nec non & ipſos adhuc glorioſiſſima Spiritus ſancti miſſione roborari promiſit. Nec tamen ita inſtructos, & tali promiſſione conſolatos mox abſceſſu corporali diſcedere voluit, ſed per quadraginta dies in vniuerſis argumentis eos viſitauit.

D

E Nunc foribus clauſis, in medio eorum conſiſtere, nunc vero per totam noctem fruſtra in piſcando laborantibus, ipſe ſtans in littore multitudine piſcium rete eorum compleuerat, & inter prandendum beato Petro poſt claues regni cœlorum, ac retentiones relaxationeſue peccatorum ouium ſuarum curam præcepit, & quia pro earundem cura ouium crucem ſubiturus eſſet intimauit. Deinde in montem quendam ſecutos in fide ſolidauit, & præcepit, *vt irent docere omnes gentes & baptizare eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*: docentes ſeruare omnia quæcunque ipſe mandauerat illis, & ait illis: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur*.

Et quia irritatores Dei & increduli Iudæi, & gentes idololatriæ deditæ ſignis erant ad fidem nutriendi, dedit Apoſtolis ſuis virtutem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent, cæcos illuminarent, leproſos mundarent, ipſos & mortuos reſuſcitarent, & præcepit illis, vt annunciarent regnum Dei appropinquare. Et quia cunctis gentibus & linguis nouam hanc doctrinam prædicare debuerunt, dedit eis diuerſarum linguarum agnitionem. Quin etiam ipſis & eorundem fidei ſequacibus multo maiora promiſit & conceſſit, ita vt dum plurimarum linguarum hominibus in vna loquerentur, à cunctis intelligerentur, & vmbra illorum tranſeuntium infirmi ſanarentur, & ſudariis vel cingulorum fimbriis nequam ſpiritus fugarentur. Sed cum hæc in alia regione, hoc eſt, in Galilæa, vel ante paſſionem, vel poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis edidiſſet, vt in vicinia eius loci ad alta cæli conſcenderet, vbi crucis ignominiam paulo ante ſubiit, atque ipſo quoque nomine diſpenſationem Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis in cælum fidelibus aperiret, Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicitur, vnde cælos peteret, cum Apoſtolis intiſit, doctore gentium, quid hæc ſignificent, exponente: *Ieſus Chriſtus factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus illum exaltauit*. Cumque illum qui conuenerant, interrogarent, ſi dies iudicii & manifeſtatio regni Dei iam immineret, dicebat non eſſe illorum, vel cuiuſquam mortalium, ſed ne ipſorum quidem Angelorum, noſſe tempora & momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, potiuſque in ciuitate Hieruſalem aduentum ſancti Spiritus eis expectare præcipiebat. Quo ſpiritu roborati, teſtes illi eſſent primo, in eadem vrbe, deinde in tota Iudæa & Samaria, ad poſtremum vero, vſque ad vltimum terræ. Et his præmiſſis, eleuatis manibus ſuis benedixit illis, & cunctis nihilominus opinantibus quaſi pennis columbæ incorruptibile corpus ſuum librauit ad cœlum. Cuius rei mox duo Angeli, hoc eſt, quia cœlum penetraret aſſtipulatores adſtiterunt, & quia in eadem ſpecie, qua aſſumptus eſt ab illis, ad iudicandos viuos & mortuos venturus eſſet, dixerunt. Tunc vt ſibi à dominatore cœli præceptum erat, Hieruſalem ingreſſi, ſancti Spiritus aduentum ſuſpenſi præſtolabantur. Qui decima poſthæc die venit, & ſcientiæ perfectione illos edocuit, & linguarum varietate donauit, & aduerſus rabiem perfidorum roborauit. Congruentibus ad hæc ſignis oſtenſis, ſono videlicet flatus vehementis, & linguis igneis, cuius authoritate confortati, reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti authoritate prophetica comprobantes mille Iudæorum eodem die ad fidem conuertuntur. Et in ſequentibus aliquot millia. Quandam vero turbam ſacerdotum obedire fidei perſuaſerunt.

F

G

Interea vero dum omnia ſupradicta fierent, dimiſit Dominus omnes gentes ingredi vias ſuas, & diuerſiſſimorum errorum opinionibus impleri, ita vt quidam ſolem & lunam & ſtellas miniſteria videlicet humanis vſibus attributa diuinis honoribus celebrarent. Alii vero maiore dementia capti, non ſolum aurum & argentum, ſed & ligna & lapides, quadrupedia, ſerpentia ſeu volatilia, & ipſa terræ virentia pro Deo authore venerarentur. Tandem ergo prius creator rerum omnium, quando & nos ipſos adinuentionum & peſſimorum actuum noſtrorum pigere deberet, ac tædere, dixerit ad nos Apoſtolos ſuos, qui docerent nos ab his vanis conuerti ad Deum viuum & verum: & expectare filium eius de cœlis, & in perceptione Spiritus ſancti, quem in Chriſto regenerati perce-

H

pimus,

A pimus, remiſſionem peccatorum conſequi nos crederemus.

Huius igitur legationis nos indigni noſtris temporibus vicē gerentes, obſecramus pro Chriſto, vt ſicut quondam in baptiſmo, ita ſemper abrenunciatis diabolo, & omnibus operibus eius, & omnibus pompis eius cognoſcatis verum verum Deum Patrem ſemper in cælo regnantem, & ſempiternam ſapientiam eius in tempore pro nobis incarnatam, & ſanctum Spiritum æternæ pignus ſalutis in hac vobis peregrinatione conceſſum, atque ita viuere curetis, ſicut Dei filios decere cognouiſtis, deuitantes gulę concupiſcentiam & ebrietatis inſaniam, fornicationis immunditiam, auaritiæ idololatriam, iræ veſaniam, triſtitiæ nebulam tædii rancorem, inuidiæ rubiginem, inflationis inanitatem, ſuperbiæ ſubuerſionem, & nullus cuilibet Chriſtiano fur tum aut homicidium, vel conuitium conferre, aut falſum teſtimonium de qualicunq; crimine præſumat inurere, ſed ſitis inuicem benigni, & donantes vobiſmetipſis, ſicut Deus donauit vobis peccata veſtra. Et delicta præterita pœnitentiæ remediis, vel eleemoſynarum largitate redimentes, imminentia cum Dei adiutorio præcauere ſtudeatis. Scien- B tes & diem generalis iudicii iam iamque proximare, & incertam ſingulis exitus ſui horam impendere. Et quidem magni iudicii nouiſſima dies, cunctis eſt mortalibus expaueſcenda, vt puta in qua nihil incorrectum abſque æternali pœna remanebit inultum.

Sed non minus cunctis ſapientibus quotidianum Dei iudicium formidandum eſt, quo & quoſdam probandos diſpenſatorie reliquit in mundo ad tempus, quoſdam vero hic iuſte condemnatos, obliuiſcitur in perpetuum. Alios quoque diu iacentes in criminibus manu miſericordiæ ſuæ leuat: Alios autem de peracta iuſtitia præſumentes fœde quondam paſſioni concedit: hos vero quocunque verbere coercitos vſq; in finem ab omni prorſus ſcelerum labe cuſtodit. Quocirca ſub his Dei iudiciis vnicuique in hac vita metuendum eſt, vt in futuro iudicio ab omni metu peccatorum & mortis abſolui mereatur. Deus omnipotens, qui omnes homines vult ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, qui hæc per miniſterium linguæ noſtræ, auribus veſtræ Fraternitatis infudit, ipſe per gratiam ſuam eadem in C cordibus veſtris fructificare faciat, cooperante Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritu paracleto benedictus Deus in ſecula. Amen.

FINIS.

IORNANDES

Epiſcopus Rauennas

DE

GETARVM, ſiue GOTHORVM

Origine & rebus geſtis.

Item de Regnorum & temporum ſucceſſione.

DE

D IORNANDE ſiue IORDANO

ITA IOANNES TRITEMIVS LIBRO

De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

IOrdanus ex monacho epiſcopus Gothorum, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & in ſecularibus litteris competenter eruditus, ingenio mitis, & apertus eloquio ſcrutator temporum, & rerum geſtarum ſcriptor inſignis. Fertur quædam præclara compoſuiſſe volumina, de quibus ad meam notitiam pauciſſima peruenerunt. Reperi enim tantum hiſtoriarum lib. II. In quorum primo recenſuit geſta Romanorum, in ſecundo vero originem & geſta Gothorum, vſque ad finem regni ipſorum. Claruit autem ſub Iuſtiniano imperatore, anno Domini D.XXX.

E

IORNANDES CASTALIO S. D.

VOlentem me paruo ſubuectum nauigio, oram tranquilli litoris attingere & minutos de priſcorum (vt quidam ait) ſtagnis piſciculos legere, in altum frater Caſtali laxare vela compellis, relictoq; opuſculo quod intra manus habeo, i. De breuiatione chronicorum, ſuades vt noſtris verbis duodecim Senatoris volumina De origine actuque Getarum, ab olim vſque nunc per generationes regeſq; deſcendente, in vnum & hoc paruo libello coartem. Dura ſatis imperia, & tanquam ab eo qui pondus huius operis ſcire nolit impoſita. Nec illud adſpicis, quod tenuis mihi eſt ſpiritus ad implendam eius tam magnificā dicendi tubam. Superat nos hoc pondus, quod nec facultas eorumdem librorum nobis datur, quatenus eius ſenſui inſeruiamus. Sed vt non mentiar, ad triduanam lectionem diſpenſatoris eius F beneficio libros ipſos antehac relegi. Quorum quamuis verba non recolo, ſenſus tamen & res actas credo me integre tenere. Ad quos nonnulla ex hiſtoriis Græcis ac Latinis addidi conuenientia; initium finemq; & plura in medio mea dictatione permiſcens. Quare ſine contumelia quod exegiſti, ſuſcipe libens, libentiſſime lege: & ſi quid parum dictum eſt, & tu, vt vicinus genti, commemoras: adde. Ora pro me frater chariſſime.

IORNANDES

Epiſcopus Rauennas

DE

G GETARVM ſiue GOTHORVM

Origine, & rebus geſtis.

CAP. I.

De totius orbis terrarum diuiſione.

MAiores noſtri, vt refert Oroſius, totius terræ circulum Oceani limbo circumſeptum triquetrum ſtatuere, eiuſque tres partes, Aſiam, Europam, & Africam vocauere. De quo tripartito orbis terrarum ſpacio innumerabiles pene ſcriptores exiſtunt, qui non ſolum vrbium locorumue poſitiones explanant, verum etiam, quod eſt liquidius, paſſuum miliariumque dimetiuntur quantitatem. Inſulas quoque marinis fluctibus intermixtas, tam maiores, quam etiam minores, quas Cycladas, vel Sporadas cognominant, in immenſo maris magni pelago ſitas determinant. Oceani vero intranſmeabiles vlteriores fines non ſolum deſcribere quis aggreſſus eſt, verum etiam nec cuiquam licuit transfretare: quia reſiſtente vlua, & ventorum ſpiramine quieſcente impermeabiles eſſe ſentiantur, & nulli cogniti, niſi ſoli ei qui eos conſtituit. Citerior vero eius pelagi ripa, quam diximus, totius mundi circulum in modum coronæ ambiens, fines ſuos curioſis hominibus, & qui de hac reſcribere voluerunt per quam innotuit, quia & terræ circulus ab in- H colis poſſidetur. Et nonnullæ inſulæ in eodem mari habitabiles ſunt, vt in Orientali plaga, & Indico oceano, Hippodes, Iamneſia, ſole periuſtæ, quamuis inhabitabiles, tamen omnino ſui ſpacio in longum latumque extenſæ. Taprobane quoque, in qua exceptis oppidis, vel poſſeſſionibus, dicunt munitiſſimas vrbes, decoram Sedaliam, omnino gratiſſimam Sileſtantinam, nec non Ether[illegible], licet non ab aliquo ſcriptore dilucidas, tamen ſuis poſſeſſoribus affatim refertas. Habet in parte occidua idem Oceanus aliquantas inſulas, & pene cunctas ob frequentiam euntium & redeuntium notas. Et ſunt iuxta fretum Gaditanum haud procul, vna Beata, alia quæ dicitur Fortunata, quamuis nonnulli

A nulli & illa gemina Galliciæ & Luſitaniæ promontoria in oceani inſulis ponant. In quorum vno templum Herculis, in alio monumentum adhuc conſpicitur Scipionis. tamen quia extremitatem Galliciæ terræ continent, ad terram magnam Europæ potius, quam ad Oceani pertinent inſulas. Habet tamen & alias inſulas interius in ſuo æſtu, quæ dicuntur Baleares, habetque & aliam Meuaniam, necnon & Orcadas numero xxxiv. quamuis non omnes excultas. Habet & in vltimo plagæ occidentalis aliam inſulam nomine Thylen, de qua Mantuanus:

—tibi ſeruiat vltima Thyle.

Habet quoque hoc ipſum immenſum pelagus in parte arctoa, id eſt, ſeptentrionali amplam inſulam nomine Scanziam, vnde nobis ſermo, ſi dominus iuuerit, eſt aſſumendus: quia gens, cuius originem flagitas, ab huius inſulæ gremio velut examen apum erumpens, in terram Europæ aduenit. Quomodo vero, aut qualiter, in ſubſequentibus (ſi Dominus donauerit) explanabimus.

B

Cap. II.

De Britannia inſula.

NVnc autem de Britannia inſula, quæ in ſinu Oceani inter Hiſpanias, Gallias, & Germaniam ſita eſt, vt potuero, paucis abſoluam. Cuius licet magnitudinem olim nemo (vt refert Liuius) circumuectus eſt, multis tamen data eſt varia opinio de ea loquendi. Quamdiu ſiquidem armis inacceſſam Romanis, Iulius Cæſar prœliis, ad gloriam tantum quæſitis, aperuit: peruia deinceps mercimoniis, aliaſque ob cauſas, multis pateſacta mortalibus, non indiligenti, quæ ſecuta eſt, ætati, certius ſui prodit ſitum. quam, vt à Græcis Latiniſque autoribus accepimus, perſequimur. Triquetram eam plures dixere, cono ſimilem, inter ſeptentrionalem occidentalemque plagam proiectam; vno, qui magnus eſt, angulo in Rheni oſtia ſpectantem: deinde correpta latitudine obliqua retro abſtractam in duos exire alios: geminoque latere longiore Galliæ prætendi, atque C Germaniæ. In duobus milibus trecentis decem ſtadiis latitudo eius vbi patentior: longitudo non vltra ſeptem milia centum triginta duo ſtadia fertur extendi: modo vero dumoſa, modo ſylueſtri iacere planicie, montibus etiam nonnullis increſcere: mari tardo circumfluam, quod nec remis facile impellentibus cedat, nec ventorum flatibus intumeſcat, quia remotæ longius terræ cauſas motibus negant. quippe illuc latius, quam vſquam, æquor extenditur. Refert autem Strabo, Græcorum nobilis ſcriptor, tantas illam exhalare nebulas, madefacta humo Oceani crebris excurſibus; vt ſubtectus ſol per illam pene totam fœdiorem, qui ſerenus eſt, diem negetur aſpectui, noctem quoque clariorem. In extrema eius parte Memma, quam Cornelius etiam annalium ſcriptor narrat, metallis plurimis copioſam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quæ pecora magis, quam homines alant. Labi vero per eam & multa quam maxima relabique flumina, gemmas margaritaſque voluentia, Sylorum colorati vultus, torto pleriſque crine & nigro naſcuntur. Calidoniam vero incolentibus, rutilæ comæ: corpora magna, ſed fluida: qui Gallis ſiue Hiſpanis à D quibuſque attenduntur aſſimiles. Vnde coniectauere nonnulli, quod ea ex his accolas contiguo vocitatos acceperit. inculti æque omnes populi, regeſque populorum: cunctis tamen in Calidoniorum metallum conceſſiſſe nominandi, autor eſt Dio celeberrimus ſcriptor annalium. Virgeas habitant caſas, communia tecta cum pecore, ſiluæque illis ſæpe ſunt domus. Ob decorem neſcio, an aliam ob rem, ferro pingunt corpora. Bellum inter ſe aut imperii cupidine, aut amplificandi quæ poſſident, ſæpius gerunt: non tantum equitatu vel pedite, verum etiam bigis, curribuſque falcatis: quos more vulgari Eſſedas vocant. Hæc pauca de Britanniæ inſulæ forma dixiſſe ſufficiat.

Cap. III.

De Scanziæ inſulæ ſitu, & nationibus.

AD Scanziæ inſulæ ſitum, quam ſuperius reliquimus, redeamus. De hac enim in ſecundo ſui operis libro E Claudius Ptolemæus orbis terræ deſcriptor egregius meminit, dicens: Eſt in oceani arctoo ſalo poſita inſula magna, nomine Scanzia, in modum folii cedri, lateribus pandis, poſt longum ductum concludens ſe; cuius ripas influit oceanus. Hæc à fronte poſita eſt Viſtulæ fluuii, qui Sarmaticis montibus ortus, in conſpectu Scanziæ ſeptentrionali Oceano triſulcus illabitur, Germaniam Scythiamque diſterminans. Hæc ergo habet ab oriente vaſtiſſimum lacum, in orbis terræ gremio: vnde Vagi fluuius velut quodam ventre generatus in oceanum vndoſus euoluitur. Ab Occidente namque immenſo pelago circundatur. A Septentrione quoque innauigabili eodem vaſtiſſimo concluditur Oceano, ex quo quaſi quodam brachio exeunte, ſinu diſtento, Germanicum mare efficitur. Hic gentes, quæ carnibus tantum viuunt. ibi etiam paruæ, ſed plures perhibentur inſulæ eſſe diſpoſitæ, ad quas ſi congelato mari ob nimium frigus lupi tranſierint, luminibus feruntur orbari. ita non ſolum inhoſpitalis hominibus, verum etiam beluis terra crudelis eſt. In Scanzia vero inſula, vnde nobis ſermo eſt, licet multæ & F diuerſæ maneant nationes, ſeptem tamen earum nomina meminit Ptolemæus. Apum ibi turba mellifica ob nimium frigus nunquam reperitur. In cuius parte arctoa gens Adogit conſiſtit, quæ fertur in æſtate media quadraginta diebus & noctibus luces habere continuas: itemque brumali tempore, eodem dierum noctiumque numero lucem claram neſcire. Ita alternato mœrore cum gaudio, beneficio aliis damnoque impar eſt. & hoc quare? Quia prolixioribus diebus ſolem ad Orientem per axis marginem vident redeuntem, breuioribus vero non ſic conſpicitur apud illos, ſed aliter; quia Auſtrina ſigna percurrit, & qui nobis videtur ſol ab imo ſurgere, illis per terræ marginem dicitur circuire. Aliæ vero ibi gentes tres Crefennæ, qui frumentorum non quæritant victum, ſed carnibus ferarum atque auium viuunt: vbi tanta paludibus fœtura ponitur, vt & augmentum præſtent generi, & ſatietatem ac copiam genti. Alia vero gens ibi moratur Suethans, quæ velut Thuringi equis vtuntur eximiis. Hi quoque ſunt, qui in vſus Romanorum G Saphirinas pelles, commercio interueniente, per alias innumeras gentes tranſmittunt, famoſi pellium decora nigredine. Hi cum inopes viuunt, ditiſſime veſtiuntur. Sequuntur deinde diuerſarum turba nationum, Theuſthes, Vagoth, Bergio, Hallin, Liothida, quorum omnium ſedes ſub humo plana ac fertili, & propterea inibi aliarum gentium incurſionibus infeſtantur. Poſt hos Athelnil, Finnaithæ, Feruir, Gautigoth, acre hominum genus, & ad bella promptiſſimum. Dehinc mixti Euagre, Othingis. Hi omnes exciſis rupibus, quaſi caſtellis inhabitant, ritu beluino. Sunt ex his exteriores Oſtrogothæ, Raumaricæ, Raugnariçii, Finni mitiſſimi, Scanziæ cultoribus omnibus mitiores: nec non & pares eorum Vinouiloth, Suethidi, Cogeni in hac gente reliquis corpore eminentiores, quamuis & Dani ex ipſorum ſtirpe progreſſi, Erulos propriis ſedibus expulerunt: qui inter omnes Scanziæ nationes nomen ſibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum. Sunt quanquam & horum poſitura Granii, Agandzæ, Vnixæ, Ethelrugi, Arochiranni, quibus non ante multos annos Rodulf rex fuit, qui contempto proprio regno, ad Theoderici Gothorum regis gremium conuolauit, & vt deſide- H rabat, inuenit. Hæ itaque gentes Romanis corpore & animo grandiores, infeſtæ ſæuitia pugnæ.

Cap. IV.

Gothi vnde primum egreſſi, quo pacto paulatim ſedes ſuas promouerint in Scythiam Pontico mari vicinam.

EX hac igitur Scanzia inſula quaſi officina gentium, aut certe velut vagina nationum, cum rege ſuo nomine Berig, Gothi quondam memorantur egreſſi: qui vt primum è nauibus exeuntes, terras attigere, illico loco nomen dederunt. Nam hodie illic, vt fertur, Gothiſcanzia vocatur. Vnde mox promouentes ad ſedes Vlmerugorum, qui tunc Oceani ripas inſidebant, caſtrametati ſunt, eoſque commiſſo prœlio propriis ſedibus pepulerunt, eorumque vicinos Vuandalos iam tunc ſubiugantes, ſuis applicuere victoriis.

Ibi

A Ibi vero magna populi numeroſitate creſcente, etiam pene quinto rege regnante, poſt Berig Filimer, Filogud, Atigis conſilio ſedit, vt exinde cum familiis Gothorum promoueret exercitus, qui aptiſſimas ſedes, locaque dum quæreret congrua, peruenit ad Scythiæ terras, quæ lingua eorum Ouim vocabantur: vbi delectato magna vbertate regionum exercitu, & medietate tranſpoſita, pons dicitur, vnde amnẽ transiecerat, miſerabiliter corruiſſe, nec vlterius iam cuiquam licuit ire aut redire. Nam is locus, vt fertur, tremulis paludibus voragine circumiecta concluditur: quem vtraque confuſione natura reddidit imperuium. Veruntamen hodieque illic & voces armentorum audiri, & indicia hominum deprehendi, commeantium adteſtatione, quamuis à longe audientium, credere licet. Hæc igitur pars Gothorum, quæ apud Filimer, dicitur in terras Ouim emenſo amne tranſpoſita, optatum potita ſolum. Nec mora, ilicò ad gentem Spalorum adueniunt, conſertoque prælio, victoriam adipiſcuntur: exindeque iam velut victores ad extremam Scythiæ partem, quæ Pontico mari vicina eſt, properant: quemadmodum & in priſcis eorum carminibus pene B historico ritu in commune recolitur: quod & Ablabius deſcriptor Gothorum gentis egregius veriſſima adteſtatur hiſtoria. In quam ſententiam & nonnulli conſenſere maiorũ. Ioſephus quoque Annalium relator veriſſimus, dum vbiq; veritatis conſeruit regulam, & origines cauſarum à principio reuoluit; hæc vero, quæ diximus, de gente Gothorum principia cur omiſerit, ignoramus. Sed tamen ab hoc loco eorum ſtirpem commemorans, Scythas & natione & vocabulo aſſerit appellatos: cuius ſoli terminos, antequam aliud ad medium deducamus, neceſſe eſt, vti iaceant, dicere.

Cap. V.

Scythiæ ſitus & deſcriptio, & variæ Gothorum in ea ſedes.

SCYTHIA ſiquidem Germaniæ terræ confinis, eotenus vbi Hiſter oritur amnis, vel ſtagnum dilatatur Myſianum, tendens vſque ad flumina Tyram, Danaſtrum, & Vagoſolam, magnumque illum Danubium, Taurumque montem, non illum Aſiæ, ſed proprium, id eſt Scythicum, C per omnem Mæotidis ambitum, vltraq; Mæotida per anguſtias Boſpori vſque ad Caucaſum montem, amnemque Araxem, ac deinde in ſiniſtram partem reflexa, poſt mare Caſpium, quæ in extremis Aſiæ finibus ab Oceano Euroboreo in modum fungi primum tenuis, poſt hæc latiſſima & rotunda forma exoritur, vergens ad Hunnos, Albanos, & Seres vſque digreditur. Hæc inquam patria, id eſt Scythia, longe ſe tendens, lateque aperiens, habet ab oriente Seres, in ipſo ſui principio ad litus Caſpii maris commanentes; ab occidente Germanos, & flumen Viſtulæ; ab Arctoo, id eſt Septentrionali, circundatur Oceano, à meridie Perſide, Albania, Hiberia, Ponto, atque extremo alueo Hiſtri, qui dicitur Danubius ab oſtio ſuo vſq; ad fontem. In eo vero loci latere, quo Ponticum littus attingit, oppidis haud obſcuris inuoluitur, Boriſthenide, Olbia, Callipode, Cherſone, Theodoſia, Pareone, Mirmycione, & Trapezunte, quas indomitæ Scytharum nationes Græcos permiſere condere, ſibimet commercia præſtaturos. In cuius Scythiæ medio eſt locus, qui Aſiam Europamque ab alterutro diuidit, Riphæi ſcilicet montes, qui Tanain vaſtiſſimum fundunt intrantem Mæotida: cuius paludis circuitus paſſuum milia CXL IIII. nuſquam octo vlnis altius ſubſidentis. In qua Scythia prima ab occidente gens ſedit Gepidarum, quæ magnis opinatiſque ambitur fluminibus. Nam Tiſianus per Aquilonem eius Corumque diſcurrit. Ab Africo vero D magnus ipſe Danubius, ab Euro fluuius Tauſis ſecat, qui rapidus ac verticoſus in Hiſtri fluenta furens deuoluitur. Introrſus illi Dacia eſt, ad coronæ ſpeciem arduis alpibus emunita, iuxta quorum ſiniſtrum latus, quod in Aquilonem vergit, & ab ortu Viſtulæ fluminis per immenſa ſpacia venit, Vuinidarum natio populoſa conſedit. Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamẽ Sclauini & Antes nominantur. Sclauini a Ciuitate noua, & Sclauino Rumunnenſe, & lacu qui appellatur Muſianus, vſque ad Danaſtrum, & in Boream Viſela tenus commorantur. hi paludes ſyluaſque pro ciuitatibus habent. Antes vero qui ſunt eorum fortiſſimi, qui ad Ponticum mare curuantur, à Danaſtro extenduntur vſque ad Danubium, quæ flumina multis manſionibus ab inuicem abſunt. Ad littus autem Oceani, vbi tribus faucibus fluenta Viſtulæ fluminis ebibuntur, Vidioarii reſident, ex diuerſis nationibus aggregati, poſt quos ripam Oceani Itemeſti tenent, pacatum hominum genus omnino. Quibus in auſtro adſedit gens Agazzirorum fortiſſima, frugum ignara, quæ pecoribus & venationibus victitat. Vltra quos diſtenduntur ſupra mare Ponticum Bulgarorum ſedes, quos notiſſimos peccatorum noſtrorum mala fecere. Hinc iam Hunni quaſi fortiſſimarum gentium fœcundiſſimus ceſpes, in bifariam populorum rabiem pullularunt. Nam alii Aulziagri alii Auiri nuncupantur, qui tamen ſedes habent diuerſas. Iuxta Cherſonem Aulziagri, quo Aſiæ bona auidus mercator importat, qui æſtate campos peruagantur effuſos, ſedes habentes, prout armentorum inuitauerint pabula; hyeme ſupra mare Ponticum ſe referentes. Hunugari F autem hinc ſunt noti, quia ab ipſis pellium murinarum venit commercium: quos tantorum virorum formidauit audacia. Quorum manſionem primam eſſe in Scythiæ ſolo iuxta paludem Mæotidem, ſecundo in Mœſia, Thraciaque, & Dacia, tertio ſupra mare Ponticum, rurſus in Scythia legimus habitaſſe: nec eorum fabulas alicubi reperimus ſcriptas, qui eos dicunt in Britania, vel in vna qualibet inſularum in ſeruitutem redactos, & vnius caballi precio quendam redemptos. Aut certe ſi quis eos aliter dixerit in noſtro orbe, quam quod eos diximus, fuiſſe exortos, nobis aliquid obſtrepit. nos enim potius lectioni credimus, quam fabulis anilibus conſentimus. Vt ergo ad noſtrum propoſitum redeamus, in prima parte Scythiæ, iuxta Mæotidem, commanentes præfati, vnde loquimur, Filimer regem habuiſſe noſcuntur. In ſecundo, id eſt, Daciæ, Thraciæq; & Mœſiæ ſolo Zamolxen, quem miræ philoſophicæ eruditionis fuiſſe teſtantur plerique ſcriptores annalium. Nam & Zeutam prius habuerunt eruditum, poſt etiam Diceneum, tertium Zamolxen, de quo ſuperius diximus. Nec defuerunt, qui G eos ſapientiam erudirent. Vnde & pene omnibus barbaris Gothi ſapientiores ſemper extiterunt, Græcisq; pene conſimiles, vt refert Dio qui hiſtorias eorum annaleſque Græco ſtilo compoſuit. Qui dixit primum Zarabos Tereos, deinde vocitatos Pileatos hos, qui inter eos generoſi extabant: ex quibus eis & reges, & ſacerdotes ordinabantur. Adeo ergo fuere laudati Getæ, vt dudum Martem, quem poetarum fallacia Deum belli pronunciat, apud eos fuiſſe dicant exortum. Vnde & Virgilius,

Gradiuumque patrem Geticis qui præſidet aruis.

Quem Martem Gothi ſemper aſperrima placauere cultura. Nam victimæ eius mortes fuere captorum, opinantes bellorum præſulem aptius humani ſanguinis effuſione placandum. Huic prædæ primordia vouebantur, huic truncis ſuſpendebantur exuuiæ; eratque illis religionis præter cæteros inſinuatus affectus, quum parenti deuotio numinis videretur impendi. Tertia vero ſedes ſupra mare Ponticũ. iam humaniores, & vt ſuperius diximus, prudentiores effecti, diuiſi per familias populi, Veſegothæ familiæ Balthorũ, Oſtrogothæ præclaris Amalis ſeruiebant. Quorum ſtudium fuit primum, inter alias gentes vicinas arcus intendere neruis, Lucano plus hiſtorico quam poeta teſtante:

Armenioſque arcus Geticis intendere neruis.

H Ante quos etiam cantu maiorum facta modulationibus citharisque canebant, Etheſpamaræ, Hanalæ, Fridigerni, Vuidiculæ, & aliorum, quorum in hac gente magna opinio eſt, quales vix heroas fuiſſe miranda iactat antiquitas. Tũc, vt fertur, Veſoſis Scythis lachrymabile ſibi potius intulit bellum, eis videlicet, quos Amazonum viros priſca tradit autoritas. De queis feminas bellatrices & Oroſius in primo volumine profeſſa voce teſtatur. Vnde cum Gothis eum dimicaſſe euidenter probamus, quem cum Amazonum viris abſolute pugnaſſe cognoſcimus, qui tunc à Boriſthene amne, quem accolæ Danubium vocant, vſque ad Tanain fluuium circa ſinum paludis Mæotidis conſidebant. Tanain vero hunc dico, qui ex Ripheis montib. deiectus adeo præ-

A ceps ruit, vt quum vicina flumina, ſiue Mæotis, vel Boſporus gelu ſolidentur, ſolus amnium confragoſiſſimis montibus vaporatus, nunquam Scythico dureſcit algore. Hic inter Aſiam Europamque terminus famoſus habetur. Nam alter eſt ille, qui montibus Chrinnorum oriens, in Caſpium mare dilabitur. Danubius autem ortus grandi palude, quaſi ex mari profunditur. Hic vſque ad medium ſui dulcis eſt & potabilis, piſceſque nimii ſaporis gignit, oſſibus carentes, cartilaginem tantum habentes in corporis continentiam. Sed vbi fit Ponto vicinior, paruum fontem ſuſcipit, cui ex Amphen cognomen eſt, adeo amarum, vt cum ſit XL. dierum itinere nauigabilis, huius aquis exiguis immutetur, infectusque, ac diſſimilis ſui, inter Græca oppida Callipidas & Hipanis in mare defluat. At cuius oſtia inſula eſt in fronte, Achillis nomine. Inter hos terra vaſtiſſima, ſiluis conſita, paludibus dubia.

Cap. VI.

B *Gothi Veſoſim Ægyptiorum regem profligant, & Aſiam in reditu ex Ægypto ſubiugant. Item, De Parthorum origine.*

HIc ergo Gothis morantibus, Veſoſis Ægyptiorum rex in bellum irruit: quibus tunc Taunaſis rex erat. Quo prælio ad Phaſim fluuium, à quo Phaſides aues exortæ, in toto mundo epulis potentum exuberant, Taunaſis Gothorum rex Veſoſi Ægyptiorum occurrit, eumque grauiter debellans, in Ægyptum vſque perſecutus eſt: & niſi Nili amnis intranſmeabilis obſtitiſſent fluenta, vel munitiones, quas dudum ſibi ob incurſiones Aethiopum Veſoſis fieri præcepiſſet, ibi in eius eum patria extinxiſſet. Sed dum eum ſemper ibi poſitum non valuiſſet lædere, reuertens pene omnem Aſiam ſubiugauit, & ſibi tunc charo amico Sornn rege Medorum ad perſoluendum tributum ſubditum fecit. C Ex cuius exercitu victores tunc nonnulli prouincias ſubditas contuentes, & in omni fertilitate pollentes, deſerto ſuorum agmine ſponte in Aſiæ partibus reſederunt. Ex quorum nomine vel genere Trogus Pompeius Parthorum dicit extitiſſe proſapiam. Vnde etiam hodieque lingua Scythica fugaces, quod eſt Parthi, dicuntur: ſuoque generi reſpondentes, inter omnes pene, Aſiæ nationes ſoli ſagittarii ſunt, & acerrimi bellatores. De nomine vero, quod diximus eos Parthos, id eſt fugaces, ita aliquanti etymologiam traxerunt, vt dicerentur Parthi, quia ſuos refugere parentes. Hunc ergo Taunaſim regem Gothorum mortuum inter numina ſui populi coluerunt.

Cap. VII.

Amazones abſentibus in prælio maritis, hoſtium variis incurſibus reſiſtunt, & diuerſas Aſia gentes bello ſuperant.

POſt cuius deceſſum exercitu eius cum ſucceſſore ipſius in aliis partibus expeditionem gerente, feminæ Gothorum à quadam vicina gente tentatæ, in prædamque ductæ à viris, fortiter reſtiterunt, hoſteſque ſuper ſe venientes cum magna verecundia abegerunt. Qua parata victoria, D fretæque maiori audacia, inuicem ſe cohortantes, arma arripiunt, eligenteſque duas audaciores Lampeto & Marpeſiam principatui ſubrogarunt. Quæ dum curam gerunt, vt propria defenderent, & aliena vaſtarent, ſortito Lampeto reſtitit, fines patrios tuendo: Marpeſia vero feminarum agmine ſumpto, nouum genus exercitus duxit in Aſiam, diuerſaſque gentes bello ſuperans, alias vero pace concilians, ad Caucaſum venit: ibique certum tempus demorans, loco nomen dedit, Saxum Marpeſiæ. Vnde Virgilius:

Ac ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

In eo loco vbi poſt hæc Alexander Magnus portas conſtituens, Pylas Caſpias nominauit: quod nunc Lazorum gens cuſtodit pro munitione Romana. Hic ergo certum temporis Amazones commanentes confortatæ ſunt. Vnde egreſſæ, & Alym fluuium, qui iuxta Garganum ciuitatem præterfluit, tranſeuntes? Armeniam, Syriam, Ciliciamque, Galatiam, Piſidiam, omniaque Aſiæ oppida, æqua felicitate domuerunt: Ionium, Aeoliamque conuerſæ, deditas ſibi prouincias effecerunt. Vbi diutius dominantes, etiam ciuitates caſtraque ſuo nomini dicauerunt. Epheſi quoque templum Dianæ ob ſagittandi venandique ſtudium, quibus ſe artibus tradidiſſent, effuſis opibus, miræ pulchritudinis condiderunt. Tali ergo Scythicæ gentis feminæ caſu Aſiæ regno potitæ, per centum pene annos tenuerunt, & ſic demum ad proprias ſocias in cautes Marpeſias, quas ſuperius diximus, repedarunt, in montem ſcilicet Caucaſum. Cuius montis quia facta iterum mentio eſt, non abre arbitror eius tractum, ſitumque deſcribere, quando maximam partem orbis noſcitur circuire iugo continuo. Caucaſus ab Indico mari ſurgens, qua meridiem reſpicit, ſole vaporatus ardeſcit. Qua ſeptentrioni patet, rigentibus ventis eſt obnoxius & pruinis. Mox in Syriam curuato angulo reflexus, licet amnium plurimos emittat, in Aſianam tamen regionem Eufratem Tigrimque nauigeros ad opinionem maximam perennium fontium copioſis fundit vberibus. Qui amplexantes terras Aſſyriorum, Meſopotamiam & appellari faciunt, & videri, in ſinum maris rubri fluenta deponentes. Tunc in Boream reuertens, Scythicas terras, iugum antefatum magnis flexibus peruagatur: atque ibidem opinatiſſima flumina in Caſpium mare profundens, Araxem, Cyſſum, & Cambyſen continuato iugo ad Ripheos vſque montes extenditur. Indeque Scythicis gentibus dorſo ſuo terminum præbens, ad Pontum vſque deſcendit: conſertiſque collibus, Hiſtri quoque fluenta contingit, quo amne ſciſſus dehiſcens, in Scythia quoque Taurus vocatur. Talis ergo, tantuſque, & pene omnium montium maximus, excelſas ſuas erigens ſummitates, naturali conſtructione præſtat gentibus inexpugnanda munimina. Nam locatim reciſus, qua diſrupto iugo vallis hiatu pateſcit, nunc Caſpias portas, nunc Armenias, nunc Ciliceas, vel ſecundum locum qualis fuerit, facit, vix tamen plauſtro meabilis, lateribus in altitudinem vtrinque directis, qui pro gentium varietate diuerſo vocabulo nuncupatur. Hunc enim Iamnium, mox Propaniſmum Indus appellat: Parthus primum Caſtra poſt Niſacen edicit. Syrus & Armenius Taurum, Scythæ Caucaſum ac Ripheum, iterumque in fine Taurum cognominant: aliaq; complura gentes huic iugo dedere vocabula. Et quia de eius continuatione pauca libauimus, ad Amazones, vnde diuertimus, redeamus. G

Cap. VIII.

De Amazonum cum vicinis gentibus concubitu, earumque partubus.

VEritæ hæ, ne earum proles rareſceret, à vicinis gentibus concubitum petierunt. Facta nundina ſemel in anno, ita vt futuris temporibus eis deinde reuertentibus in idipſum, quicquid partus maſculini edidiſſet, patri redderet: quicquid vero feminei ſexus naſceretur, mater ad arma bellica erudiret. Siue, vt quibuſdam placet, editis maribus, nouercali odio infantis miſerandi fata rumpebant: ita apud illas deteſtabile puerperium erat, quod vbiq; conſtat eſſe votiuum. Quæ crudelitas illis terrorem magnum cumulabat, opinione vulgata. Nam quæ, rogo, ſpes eſſet capto, vbi ignoſci vel filio nefas habebatur? Contra has, vt fertur, pugnabat Hercules, & Melanes pene plus dolo quam virtute ſubegit. Theſeus vero Hippolyten in prædam tulit, de qua genuit & Hippolytum. Hæ quoque A- H mazones poſt hæc habuere reginam nomine Pentheſileam, cuius Troiano bello extant clariſſima documenta. Nam hæ feminæ vſque ad Alexandrum Magnum referuntur tenuiſſe regnum.

Cap. IX.

De viris Amazonum, & eorum rege Telepho, deque eius ortu & rebus geſtis.

SEd ne dicas, de viris Gothorum ſermo adſumptus, cur in feminis tamdiu perſeueret: audi & virorum inſignem, & laudabilem fortitudinem. Dio hiſtoricus, & an-

A tiquitatum diligentiſſimus inquiſitor,(qui)operi ſuo Getica titulum dedit: quos Getas iam ſuperiori loco Gothos eſſe probauimus, Oroſio Paulo dicente? Hic Dio regem illis poſt tempora multa commemorat, nomine Telephum. Ne vero quis dicat hoc nomen à lingua Gothica omnino peregrinum eſſe; nemo eſt qui neſciat animaduerti vſu pleraque nomina gentes amplecti, vt Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatæ Germanorum, Gothi pleriſque mutuârur Hunnorum. Is ergo Telephus Herculis filius, natus ex Auge ſorore Priami, coniugio copulatus, proceras quidẽ corpore, ſed plus vigore terribilis, paternam fortitudinem propriis virtutibus æquans, Herculis genio formæ quoq; ſimilitudinem referebat. Huius itaque regnũ Mœſiam appellauere maiores. Quę prouincia ab oriente oſtia fluminis Danubii, à meridie Macedoniam, ab occaſu Hiſtriam, à ſeptentrione Danubium habet. Is ergo antefatus habûit bellum cum Danais, in qua pugna Theſſandrũ ducem Græciæ interemit: & dum Aiacem infeſtus inuadit, Vlyſſemque perſequitur, equo cadente, ipſe corruit, Achilliſque iaculo fœmore ſauciatus, diu mederi nequiuit. Græ-
B cos tamen quãmuis iam ſaucius, è ſuis finibus proturbauit Thelepho vero defuncto, Eurypilus filiꝰ, ſucceſſit in regno, ex Priami Phrygum regis germana progenitus. Qui ob Caſſandræ amorẽ bello intereſſe Troiano, ac parentibus ſocerioque ferre auxilium cupiens, mox vt venit extinctus eſt.

Cap. X.

De variis Gothorum aduerſus reges Perſarum, & Macedonum bellis & victoriis.

Cyrus rex Perſarum poſt grande interuallum, & pene poſt ſexcentorum triginta annorum tempora, Pompeio Trogo teſtante, Getarum reginæ Thamiri ſibi exitiale intulit bellum. Qui elatus ex Aſiæ victoria, Getas nititur ſubiugare, in quibus (vt diximus) regnauerat Thamiris. Quæ cum ab Araxe amne Cyri arcere potuiſſet acceſſus, tranſire tamen permiſit, eligens armis eum vincere, quàm locorum beneficio ſubmouere. quod & factum eſt. & veniente Cy-
C ro, prima ceſſit fortuna Parthis tanta; vt & filium Thamiris, & plurimum exercitum trucidarent: ſed iterato Marte, Getæ cum ſua regina Parthos deuictos ſuperant atque proſternunt, opimamque prædam de eis auferunt: ibique primum Gothorum gens ſerica vidit tentoria. Tunc Thamiris regina acta victoria, tantaque præda de inimicis potita, in partem Mœſiæ (quę nunc ex magna Scythia nomen mutuata, minor Scythia eſt appellata) tranſiens, ibi in ponte Mœſiæ colitur, & Thamiris ciuitatem ſuo de nomine ædificauit. Dehinc Darius rex Perſarum Hyſtaſpis filius, Antiregiri regis Gothorum filiam in matrimonium expoſtulauit, rogans pariter atq; deterrens, niſi ſuam peragerent voluntatem. Cuius affinitatem Gothi ſpernentes, legationem eius fruſtrarunt. Qui repulſus, furore flammatus eſt, & octoginta milia armatorum contra ipſos produxit exercitum, verecundiam ſuam malo publico vindicare contendens; nauibuſque pene à Chalcedona vſque ad Byzantium ad inſtar pontium tabulatis æque conſertis, petit Thraciam & Mœſiam; ponteque rurſus in Danubio pari modo conſtructo, duobus menſibus crebris fatigatus intaphis octo milia perdidit armatorum, timenſque ne pons Danubii ab eius aduerſariis occuparetur, celeri fuga
D in Thraciam repedauit: nec Mœſiæ ſolum credens ſibi tutum fore aliquantum remorandi. Poſt cuius deceſſum iterum Xerxes filius eius paternas iniurias vlciſci ſe æſtimans, cum ſuis ducentis & auxiliatorum trecentis milibus armatorum, roſtratas naues habens mille ſeptingentas, & onerarias tria milia, ſuper Gothos profectus ad bellum, nec tentata re in conflictu præualuit, animoſitate conſtantiæ ſuperatus. Sic nanque vt venerat, abſque aliquo certamine ſuo cum rubore receſſit. Philippus quoque pater Alexandri magni cum Gothis amicitias copulans, Medopam Gothilæ filiam regis accepit vxorem, vt tali affinitate roboratus, Macedonum regna firmaret. Qua tempeſtate, Dione hiſtorico dicente, Philippus inopiam pecuniæ paſſus,

Vdiſitanam Mœſiæ ciuitatem inſtructis copiis vaſtare deliberat, quæ tunc propter viciniam Thamiris, Gothis erat E
ſubiecta. Vnde & ſacerdotes Gothorum aliqui, illi qui Pii vocabantur, ſubito patefactis portis, cum citharis & veſtibus candidis obuiam ſunt egreſſi, paternis diis, vt ſibi propiti Macedones repellerent, voce ſupplici modulantes. Quos Macedones ſic fiducialiter ſibi occurrere contuentes ſtupeſcunt; & ſi dici fas eſt, ab inermibus terrentur armati. Nec mora, acie ſoluta quam ad bellum conſtruxerant, non tantum ab vrbis excidio remouere; verum etiam & quos foris fuerant iure belli adepti reddiderunt, fœdereque inito ad ſua reuerſi ſunt. Quem dolum poſt longum tempus reminiſcens egregius Gothorum ductor Sitalcus CL virorum milibus congregans, Athenienſibus intulit bellum, aduerſus Perdiccam Macedoniæ regem, quem Alexander apud Babyloniam miniſtri inſidiis potans interitũ, Athenienſium principatui hæreditario iure reliquerat ſucceſſorem. Magno prælio cum hoc inito, Gothi ſuperiores inuenti ſunt; & ſic pro iniuria, quam illi in Mœſia dudum feciſſent; iſti in Græciam diſcurrentes, cunctam F
Macedoniam vaſtauere.

Cap. XI.

De Diceneo Boroiſta ad Gothos aduentu, qui eos omnem philoſophiam docuit. deque eius ſumma apud Gothos authoritate. Item De Comoſico Dicenei ſucceſſore.

Dehinc regnante in Gothis Sitalco, Boroiſta Diceneus venit in Gothiam, quo tempore Romanorum Sylla potitus eſt principatu, quem Diceneus ſuſcipiens Boroiſta, dedit ei pene regiam poteſtatem: cuius conſilio Gothi Germanorum terras (quas nunc Franci obtinent) depopulati ſunt. Cæſar vero, qui ſibi primus omnium Romanum vindicauit imperium, & pene omnem mundum ſuæ ditioni ſubegit, omniaque regna perdomuit, adeo vt extra noſtrum orbem Oceani ſinu repoſitas inſulas occuparet, & qui nec nomen Romanorum auditu quidem nouerant, eos Romanis tributarios faceret, Gothos tamen crebro tẽ-
tans nequiuit ſubigere. Gaius Tiberius iam tertius regnat Romanis, Gothi tamen ſuo regno incolumes perſeuerant; G
quibus hoc erat ſalubre, aut commodum, aut votiuum, vt quicquid Diceneus eorum conſiliarius præcepiſſet, hoc modis omnibus expetendum, hoc vtile iudicantes, effectui manciparent. Qui cernens eorum animos ſibi in omnibus obedire, & naturale eos habere ingenium, omnem pene philoſophiam eos inſtruxit. erat enim huius rei magiſter. Nam Ethicam eos erudiuit, vt barbaricos mores ab eis compeſceret: Phyſicam tradens, naturaliter propriis legibus viuere fecit, quas vſque nunc conſcriptas Bellagines nuncupant: Logicam inſtruens, eos rationis ſupra cæteras gentes fecit expertos: Practicen oſtendens, in bonis actibus conuerſari ſuaſit: Theoricen demonſtrans, ſignorum duodecim, & per ea planetarum curſus, omnemque aſtronomiam contemplari edocuit, & quomodo lunaris orbis augmentum ſuſtinet, aut patitur detrimentum, edixit: ſoliſque globus igneus quantum terrenum orbem in menſura excedat, oſtendit aut quibus nominibus, vel quibus ſignis in cœli polo vergentes, aut reuergentes CCCXLIV ſtellæ ab ortu in occaſum præcipites ruant, expoſuit. Qualis erat, rogo, voluntas, vt viri fortiſſimi quando ab armis quantulum vſque vacaſſent, doctrinis philoſophicis imbue-
bantur? videres vnum cœli poſitionem, alium herbarum H
fruticumque explorare naturas; iſtum lunæ commoda incommodaque, illum ſolis laborem attendere, & quomodo rotatu cœli raptus, retro reduci ad partem occiduam, qui ad orientalem plagam ire feſtinant, ratione accepta quieſcere. Hæc & alia multa Diceneus Gothis ſua peritia tradens, mirabilis apud eos inuenitur; vt non ſolum mediocribus, imo & regibus imperaret. Elegit nanque ex eis tunc nobiliſſimos prudentiores viros, quos Theologiam inſtruens, numina quædam & ſacella venerari ſuaſit, fecitque ſacerdotes, nomen illis Pileatorum contradens, vt reor, quia opertis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine

nuncu-

A nuncupamus, litabant: reliquam vero gentem Capillatos dicere iuſſit, quod nomen Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc hodie ſuis cantionibus reminiſcuntur. Decedente vero Diceneo, pene pari venerationne habuere Comoſicum, quia nec impar erat ſolertia. Hic etenim & rex illis, & pontifex ob ſuam peritiam habebatur, & in ſua iuſtitia populos iudicabat.

Cap. XII.

De Corillo Gothorum rege. Item Deſcriptio Daciæ antiquæ. Item Deſcriptio Danubij.

ET hoc rebus excedente humanis, Corillus rex Gothorum in regnum conſcendit, & per XL. annos in Dacia ſuis gentibus imperauit. Daciam dico antiquam, quam nũc Gepidarum populi poſſidere noſcuntur. Quæ patria in conſpectu Mœſiæ trans Danubium corona montium cingitur, duos tantum habens acceſſus, vnum per Boutas, al- B terum per Tabas. Hanc Gothicam, quam Daciam appellauere maiores, (quæ nunc, vt diximus, Gepidia dicitur) tunc ab oriente Roxulani, ab occaſu Tamazites, à ſeptentrione Sarmatæ & Baſtarnæ, à Meridie amnis Danubii fluenta terminant. Tamazites à Roxolanis alueo tantum fluuii ſegregantur. Sed quia Danubii mentio facta eſt, non abs re iudico pauca de tali amne egregia indicare. Nam hic in Almanicis aruis exoriens, LX. habet à fonte ſuo flumina vſque ad oſtia in Pontum vergentia, per mille ducentorum paſſuum milia hinc inde ſuſcipiens flumina in modum ſpinę, quę coſtas vt cratem inrexunt. omnino ampliſſimus eſt, qui in lingua Beſſorum Hiſter vocatur, ducentis tantum pedibus in altum aquam alueo habet profundam. Hic etenim amnis inter cætera flumina immanis, omnes ſuperat, præter Nilum. Hæc de Danubio dixiſſe ſufficiat. Ad propoſitum vero, vnde nos digreſſi ſumus, adiuuante domino, redeamus.

Cap. XIII.

C *De Dorpaneo Gothorum rege, & variis eorum contra Romanos ſub Domitiano Imp. prœliis & victoriis.*

LOngum poſt interuallum, Domitiano Imperatore regnante, eius auaritiam metuentes, fœdus quod dudum cum aliis principibus pepigerant Gothi ſoluentes; ripam Danubii iam lõge poſſeſſam ab imperio Romano, deiectis militibus cum eorum ducibus vaſtauerunt, cui prouinciæ tunc poſt Agrippam Poppæus præerat Sabinus. Gothis autem Dorpaneus principatum agebat, quando bello commiſſo Gothi Romanis deuictis, Poppæi Sabini capite abſciſſo, multa caſtella & ciuitates inuadentes de parte Imperatoris publice deprædarunt: qua neceſſitate ſuorum Domitianus cum omni virtute ſua in Illyricum properauit, & totius pene reipublicæ militibus ductore Fuſco prælato cum electiſſimis viris amnem Danubium conſertis nauibus ad inſtar pontis tranſmeare coegit, ſuper exercitum Dorpanei. Tum Gothi haud ſegnes reperti, arma capeſſunt, primoq; armati conflictu, mox Romanos deuincunt, Fuſcoq; duce extincto, diuitias de caſtris militum deſpoliant, magnaq; potiti per loca victoria, iamiam proceres ſuos quaſi D qui fortuna vincebant, non puros homines, ſed ſemideos, id eſt Anſes vocauere. Quorum genealogiam vt paucis percurram, vt quo quis parente genitus eſt, aut vnde origo accepta, vbi finem efficit, abſque inuidia qui legis vera dicentem auſculta.

Cap. XIV.

Genealogia Procerum Gothorum, quos illi Anſes, id eſt ſemideos vocabant, deque eorum origine & fine.

HOrum ergo (vt ipſi ſuis fabulis ferunt) primus fuit Gapt, qui genuit Halmal, Halmal vero genuit Augis, Augis genuit eum, qui dictus eſt Amala, à quo & origo Amalorũ decurrit. Et Amala genuit Iſarna, Iſarna autem genuit Oſtrogotha, Oſtrogotha genuit Vnilt, Vnilt genuit Athal, Athal genuit Achiulf, Achiulf genuit Anſila & Ediulf, Vuldulf & Hermerich. Vuldulf vero genuit Valerauans; Valerauans autẽ genuit Vuinithariũ Vuinitharius quoq; genuit Theodemir & Vualemir & Vuidemir: Theodemir genuit Theodericum, Theodericus genuit Amalaſuentam, Amalaſuenta genuit Athalaricum & Mathaſuentam, de Vtherico viro ſuo, cuius affinitati generis ſic ad eam coniunctus eſt. Nam ſupradictus Hermericus filius Achiulfi genuit Hunnimundum, Hunnimundus autem genuit Thoriſmundum, Thoriſmundus vero genuit Berimund, Berimũd genuit Vuidericum, Vuidericus genuit Euthanicum, qui coniunctus Amalaſuentæ genuit Athalaricum & Mahtaſuentam; mortuoque in puerilibus annis Athalarico, Mathaſuentæ Vuitichis eſt ſociatus, de quo non ſuſcepit liberum, adductique ſimul à Beliſario in Conſtantinopolim, & Vuitichi rebus excedente humanis, Germanus patricius F fratruelis domini Iuſtiniani Imperatoris eandẽ in coniugio ſumens, patriciam ordinariam fecit; de qua filium genuit item Germanum nomine. Germano vero defuncto ipſa vidua perſeuerare diſponit. Qualiter autem, aut quomodo Amalorum regnum deſtructum eſt, loco ſuo (ſi dominus voluerit) edocebimus. Nunc autem ad id, vnde digreſſum fecimus, redeamus, doceamuſque quando ordo gentis, vnde agimus, curſus ſui metam expleuerit. Ablauius enim hiſtoricus refert, quia ibi ſuper limbum Ponti, vbi eos diximus in Scythia commanere, pars eorum, qui orientalem plagam tenebant, eiſque præerat Oſtrogotha (incertum vtrum ab ipſius nomine, an à loco orientali) dicti ſunt Oſtrogothæ, reſidui vero Veſegothæ in parte occidua. Et quidem iam diximus, eos tranſito Danubio aliquantum temporis apud Mœſiam, Thraciamque vixiſſe.

Cap. XV.

G *De Maximini Imp. è gente Gothica orti mira fortitudine, & quo pacto ad imperium peruenerit, fragmentum ſumtum ex Symmachi hiſtoriarum lib. v.*

EX eorum reliquiis fuit & Maximinus Imperator, poſt Alexandrum Mammeæ, vt dicit Symmachus in quinto ſuæ hiſtoriæ libro. Alexandro, inquit, Cæſare mortuo, Maximinus ab exercitu factus eſt Imperator, ex infimis parentibus in Thracia natus, à patre Gotho nomine Mecca, matre Alana, quæ Ababa dicebatur. Is trienuium regnans, dum in Chriſtianos arma commoueret, imperium ſimul & vitam amiſit. Nam hic Seuero Imperatore regnante, & natalem filii diem celebrante, poſt primam ætatem & ruſticã vitam, de paſcuis in militiam venit. Princeps Seuerus quidem militares dederat ludos; quod cernens Maximinus, qui erat ſemibarbarus adoleſcens, poſitis præmiis, barbara lingua petit ab Imperatore, vt ſibi luctandi cum militibus licentiam daret. Seuerus admodum miratus magnitudinem formæ, (erat enim, vt fertur, ſtatura eius procera vltra octo pedes) iuſſit eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid à rudi homine militarib. viris veniret iniuriæ. Tunc Maximinus ſedecim lixas tanta felicitate proſtrauit, vt vincendo ſingulos nullam ſibi requiem intercapedine temporum daret. Hic captis præmiis, iuſſus eſt in militiam mitti, primaque ei ſtipendia equeſtria fue- H re. Tertiam poſt diem, cum Imperator prodierat in campum vidit eum exultantem more barbarico, iuſſitque tribuno vt eum coercitum ad Romanam imbueret diſciplinam. Ille vero vbi de ſe intellexit principem loqui, acceſſit ad eum, equitantemque præire pedibus cœpit. Tum Imperator equo a dacto in curſum calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc vſque ad ſuam fatigationem variis inflexibus interpedauit, ac deinde ait illi: Numquid vis poſt curſum Thraciſce luctari? reſpondit, Quantum libet, Imperator. Ita Seuerus ex equo deſiliens, recentiſſimos militum cum eodem certare miſſit. At ille ſeptem valentiſſimos milites ad terram eliſit, ita vt antea nihil per interualla

A reſpiraret. Solus à Cæſare & argenteis præmiis, & aureo torque donatus eſt, iuſſus deinde inter ſtipatores degere corporis principalis. Poſt hæc ſub Antonino Caracalla ordines duxit, ac ſæpe famam factis extendens, inter plures militiæ gradus centuriaſque ſtrenuitatu ſuæ pretium tulit. Macrino tamen poſtea in regnum ingreſſo, recuſauit militiam pene triennium, tribunatuſque habens honorem, nunquam ſe oculis obtulit Macrini, indignum ducens eius imperium, quod perpetratum facinus erat quæſitum ab Heliogabalo. Dehinc quaſi ad Antonini filium reuertens, tribunatum ſuum adiit, & poſt hunc ſub Alexandro Mammeæ contra Parthos mirabiliter dimicauit. Eoque Mogontiaco militari tumultu occiſo, ipſe exercitus electione abſque Senatus conſultu effectus eſt imperator, qui cuncta bona ſua in Chriſtianorum perſecutione malo voto fœdauit, occiſuſque Aquileiæ à Pupione, regnum reliquit Philippo. Quod nos idcirco huic opuſculo de Symmachi hiſtoria mutuauimus, quatenus gẽtem, vnde agimus, ad regni Romani faſtigium vſque veniſſe doceamus. Cæterum cauſa B exigit, vt ad id vnde digreſſi ſumus redeamus.

Cap. XVI.

Gothi antea Romanorum fœderati, ob diſtracta ſibi ſtipendia hoſtes facti, Mœſiam Thraciamque vaſtant, ductu Oſtrogotha regis.

NAm gens iſta mirum in modum in ea parte, qua verſabatur id eſt Ponti in littore Scythiæ ſoli innotuit, ſine dubio tanta ſpacia tenens terrarum, tot ſinus maris, tot fluminum curſus, ſub cuius ſæpe dextra Vuandalus iacuit, ſtetit ſub precio Marcomannus, Quadorum principes in ſeruitutem redacti ſunt. Philippo nanque antedicto regnante Romanis, qui ſolus ante Conſtantinum Chriſtianus cum Philippo, id eſt, filio fuit, cuius & ſecundo anno regni Roma milleſimum annum expleuit, Gothi, vt aſſo- C let diſtracta ſibi ſtipendia ſua ferentes ægre, de amicis facti ſunt inimici. Nam quamuis remoti ſub regibus viuerent ſuis, Reipublicæ tamen Romanæ fœderati erant, & annua munera percipiebant. Quid multa? Tranſiens tunc Oſtrogotha cum ſuis Danubium, Mœſiam Thraciamque vaſtauit, ad quem repellendum Decius ſenator à Philippo dirigitur; qui veniens dum genti nihil præualet, milites proprios exemptos à militia fecit vita priuata degere, quaſi eorum neglectu Gothi Danubium tranſiſſent, factaque vt puta in ſuis vindicta, ad Philippum reuertitur. Milites vero videntes, ſe eſſe poſt hos labores militia pulſos, indignati ad Oſtrogothæ regis Gothorum auxilium confugerunt. Qui excipiens eos, eorumque verbis accenſus, mox triginta millia virorũ armata produxit ad prœlium, adhibitis ſibi Thaphilu & Aſtringis nonnullis. Sed & Carporum tria millia, genus hominum ad bella nimis expeditum, qui ſæpe Romanis infeſti ſunt; quos tamen poſt hæc imperante Diocletiano, Galerius Maximinus Cæſar de ciuitate Reipublicæ Romanæ ſubiecit. Is ergo habens Gothos & Peuceos, ab inſula Peuce, quæ oſtio Danubii Ponto mergenti adiacet, Argaitum & Guntheticum nobiliſſimos ſuæ gen- D tis præfecit ductores. Qui mox Danubium vadati, & ſecundo Mœſiam populati, Marcianopolim eiuſdem patriæ vrbem famoſam metropolim aggrediuntur, diuque obſeſſam, accepta pecunia ab his, qui inerant, reliquere. Et quia Marcianopolim nominauim*, libet aliqua de eius ſitu breuiter intimare. Nam hanc vrbem Traianus Imperator hac re ædificauit, vt fertur, eo quod Marciæ ſororis ſuæ puella, dum lauat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis ſaporiſque in media vrbe oritur, Potami cognomento, exindeque vellet aquam haurire, caſu vas aureum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere grauatum, & longe poſt emerſit; quod certe non erat viſitatum, aut vacuum ſorberi, aut certe ſemel voratum vndis reſpuentibus renatare. His Traianus ſub admiratione compertis, fontique numinis quiddam ineſſe credens, conditam ciuitatem germanæ ſuæ in nomine Marcianopolim nominauit.

E

Cap. XVII.

Faſtida Gepidarum rex, Oſtrogotha Gothorum regi bellum infert, Gothi victores euadunt. Item de cognatione inter ſe Gothorum & Gepidarum.

AB hinc ergo, vt dicebamus, poſt longam obſidionem accepto præmio ditatus Geta, receſſit ad patriam: quem Gepidarum cernens natio ſubito vbiq; vincentem, prædiſque ditatum, inuidia ductus, arma in parentes mouet. Quomodo vero Getæ Gepidæq; ſint parentes, ſi quæris, paucis abſoluam. Meminiſſe debes, me initio de Scanziæ inſulæ gremio Gothos dixiſſe egreſſos cum Berich ſuo rege, tribus tantum nauibus vectos ad citerioris Oceani ripam, quarum trium vna nauis, vt aſſolet, tardius vecta, nomen genti fertur dediſſe. nam lingua eorum pigra Gepanta dicitur. Hinc factum eſt, vt paulatim & corrupte nomen eis ex conuitio naſceretur. Gepidæ namque ſine dubio ex Gothorum proſapia ducunt originem: ſed quia, vt dixi, Gepanta pigrum aliquid tardumque ſignat, pro gratuito conuicio Gepidarum nomen exortum eſt, quod nec ipſum F credo, falſiſſimum. Sunt enim tardioris ingenii, grauiores corporum velocitate. Hi ergo Gepidæ tacti inuidia, dudum ſpreta prouincia, commanebant in inſula Viſclæ amnis vadis circumacta, quam pro patrio ſermone dicebant Gepidos. Nunc eam, vt fertur, inſulam gens Vuidaria incolit, ipſis ad meliores terras meantibus. Qui Viuidarii ex diuerſis nationibus ac ſi in vnum aſylum collecti ſunt, & gentem feciſſe noſcuntur. Ergo (vt dicebamus) Gepidarum rex Faſtida, qui etiam gentem excitans patrios fines per arma dilatauit, Burgundiones pæne vſque ad internecionem deleuit, aliaſque nonnullas gentes perdomuit. Gothos quoque male prouocans, conſanguinitatis fœdus prius importuna concertatione violauit: ſuperbaque admodum elatione iactatus, creſcenti populo dum terras cœpit addere, incolas patrios reddidit rariores. Is ergo miſit legatos ad Oſtrogotham, cuius adhuc imperio tam Oſtrogothæ quam Veſegothæ, id eſt eiuſdem gentis populi, ſubiacebant? incluſum ſe montium queritans aſperitate, ſiluarumque denſitate conſtrictum? vnum poſcens è duobus, vt aut bellum ſibi, aut locorum ſuorum ſpatia præpararet. Tunc Oſtrogotha rex Gothorum (vt erat ſolidi animi) re- G ſpondit legatis bellum ſe quidem tale horrere, durumque fore & omnino ſceleſtum armis confligere cum propinquis: loca vero non cedere. Quid multa? Gepidæ in bella irruunt, contra quos ne minus iudicarentur mouit & Oſtrogotha procinctum, conueniuntque ad oppidum Galtis, iuxta quod currit fluuius Aucha, ibique magna partium virtute certatum eſt: quippe quos in ſe & armorum, & pugnæ ſimilitudo commouerat. ſed cauſa melior, viuaxque ingenium iuuat Gothos. inclinata denique parte Gepidarum, prœlium nox diremit. Tunc relicta ſuorum ſtrage, Faſtida rex Gepidarum properauit ad patriam, tam pudendis opprobriis humiliatus, quam fuerat elatione erectus? Redeunt victores Gothi, Gepidarum diſceſſione contenti, ſuaque in patria noſtri in pace verſantur, vſque dum eorum prœuius exiſteret Oſtrogotha.

Cap. XVIII.

Cniua rex Gothorum poſt obitum Oſtrogothæ exercitum in Mœſiam ducit, & variis præliis Romanos infeſtat in H quibus Decius occiditur.

POſt cuius deceſſum Cniua exercitum diuidens in duas partes, nonnullos ad vaſtandam Mœſiam dirigit, ſciens eam negligentibus principibus defenſoribus deſtitutam. Ipſe vero cum ſeptuaginta millibus ad Euſteſium, id eſt Nouas conſcendit: vnde à Gallo duce remotus, Nicopolim accedit, quæ iuxta Iatrum fluuium eſt conſtituta notiſſima? quoniam deuictis Sarmatis Traianus eam fabricauit, & appellauit Victoriæ ciuitatem vbi Decio ſuperueniente Imperatore, tandem Cniua in Hæmoniæ partes, quæ non longe aberant, receſſit: inde apparatu

A diſpoſito Philippopolim ire feſtinans. Cuius ſeceſſum Decius Imperator cognoſcens, & ipſius vrbi ferre ſubſidium geſtiens, iugo montis tranſacto, ad Berrœam venit. Ibique dum equos exercitumq; laſſum refoueret, ilico Cniua cum Gothis in modum fulminis ruit, vaſtatoque Romano exercitu, Imperatorem cum paucis qui fugere quiuerant ad Thuſciam rurſus trans Alpes in Mœſiam proturbauit, vbi tunc Gallus dux limitis cum plurima manu bellantium morabatur; collectoque tam exinde quam de hoſte exercitu, futuri belli reparat aciem. Cniua vero diu obſeſſam inuadit Philippopolim; prædaq; potitus, Priſcum ducem, qui inerat, ſibi fœderauit, quaſi cum Decio pugnaturum. Venienteſq; ad conflictum, ilico Decii filium ſagitta ſaucium crudeli vulnere confodiunt. Quod pater animaduertens, licet ad confortandos animos militum dixiſſe fertur; Nemo triſtetur, perditio vnius militis non eſt reipublicæ diminutio: tamen paternum affectum non ferens hoſtes inuadit, aut mortem aut vltionem filii expoſcens, veniensque abrupto Mœſiæ ciuitatem, circumſeptus à Gothis & ipſe extinguitur, imperii finem vitæque terminum faciens. Qui
B locus hodieq; Decitata dicitur, eo quod ibi ante pugnam miſerabiliter idolis immolaret.

Cap. XIX.

Quo pacto Gallus & Voluſianus fœdus cum Gothis inierint; & Æmilianus Mœſiam infeſtarit.

DEfuncto tunc Decio, Gallus & Voluſianus regno potiti ſunt Romanorum, quando & peſtilens morbus pæne iſtius neceſſitatis conſimilis, vt nos ante hos nouem annos experti ſumus, faciem totius orbis fœdauit, ſupra modum quoque Alexandriam totiuſque Ægypti loca deuaſtans. Dionyſio hiſtorico ſuper hanc cladem lachrymabiliter exponente, quam & noſter conſcripſit venerabilis martyr Chriſti epiſcopus Cyprianus in libro cuius titulus eſt de Mortalitate. Tunc & Æmilianus quidam, Gothis ſæpe ob principum negligentiam Mœſiam deuaſtantibus, vt vidit licere, nec à quoquam ſine magno reipublicæ diſpen-
C dio remoueri, ſimiliter ſuæ fortunæ arbitratus poſſe eueniте; tyrannidem in Mœſiam arripuit, omnique manu militari aſcita, cœpit vrbes & populos deuaſtare. Contra quem intra paucos menſes multitudo apparatus accreſcens, non minimum incommodum reipublicæ parturiſſet; qui tamen in ipſo pæne nefario conatus ſui initio extinctus, & vitam & imperium, quod inuadebat, amiſit. Supradicti vero Gallus & Voluſianus Imperatores, quamuis vix biennio in imperio perſeuerantes, ab hac luce migrarunt; tamen ipſo biennio, quo affuere, vbique pacati, vbiq; regnauere gratioſi, præterquam quod vnum eorum fortunæ reputatum eſt, id eſt generalis morbus: ſed hoc ab imperitis & calumniatoribus, qui vitam ſolent aliorum dente maledico lacerare. Hi ergo mox vt imperium adepti ſunt, fœdus cum gente Gothorum pepigere, & nec longo interuallo vtriuſque regibus occumbentibus Gallienus arripuit principatum.

Cap. XX.

Gothi regnante Gallieno in Aſiam inuolant. Dianæ Epheſinæ templum incendunt. Chalcedoniam ſubuertunt. Troiam vaſtant. Thraciam infeſtant. D

HOc ita omni laſciuia reſoluto, Reſpa & Veduco, Thuro Varoque duces Gothorum ſumptis nauibus Aſiam tranſiere, fretum Helleſponticum tranſuecti, vbi multis eius prouinciæ ciuitatibus populatis, opinatiſſimum illud Epheſi Dianæ templum, quod dudum dixeramus Amazonas condidiſſe, igne ſuccendunt: partibus Bithyniæ delati, Chalcedoniam ſubuertere, quam poſt Cornelius Auitus aliqua parte reparauit. Quæ hodieque quamuis regiæ vrbis ciuitate congaudeat, ſigna tamen ſuarum ruinarum aliquanta ad indicia retinet poſteritatis. Hac ergo felicitate Gothi qua intrauere partibus Aſiæ præda ſpolioq; potiti, Helleſponticum fretum retranſmeant, vaſtantes in itinere ſuo Troiam Iliumq;, quæ vix à bello illo Agamemnoniaco aliquantulum reſpirantes, rurſus hoſtili mucrone deletæ ſunt. Poſt Aſiæ ergo tale excidium, Thracia eorum experta eſt feritatem. Nam ibi ad radices Hæmi montis mari vicinam Anchialos ciuitatem aggreſſi mox adeunt, vrbem quam dudum Sardanapalus rex Parthorum inter limbum maris & Hæmi radices locaſſet. Ibi enim multis feruntur manſiſſe diebus, calidarum aquarum delectati lauacris, quæ à quintodecimo miliario Anchialitanæ ciuitatis ſunt ſitæ, ab imo ſui fontis igni ſcaturientes, & inter reliqua totius mundi thermarum innumerabilium loca omnino præcipue ad ſanitatem infirmorum efficaciſſimæ. Exinde ergo ad proprias ſedes regreſſi. E

Cap. XXI.

Maximianus Imp. Gothorum auxilio maximas victorias de Parthis & Perſis reportauit. Conſtantinus etiam eorum auxilio multa prœlia regeſſit. F

POſt hæc à Maximiano Imperatore ducuntur in auxilia Romanorum contra Parthos rogati, vbi datis auxiliariis, fideliter decertati ſunt. Sed poſtquam Cæſar Maximianus pæne cum eorum ſolatio Narſem regem Perſarum Saporis Magni nepotem fugaſſet, eiuſque omnes opes, ſimulque vxores & filios deprædaſſet, Achillemque in Alexandria cum Diocletiano ſuperaſſet, & Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos attriuiſſet, pacem reipublicæ nacti, cœpere quaſi Gothos negligere. Nam ſine ipſis dudum contra quaſuis gentes Romanus exercitus difficile decertatus eſt. Apparet namque frequenter, quomodo inuitabantur, ſicut & ſub Conſtantino rogati ſunt, & contra cognatum eius Licinium arma tulere, eumq; deuictum & in Theſſalonica clauſum, priuatum imperio, Conſtantini victoris gladio trucidarunt. Nam & dum famoſiſſimam & Romæ æmulam in ſuo nomine conderet ciuitatem, Gothorum interfuit operatio, qui fœdere inito cum Imperatore, XL. ſuorum millia illi in ſolatia contra
gentes varias obtulere; quorum & numerus, & militia vſq; ad præſens in republica nominantur, id eſt Fœderati. Tunc G etenim ſub Ariarici & Aorici regum ſuorum florebant imperio. Poſt quorum deceſſum ſucceſſor regni extitit Geberich, virtutis & nobilitatis eximiæ.

Cap. XXII.

Gebericus Gothorum rex Viſumaro VVandalorum regi bellum infert, & vincit. Pauci VVandali è clade ſuperſtites Pannoniam à Conſtantino inhabitandam petunt & obtinent.

GEberichus Helderich patre natus, auo Ouida, proauo Cniuida, gloriam generis ſui factis illuſtribus æquauit, primordia regni ſui mox in Wandalica gente extendere cupiens contra Viſumar eorum regem Aſdingorum è ſtirpe, quæ inter eos eminet, genuſque indicat bellicoſiſſimum, Dexippo hiſtorico referente, qui eos ab Oceano ad noſtrum limitem vix in anni ſpatio perueniſſe teſtatur præ
nimia terrarum immenſitate. Quo tempore erant in eo loco manentes, vbi Gepidæ ſedent, iuxta flumina Mariſia, Miliare, & Gilfil, & Griſſia, qui amnes ſupradictos excedit. Erant namque illis tunc ab oriente Gothi, ab occidente Marcomanni, à ſeptentrione Hermunduri, à meridie Hiſter, qui & Danubius dicitur. Hic ergo Vvandalis commorantibus, bellum indictum eſt à Geberich rege Gothorum, ad littus prædicti amnis Mariſiæ, vbi tunc diu certatum eſt ex æquali. Sed mox ipſe rex Vvandalorum Vviſimar magna cum parte gentis ſuæ proſternitur. Geberich vero ductor Gothorum eximius ſuperatis deprædatiſque Vvandalis, ad propria loca vnde exierat remeauit. Tunc perpauci Vvandali qui euaſiſſent, collecta imbellium ſuorum manu, infortunatam patriam relinquentes, Pannoniam ſibi à Conſtantino principe petiere, ibiq; per XL. annos plus minus H

A ſedibus locatis, Imperatorum decretis vt incolæ famularunt. Vnde etiam poſt longum ab Stilicone magiſtro militum & exconſule ac patricio inuitati, Gallias occupauere, vbi finitimos deprædantes non adeo fixas ſedes habuere.

Cap. XXIII.

De Ermanarici regis Gothorum, qui Alexandro Magno ob multas gentes quas perdomuit comparatus fuit, in Erulos, Venetos & Oſtrogotas expeditionibus & victoriis.

GOthorum rege Geberich rebus excedente humanis, poſt temporis aliquod Ermanaricus nobiliſſimus Amalorum in regno ſucceſſit, qui multas & bellicoſiſſimas Arctoas gentes perdomuit, ſuiſque parere legibus fecit. Quem merito nonnulli Alexandro magno comparauere maiores. Habebat ſiquidem quos domuerat, Gothos, Scy-
B thas, Thuidos in Aunxis, Vaſinabroncas, Merens, Mordenſimnis, Caris, Rocas, Tadzans, Athual, Nauego, Bubegentas, Coldas; & cum tantorum ſeruitio carus haberetur, non paſſus eſt niſi & gentem Erulorum quibus præerat Alaricus magna ex parte trucidatam reliquam ſuæ ſubigeret ditioni. Nam prædicta gens (Ablauio hiſtorico referente) iuxta Mæotidas paludes habitans in locis ſtagnantibus, quas Græci Ele vocant, Eruli nominati ſunt gens quanto velox, eo amplius ſuperbiſſima. Nulla ſiquidem erat tunc gens, quæ non leuem armaturam in acie ſua ex ipſis elegerint. Sed quamuis velocitas eorum ab aliis ſæpe bellantibus non euacuaretur, Gothorum tamen ſtabilitati ſubiacuit & tarditati, fecitque cauſa fortunæ, vt & ipſi inter reliquas gentes Getarum regi Ermanarico ſeruuerint. Poſt Erulorum cædem idem Ermanaricus in Venetos arma commouit, qui quamuis armis deſpectui, ſed numeroſitate pollentes, primo reſiſtere conabantur. Sed nihil valet multitudo in bello, præſertim vbi & multitudo armata aduenerit. nam hi, vt initio expoſitionis, vel catalogo gentis dicere cœpimus, ab vna ſtirpe exorti, tria nunc nomina reddidere, id eſt
C Veneti, Antes, Sclaui: qui quamuis nunc ita facientibus peccatis noſtris vbique deſæuiunt, tamen tunc omnes Ermanarici imperiis ſeruiere. Æſtrorum quoque ſimiliter nationem, qui longiſſima ripa Oceani Germanici inſident, idem ipſe prudentiæ virtute ſubegit, omnibuſque Scythiæ & Germaniæ nationibus ac ſi propriis laboribus imperauit.

Cap. XXIV.

De Hunnorum execranda origine: veneficarum ſcilicet cum immundis ſpiritibus congreſſu. Et de Hunnorum in Oſtro-Gothos Scythicos expeditione vbi & de immani & terribili Hunnorum vultu.

POſt autem non longi temporis interuallum, vt refert Oroſius, Hunnorum gens omni ferocitate atrocior exarſit in Gothos. Nam hos, vt refert antiquitas, ita extitiſſe comperimus. Filimer rex Gothorum, & Gandarici magni
D filius, poſt egreſſum Scanziæ inſulæ iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui & terras Scythicas cum ſua gente introiſſet, ſicut à nobis dictum eſt, reppetit in populo ſuo quaſdam magas mulieres, quas patrio ſermone Aliorumnas is ipſe cognominat, eaſque habens ſuſpectas de medio ſui proturbat, longeque ab exercitu ſuo fugatas in ſolitudinem coegit terræ. Quas ſpiritus immundi per eremum vagantes dum vidiſſent, & earum ſe complexibus in coitu miſcuiſſent, genus hoc ferociſſimum edidere, quod fuit primum inter paludes minutum, tetrum atque exile, quaſi hominum genus, nec alia voce notum, niſi quæ humani ſermonis imaginem aſſignabat. Tali ergo Hunni ſtirpe creati, Gothorum finibus aduenere. Quorum natio ſæua, vt Priſcus hiſtoricus refert, in Mæotide palude vlteriorem ripam inſedit, venatione tantum, nec alio labore experta, niſi quod poſtquam creuiſſet in populos, fraudibus

& rapinis vicinam gentem conturbauit. Huius ergo (vt aſ- E
ſolent) venatores, dum in vlteriori Mæotidis ripa venationes inquirunt, animaduertunt quomodo ex improuiſo cerua ſe illis obtulit, ingreſſaque palude nunc progrediens, nunc ſubſiſtens, indicem ſe viæ tribuit. Quam ſecuti venatores, paludem Mæotidem, quam imperuiam vt pelagus exiſtimabant, pedibus tranſiere. Mox quoque vt Scythica terra ignotis apparuit, ceruа diſparuit. Quod credo ſpiritus illi, vnde progeniem trahunt, ad Scytharum inuidiam egere. Illi vero, qui præter Mæotidem paludem alium mundum eſſe penitus ignorabant, admiratione inducti terræ Scythiæ, & vt ſunt ſolertes, iter illud nulli ante hanc ætatem notiſſimum, diuinitus ſibi oſtenſum rati; ad ſuos redeunt, rei geſtum edicunt, Scythiam laudant, perſuaſaque gente ſua, via quam ceruа indice didicere ad Scythiam properant, & quantoſcunque prius in ingreſſu Scytharum habuere, litauere Victoriæ, reliquos perdomitos ſubegere. Nam mox ingentem illam paludem tranſiere, illico Alpizuros, Alcildzuros, Itamaros, Tuncaſſos, & Boiſcos, qui ripæ iſtius Scythiæ inſidebant, quaſi quidam turbo gentium rapuere.
Alanos quoque pugna ſibi pares, ſed humanitatis victu formaque diſſimiles, frequenti certamine fatigantes ſubiugauere. Nam & quos bello forſitan minime ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pauorem ingerentes terribilitate fugabant, eo quod erat eis ſpecies pauenda nigredine, ſed velut quædam (ſi dici fas eſt) deformis offa, non facies, habenſque magis puncta quam lumina. Quorum animi fiduciam toruus prodit aſpectus, qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæuiunt. Nam maribus ferro genas ſecant, vt antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur ſubire tolerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt, & ſine venuſtate ephebi ſunt quia facies ferro ſulcata, tempeſtiuam pilorum gratiam per cicatrices abſumit. Exigui quidem forma ſed arguti, motibus expediti, & ad equitandum promptiſſimi: ſcapulis latis, & ad arcus ſagittaſque parati; firmis ceruicibus, & in ſuperbia ſemper erecti. Hi vero ſub hominum figura viuunt belluina ſæuitia. Quod genus expeditiſſimum, multarumque nationum graſſatorem Getæ vt viderunt, expaueſcunt: ſuoque cum rege deliberant qualiter ſe à tali hoſte ſubducant. Nam Ermanaricus rex Gotho- G
rum, licet (vt ſuperius retulimus) multarum gentium extiterit triumphator, de Hunnorum tamen aduentu dum cogitat, Roxolanorum gens infida, quæ tunc inter alias illi famulatum exhibebat, tali eum nanciſcitur occaſione decipere. Dum enim quandam mulierem Sanielh nomine ex gente memorata, pro mariti fraudulento diſceſſu, rex furore commotus, equis ferocibus illigatam, incitatiſque curſibus, per diuerſa diuelli præcepiſſet: fratres eius Sarus & Ammius germanæ obitum vindicantes, Ermanarici latus ferro petierunt: quo vulnere ſaucius, ægram vitam corporis imbecillitate contraxit. Quam aduerſam eius valetudinem captans Balamir rex Hunnorum, in Oſtrogothas mouit procinctum: à quorum ſocietate iam Veſegothæ diſceſſere, quam dudum inter ſe iuncti habebant. Inter hæc Ermanaricus tam vulneris dolorem, quam etiam incurſiones Hunnorum non ferens, grandæuus & plenus dierum, centeſimo decimo anno vitæ ſuæ defunctus eſt. Cuius mortis occaſio dedit Hunnis præualere in Gothis illis, quos diximus orientali plaga ſedere, & Oſtrogothas nuncupari.

Cap. XXV. H

Veſegothæ Oſtrogothis à Vandalis victis à Valente Imp. Mœſiam habitandam appetunt & obtinent, & quum Chriſtiani fieri cuperent, Valens vt Arianus, prædicatores Arianos ad eos mittit, & pe fidiæ ſuæ veneno inficit.

VEſegothæ, id eſt, alii eorum ſocii, & occidui ſoli cultores, metu parentum exterriti, quid nam de ſe propter gentem Hunnorum deliberarent, ambigebant, diuque cogitantes, tandem communi placito legatos ad Romaniam direxere, ad Valentem Imperatorem fratrem Valentiniani Imperatoris ſenioris, vt partem Thraciæ ſiue Mœſiæ ſi illis traderet ad colendum, eius legibus viuerent, eiuſque

impe-

A imperiis ſubderentur. Et vt fides vberior illis haberetur, promittunt ſe, ſi doctores linguæ ſuæ donauerit, fieri Chriſtianos. Quo Valens comperto, mox gratulabundus annuit, quod vltro petere voluiſſet; ſuſceptoſque in Mœſiæ partibus Getas quaſi murum regni ſui contra cæteras gentes ſtatuit. Et quia tunc Valens Imperator Arianorū perfidia ſaucius, noſtrarum partium omnes eccleſias obturaſſet, ſuæ partis fautores ad illos dirigit prædicatores, qui venientibus rudibus & ignaris, illico perfidiæ ſuæ virus defundunt. Sic quoque Veſegothæ à Valente Imperatore Ariani potius quam Chriſtiani effecti. De cætero iam Oſtrogothis, quam Gepidis parentibus ſuis per affectionis gratiam euangelizantes huius perfidiæ culturam edocentes, omnem vbique linguæ huius nationem ad culturam huius ſectæ inuitauere. Ipſi quoque (vt dictum eſt) Danubium tranſmeantes, Daciam Ripenſem, Mœſiam, Tracias que permiſſu principis inſedere.

Cap. XXVI.

B *Veſegothæ Romanorum ſubditi, ingenti fame preſſi, & à ducibus Romanis peſſime habiti, ſeſe in libertatem vendicant, & Tracias, Daciamque Ripenſem occupant. Valens imp. qui eos Arriana perfidia infici curarat, diuina vindicta ab ipſis comburitur.*

EVenit his vt adſolet gentibus necdum bene loco fundatis, penuria famis. Cœpere autem primates eorū & duces, qui regum vice illis præerant, id eſt Fridigernus, Alatheus, & Safrac exercitus inopiam condolere, negociationemque à Lupicino Maximoque Romanorum ducibus expetere. Verum quid non auri ſacra fames compellit adquieſcere? Cœperunt duces (auaritia compellente) non ſolum ouium, boumque carnes, verumetiam canum, & immundorum animalium morticina eis pro magno cōtradere: adeo, vt quodlibet mancipiū in vnum panem aut decē libras in vnam carnem mercarentur. Sed iam mancipiis & ſupellectili deficientibus, filios eorum auarus mercator victus neceſſitate expoſcit. Haud enim ſecus parentes faciūt, ſalutem ſuorum pignorum prouidentes, ſatius deliberant ingenuitatem perire, quam vitam; dum miſericorditer alendus quis venditur, quam moriturus ſeruatur.
C Contigit in illo ſub tempore æmnoſo Lupicino & ductori Romanorum, vt Fridigernum Gothorum regulum ad conuiuium inuitaret, dolumque ei, vt poſt exitus docuit, moliretur. Sed Fridigernus doli neſcius, cum paucorum comitatu ad conuiuium veniens, dum intus in prætorio epulatus eſt, clamorem miſerorum morientium audiret, iamque alia in parte ſocios eius recluſos, dum milites ducis ſui iuſſu trucidare conarentur, & vox morientium durior emiſſa iam ſuſpectis auribus intonaret; illico apertos ipſos dolos cognoſcens Fridigernus, euaginato gladio in conuiuio, non ſine magna temeritate velocitateque egreditur, ſuoſque ſocios ab imminenti morte ereptos ad necem Romanorum inſtigat. Qui nacta occaſione votiua elegerunt viri fortiſſimi in bello magis quam in fame deficere, & illico in ducum Lupicini & Maximi armantur occiſionem. Illa namque dies Gothorum famem, Romanorumque ſecuritatem ademit.
D Cœperuntque Gothi iam non vt aduenæ & peregrini, ſed vt ciues & domini poſſeſſoribus imperare, totaſque partes ſeptentrionales vſque ad Danubium ſuo iure tenere. Quod comperiens in Antiochia Valens imperator, mox armato exercitu, in Thraciarum partes digreditur, vt lachrymabili bello commiſſo, vincentibus Gothis, in quodam prædio iuxta Hadrianopolim ſaucius ipſe refugiens, ignorantibus quoque quod imperator in tam vili caſula delitesceret Gothis, igneque (vt aſſolet) ſæuiente ab inimico ſuppoſito, cum regali pompa crematus eſt haud ſecus quam Dei prorſus iudicio, vt ab ipſis igne combureretur, quos ipſe veram fidem petentes in perfidiam declinaſſet, & ignem charitatis ad gehennæ ignem detorſiſſet. Quo tempore Veſegothæ Thracias Daciamque Ripenſem poſt tanti gloriam trophei, tanquam ſolo genitali potiti, cœperunt incolere.

Cap. XXVII. E

Veſegothæ Theodoſio Imp. eis internecionem moliente, eo ægrotante ad Theſſaliam Epiros & Achaiam & Pannoniam, prædandas digrediuntur. Gratianus Imp. fœdus cum eis init, quod & Theodoſius ſanxit.

SEd Theodoſium ab Hiſpania Gratianus imperator electum in orientali principatu loco Valentis patrui ſubrogat, militarique diſciplina mox in meliori ſtatu repoſita, ignauiam priorum principum & deſidiam excluſam Gothus vt ſenſit, pertimuit. Nam imperator acri omnino ingenio, virtuteque & conſilio clarus, cum præceptorum ſeueritate & liberalitate, blanditieque ſua remiſſum exercitum ad fortia prouocaret. At vero vbi milites principe meliore mutato fiduciam acceperunt, Gothos impetere tentant, eoſque Thraciæ finibus pellunt: ſed Theodoſio principe pene tunc vſque ad deſperationem ægrotante, datur iterum
F Gothis audacia, diuiſoque exercitu, Fridigernus ad Theſſaliam prædandam, Epiros, & Achaiam digreſſus eſt: Alatheus vero & Safrach cum reſiduis copiis Pannoniam petierunt. Quod quum Gratianus imperator, qui tunc Roma in Gallias ob incurſionem Vuandalorum receſſerat, compertiſſet; quia Theodoſio fatali deſperatione ſuccumbente, Gothi magis ſæuirent, mox ad eos collecto venit exercitu, nec tamen fretus in armis, ſed gratia eos muneribuſque victurus, pacemque & victualia illis concedens, cum ipſis inito fœdere fecit. Vbi vero poſt hæc Theodoſius conualuit imperator, reperitque Gratianum cum Gothis & Romanis pepigiſſe fœdus, quod ipſe optauerat, admodum grato animo ferens, & ipſe in hac pace conſilio.

Cap. XXVIII.

Atanaricus Veſegothorum rex, Fridigerni ſucceſſor, à Theodoſio Imp. Conſtantinopolim euocatus, magnis honoribus ab eo afficitur, ibique moritur. vbi & de Fœderatis, & de Theodoſii aduerſus Eugenium tyrannum, qui Gallias occuparat, auxilio Veſegothorum victoria. G

ATanaricum quoque regem, qui tunc Fridigerno ſucceſſerat; datis ſibi muneribus ſociauit moribus ſuis benigniſſimis, & ad ſe eum in Conſtantinopolim accedere inuitauit. Qui omnino libenter acquieſcens, regiam vrbem ingreſſus eſt, miranſque: En, inquit, cerno quod ſæpe incredulus audiebam, famam videlicet tantæ vrbis: & huc illuc oculos voluens, nunc ſitum vrbis, commeatumque nauium, nunc mœnia clara proſpectans miratur, populoſque diuerſarum gentium quaſi fonte in vno, è diuerſis partibus ſcaturiente vnda, ſic quoque militem ordinatum aſpiciens; Deus inquit, ſine dubio terrenus eſt imperator, & quiſquis aduerſus eum manum mouerit, ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit. In tali ergo admiratione, maioreque à principe honore ſuffultus, paucis menſibus interiectis ab hac luce migrauit. Quem princeps affectionis gratia pæne plus mortuum quā viuum honorans, dignæ tradidit ſepulturæ; ipſe quoque in exequiis feretro eius præiens. Defuncto ergo Atanarico, cunctus exercitus in ſeruitio Theodoſii imperatoris perdurans, Romano ſe imperio ſubdens, cum milite velut vnum corpus efficit, militiaque illa dudum ſub Conſtantino
H principe fœderatorum renouata, & ipſi dicti ſunt Fœderati. E quib. Imperator contra Eugenium tyrannum, qui occiſo Gratiano Gallias occupaſſet, plusquam xx. millia armatorum fideles ſibi & amicos intelligens ſecum duxit, victoriaque de prædicto tyranno potitus, vltionem exegit.

Cap. XXIX.

Veſegothæ ſubtractis ſibi à Theodoſii filiis conſuetis donis, pertæſi eos, Alaricum ſibi regem eligunt, & Italiam inuadunt.

POſtquam vero Theodoſius amator pacis generiſque Gothorum rebus exceſſit humanis; cœperunt eius filii vtramque Remp. luxurioſe viuentes adnihilare auxiliariſque ſuis id eſt Gothis conſueta dona ſubtrahere. Mox

A Gothis faſtidium eorum increuit, verentesque ne longa pace eorum reſolueretur fortitudo, ordinant ſuper ſe regẽ Alaricum, cui erat poſt Amalos ſecunda nobilitas, Balthamumq; ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis Baltha id eſt audax nomen inter ſuos acceperat. Mox vt ergo antefatus Alaricus creatus eſt rex, cum ſuis deliberans ſuaſit ſuo labore quærere regna, quam alienis per otium ſubiacere: & ſumpto exercitu, per Pannonias, Stilicone & Aureliano conſulibus, & per Sirmium dextro latere quaſi viris vacuam intrauit Italiã. Nullo penitus obſiſtente ad pontem applicuit Candiniani, qui tertio miliario ab vrbe erat regia Rauennate. Quæ vrbs inter paludes & pelagus, interque Padi fluenta vni tantum patet acceſſui, cuius dudum (vt tradunt maiores) poſſeſſores Eneti id eſt laudabiles dicebantur. Hæc in ſinu regni Romani ſuper mare Ionium conſtituta, in modum influentium aquarum redundatione cõcluditur. Habet ab oriente mare, ad quod qui recto curſu de Corcyra atq; Helladis partibus nauigat dextrum latus, primum Epirum, dein Dalmatiam, Liburniam, B Hiſtriamque, & ſic Venetias radens palmula nauigat. Ab occidente vero habet paludes, per quas vno anguſtiſſimo introitu vt porta relicta eſt. A ſeptentrionali quoque plaga ramus illi ex Pado eſt, qui Foſſa vocatur Aſconis. A meridie idem ipſe Padus, quem ſolum fluuiorum regem dicunt, cognomento Eridanus, ab Auguſto imperatore altiſſimã foſſa demiſſus, qui ſeptima ſui alueí parte mediam influit ciuitatem, ad oſtia ſua amœniſſimum portũ præbẽs, claſſem cc L. nauium, Dione referente, tutiſſima dudum credebatur recipere ſtatione. Qui nunc, vt Fabius ait, quod aliquando portus fuerat, ſpacioſiſſimos hortos oſtendit, arboribus plenos: verũ de quibus non pendeant vela, ſed poma. Trino ſiquidem vrbs ipſa vocabulo gloriatur, trigeminaque C poſitione exultat, id eſt, prima Rauenna, vltima Claſſis, media Cæſarea, inter vrbem & mare, plena mollitie, arenaque minuta, vectationibus apta.

Cap. XXX.

Alaricus Stiliconem Gothos inopinato bello adorſum, cædit, Italiam vaſtat, Romam ſpoliat: Inde, in Africam cogitans cum ſpoliis moritur. Veſegothæ Alaricum in alueo fluminis Buſentini mira ratione ſepeliunt.

VErum enimuero quum in ea ciuitate Veſegotharum applicuiſſet exercitus, & ad Honorium imperatorem (qui intus reſidebat) legationẽ miſiſſet, quatenus ſi permitteret, vt Gothi pacati in Italia reſiderent, ſic eos cum Romanorum populo viuere, vt vna gens vtraq; credi poſſit: ſin autem aliter, bellando quis quem valeret expelleret, etiã ſecurus qui victor exiſteret imperaret. Honorius imp. vtramque pollicitationem formidans, ſuoque cum ſenatu inito conſilio, quomodo eos extra fines Italos expelleret deliberabat. Cui ad poſtremum ſententia ſedit, quatenus prouincias longe poſitas, id eſt Gallias Hiſpaniaſque, quas iam pæne perdidiſſet, & Gizerichi eas Vandalorum regis vaſtaret irruptio, ſi valeret Alaricus ſua cum gente ſibi tanquam lares proprios vendicaret, donatione ſacro oraculo confirmata. Conſentiunt Gothi, hac ordinatione, & ad D traditam ſibi patriam proficiſcuntur. Poſt quorum diſceſſum nec quicquam mali in Italia perpetratum, Stilico patricius & ſocer Honorii imperatoris, (nam vtramque eius filiam, id eſt Mariam & Ermantiam quas ſibi princeps vnam poſt vnam ſociauit, vtramque virginem & intactam Deus ab hac luce migrare præcepit) hic ergo Stilico ad Polentiam ciuitatem in alpibus Cottiis locatam doloſe accedens, nihilque mali ſuſpicantibus Gothis, ad necem totius Italiæ ſuamque deformitatem ruit in bellum. Quem ex improuiſo Gothi cernentes, primo perterriti ſunt, ſed mox recollectis animis, & (vt ſolebant) hortatibus excitati, omnem pæne exercitum Stiliconis in fugam conuerſum, vſque ad internecionem deiiciunt, furibundoque animo arreptum iter deferunt, & in Liguriam poſt ſe, vnde iam tranſierant, reuertuntur, eiuſq; prædis ſpoliiſque potiti, Æmyliam pari tenore deuaſtant, Flaminiæque aggerem inter Picenum E & Thuſciam, vſque ad vrbem Romam diſcurrentes quicquid inter vtrumque latus fuit in prædam diripiunt, ad poſtremum Romam ingreſſi, Alarico iubente ſpoliant tantum: non autem, vt ſolent gentes, ignem ſupponunt, nec locis ſanctorum in aliquo penitus iniuriam irrogari patiuntur. Exindeque egreſſi, per Campaniam & Lucaniam ſimili clade peracta, Brutios acceſſerunt: vbi diu reſidentes, ad Siciliam exinde ad Africam tranſire deliberant. Brutiorum ſiquidem regio in extremis Italiæ finibus interiacens, parte angulorum eius Apennini montis initium facit, Adriæque pelagus vt lingua porrecta à Tyrreno æſtu ſeiungens, nomen quondam à Brutia ſortitur regina. Ibi ergo veniens Alaricus rex Veſegotharum, cum opibus totius Italiæ quas in præda diripuerat, exinde (vt dictum eſt) per Siciliam in Africam quietam patriam tranſire diſponit. Cuius, quia non eſt liberum quodcunque homo ſine nutu Dei diſpoſuerit, fretum illud horribile aliquantas naues ſubmerſit, plurimas conturbauit. Qua aduerſitate repulſus Alaricus dum ſecum quid ageret deliberaret, ſubito immatura à morte præuentus rebus exceſſit F humanis. Quem ſui nimia dilectione lugentes, Barentinum amnem iuxta Conſentinam ciuitatem de alueo ſuo deriuant. Nam hic fluuius à pede montis iuxta vrbem dilapſus, fluit vnda ſalutifera. Huius ergo in medio alueo collecto captiuorum agmine ſepulturæ locum effodiunt, in cuius foueæ gremio Alaricum cum multis opibus obruunt, rurſuſque aquas in ſuum alueum reducentes, ne à quoquam quandoque locus cognoſceretur, foſſores omnes interemerunt.

Cap. XXXI.

Athaulphus Alarici ſucceſſor Italiam ſpoliat. Placidiam Theodoſii Imp. germanam vxorem ducit. Ex Italia in Gallias, ad exagenios inde VVandalos & Alanos tranſit. Inde in Hiſpaniam. Ibi interficitur. Item Regericus III. Veſegotharum rex interficitur.

MOrtuo Alarico Veſegotha, Athaulfo eius cõſanguineo & forma & mente conſpicuo tradunt. Nam erat G quamuis non adeo proceritate ſtaturæ formatus, quantum pulchritudine corporis vultuque decorus. Qui ſuſcepto regno reuertens item ad Romam, ſi quid primum remanſerat, more locuſtarum eraſit: nec tantum priuatis diuitiis Italiam ſpoliauit, imo & publicis, imperatore Honorio nihil reſiſtere præualente, cuius & germanam Placidiam, Theodoſii Imperatoris ex altera vxore filiam, vrbe captiuam abduxit. Quam tamen ob generis nobilitatem, formæque pulchritudinem, & integritatem caſtitatis attendens, in Foroliuii Æmyliæ ciuitate ſuo matrimonio copulauit, vt gentes, hac ſocietate comperta, quaſi adunata Gothis Republica efficacius terrerentur, Honoriumq; Auguſtum quamuis opibus exhauſtum, tamen quaſi cognatum grato animo derelinquens, Gallias tendit: vbi cum aduenisset, vicinæ gentes perterritæ, in ſuis ſe finibus cœperunt continere, quæ dudum crudeliter Gallias infeſtaſſent, tam Franci, quam Burgundiones. Nam Vuandali & Alani quos ſupra diximus, permiſſu principum Romanorum vtraque Pannonia reſedere, nec ibi ſibi ob metum Gothorum arbitrantes tutum fore, ſi reuerterentur, ad Gallias tranſiere. Sed mox à Galliis, quas ante non multum tempus H occupaſſent, fugientes, Hiſpania ſe recluſere, adhuc memores ex relatione maiorum ſuorum, quid dudum Geberich rex Gothorum genti ſuæ præſtitiſſet incommodi, vel quomodo eos virtute ſua patrio ſolo expuliſſet. Tali ergo caſu Galliæ Athaulfo patuere venienti. Confirmato ergo Gothis regno in Galliis, Hiſpanorum caſu cœpit dolere, eoſque deliberans à Vuandalorum incurſibus eripere, per ſuas opes Barcinonam cum certis fidelibus delectis plebeque imbelli, interiores Hiſpanias introiuit, vbi ſæpe cum Vuandalis decertans, tertio anno poſtquam Gallias Hiſpaniaſq; domuiſſet occubuit, gladio illo perforato Vernulfi, de cuius ſolitus erat ridere ſtatura. Poſt cuius mortem Regericus rex conſtituitur, ſed & ipſe ſuorum fraude peremptus, ocyus vitam cum regno reliquit.

Cap. XXXII.

Valia IV. Veſegoth rex pace cum Honorio Imp. inita, Placidiam Romanis reddit. Item, de Conſtantino Conſtante, Iouino & Sebaſtiano Galliæ inuaſoribus.

DEhinc iam quartus ab Alarico rex conſtituitur Valia, nimis deſtrictus & prudens: contra quem Honorius Imperator Conſtantinum virum induſtria militari pollentem multiſque prœliis glorioſum cum exercitu dirigit, veritus ne fœdus dudum cum Athaulfo initum ipſe turbaret, & aliquas rurſus in Repub. inſidias moliretur, vicinis ſibi gentibus repulſis? ſimulque deſiderans germanam ſuam Placidiam ſubiectionis opprobrio liberare, paciſcens cum Conſtantino, vt aut bello, aut pace, vel quoquo modo ſi eam potuiſſet, ad ſuum regnum reuocaret, eique eam in matrimonium ſociaret. Quo placito Conſtantinus ouans cum copia armatorum, & pæne iam regio apparatu Hiſpanias petit. Cui Valia rex Gothorum non minori procinctu ad clauſtra Pirenæi occurrit: vbi ab vtraque parte legatione directa, ita conuenit paciſci, vt Placidiam ſororem principis redderet, ſuaque ſolatia Romanæ reipublicæ, vbi vſus exigeret, non denegaret. Eo namque tempore Conſtantinus quidam apud Gallias inuadens imperium, filium ſuum Conſtantem ex monacho fecerat Cæſarem; ſed non diu tenens regnum præſumptum, mox fœderatis Gothis Romaniſque, ipſe occiditur Arelati, filius vero eius Viennæ. Poſt quos item Iouinus ac Sebaſtianus pari temeritate Rempub. occupandam exiſtimantes, pari exitio periere. Nam duodecimo anno regni Valiæ, quando & Hunni poſt pæne quinquaginta annos inuaſa Pannonia à Romanis & Gothis expulſi ſunt, videns Valia Vuandalos in ſuis finibus, id eſt Hiſpaniæ ſolo, audaci temeritate ab interioribus partibus Galliæ (vbi eos fugauerat dudum Athaulfus) egreſſos cuncta in prædis vaſtare, eo tempore quo Hierius & Ardaburius conſules extitiſſent? nec mora, mox contra eos mouit exercitum.

Cap. XXXIII.

De VVandalorum regum ſerie in Africa per annos fere centum, vsque Beliſarius de Gelimere Conſtantinopolim adducto triumpharit, & Africa rurſum Imperio Romano adiecta fuerit. Item de Valia morte.

SEd Gizericus rex Vuandalorum iam à Bonifacio in Africam inuitatur, qui Valentiniano principi veniens in offenſam, non aliter quam ſe malo Reipub. potuit vindicare. Is ergo ſuis precibus eos inuitans, per tractum anguſtum, quod dicitur fretum Gaditanum, & vix ſeptem milibus Africam ab Hiſpanus diuidit, oſtioque maris Tyrrheni Oceani æſtum egerit, tranſpoſuit. Erat nanque Gizericus iam Romanorum clade in vrbe notiſſimus, ſtatura mediocris, & equi caſu claudicans, animo profundus, ſermone rarus, luxuriæ contemptor, ira turbidus, habendi cupidus, ad ſollicitandas gentes prouidentiſſimus, ſemina contentionum iacere, odia miſcere paratus. Talis Africæ Rempub. precibus Bonifacii, vt diximus, inuitatus intrauit, vbi ad diuinitatem (vt fertur) accepta autoritate diu regnans, ante obitum ſuum filiorum agmen accitum ordinauit, ne inter ipſos de regni ambitione eſſet diſſenſio? ſed ordine quiſque & gradu ſuo, qui aliis ſuperuiueret, id eſt, ſeniori ſuo fieret ſequens ſucceſſor, & rurſus ei poſterior eius. Quod obſeruantes per annorum multorum ſpatia, regnum feliciter poſſedere, nec, quod in reliquis gentibus adſolet, inteſtino bello fœdati ſunt; ſuoque ordine vnus poſt vnum ſuſcipiens regnum, in pace populis imperarunt. Quorum ordo iſte ac ſucceſſio fuit. Primum Gizericus, qui pater & dominus, ſequens Hunnericus, tertius Gundamundus, quartus Tranſamundus quintus Hilderich. Quin, malo gentis ſuæ, Gelimer, immemor atauì præceptorum, de regno eiecto & interempto, tyrannidem præſumpſit. ſed non ei ceſſit impune quod fecerat. Nam Iuſtiniani Imperatoris vltio in eo apparauit, & cum omni genere ſuo, opibuſque quibus more prædonis incubabat, Conſtantinopolim delatus per virum glorioſiſſimum Beliſarium, magiſtrum militum orientalem, & conſulem ordinarium atque patricium, magnum in Circo populo ſpectaculum fuit, ſeramq; ſui pœnitudinem gerens, quum ſe videret de faſtigio regali deiectum priuatæ vitæ, cui noluit famulari, redactus occubuit. Sic Africa, quæ in diuiſione orbis terrarum tertia pars mundi deſcribitur, centeſimo fere anno Vuandalico iugo erepta in libertatem reuocata eſt regni Romani: & quam dudum ignauis dominis, ducibus infidelibus, à Reip. Romanæ corpore gentilis manus abſtulerat, ſolerti domino & fideli ductore tunc reuocata, hodieque congaudet. Quamuis & poſt hæc aliquantum inteſtino prœlio Maurorumq; infidelitate adtritam ſe lamentauerit? tamen triumphus Iuſtiniani Imperatoris à Deo ſibi donatus, quod inchoauerat ad finem vſque perduxit. Sed nobis quid opus eſt vnde res non exigit dicere? Ad propoſitum redeamus. Valia ſiquidem rex Gothorum adeo cum ſuis in Vuandalos ſæuiebat, vt voluiſſet eos etiam in Africa perſequi, niſi eum caſus, qui dudum Alarico ad Africam tendenti contigerat, reuocaſſet. Nobilitatus nanque intra Hiſpanias, incruentaq; victoria potitus, Toloſam reuertitur? Romano imperio, fugatis hoſtibus, aliquantas prouincias (quod promiſerat) derelinquens, ſibiq; aduerſa poſt longũ valetudine ſuperueniente, rebus humanis exceſſit, eo videlicet tempore, quo Berimundus Toriſmundo patre genitus, de quo in catalogo Amalorum familiæ ſuperius diximus, cum filio Vuitiricho ab Oſtrogothis, qui ad huc in Scythiæ terra Hunnorum oppreſſionibus ſubiacebant, ad Veſegotharum regnum migrauit. Conſcius enim erat virtutis & generis nobilitatis, facilius ſibi credens principatũ à parentibus deferri, quem heredem regum conſtabat eſſe multorum. Quis nanque de Amalo dubitaret, ſi vacaſſet eligere? ſed nec ipſe adeo voluit quis eſſet oſtendere. Et illi iam poſt mortem Valiæ Theodericum ei dedere ſucceſſorem, ad quem veniens Berimund, animi pondere quo valebat etiam iam generis ſui amplitudinem commoda taciturnitate ſuppreſſit, ſciens regnantib. ſemper de regali ſtirpe genitos eſſe ſuſpectos. Paſſus eſt ergo ignorari, ne faceret ordinanda confundi. Suſceptusq; eſt cum filio ſuo à rege Theoderico honorifice nimis, adeo vt nec conſilio ſuo expertem, nec conuiuio faceret alienum; non tantum pro generis nobilitate, quam ignorabat, ſed pro animi fortudine & robore gentis, quam non poterat occultare.

Cap. XXXIV.

Theodericus V. Veſegothorum rex. In hunc Romani cum auxiliaribus Hunnis rupta pace exercitum ducunt, Fœdera firmantur. Attila pacatur. Item de Attilæ aula.

DEfuncto Valia, vt ſuperius quod diximus repetamus, qui parum fuerat felix Gallis, proſperrimus feliciorque Theodericus ſucceſſit in regno, homo ſumma moderatione compoſitus, animi corporiſq; virilitate abundans. Contra quem Theodoſio & Feſto conſulibus, pace rupta Romani Hunnis auxiliaribus ſecum iunctis, in Gallias arma mouerunt. Turbauerat nanque eos Gothorum fœderatorum manus, quæ cum Gaina comite Conſtantinopolim ſe fœderaſſet. Aetius ergo patricius tunc præerat militibus, fortiſſimorum Mœſiorum ſtirpe progenitus, in Doroſtena ciuitate, à patre Gaudentio, labores bellicos tolerans, Reipub. Romanæ ſingulariter natus, qui ſuperbiam Sueuorum, Francorumque barbariem immenſis cædibus ſeruire Romano imperio coegiſſet, Hunnis quoque auxiliariis Litorio ductante, contra Gothos Romanus exercitus mouit procinctum, diuq; ex vtraq; parte acie ordinata, quum vterque fortes, & neuter infirmior eſſet, datis dextris, in priſtinam concordiam redierunt, fœdereque firmato, ab alterutro fida pace peracta, receſſit vterque. Qua pacatur Attila Hunnorum omnium Dominus, & pæne totius Scythiæ gentium ſolus in mundo regnator, qui erat famoſa inter omnes gentes claritate mirabilis. Ad quem in legationẽ remiſſus à Theodoſio iuniore Priſcus, tali voce inter alia refert. Ingentia ſiquidem flumina, id eſt Tyſiam, Tibiſiã-

que,

A accidere, quia ſicut famoſum prœlium, ita multiplex atque perplexum. Sangibanus namque rex Alanorum metu futurorum perterritus, Attilæ ſe tradere pollicetur, & Aurelianam ciuitatem Galliæ, vbi tunc conſiſtebat, in eius iura transducere. Quod vbi Theodericus & Aetius agnouere, magnis aggeribus eandem vrbem ante aduentum Attilæ destruunt, ſuſpectumque cuſtodiunt Sangibanum, & inter ſuos auxiliares medium ſtatuunt cum propria gente. Igitur Attila rex Hunnorum tali perculſus euentu, diffidens ſuis copiis, metuens inire conflictum, intuſque fugam reuoluens ipſo funere triſtiorem, ſtatuit per haruſpices futura inquirere. Qui more ſolito nunc pecorum fibras, nunc quaſdam venas in abraſis oſſibus intuentes, Hunnis infauſta denuntiant. Hoc tamen quantulum prædixere ſolatii, quod ſummus hoſtium ductor de parte aduerſa occumberet, relictaque victoria, ſua morte triumphum fœdaret. B Cumque Attila necem Aetii, quod eius motib. obuiabat, vel cum ſua perditione duceret expetendam, tali præſagio ſollicitus, vt erat conſiliorum in rebus bellicis exquiſitor, circa nonam diei horam prœlium ſub trepidatione committit, vt ſi non ſecus cederet, nox imminens ſubueniret, converteret partes, vt diximus, in campos Catalaunicos.

Cap. XXXVIII.

Poſitio loci, quo in Catalaunicis campis prælium inter Romanos & Hunnos eſt commiſſum: & Deſcriptio vtriuſque aciei.

Erat autem poſitio loci decliui tumore, in modum collis excreſcens. Quem vterque cupiens exercitus obtinere, quia loci opportunitas non paruum beneficium conferret: dextram partem Hunni cum ſuis, ſiniſtram Romani & Veſegothæ cum auxiliariis occuparunt. Relictoque de cacuminis eius iugo certamine, dextrum cornu cum Veſegothis Theodericus tenebat, ſiniſtrum Aetius cum Romanis, collocantes in medio Sangibanum, quem ſuperius retulimus præfuiſſe Alanis, prouidentes cautione militari, vt C eum, de cuius animo minus præſumebant, fidelium turba concluderent. Facile namque adſumit pugnandi neceſſitatem, cui fugiendi imponitur difficultas. E diuerſo vero fuit Hunnorum acies ordinata, vt in medio Attila cum ſuis fortiſſimis locaretur; ſibi potius rex hac ordinatione proſpiciens, quatenus inter gentis ſuæ robur poſitus, ab imminenti periculo redderetur exceptus. Cornua vero eius multiplices populi & diuerſæ nationes quas ditioni ſuæ ſubdiderat ambiebant. Inter quos Oſtrogotharum præeminebat exercitus, Vualamire & Theodemire & Vuidemire germanis ductantibus, ipſo etiam rege, cui tunc ſeruiebant, nobilioribus; quia Amalorum generis eos potentia illuſtrabat; eratque & Gepidarum agmine innumerabili rex ille famoſiſſimus Ardaricus, qui ob nimiam ſuam fidelitatem erga Attilam eius conſiliis intererat. Nam perpendens Attila ſagacitatem ſuam, eum & Voalamirem Oſtrogotharum regem ſuper cæteros regulos diligebat. Erat namque Vualamir ſecreti tenax, blandus alloquio, doli ignarus. Ardarich fide & conſilio, vt diximus, clarus. Quibus non immerito contra parentes Veſegothas debuit D credere pugnaturis. Reliqua autem ſi dici fas eſt, turba regum, diuerſarumque nationum ductores, ac ſi ſatellites, nutibus Attilæ attendebant, & vbi oculo annuiſſet abſque aliqua murmuratione cum timore & tremore vnuſquiſque adſtabat, aut certe quod iuſſus fuerat exſequebatur. Sed ſolus Attila rex omnium regum, ſuper omnes & pro omnibus ſolicitus erat. Fit ergo de loci, quem diximus, opportunitate certamen. Attila ſuos dirigit qui cacumen montis inuaderent, ſed à Thoriſmundo & Aetio præuentus eſt, qui eluctati collis excelſa vt conſcenderent, ſuperiores effecti ſunt, venienteſque Hunnos montis beneficio facile turbauere.

Cap. XXXIX.

Attilæ oratio ad Hunnos, qua eos ad prælium aduerſus Romanos ineundum exhortatur. E

Tvnc Attila, quum videret exercitum cauſa præcedente turbatum, eum talem ex tempore credit alloquio confirmandum. Poſt victorias tantarum gentium, poſt orbem ſi conſiſtatis edomitum, ineptum iudicauerim, tanquam ignaros rei verbis acuere. Quærat hoc aut nouus ductor, aut inexpertus exercitus. Nec mihi fas eſt aliquid vulgare dicere, nec vos oportet audire. Quid autem aliud vos quam bellare conſueti? aut quid forti ſuauius, quam vindictam manu quærere? Magnum munus à natura, animum vltione ſatiare. Aggrediamur ergo hoſtem alacres, audaciores ſunt ſemper, qui inferunt bellum. Adunatas deſpicite diſſonas gentes: indicium pauoris eſt, ſocietate defendi. En ante impetum terroribus iam feruntur, excelſa quærunt, tumulos capiunt, & ſera pœnitudine in campis munitiones efflagitant. Nota nobis ſunt, quam ſint leuia Romanorum arma; primo etiam non dico vulnere, ſed ipſo puluere grauantur. F Dum inordinate coeunt, & acies teſtudinemque connectunt, vos conſligite præſtantibus animis, vt ſoletis, deſpicienteſque eorum acies, Alanos inuadite, in Veſegothas incumbite. Inde nobis eſt citam victoriam quærere, vnde ſe continet bellum. Abſciſa autem neruis mox membra relabuntur, nec poteſt ſtare corpus, cui oſſa ſubtraxeris. Conſurgant animi, furor ſolitus intumeſcat. Nunc conſilia Hunni, nunc arma depromite; aut vulneratus quis aduerſarii mortem depoſcat, aut illæſus hoſtium clade ſatietur. Victuros nulla tela conueniunt, morituros & in ocio fata præcipitant. Poſtremo cur fortuna Hunnos tot gentium victores adſereret, niſi ad certaminis huius gaudia præparaſſet? Quis denique Mæotidarum iter aperuit maioribus noſtris tot ſeculis clauſum ac ſecretum? Quis adhuc inermibus cedere faciebat armatos? Faciem Hunnorum non poterit ferre adunata collectio. Non fallor euentu, hic campus eſt quem nobis tot proſpera promiſerant. Primus in hoſtes tela coniiciam. Si quis potuerit Attila pugnante ocium ferre, ſepultus eſt. His verbis accenſi, in pugnam cuncti præcipitantur. G

Cap. XL.

Succeſſus prælii commiſſi inter Romanos & Veſegothos aduerſus Hunnos. Theoderici regis mors. Attila ſe plauſtris vallat.

Et quamuis haberent res ipſæ formidinem, præſentia tamen regis cunctationem hærentibus auferebat. Manus manibus congrediuntur, bellum atrox, multiplex, immane, pertinax, cui ſimile nulla vſquam narrat antiquitas, vbi talia geſta referuntur, vt nihil eſſet, quod in vita ſua conſpicere potuiſſet egregius, qui huius miraculi priuaretur aſpectu. Nam ſi ſenioribus credere fas eſt, riuulus memorati campi humili ripa prolabens, peremptorum vulneribus ſanguine multo prouectus, non auctus imbribus, vt ſolebat, ſed liquore concitatus inſolito, torrens factus eſt cruoris augmento. Et quos illic coegit in aridam ſitim vulnus inflictum, fluenta mixta clade traxerunt: ita conſtricti H ſorte miſera ſorbebant, potantes ſanguinem quem fudere ſauciati. Hic Theodericus rex dum adhortans diſcurreret exercitum, equo depulſus, pedibuſque ſuorum conculcatus, vitam matura ſenectute concluſit. Alii vero dicunt eum interfectum telo Andagis de parte Oſtrogotharum, qui tunc Attilanum ſequebantur regimen. Hoc fuit quod Attilæ præſagio haruſpices prius dixerant, quamquam ille de Aetio ſuſpicaretur. Tunc Veſegothæ diuidentes ſe ab Alanis, inuadunt Hunnorum cateruas, & pene Attilam trucidaſſent; niſi prius prouidus fugiſſet & ſe ſuoſq; ilico intra ſepta caſtrorũ, quæ plauſtris vallata habebat, recluſiſſet. Quamuis fragile munimentum, tamen quæſierũt ſubſidium vitæ, quibus paulo ante nullus poterat muralis agger obſiſtere. Thoriſmund autem regis Theoderici filius, qui cũ Aetio collẽ anticipans, hoſtes de ſuperiori loco proturbauerat, credens ſe ad agmina propria peruenire,

nocte

A noctè cæca ad hoſtium carpenta ignarus incurrit. Quem fortiter dimicantem quidam capite vulnerato equo deiecit, ſuorumque prouidentia liberatus, à prœliandi intentione deſiit. Aetius vero ſimiliter noctis confuſione diuiſus, quum inter hoſtes medios vagaretur, trepidus ne quid incidiſſet aduerſi Gothis, inquirens, tandemque ad ſocia caſtra perueniens, reliquum noctis ſcutorum defenſione tranſegit. Poſtera die luce orta, quum cadaueribus plenos campos aſpicerent, nec audere Hunnos erumpere, ſuam arbitrantur eſſe victoriam, ſcienteſque Attilam non niſi magna clade confuſum, bello confugiſſe: quum tamen nil ageret vel proſtratus abiectum, ſed ſtrepens armis tubis canebat incurſionemq; minabatur: velut leo venabulis preſſus, ſpeluncæ aditus obambulans, nec audet inſurgere, nec deſinit fremitibus vicina terrere, ſic bellicoſiſſimus rex victores ſuos turbabat incluſus. Conueniunt itaq; Gothi Romanique, & quid agerent de ſuperato Attila deliberant. Placet eum obſidione fatigari, qui annonæ copiam non habebat, quando ab ipſius ſagittariis intra ſepta caſtrorum locatis, crebris ictibus arceretur acceſſus.
B Fertur autem deſperatis in rebus prædictum regem adhuc & in ſupremo magnanimem, equinis ſellis conſtruxiſſe pyram, ſeſeque, ſi aduerſarii irrumperent, flammis iniicere voluiſſe; ne aut aliquis eius vulnere lætaretur, aut in poteſtate hoſtium, tantorum hoſtium gentium dominus, perueniret.

Cap. XLI.

Thoriſmund Theoderico regi patri ſuo exequias parat, & conſilio Aetii patricii, qui Hunnis funditus interemptis, male à Gothis metuebat Imperio Romano, ſe recipit & patri ſuccedit. Franci & Gepidæ mutua clade ſe atterunt. Numerus cæſorum prælio inter Rom. & Attilam.

VErum inter has obſidionum moras Veſegothæ regem, filii patrem requirunt, admirantes eius abſentiam, dum felicitas fuerit ſubſequuta. Quumque diutius exploratum, vt viris fortibus mos eſt, inter denſiſſima cadauera repeiiſſent, cantibus honoratum, inimicis ſpectantibus ab-
C ſtulerunt. Videres Gothorum globos diſſonis vocibus confragoſos, adhuc inter bella furentia funeri reddidiſſe culturam. Fundebantur lachrymæ, ſed quæ viris fortibus impendi ſolent, noſtra mors erat, ſed Hunno teſte glorioſa; vnde hoſtium putaretur inclinata fore ſuperbia, quando regis efferre cadauer cum ſuis inſignibus inſpiciebant. At Gothi Theodorico adhuc iuſta ſoluentes, armis inſonantibus regiam deferunt maieſtatem, fortiſſimuſque Thoriſmund bene glorioſus, ad manes cariſſimi patris, vt decebat filium, exequias eſt proſequutus. Quod poſtquam peractum eſt, orbitatis dolore commotus, & virtutis impetu qua valebat, dum inter reliquias Hunnorum mortem patris vindicare contendit; Aetium patricium, ac ſi ſeniorem, prudentiaque maturum, de hac parte conſuluit, quid ſibi eſſet in tempore faciendum. Ille vero metuens, ne Hunnis funditus interemptis, à Gothis Romanorum premeretur imperium, præbet hac ſuaſione conſilium, vt ad ſedes proprias remearet, regnumque quod pater reliquerat arriperet; ne germani eius, opibus ſumptis paternis, Veſegotharum regnum peruaderent, grauiterque dehinc cum ſuis, & quod peius eſt, miſerabiliter pugnaret. Quo reſponſo non ambigue, vt datum eſt, ſed pro ſua potius vtilitate ſuſ-
D ceptum, relictis Hunnis, redit ad Gallias. Sic humana fragilitas dum ſuſpicionibus occurrit, magna rerum agendarum occaſione intercipitur. In hoc enim famoſiſſimo & fortiſſimarum gentium bello ab vtrilque partibus CLXII. millia cæſa referuntur, exceptis XC. millibus Gepidarum & Francorum, qui ante congreſſionem publicam noctu ſibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus. Attila igitur diſceſſione cognita Gothorum, quod de inordinans colligi ſolet, & inimicorum magis æſtimans dolum, diutius ſe intra caſtra continuit. Sed vbi hoſtium abſentia ſunt longa ſilentia conſecuta, erigitur mens ad victoriam, gaudia præſumuntur, atque potentis regis animus
E in antiquã fata reuertitur. Thoriſmund ergo patrẽ mortuõ, in campis ſtatim Catalaunicis, vbi & pugnauerat, regia maieſtate ſubuectus, Toloſam ingreditur. Hic licet fratrum & fortium turba gauderet, ipſe tamen ſic ſua initia moderatus eſt, vt nullius reperiret de regni ſucceſſione certamen.

Cap. XLII.

Attila de Veſegotharum receſſu à Romanis certior factus ad oppreſſionem Romanorum omnibus viribus ſe confert. Aquileiam, Mediolanum, Ticinum, vaſtat. Leo Papa ad eum accedens, & pacem Italiæ certis conditionibus impetrat. Attila ad ſuas ſedes vltra Danubium remeat.

ATtila vero nacta occaſione de receſſu Veſegotharum, & quod ſæpe optauerat, cernens hoſtium ſolutionem per partes, mox iam ſecurus ad oppreſſionem Romanorum mouit procinctum, primaque aggreſſione Aquileienſem obſedit ciuitatem, quæ eſt metropolis Venetiarum, in mucrone vel lingua Adriatici poſita ſinus. Cuius ab oriente
F muros Natiſſa amnis fluens, à monte Picis elambit, ibique quum diu multoque tempore obſidens nihil penitus prævaleret, fortiſſimis intrinſecus Romanorum militibus reſiſtentibus, exercitu iam murmurante & diſcedere cupiente, Attila deambulans circa muros, dum vtrum ſolueret caſtra, an adhuc moraretur deliberat; animaduerti candidas aues, id eſt ciconias, quæ in faſtigio domorum nidificant, de ciuitate fœtus ſuos trahere, atque contra morem per rura forinſecus comportare. Et vt hoc, ſicut erat ſagaciſſimus inquiſitor, perſenſit, ad ſuos inquit, Reſpicite aues futurarum rerum prouidas perituram relinquere ciuitatem, caſuraſque arces periculo imminente deſerere. Non hoc vacuum, non hoc credatur incertum; rebus præſciis conſuetudinem mutat ventura formido. Quid plus? Animus ſuorum rurſus ad oppugnandum Aquileiam inflammatur. Qui, machinis conſtructis, omnibuſque tormentorum generibus adhibitis, nec mora, inuadunt ciuitatem, ſpoliant, diuidunt, vaſtantque crudeliter, ita vt vix eius veſtigia, vt appareant, reliquerint. Ex hinc iam audaciores, & nec-
G dum Romanorum ſanguine ſatiati, per reliquas Venetum ciuitates Hunni bacchabantur. Mediolanum quoque Liguriæ metropolim, & quondam regiam vrbem, pari tenore deuaſtant, nec non & Ticinum æquali ſorte deiiciunt, vicinaque loca ſæuientes allidunt, demoliunturq; pene totam Italiam. Quumque ad Romam animus fuiſſet eius attentus accedere, ſui eum (vt Priſcus refert hiſtoricus) remouere, non vrbi, cui inimici erant, conſulentes; ſed Alarici quondam Veſegotharum regis obiicientes exemplum, veriti regis ſui fortunam, quia ille poſt fractam Romam diu non ſuperuixerat, ſed protinus rebus exceſſit humanis. Igitur dum eius animus ancipiti negocio inter ire & non ire fluctuaret, ſecumque deliberans tardaret, placita eſt legatio à Roma aduenit. Nam Leo papa per ſe ad eum accedit in Acrouentu Mamboleio, vbi Mincius amnis commeantium frequentatione tranſitur. Qui mox depoſito exercitus furore & rediens quà venerat, id eſt, vltra Danubium, promiſſa pace diſceſſit, illud præ omnibus denuncians, atque interminando diſcernens, grauiora ſe in Italiam illaturum, niſi ad ſe Honoriam Valentiniani principis germanam, filiam Placidiæ Auguſtæ, cum portione ſibi regalium opum debita mitteret. Ferebatur enim quia hæc
H Honoria, dum propter aulæ decus ad caſtitatem teneretur nutu fratris incluſa, clandeſtino eunucho miſſo, Attilam inuitaſſet, vt contra fratris potentiam eius patrociniis vteretur: prorſus indignum facinus, vt licentiam libidinis malo publico compararet.

Cap. XLIII.

Attila in Alanos trans Ligerim conſidentes mouet. A Thoriſmundo rege Veſegothorum conſerto prælio in ſuas ſedes fugere compellitur. Thoriſmundi cædes.

REuerſus itaque Attila in ſedes ſuas, & quaſi otii pœnitens, grauiterque ferens à bello ceſſare, ad orientis

prin-

A principem Marcianum legatos dirigit, prouinciarum teſtans vaſtationem, quod ſibi promiſſa à Theodoſio quondam Imperatore minime perſolueret, & inhumanior ſolito ſuis hoſtibus appareret. Hæc tamen agens, vt erat verſutus & callidus, alibi minatus, alibi arma ſua commouit, & quod reſtabat indignationi, faciem in Veſegothos retorſit. Sed non eum, quem de Romanis, reportauit euentum. Nã per diſſimiles anterioribus vias recurrens, Alanorum partem trans flumen Ligeris conſidentem ſtatuit ſuæ redigere ditioni, quatenus mutata per ipſos belli facie, terribilior emineret. Igitur ab Dacia & Pannonia prouinciis, in quibus tunc Hunni cum diuerſis ſubditis nationibus inſidebant, egrediens Attila, in Alanos mouit procinctum. Sed Thoriſmund rex Veſegothorum fraudem Attilæ non impari ſubtilitate perſentiens, ad Alanos tota ſubtilitate prius aduenit, ibique ſuperuenientis iam Attilæ motibus præparatus occurrit, conſertoq; prælio, pene ſimili eum tenore vt prius in campis Catalaunicis, à ſpe remouit victoriæ, fugatumque à partibus ſuis ſine triumpho remittens in ſedes proprias fugere compulit. Sic Attila famoſus, & multarum victoriarum dominus, dum quærit famam perditoris abii- B cere, & quod prius à Veſegothis pertulerat abolere: geminatam ſuſtinuit, ingloriuſque receſſit: Thoriſmund vero repulſis ab Alanis Hunnorum cateruis, ſine aliqua ſuorum læſione Toloſam migrauit, ſuorumque quieta pace compoſita, tertio anno regni ſui ægrotans, dum ſanguinem tollit de vena, ab Aſcalcuio cliente inimicos nunciante, armis ſubtractis, peremptus eſt. Vna tamen manu, quam liberam habebat, ſcabellum tenens, ſanguinis ſui extitit vltor, aliquantos inſidiantes ſibi extinguens.

Cap. XLIV.

Theodericus Thoriſmundi frater rex Veſegotharum Riciarium Sueuorum regem qui Hiſpaniam inuaſerat bello ſuperat. Achiulphum clientem Sueuis præficit, is tyrannidem affectans capite plectitur. Sueui permiſſu Theoderici Remiſmundum ſibi regem eligunt Theoderici regis mors.

C POſt cuius deceſſum, Theodericus germanus eius Veſegotharum in regno ſuccedens, mox Riciarium Sueuorum regem cognatum ſuum reperit inimicum. Hic item Riciarius affinitatem Theoderici præſumens, vniuerſam pene Hiſpaniam ſibi credidit occupandam, iudicans, opportunum tempus ſurreptionis incompoſita initia tentare regnantis. Quibus ante Gallicia & Luſitania ſedes fuere, quæ in dextro latere Hiſpaniæ per ripam Oceani porriguntur, habentes ab oriente Auſtrogoniam, ab occidente in promontorio ſacrum Scipionis Romani ducis monumentum, à ſeptentrione Oceanum, à meridie Luſitaniam, & fluuium Tagum, qui arenis ſuis permiſcens auri metalla, trahit cum limi vilitate diuitias. Exinde ergo exiens Riciarius rex Sueuorum nititur totam Hiſpaniam occupare. Cui Theodericus cognatus ſuus, vt erat moderatus, legatos mittens, pacifice dixit, vt non ſolum recederet à finibus alienis? verumetiam nec tentare præſumeret, odium ſibi tali ambitione acquirens. Ille vero animo prætumido ait? Si hic murmuras, & me venire cauſaris: Toloſam, vbi tu D ſedes, veniam; ibi ſi vales, reſiſte. His auditis, ægre tulit Theodericus, compacatuſque cum cæteris gentibus, arma mouit in Sueuos, Burgundionum quoque Gundiacum, & Hilpericum reges auxiliares habens, ſibique deuotos. Ventum eſt ad certamen iuxta flumen Vthium, quod inter Auſturicam Hiberiamq; prætermeat; conſertoque prælio, Theodericus cum Veſegothis, qui ex iuſta parte pugnabat, victor efficitur, Sueuorum gentes pene cunctas vſque ad internecionem proſternens. Quorum rex Riciarius relicta infeſta victoria, hoſtem fugiens, in nauim conſcendit, aduerſaq; procella Tyrrheni oſtii repercuſſus, Veſegotharum eſt manibus redditus, miſerabilem non differens mortem, cum elementa mutauerit. Theodericus vero victor exiſtens, ſubactis pepercit, nec vltra congreſſionem ſæuire permiſit, præponens Sueuis, quos ſubiecerat, clientem Achiulfum, Qui in breui animum ad præuaricationem ex

E Sueuorum ſuaſionib. commutans, neglexit imperata complere, potius tyrannica elatione ſuperbiens, credenſque ſe ea virtute prouinciam obtinere, qua dudum cum domino ſuo eam ſubieciſſet. Is ſiquidem erat Vuarnorum ſtirpe genitus, longe à Gothici ſanguinis nobilitate ſeiunctus: idcirco nec libertati ſtudens, nec patrono fidem ſeruans. Quo comperto, Theodericus mox contra eum qui eum de regno peruaſo deiicerent, deſtinauit. Qui venientes, ſine mora in primo eum certamine ſuperantes, congruam factorũ eius ab eo exegerunt vltionem. Captus namque, & ſuorum ſolatio deſtitutus, capite plectitur; ſenſitq; tandem iratum, qui propitium dominum crediderat contemnendum. Tũc Sueui rectoris ſui interitum contuentes, locorum ſacerdotes ad Theodericũ ſupplices direxerunt. Quos ille pontificali reuerentia ſuſcipiens, non ſolum impunitatem Sueuorum indulſit; ſed & vt ſibi de ſuo genere principem conſtituerent, flexus pietate conceſſit. Quod & factum eſt, & Remiſmundum ſibi Sueui regulum ordinauerunt. His peractis, paceque cunctis munitis, tertiodecimo regni ſui anno Theodericus occubuit.

Cap. XLV.

Euricus Veſegotharum rex Theoderico ſuccedit, Romanis Impera- F toribus aliis ſuper alios caſis Gizericus VVandalorum rex Italiam inuadit, Romam vaſtat. Euricus Gallos inuadit, Britones Romanorum auxiliarios profligat, Aruernam Galliæ ciuitatem occupat.

CVi frater Euricus percupida feſtinatione ſuccedens, ſæua ſuſpicione pulſatus eſt. Nam dum hęc circa Veſegotharum gentem & alia nonnulla geruntur, Valentinianus imperator dolo Maximi occiſſus eſt, & ipſe Maximus tyrannico more regnum inuaſit. Quod audiens Gizericus rex Vuandalorum, ab Africa armata claſſe in Italiam venit, Romamque ingreſſus, cuncta deuaſtat. Maximus vero fugiens, à quodam Viſo milite Romano interemptus eſt poſt quem, iuſſu Marciani imperatoris orientalis, Maioranus occidentale ſuſcepit imperium gubernandum. Sed & ipſe non diu regnans, dum contra Alanos, qui Gallias infeſtabant, mouiſſet procinctum, Dertonæ iuxta fluuium Ira cognomento occiditur. Cuius locum Seuerus inuaſit, qui tertio anno imperii ſui Romæ obiit. Quod cernens G Leo imperator, qui in orientali regno Marciano ſucceſſerat, Anthemium patricium ſuum ordinans, Romæ principem ordinauit. Qui veniens ilico Ricimerem generum ſuum contra Alanos direxit, virum egregium, & pene tunc in Italia ad exercitum ſingularem. Qui multitudinem Alanorum, & regem eorum Beurgum in primo ſtatim certamine ſuperatos, internecioni proſtrauit. Euricus ergo Veſegotharum rex crebram mutationem Romanorum principum cernens, Gallias ſuo iure niſus eſt occupare. Quod comperiens Anthemius Imperator, protinus ſolatia Britonum poſtulauit. Quorum rex Riothimus cum XII millibus veniens, in Biturigas ciuitatem Oceano è nauibus egreſſus, ſuſceptus eſt. Ad quos rex Veſegotharum Euricus innumerum ductans exercitum aduenit, diuque pugnans, Riothimum Britonum regem, antequam Romani in eius ſocietate coniungerentur, ſuperauit. Qui ampla parte exercitus amiſſa, cum quibus potuit fugiens, ad Burgundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore fœde- H ratam, aduenit. Euricus vero rex Veſegotharum Aruernam Galliæ ciuitatem occupauit, Anthemio principe iam defuncto; qui cum Ricimere genero ſuo inteſtino bello ſæuiens, Romaniam triuiſſet, ipſeq; à genero peremptus, regnũ reliquit Olibrio. Quo tempore in Conſtantinopoli Aſpar primus patriciorum, & Gothorum genere clarus, cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Cæſare, generoque Leonis principis appellato, ſpadonum enſibus in palatio vulneratus interiit. Et nec dum Olibrio VIII. menſe in regnum ingreſſo obeunte, Glycerius apud Rauennam plus præſumptione quam electione Cæſar effectus eſt. Quem anno vix expleto, Nepos Marcellini quondam patricii ſororis filius, à regno deiiciens, in portu Romano Epiſcopum ordinauit. Tantas varietatis mutationeſq; Euricus cernens, vt diximus ſuperius, Aruer-

A nam occupat ciuitatem, vbi tunc Romanorum dux præerat Decius nobiliſſimus ſenator, & dudum Auiti Imperatoris, qui ad paucos dies regnum inuaſerat, filius. Nam hic ante Olibrium paucos dies tenens imperium, vltro receſſit Placentiam, ibique Epiſcopus eſt ordinatus. Huius ergo filius Decius diu certans cum Veſegothis, nec valens anteſtare, relicta patria maximeque vrbe Amernate hoſti, ad tutiora ſe loca collegit. Quod audiens Nepos Imperator, præcepit Decio, relictis Gallis ad ſe venire, in locum eius Oreſte magiſtro militum ordinato. qui Oreſtes ſuſcepto exercitu, & contra hoſtes egrediens, à Roma Rauennam peruenit, ibique remoratus, Auguſtulum filium ſuum Imperatorem efficit. Quo comperto, Nepos fugit in Dalmatias, ibique defecit priuatus regno, vbi iam Glycerius dudum imperator Epiſcopatum Salonitanum habebat; Auguſtulo à patre Oreſte in Rauenna imperatore ordinato.

Cap. XLVI.

B

Odoacer Tntcilingorum rex Italiam inuadit & ſubiugat.

NOn multum poſt Odoacer Tntcilingorum rex, habens ſecum Scyros, Herulos, diuerſarumq; gentium auxiliarios, Italiam occupauit, & Oreſte interfecto, Auguſtulum filium eius de regno pulſum, in Lucullano Campaniæ caſtello exilii pœna damnauit. Sic quoque Heſperium Romanæ gentis imperium, quod ſeptingenteſimo nono vrbis conditæ anno primus Auguſtorum Octauianus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo periit, anno deceſſorum prædeceſſorumque regni quingenteſimo vigeſimo ſecundo, Gothorum dehinc regibus Romam Italiamque tenentibus. Interea Odoacer rex gentium omni Italia ſubiugata, vt terrorem ſuum Romanis indicaret, mox initio regni ſui Brachilam comitem apud Rauennam occidit, regnoque ſuo confortato, pene per quatuordecim annos vſque ad Theoderici præſentiam, de quo in ſubſequentibus dicturi ſumus, obtinuit. Interim tamen ad eum ordinem, vnde digreſſi ſumus, redeamus.

C

Cap. XLVII.

Euricus Veſegotharum rex Arelatum Maſſiliam, & Burgundiones ſubigit. Moritur Alaricus Eurici filius, nonus Veſegotharum rex.

EVricus rex Veſegotharum Romani regni vacillationem cernens, Arelatum & Maſſiliam propriæ ſubdidit ditioni. Gezericus etenim Vuandalorum rex ſuis eum muneribus ad iſta committenda illexit, quatenus ipſe Leonis vel Zenonis inſidias, quas contra eum direxerant, præcaueret; egitque vt orientale imperium Oſtrogothæ, Heſperium Veſegothæ vaſtarent, vt in vtraque Repub. hoſtibus decertantibus, ipſe in Africa quietus regnaret. Quod Euricus grato ſuſcipiens animo, totas Hiſpanias Galliaſque ſibi iam iure proprio tenens, ſimul quoque & Burgundiones ſubegit, Arelatoque degens, decimonono anno regni ſui vita priuatus eſt. Huic ſucceſſit proprius filius Alaricus,

D qui nonus in numero ab illo Alarico magno regnum adeptus eſt Veſegotharũ. Nam pari tenore vt de Auguſtulo ſuperius diximus, & in Alaricis prouenitſſe cognoſcitur, in eis ſæpe regna deficiunt, à quorũ nominib. inchoant. Quo interim nos prætermiſſo, ſicut promiſimus, omnem Gothorum texamus originem. Et quia dum vtræque gentes tam Oſtrogothæ, quam etiam Veſegothæ in vno eſſent, vt valui, maiorum ſequens dicta reuolui, diuiſoſque Veſegothas ab Oſtrogothis ad liquidum ſum proſequutus: neceſſe nobis eſt, iterum ad antiquas eorum Scythicas ſedes redire, & Oſtrogotharum genealogiam actuſque pari tenore exponere.

Cap. XLVIII.

B

Oſtrogotharum regum ab Ermanarici regis deceſſione genealogia, vſque ad Vualamirum Thoriſmundi filium, & Attilæ mortem.

OSTrogotæ Ermanarici regis ſui deceſſione à Veſegothis diuiſi, Hunnorum ſubditi ditioni, in eadem patria remorati ſunt. Vuinithario tamen Amalo principatus ſui inſignia retinente. Qui aui Athaulfi virtutem imitatus, quamuis Ermanarici felicitate inferior, tamen moleſte ferens Hunnorum imperio ſubiacere, paululum ſe ſubtrahebat ab illis, ſuamque dum nititur oſtentare virtutem, in Antarum fines mouit procinctum, eoſq; dum aggreditur, prima congreſſione ſuperatur: deinde fortiter egit, regemque eorum Box nomine cum filiis ſuis & LXX primatib. in exemplo terroris cruci adfixit, vt dedititius metum cadauera pendentium geminarent. Sed cum tali libertate vix anni ſpatio imperaſſet, non eſt paſſus Balamber rex Hunnorum, ſed aſcito ad ſe Sigiſmundo Hunnimundi magni filio, qui iuramenti ſui & fidei memor cum ampla parte

F Gothorum Hunnorum imperio ſubiacebat, renouatoque cum eo fœdere, ſuper Vuinitharium duxit exercitum: diuque certantibus, primo & ſecundo certamine Vuinitharius vincit. Nec valet aliquis commemorare quantam ſtragem de Hunnorum Vuinitharius fecit exercitu. Tertio vero prœlio ſubreptionis auxilio ad flumium nomine Erac, dum vterq; ad ſe veniſſent, Balamber ſagitta miſſa caput Vuinitharii ſaucians, interemit, neptemque eius Vualadamarcam ſibi in coniugio copulans, iam omnem in pace Gothorum populum ſubactum poſſedit: ita tamen, vt genti Gothorum ſemper vnus proprius regulus (quamuis Hunnorum conſilio) imperaret. Et mox defuncto Vuinithario, rexit eos Hunnimundus filius quondam regis potentiſſimi Ermanarici, acer in bello, totiuſque corporis pulchritudine pollens: qui poſt hæc contra Sueuorum gentem feliciter dimicauit. Eoque defuncto, ſucceſſit Thoriſmund filius eius flore iuuentutis ornatus, qui ſerundo principatus ſui anno contra Gepidas mouit exercitum,

G magnaque de illis potitus victoria, caſu equi dicitur interemptus. Quo defuncto, ſic eum luxere Oſtrogothæ; vt XL per annos in eius loco rex alius non ſuccederet, quatenus & illius memoriam ſemper haberent in ore, & tempus accederet quo Vualamir habitum repararet virilem, qui erat ex conſobrino eius genitus Vuandalario; quia filius eius, vt ſuperius diximus, Beriſmund, iam contempta Oſtrogotharum gente propter Hunnorum dominium, ad partes Heſperias Veſegotharum fuiſſet gentem ſequutus, de quo & ortus eſt Vedericus. Vederico quoque filius natus eſt Eutharicus, qui iunctus Amalaſuentæ filiæ Theoderici, item Amalorum ſtirpem iam diuiſam coniunxit, & genuit Athalaricum & Matheſuentam. Sed quia Athalaricus in annis puerilibus defunctus eſt, Matheſuenta Conſtantinopolim inlata, de ſecundo viro, id eſt Germano fratruele Iuſtiniani Imperatoris genuit poſthumum filium, quem nominauit Germanum. Sed nobis, vt ordo quem cupimus decurrat, ad Vuandalarii ſobolem, quæ trino flore pullulabat, redeundum eſt. Hic etenim Vuandalarius fratruelis Ermanarici, & ſupraſcripti Thoriſmundi conſobrinus, tribus editis liberis, in gente Amala gloriatus eſt, id eſt

H Vualamir, Theodemir, Vuidemir. Ex quibus per ſucceſſionem parentum Vualamir in regnum conſcendit, adhuc Hunnis eos inter alias gentes generaliter obtinentibus. Eratque tunc in tribus his germanis contemplatio grata, quando mirabilis Theodemir pro fratris Vualamir militabat imperio. Vualamir vero pro altero iubet ornando, Vuidemir ſeruire pro fratribus æſtimabat. Sic eis mutua affectione ſe tuentibus, nulli penitus deerat regnum, quod vtrique in ſua pace tenebant. Ita tamen, vt ſæpe dictum eſt, imperabant, vt ipſi Attilæ Hunnorum regis imperio deſeruirent. Quibus nec contra parentes Veſegothas licuiſſet recuſare certamen; ſed neceſſitas domini etiam ſi parricidium iubet implendum eſt. Nec aliter ab Hunnorum dominio diuelli potuit gens aliqua Scythica, niſi optata cunctis nationibus in commune, & Romanis mors Attilæ proueneret, quæ tam vilis fuit, vt vita mirabilis.

A

Cap. XLIX.

De Attila Hunnorum regis morte ex nimia ebrietate; & de magnificis exequiis ei præſtitis.

ATtila vt Priſcus hiſtoricus refert, extinctionis ſuę tēpore puellam Ildico nomine, decoram valde, ſibi in matrimonium poſt innumerabiles vxores, vt mos erat gentis illius, ſocians: eiuſque in nuptiis magna hilaritate reſolutus, vino ſomnoque grauatus, reſupinus iacebat, redundanſque ſanguis qui ei ſolite de naribus effluebat, dum conſuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapſus eum extinxit. Ita glorioſo per bella regi temulentia pudendum exitum dedit. Sequenti vero luce, quum magna pars diei fuiſſet exempta, miniſtri regii triſte aliquid ſuſpicantes, poſt clamores maximos fores effringunt, inueniuntq; Attilæ ſine vulnere necem ſanguinis effuſione peractam, puellamque demiſſo vultu ſub velamine lachrymantem. Tunc, vt illius gentis mos eſt, crinium parte

B

truncata, informes facies cauis turpauere vulneribus, vt præliator eximius non fœmineis lamentationibus & lachrymis, ſed ſanguine lugeretur virili. De quo id acceſſit mirabile, vt Martiano principi orientis de tam feroci hoſte ſollicito in ſomnis diuinitas adſiſtens, arcum Attilæ in eadem nocte fractum oſtenderet, quaſi quod gens ipſa eo telo multa præſumat. Hoc Priſcus hiſtoricus vera ſe dicit adteſtatione probare. Nam in tantum magnis imperiis Attila terribilis habitus eſt, vt eius mortem in locum muneris ſuperna regnantibus indicarent. Cuius manes quibus modis à ſua gente honorati ſunt pauca de multis dicere non omittamus. In mediis ſiquidem campis, & intra tentoria ſerica cadauere collocato, ſpectaculum admirandum & ſolemniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorum electiſſimi equites in eo loco quo erat poſitus, in modum Circenſium curſibus ambientes, facta eius cantu funereo tali ordine referebant. Præcipuus Hunnorum rex Attila, patre genitus Mundzucco, fortiſſimarum gentium dominus, qui inaudita ante ſe potentia ſolus Scythica & Germanica regna poſſedit, necnon vtraque Romanæ vrbis imperia captis ciuitatibus terruit, & ne prȩda reliqua ſubderent,

C

placatus precibus, annuum vectigal accepit. Quumq; hæc omnia prouentu felicitatis egerit, non vulnere hoſtium, non fraude ſuorum, ſed gente incolumi inter gaudia lætus, ſine ſenſu doloris occubuit. Quis ergo hunc dicat exitum, quem nullus æſtimat vindicandum? Poſtquam talibus lamentis eſt defletus, ſtrauam ſuper tumulum eius, quam appellant ipſi, ingenti comeſſatione concelebrant, & contraria inuicem ſibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuque ſecreto cadauer eſt terra reconditum. Cuius fercula primum auro, ſecundo argento, tertio ferri rigore communiunt, ſignificantes tali argumēto potentiſſimo regi omnia conuenisse: ferrum quo gentes edomuit; aurum & argentum, quod ornatum reipublicæ vtriuſque acceperit. addunt arma hoſtium cædibus acquiſita, phaleras vario gemmarū̃ fulgore precioſas, & diuerſi generis inſignia, quibus colitur aulicum decus. Et vt tot & tantis diuitiis humana curioſitas arceretur, operi deputatos deteſtabili mercede trucidarunt, ęmerſitq; momentanea mors ſepelientibus cum ſepulto.

D

Cap. L.

Attila mortuo contentio inter innumeros eius filios de ſucceſſione orta. Ardaricus Gepidarum rex Ellac Attilæ filium in prælio interficit, reliquos filios ad Ponticum vſque mare fugat. Marcianus Imp. variis Gothis & Gepidis diuerſas ſedes concedit.

TAlibus peractis, vt ſolent animi iuuenum ambitu potentiæ concitari, inter ſucceſſores Attilæ de regno orta contentio eſt & dum inconſulte imperare cupiunt cuncti, omnes ſimul imperium perdidere. Sic frequenter regna grauat plus copia quam inopia ſucceſſorum. Nam filii Attilæ, quorum per licentiam libidinis pene populus fuit, gētes ſibi diuidi æqua ſorte poſcebant, vt ad inſtar familiæ

E

bellicoſi regis cum populis mitterentur in ſortem. Quod dum Gepidarum rex comperit Ardaricus, de tot gentibus indignatus, velut viliſſimorum mancipiorum conditione tractari, contra filios Attilæ primus inſurgit, illatumq; ſeruiendi pudorem ſequuta felicitate detersit: nec ſolum ſuā gentem, ſed & cæteras, quæ pariter premebantur, ſua diſceſſione abſoluit: quia facile omnes appetunt quæ pro cūctorum vtilitate tentantur. In mutuum igitur armantur exitium, bellumq; committitur in Pannonia, iuxta flumen cui nomen eſt Netad. Illic cōcurſus factus eſt gentium variarum, quas Attila in ſua tenuerat ditione. Diuiduntur regna cum populis, fiuntque ex vno corpore membra diuerſa, nec quæ vnius paſſioni compaterentur, ſed quæ exciſo capite inuicem inſanirent, quæ nunquam contra ſe pares inuenerant, niſi ipſi mutuis ſe vulnerib. ſauciantes, ſeipſas diſcerperent fortiſſimæ nationes. Nam ibi admirandum reor fuiſſe ſpectaculum, vbi cernere erat cunctis, pugnantem Gothum enſe furentem, Gepidam in vulnere ſuorum cuncta tela frangentem, Sueuum pede, Hunnum ſagitta præſumere. Alanum graui, Herulum leui armatura aciem

F

inſtruere. Poſt multos ergo grauesq; conflictus fauit Gepidis inopinata victoria. Nam triginta fere millia tam Hunnorum, quam aliarum gentium, quæ Hunnis ferebant auxilium, Ardarici gladius conſpiratorumq; peremit. In quo prælio filius Attilæ maior natu, nomine Ellac, occiditur: quem tantum pater ſuper cæteros amaſſe perhibebatur, vt eum cunctis diuerſiſque filiis ſuis in regno prȩferret: ſed nō fuit voto patris fortuna conſentiens. Nam poſt multas hoſtium cædes ſic viriliter eum conſtat peremptum, vt tam glorioſum ſuperſtes pater optaſſet interitum. Reliqui vero germani eius eo occiſo fugantur iuxta littus Pontici maris, vbi prius Gothos ſediſſe deſcripſimus. Ceſſere itaque Hunni, quibus cedere putabatur vniuerſitas. Adeo diſſidium pernicioſa res eſt, vt diuiſi corruerint, qui adunati viribus territabant. Hæc cauſa Ardarici regis Gepidarum felix adfuit diuerſis nationibus, qui Hunnorum regimini inuiti famulabantur, eorumque diu mœſtiſſimos animos ad hilaritatem libertatis votiuam erexit; venienteſq; multi per legatos ſuos ad ſolum Romanorum, & à principe tunc Marciano gratiſſime ſuſcepti, diſtributas ſedes, quas inco-

G

lerent, accepere. Nam Gepidæ Hunnorum ſibi ſedes viribus vendicantes, totius Daciæ fines velut victores potiti, nihil aliud à Romano imperio, niſi pacem & annua ſolennia, vt ſtrenui viri, amica pactione poſtulauere. Quod & libens tunc annuit Imperator, & vſque nunc conſuetum donum eſt. Nam gens ipſa à Romano ſuſcipit principe. Gothi vero cernentes Gepidas Hunnorum ſedes ſibi defendere, Hunnorumque populum ſuas antiquas ſedes occupare; maluerunt à Romano regno terras petere, quam cum diſcrimine ſuo inuadere alienas, accipientes Pannoniam, quæ in longa porrecta planicie habet ab oriēte Mœſiam ſuperiorem, à meridie Dalmatiam, ab occaſu Noricum, à ſeptentrione Danubium. Ornata patria ciuitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vindomina. Sauromatæ vero, quos Sarmatas diximus, & Cemandri. & quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad caſtrum Martenam ſedes ſibi datas coluere. Ex quo genere fuit Bliuilas dux Pentapolitanus, eiuſq; germanus Froilas, & noſtri temporis Beſſa patricius. Sciri vero, & Satagarii, & cæteri Alanorum cum duce ſuo nomine Candax Scythiam minorem,

H

inferioremq; Mœſiam accepere. Cuius Candacis Alanouiiamuthis patris mei genitor Peria, id eſt, meus auus, notarius quouſq; Candax ipſe viueret fuit; eiuſq; germanæ filius Gunthigis, qui & Baza dicebatur, magiſter militum, filius Andagis, filii Andalæ, de proſapia Amalorum deſcendens. Ego item (quamuis agrammatus) Iornandes, ante conuerſionem meam notarius fui. Rugi vero, aliæque nationes nonnullæ Biozimetas, Scandiopolim, vt incolerent, petiuere. Hernac quoque iunior Attilæ filius cum ſuis in extremo minoris Scythiæ ſedes delegit. Emnedzar & Vzindur conſanguinei eius in Dacia Ripenſi. Vto & Iſcalmus, qui ea potiti ſunt, multique Hunnorum paſſim proruentes tunc ſe in Romaniam dederunt. E quibus nunc vſque Sacromontiſii & Foſatiſii dicuntur.

A
CAP. LI.

De Gothorum qui Minores dicuntur ſedibus, & de Vulfila ipſorum pontifice, qui eos literas inſtituit.

ERant ſiquidem & alii Gothi, qui dicuntur Minores, populus immenſus, cum ſuo pontifice, ipſoque primate Vulfila, qui eis dicitur & literas inſtituiſſe, hodieque ſunt in Mœſia regione incolentes Eucopolitanam. Ad pedes eorum montis gens multa ſedit pauper & imbellis, nihil abundans, niſi armento diuerſi generis pecorum, & paſcuis, ſiluaque lignorum, parum habens tritici, cæterarum ſpecierum eſt terra fœcunda. Vineas vero nec ſi ſunt alibi, certi eorum cognoſcunt, ex vicinis locis ſibi vinum negociantes. nam lacte aluntur.

CAP. LII.

B
De Oſtrogotharum variis poſt Attilæ mortem ſedibus, in Pannonia. vtque Attilæ filios irruentes propulſarunt in Scythiam. Deque Oſtrogotharum cum Romanis amicitia, obſide pacis Conſtantinopolim miſſo Theoderico Theodemiri filio.

PLerique ergo, vt ad gentem vnde agitur reuertamur, id eſt Oſtrogotharum, qui in Pannonia ſub rege Vualemir eiuſque germanis Theodemir & Vuidemir morabantur, quamuis diuiſa loca, conſilia tamen habuere vnita. Nam Vualemir inter Scarniungam & Aquam nigram fluuios, Theodemir iuxta lacum Pelſodis, Vuidemir inter vtroſque manebat. Contigit ergo, vt Attilæ filii contra Gothos, quaſi deſertores dominationis ſuæ, velut fugacia mancipia requirentes venirent; ignariſque aliis fratribus ſuper Vualemir ſolum irruerent. Quos tamen ille, quamuis cum paucis, excepit, diuque fatigatos ita proſtrauit, vt vix pars aliqua hoſtium remaneret, quæ in fugam verſa, eas partes Scythiæ peteret quas Danubii amnis fluenta prætermeant, quæ lingua ſua Hunniuar appellant. Eoque tempore quum ad fratrem Theodemirem gaudii nuncium direxiſſet, eo mox die nuncius veniens felicius in domo
C Theodemiris repperit gaudium. Ipſo ſiquidem die Theodericus eius filius quamuis de Erelieua concubina, bonæ tamen ſpei puerulus natus erat. Poſt tempus ergo non multum rex Vualemir, eiuſque germani Theodemir & Vuidemir, conſueta dum tarderent dona à principe Marciano, quæ ad inſtar ſtrenuæ gentis acceperant, vt pacis fœdera cuſtodirent, miſſa legatione ad imperatorem, vident Theodericum Triarii filium, & hunc genere Gothico, alia tamen ſtirpe, non Amala procreatum, omnino florentem cum ſuis, Romanorum amicitiis iunctum, & annua ſolennia conſequentem, & ſe tantum deſpici. Illico furore commoti arma arripiunt, & Illyricum pene totum diſcurrentes in prædam deuaſtant. Sed ſtatim imperator animo mutato ad priſtinam recurrit amicitiam, miſſaque legatione, tam præterita cum inſtantib. munera tribuit, quam etiam de futuro ſine aliqua controuerſia tribuere compromittit. paciſque obſidem ab eis, quem ſupra retulimus, Theodericum infantulum Theodemiris accepit. Qui iam annorum ſeptem incrementa conſcendens, octauum intrauerat annum. Quem dum pater cunctatus daret, patruus Vualemir extitit ſupplicator, tantum vt pax firma inter Romanos Gothoſque maneret. Datus igitur Theodericus obſes à Go-
D this, ducitur ad vrbem Conſtantinopolitanam. Leoni principi, & quia puerulus elegans erat, meruit gratiam imperialem habere.

CAP. LIII.

Oſtrogothæ poſt Attilæ mortem in Satagas mouent. Hunnos, duce Dinzione Attilæ filio, obſiſtentes propulſant. Varia Oſtrogotharum cum Sueuis & Sciris prælia. Vualemiris mors. Sciri ad internecionem deleti.

POſtquam ergo firma pax Gothorum cum Romanis effecta eſt, videntes Gothi non ſibi ſufficere ea quæ ab imperatore acciperent ſolatia, ſimulque cupientes oſtentare virtutem, cœperunt vicinas gentes circumcirca prædari.
E primo contra Satagas, qui interiorem Pannoniam poſſidebant, arma mouentes. Quod vbi rex Hunnorum Dinzio, filius Attilæ, cognouiſſet, collectis ſecum qui adhuc videbantur quamuis pauci, eius tamen ſub imperio remanſiſſe, Vltzinzures, Angiſciros, Bittugores, Bardores, veniens ad Baſſianam Pannoniæ ciuitatem, eamque circumuallans, fines eius cœpit prædari. Quo comperto Gothi, vbi erant, expeditionemque ſoluentes quam contra Satagas collegerant, in Hunnos conuertunt, & ſic eos ſuis à finibus inglorios pepulerunt, vt iam ex illo tempore, qui remanſerant Hunni, & vſque hactenus, Gothorum arma formident. Quieſcente vero tandem Hunnorum gente à Gothis, Hunimundus Sueuorum dux dum ad prædandas Dalmatias tranſit, armenta Gothorum in campis errantia deprædauit, quia Dalmatiis Sueuia vicina erat, nec à Pannoniis multum diſtabat, præſertim vbi tunc Gothi reſidebant. Quid plura? cum ergo Hunimundo cum Sueuis vaſtatis Dalmatiis ad ſua reuertente, Theodemir germanus Vualemiris regis Go-
F thorum, non tantum iacturam armentorum dolens, quantum metuens ne Sueui ſi impune hoc lucrarentur ad maiorem licentiam proſilirent; ſic vigilauit in eorum tranſitu, vt intempeſta nocte dormientes inuaderet ad lacum Pelſodis, conſertoque inopinato prælio, ita eos oppreſſit, vt etiam ipſo rege Hunimundo capto, omnem exercitum eius, qui gladium euaſiſſent, Gothorum ſubderet ſeruituti. Et dum multum eſſet amator miſericordiæ, facta vltione, veniam condonauit, reconciliatuſque cum Sueuis, eundem quem ceperat adoptans ſibi filium, remiſit cum ſuis in Sueuiam. Sed ille immemor paternæ gratiæ, poſt aliquod tempus conceptum dolum parturiens, Scirorum gentem incitauit, qui tunc ſupra Danubium conſidebant, & cum Gothis pacifice morabantur, quatenus ſciſſi ab eorum fœdere, ſecumque iuncti, in arma proſilirent, gentemque Gothorum inuaderent. Tunc Gothis nihil mali ſperantibus, præſertim de vtriſque amicis vicinis confiſis, bellum inſurgit ex improuiſo, coactique neceſſitate ad arma confugiunt, ſolitoque certamine arrepto, ſe ſuamque iniuriam vlciſcuntur. In eo ſiquidem prælio rex eorum Vualemir dum e-
G quo inſidens ad cohortandos ſuos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit, ſeſſoremque ſuum deiecit; qui mox inimicorum lanceis cōfoſſus, interemptus eſt. Gothi vero tam regis ſui mortem, quam ſuam iniuriam à rebellionibus exigentes, ita ſunt præliati, vt pene de gente Scirorum, niſi qui nomen ipſum ferrent, & hi cum dedecore non remanſiſſent, ſic omnes extinxerunt.

CAP. LIV.

Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus cum Sarmatis & Sciris, Gepidis & Rugis in Oſtrogothas mouentes, maxima clade afficiuntur.

QVorum exitium Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus veriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga & Babai regibus ſuis auxiliarii eorum deuenerant, ipſaſque Scirorum reliquias quaſi ad vltionem ſuam acrius pugnaturas acceſſentes, cum Edica & Vulfo eorum primatibus habuerunt ſimul ſecum tam Gepidas, quam ex gente Rugorum non parua ſolatia, cæteriſque hinc inde collectis, ingentem multitudinem aggregantes, ad amnem Bolliam in Pannoniis caſtrametati ſunt. Gothi tunc Vualemire defuncto, ad fratrem eius Theodemir confugerunt. Qui quamuis dudum cum fratribus regnans, tamen auctioris poteſtatis inſignia
H ſumens, Vuidemire fratre iuniore accito, & cum ipſo curas belli partitus, coactus ad arma proſilivit, conſertoque prælio, ſuperior pars inuenitur Gothorum, adeo vt campus inimicorum corruentium cruore madefactus, vt rubrum pelagus appareret, armaque & cadauera in modum collium cumulata, campum plus quam decem millibus oppleuerunt. Quod Gothi cernentes, ineffabili exultatione lætantur, eo quod regis ſui Vualemiris ſanguinem & ſuam iniuriam cum maxima inimicorum ſtrage vlciſcerentur. De innumeranda vero variaque multitudine hoſtium qui valuerunt euadere, effugati vix ad ſua inglorii peruenerunt.

A

CAP. LV.

Theodemirus rex in Suauos irruit, eosque vastat & pene subigit. Theodericus Theodemiri filius pene adhuc puer inscio patre Babai Sarmatarum regem adortus, interimit. Singedonum ciuitatem capit.

POst certum vero tempus instanti hiemali frigore, amneque Danubii solite congelato: (nam istiuſmodi fluuius ita rigeſcit, vt in ſilicis modum vehat exercitum pedeſtrem, plauſtraque & tragulas, vel quicquid vehiculi fuerit nec cymbarum indigeat lintre) ſic ergo eum gelatum Theodemir Gothorum rex cernens, pedeſtrem ducit exercitum; emenſoque Danubio, Suauis improuiſus à tergo apparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriente Baiobaros habet; ab occidente Francos, à meridie Burgundiones, à ſeptentrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam aderant, ipſiſque alpes erectas omnino regentes: vnde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum ſono vergentia. Hic ergo taliter munito loco, Theodemir rex hiemis tempore Gothorum ductauit exercitum, & tam Sueuorum gentem quam etiam Alemannorum vtraſque ad inuicem fœderatas deuicit, vaſtauit, & pene ſubegit. Inde quoque victor ad proprias ſedes id eſt Pannonias reuertens; Theodoricum filium ſuum, quem Conſtantinopolim obſidem dederat, à Leone imperatore remiſſum cum magnis muneribus gratanter excepit. Qui Theodoricus iam adoleſcentiæ annos contingens, expleta pueritia, octauum decimum peragens annum, adſcitis ſatellitibus patris, ex populo amatores ſibi clienteſq; conſociauit, pene ſex milia viros; cum quibus inſcio patre, emenſo Danubio, ſuper Babai Sarmatarum regem diſcurrit, qui tunc de Camundo duce Romanorum victoria potitus, ſuperbiæ tumore regnabat, eumque ſuperueniens Theodoricus interemit, familiamque & cenſum deprædans, ad genitorem ſuum cum victoria repedauit. Singidonum dehinc ciuitatem, quam ipſi Sarmatæ occupaſſent, inuadens; non Romanis reddidit, ſed ſuæ ſubdidit ditioni.

B

CAP. LVI.

Oſtrogothæ pertaſi pacis, Italiam, Gallias & Illyricum infeſtant. Theodemirus fœdere cum Romanis inito moritur.

MInuentibus deinde hinc inde vicinarum gentium ſpoliis, cœpit & Gothis victus veſtituſque deeſſe: & hominibus, quibus dudum bella alimoniam præſtitiſſent, pax cœpit eſſe contraria, omneſq; cum clamore magno ad regem Theodemir accedentes Gothi orant, quacumque parte vellet ductaret exercitum. Qui accito Germano, miſſaque ſorte hortatus eſt, vt ille in partem Italiæ, vbi tunc Glycerius regnabat imperator, ipſe vero ceu fortior ad fortius regnum accederet orientale quidem quod & factum eſt. Et mox Vvidemir Italiæ terras intrauit, & extremum fati munus reddens, exceſſit rebus humanis, ſucceſſorem relinquens regni Vvidemir filium ſuum. Quem Glycerius Imperator muneribus datis, de Italia ad Gallias tranſtulit, quæ à diuerſis circumcirca gentibus premebantur, adſerens vicinos ſibi Veſegothas eorum parentes regnare. Quid multa? Vvidemir acceptis muneribus, ſimulq; mandatis à Glycerio Imperatore, Gallias tendit, ſeſeque cum parentibus iungens Veſegothis, vnum corpus efficitur, & ſic Gallias Hiſpaniaſque tenentes ſuo iure deſcendunt, vt nullus ſibi alius præualeret. Theodemir autem frater ſenior cum ſuis tranſit Saum amnem, Sarmatis militibuſq; interminans bellum, ſi aliquis obſtaret ei. Quod illi verentes, quieſcunt; imo nec præualent ad tantam multitudinem. Videns Theodemir vndiq; ſibi proſpera prouenire, Naiſſum primam vrbem inuadit Illyrici: filioq; ſuo Theoderico conſociatus adſtat, & in villam comites per caſtrum Herculis tranſmittit Vlpianam. Qui venientes, tam eam, quam & opes mox in deditionem accipiunt, nonnullaque loca Illyrici inacceſſibilia ſibi tunc primum peruia faciunt. Nam Heracliam & Lariſſam ciuitates Theſſaliæ primum præda capta, iure bellico potiuntur. Theodemir vero rex animaduertens tam felicitatem ſuam, quam etiam filii; nec hac tamen contentus, egrediens Naiſitanam vrbem, paucis ad cuſtodiam derelictis, ipſe Theſſalonicam petiit, in qua Clarianus patricius à principe directus, cum exercitu morabatur. Qui dum videret vallo muniri Theſſalonicam, nec ſe eorum conatibus poſſe reſiſtere, miſſa legatione ad Theodemir regem, muneribuſque oblatis, ab obſidione eum vrbis retorquet. Initoque fœdere, Romanus ductor cum Gothis loca eis iam ſponte, quæ incolerent, tradidit, id eſt Ceropellas, Europam, Medianam, Petinam, Bereum, & alia quæ Sium vocantur. Vbi Gothi cum rege ſuo armis depoſitis, compoſita pace quieſcunt. Nec diu poſt hæc & rex Theodemir in ciuitate Cerras fatali ægritudine occupatus, vocatis Gothis, Theodoricum filium regni ſui deſignat heredem, & ipſe mox rebus humanis exceſſit.

C

CAP. LVII.

Theodorichus Oſtrogotharum rex à Zenone Imp Romam euocatur, ab eo adoptatur, conſulatu & Equeſtri ſtatua donatur, Odoacrum in Heſperia magna clade afficit. Inſignia regia Romanorum aſſumit.

THeodoricum vero genti ſuæ regem audiens ordinatum imperator Zeno, gratum ſuſcepit, eiq; euocatoria deſtinata, ad ſe in vrbem venire præcepit, dignoque ſuſcipiens honore, inter proceres ſui palatii collocauit. Et poſt aliquod tempus ad ampliandum honorem eius in arma, ſibi eum filium adoptauit, de ſuiſque ſtipendiis triumphum in vrbe donauit; factuſq; eſt conſul ordinarius, quod ſummum bonum, primumque in mundo decus edicitur. nec tantum hoc, ſed etiam equeſtrem ſtatuā ad famam tanti viri ante regiam palatii collocauit. Inter hæc ergo Theodoricus Zenonis imperio fœdere ſociatus, dū ipſe in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemque ſuam in Illyrico (vt diximus) reſidentem, non omnino idoneam aut refertam audiret; elegit potius ſolito more gentis ſuæ labore quærere victum, quam ipſe ocioſe frui regni Romani bona, & gentem ſuam mediocriter victitare. ſecumque deliberans, ad principem ait; Quamuis nihil deeſt nobis, imperio veſtro famulantibus: tantum ſi dignum ducit pietas veſtra, deſiderium mei cordis libenter exaudiat. Quumque ei vt ſolebat, familiariter facultas fuiſſet loquendi conceſſa, Heſperia (inquit) plaga, quæ dudum deceſſorum prædeceſſorumve veſtrorum regimine gubernata eſt, & vrbs illa caput orbis & domina, quare nunc ſub regis Turcilingorum & Rugorum tyrannide fluctuat? Dirige cum gente mea, ſi præcipis, vt hic expenſarum pondere careas; & ibi, ſi adiutus à domino vicero, fama veſtræ pietatis irradiet. Expedit namque, vt ego, qui ſum ſeruus veſter & filius, ſi vicero, vobis donantib. regnum illud poſſideam; haud ille, quem non noſtis, tyranni iugo ſenatum veſtrum partemque reipublicæ captiuitatis ſeruitio premat. Ego enim ſi vicero, veſtro dono veſtroque munere poſſidebo: ſi victus fuero, veſtra pietas nihil amittit, imo (vt diximus) lucratur expenſas. Quo audito, quamuis ægre ferret imperator diſceſſum eius, nolens tamen eum contriſtare, annuit quæ poſcebat, magniſque ditatum muneribus dimiſit à ſe, ſenatum populumque ei commendans Romanum. Igitur egreſſus vrbe regia Theodericus, & ad ſuos reuertens, omnem gentem Gothorum, quæ tamen ei præbuerat conſenſum, aſſumens; Heſperiam tendit, rectoque itinere per Sirmas aſcēdit, vicinas Pannoniæ. Indeque Venetiarum fines ingreſſus, ad pontem Sontium nuncupatum caſtrametatus eſt. Quumque ibi ad reficienda corpora hominum iumentorumq; aliquanto tempore reſediſſet, Odouacer armatum contra eum direxit exercitum. Quē ille, ad campos Veronenſes occurrens, magna ſtrage deleuit, caſtriſq; ſolutis, fine Italiæ cum potiore audacia intrat; tranſactoq; Pado amne ad Rauennam regiam vrbem caſtra cōponit, tertio fere miliario ab vrbe, loco qui appellatur Pineta. Quod cernēs Odouacer, intus ſe in vrbe communiuit; indeq; ſubreptiue

D

A noctu frequenter cum ſuis egrediens, Gothorum exercitum inquietat, & hoc non ſemel, nec iterum, ſed frequenter & pæne molitur toto triennio. Sed fruſtra laborat, quia cuncta Italia dominum iam dicebat Theodericum, & illius ad votum res illa publica obſecundabat. Tantum ille ſolus cum paucis ſatellitibus, & Romanis qui aderent, & fame & bello quotidie intra Rauennã laborabat. Quod dũ nihil proficeret, miſſa legatione, veniã ſupplicat. Cui & primũ concedens Theodericus, poſtmodum hac ſuce priuauit. Tertioque, vt diximus, anno ingreſſus in Italiam, Zenoniſque imperatoris conſulto priuatum habitu, ſuæque gentis veſtitum reponens, inſigne regiam amictus, quaſi iam Gothorum Romanorumque regnator adſumit.

Cap. LVIII.

De Theoderici regis vxore Audefleda & concubina, eiuſque filiis & filiabus earumque cum variis regibus coniugio aliiſque affinitatibus. Item de Mundone graſſatore, & de trophæo de Francis parto.

B Miſſa legatione ad Lodoin Francorum regem, filiam eius Audefledam ſibi in matrimonio petit. Quam ille grate, libenterque conceſſit, ſuos filios Hildebertum, & Cheldebertũ & Thiudebertũ credẽs hac ſocietate cũ gẽte Gothorũ, inito fœdere, ſociari. Sed nõ adeo pacis ad cõcordiam profuit iſta coniunctio, quin ſæpenumero propter Gallorũ terras grauiter inter ſe decertarunt, & nunquam Gothus Francis ceſſit, dum viueret Theodericus. Antequam ergo de Audefleda ſobolem haberet, naturales ex concubina, quas genuiſſet adhuc in Mœſia, filias habuit, vnam nomine Theudicodo, & aliam Oſtrogotho. Quas mox vt in Italiam venit, regibus vicinis in coniugio copulauit, id eſt vnam Alarico Veſegotharum, & aliam Sigiſmundo Burgundionum. De Alarico ergo natus eſt Amalaricus. Quem auus Theodericus in annis puerilibus vtroque parente orbatum dum fouet atque tuetur, comperit Eutharicum Vuitterichi filium, Beremundi & Toreſmundi nepotem, Amalorum de ſtirpe deſcendentem, in Hiſpania degere, iuuenili ætate, prudentia & virtute, corporiſque integritate pollentem. Ad ſe eum facit venire, eique

C Amalaſuentham filiam ſuam in matrimonio iungit. Et vt ad plenum progeniem ſuam dilataret, Amalafredam germanam ſuam, matrem Theodati, qui poſtea rex fuit, Africæ regi Vuandalorumque coniugem dirigit Traſemundo, filiamque eius, neptem ſuam Amalabergam Thuringorum regi conſociat Hermenfredo. Pezamin quoque ſuum comitem inter primos electum ad obtinendam Sirmienſem dirigit ciuitatem. Quam ille expulſo rege eius Traſarico, filio Traſtilæ, retenta eius matre obtinuit. Indeque contra Sabinianum Illiricum magiſtrum militiæ, qui tunc cum Mundone parauerat conflictum, ad ciuitatem cognomine Margoplano, quæ inter Danubium, Martianumque flumina adiacebat, cum duobus millibus peditum, equitibus quingentis, in Mundonis ſolatia veniens, Illyricianum exercitum demoliuit. Nam hic Mundo Attilanis quondam origine deſcendens, Gepidarum gentem fugiens, vltra Danubium in incultis locis, ſine vllis terræ cultoribus debacchatur. Et pleriſque abactoribus, Scamariſque

D & latronibus vndecunque collectis, turrem quæ Herta dicitur, ſupra Danubii ripam poſitam, occupans, ibique agreſti ritu prædans vicinos, regem ſe ſuis graſſatoribus nuncupat. Hunc ergo pæne deſperatum, etiam de traditione ſua deliberantem, Petza ſubueniens, è manibus Sabiniani eripuit, ſuoque regi Theoderico cum gratiarum actione fecit ſubiectum. Non minus trophæũ de Francis per Hibbam ſuum comitem in Galliis acquiſiuit, plus xx. millibus Francorum in prœlio cæſis. Nam & Thiodem ſuum armigerum poſt mortem Alarici generi, tutorem in Hiſpaniæ regno Amalarici nepotis conſtituit. Qui Amalaricus in ipſa adoleſcentia Francorum fraudibus irretitus, regnum cum vita amiſit. Poſt quem Thiodis tutor eiuſdem regnum ipſum inuadens, Francorum inſidioſam calumniam de Hiſpaniis pepulit, & vſque dum viueret Veſegothas continuit. Poſt quem Thiodigiſclos regnum adeptus, non regnans defecit occiſus à ſuis. Cui ſuccedens Agila continuat regnum. Contra quem Athanagildus inſurgens Romani regni concitat vires. Vbi & Liberius patricius cum exercitu deſtinatur. Nec fuit in parte occidua gens, quæ Theoderico, dum viueret, aut amicitia aut ſubiectione non deſeruiret. F

Cap. LIX.

Theodericus rex ſenex Athalaricum filiæ ſuæ Amalaſuenthæ filium patre orbatum regem denunciat, Athalarico immatura morte ſublato mater Theodatum conſobrinum ſuum regem inſtituit qui illam in inſulam quandam relegat, vbi ſtrangulatur.

Sed poſtquam ad ſenium perueniſſet, & ſe in breui ab hac luce egreſſurum cognoſceret, conuocans Gothos comites, gentiſque ſuæ primates, Athalaricum infantulum adhuc, vix decennem, filium filiæ ſuæ Amalaſuenthæ, qui Eutarico patre orbatus erat, regem conſtituit, eiſque in mandatis dedit, ac ſi teſtamentali voce denuntians, vt regem colerent, Senatum populumque Romanum amarent, principemque orientalem placatum ſemper propitiumque haberent. Quod præceptum quamdiu Athalaricus rex eiuſque mater viuerent, in omnibus cuſtodientes, pæne per octo annos in pace regnarunt. quamuis Francis de regno pueri deſperantibus, imo in contemptu habentibus, bellaque parare molientibus, quod pater & auus Gallias occupaſſet, eis conceſſit. Cætera in pacis tranquillitate poſſeſſa. Dum ergo ad ſpem iuuentutis Athalaricus accederet, tam ſuam adoleſcentiam, quam matris viduitatem orientis principi commendauit: ſed in breui infeliciſſimus immatura morte præuentus, rebus humanis exceſſit. Tum mater, ne pro ſexus ſui fragilitate à Gothis ſperneretur, ſecum deliberans, Theodatum conſobrinum ſuum germanitatis gratia accerſitum à Thuſcia, vbi priuata vita degens, in laribus propriis erat in regnum collocauit. Qui immemor conſanguinitatis, poſt aliquantum temporis à palatio Rauennate abſtractam, in inſulam laci Bulſinenſis eam exilio relegauit, vbi pauciſſimos dies in triſtitia degens, ab eius ſatellitibus in balneo eſt ſtrangulata. G

Cap. LX.

Beliſarius à Iuſtiniano imp. aduerſus Gothos cum exercitu mittitur. Siciliam occupat. Gothi VVitigim regem ſibi eligunt. Theodatum interficiunt. VVitigis Rauennam cum Mathaſuenta regiiſque opibus dedit Romanis.

Qvod dum Iuſtinianus imperator orientalis audiſſet, quaſi ſuſceptorum ſuorum mora ad ſuam iniuriam redundaret, ſic eſt commotus. Eodem namque tempore de Africa à Vuandalis quum per fideliſſimum ſuum Beliſarium patricium reportaret triumphum, nec mora, in ipſo tempore madentibus adhuc armis cruore Vuandalico, cõtra Gothos per eundem ducem mouit procinctum. Qui dux prudentiſſimus haud aliter arbitratur Getharum ſubigere populum, ſi prius nutricem eorum occupaſſet Siciliam, quod & factum eſt, Trinacria namque ingreſſo, mox Gothi qui Syracuſanum oppidum inſidebant videntes ſe nihil præualere, cum ſuo duce Sunderich vltro ſe Beliſario dediderunt. Quumque ergo Romanus ductor Siciliam peruaſiſſet, Theodatus comperiens Ebrimuth generum ſuum cũ exercitu ad fretum, quod inter Campaniam Siciliamque interiacet, & de Tyrrheni maris ſinu vaſtiſſimus Hadriaticus æſtus euoluitur, cuſtodiendum dirigit. Vbi cum Ebermor acceſſiſſet, ad Rhegium oppidum caſtra compoſuit. H Nec mora, deteriorata cauſam cernens ſuorum, ad partes victoris cum paucis & fideliſſimis famulis conſcius mouit, vltroque ſe Beliſarii pedibus aduoluens, Romani regni optat ſeruire principibus. Quod Gothorum exercitus ſentiens ſuſpectum Theodatum clamitat regno pellendum, & ſibi ductorem ſuum Vuitigim, qui armiger eius fuerat, in regem leuandum, quod & factum eſt. Et mox in campis Barbaricis Vitigis in regnum leuatus Romam ingreditur, præmiſſiſque Rauennam fideliſſimis ſibi viris, Theodati necem demandat. Qui venientes, imperata ſibi

A perficiunt, & occiſum Theodatum regem, qui à rege miſſus adueniebat, vt ad huc in campis barbaricis erat, Vuitigim populis nunciat. Inter hæc Romanus exercitus emenſo freto, Campaniam accedens, ſubuerſaque Neapoli, Romam ingreditur; vnde ante paucos dies rex Vuitigis egreſſus, Rauennam profectus, Mathaſuentam filiam Amalaſuenthæ, Theoderici quondam regis neptem, ſibi in matrimonium ſociat. Cumque his nouis nuptiis delectatus, aulam regiam fouet Rauennæ, Romæ egreſſus imperialis exercitus, munita vtriuſque Thuſciæ loca inuadit. Quod cernens per nuncios Vuitigis, Cunimundam ducem Gothorum manu armis conferta mittit Peruſiam. Vbi dum Magnum comitẽ cũ paruo exercitu reſidentẽ, obſeſſione lõga euellere cupiunt: ſuperueniente Romano exercitu, ipſi euulſi & omnino extincti ſunt. Quod audiens Vuitigis, vt leo furibundus omnem Gothorum exercitum congregat, Rauennamque egreſſus, Romanas arces obſidione longa fatigat. Sed fruſtrata eius audacia, poſt XIV. menſes ab obſidione Romanæ vrbis aufugit, & ſe ad Ariminenſem oppreſſionem præparat. Vnde pari tenore fruſtratus fugatuſque Rauennam ſe recepit; & obſeſſus, nec mora, vltro ſe ad partes

B dedit victoris, cum Mathaſuentha iugali, regiiſque opibus. Et ſic famoſum regnum, fortiſſimamque gentem, diuque regnantem, tandem deinde milleſimo & treceteſimo anno victor gentium diuerſarum Iuſtinianus imperator per fideliſſimum conſulem vicit Beliſarium, & perductum Vuitigi Conſtantinopolim patricii honore donauit. Vbi plus biennio demoratus, imperatoriſque in affectu coniunctus, rebus exceſſit humanis. Mathaſuentam vero iugalem eius fratri ſuo Germano patricio coniunxit imperator. De quib⁹ poſthum⁹ patris Germani nat⁹ eſt filius, itẽ Germanus. In quo coniuncta Aniciorũ gens cũ Amala ſtirpe, ſpẽ adhuc vtriuſq; generis domino præſtãte promittit. Huc vſq; Getarũ origo, ac Amalorũ nobilitas, & virorũ fortiũ facta, ac laudanda progenies laudabiliori principi ceſſit, & fortiori duci manus dedit: cuius fama nullis ſeculis, nullis ſilebitur ætatibus. Sic victor ac triumphator Iuſtinianus imperator, & conſul Beliſarius, Vuandalici, Africani, Geticique dicuntur. Hæc qui legis, ſcito me veterum ſecutum ſcripta, ex eorum ſpacioſis pratis paucos flores collegiſſe, vnde inquirenti pro captu ingenii mei coronam contexerem. Nec me

C quis in fauorem gentis prædictæ, quaſi ex ipſa trahentem originem aliqua addidiſſe credat, quam quæ legi aut comperi. Nec ſi tamen cuncta quæ de ipſis ſcribuntur aut referuntur complexus ſum, nec tantum ad eorum laudem, quantum eius laudem, qui vicit, exponens.

IORNANDES

Epiſcopus Rauennas

DE

REGNORVM AC TEMPORVM

ſucceſſione.

D IORNANDES VIGILIO S. D.

Vigilantiã veſtra, nobiliſſime frater Vigili, gratias refero, quod me per longo tempore dormientem veſtris tandem interrogationibus excitaſti. Deo magno gratias, qui te ita fecit ſollicitum, vt non ſolum tibi tantum, quantum & aliis vigiletis, immo & vitam meriti. Vis enim præſentis mundi cognoſcere ærumnas, aut quando cœpit, vel quid ad nos vſque perpeſſus eſt, edoceri. Addis præterea, vt tibi quomodo reſpublica cœpit & tenuit, totumque pene mundum ſubegit, & hactenus vel imaginarie teneat, ex dictis maiorũ floſculos carpens breuiter referam: vel etiam quomodo regnum à Romulo, & deinceps ab Auguſto Octauiano in Auguſtum venerit Iuſtinianum. Quamuis ſimpliciter, meo tamen pandam eloquio. Licet nec conuerſationi meæ quod admones conuenire poteſt, nec peritiæ: tamen ne amici petitionibus obuiemus, quoquo modo valuimus, hæc ſparſa collegimus, & primo ab auctoritate diuinarum ſcripturarum, cui & inſeruire conuenit, inchoantes, & vſque ad orbis terræ diluuium, per familiarum capita currentes, deuenimus ad regnũ Nini, qui Aſſyriorum in gente regnans, omnem pene Aſiam ſubiugauit, & vſq; ad Arbacem Medum: qui deſtructo regno Aſſyriorum, in Medos illud conuertit, ac tenuit vſq; ad Cyrum Perſam, qui iterum Medorum regnum ſubuerſum in Perſas tranſtulit, & exinde vſque ad Alexandrum Macedonem, qui deuictis Perſis, in Græcorum ditionem Rempublicam permutauit. Poſt hæc quomodo Octauianus Auguſtus Cæſar, ſubuerſo regno Græcorum, in ſuam dominationemque Romanorum perduxit. Et quia ante Auguſtum, iam per ſeptingentos annos, conſulum, dictatorum, regumque ſuorum ſolertia, Romana reſpublica nonnulla ſubegit, ab ipſo Romulo ædificatore eius originem ſumens, in vigeſimum quartum annum Iuſtiniani imperatoris, quamuis breuiter, vno tamen in tuo nomine & hoc paruiſſimo libello confeci, iungẽs ei aliud volumen de origine actuque Geticæ gentis, quod iam dudum communi amico Caſtalio ediderã: quatenus diuerſarum gentium calamitate comperta, ab omni ærumna liberum te fieri cupias, & ad Deum conuertas, qui eſt vera libertas. Legens ergo vtroſque libellos,

F *ſcito quod diligenti mundum ſemper neceſſitas imminet. Tu vero auſculta Ioannem apoſtolum, qui ait, Chariſſimi, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt: quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius: qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum. Eſtoque toto corde diligens Deum & proximum, vt adimpleas legem, & ores pro me, nobiliſſime & magnifice frater.*

IORNANDES

DE

REGNORVM AC TEMPORVM

ſucceſſione.

Romani, vt ait Iamblichus, armis & legibus exercentes ſeſe, orbem terræ ſuum fecerunt. Armis ſiquidem cõſtruxerunt, legibus autem conſeruauerunt. Quod & ego,

G ſequens eruditiſſimũ virum, dum aliqua de curſu temporũ ſcribere delibero, neceſſarium duxi opuſculo meo velut inſigne quoddam ornamentum præponere. Cupio nanque ob inquiſitiones amici fideliſſimi, ex diuerſis voluminibus maiorum prælibans aliquos floſculos, pro captu ingenii mei, in vnum redigere, & in modum hiſtoriunculæ, tam annorum ſeriem, quam etiam eorum virorum qui fortiter in rempublicam laborauerunt geſta ſtrictim breuiterque colligere. Quod quamuis ſimpliciter ſit dictum videri doctiſſimis, gratum tamen fore exiſtimo mediocribus, dum & breuia ſine faſtidio legant, & ſine aliquo fuco verborum quæ lectitauerint ſentiant. Ab origine etenim orbis, principioque creatione tam hominum quam elementorum, vſque orbis terræ diluuium, ſecundum venerandi legiſlatoris verba Moyſi, duo millia ducentos quadraginta & duos ãnos colleguntur. In quib⁹ annis adhuc rudi & ſimplici hominum natura, non reges, ſed familiarum capita in ſuo genere erant. Quorum tamen ordo huiuſcemodi fuit. Adam protoplaſtus primuſque mortalium, vixit annos CCXXX & genuit Seth. Seth vixit annos CCV, & genuit Enos. Enos autem vixit annos CLXXXX, & genuit Cainan. Cainan

H autem vixit annos CLXX, & genuit Malalehel. Malalehel vixit annos CLXV, & genuit Iareth. Iareth vero vixit annos CLXII, & genuit Enoch. Enoch vero vixit annos CLXV, & genuit Mathuſalé. Mathuſalem vixit annos CLXXXVII, & genuit Lamech. Lamech quoque vixit annos centum octoginta octo, & genuit Noe. Noe vero ſexcentorum erat annorum, quando diluuium mundi crudeliſſima facinora expiauit. A cuius regimine, vel ab ipſo diluuio vſque ad cõfuſionem linguarum, quæ item ob delicta ædificantium turrim facta eſt in campo Sennaar & Heber, in quo Hebræorum genus & lingua priſca remanſit, quia nec in illa conſpiratione interfuit, ſunt anni quingenti vigintiquinque per familias, ſic. Arfaxat filius Sem, nepos Noe,

A qui poſt diluuium anno ſecundo eſt genitus, vixit annos cxxxv. Cainan vero vixit annos cxxxv, & genuit Sale. Sale autem vixit annos centum xxx, & genuit Heber. Heber quoque vixit annos cxxx, & genuit Falech. A confuſione vero linguarum, & primatu Heber, à quo Hebræi, & vſque natiuitatem Abræ, quando & primus rex in gente regnabat Aſſyriorum Ninus, anno regni ſui xlii, ſuprascripta familiarum ſerie, currentes fiunt anni quingenti quadraginta vnus. Sic Falech vixit annos cxxx, & genuit Ragan, Ragan vixit annos cxxxii, & genuit Saruch. Saruch. autem vixit annos cxxx, & genuit Nachor. Nachor vero vixit annos lxxix. & genuit Thare. Thare quoque vixit annos lxx, & genuit Abram. Simul ergo ab Adam vſque ad natiuitatem Abræ, id eſt ab ortu mundi vſque quadrageſimum ſecundum annum regis Aſſyriorum Nini, vt ſupra diximus, per familias capitaque eorum fiunt generationes viginti. Anni autem iii mccc viii. vnde iam relictis familiis, regum ſeriem proſequamur: & ſicut Euſebius ſeu Hieronymus, primum Aſſyriorum, deinde Medorum, Perſarumque, & Græcorum regnum percurrentes, ad Romam imperium quomodo delatum ſit, vel quali tempore, B latius, ſi dominus permiſerit, exequamur.

Origo ergo regum regnorumque antiqua, Aſſyria nobis amplexanda eſt, in qua primus Ninus Beli filius, vrbem ſui nominis fabricans Niniuen, regnauit annos xlii, vbi à primo anno ipſius Nini, & vſque in vltimum annum Thonos Concoloros, quem regem Sardanapalum appellant, quem occidit Arbaces Medorum præfectus, regnum illud transferens in Medos, regnatum eſt à regibus xxx, & vt, per annos mccxl. ſic.

1. Ninus rex Aſſyriorum poſt natiuitatem Abræ, regnauit annos x.

2. Semiramis vxor Nini annos xlii, hanc dicunt quaſi Babyloniæ conditricem, quamuis non legatur quia condidit, ſed quia reparauit. Sub ea Abraham adoleſcit in Chaldæa.

3. Zameis, qui & Ninias, filius Nini & Semiramidis annos xxxviii. Cuius triceſimotertio anno facta eſt promiſſio ad Abraham, quum eſſet annorum lxxv.

4. Arius annos xxx, cuius decimo anno centenarius Abraham genuit filium Iſaac.

C 5. Aralius regnauit annos xl. huius in vltimo regni anno naſcuntur gemini Iſaac, id eſt Iacob & Eſau.

6. Xerſes qui & Baleus annos xxx. In huius regni tempore Iacob germanum fugiens Eſau, deſcendit in Ægyptum ſolus, ditatuſque cum turba aſcendit.

7. Armamitres annos xxxviii. Iacob à ſeruitute ſoceri Laban recedens, ad patrem reuertitur.

8. Belochus annos xxxi. hoc regnante Ioſeph adoleſcens ſomnia ſua fratribus & patri narrauit.

9. Baleus annos xlii. huius anno triceſimo Iacob penuria famis deſcendit in Ægyptum ibique filium ſuum reperit præpoſitum terræ totius Ægypti.

10. Altadas annos xxxii. hoc regnante Iacob defunctus in Ægypto, cuius cadauer Ioſeph cum magno honore locat in terra Chanaan.

11. Mamuthus annis xxx. ſub iſtius regni tempore, moritur Ioſeph, & Hebræos deprimunt Ægyptii grauiſſima ſeruitute.

D 12. Manchaleus annos xxx. & hoc regnante ſeruitus durat in Ægypto Hebræorum.

13. Sperus annos xxx. huius regni temporibus vltimis, Ambra ex tribu Leui genuit Moyſen.

14. Mamilus triginta annis. & hoc regnante Moſes adoleſcens omnem philoſophiam didicit Ægyptiorum.

15. Sparetus annis xl. quo tempore Moyſes occiſo Ægyptio in terram fugit Madiam.

16. Aſcades annos xl. huius regni anno octauo Moyſes quadringenteſimo trigeſimo anno repromiſſionis populum Hebræorum in ſignis & virtutibus educit ex Ægypto, eiſque in eremo per annos quadraginta legem exponit.

17. Amyntes xlv. annis. huius nono anno moritur Moyſes, & Ieſus Naue ducatum populo præbet.

18. Belochus annis xxv. ſub quo Othoniel iudex Hebræorum, populum & ſacerdotium continet Finees.

19. Belebares annis xxx. quo tempore Hebræorum Iudex Aioth, Allophylique infeſti omnino Hebræis. E

20. Lamprides annis xxxvii. & in huius regno ipſe perdurat Aioth.

21. Soſares annis xx. & huius temporib. quamuis ſenex, tamen adhuc conſiſtit Aioth, pugnatq; cum alienigenis, & vicit adiutus à Deo.

22. Lampares annos xxx. quo regnante Iudæis præerat Debora.

23. Pannias annis xlv, ſub cuius tempore præfuit Gedeon, qui & Ierobail.

24. Soſarmus annos xviiii. ſub cuius tempore Thola & Abimelch iudices erant Hebræorum.

25. Mithreus annis xxix. ſub quo Iudæis præerat Iair.

26. Tantanes xxii. annis, cuius ſub regno iudices Hebræorum, Heſebon & Labdon. Nam & ipſo tempore Græci Troiam vaſtauerunt, vnde Æneas fugiens in Italiam venit, ſe quoque cum latino Fauni filio, Pici nepote, Saturni abnepote, affinitatis gratia iungens, accepta filia eius in vxorem Lauinia victos Phrygas, Italoſque populos nominauere Latinos, & ſic deinceps quamuis in pauperrimo regno, locoque anguſto, quod dicebatur Agrolaurentum, regnauerunt. Poſt Latinum Aeneas & ſucceſſores eius, qui F & Siluii Albanique vocati, pro Albana vrbe & pro poſtumo Aenea eiuſdem Aeneæ, qui idcirco Siluius dictus eſt, quia Lauinia poſt mortem Aeneæ, timens Aſcanii inuidiam, clam eum in ſilua genuerat, Aeneamque Siluium nominauit. Ante quem, vt ſuperius diximus, Italiæ regnatum eſt, à Iano, Saturno, Pico, Fauno atque Latino, per annos circiter clxxx.

27. Teuteus annos xl. ſub quo Samſon ille vltra fortes fortiſſimus iudex Hebræorum.

28. Tinneus annos xxx, hoc regnante anno decimo octauo, Heli ſacerdos audito nuncio de morte filiorum, arcaque teſtamenti ablata, cadens mortuus eſt.

29. Dercilus annos xl, ſub quo aliquantum tempus, Saul rex Hebræorum, alius vero rex Dauid ex tribu Iuda conſtitutus regnauit.

30. Eupales xxxviii. annis hoc regnante anno triceſimo ſecundo, Salomon templum domini inchoauit, & perfecit ſingulare in mundo, per annos ſeptem.

31. Laoſthenes annos xlv, & hoc regnante Aſſyriis, Salomon regnat Hebræis, Sadoch vero & Achias Selonites prophetant. G

32. Pritiades annis xxx. ſub quo iam mortuo Salomone inter Roboam & Ieroboam regnum diuiditur Hebræorum, & alii Iudæi, alii dicuntur Iſraelitæ.

33. Ophratæus annis xx. ſub iſto in parte Iudæorum regnat Ioſaphat, Iſraelitarum vero celeri morte Nabad & Baſa, Ela & Ambri obeuntibus tenebat regimen Achas cum Hieſabel.

34. Ofrathenes annis l. ſub quo Ioram, Ochozias, & Godolia, & Ioas parti Iudææ regnabant, Iſraeli vero Ochozias, Ioram, & Iehu, principatui vnus poſt alium ſucceſſerunt.

35. Acraiapes annis xlii. ſub quo Amaſias in Iuda regno aſcitus obtinet principatum, Iſraeli vero Ioab, & Ioas, vnus poſt alium regnat.

36. Thonos Concoloros, quem Græci Sardanapalum nominant, annis xx. ſub quo Iudæorum Azarias, qui & Ozias, Iſraelitas vero Roboam. Regnum vero Aſſyriorum, H poſt numeros annorum mille ducentorum & quadraginta finem tantæ diuturnitatis accepit, ad Medoſque tranſlatum eſt. Nam Arbaces præfectus Medorum, Sardanapalo occiſo regnum eius inuaſit, & in Medos deduxit.

REGVM MEDORVM.

SERIES.

ARbaces Medorum rex annos xxviii. ſub quo regnat adhuc Azarias, qui & Ozias, Iudæ in parte In Iſrael autem poſt Roboam paucis diebus fuerat Zacharias, rurſuſque Sellum, quibus ſucceſſerat, Manae.

2. Soſari-

2. Soſarinus annis xxx. In Iudæ parte regnabat Ioatham, Iſraelitis Facee, quando & quintodecimo anno prima Olympias cœpta eſt numerari. Tunc etenim poſt innumerabiles, vt ita dicam, Laurenti loci, & Latii reges Siluios Albanoſque, qui trecentos per annos in parte Italiæ regnauerunt, quamuis pauperrime, Amulius rex Numitoris fratris ſui filiam Rheam nomine, quæ & Ilia vocabatur, veſtalem virginem fecerat. Quæ grauida inuenta, dum ſcelus ſuum nititur excuſare, à Marte ſe compreſſam mentita eſt. Ex qua genitis duobus, geminos rex exponi præcepit. Quos vagientes meretrix quædam, Lupa nomine, quum audiſſet, ſtatim tollens ad Fauſtulum paſtorē adduxit. Quos Accia vxor eius nutriens, inter alios paſtores conuerſari edocuit.

3. Madiclus annos XL. quo Medis regnante, Iudæis regnabat Achas, Iſraelitis alias Facee, anno que Madielt nono, ſeptima Olympiade, Romulus eiuſque germanus quos inter paſtores enutritos diximus, collecta paſtorum multitudine, Romanæ vrbis ædificia inchoauerunt, ſuoque de nomine iunior, qui germanum peremerat, vrbem vocari Romam præcepit. Cuius actus, ſeriemque ſucceſſorum eius ſaltu quodã prætergrediens, externa regnã, vt cœpi, percurram; vt quum ſe locus obtulerit, ad eum ordinem redeam, tantum qui legis, aduerte, ab origine mundi, ad huius vſque magnæ vrbis exortum annos fuiſſe IV M. DCL.

4. Cardices annos XIII. ſub quo Ezechias filius Achas ſuccedens regnat Iudæis. Nam Iſraelitarum gentes ſupradicti Madicli quintodecimo anno, à Salmanaſar Chaldæorum rege, Medorum ſunt in montibus tranſductæ captiuę, poſtquam regnaſſent in Samaria annos CCL.

5. Deloces annos LIII. huius tempore primo Hebræorum ex Iuda Manaſſes ductus captiuus, & ferreis vinculis illigatus, fertur pœnitentiam egiſſe. Cuius & canticum pœnitentiæ legitur. Poſtea vero reuerſus in regno ſuo, ſucceſſorem reliquit filium ſuum Ammon.

6. Fraortes annos XXIII. ſub quo Ioſias rex Iudæorum, qui lucos ſuccidit, & gentium idola de ſuo regno abiecit, Deumque cœli integre coluit.

7. Cyaxares annos XXXII. ſub quo Iudæis regnat Ioachim, cui ſucceſſit Heliachim, qui & Ioachim, alterque & Ioachim primo adhuc Cyaxare viuente ſucceſſit, in quo & finis regni euenit.

8. Aſtyages annos XXXII. huius anno octauo Iudæi de Hieroſolyma captiuantur à Nabuchodonoſor rege. Sic regnum Medorum, quod per annos CCLVIII. durauit, deſtructum eſt, & in Perſas tranſlatum. quia Cyrus rex Perſarum, Darius Medorum, filius ſupraſcripti Aſtyagis, parentela coniuncti nepos auunculuſque fuerunt: inuenteſque ſuper Balthaſar abnepotem Nabuchodonoſor, regem Babyloniæ, id eſt Chaldæorum regnum eius peruadunt; mortuoq; Dario, Cyrus & ſuum, id eſt Perſarum, & affinis ſui Darii, hoc eſt Medorum, cum illo quod captiuauerat, tertio regno obtinuit. Poſt is admodum gentem Perſarum euilenauit. Quæ gens à Cyro prædicto & vſque ad Darium filium Arſami, regnat per annos plus minus CCXXX. & ſic ad Græcos deuenit, poſt reges XIV. Perſarum de gente.

REGNVM MEDORVM IN PERSAS TRANSlatum.

CYrus Perſa annos XXXII. hic fere quingenta millia Iudæorum laxata captiuitate regredi fecit in Iudæam: qui conſtructo altari, templi fundamenta iecerunt. Quumque à vicinis gentibus impediretur opus, vſque ad Darium remanſit imperfectum.

2. Cambyſes annos VIII. & ſub iſto opus impeditum à vicinis conſiſtit, nec ædificatur.

3. Magi duo fratres regnant menſibus VII.

4. Darius annos XLVI. cuius ſecundo reædificatum eſt templum à Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech quingenteſimo duodecimo anno poſt primam Salomonis ædificationem ab Adam vero plus minus, V M. DCCCCLXX.

5. Xerſes deinde filius Darii annis XX regnauit Perſis, Medis, atque Chaldæis.

6. Artabanus menſes VII.

7. Artaxerſes, qui Macrochir ducebatur, annos XL.

8. Xerſes menſes duos.

9. Sogdianus menſes VII.

10. Darius cognomento Nothus annos XVIII.

11. Artaxerſes Mimmon Darii & Pariſadis filius annos XL. Ipſe eſt ab Hebræis qui dicitur Aſuerus, ſub quo liber Heſter confectus eſt.

12. Artaxerſes qui & Ochus annos XXVI. Hic etenim Sidonem ſubuertit, Ægyptumque ſuo ſubiegit imperio, Syriamque cunctam inuaſit.

13. Arſes filius Ochi annos IV. Sub quo Iadus Maximus & inſignis pontifex Iudæorum.

14. Darius filius Arſami annos VI. Hunc Alexander Magnus Macedo occidit, regnumque eius in ſuum redegit dominium, qui Alexandriam in ſuo nomine condidit, vbi regnatum eſt à regibus Græcorum per annos CCXCVI. ſic.

REGVM GRÆCORVM SERIES.

ALEXANDER Magnus poſt mortem Darii annos VI.

2. Ptolemæus Lagi filius annos XL. Hic iterum gentem Hebræorum captiuam ducit in Ægyptum.

3. Ptolemæus Philadelphus annos XXVIII. Hic captiuitate Iudæorum relaxata muneribuſque Eleazaro pontifice Iudæorum placato, diuinas ſcripturas per ſeptuaginta interpretes ex Hebræa lingua vertit in Græcam.

4. Ptolemæus Euergetes annos XXVI. Huius temporibus Ieſus filius Syrach Sapientiæ librum ſcripſit.

5. Ptolemæus Philopator annos XVII. Sub hoc iidem victi Iudæi, & ſexaginta millia eorum cæſa ab Antiocho rege Syriæ, quando & pontifex magnus Onias.

6. Ptolemæus Epiphanes annos XXIX. Hic directo Scopa principe militiæ capit Iudæam; ruſuſque Scopa ſuperante, Iudæam ſibi ſociat in amicitiam Antiochus.

7. Ptolomæus Philometor annos XXV Sub hoc rege Ariſtobulus inde Peripateticus philoſophus ſcripſit commentarios in libros Moyſi, & regi obtulit Ptolemæo. Antiochus agens contra legem Iudæorum multos interemit. Contra quem Iudas, qui & Machabæus, arma commouit.

8. Ptolemæus Euergetes annos XXVIII. Hoc regnante Ionatas dux Iudæorum præclarus, qui cum Romanis & Spartiatis fœdus iniit.

9. Ptolemæus Fiſta, qui & Soter, annos XVII. ſub hoc Ariſtobulus Ionathæ filius, rex pariter & pontifex conſtituitur Iudæorum.

10. Ptolemæus qui & Alexander annos X. quo regnante multa Iudæorum populus tam ab Alexandrinis quam etiam ab Antiochenſibus tolerabat.

11. Ptolemæus qui à matre fuerat eiectus annos VIII. Iudæis tunc regnabat Ameus, qui & Alexander.

12. Ptolemæus Dionyſius annos XXX. ſub cuius regno Alexandra, quæ & Salina, vxor Alexandri regis Hebræorum Hieroſolymis regnat. Ex cuius ætate Iudæos rerum confuſio & variæ clades oppreſſerunt.

13. Cleopatra annos XXII. qua regnante Iudæi in amicitiam Romanorum ſe ſociantes eorum iam legibus viuunt, quia Pompeius ſublato regno ab Ariſtobulo, Hircanum fratrem eius præfecerat. Hanc ſiquidem Cleopatram Romanus ductor ſuſcipiens Antonius, & ſuo ſocians lateri, contra ciues proprios dimicat. Quem Auguſtus Octauianus in certamine ſuperans Actiatico in littore, egit, vt vtrique iugales ſeipſos perimerent, regnumque eorum in Romanorum Imperium deuenit, vbi & vſque hactenus, & vſque in finem mundi ſecum Danielis prophetiam, regni debetur ſucceſſio. Et quidem abhinc Auguſtalis exoritur poteſtas, quod animo recondendum eſt. Auguſtus Imperator, qui & Octauianus dicebatur, à quo poſteri principes vocati ſunt Auguſti, tam ciues patrios rebelles, quam etiam gentes externas ſuperans, ſingularem ſibi vindi-

A cat principatum, regnans per annos LXII. Huius quadrageſimo ſecundo imperii, dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſancta virgine natus, vt verus Deus, ita & verus homo, inſignis & virtutibus admirandis emicuit, anno ab origine mundi VMD. ab vrbis autem Romæ conditione anno DCCLV. Et quia Romanorum regum ordinem actuſque inquirere ſtatuiſti, & nos breuiter tuis percontationibus reſpondere ſumus polliciti, neceſſarium eſt ergo, nobis ea interim, quæ ad tempora Auguſti Imperatoris dicuntur, omittere, & rurſus ad Romanæ vrbis primordia repedare, originemque Romuli eius conditoris exponere, ſimulq; ſucceſſorum eius, regnum conſulumque annos actuſque ad liquidem demonſtrare, qui ſunt hi.

REGVM ROMANORVM SERIES.

B A Borigine vrbis Romæ & vſque Tarquinium regem cognomento Superbum, qui expulſus eſt, numerantur anni CCXLIII. Nam primus ille & vrbis & imperii conditor Romulus, fuit à Marte (vt ipſorum verbis loquamur) genitus, & Rhea Siluia. hoc ſeſe ſacerdos grauidatam confeſſa eſt. Nec mox fama dubitauit quin Amulii regis imperio abiectus in aquam profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem & Tiberis amnem repreſſit, & relictis catulis lupa ſecuta vagitum, vbera admouit infantibus, matriſque geſſit officium. Sic repertos Fauſtulus regii gregis paſtor tulit in caſam, atq; educauit. Alba tunc erat Latio caput, Iuli opus. Nam Lauinium patris Aeneæ, contempſerat. Abhinc Amulius iam ſeptima ſoboles regnabat, fratre pulſo Numitore, cuius ex filia natus erat Romulus. Igitur ſtatim prima iuuentæ face patruum ab arce deturbat, auum reponit. Ipſe fluminis amator & montium, apud quos erat educatus, mœnia noua vrbis agitabat. Gemini erant, vter auſpicaretur & regeret, adhibere
C placuit deos. Remus montem Auentinum, hic Palatinum occupat. Prius ille ſex vultures, hic poſtea duodecim vidit. Sic victor vrbem augurio excitat, plenus ſpei bellatricem fore. id aſſuetæ ſanguini & prædæ aues pollicebantur. Ad tutelam nouæ vrbis, ſufficere vallum videbatur: cuius dum anguſtias Remus increpat, ſaltu tranſiliuit, dubium an iuſſu fratris, occiſus eſt. Prima certe victima fuit, munitionemque vrbis nouæ ſanguine ſuo conſecrauit. Imaginem vrbis magis, quam vrbem fecerat, incolæ deerant. Erat in proximo lucus. hunc aſylum facit, & ſtatim mira hominũ vis. Latini Tuſcique paſtores, etiam tranſmarini Phryges, qui ſub Aenea, Arcades, qui ſub Euandro duce confluxerant. Ita ex variis quaſi elementis congregauit corpus vnum, populumque Romanum ipſe fecit.

Erat vero vnius ætatis populus Virorum itaque matrimonia à finitimis petita, quia non impetrabantur, manu capta ſunt. ſimulatis quippe ludis equeſtribus, virgines quę ad ſpectaculum venerant prædę fuerunt. Hæc ſtatim cauſa bellorum. pulſi fugatique Veientes. Cæninenſium captum ac direptum eſt oppidum. Spolia inſuper opima de rege Agrone Feretrio Ioui manib. reportauit. Sabinis pro-
D dita porta per virginem Tarpeiam, non dolo, ſed puella pretium rei, quod gerebant in ſiniſtris manibus, petierat, dubium clypeos, an armillas. Illi vt & fidem ſoluerent, & vlciſcerentur, clypeis obruere. Ita admiſſis intra mœnia hoſtibus, atrox in ipſo aditu fit pugna, adeo vt Romulus Iouem oraret fœdam vt ſuorum fugam ſiſteret. Hinc templum, & Stator Iupiter. Tandem funeribus interuenere raptæ, laceris comis: ſic pax facta cum Tatio, fœduſque percuſſum. Secutaque res mira dictu, vt relictis ſedibus ſuis, nouam in vrbem hoſtes migrarent, & cum generis ſuis auitas opes pro dote ſociarent. Auctis breui viribus, hunc rex ſapientiſſimus ſtatum Reipubl. impoſuit. Iuuentus diuiſa per tribus, in equis & armis, vt ad ſubita bella excubaret, conſilium Reipub. penes ſenes eſſet, qui ex autoritate patres, ab ætate ſenatus vocabantur. His ita ordinatis, repente eum concionem haberet ante vrbem, apud Capreæ

E paludes, è conſpectu ablatus eſt. Diſcerptum aliqui à ſenatu putant, ob aſperius ingenium. Sed oborta tempeſtas, Soliſque defectio, conſecrationis ſpeciem præbuere. Cui mox Iulius Proculus fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans auguſtiore forma, quam fuiſſet: mandare præterea, vt ſe pro numine acciperent. Quirinum in cœlo vocari: placitum diis, vt gentium Roma potiretur.

2. Succeſſit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus Sabinis agentem vltro petiuerunt, ob inclytam viri religionem. Ille ſacra, cæremonias, omnemque cultum deorum immortalium docuit: ille pontifices, augures, ſalios, cæteraque ſacerdotia: annumque in XII menſes, faſtos dies nefaſtóſque deſcripſit. Ille ancilia atque palladium, ſecreta quædam imperii pignora. Ianumque bifrontem, Fidem pacis ac belli, in primis focum Veſtę virginibus colendum dedit, vt ad ſimulachrum cæleſtium ſiderum, cuſtos imperii flamma vigilaret. Hæc omnia quaſi monitu deæ Egeriæ, quo magis barbari acciperent. Eo denique ferocem populum redegit, vt quod vi & iniuria occuparat imperium, religione atque iuſtitia gubernaret.

F 3. Excepit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius, cuius honori & virtuti regnum vltro datum. Hic omnem militarem diſciplinam artemque bellandi inſtituit. Itaque mirum in modum exercitata iuuentute, prouocare auſus eſt Albanos, grauem & diu principem populum. Sed quum pari robore frequentibus prœliis vtrique comminuerentur, miſſo in compendium bello, Horatiis, Curatiiſque, trigeminis hinc atque inde fratribus vtriuſque populi fata permiſſa ſunt. Anceps & pulchra contentio, exituque ipſo mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occiſis, qui ſupererat Horatius, addito ad virtutem dolo, vt diſtraheret hoſtem, ſimulat fugam, ſinguloſque pro vt ſequi poterant, adortus exuperat. Sic rarum decus aliis, victos manu parata victoria eſt, quam ille mox parricidio fœdauit. Nam flentem ſpolia circa ſe ſponſi quidem, ſed hoſtis, ſororem viderat: hunc tam immaturum amorem virginis vltus eſt ferro, vt audiret leges, nefas: ſed abſtulit virtutis parricidam, & facinus infra gloriam fuit. Nec diu in
G fide Albanus perſtat. Nam Fidenates bello miſſi in auxilium ex fœdere medii inter duos exſpectauere fortunam. Sed rex callidus vbi inclinare ſocios ad hoſtem videt, tollit animum quaſi mandaſſet, ſpes inde Romanis, metus hoſtibus incuſſus, ſic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoſte victo, ruptorem fœderis Metium Suffetium religatum inter duos currus, pernicibus equis diſtrahit, Albamque ipſam, quamuis parentem, æmulam tamen diruit, quum prius omnes opes vrbis ipſumque populum Romam tranſtuliſſet: proſſus vt conſanguinea ciuitas non periſſe ſed in ſuum corpus rediſſe rurſus videretur.

4. Ancius deinde Marcius nepos Pompilii ex filia, pari ingenio. Igitur & muro mœnia amplexus eſt, & influentem vrbi Tiberim ponte commiſit, Oſtiamque in ipſo maris fluminiſque confinio poſuit coloniam, iam tunc videlicet præſagiens animo futurum, vt totius mundi opes & cõmeatus illo velut maritimo vrbis hoſpitio reciperentur.

5. Tarquinius poſtea Priſcus, quamuis tranſmarinæ originis, regnum vltro petens accepit, ob induſtriam atque elegantiam, quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis artibus miſcuiſſet. Hic & ſenatus maieſtatem numero ampliauit, & centuriis tribus auxit, quamuis
H Attius Nauius numerum augeri prohiberet, vir ſummus augurio. Quem rex in experimentum rogauit, fierine poſſet, quod ipſe mente conceperat. Ille rem expertus augurio, poſſe reſpondit. Atqui hoc inquit, agitabam, an cotem illam ſecare nouacula poſſem? Et Augur, potes, inquit, & ſecuit. Inde Romanis ſacer auguratus. Neque pace Tarquinius, quam bello promptior. Duodecim namque Thuſciæ populos frequentibus armis ſubegit. Inde faſces, trabeæ, curules, annuli, faleræ, paludamenta, prætextæ. Inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, togæ pictæ, tunicæque palmatæ. Omnia denique decora & inſignia, quibus imperii dignitas eminet, ſumpta ſunt.

6. Seruius Tullius deinceps gubernacula vrbis inuadit, nec obſcuritas inhibuit, quamuis matre ſerua creatum. Nam eximiam indolem vxor Tarquinii Tanaquil liberali-

ter

A ter educauerat, & clarum fore viſa circa caput flamma promiſerat. Ergo inter Tarquinii mortem adnitente regina ſubſtitutus in locum regis, quaſi in tempus regnum dolo partum ſic egit induſtrie, vt iure adeptus videretur. Ab hoc populus Rom. relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, decuriis ac collegiis diſtributus, ſummaque regis ſolertia ita eſt ordinata reſpublica, vt omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur, ac ſic maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur.

7. Poſtremus fuit omnium regum Tarquinius, cui cognomen Superbus ex moribus datum. Hic regnum auitum, quod à Seruio tenebatur, rapere maluit, quam expectare, miſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius egit, quam adquiſierat. Nec abhorrebat moribus Tullia, quæ vt virum regem ſalutaret, ſupra cruentum patrem vecta carpento, conſternatos equos egit. Sed ipſe in ſenatum cædibus, in plebem verberibus, in omnes ſuperbia, quæ crudelitate grauior eſt bonis, graſſatus, quum ſæuitiam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes conuerſus eſt. Sic valida Latii oppida capta ſunt, Ardea, Ocriculum, Gabii, Sueſſa, Pometia. Tum quoque cruentus in ſuos.
B Neque enim filium verberare dubitauit, vt ſimulanti transfugam apud hoſtes hinc fides eſſet. Quo à Gabiis, vt voluerat, recepto, & per nuncios conſulenti quid fieri vellet, eminentia forte papauerum capita virgula excutiens, quia per hoc interficiendos eſſe principes vellet intelligi, ea ſuperbia ſic reſpondit, vt ſenſerat. Tamen de manubiis captarum vrbium templum erexit. Quod dum inauguraretur, cedentibus ceteris diis, mira res dictu, reſtitere Iuuentas & Terminus. Placuit patribus contumacia numinum, ſiquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendius quod molientibus ædem: in fundamentis humanum caput repertum eſt. Nec dubitauere cuncti, monſtrum pulcherrimam imperii ſedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu ſuperbiam regis populus Rom. perpeſſus eſt donec aberat libido. Hanc ex liberis eius importunitaté tolerare non potuit. Quorum cum alter ornatiſſimæ feminæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro expiauit. imperium tum regibus abrogatum. Hæc eſt prima ætas populi Romani & quaſi infantia, quam habuit ſub regibus ſeptem, per annos, vt diximus, CCXLIII. quadam fatorum induſtria tam variis ingenio, vt reipubl. ratio & vtilitas poſtulabat. Nam quid Romulo ardentius? Tali opus fuit, vt inuaderet regnum. Quid Numa religioſius?
C Ita res popoſcit, vt ferox populus, deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus? bellatoribus viris quã neceſſarius, vt acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? vt vrbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam vero ornamenta Tarquinii & inſignia, quantã principi populo addiderunt ex ipſo habitu dignitatem? Actus à Seruio cenſus quid effecit, niſi vt ipſa ſe noſſet Romana reſpublica? Poſtremo Superbi illius importuna dominatio nonnihil imo vel plurimum profuit. Sic enim effectum eſt, vt agitatus iniuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur, mutataque regali dominatione, ad conſulum inſulas ſe conferret, qui biniannuis ſingulis, rempublicam gubernantes, ſequenti anno ab aliis venientibus ſuccedebantur, ſcienteſque ſe annis tantum ſingulis præeſſe in populo, erga alios agebant qualiter eos erga ſe actuos poſtea cupiebant. Qui ordo vſque ad Auguſtum Cæſarem obtinuit priuilegium, per viros nongentos quindecim in annos CCCCLVIII. Nouem ſiquidem annis ſine conſulibus, ſed tantum ſub tribunis plebis fuit, quatuor ſine
D iudicibus.

ADMINISTRATIO REIP. PER CONSVles.

POſt exactos reges annum vnum quinis diebus, ſingulis diebus ſinguli ſenatorum Rempub. obtinuerunt, & tunc duobus creatis conſulibus, Bruto & Collatino, in poſterum vſque ad Panſam & Hirtium ſeruauerunt per annos
E prænotatos. Et quia omnium conſulum nomina actuſque conſcribere, & mihi tædium, & tibi, qui legis, faſtidio fore præuidi, aliqua exinde prælibans, multa ſuperſedi quod, pæne nonnullis tam vſurpatum eſſe breuiatumque opus cognoui. Igitur primi conſulum Brutus & Collatinus, quibus vltionem ſui matrona moriens mandauerat, populus Roman. ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus quodam quaſi inſtinctu deorũ concitatus, regem repente deſtituit. bona diripit, agrum Marti ſuo conſecrat, imperium in eoſdem libertatis ſuæ vindices transfert, mutato tamen, vt diximus, & iure, & nomine. Quippe ex perpetuo annuum placuit, ex ſingulari duplex, ne poteſtas ſolitudine vel mora corrumperetur, conſuleſque appellauit pro regibus, vt conſulere ciuibus ſuis debere meminiſſent. tantumque libertatis nouæ gaudium inceſſerat, vt vix mutati ſtatus fidem caperent, alterumque ex conſulibus Lucretiæ maritum, tantum ob nomen & genus regium, faſcibus abrogans, vrbe dimitterent. Itaque ſubſtitutus Valerius Poplicola, ſummo ſtudio niſus eſt ad augendam populi maieſtatem. Nam & faſces ei pro concione ſummiſit, & ius prouocationis aduerſus ipſos dedit: & ne ſpecies arcis offenderet, eminentes ædes ſuas in plana ſubmiſit. Brutus vero
F fauori ciuium etiam domus ſuæ clade & parricidio velificatus eſt. quippe, quum ſtudere de reuocandis in vrbem regibus liberos ſuos compertiſſet, protraxit in forum, & in concione media virgis cecidit, ſecurique percuſſit, vt plane publicus parens, in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videretur. Liber iam hinc populus Rom. prima aduerſus exteros arma pro libertate corripuit. pro finibus mox, deinde pro ſociis tum gloria & imperio, laceſſentibus aſſidue vſquequaque finitimis: quippe cum patrii ſoli gleba eſſet, ſed ſtatim hoſtile pomœrium, mediuſque inter Latium atque Etruſcos quaſi in quodam biuio collocatus, omnibus portis in hoſtem incurreret, donec quaſi contagione quadam per ſingulos itum eſt, & proximis quibuſque correptis totam Italiam ſub ſe redigeret. Nam Porſena rex Etruſcorum ingentibus copiis aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen quamuis & armis, & fame vrgeret, occupatoque Ianiculo, in ipſis vrbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit, nouiſſime etiam tanta admiratione perculit vt ſuperior vltro cum pæne victis amicitiæ fœdera feriret. Nam Mucius Scæuola Romanorum fortiſſimus, regem per inſidias in caſtris ipſius aggreditur. Sed vbi fruſtratus circa purpuratum eius illatus ictus, teneretur, ardentib. mox focis intulit manum, terroremq; geminat dolo. En vt ſcias, inquit, quem virũ effugeris, idem trecenti iurauimus. Cum interim, immane dictu, hic interritus, ille trepidaret, tanquã manus regis arderet.
G Sed ne ſexus quidem muliebris altera laude ceſſaret, ecce & virginum virtus, vna ex obſidibus regi data, elapſa cuſtodia Clœlia per patrium flumen equitabat. Rex quidem tot tantiſq; virtutum territus monſtris, valere liberoſque eſſe iuſſit Tarquinii tamdiu dimicauerunt, donec Aruntem filium regis manu ſua Brutus occidit, ſuperque ipſum vulnere mutuo expirauit, plane quaſi adulterum ad inferos vſque ſequeretur. Nec ſecus Latini Amulio Tuſculano duce apud Regilli lacum expugnantur, vincuntur, atque ſubiiciuntur. Ocriculum atque Corniculum, Soraque & Aliſum, eorum vrbes captæ, prouinciaque effecta. de Verulis & de Bouillis pudet, ſed triumphauere Romani Tibur nũc ſuburbanum, & æſtiuæ Præneſte deliciæ, nuncupatis in Capitolio votis petebantur idem tunc Feſulæ, quod Carræ nuper: idem nemus Aricinum, quod Herculis ſaltus:
H Fregellæ, quod Cæſtrea. Tiberis quod Euphrates. Coriolos quoq;, proh pudor, victos adeo gloriæ fuiſſe, vt poſt captum oppidum Caius Marcius Coriolanus quaſi Numantinus aut Africanus nomini induceretur. Extant & de Antio ſpolia, quæ meminimus in ſuggeſto fori, capta hoſtium claſſe, infixit: ſi tamen illa claſſis. nam ſex fuere roſtratæ. Sed hic numerus illis initiis naualé bellũ fuit. Peruicaciſſimi tamẽ Latinorum Æqui, & Volſci fuere, & quotidiani (vt ſic dixerim) hoſtes. Et hos præcipue Titus Quintius domuit, ille dictator ab aratro, qui obſeſſa & pæne iam capta Manlii conſulis caſtra egregia victoria recuperauit. Medium erat tempus forte ſementis, quum patricium virum Inni-

A xum aratro ſuo lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, victos pecudum more ſub iugum miſit. Expeditione finita, rediit ad boues rurſus triumphalis agricola. Fides numinum, qua velocitate! intra quindecim dies cœptum peractumque bellum prorſus, vt feſtinaſſe dictator ad relictum opus videretur. Pari tenore Veientes, Faliſci, & Fidenates, tunc magno labore deuicti ſunt. Qui modo etſi fuerint, non videntur aliquod reliquiſſe veſtigium. Laborat enim annalium fides, vt Veios, Faliſcos, Fidenates fuiſſe credamus. Galli autem Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipſa corporum mole, perinde armis ingentibus, adeo Romano generi terribilis fuit, vt plane nata ad hominum interitum, vrbium ſtragem videretur. Hi quondam ab vltimis terrarum oris, & cingente omnia oceano, ingenti agmine prouecti, quum iam media vaſtaſſent, poſitis inter Alpes & Padum ſedibus, ne his quidem contenti per Italiam bacchabantur. Tunc Cluſium Tuſciæ, vrbem obſidebant, vbi pro ſociis & fœderatis Romanus interuenit, miſſis ex more legatis. Sed quod ius apud barbaros, ferocius agunt, & inde ad certamen cum exercitu conuerſi

B Galli, Cluſio Romam. Quibus ad Alliam flumen cum exercitu Fabius conſul occurrit. non Cremeræ fœdior clades. Itaque hunc diem faſtis Roma damnauit. Fuſo exercitu, Galli iam mœnibus vrbis appropinquabant, vbi pæne nulla erant præſidia. Tum igitur ſic, vt nunquam alias, apparuit illa vera Romana virtus. Iam primum maiores natu, ampliſſimis vſi honoribus in foro coeunt. Ibi deuouente pontifice, diis ſe manibus conſecrant. Statimq; in ſuas quiſq; ædes regreſſi ſunt, ſicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu, in curulibus ſellis ſeſe repoſuerunt; vt quum veniſſet hoſtis, in ſua quiſque dignitate moreretur. Pontifices autem & flamines, quidquid religioſiſſimi in templis erat partim in doliis refoſſa terra reconderunt, partim impoſita plauſtris ſecum Veios auferunt. virgines ex ſacerdotio Veſtę, nudo pede fugientia ſacra comitantur. Tamen excepiſſe fugientes vnus è plebe fertur Albinus, qui depoſitis vxore ac liberis, virgines in plauſtrum recepit. adeo tunc quoque in vltimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Iuuentus, quam ſatis conſtat vix mille hominum fuiſſe, duce Manlio,

C arcem Capitolini montis inſedit, obteſtata ipſum quaſi præſentem Iouem, vt quemadmodum ipſi ad defendendum templum eius occurriſſent, ita ille virtutem illorum numine ſuo tueretur. Aderant interim Galli, apertamque vrbem adeunt. Ibi ſedentes in curulibus ſuos prætextatos ſenes, velut Deos genioſque venerati, mox eoſdem poſtquā eſſe homines liquebat, alioquin nihil reſpondere dignantes, pari vecordia mactant, faceſque tectis iniciunt, & totam vrbem igni, ferro, manibus, ſolo exæquant. Sex menſibus barbari (quis crederet?) circa montem vnum pependerunt, nec diebus modo, ſed noctibus quoque omnia experti; quum tamen Manlius nocte ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, à ſumma rupe deiecit: & vt ſpem hoſtibus demeret, quanquam in ſumma fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ, panes ab arce iaculatus eſt: & ſtato die, per medias hoſtium cuſtodias, Fabium pontificem ab arce dimiſit, qui ſolenne ſacrum in Quirinali monte conficeret: atque ille per media hoſtium tela incolumis religionis auxilio rediit, propitioſque Deos renuntiauit. Nouiſſime quum iam obſidio ſua barbaros fatigaſſet, mille pondo auri receſſum ſuum venditantes, ſubito aggreſſus à tergo Camillus cæcidit, vt omnia incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione dele-

D ret.

Igitur paſtorum quondam caſa, vrbs enituit, & poſt ſeruatam à Manlio faciem, reſtitutamque à Camillo, acrius etiam vehementiuſque in finitimos ſurrexit. Nec tamen contenti Romani ſuis eos mœnibus expuliſſe, quum per Italiam naufragia ſua latius traherent, ſic perſecuti ſunt ductante Camillo, vt hodie nulla Senonum veſtigia ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati, quum ſingolari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter ſpolia detraxit, vnde & Torquatus eſt dictus. Item in Pomptino agro, quum ſimili pugna Valerius inſidente galeæ ſacro alite adiutus retulit ſpolia, dictuſque eſt ipſe Coruinus. Necnon tandem poſt aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria, ad la-

E cum Vadimonis Dolabella deleuit, ne quis extaret ex ea gente qui incenſam à ſe Romanam vrbē gloriaretur. Conuerſoque a Gallis Torquato, Latini experti ſunt & deuicti. Indeque Sabini, qui eorum belli ſocii ductante Tatio extitiſſent, à Curio Dentato ſubiecti, eorumque loca a Baranio fonte Adriatico tenus mari, igni ferroque vaſtata, tātæque Romano populo additæ opes, vt nec ipſe poſſet æſtimare qui vicerat. Precibus deinde Campaniæ motus, non pro ſe ſed pro ſociis Samnitas inuadit. Omnium namque non modo Italiæ tantum, ſed pæne toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt. nihil mollius cœlo. denique bis floribus vernat. nihil vberius ſolo. ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur. Nihil hoſpitalius mari. hic illi nobiles portus Caieta, Miſenus, tepentes fontibus Baiæ, Lucrinus & Auernus, quædam maris hoſtia. Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus cunctorum Veſuuius Aetnei ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum Pompeii, & ipſa caput vrbium Sapua, quondam inter tres maximas, Romam Carthaginemque, numeranda. Pro hac vrbe, &

F his regionibus populus Romanus Samnitas inuadit; gentem, ſi opulentiam quæras, aureis & argenteis armis, & diſcolori veſte, vſque ad ambitum armatam: ſi fallaciam, ſaltibus fere & montibus graſſatam: ſi rabiem ac furorem, ſacris legibus humaniſque hoſtiis in exitium vrbis agitatam: ſi pertinaciam, ſexies rupto fœdere, cladibuſque animoſiorem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios ac Papirios patres, eorumque liberos, ita ſubegit & domuit, ita ruinas ipſas vrbium diruit, vt hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur, nec facile appareat materia quatuor & viginti triomphorum maxime tamen nota & illuſtris apud Caudinas Furculas ex hac gente clades, Veturio Poſthumioque conſulibus accepta eſt. Clauſo per inſidias intra eum ſaltum exercitu vnde non poſſet euadere ſtupens tanta occaſione dux hoſtium Pontius, Herennium patrem conſuluit, num illos ſub iugum mitteret, an occideret. Sapienter, vt ſenior, ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub iugum maluit, vt nec amici forent beneficio, & poſt flagitium hoſtes magis. Itaque & conſules ſtatim magnifice voluntaria deditione turpitudinem fœderis dirimunt, & vltionem flagitans miles,

G Papirio duce, horribile dictu ſtrictis enſibus, per ipſam viā ante pugnam furit, & in congreſſu arſiſſe omnium oculos hoſtis auctor fuit. Nec prius finis cædibus datus, quam iugum ſibi promiſſum Romani & duci Samnitum & hoſtibus repoſuerunt. Hactenus cum ſingulis gentibus certatum eſt, mox certatum. ſic tamen quoque par omnibus fuit. Etruſcorum duodecim populi, Vmbri in id tempus intacti, antiquiſſimus Italiæ populus, Samnitum, & reliqui in excidium Romani nominis repente coniurant. Erat terror ingens tot ſimul tantorumque populorum. late per Etruriam infeſta quatuor agminum ſigna volitabant. Ciminius interim ſaltus in medio, ante inuius plane, quaſi Calydonius vel Hercinius, adeo terrori erat, vt ſenatus conſuli denonciaret, ne tantum periculi ingrederetur. Sed nihil horū terruit ducem, quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus. Ille per noctem paſtorali habitu ſpeculatus omnia, refert totum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicuit. Nam ſubito inconditos atque palantes aggreſſus eſt, captiſque ſuperioribus iugis, in ſubiectos ſuo iure detonuit. Ea namque ſpecies illius fuit belli, quaſi in terrigenas è cœlo ac nubibus tela iacerentur. Nec tamen incruenta illa victoria nam oppreſſus in ſinu vallis alter

H alter conſulum Decius, more patrio deuotum diis manibus obtulit caput, ſolennemque familię ſuę conſecrationem in victoriæ pretium redegit.

Necdum Etruſco bello exempto, mox ſequitur Tarentinum, vnum quidem in nomine, ſed multiplex in victoriis. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & caput belli Tarentinos, id eſt totam pæne Italiam, & cum his omnibus Pyrrhum regem Epirotarum, Græciæ regem, vna velut ruina pariter inuoluit; vt eodem tempore & Italiam conſummaret, & tranſmarinos triumphos auſpicaretur.

Tarentus Lacedæmoniorum opus, Calabrię quondam, & Apuliæ, totiuſque Lucaniæ caput, cum magnitudine, &

A muris, portuq; nobilis; tum mirabili ſitu; quippe in ipſis Adriæ maris faucibus poſita in omnes terras, Hiſtriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam, vela dimittit. Imminet portui ad proſpectum maris poſitum theatrū, quod quidem cauſa miſeræ ciuitati caput fuit omnium calamitatum. Ludos forte celebrabant, cum ad remigantem litori Romanam claſſem vident, atq; hoſtem rati, emicant ſine diſcrimine & inſultant. Quî enim? aut vnde Romani? Nec ſatis. Adeiar ſine mora querelam ferens legatio. Hāc quoq; fœde per obſcœnam turpemq; dictu contumeliam violant: & hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot ſimul populi Tarentinis conſurgerent, omnibusq; vehementior Pyrrhus, qui ſemigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus ciuitatem vindicaturus, cum totis viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, incognitisque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito inſuper ferarum terrore veniebat. Apud Heracleam & Campaniç fluuium Lirim, Leuino conſule prima pugna facta eſt, quç tam atrox fuit, vt Ferentanæ turmæ præfectus Obſidius inuectus in regem turbauerit, coegeritq; proiectis inſignibus prœlio excedere. Actum erat, niſi elephanti conuerſo in ſpectacula procurriſſent bello. Quorum cum magnitudine, tum deformitate, & nouo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi, cum incognitas ſibi belluas amplius quam erant ſuſpicarentur, fugam ſtragemque late dederunt. In Apulia deinde apud Aſculum melius dimicatum eſt, Curio Fabricioque conſulibus. Iam quippe terror belluarum exoleuerat, & Caius Minutius quartæ legionis haſtatus vnius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Itaque & in ipſas pila congeſta ſunt, & in turres vibratæ faces, tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuerunt. Nec alius finis cladi erat, quam nox dirimeret, poſtremusq; fugientium rex ipſe à ſatellitibus ſaucius in armis ſuis referretur. Lucaniæ ſuprema pugna ſub Aruſinis, quos vocant, campis, ducibus iiſdem, quibus ſuperius, ſed cum tota victoria exitum, quem datura virtus fuit caſus dedit. Nam prouectis in primam aciem rurſus elephantis, vnum ex illis pullum adacti in caput teli grauis ictus auertit. Qui cum per ſtragem ſuorum recurrens ſtridore quereretur, mater agnouit, ſeque, quaſi vindicare vellet, exhibuit, quum omnia circa quaſi hoſtilia graui mole

C permiſcuit: ac ſic eædem feræ, quæ primam victoriam abſtulerunt, ſecundam parem fecerunt, tertiam ſine controuerſia tradiderunt. Nec vero tantum armis, & in campis, ſed conſiliis & domi quoque intra vrbem cum rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe poſt primam victoriam, intellecta Romana virtute, ſtatim deſperauit armis, ſeque ad dolos contulit: nam interemptos cremauit, captiuoſq; indulgentius habuit, & ſine precio reſtituit, miſſiſque legatis in vrbem omni modo anniſus eſt, vt facto fœdere in amicitiam reciperetur. Sed & bello, & pace, & foris, & domi omnem in partem Romana virtus tum ſe approbauit. Nec alia magis quam Tarentina victoria oſtendit populi Romani fortitudinē, ſenatus ſapientiam, ducum magnanimitatem. Nec alius pulchrior in vrbē aut ſpecioſior triumphus intrauit. Ante hunc diem, nihil præter pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidiſſes. Tum autem, ſi captiuos aſpiceres, Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Apulus,

D atque Lucanus: ſi pompam, aurum, purpura, ſigna, tabulç, Tarentinæque lautitiæ. Sed nihil libentius populus Romanus aſpexit, quam illas quas timuerat cum turrib. ſuis belluas, quæ non ſine ſenſu captiuitatis ſubmiſſis ceruicibus victores ſequebantur. Poſt Tarentinam cladem, domiti Picentes, & caput gentis Aſculum, à Sempronio duce; qui tremente inter prælium campo, Tellurem deam promiſſa æde placauit. Salentini vero Picentibus additi, caputq; his regionib. Brundiſium, cum inclyto portu, M. Atilio duce, & in hoc certamine victoriæ pretium templū ſibi paſtoria Palea vltro popoſcit. Poſtremi Italicorum in fidem venere Vulſini opulentiſſimi Etruſcorū implorantes opem, aduerſus vos quōdam ſuos, qui libertatē à dominis datam in ipſos erexerant, tranſlataq; in ſe repub. dominabantur. Sed hi quoq; duce Fabio Gurgite pœnas dederūt.

Domita ſubactaq; Italia, populus Rom. Appio Claudio conſule primum fretum ingreſſus eſt, fabuloſis famæ monſtris, æſtuque violentum. Sed adeo non eſt exterritus, vt ipſam illam ruentis æſtus violentiam pro munere ampleceretur, quod velocitas nauium iuuaretur, ſtatimq; ac ſine mora Hieronem Syracuſanū tanta celeritate deuicit, vt ille ipſe prius ſe victum, quam hoſtem videret, fateretur. B

Duellio Cornelioque conſulibus etiam mari congredi auſus eſt. Tum quidem ipſa velocitas claſſis comparatæ, victoriæ auſpiciū fuit. Intra enim ſexageſimum diem quā cæſa fuerat, centum ſexaginta nauium claſſis in ancoris ſtetit; vt non arte factæ, ſed quodam munere deorum conuerſæ in naues atque mutatæ arbores viderentur. Prælij vero forma mirabilis, quum illas celeres volucreſq; hoſtium naues, hæ graues tardæq; comprehenderent. Longe plus illis nauticæ artis, detorque remos, & ludificari fuga roſtra. Iniectæ enim ferreæ manus, machinæq; validæ, ante certamen multum ab hoſte deriſæ, coactique hoſtes quaſi in ſolido decernere. Victor ergo apud Liparam merſa aut fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum. Cuius quoddam gaudium fuit, quum F Duellius Imperator non contentus vnius diei triumpho, per vitam omnem, vbi à cœna rediret, præludere funalia, & præcinere ſibi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet. Præ tanta victoria leue huius prælij damnū fuit, alter conſulum interceptus Aſina Cornelius, qui ſimulato colloquio euocatus, atque ita oppreſſus fuit, perfidiæ Punicæ documētum. Calatino dictatore fere omnia præſidia Pœnorum Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lilybeoq; detraxit. Trepidatum eſt ſemel, circa Camerinenſium ſaltum. Sed eximia virtute Calpurnij tribuni militum periculo euaſimus. Qui lecta trecentorum militum manu, inſeſſum ab hoſtibus tumulum occupauit, adeoq; moratur hoſtes, dum exercitus omnis euaderet: ac ſi pulcherrimo exitu, Thermopylarum & Leonidæ famā adæquauit. Hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tantæ ſuperfuit & nihil inſcripſerit ſanguine. Lucio Cornelio Scipione, quū iam Siciliæ ſuburbana eſſet populi Rom. prouincia, ſerpente latius bello Sardinia adnexa atq; Corſica, tranſiit Olbiam: ibi Caralæ vrbis excidio incolas terruit, adeoq; omni terra & mari Pœnos fugauit, vt iam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret. Marco Attilio Regulo duce, iam in Africam G nauigabat bellum. Nec defuerant qui in ipſo Punici maris nomine ac terrore deficerent: inſuper augente Manlio tribuno metum, in quem, niſi paruiſſet, ſecuri diſtricta irruiſſet Imperator; metus mortis nauigandi fecit audaciam, mox deinde ventis remiſque properatum eſt, tantuſque terror hoſtici aduentus fuit Pœnis, vt apertis pene portis Carthago caperetur. Prima præmium belli fuit ciuitas Clypea. Prima enim à Punico littore, quaſi arx & ſpecula procurrit: & hæc, & trecenta amplius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus modo, ſed cum monſtris quoque dimicatum eſt, quum quaſi in vindictam Africæ nata miræ magnitudinis ſerpens poſita apud Bragadam caſtra vexauerit. Sed omnium victor Regulus, quum terrorem nominis ſui late circumtuliſſet, quumque magnam vim iuuentutis duceſque ipſos aut cepiſſet, aut haberet in vinculis, claſſemque ingenti præda onuſtam & triumpho grauem in vrbem præmiſiſſet; iam ipſam belli caput Carthaginem vrgebat obſidione, ipſiſque portis inhærebat. H Hic paululum circumacta fortuna eſt tantum, vt plura eſſent Rom. virtutis inſignia, cuius fere magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuerſis ad externa auxilia hoſtibus, quum Xantippum illis ducem Lacedęmon miſiſſet, à viro militiæ peritiſſimo Regulus victus eſt, fœdaque clades, Romaniſque viſu incognita: nam viuus in manus hoſtium venit fortiſſimus Imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit: nam nec Punico carcere infractus eſt, nec legatione ſuſcepta: quippe diuerſa quam hoſtis mandauerat, cenſuit, ne pax fieret, nec commutatio captiuorum reciperetur. Sed nec illa voluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec vltimo ſiue carcere, ſeu crucis ſupplicio deformata maieſtas. In omnib. admirabilior, quid aliud q̄ victor de victoribus? Ad quæ etiā Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphauit. Populus autem Rom. multo acrior intentiorq; pro vltione Reguli, quam pro victoria fuit.

A Metello igitur conſule conſpirantibus acrius Pœnis, & reuerſo in Siciliam bello, apud Panormum ſic hoſtes cæcidit Roman. exercitus, ne amplius eam inſulam aggredi cogitarent. Argumentum ingens victoriæ centum circiter elephātorum captiuitas. Sic quoq; magnas egit prædas, vt gregem illum, nō bello, ſed venatione cepiſſet. Appius Claudius conſul non ab hoſtibus ſed à diis ipſis ſuperatus eſt, quorum auſpicia contempſerat; ibi ſtatim claſſe demerſa, vbi ille præcipitari pullos iuſſerat, quod pugnare ab his vetaretur. Marcus Fabius Buteo claſſem iamiam in Africo mari apud Ægimurum oſtium in Italiam vltro nauigantem cæcidit. Quantus tum triumphus tempeſtate intercidit cum opulenta præda? Claſſis aduerſis acta ventis, naufragio ſuo Africam & Syrtes, omnium Imperia gentium, inſularumq; litora impleuit. Magna clade fuit, ſed non ſine aliqua principis populi dignitate interceptam tēpeſtate victoriam, & triumphum periſſe naufragio cōſtat. Et tamen cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis inſuliſq; fluitarent, populus Rom. & ſic triumphauit. B Lutacio Catulo conſule tandem bello finem impoſitū apud inſulas, quibus nomen Ægates. Nec maior alias in mari pugna quippe commeatibus, exercitu propugnaculis, armis grauis claſſis, & in ea quaſi tota Carthago, quod ipſum exitio fuit. Romana claſſis prompta, leuis, & expedita, & quodam genere caſtrenſis, ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, ſi remis agebatur quaſi habenis, & in hos vel illos ictus mobilia roſtra, ſpeciem viuentium præferebant. Itaq; momento temporis laceratæ hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamq; pelagus naufragio ſuo operuerunt. Tanta deniq; fuit illa victoria, vt de excidendis hoſtium mœnib. nun quæreretur. Superuacuum viſum eſt in arcem muroſq; ſæuire; quum iam in mari eſſet deleta Carthago.

Peracto quidem bello Punico, nec dum aliquantulum reſpirato, ſequitur Liguricum. Nam Ligures hi, imis Alpium iugis adhærentes, inter Varum Macramq; amnem implicati, dumia ſilueſtribus victitabant, quos pęne maius fuit inuenire, quam vincere. Tuti ſiquidem locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione latrocinia magis quam bella faciebant. C Itaque quum diu multumque eluderent ſaltu, viis, latebris, Deceates, Oxybij, Euburiates, Ingauni, tādem Fuluius latebras eorum igni ſepſit, Bebius vero in plana deduxit, Poſtumius ita exarmauit, vt vix reliquerit ferrum quo terra coleretur. Poſt quos mox Galli, Inſubribus & his qui alpium incolis, animi ferarum, corpora pluſquam humana erant. Sed experimentum depręhenſum eſt: quippe virtus eorum ſicut primo impetu maior quam virorum eſt; ita ſequens minor quam fœminarum. Alpina corpora humente cœlo educata, habent quoddam ſimile niuibus ſuis. Cum mox caluere pugna, ſtatim in ſudorem eunt, & leui motu quaſi ſole laxantur. Hi ſæpe & alias, & Britomaro duce non prius poſituros ſe balthea quam Capitolium aſcendiſſent iurauerant. Factum autem eſt, & victos eos Æmilius in Capitolio diſcinxit. Et quod dux eorum de Romano milite prædam Marti ſuo torquem aureum deuouiſſet, intercepit Iuppiter votum, & de eius ipſius Ariouiſtinis aliorumque Gallorum torquibus aureum trophæum Ioui erexit Flaminius. Rex quoq; eorum Viridomarus Romana arma Vulcano promiſerat. Aliorſum vota ceciderunt. Occiſo enim eo, Marcellus tertia poſt patrem Romulum Feretrio Ioui arma ſuſpendit. D Illyrici autem, id eſt, Veneti ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arſiam Titiumq; flumen longiſſime per totum Adriatici maris littus effuſi. Hi regnante Teutana muliere populationibus non contenti, licentiæ ſcelus addiderunt: legatos Romanos ob ea quæ deliquerant iure agentes ne gladio quidem ſed vt victimas ſecuri percuſſerunt. Præfectos nauium igni comburunt. Idq; quo indignius foret, mulier imperauit. Itaq; Gnæo Fuluio Centimalo duce late dominātur, Strictæ ſecures in principum colla legatorum manib. litauere. Poſt primum aūt Punicum bellum, vix quadriennium requies: ecce alterum bellum, minus quidē ſpacio, (nec enim amplius decem nouem annos tenens) ſed adeo cladiū atrocitate terribilius, vt ſi quis conferat damna vtriuſq; populi, ſimilior victo ſit populus ille qui vicit. Vrgebat nobilē populum mare ablatū, raptæ inſulæ, dare tributa, quæ iubere E conſueuerat. Hinc vltionē puer Hannibal ad aram patris iurauerat, nec morabatur. Igitur Saguntus in cauſam belli deleta eſt, vetus Hiſpaniæ ciuitas, & opulenta: fidei erga Romanos magnū quidem ſed triſte monumētum. Quam in libertatem cōmuni fœdere exceptam, Hannibal cauſas nouorū motuum quærens, & ſuis & ſuorum manib. euertit, vt Italiam ſibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderiſ Romanis religio eſt. Itaq; ad auditam ſociæ ciuitatis obſidionem, memores ictus quoq; fœderis cum Pœnis, non ſtatim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. Interim iam nouem menſib. feſſi fame, machinis, ferro, verſa deniq; in rabiem fide, immanē in foro exſtruunt rogum, dū deſuper ſe ſuoſq; cum omnib. opibus ſuis ferro & igni corrumpunt. Huius tantæ cladis autor Hannibal poſcitur. Tergiuerſantib. Pœnis, dux legationis; Quæ, inquit, mora eſt, Fabius. In hoc ſinu bellum pacemq; porto, vtrum eligitis? Succlamantibus bellum; Bellum ergo, inquit, accipite. F Et excuſſo in media curia togæ gremio, non ſine horrore, quaſi pleno ſinu bellum ferret, effudit: ſimilis exitus belli initio fuit. Nam quaſi has inferias ſibi Saguntinorum vltimæ diræ in illo publico parricidio incendioq; mandaſſent: ita manib. eorum vaſtatione Italiæ, captiuitate Africæ, ducum & regum qui id bellum geſſeruñt exitio parētatum eſt. Igitur ſimul ſe in Hiſpaniam mouit illa grauis & luctuoſa Punici belli vis atq; tēpeſtas, deſtinatumq; Romanis iamdiu fulmen Saguntino igne conflauit; ſtatim quodam impetu rapta medias fregit Alpes, & in Italiam ab illis fabuloſæ altitudinis niuibus velut cœlo miſſa deſcendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum & Ticinum valido ſtatim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fuſus exercitus, ſaucius etiam ipſe veniſſet in hoſtium manus Imperator; niſi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipſa morte rapuiſſet. Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit, nomen ex malis eius habiturus. Ticino Trebia ſuccedit. hic ſecunda Punici belli procella deſæuit, Sempronio conſule. Tum callidiſſimi hoſtes frigidū & niualem diem nacti, quum ſe ignibus prius oleoq; fouiſſent (horribile dictu) homines à meridie & ſole venientes, G noſtra nos hyeme vicerūt Traſimenus lacus tertiū fulmen Hannibalis, Imperatore Flaminio. Ars noua Punicæ fraudis: quippe nebula lacus, paluſtribuſque virgultis tectus equitatus, terga ſubito inuaſit pugnantium. Nec de diis poſſumus queri: imminentem temerario duci cladem prædixerant inſidentia ſignis examina, & aquilæ prodire nolentes: commiſſamq; aciem ſecutus terræ tremor, niſi illū horrorem ſoli equitum virorumq; diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt. Quartum, id eſt, pæne vltimum vulnus imperij, Cannæ ignobilis Apuliæ vicus, ſed magnitudine cladis emerſit, & quadraginta millium cæde parta nobilitata. Simul in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cœlum, dies, tota rerum natura conſenſit. Siquidem non contentus ſimulatis transfugis Hannibal, qui mox terga pugnantium cæciderunt; inſuper callidus imperator, in patentibus campis, obſeruato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus puluis, & Eurus ab Oriente ſemper; quaſi ad conſtitutum ita inſtruxit aciem, vt Romanis aduerſus hæc omnia obuerſis, quaſi ſecum cœlum tenens, vento, puluere, & ſole pugnaret. H Itaque duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatietatem, donec Hannibal diceret militi ſuo, Parce ferro. Ducum alter fugit, alter occiſus eſt, dubium vter maiore animo. Paulum puduit, Varro non deſperauit. Documenta cladis, cruentus aliquamdiu Aufidus: pons de cadaueribus iuſſu ducis factus, in torrente Vergello: modij deo annulorum miſſi Carthaginem, dignitatiſque equeſtris taxata menſura: dubium deinde non erat, quin vltimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Hannibal in Capitolio potuerit (ſic Pœnum illum dixiſſe Maharbalem Hamilcari ferunt) ſi Hannibal, quemadmodum ſciret vincere, ſic vti victoria ſciſſet. Sed tum quidē illum, vt vulgo dici ſolet, aut fatum vrbis imperaturæ, aut ipſius mens mala, & auerſi à Carthagine dij in diuerſum abſtulerunt. Et cum victoria poſſet vti, frui noluit; relictaque Roma, Campaniam Tarentumque perrexit, vbi mox & ipſe,

A & ipſius exercitus ardor elanguit, adeò vt vere dictum ſit, Capuam Hannibali Cannas fuiſſe. Siquidem inuictum Alpibus, indomitumque armis Campaniæ (quis crederet) ſoles, & tepentes fontibus Baiæ ſubegerunt. Permiſſum eſt interim Romanis reſpirare, & quaſi ab inferis emergere. arma non erant, detracta ſunt templis: deerat iuuentus, in ſacramentum liberata ſeruitia: egebat ærarium, opes ſuas ſenatus in medium libens protulit: necnon pariter quod in bullis cingulisque & annulis erat, nec quicquam ſibi auri reliquerunt. Eques ſecutus exemplum, imitatæq; equitem tribus. Denique vix ſuffecerunt tabulæ, vix ſcribarum manus, Leuino Marcelloque conſulibus, quum priuatorum opes in publicum referrentur. Quid autem in eligendis magiſtratibus. quæ centuriarum ſapientia, cum iuniores à ſenioribus conſilium de creandis cōſulibus petierunt? E Quippe aduerſus hoſtem toties victorem, tam callidum, non virtute tantum ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat. Prima redeuntis, & vt ita dixerim, reuiuiſcentis imperii ſpes Fabius fuit, qui nouam de Hannibale victoriam commentus eſt, non pugnare. Hinc illi cognomen nouum & reipublicæ ſalutare, Cunctator: hinc illud ex populo, vt imperii Scutum vocaretur. Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque ſaltus ſic macerauit Hannibalem, vt quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur. Inde Claudio Marcello duce, etiam congredi auſus eſt, cominus venit & pepulit è Campania ſua, & ab obſidione Nolæ vrbis excuſſit. Auſus eſt & Sempronio Graccho duce per Lucaniam ſequi & terga premere cedentis, quamuis cum, ô pudor, ſeruili pugnaret exercitu (nā huc vſque tot mala compluerunt) ſed libertate donatos, de ſeruitute Romanos fecerunt. ô horribilem in tot aduerſis fiduciam, ô ſingularem animum & ſpiritum populi Romani. tam arctis afflictiſque rebus, vt de tota Italia dubitare debuiſſet, auſus tamen eſt in diuerſa reſpicere, quumq; hoC ſtis in iugulo per Campaniam & Apuliam volitaret, mediamque de Italia Africam faceret, eodem tempore & hunc ſuſtinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniamque diuiſa per terrarum orbem arma mittebat. Siciliam mandat Marcello. nec diu reſtitit. tota enim inſula in vna vrbe ſuperata eſt. Grande illud, & ante id tempus inuictum caput Syracuſæ, quamuis Archimedis ingenio defenderetur, aliquando ceſſerunt. longe illi triplex murus, totidemque arces portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ, niſi quod hactenus profuere, vt pulchritudini victæ vrbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi gentium feritas, Inſanorumque (nam ſic vocantur) immanitas montium profuere. Sæuitum in vrbes, vrbemque vrbium Caralim, vt gens contumax viliſque mortis, ſaltem deſiderio patrii ſoli domaretur. In Hiſpaniam vero miſſi Gnæus & Publius Scipiones, pæne totam Pœnis eripuerunt prouinciam. Sed inſidentes Punicæ fraudis inſidiæ, alterum ferro caſtrametantem, alterum, quum euaſiſſet in turrim, cinctum facibus oppreſſerunt. Igitur in vltionem patris & patrui miſſus eſt cum exercitu Scipio, cui iam grande nomen de Africa fata decreuerant. Bellatricem illam viris armiſque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam iam Hannibalis eruditricem, incredibile D dictu, totam à Pyrenæis montibus, in Herculis columnas, in Oceanum recuperauit. Eodem quidem die quo obſeſſa eſt Carthago capta eſt, neſcio citius an felicius, quam facile, vel vna probat, omenque Africanæ victoriæ fuit quod tam facile victa eſt Hiſpaniæ Carthago. Certum eſt tamen, ad profligandam prouinciam maxime profeciſſe ducis ſanctitatem, quippe, qui captiuos pueros puellaſque præcipuæ pulchritudinis barbaris reſtituere. ne in conſpectum ſuum quidem paſſus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem oculis videretur. Hæc in diuerſa terrarum populus Romanus, nec ideo tamen viſceribus Italiæ inhærentem ſubmouere poterat Hannibalem. Pleraque ad hoſtem defecerant, & dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque viribus vtebatur. Iam tamen eum pleriſque opidis & regionibus excuſſere Romani. Iam Tarentum tulerant, iam & Capua ſedes, domus, & patria altera Hannibalis tenebatur, cuius amiſſio tantum Pœno doci dolorem dedit, vt deinde totis viribus Romam conuerteretur. B O populum dignum orbis imperio, dignumque omnium fauore & admiratione hominum ac deorum! compulſus ad vltimos metus ab incepto non deſiſtit, & ſua de vrbe ſollicitus, Capuam tamen non omiſit, ſed parte exercitus ſub Appio conſule relicta, parte Flaccum in vrbem ſecuta, abſens ſimul præſenſque pugnabat.

Quid ergo miramur, mouenti caſtra à tertio lapide Hannibali iterum ipſos deos reſtitiſſe? Tanta enim ad ſingulos illius motus, ſatis imbrium copia effuſa eſt, tantorum ventorum violentia coorta eſt, vt diuinitus hoſtem ſubmoueri, non à cœlo, ſed ad vrbis ipſius mœnibus & Capitolio videretur. Itaque fugit & ceſſit, & in vltimum ſe Italiæ recepit ſinum, quum vrbem tantum non adoratam reliquiſſet. Siquidem ab Hiſpania Haſdrobal frater Hannibalis cum exercitu nouo, nouis viribus, noua belli mole veniebat. actum eſſet proculdubio, ſi vir ille cum fratre ſe iunxiſſet: Sed hunc quoque tantum quod ab Alpe deſcenderat, apudque Metaurum caſtrametantem Claudius Nero cum Liuio Salinatore debellat. Nero in vltimos Italiæ angulos ſubmouerat Hannibalem. Liuius in diuerſiſſimam partem, id eſt, in ipſas naſcentes Italiæ fauces ſigna conuerterat. F Tanto, id eſt, omni qua longiſſima eſt Italia ſolo interiacente, quo conſilio, qua celeritate conſules caſtra coniunxerint, inopinantemque hoſtem collatis ſignis oppreſſerint, neque id fieri Hannibal ſenſerit, difficile dictu eſt. Certe Hannibal re cognita, quum proiectum fratris caput ad ſua caſtra vidiſſet. Agnoſco, inquit, infelicitatem Carthaginis. Hæc fuit illius viri non ſine præſagio quodam fati imminentis prima confeſſio. Iam certum erat Hannibalem etiam ipſius confeſſione poſſe vinci, ſed tot rerum proſperarum fiducia plenus populus Romanus magni æſtimabat, aſperrimum hoſtem in ſua Africa debellare. Duce igitur Scipione in ipſam Africam tota mole conuerſus, imitari cœpit Hannibalem, & Italiæ ſuæ clades in Africa vindicare. Quas ille dii boni, Haſdrubalis copias fudit, quos Syphacis Numidici regis equitatus quæ quantaque vtriuſque hoſtis caſtra facibus illatis vna nocte deleuit! denique iam non à tertio lapide, ſed ipſas Carthaginis portas obſidione quatiebat: ſic factum, vt inhærentem atque incubantem Italiæ extorqueret Hannibalem. Non fuit maior ſub imperio Romano dies quam ille, G quum duo omnium & antea & poſtea ducum maximi duces, ille Italiæ hic Hiſpaniæ victor, collatis cominus ſignis direxere aciem. Sed & colloquium fuit inter ipſos de legibus pacis, ſteterunt diu mutua admiratione defixi: vbi vero de pace non conuenit, ſigna cecinere. Conſtat vtriuſque confeſſione, nec melius inſtrui aciem, nec acrius potuiſſe pugnari. Hoc Scipio de Hannibalis, Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. Sed tamen Hannibal ceſſit, præmiumque victoriæ Africa fuit, & ſecutus Africam ſtatim terrarum orbis. Poſt Africam iam vinci neminem puduit, ſed æquo iure vbique ſubacti. Primum igitur Leuino conſule Populus Romanus Ionium mare ingreſſus, H tota Græciæ litora velut triumphante claſſe peragrauit. Spolia quippe Siciliæ Sardiniæ, Africæ præferebat, & manifeſtam victoriam, quam nata in prætoria puppi laurus pollicebatur. Aderat ſponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant & Rhodii, nauticus populus, quibus à mari conſul, à terris omnia equis viriſque quatiebat. Bis victus, bis fugatus rex Macedonum, bis exutus caſtris, quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu. quæ non ſpiculis, nec ſagittis, nec vllo Græculo ferro, ſed ingentib. pilis nec minoribus adacta gladiis vltra morem patebant. Enimuero Flaminio duce, ad inuios antea populo Romano Chaonum montes, Sauumque amnem per abrupta vadentem, & ad ipſa Macedoniæ clauſtra penetratum victoria fuit. Nam poſtea nunquam auſus congredi rex, ad tumulos, quos Cynocephalos vocant, vno ac ne eo quidem iuſto prœlio opprimitur. In Numidia tunc amici Populi Romani regnabant. Sed Iugurtha contra ſe bellum mouit Romanorum, propter necem Adherbalis & Hiempſalis Micipſæ liberorum, expugnataque eſt primum à Metello conſule dehinc à Mario Numidia domita. Mauritaniam vero Bochoris tuebatur. Sed quum collectio omniū Maurorum facta eſt, Iubas rex vidēs quæ pugnæ fuiſſet offenſio,

A mox ſuperatum ſeſe ſenſit, veneno hauſto defecit, omniſq; Mauritana Romanis ſubacta. Tripolis nanque, & vtraque Mauritania, Sitifenſis, & Cæſarienſis, ſimiliter Romano inti, cæterorum formidine tactæ, vltro ſe ſubegerunt. Hiſpanias quamuis, vt ſuperius diximus, Saguntina clades ab amicitiis Romanorum ſegregaſſet, Scipio tamen eos tam gratia quam virtute rurſus coniunxit Romanis, rurſuſque reſiſtentes Sylla conſul ſedauit. Celtiberos ſimiliter cum Numantinis aduerſus Romanos inſurgentes, Scipio iunior ſedauit, compeſcuit, atque pæne ſubuertit. Cantabri & Aſtures confiſi montium ſuorum munimine, dum reſiſtere moliuntur, pleniſſime demoliti ſunt & in prouinciam redactæ. Tarraconenſes, Luſitani, Galleci, Carthaginiſi, & Seticani contra promontorium Africæ ſitæ, omnes vno pæne prælio ſuperatæ & in prouincias Romanas deſcriptæ ſunt. Epirotæ, qui in Illyrico quamuis cum Pyrrho rege ſuo contra Italiam conſpiraſſent, tamen primũ pacem moliti, ſecundo, ac tertio rebellantes, cum Achiuis & Theſſalis edomiti, Romano iugo ſubacti ſunt. Macedonia namque B primum ſub Philippo, deinde ſub Perſeo, tertio ſub Pſeudophilippo arma contra ſe prouocauit Romana, oppreſſaq; primo Flaminio conſule, ſecundo à Paulo, tertio à Metello ſuperata, colla ſubmiſit, Romanaque prouincia facta. Illiriam autem cum Gentione ſuo rege, Macedonibus auxiliantibus vicit Romanorum Lucius prætor, & in prouinciam redegit. Dardanos Mœſioſque Curione primum proconſule domuit, primuſque omnium Romanorum Danubium amnem vſq; profectus, cuncta eius loca vaſtauit. Pannoniarum quoque regem in certamine ſuperans, idem Lucius redegit in prouinciam vtraſque Pannonias. Amantinos autem qui inter Sauum Drauumque flumina inſident, rege eorum interempto, ipſa vice Romanam fecit prouinciam. Marcomanni & Quadi in illa Valeria quæ inter Drauum Danubiumque interiacet, ab eodem tunc ductore oppreſſi, fineſque inter Romanos & barbaros ab Auguſto per Vindeliciam, per Noricum Meſiamque diſpoſiti. Daces autem poſthæc iam ſub imperio ſuo Traianus Decebalo eorum rege deuicto, terras vltra Danubium, quæ habẽt decies centum mille paſſus, ſpacia, in prouinciam redegit. C Sed Galienus eos dum regnaret amiſit, Aurelianuſque imperator, euocatis exinde legionibus, in Meſia collocauit, ibique aliquam partem Daciam mediterraneam, Daciamque Ripenſem conſtituit, & Dardaniam iunxit. Illyricus autem cuncta per partes quidem & membra deuicta, ad vnum tamen corpus aptata eſt, quæ habet intra ſe prouincias decem & octo. hæ ſunt, Norici duæ, duæ Pannoniæ, duæ Valeriæ, Sueuia, Dalmatia, Meſia ſuperior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epiros, Præuales, Creta, ſimul decem octo. Thracias autem non aliter niſi occaſio Macedonici belli fecit aggredi. Diri nanq; homines omniumque gentium ferociſſimi ſunt Thraces, quorum ſæuitiam pariter habent & Scordiſci, & Emimontii, Aſticique, ob quorum immanitatem Romani multa & grauia pertulerunt, crebriſque certaminibus exercitus cæſus. Ad poſtremum à Marco Didio & ipſi ſubacti, & loca eorum in prouinciam redacta, iugum excepere Romanum. Nam Marcus Droſus intus eos in montibus eorum contriuit, Minutius in Gebro amne eorum multos extinxit & vicit. Rodopeni per Appium Claudium deuicti ſunt, & ciuitates maritimas Europæ, quæ dudum Romanæ fuiſſent, D & poſtmodum rebellaſſent, Marcus Romanis ſubegit. Lucullus ſiquidem primus in Thracia contra Beſſos pugnans, eos qui in fortitudine famaque præibant deuicit. Emmontioſque debellans, Pulendenam quæ nunc Philippopolis, & Vſtudamam quæ Adrianopolis vocatur, in Romanorum redegit dominium. Similiter & capiens ciuitates quæ litori Pontico inhærebant, id eſt Apolloniam Galatam. Parthenopolim, & Tomos Iſtri. omniaque loca vſque ad Danubium ſubdens, Scythis Romanorum oſtendit virtutem. Hactenus ad partes occiduas: nunc quæ in Eoa plaga ſunt percurramus. Primum quidem in Aſia locum Romani hæreditario iure inuenerunt. Nam Attalus rex, amiciſſimus populi Romani, humanis rebus excedens, per teſtamentum ſuum Romanos ſuo in regno hæredes conſtituit quod pæne non ante Romanus populus

E adut, niſi & ſuo labore vicina loca cepiſſet, id eſt Lydiam, Cariam, Helleſpontum, vtramque Phrygiam. Nam Rhodus opinatiſſima inſula & totius Adriæ inſularum metropolis pæne cum omnibus Cycladibus arma pertimeſcens Romana, iam dudum ſe fœderatam populo illi coniunxerat, & nauali bello ſolatia condonabat. Cum quibus Seruilius proconſul directus, quaſi piratico bello, obtinuit tamen Pamphiliam, Lyciam, Piſidiamque deuicit. fecitque prouincias. Bithyniã vero Nicomedes rex moriens, teſtamentali voce reliquit. Gallogræciam autem, id eſt Galatiã Syriaci belli ruina conuoluit. Fuit nanque inter auxilia regis Antiochi. An fuiſſet cupidus triumphi Manlius, dubium eſt. Dubus nanque prœliis fuſi fugatique ſunt, quamuis ſub aduentu hoſtis ſedibus relictis in altiſſimos ſe montes recepiſſent, colonos abegit. Olympũ recti ſago & magaba inſederant. Vtrimque fundis ſagitiſque detracti, in perpetuam ſe pacem dederunt: ſed alligati miraculo quodam fuere, quum cathenas morſibus & ore tentaſſent, quum offocandas in vices fauces præbuiſſent. Nam Orgia F Contis vxor à centurione ſtuprum paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam euaſit, reuulſumque adulteri caput ad maritum reportauit. Deiotarum ſiquidem amicum ſenatus præfecit Galatiæ, ſed poſthæc Cæſar eos redegit. prouinciamque fecit. Cappadoces quoque ſub Epaphra rege conſtituti, primum per legatos ſuos Romanorum amicitias petierunt, dehinc Ariobarzane rege ſuccedẽte, & à Mithridate expulſo, vltro ſe Romano ſeruitio tradiderũt, magnamque ciuitatem ſuam Mazacam in honorem Cæſaris Cæſaream appellauerunt. Poſt hæc iterum ſub Claudio imperatore rex eorum Archelaus Romam adueniens, quaſi amicus populi Romani, ibique defunctus, teſtamentali voce Cappadociam Romanis dedit. & ſic iam ex integro in prouinciam facta eſt. Pontus à Pompeio deuicta cum ſuo rege Mithridate, facta prouincia eſt. Paphlagoniæ Pylemenes rex amicus populi Romani, ab æmulis dum inquietaretur, Romanorum petiit auxilium. Sed quoq; dum de inimicis vlciſceretur, defunctus, Romanos per teſtamentum hæredes reliquit. Hactenus intra Taurum: nunc vlterius tranſgrediamur, & quæ patriæ aut quibus ſubiugantibus populo Romano coniunctæ ſint, memorabimus. Antiochus Syriæ fortiſſimus rex magnum apparatum belli cõtra populum Romanum commouit. trecenta milia ſiqui- G dem armatorum, curruſque falcatos, quamplures elephãtos, innumeros turritos, & inſtar muralis in acie ordine ſitos, cui obuiauit Scipio Africani Scipionis frater in Aſia ad Magneſiam ciuitatem, commiſſoque prælio, Antiochus victus eſt, percuſſumque fœdus cum Romanis, ab Aſia diſceſſit, & vltra Taurum ex Senatus conſulto regnare permiſſus eſt, filioſque eius in obſidatu Romæ deductos poſt patris obitum regnare genitali loco conceſſum. Cilices cum Iſauris piratæ effecti, & in mari magno ſæpe latrocinia concitantes, à Seruilio proconſule victi & proſtrati ſunt. hic quoq; Seruilius primus Romanorum Tauri iugum peruium fecit, triumphanſq; de eorum ſpoliis, Iſauricus & Cilicus vocatus eſt. Cyprum Cato claſſe nauigera directus inuaſit. Cypris negantibus habere ſe aliquid, magnas illic opes reperit, proſcriptionibuſque multauit. Quod non ferens Gnoſius rex eorum, veneno hauſto ſemet occidit, & H ſic Cyprus Romana facta prouincia. Libyam, id eſt Pentapolim totam, primo illo Ptolomæo Romanis ſub libertate conceſſam, tamen reſiſtentes dehinc, Appionis conſilium populo Romano ſubdidit. Ægyptus omnis ab amicis Romanorum, id eſt Lagitis per Ptolemæos poſſeſſa. poſthæc Cleopatra & Antonius iure proprio vindicantes & ſe & illum amiſerunt. Montes vero Armeniæ primum per Lucullum Romana arma viderunt, per quem & Olrene & Saracenorum phylarchi deuicti Romanis ſe dediderunt: Meſopotamiamque idem ipſe, Niſiben quoque vrbem inuaſit. Poſt quem Pompeius eadem loca ingrediens, Romano confirmauit imperio Syriam Comagenen inſolo piglio Tigrane deuicto inuaſerat. Arabes & Palæſtini eodem Pompeio ductante deuicti ſunt. Babylonii autem crebro concertantes, ſæpenumero victi, nnoquã tamen ad integrum domiti ſunt. Quos tamen primum Lucius Sylla proconſul ſub Arface eorum rege deuicit, ab eoque toga-

tus per

A tus per legatos pacem conceſſit. Secundo dum Lucius Lu-
cullus à Pontico regno Tigranem regem Armeniæ cum
decem & octo millibus ſuperatum expelleret, omni Ar-
menia inuaſa, ad Meſopotamiam venit, ibi Niſibē cum fra-
tre regis Parthorum cepit. eqna forte Perſidem cupiens de-
uaſtare, niſi Pompeius à Senatu directus ei aduenïſſet ſuc-
ceſſor. Hic etenim Pompeius illoo veniens, mox nocturno
prælio in minori Armenia ſuper Mithridatem irruens, xl.ii
millia Armeniorum proſternens, eius caſtra ſuccendit. Vn-
de Mithridates cum vxore & duobus ſatellitibus fugiens
Boſphorum venit, nimiaque deſperatione detentus vene-
num accepit. Sed dum nec ſic mors ei accederet, alterum è
duobus ſatellitibus rogauit vt ſe perimeret. Pompeius au-
tem maiori Armenia dum perſequeretur Tigranem con-
tra Romanos auxilium commodantem, ille in Artaxata vr-
be regno depoſito, vltro diadema ſuum Pompeio obtulit:
ſed Pompeius pietate ductus, vltra minorem Armeniam ei
conceſſit regnare, auferens ab eo Meſopotamiam & Sy-
riam, partemque Phœnicis cum Armenia. Nam Boſpora-
B nis Colchiſque Ariſtarchum regem Pompeius præpoſuit,
Albanoſque inſequens, Orodem regem eorum tertio ſu-
perauit, ad poſtremum rogatus pacem conceſſit. Hiberiam
ſimili etiam Artace rege in deditione excepit. Sarracenos
Arabaſq; exſuperans, Hieroſolymam inde captiuauit. Cum
Perſis fœdere percuſſo, reuertens Daphnenſem agrum An-
tiochenis conceſſit ob nimiam loci amœnitatem pro mu-
nere. His & aliis rebus in Syria bene geſtis, vnius fœdauit a-
uaritia. Nam Craſſus conſul, dum Parthico inhiat auro, vn-
decim legiones pæne cum ſuo capite amiſit. Cuius in con-
ſpectu & filius hoſtilibus telis cōfoſſus, & ipſe peremptus,
caputque eius præciſum cum dextera manu, ad regem re-
portatum ludibrio fuit; neque indigno: Aurum enim liqui-
dum in rictum oris infuſum eſt, vt cuius animus auri arſerat
cupiditate, eius etiam mortuum exſangue corpus auro vre-
retur. Reliqui vero infelicis exercitus, quo quemque rapuit
fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque diſtracti, vix cla-
dis tantæ nuncium retulerunt. Hac ergo clade altius Parthi
animos eleuantes, per Pacorum ducem Syriam inuadunt,
ducemque Labienum, quem dudum ceperant, exercitui
C præponentes, contra ſocios, id eſt Romanos, in prælio di-
rigunt.

Sed Ventidius Baſſus Perſas ſub vtroque duce Syriam
populantes, ſuperatos effugat, Labienumque interfecit; Pa-
corum vero regium iuuenem telis vndique circumſcriptū
extinxit, moxque capite eius dempto & circumlato per vr-
bes quæ deſciuerant, Syriam ſine bello recepit. Sic Craſſia-
nam cladem Ventidius Pacori capite, Labienique morte
penſauit. Nec ſi contentus populus Romanus, Craſſianum
interitum obliuiſci, inde adhuc ſeuit in Parthos. Nam Mar-
cus Antonius in Mediam ingreſſus, contra eos arma com-
mouit, ibi ſuperans eos, deinde cum duabus legionibus in-
edia hiemeque correptus, vix in Armeniam Parthis ſequē-
tibus fugit, ibique ereptus eſt. Sub Auguſto dehinc Octa-
uiano Armenii cum Parthis commixti, per Claudium Cæ-
ſarem nepotem Auguſti ocyus ſuperantur. Armenii ſiqui-
dem vtilius tunc Romanorū amicitiis reconciliari, & pro-
prias ſedes incolere; quam cum Parthis coniuncti, & ſedes
perdere, & Romanos infeſtos habere. Sic quoque dum in
partibus orientalium Romanus laborat, exercitus, occi-
D duæ plagæ infeſtæ ſunt. Norici qui in Alpibus Noricis ha-
bitantes credebant quaſi in rupes & niues bellum nō poſ-
ſe aſcendere: ſed mox omnes illius cardinis populos, Breu-
bos, Teutones, Senones, atq; Vindelicos, per eundem Cæ-
ſarem gladio Romanus vicit exercitus. Quæ tamen fuerit
Alpinarum gentium feritas, facile eſt vel per mulieres o-
ſtendere, quæ deficientibus telis, infantes ſuos afflictos
humi in ora militum aduerſa miſerunt. Nec minore his ſæ-
uitia Illyrici pariter accenduntur. Contra quos Auguſtus è
vicino egreſſus, pontem vnde aquam tranſiret fieri impera-
uit. Dumque aquis & hoſtibus ad aſcenſum milites turba-
rentur, ſcutum ipſe rapuit, & viam primus ingreſſus eſt.
Tum agmine ſecuto, cum ſubruptus multitudine pons
ſuccidiſſet, ſaucius manibus & cruribus, ſpecioſior ſangui-
ne, & ipſo periculo auguſtior, terga hoſtium cecidit. Pan-
nonii vero duobus ſaltibus, tribus fluuiis, Drao, Sauo, Hi-
E ſtroque vallantur, contra quos Vibium miſit, qui eos plus
feliciter vicit, quam eorum flumina curſu rapido currant.
Dalmatæ ſimiliter ſiluis commanentes, plurimam partem
latrocinando vaſtabant: ad quos edomandos Vibium
mandat, qui efferum genus fodere terras coegit, aurum-
que è venis repurgare. Mæſi vero quam feri, quam truces
erant? vnus ducum ante aciem poſtulato ſilentio; qui vos
eſtis? inquit: Reſponſum eſt, Romani gentium domini. Et
ille, Ita fiet inquit, ſi nos viceritis. Sed mox ad bellum ven-
tum eſt, nec claſſicum audire valuerunt. ſed à Marcio ſupe-
rati ſunt. Thraces antea ſæpe, tunc tamen Rometalca re-
gnante ſibi à Romanis deſciſcunt. Nam hic barbaros & di-
ſciplinæ & ſignis militaribus aſſuefecerat: ſed à Piſone per-
domiti, in ipſa captiuitate rabiem oſtendebant. nam cathe-
nas quibus ligati erant morſibus vellicantes, feritatem ſuā
ipſi puniebant. Daciam quoque vltra Danubium ſitam, ex-
indeque ſæpius elatos, gelato Danubii alueo ad furta in
Pannoniam tranſeuntes, Lentulo miſſo vicit, expulit, atq;
ſubegit. Sarmatas quoque per eundem Lentulum vltra
Danubium pepulit. Qui nihil aliud vbi degunt præter ni-
F ues pruinaſque & ſiluas habent, tantaque barbaries in illis
eſt, vt nec intelligant pacem. Marmaridas vero & Gara-
mantes in orientali hiemali plaga per Quirinum ſubegit.
Germanos, Etallos, Britones, Hiſpanos, Hiberos, Aſtures,
Cantabros occiduali arte iacentes, & poſt longum ſeruitiū
deſciſcentes, per ſe ipſe Auguſtus accedens rurſus ſeruire
coegit, Romaniſque legibus viuere. Cleopatra vero Ale-
xandrinorum regina ex genere Lagitarum, Ptolemæorum-
que ſucceſſor, prius contrà viri ſui Ptolemæi inſidias Caiū
Iulium Cæſarem interpellauit, qui ob ſtupri (vt perhibent)
gratiam, regnum eius confirmauit, ipſamque in vrbem cū
magna pompa deductam Alexandriæ permiſit regnare.
Caſſius Iudæa capta templum ſpoliauit. Occiſo vero in cu-
ria Romæ Cæſare Iulio, nepos eius Auguſtus ſuſcepit prin-
cipatum, quem Antonius, dum inuideret, nihilque lædere
poſſet, vrbem Romam ingreditur, & ad partes Ægypti,
quaſi Romanæ prouiſor reipublicæ, accedit. Ibi iam viduā
à viro regnantem reperiens Cleopatram, ſe quoque cum
illa conſocians, cœpit ſibi dominationem parare. nec taci-
te; ſed patriæ, nominis, togæ, faſcium oblitus, in monſtrum
G illud vt mente ita animo cultuque deſciuerat. aureus in
manu baculus, in latere acinaces, purpurea veſtis ingenti-
bus obſtricta gemmis. Diadema deerat, vt regina rex & ip-
ſe frueretur. Quod Auguſtus Cæſar audiens, à Brundiſio
Calabriæ in Epirum, vt eum à cœpta remoueret tyrannide,
tranſierat. Nam Antonius omne Actiacum litus iam claſſi-
bus obſidebat. Sed mox vbi ad prælium ventum eſt, & Cæ-
ſaris claſſis illius cœpit turbare nauigium, prima mox fuga
regina cum aurea puppi veloque purpureo in altum ſe de-
dit. Mox ſecutus Antonius, ſed inſtat veſtigiis eorum Cæ-
ſar. Itaque nec præparata in Oceanum fuga, nec munita
præſidiis vtraque Ægypti cornua Paretonium atque Pelu-
ſium profuere. Prope fuere, prope manu tenebantur. pri-
mus ferrum occupauit Antonius; regina ad pedes Auguſti
prouoluta tentauit oculos ducis. fruſtra quidem. nam pul-
chritudo intra pudicitiam principis fuit. nec illa de vita,
quæ offerebatur, ſed de parte regni laborat. Quod vt de-
H ſperauit à principe, ſeruarique ſe triumpho cognouit, in-
cautiorem nacta cuſtodiam, in mauſoleum ſe regum rece-
pit, ibique maximos, vt ſolebat, cultus induta, in referto
odoribus ſolio, iuxta ſuum ſe collocauit Antonium, admo-
tiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta
eſt. Hic finis bellorum Auguſti Cæſaris tam cum ciuibus
quam cum extraneis. Sic quoque Auguſtus, vt Cæſar O-
ctauianus, quo nullus imperatorum in bellis felicior, nec
pace moderatior fuit, ciuiliſſimus in omnibus; qui ab oriē-
te in occidentem, à ſeptentrione in meridiem, ac per totum
Oceani circulum, cunctis gentibus vna pace compoſitis,
Iani portas ipſe tunc clauſit, & cenſum Romæ cum Tibe-
rio cogitans, inuenit hominum nonagies trecenta ſeptua-
ginta milia, omnemque orbem veniente Ieſu Chriſti nati-
uitate pacatum cenſeri præcepit, regnauitque annos quin-
quaginta ſex: ſed imperii eius ſecundo ac quadrageſimo
anno, Dominus Ieſus Chriſtus ex ſpiritu ſancto ac Maria
virgine Deus verus ac homo verus naſci dignatus eſt. qua-

A triordecim reſiduos annos poſt Domini aduentum corporali præſentia, in pace regnans, & ipſe ſingularem obtinuit principatum, & poſteris eandem imperii poteſtatem cum ſuo nomine Auguſti derelinquens, rebus exceſſit humanis, ſucceſſorem relinquens Tiberium priuignum ſuum.

Tiberius Auguſtus Cæſar regnauit annos viginti tres, qui multos reges ad ſe blanditiis euocatos, nunquam ad propria regna remiſit, in quibus & Archelaum Cappadocum regem. Cuius & regno, poſtquam defunctus eſt, in prouinciam verſo, Maſacam ciuitatem eius de nomine ſuo Cæſaream vocitauit, huius vero anno XVIII. dominus noſter Ieſus Chriſtus ſub Pontio Pilato in Iudæa carne paſſus eſt, non deitate.

Caius Cęſar cognomento Caligula regnauit annos tres, menſes decem. hic namque Memmium Regulum coegit, vt vxorem ſuam ſibi lege filiæ coniugem daret, inſtrumentaque matrimonii vt pater conſcriberet; hæc & his ſimilia perpetrans, necnon & in templo Hieroſolymitano Iouis ſtatuam per Gaium Petronium ſtatuens, & in Alexandria
B Iudæos per Flaccum Auilium præfectum, opprimens, poſtremo à protectoribus ſuis in palatio Romæ occiſus eſt, anno ætatis vigeſimonono.

Claudius dehinc huic ſuccedens, regnauit annos tredecim, & menſes nouem, fecit etiam hic Claudius expeditionem in Britanniam inſulam, quam iam nemo ante Iulium Cæſarem neque poſt eum quiſquam adire auſus fuerat, exercitum duxit, ibiq; ſine vllo prælio ac ſanguine, intra paucisſimos dies, plurimam inſulæ partem in deditionem recepit. Orchadas autem inſulas intra Britanniam in Oceano poſitas, Romano adiecit imperio. Ac ſexto quo profectus erat menſe Romam repedauit, ibique defunctus eſt annorum ſexagintaquatuor.

Nero nepos Caii Caligulæ regnauit annos tredecim, menſes octo: tantæque luxuriæ fuit, vt frigidis & calidis lauaretur vnguentis. Is etenim non ſolum quidem non profuit reipublicæ, imo obfuit nimis. Nam duas legiones in Armenia cum ipſa prouincia ſimul amiſit, qui Parthico iugo ſeruientes, grauem infamiam Romanis dederunt. Iuxta omne ſcelus & paricidium quod in proprios parentes cō-
C miſerat, addidit facinus, vt ad inſtar Troiæ Romam incenderet, manuſque iniiciens in Chriſtianos, perſecutionem concitat, ipſoſque doctores fidei Petrum ac Paulum in vrbe interemit, alterum cruci affigens, alterum capite plectens, eoque cum dedecore regno euulſo, Galba in Hiberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt, omneſque tamen celeri interitu interierunt.

Veſpaſianus apud Iudæam ab exercitu in regnum aſcitus, regnauit annis decem Nam relicto filio ſuo Tito ad expugnationem Hieroſolymorum, ipſe Romam profectus regnauit in pace.

Titus filius Veſpaſiani, idemque Veſpaſianus debellator Iudææ gentis, regnauit annis duobus menſibus duobus, hic nanque ſecundum Ioſephi fidem, vndecies centena millia Iudæorum fame & gladio interemit, & alia centum millia captiuorum publice vendidit. Tantam multitudinem in Hieroſolymis paſchalis feſtiuitas adunauerat.

Domitianus frater Titi, filius Veſpaſiani, regnauit annos XV. menſes quinque, tantæq; fuit ſuperbiæ, vt ſe Deum ab omnibus primum appellari præciperet, multoſque nobilium exilio relegans, nonnulloſque occidens, de ſubſtantiis eorum aureas argenteaſque ſibi ſtatuas fecit, manuſque in Chriſtianos iniiciens, Ioannem apoſtolum & euangeliſtam, poſtquam in feruenti oleo miſſum non potuiſſet ex-
D tinguere, in Pathmos eum inſulam relegauit, vbi apocalypſim vidit. Cuius crudelitatem non tolerantes Romani, in palatio Romæ interficere ſtatuerunt; omneque quod conſtituerat irritum fecere.

Nerua admodum ſenex regnauit anno vno, menſibus quatuor, qui vt priuata vita leuis, leuior fuit in regno, nec quicquam profuit Reipublicæ, niſi quod Traianum ſe viuente elegit.

Traianus pæne omnium Imperatorum potior regnauit annis XVIII. menſibus VI. hic enim de Dacis Scythiſque triumphauit, Hiberuſque & Sauromatas, Oſdroenos, Arabas, Boſforanos, Colchos edomuit, poſtquam ad Seleuciam tatem prorumperunt. Seleuciam, & Cteſiphontem, Babyloniamq; peruaſit & tenuit. Necnon & in mari rubro claſſem, E vnde Indiæ fines vaſtaret, inſtituit, ibiq; ſtatuam ſuam dedicauit, & poſt tot labores apud Seleuciam Iſauriæ profluuio ventris anno ætatis extinctus eſt ſexageſimo tertio, oſſaq; eius in vrna aurea collocata, & in foro ſub columna poſita, ſoluſq; omnium Imperatorum intra vrbē ſepultus.

Adrianus Italicæ de Hiſpania natus, conſobrinæ Traiani filius, regnauit annis viginti vnum, hic pæne nil profuit reipub. niſi quod dudum ſubuerſas Alexandriam & Hieroſolymam propriis reparauit expenſis, nonnulliſque in locis publica relaxauit tributa. Hieroſolymam ſiquidem ſuo de nomine Æliam appellans, nulli Iudæorum ingredi permiſit. Nam clarer eum inuidum factis Traiani, qui mox vt ei ſucceſſit ilico nulla neceſſitate faciente exercitum ad ſe reuocans, Meſopotamiam, Aſſyriamque, & Armeniam Perſis reliquit, Eufratem fluuium finem terminumque inter Parthos Romanoſque conſtituens. Quo regnante, Aquila Ponticus ſcripturas de Hebræo tranſtulit. Adrianus morbo apud Baias quariente obiit. F

Antoninus cognomento Pius cum ſuis liberis Aurelio & Lucio regnauit annis XXII, menſibus III. Et ſi non profuit quidquam Antoninus, nullam tamen læſionem reſpublica ſenſit. Defunctus eſt duodecimo vrbis miliario, in villa Sualoris nuncupata, anno ætatis ſeptuageſimo ſexto. Regnauit annis XIX. menſe vno.

Marcus Antoninus, qui & Verus, & Lucius Aurelius Commodus affinitate coniuncti, æquo iure imperium adminiſtrauerunt. E quibus iunior contra Parthos arma mouens, magna egit & fortia, Seleuciamque vrbem eorum cum quadringentis milibus accepit pugnatorum. Senior vero multis ſæpe bellis interfuit, ſæpiuſque per duces ſuos triumphum reuexit maxima de gente Quadorum, è quibus cū magna gloria triumphauit. Sed vnus in Alteno apoplexiam paſſus defunctus eſt; alter in Pannonia vrbe periit.

Commodus filius Antonini regnauit annis tredecim, magnumque triumphum de gente reuexit Germanica, & poſt hæc in domo Veſtiliani ſtrangulatus defecit.

Helius Pertinax maior ſexagenario, quum præfecturam ageret, ex ſenatuſconſulto imperator creatus, regnauit menſes ſex. Hic etenim obſecrante ſenatu vt vxorem ſuam G Auguſtam, filiumque Cæſarem appellaret; Sufficere, inquit, debet, quod ego ipſe inuitus regnaui, quum non mererer. Nimis æquiſſimus, omniumque communis, quem Iulianus iuriſperitus in palatio eius peremit, ipſeque poſtea à Seuero occiſus eſt.

Seuerus genere Afer, Tripolitanus, regnauit annis decem & octo, vlciſque eſt occiſionem Pertinacis in Iuliano, ſe quoque Pertinacem appellauit. Hic etenim Parthos & Adiabenos contra Romanos inſurgentes mirabiliter ſuperauit. Arabas quoque interiores ita cecidit, vt regionem eorum Romanam faceret prouinciam. Sic quoque triumphans, Parthicus, Arabicus, Adiabenicus dictus eſt. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Iudęorum factus proſelytus, item diuinas ſcripturas ex Hebræo ſermone Gręca lingua transfudit, ſuamque condidit editionem, poſt quem pæne tertio anno ſecutus Theodotion Ponticus, item ſuam in eodem ſuo opere editionem ſcripturārum compoſuit. Britannicum bellum exortum, vnde Seuerus H mirabiliter triumphauit.

Antoninus cognomento Caracalla, filius Seueri, regnauit annos ſeptem. Nam ideo hoc nomen nactus eſt, quod eiuſmodi veſtium genera Romæ de manibus erogans, ſibi nomen Caracalla, & veſti Antoniniana dederit. Sub hoc iterum editio ſcripturarum diuinarum, quam Quintam vocamus, in Hiericho in dolio reperta eſt. Hic etenim Imperator dum contra Perſas mouit procinctum, in Oſdroenes Edeſſa defunctus eſt.

Macrinus præfecturam agens prætorianam, Imperator creatus eſt, regnauitq; anno vno, occiditurq; ab Archelaide.

Marcus Aurelius Antoninus Caracallæ filius, templique Heliogabali ſacerdos, imperator factus; anno quarto Emaus in Iudæa conſtructa, & Nicopolis nominata. Tunc & Africanus egregius ſcriptor temporum, pro ipſa legatione ſuſcepit ad principem. Sed imperator dum nullum ge-

nus

A nis obſcœnitatis in regno ſuo quod non faceret prætermittebat, occiſus eſt à tumultu militari, regnauit annis iii.

Alexander Mameæ filius, ignobilis fortunæ exiſtens, adhuc iuuenis regni moderationem ſuſcepit, moxque contra Xerxem regem Perſarum arma arripiens, mirabiliter de Parthorum ſpoliis triumphauit. Sub huius item imperio, in Nicopoli Actiaca, id eſt, Epiro, editio, quæ ſexta dicitur diuinarum ſcripturarum, in dolio reperta eſt: ipſeque Mogontiaco tumultu occiditur militari.

Maximinus genere Gothico, patre Mieca, Abaqua Alana genitus matre; ſola militum voluntate ad imperium conſcendens, bellum aduerſus Germanos feliciter geſſit; indeque reuertens, contra Chriſtianos inteſtina prælia, vix annos tres regnans, Aquileiæ à Pupieno occiſus eſt.

Gordianus admodum puer Imperator factus, vix regnauit annos ſex. Hic etenim mox vt Romam ingreſſus eſt; illico Pupienum & Balbinum, qui Maximinum occidentes tyrannidem arripuerunt, occidit: Ianumque geminum aperiens, ad Orientem prouectus, Parthis intulit bellum, indeque cum victoria reuertens, fraude Philippi præfecti

B prætorii haud longe à Romano ſolo interfectus eſt.

Philippus imperium impudenter ingreſſus, regnauit annis ſeptem. Hic etenim filium ſuum, id eſt, Philippum conſortem regni fecit, ipſeque omnium Imperatorum Chriſtianus primus effectus eſt, tertioque anno imperii ſui feſtiuitatem Romanæ vrbis milleſimo anno quem expleuerat celebrauit, vrbemque nominis ſui in Thracia, quæ dicebatur Pulpudena, Philippopolim reconſtruens nominauit.

Decius Pannonia inferiore Bubalia natus, occiſis Philippis vtriſque, regnauit anno vno, menſibus tribus, armiſque in Chriſtianos erectis, ob Philipporum nominis odium, ipſe bellantibus Getis cum filio ſuo crudeli morte occubuit abrupto.

Gallus & Voluſianus regnauerunt annis duobus, menſibus quatuor. Hi cum aduerſum Æmilianum, qui in Mœſia res nouas moliebatur, ex vrbe profecti eſſent, in Forollammi interfecti ſunt.

Æmilianus vero tertio menſe inuaſæ tyrannidis extinctus eſt.

C Valerianus & Gallienus, dum vnus in Rhetia à militibus, alter Romæ à ſenatu in imperio leuarentur, regnauerunt annos quindecim. Valerianus liquidem in Chriſtianos perſecutione commota, ſtatim à Sapore rege Perſarum capitur, ibique ſeruiture miſerabili conſeneſcit. Gallienus illius exitum cernens, Chriſtianis pacem dedit: ſed dum nimium in regno laſciuiret, nec virile aliquid ageret, Parthi Syriam Ciliciamque vaſtauerunt. Germani & Alani Gallias deprædantes, Rauennam vſque venerunt. Græciam Gothi vaſtantes. Quadi & Sarmatæ Pannonias inuaſerunt. Germani rurſus Hiſpanias occupauerunt. idcirco Gallienus Mediolani occiſus eſt.

Claudius regnauit anno vno menſibus octo. Qui Gothos iam per xv. annos Illyricum Macedoniamque vaſtantes bello adortus, incredibili ſtrage deleuit, ſcilicet vt in curia ei clypeus aureus, & in Capitolio ſtatua aurea poneretur, occiſuſque apud Sirmium eſt.

Poſt huius mortem Quintilius frater eius à ſenatu Auguſtus appellatus, octauo decimo imperii ſui die Aquileiæ occiſus fuit.

D Aurelianus Dacia Ripenſi oriundus, regnauit annos quinque, menſes ſex. Qui mox Tetrico apud Catalaunos prodente exercitu Gallias recepit, expeditioneque facta vltra Danubium, Gothos magnis prœliis profligauit, cultoreſq; diuini nominis perſecutus eſt. Odenatus Palmyrenus ante ipſum collecta ruſticorum manu, Perſas de Meſopotamia expellens, ipſe ea loca inuaſerat. Quo occiſo, vxor ſua orientis tenebat imperium: contra quam expeditionem ſuſcipiens Aurelianus, apud Hymnas vicum Antiochiæ ſuperauit, Romæque in triumpho viuam perduxit; ac dehinc ſecundo arripiens expeditionem, inter Byzantium & Heracleam in Cenophrurio via veteris occiditur. Tacitus regnauit annos ſex. Quo occiſo apud Pontem, Florianus ſuſcepit imperium tenuitque diebus trecentis quinquaginta octo. Similiter & ipſe apud Tarſum interfectus eſt.

Probus regnauit annos ſex, menſes quatuor. Hic enim Gallos & Hiſpanos vineas habere permiſit. Quo tempore Saturninus magiſter militum dum ad reſtaurationem Antiochenæ ciuitatis miſſus fuiſſet; arrepta ibidem tyrannide, mox oppreſſus eſt, & Apamiæ interfectus. Ipſe quoque imperator Probus tumultu militari Sirmio in turre quæ vocatur Ferrata occiſus eſt. E

Carus cum filiis Carino & Numeriano regnauit annos vndecim, oriundus Narbona Galliæ. Hic admirabiliter pene omni Perſide vaſtata nobiliſſimas earum vrbes occupauit, Seleuciam & Cteſiphontem. Bellum Sarmaticum feliciter ſuperauit. Ipſe quoque Carus ſuper Tigridem amnem dum caſtrametaretur, fulmine ictus occubuit.

Numerianus autem oculorum dolore tentus, dum in lecticula veheretur, ſoceri ſui Apri inſidiis occiſus eſt. fœtor cadaueris vix tertio die agnitus eſt.

Carinus vero apud Margum in prælio victus occiditur.

Diocletianus Dalmata ſcribæ filius Imperator electus, regnauit annis viginti. Hic etenim mox vt in regno eleuatus eſt, illico Aprum in militum concione percuſſit, iurans ſine ſuo ſcelere illum Numerianum interemiſſe, & mox in conſortium ſuum Maximianum Herculium aſciuit. F Maximianus ruſticorum multitudine oppreſſa, quos Bagaudas dicunt, pacem Gallis reddidit. Quo tempore Carauſius ſumpta purpura Britannias occupauerat. Narſeus rex Perſarum Orienti bellum intulerat. Quinquegentiani Africam infeſtauerant, Achilleus Ægyptum inuaſerat.

Ob quæ Conſtantius, & Galerius, ac Maximianus Cæſares aſſumuntur in regnum. Conſtantius, Claudii ex filia nepos fuit: Galerius in Dacia, nõ longe à Sardica natus. Atque vt eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Cõſtãtius priuignam Herculii Theodoram accepit, ex qua ſex liberos procreauit: Galerius autem Valeriam Diocletiani filiam accepit, vterq; priſtina matrimonia repudiantes. Carporum liquidem gens tunc deuicta, & in Romanum ſolũ tranſlata eſt. Tunc etenim primus omnium imperatorum Diocletianus adorari ſe vt Deum præcepit, & gemmas veſtibus calciamentiſq; inſeruit; diademataque in capite ante eum omnes cum chlamyde tantum purpurea vt à priuatis diſcernerentur habebant, & vt iudices ceteri ſalutabantur. Aſſumpta ergo vnuſquiſq; principum expeditione, Diocletianus Ægypti tyranno octauo menſe deuicto, prouinciã cunctam ſubegit. G Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos exſuperauit. Conſtantius iuxta Lingonas vna die ſexaginta milia Alemannorum cecidit. Galerius Maximianus victus primo prælio à Narſeo, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit. Qua verecundia compunctus, ſecundo viriliter dimicauit, ſuperauit Narſeum, vxores eius abegit ac liberos, & cum debito honore à Diocletiano ſuſceptus eſt. Poſt quam victoriam mirabiliter Diocletianus & Maximianus Romæ triumpharunt, præcedentibus ſibi liberis vxoribuſque regis Perſarum, prædaq; illa ingenti gentium diuerſarum Sic quoque concitata perſecutione in Chriſtianos, Diocletianus in Cappadocia defunctus eſt. Conſtantius.

* * *

Iulianus apoſtata regnauit anno vno, menſibus octo, relictaque Chriſtianitate ad idolorum culturam conuerſus eſt, multoſque blanda perſecutione illiciens ad ſacrificandum idolis compulit. Ipſe quidem vir egregius, & Reipob. neceſſarius, Parthis ingenti apparatu intulit bellum. Vbi proficiſcens, Chriſtianorum poſt victoriam ſanguinem H diis ſuis vouit. Nonnulla Parthorum oppida in deditionem accepit, multaque vi populatus eſt, caſtraque aliquandiu apud Creſiphontem habuit, Vnde egreſſus, dolo cuiuſdam transfugæ in deſerta perductus, cum vrentis ardore ſolis confectus periret exercitus, ipſe tantorum diſcriminum anxius, dum per vaſta deſerti euagatur incautus, ab obuio quodam hoſtium equite conto ilia percuſſus Interiit, anno ætatis ſuæ triceſimo tertio. Poſt quem ſequenti die ab exercitu Iouianus tribunus domeſticorum in regno aſcitus eſt. Iouianus regnauit menſes octo; qui mox neceſſitate compulſus, Nizibin, & magnã Meſopotamiæ partẽ Sapori regi Parthorũ cõtradidit, ipſeq; odore prunarũ præfocatus defunctus eſt Dadaſtanis, anno ætatis triceſimo tertio.

A Valentinianus & Valens regnauerunt annis tredecim, menſibus quinque. Nam Pannones erant Cibalienſes, vtrinque germani, in Nicomedia tribunatum Valentinianus agebat, qui Imperator creatus, fratrem ſuum Valentem regni ſocium aſſumpſit. Ipſe vero egregius, & Aureliano ſimilis moribus, niſi quod ſeueritatem nimiam & parcitatem, quidam crudelitatem & auaritiam cauſabantur, relicto germano Orientali in regno, ipſe Heſperium tenuit. Quo tunc regnante, alter Valentinianus in Britannia tyrannidem aſſumens, in continenti oppreſſus eſt. Conſtantinopoli quoque Procopius quidam contra Valentem inſurgens, nihilque præualens, vrbe egreditur, & in Phrygiam Salutarem tyrannizans extinctus eſt, multique partis Procopianæ cæſi atque proſcripti. Valens ab Eudoxio Arianorum epiſcopo ſuaſus & baptizatus, contra Orthodoxos infeſtus inſurgit.

Gratianum filium ſuum Valentinianus Ambianis imperatorem conſtituit, quem habuit de Seuera priore iugali; & contra Saxones & Burgundiones, qui plus octoginta B milia armatorum primum Rheni in limbo caſtrametaſſent, mouit procinctum, ſed apoplexia ſubito & ſanguinis eruptione Brigione defunctus eſt. Tunc Gratianus Valentinianum fratrem, de Iuſtina Sicula vxore natum, in regno conſortem aſſumit. Nam Valentinianus ſenior dudum laudante Seuera vxore ſua pulchritudinem Iuſtinæ, ſibi eam ſociauit in matrimonio, legeſque propter illam conceſſit, vt omnes viri qui voluiſſent, impune bina matrimonia ſuſciperent; quia ideo populoſa Parthorum gens eſt, quia hoc apud eos ſolenne eſt, & multarum vxorum vnus auditur maritus. Decepta ergo, vt diximus, Iuſtina Valentinianus edidit ex ipſa quatuor filios, Valentinianum ſupradictum imperatorem, Gratam, Iuſtamque, & Gallam, de qua Galla dehinc Theodoſius Imperator, Flacilla defuncta, quæ Arcadium Honoriumque pepererat, Placidiam generauit, quæ mater fuit moderni Valentiniani iunioris imperatoris. Sed nos ad propoſitum redeamus. Valens Imperator lege lata, vt monachi militarent, nolentes iuſſit interfici, C quando & Theodoſius, Theodoſii imperatoris poſtea pater, multique nobilium occiſi ſunt Valentis inſania. Gratianus Imperator Alemannorum plus triginta milia apud oppidum Argentarium Galliæ in bello proſtrauit, Galliaſque pacauit. Gens Hunnorum ſuper Gothos irruens, certos ex ipſis ſubiugat, alios fugat. Qui venientes in Romaniam, ſine armorum ſuſcepti diſpoſitione, per auaritiam ducis Maximi fame compulſi, rebellare coacti ſunt; ſuperatiſque Romanis in congreſſione, funduntur in Thracias. Contra quos Valens ab Antiochia exire compulſus, in Thraciam proficiſcitur, ibique lacrymabili bello commiſſo, imperator ſagitta ſaucius, in caſam deportatur viliſſimam, vbi ſuperuenientibus Gothis, igneque ſuppoſito, incendio concrematus eſt. Gothi vero occiſo imperatore, iam ſecuri ad vrbem properant Conſtantinopolitanam, vbi tunc Dominica Auguſta Valentis vxor multam pecuniam plebi largita, ab vrbis vaſtatione hoſtes ſubmouit, regnumque cognati, vſque dum ille Theodoſium ordinaſſet, fideliter viriliterque ſeruauit.

Theodoſius Hiſpanus, Italicæ diui Traiani ciuitatis, à Gratiano Auguſto apud Sirmium poſt Valentis interitum D factus eſt imperator, regnauitque annos XVII; venienſque Theſſalonicam, ab Anatolio ſancto epiſcopo baptizatus eſt, admodumque Eccleſiæ religioſus enituit propagator, Reipublicæque defenſor eximius. Nam Hunnos & Gothos, qui eam ſub Valente defatigaſſent, diuerſis præliis vicit, atque à praua vaſtatione compeſcuit, cum Perſis quoque petitus pacem pepigit. Maximum autem tyrannum, qui Gratianum interfecerat, & ſibi Gallias vindicabat, apud Mediolanum vna cum Valentiniano imperatore aggrediens ab Oriente clauſit, cepit, occidit. Eugenium quoque tyrannum atque Arbogaſtem diuino auxilio præditus vicit, deletis eorum decem milibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confiſus viribus Arbogaſtis, poſtquam apud Viennam Valentinianum extinxerat, inuaſit; ſed mox ſimul cum vita imperium perdidit. Nam occiſo Arbogaſte deſperans, ſua ſe manu peremit omnibuſq; inimicis Theodoſius ſuperatis, in pace rebus humanis apud Mediolanũ exceſſit, E vtramq; Rempub. veriſq; filiis quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Conſtantinopolim allatum atq; ſepultũ.

Arcadius & Honorius fratres, filii Theodoſii Imperatoris, vtrumque imperium diuiſis tantum ſedibus tenere cœperunt, id eſt, Arcadius ſenior Conſtantinopolitanam vrbem, Honorius vero Romanam. Tunc Ruffinus patricius Arcadio inſidias tendens, Alaricum Gothorum regem vt Græcias deuaſtaret miſſis clam pecuniis inuitauit. Porro delectus Ruffinus, ab Italiæ militibus Arcadio cum Gaina comite miſſis, ante portas vrbis detruncatus eſt, caput eius cum dextera manu Conſtantinopoli ad ludibrium circumductum; vxoreque eius exſulata, opes cunctas Eutropius ſpado promeruit. Gildo Africæ comes à Theodoſio dudum ordinatus, ac ſi iuuenile regnum vtrumque deſpiciens ſibi velle cœpit Africam tenere, & à fratre proprio Maſcelzer dum ſe vidiſſet detectum oppreſſionique vicinum, propria ſe manu peremit. Gaina vero ſupra nominatus comes Conſtantinopoli ciuile bellum commouens, totam vrbem igni ferroque turbauit, fugienſque ad Helle- F ſpontum piratico ritu viuebat, contra quem nauali prælio dato, multi Gothorum eius extincti, ipſe quoque bello euadens, mox tamen complectitur, poſt cuius oppreſſionem, Iſauri per montem Taurum curſitantes, ingens diſpendium Reipubl. imperrarunt, contra quos Arbazacius directus, maius continuo rependit incommodum. Heſperiam vero plagam in regno Honorii imperatoris primum Radagaiſus Scytha cum ducentis milibus ſuorum inundauit. Quem Huldi & Sarus Hunnorum Gothorumque reges ſuperantes, omnes captiuos quos retulerant ſingulis aureis vendiderunt. Stilico vero comes, cuius duæ filię Maria & Thermantia, ſingulæ vxores Honorii principis fuere, & vtræq; virgines ſunt defunctæ, ſpreto Honorio, regnumque eius inhians, Alanorum Suauorumq; gentes donis pecuniiſq; illectas, contra regnum Honorii excitauit Euchetium filium ſuum paganum, & Chriſtianis inſidias molientem, cupiens Cæſarem ordinare. Qui, cum eodem filio ſuo deiecto, dolo occiſus eſt. Quo anno & Arcadius orientalis G imperator moriens poſt obitum patris annos XIII. in imperio fuit.

Theodoſius iunior Arcadii filius loco patris ſucceſſit in imperio, adoleſcens egregius, regnauitque annos quadraginta tres. Alaricus rex Vuiſegothorum vaſtata Italia Romam ingreſſus eſt, opeſque Honorii Auguſti deprædetus, Placidiam ſororem eius duxit captiuam; quam poſthæc Ataulfo ſucceſſori ſuo in matrimonium vt acciperet delegauit. Conſtantinus tunc quidam Galliis occupatis inuaſit imperium. Hoſtes eius contra eum ſæuientes, filiumque eius a regno priuare cupientes, monachum fecerunt eum. Ipſe ſanus à Gallia reuertens, ſtatim filium ſuum Conſtantem ex monacho Cæſarem ordinauit. Sed mox ipſe apud Arelatum, filius eius apud Viennam regnum cum vita amiſerunt. Itemque eorum exitus immemores Iouinus & Sebaſtianus in Galliis tyrannidem moliuntur: ſed & ipſi illico eſſe deſierunt. Heraclianus poſthæc cum ſeptingentis & tribus nauibus armatis ad vrbem Romam deprædandam venit; contra quem Marinus comes egreſſus, ſic eum perterruit, vt tantum cum vna naui Carthaginem fugeret, vbi mox ingreſſus interfectus eſt. Valia rex Vuiſigothorum facta pace cum Honorio, Placidiam ſororem eius reddidit: quam Conſtantio patricio, qui eam reuocauerat, in matri- H monio iungens, Honorius rebus exceſſit humanis. Maximus & Iouinus de Hiſpaniis ferro vincti, adducti, atque interfecti ſunt.

Ioannes vero Honorio defuncto regnum Occidentale inuaſit, contra quem Placidia creata Auguſta, & Valentinianus filius eius Cæſar diriguntur: quem & dolo potius Aſpaus & Artaburis quam virtute ſuperauit.

Occiſo Ioanne tyranno, Valentinianus Rauennæ imperator à patruele Theodoſio ordinatur, cuius germana Honoria dum ad aulæ decus virginitatem ſuam cogeretur cuſtodire, clam miſſo clientulo, Attilam Hunnorum regem inuitat in Italiam, quumq; veniente Attila votũ ſuum nequiret explere, facinus quod cum Attila non fecerat cũ Eugenio procuratore ſuo committit. Quam ob rem tenta à germano, & in Cõſtantinopolim Theodoſio principi de-

A ſtinata eſt. Poſthæc tertio anno Valentinianus Imperator à Roma Conſtantinopolim ob ſuſcipiendam in matrimoniũ Eudoxiam Theodoſii principis filiam venit, dataq; pro munere ſocero ſua tota Illyria, celebratis nuptiis ad ſua regna cum vxore receſſit. Africana prouincia per Bonifaciũ comitem Vuandalis tradita, à Rom. iure ſubtracta eſt. quia Bonifacius dum in offenſam Valentiniani veniſſet, malo publico ſe defendere voluit; inuitatoq; ab Hiſpaniis Gizericho Vandalorum rege, dolum quem conceperat peperit. Hunnorũ rex Attila iunctis ſecum Gepedis, cum Ardarico Gothiſq; & Vualanis, diuerſiſque aliis nationibus, ſuis cum regibus omnem Illyricum Thraciamque, & vtramq; Daciam, Mœſiam, & Scythiam populatus eſt. Contra quem egreſſus Arnegiſtlus magiſter militum Mœſiæ, apud Marcianopolim fortiter dimicauit: eo quoque ſub ſe decidente præuentus eſt, & nec ſic quieſcens bellare, occiſus eſt.

Marcianus Imperator regnauit annos ſex, menſes ſex. Hic n. mox defuncto Theodoſio in regno aſcitus, Pulcheriam germanam Theodoſii, quæ in palatio matura mulier B virginitatem ſeruauerat, in matrimonio adſumens, regnum quod delicati deceſſores prædeceſſoreſque eius per annos fere 60. viciſſim imperantes minuerant, diuina prouiſione ſic reparauit, vt exultatio ingens cunctis acreſceret. Nam cum Parthis & Vuandalis omnino infeſtantibus pacem inſtituit, Attilæ minas compeſcuit, Nobades Blemmyeſque Æthiopia prolapſos per Florum Alexandrinæ vrbis procuratorem ſedauit, & pepulit à finibus Romanorum, obitumque Attilę, & Zenonis Iſauri interitum, antequam moreretur felix comperit: infelicium omniumque inimicorũ ſuorum colla domini virtute calcans, ſexto anno ſextoque menſe regnans in pace quieuit. Valentinianus autem occidentalis imperator, dolo Maximi patricii, cuius etiam fraude Aetius perierat, in campo Martio, per Obtilam & Thraſtilam Aetii ſatellites, iam percuſſo Cerealio ſpadone, trũcatus eſt. Imperium quoque eiuſdem Maximus inuaſit, tertioque tyrannidis ſuæ menſe membratim Romæ à Romanis diſceptus eſt. Gizericus tunc rex Vandalorum ab Eudoxia Valentiniani vxore inuitatus, ex Africa Romam ingreſſus eſt, eaque vrbe rebus omnibus exſpoliata, eamdem Eudoxiam cum duabus filiabus ſecum in Africam rediens duxit. Leo Beſſica ortus progenie, Aſparis patricii potentia C ex tribuno militum factus eſt imperator. Cuius autem mox Valentiniani apud Rauennam Maioranus Cæſar eſt ordinatus, qui tertio necdum anno expleto in regno, apud Dertonam occiditur, locumque eius ſine principis iuſſu Leonis Seuerianus inuaſit: ſed & ipſe tyrannidis ſuæ tertio anno expleto Romæ occubuit. Tunc Leo Anthemium diui Marciani generum ex patricio Cæſarem ordinans, Romæ in imperio deſtinauit, Bigelemque Getharum regem per Ardaburem Aſparis filium interemit, Baſiliſcum cognatum ſuum, id eſt, fratrem Auguſtæ Verinæ in Africam dirigens cum exercitu, qui naualis prælio Carthaginem ſæpe aggrediens, ante eam victus cupiditate, pecuniis vendidit regi Vuandalorum, quam in Romanorum poteſtatem redegerat. Aſparem autem patricium, cum filiis Ardabure, & Patriciolo, Zenonis generi ſui inſtinctu in palatio trucidauit, occiſoque Romæ Anthemio Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte ſua in matrimonio, apud Rauennam per Domitianum clientem ſuum Cæſarem ordinauit.

Qui Nepos regno potitus legitimos Glycerium, qui ſibi tyrannico more regnum impoſuiſſet, ab imperio expellens in Salona Dalmatiæ epiſcopum fecit.

D Sic quoque Leo Leonem iuniorem ex Ariadne filia nepotem ſuum in imperio ordinans orientali, anno ſui ſextodecimo obiit. Leo iunior mox paucis menſibus quum puerile, ordinâret tamen, rexiſſet imperium, manu ſua genitorem ſuum Zenonem coronans, imperatoremque conſtituens, rebus exceſſit humanis.

Zenon natione Iſaurus, gener Leonis imperatoris, regnauit annis decem & ſeptem. Hic etenim dum proceſſibus Chalcedone degeret, ſubito Verina Auguſta ſocrus ſua fratrem Baſiliſcum in imp. inducens, Auguſtum in vrbe appelauit. Quod comperiens Zenon, Chalcedone ſine aliqua Reipub. læſione in Iſauriam receſſit, malens ſe ſolum cum Ariadne Auguſta exſulare, quã ſua cauſa Reipubl. aliquid ex E bellis ciuilibus incommodum prouenire. Quod Baſiliſcus cognoſcens, Zenoniſque fuga lætatus, Marcum filium ſuũ Cæſarem ordinauit. Qui perfidia Neſtoriana inflatus multa contra eccleſiam tentauit protinus agere ſed volente Deo ante inflatus crepuit medius, quam parentes ſtare potuerat. Nam reuertens Zenon rurſus in regnum proprium, & eum & patrem, & matrem in exilium oppidi Slemnu prouinciæ Cappadociæ deſtinauit. Vbi quia charitas Dei & proximi in illis refrixerat, frigore conſumpti ſunt, vitamq; cum regno amiſerunt. Parte vero Heſperiæ, Nepote Imperatore Oreſtes fugato, Auguſtulum ſuum filium in imperium collocauit. ſed mox Odouacer, genere Rugus, Thorcilingorũ, Scirorũ, Herulorumq; turbis munitus Italiam inuaſit Auguſtulumq; Imp. de regno euulſum in Luculano Campaniæ caſtello exilii pœna damnauit. Sic quoque Heſperium regnũ Romaniq; populi principatum, quod ſeptingenteſimo nono vrbis conditæ anno primus Auguſtorum Octauianus Auguſt. tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo periit, anno deceſſorum regni imperatorũ quingẽteſimo viceſimo ſecundo: Gothorum dehinc regibus Romam tenentibus. Theodericus autem, Triarii filius, cognomento Strabo, rex Go-F thorum cum Scitis ſuis vſque ad Apulum quarto vrbis miliario armatus aduenit: nulli tamen Romanorum noxius continuo eſt reuerſus. Porro in Illyricum properans, dum inter ſuorum mouentia plauſtra progreditur, iacentis ſuper carpentum teli acumine pauitantiſq; equi ſui impulſione fixus, transuerberatus interiit, & Reipub diem feſtum morte ſua donauit. Roalamero rege Gothorum in bello Scirorum defuncto, Theodemir in regno fratris ſucceſſit, cum Vuidimero fratre & filio Theoderico, ſed miſſa ſorte Vuidimero partes Heſperias, Theodemiro cum filio Theoderico Illyricum obuenit. Relicta ergo Pannonia, alter Italiam, alter Illyricum ſuſcepit populandum: ſed vtrique reges mox vbi fortita loca ingreſſi ſunt, ilico rebus humanis exceſſerunt. Vuidimer Italia, Illyrico Theodemir relictis filiis deceſſerunt. Quorum Vuidimer ab Italicis præmiis victus, ad partes Galliæ Hiſpaniæq;, omiſſa Italia, tendit. Theodericus vero Zenonis Auguſti pellectus humanitate Conſtantinopolim venit, vbi magiſter militum ſtatim effectus, conſulis ordinarii triumphũ ex publico dono peregit. Sed quia tunc G vt diximus, Odouacer regnum Italiæ occupaſſet, Cenõ imperator cernens iam gentes illam patriam poſſidere, maluit Theoderico ac ſi proprio iam clienti eam committi quã illi quem nec nouerat. Secumq; ita deliberans, ad partes eũ Italiæ mittens, Romanum illi populum ſenatumq; commẽdat; omniſq; rex gentium, & conſul Romanus Theodericus Italiam petit, magniſque præliis Odouacrum vicit, & Rauennam in deditione ſuſcepit. Deinde vero ac ſi ſuſpectũ Rauennæ in palatio iugulans, regnum gentis ſuæ, & Romani populi principatum prudenter & & pacifice per xxx. cõtinuit annos. Illus a. Iſaurus, magiſter officiorum, & Zenoni imperatori in priuata vita amiciſſimus, charitateque coniunctus. dum ſecreto inde Thraſcionem Ariadnes Auguſtæ, cum eius viro loquutus eſt, in zelo Auguſtum concitauit. Qui deliberans eam perimere, vni ſuorum rem tacite demandauit. Quod dum ille agere nititur, cuidam cubiculariæ prodit ſcelus eadẽ nocte facturum. Regina ſcelus cognouit, ſuoque in lectulo eadem quæ rem ſuggeſſerat collocata; in epiſcopium ad Acacium nemine ſciente ſubterfu-H git. Poſtera die Zenon rem æſtimans perpetratam, dum luctum quendam quaſi mœrens ſimulat, neminem ſuſcepit, Acacius epiſcopus ingreſſus & facti arguit impietatem veniæque fidem expoſcit, Auguſtamque ſuſpicionis innoxiam compromittit, acceptaque fide, veniæ pactione Auguſta reuertitur, ſecumque dum crebro deliberat qua ſorte de inimico exigat vltionem, nacta (vt opinata eſt) opportunitatem, vni ſuorum mandat in abditis ſtanti, vt illum à ſe recedentem perimeret. Qui parens præceptis reginæ, dum auidus ferit in capite; enſe non ceruicem, vt cupiebat, ſed aurem illius amputauit. Quod periculum euadens Illus, mox ad vrbem recedens, Zenonique infeſtus, orientem inuaſit. Contra quem Leontius directus pellicibus verbis illect⁹, diadema arripuit, ſimulq; Leonti⁹ & Illus Reipub. inimici effecti, tyranni in partes Syriæ & Iſauriæ debachabãtur. Additoq; ſuperſolito Iſauris dono, omnes ſimul cõ-

A ſpirant contra Zenonem, cuius theſauris in Papyrio caſtel-
lo munitiſſimo repertis deſæuiunt. Sed non poſt multum
ab exercitu Zenonis in eodē caſtello capti decollatiq; ſunt,
& capita eorū Conſtantinopolim allata, præfixaq; haſtilib.
ſtatuerunt. Sic quoq; Zenon ſuperatis inimicis ſuis, in pace
bona quieuit. Anaſtaſius ex ſileotiario ſubito ab Ariadne
Aug. in imperio aſſomptus, ſimulq; imperator & maritus
innotuit, regnauitque annis xxvii. menſibus 2. Contra quē
Iſauri dum ſibi, quod Illus tyrannus ille adiecerat donatiuū
& Zenon reconciliationis gratis inuitus largitus eſt, ab iſto
fraudantur, arma arripiunt, conſertoque prælio, iuxta Cot-
tianum Prygię ciuitatē caſtrametati, pene per ſex cōtinuos
annos Reipubl. aduerſantur: vbi & Lilingis eorum & in
bello & in conſilio præuius, quamuis pedibus ob corporis
debilitatem ſegnis, eques tamen in bello acerrimus, dum
peremptus fuiſſet, omnes Iſauri fugerunt, atque diſperſi
ſunt & deiecti, & perquaquam exſilio ablegati, vrbeſque
eorum nonnullæ ſolo vſque proſtratæ. Varius namque ſub
Anaſtaſio miles prœliis fatigatus, & nunc in Illyrico cum
Sabiniano & Mundone ad Margum, nunc cum Pompeio
B ad Adrianopolim, nunc cum Ariſto ad Zortam, nunc cum
Parthis in Syria, vt omittam inteſtinas clades & pugnas in
foro regiæ ciuitatis ad poſtremum contra Italiam plus pira-
tico quam publico Marte concertans, fruſtratus eſt. Sed
quod ſit plus dolendum, contra vltimum ſuum famulum
Vitalianum de Scythia per ſex annos ciuile bellum extru-
xit. Is ſiquidem Vitalianus cum Ix. milibus armatorum, ter-
tio pæne miliario, non Reipub. ſed regi infeſtus, accedens,
multa ſuburbana regiæ vrbis prædis ſpoliiſque attriuit.
Contra quem dum Hypatius nepos Cæſaris cum exercitu
numeroſo pugnaturus egreditur, ante ab Hunnis auxiliari-
bus capitur, & Vitaliano turpiter venditur, ante quam aper-
to prælio parte aduerſa ſeſe inimicus oſtenderet. Poſt quem
iterum ſuus gubernator magiſterq; militum ſæpe ſuperati,
ſæpe irriſi ab eo & ſpreti ſunt. Sic quoque diuerſis partibus
inimicorum vallatus agminibus Anaſtaſius ſæpe conge-
muit, nulliuſque tamen meruit inimicorum ſuorum vindi-
ctam audire: ſicut nec ipſe eccleſiæ iura ſeruauit, imo mœ-
rens & furens maior octogenario ætatis anno, regniqué vi-
C ceſimo & octauo, rebus exceſſit humanis, contritaque Re-
ſpub. vix Iuſtino ei ſuccedente aliquantulum reſpirauit.
Iuſtinus ex comite excubitorum à ſenatu imperator electus
annos regnauit ix. Qui mox inhiantes regno ſuo Amanti-
um præpoſitum palatii, Andream & Miſaelem & Ardabu-
rem cubicularios ſentiens, afflixit. Nam Amantium & An-
dream ferro truncauit, Miſaelem & Ardaburem Per dicam
in exilium miſit. Theocritum quoque ſatellitem Amantii,
quem idem quoque Amantius ad regnandum clam præpa-
rauerat, comprehēſum carceratumque, ſaxis contiſque in-
gentibus cæſum, ſaſſum in gurgitem iecit, ſepultum tamen
imperio cui inhiauerat eum priuans: fœduſque cum Vita-
liano percuſſit, & ad ſe euocatum magiſtrum militum præ-
ſentem & conſulem ordinari tum fecit: quem rurſus in ſu-
ſpicione habens prioris facti ſedecim vulneribus in palatio
cum Celeriano & Paulo ſatellitibus confoſſum peremit.
Hic quoque imperator ante quartum menſem obitus ſui,
ſenectuti ſuæ conſulens & Reipub. vtilitatibus, Iuſtinia-
num ex ſorore ſua nepotem conſortem regni ſucceſſorem-
que imperii ordinans, rebus humanis exceſſit. Iuſtinianus
regnat iam iubente domino annos xxiv. qui vt ſceptris ge-
D nioque ab auunculo ſuo mancipatus eſt, mox Parthos bella
mouentes deſtinato exercitu compeſcuit, & fines proprios
tutans, Parthorum ſæpe multos occidit. Poſtea vero facien-
tibus peccatis, in die ſabbati ſancti paſchæ inito certamine
exercitus & non ducis inſtinctu, in fluuio Euphrate fugiens
Parthos. Romanus numeroſus ruit exercitus Illyricumque
ſæpe ab Herulis Gepediſque & Bulgaris deuaſtantibus,
per ſuos iudices frequenter obſtitit vi, ſubiterque cæcidit.
Poſt hæc Hypatium Pompeiumque regni ſui inſidiatores,
coadunata manu ciuili Circum ingreſſos, & Hipatium tor-
que aureo redimitum pro diademate, locaque imperatoris
iam occupantem; Pompeium vero ſub clamyde loricatum
& iam palatium inuadentem, vtrumque detentum ante fo-
res palatii captum cathenatumque diſcuſſit, amputatiſque
eorum capitibus, ante eos fecit imperium perdere quam

E haberent, ſociiſque eorum qui euaſerant hac cæde proſcri-
ptis, veluti grandi hoſte proſtrato de manubiis triumpha-
uit.

Eodemque anno poſt diuturnum immanemque belli
laborem, quod contra parthos Romanorum fuiſſet geſtum
ſudoribus per Rufinum patricium, perque Hermogenem
magiſtrum officiorum, & vtrumque legatum directum ad
principem pax depacta eſt, fœduſque initum, & munera ab
vtroque principe ſibi inuicem deſtinata. Mox quoque ſolu-
to de orientali parte exercitu, eumdem ductorem, quem
dudum orienti tranſmiſerat, elegit Beliſarium, & numero-
ſos fortiſſimoſque milites deputans, ad auſtralem plagam
contra Vuandilos mittit; qui fauente Deo qua venerat fa-
cilitate, ea celeritate Vuandilos ſuperauit, Libyamque ad
corpus totius Reipub. iungens, Gelimerem regem opeſ-
que Carthaginis in vrbe regia principi ſpectante populo
obtulit.

Cuius nutu remuneratus, conſulque ordinarius mox
deſignatus, de manubiis Vuandilicis Beliſarius triumpha-
F uit. In Italia vero Theoderico rege defuncto, Athalaricus
nepos eius ipſo ordinante ſucceſſit, & annos octo quamuis
pueriliter viuens, matre tamen regnante Amalaſuentha de-
gebat, quando & Gallias diu tentas Francis repetentibus
reddidit. Mortuoque Athalarico, mater ſua Theodahatum
conſobrinum ſuum regni ſui participem faciens, non poſt
multum ipſo iubente occiſa eſt. Et quia dudum ſe ſuumque
filium commendauerat principi Iuſtiniano is mortem eius
audiens doluit, nec paſſus eſt inultum tranſire: ſed mox
eundem ducem belli qui Pœnorum domitor fuit, & de opi-
bus Vuandilicis triumphans adhuc in faſcibus erat, agmini
diuerſarum præponens nationum, ad partes Heſperias de-
ſtinauit: qui primo acceſſu mox Siciliam peruadit, duce eius
Sinderich ſuperat: vbi dum aliquantum temporis ob ordi-
nandam patriam reſideret, comperit in Africa ciuilia bella
inteſtinaque prælia debacchari. Nam Stozas pæne vltimus
militum, & Martini clientulos magiſtri militum, tyranni-
dem arripiens, auctorque ſeditioſorum effectus, Cyrillo,
Marcello, Fara, aliiſque diuerſis iudicibus doloſe peremptis,
in ducem Salomonem ſæuiebat, totamque Africam tyran-
nico ritu vaſtabat. Emenſo ergo Beliſarius à Sicilia in Afri-
cam pelago ſolita felicitate rebelles fugat, prouinciam libe-
rat, Salomonemque rurſum Carthagine collocans, Sici-
liam redit. Vbi mox Eurimund Theodohati Gothorum re-
G gis gener, qui contrarius cum exercitu venerat, cernens
proſperitatem conſulis, vltro ſe dedit ad partes victoris, o-
raturque vt iam anhelanti ſuo aduentu ſuſpectæ ſubueniret
Italiæ. Constructo ergo Beliſarius exercitu, & tam natalia
quā equeſtria doctans agmina, vallauit Neapolim. pauciſ-
que diebus eam obſidens per aquæductum noctu intrauit,
& tam Gothis qui aderant quam Romanis bellantibus in-
terfectis, vrbem pleniſſime ſpoliauit. Quod Theodohatus
animaduertens, Vuitigem vnum inter alios ductorem ex-
ercitus præponens, contra Beliſarium dirigit. Qui Campa-
niam ingreſſus, mox vbi ad campos veniſſet barbaricos ili-
co exercitus fauorem, quem contra Theodohatum ſuſpe-
ctum habebat, rex cepit. & quid, inquit, vultis? At illi; tolla-
tur, inquiunt, de medio, qui cum ſanguine Gothorum & in-
teritu ſua cupit ſcelera excuſari. factoque impetu in eum
conſona voce Vuitigim regem denunciant. At ille regno
leuatus, quod ipſe optauerat, mox populi voto conſentit,
directis è ſociis Theodohatum Rauennam reuertentem
H exunguit, regnumque ſuum confirmans expeditionem ſol-
uit, & priuata coniuge repudiata, regiam puellam Mathe-
ſuentam Theoderici regis neptem ſibi plus vi copulat
quam amore. Dumq; ille nouis nuptiis delectatur Rauen-
næ conſul Beliſarius Romanam vrbem ingreſſus eſt, exce-
ptuſque ab illo populo quondam Romano & ſenatu, iam
pæne ipſo nomine cum virtute ſepulto, confeſtim vicini
occupat loca, vrbium oppidorumque munimina. Primaq;
Græca congreſſione Hunila ductante, Peruſinum ad oppi-
dum ſuperat, & pluſquam vii. M. trucidans, reliquos Ra-
uennam vſque proturbat. Secunda vero cum ipſo Vuitige
Romanas arces vallante congreditur, machinaſque illius &
turres quibus Vrbem adire tentabat igni conſumptas, per
anni ſpatium quamuis inedia laborans deludit. Poſt hæc

adAn-

A ad Ariminum perſequutus, exindeq; effugatum, Rauenna clauſum in deditionem ſuſcepit: atque vnus conſul qui contra Getas dimicat. pæne pari euentu de Francis qui cum Theodeberto rege ſuo plus ducenta milia aduenerant triumphauit, ſed quia ad alia occupatus alibi noluit implicari, rogantibus Francis pacem, & ſine ſuorum diſpendio de finibus Italicis expulit, ſumptoque rege & regina, ſimulque & opibus palatii, ad principem qui eum miſerat, reportauit. Sicque intra pauci temporis ſpatium Iuſtinianus Imperator per fideliſſimum conſulem duo regna duaſque Reſpub. ſuæ ditioni ſubegit. Quod Parthus comperiens facibusq; inuidiæ candens, in Syriam mouit procinctum, & Callinicum Cæſareamque deuaſtans, Antiochiam venit. Vbi Germanus Patricius cum Iuſtino filio ſuo, eodemque conſule, poſtquam ab Africana prouincia remeaſſet, dum aduentui Parthorum obuiare nequit, relicta vrbe ad partes ſeceſſit Ciliciæ. Perſæ vero vacuam ab exercitu Antiochiam nacti, populum quidem per Orontis alueum ad Seleuciam maritimam cum militibus mixtis B fugientem aſpiciunt, nec ſequuntur; ſed prædas per vrbem certatim diripiunt, vicinasque vrbes & oppida partim inuaſa partim pecuniæ quantitate multata prætereunt; & totius Cœleſyriæ bona ſibi vnius in anni ſpatium pæne Parthus aſſumit. Nec ſic quoque recedit, ſed iugiter aduerſus Rempub. Romanam dimicat, contra quẽ Vuandalicus & Geticus conſul ſubito deſtinatur, qui etſi non vt reliquas gentes eum edomuit, tamen vt intra ſuos ſe fines recolligeret compulit; fuiſſetque de hac gente felici duci parta victoria, ni clades in Italia, quæ poſt eius diſceſſum emerſerat, celerem ei ſucceſſorẽ dediſſet Martinum. Qui etſi viribus impar, conſilio tamen quamuis cum Conſtantiano coniuncto non minor, dum reſiſtere contra Parthos non præualet, ne bella diu teneret, pacem effecit. Cladem vero quam diximus in Heſperia plaga, vt liquidius lector cognoſcat, apertius memorabo. Egrediente Beliſario conſule ab Italia, &, vt diximus, rege & regina, opibusque palatii ad Principem reportante; Gothi qui trans Padum in Liguria conſiſtebant, recrudeſcentes animo ad bella conC ſurgunt, & ordinato ſibi regulo Hildebaldo milite, exiſtũt aduerſi: contra quos dum non vnius ſed diuerſorum tentantur apparatus, illi fortiores effecti perſiſtunt, anniqne ſpatio vix emenſo Gildebaldus interficitur, & loco eius ſuccedit Erraricus: qui & ipſe vix anno expleto peremptus eſt, & in regno malo Italiæ Badinla iuuenis nepos aſciſcitur Gildebaldi. Qui mox & ſine mora Fauentino in oppido Æmiliæ ſolo, prælio commiſſo, Romanum ſuperauit exercitum: & nec diu poſt hæc item per ſuos ad cancellos annonariæ Thuſciæ ſeliciter dimicans, fugat exercitum, iudices partim donis partim blanditiis ſibi conſociat, totamque Italiam cum ipſa Roma peruadit, omniumq; vrbium munimenta deſtruens, cunctos ſenatores nudatos, demolita Roma, Campaniæ terra tranſmutat. Contra quem, vt ſuperius diximus, Beliſarius de oriente digreditur cum paucis, ratus omnem exercitum quem dimiſerat integrum reperire. Et ideo poſt quam Rauennam ingreſſus eſt, nec cum quibus ei obuiaret inuenit; remenſo Adriatico mari Epirum reuertitur, vbi Ioannes & Valerianus D coniuncti, dum in conciones & iurgia concertant, Totila hoſtile opus in Italia peragit. Beliſarius quoq; impatiens tantæ crudelitatis, naualem claſſem à Sicilia ſoluens, per Tyrrheni maris æſtum, Romani in portus ſe recepit ſtationem, egreſſusque ad vrbem quam vi deſtructam & deſolatam attendit, hortansque ſocios ad reparationem tantæ vrbis accingitur: vbi necdum vallo circumſeptus, infeſtum experitur Totilam, ſed ſolitis victoriis intrepidus, quamuis cum paucis contra eum egreſſus, ſic effugauit, vt plures fugientes T.beri demergerentur quam gladio caderent. Indeq; hortatus exercitum, regreditur in Siciliam, quatenus & Romæ faceret copiam annonæ, & vicinus ad fretum, Totilam turbaret in Campania commorantem. Sed vt aſſolet, rerum immutatione, & principum voluntate diuerſa, quieſcente in domino Theodora Auguſta, euocatur ad vrbem Beliſarius de Sicilia. Poſt cuius diſceſſum Totila ſecurus, iterata rabie, & fauentibus Iſauris, inuadit Romam: & ſic ſumptis vndique viribus, militarique vallatus auxilio ingreditur, cepitq; Siciliam. Contra quem E Germanus patricius dum exire diſponit cum exercitu, Matheſuentam Theoderici regis neptem, & Witigi mortuo derelictam, tradente ſibi principe in matrimonio ſumptam, in Sardicenſi ciuitate extremum halitum fudit; relinquens vxorem grauidam, quæ poſt eius obitum poſthumum edidit filium, vocauitque Germanum. Qua felicitate ſibi Totila comperta, totam pæne inſultans Romanis deuaſtat Italiam. In Africa vero à Mauris dudum perempto Salomone, Stozas & Ioannes inuicem ſingulari certamine corruunt; aliusque Ioannes, qui Stozæ iunior dicebatur, ſuſcepta tyrannide, Gunthatim magiſtrum militum ſecum eſſe ſuadet. Qui interfecto Areobindo, iugalem eius, neptem Imperatoris, ſibi cupiens ſociare, præuenitur ab Artabane. Qui eo in conuiuio trucidato, neptem Imperatoris ereptam ad vrbem Principi dirigit cum honore, ſimulq; ferreis vinculis colligatum & tyrannum deſtinauit Ioannem, qui Stoza perempto in eadem ſucceſſerat tyrannide. Quem in vrbem diſcuſſum, manibusq; F truncatis, ad exemplum cæterorum in patibulo fixit. Ioanni dehinc patricio cognomine Troglita Africæ procuratione commiſſa, Artabanus euocatus magiſtri militum præſentis accepit dignitatem. Nec diu intercedente in ipſum Principem manus inicere geſtiens, detectus & comprobatus, pietate tamen principali impunitus permanſit, & quaſi beneuolus congratulatione in Siciliam cum Liberio patricio properauit. Ioannes vero in Africana prouincia feliciter degens, Mauris partis aduerſæ per Pacificos Mauros ſuperatis, vna die decem & ſeptem præfectos extinxit, pacemque totius Africæ iuuante Domino impetrauit. Longobardorum gens, ſocia Romani regni principibus, & Theodahati ſororis filiam, dante ſibi Imperatore, in matrimonio iungens regi ſuo, contra æmulos Romanorum Gepidas, vna die pugna commiſſa, eorum pæne caſtra peruaſit, cecideruntque ex vtraque parte amplius quadraginta milia; nec par, vt ferunt, audita eſt in noſtris temporibus à diebus Attilæ in illis locis, præter illam quæ antehac contigerat ſub Calluce Magmilide cum Gepidis, G aut certe Mundonis cum Gothis, in quibus ambobus autores belli pariter corruerunt. Hæ ſunt cauſæ Romanæ Reipublicæ præter inſtantiam quotidianam Bulgarorum, Antarum, & Sclauinorum. Quæ ſi quis ſcire cupit, annales conſulumque ſeriem reuoluat ſine faſtidio, reperietque dignam noſtri temporis Repub. tragœdiam; ſcietque vnde orta, quomodo aucta, qualiterve ſibi cunctas terras ſubdiderit, & quomodo iterum eas ab ignatis rectoribus amiſerit, quod & nos pro captu ingenii breuiter tetigimus, quatenus diligens lector latius iſta legendo cognoſcat.

EPISTOLA

EVANTI ABBATIS

Contra

EOS QVI SANGVINEM ANImalium immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt. H

Nunc primum edita ex mſ. membranis S. Galli, per Henr. Caniſ.

AD LECTOREM, HENR. CANISIVS.

Quis hic Euantius, vel Euentius? an Euantius, de quo mentionem facit Fortunatus libr. 3. Epiſt. ad Euphronium, qui & Euentius & Auentius nominatur? Chriſtophorus Brovverus in optimis ſuis notis illum Euantium Fortunati, putat fuiſſe Viennenſem Epiſcopum, quem lib. 8.

A *lib.8.c. 39. diem obiiſſe teſtatur Gregorius anno vndecimo regni Childeberti Auſtraſiorum. Celebrat eum ceu ſanctum, Ado in temporum lib. ætate 6. & Philippi ſucceſſorem, atque cum Priſco & Artemio Senonum, Remigio Biturigum, & cum aliis ſanctis Epiſcopis, viginti capitula Eccleſiaſtica perfecte roboraſſe. Quæ de ſynodo ſecunda Matiſcone collecta, Guntrami regis auctoritate ſeu diligentia, Baronius ad annum Christi 588. recte obſeruauit accipienda. Tom. 2. Concil. Greg lib. 8. c. 7.*

An noſter Euantus vel Euantius iſte eſt?

INCIPIT EPISTOLA EVANTI ABBATIS, CONTRA EOS, QVI SANGVINEM ANIMALIUM IMMUNDUM ESSE IUDICANT, & CARNEM MUNDAM ESSE DICUNT.

B

QVIA ſe præbuit occaſio opportuna, ideo hanc exiguitatis meæ pagiuulam veſtris obtutibus perferendam mea curauit deſtinare miſeria; per quam & ſalutis munia impenſius pando, & me ſacris veſtris orationibus tuendum committo. His * explosis, ad agnitionem noſtram venit, quod exſurgentes in quibuſdam CÆSAR AVGVSTÆ partib. reperiſſe vos aſſeritis CHRISTIANOS, necdum eruditos * paginibus ſacris, IVDAICE omnino ſequi litteram occidentem, & poſtponere ſpiritum viuificantem: qui dicunt immundum fieri hominem alicuius animalis ſanguinem comedentem, neſcientes, neque intelligentes præcepta priſca magis mores hominum demonſtrare, quam in natura ſeruare. Nam ſi iſta ita ſunt, cur aperta fronte cum IVDÆIS & alia quæ vetita ſunt præcepta priſcæ legis carnaliter non teneant, neſcio, carnes ſuillas vel cuniculinas non abiiciunt, qui piſcium carnes pinnulis carentium non reprobant; qui vetera ſacrificia non immolant; qui vxorem fratris ſine filiis morientem ad ſuſcitandum ſemen eius non accipiunt; aut ad ſacerdotium debiles corpore, aut aliqua macula corporis * ſordentem, qui tamen animo digni videntur accedere, nō repudiant; qui paxillos in balteis non geſtant, vt egeſta humo * operiant. Cur autem cum pullis inuentam, ſi poſſunt, tenent, & non, ſicut præceptum eſt, tenentes pullos, matrem ſinunt abire? Cur etiam otium Sabbati cum IVDÆIS non * ſectant, & nouam gratiam EVANGELII abſterſo rubore CHRISTIANITATIS non abiiciunt? Nam in CHRISTI numine * frontis & fidei CHRISTIANÆ effecti, & ſanguinem comedendum CHRISTIANOS aperte docemus, & à ſanguinis opera declinare omnes * hortamur. Carnes ſuillas edere concedimus, & à volutabro vitiorum recedere omnibus modis optamus. Piſces * pinnulis carentes manducare permittimus, & tamen ad cœleſtia quaſi alas habentes conuolare fideles omnes optamus. * Sacerdotibus corpore debilibus, vel maculam corporis habentibus liber PASTORALIS S. GREGORII legatur, quia nobis longum eſt plurima enodare. Paxillo egeſta humo operire eſt, cum mala perpetrata bonis operibus inſudando fœtores carnalium voluptatum opprimimus, de quibus ſcriptum eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Matrem cum pullis inuentam abire ſinimus, & pullos tenemus, cum teſtimonia ex lege excerpta ad refutandos Iudæos atque hæreticos tenemus, & legi carnaliter non ſeruimus. Otium Sabbati negligimus, quia propter illam futuram requiem, quam iſtud Sabbatum figurat, vt ad illam perueniamus, legem Domini ſpiritaliter intelligendo decertamus. Quod ſi forte obiiciunt, iſta in * canonibus iſta reperiuntur, quando eccleſia ex circumciſione & præputio ad fidem congregabatur; quando adhuc non ſolido cibo, ſed lacte nutriebatur. Tale quid ad Corinthios Apoſtolos dixiſſe nouerint, & in Actibos Apoſtolorum facta inuenient. Nunc vero eccleſia Dei ſolido cibo fide roborata conſiſtit, vt viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, non in infantium mollitie eneruata ſuccumbat.

[Margin notes, left column: C; D; * fort. explosis. * ſ. paginis. * m. ſ. portantem. * m. ſ. operient. * ſeruant. * m. ſ. frontiſtiſe. * m. ſ. ortamur. * m. ſ. pennulas. * m. ſ. ſacerdotes debiles. Pſal. 31. 1. Rom. 4. 7. * m. ſ. in canonibus habere.]

E [Margin: * m. ſ. ante quos Canones iſta reperitur. 1 Cor. 3. Act. 15.]

Ne tamen epiſtolaris conſuetudo in longinquas periodos pertracta lectoribus lepidis faſtidium nutriat; veniant ad illud, quod Apoſtolus ait: Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mondum. Et in alio loco idem Apoſtolus ait: Omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et Saluator in Euangelio ait: Nihil eſt introiens in hominē, quod poſſit coinquinare eum; quia omne, quod in os intrat, in ventrē vadit, & in ſeceſſum emittitur, nec hæc coinquinant hominē, ſed quæ de corde procedūt: de corde n. procedunt adulteria, homicidia & his ſimilia. Nam q̃ Apoſtoli primitiuæ eccleſiæ à fornicatione, & à ſuffocato, & à ſanguine abſtinere præceperūt, hæc extitit cauſa tunc ex circumciſione, & gentibus credentes congregabantur, ne propter diſcretionem ciborum à ſe inuicem ſcinderentur, ideo lacte nutriebastur, non ſolido cibo, quibus & poſtea ſcribebat, dicens: Non potui loqui vobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis, adhuc enim eſtis carnales. Nam ſi vbicunque ſanguinem legunt prohibitum; & hoc ad litteram intelligūt; & nihil ſpiritaliter hoc dictum putant; quid eſt, quod Propheta dicit: ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: Si non annunciaueris impio, vt ſe cuſtodiat ab iniquitate ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Quis eſt iſte ſanguis, niſi opera ſanguinis? Quid eſt in Pſalmo, vbi dicit: Libera me de viris ſanguinum; niſi ab operibus iniquitatis? Et quid eſt, quod alius Propheta dicit: ſanguis ſanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea?

[Margin: Tit. 1. 15. 1. Tim. 4. 4. Mat. 15. 17. Act. 15. F 1. Cor. 3. Ezech. 3. 17. Ezech. 33. Pſ. 58. 3. Oſee 4. 3.]

Quod tria iſta præcepta ex libro Actuum Apoſtolorum tenere gloriantur, id eſt, abſtinere à ſuffocato, & ſanguine, vel fornicatione: conſiteantur; ſi primum & ſecundum cum tertio implent, id eſt, ſi non fornicantur, ſi nuptiarum miniſteriis non vtuntur, ſi audiunt Apoſtolum dicentem: qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, ſi obediunt præcepto eius, vbi ait: Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. Si conſentiunt quod eis præcipit: imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti, ſi faciunt: quod idem Apoſtolus dicit: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipſe reprobus inueniar. Si faciunt, quod intonat: Exhibete vos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in caſtitate, in vigiliis, in ieiuniis, & his ſimilia, vnde peccatum non incurrant, ſed cum gratiarum actione, quæ Deus bona creauit, ſumerent. Quaſi enim Apoſtolis obedientes à duobus abſtinent, à ſuffocato, & ſanguine; & tertium præceptū, quod grauius peccatum eſt, diſſimulantes abiiciunt, & negligunt * cœleſtia iuſſa, & ceremonias enormiter perhorreſcunt. Talibus Saluator in Euangelio dicit; Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum; & ea, quæ legis ſunt grauiora, cōmittitis. Quid multa? legant libros Doctorum, & maxime S. Auguſtini contra Fauſtum, Manichæum, in quo iſta, quæ iſti euacuant, & faciebant, & dicebant, & ſecum illos victos erubeſcant: nam & librum S. Hieronymi contra Donatianum legant, & ſalutem ſuam ibi reperient. Nam ridiculum eſt, carnes mundas, quas Deus creauit, vſq; ad nauſeam deuorare, & ſanguinem illarum carnium quaſi immundum reſpuere. Quaſi Deus carnem creauerit immundam, & ſanguinem carnium, qui vtique nutrimentum & ſalus carnis eſt, fecerit immundum. Alia ſcribere debui, ſed cui modica vtilia non ſufficiunt, nec plurima proderunt. Abſit à fidelium cordibus, vt iſta carnaliter intelligentes, à ſinu matris Eccleſiæ diſcedant, & ſe cum taliter credentibus gehennæ ignibus tradant.

[Margin: Act. 15. G 1. Cor. 7. 29. Ro. 14. 21. 1. Cor. 11. 1. 1 Cor. 9. 27. 2. Cor. 6. 4. * m. ſ. & cæleſtia iuſſa agere enormiter perhorreſcunt. Mat. 23. 23. H]

Finis Tomi ſexti partis ſecundæ Bibl. Patrum.

Digitized by Google